ACTA SANCTORUM SEPTEMBRIS

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, servatâ primigeniâ veterum Scriptorum phrasi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariisque & Observationibus

ILLUSTRATA

A

JOANNE STILTINGO,
JOANNE LIMPENO,
CONSTANTINO SUYSKENO,
JOANNE PERIERO,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS III

Au cours de la réimpression anastatique des Acta Sanctorum, une confusion s'est introduite dans les cahiers du tome 3 de Septembre.

Les 96 pages du tome 2 de Septembre qui s'y trouvent doivent être remplacées par les pages 49 à 144 ci-incluses et qui appartiennent au tome 3 de Septembre.

ANTVERPIÆ,
Apud BERNARDUM ALBERTUM VANDER PLASSCHE.
M D C C L.

ACTA
SANCTORUM
SEPTEMBRIS
TOMUS TERTIUS.

IMPRESSION ANASTALTIQUE
CULTURE ET CIVILISATION
115, AVENUE GABRIEL LEBON
BRUXELLES
1970

Dedit illi Scientiam Sanctorum Sapi
In plenitudine Sanctorum detentio
SEPTEMBER
JANUARIUS
FEBRUARIUS
MARTIUS
MAIUS
IULIUS
AUGUSTUS
ACTA
SANCTORUM.
MENSIS
SEPTEMBER
ERVDITIO.
VERITAS.
ANTIQVA REDVCO.
OBSCVRA REVELO.
P. B. Boultats. fecit.

ACTA SANCTORUM SEPTEMBRIS

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA

A

JOANNE STILTINGO,
JOANNE LIMPENO,
CONSTANTINO SUYSKENO,
JOANNE PERIERO,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS III

Quo dies ſeptimus, octavus, nonus, decimus & undecimus continentur, cum diſſertatione prævia

DE TEMPORE NATALI S. GREGORII NAZIANZENI

AUCTORE JOANNE STILTINGO.



ANTVERPIÆ,

Apud BERNARDUM ALBERTUM VANDER PLASSCHE.

M D C C L.

J. Houbraken sculps. Amst. 1752.

MARIA CHRISTINA ARCHIDUX AUSTRIÆ etc. etc.



MARIÆ CHRISTINÆ

REGIÆ PRINCIPI HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, HIEROSOLYMÆ &c.,

ARCHIDUCI,

DUCI BURGUNDIÆ, BRABANTIÆ, LUXEMBURGI, GELDRIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLIÆ, MEDIOLANI &c., COMITI FLANDRIÆ, HANNONIÆ, NAMURCI, TYROLIS &c. &c.

Antò jucundior nobis ſemper accidit, SERENISSIMA ARCHIDUX, perpetua illa ac Regia munificentia, quâ Opus noſtrum de Actis Sanctorum conſtanter promovere numquam deſtitit Auguſtiſſima Mater Tua, Magna Maria Tereſia, Romanorum Imperatrix, Hungariæ & Bohemiæ

Re-

Regina, Domina noſtra verè Clementiſſima, quantò utiliùs honeſtiúſque exiſtimamus Vitas Sanctorum iis offerre Principibus, qui Sanctos imitari à tenella ætate docentur, quíque eorum exempla non ſolùm ſibi legenda, ſed etiam ſequenda proponunt ætate maturiore. Tales fuiſſe omnes noſtri temporis Archiduces, in Aula Viennenſi natas & educatas, pluribus verbis oſtendimus, quando primum Septembris tomum Sereniſſimæ Archiduci Sorori Tuæ reverenter obtulimus. Neque porrò cognovimus tam impudentem laudum Auſtriacarum obtrectatorem, ut ex omni numero laudatiſſimarum Archiducum vel unam aſſignare præſumat, cujus ſuavitatem, integritatem, pietatem, ſanctitatem non cogatur agnoſcere. Itaque, ſi *beatus* eſt, *qui loquitur in aurem audientem*, ut Sacræ teſtantur Litteræ, felices meritò nos credimus, quòd Acta Sanctorum perferre liceat ad Aulam Viennenſem, ſedulam Sanctorum imitatricem. Si qui verò imperiti credunt ſanctitati locum non eſſe in Regum palatiis, iis nequaquam aſſentiri poſſumus. Innumera enim exempla oſtendunt, multas Principum Aulas non caruiſſe ſanctitatis gloriâ, nec omnes in ſolitudinibus vixiſſe aut in monaſteriis, quos ut Sanctos celebrat ac veneratur Eccleſia. Multos ex iis in Aulis Principum natos, educatos, defunctos, luculenter demonſtrant tomi noſtri, in quibus plurimorum Principum virorum & mulierum geſta enarrantur. Hic ipſe tomus tertius Septembris, quem ad nutum Auguſtiſſimæ Matris Tuæ debita cum veneratione Tibi offe-

ri-

rimus, SERENISSIMA ARCHIDUX, Principem exhibet in aula imperatoria natam & educatam, Imperatoris neptem, Imperatoris filiam, Imperatoris ſororem, Imperatoris conjugem, virginem tamen,eamdemque jam ante nuptias Imperatricem : *Pulcheriam* dico, eximiis virtutum ornamentis ac ſanctitatis gloriâ longè illuſtriorem, quàm omnibus honorum titulis modò enumeratis. Quare, cùm morum integritas ac ſanctitas in multis Regum palatiis amata fuerit ac deſiderata, illaque præſertim apud Religioſiſſimos Majores & Parentes Tuos maximo ſemper fuerit in pretio, eâdem fiduciâ, quâ aliorum Sanctorum virtutes in aliis tomis imitandas propoſuimus, unam ex hoc tomo ſeligendam cenſuimus Sanctam, quæ illuſtrium natalium ſimilitudine, vitâque in Aula ſanctè tractâ, Archiducem pietati deditam ad ſanctam æmulationem poſſit accendere. Porrò ut facilior Tibi ſit ac jucundior ſanctæ Imperatricis *Pulcheriæ* imitatio, facere imprimis poterunt exempla domeſtica : neque enim exiſtimabis duram nimis nimiſque laborioſam eſſe virtutum exercitationem, ſi virtutes illas, quibus ad inſignem ſanctimoniam pervenit *Pulcheria*, domi paſſim exerceri videbis. Sic igitur exempla *S. Pulcheriæ*, in Actis latiùs legenda, Tibi breviter proponam, ut ſimul aſſignare placeat, quàm eleganter ea imitetur Auguſtiſſima Imperatrix Mater Tua, quam ſola ferè eaque felici fœcunditate Imperatrici Virgini diſſimilem reperio. *Pulcheria* tam diligenter in pueritia erat inſtituta, ut præter ſermonem Græcum ſibi vernaculum, ele-

eleganter uteretur ſermone Latino, tam in ſcribendo quàm in loquendo. Laudanda ſanè inſtitutio, quæ ſanctæ Imperatrici mirè profuit ad imperium rectè adminiſtrandum. At exempla nihilo inferiora domi habes, PRINCEPS AUSTRIACA. Quis ignorat, Auguſtiſſimam Matrem Tuam Germanico ſive vernaculo ſermoni ab ætate tenella Latinum adjunxiſſe, nec ſolùm Latino eleganter uti ſermone, ſive ſcribendum ſit, ſive perorandum, ſive loquendum familiariter; ſed eadem quoque facilitate Italico uti cum Italis, Gallico cum Gallis? *Pulcheria otium & deſidiam à vita ſua procul* amandaverat. Adeſt rurſum hujuſce diligentiæ exemplum domeſticum. Auguſta enim *Pulcheriæ* Imitatrix conſuevit ſummo mane è ſtrato ſurgere, diemque in varia negotia ſic partitur, ut meritò de Regina diligentiſſima poſſit dici: *Conſideravit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comedit. Pulcheria* fratrem ſuum Theodoſium imperatorem *diſciplinis ad ætatis captum accomodatis* inſtituendum curavit, ipſaque cùm aliis multis erudiebat Puerum, tum *præcipuè eum ad pietatem informabat*; neque modò Theodoſium, ſed etiam ſorores Arcadiam & Marinam. Vos quoque, FELICISSIMA ARCHIDUX, in Aula Viennenſi Veſtram habetis *Pulcheriam*, quam pro materno in Vos amore, pro eximia ſua in Deum pietate, pro ſingulari prudentia & ſapientia, talem tantamque in numeroſæ prolis inſtitutione eſſe novimus, ut hac in parte nihil *S. Pulcheriæ* ipſam concedere, nihil conceſſuram creda-

damus. Miris laudibus celebratur *Pulcheria* ob perpetuum orandi ſtudium, quòd ſtatis temporibus pias fundere preces non prætermitteret, ſuæque pietatis fratrem & ſorores haberet comites. Eximium ſanè aſſiduæ preces ſunt bonum, atque ingentium origo bonorum. At bonum illud adeo expetendum jam apprehendere cœpiſti, & divinâ gratiâ facilè aſſequêris. Religioſiſſima Mater, quam præ oculis habes, verbo docebit & exemplo, qua ratione *S. Pulcheriam* in orando imitari poſſis ac debeas. Docebit nimirum & oſtendet, quantâ conſtantiâ conſuetæ preces in cubiculo, in oratorio, in templo ſint perſolvendæ, quantâ reverentiâ in oratione cum Deo loquendum, quantâ fiduciâ divinum implorandum auxilium, quantâ demum ſubmiſſione & humilitate divinæ voluntati omnia ſint permittenda. Præclarè in hiſce imitaberis *S. Pulcheriam*, ſi modò præeuntem aſſequi potueris Matrem, ſi cum illa didiceris, quàm exigua ſint humana omnia, quàm nihil ſit ipſa etiam Majeſtas Regia coram Majeſtate Divina; ſi cum illa Jacobum Apoſtolum ex animo audieris dicentem: *Humiliamini in conſpectu Domini, & exaltabit vos.* Porrò religio *S. Pulcheriæ* ita in Deum ferebatur, ut etiam mira pietate coleret Sanctos, & præ ceteris Sanctiſſimam Dei Genitricem Mariam. Immò ſic tota in Dei amorem rapiebatur Imperatrix Sancta, ut non poſſet non ſimul amare Sanctos à Deo dilectos & exaltatos, interque eos præcipuo amore complecti Reginam Sanctorum Mariam, Deo dilectiſſimam,

& præ Sanctis omnibus à Deo honoratam & exaltatam. Insignem venerationem, quâ glorioſiſſimam Dei Matrem proſequebatur *Pulcheria*, teſtantur tria templa, magnitudine & pulchritudine planè inſignia, per Sanctam à fundamentis excitata, & Mariæ nomini dicata. Nequaquam neceſſe eſt, PIISSIMA ARCHIDUX, ut ſtimulos currenti addere tentem. Pietas in Sanctiſſimam Virginem tam communis fuit Sanctis omnibus, quàm hæreticis pleriſque fuit exoſa; tam familiaris & uſitata eſt in Auguſta Domo Auſtriaca, tanta tamque ſingularis in Majoribus Tuis ſemper eluxit atque etiamnum mirificè elucet in Auguſtiſſimis Genitoribus Tuis, ut meritò confidamus, ſemina illa teneræ pietatis in Mariam, quæ jam nunc animæ Tuæ ſunt inſita, pulcherrimos maturiore ætate fructus datura. Modum propoſitæ brevitatis longiſſimè excedam, ſi omnes *S. Pulcheriæ* virtutes enumerare velim, ſi alteram *Pulcheriam*, quam non ſine ſuavi admiratione ad ſingulos paſſus ſequentem reperio, in ſingulis exhibeam comitem. Quamobrem non enucleabo, quanto in honore ſacerdotes haberet omneſque viros probos, quantum quámque tutum ſibi eſſe theſaurum crederet in ſublevanda pauperum inopia, quantâ in fratrem & ſorores dilectione eorum honori proſpiceret. Non explicabo inſignem morum modeſtiam & gravitatem, amabilem indolis ſuavitatem & lenitatem, eximiam clementiam cum ſeveritate neceſſaria conjunctam, invictam demum in adverſis patientiam, conſtantiam,

tiam, fortitudinem, magnanimitatem. Hæc decora in Actis *Pulcheriæ* legere poteris, coràm in Matre intueri. Alia me vocant paulò latiùs exponenda. *S. Pulcheria*, teſte Sozomeno, *poſtquam principatûs curam ſuſcepit, orbem Romanum optimè ac decentiſſimè gubernavit : quippe quæ rectè conſuleret, & conſulta celeriter exſequeretur.* Magna laus ſanctæ Imperatricis, quantumvis paucis verbis declarata ! Non credidit ſe officio ſuo ſatisfacturam, ſi otio immerſa ac deliciis, imperii adminiſtrandi curam in alios transfunderet : pro ſalute & felicitate ſubditorum ipſa vigilare ac diligenter laborare voluit. Planè ignorat Aulam Viennenſem, ſi quis hæc omnia non videat & agnoſcat in optima ac diligentiſſima Regina noſtra. Quis illâ in conſultando frequentior ? Quis in conſilio capiendo prudentior ? Quis in perluſtrandis adminiſtrorum ſuorum officiis ſagacior ? Quis in curanda mandatorum exſecutione ſolertior ? Quis in commodis ſubditorum ſuorum inveſtigandis diligentior ? Moratur quidem paſſim Viennæ Regina Maxima : at ſagaci induſtria perſpicit, quid rerum à ſuis adminiſtris agatur cùm in Aula ipſa, tum in provinciis etiam remotiſſimis ; curatque ut rectè peragantur omnia. Tanta diligentia prudentiſſimæ Reginæ nata eſt felices reddere populos eidem ſubjectos, SERENISSIMA ARCHIDUX, præſertim cùm nec ambitione corrumpatur, nec avaritiâ. Non exiſtimat ſapiens Regina, ſe tantò fore majorem, quantò latiùs regnaverit : ſed tantò glorioſiùs regnaturam,

quan-

quantò rectiùs regna ſua adminiſtraverit. Non deſiderat ſubditorum ſanguine alienas acquirere provincias; ſed ſuas continuo ſtudio felices facere & florentes. Non ſtudet immoderatis tributorum exactionibus aurum argentumque privatorum ad arcas ſuas tranſportare; ſed mercatorum induſtriæ favendo, eorumque procurando commoda, populorum ſuorum opes æquè ac ſuos augere theſauros. Non quærit inanem magnificentiæ famam ambitioſa ærarii effuſione in ſumptus inutiles; ſed ordine tam concinno tamque prudenter theſauris ſuis uti ſtatuit, ut nec Regia munificentia umquam deficiat, nec urbium munimenta, nec robur exercitûs, nec aurum argentumque ad neceſſariam regnorum ac ſubditorum defenſionem deſiderari poſſint. Sic cogitat, ſic agit, ſic præſentibus ſimul & futuris proſpicit Auguſtiſſima Mater Tua. Sic ſemper ditiones ſuas adminiſtrârunt, qui non fallaci quorumdam adulatione, ſed præclari regiminis merito *Boni Principes* audiêrunt. Reſtat, SERENISSIMA ARCHIDUX, ut conſideremus, quanto ſtudio fidem Catholicam contra impugnationes hæreticorum, Neſtorii maximè & Eutychetis, defendendam ſuſceperit *S. Pulcheria*, quantamque ex ea defenſione conſecuta ſit laudem. Leo Papa, ſanctitate & ſapientiâ Magnus, victoriam de Neſtorio ac de Eutychete *S. Pulcheriæ* frequenter attribuit. Non potuit Neſtorius *hæreſim ſuam tueri*, teſte Leone, quia *Pulcheriam*, quam *Famulam & Diſcipulam veritatis* nominat, non latebat, *quantum ſimplicibus in-*

infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. Hinc ſancta Imperatrix *ſubdolum ſanctæ religionis hoſtem ab ipſis viſceribus Eccleſiæ* depulit. Eadem, teſtante Leone, ſua ſolicitudine effecit, ut Eutychetis molimina non laterent; & ſic *per omnes mundi partes, in quibus Domini Euangelium prædicatur, duplicem palmam conſecuta eſt & coronam.* Plura de hiſce in Actis data ex S. Leone, ex Sozomeno, ex Concilio Chalcedonenſi, à cujus Patribus ſancta Imperatrix *Cuſtos* vocatur *Catholicæ & orthodoxæ fidei.* Maxima profectò hæc Sanctæ gloria: at eâ rurſum non carent Heroës Chriſtiani Domus Auſtriacæ, & præ ceteris Religioſiſſimi Progenitores Tui, Caroli, Ferdinandi, Leopoldi, quorum veſtigiis laudabiliter inſiſtunt Auguſtiſſimi Parentes. Non dicam SERENISSIMA ARCHIDUX, quantùm quámque feliciter illi pro orbe Chriſtiano contra Turcarum potentiam armis decertârint, quantas pro fide Catholica tuenda dimicationes contra hæreticos ſuſceperint; id unum obſervo tanto omnes Principes Auſtriacos fuiſſe fervore, tanto cum illis Piiſſimam Imperatricem Matrem Tuam ardore incenſam eſſe ad fidem Catholicam in ditionibus ſuis conſervandam, ut laudatiſſimum hoc ſtudium inter præcipua numerari poſſit Auguſtiſſimæ Domus Tuæ decora. Ceterùm relatis modò breviter virtutibus id aſſecuta eſt *S. Pulcheria*, ut Aula Conſtantinopolitana illius temporis à variis ſcriptoribus nominetur *Aula Sancta*: neque immerito honoratur glorioſo illo nomine, ſi conſideretur

tempus, quo præcipuam in Aula auctoritatem habuit Sancta: nam & ipſe Theodoſius Imperator & ſorores ipſius Arcadia & Marina eodem cum *Pulcheria* florebant pietatis ac ſanctitatis ſtudio. Non poſſumus hîc diſſimulare, SERENISSIMA ARCHIDUX, Aulam Viennenſem à multis quoque ſanctitatis titulo honorari; nec immeritò frequenter vocari *Aulam Sanctam*. Quidni enim *Sancta* nominetur Aula illa, in qua regnat fides, juſtitia, clementia, temperantia, caſtitas; cujus Principes ornati ſunt miſericordiâ, prudentiâ, fortitudine, aliiſque virtutibus Chriſtianis; ubi pietas & ſanctitas in excelſo ſedent ſolio, ipſiſque leges præſcribunt Legiſlatoribus? Tam ſublimis hæc & ſolida Principum Chriſtianorum eſt gloria, quâ Auguſtiſſimorum Progenitorum Tuorum memoria commendatur, quámque Religioſiſſimi Parentes Tui jure quaſi hereditario ünà cum regnis & Imperio ſtudioſè ſibi vindicârunt, ut non dubitemus liberè edicere, nulla alia re ornatiorem felicioremque videri Auguſtam Domum Tuam, quàm eximiâ illâ Chriſtianæ pietatis ac ſanctitatis curâ, quæ tam conſtanter ſedem in illa fixit ſtabilem. Celebrent alii incomparàbilem Domus Auſtriacæ ſplendorem, quòd Romanos habuerit Imperatores longè plures, quàm ulla alia domus, ſive in Occidentali ſive in Orientali imperio; quódque primum orbis ſolium tribus ſeculis ſine interruptione occupaverit. Alii accuratiùs expendant, quantam mereatur gloriam Auguſtiſſima Domus Tua, quòd formidabili Turcarum potentiæ, ſem-

per

per latiùs graſſanti, & novas perpetuò occupanti provincias, ſimulatque ad limites ditionum Auſtriacarum pervenerat, firmiſſimum ſe murum oppoſuerit, tamque fortiter cum illo Chriſtiani nominis hoſte duobus jam ſeculis decertaverit, ut, qui olim Viennam & Græcium liberè excurrebat, modò nihil in tota Hungaria, Slavonia, Tranſilvania poſſideat. Enumerent illi relatas victorias, urbes expugnatas, cæſorum hoſtium multitudinem, indeque tutò inferant, bellicæ fortitudinis laudem, ſi cui debetur Principi, quàm maximè Majoribus Tuis eſſe debitam. Hæc aliaque plura Majorum Tuorum decora libenter agnoſcimus, SERENISSIMA DOMINA NOSTRA: quin & maximi facimus Heroum illorum facinora, quia ex norma Chriſtianæ pietatis ſunt patrata. Verùm ſicut *S. Pulcheriam* Alexandro Magno, Julio Cæſare, aliiſque omnibus infidelium heroibus longè feliciorem & glorioſiorem novimus, quia pietate & morum ſanctitate ad ſolidam felicitatem veramque gloriam ſibi viam aperuit; ita ſanctitatis curam aliis omnibus Principum ornamentis præponendam exiſtimamus. Liceat igitur gratulari, ortam Te eſſe Majoribus & Genitoribus tanta pietate conſpicuis; Te educari in Aula tam Sancta, ſub oculis tantorum Parentum, tantâque curâ & diligentiâ ad pietatem informari; Te ea modò in tenera ætate Auſtriacæ pietatis dare ſpecimina, ut non poſſimus non ſperare, Te creſcentibus annis ad excelſum virtutis culmen evaſuram. Huc Te vocat ſancta Imperatrix *Pulcheria*. Huc ſuis exem-

exemplis Te trahunt, qui longo ordine præceſſerunt, Præclariſſimi Majores. Huc ſedulis monitionibus diligentique cura Te impellunt Auguſtiſſimi Genitores. In ſublimi demum illo Chriſtianæ perfectionis faſtigio Te comitem habere deſiderant, quotquot vivunt Archiduces. Nos verò, dum tomum hunc devotiſſimo animo Tibi, SERENISSIMA ARCHIDUX, offerimus, rogamus Divinam Clementiam, ut quam diutiſſimè Te cum Auguſtiſſimis Parentibus, & cum Sereniſſimis Fratribus ac Sororibus incolumem conſervare, boniſque omnibus cumulare dignetur.

SERENISSIMA ARCHIDUX

SERENITATIS TUÆ ARCHIDUCALIS

Devotiſſimi Clientes
JOANNES STILTINGUS
JOANNES LIMPENUS
CONSTANTINUS SUYSKENUS
JOANNES PERIERUS
SOCIETATIS JESU.

SYNOPSIS
TOMI TERTII
DE ACTIS SANCTORUM
SEPTEMBRIS

HIc tomus totius Operis quadrageſimus primus quinque dies percurrit, videlicet ſeptimum & quatuor ſequentes Septembris. Sancti verò hiſce diebus dantur centum circitèr & ſexaginta præter anonymos aliquot. Tomo præfigitur Diſſertatio de tempore natali S. Gregorii Nazianzeni. Occaſionem huic diſputationi præbuerunt Acta S. Paphnutii epiſcopi inferiùs memorandi, in quibus agendum fuit de continentia ſacerdotum, qui ante Ordines ſacros illigati erant conjugio. Nam Tillemontius, quem de more ſecuti ſunt alii quidam neoterici, eum Nazianzeno attribuit annum natalem, quo pater ipſius Gregorius jam erat epiſcopus, & conſequenter contendit patrem Gregorium tempore ſacerdotii liberos genuiſſe. Hanc autem opinionem, ex unico verſiculo Græco leviter aſſertam, non modò ſanctis Patribus contrariam, & rectæ chronotaxi repugnantem, ſed omni quoque fundamento deſtitutam oſtendimus. Hiſce præmiſſis, Sanctos in hoc tomo datos recenſere incipio.

EX STATU ECCLESIASTICO.

In hoc ſtatu primos memoro duos Pontifices Romanos, *Sergium I*, & *Hilarum*, quorum geſta Commentariis hiſtoricis prolixè ſatis illuſtrata ſunt; nec prætermiſſæ incidentes aliquot controverſiæ, cùm chronologicæ tum hiſtoricæ. De aliis non paucis Italiæ epiſcopis in hoc tomo diſſeruimus. Præ ceteris notior eſt *Joannes Laudenſis*, diſcipulus B. Petri Damiani, deinde generalis Prior Fontis Avellanæ, ac demum epiſcopus Eugubinus. Gemina hujus Sancti Vita ex Mss. codicibus nunc primùm producitur, altera à ſodali & diſcipulo Sancti fideliter ſcripta, altera ſeriùs exarata. Geſta quoque & eruditio *Joannis*, geſtorum chronotaxis, corporis incorrupti elevatio ac miracula diligenter examinata ſunt & illuſtrata. Non æquè nota & certa ſunt geſta *Grati* aut *Gradi* Auguſtæ Prætoriæ epiſcopi. Acta quidem aliqua fuerunt compoſita, ſed ea apertè fabuloſa. Ex illis porrò Actis recentiores quidam ſcriptores ſeculis VIII & IX floruiſſe crediderunt: alii *Gratum* retulerunt ad ſeculum VII: at nos eum ſeculo V vixiſſe exiſtimamus. Occaſione *Grati* breviter actum eſt de *Gallo* ejuſdem civitatis epiſcopo, quem anno 546 obiiſſe ex vetuſto oſtendimus epitaphio; licèt alii eumdem ad ſeculum IX & ad XI perperam remiſerint. *Ugo* Volaterranus in Tuſcia epiſcopus etiam aliquot diſquiſitionibus occaſionem præbuit: Vita & gloria poſthuma ejuſdem ex monumentis Volaterrenſibus ſunt data. *Agabii* Novarienſis geſta breviter collecta. *Æmilianum* Vercellenſem à Sancto ſynonymo diſtinximus. Accedunt *Sinotus*, veriſimiliter ſecundus eccleſiæ Capuanæ epiſcopus, ſed parùm notus; *Pamphilus* eidem eccleſiæ attributus, cujus cultus utcumque probatus; & *Ventura* presbyter, in agro Tifernenſi cæſus, quem Tifernenſes in Umbria colunt ut martyrem. In Sicilia *Coſmas* ut archiepiſcopus Africanus apud Panormitanos colitur. Gallia varios dedit epiſcopos ſanctitate magis memorabiles, quàm Actis exactè ſcriptis. Acta *Evurtii* Aurelianenſis data quidem ſunt, quia aliqua forſan vera continent; at magna ex parte fabuloſa eſſe agnoſcimus. Data item Acta tranſlationis geminæ, & alia inventionis corporis diu abſconditi. Vitæ *S. Alpini* Catalaunenſis, altera brevior, altera prolixior, ſuis quoque mendis non carent: hinc de geſtis *Alpini* diſputatum ad corrigendos Actorum errores. Hiſce melior eſt vita *S. Stephani*, ex Ordine Cartuſiano ad Dienſem epiſcopatum promoti, licèt ne hæc quidem ſuis careat nævis, præſertim prolixior, quæ ſtylo ſoluto ſcripta eſt ex breviore metrica. Utraque edita eſt, uti & epiſtola epiſcoporum provinciæ Viennenſis ad Gregorium IX, in qua plurima miracula fideliter enarrantur. Geſta *Patientis* epiſcopi Lugdunenſis, *Verani* Vincienſis, *Viventii* Remenſis, & *Salvii* Albigenſis collecta ſunt ex variis & illuſtrata, prout etiam factum eſt de *Gauzlino* & de *Bodone*, epiſcopis Tullenſibus in Lotharingia, de *Eunucio* Noviodunenſi, *Auguſtale* Arelatenſi, & *Marcello* epiſcopo martyre in territorio

Anicienſi : at de tribus poſterioribus pauca fuerunt colligenda. Ad ſtatum eccleſiaſticum quoque pertinere credimus *Clodoaldum* è regia Francorum ſtirpe presbyterum, quamvis aliqui hunc eremitam faciant & deinde monachum. Vita ipſius edita eſt ; at erroribus aliquot videtur fœdata. Longè melior & prolixior eſt Vita *Corbiniani* epiſcopi Friſingenſis in Bavaria : illamque variis obſervationibus elucidatam dedimus. *Audomari* Taruanenſis in Belgio epiſcopi tres dedimus Vitas, quòd prima, quæ ceteris antiquior eſt, non omnia videatur complecti geſta. *Theodardi* item Trajectenſis epiſcopi & martyris varias edidimus Vitas, quarum prima hactenus erat inedita. *Alchmundus* & *Tilberhtus* epiſcopi fuerunt Haguſtaldenſes in Anglia, de quorum geſtis diſputatum, dataque corporum tranſlatio cum miraculis. De *Eunano* Raphoæ in Hibernia epiſcopo pauca innotuerunt. De *Paphnutio* epiſcopo incertæ civitatis in Ægypto aliqua fuerunt enarranda, plura diſputanda.

EX STATU MONASTICO.

Primùm hîc pono *S. Nicolaum Tolentinatem*, Ordinis Eremitici Auguſtiniani presbyterum, præclaris geſtis & innumeris miraculis illuſtriſſimum. Vita prima non quidem admodùm prolixa eſt, ſed rectiùs ſcripta, quàm critici aliqui voluerunt. Edita quoque Vita altera, & gloria Sancti poſthuma fusè & diligenter illuſtrata. *Petrus de Chavanon* Canonicus Regularis Auguſtiniani Ordinis, Piperaci in Arvernia, geſtis claruit & miraculis. Vita quoque accuratè ſcripta eſt. Inter abbates Actis conſcriptis & hîc elucidatis clari ſunt *Adelphius* Romaricenſis in Lotharingia, & *Elias*, cognomento *Spelæotes*, ſive *ſpeluncæ habitator*, in Calabria. Utriuſque Vita ſcriptorem habet Sancto contemporaneum. *Adelphii* altera quoque Vita edita, uti & tranſlatio corporis. *Eliæ* verò Acta nunc primùm Græcè ac Latinè ex Mss. edita. Sanctus hic parùm hactenus erat cognitus, & cum altero ſynonymo à variis confuſus. Verùm ex Vita diſſipantur hæ tenebræ. Accedunt alii abbates, quorum geſta minùs prolixè exarata, nimirum *Thomas* Farfenſis in Sabinis, *Almirus*, *Alneus* & *Ulfacius* in provincia Cenomanenſi, & *Kieranus* ſeu *Queranus* Cluainmic-noiſenſis in Hibernia. *Ulfacii* nulla inventa eſt Vita : *Querani* Vita ut fabuloſa eſt prætermiſſa. At utriuſque geſta aliunde collecta & illuſtrata. Inter eremitas eſt *Baryphabas* martyr in Oriente. Hujus Acta Græca, licèt videantur fabuloſa, ſunt edita. Eaque occaſione inquiſitum, utrùm videatur aliquid Sanguinis Chriſti Domini in terris remanſiſſe : nam de eo aliquid à *Baryphaba* conſervatum aſſerunt Græci. *Bertellini* ſeu *Beccelini* eremitæ in Anglia nihilo meliora ſunt Acta. *Tutius* in territorio Aquilano & *Onnenus* in Britannia Armorica vix noti ſunt. *Odgerus* diaconus prope Ruræmundam in Belgio defunctus ſolitariis quoque annumerari poteſt. Ad ſtatum monaſticum demum ſpectant duo Beati, *Merbodus* ſive *Marbedo* presbyter Ordinis Benedictini & martyr ; ac *Joannes Salernitanus*, Ordinis prædicatorum, cujus Vita data.

EX STATU SECULARI.

Notiſſimus eſt *Adrianus* martyr, cujus Acta Græca cum interpretatione Latina edidimus, & contra nimias cenſuras utcumque vindicavimus. Diligenter quoque actum eſt de reliquiis hujus Sancti, qui Gerardi-Monte in Belgio multis claruit miraculis, magnoque etiamnum peregrinorum concurſu honoratur. Occaſione *Adriani* de *Natalia* quoque ipſius conjuge diſputatum. Græca item Acta *Sozontis* M. Pompeiopoli in Cilicia & *Severiani* Sebaſtiæ paſſi, ex Mss. ſunt data & illuſtrata. Latina Acta *Anaſtaſii* M. Salonæ in Dalmatia coronati, ac *Felicis* & *Regulæ* ſimiliter data ſunt & examinata. *Eupſychium* M. ab altero ſynonymo diſtinctum habet Cæſarea Cappadociæ ; *Joannem*, edicto Diocletiani lacerato celebrem, claroſque in aula imperatoris *Dorotheum* & *Gorgonium* Nicomedia ; *Euſebium*, *Neſtabum*, *Zenonem* & *Neſtorem* Gaza Palæſtinæ ; *Nemeſianum*, *Felicem*, *Lucium*, & horum Socios nominatim à S. Cypriano laudatos, Africa ; *Prothum* & *Hyacinthum*, celebritate cultûs magis quàm Actorum fide notos, Roma ipſa ; ac denique alios non paucos, partim martyres, partim confeſſores, quorum geſta minùs ſunt nota, in variis provinciis Italiæ, Galliæ, Hiſpaniæ atque Orientis aſſignabit index Sanctorum tomo præfixus.

EX FEMINEO SEXU.

Inter Sanctas mulieres primam recenſeo *Pulcheriam* imperatricem & virginem, quarumlibet virtutum ſplendore illuſtrem, & defenſione fidei Catholicæ contra hæreticos Neſtorianos Eutychianoſque celeberrimam, cujus præclara geſta Commentario hiſtorico relata ſunt & illuſtrata. In Bithynia paſſæ ſunt & coronatæ martyrio *Menodora*, *Metrodora* & *Nymphodora* ſorores virgines. Ægyptum celebri ac mira pœnitentia illuſtravit *Theodora* Alexandrina, cujus tamen Acta, utpote nimis fabuloſa, edere noluimus. Abbatiſſæ quatuor in diverſis provinciis repertæ,

repertæ, nimirum *Madelberta* virgo Malbodii in Hannonia; *Wilfrida* seu *Vulfridis* in Anglia; *Seraphina* vidua Pisauri in ducatu Urbinate, & *Sperandea* virgo Cinguli in Piceno, sive in Marchia Anconitana. Celebris in Burgundia prope veterem Alesiam est *Regina* virgo & martyr. Hujus Acta quidem sunt suspecta, sed gloria posthuma ex corporis translatione & miraculis eluceścit. Solo ferè cultu innotescunt virgines sequentes, *Grimonia* Capellæ in Picardia, Gallis quoque martyrologis ignota; *Osmanna* in abbatia S. Dionysii Parisiensis agri; *Carissima* Albigæ in Occitania; & *Belina* apud Lingones in Campania. Paulò plura colligi potuerunt de *Comitissa* nobili virgine Venetiis; cui & Beatæ titulus vindicatur.

Ceterùm huic tomo præmittitur elogium Patris nostri Joannis Pinii, anno 1749, die XIX Maii piè defuncti: eaque occasione breviter respondetur Jacobo Laderchio, qui in Vita S. Ignatii per Pinium illustrata improbavit paucula ad S. Philippum Nerium spectantia.

FACULTAS R. P. PROVINCIALIS SOCIETATIS JESU FLANDRO-BELGICÆ,

ET SUMMA PRIVILEGII CÆSAREI.

CUm Editis Philippi II Hispaniarum Regis, deinde Serenissimorum Archiducum Alberti & Isabellæ, Belgii Principum, rursumque Philippi III, ac novissimè Caroli II Regum, confirmatis 2 Decembris 1692, *&* 19 *Julii* 1694, *Provincialibus Societatis Jesu, per Flandrobelgicam pro tempore futuris, potestas facta sit eligendi typographos & bibliopolas, qui, ad aliorum quorumcumque exclusionem, soli imprimere ac reimprimere, & vendere possint libros & Opera quælibet, ritè approbata, curantibusque ejusdem Societatis Patribus edita aut porrò edenda, sub consueto suæ Majestatis Privilegio, non aliter impetrando, quàm in scriptis obtentâ & præexhibitâ licentiâ prædicti Provincialis; idque sub gravibus pœnis, in contraventores aut aliter impressa importantes statutis, ut latiùs in ipsis patentibus litteris apparet: cùm etiam sua Cæsarea Majestas idem valere voluerit in ditionibus, S. R. Imperio subjectis;*

Ego infrascriptus Societatis Jesu per Flandrobelgicam Præpositus Provincialis, potestate ad hoc mihi facta ab Adm. R. P. N. Præposito Generali Francisco Retz, concedo Bernardo Alberto vander Plasſche *facultatem sic imprimendi, & per se aliosque vendendi infrascriptum Opus, ex more nostræ Societatis (quod hisce attestor) recognitum & approbatum; videlicet, Tomum tertium de Actis Sanctorum Septembris, collectis & illustratis per Joannem Stiltingum, Joannem Limpenum, Constantinum Suyskenum, & Joannem Perierum, Societatis nostræ presbyteros Theologos. In quorum fidem hasce, manu propria subscriptas, consuetoque nostri officii sigillo munitas, dedi Antverpiæ* VIII *Octobris* MDCCL.

PETRUS AMELOT.

SUMMA PRIVILEGII REGII.

CÆsareæ & Regiæ Catholicæ Majestatis diplomate sancitum est, ne quis, præter voluntatem Joannis Stiltingi è Societate Jesu, ejusve ad illustranda Sanctorum Acta Adjutorum & Successorum, ullo modo imprimat vel recudi faciat, ex parte vel in totum, Tomos eorumdem, de argumento illo vel jam editos vel porrò edendos; aut alibi excusos excudendosve invehat, venalesve habeat: qui secus faxit, confiscatione exemplarium, & aliis gravibus pœnis mulctabitur; ut latiùs patet ex litteris, Bruxellæ datis die V Octobris anno MDCCXXXV.

Signat P. VAN CUTSHEM.

Et ego Joannes Stiltingus Societatis Jesu, permitto Bernardo Alberto vander Plasſche, ut Tomum tertium de Actis Sanctorum Septembris, meo permisso apud ipsum impressum publicet. Datum Antverpiæ VIII *Octobris* MDCCL.

APPRO.

APPROBATIO

CENSORIS ORDINARII.

ACta Sanctorum contenta tomo tertio Septembris, collecta, digesta, commentariisque & observationibus illustrata à RR. PP. Joanne Stiltingo, Joanne Limpeno, Constantino Suyskeno, Joanne Periero, Societatis Jesu Presbyteris Theologis, uti & Elogium R. P. Joannis Pinii, ac Dissertatio de tempore natali S. Gregorii Nazianzeni, *quæ illis præfiguntur, non tantùm admirandam horum Hagiographorum arguunt in ecclesiasticis & profanis historiis aut corrigendis, aut conciliandis, aut de caligine eruendis industriam : sed & rarum eorumdem idque argutum de Sanctorum quorumdam Vitis æquo minùs exactis, aut fide dignis judicium, & elaboratissimum inter tot salebrosa, & spinosa veluti dumeta venerandæ antiquitatis indagandæ studium. Quare cum nihil à fide catholicâ, & bonis moribus alienum, sed plurima erudita in primis, præclara, & ex veteribus quarumcumque ferè Gentium monumentis studiosè conquisita contineant, quibus Sanctorum Fasti summè illustrantur, eadem Acta luce publicâ dignissima judico. Datum Antverpiæ* 15 *Septembris* 1750.

A. BRIERS
S. Theol. & SS. Canonum Licentiatus, cathed. Ecclesiæ Antverpiensis Canonicus Grad. & Archipresbyter, examinator Synodalis & librorum Censor.

PROTESTATIO AUCTORUM.

QUod identidem protestati sunt decessores nostri in hoc de Actis Sanctorum Opere, se servatas velle Urbani Papæ VIII Constitutiones; neque suis, aliorumve huc relatis Commentariis aliud pondus tribui, quàm sit historiæ, ab hominibus errori obnoxiis scriptæ : idem ante hunc tertium Tomum Septembris denuo protestamur.

P: JOANNES PINIUS S. I.

OBIIT XIX MAII, ANNO MDCCXLIX, ÆTATIS LXXI.

Hæc Pinii facies. Vitam cupis? Accipe; totum
Actis Sanctorum se dedit, atque Deo.

P: E: Boitſtats ſculp: 1749.

ELOGIUM

REVERENDI PATRIS

JOANNIS PINII

HAGIOGRAPHI SOCIETATIS JESU, TOY MAKAPITOY,

Auctore P. Joanne Periero ejuſdem Societatis presbytero.

CAPUT PRIMUM

Pinii natales, ſtudia, ingreſſus in Societatem, & geſta uſque ad acceſſum ad Muſeum Antverpienſe.

Elogii hujus conſcribendi cauſa.

QUod ab annis circitèr XXXV de P. Daniele Papebrochio collega ſuo judicium tulit P. Joannes Pinius, cùm illius elogium, præfixum tomo VI Junii, meditaretur, idem nos modò de ipſomet Pinio ferre poſſumus; nec cupidum eſſe ſcilicet laudum noſtrarum, nec indigum. Etenim ſi vitæ ejus piiſſimè tranſactæ ſeriem vel obiter memoriâ recolamus, tot virtutes mox occurrunt, tanta in earumdem exercitatione ad finem uſque conſtantia, ut non poſſimus non habere ſpem firmam, ipſum ex Actis Sanctorum, quæ illuſtravit, ad Sanctorum migrâſſe contubernium, & immortalitatis gloriâ donatum, de humanis laudibus minimè laborare: ſi autem in Opus noſtrum oculos conjiciamus, lucubrationes ſe produnt eo numero, ea eruditione elaboratæ, ut dubitare nos non ſinant, quin magni nominis famam apud eruditos æquoſque rerum æſtimatores ſibi pepererit, ac proinde laudibus noſtris neutiquam indigeat. At verò hîc non tam conſiderandum eſt, *quid ipſi* (verba ſunt Pinii præludentis ad elogium Papebrochii) *è laudibus noſtris accedere poſſit ornamenti, quàm quid nos deceat officii, ſi velimus* (*& ſanè velle debemus*) *ab ingrati animi vitio, quàm longiſſimè abeſſe.* Itaque cùm Majorum noſtrorum conſuetudo, & ipſiuſmet Pinii, certè id tum non præſentientis, ſententia, nos impellant, ut viris de Muſeo bene meritis parentemus, geſta ejus ac virtutes præcipuas brevi & fideli elogio complectimur.

Pinii patria, parentes, frater & ſorores;

2 Patriam habuit Gandavum, urbem Flandriæ primariam, ac pluribus præclariſque nominibus, & hæc inter fœcunditate ingeniorum, quibus reſpublica litteraria condecoratur, celeberrimam; diem natalem XIII Decembris anni MDCLXXVIII; parentes verò ornatiſſimum virum Joannem Pien, Concilii Flandriæ Juriſconſultum, Regiis dein confiſcationibus & capituli cathedralis ſancti Bavonis ærario præfectum, & Mariam Tereſiam D'Hamere, conjuges, quorum pietas apud populares ſuos ſemper ſpectabilis exſtitit, ac tum enituit maximè, cùm non modò hunc primogenitum ſuum Joannem, ſed & reliquam progeniem ſuam lubentes Deo conſecrârunt, Ignatium, Mariam Catharinam & Annam Tereſiam: Fuit illis quidem proles quinta, nomine Franciſca, at hæc minima natu, prima nata eſt cælo, & citiùs ad finem vitæ, quàm ad rationis uſum pervenit. Superſtites ſunt uſque nunc Ignatius & Anna Tereſia, Pinii noſtri frater & ſoror, hæc Gandavi virgo Deo devota, ille Societatis noſtræ ſacerdos Romæ, quò, poſtquam ſacram Theologiam docuiſſet Lovanii, vocatus eſt anno MDCCXXVIII Theologus admodum reverendi Patris noſtri Generalis, ac librorum cenſor. Plura de P. Ignatio Pinio, editis etiam libris claro, addi hîc poſſent; imò, quamvis hujus loci non ſit elogium ejus contexere, adderem plura de præſtanti ejus ingenio, virtute & præclaris animi dotibus, niſi vererer, ne ſic læderem viri modeſtiſſimi verecundiam. Illud ſanè permitterent, ne dicam exigerent, ejus in Muſeum noſtrum merita, quod, vivo Fratre, juvit ſemper ſubminiſtrando perutilia nobis inſtrumenta, atque alia præſtando obſequia, & modò juvare pergit ſimiliter. Redeo ad P. Joannem.

ſtudia humaniora in ſeculo, ingenium, pietas,

3 Is, poſtquam primam ætatulam ſub tam piis parentibus traduxiſſet, jamque litterarum primis elementis ſufficienter inſtructus videretur, miſſus eſt ad ſcholas

A las Societatis noſtræ informandus politioribus humanitatis artibus, & virtutum Chriſtianarum morumque bonorum documentis. In utriſque profecit tantum, quantum ſperare fas erat. Etenim cùm eſſet juveni ingenium facile, quo lecta & à magiſtris prælecta mox perciperet, felix memoria, quâ percepta retineret, ſedulitas indefeſſa, quâ ingenium & memoriam excoleret, in concertationibus ſcholaſticis multum præcellebat ſodalibus ſuis, & ſub anni exitum primas numquam non præripiebat, etiam iis, qui in ſuprema claſſe Grammatices, quam anno unico abſolvit, per biennium deſudaverant. Cùm autem indole eſſet ad bonum prona, eaque tum parentum tum magiſtrorum monitis & exemplis magis magiſque excitaretur ad virtutem, hujus amor cum ætate in ipſo accrevit adeo, ut ob ſingularem pietatem, modeB ſtiam & morum integritatem charus eſſet omnibus; donec tandem deliberare cœperit de vitæ ſtatu poſt emenſum ſtudiorum curriculum eligendo. Maturè ac prudenter ſtatus ſingulos conſiderantem inceſſit deſiderium ingrediendi Societatem Jeſu, ac poſthabito, quod offerebatur, beneficio Eccleſiaſtico, mentem aperuit parentibus & provinciæ noſtræ moderatoribus, ab illis haud gravatè facultatem adeptus eſt, & ab his ut ſpei optimæ adoleſcens admiſſus.

& tirocinium in Societate. Studet Philoſophiæ; repetit

4 Itaque factus voti compos, Mechliniam, quò eum ardor ſuus impellebat, profectus, &, ad quem toto pectore anhelabat, ingreſſus eſt novitiatum die XXX Septembris anni MDCXCVI: ubi nihil prætermiſit, ut omnes tironis optimi numeros impleret, ac ſolida vitæ religioſæ jaceret fundamenta; quo pacto eos in omni virtutum genere, in huC militate præſertim & obedientia, in amore caſtitatis ac paupertatis, in ſtudio orationis, in accurata Regularum obſervantia, atque in zelo erga ſalutem proximi, progreſſus fecit, qui toto vitæ decurſu ad aliorum exemplum & æmulationem in ipſo enituerunt. Poſt evolutum tirocinii biennium ac nuncupata ſcholaſticorum Societatis noſtræ vota, Superiorum juſſu Antverpiam contendit Philoſophiæ placita excepturus, & his poſt biennium aliud non ſine ſubtilis ingenii commendatione publicè propugnatis, Hallas Deiparæ, ut more juniorum noſtrorum politiores litteras, hauſtas in ſeculo, repeteret ac perficeret. Hîc ille, utpote ad quaſlibet artes ſcientiaſque peridoneus, nec Latino ſermone leviter inſtructus, brevi tempore in Grammaticæ, Poëticæ & Rhetoricæ artibus excelluit, ac proinde curas in id convertit, ut, quæ antè Græci idiomatis principia acceperat, excoleret & perD poliret

humaniores litteras,

5 Id ipſi non minùs feliciter ſucceſſiſſe, teſtatus eſt nobis per litteras ſenex Societatis noſtræ ſacerdos probus ac pius, & ſolus ex viginti quinque ſociis, qui cum P. Joanne Pinio, anno eodem, Societati ſe mancipârunt, in provincia ſuperſtes. Is paucis perſtringens, qualis fuerit Pinius noſter, cùm ſecum habitaret in Hallenſi oppido, notat ſequentia: *Erat Græcæ linguæ peritus in paucis, adeo ut aptus eſſet ſacris Bibliis Latinis Græcè reddendis, & pleraſque epiſtolas ad fratrem ſuum P. Ignatium Pinium deſtinandas concinnaret Græcè.* At ne putes, ita arſiſſe in ipſo amorem erga ſtudia, ut refrigeſceret pietas, præmittit laudatus ſenex etiam ſuper hac teſtimonium, aſſeritque, eum fuiſſe *devotiſſimum, ac peculiari ardore incenſum erga beatiſſimam Virginem Mariam:* cujus videlicet imago, ob innumera miracula & beneficia per univerſum Belgium & adjacentes regiones celeberrima, ingenti peregrinorum concurſu honoratur in dicto Hallenſi oppido. Denique idem proſequitur in hunc modum: *Singulis penè diebus recreationis* (dantur hujuſmodi aliquoties per menſem, ne ſtudiis obruantur) *Alſenbergam, duobus milliaribus ab Hallenſi oppido diſſitam, excurrebat veneraturus* (diverſam à prænominata) *claram miraculis imaginem Dei Genitricis, in quam ferebatur affectu magno & tenero.*

eaſque docet juventutem.

6 Tandem in pietate ac ſcientia ad eum gradum exercitato juventus primùm Bruxellenſis, deinde Antverpienſis committitur bonis artibus imbuenda; in quo munere tanta felicitate uſus eſt, ut eximiam laudem referret tum apud noſtros tum apud externos, qui Viri doctrinam ſuſpiciebant & ſedulitatem. E Loquuntur etiam hodie noſtri ſeniores de induſtria ejus in concinnandis publicis ſcholarum exercitationibus, deque dexteritate in his ordinandis ac exſequendis per diſcipulos cum ſummo applauſu eo confluentium omnis ordinis hominum, & de juventutis ſuæ progreſſu collætantium. Per hæc & hujuſmodi ingenii ſui ac dexteritatis ſpecimina & per innatam in reliquis actionibus ſuavitatem, conjunctam cum gravitate minimè affectata, auctoritatem & amorem ſibi conciliabat apud diſcipulos, atque tenellos eorum animos, ita ſibi devinctos, reddebat faciliores avidioreſque ad imbibenda veræ pietatis virtutumque Chriſtianarum principia, quæ nulla occaſione neglecta ipſis inſtillabat aſſiduè, quique primarius docentium in Societate ſcopus eſt & finis. Hunc autem ut attingeret Pinius, plurimum adjumenti attulit

A attulit facultas dicendi ſtrenuè & eloquenter in exhortationibus, & mira perſuadendi gratia, prout aſſeruit mihi ſacerdos ex noſtris, ejus quondam diſcipulus.

Theologiam docetur, & conſecratur ſacerdos;

7 Poſtquam ſeſe tam impigrè & utiliter aliorum inſtructioni impenderat, Lovanium dirigitur ſanctioribus Theologiæ ſtudiis ipſe inſtituendus; ubi, quemadmodum alibi ſemper, magnam ſui apud alios æſtimationem excitavit, in privatis ac publicis diſputationibus præbens experimenta profundæ ac ſolidæ doctrinæ per annos quatuor, quorum tertio, Chriſti MDCCX ſacerdotio initiatus eſt die xx Septembris. Porrò revocet hîc in memoriam lector, quod obſervavimus num. 5 de cura P. Pinii ſervandæ, dum ſtudiis incumberet, augendæque pietatis, & eò altiorem ejus opinionem concipiat,

B quo majorem ſeſe ejuſdem habere manifeſtârunt Superiores. Moris eſt in Societate, ut juniores ſacerdotes ſinguli mox vel paulò poſt emenſum Theologiæ curſum deſtinentur ad tertiæ Probationis domum, ut ibidem in ſolitudine per plures ſolitò meditationes perque humiliationis ac pœnitentiæ exercitia probentur anni unius ſpatio, & ſic reſarciant, ſi quid, ſeu occaſione frequentioris inter docendas litteras cum hominibus ſeculi converſationis, ſeu nimiæ ad proprium in ſcientiis progreſſum applicationis aut intenſionis, deceſſerit ipſis ex primævo tirocinii fervore.

novitiis noſtris inſtruendis adhibetur;

8 At verò idem ille ſpiritûs fervor in P. Pinio inventus eſt accreviſſe potiùs quàm remiſiſſe: ac proinde delectus eſt

C à moderatoribus, ut in alios etiam refunderet, quod tam ſtudioſè ſervaverat in ſe & auxerat. Patri Rectori Mechlinienſis Collegii, cui ſimul novitiatûs moderandi cura incumbit, deſignatus eſt ſocius ad informandos tirones noſtros vitæ religioſæ rudimentis & inſtitutionibus; quam provinciam obivit magna omnium approbatione. Reverebantur eum ita novitii, atque, prout mihi eorum unus retulit, ita diligebant, ut, quando poſt expletum annum Antverpiam vocatus eſt, non ſine intimo doloris ſenſu & gemitibus ab ipſo divelli potuerint. Fovebat illos, ut filios amantiſſimos; defectus corrigebat ſeveritate, mixta cum ſuavitate; Regularum obſervantiam docebat exemplo potiùs quàm verbis; methodum orandi, meditandi, rudes inſtruendi in catechiſmis explicabat ipſis labore indefeſſo & efficaci; tales denique formabat, quales exigit inſtitutum noſtrum. D

9 Hiſce occupationibus piis ac ſanctis dum anno MDCCXIII diſtineretur Pinius, *vocatur ad Muſeum.* grave Opus de Actis Sanctorum trium dumtaxat ſcriptorum humeris incumbebat (nam, qui quartus erat & ſenior, Papebrochius jam ab annis aliquot ſuos ſubtrahere coactus fuerat ob ætatem magnis laboribus ad extrema deductam) Baertii, Janningi & Sollerii, neque omnium æqualiter firmis. Baertius enim ætatis annum attigerat ſecundum ſupra ſexageſimum, ſuperaverat Janningus. Quapropter de novo ſubſtituendo ſuſtentaculo eſt cogitatum: prudenti quidem & felici conſilio: quandoquidem menſe Januario anni MDCCXVI Baertium, menſe Octobri MDCCXIX Janningum hemiplexia corripuerit, atque ambos, deinceps ſtudiis ineptos, Muſeo cedere compulerit. Perluſtrant itaque mente ſingulas provinciæ noſtræ domos, juniorum præſertim ſacerdotum dotes animi corporiſque ponderant, incidunt tandem in Pinium, tum annis circitèr natum triginta quinque, virum offendunt valetudine firmum & robuſtum, ingenio acrem & perſpicacem, judicio prudentem & conſideratum, Latinè & Græcè inſtruE ctum, ſtudiorum & ſolitudinis amantem, atque, ut paucis omnia complectar, ad eruditos labores peridoneum. Hîc hæret & quieſcit eorum diſquiſitio, hunc ſibi ſocium poſcunt & impetrant. Præconceptam de ſe opinionem atque exſpectationem cumulatè implevit Pinius, plurimamque Muſeo operam contulit ac diuturnam.

CAPUT

ELOGIUM

CAPUT SECUNDUM.

Ejus ſcripta.

§ I. Lucubrationes Pinii præcipuæ in ſex primis tomis menſis Julii.

Acta ſanctorum

QUàm ſtrenuè Opus aggreſſus ſit, quámque impigrè per annos triginta quinque continuârit, luculenter oſtendunt tomi quatuordecim, quorum priores ſeptem menſem Julium, ſex alii Auguſtum conſtituunt, poſterior verò Septembrem inchoat. Non detinebo te hîc, ſtudioſe lector, prolixiore Sanctorum
B ſerie, quorum geſta eruderavit & illuſtravit Pinius; tum ne immenſum excurram, ſi ſingulos enumerem, tum ne, ut ferè contingit in ſimilibus, parùm voluptatis afferam, vel, ut ſæpenumerò, haud parùm faſtidii. Aliorum tamen, qui de ſociis Hagiographis elogia concinnârunt, veſtigiis inſiſtens ſeligam ex jam dictis tomis lucubrationes præcipuas, & in quibus eruditio ipſius & induſtria plurimùm enituit; reliquas verbo uno alterove generatim attigiſſe contentus, ac pro pleniori earum notitia ad Opus ipſum te remiſiſſe.

in tomis Julii

11 Occurrit primùm menſis Julii tomus primus & novi Hagiographi pro magna parte primus labor. In illo, quantùm conjicio, ejus in linguis peritiam, atque ingenii judiciique robur ac menſuram periclitati ſunt ſeniores collegæ;
C ſed & ipſe, qualis eſſet jam tum, qualiſque poſt longiorem exercitationem evaſurus eſſet, non obſcuro indicio aperuit. Nam ut mittam Syllogas hiſtoricas, brevioreſque collectiones non paucas, imò omnes toto hoc volumine contentas, in quibus ſanctorum Martyrum & Confeſſorum memoria & cultus eruenda fuerunt ex Menæis, Synaxariis & ſimilibus Græcæ antiquitatis monumentis tum impreſſis tum manuſcriptis, ad primam menſis memorati diem negotium ei commiſſum fuit valdè arduum, Acta loquor S. Simeonis Sali Græca, ſtylo quidem ſatis compto exarata, verùm præterquam quòd vocibus hinc inde barbaris conſpurcata eſſent, tot paradoxis, totque modis agendi & incedendi à trita aliorum Sanctorum via in ſpeciem declinantibus conſperſa, ut vereri potuiſſet, ne ea, utut illuſtrata, non facilè fidem facerent lectoribus minùs credulis. Non abſterruerunt tamen iſta hominem; noverat quippe, mirabilem eſſe Deum in Sanctis ſuis, & ſtultitiam, à qua Simeoni cognomentum *Salus* inditum fuerat, propter Chriſtum electam, veram eſſe ſapientiam. Probato igitur ejus cultu apud Græcos & Latinos, commendatâ rerum narrandarum fide à probitate ſcriptoris coævi, & aliorum antiquo- E
rum teſtimoniis, atque præmonito lectore, diſpiceret prudenter, quid in iis imitari conſultum eſſet, quid mirari conſultius, Vitam è Græco in Latinum à ſe converſam & annotatis elucidatam exhibuit.

12 Diem ejuſdem menſis ſecundum *primo*, exorſus eſt per Diſſertationem de feſtivitate Viſitationis B. Mariæ Virginis, non prolixam quidem, ſed iis, apud quos primævæ ejus inſtitutionis ac per eccleſiam propagationis diſtincta notitia non eſt, lectu dignam: proſecutus eſt diſcutiendo geſta aliorum Sanctorum, nominatim SS. Oudocei Landavenſis, & Swithuni Wintonienſis in Anglia epiſcoporum, & refutando in Commentariis ad eorum Vitas prævis opiniones ſcriptorum quorumdam & hallucinationes chronologicas; clauſit denique per lucubrationem ceteris diffuſiorem ac operoſio- F
rem de B. Petro de Luxemburgo, S.R.E. Cardinale, Metenſium epiſcopo, atque ævi ſui thaumaturgo, in qua, poſt expoſitam juvenis natalibus & omnium virtutum ornamentis illuſtriſſimi, anniſque dumtaxat quindecim nati mirabilem ad epiſcopales infulas, & paulò pòſt ad Cardinalitiam purpuram evectionem, fusè doctéque differit, de cultu ejus, de miraculis propè innumeris, deque proceſſu ad canonizationem inſtituto. Tum Acta & inſigniora elogia à variis conſcripta examinat, errores in iis deprehenſos emendat, injuriam Beati memoriæ ab obtrectatoribus illatam ſolidè oppugnat & propulſat fortiter. Poſt hæc Vitam dat duplicem, alteram exaratam idiomate Latino, Gallico alteram, ſed à ſe Latino donatam: ſubjungit cum duplici præambulo memoratum mox Proceſſum, quæ omnia cum annotationibus, qui-

A quibus illuſtrat ſingula, eò uſque excurrunt, ut paginas impleant centum quadraginta, & mole ſua ſuperent quaſcumque lucubrationes iſto volumine comprehenſas. Adde jam enumeratis, & ceteris ſilentio ſuppreſſis, ex die tertia, ad quam protrahitur tantùm tomus iſte, S. Anatolii epiſcopi Conſtantinopolitani Acta Græca in Latinum tranſlata, & prævium illis Commentarium, in quo poſt demonſtratum cultum, multa diſputat de præcipuis adverſus Sanctum ſuum accuſationibus.

ſecundo, 13 Specimen dedi primorum Pinii laborum, unde, quid deinceps præſtiterit, ſtatim conjicias. Pervolve tomum Julii ſecundum, occurrent præter breviores Collectiones, ex monumentis Græcis erutas, Syllogæ hiſtoricæ & Commentarii nec pauci, nec exigui, nec vulgari eruditione digeſti, quorum alii A-
B ctis præmittuntur, alii Sanctorum Vitas, ex vetuſtis tabellis & Annalibus conquiſitas, & chronologico paſſim ordine diſpoſitas, proponunt. Eminent inter Syllogas hiſtoricas eæ, quas habet de S. Andrea epiſcopo, perperam Monotheliſmi inſimulato, & de S. Edgaro Anglorum rege. Inter Commentarios verò illuſtriores ſunt, quos dedit de SS. Udalrico epiſcopo, Wilhelmo abbate, Moduenna virgine & Procopio martyre, cujus poſtremi, ſicut & S. Dominicæ virg. mart., & S. Cyrilli epiſc. mart., Acta è Græcis Latina fecit.

tertio, 14 Cùm tertius memorati menſis tomus prelo pararetur, iter in Hiſpaniam, uti infrà paulò latiùs indicabo, ſuſcepit Pinius; verumtamen neque in illo operam ſuam deſiderari paſſus eſt. Collectiones ex Græcis Faſtis omnes expedivit; Acta Græca in Latinum vertit;
C lucubrationes de Sanctis confecit viginti circitèr longiores; quas inter, ut ſileam de SS. Felicitate cum ſeptem filiis, Paulino epiſcopo cum ſociis MM., aliiſque hujuſmodi primævæ Eccleſiæ heroibus, locum meretur non infimum Commentarius hiſtoricus de S. Hæmorrhoiſſa Euangelica, mole ſua ceteris collatus, exiguus; ſed, ſi materiarum varietatem, rerum, quæ pertractantur confuſionem, & auctorum, qui ſuper his conſulendi & exponendi fuerunt, numerum ſpectes, multùm extenſus, nec brevi tempore abſolutus.

quarto, 15 Non minori labore ſteterunt ipſi in tomo quarto bini præſertim ſancti confeſſores, Romani, coævi & ob eamdem præ ceteris virtutem, mirabilem, inquam, mundi deſpectum, celeberrimi, Alexius & Arſenius. Prioris Vitas, neglectâ Græcâ Latinè à ſe priùs interpretatâ, tres typis donatas annotatis illuſtravit, proſaïcam ac metricam Latinas, & D
proſaïcam alteram, ab Arabico ſermone ad Latinum deductam. In Commentario duabus prioribus præfixo, de S. Alexii, quem à S. Joanne Calybita meritò diſtinguit, ſtirpe, patria, ætate ac morte; de cultu & ad hunc ſpectantibus; de Alexianorum fratrum, quibus Sanctus ille non fundator, ſed patronus exſtitit, primordiis; de Vitæ ejus Hiſtoria vulgari, pluribus fabellis conſperſa difficultatibuſque implexa, tractat operosè. In alterò autem & ſeparato Commentario Vitæ Arabicæ impudens interpolator pro meritis vapulat, ex Syriaco textu caſtigatur, doctáque criſi ſecernuntur à veris fabuloſa. In Commentatione autem, quâ præluſit ad Acta S. Arſenii Græca cum interpretatione ſua Latina, vitæ ejus chronotaxim geſtaque reliqua pro inſtituto noſtro fusè expendit. E

quinto, 16 Tomo v ingenium ejus ac ſtudium exercuerunt Margarita ſeu Marina V. M.; Joſeph comes ex Judæo obſtinatiſſimo Chriſtianus & ſanctus; Apollinaris Ravennæ protoëpiſcopus; Chriſtina V. M., & alia ipſi ſynonyma virgo Belgica, cognomento Mirabilis; &, ne alios enumerando fiam longior, veteris Teſtamenti propheta S. Daniël; cujus Syllogen hiſtoricam exorditur à nomine, genere, patria; tum, an unus Daniël, an plures fuerint, diſquirit; captivitatem, ſanctitatem, virtutes, ſapientiam atque auctoritatem apud reges & populos explanat; prophetiæ donum & nomen ei vindicat contra Hebræos; de viſionibus ejus agit & ſcriptis verè & falsò ipſi attributis: & hæc quidem omnia, aliaque, quibus ſuperſedeo, vel ſacrarum Paginarum teſtimoniis, vel ſanctorum Patrum aſſertis ſtabilit, vel interpretum ſolidis rationibus confirmat. Denique, ſecundum primæ notæ interpretum calculos propoſitâ rerum à Daniële geſtarum chronotaxi, inſignem ejus cultum demonſtrat, & quæcumque ad Sanctum pertinent, pertractat doctè, ut ſingula eruditionem ſpirent; accuratè, ut nihil prætermiſſum ſit; breviter, ut mireris, tot tamque diverſas res, adeo nitidè ac dilucidè expoſitas, tam arctis terminis concludi potuiſſe. F

ac ſexto, cui præmittitur Tractatus de Liturgia antiqua Hiſpanica à Pinio elucidata.

17 Tomus VI gerit in fronte TRACTATUM HISTORICO-CHRONOLOGICUM DE LITURGIA ANTIQUA HISPANICA, GOTHICA, ISIDORIANA, MOZARABICA, TOLETANA, MIXTA; fructum excurſionis in Hiſpaniam, cujus ſuprà meminimus. In eo, perveſtigatis à prima Eccleſiæ fundatione elapſis ad noſtra uſque ſeculis, corraſit Pinius, excuſſit, & in ordinem digeſſit quidquid illi materiæ, de ſe ſterili ac tenebricoſæ, neque ab aliis

A teà plenè examinatæ, majorem ubertatem lucemque poſſet affundere. Neceſſe non eſt exprimere, ſi tamen prorſus exprimi queat, quot tædia hîc Viro devoranda fuerint: vel ſolus argumenti titulus, id abundè inſinuat. Neque ſinunt nos elogii limites præcipua prolixæ Diſcuſſionis (extenditur ad numeros ſex & quinquaginta ſupra quingentos) membra vel perfunctoriè percurrere. Dixiſſe ſufficiat, opus eſſe P. Pinii, materiam à ſe ſuſceptam dimittere non ſoliti, niſi ad ultimum, ut aiunt, uſque apicem enucleatam, & omnibus numeris abſolutam. Quanta approbatione ſuſceptum fuerit, inde liquet, quòd, rarò hiſce temporibus exemplo, adverſarium, quòd ſciam, invenerit neminem, quódque, unde ſimul eruas, quo guſtu fuerit perlectum, qua aviditate conquiſitum, licèt apud nos ſeparato etiam volumine

B impreſſum fuiſſet, multorum ejus copiam requirentium votis ſatis fieri nequiverit, ac propterea alterius operâ Romanis typis nova editio prodierit anno hujus ſeculi XL. Porrò memoratus tomus aliis exornatur P. Pinii lucubrationibus benè multis; illuſtriores ſunt de SS. Chriſtophoro martyre in Eccleſia celeberrimo; Magnerico epiſc.; Nazario & Celſo MM.; Irene Hegumena V. operoſis longiſque diſquiſitionibus refertæ, quas curioſo lectori pleniùs inveſtigandas relinquo.

§ II. Acta S. Ignatii Loiolæ à Pinio elucidata; Commentarius illis prævius perperam impugnatus à Jacobo Laderchio.

C

Commentarius de S. Ignatio

MEritus eſt benè de recenſitis Julii tomis P. Pinius ob egregia, quibus eos cumulavit, laborum ſuorum monumenta, de tomo ſeptimo & ultimo, longè meritiſſimus propter unam inter alias ipſi inſertam Commentationem de Actis S. Ignatii Societatis Jeſu parentis ac fundatoris, quæ mole ſua majorem voluminis partem implet, ac ſeorſum excuſa & compacta juſtæ magnitudinis volumen adæquat. Inſcripſit eam Reverendo admodùm Patri Franciſco Retz, qui ejuſdem ſancti Patriarchæ ſucceſſor Societatem univerſam etiam hodie Præpoſitus Generalis feliciter regit, regatque utinam diu ad majorem Dei gloriam. Non exſpectes hîc, lector ſtudioſe, ut totius Operis ſymmetriam ob oculos tibi ponam, aut quâ doctrinâ digeſtum ſit, quave arte perpolitum ediſſeram; calamum rurſum cohibet ejus prolixitas. Hoc obſervo, P. Pinium hîc laborâſſe, ut prudenter & verè, plenè & accuratè, ſed modeſtè ſimul ac temperatè ſcriberet, ne, cùm de Parente ſuo diſſereret, amore filiali plus æquo abreptus fuiſſe videretur, & illum extollendo depreſſiſſe alios. D

à Laderchio impugnatur duplici argumento; reſpondetur uni:

19 Verumtamen, ut ut cautè proceſſerit, ne ſic quidem evaſit: diſplicuit, imò bilem movit Jacobo Laderchio Congregationis Oratorii presbytero, Annalium Eccleſiaſticorum continuatori; quòd ſcilicet ex teſtimoniis virorum fide digniſſimorum & ſubæqualium retulerit primò, dixiſſe aliquando S. Philippum Nerium, ſe à S. Ignatio doctum fuiſſe facere orationem mentalem; ſecundò, eumdem S. Philippum à S. Ignatio petiviſſe admitti in Societatem. Utrumque punctum acriter impugnat laudatus Annaliſta ad annum MDLXXI à pag. 378: & ſecundum quidem à ſe everſum exiſtimat per teſtimonium illi oppoſitum, quo S. Philippus à S. Ignatio ad Societatem invitatus ſcribitur. Sed, dum hoc argumentum ſumma contentione pertractat, nonnulla in ſubſidium adducit non ſatis probata, alia ſupponit vera, ſanè ut talia non ſtatim admittenda ab hominibus eruditis nec partium ſtudio præventis, qui, dato etiam, quòd teſtimonium à Laderchio prolatum, ab hujus ratiociniis avulſum, verum eſſe admittant, non idcirco eas, quas ille, concluſiones formabunt, nedum, ubi oppoſita in ſpeciem teſtimonia conciliari queunt hac vel ſimili parœmiâ: *Diſtingue tempora*, apertiſſimi mendacii arguent P. Nicolaum Lancicium, quem in Vita P. Bollandi virum *ſanctæ & venerandæ memoriæ* appellat Papebrochius, à Laderchio contra illum allegatus, quemque *à Deo ſingularibus affectum fuiſſe donis & gratiis in curationibus morborum, prædictionibus eventuum, viſionibus rerum, notitiâ ſecretorum cordis affirmant plures, qui illi convixerunt*, ut ſcribit Sotuellus in Bibliotheca ſcriptorum. Nedum, inquam, apertiſſimi mendacii arguent Lancicium, dum quod narrat, accepiſſe ſe teſtatur ab Eminentiſſimo Bellarmino & R. A. P. Mutio Vitelleſco, viris omni exceptione majoribus, auritis teſtibus, olim S. Philippo familiaribus; & per conſequens ipſummet Mutium Vitelleſcum, qui non modò id oretenus affirmavit Lancicio, ſed etiam ſcripto teſtimonio manu propria ſubſignato confirmavit. Hæc paucis. E F

alterum proponitur,

20 At dabit veniam ſpero ſtudioſus lector, ſi primum punctum ipſiuſmet Laderchii verbis huc transferam. Itaque pag. 378 proloquitur in hunc modum:

Inter

A *Inter ea, quæ tomo* VII *Julii agentes de S. Ignatio Loyola Bollandiani ſcriptis conſignârunt, hæc leguntur, quæ nos ſumma fide totidem verbis hîc inſerendæ exiſtimavimus.* Tum ſubdit ſequentia ex Commentario P. Pinii ad pag. 521 : *Pater Gabriël Venuſtus, Societatis Jeſu Profeſſus, bonus admodum Religioſus, plurium collegiorum rector, ac demum in collegio Romano rerum ſpiritualium præfectus, facilè bis mihi narravit, quòd, dum in ſeminario Romano eſſet alicujus cubiculi præfectus, iviſſetque cum patre noſtro Rubino ad eccleſiam novam, ad videndam quamdam picturam, recenter admodùm expoſitam, occurrit* * *ſibi S. Philippus ac quæſierit, quales eſſent. Reſponderunt ei : Societatis Jeſu. Subjunxit Beatus* : „*Eſtis filii* „ *magni Patris : ego ipſi obſtringor. Magiſter* „ *Ignatius me docuit facere orationem men-* „ *talem.*„ *Hoc totum, quod mihi narravit P. Venuſtus, id quod me ex ipſo audiviſſe* B *fidem facio his manu mea ſcriptis.* Hîc ſiſtit Laderchius, & pro SUMMA FIDE ſua ſupprimit nomen auctoris, qui in documento poſtremis his verbis : *Id quod me ex ipſo audiviſſe fidem facio his manu mea ſcriptis* ſeſe ita ſubſcribit : FAMIANUS STRADA. Quaſi verò lectoris nihil interſit id noviſſe, ſitque *totidem verbis* reddere, quæ leguntur apud nos, ſi ſubſcriptionis loco ſubſtituantur iſta : *Citat* (Bollandianus, Joannes Pinius) *P. Ignatium Pinium in Spicilegio Romano.* Acſi vel hic teſtimonii auctor ſit, vel ejuſdem ab auctore ignoto relicti ſubminiſtrator. At intererat fortaſſe Laderchii, latêre lectorem, à quo emanâſſet teſtimonium, utique à viro, qualis fuit Famianus Strada, ob eruditionem celeberrimo, & ob integritatem aliaſque animi dotes ſummis infimiſque in amoribus ac veneratione.

* apud nos occurrerit

C 21 Pergamus oro, benigne lector, ad *& ſimiliter refellitur ;* Annaliſtæ pag. 384, ubi, quæ protulerat pag. 378, impugnare aggreditur : *At*, inquit, *referre pudet, inſulſum aliud commentum, quod ex teſtimonio cujuſdam patris Venuſti Bollandianus ſcriptor S. Philippo tribuere non veretur ; quòd nimirum eidem Venuſto S. Philippus idem faſſus fuerit : Orationem mentalem ſibi S. Ignatium facere docuiſſe.* Nempe tam acri caſtigatione dignus erat Bollandianus ſcriptor, quia nudè retulit, quod antè ſeculo penè integro P. Daniël Bartolus in Vita S. Ignatii lib. 4, cap. 34, num. 10 & alii litteris conſignare, typiſque vulgare veriti non ſunt, nec vereri porrò debuerunt : quod P. Joannem Marcianum, Congregationis Oratorii presbyterum, in Monumentis hiſtoricis dictæ Congregationis Neapoli impreſſis tom. 1 pag. 88, referre non modò non puduit ; ſed quod ipſi aliiſque ſui Ordinis viſum eſt relatu dignum, tamquam inſigne profundiſſimæ S. Philippi humilitatis ſpecimen : quod denique ante Laderchium ſcriptorum, quem ſciam, nullus vocavit in dubium, nedum *inſulſum commentum* vocitavit. D

22 Sed attende ad Laderchii rationum momenta : *Et quidem*, ait, *ea erat humilitate præditus S. Philippus, quòd ſi verum extitiſſet, non modò id fateri non puduiſſet ; ſed potiùs, ad inſtar maximi illius doctoris Hieronymi, qui à Gregorio Nazianzeno ſacras litteras didicerat ; ſub tanto doctore* (S. Ignatio) *orationis prima documenta accepiſſe, gloriatus fuiſſet.* Nonne mirabilis iſthæc eſt arguendi forma ? Et primò quidem nonne Laderchius ipſe meritò rideat eum, qui negans factum S. Hieronymi hoc argumento uteretur : *Si S. Hieronymus ſacras litteras didiciſſet à S. Gregorio, id illum fateri non puduiſſet ?* Nonne mox reponat, ineptè ſupponi dumtaxat futurum fuiſſe unum, ſi alterum præceſſiſſet, quando utrumque abſolutè factum eſſe comprobatur teſtimoniis ? Nonne rectè addat, hæc teſtimonia priùs elidenda eſſe, quod niſi fiat, nihil agi ? Secundò, quis vel ſomniavit aſſerere, quòd faſſus fuerit S. Philippus, ſe *orationis prima documenta accepiſſe à S. Ignatio, prima rudimenta didiciſſe*, antea *in meditatione cæleſtium omnino inexpertum ac rudem fuiſſe*, quæ & ſimilia continuò obtrudit Annaliſta ? Sanè hæ conſecutiones, ut ipſe ſupponit & ſuppoſuiſſe debuit, ne aëra verberâſſe dicatur, extundi haud meliùs poſſunt ex verbis S. Philippi per Pinium relatis : *Magiſter Ignatius me docuit facere orationem mentalem*, quàm ex his S. Hieronymi cap. CXVII de Illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus : *Gregorius primùm Saſimorum, deinde Nazianzenus epiſcopus, vir eloquentiſſimus, præceptor meus, à quo Scripturas explanante* F *didici.* Aut ex his Epiſt. ad Domnionem : *Gregorium Nazianzenum & Didymum in Scripturis ſanctis catechiſtas habui*, deduci queant ſequentes : *S. Hieronymus prima Scripturæ ſacræ documenta accepit à Gregorio & Didymo ; prima rudimenta didicit ; antea in ſcientia ſacrarum Scripturarum omnino inexpertus erat ac rudis.* *oſtenditurque*,

23 Neque enim magis abſonum eſt, *quàm debilis ſit* aliquem in oratione ac meditatione valdè exercitatum, perfectiùs in iis inſtrui, novamque eas exercendi normam addiſcere, quàm in ſcientia Scripturarum perfectiùs inſtrui virum jam illis perfectè imbutum, qualis erat S. Hieronymus, quando ferè quinquagenarius ad S. Gregorium, & quando ſenex, atque, ut loquitur Baronius, *orbis penè totius magiſter* ad Didymum primò acceſſit. Unde inutili labore Laderchius iniit ſupputationem annorum à Chriſti MDXXXI, S. Phi-

A Philippi XVI, uſque ad MDXXXVII, cui S. Ignatii in Bulla canonizationis in Urbem adventus innectitur, ut per varios Vitæ illius textus oſtenderet, ſanctum Patrem ſuum *diu priuſquam S. Ignatius Romam veniret in oratione inſtructiſſimum fuiſſe*; ac demum ita concluderet: *Qua ratione, qui altiſſimum contemplationis apicem attigerat, retrogrado ordine, prima orandi elementa apprehendere neceſſe habuit?* Quibus verbis rurſum ſupponit, vel S. Philippum ſub annum ætatis ſuæ XXIII, quo S. Ignatius Romam venit, ad eum perfectæ contemplationis gradum aſcendiſſe, ut annis circitèr LVII, quibus dein ſuperſtes fuit, in eodem permanſerit, nec per frequentes ſpiritûs elevationes, raptus, ecſtaſes, quæ in Vita ejus, præſertim poſt ſuſceptum anno ætatis XXXVI ſacerdotium, leguntur, ad altiorem aſcenderit, aut aſcendere potuerit, niſi retrogrado ordine: vel ejus naturæ fuiſſe doctrinam S. Ignatii, ut eſſet apta dumtaxat ad rudes & omnino inexpertos imbuendos primis orationis elementis; quantumvis Paulus III PP. Documenta S. Ignatii, ut pietate & ſanctitate plena, ex certa ſcientia approbans & collaudans hortatus fuerit *plurimùm in Domino* OMNES ET SINGULOS *utriuſque ſexus Chriſti fideles, ubilibet conſtitutos, ut tam piis documentis & exercitiis, uti & INSTRUI devotè velint.* Alios Pontifices Maximos, Cardinales, epiſcopos, imò Sanctos, Sanctaſque, qui eadem documenta aut laudârunt impensè, aut iiſdem uſi & inſtructi fuerint non ordine retrogrado, licèt antè ad ſublimem contemplationis gradum elevati eſſent, videſis, ſtudioſe lector, in Gloria poſthuma S. Ignatii § III tom. VII Julii.

B

impugnantis ratiocinia.

C

24 Ceterùm, ut his finem imponam, nam jam nunc propoſitæ brevitatis limites exceſſiſſe me ſentio, cùm alia ad id, quod diſplicuit, evertendum argumenta non ſuppeterent Laderchio, conſultius fuiſſet ipſi (ſalva pace dictum ſit) aut ſilere omnino, aut fateri potiùs, eo magis mirandum & extollendum eſſe ſanctiſſimi Parentis ſui demiſſum de ſe ſenſum, quanto certiùs demonſtrare poterat, eum antea in oratione ac meditatione fuiſſe verſatiſſimum. Quo caſu, quàm aptè, ſervata proportione, applicâſſet S. Philippo, quod olim doctiſſimus & eminentiſſimus Annaliſta Baronius protulerat de S. Hieronymo! *Res planè admiratione digna eſt, hominem, quem ob inſignem eruditionem conſulerent Occidentales epiſcopi, immò ipſe Epiſcopus epiſcoporum Damaſus id crebriùs facitaret, tam longa itinera peragráſſe, ut Gregorii eſſe mereretur auditor, ac ſub tanto magiſtro poſſet profiteri diſcipulum; inde ſibi ſummum gloriæ decus conciliaturum exiſtimans cum acceſſione doctrinæ.* D

§ III. Reliqui ejus labores litterarii.

Lucubrationes Pinii in tomis primo,

EX præcipuis Cælitibus, quibus P. Pinius in tom. I Auguſti operam conſecravit, duas memoro fortiſſimas heroïdes, de fide orthodoxa optimè meritas, martyriique laureâ coronatas, Theodotam & Iam, hanc in Perſide, illam in Bithynia. Ad diem menſis ſecundum in Commentario Actis S. Theodotæ præfixo, poſt ſtabilitum cultum, controverſiam ingreditur prorſus intricatam; an una ſit, an triplex Theodota: ex eaque emergit feliciter hoc pacto, ut Theodotam ſuam, quæ Nicææ in Bithynia cum tribus filiis igne conſumpta eſt, diverſam comprobet à ſynonyma cum ſeptem filiis paſſa Cæſareæ in Mauritania; eamdem verò cum ea, quæ in Faſtis quibuſdam Græcis, ſuppreſsâ certaminis palæſtrâ, exhibetur ut virgo. Similem ferè difficultatem offendit ad diem IV ſuper S. Ia, an nimirum diſtinguenda ſit à S. Eudocia M. nec ne; poſterius ſat veriſimile ratus eſt; at quia primum ei veriſimilius apparuit, de utraque ſeorſum tractavit, &, diſcuſſis reliquis, Acta martyrii SS. Iæ ac Sociarum Græcè & Latinè excuſa elucidavit Annotatis. E

ſecundo,

26 Tomus II, cujuſlibet penè ordinis ac ſexûs Sanctos complectitur à Pinio illuſtratos. Habes hîc Sixtum II Papam cum Sociis martyrem; Arigium archiepiſcopum; Venantium, Abelem & Hugonem in Gallia, Alexandrum Carbonarium, Myronem & Æmilianum in Græcia epiſcopos; Porcarium abbatem, & monachos quingentos MM.; Hyperechium ac Samuelem presbyteros; Euplum diaconum; Oſwaldum regem; Anicetum comitem; Chromatium cum filio Tiburtio Romanæ urbis præfectum; Marinum ſenem; Nonnam S. Gregorii Nazianzeni matrem, alioſque confeſſores ac martyres, quorum geſtis plurimum lucis attulerunt operoſæ Pinii diſquiſitiones. Præ ceteris tamen aſſiduitatem ejus poſtulârunt SS. Laurentius archidiaconus M. & Caietanus Thienæus Conf., clericorum Regularium, vulgò Theatinorum fundator. Quiſquis ſanè noſtram ſcribendi normam non plenè perſpectam habet, vix credat, quot difficultates in Laurentio perrumpendæ fuerint, quot diſſipandæ obſcuritates, quot perſcrutanda volumina & monumenta, ut de ejus cultu per orbem univerſum celebratiſſimo, de reliquiis per præcipuas Europæ regio- F

nes

A nes diſperſis, de honorificis Patrum de ipſo elogiis, de patria, parentibus, Actis, miraculis & Gloria poſthuma, tam fusè tamque eruditè diſſeri poſſet, atque diſſeruit P. Pinius. Nihil addo de Commentario prævio Actis S. Caietani, totius tomi locupletiſſimo, nec paucis diſſertationibus conferto; nihil de doctis obſervationibus ad Vitam; nihil de miraculis & Gloria poſthuma Vitæ ſubnexis. Adiſis tomum ipſum; impigrum demirabere Viri ſtudium.

tertio, 27 Eaſdem ob rationes commendandum meritò eſt idem ſtudium in tomo III Auguſti, ubi Commentationes numeravi longiores ſupra quinque & viginti. Quid memorem SS. Michæam, prophetam ſeniorem; Joannem & Georgium, patriarchas Conſtantinopolitanos; Ludovicum Toloſanum & Mocteum Lugmadenſem antiſtites, alioſve quorum vel Vitas præmiſſis Commentariis ſubnexuit, vel ex
B Græco Latinè interpretatus eſt, vel, deficientibus Vitarum hiſtoriis, geſta undique diligentiſſimè conquiſita ordine diſpoſuit? Ne quidem nominare hîc opus ſit prolixam diſſertationem, quàm inſtituit de notiſſimo per univerſam Eccleſiam, & præſentiſſimo contagioſa labe infectis patrono, Rocho confeſſore; unica abundè ſufficiat ad ejus commendationem Lucubratio de S. Helena vidua imperatrice, opus hujus itidem tomi ampliſſimum. Præit Commentarius, quatuordecim diviſus in paragraphos, quos totidem ferè diſtinctas diſputationes ex materia ſua laborioſiſſimas verè appellari poſſe fatebitur, quicumque noverit, quàm varia de ſanctiſſimæ Conſtantini Magni parentis patria, genere, conjugio cum Conſtantio Chloro imp., repudio, converſione ad fidem orthodoxam, & id generis pluribus, ſit eruditorum opinio, quæ ut ſin-
C gula expediret, nulli operæ pepercit. Commentarium ſubſequitur Sanctæ Vita annotatis inſtructiſſima, hanc verò Gloria poſthuma ex miraculis, Officiis ſacris &c. demonſtrata.

quarto, 28 Poſt tomum III Auguſti ad ſolitos Viri labores acceſſit novus occaſione infirmitatis P. Joannis Baptiſtæ Sollerii, qui ſtrenuus huc uſque cooperator à ſtudiis deinceps abſtinuit, atque omnem Operis promovendi curam tranſtulit in ſocios. Pinio obtigit tomorum proximè ſubſequentium ſtatuenda ſymmetria, in eo ſita, ut examinetur primùm, quot menſis dies tomo quolibet comprehendendi ſint; dein qui Sancti & Beati illis inſerendi; qui in catalogum Prætermiſſorum, ad alios dies paſſim ſpectantium, referendi; qui denique, licèt vitæ probitate ac ſimilibus ſpectabiles fuerint, ob non ſufficienter probatum cultum omnino non dandi.

Hæc autem, ut debito cum delectu præ- D
ſtentur, quanto tempore Hagiographum, ut ut induſtrium & in ſacris Faſtis monumentiſque antiquis verſatum, detinere debeant, expoſitum eſt in Elogio antè memorati P. Sollerii. Perfecit Pinius, ut ſolebat aliàs, ſingula accuratiſſimè, neque idcirco vel minimum aliis laboribus detraxit; contrà quò majora onera imponerentur, quóve curæ ingruerent graviores, eò animos altiores ſumens diligentiùs atque expeditiùs laborâſſe viſus eſt. Dictis fidem faciat tomus Auguſti IV; in eo quippe non modò quæcumque Græca erant (erant autem non pauca) Latinè interpretatus eſt, ſed etiam Lucubrationes longiores ac difficiliores magna ex parte confecit. Has inter unica de S. Bernardo, primo Claravallenſi abbate, paginas occupat ſupra ducentas & quinquaginta.

29 Eodem ferè paſſu progreſſus eſt in *quinto & ſexto menſis Auguſti*; reliquis, quibus allaboravit, tomis. Quintum Auguſti ornant inter alios Sanctos ac E
Beatos quamplurimos Zephirinus Papa; Gennadius, Epiphanius & Mennas patriarchæ Conſtantinopolitani; Bregwinus & Eulalius epiſcopi; Liberatus de Lauro & Socii, Joannes à Caramola, & Joannes Baſſandus monachi. In ſexto, quem, duobus tantùm cum Sociis inchoatum, abſolvit cum unico (immortuus quippe huic eſt P. Guilielmus Cuperus) lucubrationes ejus nomine notatas reperio LXIV, & has inter eminent, quas habet de S. Æthiope, eunucho reginæ Candacis per Philippum diaconum baptizato; de S. Pœmene & S. Moyſe Æthiope, anachoretis, quorum Acta Græca Latinè vertit; de SS. Gebhardo Conſtantienſi & Paulino Trevirenſi præſulibus; de SS. Pammachio ſenatore Romano atque Dominico Vallio, puero à Judæis occiſo, &, quæ mole ſuâ F
illis ſuperior eſt, nec inferior eruditione, de S. Raymundo Nonnato, S. R. E. Cardinale.

30 Reſtat tomus I Septembris, eorum, *item in primo Septembris, cui præfixit Tractatum* quibus P. Pinius manum & ingenium contulit, decimus quartus; poſtremus ordine, non doctrinâ. Enimverò Tractatus ad eum præliminaris hujuſmodi eſt, ut mireris, viro jam annis gravi cogitationem incidiſſe, ut hoc Opus ſuſciperet, animoſque adfuiſſe ut inchoaret, & vires, ut exſequeretur, atque ita exſequeretur, ut ad ejus perfectionem nihil quidquam meritò deſiderari queat. Agitur de Diaconiſſis Eccleſiæ; puta de earum antiquitate, requiſitis, veſtitu, officiis; de dignitate, tempore ac ritu eas conſecrandi in Occidentali & Orientali Eccleſiis; de ſanctionibus imperatorum ad illas pertinentibus, de earum ſtatu apud Orientales hæreticos, atque de tempore & modo, quibus

A exoleverint: quæ aliaque capita, utpote complectentia quæſtiones plures valdè controverſas, pertractari nequiverunt, abſque prævia & laborioſa tum Latinæ, tum Græcæ antiquitatis monumentorum perſcrutatione & collatione.

de Diaconiſſis. 31 Labores parvi æſtimavit animoſus Senex; nihil fecit tædia, hîc certè, ſi uſpiam, occurrere nata; difficultates, quæ alioqui, ſalva Operis integritate, diſſimulari potuerant, ultrò arripuit & ſuperavit. Huic tractatui, mirabili planè ordine, claritate & eruditione exarato, ſubjunxit lucubrationes circitèr triginta, per dictum tomum diſperſas, atque ſic, uti mox innuebam, ſtudio ſuo Hagiographico, corpore etiam tum robuſtus, metas fixit; qua autem occaſione id factum ſit, memorabo inferiùs. Ex hactenus expoſitis pronum eſt perſpicere, quo loco haberi dignus ſit apud eruditos P. Pinius, quo apud nos, quibus præterea etiam mortuus ſæpè adjumento eſt, per relicta laborum ſuorum monumenta alia, ad Opus continuandum perutilia; annotationes videlicet, obſervationes & collectiones de Sanctis, quas præſertim, dum à menſe Septembri anni MDCCXXI uſque ad menſem Junii anni ſubſequentis præcipuas Hiſpaniæ civitates peragravit comitante P. Cupero, ex bibliothecis & archivis decerpſit & propria manu tranſcripſit. D

CAPUT TERTIUM.

B *Pinii virtutes; ſenectus in magnis animi ærumnis tranſacta; pia ac tranquilla mors.* E

Pura in operibus intentio, NOn infrequens eſt apud homines, qui ad artes ſcientiaſve animum adjecerunt, ut, quò res ſuccedunt feliciùs, eò ardentiùs ſeſe iis applicent, iis paulatim toti abſorbeantur, noctes atque dies iis inſumant, cetera negligentes; quos, ſi poſt multorum annorum labores interpelles rogeſque, quid quæſiverint tandem, quem ſibi ſcopum, quem finem præfixerint, quemve retulerint fructum, fateri tenebuntur, dummodo quod in corde latet non erubeſcant prodere, fateri, inquam, tenebuntur, eò ſe collimâſſe potiſſimùm, ut & docti eſſent & audirent, idque retuliſſe unicum, ut per aſſiduas curas & vigilias corpus macerârint, vires fregerint, & nomini quidem ſuo gloriolam comparârint; ſed inanem ac ſterilem; animæ autem multum detrimenti, emolumenti nihil. Longè aberat ab hujuſmodi cogitationibus P. Joannes Pinius: ea quidem erat indole, ut quidquid ſui muneris atque conditionis eſſe exiſtimaret, præſtare id eniteretur modo, quo poſſet, perfectiore, collineans id illud Eccl. 33: *In omnibus operibus tuis præcellens eſto*; verùm cùm neque ignoraret, cujuſlibet operis veram præcellentiam pendêre inprimis, imò unicè, à puritate intentionis, cavebat ſedulò, ne in hanc irreperet vel minima propriæ æſtimationis aura; totam dirigebat ad Dei majorem gloriam, ad ampliorem Sanctorum venerationem & cultum, ad ædificationem & fructum proximorum, ad augmentum & ſplendorem fidei orthodoxæ, ad progreſſum proprium in virtute & pietate. Hinc ſolidam adeptus eſt gloriam; hinc ſcriptor evaſit inſignis, & eximius religioſus. C

parcitas temporis, 33 Eximius, inquam, religioſus: nam licèt, ut tot tantaque conſcriberet, neceſſe fuerit impendere plurimum temporis, nihil tamen ſtudiis concedebat, quod vel communi noſtræ vivendi methodo debitum rebatur, vel viro ad perfectionem aſpiranti neceſſarium: utque erat Regularum omnium cultor exactiſſimus, ac ſimul parciſſimus temporis æſtimator, diem in partes diviſerat & ſingulis partibus certam occupationem præfiniverat; illam verò diſtributionem horarum, quas ſtudiis & orationibus aliiſque pietatis exercitationibus deſtinaverat, niſi vel caſus inopinatus, vel ratio honeſtati valdè conſona impediret, obſervabat tam conſtanter ac ſollicitè, ut, ſive ſtuderet, ſive oraret, ſemper horologio ex arena confecto (clepſamidion appellant) inſtructus videretur; ne ſcilicet, ſtudiis nimiùm intentus, orationi vel tantillum ſubtraheret, aut contrà ne, huic diutiùs indulgens, ſtudia ex præfinito tempore quidquam amitterent, atque ita muneri, à ſuperioribus injuncto, non faceret ſatis: & in hoc quidem ipſi majore cautela opus erat, utpote qui mirum in modum orationi piiſque exercitiis addictus, facilè eorum dulcedine abreptus fuiſſet, nec de iis abrumpendis cogitâſſet, niſi tacitum hunc monitorem præ oculis conſpexiſſet. F

accuratio exercitii ſpiritualibus quotidianis & annuis 34 Porrò nullas actiones, quantumvis minimas, ſpirituali profectui ſuo intentiſſimus obibat obiter aut remiſsè; unde colligas, quàm promptus & alacer manè ſurgeret, cùm ad horam quartam de more excitaretur è ſomno; quàm ſedulò primitias diei Creatori ſuo oblaturus mox cogitationes ad illum omnes converteret, di-

A dirigeretque pias aſpirationes, donec ad medium quintæ, percepto ſigno æris domeſtici, per ferventem meditationem ad reliquas functiones ritè peragendas ſeſe præmuniret: quàm ſolerter adverteret, ne ſpiritus evagaretur, aut per incidentes de rebus non divinis cogitationes aliquid ex ſpiritali iſto animæ cibo ſibi deperiret; quàm diligenter, expletâ meditationis horâ, ad aliud epulum longè pretioſiſſimum & auguſtiſſimum in ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio percipiendum ſe præpararet; quàm devotè ac piè diviniſſimum id Opus perageret, & eo peracto, quàm ſtudiosè ſe colligeret. Idem conjicias de Officii eccleſiaſtici recitatione, de examine conſcientiæ, de lectione libri ſpiritualis, & ſimilibus vitæ religioſæ exercitiis quotidianis. Unum addo de Exercitiis S. P. Ignatii annuis, à quolibet juxta inſtitutum Societatis noſtræ per octi-
B duum obeundis: quanta obiret ipſe accuratione, docuerunt nos repertæ in demortui ſcriniis ſchedulæ. In his enim, non ſecus ac fieri conſuevit à diligentiſſimis negotiatoribus, præſentem annum conferebat cum præcedentibus & quantum lucratus fuiſſet conſiderabat; tum rationem inibat cujuſlibet meditationis aut contemplationis, quem guſtum in ea percepiſſet, quem collegiſſet fructum, quid didiciſſet corrigendum in actionibus ſuis, quid deinceps majore perfectione præſtandum.

humilitas, reverentia erga ſuperiores, affabilitas erga alios,

35 Verùm, dum iis exponendis immoror, confertim ſeſe ingenti agmine objiciunt ceteræ P. Pinii virtutes, ut niſi de illis hîc ſiſtam, & de his parcè admodùm diſſeram, ægrè ad elogii finem pertingam. Igitur de his pauca accipe. Humilitas ejus ac ſui deſpicientia elucebat in quovis opere & actione; reverentia er-
C ga ſuperiores talis erat, ut eos haud aliter ſuſpicere videretur, quàm mortales angelos; cùm illis adſtaret, tironem dixiſſes, non religioſum conſummatæ virtutis & ſenem; ſi quid à ſe deſiderari ſuſpicaretur, nutus aucupabatur, ſæpe præveniebat. Dum autem cum aliis agendum erat, ſpirabat acceſſus ejus comitatem, ſermo affabilitatem & animi candorem, geſtus gravitatem & religioſam modeſtiam. Ea erat hîc de vitæ ejus integritate exiſtimatio, ea de modo converſandi cum omnis generis ac ſtatûs hominibus opinio, ut vir, qui olim provinciam noſtram univerſam eſt moderatus, quique hodie præeſt uni è præcipuis collegiis, non ſemel auditus ſit dicere, Angelum eſſe P. Pinium, dulciſſimum agnellum, communitatis delicium; & certè conciliaverat ſibi amorem non apud noſtros dumtaxat, ſed & apud externos, imò apud viros in primaria Eccleſiæ dignitate D conſtitutos.

pietas in Deum & Sanctos,

36 Numquid non juſta ratione præſumere fas eſt, Virum, qui ob virtutes ſuas ad illum modum gratiam apud homines invenerat minimè deſideratam, nedum ſtudio quæſitam, hâc majorem & pretioſiorem acquiſiviſſe apud Superos? Quippe quam unam præ oculis haberet, ſummo conatu aſſequi contenderet, ſibi demereri eniteretur tum per enumerata, tum per enumeranda bonarum operationum exercitia; per flagrantem, inquam, charitatem erga Deum ſub ſpeciebus Euchariſticis latentem, quâ incenſus ad templum advolabat, quotieſcumque diviniſſimum hoc Sacramentum fideli populo adorandum proponebatur, & ſæpe aliàs, quando, nemine conſcio, plenos affectibus & aſpirationibus frænos laxare conceſſum erat; per pietatem erga San-
E ctos, quos ſibi patronos delegerat; per tenerrimum amorem erga beatiſſimam Virginem Deiparam, qui, ut ſuprà memini, à juventute in ipſo viguit, accrevitque cum ætate ad ultimum uſque ſpiritum.

ſpiritus pœnitentiæ & virtutes reliquæ.

37 Addè & ſpiritum pœnitentiæ, quem manifeſtârunt inventa in ipſius cubiculo varia flagrorum genera, & mortificationis, ut vocant, quem quantamcumque operam adhiberet, ne aliorum oculis incurreret, non ita tamen occulere potuit, quin ipſe ſe proderet. Etenim ad menſam viſus eſt non tantùm cibos ſeu ſapidos ſeu inſipidos ſemper ſine delectu admittere, verùm etiam quandoque facta commixtione, an conſultò an inadvertenter non dixerim, eos inſipidos reddere adeo, ut quivis alius, mortificationi minùs addictus, ab iis abſtinuiſſet, vel certè judicari potuiſſet omni ſaporis ſenſu deſtitutus. Mitto loqui de paupertate ipſius, caſtitate & obedientia; quis credat enim, virtutes illas non pleniſſimè cultas fuiſſe ab homine virtutum omnium etiam minimarum amantiſſimo, atque ab omni peccati labe ita alieno, ut leviſſima ejus umbra horrorem ei incuteret & tremorem? Præterea ſi vel de ſola paupertate ſermo inſtituendus eſſet, ſexcenta ſuppeterent exempla, quibus luce clariùs pateret, quàm in ea ſervanda accuratus eſſet ac rigidus. Hæc dicta ſufficiant; reliquam vitæ ſeriem reſumo & expedio. F

Poſtremis vitæ annis

38 Anno præſentis ſeculi quadrageſimo ſexto, poſt emiſſam votorum quatuor ſolemnem profeſſionem trigeſimo ſecundo, poſtque ingreſſum in Societatem JESU quinquageſimo, jubilæum celebravit more noſtro P. Pinius, annis quidem gravis, ſed corpore vegetus & robuſtus adeo, ut alii hominem ferreum vocitarent,

A rent, alii æneum, talemque, ut ſi Superis placuiſſet, à docto ejus calamo exſpectari potuiſſent lucubrationes in futurum plurimæ. Verùm iis aliter viſum eſt; laboribus deſtinabatur Vir optimus, ſed longè gravioribus. Ad eum modum vitam ordinaverat ad hoc uſque tempus, ut quandocumque placuiſſet divinæ Providentiæ ipſum ad aliam evocare, ad id eſſet abundè comparatus, dubiumque non eſt, quin eam materiam ſæpe meditatus eſſet. At, cùm non experiretur eas infirmitates, quæ ſenium penè ſemper comitari ſolent, non tam vividam, credo, mortis, ut propè imminentis, ideam ſibi formârat, qualis formandæ occaſio fortaſſe fuit memoratum jubilæum; cui ſe jungens cogitatio æquè vivida de reddenda ſupremo Judici actionum ſingularum ratione Hominem conſcientiæ timidioris ſolito ampliùs deterruit. Ut ut
B res ſe habuerit, cœpit præterita pertractare, & ſcrutari animum plus æquo rigidè, dubitare, contriſtari, in ſcrupulos impingere vehementes ſuper actionibus etiam leviſſimis.

animi anxietatibus vexatur,

39 Mox ille ad orationem recurrere, conſuetum in adverſis refugium, Dei clementiam obſecrare, implorare Sanctorum opem, conſulere præfectum ſpiritûs, undique remedium quærere. At necdum advenerat obtinendæ conſolationis & amiſſæ tranquillitatis recuperandæ hora; pluribus probanda erat ejus patientia. Accreſcunt igitur indies dubia, tenebris offunditur judicium ſenſim denſioribus, anxietas vires capit, Virumque ad ſtudia reddit inhabilem. Quapropter valedicit Muſæo, acturus deinceps unicè cum animæ moderatoribus. Sed neque ſic morbo remedium reperit; quæ benignè ac ſuaviter ei media præ-
C ſcribunt, nititur exſecutioni mandare; doctis eorum conſiliis defert plurimùm, piis monitis acquieſcit & ſublevatur ſubinde; at, ut ſcrupuloſis obtingit, ſublato uno dubio, exſurgit aliud & exagitat vehementiùs. Res planè digna erat commiſeratione, videre amabilem Senem de D
eadem actione utrimque, ne peccaret, anxium ſeu faceret ſeu omitteret, audire gemitus ejus continuos & ſuſpiria, & inde perſpicere, quantùm cruciaretur interiùs.

iiſque patienter toleratis tranquillitati redditur, ac piè moritur.

40 Interea tamen, quantumcumque affligeretur, firmam ſervabat in corde fiduciam erga Dei miſericordiam, ut judicare poſſes, illam ſpiritûs infirmitatem ab ipſo acceptari æquo & grato animo, tamquam divinitus ſibi immiſſam. Poſt tot acerbos tandem animæ cruciatus, divina Bonitas, quæ ſervos ſuos affligi permittit, non prorſus opprimi, jam ſatis purgatum, & ornatum meritis priſtinæ tranquillitati reſtitui voluit, menſibus aliquot, priuſquam ipſum ad laborum ſuorum mercedem evocaret; quod contigit præter omnium exſpectationem anno MDCCXLIX, die XIX Maii: quo autem pacto, diſces ex verbis epi- E
ſtolæ per provinciam noſtram tranſmiſſæ ipſo obitûs die. Sic habent: *Hodie horâ quartâ matutinâ placidiſſimè & tranquilliſſimè in Domino obdormivit Senex optimus* (annos natus LXXI) *& emeritus Hagiographus, dilectus nobis in Chriſto Pater Joannes Pien. Gravis pectoris oppreſſio, ex catarrho orta, Virum pro ætate vegetum tribus diebus ad extrema perduxit: nam die Veneris præterito Sacrum, ut ſolebat quotidie facere, ultimum celebravit: eadem die poſt prandium ad valetudinarium ſe recepit, & veſperi de peccatis confeſſus eſt: ſequenti die circa veſperam, iterata breviter confeſſione, ſacrum Viaticum accepit: herì ſub veſperam ſacro Oleo ad luctam fuit inunctus, ita adhuc mentis compos, ut ad preces de more præmittendas ipſe reſponderet. Hiſce omnibus piè in corona patrum ac Fratrum peractis, deinde præſentibus finem ſuum appropinquare dixit, id ſe ſentire; ſumptaque Crucifixi effigie, multum pietatis, nihil timoris manifeſtavit, donec morte Sanctorum, ut certè confidimus, animam Creatori ſuo redderet.* F

A

DISSERTATIO

D

DE TEMPORE NATALI

S. GREGORII NAZIANZENI.

PRÆFATIO.

Occasio hujus Dissertationis : variæ opiniones scriptorum : quid maximè probare intendat auctor. J. S.

Occasio hujus Dissertationis ex Actis S. Paphnutii orta :

B

QUandoquidem *in hoc tomo ad diem* XI *Septembris enarranda ac elucidanda venerunt gesta S. Paphnutii episcopi & confessoris, incidi in controversiam de continentia sacerdotum horum, qui conjugio illigati fuerunt ante susceptos Ordines sacros. Examinandum enim erat, an verum videretur, quod de S. Paphnutio narrant Socrates & Sozomenus, cum se opposuisse Patribus concilii Nicæni, ne episcopis, presbyteris & diaconis lex imponeretur, quâ juberentur abstinere ab uxoribus ante sacros Ordines ductis. Illam autem relationem cùm nec veram nec probabilem crederem, sed potiùs disciplinæ ecclesiasticæ illorum temporum contrariam; vidi à scriptoribus contrariæ opinionis præcipuè objici exemplum S. Gregorii Nazianzeni, quem natum volunt, patre administrante episcopatum, ita ut certè Cæsarius frater ipsius natu minor à patre jam episcopo generatus fuerit, si vera sit illa opinio. Hæc igitur objectio me coëgit in tempus natale Nazianzeni diligenter inquirere, ac novissimorum quoque scriptorum de eo opiniones indagare.*

variæ scriptorum sententiæ de natali tempore Nazianzeni :

C

2 *Eminentissimus Baronius tom.* 4 *Annalium ad annum* 371 *pag.* 303 *credidit S. Gregorium mundo datum esse anno* 324; *sed totum istius opinionis fundamentum est versiculus Latinè redditus minùs exactè, indeque perperam intellectus. Godefridus Hermant in Vita SS. Basilii & Nazianzeni, item ex versiculis, quos malè expositos videbimus, Basilii natalem cap.* 2 *figit circa annum* 328, *& cap.* 10 *natalem Gregorii anno* 328. *Papebrochius noster ad* IX *Maii in S. Gregorio Nazianzeno secutus est opinionem Suidæ, qui nonaginta ætatis annos Nazianzeno tribuit, indeque credidit Gregorium natum circa finem seculi* III. *Verùm Papebrochius ipse in Appendice tom.* VII *ejusdem mensis, cùm iterum inquisivisset in ætatem SS. Gregorii & Basilii occasione Sanctorum hujus parentum, priorem ultrò mutavit sententiam, & pag.* 656 *natales Gregorii & Basilii latè fixit inter annum* 308 *&* 318. *Tillemontius tom.* 9 *Monum. Eccl. notâ* 4 *in S. Gregorium Nazianzenum contendit, Gregorium natum esse tempore episcopatus paterni anno* 329. *Hanc opinionem secuti sunt varii, interque eos nuperrimè Benedictini Congregationis S. Mauri, qui ediderunt Opera S. Basilii, in hujus Vita, tomo* III *Operis præmissa; & Remigius Ceillier in Opere Gallico de Auctoribus sacris, in quo natales SS. Basilii, Gregorii Nazianzeni & Gregorii Nyssæni secundum opinionem Tillemontii ordinat.*

3 *Verumtamen ut horum omnium & aliorum quorumdam opinio refutetur, satis erit, si examinavero Tillemontii ratiocinia, quibus nihil ab aliis additum, certè quod alicujus sit ponderis, invenire hactenus potui. Hoc igitur facere decrevi, cùm quia argumentum contra continentiam sacerdotum seculi* IV *ex ea chronotaxi desumunt adversarii, tum quia ab una hac controversia dependet chronotaxis decem facilè Sanctorum, de quibus in Opere nostro partim jam actum est, partim deinde agendum. Hunc in finem primò elucidabo argumenta singula, quibus certò evinci existimo SS. Gregorium & Basilium natos esse diu ante annum* 329, *sive annis non paucis ante episcopatum Gregorii patris, ac responsiones qualescumque Tillemontii ad illa discutiam. Deinde aliud afferam argumentum, quo simul annus natalis utriusque probabili ratione propiùs innotescet. Tertiò elucidabo argumenta Tillemontii, ex ipso ferè Papebrochio desumpta, quibus ostenditur, Suidæ sententiam non satis esse probabilem; simulque ostendam ea nullam habere vim contra sententiam Papebrochii &* F *nostram. Quartò discutiam ea argumenta, quæ nostræ quoque sententiæ fuerunt opposita. Quintò demum examinabo, an Tillemontius rectè responderit ad argumentum, nobis aliàs in hac controversia non necessarium, quod ex continentia sacerdotum desumpsit Papebrochius, ut ea ratione respondeatur ad argumenta, quæ objici possunt contra ea, quæ differenda censui in S. Paphnutio § 4.*

E

ordo in hac Dissertatione servandus.

A

§ I. Argumentum à senio SS. Gregorii Nazianzeni & Basilii petitum contra opinionem Tillemontii, cujus responsiones discutiuntur.

Si vera est Tillemontii opinio, Gregorius annos natus 43 jam de senectute queritur :

Cum S. Gregorius Nazianzenus obierit anno 389, si natus est anno 329, mortuus est, dum sexaginta ferè habebat annos, ut fatetur Tillemontius. Atqui Sanctus ille multis annis ante mortem loquitur de sua canitie, & senectute. Necesse igitur est, ut Chronotaxis Tillemontii omnino dicatur improbabilis. Verùm audiamus Gregorium ipsum. In Carmine de Rebus suis pag. 36 sic loquitur :

Jàm mihi jam canum caput est, rugosaque
B membra
Tristis ad occasum vitæ jam prona feruntur.

Carmen hoc, fatente Tillemontio notâ 18, non fuit compositum post initium anni 372, quo quadragesimum & tertium ætatis annum agebat Gregorius secundùm ipsius chronotaxim. In eodem Carmine pag. 37 sic iterum habent Græca, quæ minùs exactè sunt Latinè expressa :

Χαλεπὸν ἢ πάθος κατὰ γῆρας ἔχευε·
Καὶ κύφλω ποτὶ γαῖαν ἐνὶ φρεσὶ πένθος ἀέξων.

Molestus verò affectus in senectutem præcipitavit :

Et propendeo jam in terram, in mente luctum augens.

Tillemontius ad hunc locum respondet ; senectutem hîc à Gregorio non attribui ætati, sed afflictionibus. Verùm, sicut negare nolo, Gregorium afflictionibus suis attribuere, quòd difficiliorem & fortasse etiam utcumque præmaturam senectutem patiatur, sic nemo prudenter inficiabitur, dicta illa Sancti de canitie, de membris rugosis, de corpore in terram propendente, non convenire ætati quadraginta &
C *trium annorum, sed potiùs homini ferè sexagenario, qui aliàs vix ulla senectutis incommoda sentiret, præsertim cùm de infirmitatibus Gregorii ad eam usque ætatem nihil legamus. Quomodo igitur homo quadragesimo tertio ætatis anno in tanta senectutis incommoda incidere potuit ex solis afflictionibus ? Nam dum nimium urget afflictio, morbum solet inferre, non senectutem adeo præmaturam. Neque hæc deberet in illa ætate* senectus *appellari, sed solùm* infirmitas.

atque id sæpiùs deinde facit coram iis, qui mirùm rifissent ea ejus dicta.

5 *In Oratione 27, quam habuit Constantinopoli, ut se contra obtrectatores defenderet, sic loquitur pag. 467 :* Etenim si humanum aliquid abjectumque cogitans, atque hanc cathedram affectans, aut huc primùm cum senectute hac cana, & his membris, tum vitæ diuturnitate, tum morbo rugatis atque contractis veniissem *&c. Nonne obtrectatoribus suis risum movere debuit Nazianzenus, si* de vitæ *suæ* diuturnitate *& de* senectute cana *locutus est, quando natus erat annos quinquaginta & unum, si vera est chronotaxis Tillemontii ? Cùm enim circa annum* 380 *habita sit illa oratio, secundum Tillemontium annos tum quinqua-*
D *ginta & unum numerabat Nazianzenus. In Oratione 28 pag. 483 sic alloquitur Maximum Cynicum :* Nonne senectutem & valetudinis infirmitatem mihi ut probrum objicies ? *Paulò post :* Atque utinam tibi quoque canitiei & paloris quidpiam affusum esset *&c. Quis credat ita de senectute sua locuturum virum prudentem, si annos quinquaginta vix excesserit ? In epistola 172 Olympium præfectum, civibus suis ut ignoscat, sic rogat infirmus :* Moveat te nostra canities, quæ te jam antehac, ut par erat, & quidem persæpe movit. *Tillemontius in Gregorio art. 93 hanc Epistolam refert ad annum 382, quo ex calculo ipsius annos quinquaginta & tres numerabat Gregorius. Numquid non vehementer ea ætas movere debuit præfectum iratum, ut ignosceret ? Quin potiùs non irrisisset præfectus hominem, qui ante senectutem allegaret senectutem suam, ut aliis veniam exoraret ? Mitto plura, ut ad S. Basilium transeamus.*

Secundùm Tillemontii chronotaxim S. Basilius sibi senectutem attribuit

6 *Basilius, ut rectè advertit Tillemontius notâ 1 in Basilium, sic erat æquali ætate cum Gregorio, ut hic tamen esset natu major, quemadmodum colligitur ex epistola 33 Gregorii, qui id ipse dicit secundum textum Græcum. Hinc Tillemontius Basilii natales figit circa finem anni 329. Cùm autem obierit anno 379, mortuus est secundùm hanc chronotaxim anno ætatis quinquagesimo. Verumtamen S. Basilius totiès meminit de senectute sua, ut ineptire censendus sit, nisi falsa sit opinio Tillemontii. Ineptam ætatis exaggerationem in prudentissimo patre admittere nefas est. Cogimur igitur ineptam & falsam dicere sententiam Tillemontii, qui fatetur Basilium non rarò de senectute sua meminisse. In epistola 203 nuperrimæ editionis, aliàs 87, Basilius de infirmitate sua sic loquitur :* Quam prorsùs non ignoratis quanta mihi adsit à prima ætate ad hanc usque senectutem. *Scripta ponitur hæc Epistola anno 375, quo annos Basilius quadraginta & sex habebat secundum Tillemontium. In Epistola 232, aliàs 404, quæ innectitur anno 376, S. Amphilochio ita scribit :* Mirari autem licet, ... quippe quia per ænigmata validam mihi precatus es senectutem . . . Non enim mihi est ætas ad rodendum, cùm jam pridem dentes & tempore & infirmitate sint extriti. *In Epistola 271, aliàs* XI, *dolorem suum indicat de non invento Eusebio, olim sodali suo, ad quem scribit, atque ita loquitur :* Quanti me putas æstimaturum fuisse, ut hæc omnia in memoriam per tuum congressum revocarem, & gravi hoc senio absterso, juvenis iterum ex sene
F factus viderer. *In Epistola 272, aliàs 333, ait Basilius :* Qui cùm multos dilexerim à prima ætate usque ad hoc senium *&c.*

aliquot annis ante quinquagesimum ætatis annum.

7 *Plura missa facio ex Basilio, quia fatetur Tillemontius eum subinde de senectute sua loqui. Attamen adjungo verba scriptorum Vitæ S. Basilii ante tomum 3 novissimæ editionis pag. 38, ubi hæc scribunt :* Cùm senem se dicit anno CCCLXXIV, (*quo numerabat annos quadraginta & quatuor*) id non tam illius annis tribuendum, quam perpetuæ cuidam infirmitati, quæ ab ineunte ætate incepit, ac postea pœnitentiæ ac sacerdotii laboribus, & novis supervenientibus morbis sic accrevit, ut in ipso ætatis robore senex videretur, ac dentibus careret annos natus XLVI. *Præclara enimvero observatio ! At ego*

eruditis

A *eruditis expendendum relinquo, an iis omnibus, qui senectutem Gregorii & Basilii sic explicant, rectè non repeteret S. Gregorius verba sua ex Oratione* 27 *pag.* 467 *:* Utrùm tandem vobis nugari atque ineptire videmur ? *Certè ego ineptum dicerem hominem, qui annos natus quadraginta & quatuor seriò sibi senectutem adscriberet. Nam* senectus *nomen est ætatis, & non solius infirmitatis : nec infirmus ante annos senectutis verè fit senex, quemadmodum robustus senex honore senectutis non caret. Basilius & Gregorius sibi non attribuunt apparentem tantùm senectutem, sed veram, ut iterum ex Oratione* 20 *Gregorii, quæ funebris est de Basilio, satis liquet. Nam pag.* 373 ætate æquali *Gregorius Basilium defunctum sic alloquitur :* Quid facerem, homo, & senectute, & morbo, & tui desiderio confectus ?

Quæ respondent adversarii, nihil conducere possunt

B 8 *Tillemontius notâ* 4 *in Gregorium fatetur, magnam opinioni suæ difficultatem oriri ex hac objectione. Respondet tamen,* labores, austeritates, sollicitudines, morbos, quibus uterque multùm erat expositus, efficere, ut homines aliqui diu ante alios senescant. *Verùm repono, ea omnia tantùm efficere, ut corpus fiat infirmius, & consequenter ea incommoda, quæ senectutem passim comitantur, citiùs & graviùs ingruant. At ea nequaquam efficiunt, ut vir prudens honorifico senectutis nomine utatur diu ante annum vitæ sexagesimum, quando seriò loquitur, nedum diu ante quinquagesimum, præsertim si loquatur coram æmulis, qui in dicta non minùs quàm in facta ipsius invigilant, & vel minima facilè carpunt, prout Constantinopoli loquebatur Nazianzenus. Poterunt dicere, quando jam quinquaginta annos notabiliter excesserunt, ætatem sibi ingravescere, oriri sibi senectutis mala, se senescere, & alia similia. Verùm* senectutem *sibi adscribere anno ætatis quadragesimo quarto aut quinto non est viri prudentis, qualis erat Basilius. Imò prorsus ridiculum est, alicui* validam *in ea ætate* senectutem *precari, ut fecisset Amphilochius, si vera esset opinio Tillemontii. Quo enim modo* valida senectus *in ea ætate senectus erit ?*

ad verisimilitudinem opinioni suæ conciliandam.

C 9 *Tillemontius nihilo melius Chrysostomum in auxilium advocat. Nam aliunde etiam novimus, Sanctos ad cælum aspirare, & se pro peregrinis in terra habere : sed inde nullus legitimè concludet, eos citius ad senectutem pervenire quàm alios homines : nedum eo senectutis nomine Sanctos abuti. Nihil quoque est, quod observat aliquos ante senectutem canescere : nam senectutem sibi attribuit Basilius, Gregorius & senectutem & canitiem. Demum quòd ait de itineribus Basilii, quòd illa parùm essent verisimilia in ætate octoginta annorum, si ea accessisset ad reliquas corporis infirmitates, ad nos minimè pertinet ; nam secundum sententiam nostram S. Basilius ne septuaginta quidem annos explevit, sed inter annum ætatis sexagesimum & septuagesimum obiit, ita ut habuerit annos circiter sexaginta, quando primum cœpit de senectute sua loqui. Ceterùm observo, argumentum hoc etiam deduci posse ab ætate S. Gregorii Nysseni, ut videre poterit studiosus lector, modò attentè consideraverit ea, quæ Tillemontius ipse scribit tom.* 9 *in S. Gregorio Nysseno art.* 14.

D

§ II. Argumenta alia ab ætate parentum S. Gregorii, qui filius fuit natu maximus ; & ab ætate Gorgoniæ sororis.

Cùm parentes Nazianzeni fuerint senio pares, paterque vixerit, annos ferè 100 *,*

N*Atum fuisse S. Gregorium Nazianzenum diu ante annum* 329 *, ostendit etiam ætas parentum ipsius, Gregorii & Nonnæ, quos æquali fuisse ætate frequenter ipse declarat. In Oratione* 10 *pag.* 162 *parentes suos ita celebrat :* Sic illi ad altam senectutem pervenerunt, virtute atque annis inter se pares, ac pleni dierum, tam qui manent, quàm qui fluunt ac dilabuntur ; uterque primas inter mortales habiturus, nisi mutuò ipsi sese principatu prohiberent. *Eosdem in Oratione* 11 *pag.* 178 *dicit,* vitæ longitudine & canitie ... inter se certantes. *In Oratione* 19 *, quâ patrem defunctum laudat, pag.* 315 *matrem suam dicit* ejusdem ætatis, *sive* æqualem tempore *cum ipso. Porro ibidem pag.* 313 *asserit, patrem suum obiisse* cùm centum fermè annos vixisset, ... ex iisque in sacerdotio quinque & quadraginta. *Si autem ab annis centum subtrahamus quadraginta & quinque, quos in sacerdotio transegit, reperiemus ipsum quinquaginta & quinque fermè annorum fuisse, quando factus est sacerdos. Nonnam autem ipsius conjugem pari cum eo fuisse ætate, jam vidimus ; idque iterum affirmat Gregorius ipsorum filius in carmine* 4. *pag.* 71 *, dicens parentes suos fuisse æquali* πολιῇ τε καὶ ἥβῃσιν, canitie, *sive senio,* & moribus, *licèt interpres ad minùs accuratè expresserit Latinè.*

E

erant majores quinquagenariis in opinione Tillemontii, dum natus est Gregorius.

F 11 *Nunc velim, studiosus lector mecum consideret, quanta ex chronotaxi Tillemontiana oriantur paradoxa. Vidimus Basilium & Gregorium diu ante annum ætatis quinquagesimum, secundum eam chronotaxim, senectutis titulo gloriari. Hîc verò videmus, parentes Gregorii secundum eamdem sententiam post annum quinquagesimum ætatis incipere liberos generare : nam S. Gregorius certò natus est ante Cæsarium fratrem, & verisimillimè, ut mox ostendam, etiam ante sororem Gorgoniam. Si autem omnium sit natu maximus, de quo dubitari vix potest, parentes habuit, qui supergressi annos quinquaginta generare cœperunt, id est, eo tempore, quo alii passim dudum desierunt, aut certè qua ætate mulieres non amplius solent parere. Attamen, licèt Gregorius sæpè loquatur de sua nativitate, eamque matris precibus obtentam affirmet, quia illa de nascituro filio prævia visione erat monita, nullibi tamen insinuat, tantam fuisse parentum suorum ætatem, dum natus est, ut sine singulari beneficio Dei liberos sperare non possent. Præterea nullibi indicat, parentes suos post contractas nuptias diu liberis caruisse, & in tanta demum ætate eos obtinuisse. At neutram siluisset Gregorius, si factum esset. Non siluisset grandem illam parentum ætatem ; quia illa admodùm opportuna fuisset ad confirmandum nativitatis suæ beneficium, quod toties cùm in Orationibus tum in carminibus suis celebrat.*

Non

A *Non filuisse: diuturnam matris sterilitatem, quia illa ad idem propositum mirè conducebat, & maximè idonea erat ad matrem cum Sara, patrem cum Abrahamo, ut sæpè facit, comparandum.*

Responsum Tillemontii difficultatem dissimulantis

12 *Ex hisce liquet, quàm inepta sit responsio Tillemontii, qui hoc argumentum partim dissimulavit, partim elevare voluit. Verba ipsa subjungo:* Non existimo, *inquit*, valde mirum apparere posse, quòd Gregorius pater cœperit filios habere ætate quadraginta & quinque annorum: nihil enim impedit, quo minùs nativitatem Gorgoniæ figamus circa annum cccxxv: nec etiam video, quale argumentum ex eo haberi possit, quòd S. Gregorius filius id (*sive eam ætatem*) non observaverit in Oratione funebri patris sui; nec quàm magnam elogiorum materiam inde habuisset. Si affirmat, S. Nonnam matrem suam fuisse ejusdem ferè ætatis cum marito, hoc non impedit, ait Papebrochius, quo minùs possit decem aut etiam quindecim annis post maritum nata esse, cùm femina octoginta annorum ejusdem ætatis dici possit cum viro nonagenario. *Ita conatur Tillemontius dissimulando difficultatem eludere. Verùm respondeo Gregorium patrem non solùm fuisse annorum quadraginta & quinque, quando natus est Gregorius filius, sed ferè quinquaginta & quinque: nullo etiam modo dici posse, Gorgoniam quatuor ferè annis natam esse ante S. Gregorium, mox ostendam, imò & Gregorium verisimillimè omnium esse natu maximum. Quod spectat ad silentium Gregorii de grandi illa parentum ætate, jam probavi, illam mirè conducere potuisse Gregorio ad confirmandum & exornandum nativitatis suæ beneficium, præsertim cùm sic parentes ipsius in matrimonio multis annis liberis caruissent.*

refutatur, & ostenditur esse ineptum

13 *Sanè hæc observatio, quantumvis dissimulet Tillemontius, opinionem ipsius improbabilem rursus ostendit. Ex Oratione 19 certò constat, nuptias inter Gregorium & Nonnam coaluisse multis annis ante annum 325, quo conversus est Gregorius. Etenim post relatas nuptias, matris virtutes, nativitatem suam, dolorem matris de mariti sui aversione à fide Christiana, de conatibus ipsius ad convertendum maritum, subjungit, quòd* propterea dies noctesque ad Dei pedes accideret, atque pro capitis sui (*id est, mariti*) salute cum multis jejuniis & lacrymis eum obsecraret; atque viro etiam sedulò instaret, eumque variis modis lucrari contenderet, probris, admonitionibus, obsequiis, simultatibus, &, quod maximi momenti erat, morum suorum probitate, ac ferventi erga pietatem studio: qua potissimùm re anima flectitur, & emollitur, ac voluntariè ad virtutem pertrahitur. Nec verò aliter fieri poterat, quin assiduis tandem ictibus gutta lapidem excavaret, ac progressu temporis, quod studebat, conficeret, quemadmodum ex his, quæ deinceps sequuntur, liquidò apparebit. Hæc igitur ipsa petebat, & in spe habebat, ut quæ fide magis quàm juventute ferveret. *Ut omittam istam de juventute matris mentionem, quæ non innuit ferè quinquagenariam, qualis fuit anno 325, dum conversus est maritus: ex verbis allatis de multiplici conatu Nonnæ, de gutta lapidem tandem excavante, nemo non* [illegible] *det, multis annis pro conversione mariti sui* [illegible] *sse S. Nonnam. Si autem tot annis sine* [illegible] *nsit, ut ex opinione Tillemontii di-*

B

C

cendum esset, nonne Gregorius diuturnam illam D
matris sterilitatem retulisset, ut ex ea etiam confirmaret, se maternis precibus à Deo donatum? Imò cùm Gregorium quatuor annis post patris conversionem adversarii natum velint; hoc iterum tam diuturnum intervallum adducere poterat, ut illustrius redderet beneficium, de quo vide num. 52 & 53.

ad tollendam difficultatem sententiæ ipsius,

14 *Quod demum dicit Tillemontius, dicta Gregorii de æquali ferè ætate parentum suorum non obstare, quo minùs credamus Nonnam* decem aut etiam quindecim annis *marito suo juniorem, mihi aut collegis meis nequaquam probatur, etsi tale quid dici posse, revera suspicatus sit Papebrochius. Quare videamus, an res ipsa sit verisimilis. Gregorius non dicit, parentes suos ferè ætate pares, sed pares ætate ubique pronuntiat. Sic S. Basilio in Oratione 19 se ætate parem dicit, licèt in epistola 33 se seniorem asserat Basilio. Jam verò quid ex affirmata per Gregorium ætatis suæ & Basilii paritate colligit Tillemontius notâ 1 in Basilium? Nimirum statuit, utrumque eodem anno 329 natum esse, sed Basilium circa finem anni, quia junior erat Gregorio. Si autem par ætas uno loco asserta sufficiens argumentum præbuerit Tillemontio, ut utriusque natalem eodem anno figeret; qua demum ratione par ætas variis locis per eumdem asserta, & cum tanta quidem energia, ut neutri parti* principatum *ætatis adscriberet Gregorius, tantam Tillemontio libertatem reliquit, ut* decem aut quindecim *annorum differentiam admittere posset? Nolim quidem contendere, tam strictè sumenda esse Gregorii verba, ut admitti nequeat, Nonnam paucis annis juniorem fuisse marito suo; malimque in ea re liberalis esse magis quàm foret ipse Tillemontius, nisi tanta illa ætatis differentia ipsius opinioni esset necessaria. At non tantam admisero ætatis differentiam, asserente toties paritatem Gregorio, ut credam anno 329 Nonnam, cujus maritus quinquaginta ferè & quinque annos habebat, quinquagenariâ fuisse multò minorem. Stante autem hac ipsius ætate, in eodem luto hæret Tillemontius, cùm post Gregorium Nonna etiam pepererit Cæsarium & verisimiliter Gorgoniam.*

& partim etiam improbabile, cùm Gorgoniæ

15 *Hoc de Gorgonia negare conatus si adversarius, ut difficultatem saltem utcumque diminueret. Notâ 3 in Gregorium observat, S. Nonnam, antequam natus est Gregorius, desiderâsse filium; indeque verisimile esse ait, jam tunc filiam Gorgoniam fuisse natam. Verùm levissima est hæc conjectura: nam multæ matres filium desiderant, quando omni carent prole. Quæ deinde affert pro illa opinione, solùm ostendunt, Gorgoniam non posse dici natam post annum 329, ac ne quidem post 326, imò non posse natam dici post Gregorium, etsi hujus nativitas figatur anno 325, ait agnoscere Bollandum, intelligens Papebrochium, acsi ille faveret prædictæ opinioni. Verùm hîc minùs candidè egit Tillemontius: nam Papebrochius solùm observat, Baronium in sua opinione, quâ natalem Gregorii figebat circa annum 325, coactum fuisse Gorgoniam natu majorem facere. Eadem est & major necessitas Tillemontii, quia Gregorii natalem figit anno 329. At nos ea non urgemur necessitate, dicimusque Gorgoniam etiam ante annum 320 natam, sed post Gregorium. Itaque Tillemontius pro sua illa opinione, præter necessitatem ex vitiosa chronotaxi*

certam

E

F

A ortam, non niſi unicam habuit conjecturam, videlicet deſiderium Nonnæ videndi prolem maſculam. Unde eam hauſerit, inſinuat ad marginem laudans Opus noſtrum ad IX Maii pag. 377, ſed cautè diſſimulat, eam ibidem rejectam & meliori argumento refutatam à Papebrochio.

non ante, ſed poſt Gregorium nata videatur:

16 Argumentum iſtud exponam paulò latiùs, adjuncta etiam obſervatione alia. Gregorius, qui jam anno 371, aut certò ſub initium ſequentis, conquerebatur de canitie ſua, de membris rugoſis, ac de corpore in terram propendente, ut vidimus num. 4; duobus locis inſinuat, Gorgoniam obiiſſe ante ſenectutem. In Oratione XI de defuncta Gorgonia pag. 188 ſic loquitur: Ita demum obdormiſcit, plena, non humanorum dierum, quos ne ipſa quidem exoptabat; ... ſed dierum ſecundum Deum ita plena &c. In Oratione 19 matrem ſuam in obitu patris conſolans, ita compellat: Filiorum (Cæſarii & Gorgoniæ) amiſſionem adhuc florentium, & ad vivendum aptorum, fortiſſimè ac ſapientiſſimè tuliſti. Certum quoque eſt, Gorgoniam obiiſſe poſt Cæſarium, ut Gregorius clarè dicit pag. 190. Itaque cùm mors Cæſarii figatur anno 369, & conſequenter mors Gorgoniæ figi rectiùs nequeat quàm circa 370; uno tantùm aut altero anno obierat Gorgonia, quando laudatum Carmen compoſuit Gregorius. Conſideret modò ſtudioſus lector, an veriſimile ſit, Gorgoniam fuiſſe ante Gregorium natam: nam ſi ante ipſum nata eſſet, eadem ferè ætate obiiſſet, qua carmen iſtud ſcribebat Gregorius. Attamen ipſe ſe deſcribit ut canum, rugoſum, ſenio incurvum; ſororem verò ut adhuc florentem, & ætate nequaquam fractam. Jam verò ſi veriſimile non ſit, natam fuiſſe ante Gregorium: quanto minùs veriſimile eſt, quatuor annis ante ipſum fuiſſe natam? Hæc igitur dixit Tillemontius, non quia erant probabilia, ſed quia neceſſaria ad tuendam chronotaxim vitioſam. Si Gorgonia è ſanctis parentibus prima fuiſſet nata, id non ſiluiſſet frater ipſius Gregorius, qui minutiſſima quoque de ipſa enarrat. Quare rectè dixit laudatus Papebrochius, vel natu minimam fuiſſe, vel inter Gregorium & Cæſarium mediam.

B

C

ex ætate verò Gorgoniæ rurſum probatur falſitas opinionis Tillemontii.

17 Porrò ex ætate ſororis Gorgoniæ non contemnendum etiam contra opinionem Tillemontii fluit argumentum. Etenim Gorgonia, teſte Gregorio in Oratione funebri pag. 180, ante mortem non ſolùm maritum ſuum, ſed corporis quoque fructum, hoc eſt filios & nepotes (Græcè τὰ τέκνα, καὶ τέκνα τέκνων, liberos, & liberos liberorum) Spiritûs fructum effecit, per inſtructionem veriſimiliter & baptiſmum. Atqui, ſi nata eſt Gorgonia poſt annum 329, tantùm vixit annos circitèr quadraginta. Quo modo igitur vidit nepotes ſuos baptiſmo ablutos, præſertim cùm id pro more iſtius familiæ, & plurium iſtius temporis, veriſimiliter factum ſit poſt inſtructionem aliquam? Tillemontius notâ 3 non invenit, quo ſe modo expediret, ut videri poteſt notâ 2, niſi Gorgoniam aliquot annis Gregorio natu majorem faceret. Si quis tamen multiplicare maluerit paradoxa, quàm verum agnoſcere, poterit dicere, Gorgoniam anno ætatis decimo quinto aut decimo ſexto peperiſſe, idemque de quadam ipſius filia affirmare: ſed tantò erit illuſtrior oppoſitio, ſi filia matris quinquagenariæ annos nata ferè quindecim filiam pepererit eâdem circitèr ætate parituram. In no

ſtra ſententia, ſecundum quam Gorgonia obiit quinquagenariâ major, nullam hæc difficultatem habent. D

§ III. Argumenta alia ex Gregorii Oratione 19, quæ vel ſola ſufficit ad refutandum Tillemontium.

In Oratione 19, in qua Gregorius patris ſui geſta

EMinentiſſimus Baronius ad annum 371 pag. 303 ex ordine Orationis 19 colligit, Gregorium diu ante ſacerdotium patris natum eſſe, quia manifeſtè natalem ſuum recenſet, antequam pater initiaretur ſacro baptiſmo. Reſpondet Tillemontius: Qui legerint Sancti Orationem XIX, ſatis videbunt, neceſſe non eſſe, ut reſpondeam ad argumentum, quod ex illa ſumit Baronius. Ita quidem ille. Attamen difficulter credere poſſum, adeo contemnendam Tillemontio viſam eſſe difficultatem. Quin potiùs exiſtimem, eum reſpondere noluiſſe ad brevem Baronii obſervationem, ne ipſo reſponſo vis argumenti magis appareret. Accipe, lector, argumentum Baronii paulò latiùs expoſitum, & judica, an reſponſo ſit indignum. Nazianzenus in dicta Oratione præcipua patris ſui geſta recenſet ab initio uſque ad finem, ſive uſque ad mortem, ac geſta matris non pauca iis immiſcet. In iis verò recenſendis ita obſervat temporis ordinem, ut nequeat oſtendi, eum umquam ab illo ordine receſſiſſe ſaltem uſque ad patris converſionem & epiſcopatum. E

ordine narrat, præſertim uſque ad epiſcopatum,

19 Poſtea quidem bis ab ordine temporis receſſit, ut res invicem utcumque connexas conjungeret, aut ſimilitudinem inter patrem & matrem oſtenderet, ſed priori loco id ipſe indicat his verbis pag. 297: Verùm ſermo de his rebus, ordinem ſuum nonnihil antegreſſus, hoc loco conquieſcat. Hæc ipſa excuſatio probat; Gregorium eò uſque ab ordine non receſſiſſe: indeque confirmatur, omnia ordine eſſe relata uſque ad epiſcopatum ſuſceptum, quo illa poſterior eſt. Secundo loco etiam ab ordine temporis receſſit, ut beneficia patri & matri divinitus præſtita conjungeret. Nam pag. 304 & ſeq. narrat morbum patris, obtentamque ſingulari beneficio à Deo ſanationem. Mox matris morbum, ſanationemque divinitus impetratam ſubjungit. Tum pag. 306, relaturus ſe utriuſque parentis precibus in tempeſtate ſervatum, quando Athenas navigabat, ait: Unum adhuc ambobus commune adjungam. Rerum videlicet ſimilitudo perſuaſit Gregorio, ut facta illa in Oratione conjungeret, neglecto utcumque temporis ordine. At poſt ea narrata qualemcumque iterum excuſationem ſubdit, pag. 307 dicens: Mirari autem jam pridem nonnullos eorum arbitror, quibus res illius apprimè cognitæ ſunt. &c. Deinde pergit ad geſta cum Juliano, reliquaque uſque ad mortem ordine recenſet. Ex hiſce igitur omnino dicendum eſt, Gregorium in illa Oratione ordinem temporis paſſim ſervâſſe: nec dici poſſe eum ab ordine receſſiſſe, niſi id ipſe dicat, aut id aliunde clarè appareat. F

narratur Gregorii nativitas ante converſionem patris,

20 Atqui adeo non apparet, Gregorium in nativitate ſuæ enarratæ temporis ordinem neglexiſ-

A *glexisse, ut potiùs clarum videatur ordinem ubique servatum usque ad patris episcopatum. Lubet hoc brevi compendio Orationis manifestius facere. Post exordium, in quo S. Basilium præsentem alloquitur, pag.* 289 *agit de natalibus patris sui ex parentibus infidelibus: mox pergit ad mores ipsius & virtutes morales, quibus ante fidem etiam excelluisse docet. Hisce pag.* 290 *subjungit parentum conjugium, quo felicissimum fuisse patrem rectè observat, quia Nonna eidem* non modò adjutrix, ... sed & dux & antesignana fuit, nimirum eum vitâ & sermone ad optima quæque per seipsam ducens: ac cæteris quidem in rebus, ut matrimonii leges ferebant, viro suo parêre optimum esse judicans, fidei autem & pietatis magistram quoque se præbere haudquaquam erubescens. *Hic locus idoneus erat Gregorio, ut statim patris conversionem referret, nisi temporis ordinem sequi voluisset. Hunc verò cùm servare vellet, mox pag.* 291 *&* 292 *alias Nonnæ virtutes prolixè recenset. Hisce verò de sua nativitate subdit hæc verba:* Nam illud, quod ad nos attinet, ne commemoratione quidem fortasse di-
B gnum est, utpote qui ipsius spei haudquaquam respondérimus. Quamquam magnus ipsi hic conatus fuit, quòd nos etiam ante ortum, Deo, futurum nihil reformidans, promisit, atque in lucem editos statim consecravit. Dei autem beneficium illud fuit, quòd voto suo non omnino exciderit, nec victima ea, quam obtulerat, repudiata fuerit. *Mox pag.* 293 *affirmat, auctam fuisse Nonnæ pietatem, mariti infidelitate ipsam ad fervorem stimulante. Subdit ejusdem dolorem, ægrè ferentis,* se dimidia tantum ex parte, ob segmenti (*id est, mariti*) sui adversionem, Deo copulari, ac non ad corporum conjunctionem spiritûs conjunctionem adjungi. *Tum sequuntur verba num.* 13 *data de multiplici ipsius ac diuturno conatu ad maritum convertendum: mox mariti visio, quæ viam conversioni stravit: iterum conatus Nonnæ post visionem, ac demum pag.* 294 *conversio, baptismus, deinde præparatio ad episcopatum & episcopatus.*

C *indeque clarè colligitur, Gregorium ante patris conversionem natum,*

21 *Nunc ex hisce aliqua observemus. Clarè patet, in tota hac Orationis parte ordinem temporis fuisse observatum. Singula igitur contigerunt eo ordine, quo relata sunt. Atqui nativitas Gregorii filii relata est diu ante conversionem Gregorii patris. Natus igitur est Gregorius diu ante conversionem patris sui, sive diu ante annum* 325, *quo illa contigit. Hoc argumentum tale est, ut contrariæ opinionis patroni non modò respondere debeant, si etiamnum velint illam tueri, sed difficulter etiam inventuri sint, quid aptè respondeant. Dicant, obsecro pauca hæc. Cur Gregorius, ubi dixerat, Nonnam se viro suo præbuisse* fidei & pietatis *magistram, non statim reliqua de conversione mariti subjecit? Cur bis in eadem Oratione de illo Nonnæ conatu agere voluit, nisi ut ordinem temporis servaret, atque ostenderet, Nonnam statim cœpisse post contractas nuptias pro conversione viri laborare; sed diu pòst & diuturno labore perfeciss, quod statim cœperat? Cur Gregorius de nativitate sua Nonnæ precibus obtenta iis verbis agit, ut quilibet existimare debeat, eam citò filium obtinuisse; de conatu verò ad convertendum maritum tam multa dicit, ut credere debeamus, ipsam multis annis laborâsse? Etenim si Gregorius anno* 329 *natus est, quatuor annis seriùs Gregorii ortum obtinuit, quàm mariti conversionem. Nihil iterum hîc aptè respondebunt: nam ita scribere non potuit Gregorius, nisi ante patris conversionem natus est, aut deditâ operâ nos decipere voluit: quod non cadit in virum tam sanctum.* D

22 *Accipe, lector, & aliud ex eadem Oratione argumentum. Gregorius ipse pag.* 293 *de matris conatu ad convertendum maritum, claris verbis insinuat, se jam natum fuisse, dum illa pro mariti conversione adhuc orabat.* Hæc igitur ipsa petebat, *inquit*, & in spe habebat, ut quæ fide magis quàm juventute ferveret. Neque enim quisquam præsentibus rebus perinde, ut illa rebus in spe positis confidebat: nec mirum, cùm divinæ liberalitatis ac munificentiæ periculum jam fecisset. *Nonna dum pro viri conversione pergebat orare, teste Gregorio, jam divinam liberalitatem experta erat, nimirum filio Gregorio precibus obtento. Nullus enim dubitare poterit, quin nativitatem suam hîc designet Gregorius, si modò consideret, eum de illa Nonnæ precibus impetrata paulò antè locutum fuisse, nec aliud ullum beneficium divinitus Nonnæ concessum, ad quod respicere potuisset, referri à Gregorio, sive in hac Oratione sive in ullis ipsius scriptis. Itaque dum Nonna, ut Græcè legitur,* πείρᾳ μαθοῦσα τοῦ Θεοῦ τὸ φιλόδωρον, experientiâ docta Dei liberalitatem, *dicitur conversionem viri petiisse & sperâsse, clarissimè insinuatur, eam petiisse conversionem mariti, postquam jam filium impetraverat. Hinc relata sua nativitate, Gregorius mox subdit, fervorem matris suæ auctum fuisse, & fortiùs laborare cœpisse pro conversione mariti. Plura ex eadem Oratione ad propositum nostrum observare possem, præsertim quòd Gregorius nativitatem suam solius matris precibus tum hic tum aliis locis attribuat, quódque hæc sola filium petiisse & Deo obtulisse dicatur, ex quo patet, maritum tunc non fuisse Christianum. Verùm de eo postea quædam dicenda censui; alia brevitatis causâ planè omittenda.* E

ut verbis claris mox insinuat ipse Gregorius.

F

§ IV. Argumentum quartum, quo natalis S. Gregorii figitur inter annum 312 & 316.

Cùm S. Gregorius dicat,

CUm *argumentis jam datis satis refutata sit sententia Tillemontii, eaque tam manifestæ falsitatis videatur convicta, ut candidè pronuntiare non dubitem, me non intelligere, qua ratione vir prudens illi opinioni etiamnum inhærere possit, argumentum subjiciam aliud, quo Sancti natalis non quidem anno alicui certò innecti, propiùs tamen possit investigari. Ad hoc assumam versiculos S. Gregorii; qui asserit, tricesimum ferè studiorum suorum cucurrisse annum, quando meditabatur Athenis discedere. Non diffitetur Tillemontius expositionem istius loci, qualem inferiùs dabo, optimam videri, nec alium esse locum aptiorem ad chronotaxim Vitæ Gregorianæ utcumque concinnandum: nam ita scribit:* Vellem huic uni loco insistere possem ad ordinandam chronologiam Sancti nostri, illum intelligendo de studiis ipsius generatim,

prout

A prout fecit Gregorius presbyter. *Verùm dicit se impediri aliis Gregorii versiculis, quibus ait clarè asseri, Gregorium natum esse tempore episcopatus paterni. At infrà videbimus claritatem illam Tillemontii non nisi imaginariam esse. Interim argumentum subjungo.*

se ferè triginta annos litterarum studiis dedisse;

24 *Gregorius in Carmine de Vita sua pag. 4. narrat, se cum S. Basilio voluisse Athenis discedere in patriam, interque alias rationes allegat illam, quam duobus exprimit versiculis Græcis. Hos accipe cum Latina interpretatione, quâ verbum de verbo exprimitur.*

Καὶ γὰ πολὺς τέτριπτο τοῖς λόγοις χρόνος·
Ἤδη τριακοστὸν μοὶ ἀγεδὸν τοῦτ' ἐτος.

Nam & multum consumptum erat studiis tempus:

Jam trigesimus mihi prope hic erat annus.

Quo hi versiculi sensu intelligendi sint, colligitur ex ipsis verbis, & ex Gregorio presbytero, qui Vitam Nazianzeni Græcè scripsit. Hic enim ex his ipsis versiculis collegit, quot ferè annis Gregorius studiis operam dederit; & pag. 8 de discessu ipsius scribens, rem sic exprimit: Ita demum, tricesimo jam anno in artium studiis exacto, patriæ sese restituit. *Secundum opinionem Græci hujus scriptoris, & secundum naturalem verborum significationem, dicit in versiculis Nazianzenus, se ferè annos triginta studiis impendisse, priusquam cum Basilio Athenis discedere cogitabat, unde revera non diu pòst discesserit, currente verisimiliter tricesimo studiorum anno.*

B

illaque finierit circa finem anni 355:

25 *Jam verò, cùm Gregorius Athenis discesserit circa finem anni 355 aut initium sequentis, ut omnes passim admittunt, initium studiorum illorum nequit figi probabiliùs quàm anno 326. Restat igitur inquirendum, qua ferè ætate Gregorius studia illa inchoâsse videatur, & de quibus loquatur studiis. Primò non loquitur de solis Athenien sibus: nam vir erat aut virili ætati vicinus, dum venit Athenas, ut infrà videbimus. Senex igitur fuisset, aut senectuti proximus, quando inde discessit, si ad tricesimum usque annum in ea mansisset civitate. Verùm dubitari potest, an loquatur Sanctus de iis solùm studiis, quæ cœpit, postquam paterna domo litterarum causâ exiverat, an verò cœpta Nazianzi studia simul voluerit comprehendere. Posterius mihi apparet probabilius; nam Gregorius in Oratione 10 pag. 162 docet, se eodem tempore cum fratre Cæsario exiviſſe ad studia prosequenda; postquam ambo* in *propriæ civitatis* disciplinis satis *erant* exercitati & exculti.

C

natalis Gregorii rectè figetur inter annum 312 & 318.

26 *Quapropter, si litterarum studiis se excolere cœperit Gregorius, dum decem circitèr aut duodecim natus erat annos; natales ipsius erunt figendi circa annum 314 aut 316. Hæc autem epocha rectè congruit cum tempore, quo S. Basilius sibi senectutem cœpit attribuere, ut quilibet videre poterit, modò consideret dicta num. 6 & 7. Attamen quia citiùs studia illa inchoare potuit, satis mihi erit, natalem Gregorii figere inter annum 312 & 318. Si cui videatur Nonna mater ipsius tunc plusculum ætatis habuisse pro primo partu, utpote quæ tum erat inter annum trigesimum & quadragesimum; non deest idonea ratio, cur seriùs nuptam credamus: nam persecutio Diocletiani sine interruptione sævierat usque ad annum 311, quo sublata est, saltem ad tempus notabile, edicto Galerii Maximiani. Itaque verisimile est Nonnam non cogitâsse de nuptiis, quamdiu duravit persecutio; ac tandem nuptias contraxisse, postquam illa cessaverat. Tunc necdum erat ætate tam provecta, ut non posset duos parere filios & filiam unam, quos habuit. Verùm id in sua sententia verisimile facere non potuit Tillemontius.*

D

Tillemontius conatus est annos illos de ætate Gregorii explicare:

27 *At hic conatus est prædictos versiculos alio sensu explicare, & suæ opinioni utcumque accommodare. Nam post expositionem argumenti infrà examinandi, quo credidit dictos versiculos explicari non posse sensu obvio & naturali, ita scribit:* Nihil impedit, quo minùs locum de ipsius ætate intelligamus, ut fecit Baronius, & Papebrochius fatetur eam esse opinionem communem. *Deinde ait, Gregorium ibidem loqui potuisse de duplici ratione Athenis discedendi, nimirum quia jam diu studuerat, & quia vicinus erat ætati triginta annorum: demumque observat, Gregorium anno 355, quo verisimiliter discessit, inchoare potuisse annum ætatis septimum & vigesimum in sua opinione, ideoque non longè abfuisse ab anno tricesimo. Hactenus Tillemontius, qui aliud postea addit responsum: sed hæc primùm examinemus.*

E

sed illam expositionem dati versiculi non admittunt;

28 *Primò Baronii auctoritas, quantumvis aliàs nobis venerabilis sit, nulla planè est ad explicandos versiculos Græcos. Secundò quod dicitur de Papebrochio, in ipsius scriptis non invenio, ita ut falsum esse putem. Observat ille ad* IX *Maii in Gregorio § 2 num. 1, Baronium, utpote linguæ Græcæ ignarum, mendosa interpretatione Latina fuisse deceptum, ideoque locum intellexisse de ætate S. Gregorii, qui de studiis erat intelligendus. Tertiò quod additur, Gregorium moveri potuisse ad discedendum tam ratione ætatis quàm ratione diuturni studii, verissimum esse non inficior, præsertim in sententia nostra. Verùm non quæritur, quid movere potuerit Gregorium; sed examinandum est, quid in versibus istis dixerit. Jam verò si utrumque versiculum expendamus, reperiemus in primo ipsum generatim dicere multum à se temporis fuisse litteris impensum; & in secundo explicare, quantum ferè esset istud tempus, nimirum ut annus trigesimus prope inchoaretur, quando de discessu cogitabat. De ætate verò sua non loquitur: idque colligitur ex eo etiam, quòd in secundo versiculo nulla sit conjunctio, nulla oppositio, nulla demum vox, quâ transitus ad rem aliam utcumque insinuetur. Itaque nullam aliam expositionem admittunt hi versiculi quàm de studiis S. Gregorii.*

F

nec illa congruit sententiæ ipsius,

29 *Demum in ultimo responso ipse Tillemontius prudenti lectori satis manifestat, versiculos istos cum sua opinione conciliari non posse. Quis enim credat, Gregorium fuisse dicturum de sua ætate:* jam tricesimus mihi prope hic erat annus; *si tantùm tunc inchoâsset annum vigesimum septimum? Quæ chronotaxis rectè deducetur, si virorum omni exceptione majorum verba sic explicare aut corrumpere liceat? Porrò ex aliis multis liquet, Gregorium & Basilium non fuisse juvenes, quales fuissent ætate viginti & sex annorum; sed fuisse in ætate virili, non modò quando Athenas deseruerunt; sed & diu antè. Sanè Gregorius de conjunctione sua cum Basilio loquens ibidem pag. 4, ipsum non* juvenem, *sed* virum *vocat. Verba accipe:* Me singularis (*Deus*) junxerat sapientiæ viro. *Quin & virili ætate fuisse videtur Basilius, quando primùm Athenas venit, idque abun-*

A *abundè colligitur ex Oratione* 20 *Gregorii in laudem Basilii dicta.*

nec ætati Gregorii & Basilii; qui juvenes tunc non erant, sed dudum viri.

30 *Nam, ut mittam anteriora ipsius studia,* pag. 326 *dicit de Basilio, hunc venisse Athenas* cum mirifica & luculenta spe expectatum. Etenim in multorum linguis versabatur, antequam adveniſſet &c. *Pag.* 328: Nam apud multos statim in veneratione erat, ut qui famâ & auditione jam eum (*Græcè* ἄνδρα virum) præcepissent. Ex quo effectum est, ut solus ferè ex omnibus, qui studiorum causâ Athenas veniebant, communi lege solutus sit, majorem utique honorem, quàm novitii (*Græcè* κατὰ νέηλυν, *id est*, quàm pro nuper adveniente) conditio ferre videbatur, consecutus, *Hæc aliaque persuadent, Basilium fuisse virili ætate, quando venit Athenas, ubi jam tum erat Gregorius: nam tanta fama adventui prævia, tantus honor advenienti habitus, non videntur locum habere in juvene, præsertim cùm Gregorius de adventu agens, eum sæpè* virum ἄνδρα *nominet, aut* νέηλυν nuper advenientem, *nullibi* juvenem νέον, *licèt de aliis ea voce frequenter utatur. Jam æquus lector consideret,* B *quàm probabilia loquatur Tillemontius, dum Basilium & Gregorium in juvenili ætate Athenis facit discedentes, cùm eò advenerit in virili ætate Basilius: imò etiam probabiliùs Gregorius, qui pag.* 326 *testatur, se* aliquantò antè *Athenas venisse, Basilium* haud multò pòst.

Alia ratio Tillemontii nimiùm festinantis rejecta.

31 *Porrò, ubi dixerat Tillemontius, velle se ut posset admittere studium istud triginta annorum, addit, se in eo supposito fixurum nativitatem Gregorii circa annum* 320, *initium studiorum circa* 327, *quia Chrysostomus testatur, pueros etiam quinto ætatis anno studendi gratiâ ad collegia missos fuisse. Verùm nimiùm rursus hic festinat: nam vel sic Gregorius & magis etiam Basilius senectutem sibi attribuerint, antequam haberent annos sexaginta. Præterea Gregorius loquitur de studiis eloquentiæ, ad quæ non mittuntur pueri quinque aut sex annorum: nec ulla est ratio probabilis figendi natalem Gregorii post annum* 318. *Ceterùm hoc loco velim, studiosus lector mecum observet, Tillemontium hîc agnoscere, annos illos ferè* C *triginta, de quibus loquitur Gregorius, inchoandos esse anno* 327, *non anno* 329, *ut illos ipse inchoare cogitur, dum eos, vel invito Gregorio, de ejus ætate vult explicare.*

§ V. Expenduntur argumenta, quibus Tillemontius post Papebrochium opinionem Suidæ minùs probabilem ostendit: at illa nostræ sententiæ non repugnant.

Artificium Tillemontii in oppugnanda Suidæ pagina

Tillemontius, cùm in sua opinione difficultates reperiret multas & magnas, quibus non poterat satis probabili r se expedire, arte, nescio quàm honesta, uti decrevit, quâ simplicioribus fucum faceret, ac persuaderet, in sententia sua opposita non pauciores reperiri difficultates. Certè nullam aliam reperio causam, D *cur longa disputatione oppugnare potius voluerit sententiam Suidæ, à Papebrochio nostro priùs adoptatam, & non diu pòst ultrò mutatam, quàm ipsam sententiam Papebrochii & nostram. Non ignorabat Tillemontius, Papebrochium tom.* VII *Maii in addendis amplexum esse opinionem illam de ætate S. Gregorii Nazianzeni, quam in Opere nostro deinde semper tenuimus, ideoque non priorem sed posteriorem nomine Papebrochii laudandam esse. Non ignorabat illam sententiam suæ non minùs oppositam esse, quàm priorem Suidæ. Non ignorabat, suam esse falsam, si hæc nostra sit vera.*

quàm nostra sententia.

33 *Cur igitur priorem & retractatam opinionem ubique* Papebrochianam *vocat, nisi ut rationibus Papebrochii contra Papebrochium uteretur? Cur difficultates suæ opinionis ubique comparat cum difficultatibus solius sententiæ retractatæ, & nullibi in responsis ad argumenta Papebrochii memnit de vera ipsius sententia, nisi ut persuadeat lectoribus difficultates utrimque multas esse? Cur demum sententiam nostram nullibi directè oppugnavit, cùm hæc sola tunc* E *ipsi oppugnanda esset, nisi quòd perspiceret, nihil contra illam objici prudenter posse præter duos versiculos, & voces fortasse duas ex alio versiculo? Vidit nimirum Tillemontius, panca sibi fore arma, si directè cum sententia nostra congrederetur, plura verò non defutura, si opinionem desertam vellet aggredi. Hinc veram Papebrochii sententiam paucis solùm verbis in fine attingit, ut argumentum suum contra responsum Papebrochii defendat; & omnia sua argumenta dirigit contra Suidæ opinionem. Eo sanè artificio fallere potuit incautos, sed non sine damno candoris, qui virum eruditum decet. Ego verò, ut tollatur illa confusio, arcet. Ego verò, ut tollatur illa confusio, argumenta illa, quibus sola Suidæ opinio impugnari potest, primùm examinabo. Deinde expendam alia, quæ contra nostram quoque objici possunt.*

Ejus contra illam argumenta expendenda.

Primum Tillemontii argumentum contra Suidam:

34 *Primò sic ratiocinatur Tillemontius: Cùm obierit Nazianzenus anno* 389, *ex Suidæ sententia natus est anno* 299. *Hinc sequitur, eum studio eloquentiæ operam dedisse usque ad annum ætatis* 57, *quia Athenis, ubi Julianum vidit, non discessit ante finitum ferè annum* 355. *Notandum quoque, inquit, Gregorium, priusquam iret Athenas, voluisse mundo valedicere; & consecratum Deo fuisse à nativitate. Eadem dicenda sunt de studiis S. Basilii. Respondeo, hæc quidem rectè & probabiliter objici contra sententiam Suidæ, quam ob hasce similesque alias rationes Papebrochius deseruit ut* F *miis obnoxiam difficultatibus. Verùm tota hæc objectio nihil habet difficultatis in opinione Papebrochii in Addendis ad tomum* VII *Maii, Bacrtii ad* XIV *Junii in Basilio, & nostra: nam secundum illam Gregorius & Basilius quadraginta circiter annos habebant, quando Athenis discesserunt. Hæc autem ætas minimè miranda est pòst absoluta studia, cùm viderimus Gregorium triginta ferè annos studiis impendisse.*

alterum ejusdem ratiocinium inutile, corruptis Gregorii verbis:

35 *Alterum Tillemontii ratiocinium petitur ab anno, quo Gregorius & Basilius presbyteri fuerint ordinati: quod anno* 362 *contigisse observat:* & S. Gregorius conqueritur, *inquit*, nimiùm fuisse festinatum; expectandam fuisse senectutem. Vir autem sexaginta & trium annorum immeritò similibus utetur verbis. *Pro his-*

A ce in margine assignatur Oratio 1 pag. 30 sub littera D. At ibi Gregorius non dicit, exspectandam fuisse senectutem: quod revera parùm propriè dixisset, si fuisset sexagenario major. Verùm ita loquitur: Quando hæc erunt, & quæ mea est ratio, quæritis, viri fortissimi? Ne extrema quidem senectus huic rei præstituta, longum tempus censeri debet. Unusquisque facilè videbit, distinguendum esse inter senectutem simpliciter, & extremam senectutem, indeque rectè concludet, corrupta à Tillemontio fuisse S. Gregorii verba, quæ ne quidem contra Suidæ sententiam multum roboris habere possunt. Verùm Gregorius in nostra opinione ne quidem annos quinquaginta eo tempore numerabat, in sententia verò Tillemontii annos tantùm triginta & tres. Si modò consideremus Orationem totam, satis videbimus eam meliùs convenire viro ferè quinquagenario, quàm annorum triginta & trium; nostræque opinioni favere magis quàm incommodare.

tertium argumentum invalidum: B 36 Tertium Tillemontii ratiocinium ducitur ab anno, quo episcopatum Nazianzenum cum patre administrare cœpit. Factum id innectitur anno 371 aut 372, quando in opinione Suidæ Gregorius erat annorum ferè septuaginta & trium. Tunc verò pater ipsum urgens ad munus acceptandum, dixit eum esse Juvenem. Verba, quæ Gregorius patri suo attribuit in Carmine de Vita sua pag. 8 hæc sunt Latinè reddita: O chare fili, te pater supplex rogat, senex vigentem &c. Sed pro voce Latina vigentem, Græca est νέον, juvenem. Respondeo, juvenem propriè dictum ne in Tillemontii quidem sententia tunc fuisse Gregorium, cùm secundum hanc annos haberet quadraginta & tres. In nostra quoque sententia tunc Gregorius aliquot annis aberat à senectute, sive ab anno sexagesimo. Itaque vel juvenis idem hîc est, quod necdum senex: vel, ut magis credo, Nazianzenus patrem suum inducit loquentem more senum decrepitorum, qui subinde senibus quoque juventutem objiciunt, modò hi notabili annorum numero ab illorum ætate distent. Sanè id senibus tam familiare est, ut illorum mores parùm noverit, qui mirari potest, à sene, ad annum centesimum accedente, objici juventutem viro ferè sexagenario. Ne Suidæ quidem sententiam deserendam crederem ob hanc objectionem: adeo solent senes aliqui omnem ætatem despicere suâ notabiliter inferiorem.

quartum Suidæ contrarium, ut & ipsi Tillemontio: C 37 Quartum Tillemontii ratiocinium hoc est. Gregorius anno CCCLXXIX missus est Constantinopolim ad fidem ibi restituendam. Hoccine est munus congruum seni octoginta annorum? Addit, ipsum ad concionem dixisse primùm in ecclesia parva, ac deinde in majoribus. Respondeo, ætatem Gregorii, quando venit Constantinopolim, verisimiliter tantam non fuisse, ideoque Suidæ opinionem nobis non probari: fuisse tamen eo tempore senem patet ex Oratione 27, ubi loquitur de senectute sua cana, & de vitæ diuturnitate. Verba dedi num. 5. Jam verò in nostra sententia revera senex erat, utpote inter annum vitæ sexagesimum & septuagesimum constitutus, ita ut munus concionandi, quod obivit, nullam patiatur difficultatem. At Tillemontio ipsi hîc hæret aqua: nam secundum ipsius calculum annos tantùm quinquaginta numerabat Gregorius, dum Constantinopolim venit. Qua igitur ratione de senectute sua & de vitæ diuturnitate ausus est loqui, præsertim in Oratione contra obtrectatores suos? Nonne hi risissent hominem, ut ineptum & jactabundum, qui annos natus quinquaginta senectutem suam & vitæ diuturnitatem allegaret? D

quintum item contra Suidam, sed nobis minimè incommodum: 38 Quintum argumentum petit Tillemontius ab ætate S. Gorgoniæ sororis S. Gregorii Nazianzeni; idque tale est. Mortua est Gorgonia post annum 369, & tamen non attigit senectutem. Atqui si fuerit natu major Gregorio, ut admodùm verisimile est; habuit in sententia Suidæ annos facilè septuaginta & duos; si media fuerit inter Gregorium & Cæsarium, saltem annos sexaginta & quinque. Respondeo, Suidæ sententiam iterum hoc argumento minùs probabilem videri, cùm Gorgonia secundum illam obiisset sexagenariâ certò major. Verùm ineptè prorsus nobis objiceretur ætas Gorgoniæ, cùm illa secundum nostram sententiam obierit inter annum ætatis quinquagesimum & sexagesimum. Vide dicta num. 17.

hinc Suidæ sententia, quæ dudum rejecta, non satis probabilis. E 39 Hactenus recensui ea argumenta Tillemontii, quibus ille sententiam, à nemine nostrûm tunc defensam, ita oppugnavit, acsi oppugnaret Papebrochium nostrum, quem ubique laudat tamquam illius patronum. Quin & circa finem ad eam oppugnandam redit, sed illud argumentum, quia connexum est cum alio, quod nobis etiam contrarium credidit, infrà commodiùs recensebo. Interim observo, sententiam Suidæ, licèt eam deinde adoptaverit Pagius ad annum 354 num. XI, & Natalis Alexander ad Historiam ecclesiasticam seculi IV Dissert. 13 prop. 3, nimiis videri obnoxiam difficultatibus, ideoque non satis probabilem esse. Nec Suidæ auctoritas tanta est, ut credi nequeat, ipsum in ætate Nazianzeni aberrâsse à vero: at nulla est ratio, cur credamus, ipsum triginta annos addidisse ad ætatem Sancti. Contrà, sicut paucis annis seriùs, quàm oportebat, mortem Nazianzeni fixit Suidas, ut utrimque admittitur, ita verisimillimum est, eumdem errâsse etiam magis in Sancti ætate, non tamen ad totos triginta annos.

F

§ VI. Expenditur argumentum, quod solum pro opinione Tillemontii potest adferri.

Tillemontius, cujus sententia unico nititur argumento, TOta structura Tillemontiana unico nititur fundamento, quod ille solidum esse contendit. Tantam duobus carminibus vim tribuit, ut credi velit, ea argumentis nostris omnibus prævalere. Quin & Papebrochium dicit fateri, nullum dari medium, consentiendum esse (*opinioni Tillemontii*) aut textum mutandum, & *præter morem adducit hæc Papebrochii verba:* Aliàs insolubilis nodus. *Verùm Papebrochius solum ait, nodum esse insolubilem, si carmina intelligantur, prout reddita sunt Latinè, & prout intelliguntur à Tillemontio: nam mox post data verba incipit probare, istam carminum significationem nequaquam posse consistere cum aliis Gregorii dictis. Hæc argumenta Papebrochii potiùs examinâsset Tillemontius, quàm affinxisset ei verba, quæ numquam dixit: neque enim ullibi fassus est Papebrochius,* nullum dari me-

 dium,

A dium, consentiendum esse aut textum mutandum. *Adeo falsum est, hæc dixisse Papebrochium, ut ne unicam quidem partem ex duabus illis, quæ illi tam fidenter attribuit Tillemontius, aut loco per hunc allegato, aut alibi habeat. Numquam ostendent sectatores Tillemontii, vera esse allegata ipsius verba.*

41 *Credidit quidem Papebrochius versiculum unum levi correctione ad verum sensum perduci posse; sed in eodem tomo 2 Maii pag.* 845 *de ea correctione sic loquitur:* Correctionis porrò meæ licentiam ... nullius Ms. auctoritate fulciri scio, ideoque eam libenter dimittam, cùm vel aliam magis fundatam certamque invenerit quispiam, vel explicandæ phraseos istius rationem aptiorem, quando omnino constat (uti feciſſe me credo ut constaret) opus esse vel correctione vel explicatione aliqua præter vulgatam lectionem atque sententiam. *Nemo non videt, quàm hæc sint diversa à verbis, quæ Papebrochio attribuit Tillemontius. Nimirum Papebrochius non dubitavit, quin falsa esset vulgaris versiculorum illorum interpretatio, cùm nequeat conciliari cum aliis S. Gregorii dictis,*

B *atque eatenus ipsius sententiam pro certa habeo; sed candidè agnovit, sibi non occurrere interpretationem aliam, quæ satis videatur certa. Hinc conabor facere, quod ille effectum cupiebat: neque insistam iis, quæ ipse hactenus ad explicationem dictorum versiculorum attulit. Dabo, inquam, talem explicationem illorum versiculorum, quales mihi volventi versiculos occurrerunt variæ, ut in ea de ætate Nazianzeni nulla fiat mentio. Hæc igitur si sit legitima, tota Tillemontii structura, subverso fundamento, penitus corruit.*

42 *Versiculi, qui afferuntur ex Carmine Gregorii de Vita sua pag.* 9, *hi sunt cum Latina interpretatione vulgata.*

Οὔπω τοσσ̃τον ἐκμεμέτρηκας ἔϊον,
Οσ@· διῆλθε θυσιῶν ἐμοὶ χρόν@.
Nondum tot anni sunt tui, quot jam in sacris
Mihi sunt peracti victimis.

Hoc totum adversariorum fundamentum, quod quàm sit ruinosum, primùm paucis ostendam. Ut legitima sit interpretatio, singulæ voces debent admittere eam significationem, quam illis attribuit interpres; ut certa sit & unica, de-

C *bent singulæ eam solam habere significationem, aut saltem in aliarum vocum concursu aliam non admittere. Attamen hæc secunda conditio certò locum non habet in datis versiculis, ita ut interpretatio nequeat esse certa & unica. Nam primò vox θυσιῶν sive θυσία, non necessariò explicanda est de victimis sacris, ut explicat interpres; cùm θυσία multò magis usitatum sit pro sacrificiis profanis gentilium. Adjuncta etiam minimè cogunt vocem illam de sacrificiis sacerdotum potiùs exponere, quàm de sacrificiis gentilium: nam pater Nazianzeni diutiùs profanos secutus est gentilium ritus, quàm sacerdotium administravit. Si igitur interpretationem primi versiculi legitimam & certam interim supponamus; necdum poterunt adversarii ostendere, de tempore episcopatûs agi hìc potiùs, quàm de tempore, quo gentilitia sacrificia secutus erat Gregorius pater, annos quinquaginta, ut minimùm, natus, dum conversus est ad fidem.*

43 *Quippe ut ea comparatio verbis Græcis est consona, sic æquè aut magis conducit ad propositum, quàm comparatio cum sacerdotio. Pater enim, filium, sibi & Deo soli vivere cupientem, hortatur, ut pro se administret episcopatum, ejusque hortatio æquivalebit his verbis:* Cur ita festinas ad vitam solitariam, ut exiguo tempore episcopatum administrare renuas. Ego plures annos perdidi, quàm tu hactenus vixisti; & vel sic multum deinde habui temporis ad Deo serviendum. Itaque nec tibi deerit tempus ad vitam quietam ducendam post exiguam episcopatûs administrationem. *Sudabunt multùm adversarii, si ostendere voluerint, interpretationem suam meliùs ad propositum patris Gregorii conducere aut meliorem esse. Verùm datam explicationem ipse nolim sequi, quia primum versiculum perperam Latinè redditum credo. Interim observo, data interpretatione vocis* θυσία, *quæ certè ipsorum interpretatione melior est, si primi retineatur versiculi interpretatio, totum Tillemontii argumentum jam dissolvi. Nàm si Gregorius pater annos conversioni suæ prævios comparaverit cum annis filii, hujus natalis figendus erit circa annum* 320, *aut* 321.

D *& consequenter argumentum ipsius labare,*

44 *Secundò vox* βίο@, *quam* annos *seu* tempus vitæ *explicuit interpres, significat etiam* vitæ institutum, *ita ut hinc quoque elici fortasse possit alia interpretatio. Tertiò verbum* ἐκμετρέω, *unde est præteritum* ἐκμεμέτρηκας, *significationis est admodùm ambiguæ: ab illo tamen maximè videtur dependere legitima versiculi & genuina explicatio. Hanc autem vocem ita sumi posse, ut nulla fiat mentio in toto versiculo de tempore vitæ filii Gregorii, certum est & indubitatum, ut mox ostendam ex ipso etiam Nazianzeno. Quartò vocem* ὅσ@ *in secundo versiculo non necessariò exponendam, prout modò exposita fuit, ex eodem Nazianzeni Carmine inferiùs patebit. Nunc studiosis lectoribus considerandum relinquo, an certa possit esse interpretatio, ubi tot vocum significatio est ambigua. Difficultatem hanc rectè interpretandi Nazianzenum dudum vidit Erasmus, qui laudatus ante Opera Nazianzeni, de ipso tale dat judicium:* In Nazianzeno pietas propemodum ex æquo certat cum facundia: sed amat significantes argutias: quas eò difficilius est Latinè reddere, quòd pleræque sunt in verbis sitæ ... Me certè à vertendo Gregorio semper deterruit dictionis argutia, & rerum sublimitas, & allusiones subobscuræ. *Vera hæc esse, ostendunt frequentes interpretis errores, maximè in Carminibus. Quis igitur prudenter dicat, argumentum Tillemontii esse solidum, quod ex versiculis incertæ adeo significationis sumitur?*

E *cùm ruinoso nitatur fundamento:*

F

45 *Porrò non solùm dubia mihi apparet vulgaris ista interpretatio, sed etiam probabiliùs vitiosa, & significationi vocum contraria. Difficulter ostendent adversarii, ullam in famosis istis versiculis mentionem fieri de ætate Nazianzeni, aut comparationem institui inter annos vitæ filii & sacerdotii paterni. De patris ætate in primo versiculo probabiliùs agitur, non de vita filii. Ut enim primus versiculus significet,* Nondum tot anni sunt tui, *sive ad litteram,* Nondum tantam vixisti vitam; *necesse est, ut apud Græcos* ἐκμετρεῖν βίον *significet* vivere vitam: *nam ab* ἐκμετρέω *est præteritum* ἐκμεμέτρηκας. *Atqui in nullis Lexicis Græcis, quantumvis multa adducant exempla, ex quibus vocum significatio erui potest, vel minimum mihi occurrit, ex quo colligere possim, Græcos*

quin & dicta versiculorum versio videtur omnino vitiosa.

perperam pro illius firmitate laudat Papebrochium.

Ostenditur, incertam esse significationem versiculorum, quos adducit,

phras

A *phrasi ἐκμετρεῖν βίον aliquando uſos eſſe pro phraſi Latina* vivere vitam. *Quare, cùm aliam habeamus ſignificationem prædictæ phraſeos Græcæ, niſi adverſarii oſtendant, ἐκμετρεῖν βίον apud Græcos aliquando uſitatum fuiſſe pro* vivere vitam, *dicam conſtanter eam iſtius phraſeos ſignificationem ex mera interpretis conjectura fuiſſe confictam, huncque errorem reliquis ipſius erroribus addendum.*

Explicatur primus verſiculus,

46 *Jam verò aliam vocis ἐκμετρεῖν, eamque obviam habemus ſignificationem : nam Lexica verbum ἐκμετρέω exponunt* dimetior *aut* emetior : *verbum verò ſimplex* μετρέω metior, *ac tranſlatè* æſtimo, expendo. *Cùm autem verba compoſita ſæpè habeant etiam ſignificationem verbi ſimplicis, aut ei valde ſimilem, & parùm auctam, ut hìc fit in verbis ἐκμετρέω & μετρέω,* dimetior & metior, *valet pro eadem metaphorica ſignificatione verbum compoſitum ἐκμετρέω, pro qua uſurpatur μετρέω. Quare, cùm ipſe Nazianzenus dicat τῇ γαστρὶ μετρεῖν δαιμονίαν* ventre metiri (*ſive* æſtimare) felicitatem, *ut teſtatur Criſpinus in Lexico ; minimè mirari poſſumus verbum ἐκμετρεῖν in eadem ferè ſignificatione ab eo uſurpatum fuiſſe ; ac Latinè reddendum* dimetiri, æſtimare, expendere, *aut potiùs* penitus æſtimare, *ut ἐκμετρεῖν pluſculum ſignificet quàm* μετρεῖν. *Quare habemus ſignificationem primi verſiculi, quem ad litteram ſic Latinè reddo.*

B Nondum tantam penitus æſtimâſti vitam.

Ita loquitur pater filio, exprobrans nimirum, quòd tantum necdum detulerit decrepitæ ſuæ ætati, quantum eidem deferre debebat. Senſus etiam erit bonus, ſi quis malit legere per interrogationem :

Necdum tantam expendiſti ætatem ?

uti & ſecundus ſine mentione ætatis Nazianzeni :

47 *Secundus verſiculus exponi etiam ad litteram poteſt de diuturnitate ſacerdotii, ſive per interrogationem, (nam vox* ὅσος *etiam interrogationi ſervit, ut probatur in Lexico Græco-Latino Roberti Conſtantini) ſive per exclamationem. Attamen cùm vox* ὅσος *etiam ſit* quicumque, quilibet, *&c. prout paulò antè Gregorius dicit filio, ſe non petere* ὅσα τρυφῆς, omnia illa, quæ ſpectant ad delicias, *ſive* quæcumque deliciarum ſunt ; *malim verſiculum ſic exprimere :* quodcumque præteriit ſacrificiorum mihi tempus : *id eſt,* Nequeo deinceps ipſe ampliùs ſacrificare. *Quæ erat ratio omnium aptiſſima ad filium movendum. Sic igitur verſiculi aptè jungentur.*

C Necdum tantam penitus conſiderâſti vitam :
Mihi præteriit quodcumque tempus ſacrificandi.

Habes, ſtudioſe lector, explicationem verſiculorum, quorum vitioſa interpretatione in plurimos errores inciderunt ſcriptores non pauci neoterici, quos iterum rogo, ut oſtendant interpretationem ſuam eſſe linguæ Græcæ conſonam. Hoc autem ſi præter exſpectationem meam fortè oſtenderint, vel ſic locum habere nequit ea interpretatio, cùm quia repugnat ætati ſanctorum Gregorii & Baſilii, tum quia noſtra eſt conformior toti contextui & propoſito Gregorii, ut modò oſtendam.

hæc autem interpretatio magis ad rei propoſitum accommodata eſt quàm vulgaris :

48 *Gregorius pater, ut filium moveret, ad eccleſiam Nazianzenam pro ſe adminiſtrandam, jam cœperat eum urgere variis precibus, interpoſita etiam rei honeſtate, ſed necdum de grandi ſua ætate aut de rei neceſſitate quidquam dixerat. In hiſce verò verſibus neceſſitatem ſervitii, quod petebat, demum commemorat, ac deinde mox minas adjungit. Neceſſitatem autem non* D *poterat oſtendere extenuando ætatem filii, aut eam cum diuturnitate ſacerdotii ſui comparando ; ſed eam probare debebat, annoſam adeo ſenectutem ſuam oſtendendo, ut jam viribus careret ad munus ſacerdotii obeundum. Hæc erat oratio aptiſſima ad filium tandem permovendum. Contrà verò nihil ætatis filii comparatio cum annis ſacerdotii ſui conducere poterat ad filium movendum : hic enim quanto fuiſſet junior, tanto magis abhorruiſſet à munere epiſcopali. Certè Nazianzenus in Oratione 1 coram patre maximè ab ætate ſua rationes non obeundi ſacerdotii allegaverat, & pag. 30 urgentibus ad ſacerdotium ſuſcipiendum ſic reſponderat :* Ne extrema quidem ſenectus huic rei præſtituta, longum tempus cenſeri debet : ſenectus enim cum prudentia conjuncta imperitæ juventuti præſtat, *&c., Intempeſtiva igitur fuiſſet extenuatio illa ætatis Gregorii, nec ullibi in tota patris oratione rei neceſſitas fuiſſet indicata.*

eique certè præferenda eſt, licèt aliæ etiam dari poſſint.

49 *Ceterùm, priùſquam hinc diſcedam, eruditum lectorem iterum velim monitum, me data verſiculorum interpretationi non tam firmiter adhærere, ut inficier alias ſimiles eorumdem verſiculorum explicationes dari poſſe. Sanè magis perſpexi, vera dixiſſe Eraſmum antè laudatum de difficultate verum Nazianzeni ſenſum aſſequendi, quàm ut pro certo haberi velim eum à me expreſſum. Nam inquirendo in varias ſignificationes ſingularum vocum, tres quatuorve alias eorumdem verſiculorum explicationes inveniſſe me credidi, dubitavique ſatis diu, quam ex illis tandem eligerem. Attamen nullam inveni, in qua fiat mentio de ætate Nazianzeni : neque enim dictio Græca* ἐκμεμετρηκὼς βίον, *quæ ſola ætatem Nazianzeni inſinuaret, videtur ſic exponi poſſe, nedum debere. Hoc autem ſufficit ad propoſitum noſtrum : nam, ſi dubia ſit verſiculorum explicatio, illa ſola eſt probanda, quæ cum reliquis S. Gregorii dictis conciliari poteſt. Non poſſe autem cum iis conciliari interpretationem antiquam, ſenſu Tillemontii intellectam, luculenter evincunt argumenta antè data.* E

§ VII. Aliud Tillemontii argumentum, quo contendit Gregorium ſaltem poſt converſionem patris natum. F

Datur verſiculi, ex quibus argumentum ſumpſit Tillemontius :

TIllemontius paulò inferiùs ex textu Græco alterius verſiculi ſubſidium opinioni ſuæ quæſivit ; *ubi Latina interpretatio eidem aliàs eſt contraria. In Carmine 4 pag. 71 Latina interpretatio ſic habet :*

At me præcipuo Chriſtus donavit honore ;
Primùm etenim matris me dedit ipſe preci.
Illa autem (nato ſiquidem nil majus habebat)
Me tibi perpetuum vovit in obſequium.

Nolim contendere, eadem Græcè expreſſa eſſe verba, aut omnino fidelem eſſe hanc interpretationem Latinam. Quin imò nec textum Græcum fidelem exiſtimo, licet verba laudata à Tillemontio mendoſa eſſe non credam. At ea difficultatem non habent. Verſiculos accipe :

Au-

A Αὐτὰρ ἐμοὶ Χριστὸς πρεσβύσιον δῶρον ὀπάζων,
Πρῶτα μὲν ἀζαμένῃ νειόθεν ἐκ κραδίης
Μητρὶ δῶρον ἔδωκε, καὶ ἐκ τοκέων ὑπεδέκτο
Δῶρον, ἐπεὶ τέκνον φέρτερον οὐδὲν ἔχων
Ἐν πᾶσι κτεάτεσσιν.

Verùm mihi Christus eximium honorem præbens,
Primùm quidem oranti imo ex corde
Matri donum dedit, & à parentum tempore * accepit
donum, *&c.*

* *Secundum Tillemont.* à parentibus

Reliqua Latinè non exprimo, cum quia ad propositum nostrum nihil faciunt, tum quia dubito, an mendosa non sint ex parte. At priorum sensus ab iis non dependet.

sed voces, quas allegat, malè interpretatur: datur illarum vocum explicatio,

51 *Porrò Tillemontius ex dictis versiculis tantùm allegat duas has voces,* ἐκ τοκέων, *indeque colligit, Gregorium simulac natus est, ab utroque parente fuisse Deo oblatum, & consequenter patrem ipsius tunc saltem fuisse Christianum. Verùm non ea in allegatis verbis est mens Gregorii, nec voces Græcæ hanc explicationem præferunt: neque enim Græcè dici solet* ὑποδέχομαι ἐκ τοκέων, *pro*, accipio à parentibus. F *Constat etiam ex variis locis à sola matre infantem fuisse oblatum, sicut soli matri oranti donatus à Deo dicitur hoc ipso loco. Quare istud* ἐκ τοκέων *hic significat tempus, quo oblatus est & acceptatus à Deo, quemadmodum dicitur* ἐκ νεότητος à juventute ἐκ παιδὸς à puero, *multaque alia sic tempus significant tam Græcè quàm Latinè. Hic autem oblatus dicitur, dum adhuc erat in parentibus, id est, priusquam natus imò & conceptus erat, idque significant hæ voces* ἐκ τοκέων. *Nimirum Nonna mater filium à Deo petiit, eumque statim promisit Deo, ut aliis locis Gregorius ipse claris verbis indicavit. Itaque expositio nostra & vocum significationi, & historiæ veritati consona est: utrique verò contraria est Tillemontiana.*

aquæ ex variis S. Gregorii locis firmantur,

52 *Audiamus Gregorium in Carmine de Vita sua pag.* 2, *ubi de matre sua sic habet:*

Cupiebat ipsa masculum fœtum domi
Spectare, magna ut pars cupit mortalium.
Deum ergo supplex orat, ut vota expleat:
Atque, ut negabat impetus fræno regi,
C Quem postulabat, hunc statim donat Deo,
Alacritate mentis id donum occupans; *id est*
præveniens.

Græca verba hisce aptè respondent, ideoque eâ brevitatis causâ omitto. Hæc autem clarissimè significant, Gregorium, de cujus nativitate agitur, à Deo donatum matri oranti, & rursum à matre Deo donatum, antequam natus esset aut conceptus. Hinc paulò pòst dicit se natum, τὸ δῶρον τοῦ δεδωκότος Θεοῦ, *id est*, donum pertinens ad Deum, qui istud dederat: *quia à matre rursum erat Deo donatus: sed ea verba non satis expressit Latinus interpres. Illam sui oblationem per votum maternum iterum memorat in Carmine* 1 *pag.* 38. *Latina accipe, quibus Græca satis consonant:*

Mihi tu Deus unus ab ipsis
Liminibus vitæ: nam me tibi vovit ab alvo *
Chara parens, tunc cùm succensa cupidine Prolis,
Annam imitans tales emisit pectore voces:
Da mihi, quæso, Dominator maxime, natum:
Ædibus inque tuis omnes tibi serviet annis.

* Gr. ἐκ σπλάγχνων à viscer*ibus*

Mox sequitur, quo modo, annuente Deo, puer sit natus, & mox Deo iterum oblatus. Quippe Nazianzenus distinguit duplicem sui oblationem, dicitque se voto oblatum, priusquam erat conceptus, rursumque oblatum, simulatque natus fuit. Jam verò quod hìc dixit ἐκ σπλάγχνων, *id in loco objecto expressit per* ἐκ τοκέων. D

ex hac iterum liquet, ante patris conversionem Sanctum esse natum.

53 *Nec verò in solis Carminibus de hisce locutus est Gregorius, sed etiam in Orationibus. In Orat.* 19 *pag.* 192 *sic de matre loquitur:* Quamquam magnus ipsi hic conatus fuit, quòd nos, etiam ante ortum Deo, futurum nihil reformidans, promisit; atque in lucem editos statim consecravit. Dei autem beneficium illud fuit, quòd voto suo non omnino exciderit, nec victima ea, quam obtulerat, repudiata fuerit. *In Oratione* 1 *pag.* 32: Quamquam ab ipsa juventute accitus sum (libet enim aliquid multis incognitum efferre) atque ad Deum à vulva ipsa projectus, & ex materna pollicitatione donatus. *Jam verò æquus lector consideret, quoties dicat Gregorius, se matris precibus impetratum, se Deo à matre oblatum: nec tamen umquam simile quid de patre dicat, licèt hunc aliis laudibus frequenter celebret. Hinc autem multò rectiùs unusquisque concludere poterit, patre necdum Christiano, natum esse Gregorium, præsertim cùm tam multa alia argumenta id clarissimè evincant, ut videatur prudenter negari non posse.*

Quin & institutionem in fide soli ferè matri attribuit Gregorius;

54 *Nec verò paulò ante patris conversionem natus est Gregorius; sed tamdiu antè, ut prima dogmata fidei Christianæ à matre didicerit, sicut & frater ipsius Cæsarius & Gorgonia soror. Liquet hoc rursum ex ipso Gregorio, qui institutionem illam matri frequenter attribuit, numquam patri. In Oratione* 1 *pag.* 40 *de utroque parente sic loquitur:* Deinde mea hæc cura, meus hic labor, hoc est, sanctorum parentum canities & infirmitas, . . . hujus, inquam, patriarchæ Abrahæ, venerandi mihi capitis, atque cum angelis numerandi; & Saræ (*matris Nonnæ*) nos in fidei doctrina spiritualiter parturientis. *Græcè est,* ὠδινήσης, *id est*, quæ parturivit, *seu instituit nos. In Oratione* 10 *in laudem Cæsarii pag.* 161 *rursum parentes laudat: & de patre quidem ita orditur:* Pater quidem ex oleastro in fructiferam olivam pulchrè insitus *&c. At nihil de institutione liberorum in fide. Contrà hanc matri adscribit his verbis:* Mater autem antiquitus quidem atque ab ipsis proavis Deo consecrata, pietatem, instar necessariæ cujusdam hæreditatis, non ad seipsam tantummodo, sed ad liberos quoque deducens. *In Oratione* xi *de Gorgonia pag.* 178 *idem brevius insinuat, spiritualem Saræ parturitionem rursum memorans. Quod autem pag.* 179 *de utroque parente dicit:* Ab his Gorgonia & vitam & gloriam accepit: ab his, & quod honestè vixit, & quòd hilaris *&c.*; *si quis de fide etiam explicare velit, huic facilè assentiar; cùm enim Gorgonia octo fortasse aut decem annorum fuerit, quando conversus est pater; illam ipse quoque instituere in fide potuit unà cum matre, quæ tamen institutionem illam verisimiliter inchoavit. Demum in Carmine* 1 *pag.* 33 *suam fratrumque fidem ad matrem refert hoc modo:*

Illa quidem à patribus fidei pia femina ducens,
Natorum auratâ devinxit colla catenâ.

quam frustra Tillemontius patri asserere tentat,

55 *Ex his æquus lector colligere potest, quanti valeant, quæ Tillemontius refutatæ modò objectioni addidit, ita scribens:* Statim post hæc-

A hæc (*Gregorius*) loquitur de infantia ſua, dicitque ſe in omni virtutum genere educatum fuiſſe par patrem ſuum & matrem, eadem pietate unitos &c.: quin & ſatis clarè dicit, eos jam tum fuiſſe ætatis valde provectæ. In tempeſtate, cui expoſitus fuit, dum Athenas ibat, adjutus fuit precibus patris ſui & matris ſuæ. Tum autem erat in flore juventutis, etiamtum imberbis. Verumtamen annos eo tempore habebat viginti & ſex ſecundum Papebrochium, priuſquam pater ipſius erat converſus, & antequam ipſum precibus juvare poſſet. *Hactenus Tillemontius, qui tandem redit ad oppugnandam Suidæ potiùs quàm Papebrochii ſententiam. Certè ultima Papebrochio objicienda non erant. Secundum ultimam Papebrochii & noſtram ſententiam Gregorius ad ſtudia profectus eſt imberbis & poſt converſionem patris; quamvis imberbis fortaſſe non eſſet, dum navigavit Athenas.*

Laudans carmina nihil tale habentia.

56 *Ad priora verò reſpondeo, tantùm opus eſſe, ut quis inſpiciat carmina Gregorii objecta pag. 71: nam mox videbit, nihil in illis eſſe, quod Tillemontium juvare poſſit. Accipe carmina ipſa, lector, & judica. Poſt memoratam viſionem, quâ ad amorem virginitatis excitatus eſt, ita de educatione ſua pergit:*

B At mihi non pravos indebat uterque colores,
Sed virtutis erat doctor uterque parens.
Conſpicuos cunctis pietas nam fecerat illos,
Et concors animus pectus idemque duûm:
Canicieſque ſimul, ſimul & præſtantia morum.
Humanæ ac vitæ tranſiliere modos,
Fœlices validique; pater procul à grege quondam
Diſſitus, imperium qui modò plebis habet.
Non ovis, inde ovium longè optima, poſtea paſtor,
Nunc pater & rector (quod magè laudo) patrum.
Qui licèt ad vitam primis non venerit horis:
Sudavit primis plus tamen agricolis.
At mater ſoboles ſanctorum ſancta parentum,
Atque piæ ſtirpis ſurculus eximius . . . . .
Mens mea mollis ab his ficta eſt: accepit honeſtas
Ut caſeum calathi, protinus ipſa notas.

Vocem, quæ Tillemontio faveat, in hiſce nullam invenio. Nam virtutes morales docent etiam gentiles. Quin & pietas erat virtus gentilium, quæ inter uxorem & maritum habet locum. Niſi talem intellexerit Gregorius, reſpicit ad poſteriorem parentum ætatem, ut mox facit, dum de longæva eorum ſenectute loquitur. Contrà Gregorius, dum dicit, pater procul à grege quondam diſſitus, *& rurſum,* non ovis *&c., magis inſinuat, ſe educatum eſſe à patre gentili & matre Chriſtiana, ſaltem in prima pueritia. Ceterùm ex educatione nihil pro ſua ſententia habere poteſt Tillemontius, etiamſi in fide quoque à patre inſtitutus eſſet Gregorius: nam cùm converſio patris aliquot annis præceſſerit epiſcopatum, & nativitas aliquot ſimiliter annis inſtitutioni ſit prævia, potuit fidei principia Gregorium docere pater, etſi hic annis decem aut duodecim ante ejus epiſcopatum ſit natus.*

C

D

§ VIII. Ad argumentum ex continentia epiſcoporum, quod objecerant Baronius & Papebrochius, fruſtra conatus eſt reſpondere Tillemontius.

Inquiritur an argumentum ex lege continentiæ hic etiam ſit validum:

H*Actenus controverſiam de tempore natali S. Gregorii Nazianzeni ſolis tractavi rationibus chronologicis, ut ſic efficaciùs oſtenderem, quàm immeritò Bailletus, Tillemontius, aliique Janſenianis dogmatis addicti ſcriptores, quibus alii quidam nimis faciles præbuerunt aures, contra ſacerdotum ſeculi* IV *&* V *continentiam objecerint exemplum Nazianzeni, acſi ille ex patre epiſcopo natus eſſet. Nolui, inquam, ipſam ſacerdotum illius temporis continentiam allegare, ut falſam oſtenderem chronotaxim, quam pro illa ſubvertenda commenti ſunt ſcriptores Janſeniani, ſive illi alios heterodoxos fuerint ſecuti, ſive primi ſint ridiculæ illius chronotaxeos inventores, quod non inquiro. Verumtamen non ignoro, validum eſſe argumentum, quod contra opinionem illam allegârunt Baronius & Papebrochius, lubenſque fateor, illam eſſe præcipuam ſcribendæ hujus Diſſertationis cauſam. Tillemontius quoque bis fatetur, præcipuam rationem, quæ contra opinionem ſuam allegari poteſt, repeti ex prohibito epiſcopis matrimonii uſu; ſive revera crediderit, hoc argumentum chronologicis omnibus prævalere, ſive eo modo attentionem lectorum avocare voluerit ab argumentis magis evidentibus, quæ diſſimulando & magna ex parte omittendo elevare & obſcurare conatus eſt. Quacumque de cauſa vim hujus argumenti agnoverit Tillemontius, qui totam hanc controverſiam majori arte quàm candore tractavit, divinare nolim. At certum eſt, eum iterum hîc mirâ diſſimulatione uſum eſſe, & ad ea tantùm reſpondiſſe argumenta, quorum vis faciliùs infringi, aut certè claritas poterat obſcurari.*

E

Tillemontius ne quidem ad objecta à Papebrochio verba reſpondit,

F 58 *Allegavit Papebrochius noſter hæc verba S. Hieronymi lib.* I *adverſus Jovinianum:* Certè confiteris non poſſe eſſe epiſcopum, qui in epiſcopatu filios faciat. Alioquin, ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed quaſi adulter damnabitur. *Evidentiora hæc erant, quam ut obſcurari poſſent. Hinc Tillemontius, relictis ſine reſponſo hiſce verbis, quæ protulit ad* IX *Maii & in Addendis ad tomum* VII *Maii Papebrochius noſter, contra quem alias ubique diſputat, alios quoſdam ſanctorum Patrum textus ſuſcepit explicandos, aut potiùs in alienum ſenſum detorquendos. Ad* IX *Maii allegatis Hieronymi verbis,* ſed quaſi adulter damnabitur, *Papebrochius hæc ſubdit:* Proinde & filii ſic procreati cenſebuntur ſpurii. Id autem ſi verè dici potuiſſet de Nazianzeno, quomodo ei non exprobrâſſent Ariani, qui tot alia longè minutiora objecerunt. *Cur hæc attingere noluit Tillemontius, qui retractatam Papebrochii ſententiam, tam operosè refutavit? Maluit nimirum rationibus uti Papebrochii, ut actum ageret, quàm præcipua ipſius argumenta aggredi. Maluit ſub-*

A *inde quædam Papebrochii verba mutuari, iisque abuti, ut difficultates suas obtegeret, quàm eorumdem verborum refutationem expendere. Exemplum subjungo.*

licèt Papebrochii verbis nihil ferè ad rem facientibus abutatur,

59 *In Appendice tom.* 2 *Maii pag.* 844 *ait, se de difficultatibus in hac controversia occurrentibus amicos quosdam eruditos consuluisse, ac de eorum responso ita scribit:* Erant, quibus videbatur superstitiosa solicitudo cavendi, ne ex patre jam episcopo natus crederetur Nazianzenus: metuebantque ne ex nostræ aut paulò superioris ætatis præjudicio procederet illa, hæreticis nupturientibus risum motura. *Rursum tom.* 7 *pag.* 656 *de his loquitur, & uni tantùm attribuit istud responsum. Audi nunc, lector, quomodo iis abutatur Tillemontius.* Quantacumque, *inquit*, sit illa (*difficultas*) Papebrochius affirmat, plures ex amicis suis, [qui procul dubio omnes Catholici, nec dubitandum quin, aliqui ex iis sint Societatis ipsius] (*Jesu*) hos, inquam, credidisse, scrupulum etiam & superstitionem esse, admittere nolle Gregorium esse natum tempore episcopatûs patris sui. *Ita ille,*

B *ut opinioni improbabili arte qualibet subsidia quærat. At respondeo, exaggerata hîc esse dicta Papebrochii. Certè numerus illorum, quibus displicuisse solicitudinem suam dicit Papebrochius, major, quàm fuit, apparet in Tillemontio, qui mox aliquos ex iis Societati adscribit, acsi omnes illi extra Societatem non possent reperiri.*

dissimulato rursum ejus ad illa verba responso.

60 *At legerat verba Papebrochii tom.* VII *Maii pag.* 656 *num.* 9, *ubi idem repetit hoc modo:* His lectis, vir eruditus suggessit, hæreticis nupturientibus deridiculo futuram solicitudinem cavendi, ne ex patre episcopo natus putetur Nazianzenus, quia id nostra ætate absurdum sit. Sed respondi S. Hieronymi testimonium, qui solis triginta annis Nazianzeno superfuit, esse ejusmodi, ut antiquum satis videri debeat ad persuadendum, Apostolicam fuisse traditionem; quâ ordinatus episcopus jubebatur continentiam ab uxore polliceri, prò mœcho habendus, si aliter feciſſet. *Ex hisce dubitare vix possim, quin unus tantum fuerit, qui de hisce suum, ac alterius cujusdam aut plurium judicium perscripsit ad Papebrochium. Nequeo*

C *etiam vel tenuissimè suspicari, illum fuisse è Societate nostra, in qua timor ille, ne hæretici nupturientes rideant, locum habere non solet. Verùm qualiscumque fuerit eruditus ille, cui nimia videbatur solicitudo Papebrochii; si illa volebat proferre Tillemontius, debebat etiam referre, ac, si posset, refutare responsum Papebrochii, & non ita ipsius dicta narrare, ut lectores minùs attenti existimare possent, Papebrochium ab absurda illa opinione non multùm abhorruisse. Ignoscat æquus lector, si paulò prolixiùs, & fortasse etiam animosiùs hanc controversiam tractare videar: video enim rem mihi esse cum viro, qui noluit solo rationum pondere concertare, ac verum indagare; sed dissimulando præcipua sententiæ nostræ argumenta, suaque cum aliis comparando prævalere. Quare argumentum idem sectatoribus Tillemontii iterum proponam.*

Argumentum idem repetitur:

61 *S. Hieronymus, qui frequenter gloriatur, Nazianzenum sibi fuisse præceptorem, qui Nazianzenum miris extollit laudibus, qui, Nazianzeno adhuc florente, eruditionis laude scriptisque floruit; Hieronymus, inquam, Jovinianum virginitatis contemptorem sic compellat:* Certè confiteris non posse esse episcopum, qui D in episcopatu filios faciat. Alioquin, si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter damnabitur. *Siluit ad hæc Tillemontius. Respondeant igitur ipsius sectatores. Dicamusne, patrem S. Gregorii Nazianzeni damnandum fuisse quasi adulterum, aut errâsse Hieronymum? Utrumque est absurdum. Absurda igitur est sententia, ex qua alterutrum necessariò consequitur. Sanè effugia Tillemontii allegatis verbis præclusa sunt, ideoque hæc lectorum oculis objicere noluit. Fatetur ille quidem non esse verisimile, parentes Nazianzeni aliquid facere voluisse contra præceptum Ecclesiæ.*

refutantur dicta priora Tillemontii,

62 Verùm, *inquit*, si loci S. Hieronymi & S. Epiphanii sufficiunt ad ostendendum, qualis sit ea de re spiritus Ecclesiæ, quidque fieri juberet in pluribus provinciis: attamen iidem illi loci satis probant, eam (*Ecclesiam*) ubique ad id (*id est, ad continentiam*) non obligâsse. *Hæc primùm, suppressis Hieronymi verbis, respondet Tillemontius, cui meritò quis reponat, ipsum contendere, episcopis quibusdam seculi* IV *licitum fuisse, quod ne Jovinianus quidem audebat ulli concedere, teste Hieronymo. Qui enim confitetur*, non posse esse episcopum, qui in episcopatu filios faciat, *ut fatebatur Jovinianus, ille agnoscit in nulla provincia generationem episcopis esse licitam. Id ipsum etiam ostendunt verba, quæ S. Hieronymus mox subdit, pergens alloqui Jovinianum:* Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint virgines quod mariti: aut si sacerdotibus non licet uxores tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. *Clarum est, S. Hieronymum loqui generatim de omnibus episcopis, quia non loquitur de una aut altera provincia, sed nullam excipit. Æquè clarum est, eum gravem agnoscere obligationem, quia ut adulteros damnandos dicit, si qui deprehensi fuerint continentiam non servare. Porrò quod hîc de episcopis, id non minùs generatim de presbyteris & diaconis pronuntiat in Apologetico pro libris adversus Jovinianum ad Pammachium, ubi ita habet:* Apostoli vel virgines, vel post nuptias continentes. Episcopi, presbyteri, diaconi, aut virgines eliguntur aut F vidui, aut certè post sacerdotium in æternum pudici. *Nugas igitur obtrudit Tillemontius, quando ait ex verbis Hieronymi, quæ non recitat, satis probari legem illam non fuisse generalem.*

uti & alia ejus dicta de Epiphanio,

63 *Verùm pergit ille hoc modo:* S. Epiphanius id omnino dicit, saltem pro presbyteris: & quamvis pronuntiet eos, qui aliter faciebant, non accuratè secutos fuisse canones, id est, praxim communem & ferè universalem Ecclesiæ; tamen unusquisque novit, reperiri occasiones, in quibus, sive simplicitate sive aliis de causis, fieri potest, ut quis sine peccato non sequatur praxim aliquam, licèt magis perfectam, & licèt hæc pro lege habeatur in aliis provinciis. *Ad hæc respondeo, non agi hîc de presbyteris & diaconis, cùm pater Nazianzeni fuerit episcopus, huicque filium natum velit Tillemontius, dum episcopus erat. Quare, si Epiphanius revera diceret, uxorum usum aliquibus in locis permissum fuisse presbyteris & diaconis, id prodesse non posset Tillemontio ad opinionem suam defendendam. Verùm iterum hîc arte supplere voluit callidus adversarius, quod auctoritate ne per umbram quidem potuit evincere.*

A *cere. Hinc illud* ſaltem pro presbyteris, *acſi etiam epiſcopis generationem fuiſſe permiſſam, obſcuriùs ſaltem inſinuaret Epiphanius, qui ne quidem de epiſcopis loquitur, ubi licentiam generandi pro presbyteris ex verbis ipſius perperam, ut mox videbimus, colligit Tillemontius.*

qui legem continentiæ affirmat, ſed non exactè ubique ſervari fatetur:

64 *Verba S. Epiphanii, ex quibus ea colligit adverſarius, leguntur hæreſi* 59 *num.* 4, *ubi Epiphanius docet, ab Eccleſia* ad diaconi, presbyteri, epiſcopi, aut hypodiaconi ordinem *non admitti* eum, qui adhuc in matrimonio degit, ac liberis dat operam;... ſed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris conſuetudine ſeſe continuerit, aut ea ſit orbatus. *Tum additur qualiſcumque reſtrictio his verbis:* Quod in illis locis præcipuè fit, ubi eccleſiaſtici canones accuratè ſervantur. *Poſt hanc verò talis ſequitur objectio:* Atenim (*Græcè additur* dices mihi) nonnullis adhuc in locis presbyteri, diaconi, & hypodiaconi liberos ſuſcipiunt. *Tum Epiphanius*, Reſpondeo, *inquit*, non illud ex canonis authoritate fieri; ſed propter hominum ignaviam, quæ certis temporibus negligenter a-

B gere ac connivere ſolet, ob nimiam hominum multitudinem, cùm ſcilicet, qui ad eas ſe functiones applicent, non facilè reperiuntur. *Habes, ſtudioſe lector, verba Epiphanii, ex quibus colligit Tillemontius, legem continentiæ non*

* poſitivement *ubique obligâſſe, ex quibus eum id omnino* * *dicere* ſaltem pro presbyteris *pronuntiat. Verùm verba allegata tantùm evincunt, legem continentiæ ubique accuratè non fuiſſe obſervatam à presbyteris, diaconis & ſubdiaconis; & epiſcopos aliquos non ſatis curâſſe, ut obſervarentur. Hæc ſolùm oſtendunt verba Epiphanii, & nihil præterea. Sanè facili negotio de furtis & adulteriis dicam, quod de incontinentia presbyterorum in aliquot locis dicit Epiphanius. Quis inde meritò inferat, furta & adulteria legibus non eſſe prohibita? Exemplum accipe.* Furta & adulteria non tolerantur apud principes Chriſtianos; maximè in iis locis, ubi leges accuratè ſervantur. At, dices mihi, nonnullis adhuc in locis furta committi & adulteria. Reſpondeo, illud ex legum auctoritate non fieri, ſed propter hominum ignaviam *&c. Si quis hinc in-*

C *ferre voluerit, leges contra furta & adulteria aliquot in locis non obligare; reſpondebo, ipſum nihilo rectiùs de verbis meis ratiocinari, quam de verbis S. Epiphanii ratiocinatur Tillemontius.*

certè illam non ſervabant hæretici Vigilantiani aperti aut occulti,

65 *Porrò non defuerunt tempore S. Epiphanii incontinentiæ ſacerdotalis doctores, etiam epiſcopi, qui contendebant licitè fieri, quod fieri contra canones Epiphanius dolebat, quique veriſimiliter jam facere diu cœperant, quod demum rectè fieri contenderunt. Audiamus S. Hieronymum lib. adverſus Vigilantium, qui* continentiam, hæreſim *vocabat*, pudicitiam, libidinis ſeminarium, *ut loquitur Hieronymus, qui paulò poſt ita habet:* Proh nefas, epiſcopos ſui ſceleris dicitur habere conſortes; ſi tamen epiſcopi nominandi ſunt, qui non ordinant diaconos, niſi priùs uxores duxerint, nulli cœlibi credentes pudicitiam, imò oſtendentes, quàm ſanctè vivant, qui malè de omnibus ſuſpicantur; & niſi prægnantes uxores viderint clericorum, infanteſque de ulnis matrum vagientes, Chriſti ſacramenta non tribuunt.... Hoc docuit Dormitantius libidini frena permittens *&c. In fine rurſum de* ſociis *Vigilantii*, imò diſcipulis vel magiſtris *ſimilia breviùs dicit. Paulò ante Vigilantium ſcripſerat Jovinianus, item virginitatis & continentiæ contemptor, quocum Vigilantium Hieronymus comparat his verbis:* Sic in iſto (*Vigilantio*) Joviniani mens prava ſurrexit. *Veriſimile eſt, ab hæreticis illis epiſcopos non paucos fuiſſe corruptos. Hi igitur aut alii eodem ferè morbo laborantes presbyteris, aliiſque ſuis clericis permittebant, quod canonibus prohibitum fuiſſe teſtatur Epiphanius.* D

multique contra illam peccaverant in Hiſpania: ubi tamen lex erat:

66 *Certè in Hiſpania non leviter illo incontinentiæ morbo laborabant clerici iis temporibus, atque eò uſque invaluerat malum, ut incontinentiam ſuam (adulteria diceret Hieronymus) palàm defenderent. Hinc Siricius Papa in Epiſtola* 1 *ad Himerium cap.* 7 *ita loquitur:* Veniamus nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorum, quos in venerandæ religionis injuriam, ita per veſtras provincias calcatos atque confuſos, caritate tua inſinuante, reperimus, ut Jeremiæ nobis dicendum ſit voce: Quis dabit capiti meo aquam?... *Ratio erat incontinentia ſacerdotum, ut oſtendi in Paphnutio num.* 37 *&* 38, *ubi plura ex his litteris dedi. At huc incontinentium pœnam ex iiſdem transfero:* Et quia aliquanti, *ait Papa*, de quibus loquimur, E ut tua ſanctitas retulit, ignoratione lapſos eſſe ſe deflent, his hac conditione miſericordiam dicimus non negandam, ut ſine ullo honoris augmento, in hoc, quo detecti ſunt, quàm diu vixerint, officio perſeverent, ſi tamen poſt hæc continentes ſe ſuduerint exhibere. Hi verò, qui illiciti privilegii excuſatione nituntur, ut ſibi afferant veteri hoc lege conceſſum, noverint ſe ab omni eccleſiaſtico honore, quo indignè uſi ſunt, Apoſtolicæ Sedis auctoritate dejectos, nec unquam poſſe veneranda attrectare myſteria, quibus ſe ipſos, dum obſcœnis cupiditatibus inhiant, privaverunt. *Nunc rogatos velim adverſarios, ut verbis S. Epiphanii*, Nonnullis adhuc in locis, *addamus* Hiſpaniæ, *ut verè addere potuit S. Epiphanius ipſe. Deinde quæro, an nulla lege in Hiſpania prohibitus presbyteris fuerit uxorum uſus, quem tanta ſeveritate caſtigat S. Siricius? Ineptiſſimè enimvero ratiocinabitur, qui ita voluerit ratiocinari cum Tillemontio.*

ulteriora Tillemontii dicta refutantur.

67 *Quæ ille ſubjungit, non ſunt melioris notæ, quando canones de continentia clericorum ſic explicat, acſi ſolùm aliquid perfectius præſcribereni, & in aliquot locis non ſtrictè obligâſſent. Cur enim Hieronymus dicit, quaſi adulterum damnandum epiſcopum, ſi deprehenſus fuerit ſe non continere, idque ſine exceptione ullius loci, ſi epiſcopi non fuerint ubique ſtrictè ad continentiam obligati? Porrò nec ſimplicitas, aut ulla alia occaſio locum habere potuit in patre Nazianzeni ad canonem tanti momenti violandum. Ut quilibet hoc perſpiciat, tantùm legenda eſt Oratio funebris, quâ patrem laudavit filius. Præterea ſi quocumque modo legem illam non obſervâſſet, non tacuiſſent obtrectatores Nazianzeni, cui multò minutiora fuerunt objecta, ut jam monuit Papebrochius. Potuiſſet etiam Jovinianus rogare S. Hieronymum, an patrem Nazianzeni magiſtri ſui pro adultero haberet, & magiſtrum ſuum crederet ſpurium.* F

Alia ipſius exceptio

68 *Tillemontius poſt data ſuperiùs verba ſic proſequitur:* Quod ſi Patres iſti de praxi illa (*ſervandi continentiam in ſacerdotio*) ut in tota Eccleſia universè recepta ſubinde loquuntur, ſatis congruenter dici poteſt, & Baronius ipſe hoc

A hoc reſponſum nobis ſuggerere videtur, illos in hoc reſpexiſſe ad id, quod obſervabatur in vicinis eccleſiis. Nam S. Hieronymus affirmat, Eccleſiam Romanam, Ægypti & Orientis, id eſt, Syriæ & comitatûs Orientis obligâſſe clericos ad continentiam. Hinc Syneſius, recuſans epiſcopatum Ptolemaïdis in Lybia, allegat hanc inter alias rationes, quod velit ſemper habitare cum conjuge ſua, ac ex ea liberos ſuſcipere, non clàm more adulteri, ſed cum libertate mariti. *Talis eſt hæc reſponſio, qualis poteſt eſſe in mala cauſa. Baronium laudat, ut antè laudavit ſubinde Papebrochium. Nec poſſum concipere, cur ſibi iſtud reſponſum à Baronio ſuggeſtum dicat, niſi fortè id ſuggeri velit, quia Baronius loco per ipſum allegato, id eſt, ad annum* 325 *num.* 151, (*imò apud nos num.* 150) *allegat verba S. Hieronymi contra Vigilantium, quæ ſunt hæc:* Quid facient Orientis eccleſiæ? quid Ægypti & Sedis Apoſtolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continentes: aut, ſi uxores habuerint, mariti eſſe deſiſtunt? *Quâ demum dialecticâ ex his concludi poteſt, S. Hieronymum, dum loquitur univerſaliter, tantùm reſpicere ad vicinarum morem eccleſiarum?*

B

refutatur.

69 *Sanctus ille per allegata verba refutat epiſcopos veriſimiliter Hiſpanos, & fortaſſe partim Gallos, Vigilantii magiſtros aut diſcipulos, de quibus præmiſerat:* Qui non ordinant diaconos, niſi priùs uxores duxerint. *Rectiùs ſanè Hieronymi verba explicat Thomaſſinus in Diſciplina Eccleſiæ part.* 1 *lib.* 2 *cap.* 60 *num.* 7 *ita ſcribens:* Omnem eccleſiam Hieronymus in tres partitur ditiones, totidem exarchis obnoxias, Romano, Alexandrino & Antiocheno *&c. Verùm gratis ſupponamus tantiſper, S. Hieronymum contra Vigilantianos illos impudicitiæ doctores hîc tantùm allegâſſe præcipuas eccleſias, quia pars Hiſpaniarum, & fortaſſe Galliarum, Vigilantiano veneno erat infecta, nihil inde lucrabitur Tillemontius. Nam vel ſic novâ opus erit dialecticâ, ſi inde quis velit inferre, S. Hieronymum, dum loquitur univerſaliter, tantùm ad vicinas reſpicere eccleſias. Poteſt aliquid verè affirmari de eccleſia particulari, licèt ubique obſervetur. At nihil poteſt univerſaliter aſſeri, niſi ubique locum habeat. Falſa igitur eſſent jam allegata Hieronymi verba generalia de continentia ſacerdotum, ſi vera eſſet opinio Tillemontii: falſum iterum eſſet, quod idem Sanctus aſſerit in apologetico ad Pammachium de* epiſcopis, & presbyteris & diaconis, . . . qui ſe noverunt hoſtias offerre non poſſe, ſi operi ſerviant conjugali. *Quare rationabilis non eſt reſponſio Tillemontii.*

C

Verbis Syneſii abuſus eſt Baſnàgius.

70 *Porrò exemplum Syneſii, qui, ne epiſcopus conſecraretur, dicebat, nolle ſe ab uſu uxoris ſuæ abſtinere, Tillemontius habet ut idoneum ad probandam continentiæ legem in Ægypto. Verùm Samuel Baſnagius in Annalibus Politico-eccleſiaſticis ad annum* 325 *num.* 30 *ita ſcribit:* Uxore quidem ſua non abſtinuit Syneſius Ptolemaïdis epiſcopus. *Ut aſſertionem ſuam probet, allegat ipſa Syneſii verba ex epiſtola ejus* 105, *quæ ſic habent:* Mihi igitur & Deus ipſe, & lex, & ſacra Theophili manus uxorem dedit. Quare hoc omnibus prædico & teſtor, neque ab ea prorſus ſejungi velle, neque adulteri inſtar cum ea conſueſcere. *Audiamus etiam, quid inde inferat. Nam ſic pergit:* Quæ ſi, ut par eſt, Baronius attendiſſet, de Paphnutio hiſtoriam ut adulterinam non repudiâſſet. Exemplo quoque Syneſii extra dubium eſt, errâſſe Hieronymum narrantem, in Ægypto clericos maritos eſſe deſiiſſe. *Ita heterodoxus ille, in cujus argumento nulla eſt mica bonæ fidei. Quapropter rogo heterodoxos omnes, qui Baſnagii Hiſtoriam legunt, ut attendant prædicta verba à Syneſio ſcripta eſſe, quando necdum erat epiſcopus, & quidem ea intentione ab eo fuiſſe ſcripta, ut epiſcopus non conſecraretur. Scribit ille in eadem Epiſtola, ſe &* mendacium *utile credere, & alia ſentire fidei Chriſtianæ non conſona, ſubditque.* Quod ſi hæc & leges noſtri ſacerdotii concedunt mihi, poſſum ſacerdos eſſe, partim domi philoſophans partim foris ſtudiosè fabulans. *Non ignoravit hæc Baronius, ſed ſtudiosè omnia expendit in Annalibus ad annum* 410, *ubi clariſſimis argumentis oſtendit, omnia illa conficta eſſe à Syneſio, ne fieret epiſcopus. Qui volent Baronium ibi legere, non poterunt non mirari malam Baſnagii fidem. Ego, ne actum agam, breviter tantùm rogo: Cur proteſtabatur Syneſius, nolle ſe ab uſu uxoris abſtinere, ſi epiſcopis æquè ac aliis uxorum uſus erat licitus?*

D

E

Tillemontius agnoſcit quoque legem continentiæ in Gallia,

71 *Redeo ad Tillemontium, qui ita pergit ratiocinari:* Videtur adjungi poſſe Gallia (*ad eccleſias, in quibus erat lex continentiæ*) ut apparet ex hiſtoria Urbici epiſcopi Claromontani initio ſeculi IV: quamvis aliqui ex hac ipſa hiſtoria colligant, ſi prohibitum eſſet epiſcopo uti matrimonio, id necdum fuiſſe habitum pro crimine canonico, ex quo ſequeretur depoſitio, cùm Urbicus, peractâ pœnitentiâ, ad regimen eccleſiæ ſuæ videatur rediiſſe. *Factum illud narrat S. Gregorius Turonenſis lib.* 1 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 39. *Pauca huc transfero:* Apud Arvernos verò poſt Stremonium epiſcopum prædicatoremque, primus epiſcopus Urbicus fuit, ex ſenatoribus converſus, uxorem habens; quæ juxta conſuetudinem eccleſiaſticam remota à conſortio ſacerdotis religiosè vivebat. *Mox narratur lapſus Urbici, ab uxore ad peccatum inducti. Deinde de pœnitentia Urbici:* Dehinc tardiùs ad ſe reverſus, & de perpetrato ſcelere condolens, diœceſis ſuæ monaſterium expetit: ibique cum gemitu ac lacrymis, quæ commiſerat, diluens, ad urbem propriam eſt reverſus *&c. Hiſce non addam aliquid, cùm nihil faciat ad propoſitum noſtrum inquirere, an depoſitionis pœnâ dignum tunc eſſet peccatum Urbici.*

E

F

aliiſque provinciis: at dubitans de Ponto, Aſia & Thracia, objicit Socratem:

72 *Proſequor cum Tillemontio:* Canon trigeſimus tertius concilii Eliberitani ordinat eamdem diſciplinam in Hiſpania. Africa idem quoque decrevit ſub finem ejuſdem ſeculi. Socrates id quoque affirmat de Macedonia & Græcia, id eſt, de diœceſi Illyrici. Verùm ignoro, an idem oſtendi poſſet de diœceſibus Ponti, Aſiæ, & Thraciæ. Hiſtoria S. Paphnutii, quæ contigit quatuor annis ante epiſcopatum Gregorii (*patris*) de re illa decideret, ſi ab omnibus ut vera eſſet admiſſa: & fortaſſe non habetur idonea ratio illam rejiciendi. Verùm quidquid ſit illa de re, difficulter credi poteſt, ſi lex iſta, cui S. Paphnutium oppoſuiſſe ſe narrant Socrates & Sozomenus, ab ipſorum tempore lata fuiſſet, vel in tota Eccleſia, vel etiam in Thracia, ubi ſcribebant, ſatis, inquam, difficulter credi poteſt, ipſos non fuiſſe obſervaturos mutationem iſtam. Quin imò Socrates etiam diſertè affirmat, in toto Oriente (quod haud dubiè intelligendum eſt de tribus illis

A illis diœcesibus Constantinopoli maximè vicinis) episcopos ab usu matrimonii abstinuisse, sed non tamquam ex lege, cùm invenirentur plures, qui ab illo usu non abstinebant. *Hactenus Tillemontius, cujus verba diligenter expendam. Priora tamen de Hispania & Africa, cùm ea nobis faveant, non est necesse examinare. Quod dicit de Macedonia & Græcia, apud Socratem lib. 5 cap. 22 pag. 287 his verbis exprimitur:* Aliam quoque consuetudinem in Thessalia esse cognovi. Clericus ibi promotus, si post clericatum dormierit cum uxore, quam ante clericatum legitimo matrimonio sibi copulaverat, abdicatur . . . Eadem consuetudo Thessalonicæ, & in Macedonia atque Achaia observatur. *Verùm illa parùm faciunt ad controversiam nostram.*

observatio de Oriente diversimode à Tillemontio explicato.

73 *Illud verò, quod magis ad propositum spectat, mecum mirari poterit æquus lector, cur vox* Oriens *mox apud Tillemontium significaverit* Syriam & comitatum Orientis (*verba dedi num. 68*) *hîc verò eadem vox apud laudatum scriptorem haud dubiè intelligenda sit* de tribus diœcesibus Constantinopoli maximè vicinis, *sive de Pontica, Asiana & Thracica. Tam subita est mutatio significationis, ut vix viginti lineæ inter utramque expositionem sint interjectæ, nec tamen ulla datur ratio, cur* Oriens *uno loco Syriam & comitatum Orientis designet, alio loco Pontum, Asiam & Thraciam. Nolim dicere* Orientis *significationem unicâ horâ mutatam esse pro arbitrio Tillemontii. Maluisset ille haud dubiè Orienti utroque loco eamdem dare significationem. At putem, duram fuisse necessitatem, quæ malæ causæ patronum in has conjecerit angustias. Verùm vel sic frustra laboraverit. Neque enim sic potest efficere, ut Socrates non sit contrarius Hieronymo, ut mox ostendam. Interim moneo, historiam S. Paphnutii prorsus esse fide indignam, ut probavi in Paphnutio § 4: & ad objectionem pergo.*

B

Socratis, qui leges Ecclesiæ parùm noverat, silentium nullius est momenti,

74 *Silentium Socratis & Sozomeni, quod objicit Tillemontius, nullius est ponderis. Si mutatio aliqua fuisset post concilium Nicænum, aut lex de continentia sacerdotum ab ipsorum tempore usitata fuisset, id illi observâssent, & narrâssent, ait Tillemontius. Respondeo Socratem non satis fuisse instructum de legibus & dogmatis ecclesiasticis, ac in eodem capite, quod laudatur, multa ab eo referri planè fabulosa. Tillemontius ipse tom. 6 Imperatorum in Theodosio II art. 38, agens de Historia Socratis, istud observat his verbis:* Non videtur etiam satis cognovisse consuetudines & doctrinam Ecclesiæ : quod fortasse tolerabile erat in laïco, nisi toties voluisset loqui de rebus istis sibi non satis cognitis, & quidem de iis subinde loqui ut censor & judex. Hac de causa Photius asserit, eum non esse accuratum in dogmatis. *De Sozomeno idem art. 39 rectè affirmat, ipsum passim sua ex Socrate hausisse, ita ut hujus auctoritas nihil aut parùm ponderis addat Socrati. His observatis, unusquisque facilè intelligere poterit, scriptorum illorum sententiam nullius esse momenti contra auctoritatem S. Hieronymi, clarè affirmantis sine ulla exceptione, pro adultero habendum episcopum, si deprehensus fuerit uti conjugio. Præterea, cùm lex sacerdotalis continentiæ eodem esset loco, dum scribebant Socrates & Sozomenus, quo fuerat tempore concilii Nicæni, illi de ea mutata nihil poterant scribere.*

C

D

verba verò ipsius contraria sunt Hieronymo aliisque Patribus.

75 *Itaque solùm expendenda sunt objecta Socratis verba, quæ huc transfero :* Cùm in Oriente cuncti sua sponte, etiam episcopi, ab uxoribus abstineant, nulla tamen lege aut necessitate constricti id faciant : multi enim illorum, episcopatûs etiam sui tempore, liberos ex legitimo conjugio susceperunt. *Fatetur Socrates, consuetudinem sacerdotum se continendi ab uxoribus ubique fuisse in Oriente, sed negat id ibidem legis cujusdam necessitate factum esse. Tum pro ratione negandi legem adducit aliquorum incontinentiam, ut liquet ex particula* enim, *acsi non posset lex aliqua esse condita, nisi hanc omnes observarent. Certè miserrima est hæc ratio Socratis, cujus verba æquivalent tali ratiocinio:* Multi consuetudinem illam non observârunt. Consuetudo igitur illa per legem non fuit introducta. *At multi etiam in Hispania ab uxoribus suis non abstinuerant tempore Siricii, nec tamen dubitare possumus, quin lex sacerdotalis continentiæ ibidem esset lata, ut ipse observat Tillemontius, ademque observari potest de aliis provinciis, in quibus aliqui saltem fuerunt prædictæ legis prævaricatores. Nunc æquis lectoribus considerandum relinquo, utrùm credendum sit Socrati, doctrinam & consuetudines Ecclesiæ non satis cognoscenti, ac miserrimam asserti sui rationem alleganti, an verò doctissimis Patribus Epiphanio & Hieronymo (quibus Chrysostomum, Augustinum, aliosque addere possem) legem continentiæ sacerdotalis generatim affirmantibus. Profectò si quis omnes ineptias Socratis, quando de legibus Ecclesiæ disserit, recensere voluerit, finem non inveniet : tam multa apertè falsa in eodem capite affirmat.*

E

Ex loco Nazianzeni per ipsum Tillemontium objecto probatur,

76 *Hisce igitur missis, redeamus ad ratiocinia Tillemontii. Hic ita pergit :* Et sanè, quando S. Gregorius filius, perorans Constantinopoli, reprehendit eos, qui non recusabant accipere baptismum à presbytero, modò non esset matrimonio junctus, aut continentiam servaret ; difficile est judicare, non fuisse aliquos alterius generis, videlicet qui matrimonii usu gaudebant. *Hîc ipse Tillemontius incipit imprudens Socratem refutare. Etenim locus Nazianzeni ab ipso assignatus Orat. 40 pag. 656,* F *sicut innuit, aliquos fuisse Constantinopoli presbyteros, quorum suspecta erat continentia, ita clarè ostendit, omnes ibidem ad continentiam fuisse obligatos. Hortatur ibi Nazianzenus ad suscipiendum baptisma, præscindensque frivolas recusandi rationes, ita loquitur :* Ne dicas : Baptizet me episcopus, . . . aut si presbyter, saltem qui cælebs sit, qui continentiæ laude, atque angelica vivendi ratione floreat. Grave enim fuerit, si in purgationis tempore inficiar atque commaculer. *Ex his S. Gregorii verbis discimus, fuisse aliquos Constantinopoli, qui nolebant baptizari à presbyteris matrimonio junctis, quòd suspecti essent de incontinentia, quódque timerent, ne macularentur peccato, si baptismum susciperent à presbytero, si hic revera continens non esset. Atqui timor ille peccatum incurrendi per susceptionem baptismi caruisset omni prorsus fundamento, si presbyteri maritati sine peccato suis poterant uti conjugibus. Clarè igitur insinuat Gregorius, presbyteros Constantinopoli non minùs quàm in aliis provinciis obligatos fuisse ad continentiam.*

A *legem continentiæ fuisse Constantinopoli :*

77 *Quæ subjungit Gregorius ad confutandum illorum timorem, ex temeraria suspicione ortum, consecutionem hanc etiam confirmant.* Ne concionatoris, *inquit*, aut baptizantis authoritatem inquiras. Alius horum judex est, ac rerum obscurarum explorator.... Tibi autem quivis ad purgationem satis idoneus est, qui modò inter probatos censeatur, ac non apertè condemnatus sit, atque ab Ecclesia alienus. Qui curatione indiges, in judices judicium ne arripe *&c. Deterret Gregorius auditores suos à temerariis judiciis de continentia sacerdotum, docetque baptismum non posse suscipienti ad peccatum imputari, modò non constet de indignitate conferentis. Hinc quidem discimus, laïcos aliquos malè suspicatos fuisse de continentia illorum presbyterorum, qui in domo sua uxores antè ductas tenebant, atque huic suspicioni addidisse errorem aut certè scrupulum, quòd timerent, ne baptismum ab illis accipiendo peccarent : at simul discimus, continentiam presbyteris fuisse præscriptam : neque enim suspicio illa laïcorum temeraria fuisset, si uxorum usus presbyteris fuisset licitus ; neque ex illa suspicione oriri poterat timor peccandi susceptione baptismi : nam si presbyter non peccabat usu uxoris, etiam non peccabat collatione baptismi, & consequenter laïcus timere non poterat, ne peccaret baptismi susceptione. Constat igitur ex hoc ipso loco de continentiâ lege Constantinopoli, & in Thracia.*

lex eadem in Asia probatur fuisse, negante id frustra Tillemontio:

78 *Ad probandam episcoporum in Asia ex lege continentiam, jam alii adduxerunt exemplum Antonini episcopi Ephesini, qui accusatus fuit coram S. Joanne Chrysostomo, ut narrat Tillemontius in Chrysostomo art. 58. Palladius in Dialogo de Vita Chrysostomi apud Bigotium pag. 126 recenset capita accusationum, sextumque exprimit his verbis :* Quòd dimissa uxore sua, cum ea rursus congressus esset, filiosque ex ea procreâsset. *Argumentum hoc evidens est contra Tillemontium, factumque Antonini idem planè est cum facto Urbici relato num. 71, ex quo legem continentiæ pro Gallia probari posse observat ipse Tillemontius. Attamen idem scriptor, ut Asiam saltem communi eximat legi, ita hîc respondet :* Considerandum est, ipsum (*Antoninum*) accusari de liberis generatis, non post susceptum episcopatum, sed post dimissam propriam uxorem : hæc enim verba sunt Palladii : unde nequit concludi, utrùm renuntiâsset (*usui uxoris*) ex obligatione episcopatûs, an decentiæ gratiâ, an per rationem aliquam particularem. *Miserum sanè effugium : nam saltem ut crimen objicitur Antonino, quòd filios procreâsset ex sua uxore tempore sacerdotii. Hoc si licitum fuisset episcopo, similiter fuisset licitum uxorem ad tempus dimissam repetere, quemadmodum laïcus mutuo consensu uxorem dimittens, eamdem deinde licitè repetit. Itaque non alia de causa inter gravia crimina Antonino objecta fuit generatio filiorum, quàm quia æquè in Asia ac in reliqua Ecclesia verum erat, episcopum quasi adulterum damnandum, si in episcopatu liberorum generationi operam dare deprehensus fuerit.*

at necesse non est de singulis provinciis probare, quod generatim fuit probatum.

79 *Restat igitur sola diœcesis Pontica ex tribus illis, quas communi legi subjectas agnoscere noluit Tillemontius. Hic scriptor viam nobis monstravit, ut ostenderemus nominatim in Thracia & Asia locum habuisse legem continentiæ, quam generatim de tota Ecclesia asserunt SS. Hieronymus, Epiphanius, aliique Patres. Cùm autem de Pontica diœcesi simile quid non attulerit Tillemontius, cujus ratiocinia discutio : neque ulla ratione ostendi possit, illam à communi lege fuisse exceptam ; necesse non existimo, de ea nominatim disputare : sufficit enim generaliter locutos esse Patres, ridiculusque esset adversarius, qui vellet, ut de singulis nominatim provinciis ostenderemus, quod abundè de omnibus simul fuit probatum. Sic sanè numquam finiretur disputatio, cùm semper aliquæ supereſſent provinciæ, de quibus agendum restaret. Quapropter, cùm omnia Tillemontii ratiocinia jam expenderim, finem huic Dissertationi imponam, omissis quoque locis, quæ ex Eusebio, Cyrillo Hierosolymitano, Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, Augustino, aliisque Patribus adduxerunt Natalis Alexander & Thomassinus antè laudati. Ceterùm lubens fateor, legem continentiæ, etsi prioribus Ecclesiæ seculis ubique locum habuerit, non æquè fuisse ab omnibus observatam, legisque illius observantiam frequentiùs fuisse inculcatam apud Latinos quàm apud Græcos & Orientales : unde hi ex frequenti legis violatione paulatim de lege ipsa dubitare, eamque negare cœperunt, ac demum in concilio Trullano magna ex parte abrogârunt. Attamen tunc etiam episcopis relicta & arctiùs constricta fuit lex continentiæ, de qua disputamus.*

INDEX

INDEX SANCTORUM

AD TOMUM III SEPTEMBRIS.

A

ACHilles. Vide *Ammonius.*

11 Adelphius abbas Romaricenſis, Luxovii in comitatu Burgundiæ. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § I. Locorum notitia; Acta Sancti & illuſtris proſapia 809. § II. Annus Sancto natalis & emortualis incertus; quædam ad hunc ſpectantia diſcutiuntur 812. VITA BREVIOR *auctore anonymo Sancti ipſius æquali. Ex editione Labbei & Mabillonii, collatâ cum Ms. S. Maximini Trevirenſis* 815. VITA ALTERA AUCTIOR *auctore anonymo recentiore. Ex codice Ms. Romarici Montis* 818. GLORIA POSTHUMA ſeu Appendix de cultu antiquo & hodierno, de variis tranſlationibus ac elevationibus corporis & de miraculis. § I. Cultus antiquus; an monaſterium S. Adelphii nomini conſecratum fuerit; Tranſlationes reliquiarum quatuor; varia de priore earum recentiorum opinio 821. § II. Examinantur documenta Romaricenſia de tranſlatione prima ac ſecunda 823. § III. Diſcutiuntur tertiæ tranſlationis documenta, juxta quæ & ſuperiùs examinata ordo & tempora trium tranſlationum ſtatuuntur 824. § IV. Quartæ tranſlationis hiſtoria proponitur, & nonnulla circa illam diſquiruntur 827. § V. Cultus hodiernus valdè ſolemnis; Officia & Miſſæ 828. MIRACULA ET TRANSLATIONES *ex Mss. codicibus Romaricenſibus.* PARS I. CAP. I. Relatio primæ tranſlationis corporum SS. Romarici, Amati, & Adelphii, & quorumdam beneficiorum, quæ eam ſubſecuta ſunt 829. CAP. II. Secundæ tranſlationis hiſtoria & miraculorum, quæ illam præceſſerunt ac ſubſecuta ſunt 831. PARS II. CAP. I. Miracula in nova Romaricenſis monaſterii baſilica ſub initium ſeculi x patrata 833. CAP. II. Tertiæ tranſlationis, pluriumque miraculorum relatio 835

8 Adrianus & viginti tres Socii MM. Nicomediæ in Bithynia. Item Natalia Adriani conjux, prope Byzantium in Thracia. COMM. PRÆV. § I. Varia horum Sanctorum Acta Græca; quorum præcipua Latinè vulgata: diverſa eruditorum de his Actis judicia 209. § II. Expenditur & refutatur primum argumentum, quo Tillemontius contra varia martyrum Acta perperam utitur 210. § III. Alia Tillemontii argumenta examinantur ac refutantur: Acta non quidem ut primigenia, ut probabilia tamen & utilia approbantur 212. § IV. Adrianus hodiernus probabiliùs diverſus ab Adriano, qui colitur XXVI Auguſti 214. § V. Memoria S. Adriani Faſtis adſcripta diebus variis: dies martyrii non omnino certa: cultus præcipuus VIII Septembris poſt corpus Romam delatum 215. ACTA, *auctore anonymo, ex codice Ms. olim Colbertino, nunc bibliothecæ regiæ Pariſienſis* 1453, *interprete J.S.* 95. CAP. I. Maximiano idololatriam Nicomediæ promoventi ſiſtuntur viginti tres Chriſtiani: hi fidem conſtanter profeſſi, variis ſubjiciuntur tormentis 218. CAP. II. Adrianus martyribus ſe adjungit, & cum illis in carcerem ducitur: Natalia ejus uxor eum ibi inviſit, & ad martyrium hortatur: ac viciſſim ab eo inviſitur 220. CAP. III. Natalia in carcere Adriano & reliquis Martyribus ſervit: Adrianus cum aliis ad Maximianum ductus, varios cruciatus fortiter ſuſtinet 224. CAP. IV. S. Natalia cum aliis mulieribus in carcere Martyribus ſervit, ſumpta etiam in hunc finem veſte virili: Adriani & reliquorum Sanctorum martyrium 226. CAP. V. Corpora Sanctorum igni mirabiliter erepta, & à Chriſtianis Byzantium delata: S. Natalia ad nuptias invitata, fugit Byzantium, ibique apud corpora Martyrum moritur 228. APPENDIX. De reliquiis, cultu celebri, & miraculis SS. Adriani & Nataliæ. § I. Reliquiæ SS. Adriani ac Nataliæ in Hiſpaniam & in Luſitaniam dicuntur delatæ 231. § II. De tranſlatis in Belgium S. Adriani reliquiis; iiſque depoſitis Raulicuriæ in Hannonia: eædem deinde tranſlatæ Gerardi-montem 234. § III. Quomodo reliquiæ S. Adriani fuerint exceptæ Gerardi-monte, ibique depoſitæ in abbatia, deinde S. Adriani dicta 236. § IV. Cultus celeber S. Adriani Gerardi-monte: peregrinationes votivæ: miracula vetuſtiora: theca pretioſa reliquiis exſtructa, & alia quædam 238. § V. Variæ reliquiarum tranſlationes occaſione turbarum Belgicarum: inſtituta confraternitas SS. Adriani & Nataliæ 240. § VI. Conſcripta S. Adriani beneficia ab anno MDX uſque ad MDXVII: eorum datur pars prima 242. § VII. Proſecutio miraculorum ex eodem Ms., & ejuſdem ſcriptoris 244. § VIII. Proſecutio miraculorum ex eodem ſcriptore 245. § IX. Proſecutio miraculorum ab eodem ſcriptore relatorum 247. § X. Miracula varia ſeculo XVII facta 249. § XI. Liberatio energumenæ per notarios ſcripta, cui mirabilia non pauca ſunt adjuncta 251. § XII. Alia beneficia & miracula, relata per Gillenum Coucke abbatem S. Adriani: duo etiam

iam per alios ſcripta 252. § XIII. De reliquiis S. Adriani, quæ aliis locis ſervari dicuntur 254
11 Æmilianus epiſc. conf. Vercellis in Italia. SYLLOGE HISTORICO-CRITICA. De Sancti, cum cognomine malè confuſi, geſtis, ætate, & cultu 797
10 Agabius Epiſc. conf. Novariæ in Italia. SYLLOGE HISTORICA. Sancti cultus: Vita olim ſcripta, ſed aliquot ſeculis poſt mortem Sancti: geſta ex variis ſcriptoribus collecta 501
7 Alchmundus & Tilberhtus epiſcopi Haguſtaldenſes in Anglia. COMM. PRÆV. § 1. Memoria in Faſtis; auctores, qui de Sanctis meminerunt; eorum ſedes epiſcopalis 112. § II. Tempus epiſcopatûs ſuſcepti, ac mortis obitæ; cultus antiquus 114. TRANSLATIO ET ELEVATIO, *auctore anonymo Canonico Regulari medio ſeculo* XII, *ex editione Mabillonii in Actis SS. ſec. 3 parte* 1. PROLOGUS. Auctor ſuos ad Sanctorum eccleſiæ Haguſtaldenſis Patronorum cultum excitat 117. CAP. 1. Plectendus capite mirabiliter liberatur: eccleſia Haguſtaldenſis, & qui in eam confugerant, ab inſtanti exitio divinitus ſervantur: ſacrilegus punitur 118. CAP. II Herniâ laborans ſubitò ſanatur: eccleſia Haguſtaldenſis à Danis vaſtata reparatur, & canonicis Regularibus traditur: gemina reliquiarum elevatio 121. CAP. III. Prior tranſlatio S. Alchmundi ſeculo XI facta: beneficium ejus patrocinio impetratum: reliqua ad poſteriorem tranſlationem ſpectantia 125
Alexander cum Euplo &c. Vide *Euplus.*
Alexander cum Hyacintho &c. Vide *Hyacinthus.*
Aloponus cum Euplo Vide *Euplus.*
11 Almirus presbyter & abbas, prope vicum Grez in provincia Cenomanenſi. COMMENTARIUS PRÆVIUS. Acta conſcripta: cultus Sancti: Actorum fides probata: dubia aliqua examinata: S. Avitus, qui in illis memoratur, non diſtinguendus ab Avito Miciacenſi 801. VITA, *auctore anonymo ferè contemporaneo, ex quatuor Mss. & editione Labbei collatis.* PROLOGUS. CAP. 1. Aliqua de patria, variiſque habitationibus Almiri, & aliorum aliquot Sanctorum 803. CAP. II. S. Almiri geſta, miracula, mors & ſepultura 805
11 Alneus aut Alveus, presbyter & abbas, in provincia Cenomanenſi. COMM. PRÆV., VITA *auctore anonymo, & veriſimiliter ſuppari, ex Mss. membranis Cenomanenſibus eccleſiæ Collegiatæ S. Petri de Curia* 807
7 Alpinus epiſcopus conf. Catalauni in Campania Gallica. COMM. PRÆV. § 1. Memoria Sancti in Faſtis recentioribus & cultus: Acta gemina, ſed diu poſt mortem Sancti non ſine erroribus ſcripta 82. § II. Tempus epiſcopatûs S. Alpini inveſtigatur: indeque varii Vitarum errores oſtenduntur: adeſt veriſimiliter concilio Venetico 83. VITA, *auctore anonymo, ex duobus Mss. inter ſe collatis* 85 VITA ALTERA, *auctore anonymo, ex Ms. Andreæ du Cheſne, collato cum aliis duobus.* CAP. I Natalis S. Alpini: inſtitutio ſub diſciplina S. Lupi: electio ad epiſcopatum: alia quædam fabuloſa 86. CAP. II. Epiſcopus virtutibus & miraculis ſplendet: ſeptem ſorores Virgines conſecrat: pius obitus, ſepultura, & tranſlationes corporis 88
8 Ammonius, Fauſtus, Serapion, Pius, alter Pius, Theophilus, Neotherius cum pluribus anonymis: item Nemeſus, Arion, Ammon: item Petrus, Sabinus, Demetrius cum aliis XL: item Didimus, Mitiſorus, Panetus, Achilles, Iſidorus, Serapion, Magita, Oroſeus, Sylvanus, Arapion cum plurimis anonymis: item Demetrius, Severus cum aliis XI vel XII: item Severus cum aliis XL. Alexandriæ in Ægypto. SYLLOGE CRITICA 205
9 Ammonius cum Donato &c. Vide *Donatus*
7 Anaſtaſius mart. Salonæ in Dalmatia. COMMENTARIUS PRÆVIUS. § 1. Sancti in Faſtis antiquiſſimis memoria celebris: diſtinguendus omnino eſt ab Anaſtaſio cornicularo, qui non videtur Salonæ paſſus: corporis S. Anaſtaſii Fullonis tranſlatio 19. § II. Acta Sancti edenda: videtur idem cum Anaſtaſio M., quem Græci habent die V Decembris & XXV Octobris: idem quoque fortè in Hieronymianis hac die VII Septembris 21. ACTA *auctore anonymo, ex codice Ms. Auguſtano, collato cum codice noſtro* 22
Arapion cum Ammonio &c.
Arion cum Ammonio. Vide *Ammonius.*
9 Artemidorus mart. *Ex Faſtis Græcis* 366
9 Audomarus epiſcopus conf. in Waurant villa prope Audomaropolim in Arteſia. COMM. PR. § 1. Variæ S. Audomari Vitæ: quænam ex hiſce antiquiſſima videatur, & ceteris præferenda 384. § II. Geſta Sancti ad qualemcumque chronotaxim revocata & examinata 385. § III. Utrùm S. Audomarus ſit primus Morinorum epiſcopus 387. § IV. Geſta ab Audomaro in epiſcopatu utcumque ordinata: tempus mortis incertum 388. § V. Antiquiſſimus Sancti cultus: memoria in Faſtis: variæ feſtivitates, & corporis tranſlationes 391. § VI. Inſpectio corporis ſeculo XI facta: Caput exornatum: reliquiæ quædam aliis locis ſervatæ: alia quædam de apparitionibus Sancti 394 VITA, *auctore anonymo, ex codice noſtro Ms., collato cum editione Mabillonii.* PRÆFATIO 396. CAP. I. Sancti patria, parentes, vita monaſtica, epiſcopatus, fidei promulgatio, aliaque geſta 396. CAP. II. SS. Mummolinus, Ebertramnus & Bertinus veniunt ad Audomarum, qui varia ipſis præſtat beneficia: Sancti cæcitas, morbus extremus, mors, ſepultura, miracula, 399. VITA ALTERA, *ex quatuor Mss. invicem collatis.* PRÆFATIO 402. CAP. I. Sancti patria & parentes: vita monaſtica: epiſcopatus, geſtaque in utroque ſtatu: beatus obitus ac ſepultura 402. CAP. II. Miracula poſt mortem facta 405. VITA TERTIA, *auctore anonymo, ex codice noſtro Ms., cum aliis Mss. collato.* CAP. I. Sancti patria, parentes, vita monaſtica, epiſcopatus, converſio gentilium, facta miracula 406. CAP. II. Sanctus variis donatur ab Adroaldo, quem converterat: eccleſia in Sithiu condita: adventus SS. Mummolini & ſociorum, quibus locum concedit ad monaſterium condendum: Sancti miracula, cæcitas, morbus, mors & ſepultura 408. CAP. III. Miracula varia Sancti poſt obitum facta 411. CAP. IV. Hugo abbas Sancti corpus clanculùm tranſferre tentat; ſed S. Folquinus epiſcopus, re cognita, illud refert Audomaropolim: alia delatio corporis Neomagum, relatioque ad locum priſtinum 413
7 Auguſtalis epiſcopus conf. Arelate in Gallia.

lia. SYLLOGE CRITICO-HISTORICA 10

B

10 BArypſabas eremita & M. in Oriente. COMM. PRÆV. § 1. Sancti memoria in Faſtis Græcorum, Acta antiqua Græca, de quorum fide dubitatur 494. § 11. Aliqui ſcriptores negant, quidpiam de ſanctiſſimo Chriſti Sanguine manſiſſe in terris : at non videntur id evincere argumentis theologicis aut hiſtoricis 495. ACTA GRÆCA, *auctore anonymo, ex codice Vaticano* 1589, *quem ſeculi 7 credidit Allatus. Interprete J. S.* 498

8 Belina V. M. apud Lingones in Campania 259

9 Bertellinus ſeu Beccelinus eremita in Anglia. COMM. PRÆV. Memoria in Faſtis, biographus, Vita fabuloſa, cur edenda 446. VITA, *auctore anonymo, ex Ms. Rubræ vallis, collato cum editione Capgravii.* CAP. 1. Acta in ſeculo, pœnitentia de lapſu carnis, vita in eremo ſub diſciplina S. Guthlaci 449. CAP. 11. Seceſſus in eremum Staffordienſem, mors, ſepultura, miraculum 451

8 Bertewinus vel Berthuwinus Mart. patronus parœciæ cognominis in diœceſi Cenomanenſi. SYLLOGE. De Sancti cultu, fortè ejuſdem cum Bertivino vel Bertinio, qui Lexovii honoratur 259

11 Bodo aut Leudinus Bodo, epiſc. Conf. Tulli Leucorum in Lotharingia. SYLLOGE CRITICO-HISTORICA. § 1. Sancti memoria in Martyrologiis, & cultus vetuſtus : elogia à Tullenſibus olim concinnata de Leudino & Bodone, qui perperam fuerunt diſtincti 838. § 11. Sancti patria, parentes, ætas, matrimonium, fundationes, vita monaſtica, epiſcopatus & mors ordine temporis examinata 839

C

7 CAriſſima virgo, quæ colitur Albigæ in Occitania. SYLLOGE. De cultu & geſtis 79

Catulus. Vide *Doletatulus.*

Cerociſus cum Euplo. Vide *Euplus.*

9 Chariton M. *ex Menæis & Menologio* 366

Cleaſſus cum Donato. Vide *Donatus.*

7 Clodoaldus presbyter in oppido S. Clodoaldi agri Pariſienſis in Gallia. COMM. PRÆV. § 1. Cultus Sancti ejuſque memoria in Faſtis : Acta juſto ſeriùs ſcripta, mendis non carent : exigua eorum auctoritas pro iis omnibus, quæ aliunde nequeunt confirmari 91. § 11. Varia de Sancto ex Gregorio Turonenſi & aliis : tempora & geſta utcumque ordinata 93. § 111. Inquiritur, utrùm Sanctus monaſticam amplexus ſit diſciplinam, & monaſterium exſtruxerit monachis 95. § IV. Annus emortualis incognitus : miracula ad ſepulcrum facta : corpus fortaſſe aliquando Pariſios delatum, & Novigentum relatum, ubi conſervatur 97. VITA. *Ex editione Mabillonii cum Mss. collata.* PRÆFATIO 98. CAPUT UNICUM. Stirps Sancti regia : cædes fratrum ipſius, quâ feliciter liberatur : pia ejuſdem ſtudia & opera : conſtructio eccleſiæ, in qua mortuus ſepelitur 99

3 Comitiſſa virgo, Venetiis. SYLLOGE. De cultu & geſtis 309

8 Corbinianus epiſcopus primus Friſingenſis in Bavaria. COMM. PRÆV. § 1. Actorum ſcriptor Aribo epiſcopus Friſingenſis : Acta unde edenda 261. § 11. Sancti patria, non comitatus Tyrolis, ſed Gallia 262. § 111. An Monachus fuerit, & Ordinis S. Benedicti 264. § IV. Sancti gemina profectio Romana : tempus epiſcopatûs ſuſcepti & fixæ ſedis Friſingæ 267. § V. Sanctus cathedram figit Friſingæ, cujus loci notitia datur : expiato Grimoaldi inceſtu, prædia eccleſiæ ſuæ comparat 270. § VI. Grimoaldum corripit : in montem S. Stephani commigrat, in quo fontem elicit, olim ac hodiedum celebrem 272. § VII. Inſidias impiæ Pilitrudis evadens, fugit Majas : quo anno Grimoaldi domûs excidium à Sancto prædictum contigerit : Sancti reditus Friſingam, mors & ſtatura 274. § VIII. Corpus primùm Friſingæ ſepultum, transfertur Majas, deinde Friſingam reducitur : templi Majenſis, in quo Sanctus humatus fuit, hodiernus ſtatus 277. § IX. Reliqua ad Sancti cultum ſpectantia 278. VITA, *auctore Aribone epiſcopo Friſingenſi, ex editione Caroli Meichelbeckii in Hiſtoria Friſingenſi tom. 1, parte altera.* CAP. 1. Sancti natales ac nomina, ſeceſſus in cellam ad templum S. Germani, miracula ibidem patrata 281. CAP. 11. Primum iter Romanum : conſecratio epiſcopalis ſuſcepta : reditus in Galliam & acta ibidem 283. CAP. 111. Secundum iter Romanum, actaque in eo 285. CAP. IV. Reditus à Gregorio PP. imperatus : geſta in reditu : acceſſus ad Grimoaldum Bavariæ ducem 288. CAP. V. Grimoaldi ducis inceſtuoſum, connubium diſſolutum : cathedra Friſingæ fixa & dotata : acta in eo epiſcopatu : Pilitrudis inſidiæ, & Sancti fuga : Grimoaldinæ familiæ pœna & excidium 290. CAP. VI. Reditus Friſingam : mors ſanctè obita : ſepultura : corporis tranſlatio Majas facta, miraculis clara 293. CAP. VII. Corporis reductio Friſingam prodigiis illuſtrata 294

10 Coſmas archiepiſcopus Africanus Panormi in Sicilia. COMMENT. HIST. § 1. Memoria in Martyrologiis & ſcriptoribus Siculis : geſta ex probabilibus conjecturis eruta : patria fortè Panormus 618. § 11. Antiqua Sancti apud Panormitanos veneratio : veteres ſepulcri inſcriptiones, & corporis tranſlationes : cultus penè intermiſſus : inſpectio reliquiarum non ſine prodigio 620. § 111. Corpus ſolemniter exhumatur : ſepulcri ſitus & compoſitio : ſacrorum oſſium recenſio 622. § IV. Sancto ejuſque reliquiis priſtina veneratio ſolemniter decreta, delataque : beneficia quædam ejus patrocinio impetrata 623

Cuſpicus cum Euplo. Vide *Euplus.*

D

DAtivus cum Nemeſiano &c. Vide *Nemeſianus.*

Demetrius cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

Didymus. Vide *Ammonius* & *Diodorus.*

11 Diodorus, Diomedes & Didymus MM. Laodiceæ in Syria, *ex Faſtis Græcis & Martyrologio Romano* 776

Diomedes cum Diodoro. Vide *Diodorus.*

10 Doletatulus, aut Catulus, Tuſcus, Valentinus, & fortè Megarus, Africani Martyres. *ex apographis Hieronymianis* 494

9 Donatus, Cleaſus aut Eleaſſus, Fortunatus & Ammonius MM. Cæſareæ in Cappadocia,

ex Martyrologiis 367
9 Dorotheus & Gorgonius MM. Nicomediæ in Bithynia, COMM. PRÆV. § I. Memoria in Martyrologiis ad hunc diem & ad XII Martii: Acta edenda: alia planè fabulosa rejiciuntur: Translatio cum miraculis danda 328. § II. S. Gorgonius antiquitus Romæ cultus: ejusdem corpus à Gregorio IV in basilicam Vaticanam translatum: Missa de eodem in Sacramentario S. Gelasii 330. § III. Gorgonius Romæ cultus idem videtur cum martyre Nicomediensi, cujus corpus Romam translatum fuisse defenditur 332. § IV. Corporis pars à S. Godegrando Metensium episcopo Româ in Galliam defertur & in monasterio Gorziensi deponitur: reliqua ad easdem reliquias spectantia 334. § V. S. Gorgonii reliquiæ aliquæ Mindam translatæ; Sancti cultus in eo episcopatu 337. PASSIO, *auctore anonymo, ex vetusto codice membranaceo Musei nostri, notato O Ms.* 19, 340. TRANSLATIO ET MIRACULA S. GORGONII, *auctore monacho Gorziensi, seculi* X *scriptore, ex Ms. Remensi, collato cum editione Mabillonii sec. 3 Benedictino, parte* 2. CAP. I. S. Godegrandus Metensis episcopus corpora SS. Gorgonii, Nazarii & Naboris MM. Româ in Galliam defert: S. Gorgonii corpus ab Agaunensibus furto sublatum repetit & Gorziæ deponit 343. CAP. II. Hungarorum metu reliquiæ Metas deferuntur: earum partem donare monachus divinitus prohibitus: Gorzia instauratur, & quædam prædia recuperantur 346. CAP. III. Gorzienses explorare divinitus prohibentur, an S. Gorgonii corpus integrum haberent: muto loquela data: prædium monasterio restitutum: energumeni liberati: febricitans sanatus: apostasiam meditans castigatus 349. CAP. IV. Hungari & miles quidam à Gorziæ direptione divinitus prohibiti: contractus erectus: Francorum dux sanatus: alia quædam miracula: auctoris apostrophe ad Gorzienses suos 352

E

11 ELias Spelæotes abb. Conf. in Calabria. COMM. PRÆV. Sancti Vita Græca fideliter à discipulo scripta: ea non sine mendis Latinè & Italicè reddita, sed numquam edita 843. § II. Gestorum S. Eliæ qualiscumque chronotaxis cum intermixtorum aliquot factorum examine: reliquiæ & cultus Sancti 845. VITA, *auctore discipulo monacho, ex cod. Ms.* XLII *bibliothecæ S. Salvatoris prope Messanam pag.* 30, *interprete J. S.* PRÆFATIO 848. CAP. I. Sancti patria, parentes, studia, vocatio ad vitam monasticam: abit in Siciliam cum socio ad solitudinem, desertusque ab eo Romam navigat 849. CAP. II. Sancti Vita austera: visio patri ipsius oblata: habitatio Eliæ cum Ignatio eremita: reditus in patriam, ubi monasticam vitam exercet sub disciplina Arsenii prope Regium 851 CAP. III. S. Elias cum Arsenio habitat apud vicum Armi, ubi mirabilia quædam Arsenio contigerunt: navigant Patras, ubi locum spectris antè infestum inhabitant: tentatus Elias, mulierem ad castimoniam adducit 854. CAP. IV. Mirabilis gratia Arsenio concessa, quâ sanctorum fama crescit: hinc abire desiderant, frustra eos retinere conante episcopo 858. CAP. V. Iterata sanctorum habitatio ad S. Eustratium: gesta Arsenii cum altero Elia, & hujus prædictio: mors Arsenii: congressus Eliæ cum Daniele alterius Eliæ discipulo 860. CAP. VI. S. Elias habitat cum Cosma abbate: hoc deinde ob prævisam cœnobii constructionem abeunte, monachos admittit, & cœnobium condit 863. CAP. VII. Vinum signo Crucis ex aqua factum: ursa solo mandato abacta: inobedientia quorumdam divinitus castigata: obedientia verò contra periculum protecta 866. CAP. VIII Mors tyranni prævisa ac prædicta: prædicta etiam quædam alia: multi energumeni per Sanctum liberati 870. CAP. IX. Equus subitò sanatus: mirum monachi de Sancto somnium: hujus castitas insignis: sanationes aliquæ: quidam presbyter ad invocationem Sancti periculo ignis liberatus 872. CAP. X. Monita Sancti & virtutes: varia tempore incursionum Saracenorum patrata: severitas ipsius ad conservandam disciplinam monasticam 875. CAP. XI. Mors propinqua variis indiciis prævisa & prædicta: felix obitus: corporis animæque effigies: visiones variæ de morte ipsius 878. CAP. XII. Miracula post mortem patrata tam liberatione energumenorum quàm sanatione plurimorum ex morbis variis 881
7 Eunanus ep. conf. Raphoæ in Hibernia 128
10 Eunucius episc. conf. Novioduni in Belgica secunda. SYLLOGE. Sancti cultus, corporis translationes, episcopatus ejusque tempus 616
10 Euplus vel Euplia, Alexander, Cuspicus, vel Cerocisus, Hysicus, Aloponus, Silvanus & alii quinque martyres Cæsareæ in Cappadocia, *ex apographis Hieronymianis* 493
7 Eupsychius mart. Cæsareæ in Cappadocia. SYLLOGE, *ex Fastis Græcis & Latinis* 6
8 Eusebius, Nestabus, Zenon & Nestor MM. Gazæ in Palæstina. COMM. PRÆV. Memoria in Romano Martyrologio unde deprompta: tempus Martyrii: martyris titulus Nestori adscribitur: martyrum sepultura 256. ACTA, *ex Sozomeno lib.* 5 *Hist. Eccl. cap.* 9 *secundum versionem Valesii.* CAPUT UNICUM. Sancti à Gazæis flagris cæsi, in carcerem conjiciuntur: inde educti à furibunda plebe crudeliter trucidantur & comburuntur: eorum reliquiæ, Deo jubente collectæ, honorificè sepeliuntur 257
7 Evurtius episcopus conf. Aurelianis in Gallia. COMM. PRÆV. § I. Antiquissima Sancti in Fastis memoria & cultus 44. § II. Vita S. Evurtii variis inquinata fabulis, in qua falsa difficulter secernantur à veris; edenda tamen ex Mss. 45. § III. Inquiritur, an Evurtius videatur fuisse in concilio Valentino, quo ferè tempore figendus videatur ipsius episcopatus, & annus emortualis 47. § IV. Sepultura Sancti, ubi conditum oratorium, quod in abbatiam excrevit: gemina corporis translatio, cujus Acta danda, ut & Inventionis: apparitio mira 50. VITA *fabulis fœdata, auctore Lucifero subdiacono, ex quatuor Mss. simul collatis.* PROLOGUS. CAP. I. Sancti electio mirabilis ad cathedram Aurelianensem, quæ fictitiis adjunctis aucta videtur 52. CAP. II. Exstinctum à Sancto incendium: inventus thesaurus, indeque, juvante Constantino, ecclesia sanctæ Crucis ædificata, mira-

culum in Miſſæ ſacrificio 55. CAP. III. Ultima Sancti geſta : fabuloſa electio S. Aniani : beatus obitus, ſepultura & cultus 57. ACTA TRANSLATIONIS GEMINÆ, *auctore anonymo, ex codice membraneo Reginæ Sueciæ* 59. INVENTIO CORPORIS, *auctore Rogerio abbate, ex Ms. S. Audoëni Rotomagenſis, collato cum editione Martenii* 61

F

7 FAciolus in Cenomanenſi & Pictavienſi provincia cultus, *ex Caſtellano* 78
Fauſtus cum Ammonio. Vide *Ammonius.*
Fauſtus cum Timotheo. Vide *Timotheus.*
11 Felix & Regula virgo, & fortè Exſuperantius, martyres, Tiguri in Helvetia, COMM. PRÆV. § 1. Sanctorum Felicis & Regulæ memoria in Martyrologiis : utrùm his adjungendus ſit Exuperantius : paſſi ſunt in hodierna Helvetia, non in Hiſpania 763. § 11. Acta incerti auctoris ac temporis examinantur : Sanctorum è legione Thebæa ad Tigurinum caſtrum in Helvetiam adventus : alia quædam recentiorum aſſerta : tempus martyrii incertum 765. § III. Templum ſuper Sanctorum tumulo Tiguri erectum, & à Carolo Magno ampliatum : aliud templum cum nobili parthenone ibidem conditum, ad quod ſacra corpora tranſlata ſunt : cultus in Conſtantienſi diœceſi 767. § IV. Aliquæ reliquiæ Treviros tranſlatæ, Tigurinæ ab hæreticis diſperſæ : S. Felicis cultus in Monte Sancto : Regula in Kerlingen honorata alia à noſtra : utriuſque Sancti cultus in Aragonia 769. PASSIO, *auctore anonymo, ex Ms. codice Carthuſiæ Colonienſis, collato cum Ms. S. Maximini Trevirenſi & S. Salvatoris Ultrajectino* 772
Felix cum Nemeſiano &c. Vide *Nemeſianus.*
Fortunatus cum Donato &c. Vide *Donatus.*

G

7 GAuzlinus ep. Tulli Leucorum in Lotharingia. COMM. PRÆV. § 1. Præclara S. Gauzlini elogia : revelatio de ipſius in cælo gloria : memoria in Faſtis & cultus vetuſtus 129. § 11. Acta qualiacumque S. Gauzlini in Catalogo epiſcoporum Tullenſium, ſed non immunia ab omni errore, edenda tamen : varia ejuſdem breviora elogia, ex quibus duo recitantur 130. § III. Sancti natales illuſtres : ſuſceptus epiſcopatus : priora in epiſcopatu geſta : inſtaurata diſciplina regularis in cœnobio S. Apri 132. § IV. Fundatio Buxerienſis monaſterii, ejuſque per Stephanum Papam confirmatio 136. § V. Reformatio cœnobii Dervenſis : aliquot concilia, quibus adeſt Sanctus : vaſtata per Hungaros diœceſis Tullenſis ; multa per Sanctum impetrata ad ſublevandam illius eccleſiæ inopiam : cœpta reformatio monaſterii S. Manſueti 139. § VI. Ordo geſtorum in epiſcopatu breviter aſſignatus : beata mors : anni epiſcopatûs : ſepultura & reliquiæ hactenus ſervatæ 141. ACTA, *auctore anonymo, ex editionibus Martenii & Calmeti, atque exemplari Ms., inter ſe collatis* 143
Gorgonius cum Dorotheo. Vide *Dorotheus.*
7 Gratus aut Gradus epiſcopus conf. Auguſtæ Prætoriæ in Pedemontio, cum appendice de B. Gallo ejuſdem urbis epiſc. COMM. PRÆV. Legitimus Sancti cultus, reliquiæ & miracula : Acta Ms. & Vita Italicè impreſſa æque fabuloſa 72. § II. Ætas S. Grati inveſtigatur 73. § III. Refutatur opinio aliorum de tempore tranſlationis S. Innocentii & de ætate S. Grati 75. APPENDIX de ætate B. Galli, antiſtitis item Auguſtenſis 76. ACTORUM FABULOSORUM COMPENDIUM, *ex Ferrarii catalogo Sanctorum Italiæ* 77
9 Gregorius confeſſor, qui colitur in Alcala Del Rio, in Andaluſia 368
7 Grimonia virgo & mart. Capellæ in Picardia. SYLLOGE HISTORICA 80
Guſmæus cum Matthæo. Vide *Matthæus*

H

10 HIlarus papa Conf. Romæ. COMM. HIST. § 1. Memoria Sancti in Faſtis antiquis & neotericis : cultus ipſius vetuſtus, non tamen univerſalis 553. § II. Geſta S. Hilari ante pontificatum, præſertim in legatione ad pſeudo-concilium Epheſinum 554. § III. Damnationi S. Flaviani contradicit Hilarus ; fugienſque Romam venit : litteræ ipſius ad S. Pulcheriam : Hilarus fit archidiaconus, & Cyclum Paſchalem componendum curat 557. § IV. Hilarus anno CDLXI Papa creatus, menſe Novembri : de die controverſia eſt ; ſed probabiliùs eſt, electum eſſe die XVII, 560. § V. Geſta Sancti in pontificatu pro fidei confirmatione, & cum Leontio Arelatenſi, aliiſque epiſcopis Galliæ pro diſciplina eccleſiaſtica 562. § VI. Geſta Hilari pro diſciplina eccleſiaſtica ad conſultationem epiſcoporum Hiſpaniæ, & concilium de his anno CDLXV Romæ celebratum 567. § VII. Sanctus reſiſtit hæretico Macedoniano : de anno & die mortis differitur 569. § VIII. ædificata, fundata, & ornata per S. Hilarum loca ſacra, aliaque munificentiæ ipſius indicia 571
Hippolytus cum Ingenuo. Vide *Ingenuus.*
9 Hyacinthus, Alexander & Tiburtius M. M. in Sabinis. *Ex Faſtis ſacris & Martyrologio Romano* 364
Hyacinthus cum Protho. Vide *Prothus.*
Hyſicus cum Euplo. Vide *Euplus.*

I

JAder cum Nemeſiano &c. Vide *Nemeſianus*
7 Jafredus aut Theofredus mart. in Marchionatu Salutiarum in Italia. SYLLOGE. De cultu, corporis inventione & tranſlationibus 9
11 Ingenuus & Hippolytus MM. in Portu Romano, *ex apographis Hieronymianis* 777.
7 Joannes Laudenſis, ex priore Fontis Avellanæ epiſcopus Eugubinus in Umbria. COM. PRÆV. § 1. Locus epiſcopatûs & cultûs : Vitæ Mss. edendæ : ſcriptores neoterici Vitæ & tranſlationis 146. § II. Sancti patria & natales : monaſtica vita ſuſcepta ſub B. Petro Damiano in eremo Fontis Avellanæ 149. § III. Sacerdotium ſuſceptum : familiaritas cum B. Petro Damiano : hujus Vita per ipſum conſcripta : eruditio & cognomentum Grammatici 151. § IV. Generalis prioratus Fontis Avellanæ ſuſceptus : epiſcopatus Eugubinus : vitæ chronotaxis, mors & ſepultura 154. § V. An Sanctus canonizatus fuerit à Paſchale II PP. ? Officium & Miſſa in ejus honorem antiquitus recitata, & à S. Rituum congregatione approbata : templum exſtructum : an alia-

aliquæ reliquiæ aliò delatæ ? memoria in Martyrologiis 155. § VI. Corporis incorruptio & ſolemnis elevatio 157. § VII. Alexandri Sperelli, epiſcopi Eugubini, decretum de prædicta elevatione : beneficia quædam eo tempore impetrata 159. VITA, *auctore anonymo, Sancti diſcipulo, ex vetuſto codice membraneo mutilo, archivii olim Vincentii Armanni, nunc publici Eugubini.* PROLOGUS AUCTORIS. CAP. I. Sancti pia pueritia & adoleſcentia : auſtera in ſeculo vita & miſericordiæ opera 161. CAP. II. Vita privata in Eremo Fontis Avellanæ 162. CAP. III. Lacrymarum dono fruitur : ſacerdos conſecratus, à B. Petro Damiano laborum ſocius adſciſcitur : fit Prior Fontis Avellanæ : tempore famis pauperibus ſuccurrit 165. CAP. IV. Reliquæ Sancti virtutes : conſtantia in ſervando Regulæ rigore 167. CAP. V. Eugubinus epiſcopus electus & à Paſchale II. PP. conſecratus, poſt brevem epiſcopatûs adminiſtrationem ſanctè moritur 169. VITA ALTERA, *auctore item anonymo & incerto.* CAP. I. Vita in ſeculo acta : ſuſceptus monachatus & ſacerdotium : familiaritas cum B. Petro Damiano, & inſignis in corripiendo humilitas 171 CAP. II. Prioratus Fontis Avellanæ : epiſcopatus Eugubinus : mors ſanctè obita 173

7 Joannes mart. Nicomediæ in Bithynia. SYLLOGE CRITICA. Hujus Martyris nomen non omnino certum ; at nota occaſio martyrii ipſumque martyrium : quorumdam de eo opiniones examinantur 12

10 Joannes Salernitanus confeſſor ord. Prædicatorum, Florentiæ in Etruria. COMM. PRÆV. Beati cultus qualiſcumque probatus : corpus hac die tranſlatum : Vita ejus danda 626. VITA, *auctore Joanne Caroli, ex editione Leandri Alberti, collata cum datis à Malvenda.* CAP. I. Beatus Joannes unus è ſociis S. Dominici, à quo cum duodecim fratribus Florentiam miſſus eſt, fratribuſque præfectus 627. CAP. II. Inſignes Beati virtutes, dotes, forma corporis : ex priori habitatione cum ſuis Florentiam migrat : multos Ordini aggregat, virtutibuſque floret & gravem tentationem ſuperat 630. CAP. III. Beatus adeſt morienti S. Dominico : migrat ad S. Mariam Novellam : Beati inſignes conciones, miracula, virtutes, monita, mors, ſepultura, tranſlatio, miracula poſt mortem 633

Iſidorus cum Ammonio.

K

9 KIeranus ſeu Queranus abbas Cluain-mic-noi-ſenſis, in Media Hiberniæ provincia. COM. HIST. § I. Cultus ex Martyrologiis : qualiacumque Sancti geſta unde eruenda 370 § II. Sancti nativitas prædicta à S. Patricio, parentes, patria, baptiſmus ipſi collatus 372. § III. Tranſit in diſciplinam S. Finniani, deinde primùm ſub Ninnidio, poſtea ſub S. Endeo abbatibus monaſticam vitam ducit 374 § IV. Relicto Aranienſi cœnobio, S. Senanum accedit : inde ad Endeum redit : condit Auginenſe monaſterium 376. § V. Monaſterium Cluain-mic-noiſenſe conditum 378. § VI. Sancti mors & ſepultura : hymnus in ejus laudem compoſitus à S. Columba, qui ejus ope naufragium evadit : vitæ chronotaxis examinata, epiſcopalis dignitas abjudicata 381

L

LEudinus Bodo. Vide *Bodo.*
Litteus cum Nemeſiano. Vide *Nemeſianus.*
Lucius cum Nemeſiano. Vide *Nemeſianus.*

M

7 MAdelberta virgo & abbatiſſa Malbodii in Hannonia. COMM. PRÆV. § I. Sanctæ parentes, natales, ætas 103. § II. Sanctæ obitus, Acta, memoria in faſtis 105. § III. Sanctæ vetuſtus & hodiernus cultus, Officia propria, reliquiarum tranſlatio & viſitatio 107. ACTA, *auctore anonymo, ex Hagiologio Brabantino Ms. Rubeæ vallis, collata cum duobus aliis Mss.* 109

Magita cum Ammonio Vide *Ammonius.*

11 Marcellus epiſc. Mart. in territorio Anicienſi Galliæ. SYLLOGE *ex Martyrologiis & Officio* 777

9 Marcus & Socii fortè duo MM. *ex faſtis Hieronymianis* 367

11 Mattheus & Guſmæus MM. Grabedonæ ad lacum Larium in ducatu Mediolanenſi. SYLLOGE HISTORICA 774.

7 Memorius & Socii MM. in Brolio vico territorii Trecenſis in Campania Gallica. COMM. PRÆV. Cultus S. Memorii & Sociorum : locus martyrii : Acta eorum edita & inedita, ſed vitioſa : poſteriora ex hiſce edenda 68. ACTA, *auctore anonymo, ex Ms. Cl. V. Joannis Bouhier conſiliarii Divionenſis* 70

10 Menodora, Metrodora, Nymphodora ſorores VV. M M. in Bithynia. COMM. PRÆV. Sanctarum apud Græcos & Latinos memoria : cultus apud Græcos. Acta à Metaphraſte conſcripta 489. VITA, *auctore Metaphraſte, Latinè reddita à Lipomano, ex editione ejuſdem Lipomani tom. 6 fol.* CCXXXVIII, 490

11 B. Merbodus aut Marbedo Presbyter & Mart. in pago Alberſchwende prope Brigantiam in Germania. SYLLOGE de cultu, geſtis, morte & miraculis 888

Metrodora cum Menodora &c. Vide *Menodora*
Mitiſorus cum Ammonio. Vide *Ammonius.*

N

10 NEmeſianus, Felix, Lucius, Felix alter, Litteus, Polianus, Victor, Jader, Dativus epiſcopi, aliique ex eorum grege martyres, in Africa. COMM HIST. § I. Memoria in Martyrologiis, ſedes horum Epiſcoporum, qui concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano interfuerunt 483. § II. Acta Sanctorum ex epiſtola S. Cypriani ad eos, & horum ad S. Cyprianum 485

Neſtus cum Ammonio.
Neotherius cum Ammonio. Vide *Ammonius.*
Neſtabus cum Euſebio.
Neſtor cum Euſebio. Vide *Euſebius.*

10 Nicolaus Tolentinas, Ord. Eremitarum S. Auguſtini, Tolentini in Marchia Anconitana. COMM. PRÆV. § I. Antiqui Vitæ ſcriptores, ejuſque exemplaria edita & inedita : Acta aunde edenda : aliqui ſcriptores neoterici 636. § II. Cognomentum Tolentinatis : patria, parentes, annus obitûs, ſuprema ætas, annus natalis 638. § III. Sancti canonicatus probabiliùs ſecularis : Ordo eremitarum S. Auguſtini, &

qua

qua ætate, ſuſceptus 640. § IV. Quædam Sancti geſta, quæ in Vita non leguntur 642. VITA, *auctore Fratre Petro de Monte Rubiano coævo, ex editione Mombritiana, collata cum Mss. Ultrajectino & Senenſi.* CAP. I. Sancti nativitas ab angelo prædicta, & à S. Nicolao Myrenſi epiſcopo impetrata: pia puerítia: Chriſti in SS. Euchariſtia apparitio: canonicatus ipſi collatus: religio Auguſtiniana ſuſcepta 644. CAP. II. Sacerdotio initiatus, animas è flammis piacularibus eripit: tentatus à conſobrino, in aſſumpto ſtatu conſtans perſeverat: Tolentinum mittitur 646. CAP. III. Mirabilis Sancti abſtinentia & corporis caſtigatio: morbi & miraculoſæ ſanationes: tentationes ſuperatæ: conflictus cum dæmonibus 649. CAP. IV. Charitas ejus in proximum: mirabilis ſideris apparitio: beneficia quædam proximo divinitus collata 652. CAP. V. Varia mala morbique depulſa: panes prodigioſè multiplicati: cæleſtis melodia ſex extremis menſibus à Sancto audita: poſtremus morbus & ſancta mors 654. CAP. VI. Cæcitas, aliaque oculorum mala depulſa: contracti erecti 657. CAP. VII. Membra diſtorta contractaque, reſtituta: ſurdi & muti curati: mortui vitæ redditi 659. CAP. VIII. Inſontes à ſuſpendio mirabiliter liberati: periclitantibus in mari ſubventum 663. VITA ALTERA, *auctore anonymo, ex editione Dominici Antonii Gandolfi* 664. GLORIA SANCTI POSTHUMA. § I. Statim ab obitu à fidelibus invocatur: ſepulcrum miraculis claret: ſub Joanne XXII PP. proceſſus canonizationis inſtitutus: cur dilata fuerit canonizatio 666. § II. Canonizatio iterum tentata ſub Innocentio VI PP.; ſed conatu irrito 669. § III. Cultus ante canonizationem ipſi exhibitus; erecta ſacella & altaria: inſignes indulgentiæ à Bonifacio IX PP. conceſſæ in ipſius feſto, & die Dominica infra Octavam 670. § IV. Inter Sanctos referrur ab Eugenio IV PP.: bulla canonizationis recenſetur 672. § V. Sancti Officium eccleſiaſticum vetus & novum 675. § VI. Prodigia inbrachiorum refectione & furto facta: corpus abſconditum etiamnum latet: eadem brachia Tolentini honorata 676. § VII. Miraculum ſanguinis ex ſancti brachiis crebrò erumpentis: eruptiones anno MDCLXXVI factæ 678. § VIII. Variæ & inſignes ſanguinis effuſiones factæ annis MDCLXXIX & MDCLXXXXVIII, 681. § IX. Ejuſdem prodigii renovatio anno MDCXCIX: octiduana ſolemnitas propterea indicta ab Innocentio XII PP. magno cum populi concurſu celebrata 682. § X. Reliquæ effuſiones eodem anno MDCXCIX factæ, item multæ aliæ, quæ variis annis contigêre 684. § XI. De Sancti reliquiis, ac præſertim de ejuſdem prodigioſo ſanguine variis in locis aſſervato 685. § XII. Variæ ſacri ſanguinis portiones in Belgium delatæ, ibidemque cultæ 689. § XIII. Sancti apparitiones factæ BB. Ritæ Caſſiæ & Helenæ Utinenſi: ſtatuæ Tolentini, Cordubæ, Venetiis & alibi miraculis illuſtres 691. § XIV. Mortui ad vitam revocati 694. § XV. Alii mortui, aut pro mortuis habiti, ſanitate donati: item alii ſuſpendio affecti, in vita conſervati 696. § XVI. Quidam peſte liberati in Italia, Hiſpania & Occitania 699. § XVII. Graſſante Cordubæ in Hiſpania peſte, puer eâ correptus, miraculosè ſanatur 700. § XVIII. Miracula ac beneficia, ſæviente peſtilentiâ Cordubæ à XXI Septembris anni MDCI uſque ad XXII Januarii anni MDCII impetrata 702. § XIX. Tredecim alia miracula, Cordubæ, vel prope eam facta, & à quatuor medicis & viginti theologis approbata 704. § XX. S. Nicolai imago, jubente & præſente Cordubenſi ſenatu, ad ſuburbanum peſte infectorum xenodochium defertur: hæc crucifixi Domini pedes oſculatur: ex peſte moribundus ſanatur 706. § XXI. Varii peſte aliiſque malis anno MDCII Cordubæ liberati 708. § XXII. Alia miracula eodem anno MDCII Cordubæ impetrata 710. § XXIII. Reliqua miracula & beneficia Cordubæ & circa eam urbem facta: gratiæ ſolemnes à clero & ſenatu Cordubenſi S. Nicolao decretæ 714. § XXIV. Prodigioſa nobilis virginis Veronenſis, omnibus membris captæ ſanatio: alii contracti & paralytici curati 717. § XXV. Energumeni liberati, dæmonumque præſtigiæ abactæ 719. § XXVI. Cæcitas, ſurditas aliaque oculorum ac aurium mala depulſa: hernia, & detentio urinæ curata 721. § XXVII. Varii morbi, vulnera, aliaque corporum mala, ſanata & depulſa 723. § XXVIII. Alii varii generis morbi ſanati 725. § XXIX. Captivis, à latronibus comprehenſis, & ad mortem damnatis ſuccurrit: innocentem ſupremo ſupplicio mirabiliter ſubducit 728. § XXX. Antiqua panes in S. Nicolai honorem benedicendi conſuetudo, pluribus miraculis, quorum aliquot recenſentur, divinitus approbata 730. § XXXI. Varia alia miracula per panis benedicti uſum impetrata 733. § XXXII. alia miracula in Italia & in Belgio facta 736. § XXXIII. Miracula aliquot Limæ in regno Peruano obtenta 738. § XXXIV. Miracula Potoſii, Valverdæ, Zanæ & Guanuci in regno Peruano obtenta 741

Nymphodora cum Menodora &c. Vide *Menodora.*

O

10 ODgerus diaconus Ruræmundæ in Belgio COMM. PRÆV. De Sancti cultu, patria, vita monaſtica incerta, ætate, geſtis & reliquiis 612. VITA, *auctore anonymo, ex Ms. eccleſiæ Ultrajectinæ* 613. APPENDIX, de eccleſia de Berg SS. Wironi, Plechelmo & Odgero conſecrata, tranſlatiſque in eam illorum Sanctorum reliquiis: ac de diſtinctione S. Plechelmi ab alio ferè ſynonymo 615

9 Onnenus confeſſor Ordinis S. Benedicti, ut creditur, in diœceſi Maclovienſi Britanniæ Armoricæ 453

Oroſeus cum Ammonio.

9 Oſmanna virgo, quæ colitur in abbatia S. Dionyſii prope Pariſios in Francia. COMM. PRÆV. § I. Memoria in Martyrologiis, Miſſa propria, Acta quæ & unde edenda 417. § II. Seculum, quo Sancta floruit, ignotum: in Britannia minore obiiſſe veriſimile eſt: revelatio de ea facta S. Lutgardi explicatur: cultus ejus & reliquiæ in monaſterio S. Dionyſii, & alibi 419. VITA, *auctore anonymo, ex Ms. abbatiæ S. Dionyſii prope Pariſios, collata cum prolixiori Carilephano, & editione Capgravii* 422. APPENDIX 424

P

7 PAmphilus epiſcopus conf. in regno Neapolitano 66
Panetus cum Ammonio. Vide *Ammonius.*
11 Paphnutius epiſc. conf. in Ægypto. COMM. HISTORICO-CRITICUS. § 1. S. Paphnutii glorioſa fidei confeſſio, vita monaſtica, epiſcopatus 778. § 11. Sancti epiſcopatus, geſtaque in eo, præſertim in concilio Nicæno & conciliabulo Tyrio 780. § 111. Nomen S. Paphnutii infertum Martyrologio Romano, & aliquibus aliis: ſanctitas ipſius vindicatur ab objectionibus aliquot ſcriptoris neoterici 782. § 1v. Quæritur, an veriſimile ſit, S. Paphnutium ſe in concilio Nicæno oppoſuiſſe legi de continentia ſacerdotum & diaconorum 784
7 Paragorius, Parthæus, Parthenopæus & Severinus MM. Nauli in Liguria 44
Parthæus & Parthænopæus. Vide *Paragorius.*
11 Patiens epiſc. conf. Lugduni in Gallia. COMMENTARIUS HISTORICUS. § 1. Memoria in Martyrologiis: geſta unde haurienda: tempus ſuſcepti epiſcopatûs: S. Joannes Cabilonenſium epiſcopus ordinatus: zelus in convertendis hæreticis 791. § 11. Varias eccleſias magnificè condit & reparat: SS. Irenæi, Epipodii & Alexandri corpora creditur tranſtuliſſe: intereſt conciliis Arelatenſi & Lugdunenſi contra hæreſim Prædeſtinatianam 793. § 111. Fame afflictis gratuitas fruges largitur: Acta S. Germani Autiſſiodorenſis ſcribi curat; lucubrationes ipſi adſcriptæ: tempus emortuale: ſepultura, & ejuſdem profanatio 795
9 Petrus de Chavanon, canonicus Regularis Ordinis S. Auguſtini, Piperaci in Arvernia. COMM. PRÆV. § 1 Cultus; corpus elevatum & recognitum; febricitantes ſanati & cæcæ viſus redditus; lectiones propriæ 460. § 11. Acta à Stephano canonico Piperacenſi ſcripta; ejus ætas & fides; tempus emortuale & natale S. Petri: familia; patria; archipresbyteratus Langiacenſis; cura monialium Caſenſium 462. § 111. Piperacenſis canonicorum Regularium domûs origo & incrementa; eccleſiæ ab ejus fundatore & primo præpoſito S. Petro acquiſitæ, in quibus ſuos diſcipulos conſtituit 464. § 1v. Canonici Regulares in aliis eccleſiis inſtituti à ſancto præpoſito, qui Piperacenſe monaſterium erexiſſe probatur, antequam Durandus fieret epiſcopus Claromontanus 466. § v. Ejuſdem monaſterii primordia veriſimiliter referenda ad annum circitèr MLX; Ordo canonicorum Regularium S. Auguſtini multo antiquior; ſocietas S. Petrum inter & cononicos Brivatenſes inita 469. VITA ET MIRACULA, *auctore Stephano canonico Regulari abbatiæ Piperacenſis, ferè ſynchrono, ex editione Dacheriana tom. 2 Spicilegii à pag. 691, collata cum apographo Piperacenſi.* PRÆFATIO 472. CAP. 1. Natales, pia educatio, virtutes, archipresbyteratus Langiacenſis; cura monialium Caſenſium; cæcæ viſus redditus 473. CAP. 11. Invictâ animi conſtantiâ reſiſtit impudicæ feminæ, quam pœnâ divinitus inflictâ liberat; fit canonicus Regularis; Piperaci monaſterium fundat; incendium exſtinguit; eccleſiam Deiparæ Virgini ædificat, & ab imminente ruina ſervat 475. CAP. 111. Paralyticum ſanat; periclitanti navi ſuccurrit; piiſſimè moritur: corporis ſplendor & ſuavis odor, mirabilis liquor è ſepulcro manans; manus arida curata; febres pulſæ, aliaque beneficia; fur ſacrilegus punitus 477
Petrus cum Ammonio.
Pius cum Ammonio. Vide *Ammonius.*
Polianus cum Nemeſiano &c. Vide *Nemeſianus.*
11 Prothus & Hyacinthus Martyres Romæ. COMM. HIST. § 1. Memoria in vetuſtiſſimis monumentis; elogia ex Martyrologiis; cœmeterium ab eorum nominibus appellatum; inſcriptiones ſepulcro affixæ 746. § 11. Celebritas antiqui cultûs; baſilica Sanctis exſtructa 749. § 111. Reliquiæ ſeculo 1x Seligenſtadium tranſlatæ 751. § 1v. Partes ſacrorum corporum Metas tranſmiſſæ ſeculo x, 752. § v. Variæ Italiæ civitates enumerantur, quæ SS. Prothi & Hyacinthi corpora, aut partes inſignes ſibi adſcribunt 754. § v1. Eadem ſacra corpora ſibi vendicant Novocomenſes, & quinque eorumdem tranſlationes recolunt; cultus ibidem hac die 757. § v11. Expenduntur momenta pro ſacrorum corporum ſeu reliquiarum poſſeſſione, vel contra eam à partibus inter ſe diſſidentibus adducta, & qua ratione componi debeant ſtatuitur 759. § v111. Vitæ S. Eugeniæ virginis & martyris, geſta Sanctorum noſtrorum complectentis & ab eruditis ad fabulas relegatæ compendium; tempus martyrii 761
10 Pulcheria imperatrix virgo Conſtantinopoli. COMM. HIST. § 1. Memoria S. Pulcheriæ apud Græcos & Latinos: Marcianus imperator item in Menæis memoratus; ſed de ejus cultu non conſtat: cultus S. Pulcheriæ: geſta ejus unde eruenda 503. § 11. Genus S. Pulcheriæ, fraterque & ſorores: ipſius & Theodoſii fratris ætas, moriente Arcadio patre 504. § 111. Utrùm tutela Theodoſii fuerit commiſſa regi Perſarum & exercita per Antiochum: geſta S. Pulcheriæ ſex primis Theodoſii annis 506. § 1v. Auguſta creata, prudenter præeſt: fratris & ſororum inſtructio: omnium pietas, & ordinarius vivendi modus: S. Attici ad ſorores Opuſculum: uxor Theodoſio data Eudocia 508. § v. De geſtis S. Pulcheriæ contra Neſtorium, & pro felici exitu concilii Epheſini 509. § v1. Alia Sanctæ geſta, videlicet Theodoſius ſolerter correctus: aliquot reliquiarum tranſlatio; ut & inventio reliquiarum martyrum Sebaſtenorum per revelationem Sanctæ 512. § v11. Pulcheria, quam nullus Græcorum de æmulatione contra Eudociam accuſat, molitionibus Chryſaphii & Eudociæ aulam ſpontè deſerit, vitamque privatam agit: ſed deinde à Theodoſio revocatur, pulſo in exſilium Chryſaphio 514. § v111. Quæ relata ſunt de receſſu S. Pulcheriæ, vindicantur contra Tillemontium: quamdiu ab aula abfuerit Sancta 516. § 1x. Receſſus Sanctæ quantùm Eccleſiæ nocuerit ob tumultuoſum conciliabulum: quanta fuerit ſpes S. Leonis & aliorum de S. Pulcheria ad damna Eccleſiæ reſarcienda 518. § x. Mors Theodoſii imperatoris, qui Chryſaphium relegâſſe, & partes Eutychianorum probabiliùs deſeruiſſe videtur: Chryſaphius juſſu S. Pulcheriæ occiſus 522. § x1. Matrimonium Sanctæ cum Marciano, adjecto pacto de ſervanda virginitate: Marcianus imperator creatus: res fidei utriuſque ſtudio promotæ, & corpus

pus S. Flaviani Conſtantinopolim tranſlatum 525. § XII. Geſta Sanctæ pro felici exitu concilii Chalcedonenſis 528. § XIII. Utrùm S. Pulcheria unà cum Marciano imperatore venerit ad actionem ſextam ſynodi 530. § XIV. S. Leo auxilium Sanctæ implorat contra ambitum & alia facta Anatolii : ſcribit illa binas litteras contra calumnias Eutychianorum in Palæſtina tumultuantium 532. § XV. Mors S. Pulcheriæ ; de cujus anno, menſe & die diſſeritur 536. § XVI. Variæ fundationes eccleſiarum, locorumque piorum, quæ S. Pulcheriæ attribuuntur 537

Q

Queranus. Vide *Kieranus.*

R

7 Regina virg. M. prope veterem Aleſiam, ubi nunc Fanum S. Reginæ, in ducatu Burgundiæ. COMM. PRÆV. § I. Acta Sanctæ alia fabuloſa, alia ſuſpecta ; tranſlatio & miracula edenda : martyrii tempus incertum, palæſtra in Burgundia, non in Hiſpania 24. § II. Memoria Sanctæ in antiquis Martyrologiis : variæ feſtivitates : ſacellum & fons Aleſiæ : ſodalitium & templum Pariſiis erecta : cultus aliò propagatus 28. § III. Tranſlatio corporis Flaviniacum facta : quædam hujus ſolemnitatis adjuncta examinantur 30. § IV. Corporis in alias thecas tranſlationes ; reliquiarum recognitiones & recenſio : miracula quædam 32. § V. Utrùm S. Reginæ corpus vel reliquias aliquas poſſederint Oſnabrugenſes 35. PASSIO, *auctore incerto, ex Ms. Ultrajectino, collato cum editione Mombritiana* 39. TRANSLATIO, *auctore anonymo, ſynchrono, ut apparet, ex editione Georgii Violii, Benedictini* 40. MIRACULA, *auctore anonymo, monacho Flaviniacenſi, ex antiquo Breviario Flaviniacenſi apud Georgium Violium ejuſdem abbatiæ monachum* 42

Regula cum Felice. Vide *Felix.*

9 Rufus & Rufianus fratres MM., *ex Faſtis Græcis & Latinis* 365

S

Sabinus cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

10 Salvius epiſc. conf. Albigæ in Occitania COMMENTARIUS HISTORICUS. § I. Sancti in Faſtis memoria & cultus vetuſtus : geſta ejus olim fuerunt confuſa cum geſtis S. Salvii Ambianenſis ; ſed facilè diſcerni poſſunt ex S. Gregorio Turonenſi, qui præcipua narravit 574. § II. Sancti natales ignoti : vita ſecularis primùm, deinde monaſtica, in qua abbas electus latêre mavult : viſio planè mirabilis 576. § III. Sanctus ad epiſcopatum promotus : geſta in epiſcopatu : felix obitus, ejuſque annus 578

8 Seraphina vidua & abbatiſſa Ordinis S. Claræ, Piſauri in ducatu Urbinate. COMMENT. PRÆV. § I. Beatæ apud ſcriptores memoria, elogia, corporis publica ac ſolemnis expoſitio, cultus immemorialis 312. § II. Altera corporum BB. Seraphinæ & Felicis publica ac ſolemnis expoſitio, & duarum feneſtrarum, per quas ſemper conſpici ac honorari queant, conſtructio 314. § II. Perſonarum illuſtrium in Beatas veneratio ; Acta B. Seraphinæ, à quibus conſcripta 316. § IV. Beatæ illuſtres parentes, patria, nativitas, nuptiæ, ſeceſſus in monaſterium 318. VITÆ COMPENDIUM, *auctore anonymo, ex monaſterio Corporis Domini Clariſſarum Piſaurenſium ad nos tranſmiſſum* 320. MIRACULA, *ex P. Auguſtini Gallucii libro Italico deſumpta, & Latinè reddita* 322. MIRACULA ALIA, *communia B. Seraphinæ cum B. Felice Meda, ex eodem Gallucio Latinè tranſlata* 323. APPENDIX 324.

Serapion cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

Serapion cum Syro. Vide *Syrus.*

9 Sergius I Papa confeſſor Romæ. COMMENT. CHRONICO-HISTORICUS. § I. Sancti memoria in ſacris Faſtis, cultus, Officium & lectiones propriæ, elogium, Acta à variis conſcripta 425. § II. Sancti patria, educatio, ſacerdotium, & electio ad pontificatum 427. § III. Incertum, an S. Sergius ordinatus ſit Pontifex anno 687, an 688 ; referuntur opiniones Baronii, Pagii & Papebrochii 429. § IV. Concilii Toletani XV Canones probat ; Ceduallam regem baptizat ; varios epiſcopos ordinat ; epiſtolæ ejus ad reges & clerum Britanniæ 433. § V. Trullanam ſynodum reprobat, & Juſtiniano imperatori invicto animo reſiſtit 435. § VI. S. Willibrordum archiepiſcopum conſecrat ; gravi calumniâ prodigiosè liberatur 437. § VII. Particula SS. Crucis à Sancto invenitur ; ſchiſma Aquileienſe exſtinguitur ; epiſtola, quæ ipſi attribuitur 439. § VIII. Urbis eccleſias reſtaurat & exornat : ritus pios inſtituit 442. § IX. Ordinationes ejus, annus mortis, & variæ circa eum ſcriptorum opiniones 444

9 Severianus M. Sebaſtiæ in Armenia minore. COMM. PRÆV. § I. Memoria in Faſtis & cultus Sancti : Acta Græca Metaphraſtis jam Latinè edita : altera antiquiora & meliora, quæ dabuntur 355. § II. Examinantur, quæ à Metaphraſte & Martyrologis Græcis adjecta ſunt Actis, & alia quædam dubia 356. § III. APPENDIX de loco, in quo gelu expoſiti fuerunt quadraginta martyres, quorum hæc Acta meminerunt 357. ACTA, *auctore anonymo, ex codice Ms. Græco* MDVI *bibliothecæ regiæ Pariſienſis, collato cum codice* MDXIX *ejuſdem bibliothecæ. Interprete J. S.* 360

Severinus cum Paragorio &c. Vide *Paragorius.*

9 Severus mart., *ex Faſtis Græcis* 365

Severus cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

Silvanus cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

Silvanus cum Euplo. Vide *Euplus.*

7 Sinotus mart. & veriſimiliter epiſcopus, Capuæ in Campania Italiæ. SYLLOGE 5

10 Softhenes & Victor MM. Chalcedone in Bithynia. SYLLOGE. Memoria in Faſtis : tempus, locus, & genus martyrii 488

7 Sozon mart. Pompeiopoli in Cicilia. COMM. PRÆV. Cultus Sancti : geſta quædam breviter examinata : Acta edita Latinè improbata : meliora alia Græcè & Latinè edenda 14. ACTA ANTIQUA, *ex codice Pontificio Alexandri VII. Interprete J. S.* CAP. I. Sancti patria & conditio : viſio mirabilis : auferr manum ſimulacri aurei & capitur 15. CAP. II. Interrogatio Sancti & tormenta coram præſide tolerata 16. CAP. III. Mors Sancti & ſepultura : dies emortualis 18

11 Spe-

11 Sperandea Virgo abb. Cinguli in Piceno. COMM. PRÆV. § 1. Locus & dies cultûs immemorialis : memoria in Martyrologiis recentioribus : Vita mutila, Hymnus Miſſæ, miracula authentica edenda : ſcriptores neoterici, qui de ipſa meminerunt. 890. § 11. Sanctæ patria Eugubium : S. Ubaldi ſoror perperam credita, fortè fuit ſoror B. Sperandei : ejus annus natalis & emortualis : Benedictinum inſtitutum probabiliter in congregatione B. Sperandei ſuſceptum 892. § 111. Quædam Sanctæ geſta, à Franceſchino relata, diſcutiuntur 895. § 1v. Cultus ſtatim poſt mortem inchoatus : corpus è loculo in arcam tranſpoſitum, poſt bina ſecula incorruptum reperitur, integrumque perſeverat 897. § v. Sanctæ cultus ab epiſcopo Auximano in dubium vocatus, & à Cingulanis feliciter vindicatus 898. VITA MUTILA, *auctore anonymo, ex Ms. Cingulano.* 901. VITA ALTERA RHYTHMICA, ſive hymnus ex Miſſa 904. APPENDIX *de Miraculis* § 1. varia miracula annis MCCLXXVII & MCCLXXVIII impetrata 905. § 11. Miracula ſeculo XVII obtenta 908. § 111. Alia miracula eodem ſeculo impetrata 910. § 1v. Reliqua miracula, ſeu beneficia per ejuſdem Sanctæ invocationem, eodem ſeculo collata. 912

7 Stephanus epiſcopus conf. Diæ in Gallia. COMM. PRÆV. § 1. Cultus Sancti, memoria in Faſtis ; Acta 175. § 11. Sancti nobilitas, patria, ingreſſus in Cartuſiam, electio ad epiſcopatum 178. § 111. Diſcutitur annus & dies Sancto emortualis 181. § 1v. Reliquiæ ; corpus diu incorruptum ab hæreticis ignibus deditum ; an Sanctus fuerit ſolemniter canonizatus 183. Vita METRICA, *auctore anonymo.* MIRACULA POST VITAM 186. VITÆ RHYTHMICÆ PARAPHRASIS, *auctore anonymo ex Ms. Paſſionali bibliothecæ SS. Surianæ.* PROLOGUS 187 CAP. 1 Sancti patria, parentes nobiles, pia puericia & adoleſcentia, ſtudia litterarum, & amor virtutum ac perfectionis 188. CAP. 11. Tranſitus Sancti ad vitam monaſticam, variæ in ea virtutes, electio ad prioratum 189. CAP. 111. Epiſcopatus Dienſis plurimùm reluctanti confertur, animarum & promovendæ divinæ gloriæ zelus, varia miracula 190. CAP. 1v. Supremus morbus, pius obitus, miracula poſt mortem 193. MIRACULA ſancti Stephani, ſeu Epiſtola Joannis de Burnino archiepiſcopi Viennenſis & ſuffraganeorum ad Gregorium IX Pontificem, canonizationem poſtulantium 194. MIRACULORUM PARS 1. Mortuis vita, cæcis viſus, claudis greſſus, libertas captivis, & ægris ſanitas reddita 195. PARS 11. Alii ad vitam revocati, & à morbis ac infirmitatibus variis ſanati 197. PARS 111. Alia ejuſdem generis beneficia impetrata 199

9 Straton mart. *Ex Martyrologiis* 365

11 Syrus & Serapion MM. Alexandriæ, *ex Apographis Hieronymianis* 777

T

10 THeodardus epiſcopus Trajectenſis martyr, apud Nemetes in Germania. COMM. PRÆV. § 1. Acta edenda, quorum antiquiſſima ante medium ſeculum VIII ſcripta videntur 580. § 11. Sancti vita ante epiſcopatum, de qua varia traduntur ſuſpecta & falſa : S. Remacli fuit diſcipulus, at non abbas Stabulenſis aut Malmundarienſis 582. § 111. Fit epiſcopus, an poſt mortem regis Sigeberti : inſtitutio S. Lamberti ; tempus, cauſa & locus martyrii ; cultus 584. ACTA *inedita, auctore anonymo pervetuſto, ex Ms. Silvæducenſi.* PROLOGUS 588. CAP. 1. Epiſcopatus Trajectenſis ; geſta & virtutes : pro recuperandis eccleſiæ ſuæ bonis ad regem pergens, crudeliter occiditur 589. CAP. 11. Miracula ; honorifica ſepultura ; tranſlatio Leodium 591. ELOGIUM, *auctore Anſelmo Leodienſis eccleſiæ S. Lamberti canonico, ex editione Martenii tom.* IV *Collectionis ampliſſimæ à Col.* 845, *collata cum exemplari impreſſo apud Chapeavillum tom.* I *pag.* C, 592. ACTA *Altera auctore Sigeberto monacho Gemblacenſi ex editione Surii & Mss.* CAP. 1 Vita ante epiſcopatum Trajectenſem ; virtutes, quibus eccleſiam ſuam illuſtrat 593. CAP. 11. inſtruit S. Lambertum ; pro recipiendis rebus eccleſiaſticis regem adit ; ab iniquis earum poſſeſſoribus martyrio afficitur 595. CAP. 111. Mulier cæcitate punita & viſus ei redditus ; exequiæ à frequente populo celebratæ ; miracula in loco primæ ſepulturæ ; corpus inde avectum & Leodii depoſitum 597

11 Theodora Alexandrina in Ægypto SYLLOGE CRITICO-HISTORICA. § 1. Sanctæ cultus apud Græcos, & memoria ejus apud Ruſſos, Coptitas & Latinos : Acta ejus gemina, ſed fabuloſa 788. § 11. Inquiritur, an ſaltem aliqua Actorum capita ſatis videantur certa : apophthegmata quædam Theodoræ, quæ huic probabiliter tribui poſſunt 799

Theofredus Vide *Jafredus.*

9 Theophanes conf. *ex Faſtis Græcis.* ELOGIUM 327

Theophilus cum Ammonio &c. Vide *Ammonius.*

10 Thomas abbas Farfæ in Sabinis. COMM. PRÆV. § 1. Sancti memoria in Faſtis ſacris, cultus, Acta 599. § 11. Sancti patria ; Farfenſis cœnobii reſtauratio ; annus emortualis 602. VITA, *auctore anonymo, ex editione Mabillonii.* Cap. 1. Sancti patria ; peregrinatio in terram Sanctam & reditus ; geſta pro reſtauratione Farfenſis monaſterii 695. CAP. 11. Monaſterii Farfenſis incrementa ; geſta Sancti cum SS. Paldone, Taſone & Tatone, Vulturnenſis cœnobii fundatoribus, ejuſque obitus 607. APPENDIX 610

Tiburtius cum Hyacintho &c. Vide *Hyacinthus.*

Tilberthus cum Alchmundo. Vide *Alchmundus.*

8 Timotheus & Fauſtus MM. Antiochiæ, *ex Martyrologiis* 255

9 Tutius ſeu Tucius eremita in territorio Aquilano in Italia. SYLLOGE 453

V

7 VEntura presbyter mart. in agro Tifernenſi in Umbria. SYLLOGE 202

10 Veranus epiſcopus conf. Vinciæ in Gallia. COMM. HIST. § 1. Sancti memoria in Faſtis ; cultûs antiquitas ; eccleſiæ ipſi conſecratæ, monaſterium exſtructum & ejus nomine inſignitum 540 § 11. Sancti reliquiæ & cultus recentior ; perperam inter Sanctos Ordinis S. Benedicti à nonnullis recenſetur 542. § 111. Illuſtres Sancti parentes, patria, ætas 544. § 1v. Sancti educatio in monaſterio Lerinen-

ſi; tres de ſede epiſcopali opiniones proponuntur, quarum tertia diſcutitur ac refellitur 546. § v. Examinantur ſecundæ opinionis momenta, eiſque opponuntur rationes, ob quas prima opinio probabilior cenſetur 548. § vi. Agit per litteras cum Leone PP.: controverſiæ exortæ inter quoſdam Galliæ epiſcopos ei committuntur ab Hilaro Leonis ſucceſſore: annus emortualis incertus 551

8 Ugo ep. conf. Volaterris in Tuſcia. COMM. PRÆV. § 1. Elogium ex Raphaële Volaterrano; edenda vita & cultus: exhibetur diploma Frederici I imperatoris Sancto injurioſum 296, § 11. Memoratum diploma refutatur 297. VITA ET CULTUS, *ex authentico inſtrumento Volaterrano Ms.* CAP. I. Viſitatio reliquiarum in ſacrario eccleſiæ cathedralis Volaterranæ aſſervatarum; imago argentea, in qua caput S. Ugonis; Vitæ pars prior 300. CAP. II. Vitæ pars altera; cultus ſtatim poſt mortem inchoatus; inſpectatio capitis & mirifici liquoris, qui olim è Sancti ſepulcro manavit 303. CAP. III. Sacellum S. Ugonis; antiqua de dicto ſacro liquore inſcriptio; corpus Sancti recognitum & è ſepulcro levatum 306 CAP. IV. Tranſlatio corporis ſummâ celebritate peracta 308

Victor cum Soſthene. Vide *Soſthenes.*

8 Vidianus mart. in loco, Martres dicto, diœceſis Rivenſis in Occitania, *ex Martyrologiis* 261

7 Viventius epiſcopus conf. Remis in Gallia. SYLLOGE. § 1. Cultus S. Viventii, ætas, geſta & corporis tranſlatio 62. § 11. Ad confirmandum chronotaxim datam tractatur controverſia de tempore martyrii S. Nicaſii; oſtenditurque Wandalos, à quibus occiſus eſt, probabiliùs tunc fuiſſe paganos 64

9 Ulfacius anachoreta, forte etiam Presbyter & abbas, in vico cognomine Cenomanenſis provinciæ in Gallia. SYLLOGE de cultu, ætate & geſtis Sancti, qui idem videtur cum S. Ulfardo 368

Vulfridis. Vide *Wilfrida*

W

9 WIlfrida vel Vulfridis abbatiſſa Wiltonienſis in Anglia. COMM. HIST. § 1. Sanctæ variis nominibus appellatæ, & in duas perperam diſtractæ, memoria in Martyrologiis; cultus antiquus: Acta rejecta 454 § 11. Vitæ compendium ex variis: biographi & quorumdam martyrologorum error correctus: Edgari pœnitentia: Edithæ ſanctitas 456. § III. Monachatus & præfectura Wiltonienſis: tempus emortuale: varia biographi aſſerta exploſa 458

Z

ZEnon cum Euſebio &c. Vide *Euſebius.*

INDEX CHRONOLOGICUS.

SECULO CHRISTI PRIMO.

Ub finem hujus ſeculi S. Sinotus martyr, & veriſimiliter epiſcopus Capuanus 5

SECULO II.

Sub Adriano S. Eupſychius martyrio coronatus 6

SECULO III.

Sub Valeriano paſſi in Africa SS. Nemeſianus, Felix, Lucius, & alii 483
Sub Valeriano & Gallieno SS. Prothus & Hyacinthus martyres 746
Circa annum 300, *ut fertur*, S. Theophanes confeſſor obiit 327
Sub Maximiano S. Jafredus aut Theofredus creditur paſſus 9
Hoc aut ſequenti ſeculo S. Auguſtalis epiſcopus Aurelianenſis 10
Sub finem ſeculi III *aut initium* IV. SS. Felix & Regula martyres 763

SECULO IV.

Anno 303 S. Joannes martyr Nicomedienſis 12
Eodem anno paſſi Nicomediæ SS. Dorotheus & Gorgonius 328
Circa 304 S. Sozon martyr 14
Item S. Anaſtaſius martyr 19
Sub Diocletiano paſſi Chalcedone SS. Soſthenes & Victor 488
Sub Galerio Maximiano coronatæ SS. Menodora, Metrodora & Nymphodora ſorores virgines 489
Anno 308 Multi confeſſores, eruto uno oculo, ad metalla miſſi 379
Circa 310 S. Adrianus cum Sociis viginti & tribus Nicomediæ coronatur martyrio 209

Poſt S. Adrianum obiit S. Natalia illius conjux 230
Anno 311 Galerius promulgat edictum, ut ceſſet perſecutio Chriſtianorum 379
Sub Licinio paſſus S. Severianus Sebaſtiæ 355
Anno 325 Habitum concilium Nicænum 780
Anno 335 Conciliabulum Tyrium contra S. Athanaſium 781
Probabiliùs circa annum 340 defunctus eſt S. Evurtius epiſcopus Aurelianenſis 44, 50
Circa medium ſeculi IV defunctus Paphnutius epiſcopus in Ægypto 778
Sub Juliano paſſus S. Eupſychius, ab altero ſynonymo diſtinctus 8
Sub eodem, probabiliùs anno 362, paſſi Euſebius, Neſtabus, Zeno & Neſtor 256
Anno 374 habitum in Gallia concilium Valentinum 47
Anno 396 *aut* 397 naſcitur S. Pulcheria 505
Sub finem hujus ſeculi S. Viventius epiſcopus Remenſis 62
Anno 399 relegatur Eutropius eunuchus ab Arcadio 504

SECULO V.

Anno 401 natus Theodoſius II imperator 505
Circa 407 Wandali capiunt urbem Remenſem, & occidunt S. Nicaſium epiſcopum 64 *& ſeqq.*
Anno 408 obit Arcadius imperator 505
Circa 418, defuncto S. Gaudentio epiſcopo Novarienſi, ſuccedit S. Agabius 501
Ante medium hujus ſeculi obit S. Agabius epiſcopus 501
Anno 449 Epheſi habetur conciliabulum violentum 518, 554
Anno 449 *menſe Octobri* Romæ concilium habet S. Leo 523
Anno 450 moritur Theodoſius II imperator 522
Eodem anno Marcianus creatur imperator 525
Anno 451 Attila Hunnorum rex Galliam vaſtat, Aurelianos fruſtra obſidet, ac deinde memorabili prælio ſuperatur 71
Eodem anno, ut fertur, occiſus S. Memorius martyr cum Sociis 68
Hoc item anno habitum concilium Mediolanenſe 74
Eodem anno 451 celebratur concilium Chalcedonenſe 528
Anno 453 moritur S. Pulcheria imperatrix 503, 536 *& ſeqq.*
Hoc ſeculo S. Theodora Alexandrina 790
Anno 457 Victor Canonem Paſchalem mittit ad S. Hilarum, necdum Pontificem 560
Anno 461, *die* x *Novembris*, moritur S. Leo I Papa 560, 561
Eodem anno, probabiliùs XVII *Novembris*, Papa fit S. Hilarus 561
Sec. V *poſt* 464 obit S. Veranus Vencienſis epiſcopus 540, 552
Anno 465 S. Hilarus Papa concilium habet Romæ 567
Anno 467, *& probabiliùs die* x *Septembris* defunctus S. Hilarus Papa 569 *& ſeqq.*
Sub finem anni 474, *aut anno* 475, S. Salvius fit epiſcopus Albigenſis 578
Circa 480 S. Patiens epiſcopus Lugdunenſis defunctus 791, 796
Anno 484, *die* x *Septembris*, obiit S. Salvius 478, 579
Sub finem hujus ſeculi S. Gratus aut Gradus Auguſtæ Prætoriæ epiſcopus obit 72

SECULO VI.

Anno 501 S. Jucundus floret epiſcopus Auguſtenſis 74
Probabiliùs anno 504 defunctus S. Gregorius confeſſor in Andaluzia 368
Seculo VI *inchoato* obiit S. Æmilianus Vercellenſis epiſcopus 797, 799
Circa annum 510 defunctus S. Alpinus epiſcopus Catalaunenſis 82
Circa 526 filii Chlodomeris Francorum regis à patruis occiſi 94
Anno 544 conditum in Hibernia monaſterium Cluain-mic-noiſenſe 379
Anno 546 moritur B. Gallus Auguſtæ Prætoriæ epiſcopus 76 *& ſeqq.*
Hoc ſeculo floruit & obiit in pago Cenomanenſi S. Ulfacius eremita & forſan abbas 368
Anno 548 *vel* 549 defunctus S. Kieranus vel Queranus abbas in Hibernia 370, 382
Poſt medium hujus ſeculi obit S. Chlodoaldus presbyter 91
Anno 553 habitum concilium V œcumenicum 440
Circa 560 Moritur S. Almirus abbas 801, 806 f
Poſt 560 defunctus S. Alneus presbyter & abbas 807, 808 f
Hoc ſeculo aut ſequenti corpus S. Adriani martyris ex Oriente Romam tranſlatum 217

SECULO VII.

Tempore Dagoberti inter 628 *&* 637 S. Audomarus fit primus epiſcopus Taruannenſis 386 *& ſeqq.*
Poſt annum 665 defunctus S. Adelphius abbas 809, 815
Anno 668 *vel* 669 occiditur S. Theodardus epiſcopus Trajectenſis & martyr 586
Circa 670 moritur S. Audomarus epiſcopus Taruannenſis 384, 391
Inter 660 & 680 defunctus S. Bodo epiſcopus Tullenſis 838
Circa 680 inſtauratur monaſterium Farfenſe 602
Anno 687 *aut* 688 S. Sergius I. fit ſummus Pontifex 429 *& ſeq.*
Anno 688 habitum eſt XV concilium Toletanum 433

SECULO VIII.

Anno 701 *vel* 702 obiit S. Sergius Papa I, 425, 445 & 446
Circa annum 705 moritur S. Madelberta virgo abbatiſſa 103
Anno 709 S. Corbinianus Romæ creatur epiſcopus 269
Anno 712 *vel* 715 obit S. Thomas abbas Farfenſis 599, 604, 605
Anno 717 Corbinianus ſedem epiſcopalem figit Friſingæ 269
Hoc ſeculo non multùm provecto obiit S. Odgerus diaconus 612
Circa 722 reliquiæ S. Madelbertæ Leodium tranſlatæ 108
Circa 730 S. Corbinianus primus epiſcopus Friſingenſis moritur 261, 276
Eodem anno corpus S. Corbiniani Majas tranſlatum 276
Circa 731 *aut* 732, Saracenis Galliam vaſtantibus

tibus, figenda tranſlatio S. Evurtii Aurelianenſis 51
Circa 740 relatio corporis S. Evurtii 51
Hoc ſeculo ante 748 moritur S. Eunucius epiſcopus Noviodunenſis 616, 617
Anno 765 pars corporis S. Gorgonii tranſlata in Galliam 335
Anno 767 S. Alchmundus fit epiſcopus Haguſtaldenſis 114
Probabilius anno 769 corpus S. Corbiniani Friſingam relatum 278
Anno 780 moritur S. Alchmundus epiſcopus Haguſtaldenſis, eique ſuccedit S. Tilberhtus 115, 116
Anno 789 obit S. Tilberhtus epiſcopus Haguſtaldenſis 116
Hoc ſeculo obiit S. Bertellinus eremita 446

SECULO IX.

Inter annos 828 & 830 Receptæ Selingenſtadii reliquiæ SS. Prothi & Hyacinthi 751, 752
Hoc ſeculo à Gregorio IV corpus S. Gorgonii tranſlatum ad eccleſiam Vaticanam 331
Ante annum 840 tranſlata corpora SS. Romarici, Amati & Adelphii 826
Anno 843 corpus S. Audomari, furtim ablatum, refertur 392
Anno 864 tranſlatum corpus S. Reginæ virginis & martyris 30, 40
Seculo IX, *anno*, *ut fertur*, 877 tranſlata corpora SS. Felicis & Regulæ 768, 769
Ante annum 899 altera tranſlatio SS. Romarici, Amati & Adelphii 826
Sub finem hujus ſeculi, quædam reliquiæ S. Adriani martyris in Hiſpaniam tranſlatæ dicuntur 231 *& ſeqq.*

SECULO X.

Inter 910 *&* 920 Tertia tranſlatio SS. Romarici, Amati & Adelphii 826
Anno 922 S. Gauzlinus creatur Tullenſis epiſcopus 132
Anno 935 reformatur Tullenſe monaſterium S. Apri 134, 135
Circa 940 fundatur Buxerienſe in agro Tullenſi monaſterium 136 *& ſeq.*
Circa medium hujus ſeculi reformatum monaſterium Dervenſe 140
Circa annum 960 defunctus S. Elias Spelæotes abbas 843, 847
Anno 962 moritur S. Gauzlinus epiſcopus Tullenſis 129, 142
Anno 963 S. Gerardus fit epiſcopus Tullenſis 142
Intra 970 *&* 972 Reliquiæ SS. Prothi & Hyacinthi Metas tranſlatæ 753, 754
Sub finem ſeculi X *vel initium* XI obiit S. Wilfrida abbatiſſa 454, 459

SECULO XI.

Anno 1026 *aut* 1027 natus S. Joannes Laudenſis 149
Hoc ſeculo ante medium prior tranſlatio S. Alchmundi 124 a
Anno 1051 Quarta tranſlatio SS. Romarici, Amati & Adelphii 827
Circa 1060 conditum monaſterium Piperacenſe 469
Circa 1080 moritur S. Petrus de Chavanon, canonicus regularis 460, 463
Circa finem hujus ſeculi aut initium ſequentis delatæ Gerardi-montem reliquiæ S. Adriani martyris 238

SECULO XII.

Anno 1105 S. Joannes Laudenſis fit epiſcopus Eugubinus 153
Anno 1106 moritur S. Joannes Laudenſis 146, 155
Circa 1120 occiſus B. Merbodus presbyter & martyr 888
Circa 1149 inventum corpus S. Evurtii epiſcopi 52
Anno 1154 tranſlata corpora SS. Alchmundi & Accæ 123
Probabiliùs anno 1160 defunctus S. Coſmas archiepiſcopus Africanus 618, 619
Anno 1181 Elevatum corpus S. Æmiliani Vercellenſis 800
Anno 1184 moritur S. Ugo epiſcopus Volaterranus 296

SECULO XIII.

Circa annum 1203 S. Stephanus creatur epiſcopus Dienſis 180
Anno 1205 tranſlatum corpus S. Corbiniani 279
Anno 1208 defunctus S. Stephanus Dienſis epiſcopus 175, 181 *& ſeq.*
Circa 1216 naſcitur S. Sperandea virgo 893
Anno 1219 *aut* 1220 ſtructum prope Florentiam monaſterium Ordinis Prædicatorum 630 c d
Anno 1222 Honorius III inquiri jubet in vitam & miracula S. Stephani Dienſis 184
Anno 1231 epiſcopi provinciæ Viennenſis ſcribunt ad Gregorium IX Papam de miraculis S. Stephani Dienſis 184, 194
Hoc ſeculo obiit B. Joannes Salernitanus 626, 636
Anno 1245 *aut* 1246 naſcitur S. Nicolaus Tolentinas 639
Circa 1250, *ut fertur*, occiſus S. Ventura presbyter martyr 202
Anno 1276 *aut* 1277 moritur S. Sperandea virgo & abbatiſſa 890, 893
Anno 1287 Oſſa S. Patientis epiſcopi Lugdunenſis in aliam thecam tranſlata 797

SECULO XIV.

Anno 1305 *aut* 1306 obit S. Nicolaus Tolentinas 639
Anno 1308, *ut creditur*, defuncta eſt B. Comitiſſa virgo Veneta 309
Anno 1325 Tentata primùm canonizatio S. Nicolai Tolentinatis 667, 668
Anno 1328 aliquæ reliquiæ S. Corbiniani Pragam tranſlatæ 280
Anno 1369 corpus S. Coſmæ archiepiſcopi ſub quadam ara depoſitum 621

SECULO XV.

Anno 1446 Canonizatio S. Nicolai Tolentinatis 672, 673
Anno 1447 data Bulla canonizationis S. Nicolai 674
Anno 1478 mortua eſt B. Seraphina vidua & abba-

abbatiſſa 312, 320
Anno 1489 luſtrata oſſa S. Madelbertæ 109

SECULO XVI.

Hoc ſeculo uſque ad noſtrum reliquiæ S. Adriani Gerardi-monte multis miraculis inclaruerunt 242 *& ſeqq.*
Anno 1537 elevatum corpus S. Petri de Chavanon 460
Anno 1561 corpus incorruptum S. Stephani Dienſis cum aliis reliquiis comburitur ab hæreticis 184
Anno 1562 Direpta ab hæreticis oſſa S. Patientis Lugdunenſis 797
Anno 1580 corpus S. Coſmæ archiepiſcopi tranſlatum 621
Anno 1593 tranſlatæ reliquiæ S. Jafredi martyris 9

SECULO XVII.

Anno 1627 inſtitutum ſodalitium SS. Adriani & Nataliæ Gerardi-monte 241
Anno 1628 publicè expoſitum corpus B. Seraphinæ 313
Anno 1630 B. Seraphinæ corpus iterum expoſitum 314
Anno 1634 Cultus S. Sperandeæ in dubium vocatur, & deinde anno ſequenti probatur 899 *& ſeqq.*
Anno 1641 multæ reliquiæ Sanctorum tranſlatæ Faventiæ 205
Anno 1642 tranſlatio altera reliquiarum S. Jafredi martyris 10
Anno 1646 inſpecta oſſa S. Petri de Chavanon 461
Anno 1648 tranſlatum corpus S. Joannis Laudenſis 157 *& ſeqq.*
Anno 1649 *& iterum* 1651 luſtrata oſſa S. Reginæ virginis & martyris 34

SECULO XVIII.

Anno 1710 aliquæ reliquiæ S. Corbiniani in Galliam delatæ 280
Anno 1736 Solemniter Panormi elevatum corpus S. Coſmæ archiepiſcopi Africani 622

ACTA SANCTORUM
SEPTEMBRIS.

TOMUS TERTIUS.

SEPTIMA DIES.

SANCTI, QUI VII IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

S. Anctus Sinotus M., & verisimiliter episcopus Capuæ in Campania Italiæ.

S. Eupsychius martyr Cæsareæ in Cappadocia.

S. Jasredus aut Theofredus martyr in marchionatu Salutiarum in Italia.

S. Augustalis episcopus conf. Arelate in Gallia.

S. Joannes martyr Nicomediæ in Bithynia.

S. Sozon martyr Pompeiopoli in Cilicia.

S. Anastasius martyr Salonæ in Dalmatia.

S. Regina virgo martyr prope veterem Alesiam, ubi nunc Fanum S. Reginæ, in ducatu Burgundiæ.

S. Paragorius, S. Parthæus, S. Parthenopæus, S. Severinus } Martyres Nauli in Liguria.

S. Evurtius episcopus conf. Aurelianis in Gallia.

S. Viventius episcopus conf. Remis in Gallia.

S. Pamphilus episcopus conf. in regno Neapolitano.

S. Memorius & Socii martyres in Brolio vico territorii Trecensis in Campania Gallica.

S. Gratus aut Gradus episcopus conf. Augustæ Prætoriæ in Pedemontio.

Item B. Gallus ejusdem urbis episcopus.

S. Faciolus cultus in provincia Cenomanensi & Pictavensi.

S. Carissima virgo Albigæ in Occitania.

S. Grimonia Virgo M. Capellæ in Picardia.

S. Alpinus episcopus conf. Catalauni in Campania Galliæ.

S. Clodoaldus presbyter in oppido S. Clodoaldi agri Parisiensis in Gallia.

S. Madelberta virgo abbatissa Malbodii in Hannonia.

SS. Alchmundus & Tilberhtus episcopi Hagustaldenses in Anglia.

S. Eunanus episcopus conf. Raphoæ in Hibernia.

S. Gauzlinus episc. conf. Tulli Leucorum in Lotharingia.

S. Joannes Laudensis ex Priore Fontis Avellanæ episc. Eugubii in Umbria.

S. Stephanus episc. conf. Diæ in Gallia.

S. Ventura presbyter & martyr in agro Tifernensi Umbriæ.

A

PRÆTERMISSI ET AD ALIOS DIES RELATI.

SAnctorum Phengontis & Eucarpii *MM. memoria hodie celebratur à Caſtellano, quia hoc die fuerunt occiſi. Milites hi erant, converſique & coronati ſunt Amiſi, uti legitur in Actis S. Clementis Ancyrani, ubi ſimul de iis actum, die* xx Januarii.

S. Modoci *epiſcopi in Scotia meminit Ferrarius in Annotatis. Exiſtimo illum eſſe, qui* aliàs Aidanus, *ſimilibuſque nominibus appellatur. De hoc apud nos actum eſt die* xxxi Januarii.

Urſum, *ut Sanctum & Auguſtæ Prætoriæ epiſcopum, hodie annuntiat Ghinius, occaſione* S. Grati *Auguſtenſis epiſcopi infrà dandi, quem rectè præmiſerat. Ferrarius in Topographia ad vocem* Auguſta Prætoria *item* S. Urſum *Auguſtenſem vocavit epiſcopum; ſed errorem hunc in utroque Catalogo deinde correxit, atque* Urſum *ut presbyterum annuntiavit* i *Februarii.* Urſum *rurſam* epiſcopum *nominavit Ferrarius in elogio S. Bernardi canonici regularis ad* xiv *Junii, quod etiam laudat Ghinius. At id ſolùm habendum pro lapſu memoriæ; nec agnoſcendus eſt alius* S. Urſus *Auguſtenſis, quàm S. Urſus presbyter, de quo apud nos actum eſt die* i Februarii.

B

S. Goldrophes *canonicus Regularis* in Luſitania *hodie annuntiatur à Caſtellano. De eo breviter egerunt Majores noſtri poſt Georgium Cardoſum, ut hîc plura darentur, ſi inventa eſſent. Verùm cùm Acta interciderint, nec plura aliunde ſe offerant; nolim hîc repetere jam dicta in Addendis ad diem* iv *Februarii, tom.* i *illius menſis pag.* 960. *Conſule igitur dicta ibidem* iv Februarii.

S. Matrona *martyr Theſſalonicenſis hac die adſcripta eſt Menologio Coptico. De ea actum eſt ad diem* xv Martii.

S. Huberti (*imò* Humberti) abbatis Maricollenſis *memoria eſt in Kalendariis duobus Mss. Antverpienſibus, nimirum abbatiarum S. Michaëlis & S. Salvatoris. De eo actum ad* xxv Martii.

C

SS. Evodius & Oneſiphorus *recurrunt hodie in Menæis aliiſque Faſtis Græcis. De priore apud nos actum eſt die* vi *Maii, de altero* vi *Septembris. Adi itaque dies* vi Maii & vi Sept.

S. Dunſtani *Cantuarienſis memoria redit hodie in variis Martyrologiis. De eo cum Romano actum eſt* xix Maii.

SS. Salvii *epiſcopi &* Superii *ejus diſcipuli martyrum tranſlatio hoc die annuntiatur apud Molanum. De utroque ſimul actum* xxvi Junii.

S. Sunnivæ *aut* Sunnefæ *virginis & martyris tranſlatio hac die facta eſt, quando anno* 1170, *ut certè ſcribitur in Officio, corpus ejus ex Selia Norvegiæ inſula, in qua cum ſociis erat defuncta, ad civitatem epiſcopalem ejuſdem regni, Bergam videlicet, tranſlatum eſt; ubi & diu pòſt fuit ſervatum. Quippe in Commentario de Profectione Danorum in Terram Sanctam, edito per Joannem Kirchmannum ex Ms. Lubecenſi, cap.* xi *de urbe Bergenſi ita habetur :* Ibi ſancta Sunnif toto corpore in eccleſia cathedrali exaltata quieſcit. *Acta quædam & Officium hujus Sanctæ leguntur apud Thormodum Torfæum in Hiſtoria Norvegica part.* 2 *lib.* 9 *cap.* 2 *&* 3. *Secundum illa* S. Sunniva *aut* Sunnefa *erat filia regis cujuſdam in Hibernia tempore Ottonis I imperatoris, fugitque cùm multis ſibi adhærentibus, quòd ad nuptias peteretur à principe gentili regnum invadente. Delata verò ad inſulam Seliam tunc deſertam, priuſquam fides recepta erat in Norvegia, ibidem cum ſuis aliquo tempore piè vixit, ac mortem obiit, quando gentiles ad inſulam venerant, ut omnes comprehenderent. Corpus deinde inventum tempore Olavi Trygguini regis multis claruit miraculis, depoſitumque eſt primùm in eccleſia conſtructa in eadem inſula, ac demum Bergam hoc die tranſlatum. Colebatur* S. Sunniva *præcipuè* viii *Julii, ad quem diem Sollerius noſter breviter de ea egit ſub nomine* Summivæ, *prout nominatam reperit apud martyrologos aliquot, alias* Sumnivam *quoque &* Sunivam. *Cultum ibidem rectè probavit, ſed geſta ignoravit, quòd neccdum vidiſſet laudatam Hiſtoriam Norvegicam. Poterunt Acta dari in aliquo Supplemento ad diem* viii Julii.

D

E

De Theoderico I *Metenſi epiſcopo, quem Caſtellanus hodie* venerabilem *vocat, conſule dicta in Prætermiſſis ad* xviii Julii.

S. Stephanus *Papa & martyr annuntiatur in Menæis impreſſis & manuſcriptis, uti etiam in Menologio Sirletiano. Actum de eo cum Martyrologio Romano ad diem* 2 Auguſti.

S. Raymundi Nonnati *memoria hodie eſt in Martyrologio Auguſtiniano apud illuſtriſſimum de Aſtè. Colitur præcipuè, ubi Acta ſunt data,* xxxi Auguſti.

S. Marcelli *martyris Cabilonenſis memoria eſt hodie in Martyrologio Ordinis Prædicatorum. Vide Acta ejus apud nos* iv Septembris.

S. Eleutherius *abbas annuntiatur hac die in Kalendariis Mss. abbatiarum S. Salvatoris & S. Michaëlis Antverpiæ. Datus eſt heri* vi Sept.

F

S. Gondulphus *Metenſis epiſcopus hodie annuntiatur apud Ferrarium & Sauſſayum. At colitur, ubi de eo actum eſt,* vi Septembris.

SS. Donatianus, Præſidius, Manſuetus, Germanus, Fuſculus *cum* Læto *martyre ſunt hodie in Ms. Martyrologio Trevirenſi. De his epiſcopis Africanis diſſeruimus die* vi Septemb.

Vigilia Nativitatis *B. Mariæ Virginis in Menæis Græcis prolixo celebratur Officio. Eamdem ex Latinis memorant Molanus & alii quidam neoterici.*

S. Sixti martyris *Officium ritu duplici fit Viennæ in Auſtria in monaſterio Carmelitanarum Tereſianarum, quia corpus iſtius Sancti Martyris anno* 1646 *ipſis fuit donatum, ut videri poteſt tom.* v *Maii pag.* 9.

S. Diſperti epiſcopi depoſitio *memoratur in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis, poniturque* in Savinis trigeſimo ab Urbe milliario. *Aut nomen corruptum, ut ſæpè accidit in illis additionibus; aut Sanctus nobis ignotus.*

Lucæ *hegumeni ſeu abbatis memoria ita celebratur in Menologio Sirletiano :* Eodem die celebratur dormitio venerabilis Lucæ, qui fuit

A fuit ex provincia Lycaonia tertius præpositus monasterii, quod PROFUNDI RYACIS nomine appellatur. *Consentiunt Menæa impressa, Synaxarium Ms., quod olim Sirmondi fuit, & Maximus Cythereus. In his verò vocatur Hegumenus seu abbas* τῆς μονῆς ἧ Σωτῆρ@, ἧ ἀπλεγομένῃ βαθέ@ Ῥύακ@, *id est*, monasterii Salvatoris, quod cognominatur PROFUNDI Rivi. *Verùm plura de illo* Luca *non reperio, nec ullam de eo memoriam invenio in Officio Menæorum, nec adjunctos ibidem versiculos.*

Humbertus *Igniacensis abbas, deinde prior Claravallensis sub S. Bernardo, qui defunctum oratione funebri laudavit, apud Henriquezium & Chalemotum memoratur ut* Beatus. *Quin &* Sancti *titulum nomini ejus appositum invenio in Catalogo impresso Sanctorum, Beatorum ac Venerabilium ex Ordine Cisterciensi. Tamen de cultu egregii hujus Viri dubitârunt Majores nostri ad* XI *Februarii in Prætermissis. Hanc dubitationem me depositurum suspicabar, quando apud Manricum in Annalibus Cisterciensibus tom.* 2 *ad annum* 1145

B *cap.* 8 *num.* 9 *de sepultura Humberti legebam sequentia :* Corpus viri sepulturæ traditum tunc primùm, sed pòst translatum ac levatum est, ut ait auctor Exordii, cum aliis Sanctorum sacris exuviis, sub arcu claustri prope capitulum *&c. : hæc enim verba spem ingerebant de reperienda corporis elevatione. Verùm dum inspicio laudatum Exordium magnum Ordinis Cisterciensis, quod editum est apud Bertrandum Tissier tom.* 1 *Bibliothecæ Cisterciensis, spe ista me frustratum invenio ; cùm ibi non agatur de elevatione aut translatione corporis, sed de prima sepultura. Etenim ibi lib.* 3 *cap.* 5 *hæc leguntur :* Quia verò memoria ejus in benedictione erit omni generationi Fratrum, qui in Claravalle Domino servituri sunt ; in monumento, quo suprà diximus domnum Robertum secundum Claræ-vallis abbatem positum, quod est sub arcu in muro claustri prope capitulum, etiam reverendissimi patris Humberti venerabile corpus reconditum est : ubi & loculus, qui sacra ejus ossa servat, titulum nominis ejus præ-

C fert *&c. De sepultura Roberti abbatis, cujus hîc fit mentio, lib.* 2 *cap.* 23 *ita habet :* Reliquiæ corporis ejus conditæ sunt in monumento, quod constructum est in muro claustri Claræ-vallis, prope ostium ecclesiæ : ubi & alii perfecti & verè Deo digni monachi requiescunt. *Utroque loco agitur de sepultura, quam loco quidem honoratiori abbates hi acceperunt : sed inde tamen nec elevationem corporis, nec cultum talem reliquiarum, qualis tribuitur Sanctis aut Beatis, colligere possum ; præsertim cùm ipse auctor Exordii à titulo* Beati *abstineat.*

S. Dissiniani *Aurelianensis episcopi memoriam Florario nostro Ms. insertam reperio. At non dubito, quin id à scriptore illius factum sit occasione S. Evurtii, qui in Actis hodie dandis, sed minimè accuratis, dicitur* S. Desiniano *substitutus episcopus. Certè de* Dissiniano *aut* Desiniano *Aurelianensi episcopo, cujus mortem laudatus scriptor ex conjectura figit anno* 336, *plura non novi.*

Raperti *monachi San-Gallensis, ut* Sancti, *elevatio memoratur à Ferrario in Annotatis solùm. At dubito, an non erraverit Ferrarius,*

ut aliàs subinde. Nam etsi Rapertus *aut* Ratpertus *San-Gallensis monachus satis sit notus, ut videri potest apud Mabillonium tom.* 3 *Annalium Benedictinorum variis locis ; tamen nihil de tanta ejus sanctitate aut cultu memoratum invenio. Mabillonius pag.* 318 *mortem ipsius illigat anno* 902.

Christophorus *Ordinis Eremitarum S. Augustini*, Senensis *à patria*, & Landucius *aut* Landinus *à familia dictus, vitam hoc die anno* 1491 *finivit in monasterio Ilicetano agri Senensis*, ubi inter alumnos titulo & radiis Beatorum conspicuos numeratur & pingitur, *inquit Herrera in Alphabeto Augustiniano pag.* 140. *Non ignoramus titulum* Beati *passim ab aliis Ordinis Augustiniani scriptoribus eidem attribui ; sed non perspicimus, an id factum sit centum annis ante Decretum Urbani VIII sæpè memoratum. Videri igitur de præclaro illo Viro poterit laudatus Herrera, aut alius quispiam è Scriptoribus Augustinianis.*

Christianus *monachus Heisterbacensis hodie cum titulo* Beati *memoratur apud Chrysostomum Henriquez. At de eo jam actum est in Prætermissis ad* IV *Februarii, ubi plura videri possunt.*

Ansteus *abbas S. Arnulfi Mettensis, qui ut* venerabilis *elogio historico honoratus est à Mabillonio sec.* 5 *Benedict. pag.* 285, *hac die obiit. Piissimi viri gesta videri possunt loco assignato : nam de cultu ipsius nihil invenio.*

Wipecla *virgo inter auctaria Usuardi nostri habetur ex codice Hagenoyensi, ubi annuntiatur* in pago Lausanensi. *Fortè nomen corruptum est. Certè de ea nihil alibi reperio.*

S. Gorlinus, *ut Dolensis in Britannia Armorica episcopus, memoratur à Ferrario & Saussayo. At ostendam hodie in* S. Gauzlino *episcopo Tullensi, hunc esse* Gorlinum *à quibusdam nominatum, nec alium* S. Gorlinum *reperiri Dolæ. Consule itaque dicenda in* S. Gauzlino § 1.

Meonri & Sociorum *memoriam* Trecis *annuntiat Ferrarius. Est* S. Memorius, *de quo hodie agitur.*

Carolus de Romena, *aliàs* de Monte Granello, *aut* Montis Granelli comes *dictus, hac die obiisse scribitur. At cultus ipsius mihi nec-*

F *dum satis innotuit. Etenim video quidem titulum* Beati *à multis scriptoribus attribui* Carolo ; *sed nomen ipsius non invenio ullis Fastis insertum, nisi Martyrologiis Franciscanis Arturi à Monasterio & Fortunati Huebe-ri. Prior ad* VII *Septembris eum sic memorat :* Fessulis in Tuscia, beati Caroli à Monte Granello confessoris, qui generis nobilitate & virtutibus illustris, tertium Ordinem Minorum amplexatus, sancto fine quievit. *Huebe-rus eumdem præcedenti die memorat sine* Beati *titulo. Uterque observat, sacrum caput* Caroli *Venetiis, ubi defunctus est, Fesulas translatum esse. Hac quidem translatione nonnullam de cultu suspicionem ingerunt : nec tamen rem faciunt certam, cùm non edicant, an translatio eo facta sit honore, quo solæ Beatorum aut Sanctorum reliquiæ transferuntur. Alia qualiscumque cultûs indicia invenio in Opere Italico Joannis Petri de Crescenzi Romani, cui titulus* Presidio Romano. *Etenim laudatus auctor pag.* 477 *de cultu* Caroli *Italicè habet, quæ reddo Latinè :* Quantumvis Sanctitas B. Caroli à Sede apostolica non sit

A agnita per proceſſus ; quantùm novi : tamen Venetiis , ubi anno 1419 ſanctè obiit ; Fæſulis , quo deportatæ ſunt aliquæ ipſius reliquiæ ; Romæ , Bononiæ , & alibi ejus imago jam ab aliquo tempore publicè expoſita , publicam habet venerationem cum Beati titulo. *At neque hæc cultum legitimum tam certò evincunt , ut nulla ſuperſit dubitatio ; nec certiora uſpiam reperio eccleſiaſtici cultus ſigna. Quare videri poteſt Vita* Caroli *Italica apud Silvanum Razzi in Opere de Sanctis Etruriæ pag. 623 & ſeq. , aut Latina apud Gononum lib. 6 de Vitis Patrum Occidentis pag. 386. Solùm hîc obſervo , inſtitutorem fuiſſe Congregationis Feſulanæ Eremitarum S. Hieronymi , quæ dudum eſt exſtincta.*

Maria à Borbonio *ex Ordine S. Claræ* Ambiani : *&* Aldonſa Pantoxia Tertianarum abbatiſſa *anno* 1566 Vallis-Arragi in Hiſpania *defuncta , Gynæceo Arturi inſertæ ſunt , ſed cultu eccleſiaſtico carent. Porrò* Mariam Borbonicam *filiam fuiſſe Jacobi Siciliæ regis , ait Arturus ; at id ipſe explicare non potuit , ſed magis intricavit in Annotatis ad Martyrologium*

B *Franciſcanum. Quare , cùm nec Galli , Genealogiam domus Borbonicæ explicantes , hanc* Mariam *memorent ; paucis exponam , quem patrem matremque habuerit ſecundum notitias Ambiano acceptas , & per eruditiſſimum Cangium ad Majores noſtros miſſas. Primò pater ejus fuit Jacobus Borbonius II Marchiæ comes : mater verò Beatrix Navarræ regis filia , & prima Jacobi conjux. Hinc ſecundum dictas inſtructiones aliàs vocabatur* Maria de la Marche. *Pater ejus Jacobus Borbonius vocatur Siciliæ rex , quia poſt mortem primæ conjugis duxit Joannam II utriuſque Siciliæ reginam , & tunc regis nomen aſſumpſit , atque initio regia quoque auctoritate uſus eſt ; ſed deinde , prævalente Joanna regina , quam in aula obſervari juſſerat , ortâque graviori diſcordia , per reginam carceri incluſus eſt. Hinc elapſus in Galliam rediit , ibique tandem vitam in Ordine S. Franciſci finivit. Hæc de Jacobo Marchiæ comite ſatis nota ſunt : at non æquè nota eſt* Maria *ejus filia virtutibus inclyta , quæ B. Coletæ fuit alumna , ejuſque virtutum æmula. Mortem Ambiani obiiſſe ſcribitur anno* 1455. *Poterunt ulteriùs examinare eruditi Galli , an omnia hæc tam certa ſint , quàm rectè ſuis temporibus diviſa , & in fidele compendium ex longioribus notitiis contracta. Alia quoque in iiſdem inſtructioribus memoratur* Catharina de la Marche , Mariæ *conſanguinea , quæ Clariſſarum abbatiſſa Ambiani fuiſſe dicitur , magniſque etiam virtutibus memoranda.*

Fredebaldus *presbyter* in territorio Tridentino.

Bertrandus à Bollega ... Arelate.

Joannes à Rupe.

Modeſtus de Civitate ... Moroni in Apulia.

Bernardus Echeſius , .. Palci prope Pratum in Tuſcia.

Joannes à Spinoſa , .. apud Montem Cœlium.

Ægidius Florentinus *laïcus* Florentiæ.

Alexander Mediolanenſis ... Cherii in Pedemontano principatu.

Franciſcus à Ripa *clericus* , Sangri in territorio Triventino.

Angelus de Slavis *laïcus* , in territorio Larinenſi.

Paulus Aſſiſias *laïcus* , Tiferni.

Bonaventura Rhegienſis *presbyter Capucinus* , in territorio Senogallienſi. *Hi omnes recenſentur in Martyrologio Franciſcano Arturi à Monaſterio cum titulo* Beatorum confeſſorum *pro more illius ſcriptoris. Pleroſque etiam memorat Hueberus in Menologio vel hoc die vel aliis quoque diebus , & alios quoſdam ad ungit ; ſed ubique omittit titulum* Beati.

Anſelmus de Monte Falcone , *quem cum* Beati *titulo laudatus Herrera memorat pag. 18 , à quibuſdam hoc etiam die obiiſſe dicitur. At neque de cultu immemorabili egregii hujus Viri ſatis certi ſumus , libenter de eo latiùs acturi , ubi ſublatum fuerit iſtud dubium.*

Guido *filius Farulphi comitis , & diſcipulus S. Romualdi in Ordine Camaldulenſi* , Beatus *vocatur à Jacobillo , qui Vitam ipſius dedit in Vitis Sanctorum & Beatorum Umbriæ tom. 2 pag. 215. Varias ibidem piiſſimi Juvenis narrat virtutes , & miracula nonnulla poſt obitum facta ; non tamen video cultum ſatis probatum.*

Nicolaus Sauſſat , *Prior conventûs PP. Prædicatorum Nemauſi , anno* 1568 *à Calviniſtis occiſus ſcribitur , ac* Beatus *vocatur in Anno Dominicano ad hunc diem. At non oſtenditur* , Beati *titulum rectè ei poſſe attribui.*

Michaël à S. Dominico *ibidem ſcribitur Valentiæ in Hiſpania anno* 1557 *obiiſſe , contracto morbo in ſervitio peſte infectorum , ac* Beatus *vocatur. Inſignes viri virtutes ſuſpicimus , ſed à titulo* Beati *abſtinebimus , donec illum Eccleſia eidem decernat , præſertim cùm non obierit centum annis ante decretum Urbani VIII , ab eo titulo abſtinere jubentis.*

S. Regina *virgo* Friſingæ in Bavaria *annuntiatur à Ferrario in Catalogo Generali , ex quo eamdem Gynæceo ſuo inſeruit Arturus. Laudat quidem Ferrarius tabulas eccleſiæ Friſingenſis, & Kalendarium , neſcio quod , Germanicum. Attamen ne vel ſic quidem nos ſecuros facit ob ſilentium omnium Faſtorum , & ſcriptorum Friſingenſium & Bavarorum non indiligentium. Magis hinc credimus errorem obrepſiſſe Ferrario , quàm Friſingæ hodie coli ſanctam aliquam virginem , nomine* Reginam , *quæ alia ſit à Regina Auguſtodunenſi.*

Ludovicus de Montoya , *vir præclariſſimus Ordinis Auguſtiniani , cum titulo* Beati *hodie memoratur* in cœnobio majori Eremitarum S. Auguſtini *urbis Ulyſſiponenſis. De eodem agit Herrera in Alphabeto Auguſtiniano , ſed rectiùs* venerabilem *tantùm nominat , præſertim cùm obierit anno* 1569 , *adeoque non centum annis ante decretum ſæpè memoratum Urbani VIII.*

Petrus Petrovinus , *aut* de Piotrawin , *qui triennio poſt mortem à S. Staniſlao Cracovienſi epiſcopo ad vitam revocatus eſt , ut teſtimonium daret , ac deinde iterum eſt defunctus ; cum titulo* Beati *ponitur hac die in notitia quadam nobis ſubmiſſa ex Polonia. De eo conſuli poteſt Vita S. Staniſlai , data tom. 2 Maii pag. 215 & ſequentibus.*

Staniſlaus Lituanus *Ordinis S. Baſilii cum titulo* Beati *ac brevi elogio recenſetur in Catalogo Staniſlaorum , ſubjuncto Vitæ B. Staniſlai Poloni canonici Regularis , ordine decimus octavus , ſed ſine ullo indicio cultûs , quem alibi quoque non invenio.*

Jacobi Aveſnenſis *obitus inter additiones Faſtorum Belgicorum relatus eſt apud Miræum , Molanum & alios. Belli dux erat fortitudine &*

A *& pietate præstans, occubuitque in Palæstina anno* 1191 *in pugna contra Saladinum Saracenorum regem, qui ingentem tunc cladem accepit.*

Raso Cæsarius, *presbyter Ordinis Cartusiani, natus Alosti in Flandria & Capellæ defunctus anno* 1459, *cum titulo* Beati *memoratur à Raissio in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii. Constat de virtutibus piissimi illius viri, sed minimè de cultu.*

S. Adriani *memoria occurrit hodie in aliquot Kalendariis. De eo agendum* VIII Septembris.

S. Ethelburga *regina hodie ponitur à Ferrario, quem secutus est Arturus in Gynæceo. In Martyrologio Anglicano* VIII Septembris.

S. Sergii *Papæ in Kalendariis aliquot hodie est mentio, in Romano Martyrologio* IX Sept.

SS. Felix, Lucas *cum aliis martyribus hodie dantur in codice Usuardino Bruxellensi. At eosdem cum ipso Usuardo habet Martyrologium Romanum* X Septembris.

Ferreolus *martyr, verisimiliter Viennensis, in Ms. Tornacensi hodie recensetur cum martyribus Beneventanis. Nos de* Ferreolo *Viennensi seorsum agemus ad* XVIII Septembris.

B

S. Januarius *episcopus Beneventanus & martyr cum sociis aliquot hoc die celebratur in variis apographis Hieronymianis, apud Rabanum, in Auctariis quibusdam Usuardinis apud Sollerium, & in Bedæ Auctariis ante tomum* 2 *Martii. De iis tantùm agemus hodie, qui non videntur ad* Januarium *pertinere: nam de eo & Sociis cum Martyrologio Romano differetur ad diem* XIX Septembris.

D

Otto Frisingensis *episcopus memoratur à Chrysostomo Henriquez; sed, si interim de cultu ipsius satis constiterit, de eo agemus die, quâ obiisse dicitur, aut quâ habetur apud Menardum* XXII aut XXIII Septemb.

S. Christianam *Virginem in Scotia ad hunc diem refert cum Dempstero & Ferrario Arturus in Gynæceo. Jam Prætermissis apud nos inserta est ad* III *Martii, indeque remissa ad* XXIV Nov.

Boëtius *episcopus recensetur inter Sanctos Hibernos in variis catalogis etiam impressis: ac in novis quibusdam Kalendariis hoc die ponitur. In aliis tamen, uti & apud Molanum, figitur die, quo cultus examinari poterit,* VII Dec.

S. Martini abbatis apud Sanctonas *hodie meminerunt Kalendaria Mss. Antverpiensia S. Salvatoris & S. Michaëlis. De eo agitur in Martyrologio Romano* VII Decembris.

S. Anastasiæ *M. translatio legitur in Florario Ms., & in codice Usuardino Hagenoyensi apud Sollerium inter Auctaria Usuardi. Locus non additur, ideoque certò distinguere nequeo, de qua agatur. Suspicor tamen designari celebrem illam Anastasiam, quæ in Romano colitur* XXV Decembris.

E

Hildewardi *episcopi &* Christianæ *virginis translatio Teneramundæ in Flandria celebratur in Florario Sanctorum Ms., apud Molanum, & in aliis quibusdam Fastis. De* Christiana *jam actum est ad* XXVI Julii.

Hildewardi, *qui à Ferrario* Hildebertus *vocatur, Acta dabuntur ad* XXIX Decembris.

DE S. SINOTO MARTYRE,

ET VERISIMILITER EPISCOPO

CAPUÆ IN CAMPANIA ITALIÆ

SYLLOGE

J. S.

C

SUB FINEM SECULI I. *S. Sinotus in aliquot Fastis mixtus martyribus Beneventanis,*

VAria Martyrologia, S. Hieronymi nomine insignita, in quibus ad hunc diem annuntiantur SS. Januarius martyr ejusque Socii, inter eos habent S. Sinotum, *luxato tamen nomine in quibusdam. Ita codices, ex quibus editionem Hieronymiani Martyrologii concinnavit Florentinius, cum Corbeiensi ab eodem in Annotatis laudato, cui accedit contractior alter Corbeiensis apud nos editus post tomum* VII *Junii. Rabanus quoque in Martyrologio suo* Sinotum *miscuit martyribus Beneventanis. Verumtamen Florentinius in Annotatis solerter observavit, Martyrem illum, qui* Sefonti *&* Senoti *nomine in codicibus suis annuntiatur, non pertinere ad classem Beneventanorum, sed Capuæ deberi, quia huic civitati diserte attribuitur in Epternacensi codice, quem passim vocat* vetustissimum Antverpiensem, *& in codice reginæ Suecia. Ex hisce enim Martyrologiis rectè infert, vocem* Capua *in aliis codicibus excidisse; idque satis certum apparet, ut aliis quoque argumentis ostendam, ubi enumeravero Martyrologia, in quibus annuntiatur seorsum* S. Sinotus.

2 *Epternacense apud Florentinium ita habet:* VII Idus Septembris Capua natalis Sinoti. *Codex reginæ Suecia:* Cappua, natalis sancti Senoti. *Accedunt & alii codices apud nos editi post tomum* VII *Junii, ubi Rhinoviense Martyrologium corrupto nomine eumdem Sanctum sic habet:* in Capua, Sineriæ. *Richenoviense:* In Capua, Sinociæ. *Labbeanum primo loco, quo passim locatur hic Sanctus, habet,* Zenoti *sine urbe addita. Similiter Morbacense apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1569 *habet* Senoti. *Et apud eumdem tom.* 6 *Collectionis amplissimæ col.* 645 *in Martyrologio Trevirensi legitur:* Natale S. Sinoti martyris. *Itaque sanctus hic Martyr satis cognitus est in antiquissimis Martyrologiis, & urbi Capuanæ attribuitur, quamvis memoria ipsius postea ferè perierit, ut & aliis martyribus Capuanis contigisse constat.* Sinotum *tamen jam sine subsidio horum Martyrologiorum è tenebris utcumque eruerat Michael Monachus in Sanctuario Capuano: nam rationes affert satis idoneas, quæque omne de sanctitate & martyrio* Sinoti *tollunt dubium, cùm accedunt Fasti antiqui.*

F

in aliis rectiùs ab iis separatus & Capuæ attributus:

3 *Scriptor ille pag.* 132 *laudati Operis hæc narrat:*

AUCTORE J. S.

nam martyr Capuanus fuiſſe oſtenditur,

narrat: In eccleſia S. Priſci Capuanæ diœcelis extat pars antiqua baſilicæ, quam ſancta Matrona in honorem S. Priſci conſtruxerat. Eſt opus rotundum, teſtudinatum, TRIBUNA VETUS appellatur. Habet illa tribuna hemicyclum in fronte (ſeu dicamus abſidem,) in quo ſexdecim ex opere teſſellato ſunt Sanctorum imagines. In medio hemicyclo à dextris aſpicitur ſanctus Petrus, & à ſiniſtris S. Priſcus, *qui fuit primus epiſcopus Capuanus. Inter hos Sanctos conſpicitur* Sinotus, *habitu ſenili, & coronam manu præ ſe ferens. Unde auctor colligit, Martyrem fuiſſe, quod corona indicat, & epiſcopum, quod ſenili habitu inſinuari credit. Etenim cùm ex Sanctis illis ſexdecim tantùm octo ut ſenes ſint expreſſi, ex octo autem illis ſeptem ſciantur fuiſſe epiſcopi, de octavo ſeu de* Sinoto, *facilis eſt conjectura, ſimiliter fuiſſe epiſcopum. Hæc conjectura magis eſt veriſimilis, quia reliqui omnes, qui virili aut juvenili habitu ſunt expreſſi, dignitate epiſcopali caruerunt, aut certè omnes ex eis, qui ſatis ſunt cogniti.*

B *& probabiliter ſecundus illius urbis epiſcopus.*

4 *Præterea ex loco, ubi poſitus eſt* S. Sinotus, *videlicet poſt S. Priſcum primum epiſcopum Capuanum, & ante S. Rufum, qui item fuit ex primis Capuanæ urbis epiſcopis, non modò probabiliter colligit,* Sinotum *Capuanum fuiſſe epiſcopum, ſed etiam eidem eccleſiæ præfuiſſe ſecundo loco, videlicet inter Priſcum & Rufum. Hæc omnia probabilia ſunt, atque idcirco non negaverim, quæ de* S. Sinoto, *quem* habitu, vultu, geſtu *ſimilem reliquis epiſcopis Capuanis aſſeruerat, laudatus Monachus pag.* 134 *ſcripſit in hunc modum:* Sanctus Sinotus adhuc ignotus procedit in lucem. Is è vultu ſenili, totque epiſcoporum ſocietate agnoſcitur epiſcopus: è loco ſibi ante Rufum attributo agnoſcitur ſecundus epiſcopus Capuæ: & è corona, quam extollit, agnoſcitur martyr. *Ughellus tom. 6 Italiæ ſacræ ex hiſce* S. Sinotum *inter antiſtites Capuanos ſecundum ponit. Si cui verò epiſcopatus* S. Sinoti *probabilis quidem ex dictis, ſed non omnino certus videtur, is me non habebit repugnantem. At martyrium ſaltem Capuæ obitum tam ex dictis quàm ex Martyrologiis certum videtur & indubitatum. Hoc autem figendum eſt cum latitudine aliqua ſub finem ſeculi* I. *Potuit enim Sanctus pati ſub Nerone, cujus tempore veriſimiliter paſſum eſſe S. Priſcum, ad* I *Septembris oſtendi. Potuit etiam pati ſub Domitiano, aut tempore utrique perſecutori interpoſito per præſidem aliquem Chriſtianis adverſantem. Hac de cauſa tempus martyrii latè fixi ſub finem ſeculi* I. D E

DE S. EUPSYCHIO MARTYRE

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA

SYLLOGE.

Ex Faſtis Græcis & Latinis.

J. S.

SUB ADRIANO. *Sancti in Faſtis variis*

C

Græci hac die in Faſtis ſuis annuntiant S. Eupſychium *martyrem, de quo ita habet Menologium ab Eminentiſſimo Sirleto Latinè redditum:* Eodem die natalis beati martyris Eupſychii ex Cætarea Cappadociæ, qui ſub Adriano imperatore comprehenſus à Sapricio præſide Cappadociæ, venditis priùs facultatibus omnibus, cùm partem quamdam accuſatoribus dediſſet, quippe quòd per eos regnum cælorum ei conciliatum eſſet, quod reliquum fuerat, diſperſit pauperibus. Quapropter à Sapricio judice cùm cogeretur idolis immolare, idque recuſaret, laniatus eſt: poſtea percuſſus, ſanctam animam Chriſto Domino commendavit. *Quæ hîc dicuntur de parte bonorum pauperibus, parte accuſatoribus data, ex aliis clariùs exponuntur in Martyrologio Romano, ubi hæc leguntur:* Cæſareæ in Cappadocia ſancti Eupſychii martyris, qui ſub Hadriano imperatore accuſatus, quòd Chriſtianus eſſet, in carcerem conjectus eſt: & paulò pòſt inde emiſſus patrimonium ſtatim vendidit, & pretium partim pauperibus, partim accuſatoribus tamquam benefactoribus diſtribuit: ſed iterum comprehenſus, ſub Sapritio judice dilaniatus, & gladio confoſſus, martyrium conſummavit.

2 *Nonnulla diverſo modo exponuntur in Menæis impreſſis, quorum elogium Latinum fecit Raderus hoc modo:* Cæſareæ natus & educatus eſt Eupſychius, Hadriano imperante. Patre exſtincto, ſacro baptiſmate ablutus, toto patrimonio in pauperes tributo, à præfecto Cappadociæ capitur, in lateribus laceratur, carcere includitur: curatus ab angelo, rurſus ſuſpenditur & immaniter laniatur, ac demum capite punitur. Fertur pro ſanguine lac & aquam ex venis profudiſſe. *Elogium, quod eodem die inſertum eſt Menologio Baſiliano, magis placet magiſque congruit datis ex Martyrologio Romano. Accipe iſtud, prout in nuperrima iſtius Menologii editione expreſſum eſt Latinè:* Eupſychius martyr ex Cæſarea Cappadociæ fuit, Adriano Romanorum imperatore. Mortuo patre, baptizatur à Cæſareæ epiſcopo: delatuſque à quibuſdam quòd Chriſtianus eſſet, à Cæſareæ præſide comprehenditur, & in carcerem detruditur. Unde egreſſus, divenditis facultatibus ſuis, partem quidem dedit accuſatoribus, utpote qui ſibi regni cæleſtis auctores conciliatoreſque fuiſſent: partem verò pauperibus diſtribuit. Iterum autem comprehenſus, & coram præſide adductus, cùm compelleretur idolis ſacrificare, nec ad id induci poſſet, de ligno ſuſpenſus, uſque adeo depectitur, ut omnia illius viſcera conſpicerentur. Deinde è ligno depoſitus, gladioque cæſus, ſpiritum Domino tradidit.

F

memoria cum elogio:

3 *Ex elogiis modò datis nullum eſt, quod omnia, quæ narrantur de Sancto, ſimul complectatur; ſed alia omittuntur in his, alia in illis. Verùm omnia ſimul enucleatiùs referuntur in Syna-*

plenius elogium Græcum

A *Synaxario Ms. ecclesiæ Constantinopolitanæ, quod nobis communicatum est ex collegio Claromontano Parisiis. Verba Græca subjungo, ut ea deinde faciam Latina:* Ἄθλησις τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐψυχίου. Οὗτος γέννημα καὶ θρέμμα ὑπῆρχεν τῆς Καισαρέων Πόλεως, υἱὸς Διονυσίου συγκλητικοῦ. Μετὰ δὲ τελευτὴν τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, ἐν τοῖς χρόνοις Ἀδριανοῦ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως βαπτισάμενος, καὶ διαβληθεὶς παρά τινος ὅτι Χριστιανός ἐστιν, παραδοθεὶς Σαπρικίῳ τῷ Καππαδοκῶν ἄρχοντι, καὶ εἰς φυλακὴν ἐμβληθείς, ὕστερον ὑπὸ τῶν φυλάκων προχωρηθεὶς ἐξελθεῖν, καὶ πωλήσας πάντα τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ, πρῶτον μὲν τοὺς κατηγόρους δώροις πολλοῖς ἀντημείψατο· ἔπειτα δὲ τὰ λοιπὰ τοῖς πένησι διανείμας, καὶ εἰς τὴν φυλακὴν ὑποστρέψας, καὶ μεθ' ἡμέρας τῷ ἄρχοντι παραστὰς, ταινύεται, καὶ δεινῶς ξέεται τὰς πλευρὰς, καὶ αὖθις φρυκτοῦται. Εἶτα ἀγγέλου ἐπιστασία θάρσος ἐμπίπλαται καὶ ἀναρώννυται· καὶ πάλιν ἀναρτᾶται καὶ ξέεται σφοδρῶς, ὥστε τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ περοῦπον φαίνεσθαι· καὶ τὴν κεφαλὴν ὀποτέμνεται· καὶ αὐτίκα ἀντὶ αἵματος γάλα καὶ ὕδωρ ἔγγυε· ξένον τοῖς πᾶσι θέαμα τοῖς πάσι φανέν.

Latinè redditum.

4 Certamen sancti martyris Eupsychii. Hic natus & educatus erat in urbe Cæsareâ, filius Dionysii senatoris. Post mortem verò patris sui, B temporibus Adriani Romanorum imperatoris sacro baptismate ablutus, & à quodam delatus quòd Christianus esset, traditusque Sapricio Cappadociæ præfecto, & in carcerem conjectus; custodum verò permissu egressus, venditis omnibus, quæ possidebat, primùm quidem accusatores suos multis donis remuneravit: deinde verò, ubi reliqua pauperibus distribuerat, atque in carcerem erat reversus; & post dies aliquot ad judicem adductus, distenditur vehementerque in lateribus laceratur, ac rursum ad carcerem reducitur. Post hæc visitatione angeli fiduciâ impletur & sanatur: deinde iterum suspenditur & laceratur tam vehementer, ut viscera ipsius manifestè apparerent; & decollatur. Mox pro sanguine lac effudit & aquam: peregrinum id spectaculum omnibus apparuit.

Alter Eupsychius IX *Aprilis: Tillemontius eumdem hunc cum illo credit:*

5 *Vides, opinor, studiose lector, omnia ferè hîc conjuncta, quæ in aliis elogiis divisè leguntur; eaque satis bene conciliata, quæ in aliis utcumque videbantur diversa. Suspicor omnia desumpta esse ex Actis prolixioribus, ex quibus elegerit quilibet Fastorum collector, quæ magis placebant. Verùm Acta illa ad manus meas non pervenerunt, ideoque judicare nequeo de fide eorumdem. Porrò Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* VII *Septembris observat, Eupsychium quoque aliquem Cæsareæ in Cappadocia passum esse sub Juliano apostata, alterumque ab altero distinctum existimat, quia unus sub Adriano passus dicitur, alter sub Juliano. De eo, qui certò sub Juliano coronatus est, disseruit Henschenius ad* IX *Aprilis, quo Græcis & Latinis Fastis insertus legitur. Tillemontius tom.* 7 *notâ* 17 *in Persecutionem Juliani ostendere nititur, eumdem verisimiliter esse* Eupsychium, *qui* IX *Aprilis &* VII *Septembris colitur, & rationes quasdam affert non contemnendas; imò tales, ut ipsius opinioni acquiescerem, si omnia, quæ apud Nazianzenum, Basilium, atque in ipsis Menæis Græcis die* IX *Aprilis de* S. Eupsychio *dicuntur, crederem intelligenda de eo, qui sub Juliano ob eversum Fortunæ templum occisus fuit; quemadmodum existimavit Tillemontius. Id igitur primò investigandum est.*

6 *Primò S. Gregorius Nazianzenus in Epistola* 26 *ad Basilium mentionem facit de conventu vel ecclesia* S. Eupsychii *martyris, sed verbis valde ambiguis, quæ ab interpretibus variè exposita sunt, sic tamen ut nullus dubitet, quin agatur de* S. Eupsychio *martyre, quem S. Basilius frequenter memorat: atque id satis est ad propositum nostrum. Scripta videtur ea epistola Gregorii anno* 371. *Sequenti anno* 372 *Basilius scripsit epistolam* 100 *novissimæ editionis (olim* 256*) ad S. Eusebium Samosatenum, quem amicè ad se invitat, tempus, quo eum maximè venire cupiebat, ita exprimens:* Hoc itaque si fieri potest, rogamus ut fiat in solemni conventu, quem singulis annis celebramus in memoria beatissimi martyris Eupsychii jam appropinquante, die septima mensis Septembris. *In Epistola* 142 *(olim* 418*) quæ scripta notatur anno* 373, *ita habet:* Convocavi omnes ad conventum beati martyris Eupsychii fratres nostros chorepiscopos. *Epistola* 176 *(aliàs* 394*) data ad S. Amphilochium episcopum Iconiensem anno* 374, *rursum scripta est eumdem in finem, videlicet ut S. Amphilochius veniat ad conventum, qui quotannis Cæsareæ habebatur* in honorem martyrum. *Nomen tamen* S. Eupsychii *in illa epistola non exprimitur; nec dies omnino congruit; sic enim de die habet.* Præstitutus porrò dies est Septembris quintus. *At editor existimat mendum esse; idque satis est verisimile. Rursum anno* 375 *Amphilochium Epistolâ* 200 *(aliàs* 397*) invitat his verbis:* Memoriæ beatissimi martyris Eupsychii memineris *&c.*

AUCTORE J. S. *Eupsychius à Nazianzeno & Basilio memoratus,* E

cujus festivitas celebris erat Cæsareæ,

7 *Hæc jam abunde insinuant celebrem fuisse Cæsareæ festivitatem* S. Eupsychii; *nec ullum occurrit verbum, ex quo suspicari quis possit fuisse recenter institutam. Veruntamen ejusdem festivitatis celebritas & antiquitas magis etiam ostenditur ex Epistola* 252, *(aliàs* 291*) annò* 376 *ad Pontica diœcesis episcopos data, quam, utpote perbrevem, huc transfero:* Martyrum honores omnibus quidem in Dominum sperantibus summo studio esse debent; sed præcipuè vobis virtutis cultoribus, qui vestra erga claros ac celebres confervos voluntatis propensione amorem in communem Dominum ostenditis: & maximè quòd aliquid affinitatis habeat accurata vivendi ratio cum iis, qui per animi fortitudinem consummati sunt. Cùm igitur celeberrimi sint martyres Eupsychius & Damas eorumque chorus, quorum memoria quotannis ab urbe F nostra & tota vicinia celebratur; admonet vos proprium suum decus ecclesia, ac nostra voce adhortatur, ut antiquam resumatis visitandi consuetudinem. Itaque ut magno quæstu vobis proposito in plebe, quæ à vobis ædificari cupit, atque ut præmiis honori martyrum repositis, ita nostram suscipite adhortationem; & huic annuite petitioni, magnum nobis beneficium non multo labore tribuentes.

videtur cultum magis antiquum habuisse;

8 *Nunc, studiose lector, inquirendum, an hæc omnia commodè intelligi possint de* S. Eupsychio, *qui passus est tempore S. Basilii sub Juliano apostata propter eversum Fortunæ templum. Passus est* Eupsychius *ille anno* 362, *ut rectè observant Henschenius & Tillemontius. Itaque novennium tantùm* præterierat, *quando de ecclesia aut conventu* S. Eupsychii *mentionem fecit S. Gregorius Nazianzenus. Singulis deinde annis sequentibus ad conventum* S. Eupsychii *episcopos invitavit S. Basilius; nec usquam expressit novam fuisse eam festivitatem, aut Sanctum illum*

AUCTORE J. S.

illum, cujus honorem tam sollicitè promovebat, suis temporibus fuisse passum. Hisce accedunt verba Epistolæ mox datæ, quâ hortatur Basilius episcopos Ponticæ diœcesis, ut antiquam *resumant* visitandi consuetudinem. *Vidit hæc Tillemontius, & tamen ait, existimare se*, nulli esse dubium, quin ille (*Eupsychius*) qui tantopere celebratur à S. Basilio, sit is ipse, qui passus est sub Juliano. *At jam tum Papebrochius noster in S. Gregorio Nazianzeno tom. 2 Maii pag. 393 & 394 assignaverat* Eupsychium *sub Adriano passum, & de secundo hæc adjecerat:* Est quidem & alius ejusdem nominis sub Juliano occisus, quia Fortunæ templum everterat. . . Verùm huic tam citò aut omnino aliquando erectam fuisse ecclesiam, mihi non persuaserim.

quàm ut verisimile fiat, hunc esse eumdem

9 *Sanè tam multa obstant sententiæ Tillemontii, ut mihi ne verisimilis quidem appareat aut probabilis. Primò S. Basilius consuetudinem visitandi* S. Eupsychium *non rectè vocâsset* antiquam: *neque enim anni aliquot antiquam inducunt consuetudinem. Secundò nihil uspiam de gestis* S. Eupsychii *commemorâsse scitur S. Basilius aut Nazianzenus. At id mirum videretur, si Martyr, cujus festivitas tanti fiebat, ipsorum tempore passus esset, præsertim cùm toties de eo loquatur Basilius, & Nazianzenus etiam attingat occasionem, quâ sub Juliano occisus est* Eupsychius. *Tertiò Nazianzenus Orat. 3 in Julianum pag. 91 agnoscere videtur, contra leges prudentiæ peccatum fuisse ab Eupsychio secundo: sic enim de pœna Cæsariensibus illata loquitur:* Nam quæ in Cæsarienses nostros admisit, hos, inquam, animi magnitudine præditos, ac pietatis studio ferventes, ita ab eo exagitatos, ac per contumeliam vexatos, fortasse ne objicere quidem æquum fuerit. Etenim ob Fortunam melioris fortunæ tempore infortunio affectam justa indignatione commotus, ad hanc ultionem progressus esse videbatur: quandoquidem injustitiæ dominanti nonnihil concedendum est. *Ita Gregorius eversionem templi non obscurè damnat imprudentiæ, simulque docet factum istius Eupsychii mirandum magis esse quàm imitandum. Credibile igitur non est, martyris istius festum mox tanta celebritate agi cœptum à prudentissimis Patribus, qui noverant nec Christianos ad facta similia temerè excitandos, nec gentilibus dandam esse calumniandi occasionem.*

B

C

cum Eupsychio, qui passus est sub Juliano:

10 *Nunc aliæ quædam rationes Tillemontii examinandæ. Ut ex duobus Eupsychiis unum faciat, observat celebrem illum S. Basilii* Eupsychium *coli die* V *aut* VII *Septembris, creditque eumdem deinde etiam celebratum à Græcis die* IX *Aprilis. Ego verò omnino consentio* Eupsychium *istum coli* VII *Septembris; at inde rectiùs concludo illum ipsum celebratum esse à Basilio, qui passus legitur sub Adriano, quippe etiamnum* VII *Septembris habetur Fastis adscriptus. Tertiò ait, Basilium nullibi insinuare duos Cæsareæ fuisse sanctos Eupsychios, indeque confirmari non nisi unum fuisse. Respondeo, unum dumtaxat fuisse* Eupsychium, *qui coleretur tempore S. Basilii; at alterum deinde etiam cultum esse à Græcis. Nazianzenus occisos aut aliter exagitatos à Juliano dicit* animi magnitudine præditos, ac pietatis studio ferventes; *at ullum ex illis jam tum pro Sancto habitum fuisse non affirmat.*

D

Respondetur ad argumentum, quod pro uno tantùm Eupsychio habetur ex Menæis;

11 *Ultima objectio Tillemontii reliquis melior est, atque hæc est præcipua ratio, quantùm conjicio, ob quam unum dumtaxat voluit* Eupsychium *agnoscere. Si conferamus elogia* Eupsychii VII *Septembris celebrati cum odis, quæ* IX *Aprilis Officio in Menæis insertæ sunt, quæque attribuuntur S. Josepho Hymnographo, videbimus eadem utroque loco narrari de* Eupsychio. *Veram hanc esse observationem lubens agnosco, idque mecum agnoscet studiosus lector, si aut ipsum Officium Græcum in Menæis consulere potuerit, aut solùm perlegerit ea, quæ Henschenius ad* IX *Aprilis in Eupsychio num. 6 & 7 ex Officio Latina fecit; atque hæc accuratè contulerit cum elogiis* S. Eupsychii, *quæ suprà recitavi. Agnosco, inquam, odas ad* IX *Aprilis eadem ferè facta continere cum elogiis, quæ* VII *Septembris leguntur in Fastis Græcis. Verùm respondeo odas illas de S. Eupsychio spectare revera ad primum* Eupsychium; *& errore collectoris Menæorum insertas esse Officio alterius: ad id non attendit Henschenius, quia non contulit invicem utriusque Eupsychii Acta, ideoque odas illas cum Menæorum collectore perperam attribuit Eupsychio secundo, uti & alia quædam à S. Basilio de Eupsychio scripta.*

E

ostenditurque ulteriùs duos esse admittendos.

12 *Etenim si gesta Sanctorum ex Fastis Græcis veniant eruenda, præ ceteris omnibus consulenda sunt elogia, quibus brevis Actorum continetur synopsis. Atqui elogia utriusque* Eupsychii *leguntur in omnibus passim Fastis Græcis, primi videlicet ad* VII *Septembris, secundi ad* IX *Aprilis. In elogiis verò illis nihil utrique Sancto commune est præter nomen, patriam & martyrium. Reliqua omnia sunt diversa. Nam primus dicitur occisus sub Adriano; secundus plusquam duobus seculis seriùs passus est sub Juliano. Primus accusatus & comprehensus est, quòd esset Christianus; secundus quòd evertisset Fortunæ templum. Primus omnia bona sua accusatoribus & pauperibus distribuisse legitur, ubi è carcere erat emissus: secundus recenter uxorem duxerat, ita ut verisimile non sit eum cogitâsse de vendendis facultatibus suis, nec verisimile est, id eum facere potuisse, postquam erat comprehensus, cùm haud dubiè ob destructum templum arctissimæ custodiæ fuerit addictus. Demum primus multùm sollicitatus est ad sacrificandum idolis, variaque legitur perpessus supplicia: secundus fortasse ne invitatus quidem est ad sacrificandum, nec certè tam diuturnum scitur sustinuisse martyrium. Hæc aliaque ante dicta omnino mihi persuadent, geminum Eupsychium fuisse Cæsareæ in Cappadocia passum; alterum sub Adriano, cujus festivitas celebris erat tempore S. Basilii; alterum sub Juliano, qui seriùs celebrari cœpit.*

F

DE

I

DE S. JAFREDO AUT THEOFREDO M.

IN MARCHIONATU SALUTIARUM IN ITALIA.

SYLLOGE. J. S.

De cultu, corporis inventione & tranſlationibus.

SUB MAXIMIANO, UT FERTUR. *Memoria in Martyrologiis neotericis : locus, in quo*

EMoriam S. Jafredi, *tamquam martyris è legione Thebæa primus annuntiavit Ferrarius in Catalogo generali ad hunc diem, ita ſcribens :* Apud montem Veſulum S. Theofredi martyris Thebæi ſub Maximiano. *In Annotatis hæc addit :* Ex tabulis eccleſiæ Salutienſis, in cujus diœceſi pagus eſt cum eccleſia Martyri dicata apud Critzolium oppidulum. Appellatur & Jafredus : de quo in Hiſtoria martyrum Thebæorum nuper Auguſtæ Taurinorum edita. *Hunc ſecutus eſt Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani, ubi ſic habet :* In Taurinorum finibus apud montem Veſulum natalis ſancti Theofredi martyris ex Thebæa legione, ibi ſub Maximiano obtruncati. Hujus pretioſæ exuviæ repoſitæ honorificè aſſervantur in eccleſia pagi ſui nominis prope Critzolium oppidulum in Salutienſis eccleſiæ diœceſi. *Corrigendum eſt in Sauſſayo, quod dicitur de pago* S. Jafredi : *nam eccleſiam quidem* S. Jafredi *invenio ; ſed non pagum ejus nominis. Eumdem Sanctum breviter annuntiat Caſtellanus in Martyrologio univerſali. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ* S. Jafredum *annuntiat* apud ortum Padi ; *ſed idem eſt locus : nam Padus ex Veſulo monte & Alpibus Cottiis oritur in marchionatu Salutienſi prope Galliæ confinia. Obſervat tamen hæc Ferrarius in Annotatione ſua :* An ibi S. Jafredus paſſus ſit, non ita certum eſt : fuiſſe tamen ex Thebæorum legione unum, ex inſcriptione in ejus tumulo inventa apparet. *At miror non produci illam inſcriptionem, ſi id ex ea abundè intelligi poteſt.*

Sanctus creditur paſſus, & corpus deinde inventum :

2 *Porrò Ferrarius tale ibidem texuit elogium :* Jafredus, qui & Theofredus, miles Thebæus, Maximiani imperatoris immanitatem fugiens, in finem Taurinorum apud ortum Padi fluminis venit, quo tempore plures alii ex eadem legione, ne impiis ſacrificiis contaminarentur, ſe de caſtris ſubtrahentes in varia loca conceſſêre. Is namque cùm in ea loca apud Padi fontes refugiſſet, ab imperatoris ſatellitibus deprehenſus, ob fidem Chriſti martyrio affectus eſt. Cujus corpus apud Crizolium pagum Salutienſis diœceſis ſepultum, cùm ignotum eſſet, divinitus detectum eſt. Nam cùm boves bubulci cujuſdam ex altiſſima rupe in vallem ſubjectam ſe præcipites cum aratro dediſſent, ſine læſione reperti ſunt, & Martyris ſepulcrum aratro deprehenſum fuit. Cui in proximo colle eccleſia extructa eſt, quæ à finitimis populis hac die præſertim, primâque Dominicâ Auguſti ob miracula, ad tumulum S. Jafredi patrari ſolita, devotionis ergô maximè frequentari ſolet. *Pro hiſce laudat Hiſtoriam Sanctorum Martyrum Thebæorum, quam Italicè edidit Guilielmus Baldeſanus canonicus Taurinenſis.*

dicitur fuiſſe ex legione Thebæa ; at id certò non oſtenditur.

3 *Laudatus autem Baldeſanus lib. 1 pag. 27* de Theofredo *aut* Jafredo *aſſerit, eum haberi* pro Thebæo : *ac pag. 129 eumdem recenſet inter eos, qui fugerant in Pedemontium, ne impiis ſacrificiis contaminarentur ; inventumque à perſequentibus militibus Maximiani* prope Critzolium caſtellum, in extremo Italiæ limite ſitum, *ibique ab iiſdem occiſum affirmat. At non invenio pro hiſce aliud fundamentum, quàm conjecturam ex invento ibidem corpore deductam. Inventionem corporis lib. 2. pag. 265 & 266 eodem narrat modo, quo eam ex ipſo dedit Ferrarius ; aitque eam hiſtoriam fuiſſe depictam in eccleſia* S. Jafredi. *Addit tamen, non ſtatim fuiſſe cognitum corpus inventum ; ſed per revelationem ſequenti nocte eidem bubulco factam innotuiſſe, corpus illud eſſe* S. Jafredi *martyris. Inde verò, re communicata ſuperioribus eccleſiaſticis, cœptam eſſe Sancti venerationem ; conſtructumque ſacellum in loco corporis inventi ad conſervandam ſepulcri memoriam ; corpus verò tranſlatum ad montis verticem, ibique eccleſiam Sancto erectam, quæ magno circumvicini populi confluxu honorata eſt, atque etiam indulgentiis eam viſitantibus per ſummum Pontificem conceſſis. Hæc omnia me dubitare non ſinunt, quin per epiſcopum aut delegatos ab eo eccleſiaſticos exactum de invento corpore & aliis inſtitutum ſit examen, priuſquam ad publicam venerationem deveniretur : ſed auctor neque hæc expoſuit, neque tempus, quo omnia illa ſunt facta. Hinc ignoro, quàm certum ſit,* S. Jafredum *unum eſſe ex martyribus Thebæis ; ideoque martyrium ipſius ita fixi* ſub Maximiano, *ut ſimul dubitationem meam addiderim per voces,* ut fertur.

Tranſlatio majoris partis reliquiarum ad caſtrum Revellum,

4 *Porrò conqueritur Baldeſanus, hæreticos ſui temporis, Calviniſtas nimirum, occaſionem præbuiſſe, quâ pius populi affectus erga* S. Jafredum *utcumque langueſceret. At dicit eum brevi inſtaurandum operâ Caroli Emmanuelis I Sabaudiæ ducis, qui juſſerat novam corporis tranſlationem. De hac tranſlatione peracta Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Salutienſis epiſcopus in Hiſtoria ſua chronologica pag. 123 ita ſcribit :* Reliquias S. Jofredi martyris, quæ diu in eccleſia ejuſdem nominis, in loco Criſolii ſita, jacuerant, ut tutiùs cuſtodirentur (ibidem coxæ & brachii oſſibus relictis) in caſtrum Revelli anno ſequenti transferri procuravit ; *nimirum Antonius Pichot à Monte Mario, epiſcopus Salutienſis, de quo agit auctor. Facta verò tranſlatio anno* 1593, *ut liquet ex antecedenti facto, quod anno* 1592 *illigatur. Caſtrum Revellum, Italicè* Revello, *no-*

AUCTORE J. S.

tatum invenio in tabulis Pedemontii non procul à civitate Salutiensi ad Padum flumen.

ac deinde ad ecclesiam cathedralem Salutiensem.

5 *Altera translatio ossium* S. Jafredi, *aut* Jofredi, *ut hîc vocatur, facta est anno* 1642 *ad ecclesiam cathedralem Salutiensem, ut narrat laudatus antistes pag.* 130 *in elogio proprio his verbis:* Dum vicarii generalis munere fungeretur) *Franciscus Augustinus ab Ecclesia, creatus dein eodem anno episcopus Salutiensis*) reliquias S. Jofredi à castro Revelli in suam ecclesiam cathedralem transtulit. *De iis pag.* III *ita habet:* In hac ecclesia ... honorantur ossa B. Jofredi martyris legionis Thebææ, unius ex protectoribus ipsius marchionatus, quæ anno MDCXLII, die XVI Februarii, ob demolitionem castri Revelli, in quo ab anno MDXCIII asservabantur, à nobis, dum vicarius generalis capitularis essemus, cum solemni pompa & apparatu, comitantibus plusquam sex millibus Christi fidelium, jussu piissimæ, laudatissimæ, ac optimæ Christianæ Borboniæ, matris & tutricis R. C. Caroli Emmanuëlis (*secundi*) in depositum translata fuerunt. *Plura de hoc Sancto memoranda non habeo.* D

DE S. AUGUSTALI EPISC. CONF.

ARELATE IN GALLIA

J. S.

SYLLOGE CRITICO-HISTORICA.

B

FORTE SEC. III AUT IV. *Arelati attribuitur S. Augustalis episcopus in antiquissimis Martyrologiis,*

DE S. Augustali *episcopo longè plura disputanda invenio quàm enarranda: nam gesta ipsius sunt prorsus ignota; de urbe verò episcopali varia admodùm sunt conscripta. Verumtamen Martyrologia Hieronymiana tanto consensu* S. Augustalem *episcopum attribuunt urbi Arelatensi, ut levem ob causam non videatur aliò respiciendum fuisse. Florentinius, luxato nonnihil nomine Sancti, ita edidit:* In Gallia depositio sancti Agustalis episcopi. *Rectiùs ibidem in Annotatis codex antiquissimus Epternacensis:* Arelate civitate Augustalis episcopi. *Et Corbeiensis:* Arelato civitate depositio S. Augustalis episcopi. *Accedunt apud nos codices tres, nimirum Rhinovienses, Richenovienses, & Reginæ Sueciæ, qui diserte in urbe Arelatensi* Augustalem *episcopum hac die annuntiant. Arelati eumdem quoque Sanctum tribuunt Gellonense apud Acherium, & antiquissimum à Martenio tom.* 3 *Anecdotorum ex Ms. monasterii S. Germani Autissiodorensis editum. Hic omnium ferè antiquissimorum Martyrologiorum consensus facit, ut difficulter credere possim,* S. Augustalem C *non fuisse episcopum Arelatensem: nam & Rabanus consentit his verbis:* Arelate Galliæ civitate natale sancti Augustalis episcopi. *Mitto Grevenum & Molanum in Auctariis Usuardi, Auctariaque Bedæ & alios recentiores martyrologos.*

alterius tamen civitatis episcopum Baronius aliique credidêrunt:

2 *Varii tamen posteriorum seculorum scriptores crediderunt, Arelatensem non fuisse episcopum. Horum agmen ducens Baronius, urbem episcopalem cautè prætermisit,* Augustalem *in Martyrologio Romano annuntians his verbis:* In Gallia S. Augustalis episcopi & confessoris. *In Annotatis hæc addit:* De eodem hîc Beda (*auctus nimirum, aut Rabanus,*) qui licèt eum ponat Arelate; tamen dum reperitur idem episcopus subscriptus concilio primo Arausicano, tempore S. Leonis Papæ, quo eidem sedi Arelatensi præerat S. Hilarius, qui eidem synodo interfuit; alterius potiùs civitatis videtur fuisse episcopus. Nam & in tabulis episcoporum Arelatensium, quas descripsit Democharès, nulla habetur mentio de Augustali episcopo. *Legitima est ratiocinatio Baronii, si* S. Augustalis *idem sit cum Augustali episcopo, qui interfuit concilio Arausicano; sed id probandum est, non suppo-nendum. Credidit eumdem Saussayus in Martyrologio suo ad hunc diem, & in Supplemento* E *ad diem* VII *Octobris, ubi Sancti Arelate Commemorationem memorat. Ejusdem sententiæ fuit Castellanus in Martyrologio universali ad hunc diem, ubi mortuum Arelate ponit circa annum* 460, *sed notat, non fuisse istius civitatis episcopum. Utrùm Saussayus* S. Augustalem *crediderit episcopum Arelatensem, an alterius civitatis, non clarè edicit: sed videtur ejusdem cum Castellano sententiæ, cui & alii plures subscripserunt.*

Arelatensem fuisse circa annum 455 *vult Dionysius Sammarthanus;*

3 *Saxius in Pontificio Arelatensi ponit* S. Augustalem *in catalogo episcoporum Arelatensium post Ravennium S. Hilarii successorem, dubitanter tamen, nec certò asserens Arelate fuisse episcopum. Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *Galliæ Christianæ col.* 535 *magis confidenter* S. Augustalem *inter Arelatenses præsules post Ravennium recenset, ita scribens:* Nihil vetat quo minùs Augustalem ponamus medium inter Ravennium & Leontium. Certè de Ravennio nihil scimus post annum CDLV, aut etiam CDL. . . Quid itaque prohibet locum dare Augustali toto illo tempore, quod vacuum relinquitur inter CDLV & CDLXI, *quo nimirum sedebat Leontius. Hæc ratiocinatio Sammarthani facilè evertitur. Etenim vel loquitur auctor de Augustali, qui tempore Hilarii Arausicano concilio episcopus interfuit, & tempore Ravennii ut episcopus memoratur in epistola S. Leonis apud Saxium; vel de alio incerti temporis Augustali. Si de primo, ut verisimile est: quo minùs Augustalem illum credamus fuisse Arelatensem episcopum, vetat disciplina ecclesiastica illius temporis, quo translationes episcoporum ab una ad alteram cathedram severissimè erant prohibitæ.* F

cujus opinio de tempore sedis refutatur.

4 *Videri ea de re poterit Thomassinus in Disciplina Ecclesiæ part.* 2 *lib.* 2 *cap.* 60. *Sola S. Leonis verba ex epistola* 84 *ab eo recitata huc transfero:* Si quis episcopus, mediocritate civitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad majorem se plebem quacumque occasione transtulerit; non solùm à cathedra quidem pelletur aliena, sed carebit & propria, ut nec illis præsideat, quos per avaritiam concupivit; nec illis, quos per superbiam sprevit. *Quis igitur dicat, & quidem sine ulla auctoritate idonea, Augustalem tempore S. Leonis*

A *Leonis ab alia cathedra ad Arelatenſem fuiſſe tranſlatum? Si de alio Auguſtali loquatur Sammarthanus, nulla eſt ratio, cur illum potiùs ei locum elegerit quàm alium: nam longè majores hiatus prioribus ſeculis reperiuntur in catalogo antiſtitum Arelatenſium, quàm ſit ille, de quo loquitur, quia aliquot annis nulla de Ravennio aut Leontio fit mentio. Imò ne ſatis quidem veriſimile eſt, alium quempiam Arelatenſi cathedræ præfuiſſe inter Ravennium & Leontium, cùm præſules Arelatenſes iſtius temporis ſatis innotuerint, nec aliqua tamen ullibi fiat mentio de quopiam inter Ravennium & Leontium intermedio, nec ullus inter illos in catalogo admittendus ſit hiatus, ut ex ipſo Sammarthano ſtudioſus lector perſpiciet. Itaque improbabile videtur*, S. Auguſtalem, *aut alium quempiam Auguſtalem, poſt medium ſeculi* v *præfuiſſe Arelatenſi eccleſiæ, ut rectè advertit Baronius.*

Videtur tamen Arelatenſibus epiſcopis annumerandus,

5 *Nec tamen idcirco mihi placet opinio doctiſſimi Cardinalis, qui* S. Auguſtalem *epiſcopum, hodie in Faſtis annuntiatum, etiam tom.* 6 *Annalium ad annum* 441 *num.* 15 *eumdem facit cum Auguſtali epiſcopo, quem concilio Araſicano* I *ſubſcriptum legimus. Etenim conſenſus Martyrologiorum Hieronymianorum mihi perſuadet, relinquendum Arelatenſi eccleſiæ* S. Auguſtalem *epiſcopum, ſed ad priora ſecula reſpiciendum. Sanè locus* S. Auguſtali *non deerit in catalogo antiſtitum Arelatenſium ſeculis* II *&* III, *ac ne* IV *quidem ſeculo. Si autem attentè conſideremus, quo loco & ordine memoria* S. Auguſtalis *conſtanter in laudatis Faſtis annuntietur, vix dubitabimus, quin Sanctus ille vixerit ſeculo* IV *aut citiùs. Quippe in omnibus prorſus codicibus, quos laudavi, & quibus ad hoc propoſitum addo Auguſtanum & Labbeanum*, S. Auguſtalis *primus poſt martyres aliquot recenſetur confeſſor, & ubique præponitur S. Evurtio Aurelianenſi epiſcopo; ſicut hic ubique ponitur ante Clodoaldum in Faſtis Hieronymianis, quibus Clodoaldi memoria deinde eſt addita. Locus autem ille*, Auguſtali *ante Evurtium in Faſtis Hieronymianis tam conſtanter datus, inſinuat* Auguſtalem *Evurtio antiquiorem*

B

C *eſſe, aut certè ejuſdem ferè cum eo ætatis. Atqui conſtat, S. Evurtium floruiſſe ſeculo* IV. *Itaque* S. Auguſtalis *credendus eſt floruiſſe eodem ſeculo* IV, *aut citiùs.*

6 *Scio quidem hîc objici poſſe, non ſervari ſemper in Faſtis Hieronymianis ordinem temporis, quo Sancti vixerunt. Nolim ſanè contendere hunc ordinem ubique ſervatum, cùm martyrum antiquorum ordinem ſæpè neglectum videam. Verumtamen clarè patet, ordinem non ubique neglectum, præſertim in confeſſoribus. Hac de cauſa ſummus ille codicum conſenſus in præpoſito* Auguſtali *ſaltem probabile pro ejus ætate ſuggerit argumentum. Porrò pro epiſcopatu ejus Arelatenſi aliud argumentum ex eorumdem codicum conſenſu jàm dedi, idque tam efficax, ut epiſcopatus Arelatenſis* S. Auguſtali *non debeat abjudicari, niſi graviſſimæ obſtarent rationes. Itaque, cùm rationes nullius momenti ſint, quæ contra cathedram Arelatenſem* S. Auguſtalis *objiciuntur, ut mox oſtendam, reſtat ut dicamus eum illi eccleſiæ probabiliùs præfuiſſe ſeculo* III, *quo pauci Arelatenſes epiſcopi ſunt noti, aut fortaſſe ſeculo* IV *ante medium. Jam verò ſtudioſus lector paucis accipiat, quàm leves ſint rationes, quæ contra cathedram* S. Auguſtalis *producuntur. Prima eſt, quòd Auguſtalis epiſcopus fuerit in concilio Araſicano. At alius ille eſt à* S. Auguſtali. *Altera eſt, quòd prætermiſſus ſit in catalogo epiſcoporum Arelatenſium apud Democharem. Nulla eſt hæc ratio, cùm Democharis catalogi plurimis careant epiſcopis; &* S. Auguſtalem *nulli attribuant eccleſiæ.*

AUCTORE J. S.

ſed probabiliùs ſeculo 3 *aut* 4 *ante medium:*

F

figmentum pſeudo-Dexteri de ſede Sancti Illiberitana.

7 *Joannes Tamayus Salazar in Martyrologio Hiſpanico non modò Arelatenſi urbi, ſed toti etiam Galliæ eripere voluit* S. Auguſtalem, *quem hac die Martyrologio ſuo Hiſpanico inſeruit, ut Illiberitanum in Bætica epiſcopum, ſed Arelate defunctum. Tota verò probatio petitur ex ſuppoſititio Chronico pſeudo-Dexteri, quod fictitium eſſe nôrunt paſſim eruditi. Doleo igitur hac larva territum fuiſſe illuſtriſſimum Franciſcum Mariam de Aſte in Annotatis ad Martyrologium Romanum hac die, ubi deceptus pſeudo-Dexteri figmento, dubitat utrùm in Gallia, an in Hiſpania epiſcopus fuerit* Auguſtalis; *ſuadetque ut in Martyrologio Romano, ſi aliquando recudatur, omittantur voces* in Gallia, *ſicut Baronius omiſit* Arelate. *Verùm inanis hic timor ortus eſt ex non ſatis cognitis pſeudo-Dexteri figmentis. Quare non modò retinenda videtur Gallia in annuntiatione* S. Auguſtalis, *ſed urbs quoque Arelatenſes eidem aſſerenda.*

F

A D

DE S. JOANNE MARTYRE

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA

J. S.

SYLLOGE CRITICA.

Hujus Martyris nomen non omnino certum; at nota occasio martyrii ipsumque martyrium : quorumdam de eo opiniones examinantur.

ANNO CCCIII. *Sancti memoria in Fastis cum elogio*

B *Martyrologia varia medii ævi & recentiora pleraque hodie annuntiant Martyrem Nicomediensem valde celebrem, sed nomine minùs notum, quem* Joannem *appellant. Omnibus aliis sæculo* VIII *præivisse videtur auctor Romani parvi, dum ad diem* VII *Septembris ita scripsit :* Joannis martyris, qui Nicomediæ sub Diocletiano librum iniquæ legis minutatim discerpsit. *Secutus est Ado, longiusque elogium ex Rufino contexuit hoc modo :* Natalis beati Joannis apud Nicomediam, sub Diocletiano imperatore. Qui de nobilibus ortus, honore & dignitate illustris, ut vidit adversus cultores Dei in foro crudelia edicta pendêre, calore nimio fidei ignitus, publicè populo inspectante, injecta manu librum iniquæ legis detraxit, ac minutatim discerpsit, augusto Diocletiano in eâdem urbe simul cum Maximiano cæsare constituto. Ad quos cùm relatum esset religiosi & illustris Viri factum, continuò omni in eum crudelitatis genere desævientes, ne hoc quidem solum efficere quiverunt, ut eum mœstum aliquis videret in pœnis : sed læto atque hilari vultu, cùm jam viscera in suppliciis defeciissent, spiritus tamen lætabatur in vultu. Ex quo tortores sui graviùs cruciabantur, quòd omnia suppliciorum genera consumebant in eum, quem ne tristem quidem ex his reddere poterant.

C 2 *Usuardus eadem ferè tradit, sed paulò brevius, uti & Notkerus. Secuti deinde sunt neoterici multi, quos recensere non est necesse. Sola Romani hodierni verba, ex Usuardo ferè desumpta, adjungo :* Nicomediæ natalis beati Joannis martyris, qui cùm videret crudelia edicta adversus Christianos in foro pendêre, fidei ardore accensus, injecta manu, illa detraxit atque discerpsit : cúmque hoc relatum esset Diocletiano & Maximiano augustis (*ultimus tantum erat tunc cæsar*) in eadem urbe constitutis, omnia suppliciorum genera in eum experiri jusserunt : quæ Vir nobilissimus tanta alacritate vultûs ac spiritûs pertulit, ut ne tristis quidem pro his videri potuerit. *Addit Baronius in annotatis hunc Martyrem eodem die memorari ab Adone & Usuardo, quibus Bedam perperam jungit, cùm de eo nihil legatur in genuino Bedæ Martyrologio. Quod verò spectat ad diem; hic pro arbitrio ab auctore Romani parvi electus est : non enim hoc die, sed* XXIV *Februarii passus videtur, ut infrà ostendetur.*

ad VII *Septembris, quo tamen coronatus non est.*

3 *Eusebius lib.* 8 *cap.* 3 *refert edicta contra Christianos proposita anno* XIX *Diocletiani, qui cum anno Christi* 303 *concurrit. Deinde cap.* 5 *de gestis Nicomediæ, ubi degebant Diocletianus augustus & Maximianus Galerius cæsar, ita loquitur :* Primùm quidem, simul ac edictum contra ecclesias propositum est Nicomediæ, Vir quidam minimè obscurus, sed sæcularium honorum prærogativâ inprimis conspicuus, zelo quodam divino commotus, & ardore fidei incitatus, edictum illud in publico & illustri urbis loco affixum detraxit, & tanquam impium ac scelestum manibus suis discerpsit : idque duobus imperatoribus in eadem urbe commorantibus, quorum alter senior augustus primum inter omnes imperii gradum, alter verò quartum obtinebat. Hic igitur cùm primus omnium in ea civitate hujusmodi facinore inclaruisset; statim ea supplicia perpessus, quæ post tantam audaciam ei infligenda esse credibile erat, lætitiam ac tranquillitatem animi usque ad ultimum spiritum conservavit. *Hactenus Eusebius, quem liberiore paraphrasi expressit Rufinus lib.* 8 *cap.* 5. *At neuter Martyris nomen indicavit.* *Martyrium ab Eusebio relatum,*

E

4 *Lactantius in libro de Mortibus persecutorum, ubi cap.* 12 *narraverat combustam Christianorum ecclesiam Nicomediæ, quod factum dicit* VII Kalendas Martias, *anno Christi* 303, *ita pergit cap.* 13 : Postridie, *id est, die* XXIV *Februarii*, propositum est edictum, quo cavebatur, ut religionis illius homines carerent omni honore ac dignitate .... Quod edictum quidam, etsi non rectè, magno tamen animo diripuit & conscidit, cùm irridens diceret victorias Gothorum & Sarmatarum præpositas : (*sic nimirum irridens cognomina* Gothicorum *&* Sarmaticorum, *quæ sibi arrogabant imperatores.*) Statimque productus, non modò extortus, sed etiam legitimè coctus, cum admirabili patientia postremò exustus est. *Omnia insinuant Sanctum illum eodem die* XXIV *Februarii, quo edictum Nicomediæ propositum erat, martyrio fuisse coronatum.* *& à Lactantio, ex quo intelligitur passus* XXIV *Februarii.*

F

5 *Porrò ex assignato martyrii die, qui, si non omnino certus, saltem verisimillimus est, nomen quoque præclari hujus Martyris eruere tentavit Castellanus, dicens* Palphetrum *verisimiliter fuisse dictum. At conjectura illa mihi non modò incerta apparet, sed omni quoque probabilitate destituta. Ratio Castellani desumpta est ex apographis Hieronymianis hoc ferè modo.* Palphetrus *die* XXIV *Februarii est in antiquissimo apographo Hieronymiano Corbeiensi, apud Florentinium in textu mendosè* Palpetrus, *& corruptiùs in Epternacensi seu vetustissimo* Petrus. *Præterea* *Conjectura Castellani de nomine hujus Martyris*

A *terea in Corbeiensi præcedit* Editius, *uti & in textu apud Florentinium, in Epternacensi* Editus. *Contrà in aliis sequitur* Evitius, *pro quo in aliis legitur* Edictitius, *imò* Editius, *nimirum in Labbeano. Hinc infert in autographo fortè scriptum fuisse* Edictilaceri, *idque* Palphetro *admodùm congruere asserit. Videri hæc latiùs possunt in Romano Martyrologio Gallicè verso atque annotationibus illustrato ad* XXIV *Februarii pag.* 759. *At jam inde videt, opinor, studiosus lector conjecturam esse nimis longè quæsitam: id tamen ostendam clariùs.*

refutatur: non Palphetrus in Hieronymianis ad XXIV *Februarii, sed Petrus,*

6 *Primò nomen illius Sancti, de quo agunt apographa Hieronymiana, probabiliùs* Petrus *est, non* Palphetrus. *Nam nomen* Palphetri *reperitur in unico codice Corbeiensi,* Petri *verò legitur in Epternacensi & in codice reginæ Sueciæ apud nos post tom.* VII *Junii. Præterea non improbabile est, annunciari istic Petrum illum, cujus martyrium Eusebius & Rufinus lib.* 8 *cap.* 6 *mox subjiciunt, & Rufinus quidem iis verbis, ut eodem die passus videatur cum eo, qui edictum laceraverat. In variis codicibus legitur* Petri, Palatini *cum interpunctione, at in Epternacensi & Corbeiensi quidam martyres Nicomedienses iteratò ponuntur, ut sæpe fit in Hieronymianis, ibique legitur* Petri palatini *sine interpunctione, ut videatur designari quidam palatii minister, qualis erat ille Petrus, cujus martyrium refert Eusebius. In Actis nostris de Petro illo & sociis actum est ad* XII *Martii, quo insertus est Martyrologio Romano. Tillemontius tom.* 5 *Monument. Eccl. in S. Dorotheo cubiculario credit Petrum fuisse passum post primum incendium palatii Nicomediensis, quo persecutio acriùs sævire cœpit, ideoque martyrium ipsius potiùs referendum ad* XII. *Martii quàm ad* XXIV *Februarii.*

B

qui potest esse cubicularius Diocletiani,

7 *Ratio ipsius petitur ex Lactantio, qui eadem potentissimorum eunuchorum narrat cap.* 15 *post utrumque incendium palatii relatum. At ego omnino existimo Petrum illum martyrio coronatum ante incendium palatii, cum Rufinus hanc alleget martyrii ipsius causam:* Cùm de immensis suprà memorati Martyris *(qui edictum laceraverat)* suppliciis liberiùs causaretur, educi ipse jubetur in medium *&c. Ad hoc Tillemontius notâ* 4 *in Dorotheum respondet, Rufino ignotam fuisse causam martyrii tam hujus Petri quàm SS. Dorothei & Gorgonii, qui omnes cubicularii erant Diocletiani, causamque eorum martyrii nobis innotuisse ex Lactantio. At ego numquam tantum auctoritatis tribuam silenti Lactantio quàm loquenti Rufino, præsertim si huic etiam faveat Eusebius. Nec Petrum nominat Lactantius, nec Dorotheum aut Gorgonium. Quo igitur modo causam ipsorum martyrii ex Lactantio discimus? Nimirum quia post relatum palatii iteratum incendium, sævitiam persecutionis describens, inter alia hæc dicit:* Potentissimi quondam eunuchi necati. *Hæc videlicet de Dorotheo & Gorgonio intelligit Tillemontius, ideoque dicit causam ipsorum martyrii nobis ex Lactantio innotuisse.*

C

cujus martyrium refert Eusebius:

8 *Verùm respondeo ratiocinium ipsius esse illegitimum. Cùm enim aula Diocletiani plena esset Christianis, ut narrat ipse Tillemontius tom.* 5 *in Persecutione Diocletiani art.* 3, *poterant tres cubicularii alia de causa occidi ante incendium, multique alii post incendium similiter martyrio coronari. Certè Eusebius æquè ac Rufinus trium illorum martyrium ante incendium narravit: relatoque incendio ac persecutionis augmento, hæc subjicit:* Sed & corpora regiorum cubiculariorum, quæ post mortem convenienti tradita fuerant sepulturæ, ipsi eorum legitimi domini erui ex sepulcro, & in mare projici oportere censuerunt, ne quis illos sepulcris conditos pro diis, ut ipsi quidem opinabantur, reputans, inposterum adoraret. *Hæc corporum ex sepulcris erutorum ignominia rursus innuit, occisos fuisse, dum minùs sæva erat persecutio, sive ante incendium. Itaque de Petro saltem longè probabilius apparet, occisum fuisse ante incendium; nec ulla est ratio, quæ cogat martyrium ipsius amovere à* XXIV *Februarii.* AUCTORE J. S.

aliæ conjecturæ, quæ ex Hieronymianis afferri possent, etiam improbantur:

9 *Porrò, quidquid sit de Petro illo, saltem satis probatum est, conjecturam Castellani de nomine Martyris nostri non esse verisimilem. Probabiliùs dici posset, nomen præclari istius Martyris Eusebio ignotum fuisse & forsan etiam Lactantio, imò & collectori Fastorum Hieronymianorum. Quare, si conjecturis agendum esset, suspicarer potiùs annuntiatum esse nomine* Edictii *ab edicto lacerato: aut* Lucianum *fuisse dictum, quia* Lucianus *in plerisque apographis primus ponitur, & in contractioribus plerumque solus nominatur ex Nicomediensibus illis. Tertius quidem Lucianus recensetur in textu apud Florentinium & in Corbeiensi; at in iisdem apographis deinde cum aliis repetitur, ibique recensetur primus. Huic tamen conjecturæ obstat, quòd Lucianus ille in plerisque apographis* presbyter *nominetur: quæ dignitas non videtur congruere Martyri laceratione edicti noto, cùm hunc* secularium honorum prærogativâ *conspicuum fuisse dicat Eusebius, eique consentiat Rufinus. Quare nulla ex hisce conjecturis tanti facienda est, ut nomen Martyris ex iis vel probabiliter colligi possit.* E

nec placet conjectura de S. Georgio. Nomen Joannes, *à seculo* VIII *Sancto tributum,*

10 *Papebrochius noster tom.* 3 *Aprilis in S. Georgio* § 4 *aliàm adduxit conjecturam, quam Sollerius in Observationibus ad Usuardum die* VII *Septembris non improbabilem dixit. Voluit nimirum ostendere Papebrochius de S. Georgio intelligi probabiliter posse omnia illa, quæ Eusebius & Rufinus narrant de lacerato edicto, tormentisque hac occasione Martyri inflictis. Verùm præcipua ipsius ratio concidit, postquam prodiit Opus Lactantii de mortibus persecutorum: nam ex eo liquet, Martyrem nostrum non esse passum* XXII *Aprilis, quo colitur S. Georgius, sed* XXIV *Februarii. Reliqua Papebrochii argumenta nonnullam quidem suspicionem ingerere possunt, sed non tantam, ut res satis appareat probabilis. Quare omnino dicendum videtur, aut nomen martyris fuisse ignotum, aut* Joannem *fuisse dictum. Ignoramus quidem, unde Martyrologii auctor seculo* VIII *istud nomen didicerit; at inde tutò inferre non possumus, id temerè ab eo fuisse confictum. Potuit id ille discere ex monumento aliquo antiquo, quod modò perditum est aut latet. Sic nomen uxoris Diocletiani* Prisca, *quod præterito seculo innotuit ex invento Lactantii Opere, potuisset medio ævo ab aliquo cognosci & scribi.* F

non statim pro fictitio habendum: nec neganda Martyris nobilitas.

11 *Præterea ex prætermisso apud Eusebium & Lactantium Martyris nomine nullo modo sequitur, Martyrem ipsum Nicomediæ fuisse ignotum: nomen enim de industria omittere potuerunt, quia improbabant lacerationem edicti ut imprudenter factam. Itaque nequaquam Baluzio concesserim Martyrem hunc* haud dubiè de plebe *fuisse, ut infert ex prætermisso nomine:*

AUCTORE J. S.

major enim fides debetur Eusebio, qui nobilem fuisse dicit. Quinimo, etsi constaret nomen præclari Martyris ignotum fuisse Eusebio ipsisque etiam Nicomediensibus, nihil inde sequeretur contra Viri nobilitatem, cùm peregrinus esse potuerit Nicomediæ, ibique prædictum facinus patrare ac coronari martyrio. Ejusmodi Viri nobilitas ac dignitas ex cultu corporis & familiatio utcumque innotescere præsentibus poterat, nomen verò latêre Nicomediæ, aut celari ab iis, qui noverant. Nec tamen inde quis inferat, Martyris nomen postea non potuisse cognosci, si ita fuerit occultatum: nam famuli aliive, qui Viri præclari nomen noverant, istud deinde multis modis indicare potuerunt. D

DE S. SOZONTE MARTYRE

POMPEIOPOLI IN CILICIA

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus Sancti: gesta quædam breviter examinata: Acta edita Latinè improbata: meliora alia Græcè & Latinè edenda.

B

CIRCA AN. CCCIV. *Sanctus Pompeiopoli in Cilicia passus,*

Græcorum Fasti passim omnes hodie celebrant S. Sozontem *martyrem, Pompeiopoli in Cilicia passum. Ex iis eumdem Martyrologio Romano inseruit Baronius his verbis:* Pompeiopoli in Cilicia sancti Sozontis martyris, qui sub Maximiano imperatore in ignem injectus, reddidit spiritum. *Pompeiopolis, quæ communi consensu Fastorum & Actorum palæstra hujus sancti Martyris statuitur, urbs erat Ciliciæ maritima, antè Græcis* Σόλοι, *Latinis* Soli, *& à quibusdam* Solœ *dicta. Episcopatu etiam ornata fuit, ut ostendit Le Quien in Oriente Christiano tom.* 2 *col.* 877, *sed deinde excisa est. Tempus martyrii, quod neque in Fastis Græcis exprimitur neque in Actis, rectè tamen assignatum existimo à Baronio: cùm enim sub Maximiano vel Maximo Ciliciæ præside passus referatur, initio universalis persecutionis Diocletiani & Maximiani videtur figendum martyrium. Eo enim tempore Numerius Maximus Ciliciæ præerat, isque in Actis Martyrum passim* Maximus *vocatur, ita ut vix appareat dubium, quin ille ipse sit, qui in hisce Actis* Maximianus *dicitur, ut etiam observavit Tillemontius tom.* 5 *Monument. in Persecutione Diocletiani art.* 26.

C

in Fastis celebratur: elogium ex Menologio

2 *Elogia* S. Sozontis, *quibus aliquid de gestis & martyrio ipsius insertum est, nec accuratè contexta sunt, nec invicem in omnibus consonant, nimirum quia singuli Fastorum collectores quædam pro arbitrio suo ex Actis contraxerunt. Menologium à Sirleto Latinè editum ita habet:* Commemoratio sancti martyris Sozontis. Hic ex Lycaonia conversus ad Christi fidem, ingressus in templum idolorum, in quo erat statua ex auro & argento confecta, dexteram manum idoli cujusdam * abscissam vendidit, ejusque pretium pauperibus distribuit, ob idque comprehensus à Maximo præside Ciliciæ, Christianam fidem confessus, calceis acutos clavos infixos habentibus indutus currere cogebatur, Dei gloriam celebrans: postea suspensus in arbore & verberatus, tradidit Deo spiritum. *Hæc ex Actis desumpta sunt, sed non sine nævis. Ne verò producendis omnibus elogiis fiam prolixior, solùm observabo, quid in aliis additum sit aut aliter expositum, quidque consentiat cum Actis, aut ab iisdem dissentiat.*

* *imò* ejusdem

E

3 *Primò tam in Actis quàm in reliquis Fastis, uno excepto Menologio Basiliano, Sanctus fuisse dicitur ex Lycaonia, quæ Minoris Asiæ provincia est Ciliciæ vicina. In solo Basiliano* ex Lycia *scribitur, fortasse transcribentium errore. Sub Maximo Ciliciæ præfecto passum esse, habent etiam Menæa impressa & Menologium Basilianum. Menæa Mss. Sirmondiana cum Actis* Maximianum *nominant. At dubitandum non est, quin designetur Numerius Maximus, ut jam monui, cùm ille Ciliciæ præfuerit sub Diocletiano, & variorum martyrum cædibus sit famosus. Videri possunt apud nos Acta S. Calliopii ad* XI *Aprilis, S. Tatiani Dulæ ad* XV *Junii, & apud Ruinartium in Actis Sinceris Acta SS. Tarachi, Probi & Andronici. Hi omnes enim passi sunt in Cilicia sub eodem Maximo, eademque tyranni crudelitas in omnibus Actis elucet. Tertiò in occasionem martyrii omnia simul monumenta consentiunt, videlicet quòd Sanctus manum statuæ aureæ abstulerit, pretiumque pauperibus dederit. Statua illa, quæ hîc* ex auro & argento confecta *dicitur, aliàs ubique vocatur* aurea. *Scio quidem id factum magis mirandum esse quàm imitandum: at negandum esse non video. Nec existimo Sanctum eo facto peccâsse, cùm vir simplex haud dubiè bona fide crediderit id sibi non esse illicitum, aut potiùs singulari Spiritus sancti motu fuerit impulsus, ut idolorum vanitas ostenderetur.* cum aliis collatum.

F

4 *Quartò de clavis acutis, quos Sancti calceis tortores infixerunt, ut pedes Martyris incedentis læderentur, omnia monumenta consentiunt. Verùm quæ sequuntur de morte Sancto illata, ex Actis infrà dandis poterunt corrigi: neque enim in arbore suspensus fuisse videtur, ut in utroque Menologio asseritur, non tamen in Menæis impressis aut scriptis. Quinto in Menologio Basiliano, & in Actis Sanctus dicitur etiam homines instituisse ad pietatem; sed illa fidei prædicatio aut hominum institutio privata tantùm fuit, non publica: nam Acta cum Menæis confirmant, ovium fuisse pastorem. Demum dubitari potest, an* S. Sozon, *qui in Menæis impressis breviter annuntiatur ad* VII *Augusti, prout ibidem apud nos legitur in prætermissis,* auctumque ex iis & correctum.

idem

A *idem sit cum hodierno. Respondeo diversum esse, si vera sunt, quæ breviter ibidem de eo dicuntur, videlicet illum fuisse* ex Nicomedia, *& illæsum ex igne fuisse egressum: neutrum enim de hodierno dici cum fundamento potest.*

Acta jam edita Metaphrastæ improbantur:

5 *Acta Græca* S. Sozontis *gemina habeo, eaque notabiliter diversa, sic tamen ut posteriora videantur composita ex prioribus. Posteriora sub nomine Metaphrastæ jam Latinè ediderunt Lipomanus tom.* 6, *& Surius ad hunc diem. Eadem Græca vidit & Metaphrastæ attribuit Leo Allatius in Diatriba de Simeonum Scriptis pag.* 127, *ubi horum Actorum initium sic assignat:* Μαξιμιανῦ τῆς βασιλείας (lege Κιλικίας) ἡγεμονεύοντος, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας. *Initium hoc Actorum omnino consonat exemplari nostro Ms., quod notatur desumptum* ex codice Mediceo regis Franciæ, *excepta voce* βασιλείας, *quæ manifestè mendosa est, & solo transcribentis errore voci* Κιλικίας *substituta, ut jam observavit Lambecius in Commentariis de Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi lib.* 8 *pag.* 238, *ubi ex codice Vindobonensi longius dat Actorum initium. Cùm autem hæc Acta Latinè jam edita sint apud Lipomanum & Surium,* B *ea rursum edere non placet, ne Græcè quidem; præsertim cum antiquiora habeamus alia & meliora: nam de editis apud Surium rectè observavit Tillemontius suprà laudatus, ea non esse probatæ fidei, idque magis patebit ex Annotatis ad Acta danda, in quibus ostendam quàm frequenter Metaphrastes ab Actis prioribus recesserit, aut ea certè nimis amplificaverit: nam satis patet, eadem ipsi præluxisse.*

Acta alia edenda, quibus ipsa notariorum Acta videntur inserta:

6 *Jam verò quod ad Acta Græcè & Latinè edenda spectat, dubitare nequeo, quin ea sint valdè antiqua: imò & scripta credo ab auctore synchrono non diu post Sancti martyrium. Præterea majorem Actorum partem, id est, omnia illa, quæ coram præside dicta factaque sunt, eodem modo conscripta existimo, sicut ab ipsis notariis fuerant excepta, addito tantùm titulo* Sancti, *quando* Sozon *nominatur. Etenim si conferamus ex Actis SS. Tarachi, Probi & Andronici, qui sub eodem judice passi sunt, interrogationem primam singulorum, eumdem planè interrogandi & procedendi modum reperiemus; eamdemque crudelitatem tyranni, post aliquot interrogationes satis blandas mox ad dira tormenta prosilientis. Utrobique etiam Maximus tyrannus Sanctorum ossa voluit sepulturâ privare, sed non potuit, Deo non permittente. Itaque omnino dicendum videtur præcipuam Actorum partem coràm à notariis fuisse scriptam, obtentamque ab auctore, qui initium & finem adjecit. Hac de causa totum Sancti martyrium fide dignissimum judico; nec video aliquid esse in gestis coram præside, quod difficultatem moveat, nisi quòd præses vocetur* Maximianus, *cùm nomen ipsius videatur fuisse* Maximus, *aut* Numerius Maximus. *Verùm levis ea nominis mutatio transcribentium vitio attribuenda est, nec obesse potest Actorum fidei. Sic, teste Tillemontio tom.* 4 *in S. Caio Papa, idem* Numerius *Maximus, in Mss. quibusdam vocatur* Numerianus.

AUCTORE J. S.

7 *Gesta verò Sancti ante martyrium, quæ idcirco cap.* 1 *conjunxi, & facta post interrogationem ad caput* 3 *remissa, quæ non sunt scripta à notariis, minùs apparent certa. Sanè visio Sancti num.* 2 *narrata, cum oratione ejus ibi sequente, magis apparet mirabilis quàm probabilis, ut observabo in Annotatis. Magis etiam improbabilis & incongrua est oratio, quæ ponitur num.* 8, *acsi prolata esset à Sancto morituro: hanc omnino fictitiam existimo, cùm sancti Martyris modestiæ non videatur congrua. Dubitari quoque potest de mirabilibus illis, quæ facta referuntur in ossium collectione; sed de his aliisque agam in Annotatis. Ceterùm Acta illa Græca, quorum stylus simplex est, sed minimè barbarus, acceperunt Majores nostri* ex codice Pontificio Alexandri VII, *simulque cum Actis Metaphrastæ apud nos servantur in Collectione Actorum Græcorum mensis Septembris, notata* ✠ Ms. 192. *Interpretationem Latinam sic concinnavi, ut ipsam quoque styli simplicitatem exprimere conatus sim.*

at in iisdem quædam circa initium & finem improbantur.

E

C

ACTA ANTIQUA

F

Ex codice Pontificio Alexandri VII. Interprete Joanne Stiltingo.

CAPUT I.

Sancti patria & conditio: visio mirabilis: aufert manum simulacri aurei & capitur.

Μαξιμιανῦ ἡγεμονεύοντος τῆς Κιλικίας, καὶ πολιτευομένης τῆς μιαιφόνου θρησκείας τῶν εἰδώλων, ὄντος τε αὐτοῦ ἐν Πομπουπόλει, ἣν φύοντος καὶ ἐμβατεύοντος ἐν τοῖς τῶν εἰδώλων ναοῖς, ἔσησεν ἐν τῇ πόλει ἄγαλμα χρυσοῦν ἕν, μεθ' πάντων τῶν εἰδωλομανούντων· πεπιθότες προσκύνειν καὶ ἐσπένδον. Ἦν δέ τις νεανίσκος τῆς Λυκαονίας, ὀνόματι Ταρασίου, ποιμαίνων πρόβατον, ἐν ᾧ τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι ἐπεκλήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ Σώζων. Οὗτος περιήρχετο πολλοὺς τόπους ἀγωνιζόμενος ὑπὲρ σωτηρίας τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς, διδάσκων καὶ ἄλλους πολλοὺς φοβεῖσθαι τὸν Θεόν.

CUm Maximianus Ciliciæ præesset, vigenteque polluto idolorum cultu, Pompeiopoli degeret sacrificaretque ac idolorum templa frequentaret, in civitate simulacrum quoddam aureum erexit cum omnibus insanis idolorum cultoribus: obedientes *a* adorabant & libabant. Erat verò adolescens quidam ex Lycaonia, nomine Tarasius, pastor ovium, in sacro autem baptismate impositum ei nomen Sozon. Hic circuibat loca multa, ardenter quærens salutem animæ suæ, docensque multos alios timere Deum *b*.

Vigente idolorum cultu Pompeiopoli, Sozon,

a Cùm

A *visione divina recreatus,*

2 Cùm verò veniſſet ad locum aliquem, in quo erat fons aquæ puræ & quercus maxima, voluit ibi requieſcere. Dormiente autem illo ibidem, venit ipſe Dominus Jeſus Chriſtus, & dixit: In hoc loco de armis his, quæ geſtas, ſagittæ tres ex pharetra ſagittarum tuarum, & arcus tuus monumentum tuum *c*. Ecce enim nunc obumbrabit te Spiritus ſanctus in loco hoc, & multa dona afferent tibi in nomine Patris mei: & ego ſanabo accedentes ad me cum fide, & erit memoria tua in generationes ſeculi. Cùm verò à ſomno ſurrexiſſet beatus Sozon, fecit, quemadmodum ei mandaverat Dominus: poſuitque arma ſua in petra: oravitque & precatus eſt Dominum, ut obumbraret locum, & ſanaret confugientes ad illum infirmos *d*, ac rurſum ivit Pompeiopolim.

c

d

manum idoli aurei aufert, idque faſſus comprehenditur.

3 Delatum autem eſt præſidi, quòd Chriſtianus eſſet. Et primùm quidem latenter veniens ad locum, ubi ſimulacrum iſtud aureum erat poſitum, manum ejuſdem dexteram abſtulit, illiùſque divenditæ pretium dedit pauperibus *e*. Mane verò ingenti hinc orto tumultu, ſciens beatus Sozon quoſdam è vicinis comprehenſos, quos Maximianus

e

B carceri juſſerat mancipari, ut poſt triduum ducerentur ad quæſtionem de patrato facinore; hos videns Beatus, dixit: Cur hos ducitis ad carcerem? Ego abſtuli manum Dei veſtri nefandi, & dedi in expenſas pauperum. Hoc ipſo dicente, res dicta innotuit præſidi, juſſitque ipſum duci ad tribunal.

2 Ἐλθὼν δέ ἐν τόπῳ τινὶ, ἐν ᾧ ἦν πηγὴ ὕδατος καθαρὸς, καὶ δρῦς μεγίστη, ἐβουλήθη ἀναπαύσασθαι ἐκεῖ, καὶ ὑπνῶσαι· αὐτὸς δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ἦλθεν αὐτὸς ὁ Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ εἶπεν. Ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ ἀπὸ τῶν ὅπλων τούτων, ὧν ἀπέφερες, ἀκόντια τρία ἐκ τῆς φαρέτρας τῶν βελῶν σου, καὶ τὸ τόξον σου εἰς μνημόσυνόν σου. Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐπισκιάσει σοι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ, καὶ δῶρα πολλὰ προσοίσουσί σοι, ἐπὶ τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου, καὶ ὑγιάσω τοὺς μετὰ πίστεως προστρεχομένους μοι, καὶ ἔσται τὸ μνημόσυνόν σου εἰς τὰς γενεὰς τοῦ αἰῶνος. Ἀναστὰς δὲ ἀπὸ τοῦ ὕπνου ὁ μακάριος Σώζων, ἐποίησεν καθὼς διετάξατο αὐτῷ ὁ Κύριος, ἔθηκέν τε τὰ ὅπλα αὐτοῦ εἰς τὴν πέτραν, καὶ εὐξάμενος καὶ δεηθεὶς τῷ Κυρίῳ τοῦ ἐπισκιάζειν τὸν τόπον, καὶ ἰᾶσθαι τοὺς προσφεύγοντας ἐν αὐτῷ ἀσθενεῖς, καὶ ἐπορεύθη πάλιν πρὸς τὴν Πομπαιόπολιν.

3 Ἐμηνύθη δὲ τῷ ἡγεμόνι, ὅτι Χριστιανός ἐστι· καὶ πρῶτον μὲν λαθραίως εἰσελθὼν ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν ἵδρυτο, ἀφείλετο τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα, καὶ πωλήσας αὐτὴν, ἔδωκεν τὸ τίμημα πτωχοῖς. Τῇ δὲ ἑωθεν θορύβου πολλοῦ γενομένου, γνοὺς ὁ μακάριος Σώζων τινὰς τῶν γειτνιαρχῶν συνεχομένους, ὡς ἐκέλευσεν ὁ Μαξιμιανὸς ἐν τῇ Φρυγίᾳ αὐτοὺς εἶναι, ὡς μὴ τρεῖς ἡμέρας ἀχθλιῶσι αὐτοὺς εἰς τὴν ἐρώτησιν περὶ οὗ πράγματος γεγονότος· τούτους ὁρῶν ὁ Μακάριος, ἔφη· Τί ἀπάγετε τούτους εἰς τὴν φυλακὴν, ἐγὼ ἔλαβον τὴν χεῖρα οὗ ὑμετέρου μιαροῦ θεοῦ, καὶ ἔδωκα εἰς ἀναλώματα πτωχῶν. Ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, γνωστὸν ἐγένετο τῷ ἡγεμόνι τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὸν προσαχθῆναι τῷ βήματι.

ANNOTATA.

a *Idololatræ videlicet. Acta apud Surium eadem ferè habent: at ſimulacrum ibi non dicitur fuiſſe erectum à præſide, ſed ab illo & aliis honoratum.*

b *Conſentiunt Acta apud Surium, mutatis tantùm verbis.*

c *Phraſis perfecta magis eſſet, ſi adjunctum haberet verbum; ſed illud in Græco textu non eſt. Senſus eſt:* Relinque ſagittas tres *&c.*

d *Tota hæc viſio & oratio Sancti modo non admodùm veriſimili aut credibili relata eſt. Ipſi quoque Metaphraſta videtur diſplicuiſſe: nam hæc tantùm habet:* Cùm autem fuiſſet aliquando Sozon in quodam loco, qui habebat fontem, & fonte herbâque, quæ nata erat juxta fontem, gregem paſceret, eum valde opportunus & ſuavis ſomnus invaſit, & divina quædam ad eum accedit viſio. Viſio autem eum magis confirmat, & ei animum addit ad pietatem. Deinde etiam revelat gratiam, quæ ad locum erat deſuper devolatura. Erit enim, inquit, hic præſens locus multis utilis, & apud ipſum ſalutem invenient, & glorificabunt Trinitatem. *In Menologio Baſiliano de hiſce leguntur ſequentia:* Cùm autem aliquando in quercum ingentem incidiſſet, apud

C quam erat aqua, appendiſſetque de arbore tres ſagittas & arcum, ſui ipſius monimenta; is locus precibus ſancti Viri divinarum curationum munus accepit. *In Menæis Mſs. dicitur tres ſagittas & arcum miſiſſe in aquam, indeque gratiam ſanationum loco obtigiſſe. Suſpicor aliquid veri ſubeſſe, Sanctumque divina viſione excitatum ad martyrium: nec incredibile eſt, arma paſtoritia ab eo relicta in loco viſionis, indeque venerationem loco conciliatam. Verùm cùm videatur primus auctor nimium de illa viſione dixiſſe; aliique haud dubiè nihil aliunde noverint, dici nequit, quid in viſione ſit actum.*

e *Viſio prævia inſinuat, Sanctum ad factum iſtud ſingulari inſtinctu fuiſſe permotum. Metaphraſtes idem refert pluribus verbis. Idem ſequentia etiam liberiori phraſi expoſuit.*

CAPUT II.

Interrogatio Sancti & tormenta coram præſide tolerata.

Interrogatur Sanctus

A Dſtante autem ipſo, Maximianus præſes dixit: Quod tibi eſt nomen? Sanctus Sozon dixit: Si quæris commune nomen, quod mihi impoſuerunt parentes, Tarasius vocor: ſi autem verum, Chriſtianus Sozon in ſacro baptiſmate nominatus ſum. Maximianus præſes dixit: Ex quo es loco? Ille verò dixit: Ex vico Midarzeorum *a*. Maximianus præſes dixit: Qua utilitate impulſus

a

Πρισάντος δὲ αὐτοῦ, Μαξιμιανὸς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν. Τίς καλεῖσαι; Ὁ ἅγιος Σώζων εἶπεν. Εἰ ζητεῖς τὸ κοινὸν ὄνομα, ᾧ ἐκλήθην ὑπὸ τῶν τεκόντων με, Ταρσίσιος καλοῦμαι· εἰ δὲ τὸ ἀληθινὸν, Χριστιανὸς Σώζων ἐκλήθην ἐν τῷ ἁγίῳ βαπτίσματι. Μαξιμιανὸς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν. Ποίᾳ χωρίᾳ εἶ; Ὁ δὲ εἶπεν Μιδαρζέων κώμης. Μαξιμιανὸς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν. Ποία σοι χρεία ἐγένετο ἐνταῦθα παραγενέσθαι;

A οθω; Ο ἅγιος Σώζων ἔιπεν· Ποιμὴν προβάτων ἤμην, νέμων ἐν ταῖς ὑλάκαις, καὶ τόπων ὄντα τόπῳ ἀμοίβων. Μαξιμιανὸς εἶπεν· Καὶ διὰ τί ἔτο ἐπόλμησας δρᾶσαι; Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Βελόμενος αὐτὸν ὑποδείξασθαι Χριστιανὸν, καὶ ὑμᾶς ἐλέγξαι ἀσεβεῖς ὄντας, διὰ ἔτο ἔκοψα τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἣ εἰδώλου.

5 Μαξιμιανὸς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· Προσελθὼν, προσκυνήσον τοῖς θεοῖς, ἵνα καὶ ἡ προτέρα τόλμησις συγχωρηθῇ σοι. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν. Ποίῳ θεῷ προσκυνήσω; τῷ μονοχειρὶ; ἐμοὶ γὰρ αἰσχύνη ἐστὶν λέγειν αὐτὸν θεόν· ὅστις γὰρ ἑαυτῷ οὐκ ἠδυνήθη βοηθῆσαι, πῶς ἔτος θεὸς; Μαξιμιανὸς εἶπεν· Ἄψασθε αὐτοῦ τῶν προτέρων μελῶν. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ παράσχου μοι εἰς βοήθειαν τῷ σῷ δούλῳ. Μαξιμιανὸς εἶπεν· Ὁμολόγησον θύσαι τοῖς θεοῖς, καὶ ἀπαλλάσσου τῶν βασάνων. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Ἄφρων καὶ ἀναίσθητε οὐκ ἐννοεῖς ὅτι βελόμενος ἑαυτὸν ἀληθινὸν Χριστιανὸν ὑποδείξασθαι, καὶ γενναῖον ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ, τοῦτο ἐποίησα; μὴ πεισθέμενος τοῖς τῶν βασάνων σου κινδύνοις, ἣ μιαρὰ σου εἰδώλου τὴν χεῖρα ἔκοψα, ἢ πῶς νομίζεις με θύειν αὐτῷ;

B 6 Μαξιμιανὸς εἶπεν· Ἡλώσαντες εἰς τὰ ὑποδήματα αὐτοῦ ἥλους ὀξεῖς, καὶ ὑποδήσαντες αὐτὸν, ποιήσατε διακινεῖν, λέγοντες αὐτῷ· Πρέπει σοι ἔτως ἀναπατεῖν. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Μὰ τὴν ἐλπίδα μου οὐχ ἔτως σοι πρέπει ἡ χλαμὺς, ὡς ἐμοὶ τὸ ἀναπατεῖν ουτως. Νομίζω γὰρ ὡς ἐν πολλῇ πλατείᾳ μὴ ἀνέσεως διακινῶ, ἔτως οὐ * κεντούμενος τοῖς ἥλοις, ὅσον ἁγιαζώμενος τῷ πάθει. Μαξιμιανὸς εἶπεν· Παναθλιε τὸ αἷμα σου χειμάρρους πεποίηκεν, καὶ οὐκ αἰσθάνῃ τῶν βασάνων; Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Πιστεύων τῷ Χριστῷ μου, οὐκ αἰσθάνομαι τῶν βασάνων σου. Μαξιμιανὸς εἶπεν· Ἐπαύλησον ἐξερχόμενος ἐκ τοῦ θέατος, καὶ μὰ τοὺς θεοὺς δύθεός σε ἀπολύσω. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Διὰ τὸ ἐνοχλεῖν μοι σωεργεῖς σατανᾶ; Ἀπόσα ἄρα ἐμοῦ ἐργάτα τῆς ἀνομίας, πολλὰ γὰρ ἤυλησα, νέμων τὰ πρόβατα· νυνὶ δὲ ᾄδω τῷ Κυρίῳ ᾆσμα καινὸν ἐν δεκαχόρδῳ ψαλτηρίῳ μεθ' ᾠδῆς ἐν κιθάρᾳ.

* *l.* ἔ ποσθον

7 Μαξιμιανὸς ὁ ἡγεμὼν εἶπεν· Συνδήσατε αὐτὸν ἐν τῇ κερκίδι ἐν τοῖς καταδίκοις, ὅπως ῥυσθείημεν τῆς μιαρᾶς αὐτοῦ κεφαλῆς. Ο ἅγιος Σώζων εἶπεν· Οὕτως κἀγὼ σπεύδω σὺν Χριστῷ εἶναι, καὶ ῥυθῆναι τῆς ἀναιδοῦς σου ὄψεως. Μαξιμιανὸς εἶπεν· Ἀπάγετε αὐτὸν σφοδροτέροις μάστιξι, καὶ ποιήσατε τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν ἀφανισμῷ τελείῳ, ἢ διάρατε τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ, ἵνα μή τις θάψῃ αὐτὸν, ἢ πῦρ ἅψαντες, ἐμβάλετε αὐτὸν ἐκεῖ.

es huc venire? Sanctus Sozon dixit: Pastor ovium eram, degens in arvis, locumque cum loco permutans *b*. Maximianus dixit: Et quare hoc ausus es facere *c*? Sanctus Sozon dixit: Volens me ipse ostendere Christianum, & vos ut impios arguere: idcirco abscidi manum istius idoli. D *b* *c*

5 Maximianus præses dixit: Accedens, adora deos, ut & prior audacia tibi condonetur. Sanctus Sozon dixit: Quem Deum adorabo? unimanum? Me verò pudet hunc dicere Deum. Qui enim sibi non potuit auxiliari, qualis ille deus? Maximianus dixit: Aggredimini *d* priora ejus membra. Sanctus Sozon dixit: Domine Jesu Christe, adesto mihi fervo tuo in auxilium. Maximianus dixit: Confitere, sacrificans dis, & libera te tormentis. Sanctus Sozon dixit: Amens & insensate, non recordaris, quòd istud fecerim volens me ipsum ostendere verum Christianum & generosum Christi athletam? Nequaquam territus periculis tormentorum tuorum, polluti idoli tui manum abscidi, & quo modo existimas me illi sacrificaturum? *liberèque respondens, torquetur* *d* E

6 Maximianus dixit: Postquam in calceos ipsius infixeritis acutos clavos, iisque ipsum calceaveritis, facite, ut se moveat, dicentes ipsi: Oportet te sic ambulare. Sanctus Sozon dixit: Per spem meam, non ita te decorat chlamys, ut me sic ambulare *e*. Existimo enim me, ut in multa latitudine, cum otio incedere, non tantùm *f* clavis punctum, quantùm perpessione sanctificatum. Maximianus dixit: Miserrime, sanguis tuus torrentem effecit, & non sentis tormenta? Sanctus Sozon dixit: Credens Christo meo, non sentio tormenta tua. Maximianus dixit: Modulare egrediens è conspectu *g*, & per deos mox te absolvam. Sanctus Sozon dixit: Nonne ad exhibendam mihi molestiam cooperaris, satana? Absiste à me operarie iniquitatis: multùm enim tibiâ cecini pascens oves. Nunc verò canto Domino canticum novum in decachordo psalterio cum cantico in cithara. *diversis cruciatibus,* *e* *f* *g*

7 Maximianus præses dixit: Ligate ipsum in ceratia *h* inter damnatos, ut liberemur scelesto illo capite. Sanctus Sozon dixit: Sic & ego festino cum Christo esse, & impudenti tuo liberari aspectu. Maximianus dixit: Infligite ei plagas vehementiores: efficiteque ut corpus ipsius prorsus evanescat, ac ossa ejus tollite, ne quis eum sepeliat, ignique accenso ipsum injicite *i*. *& morti addicitur.* *h* F *i*

ANNOTATA.

a *Metaphrastes varias præsidis interrogationes simul posuit; & de patriâ Sanctum ità respondentem induxit:* Patria quidem mihi est Lycaonia: ea enim me tulit. *Erat quidem ex Lycaonia Sanctus, ut antè jam dictum est: sed ipsa Sancti verba referenda erant ex Actis. Vicus* Midarzeorum *haud dubiè fuit in Lycaonia, sed tam notabilis non est, ut inveniatur apud geographos.*

b *Metaphrastes sic habet:* Præsum, inquit Sozon, gregi ovium: & quæ mihi loca florida, & aquâ abundantia, & ad pascendum herbida, anni tempora ostenderunt, ad ea ago oves.

c *Liberiùs iterum more suo Metaphrastes:* Quomodo autem, inquit Maximianus, eò processisti audaciæ, ut Dei dexteram abstuleris? *Magis etiam amplificavit Sancti responsionem, ita scribens:* Excipiens verò Sozon: Quod non audacis quidem cœpti sit, quod factum est, neque id peccato debeat imputari, tuus quoque, ut mihi quidem videtur, Deus testatur. Neque enim ægrè fert, nec tamquam injuriâ affectus, asperè quidquam loquitur. Quod si vox quoque ei aliqua adesset, videtur mihi potiùs vos esse accusaturus & apertè reprehensurus, quòd, relicto omnium Opifice, inanimam suspiciatis materiam, & eam Deum esse existimetis, vos in Benefactorem ostendentes ingratos & immemores. *Eadem libertate in sequentibus usus est Metaphrastes.*

d *Vox Græca* ἅψασθε *verti potest*, tangite, attingite, *aut* aggredimini. *At quocumque vertatur modo, cruciatus Sancto illatus non satis sola hac voce exprimitur: quia plus significat, quàm intelligatur: loquebatur enim præses ad tortores, qui instrumenta habebant parata, quibus*

A *bus ſanctum Martyrem cruciarent. Metaphraſtes credidit ferreos ungues fuiſſe, quibus juſſi ſunt Sancti membra laniare : ſic enim de primo tormento habet :* Et primùm quidem ferreis eum laniat unguibus. *Id vel aliud ſimile tormentum revera Martyri illatum eſt, etſi non ſit Actis inſertum. Quippe notarii tantùm dicta utrimque ſcribebant. Verùm oratio ſequens* Sozontis *oſtendit non leve fuiſſe tormentum : & ſubſequentia tyranni verba,* Libera te tormentis, *inſinuant, ſatis diu fuiſſe continuatum.*

e *Hæc Sanctus, poſtquam jam impletum erat præſidis mandatum de calceis. Metaphraſtes iſtud reſponſum ſit amplificavit :* Ille autem (Sozon *ita calceatus*) currebat, tanquam ſuper roſas incedens : & videns rivos ſanguinis deſcendentes ex pedibus, videbatur ſuavibus rebus circumfluere : tyrannique & eorum, qui circumſtabant, irriſiones ducebat eſſe laudationem : & ea re magis gloriabatur Athleta, quàm ille chlamyde dignitatis.

f *In exemplari Græco hîc legitur :* ὅτως ἂν, *ſed legendum puto,* ἀ πατῶν, *ſicut notâvi in margine : atque hunc ſenſum Latinè expreſſi.*

g *Hîc ſententiam notabiliter mutavit Metaphraſtes, quia fortaſſe verba Græca aliter legit : nam ſi pro* ἐξερχόμενος ἐκ τῆς θεᾶς, *quod ſignificat,* egrediens è conſpectu, *legatur,* ἐξερχομένης θεᾶς, *erit ſignificatio hæc,* Egrediente dea. *Hunc ſenſum ſecutus, omniaque nimis augens, ita habet :* Deinde eum illudens Maximianus, Tibiâ, inquit, cane, Sozon, cras magna procedente dea : & per illam ipſam juro, quòd ab omni examinatione & cruciatu ſtatim liberaberis. Martyr autem : Tu me, inquit, irridens hæc loqueris, ea maligno dæmone in nos tibi ſuggerente. Ego autem & priùs quidem tibiâ in agro rectè cecini, congregans & revocans meas oves : & nunc quoque cano Domino meo canticum novum, ejus ſalutare omnibus annuntians. Tua autem dea fuerit omnino, ut eſt in proverbio, aſinus ad tibiam, & quæ ſit planè inanima, & nullo ſenſu prædita.

B h *Quid hîc voce Græca* κεφαλία *propriè ſignificetur, me latet ; ideoque vocem illam Latinè exprimere nolui, ne cum erroris periculo divinare cogerer, cùm ne ſatis quidem conſtet, an vox non ſit mendosè ſcripta. Id certum eſt, Sanctum vehementiſſimè verberatum fuiſſe, vel uſque ad mortem, vel donec ſemimortuus igni injiceretur. Metaphraſtes poſtremos Sancti cruciatus & mortem ſic expreſſit :* His Maximianus magis in eum irritatur, & prioribus vehementiores ei plagas imponit, ut ſic quidem ei moverentur articuli, & diſſolverentur compages, & inteſtina, tamquam aqua, diffluerent. Deinde cùm ignem etiam accendiſſet, ſi quod reliquum eſſet membrum, id ſe minabatur combuſturum, ut ne quidem omnium communem aſſequeretur ſepulturam. Sic ergo ſe parabat Maximianus, & ſic faciebat : & Martyri quidem carnes plagis laniabantur, & interna aperiebantur viſcera : ille autem tanquam in herbido prato verſans & vernos flores decerpens, erat affectus, & lætus Deo reddit animam. *Menologium Baſilianum de his ita habet :* Deinde ſuſpenſus de arbore, ad necem uſque cæſus eſt, atque ejus corpus in caminum ignis injectum.

i *Non clarè edicitur, utrùm vivus igni jubeatur injici, an defunctus. Atque hinc factum exiſtimo, ut poſteriores ſcriptores alii verberibus peremptum dixerint, alii igne exſtinctum. Hæc Acta mox apertè aſſerunt, Sanctum vivum in pyram eſſe ingreſſum. At ſequentia non ſunt ſcripta à notariis ; ideoque non æquè videntur certa.*

CAPUT III.

Mors Sancti & ſepultura : dies emortualis.

C *Sancti in igne oratio :* INgrediens verò Sanctus in pyram, oravit hoc modo : Dominator Domine Jeſu Chriſte, exaudi me ſervum tuum, & quiſquis nomen meum invocaverit per nomen ſanctum tuum, ſive in domo, ſive in mari, ſive in periculo, ſive in neceſſitate ; & ſi quis memoriam meam celebraverit, libera eos omni divinitus illatâ irâ & neceſſitate. Vox autem ad ipſum venit, dicens : Confide, mi martyr Sozon, exaudita eſt oratio tua *a*.

a *reliquiarum per Chriſtianos collectio :* Hiſce verò factis, Sanctoque ad Dominum profecto, ex pyra rurſum ingens emicuit tonitru, ortuſque eſt imber vehemens cum grandine, & omnes præ metu diſceſſerunt, relinquentes corpus Sancti. Ubi nox advenerat, cùm multæ eſſent tenebræ, fratres reliquias ſancti Martyris colligere non potuerunt ob denſam caliginem. Eadem verò nocte lux orta eſt magna, lucente ſole ſicut in meridie *b*, donec ſepultum eſt ſacrum corpus ſancti & glorioſi Martyris : deinde nox rediit. Unde gratias agentes fratres, gloriam dederunt Deo, qui talem concedit gratiam Sanctis ſuis ſe timentibus, quique ſervat confitentes cum fide nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti.

b

F Ἐισερχόμενος δὲ ὁ Ἅγιος ἐν τῇ πυρᾷ, προσηύξατο ὅτως. Δέσποτα Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ἐπάκουσόν μου ἐν ὁδῷ σου, καὶ ὅστις τὸ ὄνομά μου ἐπικαλέσηται ἐν ἁγίῳ ὀνόματός σου, εἴτε ἐν οἴκῳ, εἴτε ἐν θαλάσσῃ, εἴτε ἐν συμφορᾷ, ἢ ἐν ἀνάγκῃ, καὶ εἴ τις τὴν μνείαν μου ἐπιτελέσῃ, ἐλευθέρωσον αὐτοὺς ἀπὸ πάσης θηλάτης ὀργῆς καὶ ἀνάγκης. Καὶ φωνὴ ἦλθεν πρὸς αὐτὸν λέγουσα· Θάρσει μάρτυς μου Σώζων, ἐξηκούσθη ὃ ἠτήσω με.

9 Τότε δὲ γλομφύσ, καὶ τὸ Ἅγιος πρὸς Κύριον ἐκδημήσαντος, αὖθις ἐκ τῆς πυρᾶς βροντὴ ἐγένετο μεγάλη, καὶ ὄμβρος μέγας σὺν χαλάζῃ ἦλθεν, καὶ πάντες ἀπὸ τοῦ φόβου ἀπεχώρησαν, καταλείψαντες τὸ σῶμα τοῦ Ἁγίου. Καταλαβούσης δὲ τὸ νυκτὸς, καὶ σκότους ὄντος πολλοῦ, τὰ λείψανα τοῦ ἁγίου μάρτυρος οἱ ἀδελφοὶ συσσεῖλαι οὐκ ἠδυνάντο διὰ τὸ σκοτίαν εἶναι βαθεῖαν. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ φῶς ἐγένετο μέγα, λάμψαν τος τοῦ ἡλίου ὡς ἐν μεσημβρίᾳ ἕως ὅ ἐτάφη τὸ ἅγιον σῶμα τοῦ Ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος, καὶ πάλιν νὺξ ἐγένετο. Ὅθεν οἱ χαρησάντες οἱ ἀδελφοὶ, ἀπέδωκαν δόξαν τῷ Θεῷ τῷ τοιαύτην χάριν δεδωκότι τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν, καὶ σώζουσι τοὺς μὴ πίστεως ὁμολογοῦντας τὸ ὄνομα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

10 Ὅσοι

A ιὸ Ὅσοι οὖν προσκυνοῦσιν εἰς τ' τόπον, ὅπου κεῖται τὰ λείψανα αὐτοῦ τ' ἁγίου Σώζοντος, καὶ τὰ ὅπλα τ' νίκης αὐτοῦ, χάριν εὗρωσιν καὶ τύχωσιν τῆς τ' ἐρανῶν βασιλείας, καὶ χάριν εὕρωσιν ἐν τοῖς ἀπεράντοις αἰῶσιν. Ἐτελειώθη δὲ ὁ ἅγιος Ταρσίσιος ὁ μετονομασθεὶς Σώζων μηνὶ Σεπτεμβρίῳ κατὰ Ῥωμαίους ἡμέρᾳ ἑβδόμῃ· κατὰ δὲ ἡμᾶς μηνὶ δωδεκάτῳ, πέντε καὶ δεκάτῃ, καὶ πεσβεύει ὑπὲρ ἁμαρτιῶν τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἀχράντῳ αὐτοῦ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι, νυνὶ καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

10 Quicumque igitur adorant in loco, ubi jacent reliquiæ ſancti hujus Sozontis atque arma victoriæ ipſius, gratiam invenerint, ac regnum cælorum conſecuti fuerint, & gratiam *c* adinvenerint in ſeculis ſempiternis. Defunctus vero eſt ſanctus Taraſius, cognominatus Sozon, ſecundum Romanos menſe Septembri, die ſeptima; at ſecundum nos menſe duodecimo *d*, die decima quinta: & legationem obit pro peccatis apud Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, cui gloria & poteſtas cum immaculato ipſius Patre, & cum ſancto ac vivifico ejus Spiritu, nunc & ſemper, & in ſecula ſeculorum. Amen. D

dies martyrii expoſita.

c

d

ANNOTATA.

a *Præmiſſa oratio Sancti fide prorſus indigna eſt, ut jam monui in Commentario num. 7; ideoque æquè apparet fictitium, quod hic additur de voce cælitus delata. Rectè hæc omiſſa à Metaphraſte.*

b *Licèt incredibile non ſit, ſigna aliqua divinitus interveniſſe inveſtigationi reliquiarum, uti factum eſt in collectione corporum SS. Tarachi, Probi & Andronici, quæ per lucidam ſtellam cælitus delatam fuêre cognita; non tamen crediderim ſolem luxiſſe. Metaphraſtes rem narravit hoc modo:* Cùm autem jam flamma in altum eſſet ſublata, terribile & horrendum tonitru reſonans, multùmque imbrem & grandinem ſimul dejiciens, lictores quidem depulit & diſperſit. Amici autem martyrum, & maximè ii, qui erant diligentiores, ſecurè colligebant Martyris reliquias. Interim autem cùm nox quoque adveniſſet, non fuit retardatum illorum promptum & alacre ſtudium. Neque enim erat nox ampliùs: ſed lux clariſſima protinus illuceſcens, ea reddebat manifeſta, quæ non oportebat latêre; & præſtabat, ut ea faciliùs tollerentur, & colligerentur à piis. Quæ quidem omnia ſanctè collecta ſeptimo Septembris, præclaram & magnificam aſſecuta ſunt ſepulturam. Lux enim illa etiam uſque ad ipſum venit ſepulcrum, & permanſit in ſepultura reliquiarum: deinde reverſa eſt nox ad ſuam naturam. *Quæ de tempeſtate, quâ lictores aufugerunt, ſunt dicta, non ſunt incredibilia: neque incredibile eſt lumen aliquod, quo reliquiæ faciliùs colligerent Chriſtiani. Timeo tamen, ne qua hìc ſupra verum exaggerata ſint.* B E

c *Dubito an vox Græca* χάριν gratiam, *hìc non ſit mendosè repetita: nam ſi legatur* χαρὰν gaudium, *phraſis erit magis concinna.*

d *Videlicet* menſe duodecimo *Syro-Macedonico, qui* Gorpiæus *dicitur, & majori ex parte concurrit cum Septembri. Porrò ſecundum hanc epocham menſis Gorpiæus inchoatus eſt* 24 *Auguſti, ut ex enumeratione dierum colligitur.*

DE S. ANASTASIO MARTYRE

SALONÆ IN DALMATIA

C

COMMENTARIUS PRÆVIUS. F

J. S.

§ I. Sancti in Faſtis antiquiſſimis memoria celebris: diſtinguendus omnino eſt ab Anaſtaſio corniculario, qui non videtur Salonæ paſſus: corporis S. Anaſtaſii ſullonis tranſlatio.

CIRCA AN. CCCIV. *S. Anaſtaſius hodie Martyrologio Romano inſertus,*

Molanus in additionibus ad Uſuardi Martyrologium hodie commemoravit S. Anaſtaſium *martyrem, ita ſcribens:* In Aquileia, natalis ſancti Anaſtaſii martyris. Hic fullo fuit, ſed fidei merito in martyrum numerum annumeratus eſt. *Hunc ſecutus eſt Baronius, ut ipſe innuit in Annotatis, quando* S. Anaſtaſium *Martyrologio Romano inſeruit ad hunc diem, paucis hiſce verbis:* Aquileiæ ſancti Anaſtaſii martyris. *Etenim videtur* Anaſtaſius *fullo potiùs commemorandus fuiſſe ad diem* XXVI *Auguſti, quo coronatus martyrio ſcribitur; & potiùs Salonæ in Dalmatia, quam certaminis ſui palæſtram habuit, quàm Aquileiæ, ubi antè habitavit. Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ exiſtimat,* hanc diem invertionis ſeu tranſlationis eſſe. *Verùm id nullibi invenio, & magis ſuſpicor* Anaſtaſium *à Molano relatum eſſe ad diem non ſuum. Interim ex Kalendario diœceſis Aquileienſis, quod anno* 1674 *Utini impreſſum habeo, perſpicio* S. Anaſtaſium *Officio duplici in diœceſi Aquileienſi celebrari hac die* VII *Septembris; ſed ignoro, quàm antiqua ſit illa conſuetudo.*

4 *Dubitare tamen vix poſſum, quin Sanctus olim cultus ſit die* XXVI *Auguſti, ſeu* VII *Kalendas Septembris, quo coronatum martyrio teſtantur Acta, quæ & antiqui admodùm cultus* *rectiùs in Hieronymianis eſt ad* 26 *Auguſti,*

AUCTORE J. S.

indicia ſuggerunt, tam Salonæ quàm Aquileiæ, imò etiam in Africa. Etenim in pleriſque Martyrologiis Hieronymianis Anaſtaſius *martyr* VII *Kalendas Septembris, ſeu die* XXVI *Auguſti, magno conſenſu annuntiatur: Florentinius ſic edidit:* In civitate Solona natalis ſanctorum Anaſtaſii martyris. *Geminum hîc mendum eſt; at utrumque ex aliis codicibus facilè corrigitur: nam pro* Solona *legendum* Salona, *& pro* ſanctorum *ſubſtituendum* ſancti. *Porrò Florentinius teſtatur pag.* 1067, *in codice ſuo Blumiano ſubjuncta legi verba hæc, quibus* Anaſtaſius *noſter ab aliis ſynonymis clariſſimè diſtinguitur:* Hic fullo *fuit*, quique fidei ſuæ merito inter * martyrum numero meruit coronari. *Codex vetuſtiſſimus Epternacenſis ad eumdem diem:* Et in Salona Anaſtaſii. *Corbeienſis apud Acherium, alterque Corbeienſis contractior apud nos iiſdem verbis:* VII Kal. Sept. Civitate Salona, natalis S. Anaſtaſii martyris. *Rhinovienſis apud nos, ibique & Richenovienſis:* VII Kal. Sept. In civitate Salona, Anaſtaſii martyris. *Eodem die* Anaſtaſium *martyrem ſine loco memorant Auguſtanum & Labbeanum apud nos, Gellonenſe apud Acherium tom.* 2 *Spicilegii recuſi, & antiquiſſimum apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1559.

forte in

B

3 *Ejuſdem* S. Anaſtaſii *memoria ad* XXVI *Auguſti addita eſt in variis codicibus Uſuardinis apud Sollerium noſtrum laudatis, de quibus plura non addo, quàm mendosè presbyterum vocari in codice Bruxellenſi. Similiter in auctis quibuſdam Martyrologii Adonis codicibus legitur eodem die* S. Anaſtaſii *martyris commemoratio. Dominicus Georgius in Martyrologio Adonis annotationibus illuſtrato ad* XXVI *Auguſti poſt textum Adonis hæc in aliquot codicibus legi affirmat:* Civitate Salona, paſſio ſancti Anaſtaſii martyris, cujus actus ſupra notati ſunt XII Kal. Septembr. *Et editor laudatus in Annotatis ita ſcribit:* Iterum à codicibus noſtris memoratur hac die Anaſtaſius martyr Salonitanus, de quo egerunt die XXI Auguſti. *Vix intelligo, quid illa annotatione inſinuatum velit Georgius. Nam qui Martyrologium Adonis auxerunt, à vero manifeſtè aberrârunt, ſi* Anaſtaſium *illum, quem Ado ad* XXI *Auguſti annuntiavit, eumdem crediderunt cum* Anaſtaſio *fullone, quem ad* XXVI *Auguſti in Hieronymianis reperiebant. Dubitavit Georgius in Annotatis ſuis ad* XXI *Auguſti, unuſne ſit, an geminus* Anaſtaſius *iſtis diebus annuntiatus: hîc unum facere videtur, ſed non tam clarè, ut verba ſua nequeat alio modo interpretari.*

& in aliis: ſed à quibuſdam confunditur cum S. Anaſtaſio corniculario,

C

4 *Quidquid tamen ſit de mente iſtius ſcriptoris, de diſtinctione Anaſtaſiorum ſaltem dubitantis; illos jam diſtinxerunt Tillemontius tom.* 5 *Monumentorum in Perſecutione Diocletiani art.* 58, *Sollerius in Uſuardo ſuo ad* XXI *Auguſti, & Cuperus noſter in Actis S. Anaſtaſii vel Attali ad eumdem Auguſti diem. Indicia verò diſtinctionis hæc ſunt. Primus Anaſtaſius, qui aliàs Attalus vocatur, ſub Aureliano paſſus dicitur; at* Anaſtaſius *fullo paſſus eſt ſub Diocletiano. Primus erat* cornicularius miles; *alter* Fullo. *Primus converſus eſt, dum S. Agapitum martyrem, de quo apud nos ad* XVIII *Auguſti, à fide abſtrahere moliebatur; alter Chriſtianus erat Aquileienſis, & martyrii cupidus Salonam profectus eſt. Nihil igitur habent commune præter nomen & ſecundum aliquos urbem, in qua paſſi ſunt. At ne nomen quidem omnino con-*

à quo probatur diſtinctus:

gruit, cum prior in Actis S. Agapiti etiam vocetur Attalus, *ita ut vel geminum habuerit nomen, vel alterutrum nomen ei ex errore ſit datum. Quod verò ad urbem attinet non ſatis probabile puto, quòd uterque in eadem urbe ſit coronatus.*

D

5 *Sanè Acta ſecunda S. Agapiti enarrant converſionem Attali eo modo, ut ſtatim videatur comprehenſus, & martyrio coronatus, ut revera factum affirmat Ado ad* XXI *Auguſti. Cùm autem S. Agapitus ſit paſſus prope civitatem Præneſtinam in Italia; longè veriſimilius mihi apparet, in Italia paſſum eſſe Anaſtaſium cornicularium, quam Salonæ in Dalmatia, ubi paſſus eſt* Anaſtaſius *fullo. Qua de cauſa magis mihi placet ſententia Petri de Natalibus, qui Anaſtaſium corniculariam Romæ paſſum affirmat, quàm Adonis & aliorum, qui Salonæ obiiſſe dicunt. Quippe Ado ſibi apertè contradicit, dum teſtatur Anaſtaſium converſum eſſe in paſſione S. Agapiti, &* mox perire *juſſum, ſi velit id contigiſſe Salonæ in Dalmatia, cùm ipſe martyrium Agapiti ponat* apud Præneſtinam civitatem *in Latio. Neque enim veriſimile eſt, neque ullibi affirmatur,* Anaſtaſium *poſt converſionem ſuam ſubitò avectum eſſe in Dalmatiam, ut ibi potiùs quàm in Latio poſt triduum occideretur. Ex dictis patere exiſtimo,* S. Anaſtaſium *fullonem alium eſſe ab* Anaſtaſio *cornicularo. Ex iis inſuper colligo, ſententiam Adonis & aliorum martyrologorum de Anaſtaſio cornicularo Salonæ paſſo minùs eſſe probabilem; ejuſque martyrium in Latio potiùs quàm in Dalmatia collocandum.*

Anaſtaſius cornicularius non videtur paſſus in Dalmatia, ſed in Latio:

E

6 *Etenim vehementer ſuſpicor, urbem, in qua paſſus erat* Anaſtaſius *fullo, Adonis errore attributum eſſe Anaſtaſio cornicularo. Invenit ille in Romano parvo ad* XXI *Auguſti hæc verba:* Salonæ, Anaſtaſii martyris. *Poſſunt hæc æquè aut magis intelligi de Fullone quàm de cornicularo: nam Fullonis memoria celebris eſt in Hieronymianis, non item cornicularii. Fuerit ſic quidem* Anaſtaſius *fullo à die* XXVI *Auguſti avulſus; at non infrequens eſt auctori iſtius Martyrologii, quòd Sanctos annuntiet aliis diebus, quàm quibus paſſi ſunt aut Hieronymianis inſerti. Præterea de Anaſtaſio cornicularo non conſtat, quo die ſit occiſus. Non poteſt igitur ex ſolo die ipſe potiùs intelligi in Romano parvo annuntiatus; cùm locus* Anaſtaſium *fullonem omnino inſinuet. Attamen Ado, quem ceteri ducem ſunt ſecuti, verba iſtius Martyrologii intellexit de Anaſtaſio cornicularo ex Actis S. Agapiti cognito, quòd* Anaſtaſium *fullonem, quem nullibi memorat, prorſus ignoraret: atque hinc factum exiſtimo, ut ſcriberet Anaſtaſium cornicularium* Salonæ *coronatum; licèt longè veriſimilius ſit, eum in Latio occiſum eſſe, & quidem ante S. Agapitum, aut certè eodem ferè die: nam plerumque tyranni converſos martyrum conſtantiâ milites ſtatim occidi jubebant; idque hîc factum Ado ipſe pronuntiat.*

cauſa inveſtigatur cur ab Adone videatur Salonæ attributus;

F

7 *Quapropter ſententiam Cuperi noſtri, qui cum Adone ceteriſque martyrologis palæſtram S. Anaſtaſii cornicularii Salonæ in Dalmatia non ſine aliqua dubitatione collocavit, minùs probabilem & corrigendam exiſtimo; quemadmodum ipſe faceret, ſi viveret. Ex hac autem correctione ſequitur, ut omnia illa, quæ de gloria poſthuma* S. Anaſtaſii *apud Salonitanos & Spalatenſes collegit Cuperus ad* XXI *Auguſti in Anaſtaſio vel Attalo, huic* Anaſtaſio *fulloni attribuenda*

& corrigitur ſententia Cuperi, Adonem ad 21 Auguſti ſecuti.

AUCTORE J. S.

§ II. Acta Sancti edenda : videtur idem cum Anastasio M., quem Græci habent die 5 Decembris & 25 Octobris ; idem quoque fortè in Hieronymianis hac die 7 Septembris.

Acta non sunt auctoris synchroni,

T*Illemontius tom.* 5 *Monumentorum in Persecutione Diocletiani art.* 58 *memorat Acta Ms.* S. Anastasii *nostri, quæ inventa testatur à Benedictinis in Monte S. Michaëlis. Eadem nos habemus in codice membraneo Ms., notato* P. Ms. 20, *ut colligo ex collatione horum Actorum cum iis, quæ de suis dedit Tillemontius. Acta autem hæc laudato scriptori videntur esse quasi epistola episcopi Salonitani ad populum suum, sed quæ scripta sit satis diu post Sancti martyrium, & ex relatione piarum quarumdam personarum. Addit Tillemontius, facta quædam hisce Actis inserta esse, quæ ex traditione populari manare potuerunt, & sic veris addi. Porrò quod dicit laudatus scriptor de Actis hisce satis diu post Sancti martyrium scriptis, certum est & indubitatum : attamen dici nequit, quanto tempore scriptor Actorum posterior fuerit rebus gestis ; sed ex Actis solùm liquet, contemporaneum non fuisse. Nihilo magis clarum est, utrùm scripta sint per episcopum aliquem, an per clericum alium aut virum etiam secularem. Utrùm Salonitanus fuerit, an Aquileiensis Actorum scriptor, æquè incertum est : sed in urbe alterutra verisimiliter scripta sunt.*

sed bona fide videntur scripta : quo modo ea edenda.

11 *Porrò scriptor Actorum processisse videtur fide bona, & vera solùm narrare voluisse ; sed pauca de Sancto novisse, ideoque pauca narrâsse. Hinc gesta* Anastasii *coram tyranno, & omnia ferè adjuncta martyrii siluit. At de posthuma Sancti gloria enarravit plura, quæ nôsse poterat. Ceterùm codex noster, inscitiâ aut negligentiâ illius, qui hæc Acta in eo exscripsit, multis locis mendosus, hunc præfert titulum :* Passio S. Anastasii martyris in Aquilecia civitate sub die VII Kal. Sept. *Menda frequentia grammaticalia, quæ phrasim hinlcam & vitiosam reddunt, ex alio Ms., quod correctius est, emendavi, aut potiùs istud apographum, quod ex codice Augustano huc missum est anno* 1639 *per P. Christophorum Steboreum, edendum censui, cum codice tamen collatum. Præterea, cùm Petrus de Natalibus tota ferè hæc Acta Catalogo suo Sanctorum lib.* 7 *cap.* 124 *inseruerit, atque ex eo sua dederit Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem ; in Annotatis observabo, quibus in locis illi ab Actis recesserint. At ante editionem Actorum alia quædam veniunt examinanda.*

Anastasius, apud Græcos annuntiatus 5 Decembris,

12 *Græci tam in Menæis impressis quàm in Menologio Sirletiano annuntiant* Anastasium *martyrem sine loco aut tempore. Hunc eumdem esse cum* Anastasio *fullone pronuntiat indubitanter Tillemontius. Audiamus igitur Menologium Sirletianum ad* V *Decembris :* Eodem die natalis sancti martyris Anastasii. Hic cùm sanctos martyres, à gentilibus inquisitos, videret propter

A *buenda sint. De hoc etiam Thomas archidiaconus Spalatensis, scriptor seculi* XIII, *in Historia Salonitana cap.* 3 *rectè dixit :* Eodem tempore *(persecutionis Diocletiani)* Anastasius Aquileiensis apud Salonam martyrium pro Christi nomine suscepit. *Huic optimè consonant Acta, Petrus de Natalibus, & auctor Florarii nostri Ms. : nam omnes* Anastasii *fullonis martyrium collocant sub Diocletiano.*

Sancti corpus translatum ad civitatem Spalatensem ;

8 *Quæ autem de gloria posthuma Sancti dicenda sunt, huc transfero : Primam ecclesiam supra corpus Sancti constructam in agro Salonitano, testantur Acta num.* 4. *Cùm deinde Salona fuisset capta à barbaris, & postea Joannes præsul Salonitanus sedem suam fixisset in vicina civitate Spalatensi, egregius episcopus, inito cum civibus consilio, tentavit corpus S. Domnii Salonitani episcopi Spalatum transferre. Hoc autem consilium tam feliciter exsecutioni datum est, ut corpus etiam* S. Anastasii *martyris, quod primò inveniebatur, translatum fuerit Spalatum. Utrumque ibidem depositum est in ecclesia Sanctissimæ Dei Genitricis. Verba Thomæ archidiaconi Spalatensis, qui hæc narrat cap.* 12, *jam*

B *dedit Cuperus, eaque videri etiam possunt apud Joannem Lucium pag.* 320. *Translatio eodem ferè modo narratur tom.* 2 *Aprilis in Sanctis martyribus Dalmatis pag.* 9 *ex Ms. Spalatensi. Verùm ibidem pag.* 10 *&* 11 *etiam ex Baronio & aliis narratur martyrum quorumdam Dalmatarum translatio Romam, eaque facta dicitur tempore Joannis Papæ IV. Cùm autem inter illos martyres Anastasius quidam numeretur à Baronio in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* XI *Aprilis, facilè quis suspicari posset, corpus* S. Anastasii *fullonis seculo* VII *fuisse Romam deportatum. At si vera narravit Baronius, alius est ille Anastasius, unus nimirum ex octo militibus, quos sine nomine annuntiavit ad prædictum diem* XI *Aprilis.*

ibique seculo 13 *novo altari honoratum.*

9 *Sanè Spalatenses non dubitârunt, quin servarent corpus* S. Anastasii *martyris, licèt Martyrem ipsum non satis videantur cognovisse eorum posteri. Spalatensibus consentit Constantinus Porphyrogenitus in libro de Administrando imperio cap.* 29, *ubi Spalatensem urbem* Aspalathi *nomine memorans, de depositio ibi* S. Anastasio *sic habet :* In eadem verò urbe depositus etiam fuit sanctus Anastasius. *Seculo* XIII *ejusdem Sancti corpus novo altari honoratum fuit per Bernardum archiepiscopum, de quo ita laudatus Thomas archidiaconus cap.* 15 *:* Iste extraxit corpus B. Anastasii ab altari veteri, & collocavit in eodem loco in altari novo A. D. MCCIX. *Joannes Lucius in Addendis ad Opus suum de Regno Dalmatiæ pag.* 67 *ad gesta Bernardi archiepiscopi addit sequentia :* Hic consecravit altare S. Anastasii, ut constat ex inscriptione sculpta in capite argenteo ejusdem Sancti, quæ talis est : A. D. N. I. XPI MCCX IND. XIII., TEMPORE D. INNOCENTII PAP. III., ET ANDREÆ REGIS UNG., ET D. BERNARDI ARCHIEPI ET DOMALDI COMITIS, X KAL. JUNII HOC OPUS FACTUM EST, ET ALTARE CONSECRATUM AD HONOREM DEI ET SANCTI ANASTASII, IN QUO CORPUS REQUIESCIT, CUJUS CAPUT HOC EST. *Unius anni differentia est in tempore assignato. Fortè anno* 1209 *destructum est altare vetus, & novum anno sequenti consecratum.*

AUCTORE J. S.

Dei confeſſionem membratim diſcerpi, & ipſe eſſet Chriſtianus, conſiderans quanta illis à Deo repoſita eſſent bona, cupiens illa conſequi, quodam die corde accenſus, cruce totum corpus ſignavit, in ſtadium cucurrit, & ſtans in medio confeſſu, magna voce clamavit: Inventus ſum ab iis, qui me non quærebant: manifeſtus factus ſum his, qui me non interrogabant. Cùm verò omnes illum intuerentur, dixit: Audite vos omnes, miniſtri diaboli, audite, inquam, Chriſtianus ego ſum, atque in Dominum meum Jeſum Chriſtum credo; & idola veſtra cum adoratoribus ſuis anathematizo atque averſor. Illi verò ita liberè prædicantem audientes obſtupuerunt, ſtatimque exuentes, flagris cæſum carnifices obtruncârunt, & in mare projecerunt. *Hæc etiam leguntur in Menæis & apud Maximum Cytheræum ſine ulla notabili mutatione, quàm quòd circa finem tormenta Martyris clariùs explicentur.*

idem videtur cum Anaſtaſio fullone, B

13 *Primo enim veſtibus exutus graviterque flagris cæſus dicitur. Deinde verò ei dixerunt, inflicta fuiſſe verbera illa* ob proterviam & impudentiam, *videlicet ob audacem & liberam fidei confeſſionem. Addiderunt, caput ei præcidendum, quòd Chriſtum coleret, & ſic piſcium eſcam futurum. Præciſoque mox ejus capite, corpus lictores* paululùm à terra recedentes *dicuntur in mare projeciſſe. Jam verò ſi allata diligenter cum Actis conferantur, nihil inveniemus, quo minùs credamus eumdem eſſe Martyrem. Nam etſi aliqua apud Græcos referantur, quæ non leguntur in Actis; multaque in Actis, de quibus nihil eſt apud Græcos; omnia tamen facilè conciliari poſſunt, prout in Annotatis oſtendam. Quæ verò inſinuant, utrobique de eodem agi Martyre, ſatis ſunt notabilia. Nam primò* Anaſtaſius *tam ſecundùm Acta quàm Faſtos Græcos ultrò ſe occaſioni certaminis ingeſſit. Secundò ex utrorumque relatione crucis ſigno ſe Chriſtianum oſtendit. Tertiò demum utrobique corpus in mare projectum eſt: quodque in Menæis dicitur de corpore per lictores* paululùm à terra recedentes *ad mare delato, optimè congruit cum inventione corporis in Actis relata. Unum tamen hic dubitationem ingexere poteſt, nimirum quia Menæa habent,* Anaſtaſium *capite priùs minutum, & deinde mari traditum: Acta verò innuunt, mari ſuffocatum eſſe, & de capite reſecto ſilent. Verùm cùm fateatur ſcriptor Actorum, ſe ignorare,* quas pœnas impius judex intulerit, *ſimul videtur agnoſcere, ſe genus mortis ignorâſſe, & de injecto in mare corpore, ſeu vivi ſeu defuncti, ſolùm fuiſſe edoctum. Menæa quoque tantæ auctoritatis non ſunt, ut ſolo illorum teſtimonio certum ſiat, Sanctum priùs fuiſſe decollatum. Itaque hoc factum ex illa relationum diverſitate redditur dubium: ſed tanti non eſt facienda illa diverſitas, ut idcirco credamus* Anaſtaſium *geminandum, quem probabiliùs unum credimus.*

C

uti & Anaſtaſius apud eoſdem memoratus 25 Octobris.

14 *Quin & eumdem quoque exiſtimamus* Anaſtaſium, *qui in Menæis & apud Sirletum annuntiatur die* XXV *Octobris. Apud Sirletum hæc de eo leguntur:* Eodem die natalis ſancti martyris Anaſtaſii, qui fidei Chriſtianæ prædicatione multos convertens, enſe obtruncatus, quievit in Domino. *Menæa clariùs indicant, eumdem probabiliùs eſſe, dum eum exornant elogio, quod hîc reddo Latinè:* Eodem die (XXV *Octobris*) ſancti martyris Anaſtaſii. Hic ultro ad tyrannos accedens, & Chriſtum verum Deum liberrimè prædicans, omnes in ſtuporem traxit. Perſpicientes autem immutabilitatem ipſius, caput ei gladio amputârunt, eumque mari injecerunt. Verùm religioſa mulier ex gurgite recipiens ſanctum ipſius corpus, unguentis ac linteis involutum, in oratorio, quod ædificavit, depoſuit. Cujus depoſitione multæ ſanationes factæ ſunt, & huc uſque fiunt, ad gloriam benigni Dei noſtri. Amen. *Omnia inſinuant hæc dici de* Anaſtaſio *fullone; neque alius eſt apud Sirletum, quantùm exiſtimo. At auctor Menologii ex prædicatione ſeu confeſſione divinitatis Chriſti videtur oſcitanter multorum converſionem intuliſſe. Locum verò & tempus martyrii ambo videntur ignorâſſe, cùm ea utroque loco ſileant.*

D

Anaſtaſius, hac die in Hieronymianis poſitus,

15 *Demum quari poteſt, an idem quoque videatur* Anaſtaſius *martyr, qui ad hunc diem* VII *Septembris memoratur in pleriſque apographis Hieronymianis ſine loco martyrii. Apud Florentinium poſt Januarium & ſocios, martyres Beneventanos, ſic commemoratur:* Et paſſio ſancti Anaſtaſi martyris. *Epternacenſe ibidem in Annotatis habet:* Sancti Anaſtaſii epiſcopi. *Corbeienſe verò:* Et paſſio S. Anaſtaſii cum ſociis ſuis. *Martyrologium reginæ Suecie apud nos:* Et paſſio ſancti Anaſtaſii. *In Labbeano nudum habetur nomen,* Anaſtaſii; *& in Auguſtano corruptè,* Anaſtaſiæ. *Gellonenſe apud Acherium,* Anaſtaſii. *Demum alia quædam de* Anaſtaſio *nihil memorant hac die. Nunc ſi data verba attentè conſideremus, alius videbitur hic* Anaſtaſius, *quia in Epternacenſi vocatur* epiſcopus, *& in Corbeienſi memoratur* cum ſociis: *neutrum enim congruit* S. Anaſtaſio *fulloni, ut jam obſervavit Florentinius, qui diſtinctum credit.*

E

forte etiam eſt Anaſtaſius fullo. per errorem ad hunc diem relatus.

16 *Contrà obſervo, nullibi hac die locum martyrii eſſe adjunctum: id verò indicium eſt, hanc* Anaſtaſii *annuntiationem non eſſe primi collectoris Martyrologii; ſed ab alio poſtea adjectam; præſertim cùm tam varia ſit pro codicum diverſitate, nec in omnibus legatur. Quæ de cauſa conſiderandum reſtat, an* S. Anaſtaſius *fullo non potuerit hodie ex errore repeti. Si autem advertamus, eum rectè poſitum eſſe* VII Kal. Septembris; *hunc verò eſſe* diem VII Septembris, *aut* VII Idus Septembris; *non apparebit incredibile,* VII Kalendas *cum* VII Idus *aut cum* die VII *Septembris ab aliquo fuiſſe confuſum, aut ſolo deſcribentium errore* VII Idus *pro* VII Kalendas *fuiſſe poſitum. Quidquid ſit, vehementer ſuſpicor* Anaſtaſium *fullonem hac die fuiſſe reproductum, aut certè quempiam hîc memorari* Anaſtaſium, *qui à die ſibi propria ſit avulſus, & alio loco clariùs ſit annuntiatus. Plura igitur de eo hodie non dicemus.*

F

ACTA

auctore anonymo

Ex codice Ms. Auguſtano, collato cum codice noſtro.

S. Anaſtaſius fullo Aquilienſis,

QUamvis tempore perſecutionis inimicus generis humani in vitiis religioni Chriſtianæ triumphum martyrum memoriæ ſubtrahere niſus

A sus sit, ne confusus super coronas martyrum & prostratus erubesceret : in populo tamen, quantùm religiosorum ratio memoriæ reservavit, quicquid fidelibus animis in laudem Beatorum refertur, hoc decet summa veneratione audire & colere. Cùm igitur tempore Diocletiani sceleratissimi persecutoris edictio promeretur *a* adversus Christianos ageretur*que* persecutio, beatus Anastasius in Aquileensi *b* civitate, quod cum reverentia dicendum est, artis fulloniæ operam exercebat, ut illa apostolica præcepta compleret, per quæ definitum est, ut laborantes manibus nostris, necessitatem sustinentibus opem largiri possimus. Nihil enim indecorum fuit * qualibet arte laborare, ut Dei impleantur præcepta, ut perfectam Christianitatis gloriam adipisceretur.

a

b

* *al.* est

profectus Salonam, Christianus agnoscitur & capitur :

2 Relicto igitur argasterio *c* artis suæ, mandatum Euangelicæ artis implevit, imitatus Jacobum & Johannem, qui, cùm reficerent retia sua, erant enim piscatores, relictâ naviculâ instrumentisque, vel patre suo Zebedeo, secuti sunt Dominum. Nec aliter beatus Anastasius coronam martyrii poterat invenire, nisi, quæ erant sæculi, quasi impedimenta à suis desideriis abjecisset. Sequens ad Salonitanam civitatem, ultro se offerens, religiosum arripuit agonem, & ante hospitium, in quo mansurus erat, signum crucis depinxit : sed & per celeberrima populi loca expressit signaculum *d* Christi, cujus professionis esset, demonstrare non dubitavit. Quem ministri persecutoris agnitum acceptumque ante judicem statuisse enarrantur. Ad plenum tamen testimonium statio artis beatissimi Martyris, in Aquileensi civitate constituta, facta est domus orationis *e* : & ubi tunc vestimentorum sordes abluebantur, nunc populorum sordes oratione profusa, animarum sordes creduntur abstergi.

c

B

d

e

ejus martyrium : corporis inventio,

3 Verùm cùm ante judicem statutus fuisset, quæ gesta sint, vel ad quæ ejus responsio de professione Christianitatis processerit, quasque pœnas impius judex intulerit, subtraxit necessitas : quia Diocletianum persecutorem longè in alia *f* positum civitate, relicta tunc temporis monimenta dicunt. Sententiam tamen talem mandâsse refertur, ut suspenso in collo ejus lapide in mare mitteretur *g*. Qui mox præcipitatus triumphum martyrii consequi meruit *h*. Matrona quædam erat, Asclepia nomine, in facultatibus dives, in moribus Christiana, quæ servis suis libertatem & infinita præmia promisit, si corpus beatissimi Martyris invenirent. Ergo quia tantis præmiis invitati sunt, usque in quartum vel quintum miliarium per littora & vadosa loca scrutantes sollicitè, ex Dei ordinatione provênit, ut invenirent Afros, qui illud corpus venerabile cum ipso lapide, quem diximus, jam levabant. Super quos beatæ illius matronæ homines irruerunt, & ad conturbandum illos sanctam *i* se finxerunt inferre calumniam, dicentes illos homicidas esse, qui haberent in manibus corpus exanime ; hoc ea ratione fingentes, ut illi territi cederent.

f

g

h

C

i

sepultura & cultus.

4 Corpus tamen supradicti Afri, ut est argutum genus, habentes, portionem *k* martyris ipsius gratiâ sustulerunt : nam & illum lapidem portaverunt in patriam suam. Et basilica in nomine ejus facta est, in qua ad effugandos immundos spiritus virtutes dicuntur fieri innumeræ. Supradicta autem femina beatissima, læta quòd tantum munus à Domino meruisset accipere ; celavit paululùm corpus, donec persecutionis conquiesceret furor. Deinde basilicam fecit, & beatum Martyrem in Salonitano territorio collocavit. Hæc quantùm à certis & fidelissimis viris addiscere potuimus, & quantùm ingenio vel sermone prævalui, desideravi de Sancto * auribus vestris intimare. Orationes autem ipsius nos adjuvent, de cujus meritis memorata sunt, quæcumque dicuntur. Martyrizatus est autem beatus Anastasius VII Kalend. Septembris *l* sub Diocletiano imperatore, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

k

A. ANONYMO.

* *al.* Sanctis

l

ANNOTATA.

a *Edictum Diocletiani contra Christianos datum est anno* 303, *& mox cœpta persecutio. Idcirco martyrium fixi circa annum* 304, *licet possit contigisse aliquot annis serius.*

b *In codice nostro*, Aquilegiensi. *Porrò Aquileia ampla olim erat civitas & florens ; sed sapiùs destructa & reparata, nunc ferè deserta est, in provincia Foro-Julienſi.*

c Argasterium, *aliàs* argisterium, *videtur derivari, corruptè tamen, à Græca voce* ἐργαστήριον, *sumiturque pro officina cujuslibet artificis. Hinc S. Isidorus lib.* 15 *Originum cap.* 6 : Ergasterium locus est, ubi opus aliquod fit.

E

d *Tillemontius antè laudatus dicit, has crucis formationes* non esse secundùm regulas ordinarias, & creditu esse difficiles. *Priusquam hanc censuram examinem, audiamus quo modò ambiguum Actorum locum expresserit Petrus de Natalibus lib.* 7 *cap.* 124 : Tandem, *inquit*, amore animatus martyrii ad Salonitanam civitatem devenit : & cùm in hospitio, in quo mansurus erat, signum crucis in locis pluribus depinxisset *&c. Græci in Commentario num.* 12 : Cruce totum corpus signavit *&c. Ex hisce existimo, signum crucis à* S. Anastasio *depictum ante hospitium suum : eumque per celeberrimà urbis loca liberè se eodem salutari signo muniisse, videntibus aliis ; non verò illud ubique pinxisse. Græci porrò plus dicunt, nimirum* S. Anastasium *non modò crucis signo se Christianum prodidisse ; sed ultro ad persecutores accurrisse, ac fidem suam odiumque idololatriæ coram ipsis professum esse. Itaque de horum potiùs relatione dicere debuerat Tillemontius, non esse* secundùm regulas ordinarias *se ultro judicibus sistere : id enim plus est, quàm signo crucis, etiam frequenter repetito, fidem suam non dissimulare. Hoc cur tantùm non incredibile, aut regulis ordinariis minùs congruum pronuntiet, non satis perspicio, præsertim cùm vix dubitari possit, quin Sanctus, sive solùm crucis signo fidem suam prodiderit, sive ultrò ad tyrannum accesserit, id fecerit ad animos Christianorum confirmandos, nutantesque suo exemplo animandos. Hic verò actus est fortitudinis Christianæ summæque charitatis, quo rectissimè impletur illud Christi :* Nolite timere eos, qui occidunt corpus. *Aliud tamen esset, se solo martyrii desiderio tyrannis sistere : nam id Patres & doctores passim improbant, nisi fiat speciali Spiritus sancti instinctu.*

F

e *Cùm ex fullonica ejus officina factum sit oratorium : jam Aquileiæ Sanctus colebatur, quando hæc Acta sub finem sæculi* 4 *aut sæculo* 5 *sunt conscripta. At suspicor istud oratorium deinde cum urbe eversum esse.*

f *Tillemontius de* S. Anastasio *ait :* Secundum Acta Sanctus videtur ad Diocletianum ductus. *Sed utrumque Ms. planè habet contrarium ; videlicet*

A. ANONYMO. *delicet Diocletianum, in civitate multùm dissita degentem, mandâsse ut mari demergeretur. Petrus de Natalibus, de judice & martyrio Sancti sic habet:* Qui (*judex*) cùm Sanctum cogitâsset diversis laniare suppliciis: ab imperatore subita jussione compulsus est ad ipsam, in qua augustus degebat, concitus ire civitatem. Ob hanc causam expeditam in Martyrem sententiam protulit, ut suspenso ad collum ejus ingenti lapide, in mari præcipitio daretur. *Verùm prævalere debent Mss. exemplaria, quæ ubique consentiunt, exceptis unius mendis grammaticalibus.*

g *Græci in Commentario laudati num.* 12 *&* 14 *asserunt, capite prius minutum fuisse, & deinde corpus mari injectum. Inde verò colligi num.* 13 *tanto incertius esse mortis genus, quanto clariùs Actorum scriptor insinuat, se non certò sciviße, qua morte occubuerit Sanctus.*

h *Annus martyrii incertus est. Assignat quidem Tillemontius annum* 304, *quia credidit Sanctum ductum esse ad Diocletianum. At cùm hoc improbabile sit, annus martyrii inde nequit colligi. Potuit tamen Sanctus anno* 304, *aut* 303, *quo cœpta est generalis persecutio, coronari martyrio: sed id fieri etiam potuit aliquo sequentium annorum.*

i *Non satis capio, cur auctor* sanctam *vocet* calumniam: *neque enim sancta aut laudabilis erat illa calumnia, sed planè injusta. At pia Asclepia non erat huic peccato obnoxia, quia tantùm mandaverat servis suis, ut corpus quærerent, non ut illud per calumniam aliis eriperent.*

k *Per* portionem *hanc* caput *intellexit Petrus de Natalibus, nam* caput *ab Afris retentum, & in Africam portatum scribit; de lapide verò silet. Si vera est sententia Græcorum de amputato Sancti capite, verisimile est, illud potius quàm aliam corporis partem ab Afris retentam, cum corpus verisimiliter necdum esset resolutum, quando inventum est.*

l *Petrus de Natalibus, & ex eo Ferrarius, scripserunt Sanctum occisum esse* 6 *Kalendas Septembris, sed mendosè: nam Martyrologia Hieronymiana cum nostris & Tillemontii manuscriptis martyrium figunt* 7 *Kalendas Septembris, seu die* 26 *Augusti.*

DE S. REGINA VIRGINE MARTYRE

PROPE VETEREM ALESIAM, UBI NUNC FANUM S. REGINÆ, IN DUCATU BURGUNDIÆ

C. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Acta Sanctæ alia fabulosa, alia suspecta; Translatio & miracula edenda: martyrii tempus incertum, palæstra in Burgundia, non in Hispania.

Acta Sanctæ, C *ANtiquus celebrisque* S. Reginæ *virginis ac martyris per Burgundiam cultus, crebris miraculis beneficiisque à Deo promotus, nullum dubium relinquere potest, quin Virgo illa insigni martyrio fidem suam coronaverit; ac proinde tanto majus illius gesta cognoscendi desiderium accendit, quantò illustriora ejusdem sanctitatis indicia habemus. Verùm ea usque adeo nobis invidit antiquitas, ut præter relatam martyrii virginitatisque lauream ac palæstram nihil certi de Sanctæ gestis habeamus. Non desunt quidem Acta, quæ* Reginæ *nostræ genus, infantiam, educationem, occasionem martyrii, ejusdemque modum & adjuncta prolixo sermone enarrant: sed ex iis aliqua ejusmodi sunt, ut apud eruditos nullam fidem inveniant, & antiqui cujusdam impostoris deformis fœtus meritò censeantur; alia verò non possint non esse suspecta.*

quorum varia enumerantur exemplaria, 2 *Varia eorum exemplaria Mss. in museo nostro servamus, alia tamen aliis auctiora & vitiosa magis: ab his exordiamur. Ms. codex pergamenus, qui olim fuit abbatiæ Valcellensis in Belgio, ad mensem Septembrem ea exhibet in hunc modum:* Incipit prologus in Passione sanctæ Reginæ virg. Post resurrectionem Domini nostri Salvatoris &c. *Deinde:* Incipit Passio sanctæ Reginæ virginis, quæ est VII Idus Septembris. Regina fuit Clementis cujusdam patris gentilis filia, quæ fuit illi unica *&c. Huic planè simile est apographum, quod ex Ms. codice Clari-marisceno accepimus. Ms. Rubeæ Vallis, quæ est monasterium pariter in Belgio, sic exorditur:* Ego vinctus in Domino Jesu Christo, carissimi, Theophilus: *quæ verba in præcitatis codicibus post aliquot Prologi versus habentur; cetera iisdem est simile. Horum auctor sese oculatum testem profitetur: unde factum puto, ut qui sanctæ Martyris Vitam sine diligenti examine ediderunt, ejusdem lucubrationem, velut minimè suspectam, sequendam existimaverint. Verùm alii eruditi longè aliter senserunt, & Theophilum istum imposturæ plagiique arguere non dubitârunt: & meritò ut mox apparebit.* F

partim ex Actis S. Margaritæ ab impostore, 3 *In primis illud universim circa Acta illa notandum venit, aut hæc ex Actis S. Margaritæ virginis martyris Antiochenæ, quæ Mombritius tom.* 2 *edidit, quæque Pinius noster tom.* V *Julii pag.* 31 *ut spuria jure rejecit, conficta fuisse, aut contrà illa ex hisce malè esse consarcinata, prout ex utrorumque collatione infrà ostendemus. Malim tamen credere, Acta S. Marga-*

A *Margaritæ Theophilo noſtro præluxiſſe, ut ex iis* S. Reginæ *Paſſionem confingeret, aut potiùs fabulis amplificaret. Suadet id ipſe Theophilus, qui ſe oculatum teſtem ementiens, ne regionem quidem aut orbis partem, in qua Martyr certavit, noviſſe demonſtrat. Audi impoſtoris imperitiam:* Ego autem, *inquit*, vinctus in Domino, cariſſimi in omnibus, Theophilus poſui omnibus manifeſtum facere glorioſum propoſitum ſanctæ puellæ Reginæ, qualem fiduciam oſtenderit, quomodo aculeum diaboli conculcaverit in confidentia Crucis, in civitate Aleſia, prima Pyſidiæ. *Quæſo, quî fieri potuit, ut Aleſiam olim urbem Mandubiorum, in Gallia Celtica, nunc ducatûs Burgundiæ vicum, in Piſidia Aſiæ minoris provincia collocaret, eamque* primam Pyſidiæ *appellaret? Quî, inquam, id ipſi, oculato ſcilicet teſti, in mentem venire potuit, niſi quia fabuloſa illâ S. Margaritæ Acta, quæ Antiochiæ in urbe prima ſive primaria Piſidiæ martyrio coronata eſt, præ manibus imitandâ habuit, mali operis inſulſus plagiarius.*

B *qui ſe oculatum teſtem mentitur,* 4 *Attamen hic impoſtor, ut lectori confidentiùs imponat, aſſeverare non dubitat, ſeſe & certamini interfuiſſe, & Acta à miniſtris præſidis emiſſe.* Ego verò, qui aderam certamini ejus (*ſubjungit verbis mox datis*) pecuniam de ſubſtantia mea dedi, & accepi ab exceptoribus, quæ illo tempore fuerunt geſta; & cum omni ſtudio expoſui vobis omnibus, qui credidiſtis in Domino Jeſu Chriſto, omnia hæc conſequenter. *Rurſus in ipſis Actis credi vult ſanctæ Martyri in carcere miniſtrâſſe:* Theophilus, *inquit*, loco fratris enutriens eam pane & aquâ, permanebat aſſiduè foris ad feneſtram, expectans orationem ejus. *Quis credat, fabulatorem illum, qui Aleſiam Burgundiæ oppidum in Piſidia ſtatuit, Aleſiæ certanti Virgini adfuiſſe? Sed dicam, quod res eſt: in memoratis S. Margaritæ Actis apud Mombritium dicitur Contimus quidam idem obſequium iſti martyri præſtitiſſe:* Contimus autem erat in carcere & nutrix ejus, miniſtrantes ei panem & aquam, & aſpiciebant per feneſtram, & orationem ejus ſcribebant & omnia, quæ eveniebant, cum timore Dei notabant. *Contimo ſubſtituit ſe Theophilus*

C *noſter, parùm curans, utrùm in Piſidia, an in Gallia verſaretur. Porrò ut manifeſtiùs conſtet, quàm meritò hæc Acta rejiciamus, juverit eorumdem inſulſam cum fabuloſis S. Margaritæ Actis, qualia apud Mombritium tom. 2 exſtant, concordiam, quanta fieri poteſt brevitate, oſtendiſſe.*

conficta 5 *Ut autem id efficaciùs agam, unum tantummodo ſpecimen utriuſque verbis proponam, cetera brevi animadverſione dumtaxat notaturus. Igitur ut prætereamutriuſque auctoris prologum eadem iiſdem partim phraſibus continere, Tectinus Actorum S. Margaritæ ſcriptor apud laudatum Mombritium ſic ait:* Beatiſſima autem Margarita erat Theodoſii filia, qui gentilium erat patriarcha & idola adorabat: illa autem Spiritu ſancto repleta, mox ut nata eſt, lata eſt in quandam civitatem, ſtadiis quindecim ab Antiochia diſtantem. Suſceperat mortua autem mater (*vitioſa hæc phraſis eſt*) B. Margaritæ deſyderio nutrices tenebatur, quia formoſiſſima erat, Chriſtumque invocabat & eum adorabat. Odioſa erat patri, dilecta Domino Jeſu Chriſto. Erat autem annorum quindecim & delectabatur in domo nutricis ſuæ: audivit omnia martyrum certamina, quia multus ſanguis juſtorum effundebatur pro nomine Jeſu Chriſti Salvatoris noſtri. Iſta verò Spiritu ſancto repleta totam ſe tradidit Domino... Paſcebat oves nutricis ſuæ cum cæteris puellis coætaneis ſuis. In diebus illis Oliberius præfectus ex Aſia Antiochiam civitatem profectus eſt... Fortè vidit beatiſſimam Margaritam, oves nutricis paſcentem, ſtatimque eam concupivit, dixitque miniſtris ſuis: Ite feſtinanter, comprehendite puellam illam, & interrogate. Si libera ſit; accipiam eam mihi uxorem: ſi ancilla; dabo ei pretium, & erit mihi concubina: bene ei erit in domo mea propter ejus pulchritudinem &c. *Hæc auctor Actorum S. Margaritæ.* AUCTORE C. S.

oſtenduntur 6 *Audi nunc Theophilum noſtrum.* Regina, *inquit*, fuit Clementis cujuſdem patris gentilis filia, quæ fuit illi unica. Poſtquam nata eſt, dederunt eam foris nutriri in quodam prædio diſtante ſtadiis quindecim ab Aleſia civitate, quæ nutrita eſt ab ea, quæ illam ſuſcepit. Hujus ergo moritur mater: hæc verò magis alebatur amore nutricis ſuæ, eo quòd eſſet Chriſtiana; odio autem habebatur à patre ſuo, dilecta verò E erat Domino noſtro Jeſu Chriſto: nam cùm eſſet annorum quindecim, delectabatur in domibus nutritis ſuæ, audiens omnium ſanctorum martyrum certamina. In illis autem diebus multus ſanguis Sanctorum effuſus eſt propter nomen Domini noſtri Jeſu Chriſti. Hæc verò ſancto Spiritu illuminata omnem ſpem habebat in Domino. Tranſibat autem in illis diebus Olibrius quidam præfectus, veniens de Maſſilia in Aleſiam civitatem deponere Sanctos Dei, quos inveniret: ſancta verò Regina exibat in agrum cum ovibus nutricis ſuæ, & cùm paſceret cum puellis, imitabatur regulam S. Jacobi patris antiquam. Tranſiens autem impius Olibrius ſedens in curru ſuo, vidit puellam, quæ erat pulchra viſu & ſpecioſa facie nimis; & juſſit comprehendi eam, dicens: Quodſi libera eſt; erit mihi uxor; ſi ancilla cujuſcumque, erit mihi concubina: bene autem erit ei in domo mea propter pulchritudinem ejus. Cùm autem comprehenderent eam, qui miſſi erant, cœpit clamare *&c. Poſt hæc in utriſque Actis ſubditur SS. Margaritæ ac* Reginæ *ſatis prolixa ad Chriſtum oratio, iiſdem allegoriis ac penè verbis concepta.* F

& rejicitur. 7 *Hæc ſufficere, opinor, ut lector perſpiciat, quàm bellè Theophilus Tectinum in his Actis conſarcinandis imitatus ſit: quare ne longior ſim, eorumdem verbis referendis amplius non immorabor, ſed omnia in compendium contraham. Itaque utraque ſancta Virgo martyr patre gentili nata, & brevi matre orba, Chriſtianis nutricibus educanda tradita eſt, & quidem (ne qua foret diſcrepantia) in locis ſtadia omnino quindecim ab utriuſque urbe patria, Aleſiâ ſcilicet* Reginæ, *Antiochiâ Margaritæ, diſſitis. Utraque ab altricibus ſuis Chriſtianis ſacris imbuta, ſuo cuique patri exoſa, eóque redacta fuit, ut earum oves paſcere debuerit: utraque quindecim annos nata ob venuſtam corporis formam Olibrium præfectum quemdam, impurum primò procum, & mox acerrimum virginitatis ſuæ ac religionis hoſtem tyrannumque experta eſt. Nec minor eſt martyrii ſimilitudo:* Reginam *enim æquè ac Margaritam carceri mancipatam, Olibrius poſt oblata diis ſacrificia poſtero die tam immaniter virgis cædi dilacerarique juſſit, ut ipſe* impius & crudelis præfectus chlamide ſibi faciem cooperiret & averteret ſe: *utramque*

AUCTORE C. S.

lampadibus peruri, ac deinde in vase aquâ pleno suffocari, tandemque cùm ea disruptis vinculis frustra tentaret, securi percuti imperavit. Denique utrique in ergastulo apparuit columba cruci insidens, iterumque apparuit postmodum coronam ore deferens; utriusque etiam anima angelorum ministerio in cælum provehi visa est. Non lubet igitur Acta illa, quæ sub Theophili nomine circumferuntur, excudere, ne fabulis opus farciam: quare ad alia examinanda progrediamur.

Alia breviora

8 *Præter jam enumerata discussaque ægrapha, habemus duo alia, quorum primum depromptum est ex Ms. Ultrajectino; illius initium est:* Temporibus Maximiani imperatoris; sub Olibrio præside passa est Regina virgo, Clementis cujusdam gentilis unica filia. *Alterum, quod unde acceperimus, ignoro, priori omnino simile est, nisi quòd omisso Maximiani imperio ita exordiatur:* Sub Olibrio passa est sancta virgo Regina, Clementis cujusdam gentilis unica filia. *Hujus exemplar edidit Mombritius tom. 2, sive quòd alia non viderit, sivè quòd hoc reliquis præferendum censuerit. Et sanè omnibus*

B *Mss. num. 2 citatis multò purius est nihilque continet; quod fabulam tantopere sapiat, ut propterea rejiciendum censeamus. In utroque exemplari deest Prologus Theophili, qui etiam ad Martyris carcerem nusquam apparet; desunt prolixæ orationes, quæ quindecim annorum puellam minimè sapiunt; nihil hîc de morte matris, nihil de nutrice Christiana, nihil de pascendarum ovium cura legere est; sed mox ab impuro Olibrii erga castam Virginem amore auctor exorsus, ejusdem martyrium enarrat, idque cum iis adjunctis, ut nihil proferat, quod fidem superet, aut magnopere suspectum esse queat, si solam Crucis & columbæ apparitionem excipias. Vide Acta num. 3.*

& sinceriora,

9 *Quare ego vehementer suspicor, jam exposita Acta auctori Passionis S. Margaritæ præluxisse, qui insulsas eis fabellas immiscendo, illa Margaritæ adaptaverit. Ratio, cur id suspicer, est tum quòd quæcumque in* S. Reginæ *Actis dicuntur, in illa etiam legantur, sed amplificata minúsque verisimilia: contrà verò quæcumque in hac præterea habentur, maximam*

C *partem aut absurda sint, aut suspecta: tum etiam quòd prædictæ Passionis auctor manifestus impostor sit, quemque proinde suspectum de plagio non immeritò habeamus. Suspicor secundò Theophilum, de quo suprà, Acta hæc ex Margaritanis adulterâsse, prout dicta à num. 3 satis clarè insinuant. Porrò Acta illa, sive sinceriora sive adulterata, antiqua certè sunt, cùm Usuardus seculi IX martyrologus elogium Sanctæ ex alterutris haud dubiè desumpserit, dum ait:* In territorio Augustudunensi, sanctæ Reginæ virginis, quæ sub proconsule Olibrio, equulei, carceris ac lampadarum perpessa supplicia, tandem capitali sententia finiri est jussa: *quæ tormentorum genera in illis exprimuntur. Eadem etiam nota fuerunt Rabano ejusdem seculi scriptori; citat enim illa ad hunc diem dicens:* Ædua civitate in Galliis, loco Alisiana, natale sanctæ Reginæ martyris, cujus gesta habentur.

suspecta tamen, excudemus.

10 *Ex hactenus dictis conficitur, prolixiora Acta, quæ sub Theophili nomine circumferuntur, meritò ab eruditis rejici, ac prælo indignæ esse: at de brevioribus idem judicium ferre non ausim, cùm iis vitiis careant, quæ prioribus fidem merito adimunt. Nec tamen ea ut sincera* D *probare possum, tum quia illud columbæ Cruci è cælo demissæ insidentis & Martyrem adhortantis prodigium, nescio quid fabulæ aut incertæ vulgi traditionis sapit; tum etiam quia breviora hæc à sanioris judicii viro è prolixioribus contrahi potuerunt. Itaque cùm res incerta sit, ego illa ex Ms. nostro Ultrajectino cum editione Mombritiana collato, pro incertis suspectisque recudam, liberum lectoris judicio relinquens sive ea ut talia mecum admittere velit, sive ut falsa rejicere.*

Translatio & miracula edenda.

11 *Hisce subjungam Translationem sacri corporis ex suo Alesiensi sacello ad Flaviniacense Ordinis S. Benedicti cœnobium anno 864 factam per venerabilem Egilum, tum temporis istius loci abbatem, ac postmodum Senonensem archiepiscopum. Exstat ea Translatio apud Violium in Apologia, in septem lectiones dispertita, prout in Flaviniacensi Breviario ad diem* XXII *Martii recitanda præscribitur. Eamdem excudit Mabillonius sec.* IV *Benedict. parte* 2. *Porrò Violius affirmat, ejusdem auctorem rei gestæ synchronum esse; quod quidem non negamus: cum huic opinioni nihil contrarium contineat, videaturque scripsisse ante Egili archiepiscopatum, cujus non meminit; ad quem ipse jam evectus erat anno* 866, *quo concilio Suessionensi* III *subscripsit. Primæ Translationi subjungitur secunda pro octava ejusdem Officii lectione. Hæc alium auctorem incerti temporis habet, estque propriè brevis exhortatio ad Flaviniacenses monachos, ut quemadmodum festum Translationis eòusque celebrârant, impostèrum etiam sacri corporis in argenteam thecam tum primùm depositi memoriam celebrent. Tempus, quo id contigit, non assignat, nisi quod monachos alloquens ait:* Gratias itaque debetis Virgini, immò illi, cui certaverat ipsa, Domino; quia quod prædecessorum vestrorum delatio per multorum temporum præterimisit cultricula, hoc hodie adimplevit vestræ devotionis vigilantia: *unde discimus, hæc diu post primam translationem contigisse. Cùm verò ista octava lectio præter exhortationem, ut monui, nihil contineat quàm quòd sacrum corpus ex theca lignea in aliam argento auroque decoram translatum fuerit, sufficerit eam Commentario inseruisse. Denique laudatus Violius lectiones aliquot vetusti Breviarii Flaviniacensis edidit, quibus aliqua miracula recitantur facta in Alesiensi sacello, priusquam Sanctæ corpus indè ad Flaviniacenses translatum fuisset. Quis harum lectionum auctor sit, vel ex cujus Opusculo fuerint excerptæ, incompertum mihi est: at quisquis ille fuerit, liquet, eum scripsisse intra annos circiter* 865, *quo Egil ad Senonensem archiepiscopatum evectus, &* 870, *quo obiisse dicitur apud Mabillonium seculo* IV *Benedict. parte* 2. *Id verò ex eo patet, quòd infrà num.* 4 *auctor de Egilo tum superstite dicat:* Penè exciderat, quod ... ab eodem tunc venerabili abbate Egili, nunc Metropolitanæ Senonum episcopo mihi relatum deperire non patior.

Martyrii tempus incertum

12 *Tempus, quo Sancta passa est, omnino incertum est. Bailletus, qui tom.* 3 *de Vitis Sanctorum, omnem fidem Actis* Reginæ *denegat, de causa ac tempore martyrii conjecturas suas dubitanter proponit his verbis, sed Gallicè exaratis:* Non incredibile est, Virginem quamdam istius (Reginæ) nominis, quæ fidem suam contra Idololatras seculo III sub imperio Aureliani, aut alterius imperatoris pagani, vel virginitatem

suam

A ſuam tutari voluerit ſeculo v contra Wandalos, Suevos, Alanos aliosve barbaros, qui id temporis Gallias vaſtabant, & ſub quibus ingens martyrum multitudo paſſa eſt; non eſt, inquam, incredibile, Virginem illam ſimili ex cauſa profuſo ſanguine, mortales exuvias ſuas civibus ſuis reliquiſſe, qui inde occaſionem arripuerint memoriam ejuſdem conſecrandi. *Secundum Bailletum igitur, qui ſanctæ Virginis martyrium dubium & tantùm non incredibile facere videtur*, Regina *ſeculo* III *aut* V *paſſa eſt. Georgius Violius in Vita Gallica, ſub Decio imperatore coronatam putat; Ultrajectinum apographum, dè quo ſuprà meminimus, ſub Maximiano, Herculio ſcilicet, qui circa annum* 286 *Gallias ingreſſus multos Chriſti fideles è medio ſuſtulit. Quid ex his verius ſit, cùm argumenta deſint, non perſpicio. Verumtamen Bailleti opinio de martyrio à Wandalis aliisve barbaris ſeculo* V *ob Virginitatis ſtudium illato, mihi minùs probabilis apparet, cùm ſine ullo fundamento recèns excogitata & antiquis martyrologis contraria ſit, qui Sanctam ſub quodam præfecto paſſam aiunt;*
B *quod ſanè barbarorum incurſiones non ſapit. Itaque cùm de martyrii tempore nihil certum aut ſolidè probabile antiquitas ſubminiſtret, malui de eo nihil ſtatuere, quàm in tenebris palpando divinare.*

Aleſia Sanctæ palæſtra: locus ſepulturæ.

13 *De palæſtra Martyris & ſepulturæ loco certiora habemus: omnes enim cùm antiqui tùm recentiores martyrologi non alium certaminis locum, quàm* territorium Auguſtodunenſe, *vel* Aleſiam *aſſignant. Fuit porrò Aleſia, quam alii Alexiam nuncupare malunt, potens olim ac munitiſſima civitas & Mandubiorum caput, de qua in Commentariis ſuis non ſemel meminit Julius Cæſar, à quo & expugnata eſt & deſtructa dicitur. Utrùm verò vicus ille, qui modò in Aleſienſi ſeu Alexienſi pago* (*indigenis* l'Auxois) *ſub ejuſdem nomine viſitur, veteris Aleſiæ ruinis impoſitus ſit, an non procul inde conditus, non ſatis conſtat. Michaël Baudrandus in Geographia, de hodierna Aleſia hæc habet:* Aliſe vicus Burgundiæ ducatûs in Alexienſi tractu & in limite Dueſmenſis pagi in colle ad amnem Brenne, teſtibus Vigenero & Paradino, ad cujus radices ſitus eſt pagus SAINTE REYNE dictus, ſeu fanum S. Reginæ, & unâ tantùm leucâ diſtat à Flaviniaco *&c.*, *eſtque diœceſis Auguſtodunenſis. Sunt nonnulli, qui Aleſiam cum fano* S. Reginæ *confundunt: at Martinierius Hiſpaniarum regis geographus in Dictionario ſuo geographico, anno* 1726 *excuſo, monet, utrumque locum in Mappis Jaillot & de l'Iſle diſtingui. Ceterùm poſterior vicus ſepulturâ ſanctæ Martyris, incertum quo ſeculo, nobilitatus, ejuſdem nomen obtinuit, eidemque procul dubio ſua debet initia ac qualecumque incrementum, ob frequentiſſimum peregrinorum concurſum, qui etiam poſt tranſlatum ad Flaviniacenſes ſanctæ Virginis corpus hodiedum perſeverat, ut infrà oſtenſuri ſumus.*

C

Exploditur Tamayus, qui Sanctam in Hiſpania

14 *Quare non poſſum ſatis admirari ſomnia Joannis Tamayi, qui in Martyrologio ſuo contendit, eam in Hiſpania martyrium ſubiiſſe, indéque ejuſdem ſacrum corpus in Burgundiam fuiſſe tranſlatum. Quippe ad præſentem diem ſic annuntiat:* Apud Aleſiam in confinibus Luſitaniæ & Carpetaniæ in Hiſpania, S. Reginæ virginis & martyris, quæ ab Olybrio Hiſpaniarum proconſule comprehenſa propter Chriſti fidem, cùm nec idolis litare, nec ab Sponſo recedere cæleſti voluiſſet, agonem feliciter explevit. Cujus ſacra pignora Auguſtodunum tranſlata, ibidem honorificè conduntur. *In Annotatis objicit ſibi martyrologorum ſcriptorumque auctoritatem, qui* S. Reginæ *natalem* in Auguſtodunenſi territorio *annuntiant: verùm facilis ei videtur reſponſio, dicendo, hos omnes intelligendos eſſe* de feſto Tranſlationis, non verò Paſſionis, cùm hæc accidiſſet in Hiſpania in oppido Aliſia. *Sed unde, quæſo, hæc didicit Tamayus? Non aliunde quàm ex ſuppoſititio Luitprando.* Omnia hæc, *inquit*, mihi ſuppeditavit Luitprandus in Adverſar. num. 64, fol. 471, in codice D. Laur. Ramir.; ubi hæc verba: " VII Septembris paſſa eſt „ S. virgo & martyr Regina apud urbem Ali„ ſiam in confinibus Luſitaniæ & Carpetaniæ, „ ſub Olybrio præfecto Hiſpaniarum, ſub Dio„ cletiano: cujus reliquiæ delatæ ſunt ſub Sar„ racenis ad territorium Auguſtodunenſe „. *Quid de Luitprandi adverſariis cenſendum ſit, nôrunt eruditi & videri poteſt tum apud alios, tum apud Papebrochium noſtrum in Reſponſionibus parte* 2, *art.* 15, *ſect.* 369 *& alibi, ubi lector deprehendet, ea nullius fidei eſſe figmenta & Luitprando impudenter ſuppoſita.*

D

15 *Riſum movit idem martyrologus, dum commenta iſta ex ipſis Sanctæ Actis confirmare nititur mirabili argumento. Audi ipſum:* Nec his contradicunt Acta à Mombritio tom. 2, fol. CL & Petro de Natalibus lib. VIII, cap. XLVII recenſita: quia ibidem non refertur, an Aliſia urbs fuerit in Gallia, aut in Hiſpania: quinimo pro Hiſpania ſtat textus Actorum ibi: " Dum „ autem Olybrius præfectus tranſiret de Aliſia „ in Maſſiliam „: ergo (*infert*) de Hiſpania in Galliam, cùm utriuſque provinciæ præfecturam haberet. *Quis non rideat mirabilem Tamayi dialecticam? De Aliſia Olybrius tranſivit in Maſſiliam: ergo de Hiſpania in Galliam: quaſi verò Aleſia Hiſpaniæ urbs ſit, non Galliæ in Burgundia. Ejuſdem furfuris ſunt, quæ ibidem in Actis comminiſcitur de* Reginæ *patria familiaque.* Regina virgo ſanctiſſima (*verba Tamayi ſunt*) ex urbe Aliſia in finibus Luſitaniæ & Carpetaniæ Hiſpaniæ poſita, oriunda patrem habuit Claudium Clementem Reginum, qui Caravaccæ in Hiſpania ſiſtens, familiæ Reginarum oppidi illius originem dedit, necnon oppidum in Bæturia Turdulorum prope Arſam & Phornacium conſtruxit, quod adhuc REGINA dicitur, ab urbe Llerenenſis in Extremadura VIII milliaria diſſitum.

E

paſſam nec tamque fuiſſe.

fruſtra perſuadere conatur.

16 *Habes lector*, S. Reginam *Aleſienſem ex Tamayi judicio non modò paſſam in Hiſpania, ſed etiam natam ex illuſtri familia Reginarum. Audi nunc aſſertum ſuum probantem:* Probationi, *ait*, adſit Julianus archipresbyter Toletanus in Adverſ. num. 542, fol. 125; ubi poſtquam aliarum familiarum à Romanis originem trahentium meminiſſet, proſequitur: " Sic in „ tractu Caravacenſi genus Reginarum trahit o„ riginem & à S. Regina virgine & martyre & „ à patre ejus Claudio Clemente Regino „. *Hæc Tamayus; cujus fabulis referendis refutandiſque ne diutius immorer, dixiſſe ſufficiat, adducta Juliani adverſaria, non ſecùs atque Luitprandi, apud eruditos pro ſuppoſititiis haberi. Obſervo tantùm prætenſum Julianum, ipſo Tamayo teſte, cum Tamayo pugnare, cùm dicat,* S. Reginam noſtram Toloſæ in Gallia hac die fuiſſe martyrio coronatam. Sed hæc opinatio (*ſubdit Tamayus*) prorſus evaneſcit, & quia nullus ex martyrologis tale quid dixit; & quia Luit-

F

AUCTORE C. S.

Luitprandus (*æquè ac Julianus , ſuppoſititius ac nugivendulus*) antiquior Juliano , meliùs de loco agonis inſtructus , ad veritatis apicem acceſſit ; ideo potiùs illi (*imo neutri*) deferendum. *Sed de his nugis ſatis.*

§ II. Memoria Sanctæ in antiquis Martyrologiis : variæ feſtivitates : ſacellum & fons Aleſiæ : ſodalitium & templum Pariſiis erecta : cultus aliò propagatus.

Dies Martyris natalis

AB obſcuris incertiſque ſanctæ Martyris Actis ad celebrem ejuſdem gloriam poſthumam progredior. Martyrologium Romanum eam ad hunc diem cum ſequenti elogio annuntiat : In territorio Auguſtodunenſi ſanctæ Reginæ virginis & martyris , quæ ſub proconſule Olybrio, carceris , equulei ac lampadarum perpeſſa ſupplicia , demum capitali ſententiâ damnata , migravit ad Sponſum. *Deſumpta hæc ſunt ex genuino Uſuardi textu , quem num.* 9 *recitavimus. Dum autem eminentiſſimus Baronius notat, ejuſdem Martyris memoriam a Beda & Adone celebrari , non videtur intelligendus de puris eorum Faſtis , ſed de auctariis ; quale forte eſt elogium , quod Dominicus Georgius in Adoniani Martyrologii Romana editione anni* 1745 *, conſcriptum refert in tribus codicibus olim ſereniſſimæ reginæ Suecia , nunc Vaticanæ bibliothecæ , quorum primum , ſignatum* num. 511 *, exaratum putat ſeculo* XI *, duos reliquos notatos* num 512 *&* 514 *, ſeculo* XII. *Elogium autem circa finem nonnihil vitioſum eſt hujuſmodi :* Apud Aleſiam , quæ olim fortiſſima civitas à Julio Cæſare fuerat deſtructa , natalis ſanctæ Reginæ virginis , quæ ſub Olibrio proconſule pro Chriſti fide publicè virgis cæſa , poſt carcerem & eculei extenſionem , poſt turpiſſimam denudationem & ignis exuſtionem , tandem capitali ſententiâ juſſa eſt finiri. Sicque ſpiritus cæleſtia petens , truncus corporis terræ hærens. Fiunt loco ejus ſepulturæ creberrima miracula.

in Martyrologiis :

18 Hunc ſimile legitur elogium in Florario noſtro Ms. , ſed paulo corruptius. Ipſius initium eſt : In pago Auguſtunenſi apud Aleſiam. *Additur , Virginem annorum quindecim fuiſſe , cùm paſſa eſt ; quod ex ejuſdem Actis pariter depromptum eſt. Frequens etiam* S. Reginæ *mentio reperitur in Calendariis , quæ Martenius tom.* 3 *Anecdot. edidit , quæque* antiquiſſima *appellat : item in vetuſtis Martyrologiis , quæ laudatus editor tom.* 6 *Collectionis ampliſſ. vulgavit. Verùm cùm ſanctæ Martyris antiquus cultus extra omnem controverſiam ſit , tam horum quàm neotericorum annuntiationes prætereo. Unam tamen addo ex Martyrologio Flaviniacenſis in Burgundia abbatiæ , quod tum Martyris palæſtram tum locum , ad quem ipſius ſacræ exuviæ tranſlatæ fuerunt , his verbis aſſignat :* VII Idus Septembris , in Gallia , territorio Eduorum , nuncupato loco Aliſia , quæ olim fortiſſima civitas , ſed à Julio Cæſare fuerat deſtructa , natalis ſive paſſio ſacratiſſimæ domnæ Reginæ virginis & martyris Chriſti , cujus per omnia venerabile & ſanctiſſimum corpus anno Incarnationis Domini octingenteſimo ſexageſimo quarto , XII Kalendas Aprilis cum divinis laudibus , innumerâ comitante catervâ , delatum ad Flaviniacum cœnobium , nobiliterque reconditum , utroque loco crebris coruſcat miraculis. *Ita ex laudato Martyrologio Violius , qui & ſubdit :* In Martyrologiis S. Joannis Reomenſis (vulgò Mouſtier S. Jean) atque beatæ Mariæ Semurenſis eadem planè verba reperiuntur.

aliæ feſtivitates

19 *Annuntiationes hucuſque allatæ agunt de die natali , ſive quâ Virgo martyrium Aleſiæ conſummâſſe perhibetur : præter hanc alias ejuſdem Sanctæ feſtivitates recenſet Violius ; & primò quidem ex Martyrologio Flaviniacenſi hæc habet :* XII Kal. Aprilis , Flaviniaco Adventus & exceptio corporis ſanctæ Reginæ virginis & martyris Chriſti. *Obſervat autem feſtum hoc , licèt* XII *Kalendas Aprilis annuntietur , tantùm* XI *Kalendas ejuſdem menſis celebrari , quia pridie ſolemnitas S. Benedicti occurrit : verùm infra à num.* 33 *oſtendemus , exceptionem reliquiarum non* XII *ſed* XI *Kalendas reipſa Flaviniaci contigiſſe. Rurſus idem ſcriptor cap.* 16 *Vitæ meminit alterius feſtivitatis , quam tum Aleſiæ tum Flaviniaci* XIII *Julii quotannis agi affirmat. Verba ejus ex Gallico accipe :* Celebratur etiam aliud feſtum XIII Julii tam Flaviniaci , quàm Aleſiæ , ſub titulo Revelationis corporis S. Reginæ , dum ſacrum ejus corpus , quod ſub ara templi principe depoſitum fuerat , exhumatum eſt , pretioſæ ex argento deaurato thecæ includendum. Diſcimus autem ex vetuſtis legendariis Calendariiſque , præſertim Burgundicis , ceremoniam illam frequenter nuncupatam fuiſſe titulo Revelationis aut Detectionis.

in recentioribus

20 *Denique idem Benedictinus citato loco hæc ſcribit :* Die Dominica ante vel poſt Pentecoſten inſtituitur (*Flaviniaci*) generalis ſupplicatio à religioſis , clero & populo , comitante magnâ peregrinorum turbâ , qui omnes Aleſiam contendunt , ubi eſt prodigioſus S. Reginæ fons : inter ceteras verò reliquias eò deferuntur Sanctæ caput ac catena , quâ virgo quædam , quæ Reginam repræſentat , accingitur. *Hucuſque ex Violio. Andreas Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ad diem* XVII *Martii quamdam reliquiarum Elevationem ita commemorat :* Item in Æduis apud Flaviacum (*lege* Flaviniacum) aſceterium Elevatio reliquiarum S. Reginæ, cui cultus illic copioſus à fidelibus rependitur , ad ejus opitulationem concurrentibus ob miram fontis virtutem , qui meritis ejus morborum vim curandorum mirabilem recepit , perenniterque poſcentibus opem Virginis medelam impendit ſalutarem. *Bailletus in Vitis Sanctorum tom.* 3 *, pag.* 63 *, pro ejuſdem Elevationis memoria die* XVII *Martii præter Sauſſayum laudat Molanum & Bollandum , id eſt Acta noſtra : ſed in poſteriori Opere tantùm inter Prætermiſſos ex Sauſſayo recenſetur : Molanus verò in ſuo Uſuardo ad prædictum diem agit de Elevatione corporis S. Reginæ viduæ Dononienſis in Belgio , non Virginis martyris Aleſienſis in Burgundia. Idem fit in Natalibus Sanctorum Belgii ad diem* 1 *Julii , ubi dicitur :* Decimo ſexto Calendas Aprilis apud Dononium Elevatio corporis ſanctæ Reginæ. *Ex quibus omnino veriſimile fit , Sauſſayum & poſt hunc Bailletum hallucinatos fuiſſe , & S. Reginam Aleſienſem cum Dononienſi confudiſſe. Per errorem numeri pariter factum eſt , ut in Opere noſtro inter Prætermiſſos ad diem* XXXI *Martii elevatio corporis* S. Reginæ *Aleſienſis*

A *sis poneretur ex Bibliotheca Ms. Labbei tom.* I, *pag.* 272 : *etenim ibi quidem de ea sit mentio* IJ Kal. Aprilis ; *at* IJ *malè ponitur pro* XI.

Sacellum prope Alesiam antiquitus

21 *Nunc loca quædam, in quibus Sancta cultum singulariter obtinuit, recenseamus. Alesiæ, quam num.* 13 *Martyris palæstram diximus, vel potiùs in vico Sanctæ nomine insignito antiquissimam venerationem habet. Supra ipsius sepulcrum ad Alesiani montis radices exstructum antiquitus sacellum, additumque monasterium fuit : at quo seculo ignoratur. In Ms. quodam recentioris anonymi, quod ex archivio Flaviniacensi accepimus, dicitur sacellum istud jam exstitisse tempore S. Germani episcopi Autissiodorensis, id est ante medium seculi* V : *quod quidem non nego, verumtamen Acta S. Germani, quibus anonymus ille nititur, id neutiquam probant. Juverit locum ab anonymo laudatum ex S. Germani Actis, quæ in Opere nostro tom.* VII *Julii data sunt, lectori exhibuisse : itaque pag.* 215, *num.* 55 *de S. Germano hæc scribit Constantius presbyter, Actorum scriptor contemporaneus vel coævus :* Præterire silentio impium
B puto, in Alisiensi loco absens quantum virtutis operatus est. Erat illic presbyter, Senator nomine *&c. Laudatus anonymus* S. Reginæ *templum seu sacellum hîc designari ait, in eoque Senatorem presbyterum ministrâsse : sed cùm hæc opinio non alio fundamento nitatur, quàm quòd* in Alisiensi loco *habitâsse dicatur, omnino infirma est, cùm templum istud cuidam alteri Calitum potuerit fuisse dicatum.*

ipsi erectum,

22 *Nolim tamen negare, sacellum istud jam tum exstitisse, in eoque divina administrâsse Senatorem : at nihil occurrit, quo ea opinio solidè probetur. Certò tamen exstabat, diuque exstitisse poterat seculo* VIII *adolescente, ut constat ex testamento Wideradi, condito die* XV *Kal. Februarii,* anno primo regnante Theodorico rege, *Calensi scilicet, ut ostendit Mabillonius Seculo* III *Benedictino, parte* 2, *à pag.* 683, *ubi totum recitat, adeoque anno* 721. *Porro in eo ad rem nostram hæc ait Wideradus :* Quapropter dum non habetur incognitum, qualiter dispen-
* *l.* habendum sante Deo, ad abendum * loca Sanctorum Andochii Sedelocense & S. Reginæ Alsinse & Ferreoli, ubi ipsi pretiosi requiescunt in corpore,
C in mea cura suscepi. *Deinde post aliqua multas possessiones* S. Reginæ *sacello donat :* Similiter, *inquit*, donamus ad basilicam S. Reginæ, ubi ipsa pretiosa requiescit in corpore, in pago Ternodrinse Vibelum, Cicunias, Anciacum, Rabarias. In pago Leotincinse Villam-Maurianæ, Altam ripam, Baniolum. In pago Duismense Stafiacum, Colubarium, Vilnovetum. In pago Ammaviorum Cariniacum & Casellas. In pago Portinse Aviciacum & Puscionem. In pago Athoariorum Pussessionem. *Ita apud laudatum Mabillonium, apud quem lector recensita loca Gallicè versa reperiet. Idem instrumentum exstat apud Violium in Apologia, sed verbis hinc inde modicè mutatis. Porrò ex dictis liquet, templum istud seculo* VIII *à Wideradó, qui Flaviniacensi Martyrologio cum* Beati *&* Sancti *titulo adscriptus est, multis donis auctum fuisse. Laudatus Mabillonius pag.* 688 *censet, clericos Wideradi tempore divina officia in eo peregisse : at postmodum cessit Benedictinis Flaviniacensibus, nunc verò à Patribus Minoritis incolitur.*

ubi fons scaturit

23 *Visitur ibidem in sacello fons quidam mirabili ad pellendos morbos pollens virtute, multisque salutaris : hinc ingens peregrinorum affluentia, quæque sanitatis fidelium ad eum concursus. Meatius in Filia heroica, sive* S. Reginæ *Vitâ Gallicè vulgata, satis prolixè de hoc fonte disputat contra eos, qui admirabiles istas medelas nativæ fontis salubritati, quàm Sanctæ opitulamini adscribere malunt.* Non ignoro, *inquit*, quosdam contendere ausos, quòd, cùm aqua ista metallica sit, ejus mirabiles effectus occultæ cuidam ejusdem virtuti attribuendi sint, nec ad singularem, quæ naturam superet, vim à S. Regina inditam recurrendum. Sed novi pariter, eruditos hujus seculi medicos, qui eo in loco diu morati sunt, aliter sentire : fatentur enim, habere eam aliquid singulare, quodque naturæ vires excedat, quare omnino credendum, medelas, quas confert, esse omnino miraculosas. *Id porrò probare nititur ex eo, quòd non sicut reliqui fontes metallici, aliquot tantummodò morbos pellat, sed omnes. Tandem sic concludit :* Experientia miraculorum, quæ indies ibidem obtinentur, solidum argumentum sunt, quo pertinaces convincantur : velim equidem, criticos istos, qui nihil credunt, quia non satis credunt, locum istum sanctitatis pie- E
tatisque lustrare, ut conceptum errorem deponant. Arbitror sanè fore, ut tapes illa fulcrorum similiumque anathematum, quâ S. Reginæ sacellum ornatur, siniſtrum eorum corrigeret judicium de veritate prodigiorum, quæ prædicti fontis vi obtinentur, cujus aquis Sancta opitulamina sua præcipuè annexuisse videtur. *Ita ipse pro Sanctæ gloria piè perorat : nec improbabiliter, cùm tam frequens quorumcumque, si veræ narret, morborum medela nativæ fontis salubritati non facilè adscribi posse videatur.*

multis salutaris

24 *Non est quidem mei fori litem hanc, quæ ad medicos spectat, dirimere : non possum tamen non admovere ea, quæ ad eam gloriam Sanctæ vindicandam faciunt. Pro hac certè stat non modò vulgi sed & Galliæ scriptorum sententia, qui* S. Reginam *ab hoc fonte celebrare non dubitant. Claudius Robertus Galliæ Christianæ pag.* 579 *de sancta Martyre sic ait :* Diva mirum habet fontem Alexiæ, varios quotidie sanantem morbos. *Similiter Benedictini Galliæ Christianæ scriptores tom.* 4 *aucti Operis, col.* 455 *de Flaviniaco agentes :* Illic beatæ Reginæ coluntur reliquiæ, celebris ex fonte in vico F
Alexiæ, qui variis quotidie medetur morbis. *Andreas Chesnius in Antiquitatibus Galliæ lib.* 6, *cap.* 6 : Exstat ecclesia in eo pago Alesiensi dicata S. Reginæ, ibidem olim martyrio coronatæ, in qua visitur fons ex monte Alesio (*Gallicè est*, mont-Auxois) ortus, qui varios morbos miraculosè sanat. *Ejusdem planè opinionis fuit Georgius Violius, ut num.* 20 *vidimus, & Andreas Saussayus, cujus verba eodem numero recitavimus. De vulgi sensu abunde constat ex frequenti ad fontem concursu.*

& peregrinorum concursu celebris.

25 *Addo, quæ in hoc argumentum annotavit Papebrochius noster in libello Ms. de suo ex urbe Roma in Belgium reditu, quæque prædicta omnia non parùm confirmant. Pag.* 239 *hæc ait :* Vecti sumus (*anno* 1662, III *Augusti*) ad S. Reginæ ædiculam, quam Patres Observantes habent, juxta quam novum ipsi sibi monasterium constituunt : nec longè inde ædificatur hospitale capax peregrinorum. Ad ingressum ædiculæ in siniſtro latere fons occurrit, illo è loco scaturiens, ubi creditur martyrium passa : cujus aqua undique expetitur. Miraculorum & accurrentium frequentiam multitudo anathematum de-

AUCTORE C. S.

clarat, earumque officinarum, in quibus imagines, rosaria, numismata aliaque hujusmodi venduntur. *Hæc sanè communem accolarum sensum miraculorum beneficiorumve frequentiâ comprobatum luculentiùs declarare videntur, quàm ut ea Sanctæ gloria, quæ ipsi ex miserorum medela tribuitur, sine solido fundamento tutò possit impugnari.*

Sodalitia & templum

26 *Præter Alesiam & Flaviniacum in Burgundia, quorum prior Sanctæ sepulcrum, aliud sacrum corpus veneratur, alia quædam loca* Reginæ *cultui consecrata reperio. Violius cap.* 18 *Vitæ scribit, circa initium seculi* XVII *celebre utriusque sexûs sodalitium sub patrocinio & invocatione* S. Reginæ *Alesiensis Parisiis in parœcia S. Eustachii institutum fuisse, quod deinde Paulus V. PP. anno Pontificatus sui* IV, *Christi* 1608, III *Kalendas Septembris confirmârit, variisque indulgentiis exornârit per Bullam, quam ibidem asserit asservari. Institutionis occasio, ipso teste, præsertim nata est tum ex beneficiis, quæ Parisienses varii apud sacrum Virginis corpus obtinuerant, tum ex acceptione e-*

B *jusdem reliquiarum, quam presbyter quidam Flaviniaco acceptas eò detulerat. Addit in eodem sodalium sacello varia miracula, patrocinante Sanctâ, impetrata fuisse, atque inde factum, ut societas illa una è celeberrimis & frequentissimis Parisiorum, imò totius Franciæ evaserit. Bailletus de eodem sodalitio, quod pariter* celebre *appellat, scribit, festum Translationis reliquiarum, quas Flaviniaco eò delatas diximus, ibidem quotannis agi Dominica Sexagesimæ.*

Parisiis: cultus ipsius Divione, olim Osnabrugi

27 *Idem Bailletus duo alia loca ejusdem Sanctæ veneration dicata commemorat:* Neque hic *(inquit sermone Gallico)* solus est in urbe Parisiensi locus, in quo S. Reginæ cultus stabilitus est: præter aliud sodalitium in parœcia S. Pauli, templum etiam proprium habet, cujus ipsa est tutelaris. *Similiter Simon Mothier in Observationibus Martyrologio Romano Gallicè edito adjectis utriusque sodalitii sic meminit:* Parisiis in S. Eustachii & S. Pauli celebres sunt sodalitates in ipsius honorem institutæ. *Divione ducatûs Burgundiæ metropoli specialiter etiam colitur: cujus rei fidem facit Officium proprium,*

C *cujus apographum penes me est, notaturque:* Ad usum sanctæ regiæ cappellæ Divionensis, *impressum anno* 1662. *Officium præscribitur ad diem* VII *Septembris ritu duplici majori, lectiones* I *Nocturni sunt ex libro Ecclesiastici* Confitebor tibi Domine Rex: *secundi Nocturni propriæ sunt ex ipsius Vita vitiosa concinnata; pro tertio Nocturno Evangelium ex cap.* 25 *Matthæi de communi Virginum cum homilia S. Augustini* Serm. 23 de verbis Domini *præscribitur. Præterea Osnabrugum, episcopalis in Westphalia civitas, eam ecclesiastico Officio ac fortè etiam majori festivitate olim venerabatur: quippe in Breviario pro tota illa diœcesi anno* 1516 *edito Officium novem lectionum de ea ad* VII *Septembris celebrandum proponitur, ejusdemque urbis Annales ac alia quædam monumenta de cultu alicujus S. Reginæ hincinde meminerunt, quam Alesiensem Martyrem fuisse, opinati videntur Osnabrugenses: qua de re* § V *disputabimus.*

& fortè in Anglia.

28 *In Anglia quoque cultam fuisse, asserunt Bailletus & Violius: aiunt enim, in sacello, quod à* S. Reginæ *sodalibus in S. Eustachii Parisiis frequentari diximus, memorabilem Sanctæ statuam è saxo exsculptam ad latus altaris collocatam esse,* quam mercator quidam *(verba Bailleti sunt)* detulit ex Anglia, ubi illius memoria ante schisma in magna erat veneratione. *Subdubito tamen, an Regina ista non fuerit una ex S. Ursulæ Sociabus, inter quas aliquam istius nominis fuisse, scribit Crombachius in Vindiciis Ursulanis tom.* 2, *lib.* 8, *cap.* 28. *Verùm hæc mea suspicio non alio nititur fundamento, quàm quòd Regina, S. Ursulæ socia, præ quavis alia in Anglia culta videri possit, cùm ex ea insula oriunda aut saltem inde profecta credatur: quare cùm laudati scriptores certiora de ista effigie habere potuerint, eorumdem dicta placuit referre.* D

§ III. Translatio corporis Flaviniacum facta: quædam hujus solemnitatis adjuncta examinantur.

Corpus ex Alesiensi sacello Flaviniacum

E *Jacuerat jam aliquot seculis in Alesiensi sacello suo inhumatum sanctæ Martyris corpus, multisque inclaruerat miraculis, cùm post medium seculi* IX *ad Flaviniacense Ordinis S. Benedicti cœnobium solemniter translatum est, ubi hodiedum honorificè asservatur. Translationis occasionem & seriem scriptis mandavit anonymus quidam, de quo num.* XI *egimus: dabimus eumdem infrà, ideoque tantummodo quædam, quæ ad translationem illustrandam spectant, hìc exponemus. Facta dicitur ab Egilo abbate Flaviniacensi & Salacone Jonæ episcopi Æduensis suffraganeo, regnante Carolo Calvo. Egil, qui & Eigil & Eigilo appellatur tom.* 4 *Galliæ Christianæ auctæ, col.* 457, *post sponte dimissam abbatiam Prumiensem, à Carolo Calvo rege accersitus, Flaviniacensis cœnobii regimen adiisse dicitur anno circiter* 860 *vel* 863, *atque inde postmodum ad Senonensem archiepiscopatum evectus, in quo diem postremum clausit. Exstat ipsius Elogium sec.* IV *Benedictino parte* 2 *apud Mabillonium, qui eum titulo* venerabilis *exornat: ab aliquibus etiam* Sanctus *vocatur; in Opere verò nostro relatus est inter Prætermissos ad diem* I *Martii. De Salacone, sive Salocone, qui Jonæ episcopi vice abbati Egilo in translatione adjutor fuit, consuli potest laudatus Mabillonius pag.* 243.

F

translatum est anno 864, non seriùs,

30. *Hugo Flaviniacensis in Chronico Virdunensi apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ Mss., pag.* 121 *tempus factæ translationis sic exprimit:* Anno DCCCLXIV translatum est corpus sanctæ Reginæ virginis & martyris de Alesiæ civitate apud Flaviniacum castrum seu cœnobium, præsidente loco eidem, cujus erat juris civitas præfata, Ægilo abbate, postmodum Senonum archiepiscopo, regnante Carolo Calvo. *Hugoni consonat ipse Egilus, qui in charta fundationis cellæ Corbiniacensis apud Mabillonium pag.* 240, *inter cetera ait:* Anno DCCCLXIV, quod Verbum Caro factum est, dum apud Flaviniacum sequenti die post humationem sacri corporis Reginæ martyris, XI scilicet Kalendas Aprilis, unà cum Salocone, Jonæ Æduensis præsulis cathedræ coëpiscopo, . . . hilari residerem animo *&c. Hinc Mabillonius, Bailletus & Violius eumdem translationis annum tamquam extra controversiam*

A *troversiam positum assignant. Idem tenent Galliæ Christianæ scriptores Benedictini tom.* 4, *col.* 365 *in Jona : verum col.* 457 *id ipsum in dubium revocantes censent, translationem illam aliquot annos seriùs contingere potuisse. Egilo* abbate, *inquiunt*, translatum est corpus S. Reginæ, virginis & martyris, anno DCCCLXIV, ut ait Chronicon Flaviniacense; fortasse tamen seriùs aliquot annis: nam Saloco Dolensis episcopus . . . dicitur obiisse anno primo translationis S. Reginæ, qui tamen subscripsit concilio III Suessionensi anno DCCCLXVI.

ut suspicati sunt Galliæ Christianæ scriptores;

31 *Rationem dubitandi expendamus. Fateor, apud laudatum Hugonem pag.* 122 *legi :* Anno translationis sanctæ Reginæ primo obiit Saloco Dolensis episcopus Flaviniacensis monachus. *Nec inficior, eumdem ad annum* 866 *supervixisse : licèt enim illius nomen inter eos, qui concilio Suessionensi id temporis celebrato subscripserunt, non reperiam, invenio tamen in ejusdem concilii epistola ad Nicolaum Papam apud Labbeum tom.* 8 *Concil. col.* 838, *mentionem fieri* de Salacone Dolensi, adhuc quidem expulso, tamen

B superstite. *Verùm hinc nihil aliud conficitur, quàm quòd alterutro loco erraverit Hugo : quòd autem in assignando translationis tempore lapsus non sit, liquet ex memorata ipsius Egili charta, quo nemo melius id scire potuit.*

quod probatur.

32 *Adde, quòd si ista translatio aliquot annis post* 864 *contigisset, jam Senonensis archiepiscopus fuisset Egilus, dum eam instituit : quippe memorato concilio Suessionensi anno* 866 *jam ut talis subscriptus legitur. At verò eum tempore translationis nondum episcopum fuisse, omnino mihi persuadet Translationis auctor anonymus, qui nullum de ea dignitate verbum facit, quam tamen non videtur fuisse prætermissurus, præsertim cùm ibidem ejusdem Vitam usque ad translatum* S. Reginæ *corpus compendio tradens, minora non omiserit. Ait enim, eum turbulento reipublicæ tempore monasterio Prumiensi aliquamdiu strenuè præfuisse, abdicatáque sponte prælaturâ ibidem resedisse, cùm ad Flaviniacensem abbatiam evectus est*, ut illius laudabili conversatione, statum, quem optabant ardentiores, recuperaret. *Post hæc nulla facta aditi archiepiscopatûs mentione, translationem ab eo factam subjungit, ubique eum solo titulo* abbatis *condecorans. Manifestum itaquè est, Hugonem in emortuali Salaconis anno errâsse : quod mirum non est in scriptore duobus seculis juniore, quique tantò facilius in hoc potiùs quàm in memoratæ translationis anno falli potuit, quantò hæc præ illo Flaviniaci; cui abbas præfuit Hugo, memorabilior, celebriorque semper est habita. Præterea videntur laudati scriptores Galliæ Christianæ non advertisse ad ea, quæ priori loco de Jona Æduorum episcopo scripserant. Nam in primis aiunt :* Ejus (*Jonæ*) permissione anno DCCCLXIV sacras S. Reginæ martyris exsuvias transtulit Egil Flaviniacensis abbas. *De Salacone verò Jonæ coëpiscopo sic scribunt :* Cujus (*Jonæ*) nomine reliquiarum S. Reginæ translationi interfuit anno DCCCLXIV. *Fatentur igitur, translationem hanc contigisse sub Jona episcopo, & hujus nomine Salaconem ei adfuisse : atqui tamen secundum eosdem scriptores laudatus Jonas usque ad annum* 865 *non superfuit : quî potuit igitur prædicta translatio sub iis adjunctis aliquot annis post* 864 *contigisse ?*

33 *De die, quo præfata solemnitas peracta est, difficultas aliqua moveri posset. Martyrologium Flaviniacense apud Violium in Apologia pag.* 120, *de ea sic habet :* XII Kal. Aprilis, Flaviniaco Adventus & Exceptio corporis sanctæ Reginæ virginis & martyris Christi. *Notat autem laudatus Violius pag.* 81, *festum istud coli* XI *Kalendas ejusdem mensis, quia dies* XII *Kalendas, quo alias celebrandum fuerat, impeditur solemnitate S. Benedicti. Hisce consona sunt verba Egili in superiùs laudata charta fundationis cellæ Corbiniacensis : ait enim, se* anno DCCCLXIV, quod Verbum caro factum est, apud Flaviniacum sequenti die post humationem sacri corporis Reginæ martyris, XI scilicet Kalendas Aprilis unà cum Salocone, *qui ei adjutor fuerat, resedisse. Verum his contraria scribere videtur auctor Translationis; quem tamen Violius contemporaneum statuit. Auctoris verba audiamus :* Duodecimo Kalendarum Aprilium die *Egil* assumpto secum Salocone episcopo . . . , oratorium beatæ Virginis & martyris adiit . . . Ipse verò ligone sumpto, terram, quâ tegebatur sepulchrum, moliebatur dimovere.

AUCTORE C. S.

Inchoata est ea translatio XII *Kal. Aprilis,*

E

34 Hoc miræ magnitudinis repertum superinjecto pallio exornavit, & totam noctem cum Fratribus pervigil, ut par erat, humillima supplicatione consumpsit. *Hæc* XII *Kal. Aprilis acta sunt; quæ sequuntur, ad* XI *Kalendas pertinent.* Manè reducto, *inquit*, abbas sacris indutus & Saloco episcopus . . . divinum suffragium suppliciter exposcebant, *sacrumque Virginis corpus Flaviniacum, quod unâ tantummodo leucâ inde distat, solemniter transtulerunt, quemadmodum in Translationis historia inferiùs dicetur. Ex his luculenter liquet, corpus sanctæ Martyris non* XII, *sed* XI *Kalendas Aprilis Flaviniaci exceptum fuisse, adeoque id in Martyrologio ejusdem loci, malè dici factum* XII *Kalendas Aprilis. Liquet secundò, festum* Adventûs & Exceptionis corporis *rectè celebrari* XXII *Martii, non quia pridie ob solemnitatem S. Benedicti coli non potuit, sed quia revera die* XXII *contigit. Verum hic error exigui momenti est & sano sensu nullus : potuerunt scilicet Flaviniacenses Translationem ad diem* XXI *signare, quia tum detecto sacro loculo inchoata est : atque hoc modo etiam intelligendus est Egil, dum numero superiori ait,* sequentem diem post humationem sacri corporis *fuisse* XI Kalendas Aprilis.

& postridie perfecta.

C

F

35 *Violius in Vita Gallica cap.* 16 *quædam mirabilia translationi immiscet, quæ in anonymo, quem ipse excudit, non habentur, ac proinde suspecta mihi sunt. In primis ait, cultum Sanctæ id temporis usque adeo neglectum fuisse, ut locus sepulturæ ipsius jam ignoraretur; ac propterea cælestibus prodigiis, & columbæ præsertim indicio, quæ post aliquos per aera gyros sepulcro insederit, indicatum fuisse. Subdit, repertum saxeum tumulum cùm nullo operarum vi nisuque amoveri potuisset, facili negotio à Benedictinis monachis subtalum, sub eoque sacrum Martyris corpus, & juxta illud ejusdem caput suis crinibus ornatum, & catenam denique, quâ torta fuerat, inventa fuisse. Hisce tertium subdens miraculum scribit, abbatem Egilum, ut repertum corpus* Reginæ *esse, certiùs constaret, quædam ipsius ossa oculis cujusdam cæci admovisse : qui cùm exiguæ fidei esset, unius dumtaxat oculi usum mox obtinuerit; donec suæ incredulitatis pœnitens, postridie applicatis denuo reliquiis etiam alterius lumen receperit. Hæc ipse, circa quæ nunc quædam breviter observanda sunt.*

Miraculosa quædam translationi adjuncta, à Violio asserta,

36 *Trans-*

AUCTORE C. S. *non leguntur apud Translationis auctorem :*

36 *Translationis scriptor ait quidem, abbatum custodumque negligentiâ cultum* S. Reginæ *in Alesiensi sacello multùm viluisse ; at ejusdem sepulcrum ignoratum fuisse, nusquam tradit. Imò contarium satis manifestè insinuat, dum de eo tamquam optimè noto hæc scribit :* Triduano Fratribus indicto jejunio, XII Kalendarum Aprilium die, *Egil* assumpto secum Salocone episcopo, ... oratorium B. Virginis & martyris adiit : & instante fine diei psalmis & supplicibus aliis orationibus auxilium Divinitatis implorans, letaniam facere præcepit. Ipse verò ligone sumpto, terram, quâ tegebatur sepulchrum, moliebatur dimovere. Hoc miræ magnitudinis repertum, superinjecto pallio, exornavit *&c. Nullus hîc, ut vides, de ignorato sepulcro, nullus de cælestibus prodigiis sermo fit, nec priùs factus fuerat. Columbæ prodigium videtur aut Violius, aut alius, ex quo illud deprompsisse potuit, ab anonymo, qui simile quid narrat, mutuâsse & infideliter suo sensui adaptâsse. Anonymum audiamus.*

quid in iis verum B

37 Columbæ, *inquit*, illic (*prope Alesiense sacellum*) non nidificabant, & aliunde advolantes cerni erat insolitum : tamen egredientibus exequiis feretrum & cereos volatu præcedens, pluribus conspecta est ; & cùm aliquantulum progressa est, unde exierat, rediit, nec ibi tunc postmodum alicui visa : unde collectum est, columbam, quæ scribitur ejus certamini adfuisse, funeri repræsentatam, ut Martyri justa solventes fierent alacriores & de perseverante Dei gratia certiores. *Vehementer suspicor, columbam hanc Violio, aut quisquis illi præivit, occasionem dedisse scribendi ea, quæ de ignorato sepulcri loco ac prodigioso columbæ indicio refert, nisi fortè id ex aliqua traditione didicerit ; quæ tamen mihi omnino suspecta est, silente anonymo, qui, si contemporaneus est, ut vult Violius, miraculum istud nec ignorare potuit, si accidisset, nec debuit silere. Simile quid suspicari licet de cæco illuminato, ut de genuinis Sanctæ reliquiis constaret. Nihil enim de re tam memorabili in Translationis historia habet anonymus ; sed inter miracula inferiùs recudenda dicitur cæcus quidam in eodem sacello post translatum, quantùm apparet, sanctæ Martyris corpus, unâ nocte cùm quievisset, facto manè unius dumtaxat oculi usu donatus fuisse :* quod fortè ideo contigit, *inquit auctor*, quoniam plenam non promeruerat fidem. *Quamvis autem de alterius oculi sanatione nihil addat, tamen utriusque miraculi similitudo suspicionem mihi movet, ne primum ex posteriori malè confictum sit, præsertim cùm de eo sileat anonymus.*

C

videatur.

38 *De frustraneo operarum conatu in dimovendo saxeo loculo nihil etiam habet anonymus, quamvis hac in parte simile miraculum agnoscat. Verba ejus accipe :* Ergo abbas & Saloco episcopus sepulchrum adiêre, & saxeum tegmen tantæ magnitudinis, ut vix annisu multorum boum adduci posset, summa facilitate permoverunt, cunctis hoc Dei favore exhilaratis & præ magnitudine illius à lachrymis temperare non valentibus. *Denique, quæ de inventis sacris reliquiis addit, ea improbare non ausim ; etenim sancta Virgo revera abscisso capite martyrium consummâsse dicitur, & ejusdem corpus ac caput seorsum Flaviniaci asservatur ; idemque de catena asserit laudatus Violius, de quibus omnibus infrà sermo recurret.*

D

§ IV. Corporis in alias thecas translationes ; reliquiarum recognitiones & recensio : miracula quædam.

Sacrum corpus ex theca lignea.

V*Iolius in Apologia pag.* 82 *inter instrumenta, quæ pro se citat, alterius cujusdam translationis meminit in hæc verba, quæ ex Gallicis Latina reddo :* Decimum tertium (*instrumentum*) est antiqua quædam homilia, sive exhortatio facta per episcopum Augustodunensem, ut creditur, ad monachos Flaviniacenses, de Revelatione corporis S. Reginæ, dum sacra illius ossa translata fuêre è proprio martyrii loco (qui proximus fonti erat) in vico Alesia * : in qua oratione disertè fit mentio translationis prædicti sacri corporis ex Alesia Flaviniacum. Characteres faciunt, ut judicemus, instrumentum esse perantiquum : festum hujus Revelationis celebratur quotannis XIII Julii. *In hisce verbis unum mihi dubium occurrit circa voces illas Gallicas* au bourg d'Alise : *quippe etiam sic verti possunt, ut significent, sanctæ Martyris corpus ex proprio martyrii loco translatum fuisse* in vicum Alesiam : *verùm cùm monumentum, quod laudat, nil tale contineat, & dumtaxat agat de reliquiis in pretiosiorem thecam repositis, censui scriptoris mentem fuisse per voces* au bourg d'Alise *locum martyrii, non translationis terminum exprimere.*

* *Gallicè est* au bourg d'Alise

E

in argenteam auro decoratam

40 *Porrò brevis illa exhortatio, Breviario Flaviniacensi pro die Translationis inserta, recitatur pro lectione* VIII, *ut habet laudatus apologista pag.* 118, *unde eam huc transfero.* Solemnitati hodiernæ, quam de B. Reginæ virginis corporis susceptione concelebrat, fratres charissimi, vestra devotio, adjungitur nova Translatio, quâ ipsius ossa veneranda de ligneo vase in argentea reposita sunt theca. Gratias itaque debetis Virgini, immo illi, cui certaverat ipsa, Domino & Deo ; quia quòd prædecessorum vestrorum delatio * per multorum temporum prætermisit curricula, hoc hodie adimplevit vestræ votivæ devotionis vigilantia. Quàm siquidem sit inhonestum, tam sacram Virginem in ligneo jacêre vasculo, testatur ipsius Passio vel Vita multiplici tormentorum genere referta : testantur & per eam quàm plurima facta miracula. Corpus enim, quod virginitatis condecorat candor, condecorare debet argenteus color, sia quæ per argentum signatur puritas, in Regina fuit mentis integritas, quam irrumpere nequivit persecutoris minax atrocitas.

* dilatio

F

transfertur.

41 Ea siquidem, quam avertere à fidei, quæ omnium virtutum mater est, proposito nequivit persequutoris nequissimi terror, æquulei pœna, virgarum laceratio, timendi carceris horror, virginei corporis dilanians membra ; auro, quod omnibus metallis pretiosius est, condecoratam debet habere thecam, ad tuitionem vestri repræsentans vobis sui corporis gemmam pretiosam. Quia igitur Susceptionis ipsius Virginis diem celebratis, celebrare etiam debetis diem suæ Translationis, in qua ossa sua videre meruistis, manibus tetigistis, & ad protectionem, ut dictum est, vestri, in thecam auro argentoque politam reposuistis. Rogate Virginem, ut inter-

A interceſſionibus vobis ſubveniat, ab inſidiantibus vos eripiat, peſtes & crimina à vobis ſubmoveat, & de hoc tranſitorio mundo in illud non tranſitorium nos transferat regnum, in quo vivit ipſa cum Rege cælorum per omnia ſecula ſeculorum. *Quo tempore ea reliquiarum in pretioſiorem thecam depoſitio facta ſit, mihi planè incompertum eſt: verumtamen ſi revera antiquitus contigerit, aut theca illa ex ſolido argento non fuit, aut ſi fuerit, ea jam antiquitus fuit deperdita, & ipſius loco lignea ſubſtituta eſt, ut mox apparebit.*

Eadem reliquiæ anno 1481

42 *In ſæpe laudata Apologia pag.* 123 *recitatur aliud inſtrumentum authenticum recognitionis reliquiarum, earumque in novam thecam tranſlationis anno* 1481 *inſtitutæ. Quoniam verò ſeculo* XVII *Flaviniacenſes Benedictinos inter & Aleſienſes Franciſcanos de* S. Reginæ *corpore quædam orta fuit controverſia, de qua infrà breviter agemus, non abs re erit inſtrumentum iſtud huic Commentario inſerere, prætermiſſis iis, quæ de aliorum Sanctorum reliquiis in eo referuntur. Eſt autem tale:* In nomine Domini amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum

B cunctis pateat evidenter & ſit notum, quòd anno Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo, die verò Dominicâ, quâ in ſancta Dei Eccleſia ad Miſſæ Introitum cantatur JUDICA ME, octava menſis Aprilis, in mei Philippi Eſtiennot de Flavigneyo Eduenſis dioceſis, clerici notarii publici & curiæ epiſcopalis Eduenſis jurati, & teſtium inferiùs nominatorum præſentia, in eccleſia abbatiali monaſterii ſancti Petri de Flavigneyo, reverendo in Chriſto Patre ac domino, D. Joanne Bobillerii epiſcopo Avenetenſi, reverendiſſimi in Chriſto Patris ac domini Joannis Rolini, miſeratione divina Cardinalis & epiſcopi Eduenſis, ſuffraganeo ac vicario generali in ſpiritualibus, in eadem abbatia exiſtente, comparuit coram eodem reverendus in Chriſto Pater ac dominus D. Gaufridus de Criſſeio abbas ejuſdem monaſterii Flaviniacenſis, necnon magnus Prior, decanus, cantor, ſacriſta & plures religioſi ejuſdem monaſterii.

ab epiſcopo ſuffraganeo Auguſtodunenſi

C 43 Qui quidem humiliter eidem reverendo Patri domino epiſcopo Avenetenſi requiſierunt, quatenus viſitare haberet tres capſas exiſtentes ſuper magnum altare ejuſdem monaſterii, quæ à longo tempore illuc erant repoſitæ: de quarum viſitatione aut inſpectione nulla hominum erat memoria, nec perinde notitia, quæ aut quales, aut quorum Sanctorum inibi eſſent reliquiæ reconditæ. Qui quidem reverendus Pater, dominus Avenetenſis, ad eorum requeſtam dictas tres capſas viſitavit in præſentia dicti reverendi Patris domini abbatis & plurium religioſorum dicti monaſterii ſupradictorum, necnon plu-

* *l.* congregatarum rium perſonarum ibi congregatorum * ad divina & verbum Dei audienda. In quibus tribus capſis invenit reliquias, quæ ſequuntur, cum ſuis literis ſeu brivetis teſtimonialibus annexatis; videlicet:

Majorem partem corporum ſanctorum apoſtolorum Simonis & Judæ Thadæi.

Item majorem partem corporis ſanctæ Reginæ virginis & martyris.

Item majorem partem corporis ſancti Præjecti epiſcopi & martyris; quodlibet per ſe ſeorſum in ſudario ſuo decenti & honeſto, non corroſo, nec à tineis, vermibus, vel quibuſcumque aliis læſionibus maculato aut contaminato.

44 *Subduntur alicrum Sanctorum reliquiæ, quas prætermitto, & textum reſumo.* Quibus ſic per dictum dominum epiſcopum Avenetenſem, viſitatis & inventis, eaſdem reliquias iteratò in ſuis capſis repoſuit: & quia dictæ capſæ erant adeò veteres, vermibuſque corroſæ, quòd indignum judicavit, tam pretioſa tamque digna ſanctuaria in tam vilibus capſis recondi, arbitratus eſt dominus epiſcopus cum dicto domino abbate, quòd dignum foret tres capſas novas facere conſtrui ad dictas reliquias reponendum. Qui quidem dominus abbas duas novas capſas . . . (*videntur hîc aliqua ſive ex induſtria, ſive ob detritos characteres omiſſa*) conſtruere fecit, & deinde mandavit dictum dominum epiſcopum acceſſurum apud dictum Flaviniacum ad prædicta facienda. Tandem die Veneris in feſto S. Laurentii martyris, decimâ menſis Auguſti, anno prædicto, in noſtrorum notariorum ſuprà ſcriptorum ac teſtium inferiùs nominatorum præſentia, dicto domino epiſcopo Avenetenſi in dicta eccleſia S. Petri Flaviniacenſis exiſtenti, idem dominus abbas Flaviniaci ſibi demonſtravit duas capſas novas, quas ad ejus

E requeſtam idem dominus epiſcopus benedixit, ſanctificavit & conſecravit cum ſolemnitatibus fieri ſolitis: & in eiſdem duabus capſis, ſcilicet in una corpora ſanctorum Simonis & Judæ; & in alia corpora ſancti Præjecti & ſanctæ Reginæ virginis & mart., oſſaque ſancti Longini cum præfata coſta boni Latronis, prout ſuprà ſunt deſcripta, in ſuis ſudariis repoſuit & cum clavibus firmavit, dictaſque duas capſas in dicta eccleſia ſeu abbatia Flaviniaci reliquit.

reponuntur.

45 De quibus omnibus & ſingulis præmiſſis prædictus dominus abbas Flaviniaci petiit & requiſivit à nobis notariis ſubſcriptis, unum vel plura inſtrumentum ſeu inſtrumenta ſibi dari & fieri; quod & quæ ſibi conceſſimus in hanc formam, ſub ſigillo præfati domini epiſcopi Avenetenſis; præſentibus in dicta inventione venerabilibus & diſcretis viris, dominis Bartholomeo de Vevra Curato de ſancto Euphranio, dictæ Eduenſis dioceſis procuratore & nomine procuratorio præfati domini Cardinalis & epiſcopi Eduenſis, Caſtellano Tullionis; providis viris magiſtro Joanne de Biaco in legibus licentiato, Joanne Fillot, Joanne Seguin aliàs . . .

F habitantibus dicti Flaviniaci: & in dicta tranſlatione reverendo in Chriſto Patre fratre Stephano de Sainct-Moris abbate Ogniaci, nobili & potenti domino D. Arturio de Vauldreio milite, domino de Saint Falon, nobilibus viris Nicolao de Criſſeyo domino de Venereyo, Guyoto Damas domino de Villiers, Antonio Poinſot domino de Deffan, Guidone Lothier domino de Ternot, Joanne Chaſſault, Joanne de Saintville . . . Providis viris, magiſtris Joanne de Biaco, Girardo Fourcault, Reginardo le Bondre, Martino Biſot juriſperitis, Joanne Morelli, Joanne Fillot, Chriſtianeto Quarrey, Pereneto Fillots, Mometo Meſſier, habitantibus dicti Flaviniaci, Stephano de Barres de Bibone, & pluribus aliis teſtibus ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis. Signatum, Eſtiennot. Armendi-

ti. *Ita in laudata Apologia, quæ ob rationem ſuprà aſſignatam hîc referenda cenſui. Denique Ms. Flaviniacenſe jam ſuprà laudatum docet, anno* 1659 *novam rurſus thecam prioribus tum magnitudine, tum artificio præſtantiorem confectam, in eaque ſacras Martyris reliquias à chirurgis prævie recognitas, à Rev. adm. domino*

AUCTORE C. S.

juridicè recognitæ, in novam thecam

AUCTORE C. S.

Saulnier, quem illustrissimus Ludovicus Doni d'Attichy ad id delegaverat, repositas fuisse.

Enumerantur ossa annis 1649 & 1651 recognita,

46 *Porrò ut cetera, quæ ad Flaviniacenses reliquias pertinent, expediamus; laudatus Apologista scribit, Sanctæ lipsanothecam anno* 1649 *die* XXVII *Julii inspectam lustratamque fuisse per Philibertum Lambry medicinæ doctorem, & Nicolaum Bourée chirurgum, quorum authenticum testimonium, aliorumque, qui adfuerunt, nomina recitat pag.* 157 *: verùm ego ne longior sim, dumtaxat reliquias in illa repertas eorum verbis ex Gallico Latinè recensebo.* Diligenter & exactè inspeximus, *inquiunt*, ossa in hac theca contenta, quæ pro genuinis S. Reginæ virginis & martyris Alesiensis in diœcesi Augustodunensi, antiquitus ostenduntur: inter quæ ossa deprehendimus duo brachia ejusdem magnitudinis ac crassitudinis, duos cubitos & duos radios æquales cum multis vertebris, aliquot partes ischii, fragmenta costarum, quædam ossa metacarpi, multaque alia seu integra, seu notabilia fragmenta. *Præterea pag.* 131 *aliud instrumentum produxerat inspectionis, anno* 1651 B *die* IX *Augusti factæ per alterum medicinæ doctorem & tres chirurgos, qui præter super enumerata testantur, se in theca reperisse* unum os femoris cum ossibus crurum, quæ integra sunt & mutuò quadrant. *Post pauca subdunt:* Quæ omnia ossa asserimus esse ejusdem corporis propter mutuam eorum partium sympathiam & connectionem. *Hæc ipsi: at unde factum sit, ut posteriores lustratores plura ossa repererint, non satis assequor, nisi fortè priores ossa femoris ac crurum inter* alia ossa integra *comprehenderint.*

aliæque Sanctæ reliquiæ Flaviniaci asservatæ.

47 *Præter jam recensitas reliquias, aliæ quædam pretiosis thecis separatim inclusæ asservantur, teste eodem Violio. In primis cap.* 17 *Vitæ asserit, sanctæ Martyris cor etiamnum incorruptum servari. De eodem mentio fit in instrumento mox citato, in quo hæc lego:* Vidimus.. substantiam cordis, crassitudinis ovi columbini insertam pixidi argenteæ in formam cordis elaboratæ. *Deinde visitur Sanctæ cranium inclusum busto ex argento deaurato, multisque gemmis & gentilitiis scutis, ac nominatim Franciæ & Castellæ exornato. Bustum istud, sive caput argenteum, si Violio credimus, S. Ludovicus Francorum rex olim donavit, & aliquot Burgundiæ duces postea variis donariis locupletârunt. Præterea mandibula inferior ac quædam* C *cervicis pars in suis pariter argenteis thecis venerationi exponuntur. Servatur etiam ibidem catena, quâ Sancta in carcere diu detenta multúmque torta dicitur; sed quo idoneo auctore, mihi planè incompertum est. Violius eam simul cum corpore Martyris in Alesiensi sepulcro inventam scribit; at de eadem nihil habet Translationis auctor anonymus; sed nec ipse Violius ullum pro se scriptorem laudat: ita ut suspicari liceat, istam catenæ inventionem non nisi conjecturis aut populari traditione inniti.*

Rex Franciæ salutarem Sanctæ opem expertus.

48 *Quoniam verò de Flaviniacensibus* S. Reginæ *reliquiis sermonem instituimus, priusquam hunc paragraphum finiam, quædam addenda censui miracula per Sanctæ invocationem aut per ejusdem reliquiarum venerationem impetrata. Etenim licèt miracula infrà edituri simus, sunt tamen quædam recentiora, quibus edendis ibi aptus locus non erit. Violius in epistola sua ad illustrissimum Claudium de la Magdalene de Ragny episcopum Augustodunensem, Vitæ & Apologiæ sæpe laudatis præfixa, geminum seu miraculum seu beneficium commemorat, quod tamen* D *non satis explicat, quia, quantùm apparet, satis notum supponit: quare, ne quid iis addidisse aut detraxisse videar, ipsiusmet verba Latinè ex Gallico versa lectori exhibeo.* Neque etiam dubitas de eo, quod nuper in commune Franciæ bonum præstitit regi nostro, de cujus vita penè deploratum erat, nisi ipsa ipsius salutem à Deo obtinuisset, quemadmodum obtinuerat nativitatem. *De Ludovico* XIV *agit, quantum colligere licèt ex eo, quòd in epistola illa edita anno* 1649 *beneficium* nuper *impetratum dicatur.*

Claudius postea episcopus Augustodunensis

49 *De altero miraculo, quod ipsi episcopo, ad quem epistola inscribitur, obtigisse affirmat, paulò clariùs loquitur in hæc verba:* Dico, illustrissime domine, quòd tota Francia atque ipsæ exteræ nationes admiratæ sunt velut prodigium nostro seculo insolens, te glorioſiùs quàm Phœnix in medio suorum cinerum resurgat, resuscitatum fuisse per radios amoris plenos, quos ipsa in moribunda membra tua vibravit, cùm domini parentes tui te ad ipsius tumbam velut ad suæ spei incunabula detulerunt, visuri miraculum amoris ipsius, quo fateri tenebantur, se jam non auctores, sed testes esse tuæ nativitatis. *Hæc licèt oratoriè exornata sint, insigne tamen quoddam miraculum insinuant, quod non videtur auctor ausurus fuisse ad ipsum illustrissimum scribere, si de facti veritate non constitisset.* E

apud ejusdem reliquias prodigiosè sanatus

50 *De eodem simul & alio beneficio, per eumdem episcopum obtento, rursum meminit in Apologia verbis, quæ Latinè subjungo:* Illustrissimus & reverendissimus dominus Claudius de la Magdalene de Ragny ... ad exemplum decessorum suorum usque à Jona episcopo, sæpè ad hunc sacrum locum venit: ac specialiter anno MDCXLIII, quo vota sua & gratiarum actiones persolvit pro obtenta sanitate per merita ac patrocinium glorioſæ sanctæ Reginæ, quæ anno MDCXX insigne in ipsius favorem miraculum operata fuerat Flaviniaci, dum desperata ab omnibus medicis salute sua, eò deferri se jussit, ut voti sui finem operiretur, quem celeriter consecutus est ... Hujus miraculi certam fidem ipsemet ore proprio mihi fecit. *Porrò laudatus Claudius anno, quo miraculum istud ipsi collatum est, erat Prior sancti Symphoriani prope Augustodunum Ordinis S. Augustini & Cari-loci Ordinis Benedictini, regique à sanctioribus consiliis, ac demum anno* 1621 *Augustodunensis episcopus designatus, ut aiunt Galliæ Christianæ scriptores tom.* 4, *col.* 426. *Unde discimus, quòd dum suprà dicuntur parentes illum eò detulisse, id ita intelligendum sit, ut parentes sive consilio sive operâ suâ vel fortè utroque illum Flaviniacum deportandum curaverint.* F

Crus mirabiliter sanatum:

51 *His subjungo tria alia, quæ ex Flaviniacensi archivo mecum communicata sunt, quæque Latinè versa, servata tamen, quantum sermo patitur, Gallica phrasi, lectori exhibeo.* XVIII Septembris, MDCXXXV circa meridiem Flaviniaci in abbatia S. Petri, Ordinis S. Benedicti, diœcesis Augustodunensis, in qua requiescunt reliquiæ S. Reginæ, personaliter comparuit coram Matthæo notario regio & apostolico Petrus Courtet mercator * habitans Antverpiæ, in parœcia S. Georgii, diœcesis ... (Antverpiensis *excidit*) & nobis declaravit, quòd abhinc quatuor circitèr annis afflictus fuerit fortuito malo in tibia dextera, quod malum omnem ipsi carnem consumpserat & partem nervorum à genu

* *Gallicè est* mercier

A nu uſque ad plantam pedis, continuatumque fuerit in tali ſtatu per quatuor annos, quódque ab omnibus chirurgis, medicis aliiſque medicinæ peritis curatus fuerit abſque eo quod ullam medelam aut ſolatium conſequi potuerit, niſi per firmam integramque devotionem & votum ad Deum & ad peregrinationem dominæ S. Reginæ, quo voto facto, circa xv menſis Julii ultimò elapſi, extemplo ſanatus eſt & malum deſiit, tibiaque rurſum carne ſua inſtructa eſt & ſine ulla fiſtula, prout ipſe nobis demonſtravit oſtenditque, & ipſe atteſtatus eſt litteris domini parochi ſuæ parœciæ hîc ſubnexis. Cujus rei inſtrumentum authenticum datur per me notarium regium & apoſtolicum, ut valeat quantùm neceſſe eſt: quod inſtrumentum ſubſcriptum eſt ab omnibus Religioſis abbatiæ, uti & à Priore, Petro Courtet & à notario regio. *Hucuſque Ms. noſtrum Gallicum, quod quantùm licuit, de verbo ad verbum Latinè reddidi. Porrò litteræ parochi Antverpienſis, quæ inſtrumento ſubnexæ ſuprà dicuntur, in Ms. noſtro deſunt: verùm cùm præter prædicta nihil continere potuerint, quod huc faciat, parùm refert. Nunc*

B *aliud accipe.*

cæcus ſimul & paralyticus

52 In abbatia S. Petri Flaviniacenſis in choro ante princeps altare ad finem Miſſæ celebratæ per dominum Joannem Roſe, parochum eccleſiæ S. Joannis Baptiſtæ in pago de Byéry propè S. Joannis Reomenſis *, hac die xxix Junii, MDCXLIII circa horam decimam matutinam, coram me Martino Matthæo notario regio & apoſtolico dicti Flaviniaci perſonaliter comparuerunt dictus dominus Joannes Roſe parochus, Carolus Perdriſat & ſex alii incolæ dicti Byéry, qui declarârunt, quòd anni elapſi menſe Auguſto Claudius Perdriſat, filius dicti Caroli hîc præſentis, variolorum malo laborare cœperit & ex dicto malo ita afflictus fuerit, ut viſum & brachiorum crurumque uſum amiſerit, nequiens ſe ſuſtinere aut incedere, niſi ope fulcrorum; quódque in hujuſmodi ſtatu quatuor menſes permanſerit abſque ulla ſpe medelæ aut valetudinis recuperandæ.

* Moutier S. Jean

curatus:

C 53 Quod cùm ipſius pater & mater adverterent, declarârunt dicto domino parocho, ſe pro dicto Claudio Perdriſat filio ſuo votum Deo & dominæ S. Reginæ facere; exſpectantes tempus commodum, quo dictum votum hîc ſolverent, ſtatuerunt novemdiali devotione, in templo dicti Byéry ſupplicare ad implorandam divinam miſericordiam & interceſſionem virginis S. Reginæ: quod & fecerunt, flagitantes dictum dominum parochum, ut dictis novem diebus ſanctam Miſſam ex ipſorum voto celebraret: quódque cùm cœpiſſent curari dictum Claudium deportandum ad dictam eccleſiam, à primo die ſpes mitigandi mali affulſerit, & per gratiam Dei, dictæque ſanctæ Virginis interceſſionem ante finitam dictam novemdialem devotionem dictus Claudius Perdriſat plena integraque ſanatione donatus fuerit tam viſûs quàm membrorum ſuorum, quemadmodum liquet, cùm dicti pater & mater ejus cum ipſo venerint acturi gratias Deo & dictæ Sanctæ in hoc templo, ubi requieſcunt reliquiæ ejus, offerentes in anathéma reverendo viro Fratri Benigno D' Aubenton, magno Priori & ſacriſtæ dictæ abbatiæ, fulcra, quibus dictus Claudius ad ſuſtentandum ſe infirmitatis ſuæ tempore utebatur. Ex quorum igitur teſtimoniorum fide ego dictus notarius hoc meum inſtrumentum authenticum confeci, &

conceſſi acta aſſertionis dicti domini parochi in verbo ſacerdotis; & ſubſignârunt dicto inſtrumento quatuordecim perſonæ die & anno ut ſuprà. Autographum hujus inſtrumenti ſubſignatum à dicto Martino Matthæo ſervatur apud dictum Tierſot * notarium.

AUCTORE C. S.

* *al.* Tierçot

54 Hâc XII (*diem hanc divinare debui, quia dubiè ſcripta eſt in utroque apographo*) Septembris, MDCC Flaviniaci in ingreſſu eccleſiæ *abbatialis S. Petri finitis Veſperis in præſentia infrà nominatorum coram Nicolao Maillard notario regio in dicto loco perſonaliter comparuit Joannes Raille, filius Joannis Raille mercatoris chartarii habitanti in Plombieres prope Divionem, qui coram omnibus infrà nominatis declaravit, quòd jam plùs quàm abhinc anno paralyticus & utroque crure captus fuerit, ita ut ſine fulcro incedere aut pedibus conſiſtere non valens, ex patris ſui conſilio votum fecerit dominæ S. Reginæ & ad reliquias ejus: quódque ad explendam devotionem ſuam ſe aſino vehi curaverit, veneritque hodie in dictam eccleſiam, ubi incurvatus & dicti fulcri ope devotionem ſuam explevit eo ſucceſſu, ut patrocinio dictæ ſanctæ Reginæ, reliquiis ejus in hac abbatia quieſcentibus, Deus ipſum exaudierit, & ipſe ſubitò ſeſe ſanatum ſenſerit &, ut apparet, donatum facultate gradiendi ſine dicto ſuo fulcro, quod ſtatim dimiſit & offert. Qua de re ego rogatus conceſſi reverendo Patri theſaurario hoc inſtrumentum, confirmatum à quinque perſonis ex dicto Plombieres, quæ ſubnotârunt uti etiam ſex è præcipuis Flaviniacenſibus.

* *ſous le grand portail*

§ V. Utrùm S. Reginæ corpus vel reliquias aliquas poſſederint Oſnabrugenſes.

Sub medium ſec. XVII lis orta eſt

Quæ hucuſque attulimus, poſſeſſionem corporis S. Reginæ *Flaviniacenſibus Benedictinis vindicant: at circa medium ſeculi* XVII *quædam orta eſt controverſia prædictos Benedictinos inter & Aleſienſes Franciſcanos de Obſervantia, quorum poſtremi notabiles reliquias, quas* S. Reginæ *Aleſienſis eſſe contendebant, Oſnabrugo Weſtphaliæ urbe acceperant, ac propterea ejuſdem Sanctæ corpus à Carolo Magno eò delatum fuiſſe, propugnabant. Nolim equidem huic controverſiæ judicium meum interponere; tum quòd Franciſcanorum apologiæ, in hoc argumentum conſcriptæ, ad manus meas non pervenerint, & eas ſolùm habeam, quas pro Flaviniacenſibus Georgius Violius vulgavit: tum etiam quòd illuſtriſſimus Gabriël de Roquette, epiſcopus Auguſtodunenſis anno* 1693 *utrique parti ſilentium impoſuerit & ſuas cuique reliquias permiſerit exponi. Verumtamen cùm inſtituti noſtri ratio poſtulare videatur, ne eam omnino prætereamus, occaſionem litis primùm exponemus; deinde quid de Oſnabrugenſibus* S. Reginæ *reliquiis probabiliter cenſeri poſſit, diſcutiemus.*

F

de corpore S. Reginæ

56 *Occaſionem natæ controverſiæ Violius in Apologia ſua ſecunda pag.* 4 *& ſequenti exponit in hunc ferè modum. Cùm anno* 1648 *excellentiſſimus dux Longuevillius, Franciæ legatus ad Weſtphalicam pacem conciliandam Monaſterii verſaretur, R. P. Franciſcus Marmeſſe Franciſcanus de Obſervantia, qui ipſi à ſacris confeſſionibus*

AUCTORE C. S. *feſſionibus erat, ejuſdem ducis operâ inſignes reliquias*, magnam *ſcilicet* partem de oſſe radii brachialis S. Reginæ, *cujus corpus Oſnabrugi ſervari credebatur, ab illuſtriſſimo epiſcopo ac capitulo impetravit, eaſque ab archiepiſcopo Pariſienſi & epiſcopo Auguſtodunenſi ritè approbatas, exponendas dedit Franciſcanis ſuis, quibus Aleſienſe ſanctæ Martyris ſacellum tum nuper traditum fuerat. Ægrè, nec immeritò, id tulerunt Flaviniacenſes Benedictini, qui cùm jam ab octo ferè ſeculis in ſacri iſtius depoſiti poſſeſſione ſe crederent, paſſi non ſunt ex ea deturbari. Quid multa? poſt varias conciliationis vias nequicquam tentatas, utrimque libelli ſive apologiæ prodierunt. Pro Aleſienſibus ſcripſit primùm P. Marmeſſius, ac deinde quidam anonymus; hiſce P. Georgius Viole Benedictinus Congregationis S. Mauri duas Apologias oppoſuit, annis* 1649 *&* 1653 *typis Pariſienſibus excuſas.*

inter Benedictinos Flaviniacenſes, & Franciſcanos Aleſienſes.

B 57 *Non fuiſſet neceſſe eò devenire, ſi non eadem ſacri corporis pars, quàm Aleſienſes exponebant, inter Flaviniacenſes reliquias eodem tempore recenſita fuiſſet: etenim cùm ex medicorum chirurgorumque teſtimonio, de quo ſuprà num.* 43 *egimus, colligere liceat, nonnullas corporis partes apud Flaviniacenſes deſiderari, lis facilè componi poterat, dicendo earum unam aut alteram olim Oſnabrugum tranſlatam fuiſſe; verùm cùm in reliquiarum recenſione annis* 1649 *&* 1651 *à prædictis chirurgicæ artis peritis facta, duo radii brachiorum expreſſè numerarentur, omnis finiendæ litis præcluſa via erat, niſi aut Franciſcani tranſlationem Oſnabrugum factam probarent, aut Benedictini eamdem commentitiam oſtenderent. Eò igitur difficultas omnis redit: quare ego, miſſis ceteris, quæ à laudatis apologiſtis utrimque proferuntur, ſolum hîc examinabo, quid de ea tranſlatione veriſimile appareat.*

Non fuit totum corpus tranſlatum Oſnabrugum:

58 *Induci non poſſum, ut credam, totum* S. Reginæ *corpus aut etiam majorem ejuſdem partem Oſnabrugum umquam tranſlatam fuiſſe: obſtant enim monumenta* § 3 *&* 4 *allata, quæ corporis poſſeſſionem Flaviniacenſibus vindicant, donec eorum fides ac ſinceritas majori auctoritate elevetur. Hoc ſenſu libenter ſubſcribo eruditorum Altiſſiodorenſium judicio, de quo in Ms. Papebrochii libello de ſuo in Belgium ex Italia reditu hæc lego:* Corpus (S. Reginæ) olim Flaviniacum tranſlatum vicinam (*Aleſiæ*) Benedictinorum abbatiam: Minoritæ brachium oſtendunt, ſed ex Germania acceptum; quod tranſlationem ſupponit; quam omnino commentitiam eſſe viri inter Altiſſiodorenſes docti pro certo habent. *Itaque id unum tantummodo inquiram, utrùm aliqua notabilis ſacri depoſiti pars ad Oſnabrugenſes olim delata fuiſſe probabiliter dici poſſit.*

proponuntur tamen

59 *Exſtat in muſeo noſtro codex quidam continens varia Mss., ad res Germanicas ſpectantia, quæ P. Gamanſius Societatis noſtræ ſacerdos collegit & Majoribus noſtris tranſmiſit. Inter cetera autem legitur catalogus ſanctarum reliquiarum eccleſiæ Oſnabrugenſis in hunc modum:* De reliquiis glorioſis præſentis capſellæ de S. Regina. In hoc loco requieſcit corpus B. Reginæ virginis, quæ fuit filia cujuſdam Clementis regis gentilis, & paſſa eſt ſeptimo Idus Septembris ſub Maximiano imperatore & Olybrio præſide in Aleſia civitate. Quæ dum duceretur ad ſupplicium, columba de cælo veniens coronam in ore portavit & dixit: Veni Regina in requiem Chriſti; beata es, quæ hanc coronam meruiſti. *Præterea recitatur* Exaltatio reliquiarum S. Reginæ virginis & martyris, Hermagoræ patriarchæ, Procopii & aliorum ſeptem facta ſub epiſcopo Engelberto anno MCCCXII, in craſtino S. Joannis Baptiſtæ. D

quædam monumenta

60 *Ex iſta Exaltationis relatione excerpſi ſequentia:* Idem dominus imperator (*Carolus Magnus*) & alii principes ſui ſucceſſores, eamdem eccleſiam (*Oſnabrugenſem*) donis ſpiritualibus & theſauro longè nobiliori ſublimârunt; parte videlicet veræ Crucis Domini ac SS. Apoſtolorum, Criſpini & Criſpiniani martyrum, confeſſorum & virginum plurimarum: quarum reliquiarum quædam ſunt ſub ſigillis incluſæ in altaribus; aliæ verò ſolemnibus eccleſiæ proceſſionibus & letaniis deportantur. Beatæ autem Reginæ virginis, Hermagoræ patriarchæ, Procopii & aliorum ſeptem numero profundè in terra ſub altari ſummo prædictæ eccleſiæ, reliquiæ reconditæ à tempore, cujus non erat memoria, collapſæ erant inter capſas ligneas vetuſtate conſumptas. Quas pius & miſericors Dominus, omnia ritè diſpenſans ad ipſorum Sanctorum venerationem & ſalutem hominum dignatus eſt revelare, & eas reverendus Pater dominus Engelbertus epiſcopus Oſnabrugenſis, utpote ſuo adventui divinitus reſervatas, quantâ decebat devotione, cum prælatis ſuis, convocato ad hoc epiſcopatûs ſui populo, de ſub altari ſuſtulit, multis ad hoc earum indiciis excitatus; & in eccleſia, ubi à Chriſti fidelibus in publico devotiùs honorarentur, anno Domini MCCCXII in craſtino B. Joannis Baptiſtæ ſolemniter exaltavit. Qua exaltatione ſolemnizata, prædicti Sancti, tamquam lucerna ſuper candelabrum, in aperto ad ſalutem Chriſti fidelium expoſiti impetrabant à Domino Jeſu Chriſto ſuorum prærogativâ meritorum quàm pluribus tribulationum conſolationem, & de univerſis ægritudinibus ſanitatem; de quibus remediis innumeris ſequens ſcriptum aliqua, ſed pauca declarat. *Subduntur ſedecim miracula ope* S. Reginæ *aliorumque Sanctorum impetrata.* E

eccleſiæ Oſnabrugenſis,

C 61 *Breviarium Oſnabrugenſe, anno* 1516 *Moguntiæ editum, recitat ad diem* XXII *Junii Officium Tranſlationis, ſeu potiùs Inventionis corporum SS. Criſpini & Criſpiniani aliorumque Sanctorum, quorum nomina non exprimit: verùm cùm præter orationem de prædictis ſanctis martyribus etiam Collectam de* S. Regina virgine martyre *præſcribat, haud dubiè hujus Virginis reliquias inter ceteras repertas fuiſſe ſupponitur: cúmque in Ms. codice Gamanſii ea inventio contigiſſe notetur annò* 1312 *circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ, videtur eadem eſſe cum illa, quam ſuperiori numero retulimus; licèt non eodem modo enarretur. Lectionum auctor eadem ferè de Carolo Magno, quæ ſuprà diximus, præfatus, inventionem prædictorum corporum exponit in hæc verba:* In quadam ſolemnitate decano eccleſiæ, poſt matutinas Laudes ſe ad dormitionem reponenti, viſio apparuit hujuſcemodi: videbatur namque eidem, quòd ipſe devotionis causâ in circuitu ſummi altaris deambulans, balneum inveniret: audienſque in eo conbalneantium voces, iratus, quoniam irreverentia loco ſancto fieret, operimentum balnei abjiciens: quo abjecto, juvenes pulcherrimos vultu & ſpecioſiſſimas virgines in eo conſpexerat, & ſtatim F

poſt

A post hoc evigilavit : revolvensque vir devotus, unde * hæc sibi visio à Deo, an non, iterum quievit & somnum suum complevit.

* *l.* an esset

62 Cúmque summam Missam ex more caneret, sederetque juxta altare in parte Australi cum duobus canonicis, diacono & subdiacono, donec graduale Alleluia & sequentia decantarentur; inter sedendum aperuit eisdem prædictam suam visionem. Qui responderunt singuli, quòd & ipsi Matutinis expletis per omnia similem visionem habuissent. Stupefacti itaque tam decanus, quàm concelebrantes adverterunt, inanem non esse visionem sic omnibus eodem tempore visam; communique desuper communicato consilio totius capituli, dictum locum longâ negligentiâ clausum aperientes, invenerunt in eodem prædictorum martyrum (*Crispini & Crispiniani*) corpora in thecis distinctis, cum multis aliis reliquiis recondita cum laminis plumbeis, quibus singulorum nomina fuerunt exarata. *Mox subdit, prædictas Sanctorum reliquias variis in locis, in eadem tamen ecclesia, honorificè depositas fuisse. Multum quidem utraque narratio variat, sed ob rationes mox allegatas videtur eadem, quæ suprà, inventio designari, atque inter speciosissimas virgines in somnii conspectas* S. Regina *una fuisse.*

quæ docent, aliciujus S. Reginæ reliquias

B

63 *De eadem proculdubio inventione loquitur Erdwinus Erdmannus in Chronico episcoporum Osnabrugensium, circà finem seculi* XV, *aut initio* XVI *conscripto, apud Henricum Meibomium Rerum Germanicarum tom.* 2, *pag.* 224; *ubi sic habet :* Circa hæc tempora corpora in capsa S. Reginæ translata sunt in ecclesia Osnaburgensi locata. *Qua de re sequentes hosce versus subnectit :*

ibi olim servatas,

Anno milleno, trecenteno, duodeno
Corpora translata sacra sunt hâc æde locata.
Hac in clausura Sanctorum corpora plura
Insuper hic lecta conservantur bene tecta.

Rursum in eodem Chronico pag. 255 *loquens de re quadam ab Osnabrugensibus contra hostes prospere gesta inter annos* 1437 *&* 1441, *ejusdem Sanctæ & celebris ipsius in prædicta urbe cultûs ita meminit :* Hæc fiebant in die Sanctæ Reginæ virginis, cujus sanctum corpus in ecclesia Osnaburgensi cum magna veneratione est recondidum; fuitque ad honorem Dei & S. Reginæ à domino Joanne Præposito ecclesiæ S. Johannis institutum, quia in illo die defertur per circuitum capsa deaurata S. Reginæ cum multis sanctis corporibus ibidem inclusis, quòd omnes proconsules, consules, civitatis præsidentes, præsentias habent cum canonicis ecclesiæ sæpe dictæ.

C

64 *Ex dictis dubitari nequit, quin aliqua sancta* Regina *virgo olim celebrem Osnabrugi cultum obtinuerit, ejusdemque sacræ reliquiæ in magna ibidem habitæ fuerint veneratione. At non æquè certum est, an Regina ista Alesiensis sit, an altera, cùm inter Osnabrugenses reliquias etiam recenseantur aliquæ S. Reginæ virginis ac martyris, ex societate Ursulana. Multa tamen sunt, quæ suadeant, prædicta omnia de Alesiensi Martyre intelligenda esse. Nam in primis verba catalogi, quæ num.* 59 *ex Gamansii collectaneis Mss. dedimus, licèt* S. Reginam *perperam regis filiam faciant, & de catalogi antiquitate mihi non constet, docent tamen, quænam olim fuerit Osnabrugensium de istius thecæ reliquiis opinio. Secundò Osnabrugense Breviarium, anno* 1515 *vulgatum, præter festum Inventionis, de quo consule num.* 61, *particulare Officium* S. Reginæ *Alesiensis præscribit ad diem* VII *Septembris; quemadmodum etiam aliorum Sanctorum, quorum corpora cum S. Reginæ reliquiis inventa superiùs dicta sunt, memoriam celebrat : videlicet Crispini & Crispiniani ad* XXV *Octobris, Procopii ad* VIII *Julii & Hermagoræ ad* XII *diem ejusdem mensis. Quod autem* VII *Septembris non alia, quàm Alesiensis* Regina *colatur, patet ex ipsis Breviarii lectionibus, in quibus Alesiensis* Reginæ *martyrium ex ejusdem vulgatis Actis recitatur. Nihil autem simile de S. Regina Ursulana virgine in prædicto Breviario potui reperire.*

AUCTORE C. S.

culta sque fuisse : quæ monumenta

65 *Quinimò de Ursulanæ virginis reliquiis intelligi non posse, quæ suprà de* S. Reginæ *inventione retulimus, liquet ex Crombachii nostri Vindiciis Ursulanis tom.* 2, *lib.* 8, *cap.* 28; *ubi tempus, quo reliquiæ S. Reginæ virginis ex consortio Ursulano Osnabrugum delatæ sunt, his verbis designat :* Supererat membrana cathedralis ecclesiæ (*Osnabrugensis*) pervetusta, ante trecentos & plures annos exarata, & à loci dignissimo præsule mecum communicata, in qua designatio tam hierothecarum, quàm nominum describitur, quorum ossa & lipsana in illis continentur hoc exemplo : Hæ sunt reliquiæ ecclesiæ Osnabrugensis datæ sub annum Domini MCCCXLIII, & per reverendum in Christo Patrem ac dominum Godefridum de Arnsberg, Osnabrugensem episcopum, in suis locis circa summum altare dictæ ecclesiæ reverenter reconditæ .... In capsellâ à dextris altaris summi in latere versus Austrum posita requiescit corpus S. Permerii ... In prædicta eadem capsella ... positæ sunt reliquiæ aliæ de prædicta societate XI mil. Virg. & Mart., scilicet S. Ursulæ magnæ, ... S. Reginæ virginis ejusdem societatis. *Deinde in dictorum confirmationem recenset* Instrumentum autenticum inventionis & elevationis S. Permerii episcopi Cremonensis factæ anno MDCXLV, *in quo illustrissimus dominus Franciscus Guilielmus, episcopus Osnabrugensis, qui tum temporis lipsanothecam S. Permerii lustraverat, eadem habet de translatione prædictarum reliquiarum anno* 1343 *per episcopum Godefridum comitem de Arnsberg Coloniâ Agrippinâ Osnabrugum facta, & reliquias* S. Reginæ virginis ejusdem Societatis *Ursulanæ in eadem lipsanotheca à se repertas expresè recenset.*

cùm intelligi nequeant de S. Regina

E

66 *Ex his, inquam, liquet, inventionem & cetera, quæ suprà memoravimus, ad sanctam Reginam Ursulæ sociam pertinere non posse : hujus enim reliquiæ primùm anno* 1343 *Coloniâ Aggrippinâ Osnabrugum translatæ dicuntur, id est triginta annos postquam contigit inventio reliquiarum S. Reginæ aliorumque Sanctorum, in Osnabrugensi cathedrali ecclesia jam tum antiquitus depositarum. Deinde S. Reginæ virginis Ursulanæ reliquias, anno* 1343 *unà cum corpore S. Permerii reliquisque Coloniâ acceptas & in S. Permerii lipsanotheca acclusas, Franciscus Guilielmus Osnabrugensis antistes anno* 1645 *in eadem theca reperit, easque post multas alias recensuit : ita ut pateat, eas ad id usque tempus numquam inde eductas & in aliam thecam translatas fuisse : at Regina, de qua Inventio agit, jam ab anno* 1312 *thecam habuit, suis lipsanis præcipuè destinatam, cùm* capsa S. Reginæ *appelletur; ut ex num.* 63 *liquet. Neque alterius fuisse videtur* capsa deaurata S. Reginæ, *cujus festum Osnabrugi jam agebatur ante annum* 1441, *adeóque ante exceptas S. Reginæ virginis Ursulanæ reliquias.*

F

è consortio Ursulano; non improbabile est;

67 *Igitur ex hactenus disputatis apparet,*

AUCTORE C. S.

aliquas Sanctæ noſtræ reliquias eò olim delatas;

alicujus S. Reginæ ſacra lipſana Oſnabrugi in celebri veneratione fuiſſe, priuſquam alterius Reginæ, unius ex S. Urſulæ ſociabus, reliquiæ eò deferrentur; & licèt non ubique in allegatis monumentis exprimatur, priora lipſana fuiſſe ſanctæ Martyris Aleſienſis, veriſimile tamen eſt, hanc Reginæ *nomine deſignari, tum quia de hac particulare feſtum celebratum fuerit, non de alia; tum quia catalogi verba num.* 59 *data illam diſertè exprimunt, & alicujus Reginæ reliquiæ diu ante Urſulanæ virginis excepta lipſana, in Oſnabrugenſi eccleſia depoſitæ, inventæque dicuntur; tum denique quòd circa medium ſeculi* XVII *adhuc ea fuerit Oſnabrugenſis epiſcopi & canonicorum opinio, dum reliquias* S. Reginæ *Aleſienſis Patri Franciſco-Marmeſſe ſe conceſſiſſe arbitrati ſunt. Hæc omnia ſuſpicionem mihi movent, aliquas* S. Reginæ *Aleſienſis reliquias revera Oſnabrugum olim tranſlatas, ibidemque in veneratione habitas fuiſſe: ſed à quo ea tranſlatio inſtituta ſit, divinare non poſſum.*

(non tamen ſub Carolo Magno) B

68 *Violius in Apologia ſcribit, Franciſcanos Aleſienſes contendiſſe, eam factam eſſe à Carolo Magno, atque in eam rem citâſſe teſtimonium illuſtriſſimi epiſcopi & capituli Oſnabrugenſis, in quo apud Violium Gallicè dicitur*, Corpus S. Reginæ virginis & martyris Aleſienſis, diœceſis Auguſtodunenſis, in Franciam delatum fuiſſe abhinc novem ferè ſeculis per S. Carolum Magnum, cùm in Saxonia conderet fundaretque eccleſiam Oſnabrugenſem, in quam prædictum ſacrum corpus cum aliis reliquiis tranſtulit. *Verùm opinionem iſtam idem Violius ſolidè refutat, oſtenditque, idem illud corpus regnante Carolo Calvo, Caroli Magni nepote, etiam Aleſiæ quieviſſe, indéque demum anno* 864 *à venerabili Egilo Flaviniacenſi abbate, Salacone epiſcopo vices Jonæ Auguſtodunenſis antiſtitis gerente, Flaviniacum tranſlatum eſſe. Non video tamen, cur aliquam ejuſdem corporis partem Oſnabrugenſes poſtmodum accipere non potuerint, cùm recenſiones medicorum, quas ſuprà produximus, non omnes corporis partes Flaviniaci enumerent. De inde circa finem ſeculi* XV *tam tenuis de Sanctæ corpore memoria erat Flaviniaci, ut ipſi Flaviniacenſes Benedictini ignoràſſe videantur, utrùm ipſi* S. Reginæ *corpus poſſiderent; etenim in inſtrumento anni* 1481, *quod ex Violio num.* 42 *& ſequentibus recitavimus*, Gaufridus de Criſceio abbas ejuſdem monaſterii Flaviniacenſis, necnon magnus Prior, decanus, cantor, ſacriſta & plures religioſi ejuſdem monaſterii... epiſcopo Avenetenſi (*Auguſtodunenſis ſuffraganeo*) requiſierunt, quàtenus viſitare haberet tres capſas exiſtentes ſuper magnum altare ejuſdem monaſterii, quæ à longo tempore illuc erant repoſitæ: de quarum viſitatione aut inſpectione nulla hominum erat memoria, nec perinde notitia, quæ aut quales aut quorum Sanctorum inibi eſſent reliquiæ &c. *Subditur, in earum una à laudato epiſcopo repertam fuiſſe* majorem partem corporis S. Reginæ virginis & martyris, *eamque cum corpore S. Præjecti & oſſibus S. Longini coſtaque boni Latronis, in ſuis quæque ſudariis, in nova theca repoſitam fuiſſe. Jam verò ſi Flaviniacenſes aut omnino aut penè ignoraverint ſeculo* XV, *an vel quantum ex corpore* S. Reginæ *poſſiderent; quidni fieri potuit, ut aliqua ejuſdem corporis pars Oſnabrugum olim fuerit delata, licèt tranſlationis tempus aut etiam ipſam tranſlationem Flaviniacenſes vel Oſnabrugenſes aſſignare non valerent. At enim, inquiet Violius, utriuſque brachii* radius *in laudatis recenſionibus enumeratur: quî potuit igitur Oſnabrugenſis eccleſia* magnam partem de oſſe radii brachialis *aſſervare?* D

quæ fortè cum aliis fuerunt confuſæ:

69 *Fateor, hæc duo conciliari non poſſe: verumtamen hinc neutiquam ſequitur, nullas omnino* S. Reginæ *Aleſienſis reliquias olim Oſnabrugi fuiſſe: etenim quòd iſtius ſedis epiſcopus exiſtimârit eam* magnam partem de oſſe radii brachialis *eſſe* S. Reginæ, *id oriri potuit ex confuſione reliquiarum, quam Ms. Inventio inſinuat his verbis:* Beatæ autem Reginæ virginis, Hermagoræ patriarchæ, Procopii & aliorum corporum ſeptem numero profundè in terra ſub altari ſummo prædictæ eccleſiæ (*Oſnabrugenſis*) reliquiæ reconditæ à tempore, cujus non erat memoria, collapſæ erant inter capſas ligneas vetuſtate conſumptas. *Hinc, inquam, fieri potuit, ut* S. Reginæ *reliquiæ aliis miſcerentur; ex qua confuſione natum erat fieri, ut os aliquod, quod alterius Sancti erat, pro oſſe* S. Reginæ *haberetur.*

videntur tamen Oſnabrugenſes ſuam opinionem deſtruiſſe. E

70 *Porrò cùm hucuſque de* S. Reginæ *reliquiis Oſnabrugenſibus ex ſolo veritatis amore diſputaverim, diſſimulare non poſſum, monumenta, quæ pro iis ex Gamanſii collectaneis Mss. attulimus, omnino incertæ eſſe auctoritatis, atque adeo nec certò eis credi poſſe; præſertim cùm gemina inventionis relatio, quam citavimus, mutuò non parùm diſcrepet; inſcriptio autem thecæ, præterquam quòd dubiæ antiquitatis ſit, certè vitioſa ſit, dum Sanctam* cujuſdam Clementis regis gentilis *filiam facit. Cenſui tamen, lectori non ingratum fore, ſi ea licèt dubia proferrem, ut pateret, quibus monumentis Oſnabrugenſium de* S. Reginæ *noſtræ reliquiis opinio niti videatur. Verumtamen hanc opinionem ſuam ipſi Oſnabrugenſes poſtmodum depoſuiſſe videntur: etenim in Officiis propriis in uſum cathedralis eccleſiæ ac diœceſis eorum, anno* 1652 *juſſu illuſtriſſimi principis epiſcopi editis, ad diem* VII *Septembris eraſo Officio* S. Reginæ *Aleſienſis, ſubſtitutum eſt pro cathedrali tantùm Officium S. Reginæ virginis martyris è ſodalitio Urſulano, cum lectionibus propriis de martyrio S. Urſulæ, ejuſque ſociarum, inter quas Regina quædam, cujus ſacræ reliquiæ ibidem aſſervari dicuntur, recenſetur. Feſtum verò Tranſlationis, ſeu potiùs Inventionis SS. Criſpini & Criſpiniani, quod olim* XXII *Junii celebrari ſolitum diximus, in eodem Proprio ad* XX *ejuſdem menſis, cum iiſdem lectionibus in compendium contractis, proponitur quidem recolendum; ſed commemoratio* S. Reginæ, *quæ in antiquiori Breviario præſcribebatur, pariter omiſſa eſt: ad* I *etiam Junii colitur Tranſlatio SS. Reginæ, Julianæ, Cordulæ &c., Virginum Urſulanarum: ita ut in toto illo Oſnabrugenſi Breviario nullam uſquam mentionem de* S. Regina *Aleſienſi factam comperierim. Unde colligere pronum eſt, ejuſdem eccleſiæ clerum aut inſtrumenta à nobis allegata tamquam fabuloſa rejeciſſe, aut ut dubia neglexiſſe, vel certè exiſtimâſſe, nullas apud ſe ejuſdem Sanctæ reliquias ſuperfuiſſe, cùm prædictum Breviarium excudi curaretur.* F

PAS-

A

PASSIO

Auctore incerto.

Ex Ms. Ultrajectino collato cum editione Mombritiana.

Regina ab Olibrio adamata, Chriſtum confeſſa

TEmporibus Maximiani imperatoris *a*, ſub Olibrio *b* præſide paſſa eſt Regina virgo, Clementis cujuſdam gentilis unica filia *c* : quæ cùm annorum eſſet quindecim, audiens Sanctorum certamina, totam ſpem habebat in Domino. Tranſiens autem Olibrius à Maſſilia *d* in Aleſiam *e* civitatem, ſedens * in curriculo ſuo & videns eam ſpecioſam nimis, juſſit eam comprehendi, concupiſcentiâ ejus illectus *f*. At illa, oratione præmiſſa *g*, conſpectui ejus præſentata eſt. Genus & nomen & præfeſſionem interrogata, dixit, ſe eſſe ingenuam, nomine Reginam, ſanctæ Trinitatis cultricem. Cui præfectus dixit : Ergo obtines nomen Gallilæi illius vel Nazarei *h* ? Regina dixit : Etiam obtineo, ſi digna ſum, ut invocetur Dominus meus Jeſus Chriſtus ſuper me, & obumbret & protegat velut ſuam ancillam.

a
b
c
d
e
* *Momb.* ſedenſque deinde

B

f
g
h

carceri includitur, & poſt blanditias & minas

2 Tunc juſſit impius præfectus cuſtodiri eam uſque dum veniret ad civitatem, & præcepit eam deduci * ad carcerem, uſque dum immolaret, & ſic publicè audiret eam. Ingreſſus autem civitatem Aleſiam, diis ſuis immolavit, & ſedens publicè pro tribunali, Puellam adduci juſſit. Videns pulchritudinem ejus, diſſolutus eſt ſpiritus ejus ſupra eam vehementer, & dixit ei : Cognoſce deos, ô juvencula, quia miſereor pulchritudini & teneritudini tuæ ; & multas pecunias habebis à me, & bene tibi erit præ cunctis puellis : alioquin plagas & pœnas peſſimas ſuſtinebis, & corpus tuum tenerum gladii & ignes fortiores conſument. Quæ cùm interrita conſtanter in confeſſione Chriſti permaneret, juſſit eam exſpoliari *i* & in eculeum * aſſumi, ſubtilibuſque virgis cædi.

* *ibid.* reduci

C

i

* *ibid.* æquuleum *equuleo torta & virgis cæſa,*

3 At illa in eculeum extenſa dolorem non ſentiebat ; ſed reſpiciens in cœlum dicebat : In te Domine ſperavi, non confundar in æternum. Cumque cæderentur membra ejus tenera, virgæ graciles incidebant *k* & ſanguis multus defluebat ; ita ut aſtantes flerent amariſſimè ſuper eam : & dicebant ei quidam : O qualem decorem perdis propter incredulitatem ! Conſenti & ſacrifica, ut poſſis evadere tormenta. Regina dixit : O mali conſiliarii ! ô conſilia malarum cogitationum ! Non conſentio, non ſacrifico : Chriſtum Jeſum, qui me confortat, habeo. Iratus præfectus juſſit eam exungulari & à carnificibus lacerari *l* ; ut etiam impius & crudelis præfectus de chlamide ſibi faciem cooperiret & averteret ſe : ſimiliter & adſtantes lacrymabant, videntes carnes ejus excruciatas *.

k

l

* *ibid.* exterminatas *rurſumque in carcerem conjecta, divinitus recreatur :*

4 Dixit autem præfectus : Quid eſt Regina, neque tu tibi potes miſereri ? Ecce caro tua excruciata eſt, & membra tua inutilia facta ſunt : conſenti mihi & ſacrifica : impoſſibile enim eſt, te ſine tormentis tranſire, ſi mihi non obedieris. Quæ cùm verba ejus deſpiceret, eumque inſipientem & infelicem vocaret, juſſit eam deponi & in carcerem reduci : ubi cùm oraret *, ſubitò columba apparuit, & crux in cœlo erecta eſt uſque ad locum, ubi Puella ſtabat ; & columba ſtans ſuper crucem dicebat : Ave Regina, unguentum ſuavitatis per orationem referens : parata enim eſt tibi corona gloriæ, apertus eſt * paradiſus, & eris requieſcens cum patribus tuis *m*. Tunc illa glorificavit Dominum Deum.

A. ANONYMO.

* *ibid.* oraſſet

* *ibid. additur* tibi

m

inde eductæ poſt varia tormenta caput abſcinditur.

5 Manè autem * præſentata, cùm nollet ei conſentire, juſſa eſt expoliari & in eculeo ſuſpendi, ac lampades ejus lateribus applicari. Illa autem levans oculos in cœlum dicebat : Tranſivi per ignem & aquam, & eduxiſti me in refrigerium. Tunc juſſit impius præfectus adferri vas quoddam magnum & impleri aquâ, & deponi eam de ligno, & alligari manus ejus & pedes, & mitti ibi * , ut ſuffocaretur in aqua. At illa orabat, dicens : Domine, diſrumpe vincula mea, ut tibi ſacrificem hoſtiam laudis : fiat mihi hæc aqua aqua ſuavitatis : fiat mihi hæc ſuffocatio illuminatio ſalutis. Et poſtquam oravit, miſerunt illam in vas illud aquâ plenum : & ecce terræ motus factus eſt magnus : & ecce * columba de cœlo deſcendens habebat in ore coronam, & diſrupta ſunt vincula beatæ Reginæ, & aſcendit de aqua, laudans & benedicens Dominum & dicens : Dominus regnavit, decorem indutus eſt : illuminâſti me, Domine Jeſu Chriſte, & ſalvâſti, miſertus unicæ puellæ, qui es benedictus ante ſecula. Et facta eſt vox columbæ dicens : Veni Regina, in requiem Chriſti ; beata es, quæ hanc coronam meruiſti. Tunc crediderunt in Dominum animæ octoginta * quinque *n* virorum & mulierum : iratus igitur Olibrius fecit eam decollari *o*.

* *ibid.* additur judici

* *ibid.* in illud

D

E

* *ibid. omittitur* eccè

* *ibid.* octoginta

n o

ANNOTATA.

F

a *Acta Mombritiana & aliud Ms., omiſſo imperatore, exordiuntur à ſequentibus verbis :* Sub Olibrio paſſa eſt &c. *Exordia prolixiorum Actorum, quæ rejecimus, indicata ſunt in Commentario* § 1. *Tempus, quo Sancta paſſa eſt, omnino incertum eſſe, diximus in Comment. num.* 12.

b *Quis hic fuerit, omnino latet : neque tamen ex hoc capite Acta meritò rejicias, cùm non omnes præſides ad notitiam noſtram pervenerint.*

c *Quæ de Sancta apud Chriſtianam nutricem educatione, & paſcendarum ovium cura narrat Pſeudo-Theophilus, diximus in Commentario num.* 6.

d *Editio Mombritiana & unum Ms. habent* Maſſilla. *Eſt porrò Maſſelia* (*indigenis* Marſeille) *urbs ampla Galliæ in Provincia & celebre emporium in ora maris Mediterranei. De ejuſdem conditoribus, ceteriſque ad eam ſpectantibus, videri poteſt Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum.*

e *Mombritius & laudatum Ms. legunt*, Alexiam : *utroque modo apud varios reperitur : Valeſius tamen in Notitia Galliarum ait, in veterrimis Julii Cæſaris codicibus, aliorumque veterum lucubrationibus*, Aleſiam *non* Alexiam *dici. Ceterùm hujus loci notitiam dedimus in Commentario num.* 13, *à numero autem* 14 *expoſimus Tamayi commentum, qui Aleſiam ſanctæ Martyris noſtræ palæſtram in Hiſpania collo-*

ca-

A. ANONYMO.

cavit, ut Sanctam faceret Hispanam.

f *Pseudo-Theophilus in Actis prolixioribus parùm probabiliter inducit Olibrium in hunc modum suis ministris loquentem:* Quodsi libera est, erit mihi uxor; si autem ancilla cujusdam; erit mihi concubina. *Parùm, inquam, probabiliter; neque enim verisimile est, ut præfectus pauperculam puellam pascendis ovibus occupatam, si libera esset, mox in conjugem sibi accipere voluerit.*

g *Audi, quàm eloquentem Virginem faciat idem Pseudo-Theophilus:* Cùm autem comprehenderent eam, *inquit*, cœpit clamare & dicere: Sancte Domine, Jesu Christe, noli me derelinquere, ne sinas animam meam contaminari, cùm sit munda & casta & incontaminata. Non polluatur fides mea; non coinquinetur corpus meum; non immutetur sententia; non projiciatur margarita mea in lutum porci, non offeratur sensus meus ad turpitudinem & insipientiam diaboli; sed mitte mihi assistricem sanctæ sedis sapientiam ad aperiendum fauces sensûs mei, ad respondendum cum fiducia, sine timore consistere ad omnem responsionem malignam impii hujus. Video autem me velut ovem in medio luporum: & ecce sum inter scandala velut passer: ecce sum inter retia velut capienda: ecce sum inter piscatores velut piscis: adjuva me Christe. *Porrò hæc oratio, aliquot periodis mutatis, desumpta videtur ex spuriis S. Margaritæ Actis, quæ exstant apud Mombritium tom. 2, fol. 104. Ceteras Pseudo-Theophili ineptias imposterum præteribo.*

h *Ita impius per contemptum Christum vocans rogat, an Christiana sit.*

i *Meatius & Violius in Vitis Gallicis scribunt, hæc diu pòst contigisse, quippe Sanctam cùm primùm ante tribunal Christum confessa esset, tetro carceri mancipatam fuisse, Olibrium verò in Germaniam profectum, indeque reducem, cùm blanditiis nihil proficeret, tum demum Virginem equuleo torqueri ac virgis cædi mandâsse. Verùm unde hæc hauserint, incertum mihi est. Non minùs incerta sunt, quæ ex populari dubiaque traditione idem Violius Gallicè narrat in hæc verba:* Popularis, quæ etiamnum perseverat, traditio fert, illustrem istam captivam toto temporis spatio, (quo Olibrius in Germania versatus est) inclusam fuisse cuidam turri castri de Grignon, quod ad ejusdem patrem spectabat; quamvis alii satis probabiliter asseverent, incarceratam Flaviniaci fuisse; quod quidem pro re tam certa habetur, ut plurimi peregrini, qui ecclesiam hujus monasterii invisunt, enixè petant, ut sibi S. Reginæ carcer ostendatur, quem istam cameram, seu sacellum subterraneum fuisse credunt, quòd est sub altari principe. Sed ne determinando ergastuli loco immoremur, istud extra dubium est, Sanctam in eo multa passam fuisse; tum quia Olibrius diu in Germania moratus est; tum quia immitis parentis potestati tradita fuerat, cui minimè erat animus remittere quidquam de severitate judicis, qui ejus tenerum & gracile corpus cingi jusserat annulo ferreo, quæ serâ quadam arctabatur, & cui catena quadraginta septem annulorum, & undecim pedes longa erat annexa, cujus extrema adverso utrimque parieti serâ affigebantur; ita ut sancta Virgo diu noctuque eodem loco stare cogeretur. Catena hæc, quæ unum est ex præcipuis martyrii instrumentis, in magna semper veneratione à fidelibus habita est, diligenterque in Flaviniacensi abbatia asservatur. *Quid ex his omnibus verum sit, edicere nequeo: verumtamen hujusmodi traditiones non possunt non esse suspectæ.*

k *Mombritius legit:* Cúmque cæderetur, membra ejus tenera virgæ graciles incidebant *&c.*

l *Apud Mombritium hîc subditur:* Qui ita latera ejus exunguulabant, (*lege* exungulabant) ut etiam impius *&c.: atque ita sensus est perfectior. Porrò* exungulari *hîc non significat* ungues evellere, *sed* ungulis ferreis carnem discerpere, *ut patet, & apud Cangium in Glossario verbo* exungulare *&* ungulare *videre est.*

m *Cum quibus patribus? An Sancta mater maternique aut paterni avi proavive fuerant Christiani? Tota hæc Crucis ac columbæ apparitio nescio quid fabulæ sapit.*

n *Quoad numerum eorum, qui hoc miraculo in Christum credidisse dicuntur, nonnihil discrepant exemplaria. Violius legit* octingentos & quinque: *Ms. Rubeæ vallis*, promiscui sexûs DCCCLXI; *Petrus de Natalibus*, octingentos quinquaginta; *reliqua exemplaria cum Ms. Ultrajectino & Mombritio habent* octoginta quinque.

o *In Vita, quam Georgius Violius & Lucas Acherius Benedictini ex vetustissimo Flaviniacensis abbatiæ Ms. descriptam nobis olim transmiserunt, dicitur:* Tunc irâ commotus Olibrius edixit, ut ducerent eam, & decollaretur: & educta est extra civitatem ad decollandum: *quod omnino credibile est: at non satis capio, quid sibi velit, dum post pauca subditur:* Et post orationem amputatum est caput ejus, creditúrque probabiliter pro invicta Dei confessione feliciter suo sanguine baptisata. *Verùm hæc postmodum adjecta esse, ex stylo satis colligitur. Porrò in editione Mombritiana, variisque Mss. in fine leguntur sequentia:* Hujus passio recolitur septimo Idus Septembris; cujus animam cunctis videntibus angeli tulerunt in cælum cum laudibus.

TRANSLATIO

Auctore anonymo, synchrono, ut apparet

Ex editione Georgii Violii, Benedictini.

Corpus in Alesiensi sacello negligentiùs habitum

SAnctæ Reginæ virginis martyris translationem libenter memoriæ commendamus, quòd eam divinitus procuratam minimè dubitamus. Siquidem rectores partim sæculares, partim in religioso habitu sibimet succedentes, impliciti variis negotiis, passi sunt venerationem tantæ Virginis obscurari, quam eos oportuerat ad laudem Dei pluribus obsequiis celeberrimam reddere. Huc accessit etiam custodum negligentia, qui vel imperitiâ, vel incuriâ, suppresserunt signa, quæ ad declaranda & commendanda merita Martyris enituerant & quæ jam vix tenui relatione vulgantur.

tandem ab Egilo,

2 Id cùm venerabiles monachi Flaviniacensis cœnobii, in cujus potestate vel vicinià situs est locus,

A locus, ubi certaverat beata Martyr, & requiescebat *a*, ferrent ægerrimè, translationemque instanter & crebrò depoſcerent ab his, qui præesse videbantur, & quidam verbo promitterent, opere nullus impleret; nutu Dei evenit, reverentiſſimum virum, cui nomen erat Egil *b*, ex monaſterio Prumiæ, ut nunc dicitur *c*, insignis rex Carolus *d* arceſſiret, ſtabiliendæ religionis gratiâ; qui eidem Prumiæ, quamquam propter reipublicæ turbulentum tempus laboriosè, tamen ſtrenuè aliquamdiu præfuerat, & prætenta imbecillitate corporis, tempore Lotharii junioris vacationem obtinuerat *e*, & ibi quietus reſidebat: quique ſe totiens evocantis inſtantiam, votumque ſancti deſiderii pollicentis, differre ulteriùs non prævalens, ſui regis permiſſu & metropolitani Treverorum, ad cujus diœceſim locus ipſe pertinet, licentiâ canonicè ſumptâ, contulit ſe tandem ad præfatum regem glorioſum Carolum.

a *b* *c* *d* *e*

B 3 Qui benignè hunc, ut decebat, excipiens, Flaviniacum ei monaſterium commiſit *f*, quod diutiſſimè ſæcularium ſibimet ſuccedentium regimine fluctuabat, ut illius laudabili converſatione ſtatum, quem optabant devotiores, recuperaret. Qui antequam eò acceſſiſſet, auditâ famâ Virginis martyris, hoc per ſe deſideravit effici, quod à pluribus dilatum vel neglectum comperat. Ac primùm ab eodem rege impetrata poteſtate, & ex ejus juſſu ab epiſcopo Jona *g*, qui Eduorum gubernabat eccleſiam, efficiendi, quod cupiebat, auctoritate potitus, Fratribus cunctis gaudentibus, maturavit exequi propoſitum. Siquidem triduano Fratribus indicto jejunio, duodecimo Kalendarium * Aprilium die, aſſumpto ſecum Salocone *h* epiſcopo, qui vices Jonæ agebat, & tantæ rei explendæ gratiâ convenientibus Fratribus, oratorium beatæ Virginis & martyris adiit.

ad Flaviniacenſis cœnobii regimen admoto, *f* *g* * *l.* Kalendarum *h*

4 Et inſtante fine diei, pſalmis & ſupplicibus aliis orationibus auxilium divinum implorans, letaniam facere præcepit: ipſe verò ligone ſumpto, terram, quâ tegebatur ſepulchrum, moliebatur dimovere. Hoc miræ magnitudinis repertum *i*, ſuperinjecto pallio exornavit, & totam noctem cum Fratribus pervigil, ut par erat, humillima ſupplicatione conſumpſit. Manè reducto *k*, abbas ſacris indutus & Saloco epiſcopus, qui vicem Jonæ præſulis, ipſo jubente, ſuſceperat, cæterique Fratres, qui jam frequentes convenerant, divinum ſuffragium ſuppliciter expoſcebant. Ergo abbas & Saloco epiſcopus ſepulchrum adiêre, & ſaxeum tegmen tantæ magnitudinis, ut vix anniſu multorum boum adduci poſſet, ſumma facilitate permoverunt *l*, cunctis hoc favore Dei exhilaratis & præ magnitudine illius à lachrymis temperare non valentibus.

aſſiſtente Salacone epiſcopo, ſublevatur *i* C *k* *l*

5 Hîc ipſe abbas, pio affectu permotus, hymnum TE DEUM LAUDAMUS, excipientibus Fratribus novem, inchoavit; & ita de * diſpenſatione feliciter exoptabile votum provenit, ut dum corpus ſacratiſſimæ Virginis in feretro reconderetur, plenitudo ingredientium Flaviniacenſium monachorum, ornata ſacris indumentis & inſtructa crucibus, cereis atque vexillis, eccleſiam introiret, & ſuo ſuperventu letaniam cumulans, in exemplo hymno præmiſſo, pro ſe quiſque alacriter vocibus conſonaret; poſt quem Miſſarum ſunt celebrata officia. Quibus peractis, ingens multitudo vicinorum plebeiorum atque nobilium utriuſque ſexûs, & plurimorum, quos undique fama diſcurrens causâ devotionis excitaverat, præcedentibus ſumma hilaritate Fratribus, ferentibus feretrum, cum divinis laudibus, quos honor & veneratio ſanctæ Martyris accendebat, ordine congruo conjuncta ſubſequuta eſt, omneſque pari exultatione alacres & conceptum gaudium diverſis vocibus aperientes, felici agmine proceſſionem geſtu & quibuſcumque honeſtis valebant indiciis, declarabant.

& ſolemniter * *l.* Dei

A. ANONYMO.

6 Columbæ illic non nidificabant, & aliunde advolare cerni erat inſolitum: tamen egredientibus exequiis, feretrum & cereos volatu præcedens pluribus conſpecta eſt; & cùm aliquantulum progreſſa eſt, unde exierat, rediit, nec ibi tum poſtmodum alicui viſa eſt. Unde collectum eſt, columbam, quæ ſcribitur ejus certamini affuiſſe, funeri repræſentatam, ut Martyri juſta ſolventes fierent alacriores & de perſeverante Dei gratia certiores. Sancta Virgo, quæ quondam incredulis glorioſi certaminis præbuerat ſpectaculum, credentibus, religiosè plaudentibus & effuſis in Dei laude, illuſtrem duxit triumphum. Omnibus ergo inſatiabiliter comitantibus (quis enim hanc ſolemnitatem audîſſet, qui non adeſſe contenderet? Vel quis adventantium ſe pateretur ſubtrahere?) ſexus uterque, ætatumque diſcrimina cucurrerunt, omneſque ardebant feſtivitatis illius conſortes exiſtere, unde certum ſe ſuffragium meritis & interceſſionibus relaturos, unanimiter confidebant.

tranſlatum E

7 Tali frequentiâ comitantium beatæ Virginis victorioſiſſimum corpus Flaviniacenſi monaſterio perlatum eſt, & ad votum Fratrum honorificè in eccleſia conditum: ubi & tunc & demum ſæpiùs teſtantium meritum beatæ Virginis tot ſigna efflоruerunt, ut non facilè valeant enumerari: maximè autem in febricitantibus, quorum illuc ingens confluxerat multitudo, remedium expetens, potens Virginis oratio claruit, qui ferè omnes, quod flagitabant, obtinuerunt: ex quorum affluenti copia quibuſdam relatis, fidem reliquis faciâmus *m*.

Flaviniaci honorificè deponitur, ubi miraculis claret. *m*

ANNOTATA.

F a *De loco certaminis & ſepulturæ egimus in Commentario num.* 13, *& de poſteriori rurſum num.* 21 *& ſeqq.*

b *De Egilo primùm Prumienſi, deinde Flaviniacenſi abbate, ac denique Senonenſi archiepiſcopo egimus in Commentario num.* 29.

c *Monaſterii Prumienſis primordia Mabillonius tom.* 2 *Annalium refert ad annum* 763, *conditumque ait in ſaltu Arduennæ ad fluvium Prumiam, à quo monaſterium nomen traxit. In charta fundationis Pippini Brevis apud laudatum Annaliſtam vocatur* cœnobium ſancti Salvatoris; *quò fortè reſpexit Tranſlationis auctor, dum ait:* ex monaſterio Prumiæ, ut nunc dicitur.

d Carolus Calvus *deſignatur.*

e *De hac ceſſione ſic meminit Regino lib.* 2. *Chronici:* Anno Dominicæ Incarnationis DCCCLX Egil abbatiam Prumienſem ſua ſponte dimiſit.

f *Audi ipſum Egilum in Charta fundationis Cellæ Corbiniacenſis apud Violium & Mabillonium:* Anno DCCCLXIV ... dum apud Flaviniacum ... hilari reſiderem animo meo, oratu utpote noviter ibidem precibus compulſus inſignis regis Caroli, piiſſimi Auguſti Hlodovici filii, à

A. ANONYMO. cœnobio veniens Prumiæ, annuente Treverorum antistite, ob pastoralem curam Flaviniacensis cœnobii &c.

g *Benedictini Galliæ Christianæ scriptores tom. 4, col. 364 eum trigesimum nonum Augustodunensem episcopum statuunt, existimantque ante annum 865 obiisse.*

h *De Salocone seu Salacone episcopo Dolensi consule laudatos scriptores Galliæ Christianæ & Mabillonium, num. 29 in Commentario citatum.*

i *Nihil hîc auctor habet de prodigio columbæ locum sepulturæ designantis, quemadmodum sine teste asseritur à Violio, ut dixi in Commentario num. 35, 36 & 37.*

k *Hinc liquet, translationem hanc* XII *Kalendas Aprilis, ut suprà dicitur, inchoatam quidem esse, at non nisi* XI *Kalendas ejusdem mensis fuisse perfectam, quemadmodum num. 33 & 34 observavimus.*

l *Violius scribit, operas primùm frustra laborâsse, ut sepulcralem lapidem amoverent, ac demum Benedictinos monachos ex Egili mandato id facili negotio præstitisse. Unde hæc hauserit, planè ignoro. Translationis adjuncta tam de inventis, quàm per miraculum probatis reliquiis, quæ idem Violius, nullo vade adducto, Vitæ inseruit, vide in Commentario à num. 35.*

B m *Hæc miraculum ad manus meas non pervenerunt.*

MIRACULA

Auctore anonymo, monacho Flaviniacensi *a*

Ex antiquo Breviario Flaviniacensi apud Georgium Violium ejusdem abbatiæ monachum.

Puer febricitans sanatus:

C Quidam etiam puer vocabulo Heriboldus ex villa, quæ dicitur Mediolanum, gravi vexatus febri in eadem ecclesia post migrationem beatæ Reginæ una nocte quievit, ac postridie incolumitatis inde reportavit gaudia.

cæco unius oculi usus redditus: b

2 Alius quoque cæcus ex Tusiaco *b* villa, in eadem Alesia ecclesia tantundem quievit, manè verò altero in cæcitate permanente oculo, alter illuminatus apparuit. Quod fortè ideo contigit, quoniam plenam non promeruerat fidem. Unus ergo idemque homo & testis extitit suæ infidelitatis & efficaciæ tantæ Virginis & martyris intercessionis: nam qui meritis illius unius oculi receperat visum, posset utrius * utique, nisi ejus duritia impedisset.

* *l.* utriusque

alter febribus c

3 Alius quidam ex Rhemensi *c* villa febrium ita laborabat incommodo, & visceribus tumidis ac pallore luridus *, ut putaretur morti vicinus. At cùm ejusdem loci presbytero duobusque ex eadem villa servientibus revelatum esset, ut si ex pheretro beatæ Virginis à Fratribus ligni particulam impetrâsset, illico sanitatem reciperet; Fratresque cognovissent, quod per quietem fuerat demonstratum, haud difficulter, quod poscebat ægrotus, tradiderunt. Sic ligni portiuncula superposita & veram visionem ostendit & meritis beatæ Martyris sospitatem reduxit.

* *adde* erat

4 Penè exciderat, quod repentè, dum ista superscriberem, memoriæ occurrit, quod ab eodem tunc venerabili abbate Egili *d*, nunc Metropolitanæ Senonum episcopo mihi relatum deperire non patior. Erat quidam in eodem monasterio venerabilis Frater, Evis vocabulo, matura ætate, calculi diuturna laborans infirmitate. Hic post elatum sanctæ Reginæ corpus in ecclesiam occultiùs oraturus, ut solebat, accessit atque inter alia morbi, cujus fatigabatur incommodo, remedium flagitavit. Quid pius Deus faceret, quàm quod Martyr fidissima exoraret? Concessit clementissimè atque firmissimè: namque illi post finitam precem usque ad terminum vitæ beatæ Virginis & martyris meritis beneficium duravit indultum. D *alius calculi cruciatibus liberati. d*

5 Strictis his breviterque comprehensis, quo effugeremus tædium lectorum atque justum fastidium, ut ad laudes Dei & Sanctorum ejus, bonorum studia excitemus, paulò superiora repetamus, quæ nostris penè temporibus contigisse celebri plurimorum relatione cognovimus. Priscis sæculis crebra, imò continua apud memoriam S. Reginæ fiebant miracula & quamquam essent illustrissima, nullis comprehendebantur litterarum monumentis, sola relatione seniorum junioribus tradebantur, arbitrantibus universis, hæc numquam defutura, atque in nullo se meliùs diuturnitati prospicere, quàm si nova & recentia semper expectarentur, nec caveretur, ne vetera obsolescerent præsidio litterarum: sed ut solet contingere & suppetentia quæque vilescunt. Longa securitas peperit incuriam, ut beneficia Dei, quæ meritis beatæ Virginis divinitus percipiebantur, in contemptum venirent ac meritò rarescerent. Verùm perseverante bonitate Dei, quæ supergreditur mortalium improbitatem atque pigritiam, sibi tantæ Martyris victoriam non destitit publicare, ac non redivivam apud se, sed continuam à longo sæculorum spatio demonstrare. *Quod multa miracula oblivioni data sint.* E

6 Atque ut, quæ dicimus, gestis veraciissima comprobemus: quo tempore cœnobio sæpe dicto Apollinaris *e* abbas præsidebat, quidam cui erat nomen Vulgario, habitator Alesiæ quondam civitatis, nunc villæ, debitor duorum modiorum vini, accusatus à Semenone presbytero parrochiæ sancti Euphami *f*, qui . . . ad Brannonem præpositum cœnobii ejusdem loci sponte voto maledictionis se obligans, dum foris esset in atrio, sacrilegas contra sepulchrum Virginis manus tendens, his verbis usus est: Si, inquit, debitor sum hujus rei, ... justo Dei judicio protinus lumen amittam oculorum. Sicut imprecatus est, sine mora contigit: mox enim lumine privatus, usque ad vitæ metas in cæcitate permansit. Terruit ergo reus præsentanea ultione punitus id cernentes vel audituros: ipse tamen perpessione supplicii, quantùm colligi potest, indignationem Domini non placavit: perjurium enim lege Dei prohibitum, non est mirum, si aliquando corpus debilitat, quando, quod nullus sapiens ambigit, animam quoque cruciat. Quàm sit ergo studiosè cavendum, etiam hoc judicio comprobatur *g*. *Perjuri, alter cæcitate, e* *f* F *g*

alter morte divinitus percussi. h

7 Cùm præesset Pipinus *h* rex Aquitanorum, imperatoris Ludoguici filius, præfatæ civitatis locum transiens occupavit & juxta ecclesiam B. Reginæ hospitium sibi exhiberi præcepit. Quidam verò principum ejus apud villam Dolocas hospitatus est, quæ ab Alesia quondam civitate duobus miliariis separatur. Tum aliquis satellitum

A tum ejus quendam Flaviniacenſis cœnobii famulum, Unradum nomine, violenter opprimens, gladium ei & ſagum ac cætera ſuſtulit indumenta, ſuoque ſodali tradidit aſportanda. Ille verò cum ſpoliis ſibi traditis, formidans judicium regis, præceſſit cum ſagmatibus *i*, ne valerent ſublata reſtitui. Sequenti die præfatus prædo unà cum domino ſuo regem adiit & ab eo, quem oppreſſerat ac ſpoliaverat, interpellatus, ſimulans ſe juramento purgare, nil eorum ſe geſſiſſe, pro quibus accuſabatur, interpoſito nomine B. Reginæ firmavit. Statimque cum clypeo & lancea in terram corruens, in atrio memoratæ Virginis, in quo ſtabat, exanimis ſimillimus jacuit, donec certo nuntio directo ad ſagamata *, deferrentur ſpolia, & illi, cujus fuerunt, redderentur : ſed nec ſiquidem perjurus meritam ultionem evaſit, ſed poſtera die terribiliter expiravit.

i

* ſagmata

8 Ea quoque tempeſtate hoſtium equitatus adveniens, Aleſiæ confinia occupabat : hinc territi habitatores circumcircà degentes, plebeiorum equitum timentes ferocitatem, alimenta ſibi

Prædones

B præparata ad eccleſiam ſanctæ Virginis deportârunt, ſibi ejus virtute ſervanda. Prædones queſti, dolo ſibi ſublata ; unde vitam tolerare deberent, & cupientes ſumere pœnas à ruſticanis, qui ſua compulſi neceſſitate ab aſpectu ſe opprimentium removerant, ad eccleſiam congregantur non oraturi, ſed vim, ut deſtinârant, facturi. Repertum presbyterum cum clericis ſuis ante januam dictis minacibus terruêre, alii permoti religione, ut ad eccleſiam potiùs ingrederentur, præcepêre.

9 Sacerdos ilicò cum clericis comitantibus oratorium ingreſſus, Sanctorum ſuffragia poſtulare, præcipuéque S. Reginæ virginis, quam ibi velut præſentem venerabantur. Signa quatiebantur, letania fiebat inſtanter : quædam etiam anus, Gunſa vocabulo, inſolito permota tumultu, tumulum ſanctæ Virginis terebat, & quaſi quieſcentem excitatura, magnis inclamabat vocibus adjutricem. Diaconus quoque, Lantfridus vocabulo, mente confuſus per feneſtram

divinitus

k jactatis lapidibus percutiebat ſepulchrum *k*, omniſque populus una voce Dei protectionem ac

C beatæ virginis Reginæ ſuppliciter efflagitabant.

10 Interea quidam ſuperbiâ elatus violenter eccleſiam oſtio fracto ingredi tentans, quaſi directus pede impulit, atque continuò juſto Dei judicio divinâ oppreſſus ultione, indignum indulgentiâ Dei ſpiritum digniſſimis ſuppliciis exhalavit : reliqui verò abſque Dei reverentia & beatæ Virginis, alimoniam aliis ſervatam uſibus diripientes, equis impoſuêre. Jamque temporis diſceſſum parantibus inſtabat ultio & deſperatos irremediabiliter puniebat : nam vincula ſaccorum ſolvebantur, ipſi quoque ſacci ſcindebantur *l*, equi etiam aut ſubito lapſi expirabant, aut exterriti diffugiebant. Itaque prædatores nihil aliud, quàm ignominiam reportârunt.

puniti.

l

ANNOTATA.

A. ANONYMO.

a *De auctore horum miraculorum egimus in Commentario num.* XI. *Porrò quæ hîc tribus prioribus numeris complexi ſumus, ſunt tres lectiones per* Octavas S. Reginæ : *quatuor ſequentes numeri continent lectiones* 1, 2, 3, 4, 7 *&* 8, *quæ* Dominicâ infra Octavas *recitabantur : reliqui tres ſunt totidem lectiones* per hebdomadam.

b *Fortè* Tuſiacum, *de quo Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum :* Tuſiacum villa fuit in diœceſi Tullenſi, ſynodo ibi anno DCCCLX habita celebris, quam Touſi vel Tuſi Labbeus interpretatur.

c *Hic locus mihi non occurrit.*

d *De Egilo conſuli poteſt Commentarius prævius num.* 29. *Hîc tantùm obſervo, miraculum hoc ſcriptum fuiſſe intra annos* 865 *&* 870, *cùm ipſius archiepiſcopatus Senonenſis his terminis incluſus dicatur apud Mabillonium ſeculo* 4 *Benedictino parte ſecunda, pag.* 242.

e *Hugo Flaviniacenſis in Chronico Virdunenſi apud Labbeum tom.* I *Bibliothecæ Mss. pag.* 118 *de Apollinare hæc ſcribit :* XXXV anno imperii Caroli domnus Apollinaris ordinatur abbas (*Flaviniacenſis*) dono imperatoris : *ubi per annum imperii intellige annum regni Auſtraſiæ, quod anno Chriſti* 768 *auſpicatus eſt, vel totius monarchiæ, quam anno* 771 *exorſus eſt : itaque aſſignatus ab Hugone annus incidit in Chriſti* 802 *vel* 805. *De anno Apollinaris emortuali Hugo ſibi non conſtat : etenim tam loco citato, quàm pag.* 120 *ait :* Obiit pridie Kal. Aprilis anno duodecimo imperii Ludovici, *adeoquè anno Chriſti circiter* 825 *& tamen idem ſcriptor pag.* 119 *eum obiiſſe dicit anno* 821 : *ſed non eſt hujus loci id inquirere.* E

f *Videtur hîc locus mendosè expreſſus ; nam* S. Euphanum *vel* Euphanium *nuſquam reperi.*

g *In Breviario apud Violium ſequuntur duæ lectiones, in quibus agitur de antiquæ Aleſiæ expugnatione & deſtructione per Julium Cæſarem : verùm cùm ea huc minimè ſpectent, prætermittenda cenſui.*

h *Pipinus Ludovici Pii imperatoris filius, à patre in Aquitaniam miſſus eſt anno* 814, *ab eoque vel hoc anno vel* 817, *ut aliis præplacet,* F *Aquitanico regno donatus eſt.*

i *Id eſt cum ſarcinis reliquiſque impedimentis exercitûs, quibuſcum ille præceſſit, ne ſpolia repetendi occaſio daretur, ſi Aleſia permanſiſſet.*

k *Rectè ait, mente confuſum fuiſſe, alioquin enim hunc Sanctam invocandi modum à ſacrilegio non facilè excuſabit. Porro tam ex hujus diaconi, quàm ex anûs facto liquet hæc Aleſia contigiſſe, cùm ſancta Martyris oſſa ibidem etiam quieſcerent.*

l *Apud Violium legitur* vincula Sanctorum, *& paulò pòſt* Sancti ſcindebantur : *ſed certè mendosè : ſignificat enim auctor lectionum, ſaccos ſponte ſua religatos & diſruptos frumentum aliave alimenta profudiſſe in terram.*

DE SS. PARAGORIO, PARTHÆO, PARTHENOPÆO ET SEVERINO MARTYRIBUS

NAULI IN LIGURIA.

J. S.

Cultus Sanctorum Nauli, ubi eccleſiæ ipſis dicata, quæ olim erat cathedralis:

Naulum vel Naulium civitas modica eſt, ſed epiſcopalis, in ora Liguſtica ad mare, Noli *vulgò dicta. Antiquo ibidem cultu gaudet* S. Paragorius *martyr cum tribus Sociis in titulo recenſitus. Joannes Stephanus Fliſcus anno* 1694 *de hiſce Martyribus Genuâ ad Fanningum noſtrum ita ſcripſit.* Die ſeptima Septembris ce-
B lebratur in eadem civitate (*Naulenſi*) feſtum SS. martyrum Paragorii, Parthæi, Parthenopæi & Severini, quorum nominibus dicata exſtat eccleſia extra mœnia civitatis, quæ olim cathedralis fuit: ubi in altari majori eſt in antiqua tabula imago S. Paragorium equo inſidentem & ſocios pedites repræſentans. De his nulla ampliùs exſtat memoria, niſi quòd olim haberentur in Officio antiphonæ propriæ. *Naulum oppidum olim pertinebat ad eccleſiam Savonenſem. At ſeculo* XIII *Gregorius IX Naulenſibus epiſcopum proprium attribuit, & jam memoratam eccleſiam* S. Paragorii *cathedralem fecit ac ſuffraganeam metropolis Genuenſis; ut videri poteſt apud Ughellum tom.* 4 *Italiæ ſacræ recuſæ col.* 1004 *in litteris Innocentii IV, quibus omnia confirmantur. Manſit ea eccleſia cathedralis uſque ad annum* 1572, *quando Gregorius XIII Leonardo Naulenſi epiſcopo permiſit, ut cathedram transferret ad eccleſiam S. Petri, civitatis muris incluſam. Epiſtolam Gregorii XIII, quâ id conceditur, habemus apud laudatum Ughellum col.* 1008. S. Paragorius *in ea vocatur* protector civitatis & eccleſiæ Naulenſis.

2 *Ferrarius* Paragorium *cum Sociis in utroque Catalogo annuntiat. In Catalogo autem Sanctorum Italiæ tale exhibet elogium:* Paragorius, Partheus, Parthenopæus & Severinus in Cirno inſula paſſi feruntur, licèt quo tempore, & quibus ſuppliciis ignoretur. Agitur hac die Naulii in Liguria ipſorum feſtivitas. Extat eccleſia illis dicata prope urbis mœnia, quæ olim cathedralis fuit: in qua S. Paragorii equi inſidentis imago & Sociorum peditum in antiqua tabula conſpicitur. Ex quo conjicere licet, Paragorium nobilem fuiſſe, Cæteros verò ejus famulos. Extabat ante aliquot annos antiphona in pergameno ſcripta pervetuſta, in eorum feſto decantari ſolita, in qua hæc continebantur verba: PASSI SUNT IN INSULA CORSICÆ. Cætera prorſus injuriâ temporum exciderunt. *Hactenus Ferrarius, qui per* Cirnum *inſulam non aliam deſignat quàm Corſicam, quæ olim* Cyrnus *fuit dicta. Caſtellanus in Martyrologio Univerſali eoſdem ſanctos Martyres* in inſula Corſica *annuntiat, eoſque Nauli præcipuè coli ait, ſed eccleſiam eorumdem non rectè* cathedralem *vocat, quamvis talis antea fuerit. Addit idem, eos quoque coli Milliaci* * *in diœceſi Biterrenſi, ibique exſtare eccleſiam ejuſdem nominis. Plura de his Sanctis non invenio.*

paſſi creduntur in Corſica inſula coli quoque dicuntur Milliaci in Occitania. E

* Milhac

C

DE S. EVURTIO EPISCOPO CONF. F

AURELIANIS IN GALLIA

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Antiquiſſima Sancti in Faſtis memoria & cultus.

PROBABILIUS CIRCA AN. CCCXL. *Memoria in Faſtis antiquiſſimis*

Memoria S. Evurtii *epiſcopi Aurelianenſis celebratur in Faſtis pleriſque antiquis, ſed mutato nonnihil nomine: nam aliàs* Evurtius *ſcribitur, ſicut in Actis Mss., alias* Evortius *aut* Evortus, *quin & mendoſe* Evotus. *Codices Hieronymiani, quos ſecutus eſt Florentinius, & in quibus nomina Sanctorum non rarò luxata reperimus, ita habent:* Aurelianis depoſitio ſancti Evoti epiſcopi, & confeſſoris. *Vetuſtiſſimum Antverpienſe aut Epternacenſe ibidem in annotatis brevius hoc modo:* Aurelianis, Evorti epiſcopi. *Corbeienſe:* Aurelianis civitate depoſitio S. Evortii epiſcopi & confeſſoris. *Hiſce ferè conſonant alii codices Hieronymiani, qui editi ſunt apud nos tom.* VII *Junii, apud Acherium in Spicilegio, & apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum, exceptis tamen paucis, in quibus* S. Evurtii *prætermiſſa eſt memoria. Hæc auctaria Martyrologii Hieronymiani, quæ haud dubiè valde vetuſta ſunt, antiquum Sancti oſtendunt cultum, magis quoque confirmandum ex ſequentibus, atque ex iis, quæ de corporis tranſlationibus diſputabuntur* § 4.

2 *Qui medio ævo, id eſt ſeculo* IX *& deinde, annun-*

A *annuntiârunt* S. Evurtii *memoriam, elogia ex Actis concinnârunt. Rabanus ſic habet :* Aurelianis civitate S. Evortii epiſcopi & confeſſoris, qui poſt Deſiderium ipſius eccleſiæ epiſcopatum meruit: qui etiam divino nutu per columbæ ſpeciem Spiritus ſancti electione ad epiſcopatum percipiendum dignus oſtenſus eſt, ſicut in Vita ejus conſcriptum legitur. Hic nobili & ſancta converſatione dies ſuos complevit, & miraculis claruit, ipſeque diem obitus ſui per revelationem agnoſcens, ſanctum Annianum epiſcopum futurum, ne ſeditio in populo oriretur, prælegit; ſicque ad cæleſtem gloriam tranſivit. *Uſuardus brevius elogium ex iiſdem Actis ita contexuit :* Civitate Aurelianis, depoſitio ſancti Evurtii confeſſoris, qui, ut geſta teſtantur, primò ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubdiaconus, dein divino munere per columbam eſt deſignatus pontifex præfatæ urbis. *Hæc verba adoptavit auctor Hagiologii Franco-Galliæ, quod edidit Labbeus. Wandelbertus breviſſimè Sanctum eumdem commemorat his verbis :* Antiſtes ſeptenas ſervat Evortius. *Apud Bedam verò & Adonem non*

B *reperitur* S. Evurtii *memoria in Faſtis genuinis, licèt in vulgatis ipſorum nomine Martyrologiis paſſim celebretur. Dubitat quidem Georgius, qui Martyrologium Adonis nuper recudit, an* Evurtius *à Roſweydo rectè in Appendicem fuerit amandatus. At Adoni attribuendam non eſſe annuntiationem* S. Evurtii, *ſatis probari videtur ex eo, quòd in antiquioribus codicibus non fuerit inventa. Ex Uſuardo potiùs Adoni additum, quàm ab Adone ſcriptum, videtur elogium, quod in codicibus quibuſdam invenit Georgius, atque in Annotatis recitavit.*

nec Flori eſt elogium, ut multi putârunt, quod hîc recitatur :

3 *Eadem de cauſa Flori elogium non eſſe exiſtimo, quod nomine ipſius datum eſt à Papebrochio cum Bedæ Martyrologio, ante tomum 2 Martii edito. Cùm enim Florus Adoni præluxerit, nec* Evurtium *omiſiſſet Ado, nec brevi elogio annuntiâſſet, ſi tam prolixum inveniſſet apud Florum. Quia tamen antiquum eſt, totum huc transfero.* Aurelianis depoſitio S. Evurtii epiſcopi & confeſſoris, qui tempore Conſtantini imperatoris causâ requirendorum fratrum egreſſus, in Aurelianis ingreſſus eſt urbem : ubi tunc clero, & populo jejunium triduanum celebrante

C pro antiſtite futuro, ab oſtiario eccleſiæ in hoſpitio receptus, & uſque ad diem tertium pacti jejunii nutu Dei eſt retentus. Confluentibus accerſitis epiſcopis & populis univerſis ad eccleſiam, ille pariter cum ſuo intravit oſtiario. Quibus orantibus & Domini miſericordiam præſtolantibus, ecce inſtinctu Dei columba tranſmiſſa per inſertam feneſtram ingreſſa, quaſi lux immenſa fulgens, per totam ferè eccleſiam more perſonam inveſtigantis cœpit volitare. Quæ ſpeculata S. Evurtium januæ inhærentem, illico ſuper caput ejus inſedit. Quod ſignum populus admirans, ampliùs Deo preces fundebat, iterum duplicari ac triplicari miraculum. His ita orantibus, columba tertiò venit, tertióque ſuper præfati Viri caput inſedit. Hoc indicio cælitus dato antiſtes effectus eſt populo Aureliano : cui tantam Dominus contulit gratiam, ut medicinale infirmis remedium, & fatigatis diverſis calamitatibus infinitum præberet beneficium. Nam & in horâ confractionis panis cæleſtis, dum de more ſacerdotali Hoſtiam elevatis manibus tertiò Deo oblatam benedicendam offerret, ſuper caput ejus velut nubes ſplendida apparuit, & manus de nube extenſa porrectis digitis oblata benedixit. Quod miraculum ei tantummodò & ſubdiacono ejus, ac uni pœnitenti & uni caſtimoniali permiſſum eſt videre. Captivos verò fratres poſt quadraginta annos recepit incolumes. Scriptum in geſtis ejus. AUCTORE J. S.

præcipua feſtivitas die VII *Septembris celebratur,*

4 *Prætermitto Martyrologia plurima ſequentium ſeculorum, editæ à variis aut hactenus inedita, in quibus memoria ejuſdem Sancti breviter annuntiatur die* VII *Septembris. In unico ex illis obſervo, Sanctum annuntiari ut martyrem. Trevirenſe id eſt, & Bedæ nomine non rectè inſcriptum, ut fatetur editor Martenius, apud quem tom.* 6 *Collectionis ampliſſimæ ita legitur ad diem prædictum :* Et paſſio S. Evortii epiſcopi. *Verùm omnes alii Faſti, cum Actis & Officiis eatenus conſentientes, annuntiant* S. Evurtium *ut confeſſorem, atque hic ſemper ut confeſſor cultus eſt in eccleſia Aurelianenſi, ita ut unicum iſtud certò cedere debeat communi aliorum conſenſui, licèt editor eidem* octingentos *ætatis* annos *liberaliter attribuat. Recentiores martyrologi ferè omnes cum Martyrologio Romano præcipuam* S. Evurtii *feſtivitatem annuntiant die* VII *Septembris, quâ item in Breviariis Aurelianenſibus reperitur ejuſdem Sancti Officium. Illud etiamnum eodem die in diœceſi Aurelianenſi celebrari aſſerunt ſcriptores recentiſſimi, nec ullum ea de re videtur eſſe dubium. Eamdem quoque feſtivitatem agi in diœceſi Carnotenſi, Cenomanenſi & Tornacenſi, ſcribit Le Maire in Antiquitatibus Aurelianenſibus ſeu in Hiſtoria epiſcoporum pag.* 142. E

tranſlatio verò XII *Junii.*

5 *Præterea feſtum tranſlationis à quibuſdam memorari die* XII *Junii, jam obſervârunt Majores noſtri ibidem in Prætermiſſis. Verba huc transfero :* S. Evurtii epiſcopi Aurelianenſis tranſlatio indicatur in Ms. Romano ducis Altempſii, & à Sauſſayo in Martyrologio Gallicano. Ejuſdem meminerunt Belinus in Gallia auctus, & Caniſius. *Laudatus Sauſſayus ex Officio tranſlationis infrà dando eam pluribus verbis proſecutus eſt, ex quibus poſteriora ſubjungo :* Cujus rei memoriam ob tanti Præſulis merita, & divinæ magnificentiæ glorificationem, pia antiquitas religiosè venerata, anniverſariis ſacris condecorans, poſteritati quoque piè recolendam hæreditaria religione reliquit, ut Faſtis eccleſiæ Aurelianenſis inſcripta dies, & anniverſaria, quæ F viget etiamnum, celebritas luculenter teſtantur. *Feſtivitatem hanc quoque notatam invenio in Kalendario Aurelianenſi apud nos Ms., ubi & miraculum refertur in tranſlatione factum.*

§ II. Vita S. Evurtii variis inquinata fabulis, in qua falſa difficulter ſecernantur à veris; edenda tamen ex Mss.

Varia exemplaria Vitæ invicem ſatis conſona ;

VIta S. Evurtii *reperiuntur manuſcripta & impreſſa, at non ſatis probata neotericis, qui eam apud Surium legerunt, aut in alia neſcio cujus editione. Stylum mutavit Surius : alia verò editio in* 4°, *cujus ſola habeo foliola, cum Mss. exemplaribus ſatis congruit. Exemplaria verò Mss. non pauca habemus, & plura variis locis exſtare novimus. Nam primum habemus*

AUCTORE J. S. *in codice membraneo*, notato P. Ms. 158; *secundum in codice alio minoris formæ chartaceo, qui notatus est* P. Ms. 6. *Ejusdem Vitæ duo ad manum sunt apographa, cum pluribus aliis collata; unum videlicet* ex Ms. vetustissimo D. Preudhomme & Cl. Puteani, *idque cum tribus aliis collatum, ut in margine legitur adscriptum; alterum verò ex duobus aliis Mss. codicibus à Chiffletio nostro huc missum. Ultimum hoc in fine mutilum est; at illum defectum ex alio vetustissimo codice partim supplevit Chiffletius. Hæc omnia Mss. invicem ita consonant, ut in collatione omnium non invenerim differentias multas alicujus momenti, sed leviusculas vocum mutationes plurimas. Ubique additur epilogus perbrevis, in qua Vitæ scriptor exprimitur* Lucifer subdiaconus, *excepto tamen codice nostro membraneo, ubi nomen auctoris cum toto illo epilogo prætermissum est, uti etiam factum est apud Surium.*

aliud interpolatum. 7 *Laudatus Chiffletius aliud nobis Vitæ* S. Evurtii *apographum transmisit* ex Ms. Accinti monasterii & S. Benigni Divionensis, *quod tam notabiliter à præcedentibus omnibus differt, ut alia dici possit Vita. Congruit hæc cum illa, quam memorat Carolus Saussеyus in Annalibus Aurelianensibus pag.* 58, *ubi dicit eam haberi* in cœnobio S. Evurtii Aurelianensis. *Certè quæ Saussеyus ex sua recitat, in hac nostra etiam leguntur, non item in priori. Nullum auctoris nomen huic posteriori adscriptum legitur; nulla præponitur præfatio, nullo clauditur epilogo, ut præcedens. Præterea non pauca factorum adjuncta in posteriori reperiuntur, de quibus nihil est in priori. Aliqua etiam facta non modò brevius narrantur in posteriori, sed alio etiam utcumque modo, sic tamen, ut omnia, quæ in priori displicent, legantur etiam in secunda, ita ut hæc probari nequeat, si prior improbetur. Porrò dubitari non posse videtur, quin una sit composita ex altera, aut potiùs nonnihil interpolata. Quare suspicor, Accinctinum exemplar interpolatum esse ab aliquo, qui priorem Vitam nonnihil emendare, & adjunctis quibusdam augere voluit. Hac de causa priorem edam ex Mss. inter se collatis, ac differentias notabiles Ms. Accinctini in Annotatis recitabo.*

B

C

Acta hæc non modò mendosa, sed prorsus repudianda censent aliqui:

8 *Tillemontius tom.* 8 *Monument. Eccl. in S. Justo Lugdunensi de Actis* S. Evurtii *pronuntiat, ea tantis laborare difficultatibus, ut tutissimum æquè ac brevissimum sit, ea Acta prorsus deserere: atque hanc crisim secuti sunt auctores Historiæ litterariæ Franciæ tom.* 4 *pag.* 88. *Bailletus etiam in Tabula critica ad* VII *Septembris Acta* S. Evurtii *aut prorsus supposititia, aut certè fabulis interpolata in variis locis agnoscit: neque tamen prorsus deserenda credidit, cùm ex hisce Actis habeantur, quæ ille de initio episcopatûs & de sepulcro* S. Evurtii *narrare voluit. Porrò laudatus Tillemontius notâ* 8 *in S. Justum rationes allegat, quibus inductus est ad ferendum tam severum de hisce Actis judicium. Rationes autem hæ tales sunt, ut nequeat negari, memorata Acta variis inquinata esse erroribus, factaque non pauca in iis esse relata, quæ verisimilia non sunt. Quapropter neque Acta hæc ut genuina defendere velim, neque ut talia edere: nec tamen necessarium putem, omnem censuræ Tillemontianæ severitatem adoptare. Audiamus igitur & examinemus argumenta præcipua, quæ suadent Acta aut improbanda & corrigenda, aut prorsus etiam repudianda.*

D

iidem ea sæculo VIII *scripta opinantur: sed antiquiora videntur,*

9 *De ætate Actorum primò observat Tillemontius, ea laudari ab Usuardo, indeque concludit, scripta, ut minimùm, fuisse sæculo* VIII. *Eadem de causa ad medium ferè sæculi* VIII *Acta referunt laudati modò scriptores Historiæ litterariæ. Bailletus, licèt crediderit Florum Usuardo antiquiorem ex iis Actis hausisse, maluit finem sæculi* VIII *aut initium* IX *assignare. Verùm, si quis meum de ætate Actorum exquisierit judicium, respondebo ætatem quidem Actorum valde incertam esse, multo tamen vetustiora videri, quàm laudati scriptores crediderunt. Primò enim nihil in Actis legitur, quod cogat ea sæculo* VI *posteriora dicere. Cur igitur definiamus, sæculo* VIII *composita esse, cùm laudata fuerint sæculo* IX *ab Usuardo & Rabano, qui de iis loquuntur sicut de vetusto monumento. Si stylum horum Actorum consulamus, is sanè magis congruit sæculo* V *aut* VI, *quàm sæculo* VIII, *quo barbaries & ignorantia maximè regnârunt usque ad restitutum à Carolo Magno litterarum studium: horum enim Actorum stylus non quidem omnino purus est; caret tamen vocibus & expressionibus istis barbaris, quibus scatent monumenta sæculi* VIII, *& pleraque sæculi* VII. *Si Acta ab initio percurramus usque ad finem, nihil in iis relatum inveniemus, quod factum sit post sæculum* V, *nullam personam nominatam, quæ seriùs vixisse scitur.*

E

ut quibusdam rationibus probabiliter ostenditur:

10 *Deinde si perpendamus ea omnia, quæ post mortem Sancti facta referuntur, videbimus quidem Acta non esse scriptoris coævi; sed nihil inveniemus, quo scriptorem quatuor sæculis à Sancto amoveamus. Certè silet corporis translationem, quam innectendam esse sæculo* VIII, *figendamque circa annum* 731 *vel* 732 *videbimus. Refert etiam, Sanctum esse sepultum in agro Tetradii viri præfectorii, aitque ab eodem constructam esse* super sepulturam ejus cellam exiguam, *ubi fieri & facta esse miracula affirmat: sed nullum addit verbum de aucto aut amplificato eo oratorio. Attamen non videtur dubitandum, quin cella illa multùm excreverit ante sæculum* VIII, *cùm tempore Caroli Magni abbatia fuerit canonicorum. Ex hisce concludo, nullum esse in tota Vita indicium, quo innuatur, scriptam esse post sæculum* VI, *stylum quoque alioquè Vitæ characteres nulli magis congruere sæculo quàm sexto, quo chronologiæ & antiquitatis scientia jam multùm deciderant in Gallia, quóque in Vitis Sanctorum miracula maximè scribebantur, prout factum est in Vita* S. Evurtii *sine sufficienti rerum antè gestarum & temporum scientia; sed stylo minùs barbaro, quàm fieri solebat sæculo* VIII; *imò & longè puriori, quàm quo usus est S. Gregorius Turonensis sub finem sæculi* VI.

F

non modò sæculo VI *aut* VII *hæc Acta videntur composita,*

11 *Hisce de causis longè probabiliùs esse puto, Vitam* S. Evurtii *scriptam esse sæculo* VI *aut* VII *quàm* VIII. *Quin imò multùm fudabit meo judicio, si quis certò ostendere voluerit, scribi non potuisse sub finem sæculi* V *eo modo, quo scriptam habemus. Certè id nec vitiosa chronotaxis, nec errores Vitæ inserti, nec facta modo parùm verisimili relata certò evincunt; cùm in omnia hæc vitia incidere potuerit scriptor parùm prudens, si vel uno sæculo fuerit Sancto posterior. Porrò aliud quoque occurrit dubium de hac Vita, nimirum utrùm sit lucubratio prima de* S. Evurtio, *an verò opus interpolatoris cujusdam, qui primam de Sancto lucubrationem augere & exornare voluerit. Præfatio magis insinuat, non perve-*

A *perveniſſe ad nos purum primi ſcriptoris fœtum, ſed hunc ab interpolatore mutatum eſſe novoque ſtylo editum. Verba, ex quibus id colligi exiſtimo, huc tranſcribo :* Sicut mercedis eſt, ad erudiendum animas in Catholica religione, *inquit in præfatione*, novum quippiam doctrinæ ac converſationis bonæ condere : ita non impar eſt illud quoque, quod jam conditum eſt, in notitiam fideliſſimorum hominum deducere atque vulgare. Idcirco, ... ut & nos participes ſimus eorum, qui prædictorum auctores ſunt, maluimus ſancti ac beatiſſimi Evurtii epiſcopi, qualiter in rebus humanis converſatus eſt, honorabili ſtylo Vitam pandere *&c.*

ſed etiam ex Actis antiquioribus.

12 *Dicit ſcriptor, eum non modò mercedem à Deo accipere, qui nova componit ad fideles inſtruendos, ſed illum etiam, qui antiqua vulgat; atque hujus æqualis mercedis causâ ſe* S. Evurtii *Vitam* honorabili ſtylo pandere, *inſinuans jam antè ſcriptam fuiſſe, ſed ſtylo humili, ac tali, ut operæ pretium videretur eam magis pandere, ſeu latiùs & clariùs exponere. Hanc arbitror eſſe mentem ſcriptoris, qui poſt Vitam ſtylo, quo potuit, expoſitam, in fine ſeu in epilogo de*

B *ſe ita loquitur :* Ego Lucifer ſubdiaconus hæc geſta morum atque factorum ſancti ac beatiſſimi Evurtii epiſcopi in veritate deſcripſi, nihil addens neque ſuperfluè loquens : ſed ne magis prolixa oratio non delectationem, ſed faſtidium, legentibus generâſſet, multa de miraculis ejus prætermiſi. *Ita quidem biographus.*

Attamen falſa narravit biographus, cùm nequeant omnia conciliari :

13 *At ei conſentire non poſſumus, quando dicit ſe nihil ſuperfluè locutum eſſe, cùm clarum ſit, non omnia eſſe vera, quæ narravit:* nam Evurtium *ſub imperio Conſtantini imperatoris epiſcopum electum dicit, & ſucceſſorem ejus facit S. Anianum, quem ſaltem uſque ad annum* 551 *ſuperfuiſſe, conſtat ex S. Gregorio Turonenſi, ita ut ferè ad annos* 120 *duo hi epiſcopi cathedram Aurelianenſem adminiſtrare debuerint, ſi vera ſcripſit auctor. Conſtantium pro Conſtantino ſubſtituere cupit Carolus Sauſſeyus in Annalibus Aurelianenſis eccleſiæ ; at ne ſic quidem omnia modo ſatis veriſimili poſſe conciliari, oſtendit Tillemontius, præſertim quia biographus tantùm viginti annos epiſcopatûs* S. Evurtio *attribuit : nam ſic epiſcopatum S. Aniani ad annos ſeptuaginta protrahere oportebit. Præterea correctio illa biographo nihil prodeſt, cùm dicat* Evurtium *electum tempore S. Silveſtri Romani Pontificis, qui obiit ante Conſtantinum. Rectè igitur advertit Tillemontius, Vitæ chronotaxim vitioſiſſimam eſſe, nec S. Aniani ſucceſſionem cum reliquis ullo modo conciliari poſſe.*

C

multa quoque non ſunt veriſimilia.

14 *Negandum quoque non eſt, Tillemontium accuratè obſervâſſe, multa in hac Vita referri modo parum veriſimili, eaque conſequenter aut veriſimilia non eſſe, aut nimiùm certè exaggerata. Talia ſunt quæ dicuntur de biennali vacatione epiſcopatûs Aurelianenſis, turbiſque tunc excitatis ac cædibus patratis ante electionem* Evurtii. *Talia quoque apparent adjuncta pleraque ab auctore expoſita, ubi refert conſtructionem eccleſiæ ſanctæ Crucis. Ipſa* S. Evurtii *electio aliaque plura, quæ aſſignabo in Annotatis ad Vitam, iis veſtiuntur ornamentis, ut magis videantur commentitia quàm vera rerum adjuncta. Quapropter lubens agnoſco, magnam eſſe difficultatem in omnibus, quæ in hac Vita referuntur, nec ullum ferè occurrere mihi articulum, de quo nequeat dubitari. Cùm tamen* S. Evurtii *memoria in antiquiſſimis Martyrologiis ſit celeberrima ; indeque rectè colligatur Antiſtitem ipſum fuiſſe ſanctitate & miraculis celebrem ; cúmque Acta utcumque antiqua ſint, multaque ex iis tranſlata videantur ad Vitam Ms. S. Aniani, ac nonnulla Uſuardo etiam placuerint & Rabano, operæ pretium fore videtur, ſi non omnia ſine diſcrimine abjiciamus, ſed paulo latiùs inveſtigemus, quæ magis minúſve ex omnibus videantur probabilia.*

AUCTORE J. S.

§ III. Inquiritur, an Evurtius videatur fuiſſe in concilio Valentino, quo ferè tempore figendus videatur ipſius epiſcopatus, & annus emortualis.

E *Dubitatur, utrùm Sanctus fuerit epiſcopus tempore Conſtantini, an ſeriùs ;*

UT *de ætate* S. Evurtii *aliquid poſſem ſtatuere, aut potiùs de tempore epiſcopatûs, conſulenda præcipuè cenſui varia S. Aniani Acta Mss., ſperans lucis aliquid ex illis oriturum: cúmque diverſas habeamus S. Aniani Vitas, eaſque invicem contrarias in iis, quæ ſpectant ad ætatem* S. Evurtii, *rurſus inquirendum fuit, quænam ex Vitis videatur aliis præferenda. Præterea eruditi neoterici aliunde etiam ſubſidia quædam ad figendum utcumque tempus epiſcopatûs* S. Evurtii *ſe reperiſſe crediderunt. Nam primò obſervant, concilio Colonienſi anni* 346 *cum aliis epiſcopis ſubſcriptum legi Diopetum Aurelianenſem antiſtitem ; & licèt plerique agnoſcant, Acta iſtius concilii vitioſa eſſe, Diopetum tamen eo tempore Aureliane ſem fuiſſe epiſcopum exiſtimant, quia idem anno* 347 *inter epiſcopos Galliæ ſubſcripſit concilio Sardicenſi, teſte S. Athanaſio in Apologia contra Arianos, ubi mutato nonnihil nomine vocatur* Declopetus. *Nihil eſt, cur inficiemur Diopetum fuiſſe eo tempore epiſcopum Aurelianenſem, cùm & alia quædam geſta eidem attribuant ſcriptores Aurelianenſes, ejuſque nomen inter primos antiſtites Aurelianenſes paſſim in catalogis reperiatur. Hinc igitur oritur prima dubitatio de tempore* S. Evurtii, *nimirum utrùm tempore Conſtantini Magni ante Diopetum ſederit, an verò poſt tempora Conſtantini, & poſt Diopetum modò memoratum.*

F

ſecundò an fuerit in concilio Valentino,

16 *Altera dubitatio oritur ex concilio Valentino primo, quod habitum eſt anno* 374. *Quippe inter antiſtites iſtius concilii reperitur aliquis* Eortius, *quem plerique eumdem credunt cum* S. Evurtio *Aurelianenſi. Verùm res hæc magis mihi ambigua & incerta apparet, quàm viſa ſit aliis multis. Nam primò nomen* S. Evurtii *nullibi ſcriptum reperio* Eortius : *at hanc nominis variationem non eſſe magni momenti lubens agnoſco. Major eſt difficultas de ſede epiſcopali illius Eortii, utrùm Aurelianis fuerit, an in civitate alia : nam id nullibi exprimitur. Sanè cùm plerique epiſcopi fuerint ex veteri Gallia Narbonenſi, paucique admodùm inter eos, & quidem per conjecturas incertas enumerentur ex aliis Galliæ provinciis, longè quæſita eſt conjectura de* Eortio *Aurelianis attribuendo. Deinde ſi certum eſſet, Eortium aliquem eo tempore Aurelianis ſediſſe, (quod planè eſt incertum) dubitari adhuc poſſet, an ille ſit idem cum* S. Evur-

AUCTORE J. S.

vurtio, *non modò ob nominum varietatem, ſed magis quia ex Vitis* S. Evurtii *& S. Aniani* Evurtius *multo citiùs epiſcopus fuiſſe videtur, aut ſeriùs.*

tertiò, an ſucceſſorem in epiſcopatu habuerit S. Anianum.

17 *Tertia dubitatio eſt de ſucceſſore* S. Evurtii, *an ille ſtatuendus ſit S. Anianus, ut placuit Carolo Sauſſeyo & Franciſco le Maire, imò & Bailleto ad* XVII *Novembris in Aniano (ubi ſexaginta & duos annos hujus epiſcopatui liberaliter attribuit;) & demum hodiernis ſcriptoribus Galliæ Chriſtianæ tom.* 8 *in catalogo epiſcoporum Aurelianenſium col.* 1411. *Hi tamen dubitanter procedunt, nec aſſerunt Anianum ſtatim* Evurtio *ſuffectum eſſe; ſed Anianum dumtaxat mox poſt* Evurtium *recenſent: quod improbari nequit, ſi* S. Evurtius *concilio Valentino adfuerit, ut illi crediderunt. Tillemontius, cujus dubitationem laudati ſcriptores videntur ſequi, eò propendet, ut concilio Valentino* Evurtium *ſuſpicetur interfuiſſe, monetque expedire, ut nihil certi ſtatuamus de* Evurtio, *quàm quòd epiſcopus fuerit ſub finem ſeculi* IV. *At id ipſum incertiſſimum eſt, cùm nec cum initio Actorum congruat, nec probari poſſit ex concilio Valentino, neque ex fine Actorum, ſeu ex ſucceſſione S. Aniani in Actis aſſerta: omnia enim hæc æquè ſunt dubia. Quare triplex formari poteſt opinio de tempore epiſcopatûs* S. Evurtii, *prima nimirum, quâ epiſcopus ſtatuatur tempore Conſtantini ante Diopetum; ſecunda, quâ epiſcopatus ipſius figatur circa tempus concilii Valentini, cui credatur interfuiſſe; ac demum tertia, quâ ponatur ante S. Anianum, nullo alio intermedio. Examinemus igitur, quænam ex tribus illis opinionibus appareat probabilior.*

B

Allegantur rationes,

18 *Pro prima opinione, quâ Sancti epiſcopatus ad imperium Conſtantini referatur, adduci poteſt ipſa Sancti Vita, quæ Conſtantinum nominat non ſolùm in electione* S. Evurtii, *ſed etiam in ædificatione eccleſiæ Sanctæ Crucis, quæque ita conſcripta eſt, ut omnia commodè ad imperium Conſtantini poſſint referri, excepta ſola electione Aniani ſucceſſoris, quam pro commentitia habendam eſſe, clarè oſtendam. Fateor quidem Vitam* S. Evurtii *non ita eſſe ſcriptam, ut omnia pro veris nedum pro certis haberi debeant, quæ de Sancti electione ac de conſtructione eccleſiæ Sanctæ Crucis in ea leguntur. Attamen malim exiſtimare, aliquid miraculi extraordinarii in* Evurtii *electione contigiſſe, idque à ſcriptore hujus Vitæ nimis exaggeratum eſſe, quàm nihil de tota illa electione eſſe verum. Idem dico de condita per* Evurtium *eccleſia Sanctæ Crucis, cùm facilè admitti poſſit, Sanctum in ea condenda adjutum fuiſſe munificentiâ Conſtantini. Certè antiquorum eſſe opinionem Aurelianenſium, eccleſiam Sanctæ Crucis ſtructam eſſe liberalitate Conſtantini, affirmat Franciſcus le Maire in* Evurtio, *dicitque feſtivitatem Conſtantini Aurelianis celebrari die* XXI *Maii, ac S. Helenæ matris ipſius* VII *Februarii,* tamquam patronorum ac benefactorum. *Haſce feſtivitates notatas quoque invenio in Kalendario Aurelianenſi Ms.*

C

quæ probabiliter evincunt, S. Evurtium

19 *Ex Vita S. Aniani, quam habemus in codice, notato* Q. Ms. 2, *antiqua illa traditio ſeu opinio Aurelianenſium ratione probabili confirmari poteſt, cùm inter* Evurtium *& Anianum multos annos multoſque interponat epiſcopos, itáque perſuadeat* Evurtium *fuiſſe epiſcopum tempore Conſtantini. Narrat illius Vitæ auctor, laudatam eccleſiam fuiſſe ad altius faſtigium perductam à ſancto Aniano, illius ædificationem ſimul perſtringens his verbis:* Ante complures annos beatiſſimus Evortius antiſtes eccleſiam Dei in urbe Aurelianorum civitatis à pavimentis (*exſtruens*) in amore divino, viſus eſt magnam eccleſiæ fabricam conſtruxiſſe. Et pòſt multo tempore, MULTISQUE EPISCOPIS DECEDENTIBUS, ſanctus vir Deo plenus Anianus, conſentiente Domino ad pontificale munus acceſſit: cui viſum eſt pro tantæ fabricæ decore, tectis depoſitis, fabricam ipſam altiùs ſublimare. *Duæ aliæ Vitæ S. Aniani, ex quarum alterutra fragmentum aliquod Cheſnius tom.* 1 *Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 521 *edidit, quaſque nos integras habemus in duobus codicibus Mſs., ambæ conſentiunt de eccleſia per* Evurtium *ædificata, & deinde per S. Anianum ad altius faſtigium evecta. Quare ex allegatis varia ad propoſitum noſtrum deduco.*

D

fuiſſe epiſcopum ſub imperio

20 *Primò ad epiſcopatum evectus eſt S. Anianus multo tempore poſt ſtructam eccleſiam,* multiſque decedentibus epiſcopis. *Non ſtatim igitur* S. Evurtio *ſuffectus eſt S. Anianus, non poſt unum aut alterum ipſis interpoſitum, ſed poſt mortem multorum, qui inter duos hos Sanctos fuerunt intermedii. Quatuorne aut quinque an ſeptem vel octo, aut plures etiam per* multos *hîc intelligendi ſint, definiri nequit, cùm memoria plerorumque interciderit, ut contigit in aliis ferè omnibus Galliæ eccleſiis de epiſcopis ſeculi* IV. *At ſaltem longiori temporis intervallo multi illi antiſtites videntur præfuiſſe Aurelianenſi eccleſiæ, quàm inter* Evurtium *& Anianum relinqueretur, ſi prior anno* 374 *interfuiſſet concilio Valentino, ac ſub finem ſeculi* IV *Aurelianenſi præfuiſſet eccleſiæ. Cùm enim Anianus ex utraque Vita dicendus ſit obiiſſe circa annum* 453, *facilè epiſcopus eſſe potuit ab anno* 420 *aut* 430, *ideoque inter utrumque anni tantùm triginta aut quadraginta aut ad ſummum quinquaginta relinquerentur intermedii, ad quos in pace eccleſiæ implendos neceſſarii non erant multi epiſcopi, cùm duo vel tres totum iſtud ſpatium facilè implere poſſent, aut unicus etiam.*

E

Conſtantini Magni.

21 *Nolim tamen contendere argumentum iſtud tale eſſe, ut* Evurtium *certò ad tempora Conſtantini remittat. At ſaltem certò evincit, Anianum non fuiſſe eidem ſubſtitutum, cùm Vita multos utrique interponat antiſtites, & de prodigioſa Aniani electione prorſus taceat. Præterea facit, ut probabilius appareat,* Evurtium *pertinere ad Conſtantini tempora quàm ad tempus concilii Valentini. Ipſa quoque eccleſiæ inſtauratio innuit, illam diutiùs quàm quadraginta aut quinquaginta annis ante Anianum fuiſſe conditam atque inſtauratione indiguiſſe. Demum utraque altera Vita tale habet initium:* In illo tempore, quo fulgens in rota ſeculi novella plantatio fidei Gallica diffundebatur in tellure, quarto jam Pontifice Definiano nomine Aurelianenſis eccleſiæ de præſenti ſeculo decedente. *His autem verbis, quæ nulli tempori magis congruunt quàm imperio Conſtantini, deſignatur tempus electi poſt Definianum* Evurtii. *In una quoque ex illis Vitis ſub finem electio* Evurtii *ad tempora Conſtantini diſertis verbis refertur. Utraque verò de hac electione ſic habet:* Dum de ordinando antiſtite electio populi penderet in arbitrio Dei; quidam ſubdiaconus Romanæ Eccleſiæ, Evurtius nomine, in cathedra prædictæ ſubrogatur baſilicæ, illius indicio præſignante, qui in Jordano flumine ſub ſpecie columbæ ſuper caput deſcenderat Chriſti. *Opinioni, quam pro-*

F

A Sermo tuus de cælo à regalibus ſedibus, durus debellator, in mediam exterminii terram proſilivit: gladius acutus inſimulatum * imperium tuum portans, & ſtans replevit omnia morte, & uſque ad cælum attingebat ſtans in terra.

* *id eſt*, non ſimulatum

184 Tunc continuò viſus ſomniorum malorum turbaverunt illos, & timores ſupervenerunt inſperati. Et alius alibi projectus ſemivivus, propter quam moriebatur, cauſam demonſtrabat mortis. Viſiones enim, quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant, ne inſcii, quare mala patiebantur, perirent. *Ex poſterioribus hiſce verbis colligitur, Ægyptios ſuperſtites morientium clamoribus didiciſſe cauſam miſerabilis hujuſce ſtragis, licèt aliàs cauſam ſatis ſcire potuiſſent ex prædictione* Moyſis, *ſi hæc omnibus innotuiſſet. Verùm credibile eſt, Pharaonem ejuſque proceres ſemper curâſſe, ne prædictiones & comminationes* Moyſis *multis innoteſcerent, aut per Ægyptum vulgarentur. De cæde hac primogenitorum variæ tractantur quæſtiones; ſed cùm illæ non ſpectent propriè ad* Moyſen *ipſum, brevitatis gratiâ omnes prætereo.*

quámque terribilis fuerit hæc clades,

B 185 *Ceſſit tandem hac plaga percuſſus Pharao, nec auſus eſt diutiùs iter Hebræorum impedire. Quin potiùs tam ipſe quàm ceteri Ægyptii vehementiſſimè inſtiterunt, ut ſine mora proficiſcerentur. Audiamus* Moyſen *ipſum hæc referentem cap.* 12 ℣ 31: Vocatiſque Pharao Moyſe & Aaron nocte, ait: Surgite, & egredimini à populo meo, vos & filii Iſraël: ite, immolate Domino, ſicut dicitis. Oves veſtras & armenta aſſumite, ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Urgebantque Ægyptii populum de terra exire velociter, dicentes: Omnes moriemur. *Quàm vehementer eorum abitum urſerint Ægyptii, magis dicetur, cùm Iſraëlitarum egreſſum narrabimus. Porrò cùm Dominus morte primogenitorum Ægypti effeciſſet, ut Hebræi liberè egrederentur; cúmque horum primogenitis eodem tempore pepercíſſet, in memoriam tanti beneficii omne primogenitum Hebræorum ſibi ſacrum eſſe voluit, ut prolixè refertur cap.* 13, *cujus prima verba ſubjungo:* Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vulvam, in filiis Iſraël, tam de hominibus quàm de jumentis: mea ſunt enim omnia. *Tulit hanc legem* Moyſes, *eamdem latiùs explicans, prout ibidem videri poteſt.*

quâ victus Pharao, Hebræos abire jubet.

C

§ XX. Præmiſſorum relatio ex Joſepho, Philone, & Artapano examinata.

Joſephus comeſtionem agni,

Joſephus Hebræorum præparationem ad iter, comeſtionem agni Paſchalis, mortem primogenitorum Ægyptiorum, datamque Hebræis abeundi facultatem refert hoc modo: Deus autem cùm decreviſſet adhuc unâ plagâ ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos, juſſit Moyſen edicere populo, ut paratum habeant ſacrificium, præparatum tertiadecimâ Xanthici menſis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Niſan, & Macedonibus Xanthicus: utque ipſe Hebræos educat, omnia ſua ſecum portantes. Ille verò inſtructos priùs ad profectionem, & per ſodalitia diſtributos, in uno loco continebat. Illuceſcente verò quartadecima, omnes ad exitum animati ſacrificabant, & ſanguine domos luſtrabant, aſperſas hyſſopo (*Græcè* ὑσσώπῳ κώμας ἀναλαβόντες, *id eſt*, ſumptis hyſſopi faſciculis, *nimirum pro aſpergillo*) & peractâ cœnâ reliquias carnium exuſſerunt, tamquam exituri, unde nunc quoque ſolemne manet nobis idem ſacrificium, qui feſtivitatem vocamus Paſcha, id tranſitum ſignificat, eo quòd Deus illa die, præteritis illæſis Hebræis, Ægyptios morbo percuſſit. AUCTORE J. S.

187 Nam peſtis illa nocte abſumpſit primogenita Ægyptiorum, ut agminatim ad regiam concurreretur à proximis, vociferantibus non ampliùs detinendos Hebræos. Tum rex, accito Moyſe, mandat ut abeant, ratus poſt eorum exitum regionem, ceſſantibus calamitatibus, ſublevandam: donis etiam Hebræos honorabant, alii quo celeriùs diſcederent, alii propter vicinitatis conſuetudinem. *Poſterioribus hiſce verbis diſſimulat ſcriptor politicus magis quàm religioſus, petitam ab Hebræis fuiſſe ſupellectilem Ægyptiorum, tamquam ad uſum ſacrificii neceſſariam, & poſtea reddendam; donaque Ægyptiorum ſubſtituit, haud dubiè veritus, ne offenderentur gentiles atque Hebræos injuſtitiæ accuſarent, ſi rem candidè enarrâſſet. Ejuſmodi diſſimulationibus plenus eſt Joſephus, qui ſæpe honori ſuæ gentis magis conſuluit quàm veritati, & non rarò facta narravit eo modo, quo magis apparerent veriſimilia, licèt minùs eſſent vera. Tempus quoque præparati & comeſti agni non rectè exprimit.* *aliaque refert non ſine erroribus:*

E

188 *Philo non memorat hoc loco comeſtionem agni Paſchalis, ſed de plaga primogenitorum, aliiſque ante egreſſum factis prolixè ratiocinatur.* Tandem, *inquit*, acceſſit extrema pœna decima, ſuperioribus omnibus atrocior, ipſis Ægyptiis morientibus, non tamen omnibus: nolebat enim Deus regionem deſertam reddere, quam caſtigatam tantùm voluit. Itaque parcens maximæ turbæ omnis ætatis virorum atque mulierum, morti addixit ſolos primogenitos, exorſus à maximo natu regio filio, & in viliſſimæ ancillæ piſtrinariæ filium deſinens. Nam circiter noctem mediam quotquot primi patris matriſque appellationem jucundiſſimam attulerunt parentibus, & viciſſim ab ipſis primi nominati ſunt filii, ſani valenteſque, nullo præcedente morbo, repentè interierunt ad unum, ut nulla familia ſine domeſtico luctu tunc inventa ſit. Prima verò luce, cùm quiſque ſuos chariſſimos inopinata nece ſublatos videret, cum quibus ſuperiore die ſuaviter uſque veſperam convixerat, ut in publico luctu graviſſimo, comploratione impleverunt omnia: cùm enim nemo eſſet exors ejus calamitatis, unus erat clamor omnium, uno luctu obtinente totam regionem, quácumque patebat: qui tantiſper dum intra privatos parietes ſe continebat, ſingulis aliena mala ignorantibus, privatus etiam tum videbatur. Ubi verò alii didicerunt ex aliis, geminabatur comploratio, accedente gravanteque dolore publico, ut ne conſolator quidem exiſteret; quis enim ſolaretur alterum, ipſe conſolatione indigens? *Philo mortem primogenitorum*

F

189 Cæterùm ut in tali caſu ſolet fieri, putantes hæc eſſe majorum malorum initia, & ſoliciti de interitu ſuperſtitum, flentes convolabant in regiam, ſciſſiſque ſuis veſtibus regi cauſam calamitatis imputabant; dicentes nihil mali ſe paſſuros fuiſſe, ſi Moſes impetrâſſet, quæ petierat: nunc habere ſe obſtinatæ pervicaciæ con- *ejuſque plagæ effectum, & ſpoliationem Ægyptiorum narrat:*

AUCTORE J. S.

tentionisque intempestivæ præmia. Deinde pro se quisque certatim hortabatur populum, ut properè tota regione decederent, vel unam diem horamve differre longum rati, & periculosum insuper. Ad hunc modum expulsi protrusique, memores ingenuitatis pristinæ, ausi sunt facinus, quo injurias acceptas rependerent: multum enim prædæ nacti, sarcinas partim suis humeris, partim jumentis imposuerunt, non præ avaritia (ut obtrectatores dicerent) aut alienarum fortunarum concupiscentia (quæ enim esse poterat?) sed primùm ut diuturni laboris necessariam mercedem reciperent: deinde ut pro acceptis tempore, quo servierant, injuriis, si non pro merito, aliquid tamen damni reponerent. Nec enim est par jactura libertatis & pecuniæ, cùm nemo sanus non malit vitæ quàm libertatis adire periculum: itaque utrumque factum jure tueri possunt, sive ut in pace mercedem receperunt, quâ tamdiu fraudati fuerant: sive ut bello victores victos bonis spoliaverunt, ab illis enim orta fuerat injuria, qui hospites suppliceſque suos (ut antè dixi) quasi captivos in servitutem redegerant. Tandem ubi se obtulit occa-
B sio meliorum temporum, populus inermis illatam sibi vim ultus est, protegente ipsa Justitia. *Hactenus Philo, qui spolia Hebræorum iis rationibus excusat, ut satis videatur probabilis prior & Scripturæ conformis, non æquè secunda, quæ magis vindictam sapit. Attamen breviùs solidiúsque Hebræorum justitiam ostendisset, si cum sacra Scriptura edixisset, omnia acta esse jussu Dei, penes quem rerum omnium est dominium. Debuerat similiter addere, quo modo spolia illa obtinuerint.*

deinde sortes Ægyptiorum & Hebræorum in hisce plagis rectè distinguit.

190 *Deinde idem auctor plagas Ægyptiacas breviter recenset, ac Hebræorum sortem eleganter distinguit à calamitatibus Ægyptiorum, sic scribens:* Tot plagis Ægyptus castigata est, quarum tamen nulla Hebræos attigit, quamvis cohabitantes in eisdem oppidis, vicis, domibus, terra, aqua, aëre, igne, præcipuis naturæ partibus conspirantibus, ut impossibile esset effugere; id quod maximè mirum fuit, ab eisdem rebus uno eodemque loco ac tempore, alios servari, alios interimi. Fluvius versus erat in sanguinem, at non Hebræis: his enim haurientibus fiebat potabilis. Ranæ ex aquis in terram
C subrepentes fora, villas, domos impleverant; solos Hebræos devitabant, acsi scirent discernere, qui puniendi essent, qui nequaquam. Non scnipes, non cynomyæ, non locustæ, quæ arboribus, satis, animalibus, hominibus vastitatem intulerant, ad hos advolaverunt: non imbrium, grandinum, fulminum continuata vis ad hos usque pervenit: exulcerationem molestissimam ne in somnis quidem senserunt: cùm densissimæ tenebræ offunderentur aliis, ipsi in diurna puraque luce degebant. Cùm interirent Ægyptiorum primogeniti, nemo Hebræus periit; & meritò, quando ne pecudum quidem pestis ad horum greges ulla venerunt contagia. Nec aliud videri poterant illo tempore quàm spectatores calamitatum alienarum, ex quibus utilissimam doctrinam pietatis perciperent: numquam enim tam manifestum bonorum & malorum judicium extitit, alteris exitium, alteris salutem afferens.

Artapanus de omnibus aliquid confusè tradidit,

191 *Artapanus quoque de Ægyptiorum calamitatibus nonnulla commemorat apud laudatum jam sæpè Eusebium, qui, prout redditus est Latinè, post relatam primam plagam, de ceteris eum hæc scribere affirmat:* Tunc à Mose terram baculo percussam, muscas venenosas: D deinde rursus percussam, ranas, locustas, aliaque hujusmodi monstra produxisse... Tandem cùm grandine percuteretur, & terræ motu Ægyptus universa quateretur, quo domus & templa multa ceciderunt, perfractum calamitatibus regem, Judæos liberâsse; quos ab Ægyptiis argentea aureaque vasa, vestem, ac aliam gazam mutuò accepisse &c. *In hisce multa quidem corrigenda, cùm nullus sit plagarum ordo, nulla exactè sit relata. Attamen vel sic ex hisce colligere licet, memoriam calamitatum suarum apud Ægyptios diu viguisse, etiamsi confusa illa fuerit, & popularibus traditionibus, ut fieri solet, non parùm corrupta.*

& inter plagas memorat terræ motus, qui non sunt improbabiles.

192 *An inter calamitates Ægyptiorum fuerit terræ motus, quo domus & templa multa corruerint, certò definire non ausim. Nam expressa mentio de terræ motu in Scripturis nullibi reperitur; sed plaga grandinis modo tam terribili refertur, ut quædam concussiones terræ cum fulminibus ac tonitribus grandinem comitari potuerint, idque fileri in Scriptura. Salianus ex Græco Eusebii textu, quem consulere volui, verba Artapani pleniùs sic reddit Latinè:* Rege autem E adhuc dementato, Moysen grandinem & terræ motus noctu excitâsse, ut qui terræ hiatus effugerent, grandine interirent, & qui vitarent grandinem, terræ hiatibus absorberentur. *Verumtamen magis crediderim terræ motus fuisse partem plagæ decimæ, iisque idola templaque idolorum corruisse ea nocte, quâ percussi sunt primogeniti Ægyptiorum. Certè Dominus prædixit de hac quoque plaga:* Et in cunctis diis Ægypti faciam judicia. *Factum id esse, quando perierunt primogeniti, asseritur Num. 33 ℣ 4. Non exprimit quidem Scriptura, quo id factum sit modo: nec tamen dubitari potest, quin factum fuerit; nec aptior videtur dari posse conjectura, quàm si suspicemur idolorum templa terræ motibus corruisse. Ceterùm varias plagas ab Artapano præteritas, aliasque non nisi confusè relatas, facilè videbit lector, modò relationem nostram, ex sacris Litteris datam, cum ipsius verbis conferre voluerit.*

F *Philo regem constitutum Moysen asserit; at rectiùs dux vocatur, aut legislator:*

193 *Philo porrò priusquam egressum Israëlitarum ex Ægypto narrat, multa disserit de principatu* Moysis, *quem* regem *&* principem *nominat, atque hoc tempore principatum Israëlitarum adeptum asserit. Regis tamen nomen non ita congruit* Moysi, *quàm* ducis *&* legislatoris, *ut postea videbimus. Dux verò Israëlitarum à Deo propriè constitutus est* Moyses, *quando per visionem in rubo jussus est populum Ægypto educere; at dici potest, hoc tempore agnitum fuisse ab Israëlitis, nisi id jam factum fuerit in conventu seniorum, quos convocavit, simulac Ægyptum est ingressus. Quidquid autem verius sit de tempore, quo Israelitæ* Moysen *pro duce suo agnoscere cœperunt, non potuit ille liberè imperare Israëlitis, quamdiu cum iisdem sub dominio Pharaonis erat constitutus, atque ideo Philo principatum* Moysis *rectè orditur ab egressu Israëlitarum. Porrò quanti populi dux fuerit, declarat primùm his verbis:* Erant autem viri demigrantes supra sexcenta millia. *Loquitur de viris, qui ea erant ætatè, ut arma portare possent; atque hi deinde recensi sunt & inventa* sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta, *ut legitur Num.* 1 ℣ 46. Reliquæ turbæ, *inquit Philo*, senum, puerorum, mulierum, iniri non poterat numerus. Huc accedebat ser-

vitiorum

A vitiorum multitudo promiſcua & quaſi ſuppoſititia. Hos Hebræi ſuſceperant è feminis Ægyptiis, contributos paterno generi. Quidam etiam pietatis amore ſe adjunxerant : & erant, qui tot continuis caſtigationibus profecerant in melius. *Quàm itaque ingens fuerit multitudo, quilibet facilè videbit.*

à Deo principatum adeptus, quanta integritate,

194 Horum omnium, *ait Philo*, princeps Moſes electus eſt : quam poteſtatem accepit, non ut alii, fretus armis & machinis, aut equeſtribus, pedeſtribus, navalibuſque copiis : ſed virtutis ergò honoratus & charitatis, quâ univerſos proſequebatur indeſinenter, Deo quoque favente honori Viri optimi. Nam quia regnum Ægypti dereliquerat cùm eſſet nepos regius, & offenſus incolarum ſuperbiâ violentiâque adoptatores ſuos abdicaverat, ſimulque ſpes illas abjecerat præ generoſa magnanimitate & amore juſtitiæ, viſum eſt omnipotenti rerum Gubernatori, frequentioris meliorisque gentis regnum ei reponere, quæ una omnium erat functura ſacerdotio, & vota factura pro univerſo humano genere, quibus & mala averterentur, & impetrarentur proſpera. Aſſumpto autem principatu,
B non hoc egit, ſicut nonnulli ſolent, ut augeret ſuam familiam, & filios, quos duos habebat, extolleret, ſocios ac mòx ſucceſſores habiturus : ſed ubique incorruptè ſe gerens, in rebus minimis æquè ac maximis, ſuperavit naturalem affectum erga liberos, malens rationis obtemperare judicio. Unicum enim habebat propoſitum neceſſarium, juvare ſubditos, & dictis factiſque utilitati eorum conſulere, nullam occaſionem prætermittendo in promovendis eorum negotiis.

continentiâ, modeſtiâ, juſtitiâ,

195 Solus hic omnium, qui unquam principatum geſſerunt, non aurum, non argentum in theſauros condidit, non tributa exegit, non palatia, non latifundia, non greges, non famulitia, non reditus, non alias opes ſibi paravit, quamvis poſſet habere omnium harum rerum copiam : ſed exiſtimans animæ pauperis indicium eſſe, mirari materiales divitias, has quidem ut cæcas contempſit, illas verò naturales perſpicaceſque honoravit & amavit, ſi quis unquam alius, in veſtitu victuque quotidiano nihil præ ſe ferens faſtus tragici, ſed ſimplicitatem frugalitatemque exercens privati hominis. Regem autem in his ſolis agebat, quæ verè ſunt regia, ut ſunt
C continentia, fortitudo, ſobrietas, ſolertia, prudentia, ſcientia, induſtria, tolerantia, juſtitia, voluptatis contemptus, ad virtutem exhortatio, objurgationes, caſtigationeſque peccantium legitimæ, & rectè facientium laudes atque præmia. Itaque quoniam avaritiæ renuntiaverat, & divitiis honoratis apud homines, perfectas maximaſque divitias pro his ei Deus reddidit : hoc eſt, ut tantumdem poſſet, quantum terra & mare ac flumina elementáque cætera, & quæ ex his ſunt condita.

amicitiâ cum Deo, aliiſque virtutibus illum adminiſtraverit.

196 Fecit enim eum ſuæ potentiæ participem, totum mundum ei ſubdens tamquam hæreditarium. Quamobrem ſingula elementa obediebant ut Domino, ad juſſum ejus ſuas vires mutantia. Nec mirum, quandoquidem juxta proverbium, amicorum omnia ſunt communia, amicus autem Dei Propheta dicitur : unde conſequitur, ut divinæ poſſeſſionis uſum habeat : nam Deus nullius eget, cùm poſſideat omnia. Bonus autem vir nihil propriè poſſidet, nec ſeipſum quidem : verùm de theſauris Dei, quantum poteſt, accipit, & meritò. Cùm mundi civis ſit : ideo nullam privatim in orbe habet pa-

triam : quippe qui hæreditatem habet non unam quampiam regionem, ſed mundum univerſum. Quid quod majorem etiam cum omnipotente rerum Patre conditoréque ſocietatem adeptus, communi appellatione dignatus eſt ? nominatur enim totius gentis deus atque rex, & caliginem, ubi Deus erat, intrâſſe dicitur, hoc eſt in illam inviſibilem, incorpoream, ſpecie formâque carentem, exemplarem eſſentiam, abſtruſas à mortali natura contemplationes conſiderans. Seipſum quoque ſuamque vitam, quaſi tabulam elegantiſſimè pictam propoſuit ſpectandam, divinum opus imitandumque poſteris. *Ita diſſerit Philo ; nec in omnibus illis, quæ de moribus* Moyſis *affirmat quidquam reprehendendum video. Verùm non invenio, ubinam* Moyſes *nominatus fuerit* totius gentis deus atque rex. *An verò* Moyſes *divinam eſſentiam viderit, ſuo loco diſcutietur. Deinde oſtendit Philo, quantum populo profit bonum principis exemplum, quantúmque eidem noceat malum, de* Moyſe *ſic ſubjiciens :* Et fortaſſe, quia Legiſlator futurus erat, multò antè ipſe Lex animata rationaliſque factus eſt per Dei providentiam, quæ neſcientem deſtinabat huic
E muneri.

AUCTORE J. S.

§ XXI. Egreſſio Iſraëlitarum : prima manſio in Rameſſe, ſecunda in Socoth, tertia in Etham, quarta in Phihahiroth : tranſitus maris Rubri, & interitus Pharaonis cum toto ſuo exercitu.

Egreſſi Ægypto ſunt Iſraëlitæ annis 430 poſt promiſſionem Abrahamo factam,

MOyſes *Exod.* 12 ℣ 40 *ait :* Habitatio autem filiorum Iſraël, quâ manſerunt in Ægypto, fuit quadringentorum & triginta annorum. Quibus expletis, eodem die egreſſus eſt omnis exercitus Domini de terra Ægypti. *Hæc verba multis quæſtionibus & controverſiis dederunt materiam, cùm clarè poſſit probari ex Scripturis, Iſraëlitas ab ingreſſu Jacobi aut Joſephi non tanto tempore in Ægypto manſiſſe ; idque abundè oſtendit S. Auguſtinus quæſt.* 47 *in Exodum, dicens quadringentos illos & triginta annos inchoandos eſſe à promiſſione Abrahamo facta, ſecundum Apoſtolum Gal.* 3 ℣ 17, *ubi ait :* Quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt Lex (*in monte Sinai primo anno poſt egreſſum*) non irritum facit (*teſtamentum Dei*) ad evacuandam promiſſionem. *Audi ipſum Auguſtinum :* Ex illa ergo promiſſione, quâ vocatus eſt Abraham, & credidit Deo, poſt quadringentos & triginta annos factam Legem dicit Apoſtolus, non ex tempore, quo Jacob intravit in Ægyptum. Deinde etiam ipſa Scriptura Exodi ſatis hoc ſignificavit : non enim dixit, " Incolatus „ filiorum Iſraël „, quem incoluerunt in terra Ægypto, anni quadringenti triginta ; ſed apertè dixit, " Quem incoluerunt in terra Ægypto & „ in terra Chanaan, ipſi & patres eorum „. (*Sic additur in Septuaginta*, & in terra Chanaan.) *Et rectè concludit ſanctus Doctor :* Ac per hoc manifeſtum eſt, computandum eſſe tempus etiam patriarcharum, Abrahæ, Iſaac, & Jacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham in terra Cha-

AUCTORE J. S.

naan ; id eſt, ex illa promiſſione, in qua ejus fidem laudat Apoſtolus, uſque ad illud tempus, quo ingreſſus eſt Iſraël in Ægyptum. Toto quippe iſto tempore peregrinati ſunt patres in terra Chanaan, & deinde ſemen Iſraël in Ægypto : ac ſic completi ſunt quadringenti triginta anni à promiſſione uſque ad exitum Iſraël ex Ægypto, quando facta eſt Lex in monte Sina, quæ non infirmat teſtamentum ad evacuandas promiſſiones. *Hæc ſententia S. Auguſtini, uti multis placuit, ita mihi videtur ſatis certa.*

die XV *menſis Niſan, numero ſexcenta circiter millia virorum, nullo infirmo exiſtente :*

198 *Egreſſi autem ſunt Iſraëlitæ die menſis Niſan* XV, *cujus præcedente nocte perierunt Ægyptiorum primogeniti ; nec ſufficiens habuerunt tempus ad paranda cibaria longinquo itineri neceſſaria.* Tulit igitur populus, *inquit Moyſes cap.* 12 ℣ 34, conſperſam farinam, antequam fermentaretur : & ligans in palliis, poſuit ſuper humeros ſuos. *Rurſum* ℣ 39 : Coxeruntque farinam, quam dudum de Ægypto conſperſam tulerant : & fecerunt ſubcinericios panes azymos : neque enim poterant fermentari, cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere ſinentibus moram : nec pulmenti quidquam occurrerat præparare. *Hæc feſtinatio tamen non effecit, ut* Moyſes *obliviſceretur præcepti Joſephi patriarchæ, qui Gen.* 50 ℣ 24 *juſſerat oſſa ſua aſportari ex Ægypto. Nam Exod.* 13 ℣ 19 Tulit quoque Moyſes oſſa Joſeph ſecum ; eo quòd adjurâſſet filios Iſraël, dicens : Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. *Quàm ingenti numero, & unde profecti ſint, narratur cap.* 12 ℣ 37 *his verbis* : Profectique ſunt filii Iſraël de Rameſſe in Socoth, ſexcenta ferè millia peditum virorum, abſque parvulis. Sed & vulgus promiſcuum innumerabile aſcendit cum eis, oves & armenta & animantia diverſi generis multa nimis. *Huic egreſſui Pſal.* 104 ℣ 37 *ſic accinitur :* Et eduxit eos cum argento & auro : & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum ; quia incubuit timor eorum ſuper eos.

B

prima eorum manſio, ſeu locus congregationis Rameſſes :

C

199 *Prima manſio Iſraëlitarum paſſim ſtatuitur Rameſſes, quæ urbs erat Ægypti, quam ipſi ædificaverunt Pharaoni, ut dicitur Exod.* 1 ℣ 11. *Hæc autem prima manſio ſic intelligenda eſt, ut ſit locus, ad quem convenerunt Iſraëlitæ, ad egrediendum Ægypto ; non verò locus, in quo caſtrametati ſunt poſt iter primi diei à congregato agmine inſtitutum. S. Hieronymus in Epiſtola ad Fabiolam de* 42 *Manſionibus Iſraëlitarum de Rameſſe ſic ſcribit :* Ad hanc urbem, quæ in extremis Ægypti finibus erat, populus congregatus eſt, qui in deſertum exire cupiebat. *Credunt nonnulli Iſraëlitas jam congregatos fuiſſe in Rameſſe, aut in ejus vicinia die præcedenti, ibique agnum Paſchalem comediſſe. At non video, quàm aptè id probari poſſit ex Scriptura, cùm id nullibi dicatur : nam urbs Rameſſes veriſimiliter tantam multitudinem non capiebat, nec videntur in caſtris agnum Paſchalem comediſſe : in illo enim ritu deſcribendo variis vicibus domuum fit mentio, non tabernaculorum. Malim igitur exiſtimare, Iſraëlitas tempore matutino undique confluxiſſe ad urbem Rameſſen, & eodem die inde, poſtquam congregati erant, profectos eſſe in Socoth. Poſtremum minimè dubium eſt : nam Num.* 33, *ubi manſiones Iſraëlitarum enumerantur, ita legitur :* Hæ ſunt manſiones filiorum Iſraël, qui egreſſi ſunt de Ægypto per turmas ſuas in manu Moyſi & Aaron, quas deſcripſit Moyſes juxta caſtrorum loca, quæ Domini juſſione mutabant. Profecti igitur de Rameſſe menſe primo, quinta decima die menſis primi, altera die Phaſe, filii Iſraël in manu excelſa, videntibus cunctis Ægyptiis, & ſepelientibus primogenitos, quos percuſſerat Dominus (nam & in diis eorum exercuerat ultionem) caſtrametati ſunt in Soccoth. *Idola Ægyptiorum fuiſſe deſtructa eodem tempore, quo occiſi ſunt primogeniti, uti Dominus Moyſi promiſerat, ex hoc loco evincitur, ſive id terræ motibus factum fuerit, ſive alio quocumque modo.*

D

quàm glorioſus & utilis ipſis fuerit hic diſceſſus :

200 *Quod verò dicitur Dominus eduxiſſe populum ſuum* in manu excelſa, *quódque Pſal.* 185 ℣ 12 *exprimitur*, in manu potenti & brachio excelſo, *ſeu potenti dextera cogendo Pharaonem ad dimittendum populum, putem intelligendum eſſe non ſolùm de poſteriori plaga, ſed de omnibus plagis & prodigiis ſimul conſideratis, quæ tandem Pharaoni conſenſum extorſerunt. Sic Joſ.* 24 ℣ 5 *nomine Domini Iſraëlitis dicit Joſue :* Miſique Moyſen & Aaron, & percuſſi Ægyptum multis ſignis atque portentis. Eduxique vos & patres veſtros de Ægypto. *Ita & Stephanus Act.* 7 ℣ 36 *de* Moyſe *dicit :* Hic eduxit illos, faciens prodigia & ſigna in terra Ægypti. *Quapropter & locum Apoſtoli de omnibus hiſce explicandum exiſtimo Heb.* XI ℣ 27 *de* Moyſe *dicentis :* Fide reliquit Ægyptum, non veritus animoſitatem regis : inviſibilem enim tamquam videns ſuſtinuit. *Porrò glorioſus admodùm Iſraëlitis erat hic diſceſſus : nam diſcedebant, ſuperatis Ægyptiis, plagiſque ac metu debellatis, tamquam victores, prout aliis quoque locis ſacræ Scripturæ innuitur. Utiliſſimus quoque erat, non ſolùm quia duriſſima ſervitute liberabantur, ſed etiam quia multas Ægyptiorum divitias ſecum portabant, tamquam mercedem diuturnæ ſervitutis. Deinde quia jam magis ſingulari protectione Dei erant fruituri, uti populus Deo ejuſque ſervitio dicatus, quemadmodum dicitur Pſal.* 113 ℣ 1 *his verbis :* In exitu Iſraël de Ægypto, domûs Jacob de populo barbaro ; facta eſt Judæa ſanctificatio ejus, Iſraël poteſtas ejus.

E

columna nubis per diem, ignis verò per noctem præcedens, eorum iter dirigebat ;

F

201 *Singularem hanc Omnipotentis protectionem diſcere poterant, cùm ex prodigiis in Ægypto factis, tum ex eo, quòd in tanta multitudine nullus eſſet infirmus. Aliud viſibile divinæ in eos benevolentiæ ſignum erat columna nubis per diem præcedens contra nimios ſolis ardores, & columna ignis noctu præcedens ad tenebras diſpellendas, eademque columna utroque tempore dux erat viarum, per quas proficiſci oportebat. Audi de hiſce* Moyſen *Exod.* 13 ℣ 21 : Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam, per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis : ut dux eſſet itineris utroque tempore. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo. *Pſal.* 104 ℣ 39 : Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem, ut luceret eis per noctem. *Sap.* 10 ℣ 17 : Et fuit illis (*Dominus per columnam*) in velamento diei, & in luce ſtellarum per noctem. *Sic* Moyſes *exorans Dominum Num.* 14 ℣ 14 *dicit*, Qui audierunt quòd tu, Domine, in populo iſto ſis, . . . & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem. 2 *Eſdr.* 9 ℣ 19 *dicitur Deo :* Tu autem in miſericordiis tuis multis non dimiſiſti eos in deſerto : columna nubis non receſſit ab eis per diem, ut duceret eos in viam ; & columna ignis per

A per noctem, ut oſtenderet eis iter, quod ingrederentur. *Nubis hujuſce etiam meminit Apoſtolus* 1 *Cor.* 10 ℣ 1.

202 *Ex hac columna patet, non* Moyſi, *ſed Deo adſcribendum eſſe, quòd Iſraelitæ non rectâ viâ ex Ægypto in Palæſtinam ſint profecti, ſed per multos circuitus eò tandem pervenerint:* Moyſis *enim officium erat columnam ſequi ducem. Porrò de itinere non inſtituto rectâ in Palæſtinam* Moyſes *Exod.* 13 ℣ 17 *ſic habet:* Igitur cùm emiſiſſet Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philiſthiim, quæ vicina eſt: reputans, ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet adverſum ſe bella conſurgere, & reverteretur in Ægyptum. Sed circumduxit per viam deſerti, quæ eſt juxta mare Rubrum: & armati aſcenderunt filii Iſraël de terra Ægypti. *Voces* armati aſcenderunt *varias controverſias peperererunt apud interpretes, præſertim quia Septuaginta pro iis habent,* Quinta autem progenie aſcenderunt; *Oleaſter,* Quini aſcenderunt; *aliàs,* Accincti, Quintati, Accincti armis, Inſtructi; *alii demum,* Accincti quinque armorum generibus. *Jam verò expoſitio Septuaginta interpretum*

B *verum quidem continet ſenſum, uti varii jam oſtenderunt: præferenda tamen eſt expoſitio Scripturæ vulgatæ, quam & alii interpretes tradiderunt. Ne autem hic ſim prolixior, nihil aliud mihi videtur ſignificari, niſi Iſraelitas nonnullis armis, qualia comparare potuerant, fuiſſe inſtructos; atque inſtar agminis armati pulchro ordine iter inſtituiſſe. At non crediderim, illos fuiſſe armatos, ſicuti milites armantur, quando ad bellum procedunt; ſed ſolum ad defenſionem ſuam, quantùm fieri potuerat. Plura arma obtinuerunt poſt demerſum in mari Rubro Pharaonis exercitum; & poſt victos Amalecitas.*

Deo igitur, non Moyſi, attribuendum, quòd non rectâ viâ Palæſtinam petierint: rationes

203 *Redeo ad rationes, ob quas divina providentia Iſraëlitas longiſſimo tempore per loca deſerta ducere voluit, cùm eos potuiſſet paucis diebus ad terram promiſſam perducere. Deut.* 8 ℣ 2 Moyſes *Iſraelitas ſic alloquitur:* Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per deſertum, ut affligeret te, atque tentaret, & nota fierent, quæ in tuo animo verſabantur, utrum cuſtodires mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: ut oſtenderet tibi, quòd

C non in ſolo pane vivat homo, ſed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Veſtimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetuſtate defecit, & pes tuus non eſt ſubtritus, en quadrageſimus annus eſt: ut recogites in corde tuo, quia ſicut erudit filium ſuum homo, ſic Dominus Deus tuus erudivit te, ut cuſtodias mandata Domini Dei tui. *Rurſum Moyſes in Cantico ſuo Deut.* 32 ℣ 9 *de iis ita canit:* Pars autem Domini, populus ejus: Jacob funiculus hæreditatis ejus. Invenit eum in terra deſerta, in loco horroris & vaſtæ ſolitudinis: circumduxit eum, & docuit: & cuſtodivit quaſi pupillam oculi ſui. Sicut aquila provocans ad volandum pullos ſuos, & ſuper eos volitans, expandit alas ſuas, & aſſumpſit eum, atque portavit in humeris ſuis. *Hæ rationes circumducendi populum non pugnant cum prima: nam omnes concurrunt ad eumdem finem. Noluit Dominus paucis diebus Iſraëlitas ad terram promiſſam perducere, ne homines diuturna ſervitute timidi bellorum apparatu terrerentur. Voluit autem eoſdem plurimis annis hærere in locis adeo deſer-*

dantur hujus circuitus.

tis, ut ibidem non poſſent alimenta invenire ad vitam conſervandam, itáque ex dato divinitus victu diſcerent, quantùm de divina providentia eſſet ſperandum: deinde ut Leges quoque ſuas meliùs diſcerent, quando non erant aliis occupationibus diſtracti in ſolitudine. AUCTORE J. S.

204 *S. Hieronymus de ſecunda manſione Iſraëlitarum ſic ſcribit in laudata ſæpiúſque laudanda Epiſtola ad Fabiolam, citans illa verba,* Caſtrametati ſunt in Soccoth: Secunda manſio. In hac coquunt panes azymos, & primùm tendunt tabernacula, unde & ex re locus nomen accepit: Soccoth quippe interpretatur in lingua noſtra TABERNACULA ſive TENTORIA. *Coctos ibi panes azymos ſubcinericios, habemus Exod.* 12 ℣ 39, *& verba jam dedimus num.* 198: *nec quidquam præterea de hac manſione legitur. Tertia manſio Num.* 33 ℣ 6 *aſſignatur his verbis:* Et de Soccoth venerunt in Etham, quæ eſt in extremis finibus ſolitudinis. *Et Exod.* 13 ℣ 20: Profectique de Socoth, caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis. *De hac ita laudatus Hieronymus:* Tertia manſio offertur poſt Tabernacula, in qua primùm videtur Dominus nocte in columna ignis, & per E diem in columna nubis; ut præcedat populum, & dux itineris fiat. *Alteram obſervationem mox adjungit in hunc modum:* Ex quo intelligimus locum Soccoth adhuc juxta Ægypti fuiſſe regiones: in eo enim, quod dicitur, Quæ eſt in extremis finibus ſolitudinis, oſtenditur inter confinia eſſe eremi & Ægypti.

Secunda & tertia manſio: in hac primò memoratur columna;

205 *Crediderim utrumque locum fuiſſe intra terminos regni Ægyptiaci, ſed Soccoth fuiſſe in parte Ægypti habitata & culta, Etham verò in terra deſerta verſus Arabiæ confinia, niſi Etham jam fuerit in ipſa Arabia, ubi eſt ſolitudo* Etham, *aliàs* Sur *dicta, per quam profecti ſunt Iſraëlitæ poſt tranſitum maris Rubri. Id certum videtur, Etham fuiſſe aut in ipſo Arabiæ limite, aut ei viciniorem, quàm fuerit ſequens manſio. Porrò prima Hieronymi obſervatio non paſſim ab omnibus admittitur, quia Scriptura non dicit columnam nubis & ignis primùm præcedere incepiſſe in Etham, ſed ſolùm, relato adventu in Etham, ſubdatur,* Dominus autem præcedebat eos . . . in columna *&c.; atque illud* præcedebat *æquè referri poteſt ad anteriora tempora, puta ad Rameſſen, quàm ad Etham. Sola ratio, quæ favet S. Hieronymo, eſt, quòd de illa columna* Moyſes *non ſit antè locutus. At eodem modo refert* Moyſes *ibidem* ℣ 19 *oſſa Joſephi aſportata eſſe à ſe, poſtquam jam narrârat adventum in Soccoth. Quapropter illa Hieronymi obſervatio nec certa mihi apparet, nec tamen prorſus repudianda: neque enim probari poteſt, columnam citiùs præceſſiſſe, dicique poteſt, ductum columnæ non fuiſſe neceſſarium in regione Ægypti habitata & nota, ideoque videri tantùm incepiſſe præcedere, quando venerunt ad ſolitudinem.*

nec tamen probari poteſt, eam non citiùs præcedere cœpiſſe.

206 *Quarta manſio fuit non longè à mari Rubro, eaque ſic aſſignatur Num.* 33 ℣ 7: Inde (*ex Etham*) egreſſi venerunt contra Phihahiroth, quæ reſpicit Beelſephon, & caſtrametati ſunt ante Magdalum. *Iter ad hanc manſionem inſtitutum eſt expreſſo Domini juſſu, qui voluit, ut Iſraëlitæ, qui mare Rubrum circuire poterant, ac ſic ex Ægypto in Arabiam penetrare, proficiſcerentur ad latus Ægyptium maris Rubri, quod deinde tranſeundum erat, ut pervenirent in Arabiæ ſolitudines. Hoc iter præ-*

Quarta manſio, quam regreſſi, jubente Deo, capiunt prope mare Rubrum:

AUCTORE J. S.

bebat Pharaoni occaſionem ita perſequendi Hebræos, ut pœnam pertinaciæ ſuæ incurreret. Audi Moyſen *Exod.* 14 ℣ 1 : Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens : Loquere filiis Iſraël : Reverſi caſtrametentur è regione Phihahiroth, quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſephon : in conſpectu ejus caſtra ponetis ſuper mare. Dicturuſque eſt Pharao ſuper filiis Iſraël : Coarctati ſunt in terra, concluſit eos deſertum. Et indurabo cor ejus ac perſequetur vos : & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus : ſcientque Ægyptii, quia ego ſum Dominus. Feceruntque ita.

hinc Pharao temerè cum exercitu inſequitur :

207 Et nuntiatum eſt regi Ægyptiorum, quòd fugiſſet populus : immutatumque eſt cor Pharaonis & ſervorum ejus ſuper populo, & dixerunt : Quid voluimus facere, ut dimitteremus Iſraël, ne ſerviret nobis ? Junxit ergo currum, & omnem populum ſuum aſſumpſit ſecum. Tulitque ſexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit, & duces totius exercitus. Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & perſecutus eſt filios Iſraël : at illi egreſſi erant in manu excelſa. Cumque perſequerentur Ægyptii veſtigia præcedentium, repererunt eos in caſtris ſuper mare : omnis equitatus & currus Pharaonis, & univerſus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelſephon. *Inſignem Pharaonis temeritatem in perſequendo Dei populo expendit Sapiens cap.* 19, *obſervans juſto Dei judicio permiſſum eſſe, ut Pharao tam inconſtanter ageret, & ad pœnam ſceleribus ſuis dignam deduceretur.* Impiis autem, *inquit*, uſque in noviſſimum ſine miſericordiâ ira ſupervenit. Præſciebat enim (*Deus*) & futura illorum : quoniam cùm ipſi (*Ægyptii*) permiſiſſent, ut ſe educerent (*Hebræi,*) & cum magna ſollicitudine præmiſiſſent illos, conſequebantur illos pœnitentiâ acti. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam ſibi aſſumpſerunt cogitationem inſcientiæ : & quos rogantes projecerant, hos tamquam fugitivos perſequebantur : ducebat enim illos ad hunc finem digna neceſſitas : & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio : & populus quidem tuus mirabiliter tranſiret, illi autem novam mortem invenirent. *Hæc Dei conſilia* Moyſi *non erant incognita, nec ille timebat Pharaonis exercitum.*

murmurant hac de cauſa contra Moyſen Iſraëlitæ,

208 *Verùm multitudo populi timidi, nec tam exactè inſtructi de providentia divina, nec tanta fide de auxilio Dei confidentis, ut ex præteritis beneficiis futura ſperare auderet, tanto correpta eſt timore, ut in graves obmurmurationes contra* Moyſen *eruperit. Audiamus* Moyſen *ipſum rem exactè referentem Exod.* 14 ℣ 10 : Cumque appropinquâſſet Pharao, levantes filii Iſraël oculos, viderunt Ægyptios poſt ſe ; & timuerunt valde : clamaveruntque ad Dominum, & dixerunt ad Moyſen : Forſitan non erant ſepulcra in Ægypto, ideo tuliſti nos, ut moreremur in ſolitudine : quid hoc facere voluiſti, ut educeres nos de Ægypto ? Nonne iſte eſt ſermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes : Recede à nobis, ut ſerviamus Ægyptiis ? Multò enim melius erat ſervire eis, quàm mori in ſolitudine. *Hæc murmuratio filiorum Iſraël non carebat peccato, meritóque reprehenditur Pſal.* 105 ℣ 7 : Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ : & irritaverunt aſcendentes in mare, mare Rubrum.

Moyſes verò eos excitat ad fiduciam :

209 *Verumtamen tanta fuit Dei bonitas, ut nec peccantes deſereret, ſed mirabili modo contra inimicos protegeret, uti ibidem mox ſubditur :* Et ſalvavit eos (*Deus*) propter nomen ſuum, ut notam faceret potentiam ſuam. Et increpuit mare Rubrum, & exſiccatum eſt : & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto. Et ſalvavit eos de manu odientium : & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos : unus ex eis non remanſit. Et (*ſic tandem rurſus*) crediderunt verbis ejus : & laudaverunt laudem ejus. *Hæc fuſiùs* Moyſes *ipſe, qui timorem Iſraëlitis primùm ſic eximere conatus eſt* ℣ 13 : Et ait Moyſes ad populum : Nolite timere : ſtate, & videte magnalia Domini, quæ facturus eſt hodie : Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultrà videbitis uſque in ſempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitque Dominus ad Moyſen (*orantem haud dubiè pro ſalute populi :*) Quid clamas ad me ? Loquere filiis Iſraël, ut proficiſcantur. Tu autem eleva virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & divide illud : ut gradiantur filii Iſraël in medio mari per ſiccum. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum, ut perſequantur vos : & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus, & in curribus & in equitibus illius. Et ſcient Ægyptii, quia ego ſum Dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in equitibus ejus.

angelus columnâ nubis utrique exercitui interpoſitâ impedit acceſſum Ægyptiorum :

210 *Providit interim Dominus, ne illa nocte, antequam mare Rubrum ingreſſi erant Hebræi, eis nocere poſſent Ægyptii, ut ſequitur :* Tollenſque ſe angelus Dei, qui præcedebat caſtra Iſraël, abiit poſt eos : & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, poſt tergum ſtetit, inter caſtra Ægyptiorum & caſtra Iſraël : & erat nubes tenebroſa (*ex parte ſcilicet Ægyptiorum*) & illuminans noctem (*ex parte Hebræorum,*) ita ut ad ſe invicem toto noctis tempore accedere non valerent. *De hac tenebroſa nube, quæ Ægyptiis Hebræorum conſpectum abſtulit, etiam meminit Joſue, de liberatione Hebræorum ſic breviter ſcribens cap.* 24 ℣ 6 : Eduxique vos, *ait Dominus Iſraëlitis*, & patres veſtros de Ægypto, & veniſtis ad mare : perſecutique ſunt Ægyptii patres veſtros cum curribus & equitatu uſque ad mare Rubrum. Clamaverunt autem ad Dominum filii Iſraël : qui poſuit tenebras inter vos & Ægyptios, & adduxit ſuper eos mare, & operuit eos. *Hujus quoque nubis mentionem facit Sapiens cap.* 19 ℣ 7, *cujus verba mox dabo. Videamus interim mirabilem maris Rubri diviſionem, & tranſitum Iſraëlitarum.*

deinde Moyſe manum extendente dividitur mare,

211 Moyſes *Exod.* 14 ℣ 21 *de hiſce ſic loquitur :* Cumque extendiſſet Moyſes manum ſuper mare, abſtulit illud Dominus flante vento vehementi & urente tota nocte, & vertit in ſiccum : diviſaque eſt aqua. Et ingreſſi ſunt filii Iſraël per medium ſicci maris : erat enim aqua quaſi murus à dextera eorum & lævа. *Sapiens cap.* 19 *nonnulla addit hoc modo :* Omnis enim creatura ad ſuum genus ab initio refigurabatur (*id eſt, novam quaſi figuram aſſumebat*) deſerviens tuis præceptis, ut pueri tui cuſtodirentur illæſi. Nam nubes caſtra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari Rubro via ſine impedimento, & campus germinans de profundo nimio (*ſeu in ſumma*

A *ma illa maris profunditate :*) per quem (*campum*) omnis natio (*Iſraëlitica*) tranſivit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monſtra.

ac viam aperit Iſraëlitis, qui tranſeunt illæſi;

212 *Pſalmiſta quoque mirabilia hæc non tacuit, nam Pſal.* 113 *huc reſpiciens, exclamat :* Vidit mare & fugit : *Pſal.* 76 *:* Notam feciſti (*Deus*) in populis virtutem tuam : redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob & Joſeph. Viderunt te aquæ, Deus, viderunt te aquæ : & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi. Multitudo ſonitûs aquarum : vocem dederunt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt : vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ : commota eſt & contremuit terra. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis : & veſtigia tua (*quia redierunt mox aquæ*) non cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oves populum tuum, in manu Moyſi & Aaron. *Hic locus totus videtur intelligendus de tranſitu maris Rubri : nam prima & ultima ſatis ſunt clara. Per media autem deſcribuntur imbres* (Multitudo ſonitûs aquarum) *& conjuncta tonitrua* (Vocem dederunt nubes) *& fulmina* (ſagittæ tuæ) *& tonitrua rurſum rotas curruum Ægyptiorum ſubvertentia* (vox tonitrui tui in rota) *ac demum fulgura & terræ motus per ſequentem verſiculum. Hæc igitur valent ad exponenda jam data* Moyſis *verba*, Et ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum . . . interfecit exercitum eorum : & ſubvertit rotas curruum *&c. Rurſum Pſal.* 77 ℣ 13 *:* Interrupit mare, & perduxit eos : & ſtatuit aquas (*non defluentes*) quaſi in utre (*eſſent.*) *Quin & ſine timore tranſgreſſos Iſraëlitas, innuit ibidem* ℣ 53 *:* Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt : & inimicos eorum operuit mare. *Plures locos afferam infrà, ubi interitus Ægyptiorum exponetur.*

Ægyptios verò ſequentes mare, ad priſtinam formam regrediens,

213 *Stultam Pharaonis præſumptionem ejuſque interitum pergens* Moyſes *ſic narrat* ℣ 23 *:* Perſequenteſque Ægyptii ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus ejus & equites, per medium maris. Jamque advenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum : & ſubvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii (*ſerò ſapientes :*) Fugiamus Iſraëlem : Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moyſen : Extende manum tuam ſuper mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios ſuper currus & equites eorum. Cúmque extendiſſet Moyſes manum contra mare, reverſum eſt primo diluculo ad priorem locum : fugientibuſque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus. Reverſæque ſunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui ſequentes ingreſſi fuerant mare : nec unus quidem ſuperfuit ex eis. Filii autem Iſraël perrexerunt per medium ſicci maris, & aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris : liberavitque Dominus in die illa Iſraël de manu Ægyptiorum. Et viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam, quam exercuerat Dominus contra eos ; timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moyſi ſervo ejus.

univerſos involvit, & ſuffocat.

214 *Sap.* 10 ℣ 18 *:* Tranſtulit (*Dominus*) illos per mare Rubrum, & tranſvexit illos per aquam nimiam. Inimicos autem illorum demerſit in mare, & ab altitudine inferorum (*id eſt, quaſi à profunditate inferni*) eduxit illos. Ideo juſti tulerunt ſpolia impiorum, & decantaverunt, Domine, nomen ſanctum tuum, & victricem manum tuam laudaverunt pariter : quoniam Sapientia aperuit os mutorum (*Iſraëlitarum, eatenus quaſi mutorum in laudes Dei*) & linguas infantium fecit diſertas. *De prædictis omnibus Judith* 5 ℣ 11 *hæc referuntur :* Cúmque ejeciſſent eos Ægyptii à ſe, & ceſsâſſet plaga ab eis, & iterum eos vellent capere, & ad ſuum ſervitium revocare, fugientibus his Deus cæli mare aperuit, ita ut hinc inde aquæ quaſi murus ſolidarentur, & iſti pede ſicco fundum maris perambulando tranſirent. In quo loco, dum innumerabilis exercitus Ægyptiorum eos perſequeretur, ita aquis coopertus eſt, ut non remaneret vel unus, qui factum poſteris nuntiaret. *Judith ipſa orans Dominum cap.* 9 ℣ 6 *de tenebroſa nube, quâ caſtra Hebræorum videre nequiverunt Ægyptii, deque horum interitu ſic meminit :* Reſpice (*Domine*) caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Ægyptiorum videre dignatus es, quando poſt ſervos tuos armati currebant, confidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigaverunt eos. Tenuit pedes eorum abyſſus, & aquæ operuerunt eos. *Demum* Moyſes *Deut.* 11 ℣ 3 *& ſeq. hujuſce facti meminiſſe jubet Iſraëlitas, ut grati ſint Domino pro tanto beneficio.*

Canticum partim de facto mox relato,

215 Moyſes *verò ipſe ſtatim in gratiarum actionem pulcherrimum Canticum concinnavit, illudque cum univerſo populo cecinit. Pars hujus cantici prior elegantèr enarrat facta in mari Rubro, pars autem poſterior futura prædicit, licèt more prophetico omnia dicantur tamquam præterita. Totum Canticum huc lubet transferre, prout exprimitur Exod.* 15 *præmiſſis his verbis :* Tunc cecinit Moyſes & filii Iſraël carmen hoc Domino, & dixerunt :

Cantemus Domino : gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem dejecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem : iſte Deus meus, & glorificabo eum : Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quaſi vir pugnator, omnipotens nomen ejus.

Currus Pharaonis & exercitum ejus projecit in mare : electi principes ejus ſubmerſi ſunt in mari Rubro.

Abyſſi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis.

Dextera tua, Domine, magnificata eſt in fortitudine : dextera tua, Domine, percuſſit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti adverſarios tuos : miſiſti iram tuam, quæ devoravit eos ſicut ſtipulam.

Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ : ſtetit unda fluens, congregatæ ſunt abyſſi in medio mari.

Dixit inimicus * : Perſequar & comprehendam, dividam ſpolia, implebitur anima mea : evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea. * Pharao

Flavit ſpiritus * tuus, & operuit eos mare : ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus. * ventus

Quis ſimilis tui in fortibus, Domine ? Quis ſimilis tui, magnificus in ſanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia ?

Ex-

AUCTORE J. S.

B E F C

AUCTORE J. S.

Extendiſti manum tuam, & devoravit eos terra; *nempe fundus maris. Hactenus de præteritis.*

216 *Nunc ſequitur futurorum prædictio: ſequens tamen verſiculus partim etiam congruit præteritis.*

partim de futuris, quod in gratiarum actionem cecinit Moyſes cum omni populo.

Dux fuiſti in miſericordia tua populo, quem redemiſti: & portaſti eum in fortitudine tua ad habitaculum * ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſtiim.

Tunc conturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat ſuper eos formido & pavor, in magnitudine brachii tui: fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus, Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte, quem poſſediſti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es, Domine: ſanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum, & ultrà.

B Ingreſſus eſt enim eques Pharao cum curribus & equitibus ejus in mare: & reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filii autem Iſraël ambulaverunt per ſiccum in medio ejus.

Ultimo hoc verſiculo repetit Moyſis, *quod primo propoſuit. Hoc idem Canticum cecinerunt etiam mulieres, præeunte Maria ſorore* Moyſis, *ut ſubjungitur:* Sumſit ergo Maria prophetiſſa, ſoror Aaron, tympanum in manu ſua: egreſſæque ſunt omnes mulieres poſt eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem ejus dejecit in mare. *Hactenus de glorioſo maris Rubri tranſitu, qui populum ad aliquot dies in officio continuit. Verùm non fixerunt ibi tentoria Iſraëlitæ, nec diu ſorte ſua fuerunt contenti, ut videbimus.*

§ XXII. Quæ de itinere Iſraëlitarum uſque ad mare Rubrum, mariſque tranſitu relata à Joſepho, Philone, & Artapano, diſcutiuntur.

C *Joſephus diſceſſum Hebræorum narrat non ſine erroribus;*

Joſephus iter Hebræorum uſque ad mare Rubrum ſic deſcribit, ut nihil de columna præcedente, nihil de ordinatione Dei commemoret, ratus, opinor, gentilibus ſuſpectam fore tantam Dei cum homine familiaritatem. Verba ipſius ſubjungo: Atque hoc pacto exitum eſt, flentibus Ægyptiis & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter autem faciebant per Latopolim (*Græcè* λητῶς πόλιν, *id eſt*, Latonæ civitatem) tunc defertam: Babylon enim pòſt eo loco eſt condita, Cambyſe (*Perſarum rege*) Ægyptum vaſtante. *Iter illud non modò incertum, ſed ne veriſimile quidem eſt, cùm Rameſſes in terra Geſſen ſita, Arabiæ ac mari Rubro propinquior videatur fuiſſe, quàm fuit Babylon Ægyptiaca: nam hæc eo ferè loco ſita erat, ubi nunc eſt Caïrus, quæ ex ejus aliorumque locorum conjunctione coaluit. Pergit ita Joſephus:* Cúmque abeuntes iter ſtrenuè continuarent, tertia die pervenerunt Beelſephontem ad Rubrum mare ſitam, cúmque nihil per viam invenirent propter ſolitudinem, maceratâ farinâ, & modico calore in panis ſpeciem ſolidatâ, ſe ſuſtentabant: quo victu per triginta dies ſunt uſi, neque enim plus commeatûs Ægypto extulerant, atque eum ipſum parcè diſpenſabant ad neceſſitatem magis quàm ad ſatietatem. Quapropter in memoriam ejus inopiæ feſta per octo dies celebramus, quos vocamus Azymorum. Cæterùm multitudo migrantium unà cum liberis & uxoribus vix erat numerabilis: qui verò militarem ætatem habebant, ſexcentorum millium numerum explebant. Reliquerunt autem Ægyptum menſe Xanthico, lunâ quintadecimâ, anno quadringenteſimo trigeſimo, poſtquam Abraham pater noſter in Chananæam venit: & poſt Jacobi migrationem in Ægyptum anno ducenteſimo decimoquinto. Moyſes verò annum tunc agebat octuageſimum, & frater ejus Aaron triennio erat major, deferebant etiam ſecum oſſa Joſephi, ita ut filiis ſuis mandaverat. *Quod ait ſcriptor feſta azymorum inſtituta eſſe propter inopiam cibariorum in via toleratam, indignum ſanè eſt homine Hebræo, cùm dies azymorum inſtitutos conſtet in Ægypto unà cum agno Paſchali.*

D

E

uti & Philo, qui rationes non electi itineris recti perperam Moyſi attribuit.

218 *Philo de itinere Hebræorum rectiùs ſcribit, ſic tamen, ut debuiſſet aſſeverantiùs loqui de columna ducente, & cauſam non electi itineris recti, Deo potiùs quàm* Moyſi *attribuere.* Ergo, *inquit*, poſtquam (*Moyſes*) de communi conſenſu accepit imperium non ſine Numine, decrevit coloniam in Phœnicen, Cœleſyriam, Palæſtinamque, tunc communi nomine Chananæam, deducere, cujus fines diſterminabantur ab Ægypto trium dierum itinere. Duxit autem per viam minimè compendiariam: tum quia verebatur, ne regionum earum incolæ metu amittendarum unà cum libertate ſedium armati occurrerent; ipſi verò ab hoſtibus rejecti ad hoſtes reverti cogerentur, à novis ad veteres, præter ludibrium paſſuri graviora quàm antea; tum quia volebat per vaſtas ſolitudines ducendo experiri horum obedientiam, inſtructorum non amplis commeatibus, ſed paulatim deficientibus. Quamobrem de recta via decedens, invenit obliquum tramitem: eum ingreſſus eſt, ratus ad Rubrum mare ducere. Fertur illo tempore accidiſſe ingens naturæ miraculum, quale numquam auditum fuerat poſt hominum memoriam. Præcedebat populum nubes in magnæ columnæ ſpeciem, ſolari ſplendore lucens interdiu, noctu verò flammeo, ut ejus ductu abſque periculo erroris incederent. Credi tamen poteſt aliquem è ſummi Regis præfectis angelum, nube volutum eos duxiſſe, quem nefas ſit aſpici mortalibus oculis.

F

Joſephi relatio de Pharaonis inſequentis conſilio,

219 *Joſephus conſilium Pharaonis perſequendi Hebræos, rationes, cur* Moyſes *non ſit profectus recto itinere, iterque & apparatum Pharaonis ſic exponit:* Ægyptios autem pœnituit, quòd Hebræos dimiſiſſent: cúmque rex præ cæteris hanc rem ægrè ferret, totum præſtigiis Moyſis imputans, decretum eſt, ut in eos irruerent, & correptis armis reliquoque apparatu, perſequebantur, retracturi, ſi poſſent aſſequi. Non enim timendum ne Deus offendatur, cùm jam ſemel exitus illis ſit conceſſus: ſperabant etiam facilè ſe in poteſtatem redacturos inermes, & de via laſſos. Itaque obvium quemque rogantes, quâ tenderent, raptim inſequebantur, tametſi per viam difficilem, non ſolùm exercitibus, ſed expeditis quoque viatoribus. Moyſes autem hac

Hebræos

A Hebræos ideo duxit, ut ſi Ægyptii mutatâ ſententiâ perſequi eos vellent, pœnas malitiæ violatique pacti perſolverent: néve Palæſtini, quos ob veterem ſimultatem infenſos habebat, de hac profectione certiores fieri poſſent, eſt enim illorum regio Ægypto contermina, quapropter omiſsâ viâ, quæ in Palæſtinam ducit, per deſertum viâ diſpendiosâ ac difficili voluit Chananæam invadere: obiterque juxta Dei mandata in montem Sina populum ſacrificaturum adducere.

& de rationibus itineris obliqui correcta:

220 Sed ubi ad Rubrum mare perventum eſt, ecce Ægyptiorum multitudo circumfuſa in arctum eos compellit: aderant enim ſeptingenti currus cum equitum quinquaginta millibus, & ducenta millia ſcutatorum peditum. Hi vias omnes obſederant, quibus effugium Hebræis patere poterat, inter rupes & mare concluſis, quo loco mons præ aſpretis invius ad littus uſque procurrit, atque ita ne fugæ quidem ſpe relicta Hebræos mare inter & montem obſidione premebant, oppoſitis armatis, quà exitus in campos aperiebatur. *In hiſce primò frivolum videtur, quod ait Pharaonem cogitâſſe non offendendum Deum, ſi Iſraëlitas perſequeretur, quia hiſce ſemel conceſſerat exitum. Nam ſola Pharaonis inconſtantia effeciſſe videtur, ut pœniteret eum datæ abeundi facultatis, ſpeſque eos facilè retrahendi ad ſequendum impulit, ut facilè colligi poteſt ex verbis ſacris Exod.* 14 ℣ 3 *&* 5. *Secundò accuratum quoque non eſt, quod ſcribit de rationibus, quæ* Moyſen *impulerunt ad iter inſtituendum per ſolitudinem: nam id totum volente Deo ob rationes antè datas factum vidimus num.* 202 *&* 203.

B

Philonis narratio de perſequente Iſraëlitas Pharaone.

221 *Philo de conſilio, apparatu, & expeditione Pharaonis ad retrahendum Iſraëlitas hæc ſcripſit:* At rex Ægyptius, poſtquam animadvertit hos ferri per devia, ſicut putabat, ingreſſos deſertum, à nullis tritum viatoribus; gaudebat eos aberraſſe à recto itinere, videlicet ratus non inventuros exitum: jamque miſſionis pœnitens, ſtatuit eos perſequi, aut metu retracturus in ſervitutem aut internecione deleturus gentem profugam. Deinde aſſumpto omni equitatu, jaculatoribus, funditoribus, ſagittariis, velitibus, & univerſis levis armaturæ militibus, ſexcentiſque falcatis curribus, præfectiſque huic expeditioni purpuratis, quò alacriùs ſequerentur cæteri ſine detrectatione militiæ; excurrit ſumma celeritate, properans, ut fugientes improviſos opprimeret. Solent enim inſultus repentini terrere graviùs, & ſecuri faciliùs intercipiuntur quàm ſoliciti: id tunc quoque ſperans ille ſequebatur, quaſi ad primum clamorem victor evaſurus. Et jam populus in littore caſtra poſuerat: quibus prandium parantibus primùm exaudiebatur ſtrepitus, ut propinquante tanta virorum equorumque multitudine certatim properantium: mox progreſſi extra tabernacula circumſpectabant arrectis auribus: paulo pòſt conſpectus eſt in tumulis hoſtilis exercitus inſtructus ad prælium explicata acie. *Sexcentos currus Pharaoni attribuit Philo, ſeptingentos Joſephus, uter rectiùs non facilè dixero: nam Scriptura Exod.* 14 ℣ 7 *enumerat* ſexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit. *Nihilo magis definiri poteſt, uter equitum peditumque numerum, reliquumque apparatum rectiùs recenſuerit, ſed uterque, opinor, conjecturâ uſus eſt ex viribus Ægypti deſumptâ.*

C

222 *Subdit mox laudatus Joſephus, quibus animis Hebræi in anguſtias redacti exercitum Pharaonis aſpexerint.* In hac, *inquit*, locorum iniquitate concluſi, cùm nec obſidionem præ inopia tolerare, nec exitum ad fugam invenire poſſent, nec arma adeſſent, etiamſi maximè pugnare cuperent, nihil ſupereſſe videbant, niſi ut turpi deditione ſaluti conſulerent: quo factum eſt ut Moyſen incuſarent, obliti prodigiorum, quibus libertatem eis Deus ſignificaverat: minimúmque aberat, quin Propheta lapidato, contemptiſque per incredulitatem pollicitationibus, deditione in priſtinam ſervitutem redirent; nam & lamentis mulierum ac puerorum exaſperabantur, nihil niſi pernicien expectantium, cùm eſſent rupibus & mari & armatis circumcirca cincti, nec ulla ſpes effugii relinqueretur. *Hactenus de hiſce Joſephus ſatis rectè, ſi de periculo* Moyſis *magis cautè fuiſſet locutus: nam Scriptura non habet, parùm abfuiſſe, quin lapidaretur.*

AUCTORE J. S.

Joſephus in referenda murmuratione populi, nimis exaggerat periculum Moyſis;

223 *Philo verò preſſiùs Scripturæ adhærens, & ſolùm pauca ex probabili conjectura addens, eadem hoc modo enarrat:* Hoc tam inexpectato caſu perterriti, cùm nec arma illis ad defenſionem ſuppeterent (non enim ad bellum, ſed ad quærendas ſedes exiverant) nec ipſi fugam expedirent, à tergo mari claudente, à fronte imminentibus hoſtibus, ab utroque latere objacentibus vaſtis inviiſque ſolitudinibus, trepidabant deſperantes, ut fit, in tantis calamitatibus, incuſabantque Principem, occlamantes: Num deerant ſepulcreta in Ægypto, ut nos huc adductos necatoſque ſepelires in ſolitudine? Nonne quævis ſervitus eſt morte levior? Ineſcaſti plebeculam ſpe libertatis, ut adiret vitæ periculum, abuſus es noſtra ſimplicitate, quaſi neſcires Ægyptiorum malitiam & iracundiam. Non vides nullum patere nobis è tot malis inſtantibus effugium? Quid agimus? Inermes armatis occurremus? At fugiemus? Quomodo, cùm ſimus cincti, ceu caſſibus, infeſtiſſimis hoſtibus, locis inviis, & mari carente navigiis, ſi tamen eſt navigabile?

at Philo in hiſce Scripturæ adhæret:

E

224 *Deinde Joſephus* Moyſen *inducit alloquentem Hebræos oratione quidem tali, quâ uti poterat Dux populi, de Dei ſubſidio confidens; ſed rurſus nimis timidus ſcriptor prædictionem* Moyſis *de morte omnium Ægyptiorum, uti & preces ejuſdem, & promiſſionem Dei ſilentio preſſit, ita de hiſce ſcribens:* Moyſes autem efferatâ licèt contra ſe turbâ, nulli ſuccumbens difficultati, non ceſſabat eis proſpicere, Deo fretus, quem poſt tot libertatis præſagia probabile non erat permiſſurum, ut aut delerentur, aut in poteſtatem inimicorum relaberentur. Cúmque medius in concione conſtitiſſet, ſic ad eos verba fecit: Si homo aliquis res veſtras bene ac prudenter hactenus adminiſtrâſſet, oportebat & in poſterum ſimilem ejus curam & diligentiam expectare: nunc poſtquam Deus ipſe gubernandos vos ſuſcepit, quantæ inſaniæ fuerit ejus opem non ſperare, qui per me ultro vobis præſtitit, quidquid ad veſtram ſalutem ac libertatem conferre videbatur: imò hæc ipſa difficultas & anguſtia magis vos ad ſperandum accendere debuerat: ipſe enim vos in arctum hunc locum concludi voluit, ut ex tanta neceſſitate præter veſtram æquè ac hoſtium opinionem ſervaret, atque in hunc modum declararet, non ſolùm potentiam ſuam, ſed favorem etiam, quo vos perpetuò proſequitur; non enim in parvis rebus Deus propitius auxilium afferre ſolet, ſed tum

rurſum Joſephus ea occaſione attribuit Moyſi orationem, Scripturæ parùm conformem;

F

AUCTORE J. S.

potissimùm quando spei supereſt minimum. Ergo hujus ope freti, qui poteſt & ex parvis magna facere, & horum potentiam debilem reddere, ne terreamini Ægyptiorum apparatu, neque propter fugam mari & montibus impeditam animum desponde te; poteſt enim Deus & hos in planiciem, & mare in terram vertere.

Philo verò minùs à Scriptura recedit.

225 *Philo autem minùs recedit à narratione* Moysis, *de quo subjungit:* His ille auditis (*populi obmurmurationibus*) ignoscebat, memor divini oraculi: divisisque mentis & sermonis officiis, eodem tempore, alterà deprecabatur Deum tacitus, ut eos è desperatis rebus eriperet: altero confirmabat solabaturque tumultuantes: Nolite animo concidere, aliud est humanum, aliud divinum auxilium. Cur tantùm credibilibus sermonibus fidem accommodatis? Noster adjutor nullis opus habet apparatibus, exitum invenire in rebus dubiis est Deo proprium, solus ille plus quàm universa creatura poteſt. His illos etiam tum sui compos hortabatur, paulo verò pòst jam afflatus familiari Numine hæc cecinit: Exercitus iste instructissimus, ut videtis, armis virisque, non terrebit vos postea, internecione totus delebitur submergeturque, ut ne reliquiæ quidem ejus in terra maneant, idque non post longum tempus, sed nocte proxima. Hoc ille tum responsum edidit.

B

Josephus mirabilia in transitu maris Rubri facta extenuat, varioſque admiscet errores;

226 *Josephus, ubi ad divisionem maris Rubri transitumque Israëlitarum progreditur, maluit more sibi consueto rem totam sic referre, ut gentilibus utcumque verisimilis appareret, quàm mirabilia illa, ut gesta sunt, enarrare; atque hac de causa varios narrationi suæ immiscet errores mox corrigendos. Verba accipe:* Hæc effatus (*Moyses,*) ad mare eos, Ægyptiis spectantibus, ducebat. Habentes enim eos sub oculis, quod essent persequendo defatigati, pugnam in sequentem diem differre consultius putabant. Ut verò ad extremum littus ventum est, tum Moyses sumptâ virgâ Deum in auxilium supplex invocat, dicens: Tu, Domine, scis ipse, quòd nec viribus, nec artibus humanis ullum hinc nobis patet effugium: supereſt, ut ipse salutem huic populo expedias, qui Ægypto relicta, huc est delatus, tuam voluntatem tuamque fidem secutus. Ad te solum omni alia spe, omni consilio destituti confugimus: ad tuam tantùm providentiam respicimus, quæ sola nos iratis Ægyptiis eripere poteſt. Succurre igitur properè, & potentiam tuam exere, & populum jam conclamatæ salutis ad fiduciam & spem excita: in difficultatibus constituti sumus, sed nostris, non tuis. Tuum est, Domine, hoc mare, tuus & mons, qui nos claudit: & hic poteſt te jubente aperiri, & illud in terram verti; possumus & per aërem sublimes effugere, si ita nos servari tibi placeat.

C

227 Hæc precatus, mare virgâ percutit: quo ictu repentè scissum, & retrorsum se recipiens, nudum solum Hebræis ad fugam capessendam relinquit. Moyses autem videns adesse Deum, & mare de suo solo cessisse, primus progreditur; hortatur Hebræos, ut alacriter sequantur per viam divinitus datam, & læti præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem salutis rationem, tam subitò exortam. Illis verò impigrè subsequentibus, nimirum divina ope fretis, Ægyptii primùm insanire eos putabant, in manifestam perniciem ruentes. *In hisce corrige sequentia. Primò falsum est, Hebræos ad mare ductos à* Moyse, *spectantibus Ægyptiis: nam interposita nubes tenebrosa Israëlitarum conspectum Ægyptiis adimebat, certè donec illi longiùs per mare processerant, quàm ut iis nocere possent Ægyptii. Hac quoque de causa ineptum est, quòd ait Ægyptios primùm existimâsse insanire Hebræos. Secundò oratio illa, quæ* Moysi *attribuitur, non congruit Prophetæ, qui jam omnem rei eventum à Deo didicerat, ejusque mandata acceperat. Tolerabilior tamen esset, si fuisset citiùs* Moysi *adscripta; nimirum simulac adventum agminis Ægyptii audiverant Hebræi. Præterea miraculum istud extenuat, omissis non paucis, quibus istud redditur illustrius, ut videri poteſt num.* 211 & 212.

D

sed interitum Ægyptiorum rectiùs narrat:

228 *Idem scriptor de Ægyptiis per mare sequentibus ita prosequitur:* Postquam verò viderunt eos longè processisse, & impunè absque omni impedimento iter facere, impetu facto, persequi eos cœperunt, quasi & ipsi tutum per mare iter habituri: & præmissis equitibus, à littore descendebant. Jamque in adversum littus evaserant Hebræi, hostibus à tergo relictis, quos armis graves ipsa etiam miraculi novitas nonnihil est remorata: sed cùm incolumes illos terram tenere viderent, sibi quoque eundem eventum pollicebantur. Verùm fefellit eos hæc opinio, nescientes, non quorumvis talem viam esse, sed Hebræorum tantùm; & fugientibus tantùm ad salutem patere, non hostibus, qui eos perdendi animo infectarentur. Ergo cùm jam universus exercitus introgressus esset, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus involvit, ventis etiam eodem impellentibus: accesserunt & imbres de cœlo, & aspera tonitrua fulguribus simul intermicantibus: fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum, quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti solent: nam & nox eos caliginosa nimis ac tenebrosa comprehendit: atque ita totus ille exercitus est deletus, ut ne nuncius quidem cladis domum revertereture. *Nihil in hisce magnopere reprehendendum invenio: nam imbres, tonitrua, fulgura & fulmina, suo loco confirmavi ex Psalmista.*

E

Philo referens transitum Hebræorum,

229 *Philonis de hisce relatio nævis quoque non caret, licèt alioquin magis inhæreat sacris Litteris hic auctor, præcedentia sic enarrans:* Post solis autem occasum exortus est Auster vehementissimus, qui mare tunc solitum cum æstu decedere, protrusit etiam ulteriùs, nudatis littoribus, sicut fit in torrentium eluvie: nox quoque densis nubibus obscura nullis illustrabatur sideribus, quò magis caligo persequutoribus esset formidabilis. Tum Moses jussus virgâ mare percutit: quo facto aquæ scinduntur, & altera pars in altum tollitur stans more parietis solida, altera ceu freno impositio vi occulta retrahitur, media scissura siccata patentem latamque viam præbente ad populi transitum. Moses gaudens, conspecto hoc tam prodigioso miraculo, suis addebat animum, jubebatque castra movere quàm possent celerrimè. Inter cunctandum autem novum prodigium se obtulit. Nubes, quæ hactenus viæ dux solita erat præcedere, tunc retrograda in extremo visa est agmine, quasi ad ejus custodiam, objectu suo fugientes à persequentibus dirimens, illis muniens iter tutius, hos retardans & infringens impetum eorum celerem. Quo portento Ægyptii perterriti, tumultu atque trepidatione complebant omnia, turbatis præ metu ordinibus incurrantes in se invicem, ac ferò frustraque conantes fugere.

F

230 Nam Hebræi summo mane per siccam viam

A *& internecionem Ægyptiorum, etiam frequenter labitur :*

viam trajiciebant unà cum uxoribus ac liberis. Hoſtes autem, undis marinis rurſum in unum coëuntibus, mergebantur cum ſuis equis & curribus, æſtum refluum volventibus etiam Aquilonis flatibus, ut ne ignifer quidem ſuperſtes relinqueretur, nunciaturús acceptam cladem Ægyptiis. At Hebræi ſtupentes, quòd prodigioſam inſperatamque ſine ſanguine nacti eſſent victoriam, & videntes hoſtem deletum momento temporis, duos choros, alterum virorum, alterum mulierum, ſtatuerunt in littore, cecineruntque Deo hymnos gratulatorios, præeunte carmen viris Moſe, ſorore verò hujus mulieribus, nam hi choreas ductabant. *Hactenus Philo, qui primò ordinem rei geſtæ mutat, dum ventum præponit diviſioni maris, & percuſſioni* Moyſis. *Secundò nonnihil extenuat miraculum, dum littora æſtu per ventum adjuto nudata dicit. Tertiò malè noctem obſcuram omnibus inducit, cùm tenebras à caliginoſa nube productas ſolis Ægyptiis adſcribere debuiſſet. Quartò mare à* Moyſe *virgâ percuſſum affirmat cum Joſepho multiſque aliis : at Scriptura ſolùm habet*, Moyſen *extendiſſe*

B *manum & virgam elevatam ſuper mare, ita ut percuſſio illa, ut minimùm, ſit incerta. Quintò demum non ſatis exprimit prodigia illa, quibus Dominus exercitum Ægyptiorum delere cœpit in mari ; maléque commemorat refluum maris curſum, quo minueretur miraculum.*

reliqua de hiſce à Joſepho ſcripta corriguntur.

231 *Lætitiam & cantica Hebræorum, rectè relata à Philone, ſic quoque exprimit Joſephus :* Hebræi verò vix ſui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto, accedente huc etiam hoſtium interitu, quo major eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite, qui eos in ſervitutem vindicare cuperet, & Deo ex profeſſo illis auxilium ſubmittente. Quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio, læti magis quàm ulli antehac homines, in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt : & Moyſes carmen laudes Dei, & ob præſentem favorem gratiarum actiones continens, hexametro verſu compoſuit. Hæc ego, ut in ſacris codicibus inveni, ita ſigillatim conſcripſi. *Diem potiùs, aut certè tempus matutinum, in lætitia & canticis exegerunt Hebræi : nam interitus Ægyptiorum contigit in vigilia matutina, ſeu primo diluculo. At*

C *graviùs peccat idem ſcriptor, dum ait ſe omnia ſcripſiſſe, prout in ſacris codicibus invenit, tum quia à ſacris Litteris ſubinde ſciens prudenſque videtur recedere, tum quia deinde de tranſitu maris nimis timidè diſputat, acſi res fuiſſet dubitationi obnoxia. Addit mox Joſephus :* Poſtera verò die, cùm æſtus & ventus arma Ægyptiorum in littus expuliſſet, in quo tum Hebræi caſtra poſuerant, Moſes id quoque divinâ providentiâ factum interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta viritim diſtribuit : atque ita jam probè munitos ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi Deo, & munera pro ſalute populi oblaturus. *Quod hîc de collectis Ægyptiorum armis dicitur, etſi in Scriptura clarè non exprimatur, paſſim tamen creditur, quia Exod.* 14 ℣ 31 *Iſraëlitæ* viderunt Ægyptios mortuos ſuper littus maris : *caſtrametatos verò ibidem fuiſſe Hebræos, perperam affirmat Joſephus, cùm repugnet ſacra Scriptura Num.* 33 *omnes enumerans manſiones.*

232 *Artapanus apud Euſebium tranſitum maris Rubri, & interitum Ægyptiorum agnovit, ſed duplici modo rem narratam fuiſſe aſſerit.* Memphitas enim dicere, cùm magnam locorum Moſes haberet peritiam, refluxum maris obſervâſſe, ac ita cum populo tranſiviſſe. *Ita nimirum Memphitæ Ægyptii tranſitum miraculoſum, quem negare nequibant, conabantur peritiæ* Moyſis *adſcribere, acſi modo naturali contigiſſet. At fluxus aut refluxus maris efficere nequit, ut aquæ hinc inde murorum inſtar aſſurgant, & medium ſpatium relinquant vacuum & ſiccum, quemadmodum hîc factum conſtat ex ſacris Litteris. Quare melior eſt altera Artapani relatio, quam Euſebius ſubjungit hoc modo :* Heliopolitarum (*civitas erat primaria Ægypti*) propter gazam, quam Judæi mutuò abſtulerunt, regem commotum, magna manu in Judæos profectum fuiſſe : Moſem verò percuſſiſſe baculo mare, ut cæleſti voce admonitus fuit, & ſic diviſo mari transîſſe : cùm pòſt Judæos perſequerentur Ægyptii, tum fulminibus, tum refluentibus aquis periiſſe, Judæoſque liberatos annos triginta (*imò quadraginta*) in eremo vixiſſe, quaſi nivem (*manna ſcilicet*) Deo quotidie illis pluente, quâ nutriebantur. *Alios ſcriptores ethnicos, qui multa mentiti ſunt de diſceſſu Iſraëlitarum ex Ægypto, huc non transfero, ne ſim prolixior ; eademque ratio ſuadet à fabulis Rabbinorum abſtinere.*

AUCTORE J. S.

Artapanus tranſitum agnovit, ſed falſa veris miſcet.

E

§ XXIII. Quinta manſio in Mara, ubi murmurat populus ob defectum aquæ dulcis, quam ex amara Moyſes impetrat : ſexta manſio in Elim : ſeptima ad mare Rubrum : octava in deſerto Sin, ubi murmuranti populo primùm coturnices dantur, deinde & manna.

F *Quinta manſio in Mara, loco deſerti Etham, quod ideo duplex ſtatui non debet :*

Laudatus Hieronymus quintam Hebræorum manſionem indicat his verbis : Quinta manſio eſt in Mara, quæ interpretatur AMARITUDO. *Quomodo illuc pervenerint, indicatur Num.* 33 ℣ 8 : Profectique de Phihahiroth, tranſierunt per medium mare in ſolitudinem : & ambulantes tribus diebus per deſertum Etham, caſtrametati ſunt in Mara. *Jam tertia manſio fuerat in Etham ; nunc verò ad quintam perveniunt per deſertum Etham. Nonnulli ex his locis voluerunt inferre, Iſraëlitas non pertranſiviſſe latitudinem maris Rubri à littore Ægyptiaco uſque ad littus Arabicum ; ſed in longitudine mare pertranſiiſſe, ingreſſos nimirum per littus Arabicum, & per idem littus egreſſos. Verùm illa opinio mihi prorſus apparet improbabilis, quia ſic non fuiſſent concluſi inter exercitum Pharaonis & mare, nec verè tranſiviſſent* per medium mare. *Neque* Etham *occurrens in tertia manſione & in itinere ad quintam* deſertum Etham *quidquam habet difficultatis : nam Etham videtur fuiſſe in limite Ægypti & Arabiæ ad Septemtrionem maris Rubri ; deſertum autem Etham ſe latè extendiſſe in Arabiam ſeu juxta littus Arabicum maris. Iſraëlitæ verò, dum erant in Etham*, reverſi *ſunt ut dicitur Exod.* 14 ℣ 1, *ſeu verſus*

AUCTORE J. S.

Meridiem à confinio Arabiæ regressi, & dein castra posuerunt ad littus Ægyptiacum maris Rubri. Itaque, postquam mare transiverant, venerunt ad desertum Etham, quod etiam desertum Sur *vocatur, ut mox videbimus.*

murmurant ibidem ob amaritudinem aquarum, quas Moyses injecto ligno facit dulces:

234 *Exod.* 15 ℣ 22 *iter ad quintam mansionem, factaque ibidem sic referuntur:* Tulit autem Moyses Israël de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaverunt que tribus diebus per solitudinem, & non inveniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amaræ: unde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum MARA, id est, AMARITUDINEM. Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus? At ille clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. *Quàm fuerint terribilia deserta, per quæ iter erat instituendum, dicitur Judith.* 5 ℣ 14: Egressi verò mare Rubrum, deserta Sina montis occupaverunt, in quibus numquam homo habitare potuit, vel filius hominis requievit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum. *Ecclesiasticus cap.* 38

B ℣ 4 & 5 *lignum, quod* Moysi *ostendit Dominus, comparat cum medicamentis naturalibus, ideoque videtur innuere, aquas vi naturali istius ligni dulces esse factas & potabiles:* Altissimus, *inquit*, creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. Nonne à ligno indulcata est aqua amara? *Argumentum sanè illud pro medicamentis naturalibus non concluderet, nisi naturalis ligni vis aquam dulcem fecisset. Dissentiunt tamen nonnulli interpretes, voluntque lignum non fuisse, quod dulcedinem aquæ tribuit, sed Deum miraculo aquas fecisse potabiles ad solam ligni præsentiam. Dubitans de hisce S. Augustinus quæst.* 57 *in Exodum, propendensque ibidem in priorem sententiam, quæ mihi quoque apparet probabilior, rectè subdit:* Sed in tali etiam natura ligni quis nisi Creator & Demonstrator laudandus est?

præcepta quædam populo data. Sexta mansio in Elim, C

235 *Prinsquam ex eo loco recederent Israëlitæ, Deus nonnulla eis præcepta dedit, cæremonialia verisimiliter & judicialia, quibus experiretur quàm essent obedientes suis legibus. Non exprimitur, quænam illa fuerint præcepta, nec lubet quorumdam de hisce conjecturas recensere. At de legibus datis* Moyses *sic loquitur Exod.* 15 ℣ 25 *& seq.:* Ibi constituit ei præcepta, atque judicia, & ibi tentavit eum, (*dando nimirum prædicta præcepta ad experimentum obedientiæ aut inobedientiæ*) dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis ejus, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus. *Ex quinta mansione profecti sunt ad sextam, quæ* Elim *dicitur, quæque commodior fuit præcedente, nec aliquo eventu est notabilis. Num.* 33 ℣ 9 *illa sic describitur:* Profectique de Mara venerunt in Elim, ubi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta, ibique castrametati sunt. *Nec plura dicuntur Exod.* 15 ℣ 27 *quàm hæc:* Venerunt autem in Elim filii Israël, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt juxta aquas.

236 *Septima mansio filiorum Israël non memoratur in Exodo, quòd nihil in illa memorabile contigerit. Verùm Num.* 33 ℣ 10 *breviter describitur his verbis:* Sed & inde (*ex Elim*) egressi, fixerunt tentoria super mare Rubrum. D *septima ad mare Rubrum, à quo numquam longè recesserunt usque ad montem Sinai.*

S. Hieronymus aliquid hîc sibi difficultatis objicit. Et quæritur, *inquit*, quomodo post transitionem maris Rubri & fontis Mara, & Elim, rursum ad mare Rubrum venerint, nisi fortè in itinere pergentibus sinus quidam maris occurrerit, juxta quem castrametati sunt. Aliud est enim transire mare: aliud in proximo figere tabernacula... Verbum JAM SUPH apud Hebræos ex mari & rubro compositum est. SUPH autem & RUBRUM & SCIRPUS vocatur. Unde possumus suspicari, quòd venerint ad paludem quamdam, qui & carecto & juncis plenus fuerit. Quòd autem omnes congregationes aquarum Scriptura sancta MARE vocet, nulla dubitatio est. *Verùm nulla mihi apparet difficultas in illa castrametatione ad mare Rubrum; & ne quidem necesse est sinum aliquem longiùs procurrentem imaginari, nedum pro mari Rubro lacum aliquem substituere, cùm Israëlita numquam longè à mari Rubro recedere debuerint, ut pervenirent ad montem Sinai, qui mari Rubro est vicinus. Itaque mirandum non est, Israëlitas aliquando castrametatos fuisse ad mare Rubrum, videlicet in littore Arabico, cùm numquam longè ab eo* E *deberent recedere. Errarunt multi interpretes & geographi, quòd montem Sinai justo longiùs à mari Rubro removerint, quòdque crediderint Israëlitas, antequam venerunt ad montem Sinai, longiùs à mari Rubro in Arabiam penetrâsse, quàm revera sit factum.*

Octava mansio in deserto Sin, ubi post mensem itineris deficiunt cibaria:

237 *Octava Israëlitarum mansio fuit in solitudine Sin, de qua S. Hieronymus observat sequentia:* Sciendum, quòd omnis usque ad montem Sinai eremus SIN vocetur, & ex tota provincia etiam locus unius mansionis nomen acceperit; sicut & Moab tam urbis quàm provinciæ nomen est. In hac solitudine quinque mansiones sunt: JAM SUPH (*aliàs* ad mare Rubrum) de qua suprà diximus, & EREMUS SIN, & DEPHCA, & ALUS, & RAPHIDIM, de quibus loquemur in consequentibus. *Num.* 33 ℣ 10 *adventus ad hanc mansionem sic indicatur:* Profectique de mari Rubro, castrametati sunt in deserto Sin. *Exod.* 16, *omissa septima mansione, ut jam monui, de hisce leguntur sequentia:* Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israël in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai; quinto decimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Ægypti. *Impenderunt igitur Israëlitæ mensem lunarem itineri à Rameste usque ad desertum Sin: nam decimo quinto die primi mensis iter suum inchoaverant. Ex hisce colligitur, ipsos in aliquibus mansionibus ad dies aliquot substitisse, non tamen ad multos: cibaria quoque, quæ secum ex Ægypto tulerant, huc usque durâsse, nisi in locis quibusdam minùs desertis aliquid subinde cibariorum impetrare potuerint. At cibaria tandem fuerunt consumpta, indeque murmuratio ob hanc causam ibidem orta.* F

orta inde murmuratione, D. cibos ei mittit Deus, Moyses populo:

238 Moyses *hanc enarrat hoc modo:* Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israël contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque filii Israël ad eos: Utinam mortui essemus per manum Domini in terra Ægypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate. Cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen (*orantem, opinor, pro necessitate populi:*) Ecce ego pluam vobis panes de cælo: egrediatur populus, & colli-

A colligat, quæ ſufficiunt per ſingulos dies : ut tentem eum, utrùm ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parent, quod inferant : & ſit duplum, quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. *Quod dicitur de duplo colligendo die ſexto, ſeu die Veneris, ordinavit Dominus, ut dies Sabbati ſanctè obſervaretur, nullumque opus in illo fieret. Pergo iterum cum ſacro textu :* Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſraël : Veſpere ſcietis, quòd Dominus eduxerit vos de terra Ægypti : & mane videbitis gloriam Domini : audivit enim murmur veſtrum contra Dominum : nos verò quid ſumus, quia muſſitâſtis contra nos ? Et ait Moyſes : Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturitate ; eo quòd audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum : nos enim quid ſumus ? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum.

idem Deus rurſus promittit Moyſi, audiente populo, cui coturnicum multitudo data,

239 Dixit quoque Moyſes ad Aaron : Dic univerſæ congregationi filiorum Iſraël : Accedite coram Domino : audivit enim murmur veſtrum. *Hæc* Moyſes *edoctus à Domino, qui ipſius auctoritatem apud populum, multis jam prodigiis vindicatam, novo rurſum modo ſtabilire decreverat, uti mox fecit : nam ſubditur :* Cúmque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Iſraël, reſpexerunt ad ſolitudinem : & ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, (*audiente populo*) dicens : Audivi murmurationes filiorum Iſraël, loquere ad eos : Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus : ſcietiſque quia ego ſum Dominus Deus veſter. *Utrumque ſtatuto tempore eſt ſecutum.* Factum eſt ergo veſpere, & aſcendens coturnix cooperuit caſtra : mane quoque ros (*id eſt, manna*) jacuit per circuitum caſtrorum. *Primum beneficium non fuit permanens, ſed pro unica tantùm vice populo datum. Dedit quidem Dominus rurſum multitudinem ingentem coturnicum apud Sepulcra concupiſcentiæ, (ſic locus ex facto vocatus) at tunc coturnices magis in pœnam murmurantium datæ ſunt quàm pro beneficio : ſed hac vice populus coturnices comedit ſine pœna. De prioribus hiſce loquitur Pſalmiſta Pſal.* 104 ℣ 40 : Petierunt, & venit coturnix : & pane cæli ſaturavit eos. *De poſterioribus verò variis locis agitur.*

B

C *deinde manna per annos quadraginta continuatum,*

240 *Alterum beneficium, quod continuavit Deus annis quadraginta, latiùs explicat* Moyſes, *ſimul enarrans, quoties monendus fuerit populus ut eo uteretur eo modo, quo volebat Deus, nimirum ne plus ſinguli colligerent, quàm menſuram præſcriptam, quæ erat unius Gomor; ne irent collecturi die Sabbati ; ne ſervarent in poſterum diem, quod fruſtra foret ; & alia ſimilia, quæ rudis populus non ſtatim obſervabat, ſeu quòd mentem ſancti Legiſlatoris non ſatis percepiſſet, ſeu quòd non ſatis ſtuderet præſcripta ſervare.* Moyſen *audiamus :* Cúmque (*manna, antè* ros *vocatum*) operuiſſet ſuperficiem terræ, apparuit in ſolitudine minutum, & quaſi pilo tuſum, in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Quod cùm vidiſſent filii Iſraël dixerunt ad invicem : Manhu, quod ſignificat, Quid eſt hoc? Ignorabant enim, quid eſſet. Quibus ait Moyſes : Iſte eſt panis, quem Dominus dedit vobis ad veſcendum Hic eſt ſermo, quem præcepit Dominus : Colligat unuſquiſque ex eo, quantum ſufficit ad veſcendum : gomor per ſingula capita, juxta numerum animarum veſtrarum, quæ habitant in tabernaculo, ſic tolletis. Feceruntque ita filii Iſraël : & collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſuram gomor : nec qui plus collegerat, habuit amplius : nec qui minus paraverat, reperit minus : ſed ſinguli juxta id, quod edere poterant, congregaverunt.

AUCTORE J. S.

de quo varia obſervantur, maximè pro obſervatione Sabbati ;

241 Dixitque Moyſes ad eos : Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis uſque mane, & ſcatere cœpit vermibus atque computruit : & iratus eſt contra eos Moyſes. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcendum : cúmque incaluiſſet ſol, liquefiebat. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt, duo gomor per ſingulos homines : venerunt autem omnes principes multitudinis, & narraverunt Moyſi. Qui ait eis : Hoc eſt, quod locutus eſt Dominus : Requies Sabbati ſanctificata eſt Domino cras : quodcumque operandum eſt, facite : & quæ coquenda ſunt, coquite : quidquid autem reliquum fuerit, reponite uſque in mane. Feceruntque ita, ut præceperat Moyſes, & non computruit, neque vermis inventus eſt in eo. Dixitque Moyſes : Comedite illud hodie quia Sabbatum eſt Domini : non invenietur hodie in agro. Sex diebus colligite : in die autem ſeptimo Sabbatum eſt Domini, idcirco non invenietur. Venitque ſeptima dies : & egreſſi de populo, ut colligerent, non invenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſen : Uſque quò non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meam ? Videte quòd Dominus dederit vobis Sabbatum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices : maneat unuſquiſque apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. *Hæc reprehenſio non cadit in* Moyſen, *ſed in quoſdam Iſraëlitas, qui contra mandatum ipſius caſtris exiverant die Sabbati ad manna colligendum. Verùm mandatum Domini &* Moyſis *tandem cœptum eſt ab omnibus obſervari, ut ſequitur :* Et ſabbatizavit populus die ſeptimo.

D

figura, ſapor, uſus & excellentia mannæ :

242 *Nomen cibi Iſraëlitis dati, figuraque ejus & guſtus, mox explicantur hoc modo :* Appellavitque domus Iſraël nomen ejus (*cibi*) MAN : quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtuſque ejus quaſi ſimilæ cum melle. *De eodem Num.* xi ℣ 7 *ſic legitur :* Erat autem man quaſi ſemen coriandri, coloris bdellii (*id eſt, coloris candidi & lucidi, ſeu nonnihil ad flavedinem vergentis.*) Circuibatque populus, & colligens illud frangebat molâ, ſive terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Cúmque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter & man. *Effectus hujuſce cibi magis excellentes deſcribit Sapiens cap.* 16 ℣ 20, *ita eumdem celebrans :* Pro quibus angelorum eſcâ nutriviſti populum tuum : & paratum panem de cælo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat : & deſerviens uniuſcujuſque voluntati, ad quod quiſque volebat, convertebatur. *Verba hæc clarè evincunt, ſaporem mannæ non fuiſſe unicum, ſed ſingulari tribuentis Dei beneficio mutatum fuiſſe pro arbitrio & deſiderio comedentium, modò hi ſe indignos non redderent hac Dei liberalitate : nam plerique interpretes exiſtimant idem beneficium variorum ſaporum non fuiſſe conceſſum impiis, quos brevi tædere cœpit hujuſce cibi, quòd non percipe-*

F

AUCTORE J. S.

rent niſi ſaporem naturalem, primò ex Moyſe *indicatum. Amplectitur hanc expoſitionem S. Auguſtinus lib. 2 Retract. cap. 20, ibi reſtringens, quod de varietate ſaporis mannæ ſine ulla reſtrictione aſſeruerat lib. 1 ad Quæſtiones Januarii cap. 3.*

unum gomor ex eo in tabernaculo repoſitum.

243 *Beneficium dati Hebræis mannæ in deſerto celebratur variis Scripturæ locis. Pſalm. 77 ℣ 23 :* Et mandavit *(Deus)* nubibus deſuper, & januas cæli aperuit. Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cæli dedit eis. Panem angelorum manducavit homo: cibaria miſit eis in abundantia. *Mitto alios cùm veteris tum novi Teſtamenti locos, quòd plura, quàm hactenus dicta ſunt, de manna non tradant, & ſolùm cùm* Moyſe *ſubjungo ſequentia Exod. 16 ℣ 32 :* Dixit autem Moyſes : Iſte eſt ſermo, quem præcepit Dominus : Imple gomor ex eo & cuſtodiatur in futuras retrò generationes ; ut noverint panem, quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Ægypti. Dixitque Moyſes ad Aaron : Sume vas unum, & mitte ibi man, quantum poteſt capere gomor : & repone coram
B Domino, ad ſervandum in generationes veſtras, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitque illud Aaron in tabernaculo *(nimirum in illo, quod tunc exſtabat, & poſtea in tabernaculo fœderis)* reſervandum. Filii autem Iſraël comederunt man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem : hoc cibo aliti ſunt, uſque quò tangerent fines terræ Chanaan. Gomor autem decima pars eſt ephi. *Hæc poſtrema verba addunt ur ad explicationem menſuræ gomor, quæ ſingulis dabatur : at de quantitate illius auctores non conſentiunt.*

§ XXIV. Facta in deſerto poſt tranſitum maris Rubri uſque ad manna impetratum ex Joſepho & Philone.

Joſephus iter à mari Rubro ſatis rectè enarrat,
C

Joſephus iter à mari Rubro uſque ad locum Mara compendiosè & ſatis rectè deſcripſit ; at geſta ibidem ſolitâ temeritate corrupit, ut mox oſtendam. Recentem hanc, *inquit*, lætitiam ex inſperato acceptæ ſalutis offuſcavit nonnihil itineris moleſtia, quo per deſerta in Sina montem ducebantur : quòd emetienda eſſet regio difficilis propter ciborum & aquarum extremam inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus idonea : erat enim tota ſqualida, & nihil omnino humoris habens, unde fructus provenire ſolent. Talem autem viam neceſſariò ſunt ingreſſi, cùm aliam non poſſent, deferebantque ſecum aquam, priuſquam deſertum intrarent, hauſtam, Duce ita præmonente : quâ abſumptâ, puteos magno labore propter duritiem terræ fodientes aquabantur : ac ne ſic quidem vel ſatis bonam, vel quantum ſufficeret, inveniebant. In hunc modum iter facientes, perveniunt primâ veſperâ in locum quemdam, cui propter aquas vitioſas nomen fecerunt MAR, amarorem vocabulo ſignificante : ibique laſſis de via, & commeatu quoque jam abſumpto, inopiam ſentire incipientibus divertere placuit.

245 Invitabat ad manendum puteus fortè repertus, qui tametſi tantis copiis non poſſet ſufficere, nonnihil tamen ſolatii propter naturam regionis præbebat : audiebant enim nihil aquæ in progreſſu ſe inventuros, hæc ipſa quoque amara fuit, & nulli potabilis, non homini ſolùm, ſed ne jumento quidem. Moyſes autem videns eis animum cecidiſſe, nec habens quod diceret (non enim erat res cum hoſte, quem virtute repellere poſſet, ſed & viri & imbellis mulierum ac puerorum multitudo ex æquo periclitabantur) ægrè expediebat conſilium, populi miſeriam ad proprium infortunium referens : ad hunc unum enim concurrebant mulierculæ infantibus opem implorantes, viri verò mulieribus ; ne ſe deſpiceret, utque ſalutis remedium aliquod quæreret. Ad preces igitur verſus, orat ut Deus, mutatâ aquâ, ex vitioſa potabilem reddat. D

at geſta, & præſertim mutationem aquæ amaræ

246 Quo annuente hanc gratiam, arripit fruſtum ligni, fortè ibi jacens, & medium per longitudinem ſciſſum in aquam mittens, docet Hebræos Deum exauditis precibus pollicitum, daturum ſe aquam deſiderantibus, ſi gnaviter juſſa peragerent. Quibus rogantibus, quid facto opus ſit, ut aqua mutetur, jubet robuſtiſſimum quemque certatim puteum exhaurire, dicens, majore parte evacuata reliquum potabile fore. Quo facto, aqua agitatione continua purior reddita, potum jam non aſpernandum multitudini exhibuit. *Obſcuravit hic ſcriptor divinum beneficium, quo per lignum à Deo aſſignatum aquis amaritudo fuit ablata, dum agitationi continuæ effectum attribuit, qui ligno, aut, ut alii volunt, ſoli miraculo erat adſcribendus. Peccat in hiſce primò, dum lignum fortè obvium, quod ſciſſum fuiſſe Scriptura quoque non memorat, aquis injectum ſcribit : lignum enim iſtud non caſu fortuito inventum, ſed* Moyſi *ab angelo oſtenſum fuit. Peccat ſecundò gravius, dum medicationem aquæ ſoli* Moyſis *induſtriæ attribuit, acſi agitatione dulcis fuiſſet reddita, exiſtimans id credibilius fore gentilibus. Tertiò diſſimulat Hebræus ſcriptor murmurationem populi ſui, eamque mutat in modeſtam auxilii imploratione m, quam neceſſitas extorquebat, ita conſulens honori nationis ſuæ. At vera fuerant ſcribenda, non credibiliora aut Hebræis honorifica ; præſertim cùm dixerit ſe narraturum omnia, in ſacris Litteris inventa.* E

in dulcem, corrumpit.

247 *Philo illa omnia enârrat ſinceriùs, ita ſcribens :* Relicto deinde mari, aliquandiu faciebant iter ſecurum erepti hoſtibus : ſed cùm per triduum aquam non invenirent, rurſum præ ſiti mœſti ad querelas revertebantur, quaſi nullo accepto beneficio : ſemper enim præſens moleſtia ſolet auferre memoriam voluptatis præteritæ. Conſpectis deinde fontibus, accurrunt læti, decepti vana ſpe, tamquam hauſturi : amaræ enim erant aquæ, quarum guſtu offenſi defecerunt & animis & corporibus, non tam ſuam, quàm puerorum vicem dolentes, quos petentes potum non poterant videre ſiccis oculis. Nonnulli verò inconſtantiores, & parùm certæ pietatis, etiam præterita incuſabant, ut quæ non ſalutem afferrent, ſed graviorem perniciem, quòd multo ſatius eſſet hoſtili manu cadere, quàm ſiti excruciari inſuper : illic enim eſſe citam mortem, vel potiùs ad immortalitatem tranſitum : hanc autem veram eſſe mortem, diuturnam ſimul ac cruciabilem, cùm ſenſus ejus magis quàm ipſa timeatur.

Philo murmurationem populi,
F

& mutationem aquæ amaræ exponit rectiùs.

248 In hac lamentatione populi rurſum Moſes ſupplex Deum precatur ; ut gnarus imbecillitatis animalium, præſertim hominum, propter corporis neceſſitates à cibo pendentium, & duro tantùm ventri ſervientium, det veniam deſperan-

A sperantibus ; & omnium egestatem expleat, idque sine dilatione, quando mortalium naturalis incuria celerem opem desideret. Ille facilè exoratus aperit supplicis animæ oculum, & ostendit lignum, quod sublatum jussit in fontes immitti. Sive vis ea nativa fuit, ignorata hactenus ; sive tum primùm ad præsentem usum est indita. Quod ubi factum est, fontes dulcedinem acceperunt, ut essent potabiles, acsi numquam antè amari quidquam habuissent, adeo nullum relictum fuerat vestigium vitii pristini. Ad hunc modum extincta siti voluptas geminata contigit, quandoquidem quoties præter spem incidit, majorem affert lætitiam. Impletis deinde hydriis, discesserunt tanquam epulati in festivissimo convivio, ebrietate non temulenta ebrii, sed illa sobria, quam meracam hauserant ex propinationibus sui Principis pietati deditissimi. *Hactenus Philo, rectè dubitans, utrùm vis ligni naturalis, an indita à Deo ad hunc usum, aquas fecerit dulces : nam utrumque est probabile.*

B *Errores Josephi, murmurationem populi ad locum non suum referentis ;*

249 *Josephus verò prædictis erroribus alios adjungit, sic prosecutus :* Hinc castris motis, pervenerunt Ilym *(Elim)* agrum, ut primo aspectu è longinquo videbatur, non malum, ferebat enim palmas. Ut verò propiùs est ventum, fefellit omnium expectationem. Palmæ enim non plures erant quàm septuaginta, eæque non admodùm proceræ propter loci ariditatem, nam ne à fontibus quidem rigabantur, qui duodecim eo loco erant, sed non ita largi, ut emissis rivulis humiditatem terræ subministrarent. Quare ad egerendam arenam versi, in nullas venas incidere poterant, & si quid modicum distillaret, fossione turbatum inutile ad potum reddebatur. Arbores quoque non multum fructum ferebant propter eandem aquarum inopiam. Quamobrem exortum est murmur multitudinis contra Ductorem, omnem miseriæ suæ causam in unum illum conferentis : triginta enim dierum itinere confecto, commeatum omnem, quem secum extulerant, jam absumptum desiderabant ; & cùm nihil alimentorum in terra deserta invenirent, minimùm à desperatione aberant : atque ita præsente egestate præteritorum tam Dei quàm Moysis beneficiorum memoriam excutiente, in iram concitati, videbantur jamjam correptis saxis in

C Imperatorem suum invasuri, autorem interitûs sibi clamitantes. *Errat in hisce primò Josephus, quòd locum* Elim *accuset, acsi ibidem aquarum penuriâ laborassent Hebræi : nam locus Exod. 15 ℣ 27 laudatur à duodecim fontibus*, & castrametati sunt juxta aquas, *nec ulla aquæ penuria ibidem innuitur. Errat iterum, dum murmurationem, seriùs ortam, illi loco, & partim aquarum penuriæ attribuit.*

Philonis discursus de mansione Elim :

250 *Rectiùs Philo de eo loco sic disputat :* Atque ita pervenerunt in stationem secundam *(à transitu maris Rubri, sed aliàs sextam)* aquas habentem & arbores, cui nomen Ælim erat, riguam duodecim fontibus, apud quos erant septuaginta palmæ ramosæ ac virentissimæ, bonum omen genti afferentes, si quis observet oculis mentis perspicacibus : nam ea dividitur in tribus duodecim, singulas fonti similes, ut quæ pietatis fluentis scateant, unde indesinenter proficiscuntur præclara facinora. Principes autem familiarum totius gentis fuere septuaginta, meritò assimilati palmæ arborum præstantissimæ : quæ aspectu pulcherrima, fructum quoque fert optimum, & vitalem vim habet non in radicibus defossam, ut cæteræ, sed in summo, quasi cor, sitam in ramorum medio, à quibus circumquaque stipatur, ceu princeps à suis satellitibus. Cujusmodi natura est etiam mentis quæcumque sanctitatem degustavit, solet enim hæc sursum spectare & in sublimibus versari, occupata contemplandis divinis pulchritudinibus, naucifaciens terrenas, & hæc lusus reputans, illa seria. *Quod dicitur de septuaginta gentis principibus, deinde statutum videbimus.*

alii errores Josephi in murmuratione populi compressa

251 *Pergit deinde Philo ad murmurationem populi, exortam in deserto Sin ob defectum cibariorum, quam Josephus anticipavit, ut jam vidimus. Audiamus igitur primùm, quo modo quietem populo redditam, idem Josephus refert.* At ille, *inquit*, irritatam multitudinem, & tam acriter in se concitatam animadvertens, fretus Deo & conscientiâ rei bona fide administratæ, prodit in medios vociferantes & saxa intentantes ; cúmque singularem quamdam gratiam in vultu præferret, popularique facundia cum primis polleret, exorsus est iram eorum mitigare, obsecrans ne in præsentem necessitatem intenti omnium præteritorum beneficiorum memoriam abjicerent : utque à difficultate tunc premente animum ad Dei gratiam ac dona verterent, quibus toties præter opinionem cumulati fuissent. Nunc quoque expectarent eum bonum exitum procuraturum, quem verisimile sit ad probandam eorum fortitudinem, patientiam & gratitudinem, utque appareat præteritáne an præsentia plus apud eos possint, hanc rerum angustiam immisisse. Cavendum igitur ne ob intolerantiam atque ingratitudinem divino favore indigni deprehendantur, qui & voluntatem ipsius, quam secuti Ægyptum reliquissent, contemnant, & se Ministrum ejus iniquis odiis persequantur, præsertim cùm hactenus in nullo eorum, quæ Dei jussu gerenda susceperat, deceptos se queri possint.

E

justâ longiorem orationem Moysi attribuentis,

252 Enumerat deinde singillatim, quomodo afflicti fuerint Ægyptii, dum eos contra Dei voluntatem detinere conarentur : quomodo idem flumen illis quidem cruentum & ad potum inutile, ipsis verò dulce fuerit ac potabile, quomodo ita refluo mari locum eis & viam ad effugium cedente, ipsi quidem per eam evadentes salutem sint consecuti, inimicos verò internecione deletos inspectaverint : & quomodo in eam usque diem inermes, Deo præbente armorum quoque copiam sibi comparaverint : tum quoties ex ipsis interitûs faucibus eos præter omnium opinionem incolumes Deus eripuerit, qui cum semper sit omnipotens, ne tum quidem de ipsius providentia desperandum. Quamobrem æquo animo ferenda omnia, cogitandumque non esse serum auxilium, quantumvis differatur, quod rebus adhuc integris accipitur ; & sic existimandum, non contemni à Deo sua pericula sed fortitudinem explorari ac libertatis amorem, ut videat utrùm ejus cupidine & ciborum & aquarum inopiam sustinere valeant, an potiùs more pecudum dominis in suum usum pascentibus servire malint.

F

ejusque periculum nimis exaggerantis,

253 Se quidem non tam sibi privatim timere, cui cæso injustè nihil mali accidere posset ; quàm ipsorum incolumitati, si per istam lapidationem facta & consilia Dei damnare videantur. His verbis furentes ad saniorem mentem reduxit, & jam ad facinus armatis saxa de manibus excussit. *Huc usque Josephus, corrigendus primò, quòd periculum lapidationis* Moysi *adscribat, correptaque jam à populo saxa asserat, licet*

AUCTORE J. S.

cet in Scripturis de periculo lapidationis eo tempore nulla fiat mentio, ſed primùm in alia murmuratione, deinde in Raphidim ſecuta. Secundò popularem facundiam non rectè Legiſlatori attribuit, ideoque longiorem orationem texuit quaſi ab eo dictam : nam Moyſes *non ſolebat multis verbis murmurantem populum compeſcere ; ſed precibus ad Deum confugere, miraculiſque & prodigiis os obſtruere conquerentibus.*

at murmurationem illam,

254 *Philo hanc populi murmurationem expreſſit his verbis :* Non multum deinde fluxit temporis, cùm deficientibus cibariis fame tentabantur, quaſi per vices prementibus eos neceſſitatibus. Graves enim dominæ ſitis & fames ſuo quæque tempore urgebant, ut altera ceſſante, ſuccederet altera : id verò afflictis erat moleſtiſſimum & intolerabile : qui poſtquam ſibi videbantur evaſiſſe ſitis periculum, in famis inſidias inciderant. Nec ſolùm præſens gravabat inopia, ſed etiam in futurum commeatûs deſperatio : videntes enim vaſtam ſolitudinem, frugum ſterilem, deſpondebant animum. Nihil apparebat præter rupes aſperas, aut campos ſalſuginoſos ſaxoſóſve tumulos, aut arenarum acervos altiſſimos : nuſquam fluvius vel torrens vel perennis, nuſquam fons, nulla ſata, nullæ arbores, non mites, non ſilveſtres, non volucre, non terreſtre animal, niſi venenoſa reptilia perniciosa homini, ſerpentes & ſcorpii. Adhæc ſubibat animum copia & ubertas regionis Ægyptiæ, quam conferentes cum egeſtate premente, tanto magis indignabantur ; tales voces jactantes alii apud alios : Libertatis ſpe migravimus, nunc ne vivere quidem poſſumus. Felices noſtri Ducis pollicitationibus, reipſa ſumus miſerrimi omnium mortalium. Quis finis erit tam longi & inutilis itineris ? Tum navigationes, tum terreſtres peregrinationes habent terminum aliquem propoſitum, vel portum frequentem commerciis, vel urbem aut regionem quampiam.

B

& mentem Moyſis in illa, rectiùs explicat Philo.

255 Soli nos vagamur per invias ſolitudines deſtituti ſpe rerum omnium : progredimur enim per deſerta patentiſſimo ſimilia pelago, & indies major offert ſe vaſtitas. Poſtquam nos inflavit vanis ſermonibus, & aures ſpe replevit, nunc ventres fame vexat, nec alimenta expediens neceſſaria. Prætextu deducendæ coloniæ tantam decepit multitudinem, è locis cultis in inculta ſeductam : ſupereſt ut eam deducat ad inferos, quæ eſt via vitæ ultima. His opprobriis petito non tam moleſtum erat malè audire, quàm ferre hominum inconſtantiam : experti enim plurima miracula præter ſolitum rerum ordinem, non debebant ampliùs ſuas conjecturas ſequi utcumque probabiles, ſed potiùs amplecti fidem, cujus toties experimenta viderant. Attamen cùm reputaret nullam calamitatem eſſe graviorem inopiâ, facilè ignoſcebat imperito vulgo & ſuapte natura mobili, tantùm intento præſentibus, quæ tum præteritorum memoriam eximunt, tum in futurum ſpem adimunt. *Hæc Philo, voces murmurantis populi, & deſerti vaſtitatem ſic ex conjecturis amplificans, ut tamen à probabilitate non recedat.*

C

Relatio Joſephi de coturnicibus populo datis,

256 *Joſephus de impetrato per* Moyſen *cibo, coturnicibus videlicet & manna, hæc deinde ſcribit :* Sed quoniam intelligebat (*Moyſes*) non de nihilo concitatos, ad preces & ſupplicationes confugit : & conſcensâ quâdam ſpeculâ, opem Dei rebus per inopiam afflictis depoſcebat, in cujus ſolius manibus ſalus populi repoſita eſſet : utque propitius veniam daret populo, duris rebus exaſperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti. Deus verò curæ ſibi populum fore pollicetur, & opem, quam peterent, jamjam affuturam. His impetratis, Moyſes deſcendit ad multitudinem : illi verò animadvertentes promiſſionibus divinis lætum, & ipſi, poſito mœrore, vultus hilares ſumpſerunt. Tum ille ſtans in medio concionis, ait ſe præſenti neceſſitati à Deo remedium afferre. Nec ita multò pòſt magna vis coturnicum, quod genus avium præ cæteris Arabicus ſinus alit, ſuperato interjacente mari, longo volatu feſſarum, qui alioquin etiam non eſt ſublimis, in Hebræos defertur. Illi verò cibos divinitus oblatos certatim comprehendentes, remedium inopiæ quærebant : & Moyſes rurſum ad ſupplicationes vertitur, ob auxilium à Deo promiſſum ſimul atque exhibitum : qui ad hunc modum paſtis, alia mox alimenta demiſit. D

uti & de manna de-pluente,

257 Nam interim, dum Moyſes precabundus palmas attollit, ros de cœlo delabitur : qui cùm manibus ejus hærens concreviſſet, ſuſpicatus ille, hanc quoque alimoniam à Deo demitti, deguſtat : lætuſque re comperta, turbam ignaram & putantem hiberna tempeſtate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cælo deſcendere, ſed alimoniam, quæ ope alia deſtitutos periculo famis eximeret : ac mox præguſtatum offert, ut experto crederent. Illi verò ad ejus exemplum novo cibo læti fruebantur, qui ſuavitate ad mellis dulcedinem accedebat, aſpectu verò ad aromatis ſimilitudinem, quod bdellium dicitur, magnitudine coriandri ſemini ſimilis : eumque pro ſe quiſque certatim colligebant, ſed mox edicto admonentur, ut ex æquo aſſaronis menſuram quotidie colligerent : non enim defore hoc cibi genus. Quod eo factum eſt, ne infirmioribus deeſſet, dum robuſtiores per avaritiam plus ſatis colligunt : quòd ſi quis, contempto edicto, ultra præſcriptum modum collegiſſet, plus defatigatus nihilo plus habebat quàm cæteri. Quidquid enim ultra aſſaronem ſequenti die ſupererat, inutile reddebatur, amaritudine ac vermibus corruptum : adeo divinus & incredibilis erat hic cibus : cujus hæc natura eſt, ut qui hunc habet, alium non deſideret. E

in qua varii aſſignantur errores :

258 Quin & noſtris temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moyſis gratiam Deus id alimentum demiſit, hoc Hebræi MANNA vocant : nam hæc vox MAN in noſtra vernacula eſt percontativa, QUID HOC EST interrogans, atque ita perpetuum gaudium ac ſecuritatem per hunc cibum ſunt adepti, quo per annos XL deinceps ſunt ſuſtentati. *Nonnulla hîc rurſum obſervanda. Primò* Moyſen *orantem in* quadam ſpecula *inducit, ſeu in colle quodam, de qua ſpecula nihil in Scripturis. Contrà, Deum coram populo ad* Moyſen *fuiſſe locutum tacet. Secundò de altera* Moyſis *oratione poſt acceptas coturnices, nihil quoque in libris ſacris. Tertiò apertum figmentum eſt, quòd manna orantis Legiſlatoris manibus adhæſerit, ab eoque fuerit guſtatum ; quódque populus ningere putaverit, erroremque dedoctus ſit à* Moyſe : *manna enim deſcendens non vidit populus, cùm noctu aut primo diluculo deciderit, & non intra caſtra, ſed* per circuitum caſtrorum, *ubi mane inventum, ut dicitur Exod.* 16 ℣ 13. *Quartò per bdellium, cui colore manna ſimile dicitur, aroma intelligit Joſephus, ita interpretatus vocem Hebraïcam* bedolach, *quam Septuaginta explicarunt per* cryſtal-

A cryſtallum : *Pagninus* margaritam *interpretatus eſt, alii* onychem, *alii cum Plinio volunt* bdellium *eſſe* gummi tranſparens. *Ex hiſce ſatis apparet, ſignificationem vocis Hebraïcæ incertam eſſe. At certum eſt, manna fuiſſe album, cùm id habeat Scriptura, cui etiam Philo rectè conſentit.*

differentiæ variæ inter manna vulgare, & manna Iſraëlitarum.

259 *Quintò demum diſputant eruditi, an manna vulgare, quod ſuo tempore in Arabia fuiſſe ait Joſephus, quódque etiamnum reperitur, ejuſdem ſit naturæ cum manna, quo paſti ſunt Iſraëlitæ. Litem illam dirimere non eſt facile : at certò affirmari poteſt, manna ſingulari beneficio Dei datum fuiſſe Iſraëlitis, & multas habuiſſe qualitates, quibus caret manna hodiernum. Primò enim decidebat conſtanter per annos quadraginta, exceptis ſolis Sabbatis, tantaque quantitate, ut innumeræ multitudini ad cibum ſufficeret. At hodiernum manna non reperitur conſtanter toto anni tempore, ſed ſolùm quibuſdam menſibus ; nec tanta illius invenitur copia; nec excludit dies Sabbati. Deinde manna vulgare non ſtatim corrumpitur, ſed aſſervatur &* B *venditur ; idemque caret omnibus illis effectibus naturâ ſuperioribus, quos de manna Iſraëlitarum ſuo loco narravimus. Quapropter frivolum videtur, velle manna vulgare prorſus comparare cum manna Iſraëlitico, aſſereréque cibo illo, qualis nunc reperitur in Arabia, per annos quadraginta ſuſtentatos fuiſſe Iſraëlitas ſine ullo miraculo.*

Philo datum populo manna

260 *Philo ordine præpoſtero priùs egit de manna, deinde de coturnicibus ; poſterius beneficium primùm referens hoc modo :* Itaque mœſtis omnibus & nihil præter extremam calamitatem expectantibus, imminentem, ut putabant, capiti : Deus partim propriâ motus clementiâ, partim in honórem Ducis ſuo juſſu electi, quo magis ejus pietatem ſanctitatemque commendaret, parem proſperis rebus & dubiis, miſeriæ remedium exhibuit, novum & inauditum antea : ut tam manifeſtis ſignis ſui favoris præſentis reverentiam eis induceret :, ne ſi quando non omnia cederent ex ſententia, ſpem ſimul & patientiam abjicerent. Quid igitur accidit ? Poſtridie diluculo multum roris circum caſtra decidit paulatim nivis in morem, diſſimilis huic vulgari & penè quotidia-
C no, quippe qui nec aqua erat, nec grando, nec nix, nec glacies, quod genus nubes invehunt hibernis tempeſtatibus : ſed in milii ſpeciem minutus candidiſſimus, ut acervatim extra tabernacula jaceret mirando ſpectaculo, quo ſtupefacti ſcitabantur ex Duce, quænam eſſet hæc numquam antè viſa pluvia, aut in quem uſum demiſſa. Tum ille divinitus hoc oraculum edidit: Mortalibus data ſunt arva campeſtria ſulcis proſcindenda, ut ſementem agricolis reddant cum fœnore proventus annui, quantum ſatis ſit ad rerum victui neceſſariarum copiam : at Deo non una pars, ſed totus mundus ſubditur, cujus portiones pro poteſtate vertit in uſus quoſcumque vult. Nunc ſic illi viſum eſt, ut alimentis aër, non aqua ſubſerviat, quandoquidem terra quoque ſolet producere pluviam. Ægyptius fluvius quotannis arva inundans & irrigans, quid aliud eſt quàm terreſtris pluvia.

deſcribens, multa omittit,

261 Miranda ſanè res, etiamſi nihil acceſſiſſet novi præterea : acceſſit tamen quod magis mireris. Afferebantur certatim vaſa jumentis & humeris hominum, ut & in futurum commeatus ſufficeret : ſed non erat opus reponere, ex quo Deus decrevit recentia ſemper dona ſuggerere. Urgenti neceſſitati abunde ſatis factum eſt, cunctis ſuaviter veſcentibus : quidquid ſervatum eſt in craſtinum, totum periit, ita corruptum, ut fœteret ſcateretque vermiculis. Abjectis igitur his reliquiis, inveniebant cibos alios, cum rore matutino depluentes quotidie, tum quoque ſeptimo diei honor eximius eſt habitus. Quoniam enim nihil operis eo die permittitur, à parvis magniſque ceſſatione indicta, ne feriæ violarentur propter uſum neceſſarium, duplum Deus pluebat pridie Sabbati, juſſo populo colligere, quod duraret in biduum proximum, cibo tantiſper incorrupto manente præter ſolitum. Succeſſit & aliud miraculum haudquaquam prætereundum ſilentio, per continuos quadraginta annos, toto illo tam diuturno itinere, neceſſarius victus non defuit juxta ſemel inſtitutum ordinem temporum, non ſecus quàm ſi ex horreis dimenſum diſtribueretur ſingulis : ſimulque diſcebant obſervationem illius diei ſacratiſſimæ ac deſideratiſſimæ. Cùm enim jam dudum quæsiſſent, quis eſſet mundi natalis, quo hoc univerſum abſolutum eſt ; rem à ſuis majoribus ignoratam tandem didicerunt, non ſolùm oraculo, verùm etiam argumento manifeſtiſſimo. Videbant enim E
corrumpi (ut dixi) quidquid ſupererat diebus cæteris, quod depluebat pridie Sabbati, duplum provenire, durareque in biduum. Uſus verò ejus erat hujuſmodi : prima luce collectum molebant aut terebant, dein elixo quaſi placentis veſcebantur ſuaviſſimè ; abſque piſtoris opera.

AUCTORE J. S.

& ei coturnices perpetram poſtponit.

262 *Hæc de dato Iſraëlitis manna Philo, quem omiſiſſe non pauca adjuncta, facilè videbit lector, modò conferat datam ex Scripturis relationem. Addidit quoque ſuas conjecturas idem ſcriptor, dum Moyſen cum populo loquentem inducit. Verùm præcipuus ipſius lapſus eſt, quòd innuat, coturnices datas poſt manna, cùm de illis hæc ſubjiciat :* Imò ne delicatioribus quidem cibis diu caruerunt, quales habentur in regionibus habitatis & felicibus, Deo proferente ſuas opes in ſolitudine. Veſpertinis enim horis coturnicum nubes advolabat à mari, tota caſtra inumbrans, terræ tam propinqua, ut facile præberet aucupium. Has capiendo coquendoque, ut cuique libebat, fruebantur carnibus optimis, ne deſiderarent obſonia. *Datæ fuerunt coturnices veſpertino tempore, & ante manna ; at non ſingulis veſperis, ut ſenſu obvio intelligi poteſt Philo, iterum hìc lapſus, ſi iſtud voluerit.* F

§ XXV. Nona manſio in Daphca, decima in Alus, undecima in Raphidim, ubi murmurantibus datur aqua ex percuſſa petra : victoria de Amalecitis : adventus Jethro.

Manſio nona, & decima : undecima in Raphidim, ubi murmurat populus,

D *Poſtquam coturnices & manna in octava manſione impetraverant Iſraëlitæ, rurſum ſe dederunt itineri. Nonam manſionem & decimam non commemoravit in Exodo* Moyſes, *quòd nihil magni momenti in illis occurrerit ; at Num.* 33 ℣ 12 *& ſeq. de iis ſic habet :* Unde egreſſi, venerunt in Daphca. *Primâ litterâ mutatâ, Septuaginta legerunt* Raphca, *& S. Hieronymus in Epiſtola ad Fabiolam ſcribit* Dephca. *Deci-*

AUCTORE J. S.

ma manſio in Alus mox ita ſubditur : Profectique de Daphca, caſtrametati ſunt in Alus. *Continuò etiam adjungitur manſio undecima in Raphidim hiſce verbis :* Egreſſique de Alus in Raphidim fixêre tentoria, ubi populo defuit aqua ad bibendum. *Exod.* 17 *de hoc itinere, & adventu in Raphidim leguntur iſta :* Igitur profecta omnis multitudo filiorum Iſraël de deſerto Sin per manſiones ſuas, juxta ſermonem Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo. Qui jurgatus contra Moyſen, ait : Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus reſpondit Moyſes : Quid jurgamini contra me ? cur tentatis Dominum ? Sitivit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmuravit contra Moyſen, dicens : Cur feciſti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, & liberos noſtros, ac jumenta ſiti ?

cui Moyſes aquam dat ex petra percuſſa.

264 Moyſes *hac rurſum murmuratione impetitus, ad Dominum confugit, ut malo remedium quæreret : nec ſua eum ſpes fefellit. Audi textum ſacrum :* Clamavit autem Moyſes ad Dominum, dicens : Quid faciam populo huic ? Adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dominus ad Moyſen : Antecede populum, & ſume tecum de ſenioribus Iſraël ; & virgam, quâ percuſſiſti fluvium, tolle in manu tua, & vade. En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb : percutieſque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſraël : & vocavit nomen loci illius TENTATIO, propter jurgium filiorum Iſraël, & quia tentaverunt Dominum, dicentes : Eſtne Dominus in nobis, an non ? *Pſal.* 77 ℣ 13 *de hoc Dei beneficio dicitur :* Interrupit petram in eremo : & adaquavit eos, velut in abyſſo multa. Et eduxit aquam de petra : & deduxit tamquam flumina aquas. *Et Pſal.* 104 ℣ 41 *:* Dirupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in ſicco flumina. *Ejuſdem facti meminit Apoſtolus* 1 *Cor.* 10 ℣ 4. *Verùm non confundenda eſt hæc murmuratio cum alia, quæ contigit ſub finem vitæ* Moyſis *ad Aquam contradictionis, ubi petram bis percuſſit, ut ex ea aquas eliceret.*

B

Victoria de Amalecitis

C

265 *Aliud in eodem loco Iſraëlitis ſupervenit periculum ab Amalecitis, qui degebant in Arabia Petræa inter Ægyptum & Chanaänitidem, quique populum Iſraëliticum nec opinantem aggreſſi ſunt. Factum narrat* Moyſes *Exod.* 17 ℣ 8 *& ſeqq. hoc modo :* Venit autem Amalec, & pugnabat contra Iſraël in Raphidim. Dixitque Moyſes ad Joſue : Elige viros, & egreſſus, pugna contra Amalec : cras ego ſtabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Joſue, ut locutus erat Moyſes, & pugnavit contra Amalec : Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cúmque levaret Moyſes manus, vincebat Iſraël : ſin autem paululùm remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graves : *nimirum propter diuturnam extenſionem in altum, quam volebat Deus, ut daret victoriam Iſraëlitis.* Sumentes igitur lapidem, poſuerunt ſubter eum, in quo ſedit : Aaron autem & Hur ſuſtentabant manus ejus ex utraque parte. Et factum eſt, ut (*hoc modo*) manus illius non laſſarentur uſque ad occaſum ſolis. Fugavitque Joſue Amalec, & populum ejus in ore gladii.

precibus Moyſis impetrata :

266 *De hac victoria Eliachim ſacerdos ſic loquitur Judith* 4 ℣ 13 : Memores eſtote Moyſi ſervi Domini, qui Amalec confidentem in virtute ſua, & in potentia ſua, & in exercitu ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis, non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando dejecit. *Ad hanc quoque victoriam, & ad aquam è petra datam reſpexit Sapiens cap.* XI, *ita ſcribens de Iſraëlitis :* Direxit opera eorum in manibus Prophetæ ſancti (*Moyſis.*) Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur : & in locis deſertis fixerunt caſas. Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicaverunt. Sitierunt, & invocaverunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum (*Ægyptii,*) à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filii Iſraël, lætati ſunt ; per hæc, cùm illis (*Ægyptiis*) deeſſent, bene cum illis actum eſt.

D

pœnas poſtea de Amalecitis ſumere jubet Deus.

267 *Præterea voluit Deus, ut aliquando pœnæ ſumerentur de Amalecitis ob factum hoc inhumanum, quo Iſraëlitas nihil mali meditantes in itinere aggreſſi ſunt. Audi* Moyſen *Exod.* 17 ℣ 14 *:* Dixit autem Dominus ad Moyſen : Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Joſue : delebo enim memoriam Amalec ſub cælo. Ædificavitque Moyſes altare : & vocavit nomen ejus, DOMINUS EXALTATIO MEA, dicens : Quia manus ſolii Domini, & bellum Domini, erit contra Amalec, à generatione in generationem. *Præceptum ſuum de puniendis Amalecitis repetiit Dominus Deut.* 25 ℣ 17 : Memento, quæ fecerit tibi Amalec in via, quando egrediebaris ex Ægypto : quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui laſſi reſidebant, ceciderit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. Cùm ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & ſubjecerit cunctas per circuitum nationes in terra, quam tibi pollicitus eſt ; delebit nomen ejus ſub cælo. Cave ne obliviſcaris. *Provincia delendi penitus Amalecitas à Deo demandata fuit Saüli ; qui tamen minùs exactè mandatum Domini exſecutus eſt, ideoque ipſe regno privatus. Vide* 1 *Reg. cap.* 15.

E

Jethro cum Sephora & filiis Moyſis venit ad caſtra,

F

268 *In eadem manſione Jethro cum Sephora & filiis* Moyſis *ad Prophetam acceſſit, utileque eidem ſuggeſſit conſilium de magiſtratibus inferioribus conſtituendis, uti advertit laudatus ſæpe S. Hieronymus, dicens :* Devicto adverſario (*Amalecita*) ſupervenit Jethro, adduxit Zephoram & utrumque filium ; dat concilium ſeptuaginta Seniorum. *Audiamus* Moyſen *Exod.* 18 *:* Cúmque audiſſet Jethro, ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia, quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraëli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dominus Iſraël de Ægypto : tulit Sephoram uxorem Moyſi, quam remiſerat, & duos filios ejus, quorum unus vocabatur GERSAM, dicente Patre : Advena fui in terra aliena : alter verò ELIEZER : Deus enim, ait, patris mei adjutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Jethro cognatus Moyſi, & filii ejus, & uxor ejus, ad Moyſen in deſertum, ubi erat caſtrametatus juxta montem Dei, (*Horeb videlicet.*) Et mandavit Moyſi (*ante adventum per nuntium*) dicens : Ego Jethro cognatus tuus venio ad te, & uxor tua, & duo filii tui cum ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adoravit, & oſculatus eſt eum : ſalutaveruntque ſe mutuò verbis pacificis. *Dubitatur hoc loco, an hic Jethro idem ſit cum Raguele ſocero* Moyſis ; *quia hîc Latinè non vocatur* Socer, *ſed* cognatus. *Verùm eadem eſt vox Hebraïca* chothen, *quæ aliàs* ſocer *vertitur, aliàs* cognatus, *quæque*

A *quæque propriè* affinem *significat, ut varii interpretes observant. Hac de causa vox Hebraica etiam hoc loco* ſocer *reddita eſt à variis, uti reddita eſt in Vulgata de eodem Jethro Exod.* 3 ℣ 1. *Quapropter probabilius exiſtimo, fuiſſe Jethro ipſum* Moyſis *ſocerum, qui filiam ſuam Sephoram ad eum adduxit; uti latiùs dixi num.* 65.

& honorificè ſuſcipitur à Moyſe,

269 *Quid verò inter* Moyſen *& Jethro actum fuerit, mox* Moyſes *narrare pergit hoc modo:* Cumque intrâſſet (*Jethro*) tabernaculum, narravit Moyſes cognato ſuo cuncta, quæ fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Iſraël; univerſumque laborem, qui acciditſſet eis in itinere, & quòd liberaverat eos Dominus. Lætatuſque eſt Jethro ſuper omnibus bonis, quæ fecerat Dominus Iſraëli, eo quòd eruiſſet eum de manu Ægyptiorum, & ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis; qui eruit populum ſuum de manu Ægypti. Nunc cognovi, quia magnus Dominus ſuper omnes deos: eo quòd ſuperbè egerint contra illos. Obtulit ergo Jethro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: veneruntque Aaron & omnes ſeniores Iſraël, ut comederent
B panem cum eo coram Deo. *Jethro fuiſſe veri Dei ſacerdotem, jam antè monui; idque abunde colligitur ex ſacrificio per ipſum oblato. Nec quidquam in contrarium evincunt hæc verba,* Nunc cognovi *&c.: neque enim ex illis inferri poteſt, potentiam Dei antea non fuiſſe cognitam Jethro, cùm angelus Dei perſonam gerens Gen.* 22 ℣ 12 *eodem modo dicat Abrahamo, filium ſuum immolare paranti:* Nunc cognovi quòd timeas Deum *&c. Solùm igitur dictis verbis innuit Jethro, prodigia in Ægypto patrata, quæ ei narraverat* Moyſes, *eſſe illuſtre divinæ potentiæ argumentum.*

cui conſilium ſuggerit de creandis judicibus inferioribus:

270 *Hiſce obſervatis, cum* Moyſe *pergamus:* Altera autem die ſedit Moyſes, ut judicaret populum, qui aſſiſtebat Moyſi à mane uſque ad veſperam. Quod cùm vidiſſet cognatus ejus, omnia ſcilicet, quæ agebat in populo, ait: Quid eſt hoc, quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane uſque ad veſperam? Cui reſpondit Moyſes: Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. Cúmque acciderit eis aliqua diſceptatio, veniunt ad
C me, ut judicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei & leges ejus. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris & tu & populus iſte, qui tecum eſt: ultra vires tuas eſt negotium, ſolus illud non poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atque conſilia, & erit Deus tecum. Eſto tu populo in his, quæ ad Deum pertinent, ut referas, quæ dicuntur, ad eum: oſtendaſque populo cæremonias & ritum colendi, viamque, per quam ingredi debeant, & opus, quod facere debeant. Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam; & conſtitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui judicent populum omni tempore: quidquid autem majus fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo judicent: leviuſque ſit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta ejus poteris ſuſtentare: & omnis hic populus revertetur ad loca ſua cum pace. *Hæc Jethro liberè pro auctoritate ſoceri, & prudenter.*

271 Moyſes *autem, uti vir erat non minùs docilis & humilis, quàm prudens, nec ægrè tulit libertatem in monendo, nec datum conſilium neglexit, uti mox ſequitur:* Quibus auditis, Moyſes fecit omnia, quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſraël, conſtituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios & decanos. Qui judicabant plebem omni tempore: quidquid autem gravius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo judicantes. Dimiſitque cognatum ſuum: qui reverſus abiit in terram ſuam. *Miris elogiis docilitatem & humilitatem* Moyſis *proſequuntur ſancti Patres, quia conſilium ſoceri ſui tam facilè ſecutus eſt. At ſufficiet brevis obſervatio S. Auguſtini, qui quæſt.* 68 *in Exodum de hiſce ſic loquitur:* Inſinuatur hîc etiam humilitatis exemplum, quòd Moyſes, cum quo loquebatur Deus, non faſtidivit, neque contempſit alienigenæ ſoceri ſui conſilium. Quamquam & ipſe Jothor, cùm Iſraëlita non fuiſſet, utrùm inter viros verum Deum colentes religioſéque ſapientes habendus ſit, quemadmodum & Job, cùm ex ipſo populo non fuiſſet, meritò quæritur: immò credibilius habetur.

AUCTORE J. S.

Moyſes verò illud magna humilitatis laude ſecutus,

varios magiſtratus inſtituit:

272 *Porrò* Moyſes *Deut.* 1 ℣ 9 *paulo latiùs narrat, quomodo judices ſtatuerit, eoſque inſtruxerit, ita populum allocutus:* Dixique vobis illo in tempore: Non poſſum ſolus ſuſtinere vos, quia Dominus Deus veſter multiplicavit vos, & eſtis hodie ſicut ſtellæ cæli plurimi... Non valeo ſolus negotia veſtra ſuſtinere, & pondus ac jurgia. Date ex vobis viros ſapientes & gnaros, & quorum converſatio ſit probata in tribubus veſtris, ut ponam eos vobis principes. Tunc reſpondiſtis mihi: Bona res eſt, quam vis facere. Tulique de tribubus veſtris viros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, ac decanos, qui docerent vos ſingula. Præcepique eis, dicens: Audite illos, & quod juſtum eſt, judicate; ſive civis ſit ille, ſive peregrinus. Nulla erit diſtantia perſonarum, ita parvum audietis ut magnum: nec accipietis cujuſquam perſonam, quia Dei judicium eſt. Quòd ſi difficile vobis viſum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Præcepique omnia, quæ facere deberetis. *Hæc* Moyſes.

E

F *credunt aliqui Jethro ſerùs veniſſe ad Moyſen: eorum rationes*

273 *Ceterùm aliqua dubitatio hîc expendenda venit de tempore & loco, quo Jethro ad* Moyſen *venit, videlicet an in Raphidim, eoque tempore, quo factum cum* Moyſe *narravi, an verò in ſequenti manſione ſolitudinis Sinai, uti volunt Abulenſis, Torniellus, Salianus, aliique, quos ſecutus eſt Calmetus in Exodi caput* 18, *rationes pro hac opinione breviter allegans ordine ſequenti. Prima ratio petitur ex datis verbis Exod.* 18 ℣ 5: Venit ergo Jethro... ad Moyſen..., ubi erat caſtrametatus juxta montem Dei: *nam* montem Dei *de monte Sinai exponunt. Verùm manſio in Raphidim propinqua erat monti Horeb, qui frequenter* mons Dei *dicitur, & pars eſt montis Sinai. Illa igitur ratio nihil prorſus evincit contra manſionem in Raphidim, ubi caſtra erant, quando* Moyſi *dicebat angelus Exod.* 17 ℣ 6: En ego ſtabo ibi coram te, ſupra petram Horeb: percutieſque petram, & exibit ex ea aqua. *Alterum argumentum ſumit ex verbis mox datis Deut.* 1 ℣ 9, Dixique vobis in illo tempore *&c., quia* ℣ 6 *præmittitur:* Dominus Deus noſter locutus eſt ad nos in Horeb: Sufficit vobis, quòd in hoc monte manſiſtis: revertimini, & venite ad montem Amorrhæorum. *Poſteriora verba haud dubiè dicta ſunt ſub finem manſionis ad montem*

AUCTORE J. S.

Sinai. Quapropter ſi voces, illo in tempore, *idem planè tempus deſignant, non inſtituit* Moyſes *judices inferiores in Raphidim, ubi caſtrametatus fuerat anno ferè integro citiùs. Hoc præcipuum videtur pro illa opinione argumentum, cui tamen duplici modo reſponderi poteſt. Primò* Moyſes *quadrageſimo itineris anno loquens ad populum, multaque præterita breviter recenſens, noluit iſtis vocibus*, illo in tempore, *idem planè tempus ſignificare, quo mandaverat Dominus, ut ex vicinia montis Sinai proficiſcerentur, ſed dumtaxat tempus aliquod vicinum, ut Salianus ipſe annotavit ad annum mundi 2544 num. 723. Altera reſponſio eſt, vocem* dixi *idem ſignificare poſſe ac* dixeram, *uti ſæpe fit apud Hebræos. Utraque reſponſio eſt Bonfrerii in Deut. cap. 1 ℣ 9.*

proponuntur & refutantur;

274 *Tertiò argumentatur Calmetus ex Num. cap. 10, ubi* Moyſes *ſub diſceſſum à monte Sinai rogat cognatum ſuum* Hobab, *ut ſecum proficiſcatur. Credit autem Calmetus Hobab eumdem eſſe cum Jethro, adeoque adventum ejus circa id tempus contigiſſe. Verùm reſpondeo Hobab probabiliùs eſſe filium Jethro, ut ſuo loco oſtendam. Quartò argumentatur ex murmuratione contra* Moyſen *orta Num. 12 propter uxorem Sephoram: nam conjicit Calmetus, Sephoram necdum multo tempore fuiſſe in caſtris, quando illa murmuratio illius causâ orta eſt. At illa conjectura exigui eſt momenti, & planè incerta, cùm mulier æquè præbere poſſit occaſionem obmurmurandi poſt diuturnam commorationem quàm poſt brevem. Quintam demum rationem profert Calmetus ex Exod. 18 ℣ 16, ubi* Moyſes *ſocero ſuo ait*, Et oſtendam præcepta Dei, & leges ejus: *quæ verba intelligit de legibus in monte Sinai datis. Verùm fallit iſta conſecutio. S. Auguſtinus nobiſcum ſentiens quæſt. 67 in Exodum ſic reſpondet:* Quæri poteſt, quomodo iſta Moyſes dixerit, cùm lex Dei adhuc nulla conſcripta eſſet: niſi quia lex Dei ſempiterna eſt, quam conſulunt omnes piæ mentes, ut quod in ea invenerint, vel faciant, vel jubeant, vel vetent, ſecundum quod illa incommutabili veritate præceperit. *Sanè non erant Hebræi ſine lege naturæ, multaque de illa occurrere poterant dubia. Præterea habebant legem circumciſionis, Sabbati, multaſque alias ſibi proprias, quæ partim in Ægypto, partim in itinere latæ erant & promulgatæ, ut dictum eſt ſuis locis; ita ut iſta ratio prorſus ſit inanis. Nihilo magis urgent aliæ quædam ratiuncula à Calmeto neglectæ, qualis eſt, quòd Jethro Exod. 18 ℣ 12* holocauſta & hoſtias Deo *obtulerit. Nam dudum antè holocauſta Deo oblata ſunt, ſacrificiaque alia; & Jethro ea haud dubiè obtulit ritu ſibi conſueto, non ritu per legem Moſaïcam præſcripto. Temporis quoque brevitatem, quâ Iſraëlitas credunt in Raphidim perſtitiſſe, immeritò objiciunt adverſarii: nam potuerunt Iſraëlitæ facilè ad octiduum ſubſiſtere in Raphidim, ut paucis oſtendo. Venerunt in ſolitudinem Sin, ſeu manſionem octavam*, quintodecimo die menſis ſecundi, *ut dicitur Exod. 16 ℣ 1. Subſtiterint ibi ad dies quinque aut ſex, atque hiſce addamus iter tridui, quo deinde per Daphca & Alus venerunt in Raphidim. Eò igitur pervenire potuerunt die vigeſima quarta aut vigeſima quinta menſis ſecundi. Jam verò ad manſionem Sinai venerunt die tertia menſis tertii, eademque die profecti erant ex Raphidim, ut ſuo loco oſtendam. Facilè igitur ad octiduum ſubſiſtere potuerunt in Raphidim. Ex omnibus autem, quæ narrantur de Jethro, non colligitur ipſum pluſquam triduo apud* Moyſen *perſtitiſſe. Itaque temporis brevitas non obſtat ſententiæ noſtræ.*

ac variis rationibus ſtabilitur ſententia noſtra.

275 *Quapropter non video, cur cum Hieronymo, Auguſtino, aliiſque Patribus & interpretibus pleriſque, ſequi non debeam ordinem, quem* Moyſes *in rebus referendis tenuit in Exodo. Sanè ſolus hic ordo majoris momenti eſt, quàm ſint omnia argumenta in contrarium allata, cùm probari nequeat, ordinem rerum à* Moyſe *fuiſſe perturbatum. Ad hanc rationem, quæ aliàs vel ſola ſufficere debet, accedit conjectura admodùm veriſimilis à loco & tempore. Nulla manſio Iſraëlitarum propinquior fuit urbi Madian, in qua habitabat Jethro, quàm manſio in Raphidim prope montem Horeb: nam conſtat,* Moyſen *antea oves Jethro duxiſſe ad viciniam montis Horeb. Certè ſequens manſio prope montem Sinai longiùs abeſt à mari Rubro, adeoque ab urbe Madian, quæ mari adjacet. Locus igitur, utpote vicinior urbi Madian, ſententiæ noſtræ favet. Verùm tempus eamdem confirmat fortiùs. Adventus Jethro ſic refertur Exod. 18 ℣ 1:* Cùmque audiſſet Jethro . . . omnia, quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraëli populo ſuo, & quòd eduxiſſet Dominus Iſraël de Ægypto, tulit *&c. Quis credat Jethro illa primùm audiviſſe, poſtquam toto anno tranſacta erant; aut, ſi citiùs dicatur audiviſſe, toto anno diſtuliſſe adventum ſuum? Tanto id incredibilius eſt, quanto minùs ſcire poterat Jethro, occaſionem inviſendi* Moyſis *ſibi poſtea non defuturam, etiamſi iter differret. Nonne Jethro exiſtimare poterat & prudenter debebat,* Moyſen *cum Iſraëlitis iter ſuum proſecuturum ſine diuturna commoratione, ſicuti fecerunt uſque ad montem Sinai? Et verò non diſtuliſſe Jethro iter ſuum, ſed occaſionem viſendi* Moyſis *ſtatim arripuiſſe, cùm maximè erat vicinus, alia etiam evincunt. Quippe dicitur Jethro audiviſſe, quæ contigerant in Ægypto & in exitu Iſraëlitarum; non quæ facta erant in monte Sinai, licèt eſſent magis vicina. Narravit* Moyſes *ſocero ſuo, quæ in Ægypto, & in itinere erant facta; non verò quæ prope montem Sinai & in ipſo monte patrata erant mirabilia: non alia utique de cauſa, quàm quòd poſteriora hæc necdum facta eſſent, cùm Iſraëlitæ ad montem Sinai nondum perveniſſent. Hæc diſputare volui, ut ordo rerum geſtarum, quem ſine idoneis rationibus quidam perturbare aggreſſi ſunt, integrum conſervemus; licèt alioquin controverſias chronologicas brevitatis causâ omittendas duxerim.*

Dubitatio de tempore creatorum ſeptuaginta ſeniorum.

276 *Altera occurrit dubitatio de judicibus per* Moyſen *hoc tempore ſtatutis, nimirum an in iis cum S. Hieronymo numerare debeamus ſeptuaginta Seniores: nam pleroſque neotericos in ea video eſſe ſententia, ut credant ſeptuaginta Seniores ſeriùs conſtitutos eſſe ipſius Dei juſſu Num. 11 ℣ 16. Verumtamen non video, ſententiam S. Hieronymi improbabilem eſſe, ſi rectè intelligatur & exponatur: nam* ſeptuaginta Senes *jam memorantur Exod. 24, quando Iſraëlitæ degebant prope montem Sinai, ita ut non ſit omnino improbabile, illos jam creatos fuiſſe hoc tempore deſignarique primo loco per* principes; *eoſdem verò deinde majori auctoritate ac ſpiritu prophetico donatos à Deo, ut* Moyſen *ſublevare poſſent*

A *poſſent non ſolùm in rebus civilibus, ſed etiam in ſpiritualibus. Verùm hæc breviter potiùs indicare placet, quàm certi quidpiam ſtatuere.*

§ XXVI. Eadem ex Joſepho & Philone, quorum relatio diſcutitur.

Adventus in Raphidim, & aqua laborantibus ſiti

DE *adventu in Raphidim, geſtiſque ibidem, Joſephus ita orditur:* Sed ex loco, in quo hæc primùm contigerunt, caſtris motis, poſtquam in Raphidim pervenerunt, extrema jam ſiti laborabatur, eo quòd & præcedentibus diebus raros fontes invenire datum eſt, & tunc in regionem omnino aquis carentem inciderunt. Rurſum igitur Moyſi iraſcebantur. Ille verò declinato aliquantiſper turbæ furore, ad deprecandum vertitur, rogans, ut, qui cibum in egeſtate dederat, nunc potum quoque in extrema neceſſitate largiretur tantùm non ſiti deficientibus,
B quandoquidem ſolus cibus in hoc rerum ſtatu nihil proderat. Deus verò nihil cunctatus, promittit Moyſi daturum ſe fontem & aquarum abundantiam, unde minimè ſperarent; jubetque ut virgâ feriens petram in conſpectu ſitam, inde peteret ea, quæ deſiderabant, velle ſe ut per otium & abſque labore potum adipiſcantur. His acceptis à Deo, Moyſes revertitur ad populum præſtolantem, & intentis oculis ſe ſpectantem: jam enim videbant à ſpecula deſcendentem. Qui poſtquam reverſus eſt, ait Deum eos ex hac etiam neceſſitate liberaturum, & inſperato modo ſalutem largiturum, fluvio de petra illa prorumpente.

ex petra data ex Joſepho:

278 Quo audito territis, ſi laſſitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidenda, Moyſes ferit eam virgâ, quæ è veſtigio dehiſcens aquam evomuit copioſiſſimam ſimul ac limpidiſſimam. Illi verò inopinato ſpectaculo attoniti, vel aſpectu ipſo recreabantur: moxque magna cum voluptate bibebant, quòd eſſet dulcis, & qualem divinitus datam eſſe conveniebat. Quapropter & Moyſen plurimi faciebant, quem Deo tam carum viderent,
C & Deo pro accepto beneficio, quas poterant, per ſacrificia gratias referebant. Teſtantur autem ſacræ Literæ in templo dedicatæ, quòd Deus Moyſi prædixerit petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram. *Hæc Joſephus, qui omittere debuerat terrorem fictitium Iſraëlitarum, acſi credidiſſent petram ſibi excidendam fuiſſe: nam ne quidem ex Scriptura probari poteſt, prædictum fuiſſe à* Moyſe, *quo modo Iſraëlitæ aquam acciperent, priuſquam illam è petra fluentem conſpexerunt.*

& Philone.

279 *Philo, omiſſa populi murmuratione, & mutationibus caſtrorum, aquam ex petra datam ſic narrat:* In hac copia ciborum intervenit magna potûs inopia: jamque deplorata erat ſalus omnium, cùm Moſes, ſumptâ ſacrâ illâ virgâ, per quam in Ægypto prodigia patraverat, Numine correptus, rupem percutit, quæ ſeu venâ opportuno ictu apertâ, ſeu aquis tum primùm eò corrivatis per occultos cuniculos, erumpentibuſque præ impetu, more fontis tantum profudit, quantum & ad ſitis remedium, & ad diuturnam aquationem ſuffecit tot milibus. Omnes enim hydrias impleverunt, ſicut priùs ad fontes amaros, in dulcem naturam verſos, Dei providentiâ. Quod ſi quis huic narrationi non credit; non novit Deum, nec quærit noſcere; alioqui certo certiùs ſciret, miracula iſta eſſe Dei ludicra, collata cum ſeriis operibus: quale eſt creatio cæli cum fixis erraticiſque ſideribus, lucis diei, ſoliſque productio *&c. Similia multa naturæ miracula auctor agglomerat, rectéque ſubdit:* Verùm iſta, cùm digna ſint admiratione maxima, contemnuntur propter conſuetudinem: quæ autem inuſitata ſunt, quamvis minora, miramur indulgentes novis imaginationibus. *Rectè hæc advertit; at parùm probabile eſt, quòd ait dubitanter de* vena opportuno ictu aperta, *quæ forſan aquas dederit: nam ſoli miraculo res eſt attribuenda.* AUCTORE J. S.

Conatus Amalecitarum ad invadendum Iſraëlitas,

280 *Bellum Amalecitarum prolixè narrat Joſephus, cujus relationem ſubjungo:* Hebræorum autem famâ longè latéque divulgatâ, rumoribuſque de his per omnes gentes circumquaque ſparſis, non mediocris metus accolas ejus regionis occupavit, & miſſis ultro citróque legationibus adhortabantur ſe invicem, ut aut arcerent, aut delerent etiam, ſi modò poſſent, adventantem multitudinem. Præcipui verò hujus expeditionis inſtigatores erant, qui Gobolitidem regionem & E
urbem Petram incolunt, vocanturque Amalecitæ, inter eas gentes pugnaciſſimi. Horum reges & ſe invicem & finitimos ad Hebraïcum bellum concitabant, externum exercitum, Ægyptiorum fugitivos, perniciem ſibi ſtruere dictitantes: quos non oportere contemni, ſed priuſquam vires eorum augeantur, uberem aliquam regionem adeptæ, & fiducià ex ipſorum ceſſatione conceptâ, priores bellum aggrediantur, tutò poſſe opprimi; conſultiuſque eſſe in deſerto eorum conatus ulciſci, quàm expectare, dum urbibus bonis ac opulentis potiantur. Hoc enim eſſe prudentium, initiis adverſariorum potentiæ quamprimum obſtare, nec expectare, dum quotidianis ſucceſſibus in majus augeatur, & potiùs curare, ne in diſcrimen veniant, quàm ut periculo eximantur. Poſt hujuſmodi legationes decretum eſt communi conſilio, ut Hebræos adorti prælio repellere conentur. *Apparatus hic Amalecitarum in Scriptura omiſſus eſt; at probabiliter à Joſepho expoſitus. Plures conſpirâſſe Amalecitarum reges admodùm veriſimile eſt, cùm nequeat dubitari, quin ea gens, æquè ac vicinæ, plures haberet principes, qui* reges *vocabantur. Minùs certum eſt, an aliarum quoque gentium principes quidam adfuerint, cùm de ſolis Amalecitis loquatur Scriptura ſacra. Quod verò dicitur de incolis urbis Petræ, ſi intelligatur metropolis Arabiæ Petrææ, minùs eſt probabile, cùm hæc videatur fuiſſe aut Madianitarum aut Idumæorum.* F

horum verò ad reſiſtendum præparatio;

281 *Quid* Moyſes *egerit, ubi hoſtes adventantes audivit, mox ita exponit:* Nihil tum minus expectabat Moyſes, quàm motum aliquem indigenarum: ergo cùm videret trepidare ac tumultuari populum, cui de improviſo & imparato cum inſtructiſſimo hoſte confligendum erat: hortatur ut Dei ſententiâ freti, cujus auſpiciis libertatem ſervituti prætuliſſent, nihil aliud quàm victoriam cogitarent: neve reputarent quòd armis, pecuniis, commeatu & aliis hujuſmodi præſidiis ſint inferiores: ſed cùm Deum pro ſe contra hoſtes ſtantem habeant, tales animos conciperent, ac ſi humanis etiam opibus eſſent longè ſuperiores; nec ignorare illos, quantus ſit Adjutor, toties in gravioribus malis expertos; hunc & hoſtibus eſſe infenſum, & Hebræis propitium:

AUCTORE J. S.

eumque favorem ſatis declaratum, dum famem ac ſitim prodigiosè ab eis depellit, dum mari & monte incluſis inſperatum effugium expedit: adhæc tanto magis ad victoriam aſpirandum, quòd poſt hanc nihil ſint deſideraturi eorum, quæ ad humaniorem victum pertinere videntur. Talibus dictis animato populo, convocatiſque tribunis & optimatibus, univerſos & ſingulos hortatur, juniores quidem ut grandiorum dicto audiant; hos verò ut omnes imperatoris ſui nutus obſervent. At illi periculum contemnentes, & conflictûs cupidi, ſperabant hanc pugnam miſeriæ finem allaturam, & ultro Moyſen rogabant, ut ſe confeſtim in hoſtem duceret, neve intempeſtiva cunctatione alacritatem militum hebetaret.

Moyſis cura, initium pugnæ,

282 Tum ille ſelectis è reliqua multitudine ad pugnam idoneis, Jeſum præficit Naveci filium, è tribu Ephræmitide, virum manu ac conſilio juxtà promptum, & pietate inſignem, & à Moyſe præceptore hac parte non degenerantem: aliquot etiam cohortes ita diſponit, ne ab aquatione intercludi poſſit, plures etiam ad præſidium caſtrorum & imbellis multitudinis relinquit. Per noctem deinde ad prælium ſe expediunt, & armis ſimul ac corporibus curatis, intenti ſignum claſſico per Moyſen dari expectant: qui & ipſe pernox cum Jeſu conſultabat, eumque de inſtruendis ordinibus admonebat. Appetente verò jam die, hortatur ducem, ut ſpei de ſe conceptæ reſpondere ſtudeat, & re feliciter geſta exiſtimationem ſibi apud milites comparare: ſimiliter Hebræorum optimum quemque privatim, ac mox omnes armatos verbis ad fortitudinem accendit, atque ita inſtructos & animatos Jeſu & Deo committit. Ipſe montem aſcendit. Jamque ad manus ventum erat, pugnabaturque ſtrenuè, nec adhortationes mutuæ deerant: & quamdiu Moyſes erectas manus tendebat, Amalecitæ deteriore conditione præliabantur.

B

quâ inſignem victoriam conſequuntur Iſraëlitæ:

283 Moyſes verò extenſione manuum laſſatus, cùm obſervaſſet, quotieſcumque manus demitteret, toties ſuos non ferentes hoſtis impreſſionem cedere; jubet fratrem Aaronem, & ſororis Mariames maritum Uronem, utrimque aſtantes, manus ſibi indeſinenter ſuſtinere, neque permittere, ut per laſſitudinem deferrentur. Quo facto, egregiè vicerunt Hebræi, fuiſſentque internecione deleti Amalecitæ, niſi interveniente nocte, fugâ & latebris quidam eorum ſalutem ſibi quæsiſſent. Quâ victoriâ non alia vel magnificentior vel magis opportuna majoribus noſtris contigit: nam & occurrentem exercitum fuderunt ac fugaverunt, & omnibus circumquaque degentibus magnum terrorem incuſſerunt, & laboris præmium prædam opimam reportaverunt: namque caſtris etiam hoſtilibus expugnatis publicè & privatim ſunt ditati, qui ad eam diem vix quotidianum victum ſibi parare poterant. Nec in præſens tantùm ea victoria profuit, ſed in futurum etiam: non ſolùm enim corpora adverſariorum, ſed animi quoque eo prælio ſunt fracti: & omnibus circumquaque gentibus ex illo tempore facti ſunt formidoloſi. Ipſis verò opulentiæ non mediocris acceſſio eſt facta: multum enim auri & argenti in caſtris fuit repertum, multa æramenta vel eſcaria vel coquinaria, magnus etiam pecuniæ ſignatæ numerus: ad hæc textilia & armorum ornatus, aliaque ſupellex caſtrenſis & varia præda jumentorum & impedimentorum, quæ exercitum ſequi ſolent. Quin & audaciores multò ſucceſſus hic Hebræos reddidit & fortitudinis ac induſtriæ magis ſtudioſos, nihil non ſibi pollicentes, ſi virtutem ſtrenuè colerent: & hoc quidem prælium talem exitum eſt ſortitum.

C D

fructus hujus victoriæ:

284 Sequenti verò die Moyſes cæſorum cadavera ſpoliavit; arma, quæ fugientes abjecerant, collegit; & illis, quorum opera inſignior fuerat, præmia diſtribuit; Jeſumque ducem pro concione collaudavit, milite per acclamationes laudem viri comprobante: adeoque incruenta fuit hæc victoria, ut ne unus quidem ex Hebræis deſideraretur, cùm hoſtilium cadaverum numerus præ multitudine incompertus manſerit. Mactatis deinde pro gratiarum actione victimis, aram Deo victori poſuit: prædixitque internecione delendos Amalecitas, ut ne unus quidem ejus generis relinquatur, quod Hebræos ultro armis aggreſſi eſſent, idque in deſerto & inopiâ laborantes. Poſtremò ducem exercitus victoriali epulo excepit. Hoc fuit primum prælium poſt exitum de Ægypto, quo hoſtem laceſſentem fortiter rejectum magna clade affecerunt: poſt quod per dies aliquot feſtis epiniciis celebratis, & quiete viribus reparatis, inſtructo agmine iter continuabant. Jam enim creverat armatorum numerus, & ad hunc modum paulatim procedentes, tertio menſe poſtquam ex Ægypto moverant, ad montem Sina pervenerunt, in quo Moyſes viſionem ardentis rubi viderat, ut jam antè commemoravimus. *Hactenus de hac pugna Joſephus, relata à* Moyſe *conjecturis probabilibus augens, ſic tamen, ut nonnulla opus ſit correctione.*

E

nonnulla in data relatione corriguntur.

285 *Primò, improbanda eſt ſpes illa de humaniore victu obtinendo per iſtam pugnam;* Moyſi *enim ſatis conſtabat, ditionem Amalecitarum â Deo non concedi populo ſuo ad habitationem; ſed pergendum eſſe per ſolitudines ad Chanaanitidem. Secundò, quæ ad pugnam ſpectabant, potiùs per Joſue ordinata videntur,* Moyſe *jubente, quàm per* Moyſen ipſum, *cui pleraque perperam attribuit Joſephus: nam Exod.* 17 ℣ 9 Moyſes *dicit Joſue:* Elige viros: & egreſſus, pugna contra Amalecitas. *Tertiò victoriam majorem facit Joſephus, quàm eam facere videtur Scriptura, quæ ſolùm teſtatur fugatos eſſe Amalecitas. At ille & caſtra hoſtilia expugnata, ſpoliaque ditiſſima obtenta nimis liberaliter addit: hæc enim, ut minimùm, incerta ſunt. Nihilo certius eſt, quòd nullus ex Iſraëlitis in pugna ceciderit, tacente rurſum Scriptura. Quartò incertæ item ſunt conjecturæ, quæ dicuntur de præmiis poſt pugnam diſtributis, & laudatione Joſue. Quintò demum iter verſus montem Sinai contigit quidem paulo pòſt, ſed non ante adventum Raguelis, uti vult Joſephus: nec ille eſt mons, in quo* viſionem ardentis rubi *viderat* Moyſes; *certè quatenus collis Horeb, cui in Raphidim propinqui erant Iſraëlitæ, à monte Sinai, ut pars à toto, diſtingui poteſt.*

F

Pugnam contra Amalecitas

286 *Philo in referenda pugna & victoria de Amalecitis graviùs labitur, quemadmodum oſtendam poſt data ipſius verba.* Tandem, *inquit,* poſt pererratas diu ſolitudines invias apparuerunt quidam terræ habitabilis termini, ceu ſuburbana regionis ejus, quam ſibi deſtinaverant. Habitabatur autem à Phœnicibus. Hìc ſperantes vitam quietam tranquillamque, multùm opinione ſua falſi ſunt: nam regionis ejus rex populationem agrorum metuens, excìta oppidatim juventute, oppoſuit ſe, ut arceret eos à tranſitu. Quòd ſi armis viam ſibi aperire conarentur, aggrederetur integris viribus & recenti milite feſſos itine-

A itineribus & commeatuum inopiâ aquarumque penuriâ, quibus illi neceſſitatibus laborabant alternantibus. At Moſes, re per exploratores cognita, non longè ab hoſte caſtra metatus eſt. Delectu juniorum habito, imperatorem his Jeſum præficiens, unum è minoribus ducibus, ipſe properavit ad quærendum majus auxilium. Purificatus enim ſolemnibus luſtrationibus, aſcendit propinquum tumulum, ſuppliciter Deum invocans, ut Hebræis daret victoriam, quos liberâſſet à gravioribus periculis, depulsâ non ſolùm hominum violentiâ, verùm etiam lue, quæ corruptis elementis Ægyptios infeſtaverat, atque etiam per totum iter fame aliàs inevitabili.

deſcribens Philo,

287 Cùm autem ſtarent utrimque inſtructæ acies, novum accidit prodigium in ipſius Prophetæ manibus, modò leviſſimis, modò mirè gravibus, quæ quoties levitatem recipiebant, ad cælum ſublatæ, confirmabant ſocios ad rem gerendam fortiter: quoties verò degravabantur, prævalebat hoſtilis acies, Deo ſignificante, quòd alterorum propria hæreditas ſit terra, mundi pars infima, alterorum æther ſacratiſſimus, & quemadmodum in rerum univerſitate cælum eſt terrâ

B potius, ſic etiam populum ſuum bello ſuperaturum adverſam aciem. Cùm igitur aliquantiſper manus bilancis in morem nunc ſurſum tollerentur, nunc deorſum vergerent, certareturque marte dubio, tandem repentè, velut pinnas habentes pro digitis, ſublatæ volitabant per aërem, manentes in ſublimi, donec Hebræis certa victoria contigit, internecione deletis hoſtibus, & clade juſta domitis ab his, quos injuſtis armis laceſſebant. Tunc Moſes altare dedicavit, quod ex re nominavit DEI REFUGIUM, in quo vota perſolvit mactatis victimis. *Hactenus Philo.*

in varios incidit errores.

288 *Verùm ſtatim graviſſimè labitur in loci & gentis deſcriptione, dum affirmat pugnam hanc contigiſſe circa terminos* regionis ejus, quam ſibi deſtinaverant *Iſraëlitæ, Phœniceſque fuiſſe, qui illic habitabant, ubi dimicatum eſt. Primò enim ſolitudo, in qua pugnatum eſt, non longè diſtat à mari Rubro, multóque longiùs aberat à Chananæa ſeu Paleſtina, quam petebant Iſraëlitæ, quàm ab ea diſtabat ipſa terra Geſſen, ex qua ante menſem ferè & dimidium erant egreſſi. Secundò Amalecitæ & Madianitæ tunc eos tractus incolebant, iiſque vicini erant Idumæi & Moabitæ, qui communi regionis vocabulo* Arabes *vocari poterant, non* Phœnices, *qui jam tunc ad mare Mediterraneum habitabant. Tertiò mirè nugatur Philo de manibus* Moyſis *orantis, nunc ſubitam gravitatem eis attribuens, nunc tantam levitatem, acſi pennis fuiſſent ſublatæ. Verùm in gravitate manuum* Moyſis *nullum apparet miraculum, cùm continua elevatione laſſarentur, gravioreſque apparerent, quòd vires elevantem deficerent. Hac de cauſa cogebatur ſubinde manus demittere, ut ſic vires reſumeret, donec impoſitus lapidi, & ſuſtentantibus utrimque manus ejus Aarone & Hur, continuare laborem elevandi manus potuerit, ſive modo naturali, ſive quòd Deus ſufficientes præberet vires: nam ſolùm dicitur, manus ipſius eo modo non fuiſſe laſſatas.*

C

Adventus Raguelis, in quo varia emendantur:

289 *Joſephus relatâ prædictâ victoriâ, interjectaque perperam caſtrorum motione, adventum Raguelis ſeu Jethro, à Philone prætermiſſum, narrare incipit non ſine erroribus mox corrigendis.* Cùm autem, *inquit*, rei feliciter geſtæ fama ad Raguelem quoque perveniſſet, gratulabundus occurrit, Moyſen & Sepphoram, & eorum liberos ſalutaturus. Is lætus ſoceri adventu, ſacrificium inſtaurat, & populo epulum præbet prope rubum, qui flagrationem illæſus evaſerat. Dum verò multitudo per ſuas quiſque cognationes epulatur, Aaron cum ſuis, aſſumpto & Raguele, laudes divinas concinebant, Autorem ſalutis ac libertatis celebrantes: Ducem quoque ſuum fauſtis carminibus proſequebantur, cujus virtute omnia ſibi ex ſententia ſucceſſiſſent. Raguel quoque privatim multa in populi laudem, multa in Moyſis ejus ſervatoris cecinit, cujus auſpiciis tot viri boni ac fortes regerentur. *Erravit primò in hiſce ſcriptor, quòd Sephoram filioſque* Moyſis, *quos Raguel ſecum adduxit, apud* Moyſen *antè jam fuiſſe inſinuet. Secundò quòd dicat* Moyſen *obtuliſſe ſacrificium: nam id factum eſt à Raguele. Tertiò quæ adduntur de carminibus in* Moyſis *laudem dictis, deque epulo multitudinis per cognationes, mera ſunt conjecturæ.*

AUCTORE J. S.

conſilium à Raguele datum, creatoſque judices

290 *Joſephus deindè ſic proſequitur:* Sequenti autem die Raguel, videns Moyſen multitudine negociorum obrui, (finiebat enim lites, quorum opus erat, omnibus ad ipſum deferentibus, & alio arbitro jus ſuum tenere ſe poſſe non exiſtimantibus, & his etiam, qui cauſam ſub tali judice perdebant, æquo animo ſententiam ferentibus) tunc quidem ſiluit, neminem volens impedire, quo minùs juſtitiâ Viri frueretur. Ubi verò tandem à negotiorum tumultu abſolutum vidit, ſeductum ſeorſum, quid facto opus eſſet, docuit: conſuluitque, ut minores cauſas aliis cognoſcendas cederet; ipſe verò tantùm reipublicæ negotia tractaret: non deeſſe enim Hebræis & alios, dijudicandis litibus idoneos: curam verò tot milium ſalutis ſuſtinere poſſe neminem, niſi Moyſi ſimilem. Itaque cùm non ignores, inquit, tuas dotes, quæ toties populo periclitanti fuerunt uſui, tibi ipſe parcens, permitte aliis, ut ipſi inter ſe lites ex jure dirimant: tu verò divino tantùm cultui deditus eſto, quo faciliùs populum è præſenti neceſſitate eximas. Quin & illud pro virili conſuluerim, ut luſtratis ac recenſitis copiis, eas in dena milia diſtribuas, ſingulis hujuſmodi legionibus ſuos duces præficiendo: eaſque rurſum in cohortes millenarias, quingenarias, centenarias & quinquagenarias partiaris: itemque in manipulos triginta & viginti & decem commilitonum. Tum deinde ita diſtinctis præfectos imponas, ſingulis appellatione à numero ſubditorum militum indita. Judices autem viros virtute ac juſtitiâ præſtantes populi ſuffragiis creabis, qui de controverſiis eorum decernant: & ſi fortè quid gravius inciderit, ejus cognitionem ad te relegent: atque hoc pacto neque Hebræorum quiſquam ſuo jure fraudabitur, & tu ſine interpellatione Deum colens, favorem ejus propenſiorem exercitui conciliabis.

E

F

exponit Joſephus minùs exactè.

291 Hoc Raguelis conſilium Moyſes libenter admiſit, fecitque quidquid ille monuerat, non ſibi hoc commentum uſurpans, neque autorem ejus celans, ſed pro concione populo indicans, cujus hoc inventum fuerit. Quin & in libris ſuis Ragueli aſcribit inventionem ordinum militarium ac judiciorum, malens dignos ſua laude non fraudare, quàm ſibi alienum decus uſurpare, ut hinc quoque virtutem ipſius conjicere liceat: de qua ſuis locis ſæpè nobis dicendum. *Pauca obſervanda de conſilio* Moyſi *dato, quod hic exſecutus eſt. Ordines in Scriptura ſic enumerantur Exod.* 18 ℣ 25 principes populi; *hiſce autem* dena millia *ſubditorum attribuit Joſephus pro militia.*

AUCTORE J. S.

militia. At plerique neoterici existimant, vocem principes *generatim fuisse positam, nec hac voce designari magistratum aliquem distinctum à sequentibus, qui enumerantur. Ratio illorum est, quòd Jethro Exod.* 18 ℣ 21 *consilium istud* Moysi *suggerens,* principes *non nominaverit, quódque illi ubique omittantur apud Septuaginta interpretes. Verumtamen jam monui non mihi videri improbabile, per* principes *intelligi septuaginta Seniores.* Manipulos *autem* triginta & viginti *Josephus malè addidit Scripturæ, in qua post principes solùm recensentur tribuni, centuriones, quinquagenarii & decani: hique electi dicuntur pro judiciis, non pro militia.*

§ XXVII. Duodecima mansio apud montem Sinai: Lex populo data, fœdusque solemni ritu inter Deum & Israëlitas sancitum.

B

Israëlitæ veniunt ad montem Sinai die tertio mensis tertii:

DE *adventu ad mansionem duodecimam, plurimis rebus nobilitatam, Num.* 33 ℣ 15 *hæc leguntur:* Profectique de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. *Tempus additur Exod.* 19 *in hunc modum:* Mense tertio egressionis Israël de terra Ægypti, in die hac venerunt in solitudinem Sinai. Nam profecti de Raphidim, & pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israël fixit tentoria è regione montis. *De anno & mense nulla est difficultas: nam eodem anno, quo egressi sunt Ægypto, & anni illius mense tertio, venerunt ad montem Sinai. Verùm voces hæ,* in die hac, *variè admodùm explicantur ab interpretibus, quorum alii diem mensis primum, alii postremum intelligunt; at hi parùm probabiliter. Plures verò probabiliùs tertium mensis diem designatum volunt, voceque* in die hac *idem significare phrasi Hebraïca, ac* in die eadem. *Hæc quoque explicatio mihi præplacet,*

C *quia præcedit,* mense tertio, *atque eò videtur referri illud* in die hac. *Aliqui tamen suspicantur voces* in die hac *referri ad discessum ex Raphidim, nihilque significari, nisi eodem die, quo discesserunt ex Raphidim, venisse ad montem Sinai. At hæc sententia magis placeret, si discessus ex Raphidim commemoratus esset antè voces* in die hac. *Verùm cùm tota temporis epocha præmittatur, eò commodè referri nequeunt istæ voces. Præterea sic diem non assignâsset* Moyses, *sed mensem sine die: hoc autem ipsius consuetudini repugnat, cùm diem quoque menses commemorare soleat, ubicumque mensem assignat. Demum cùm Lex data credatur in Pentecoste, seu die quinquagesimo ab exitu, & sexto mensis tertii, eaque data sit die tertio post diem adventûs non computatum, ut mox videbimus, vix dubitandum videtur, quin die tertio mensis tertii, qui* Sinuan *dicitur, ad hanc mansionem venerint Israëlitæ.*

mansio hæc plurimis factis nobilitata,

293 *S. Hieronymus in Mansione* 12 *ait:* Ad hunc locum quadragesima septima die perveniunt. *Allataque probatione ex verbis Scripturæ infrà allegandis, subdit:* Supputemus numerum, & inveniemus quinquagesimo die egressionis Israël ex Ægypto in vertice montis Sinai Legem datam. Unde & Pentecostes celebratur solennitas, & postea Euangelii sacramentum Spiritus sancti descensione completur. *Quàm multa in hoc loco facta sint, mox ita breviter perstringit:* Longum est, si replicare velim, quid in Lege præceptum sit: quomodo fabricatum tabernaculum, quæ varietas hostiarum, quæ vasorum diversitas, quæ indumenta pontificis, quæ sacerdotum & levitarum cæremoniæ, quid egerint: quomodo populus numeratus sit. Hoc tantùm dicam, quòd media pars Exodi, & totus Leviticus liber, & Numerorum præcepta non modica, & per singulas populi tribus distributio, & oblationes principum in hac mansione descriptæ sint; multorumque voluminum disputatio huic loco sufficere vix possit. *Hæc verba Hieronymi me etiam monent, ut memor propositæ brevitatis, ea solùm pertractem, quæ ad* Moysen *spectant propiùs; leges verò, cæremonias, indumenta sacerdotalia, tabernaculum, omniaque ad illud spectantia non nisi leviter attingam, & suis Scripturæ locis assignem. Ceterùm hic occurrit lapsus Calmeti breviter observandus, ne* D *lectorem minùs attentum in errorem trahat. In Exodi cap.* 1 ℣ 1 *ait, uno die ex Raphidim non fuisse perventum usque ad montem Sinai, quia castrametati antea fuerunt ad montem Horeb. Verùm* Moyses *Num.* 33 *enumerat exactè omnes castrametationes; at nullam collocat in Horeb, cui mansio in Raphidim tam propinqua erat, ut ibidem ex petra Horeb aquas acceperint Israëlitæ.*

294 *Gesta ad montem Sinai* Moyses *narrare incipit Exod.* 19 ℣ 3 *hoc modo:* Moyses autem ascendit ad Deum (*oraturus, opinor, in parte aliqua montis,*) vocavitque eum Dominus de monte, & ait: Hæc dices domui Jacob, & annuntiabis filiis Israël: Vos ipsi vidistis, quæ fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Hæc sunt verba quæ loquêris ad filios Israël. *Dubitari potest, an hæc eodem die, quo perventum erat ad montem Sinai, angelus Dei nomine dixerit* Moysi, *an verò die sequenti. Quidquid sit de hac diei differentia;* Venit Moyses: & convocatis majoribus natu populi, expositi omnes sermones, quos mandaverat Dominus. Responditque omnis populus simul: Cuncta, quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumque retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus: Jam nunc veniam ad te in caligine nubis, ut audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. *Secunda hæc est Dei monitio apud montem Sinai. Quod verò sequitur, in secundo illo colloquio* Moysi *mandatum videtur, licèt verba sequentia novum congressum primo intuitu insinuent:* Nuntiavit ergo Moyses verba populi ad Dominum. Qui dixit ei (*id est, quantùm existimo, Cùm prædicta nuntiabat* Moyses, *Dominus insuper dixit ei*) Vade ad populum, & sanctifica illos hodie & cras (*id est, die quarto mensis tertii, quo hæc dicta sunt, & die quinto ejusdem mensis*) laventque vestimenta sua.

Moyses, juvene Deo, curat

295 Et sint parati in diem tertium (*sextum videlicet mensis:*) in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinaï.

ut mundetur populus ad audienda mandata divina:

E

F

A nai. Conſtitueſque terminos populo per circuitum, & dices ad eos: Cavete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis, qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur jaculis: ſive jumentum fuerit, ſive homo, non vivet. *Prohibitio eſt non tranſeundi terminos.* Cùm cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in montem, *nempe uſque ad ſtatutos terminos. Hæc mandata Domini data ſunt uno die poſt adventum Iſraëlitarum ad montem Sinai, ſeu die quarto menſis; quod forſan etiam verum eſt de primo colloquio* Moyſis *cum Domino, at de illo minùs certum: nam fieri quidem potuit, ut* Moyſes *poſt iter ex Raphidim die tertio menſis ſemel montem aſcenderit, & collocutus fuerit cum angelo; at fieri non potuiſſe videtur, ut iter illud, aſcenſio montis, convocatio ſeniorum, iterataque ejuſdem montis aſcenſio, in eumdem diem inciderint; præſertim cùm nihil ſit, quod cogat omnia illa in unum diem congerere; ſed rationes potiùs ſuadeant, ultima hæc mandata à die adventûs ſeparare.*

B *Redeo ad textum ſacrum:* Deſcenditque Moyſes de monte ad populum, & ſanctificavit eum. Cúmque laviſſent veſtimenta ſua, ait ad eos: Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis uxoribus veſtris.

apparatus terribilis promulgationi decalogi prævius:

296 *Quo apparatu deinde promulgata ſit Lex, ſeu decalogus, ſic pergit* Moyſes *exponere:* Jamque advenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſſima operire montem, clangorque buccinæ vehementiùs perſtrepebat: & timuit populus, qui erat in caſtris. Cumque eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis. Totus autem mons Sinai fumabat, eo quòd deſcendiſſet Dominus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratque omnis mons terribilis. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in majus, & prolixiùs tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocavit Moyſen in cacumen ejus. Quò cùm aſcendiſſet, dixit ad eum: Deſcende, & conteſtare populum, ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Dixitque Moyſes ad Dominum: Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai: tu enim teſtificatus es, & juſſiſti, dicens: Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum. Cui ait Dominus: Vade, deſcende: aſcendeſque tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. Deſcenditque Moyſes ad populum, & omnia narravit eis.

C *decalogus ab angelo promulgatus coram omni populo,*

297 *Poſt hæc angelus Deum repræſentans, quique idcirco* Dominus *vocatur, ut oſtendi num. 82 & 83, præcepta decalogi promulgavit coram omni populo, vocem illius audiente, ſed nullam formam vidente. De hiſce Exod. 20 ſic legitur:* Locutuſque eſt Dominus cunctos ſermones hos: Ego ſum Dominus Deus tuus *&c. Decem præcepta ibidem legi poſſunt. Præceptis autem ſubduntur hæc* ℣ 18: Cunctus autem populus videbat (*id eſt, percipiebat ſenſibus*) voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemque fumantem: & perterriti ac pavore concuſſi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populum: Nolite timere: ut enim probaret vos, venit Deus, & ut terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. *Deut.* 4 Moyſes *narrat populo geſta hoc tempore, promulgationem Decalogi ſic exponens à* ℣ 9: Ne obliviſcaris verborum, quæ viderunt oculi tui, ... à die, in quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi, dicens: Congrega ad me populum, ut audiant ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore, quo vivunt in terra, doceantque filios ſuos. Et acceſſiſtis ad radices montis, qui ardebat uſque ad cœlum: erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutuſque eſt Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audiſtis, & formam penitus non vidiſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuum, quod præcepit ut faceretis, & decem verba (*id eſt, præcepta,*) quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Mihique mandavit in illo tempore, ut docerem vos cæremonias & judicia, quæ facere deberetis in terra, quam poſ- E
ſeſſuri eſtis.

qui nimio correptus terrore, rogat Moyſen, ut reliqua ex ipſo audire liceat:

298 *Rurſum Deut.* 5 *de hiſce egit* Moyſes *cum populo* ℣ 2, *verbæ ſua ſic referens:* Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb. Non cum patribus noſtris iniit pactum (*tale nimirum, Legem ſuam dando;*) ſed nobiſcum, qui in præſentiarum ſumus, & vivimus. Facie ad faciem locutus eſt nobis in monte de medio ignis. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus. Timuiſtis enim ignem, & non aſcendiſtis in montem. *Quæret hîc aliquis, quomodo* Moyſes *quadrageſimo anno, quando plerique erant mortui, qui adfuerant promulgationi Legis, populo dicat fœdus pactum eſſe* Nobiſcum, qui in præſentiarum ſumus & vivimus. *Reſpondeo ita locutum eſſe, quia fœdus initum erat cum populo, qui illo etiam tempore idem cenſebatur. Deinde verò* Moyſes *repetit decem præcepta, ac de iis ſubjungit ibidem* ℣ 22: Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinem veſtram in monte de medio ignis, & nubis, & caliginis voce magna, nihil addens amplius: & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis, quas F
tradidit mihi. Vos autem, poſtquam audiſtis vocem de medio tenebrarum, & montem ardere vidiſtis, acceſſiſtis ad me omnes principes tribuum, & majores natu, atque dixiſtis: Ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter majeſtatem & magnitudinem ſuam: vocem ejus audivimus de medio ignis, & probavimus hodie, quòd loquente Deo cum homine, vixerit homo. Cur ergo moriemur, & devorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultrà vocem Domini Dei noſtri, moriemur. Quid eſt omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur, ſicut nos audivimus, & poſſit vivere? Tu magis accede: & audi cuncta, quæ dixerit Dominus Deus noſter tibi: loquêriſque ad nos, & nos audientes faciemus ea. *Tanto terrore populum inconſtantem percellere voluit Dominus, ut eumdem mandatis ſuis redderet obſequentiorem.*

hac de cauſa reverti jubetur populus ad tentoria,

299 *Cùm autem hanc reverentiam & timorem probaret Dominus, reliqua præcepta ſoli* Moyſi *expoſuit angelus, ut ille eadem populo communicaret, ſicuti & duas tabulas, præcepta decalogi jam promulgati continentes,* Moyſi *de-*

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

inde dedit in monte. Audi textum ſacrum, ſic proſequentem : Quod cùm audiſſet Dominus, ait ad me : Audivi vocem verborum populi hujus, quæ locuti ſunt tibi : bene omnia ſunt locuti ... Vade & dic eis : Revertimini in tentoria veſtra. Tu verò hîc ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & cæremonias atque judicia : quæ docebis eos, ut faciant ea in terra, quam dabo illis in poſſeſſionem. *Ad hoc quoque tempus ſpectare videtur promiſſio Meſſiæ à Domino* Moyſi *facta, licèt* Moyſes *eam populo tantummodo communicâſſe legatur ſub finem vitæ. Certè Deut.* 18 ℣ 15 Moyſes *populum alloquitur his verbis :* Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, ſicut me, ſuſcitabit tibi Dominus Deus tuus : ipſum audies, ut petiiſti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata eſt, atque dixiſti : Ultrà non audiam vocem Domini Dei mei, & ignem hunc maximum ampliùs non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi : Bene omnia ſunt locuti. Prophetam ſuſcitabo eis de medio fratrum ſuorum ſimilem tui : & ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia, quæ præcepero illi : B qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor exiſtam. *De Meſſia, ſeu de Chriſto, hæc verba explicat S. Petrus Act.* 3 ℣ 22, *ita loquens Judæis :* Moyſes quidem dixit : Quoniam Prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus veſter de fratribus veſtris, tamquam me, ipſum audietis juxta omnia, quæcumque locutus fuerit vobis. Erit autem : omnis anima, quæ non audierit Prophetam illum, exterminabitur de plebe. *Jam verò verba ipſa* Moyſis *abunde indicant, promiſſionem illam factam eſſe occaſione populi deprecantis audire ipſam Domini vocem. At non additur,* Moyſen *juſſum eſſe promiſſionem illam mox populo communicare.*

Moyſes verò montem aſcendere, ubi varia accipit mandata,

300 *Porrò* Moyſes *juſſus montem aſcendere ad Dominum, id ſe feciſſe refert Exod.* 20 ℣ 21 *his verbis :* Moyſes autem acceſſit ad caliginem, in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moyſen : Hæc dices filiis Iſraël : Vos vidiſtis, quòd de cælo locutus ſim vobis. Non facietis deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. *Pergit deinde Dominus, ſeu angelus eum repræſentans, plurima præcepta pro majori parte judicialia* Moyſi *præſcribere, uti ſtudioſus lector inveniet dicto cap.* 20, *cap.* 21, *cap.* 22 *& cap.* 23, *ubi* ℣ 20 *hæc inſeritur promiſſio :* Ecce ego mittam angelum meum, qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat C in locum, quem paravi. Obſerva eum, & audi vocem ejus, nec contemnendum putes : quia non dimittet, cùm peccaveris, & eſt nomen meum in illo (*id eſt, opinor, agit meo nomine.*) Quòd ſi audieris vocem ejus, & feceris omnia, quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligentes te *&c. Hæc promiſſio non caret comminationibus, & revera poſt Legem latam non impunè peccaverunt, aut murmuraverunt Iſraëlitæ, ſed ſevera punitio ſontes mox ſecuta eſt, ut facilè videbit ſtudioſus lector, modò omnia attentè conſideraverit. Promiſſiones plures, ſed omnes ſub ea conditione, ſi mandata Dei ſervarent, angelus ibidem accumulavit, præſertim de populo in terram promiſſam inducendo, incoliſque ipſius conterendis. Verùm, priuſquam diſcederet* Moyſes, *redeundi mandatum accepit, uti exponitur cap.* 24 ℣ 1 *his verbis :* Moyſi quoque dixit : Aſcende ad Dominum tu, & Aaron, Nadab & Abiu (*filii Aaronis,*) & ſeptuaginta ſenes ex Iſraël, & adorabitis procul. Soluſque Moyſes aſcendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt : nec populus aſcendet cum eo. D

quæ ſcripta populo prælegit, illumque ſolemni fœdere Deo obſtringit.

301 *Hiſce mandatis acceptis,* Moyſes *deſcendit de monte, ut ea Iſraëlitis, quos in hunc finem congregare debuit, communicaret ſummatim primùm, ſingula deinde exactè & ſolemniter prælecturus. Rem ſic narrat cap.* 24 ℣ 3 : Venit ergo Moyſes & narravit plebi omnia verba Domini, atque judicia : reſponditque omnis populus una voce : Omnia verba Domini, quæ locutus eſt, faciemus. Scripſit autem Moyſes (*poſt dimiſſum populum, tempore veſpertino aut nocturno*) univerſos ſermones Domini : & mane conſurgens ædificavit altare ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim tribus Iſraël. Miſitque juvenes de filiis Iſraël (*veriſimiliter ex ſingulis tribubus, quia ſacerdotium necdum alicui tribui erat proprium*) & obtulerunt holocauſta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos. Tulit itaque Moyſes (*de immolatis victimis*) dimidiam partem ſanguinis, & miſit in crateras : partem autem reſiduam fudit ſuper altare. Aſſumenſque volumen fœderis, legit audiente populo : qui dixerunt : Omnia, quæ locutus eſt Dominus, faciemus, & erimus obedientes. Ille verò ſumptum ſanguinem (*ex crateribus*) reſperſit in populum, & ait : Hic eſt ſanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiſcum ſuper cunctis ſermonibus his. *Omnem populum, & librum etiam Legis, aſperſum fuiſſe illo ſanguine, cui aqua erat admixta, docet Apoſtolus Heb.* 9 ℣ 19, *ubi quoque ait, id factum eſſe lanâ coccineâ & hyſſopo, nimirum per aſpergillum ex utriſque compoſitum. Verba Apoſtoli accipe :* Unde nec primum quidem (*Teſtamentum*) ſine ſanguine dedicatum eſt. Lecto enim omni mandato Legis à Moyſe univerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyſſopo ; ipſum quoque librum, & omnem populum aſperſit, dicens : Hic ſanguis Teſtamenti, quod mandavit ad vos Deus. *Hac ſolemnitate conditum eſt Teſtamentum vetus, fœduſque initum inter Deum & populum Iſraëliticum,* F *quo hîc ſe obſtringebat ad obſervandum leges à Deo datas ; Deus verò promittebat, Iſraëlitas fore populum ſibi ſingulari modo dicatum & proprium, quem ſemper protegeret, quamdiu dictas leges obſervaret.* E

A

§ XXVIII. Moyſes per dies quadraginta cum Deo moratur in monte, ubi accipit præcepta de tabernaculo, aliiſque ad tabernaculum ſpectantibus, uti & de indumentis & conſecratione ſacerdotum: acceptis quoque tabulis deſcendit, populoque in idololatriam lapſo, tabulas frangit ac Deum placat.

Moyſes cum ſenioribus montem aſcendit, ubi auguſta eis offertur ſpecies:

B *Poſt peractam ſolemnitatem fœderis* Moyſes, *memor præcepti Dominici, quo juſſus erat ad montem redire, eò pergit cum ſociis deſignatis, ut refertur Exod.* 24 *his verbis:* Aſcenderuntque Moyſes & Aaron, Nadab & Abiu, & ſeptuaginta de ſenioribus Iſraël: & viderunt Deum Iſraël: & ſub pedibus ejus quaſi opus lapidis ſapphirini, & quaſi cælum, cùm ſerenum eſt. Nec ſuper eos, qui procul receſſerant de filiis Iſraël (*& ideo propinquiores facti erant*) miſit manum ſuam (*eos occidendo; ſed contra communem eorum perſuaſionem*) videruntque Deum & (*pergentes vivere*) comederunt & biberunt. *Locus quidem obſcurior eſt; at data expoſitio, uti multorum eſt, ita etiam præplacet, & ſatis videtur genuina. Principes hi viderunt auguſtam aliquam formam aut Regis cujuſdam aut Legiſlatoris, quantùm apparet, cùm de pedibus fiat mentio. At contra hanc ſententiam Calmetus in hunc locum objicit primò verba* Moyſis *ad populum Deut.* 4 ℣ 15: Non vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die, quâ locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis. *Reſpondeo agi de die, quâ præcepta decalogi populo promulgavit Dominus. Verùm nulla eſt conſecutio illa: Univerſus populus illa die non vidit aliquam ſimilitudinem: ergo aliqui ſeniores electi nullo umquam tempore ſimilitudinem, ſeu formam aliquam humanam, quâ Deus repræſentabatur, videre potuerunt. Nihilo melius concludit ſecunda ipſius ratio, nempe quòd* Moyſes *deinde adhuc deſideraverit Deum videre. Poterat enim Legiſlator, quia ſatis noverat, ſe non vidiſſe ipſam Dei naturam, perfectiorem Dei viſionem optare. Redeo ad textum ſacrum.*

C 303 Dixit autem Dominus ad Moyſen: Aſcende ad me in montem, & eſto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & Legem ac mandata, quæ ſcripſi, ut doceas eos. Surrexerunt Moyſes & Joſue miniſter ejus: aſcendenſque Moyſes in montem Dei, ſenioribus ait: Expectate hîc, donec revertamur ad vos. Habetis Aaron & Hur vobiſcum: ſi quid natum fuerit quæſtionis, referetis ad eos. Cúmque aſcendiſſet Moyſes, operuit nubes montem, & habitavit gloria Domini ſuper Sinai, tegens illum nube ſex diebus: ſeptimo autem die vocavit eum de medio caliginis. Erat autem ſpecies gloriæ Domini, quaſi ignis ardens ſuper verticem montis, in conſpectu filiorum Iſraël. Ingreſſuſque Moyſes medium nebulæ, aſcendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. *Manſiſſe* Moyſen *in monte quadraginta diebus & totidem noctibus ſine omni cibo & potu, legitur Deut.* 9 ℣ 9, *atque ex eodem loco colligitur, ſex dies priores, quibus cum Joſue fuit in nebula, inter quadraginta dies computandos, non verò iis ſuperaddendos, uti volunt aliqui: nam ait* Moyſes *ibidem:* Perſeveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. *Non dicit*, quadraginta ſex diebus, *uti tamen dicere debuiſſet, ſi contraria ſententia eſſet vera.*

dein Moyſes quadraginta diebus ſine cibo & potu manet in monte,

AUCTORE J. S.

304 *Porrò* Moyſes *multa rurſum præcepta illo tempore accepit, eaque narrantur Exod.* 25, *& ſequentibus capitibus. Cap.* 25 *refertur, quasnam oblationes deberet accipere à populo ad conſtructionem tabernaculi, arcæ, propitiatorii, menſæ, candelabri, & aliorum huc ſpectantium, quorum formâ præſcribitur partim ibidem, partim cap.* 26 *&* 27. *Deinde cap.* 28 *jubetur Aaronem ejuſque filios quatuor ſacerdotes conſecrare his verbis:* Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis ſuis de medio filiorum Iſraël, ut ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Facieſque veſtem ſanctam Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. *Mox quoque deſcribitur, qualia Deus vellet Aaronis, ſeu ſummi ſacerdotis, veſtimenta, & qualia filiorum ipſius, ſeu aliorum ſacerdotum. Deinde cap.* 29 *refertur, quo ritu Aaronem & filios ejus conſecrare deberet. Rurſum cap.* 30 *de altari thymiamatis, variiſque ad tabernaculi & ſacerdotum inunctionem ſpectantibus præcepta dantur. Cap.* 31 *deſignat Dominus duos viros, Beſeleel & Ooliab, quos idoneâ inſtruxerat ſapientiâ, ut prædicta omnia componerent. Sabbati quoque requies ſub pœna mortis præſcribitur. Tandem tabulas accipit Moyſes, ut ibidem legitur* ℣ 18: Deditque Dominus Moyſi, completis hujuſcemodi ſermonibus in monte Sinai, duas tabulas teſtimonii lapideas, ſcriptas digito Dei.

ubi multa mandata accipit, & demum duas tabulas.

E

Iſraëlitæ interim in graviſſimum

F 305 *Dum* Moyſes *in monte Sinai cæleſtibus hiſce favoribus gaudet, populus inconſtans, diuturnam pertæſus moram, ad graviſſimum idololatriæ crimen prolapſus eſt.* Moyſes *ipſe Exod.* 32 *rem explicat hoc modo:* Videns autem populus, quòd moram faceret deſcendendi de monte Moyſes, congregatus adverſus Aaron, dixit: Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant: Moyſi enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit. *Miranda ſanè hæc populi, qui tot ſigna & prodigia viderat, qui tot tantoſque Dei favores obtinuerat, qui fœdere tam ſolemni nuper ſe divino ſervitio adſtrinxerat, inconſiderata levitas; ſeu* Moyſen *mortuum aut ablatum crediderit, ſeu ſe ab eo derelictum. Verùm non minùs mira apparet puſillanimitas Aaronis, quòd non fortiùs ſe tanto crimini oppoſuerit, ſed ſolùm tentaverit indirectè ſcelus impedire jubendo, ut pretioſiora ſua adferrent, ſperans veriſimiliter id illos non facturos, atque ita rem exitu carituram.* Moyſen *audiamus ſic proſequentem:* Dixitque ad eos Aaron: Tollite inaures aureas de uxorum filiorumque & filiarum veſtrarum auribus, & afferte ad me. Fecitque populus, quæ juſſerat, deferens inaures ad Aaron. Quas cùm ille accepiſſet, formavit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntque: Hi ſunt dii tui Iſraël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Quod cùm vidiſſet Aaron, ædificavit altare coram eo, & præco-

AUCTORE J. S.

præconis voce clamavit, dicens: Cras solemnitas Domini est. Surgentesque mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & sedit populus manducare, & bibere, & surrexerunt ludere. *Per* ludere *hìc probabiliùs intelligo canere, choreas agere, & similia facere in honorem idoli: nam in hisce idololatriæ crimen fuisse clarè edicit Apostolus* 1 *Cor.* 10 ℣ 7, *hæc ipsa adducens verba. Fuerunt nonnnulli, qui conati sunt in hisce omnibus excusare Aaronem, quòd voluerit omnia referre ad cultum veri Dei. Verùm non lubet ipsius intentionem curiosiùs indagare, cùm saltem constet, eum nimiâ indulgentiâ peccâsse, & accusetur à* Moyse, *& ab ipso Deo, uti infrà videbimus.*

labuntur idololatriæ crimen,

306 *S. Stephanus Act.* 7 ℣ 36 *de* Moyse *& de hac idololatria Israëlitarum sic loquitur:* Hic eduxit illos, faciens prodigia & signa in terra Ægypti, & in Rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israël: Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris, tamquam me, ipsum audietis. Hic est, qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo, qui loquebatur ei in monte Sina, & cum

B

patribus nostris: qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & aversi sunt cordibus suis in Ægyptum, dicentes ad Aaron: Fac nobis deos, qui præcedant nos: Moyses enim hic, qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & lætabantur in operibus manuum suarum. *Psal.* 105 ℣ 19 *idem Israëlitarum peccatum graviter perstringitur his verbis:* Et fecerunt vitulum in Horeb: & adoraverunt sculptile. Et mutaverunt Gloriam suam (*id est*, *Deum*) in similitudinem vituli comedentis fœnum. Obliti sunt Deum, qui salvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in mari Rubro. Et dixit (*Deus*,) ut disperderet eos; si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus; ut averteret iram ejus, ne disperderet eos. *Clarum est* Moysen *precibus suis impedivisse, ne Israëlitæ pro hoc crimine prorsus perderentur à Deo. At voces illæ* in confractione *variis modis congruenter exponi possunt. Nam primò intelligi possunt de confractione fœderis cum Deo initi, & sic solùm designant tempus, quo* Moyses *populum suum servavit à ruina. Possunt quoque sumi de confractione tabularum, aut potiùs de comminutione vituli, & sic indicant modum, quo* Moyses *usus est ad iracundiam divinam placandam, licèt preces quoque & pœnam multorum adjunxerit.*

C

quod angelus Moysi indicat: hìc verò orat pro populo,

307 Moyses *crimen populi sui ex angelo intellexit in monte, uti narrat Exod.* 32 ℣ 7 *sic scribens:* Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens: Vade, descende: peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntque sibi vitulum conflatilem, & adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt: Isti sunt dii tui, Israël, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen (*jam verisimiliter pro populo orantem:*) Cerno quòd populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens: Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna & in manu robusta? Ne, quæso, dicant Ægyptii: Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israël, servorum tuorum, quibus jurâsti per temet ipsum, dicens: Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cæli: & universam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam semper. Placatusque est Dominus, ne faceret malum, quod locutus fuerat, adversus populum suum. *Attamen necdum omnino placatus erat Dominus, ut colligitur ex sequentibus.*

D

descendit de monte, tabulas confringit, Aaronem graviter objurgat,

308 Et reversus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex utraque parte, & factas opere Dei: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis. Audiens autem Josue, (*quem in priori montis loco morantem* Moyses *reviserat*) tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen: Ululatus pugnæ auditur in castris. Qui (*rectiùs edoctus*) respondit. Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam: sed vocem cantantium ego audio. Cúmque appropinquâsset ad castra, vidit vitulum, & choros: iratusque valde projecit de manu tabulas, & confregit eas ad radicem montis: arripiensque vitulum, quem fecerant, combussit, & contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, & dedit ex eo potum filiis Israël. Dixitque ad Aaron: Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit: Ne indignetur Dominus meus: tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum: dixerunt mihi: Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi: Quis vestrùm habet aurum? Tulerunt, & dederunt mihi: & projeci illud in ignem, egressusque est hic vitulus. *Frivola sanè hæc erat excusatio.* Moyses *verò, licèt aliàs esset mitissimus, honorem Dei, scelere tam enormi læsum, insigni magis, quàm eatenus cœperat, severitatis specimine reparare studuit, ut hoc etiam modo Deum faciliùs deinde redderet propitium.*

E

& per Levitas viginti tria hominum millia occidi jubet:

309 Videns ergo Moyses populum, quòd esset nudatus (*auro suo, & magis honore amicitiæ divinæ*) spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis (*id est, idoli, quod eo nomine vocatur, ut sæpe alibi, seu propter ignominiosum idolum*) & inter hostes nudum (*divina protectione, aut inermem, ut alii volunt*) constituerat; & stans in porta castrorum, ait: Si quis est Domini, jungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii Levi: quibus ait: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ponat vir (*quilibet*) gladium super femur suum: ite, & redite de porta usque ad portam per medium castrorum, & occidat unusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum (*id est, obvios quosque sine ulla distinctione.*) Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, cecideruntque in die illa quasi viginti tria millia hominum. Et ait Moyses: Consecrâstis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio & in fratre suo, ut detur vobis benedictio. *Hac punitione perfecta, in qua apparet mira auctoritas* Moysis, *hic deinde mitiùs populum reprehendit, ac Deum placavit, ut videbimus.*

F

310 *Verùm lubet priùs audire, quæ de hisce* Moyses *ipse populo exposuit Deut.* 9 ℣ 8, *ubi sic*

A *cùm vellet ob hoc peccatum Dominus totam gentem delere,*

ſic populum alloquitur : Nam & in Horeb provocâſti eum *(Deum)* & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti, quod pepigit vobiſcum Dominus: & perſeveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus ... Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas, ſcriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ vobis locutus eſt in monte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt. Cúmque transîſſent quadraginta dies, & totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi: Surge, & deſcende hinc citò, quia populus tuus, quem eduxiſti de Ægypto, deſeruerunt velociter viam, quam demonſtrâſti eis, feceruntque ſibi conflatile. Rurſumque ait Dominus ad me: Cerno quòd populus iſte duræ cervicis ſit: dimitte me, ut conteram eum, & deleam nomen ejus de ſub cælo, & conſtituam te ſuper gentem, quæ hac major & fortior ſit. Cúmque de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis utraque tenerem manu, vidiſſemque vos peccâſſe Domino Deo veſtro, &

B feciſſe vobis vitulum conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viam ejus, quam vobis oſtenderat: projeci tabulas de manibus meis, confregiqûe eas in conſpectu veſtro.

precibus interceſſit Moyſes,

311 Et procidi ante Dominum, ſicut priùs, quadraginta diebus & noctibus pânem non comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra, quæ geſſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam provocâſtis: timui enim indignationem & iram illius, quâ adverſum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice. Adverſum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatum autem veſtrum, quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta comminuens, omninoque in pulverem redigens, projeci in torrentem, qui de monte deſcendit. *Hæc ultima verba inſinuant, quomodo* Moyſes *dederit potum Iſraelitis ex aqua, in quam projecerat pulverem vituli; nimirum quia ex dicto torrente potum ſibi hauriebant. Quod verò narratur de iterato quadraginta dierum jejunio, acceptiſque ſecundis tabulis, extra ordinem occa-*

C *ſione fractionis primarum dicitur: nam aliquot diebus ſeriùs factum eſt. Reliqua verò contigerunt eodem die, quo deſcendit* Moyſes *de monte Sinai.*

qui, cùm difficulter impetrare poſſet, ut ignoſceret Deus, ſummam

312 *Quid ſequenti die egerit Legiſlator, dicitur Exod.* 32 ℣ 30: Facto autem altero die, locutus eſt Moyſes ad populum: Peccâſtis peccatum maximum: aſcendam ad Dominum, ſi quo modo quivero eum deprecari pro ſcelere veſtro. Reverſuſque ad Dominum ait: Obſecro, peccavit populus iſte peccatum maximum, feceruntque ſibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut ſi non facis, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Cui reſpondit Dominus: Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum iſtum, quò locutus ſum tibi: angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſſit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron. *Aliqui credunt Iſraëlitas eodem loco & tempore punitos plagâ quâdam nullibi nominatâ, uti peſte aut ſimili: alii volunt, in pœnam illius peccati inflictas eſſe omnes itineris difficultates, quas paſſi ſunt in deſerto. At fortaſſe percuſſio illa intelligitur de cæde viginti trium millium, quæ* Moyſis *juſſu, & Domino haud dubiè inſpirante, peracta erat. Quod verò præcedit,* in die ultionis viſitabo, *commodè intelligi poteſt de die judicii, ſeu de æterna pœna infligenda iis, qui peccatum ſuum debitâ pœnitentiâ non deleviſſent aut delerent. Verùm præcipuè hîc interpretes diſputant de verbis* Moyſis, Dele me de libro tuo *&c., quæruntque, utrùm petierit æterna beatitudine privari, ſi Dominus peccatum populo non condonaret, an verò ſolùm præſenti vita, an aliâ quâpiam prærogativâ, quâ libro Dei eſſet inſcriptus.*

AUCTORE J. S.

hîc in orando oſtendit charitatem.

313 *S. Auguſtinus quæſt.* 147 *in Exodum mentem ſuam ſic exprimit:* Securus quidem hoc dixit, ut à conſequentibus ratiocinatio concludatur, id eſt, ut quia Deus Moyſen non deleret de libro ſuo, populo peccatum illud remitteret. Verumtamen advertendum eſt, quantum malum in illo peccato perſpexerit Moyſes, quod tanta cæde crediderit expiandum, qui eos ſic diligebat, ut pro eis illa verba Deo funderet. *S. Paulinus Nolanus conſilium* Moyſis *eodem modo exponit in Epiſtola ad Amandum, quæ erat* 21, E *at in nuperrima editione eſt* 12: *nam recitatis Prophetæ verbis, de iſtis ſic loquitur:* Quod ille divini colloquii Particeps, nòn ſalutis ſuæ negligens, nec inſolens Domino, profundi arte conſilii auſus eſt dicere, ut Domino juſto, debitum peccatori populo interitum comminanti, oblationem ſuæ potiùs abolitionis opponeret, divinæ videlicet pietatis juſtitiæque ſecurus, ut parceret & injuſtis miſericordia Domini, dum juſtum non poteſt delere Juſtitia. *Rurſum Auguſtinus Serm.* 88, *aliàs* 18 *de Verbis Domini, de hac* Moyſis *oratione ſic ratiocinatur:* Indicat Deus Famulo ſuo populi factum, & dicit eos ſe perditurum à facie ſua. Intercedit Moyſes ad ipſum populum rediturus: ... Et ne fortè hoc neceſſitate potiùs quàm caritate feciſſe videretur, obtulit illi Deus alium populum: Faciam te, inquit, in gentem magnam, ut illos deleret. At ille non accepit, cohæret peccatoribus, petit pro peccatoribus. Et quomodo petit? Magna probàtio dilectionis, fratres. Quomodo petit? Videte illam, de qua fæpè locuti ſumus, maternam quodammodo caritatem. Cùm Deus minaretur ſacrilego populo, pia Moyſi viſcera tremuerunt, oppoſuit ſe pro illis iracundiæ Dei. Domine, inquit, ſi dimittis eis peccatum: ſin autem, dele me de libro tuo, quem ſcripſiſti. Quàm paternis maternisque viſceribus, quàm ſecurus hoc dixerit, adtendens juſtitiam & miſericordiam Dei; ut, quia juſtus eſt, non perderet juſtum; quia miſericors eſt, ignoſceret peccatoribus. *Hæc eximia* Moyſis *caritas certa eſt, rectéque expoſita videtur petentis intentio: at de quo libro loquatur, incertius mihi apparet, quàm ut certi aliquid ſtatuendum videatur.*

F

AUCTORE J. S.

§ XXIX. Moyſes rurſum agit cum Domino, cujus minas tandem ſedat, ac faciem videre deſiderat: quomodo Deum viderit: iterum quadraginta diebus manens in monte, tabulas ſecundas accipit, & vultu ſplendente deſcendit.

Dominus pergit ſe iratum populo oſtendere,

QUamquam Moyſes *urgentiſſimis precibus Dominum mox placare conatus eſt, plenam tamen reconciliationem non niſi paulatim obtinuit. Jam ante deſcenſum è monte impetraverat, ne totum populum deleret Deus. Die autem ſequenti maximè inſtiterat pro reconciliatione; at reſponſum acceperat non prorſus favorabile, uti videri poteſt num.* 312. *Eidem reſponſo inſtitit Dominus, ſeu angelus ordinis ſuperioris, Dominum repræſentans, Exod.* 33, *ubi leguntur ſequentia:* Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Vade, aſcende de loco iſto tu, & populus tuus, quem eduxiſti de terra Ægypti, in terram, quam juravi Abraham, Iſaac, & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam: & mittam præcurſorem tui angelum, ut ejiciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Hevæum, & Jebuſæum, & intres in terram fluentem lacte & melle. Non enim aſcendam tecum, quia populus duræ cervicis es: ne fortè diſperdam te in via. Audienſque populus ſermonem hunc peſſimum, (*quòd Dominus nollet comitari,*) luxit: & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. Dixitque Dominus ad Moyſen: Loquere filiis Iſraël: Populus duræ cervicis es, ſemel aſcendam in medio tui, & delebo te. Jam nunc depone ornatum tuum, ut ſciam, quid faciam tibi. Depoſuerunt ergo filii Iſraël ornatum ſuum à monte Horeb. *Poſt haſce Domini minas,* Moyſes *quoque ad augendum populi timorem, & forſan etiam, jubente Domino, tabernaculum extra caſtra poſuit. At non agitur hîc de tabernaculo, quod Dominus componi juſſit; illud enim necdum erat exſtructum, ſed ſolùm de tabernaculo priori, ſeu* Moyſis *illud fuerit, ſeu omnibus commune.*

& Moyſes tabernaculum ponit extra caſtra;

315 *Verba textus ſacri accipe* ℣ 7: Moyſes quoque tollens tabernaculum, tetendit extra caſtra procul, vocavitque nomen ejus Tabernaculum fœderis (*uti aliud quoque deinde fuit vocatum.*) Et omnis populus, qui habebat aliquam quæſtionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis, extra caſtra. Cúmque egrederetur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat univerſa plebs, & ſtabat unuſquiſque in oſtio papilionis ſui, aſpiciebantque tergum Moyſi, donec ingrederetur tentorium. Ingreſſo autem illo tabernaculum fœderis, deſcendebat columna nubis, & ſtabat ad oſtium, loquebaturque cum Moyſe (*angelus è nube*) cernentibus univerſis, quòd columna nubis ſtaret ad oſtium tabernaculi. Stabantque ipſi, & adorabant per fores tabernaculorum ſuorum. Loquebatur autem Dominus ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum ſuum. Cúmque ille reverteretur in caſtra, miniſter ejus Joſue filius Nun, puer, non recedebat de tabernaculo. *Quod ſuprà dicitur,* Moyſen *locutum fuiſſe cum Domino* facie ad faciem, *non ſignificat, eum vidiſſe Domini faciem: nam paulo pòſt eam videre deſiderat, ſed familiariter fuiſſe cum eo locutum, & cum præſente coràm, ſic tamen, ut angelum, quocum loquebatur, non videret. Joſue autem* puer *vocatur non ab ætate puerili, ſed quia erat* Moyſis *diſcipulus, eoque multò junior: Græcè* νέος juvenis *legitur.*

ſed tandem obtinet à Deo,

316 *Quo autem modo novis rurſum precibus Dominum deprecatus fuerit* Moyſes, *ac tandem obtinuerit, quod petebat, ſubditur* ℣ 12. Dixit autem Moyſes ad Dominum: Præcipis ut educam populum iſtum: & non indicas mihi, quem miſſurus es mecum, præſertim cùm dixeris: Novi te ex nomine, &, Inveniſti gratiam coram me. Si ergo inveni gratiam in conſpectu tuo, oſtende mihi faciem tuam, ut ſciam te, & inveniam gratiam ante oculos tuos: reſpice populum tuum gentem hanc. *Oratio* Moyſis *nonnihil obſcuritatis habet, & variè exponitur. Verùm expoſitio Bonfrerii mihi præplacet. Hæc autem talis eſt:* Quia Deus ſuprà aſſeruerat ſe nolle cum eis aſcendere, ſed dumtaxat miſſurum angelum ſuum præcurſorem, quæ res Moyſi nullo modo arridebat, amicè cum Deo queritur Moyſes non eſſe deſiderio ſuo ſatisfactum, nec ſibi aſſignatum ducem, quem cupiat. Petit ergo an perſtet in ſententia, miſſuruſne ſit angelum ſecum, an verò ipſemet Deus, tabernaculo ei in caſtris conſtructo, ſit eos comitaturus, & dux in terram promiſſam futurus. *Hæc primorum verborum explicatio. Media verò ſignificant ſummam* Moyſis *apud Deum gratiam, quâ utitur pro argumento, ut petat:* Oſtende mihi faciem tuam, *ubi Hebræa habent,* Oſtende, *vel,* Fac me cognoſcere viam tuam. *Atque hinc colligit cum aliis Bonfrerius,* Moyſen *hîc nondum petere viſionem Dei, uti petiit poſtea; ſed ſolùm, ut Deus ſe comitem & ducem viæ exhibeat. Ratio hujus expoſitionis eſt, quia* Moyſes *in eo totus eſſe videtur, ut id obtineat à Deo. Favent quoque verba ſequentia, quibus Deus Moyſi annuit:* Dixitque Dominus: Facies mea præcedet te (*id eſt, ego ipſe præcedam*) & requiem dabo tibi.

ut Iſraëlitas velit comitari in via: rogans quoque Dei faciem videre,

317 Et ait Moyſes: Si non tu ipſe præcedas, ne educas nos de loco iſto. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus inveniſſe nos gratiam in conſpectu tuo, niſi ambulaveris nobiſcum, ut glorificemur ab omnibus populis, qui habitant ſuper terram? Dixit autem Dominus ad Moyſen: Et verbum iſtud, quod locutus es, faciam: inveniſti enim gratiam coram me, & te ipſum novi ex nomine; *id eſt,* Nominatim te cognoſco & charum præ ceteris habeo, *inquit rurſum Bonfrerius, qui exiſtimat quoque, nihil hîc petitum eſſe à* Moyſe, *aut conceſſum à Deo, quod verbis præcedentibus non erat conceſſum; ſed eam conceſſionem approbatam & confirmatam. Poſſet fortaſſe dici,* Moyſi *ſoli primam promiſſionem convenire; ſecundam verò omni populo. Certè* Moyſes *de ſe tantùm initio locutus fuerat, dixeratque angelus,* præcedet te; *at deinde de toto populo agit, & Dominus ſimiliter annuit. Hiſce autem obtentis, ad aliam poſtulationem proſilit* Moyſes, *ut ſequitur:* Qui (*Moyſes*) ait: Oſtende mihi gloriam tuam. Reſpondit: Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Domini coram te: & miſerebor, cui voluero; & clemens ero, in quem mihi placuerit. Rurſumque ait: Non poteris videre

A dere faciem meam : non enim videbit me homo, & vivet. Et iterum : Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petram. Cúmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dexterâ meâ, donec transeam : tollamque manum meam, & videbis posteriora mea : faciem autem meam videre non poteris. *Hæc verba rursum multas habent difficultates.*

partim exauditur :

318 *Primò hæ voces* Ostendâm tibi omne bonum, *videntur hîc solùm significare*, Ostendam tibi *bonum aliquod excellentissimum, seu gloriam meam, at ex parte, ut infrà additur. Secundò voces*, Vocabo IN NOMINE DEI coram te : & MISEREBOR CUI VOLUERO, ET CLEMENS ERO, IN QUEM MIHI PLACUERIT ; *attribuendæ sunt angelo, qui transiturus erat coram* Moyse, *& sic indicaturus præsentiam suam, dicendo videlicet nomen Dei, & aliqua Dei epitheta, præsertim hæc*, Miserebor *&c.* ; *quæ simul indicabunt me gratis hunc tibi favorem præstare. Tertiò posteriora omnia satis insinuare videntur, nihil aliud hîc promitti* Moysi, *nisi quòd videret corpus illud glorioſum, quod assumebat angelus Deum repræsentans, quocum frequenter & familiariter* B Moyses *loquebatur, sic tamen, ut voces quidem ex propinquo audiret ; at corpus assumptum ab angelo non videret. Nihil præterea* Moysi *hîc promissum esse, colligitur quoque ex eventu mox referendo. Utrùm verò ipsam Dei essentiam aliquando in vita viderit* Moyses, *latiùs inquiram circa finem Commentarii.*

deinde jubetur duas tabulas componere, & cum iis montem ascendere, ubi fruitur visione,

319 *Porrò Dominus per angelum suum eodem tempore jubet* Moysen *duas tabulas componere, quales fuerant priores, mandatum suum sic exponens cap.* 34 : Ac deinceps (Moysi *Dominus :*) Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba, quæ habuerunt tabulæ, quas fregisti. Esto paratus mane, ut ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem : boves quoque & oves non pascantur econtrà. Excîdit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant : & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai. *Mox sequitur impletio promissionis* Moysi *die præcedente factæ, quòd videret posteriora Domini, eaque sic narratur :* Cúmque descendisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini. Quo transeunte coram eo, ait : Dominator Domine Deus, misericors & clemens, patiens & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam in millia : qui aufers iniquitatem, & scelera, atque peccata, nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filiis ac nepotibus, in tertiam & quartam progeniem. *Disputant hîc interpretes, utrùm verba illa, tempore visionis dicta,* Dominator Domine *&c.*, Moysi *attribuenda sint, uti insinuat textus Vulgatæ ; an angelo transeunti, ut quidam volunt habere textum Hebræum, & Septuaginta interpretes. Verùm textus Hebræus ambiguus est, & utrique sensui aptari potest, uti & textus Septuaginta. Quapropter non video, necessariò hæc verba* Moysi *abjudicanda esse. Idem dicendum de vocibus* invocans nomen Domini, *quæ rursum in Hebræo ambiguæ sunt,* Et invocavit nomen Domini, *uti & in Græco,* Et vocavit.

C

quæ variè exponitur :

320 *Cornelius à Lapide in hunc locum cum multis aliis existimat, relata verba Domino seu angelo potiùs attribuenda esse quàm* Moysi, *quia cap.* 33 ℣ 19 *similia verba se in transitu dicturum promiserat Dominus, & quia Num.* 14 ℣ 17 *eadem ferè verba Domino, ut antè dicta, attribuit* Moyses ; *atque huic expositioni adaptari posse verba Vulgatæ ostendit, vultque Dominum illa verba dixisse, ut* Moysi *traderet formulam orandi. Probabilis sanè est hæc interpretatio ; at cùm fateatur, textum Hebraïcum & Græcum, utrique sensui aptari posse ; idque facilius fieri possit, quàm verba Vulgatæ sic possint exponi, ut voces sæpè dictæ angelo aut Domino attribuantur, altera ejusdem expositio mihi præplacet. Hanc tradit eo modo :* Si verba nostri interpretis de Mose velis accipere, tanquam ab eo prolata ; dicitò, Deum transeuntem coram Mose hæc verba primò protulisse, deinde Mosem Deum secutum secundò illa pronuntiâsse, ut ab eo hæc Dei verba iterata fuerint. *Porrò alia quoque mihi, singula consideranti, explicatio incidit ; eamque lectori lubens communicabo. Recitavit* Moyses *cap.* 33 ℣ 19 *verba, quæ transiens Dominus erat dicturus, uti & alia, quæ acturus tunc erat, mox ibi subjungit. Verùm cap.* 34 ℣ 5 *& seq. de hisce silet* Moyses, *quia jam relata erant ; & tantùm narrat, quid ipse occasione istius visionis dixerit. Hæc conjectura mihi apparet verisimilis, quia verba, quæ Domino dicenda attribuuntur, multò breviora sunt, & non planè eadem cum iis, quæ* Moyses *dixit secundum hanc sententiam. Verba verò Num.* 14 ℣ 17 *parùm ad rem faciunt, cùm non sint eadem, & collecta potiùs videantur ex dictis diverso tempore. S. Augustinus quæst.* 154 *in Exodum credidit, promissam* Moysi *visionem mysticè explicandam esse,* Moysique *oblatam non fuisse, quia nullibi dicitur* Moyses *posteriora Domini vidisse. Verùm alii omnes passim existimant, eam visionem hîc referri, licèt non omnia rursum expressis verbis asserantur facta, quæ promissa erant.*

orans rursum pro populo, ac quadraginta diebus manens in monte,

321 *Postquam visio, quæ brevis haud dubiè fuit, quâque durante* Moyses *stetit immotus, ex oculis ipsius evanuerat, ad solitas preces revertitur : nam sic putem intelligenda verba sequentia :* Festinusque Moyses, curvatus est pronus in terram, & adorans, ait : Si inveni gratiam in conspectu tuo, Domine, obsecro ut gradiaris nobiscum (populus enim duræ cervicis est) & auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas. Respondit Dominus : Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam, quæ numquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus : ut cernat populus iste, in cujus es medio, opus Domini terribile, quod factusus sum. Observa cuncta, quæ hodie mando tibi : ego ipse ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum *&c. Deinde traduntur varia præcepta, quorum observationem Dominus inculcat : subditurque* ℣ 27 : Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israël pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies & quadraginta noctes : panem non comedit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. *De hisce loquitur* Moyses *ad populum Deut.* 10 ℣ 10 *hoc modo :* Ego autem steti in monte, sicut priùs, quadraginta diebus ac noctibus : exaudivitque me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Dixitque mihi : Vade, & præcede populum, ut ingrediatur, & possideat terram, quam juravi patribus eorum ut traderem eis.

E

F

322 *Et ibidem* ℣ 1 *de tabulis :* In tempore illo

AUCTORE J. S.

illo dixit Dominus ad me : Dola tibi duas tabulas lapideas , ſicut priores fuerunt , & aſcende ad me in montem : facieſque arcam ligneam , & ſcribam in tabulis verba , quæ fuerunt in his , quas antè confregiſti , poneſque eas in arca. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cúmque dolâſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum , aſcendi in montem , habens eas in manibus. Scripſitque in tabulis juxta id , quod priùs ſcripſerat , verba * decem , quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis , quando populus congregatus eſt : & dedit eas mihi. Reverſuſque de monte , deſcendi , & poſui tabulas in arcam, quam feceram , quæ huc uſque ibi ſunt , ſicut mihi præcepit Dominus. *Quod dicitur de tabulis arcæ impoſitis , paulo ſeriùs factum eſt , nimirum poſtquam arca erat compoſita. At* Moyſes *in Deuteronomio facta ſolet narrare ſine ordine temporis , prout ſingula magis conducebant ad propoſitum. Manſiſſe deinde quoque tabulas in arca , habemus* 3 *Reg.* 8 ℣ 9 , *ubi hæc leguntur :* In arca autem non erat aliud , niſi duæ tabulæ lapideæ , quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb , quando pepigit Dominus fœdus cum
B filiis Iſraël , cùm egrederetur de terra Ægypti. *Idem dicitur* 2 *Paralip.* 5 ℣ 10 : *earumdemque in arca poſitarum meminit Apoſtolus Hebr.* 9 ℣ 5.

tabulas cum inſcriptis decem præceptis recipit , quas deinde arcæ incluſit :

* *i. e.* præcepta

ſplendor vultus Moyſis.

323 *Cùm autem de monte cum tabulis deſcendit* Moyſes , *novum ac glorioſum ſpectaculum obtulit vultu ſplendente , & radios inſtar cornuum emittente. Audi verba ipſius Exod.* 34 ℣ 29 : Cúmque deſcenderet Moyſes de monte Sinai , tenebat duas tabulas teſtimonii , & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. Videntes autem Aaron & filii Iſraël cornutam Moyſi faciem , timuerunt propè accedere. Vocatique ab eo , reverſi ſunt tam Aaron quàm principes ſynagogæ. Et poſtquam locutus eſt ad eos , venerunt ad eum etiam omnes filii Iſraël : quibus præcepit cuncta, quæ audierat à Domino in monte Sinai. Impletiſque ſermonibus , poſuit velamen ſuper faciem ſuam. Quod ingreſſus ad Dominum , & loquens cum eo , auferebat , donec exiret , & tunc loquebatur ad filios Iſraël omnia , quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe cornutam , ſed operiebat ille rurſus faciem ſuam , ſi quando loquebatur ad eos. *Hactenus textus ſacer. Dubitari autem non poteſt , quin ſplendorem illum , qui tantus erat* , ut , *teſte Apoſtolo* 2 *Cor.* 3 ℣ 7 , non poſſent intendere filii Iſraël in faciem Moyſi , propter gloriam vultûs ejus , *Deus* Moyſi *contulerit ad majorem auctoritatem & reverentiam ei conciliandam apud populum , intimamque ſuam cum eo familiaritatem declarandam. De velamine , quo* Moyſes *faciei ſplendorem obtegebat , ut Iſraëlitæ liberiùs cum eo loquerentur , meminit Apoſtolus* 2 *Cor.* 3 ℣ 13 , *allegoricam illius ſignificationem exponens.*

C

D

§ XXX. Tabernaculi aliorumque conſtructio , erectio & conſecratio : Aaron & filii ejus ſacerdotes conſecrati : ac duo ex his morte divinitus puniti.

Moyſes exponit mandata Domini de tabernaculo , aliiſque conſtruendis :

Poſtquam fœdus Iſraëlitarum cum Domino inſtauratum erat per Moyſen , *plenaque populi reconciliatio iteratâ tabularum acceptione erat confirmata , ſanctus Legiſlator omnem adhibuit diligentiam , ut mandata Domini populus perfectè impleret. Hac de cauſa populum convocatum docuit , quid fieri juſſiſſet Dominus , ut legitur Exod.* 35 : Igitur congregata omni turba filiorum Iſraël , dixit ad eos : Hæc ſunt , quæ juſſit Dominus fieri. *Repetitoque præcepto de Sabbato religiosè obſervando , procedit ad oblationem omnium , quæ neceſſaria erant ad conſtruendum tabernaculum , aliaque ad cultum Dei & cæremonias ſpectantia.* Et ait Moyſes : (℣ 4) ad omnem catervam filiorum Iſraël : Iſte eſt ſermo , quem præcepit Dominus , dicens : Separate apud vos primitias Domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino : aurum & argentum & æs , hyacinthum & purpuram , coccumque bis tinctum , & byſſum , pilos caprarum , pelleſque arietum rubricatas , & ianthinas , ligna ſetim , & oleum ad luminaria concinnanda , & ut conficiatur unguentum , & thymiama ſuaviſſimum , lapides onychinos , & gemmas ad ornatum ſuperhumeralis & rationalis. *Hæc dona erant offerenda. Præterea , ut ſequitur* , Quiſquis veſtrûm ſapiens eſt (*ſeu peritus artifex*) veniat , & faciat , (*ſub directione videlicet Beſeleel & Ooliab*) quod Dominus imperavit : tabernaculum ſcilicet , & tectum ejus ; *ceteraque ad cultum divinum , cæremoniaſque & veſtes ſacerdotales ſpectantia , quæ ibi enumerantur.*

E

populus verò dona offert hunc in finem plura , quàm erat neceſſe

325 *Promptiſſimè mandanti hæc* Moyſi *paruerunt Iſraëlitæ , uti dicitur* ℣ 20 : Egreſſaque omnis multitudo filiorum Iſraël de conſpectu Moyſi , obtulerunt mente promptiſſima atque devota primitias Domino , ad faciendum opus tabernaculi teſtimonii. Quidquid ad cultum & ad veſtes ſanctas neceſſarium erat , viri cum mulieribus præbuerunt , armillas , & inaures , annulos , & dextralia : omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt. Si quis habebat hyacinthum & purpuram , coccumque bis tinctum , byſſum & pilos caprarum , pelles arietum rubricatas , & ianthinas , argenti æriſque metalla , obtulerunt Domino , lignaque ſetim in varios uſus. Sed & mulieres doctæ , quæ neverant , dederunt hyacinthum , purpuram , & vermiculum , & byſſum , & pilos caprarum , ſponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos , & gemmas ad ſuperhumerale & rationale (*veſtimenta ſunt ſummi Sacerdotis*) aromataque & oleum ad luminaria concinnanda , & ad præparandum unguentum , ac thymiama odoris ſuaviſſimi componendum. Omnes viri & mulieres mente devota obtulerunt donaria , ut fierent opera , quæ juſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filii Iſraël voluntaria Domino dedicaverunt. *Imò tantus fuit ardor Iſraëlitarum,*

F

ut

A *ut finem non fecerint offerendi, niſi juſſi novo mandato. Audi ea de re dicta* Moyſis *cap.* 36 ℣ 3: Qui (*artifices*) cùm inſtarent operi, quotidie mane vota (*id eſt, dona*) populus offerebat. Unde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi: Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. Juſſit ergo Moyſes præconis voce cantari: Nec vir nec mulier quidquam offerat ultrà in opere ſanctuarii. Sicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent.

& artifices prompto animo opus aggrediuntur,

326 *Porrò uti pretioſiſſima quæque promptiſſimè offerebantur ab Iſraëlitis, ita artifices plurimi ſe ſponte obtulerunt, ut ſub deſignatis à Domino Beſeleel & Ooliab omnia perficerent opera, quæ Dominus fieri juſſerat. Beſeleel verò & Ooliab, quos Dominus ſingulari ſapientia & intelligentia ad hunc finem inſtruxerat,* Moyſes *populo præſentavit, ut habetur cap.* 35 *circa finem. Hi verò cum aliis ſe ſponte offerentibus opus alacriter aggreſſi ſunt, ſicut exponitur cap.* 36 *his verbis:* Fecit ergo Beſeleel & Ooliab, & omnis vir ſapiens, quibus dedit Dominus intel.

B ligentiam & intellectum, ut ſcirent fabrè operari, quæ in uſus ſanctuarii neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus. Cúmque vocâſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum, cui dederat Dominus ſapientiam, & qui ſponte ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis univerſa donaria filiorum Iſraël. *Hoc igitur modo à dictis artificibus conſtructa ſunt tabernaculum, arca, veſtes ſacerdotales, ceteraque omnia ad tabernaculum cultumque divinum & cæremonias attinentia, in quibus materiam pretioſiſſimam opus haud dubiè ſuperavit, cùm ideam omnium Dominus ipſe* Moyſi *ſuggeſſerit,* Moyſes *verò eam artificibus communicaverit; atque hi ſingulari ſcientia & peritia ad omnia ſcitè exequenda à Domino ſint donati.*

ita ut ſex aut ſeptem menſibus omnia fuerint perfecta:

327 *Sex circitèr menſes omnium conſtructioni videntur impenſi, aut ad ſummum menſes ferè ſeptem: nam menſe tertio inchoato Iſraëlitæ venerunt ad montem Sinai, ibique fuerunt tribus ut minimùm menſibus, antequam conſtructio prædictorum inchoaretur, ut facilè colligi poteſt ex gemina* Moyſis *quadraginta dierum manſione in monte, geſtiſque anterioribus & intermediis, ita*

C *ut opera illa inchoata videantur menſe ſexto. Itaque, cùm omnia fuerint perfecta ante finem anni, ut mox videbimus, per ſex menſes, & forſan partem ſeptimi, conſtructio omnium tenuit. Porro plurima, eaque admodùm pretioſa, quæ pertinebant ad ſolum tabernaculum,* explicat *Exodus cap.* 36, *ubi partes tabernaculi deſcribuntur. Cap.* 37 *narratur conſtructio arcæ, propitiatorii, menſæ, candelabri, lucernarum, altaris thymiamatis, ac thymiamatis ipſius, & unguenti; uti & cap.* 38 *altaris holocauſti, labri æneï, totiuſque atrii tabernaculi cum partibus ſuis. Tandem cap.* 39 *enarrantur omnia indumenta pontificalia ac ſacerdotalia ab iiſdem compoſita, affirmaturque, omnia conſtructa fuiſſe, quæ fieri juſſerat Dominus, ita ut nihil ex omnibus deeſſet. Demum ibidem* ℣ 43 *ſubjungitur:* Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

jubetur Moyſes tabernaculum erigere & ſacerdotes conſecrare;

328 *Perfectis autem omnibus, mandatum accepit* Moyſes *à Domino, quod refertur cap.* 40 *his verbis:* Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Menſe primo, prima die menſis, eriges tabernaculum teſtimonii, & pones in eo arcam, demitteſque ante illam velum (*ad ſepa-*

rationem ſancti à ſancto ſanctorum:) & illatâ mensâ, pones ſuper eam, quæ ritè præcepta ſunt. Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis, & altare aureum, in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonii. Tentorium in introitu tabernaculi pones, & ante illud altare holocauſti: labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aquâ. Circumdabiſque atrium tentoriis, & ingreſſum ejus. Et aſſumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum vaſis ſuis, ut ſanctificentur: altare holocauſti & omnia vaſa ejus: labrum cum baſi ſua: omnia unctionis oleo conſecrabis, ut ſint ſancta ſanctorum. Applicabiſque Aaron & filios ejus ad fores tabernaculi teſtimonii, & lotos aquâ indues ſanctis veſtibus, ut miniſtrent mihi, & unctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. Fecitque Moyſes omnia, quæ præceperat Dominus. *Verùm non omnia uno die, aut levi opere ſunt perfecta.*

AUCTORE J. S.

erectio tabernaculi, poſitioque omnium ad illud ſpectantium:

329 Igitur, *ut ſequitur* ℣ 15, menſe primo anni ſecundi (*ab egreſſu,*) prima die menſis, collocatum eſt tabernaculum. Erexitque Moyſes illud, & poſuit tabulas ac baſes & vectes, ſtatuitque columnas, & expandit tectum ſuper tabernaculum, impoſito deſuper operimento, ſi- E cut Dominus imperaverat. *Hæc tota tabernaculi conſtructio, per partes nominata, ſed ſine atrio. Sequitur arca cum oraculo ſeu propitiatorio, quæ locanda erat in illa tabernaculi parte, quæ vocatur* ſanctum Sanctorum, *veloque ſeparabatur ab altera parte, quæ dicitur* ſanctum. ℣ 18 Poſuit & teſtimonium (*id eſt, tabulas*) in arca, ſubditis infrà vectibus, & oraculum deſuper. Cúmque intuliſſet arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum . . . Poſuit & menſam in tabernaculo teſtimonii ad plagam Septemtrionalem extra velum . . . Poſuit & candelabrum in tabernaculo teſtimonii è regione menſæ in parte Auſtrali, locatis per ordinem lucernis . . . Poſuit & altare aureum ſub tecto teſtimonii contra velum, & adolevit ſuper eo incenſum aromatum . . Poſuit & tentorium in introitu tabernaculi teſtimonii, & altare holocauſti in veſtibulo teſtimonii, offerens in eo holocauſtum & ſacrificia . . Labrum quoque ſtatuit inter tabernaculum teſtimonii & altare, implens illud aquâ. Laveruntque Moyſes & Aaron ac filii ejus manus ſuas & pedes, cùm ingrederentur tectum fœderis, & F accederent ad altare . . . Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu ejus tentorio. *Hæc poſitio totius tabernaculi cum atrio, omnibuſque ad illud pertinentibus. Omnia autem facta ſunt,* ut Dominus imperaverat, *quod frequenter repetitur.*

gloria Domini illud obumbrat:

330 Poſtquam omnia perfecta ſunt, operuit nubes tabernaculum teſtimonii, & gloria Domini implevit illud. Nec poterat Moyſes ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, & majeſtate Domini coruſcante, quia cuncta nubes operuerat. *Quòd non poſſet* Moyſes *ingredi ob nimiam nubis claritatem & denſitatem, initio tantùm contigit in dedicatione. Nam aliàs* Moyſes *ſæpè ingrediebatur, ut conſuleret Dominum, ut habetur Num.* 7 ℣ 89: Cúmque ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, ut conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonii inter duos cherubim, unde & loquebatur ei. *Poſt erectionem autem tabernaculi, ex nube ei incubante diſcebant Iſraëlitæ, quando proficiſci deberent, aut manere in loco, quemadmodum Exod.* 40 ℣ 34 *exponitur his verbis:* Si

AUCTORE J. S.

quando nubes tabernaculum deferebat, proficiscebantur filii Israël per turmas suas : si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israël per cunctas mansiones suas. *Hæc de tabernaculi nube referuntur occasione erectionis. At redeamus ad ea, quæ* Moyses *fecit eo die, quo tabernaculum non solus, sed juvantibus artificibus, qui istud construxerant, erexit.*

consecratio tabernaculi,

331 *Jusserat Dominus non solùm erigere tabernaculum, sed etiam illud cum ceteris omnibus consecrare, atque inungere insuper Aaronem & quatuor filios ejus, ac sacerdotio initiare. Cæremoniæ hæ inchoatæ creduntur eodem die, & continuatæ sunt per dies septem, sicuti refertur Levit.* 8, *ubi etiam referuntur sacrificia, quæ singulis diebus hac de causa per* Moysen *fuêre oblata. Ritus consecrationis ibidem legi potest. Exod. verò* 29 *præcipit Dominus* Moysi, *quo modo omnia fieri deberent ; ibique* ℣ 37 *altaris consecratio æquè per septem dies continuanda præscribitur, quàm consecratio pontificis & sacerdotum. Et Levit.* 8 ℣ 10 *ante unctionem Aaronis, sic refertur tabernaculi aliorumque inunctio :* Tulit & unctionis oleum (*Moyses*,) quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua. Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud & omnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificavit oleo. *Totis illis septem diebus consecrandi manebant in tabernaculo ut dicitur* ℣ 33, *ubi additur :* Septem enim diebus finitur consecratio. *Hanc solus peragebat* Moyses, *qui & sacrificia iisdem diebus cuncta offerebat.*

B

cujus causâ principes munera offeruut :

332 *Porrò hujus consecrationis gratiâ principes Israëlitarum ingentia obtulerunt munera. Num.* 7 *de hac oblatione leguntur sequentia :* Factum est autem in die, quâ complevit Moyses tabernaculum, & erexit illud : unxitque & sanctificavit cum omnibus vasis suis, altare similiter & omnia vasa ejus : obtulerunt principes Israël & capita familiarum, qui erant per singulas tribus, præfectique eorum, qui numerati fuerant (*jam ante perfectum tabernaculum Exod.* 28 ℣ 25) munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. *Serviebant hæc plaustra ad vehendas partes tabernaculi, quando erat proficiscendum. Hæc oblatio fieri potuit die prima mensis, quâ tabernaculum erectum est. Verùm altera principum oblatio* ℣ 10 *relata, quæ diebus duodecim continuata est, tantùm videtur inchoata post dedicationem absolutam, seu die octava mensis, eaque sic refertur :* Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris die, quâ unctum est, oblationem suam ante altare. Dixitque Dominus ad Moysen : Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. *Singuli autem eadem munera per dies duodecim obtulerunt, ut ibidem videri potest. Hanc oblationem verisimiliter tantùm cœptam esse die octava mensis, ea de causa asserui, quòd oblationes fierent ad sacrificia offerenda, quódque non alia sacrificia oblata videantur diebus septem, quibus duravit consecratio, quàm quæ hunc in finem referuntur oblata Levit.* 8. *Quod verò dicitur*, die, qua unctum est, *altare scilicet, potest exponi de die prima post absolutam unctionem ; & forsan rectiùs de tempore indeterminato, ut solùm significet* circa illud tempus. *Certè ita intelligi debet oblatio omnium duodecim principum, de qua dicitur* ℣ 84 *:* Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israël,

C

in die, quâ consecratum est, acetabula argentea duodecim *&c. : nam duodecim diebus consequentibus singuli unum acetabulum cum aliis muneribus obtulerunt per vices.*

D

consecratio sacerdotum prodigio nobilitata ;

333 *Die octava mensis primi Aaron sacrificia offerre cœpit cum quatuor filiis sacerdotibus ; sed duo ex his seniores eodem die sublati sunt morte repentina. Res tota narratur Levit.* 9 *&* 10 *hoc modo :* Facto autem octavo die, vocavit Moyses Aaron & filios ejus, ac majores natu Israël, dixitque ad Aaron : Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, utrumque immaculatum, & offer illos coram Domino. Et ad filios Israël loquêris : Tolle hircum pro peccato *&c.* . . Hodie enim Dominus apparebit vobis (*aliquo nimirum prodigio.*) Tulerunt ergo cuncta, quæ jusserat Moyses, ad ostium tabernaculi : ubi cùm omnis multitudo astaret, ait Moyses : Iste est sermo, quem præcepit Dominus : facite, & apparebit vobis gloria ejus. *Deinde referuntur varia sacrificia, quæ sacrificavit Aaron, juvantibus filiis. Subditur verò* ℣ 22 *:* Et extendens (*Aaron*) manus ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostiis pro peccato, & holocaustis & pacificis, descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron in tabernaculum testimonii, & deinceps egressi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini : & ecce egressus ignis à Domino, devoravit holocaustum, & adipes, qui erant super altare. Quod cùm vidissent turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas. *Hactenus læta omnia novis sacerdotibus, quos Dominus hoc prodigio honorificavit.*

E

duo ex sacerdotibus, quia ad sacrificandum sumpserant ignem non sacrum morte puniti

334 *At tristiora eodem, ut videtur, die secuta sunt, dum Dominus nonnullam duorum negligentiam severâ pœnâ punire voluit, ut ostenderet quantâ curâ ad altare oporteat accedere. Cap.* 10 Moyses *factum & pœnam sic exponit :* Arreptisque Nadab & Abiu, filii Aaron (*natu majores*) thuribulis, posuerunt ignem & incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum : quod eis præceptum non erat, (*id est, vetitum erat.*) Egressusque ignis à Domino, devoravit eos, & mortui sunt coram Domino, *in tabernaculo videlicet. Num.* 3 ℣ 4 *de morte illa hoc legitur :* Mortui enim sunt Nadab & Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis. *Item Num.* 26 ℣ 61 *:* De Aaron orti sunt Nadab & Abiu, & Eleazar & Ithamar : quorum Nadab & Abiu mortui sunt, cùm obtulissent ignem alienum coram Domino. *Ratio mortis ubique eadem ponitur, nimirùm quòd* obtulissent ignem alienum coram Domino, *id est, quòd ignem non sacrum, thuribulis ad tabernaculum allatum, posuissent in altari thymiamatis, cùm debuissent sumere ignem ab altari holocaustorum, ut ex hoc loco colligitur. Certè locum sic explicant plerique interpretes, & rectè, quantùm existimo. Negligentiam hanc morte punivit Dominus. At ex gravitate pœnæ illius temporalis non rectè colligemus gravitatem peccati eorum, cùm leve etiam peccatum morte punire possit Dominus, vitæ mortisque arbiter.*

F

sepultique, at vetitum aliis exire tabernaculo :

335 *Quid autem* Moyses *fecerit, visa hac morte duorum fratris sui filiorum, quos Domini jussu sacerdotes consecraverat, narrat Levit.* 10 ℣ 3 *sic prosecutus :* Dixitque Moyses ad Aaron : Hoc est, quod locutus est Dominus : Sanctificabor in iis, qui appropinquant mihi, & in conspectu omnis populi glorificabor. *Sensus est, justum*

A *justum me ostendam puniendo peccata eorum, qui mihi appropinquant, seu sacerdotum; & efficiam, ut hanc meam justitiam populus videat & prædicet; atque ita à peccatis deterreatur.* Quod audiens tacuit Aaron. Vocatis autem Moyses Misaële & Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos: Ite & tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii, & asportate extra castra. Confestimque pergentes tulerunt eos, sicut jacebant, vestitos lineis tunicis, & ejecerunt foràs, ut sibi fuerat imperatum. *Portabantur extra castra ad sepulturam, quia Judæi in urbibus aut in castris mortuos non sepeliebant. Præterea* Moyses *Aaroni ejusque filiis prohibuit, ne externa doloris signa proderent, quemadmodum refert ℣ 6 his verbis:* Locutusque est Moyses ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar, filios ejus: Capita vestra nolite nudare, & vestimenta nolite scindere, ne fortè moriamini, & super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, & omnis domus Israël, plangant incendium, quod Dominus suscitavit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moysi. *Poterant alii plangere & lugere defunctos incendio, idque re ipsa fecerunt; at non Aaron ejusque filii, quia erant in ministerio sacro.*

B

aliis quoque sacerdotibus nonnihil erroris obrepserat.

336 *Porrò aliis quoque sacerdotibus aliquid erroris obrepsit, sed pœnam non incurrerunt. Sacerdotes enim de sacrificiis, excepto holocausto, aliqua comedebant,* Moysesque *id eos facere jusserat ℣ 12. At ℣ 16* inter hæc hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cùm quæreret Moyses, exustum reperit: iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait: Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ sancta sanctorum est, & data vobis, ut portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conspectu Domini, præsertim cùm de sanguine illius non sit illatum intra sancta, & comedere debueritis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi? Respondit Aaron: Oblata est hodie victima pro peccato, & holocaustum coram Domino: mihi autem accidit, quod vides. *Mortem duorum filiorum insinuat, & sic pergit:* Quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis, mente lugubri? Quod cùm audîsset Moyses recepit satisfactionem. *Similia ostendunt, quàm attentus ad omnia, quàm peritus cæremoniarum, quámque accuratus in minimis etiam fuerit sanctus Legislator.*

C

§ XXXI. Enumeratio populi: Levitæ ad usum tabernaculi assumpti & numerati: tubæ compositæ, aliaque ad servandum ordinem in profectione agminis.

Leges multæ acceptæ à Deo & conscriptæ,

ERectio tabernaculi, aliaque ea occasione facta, quæ narravimus, magnam partem absumpserunt mensis primi anni secundi ab egressu. Reliqua pars illius mensis videtur impensa fuisse variis legibus ad ritus & cæremonias spectantibus, quas seu in monte Sinai, seu in tabernaculo, à Domino accepit Moyses, & per partes haud dubiè conscripsit & promulgavit, cùm omnes simul conscribi & promulgari non potuerint ob multitudinem; cúmque multa ex illis ad solos sacerdotes spectent aut ad Levitas. Videri de illis potest totus liber Leviticus, qui nihil ferè continet nisi leges maximè cæremoniales, quasdam tamen etiam morales & judiciales. *In fine autem totus liber clauditur his verbis:* Hæc sunt præcepta, quæ mandavit Dominus Moysi ad filios Israël in monte Sinai. *Et caput penultimum hoc etiam modo finitur:* Hæc sunt judicia atque præcepta, & leges, quas dedit Dominus inter se & filios Israël in monte Sinai per manum Moysi. *Verumtamen ex his verbis nolim concludere, omnia præcepta* Moysi *data fuisse in monte Sinai: nam data verba intelligi possunt de tribus ultimis capitibus, cùm caput 25 sic inchoetur:* Locutusque est Dominus ad Moysen in monte Sinai *&c. Contrà ex multis aliis locis facilè colligi potest, multa adhuc* Moysi *præcepta data fuisse post erectum tabernaculum: eo autem tempore Dominus Servo suo loqui solebat in ipso tabernaculo. Illo quoque tempore contingere potuit dubitatio illa de pœna homini blasphemo irroganda: de qua consultus Dominus Levit. 24 ℣ 13 jussit hominem lapidibus obrui, uti factum refertur ℣ 23 his verbis:* Locutusque est Moyses ad filios Israël: & eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra, ac lapidibus oppressérunt. Feceruntque filii Israël, sicut præceperat Dominus Moysi.

D

populus enumeratus,

338 *Multa deinde ordinata sunt per* Moysen, *jubente Domino, ut tam in castrametationibus quam in itineribus elegans servaretur dispositio. Primùm ad hunc finem conducebat enumeratio totius populi per singulas tribus, de qua Num. 1 hæc leguntur:* Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens: Tollite summam universæ congregationis filiorum Israël per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quidquid sexus est masculini à vigesimo anno & suprà, omnium virorum fortium ex Israël, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis. *Nominatis autem duodecim tribuum principibus, ut ibidem videri potest, sic pergit:* Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitûs Israël: quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine: & congregaverunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, & domos, ac familias, & capita, & nomina singulorum, à vigesimo anno & suprà, sicut præceperat Dominus. Numeratique sunt in deserto Sinai. *Singularum tribuum numerum mox* Moyses *ibidem refert, ac de omnibus simul computatis ℣ 45 sic subjungit:* Fueruntque omnis numerus filiorum Israël per domos & familias suas à vigesimo anno & suprà, qui poterant ad bella procedere, sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta. *Levitæ non comprehendebantur hoc numero: attamen duodecim erant tribus, quia posteri Josephi duas tribus constituebant,* Ephraimnimirum *&* Manasse, *ita ut tribus Levi esset decima tertia.* Levitæ autem, *ut sequitur,* in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis, *ita mandante Domino, qui hanc tribum elegerat ad usum tabernaculi, ut dicemus.*

E

F

AUCTORE J. S.

totus exercitus in quatuor agmina divisus,

339 *Enumeratis Israëlitis, totum exercitum jussit Dominus dividi in quatuor agmina, quæ singula constarent ex ternis tribubus, & quorum primum ad Orientem, alterum ad Meridiem, tertium ad Occidentem, ac quartum demum ad Aquilonem castrametaretur; ut & in itinere eodem ordine proficiscerentur. Pulcherrima hæc dispositio, quâ numerosissimi exercitus confusio vitabatur, refertur Num.* 2 *hoc modo:* Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Singuli per turmas, signa, atque vexilla, & domos cognationum suarum castrametabuntur filii Israël, per gyrum tabernaculi fœderis: *seu tabernaculo relicto in medio. Mox primum agmen ita describitur:* Ad Orientem Judas (*caput hujus agminis*) figet tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum ejus Nahasson filius Aminadab: & omnis de stirpe ejus summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti. Juxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanaël filius Suar: & omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon. Omnis de stirpe
B ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti. Universi, qui in castris Judæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. *Hoc primum agmen ceteris erat numerosius. Secundi agminis, ad Meridiem castrametati, caput erat tribus Ruben, eique adjunctæ erant tribus Simeon & Gad. In hoc agmine erant* centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta. *Tertii agminis, ad Occidentem locati, caput fuit tribus Ephraim, quæ secum habebat tribus Manasse, & Beniamin. Summa erat* centum octo millia & centum. *Agmini quarto, ad Aquilonem constituto, præerat tribus Dan, erantque adjunctæ tribus Aser & Nephthali. Erant autem in hoc agmine pugnatores* centum quinquaginta septem millia sexcenti, *qui ultimum agmen constituebant.*

Levitæ ad servitium tabernaculi assumpti, ac bis vario modo recensiti

340 *Quemadmodum ordinem duodecim tribuum pulcherrimè disposuit* Moyses, *mandante Domino, ita non minùs accuratè divisit ministeria Levitarum, qui hac etiam de causa seorsum numerati sunt. Num.* 1 ℣ 48 *indicat Dominus, ad quod ministerium destinâsset Levitas.* Moysen *audiamus:* Locutusque est Dominus
C ad Moysen, dicens: Tribum Levi noli numerare (*cum aliis,*) neque pones summam eorum cum filiis Israël: sed constitue eos super tabernaculum testimonii & cuncta vasa ejus, & quidquid ad cæremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia utensilia ejus: & erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur (*videlicet inter tabernaculum & quatuor Israëlitarum agmina jam dicta.*) Cùm proficiscendum fuerit, deponent Levitæ tabernaculum: cùm castrametandum, erigent: quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabuntur autem castra filii Israël unusquisque per turmas & cuneos, atque exercitum suum. Porrò Levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israël, & excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii. *Cap.* 3 ℣ 5 *ad propositum nostrum hæc dicuntur:* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Applica tribum Levi, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis, ut ministrent ei, & excubent, & observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii, & custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio D ejus. Dabisque dono Levitas Aaron & filiis ejus, quibus traditi sunt à filiis Israël. Aaron autem & filios ejus constitues super cultum sacerdotii. *Mox quoque addit Dominus, se Levitas sibi vendicare pro primogenitis, quos jam in Ægypto sibi sanctificaverat. Census deinde Levitarum habitus est, sed non eodem planè modo, quo alii Israëlitæ erant enumerati; at pueri etiam unius mensis sunt recensiti. De his dicitur* ℣ 14: Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens: Numera filios Levi per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab uno mense & suprà. Numeravit Moyses, ut præceperat Dominus, & inventi sunt filii Levi per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. *Hi tres erant filii Levi, & patres omnium Levitarum, qui ab illis divisi fuerunt in Gersonitas, seu filios Gerson; Caathitas, seu filios Caath; & Meraritas, seu filios Merari: trium harum familiarum ministeria per* Moysen *distincta videbimus. Gersonitæ* ab uno mense & suprà *recensiti sunt* septem millia quingenti: *Caathitæ* octo millia sexcenti: *Meraritæ* sex millia ducenti. *Exiguus sanè horum erat numerus, si comparetur cum numero aliarum tribuum. Levitas autem omnes pro primogenitis Aaroni dedit Deus ad ministerium tabernaculi. Deinde aliam enumerationem Levitarum ab annis triginta usque ad quinquaginta fieri jussit Deus, ut sua singulis ministeria assignarentur.* Omnes *autem, ut habetur Num.* 4 ℣ 46, qui recensiti sunt de Levitis, & quos recenseri fecit ad nomen Moyses & Aaron, & principes Israël, per cognationes & domos patrum suorum, à triginta annis & suprà, usque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portanda, fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.

deinde sua accipiunt ministeria,

341 *Ministeria autem Levitarum sic divisa leguntur Num.* 4. *Postquam Aaron cum filiis suis omnia, quæ erant in tabernaculo, videlicet arcam, mensam, candelabrum, altare aureum seu thymiamatis, reliquamque minorem supellectilem, deposuerant, & probè multis operimentis involverant, dabant ea omnia Caathitis, quibus præerat Eleazar sacerdos, illique omnia ista humeris suis portare debebant, sacerdotibus* F *onera dividentibus. Hoc erat ministerium Caathitarum, ex quorum familia erat* Moyses *ipse & Aaron. Gersonitæ verò, quibus præfectus erat Ithamar sacerdos, portabant omnes cortinas, & altare æneum seu holocaustorum, omniaque ad illud altare spectantia. At hi plaustra habebant, quibus onera sua vehere poterant. Meraritæ, quibus item erant plaustra, vehebant omnes tabulas, vectes, columnas, & bases tam tabernaculi quàm atrii, aliaque eò spectantia. Hisce item Ithamar præerat. Latiùs hæc videri possunt Num.* 4. *De plaustris verò Gersonitis & Meraritis non verò Caathitis per* Moysen *datis, sic legitur Num.* 7 ℣ 6: Itaque cùm suscepisset Moyses plaustra & boves, tradidit eos Levitis. Duo plaustra & quatuor boves dedit filiis Gerson, juxta id, quod habebant necessarium. Quatuor alia plaustra & octo boves dedit filiis Merari, secundum officia & cultum suum, sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis. Filiis autem Caath non dedit plaustra & boves: quia in sanctuario serviunt, & onera propriis portant humeris.

& ideo consecrantur ab Aarone:

342 *Porrò, ut Levitæ designata ministeria obirent, eos primùm consecrari voluit Dominus.*

Hac

A *Hac de causa* Moysen *docuit ritum consecrationis Levitarum, ipsamque consecrationem fieri jussit per Aaronem, uti legitur Num.* 8, *ubi etiam cæremoniæ consecrationis enarrantur. De re peracta* ℣ 20 *habentur sequentia:* Feceruntque Moyses & Aaron & omnis multitudo filiorum Israël super Levitis, quæ præceperat Dominus Moysi: purificatique sunt, & laverunt vestimenta sua. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, & oravit pro eis, ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filiis ejus. Sicut præceperat Dominus Moysi de Levitis, ita factum est. *Quanto autem tempore servire tabernaculo deberent Levitæ, mox ita subjungitur:* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Hæc est lex Levitarum: A viginti quinque annis & suprà ingredientur, ut ministrent in tabernaculo fœderis. Cúmque quinquagesimum annum ætatis impleverint, servire cessabunt: eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, ut custodiant, quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non faciant. Sic dispones Levitis in custodiis suis. *Hactenus de Levitis, quorum sin-*

B *gulis familiis suus etiam assignatus est castrametandi locus, ut videri potest Num.* 3. *Præterea aliquæ leges cæremoniales, iisdem temporibus latæ, legi possunt Num.* 5, 6 *&* 9.

tubæ duæ compositæ: quo signo proficiscerentur aut quiescerent Israëlitæ.

343 *Priusquam à monte Sinai recesserunt Israëlitæ, jussit demum Dominus componi duas tubas argenteas, quibus tanta multitudo imperium* Moysis *faciliùs posset cognoscere, uti refertur Num.* 10. *Sacerdotes his tubis clangebant, ususque earum erat multiplex. Nam pro varietate clangoris, varia significabantur; illisque tubis convocabatur nunc populus universus, nunc soli principes: aliàs iisdem tubis signum dabatur ad castra movenda, earumdemque erat usus tam in bello quàm in festivitatibus. Hisce omnibus dispositis, sanctus Legislator exspectabat signum ad proficiscendum, deserendumque locum, in quo per integrum annum, exceptis aliquot diebus, non otiosè nec inutiliter fuerat castra metatus. Signum istud Num.* 9 ℣ 15 *& seq. sic describitur:* Igitur die, quâ erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super tentorium erat quasi species ignis usque

C mane. Sic fiebat jugiter: per diem operiebat illud nubes, & per noctem quasi species ignis. Cúmque ablata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israël: & (*quando erant in itinere*) in loco, ubi stetisset nubes, ibi castrametabantur. (*Atque eo modo*) ad imperium Domini proficiscebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus, quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco: & si evenisset ut multo tempore maneret super illud, erant filii Israël in excubiis Domini, & non proficiscebantur, quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuisset nubes à vespere usque mane, & statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur: &, si post diem & noctem recessisset, (*similiter ad iter*) dissipabant tentoria. Si verò biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israël in eodem loco, & non proficiscebantur: statim autem ut recessisset, movebant castra. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiscebantur: erantque in excubiis Domini (*id est, diligenter observantes motum nubis*) juxta imperium ejus per manum Moysi. *Hactenus de gestis in deserto Sinai, unde* Moysen *cum toto exercitu discedentem videbimus, postquam Josephum & Philonem de gestis ibidem discusserimus.* AUCTORE J. S.

§ XXXII. Asserta Josephi & Philonis de gestis apud montem Sinai expenduntur & corriguntur, multis tamen brevitatis causâ omissis.

Josephus priora gesta apud montem Sinai

Josephus lib. 3 *de gestis apud montem Sinai sic agit ut honori gentis suæ consulere maluerit, & fidem historiæ etiam apud gentiles conciliare, quàm omnia exactè narrare, quæ in sacris Codicibus invenit. Priori de causa penitus omissa est conflatio vituli aurei, & illius adoratio, uti & pœna tantum scelus secuta, & confractio tabularum: eadem quoque de causa tantùm unius mansionis in monte per quadraginta dies continuatæ meminit. Altera ratio Josephum haud dubiè impulit, ut facta prodigiosa aut prorsus omitteret, aut narraret modo minùs mirabili, imò etiam de relatis in Scriptura libertatem sentiendi, quæ vellent, lectoribus imprudenter attribueret. Ut autem singula aptiùs discutiam, verba ipsius subjungo.* Interea (*inquit cap.* 3) dum his locis populus hæret, Moyses pro concione ait se ire in montem Sina, collocuturum cum Deo, & aliquid utile eis inde reportaturum: jubetque ut ipsi interim in propinquo castrametentur viciniores Deo futuri. His dictis, ascendit Sina montem omnium regionis ejus celsissimum, & ob nimiam altitudinem cautesque præruptas non ascensus tantùm hominum, sed aspectus quoque ipsos defatigantem, ut non immeritò propter Numen incolens religiosus haberetur. Hebræi verò juxta mandatum Prophetæ motis castris radices montis occupant, suspensi animis, quidnam boni, ita ut promiserat, esset è Deo reportaturus: atque interim, dum Ductorem suum expectant, festos dies agebant, E castitatem servantes tum in cæteris, tum abstinendo à congressu mulierum per triduum, sicut jussi fuerant, & assiduis precibus Deum solicitantes, ut propitius Moysem excipiens, donum sibi per eum aliquod mitteret, quod ad vitam bene ac feliciter degendam conducibile foret.

variis erroribus corrumpit:

345 Interim & victu sumptuosiore utebantur, & ornatu splendidiore unà cum uxoribus ac liberis excolebantur: atque in hunc modum duabus diebus inter epulas exactis, appetente jam tertia, nubes primùm præter solitum supra tota castra Hebræorum sublimis pependit, tentoria, quàm latè patebant, contegens, reliquum cælum circumquaque clara serenitate obtinente: procellæ deinde cum imbre vehementi ruebant, & fulgura simul crebrò micantia terrebant, fulminaque elisa significabant Moysen ex sententia cum Deo propitio convenisse. Hæc lecturi, ut cuique placuerit, accipiant: mihi certè fas non fuit discedere ab illis, quæ in sacra historia conscripta habentur. *Hactenus Josephus, imprudenter permittens, ut* lectui, ut cuique placuerit, accipiant *relata, cùm ea in sacris Litteris haberi dicat. At non pauca alia hìc corrigenda. Pri-*

AUCTORE J. S.

mò illud Numen incolens *montem Sinai, acſi mons ille jam antè fuiſſet religioſus, refutatum eſt num.* 90. *Secundò Hebræi caſtra non poſuerant in ipſis montis radicibus, ut hîc dicitur, cùm vetitum eis fuerit Exod.* 19 ℣ 12 fines illius *tangere. Tertiò* Moyſes, *dum prima vice montem aſcendit, non manſit ibi triduo, ut ait hallucinans Joſephus, ſed poſt iteratos itus & reditus triduo populum præparavit ad mandata Dei excipienda. Quartò triduo illo non epulabantur, nec feſtos dies agebant; ſed puritati tam externæ quàm internæ erant intenti. Quintò nubes tertiâ die tridui ſupra tota pendens caſtra prorſus fictitia eſt.*

ſequentia verò

346 *Hiſce obſervatis, Joſephum rurſus audiamus:* Cæterùm, *inquit*, Hebræi viſa inſolita tempeſtate, ejuſque horrendo ſtrepitu aures feriente, ſupra modum turbabantur, nam & rei novitas terrebat, & rumor vulgatus de monte, quòd crebrò Deus eum inviſeret. Quamobrem continebant ſe intra tabernacula mœſti, putantes actum de ſalute Moyſis, & illo per iram Dei ſublato, ſe quoque ſimile exitium manere. In tali rerum ſtatu ecce tibi Moyſes exultans lætitiâ, vultuque ipſo animum gaudio geſtientem præferens: quo conſpecto, repentè metus omnis abiit, inque locum ejus ſpes magni alicujus boni ſucceſſit: nam & aër ad ejus adventum priſtinam ſerenitatem recepit. Mox igitur concionem advocat, audituram, quæ mandata à Deo referat. Quam ubi convenisſe animadvertit, è ſuperiore loco, ut ab univerſis audiretur, in hunc modum eſt affatus: Viri Hebræi, Deus optimus maximus, quemadmodum numquam antea vota noſtra eſt aſpernatus, ita hoc quoque tempore me Legatum veſtrum benigniſſimè excepit, & jam in caſtra veſtra præſens ac propitius adeſt, præſcripturus vobis vivendi rationem, quâ nulla beatior ne cogitari quidem poteſt.

nihilo exactiùs

347 Quare per ipſum perque ejus magnifica opera vos obſecro, ne contemnatis quæ vobis dicturus ſum, meam mediocritatem intuentes, quódque humanam linguam audituri eſtis: ſed expendentes mandatorum bonitatem ac utilitatem, agnoſcite ejus majeſtatem, qui ut veſtra commoda provehat, me internuncio ad vos uti non eſt dedignatus. Non enim Moyſes Amaramæ & Jochabelis filius, ſed is, qui pro veſtra ſalute Nilum ſanguineis fluentis labefecit, & Ægyptiorum contumaciam tam variis calamitatibus fregit, qui per mare viam vobis munivit, qui omnium egenis cibos cælitus excogitavit, qui potum deſiderantibus è petra ſcatêre juſſit, à quo Adamus terræ ac maris uſumfructum accepit, per quem Noë diluvium effugit, per quem Abrahamus noſtri generis autor ex errone poſſeſſor Chananææ terræ eſt factus, per quem Iſacus confectis ſenio parentibus eſt natus, per quem Jacobus duodecim honeſtiſſimis filiis eſt ornatus, per quem Joſephus in Ægyptiorum præſidem evaſit: is, inquam, vobis hæc præcepta largitur: ego nihil aliud ſum quàm tanti Numinis interpres. Ea vobis ſacroſancta erunt, & conjugibus ac liberis antiquiora: illis enim parendo beatam vitam agetis, fruentes terra fertili, mari tranquillo, progenie juxta naturæ leges felici, eritiſque hoſtibus veſtris ſemper formidoloſi. Ego enim cum Deo coram collocutus, immortalem ejus vocem audivi: adeò illi cordi eſtis vos & generis veſtri incolumitas.

348 His dictis adducit populum cum liberis & conjugibus, ut Deum loquentem eis audiant, & quid agendum, docentem, ne dicta minus auctoritatis haberent, ſi per humanam linguam in animos eorum illaberentur: itaque omnes audiebant vocem è ſublimi deſcendentem, ut nemo non intelligeret. Præcepta autem, quæ Moyſes duabus tabulis inſcripta reliquit, non eſt fas totidem verbis evulgare, ſententias tantùm eorum indicabimus. *Hæc Joſephus, decem præcepta deinde ſic compendio recitans, ut primum in duo dividat; nonum verò & decimum tamquam unum habeat. Corrige inſuper in datis verbis primò hæc verba*, continebant ſe intra tabernacula mœſti: *nam, ut dicitur Exod.* 19 ℣ 17 Moyſes *eduxit populum, poſtquam audiri cœperunt tonitrua, fulguraque micare, & maximè poſtquam clangor buccinæ perſtrepebat, quem perperam omiſit Joſephus. Secundò fictitius eſt ille Hebræorum timor de ſalute* Moyſis, *qui ipſis aderat, donec ad momentum à Deo vocaretur in montem. Tertiò fictitia item eſt aëris illa ſerenitas, quæ reddita eſſet ad adventum* Moyſis, *antequam præcepta erant per angelum promulgata. Quartò prolixior illa* Moyſis *declamatio ad populum eo tempore locum non habuit. Sextò demum tabulæ eo tempore datæ non ſunt* Moyſi, *ſed poſtea. Porrò recitatis decem præceptis eo, quo dixi, modo, ſubjungit auctor:* Hæc ubi multitudo læta ex ipſo Deo, ſicut Moyſes prædixerat, audivit, dimiſſa eſt concio. Sequentibus autem diebus ſæpiùs ad Ducis tentorium ventitantes, poſtulabant ut etiam leges eis à Deo deportaret. Ille & in hoc gratificatus leges tulit, & quid, quove modo agendum eſſet, per idem tempus præſcripſit. *Aliqua hîc omiſſa, quæ ſuo loco videri poterunt ex ſacris Litteris relata.*

idem geminam Moyſis commorationem in monte

349 *Jam verò Joſephum audiamus de* Moyſis *aſcenſu in montem, deque geſtis populi quadraginta diebus, quibus abfuit:* Eodem ferè tempore Moyſes rurſum in Sina montem aſcendit, prænonito antè populo: nam & ſpectare eos aſcenſionem ſuam voluit. Cúmque diutiùs moraretur, per XL enim dies abfuit; cœperunt ſoliciti eſſe, ne quid gravius illi accidiſſet, neque in tot ærumnis aliud quidquam eos ſic contriſtavit, ut interitûs Moyſis opinio. Variabant enim rumores, dum alii devoratum à beſtiis jactant, maximè qui minùs eum amabant; alii raptum à Deo videri malunt: qui verò prudentiores erant, inter utramque ſententiam ancipites, quòd alterum ab humanis caſibus non alienum, alterum Viri illius virtuti convenientius videbant, ipſius ſortem fatis æquo animo ferebant: ſuam autem vicem dolebant, quòd tali Præſide ac patrono eſſent orbati, qualem alium inveniri credebant impoſſibile: & neque ſolicitudo ſperare eos ſinebat, neque ſpe adempta non dolere poterant; ac ne caſtra movere quidem audebant, reditum expectare juſſi.

ut unam narrat, omittens varia genti ſuæ probroſa:

350 Tandem XL diebus totidemque noctibus elapſis revertitur, nullo interim humano alimento deguſtato: adventuque ſuo tota caſtra ingenti gaudio replevit, divinam providentiam illis adeſſe ſignificans, & rationem bene ac beatè vivendi ſe per eos dies didiciſſe: poſtularéque Deum ut tabernaculum ei faciant, quò deſcenderet, quoties placeret, quod etiam migrantes ſecum circumferre poſſent, ut non ſit opus ampliùs in Sina aſcendere, ſed interviſitans crebrò, & tantùm non cohabitans, præſto ſit votis eorum ac deprecationibus: menſuram quoque & formam tabernaculi ſibi præmonſtratam, nihilque

A que ſupereſſe, niſi ut ad ejus fabricam quamprimùm ſe accingerent. His dictis profert duas tabulas continentes decem præcepta inſcripta, in ſingulis quina; erat autem Dei manus ea ſcriptura. *Huc uſque Joſephus, duas manſiones in monte, utraſque quadraginta dierum, confundens, & populi idololatriam, ac primarum tabularum confractionem, tamquam probra gentis ſuæ ſtudiosè prætermittens. Conjecturæ verò populi timentis ob diuturnam* Moyſis *abſentiam haberi poſſunt ut conjecturæ non improbabiles; ſed ea ſolùm congruunt primæ commorationi* Moyſis *in monte; reliqua verò ſpectant ad ipſius deſcenſum poſt ſecundam commorationem. At multa rurſum ſunt prætermiſſa, quæ locis ſuis enarravi.*

dona tamen ad conſtructionem tabernaculi collata,

351 *Largitionem populi ad tabernaculi aliarumque rerum conſtructionem ipſamque ſtructuram, ceteris rectiùs ſic explicat:* Illi verò præſentiâ ſermoneque Moyſis læti, pro ſe quiſque certatim ad ſtructuram tabernaculi conferebant, aurum, argentum, cuprum, materiam ligneam elegantem & contra cariem firmam, pilos caprarum, & ovium pelles, partim hyacinthinâ, partim puniceâ tinctura, quaſdam etiam candidas colore, & alias purpuræ flore infectas. Adhæc lanas eiſdem coloribus tinctas, & linum byſſinum, lapillos quoque pretioſos, qui ad ornatum aurc includi ſolent, atque inſuper vim magnam odoramentorum: nam hujuſmodi erat materia tabernaculi, quod nihil ab ambulatorio templo & portatili differebat. Ergo poſteaquam iſtæ ſpecies ambitiosè ſunt collatæ, viritim contribuentibus, nonnullis etiam plura quàm pro domeſticis facultatibus, architectos operi Propheta præficit ex mandato Dei, ſed tales, ut non alii deligendi fuerint, etiamſi populi ſuffragiis res commiſſa fuiſſet.

rectiùs enarrat,

352 Eorum nomina etiam nunc in ſacris codicibus extant: Beſelel ex tribu Judæ, Uronis filius & Mariammes, quæ erat ducis ſoror: & Eliabus Iſamachi tribûs Davidis. Plebs autem tanta alacritate operam & impenſam offerebat, ut edicto coërcendi fuerint, & præconis voce admonendi, non eſſe opus pluribus: ita enim fabricatoribus eſt viſum. Atque ita ſtructuram tabernaculi aggrediuntur, Moyſe & menſuram & magnitudinem deſignante, ſicut in monte ex Dei colloquio didicerat, tum quantum inſtrumentum * capere deberet ad uſum ſacrificiorum & ſacrorum miniſterium, ritè ac ordinatè præſcribente. Nec minor fuit largitio mulierum circa veſtes ſacerdotales, & cætera, quæ vel ad tabernaculi ornamentum, vel ad divinum cultum attinere videbantur. *Narrat deinde idem auctor erectionem tabernaculi, illudque deſcribit cum omnibus eò ſpectantibus, uti & veſtes pontificales ac ſacerdotales, ac demum leges populo latas. At horum omnium examen, ut nimis prolixum, prætermittendum cenſui.*

C

* *Græcè* quanta vaſa

uti & dedicationem tabernaculi, & conſecrationem ſacerdotum;

353 *De dedicatione verò tabernaculi, conſecratione ſacerdotum, & de morte duorum ex illis, quid referat, audiamus:* Initio verò ſequentis anni, *inquit cap.* 9, menſe Xanthico Macedonum, Hebræorum Niſan, novilunio tabernaculum dedicatum eſt, & quidquid vaſorum in eo fuerat. Statimque Deus indicavit gratum ſibi eſſe & non ſupervacaneum laborem Hebræorum, præſentem ſe fano ſuo hunc in modum declarans: cùm cœlum eſſet aliàs ſerenum, ſuper ſolum tabernaculum caligo deſcendit, non quidem tanta, quantæ ſolent eſſe hibernæ nebulæ, nec tamen tam tenuis, ut aſpectum humanum tranſmitteret: jucunduſque ros diſtillabat ab ea, præſentiæ Dei fidem populo aſtruens. Moyſes autem, diſtributis priùs in fabricatores tanti operis pro cujuſque merito præmiis, victimas mactabat in atrio tabernaculi juxta præſcriptum ... Deinde ſanguine victimarum ornatum Aaronis & filiorum ejus aſperſit, purificans eos fontanis aquis ac unguento, ut Dei fierent ſacerdotes: atque hoc modo per ſeptem dies ipſos & veſtes eorum curabat: tabernaculum item & ejus vaſa unguento, ſicut jam dixi, confecto, & ſanguine taurorum & arietum, alternis diebus juxta genus ſuum mactatorum. Octava autem die feſtum indixit, & ſacrificare unumquemque pro facultatibus imperavit. At illi dicto parentes certatim & ambitiosè victimas offerebant, quibus ſuper aram impoſitis, ſubitò ſponte ſua ex illis ignis fulguris in morem emicuit, & inſpectante populo omnia flamma abſumpſit.

AUCTORE J. S.

at in referenda morte duorum ex ipſis variè labitur E

354 Per idem tempus accidit Aaroni quædam calamitas, paterno animo gravis: quam tamen generosè pertulit: erat enim vir fortis, & intelligebat hoc non ſine Dei voluntate factum. Ex quatuor filiis, quos dixi, ſeniores duo, Nabadus & Abius, cùm in aram intuliſſent victimas, non juxta præſcriptum Moyſi, ſed quales antea ſolebant, combuſti ſunt flammâ in eos conversâ, & vultus ac pectora eorum depaſcente: nec ſuccurri potuit, quin ita occumberent. Moyſes autem juſſit patrem eorum ac fratres ſublata cadavera extra caſtra deferre, atque ibi honorificè ſepelire: totuſque populus inopinatam hanc eorum mortem luxit: ſolos fratres ac patrem Moyſes voluit à mœrore abſtinere, & potiorem Dei honorem quàm ſuam triſtitiam habere, jam enim ſacrum amictum Aaron geſtabat. *Ita de hiſce Joſephus, qui rurſum nonnulla eget correctione. Nam primò dum dicit Nadab & Abiu* victimas *intuliſſe*, quales antea ſolebant, *malè ſupponit, ipſos jam ante conſecrationem ſuam ſacrificare ſolitos, quod nequaquam eſt veriſimile. Malè quoque aſſerit culpam eorum fuiſſe in qualitate victimarum; cùm ſolùm peccaverint, quòd ignem non ſacrum adhiberent. Secundò veriſimile non eſt, combuſtos fuiſſe Nadab & Abiu, vultuſque eorum & pectora igne depaſta, cùm Levit.* 10 ℣ 5 *dicantur elata eorum cadavera*, ſicut jacebant, *veſtita* lineis tunicis. *Dicitur quidem ibidem* ℣ 2 Ignis .. devoravit eos, *ſed vox* devorare *ſæpe idem in Scripturis ſignificat, ac* occidere: *nam & gladius* devorare *dicitur, id eſt, occidere. Itaque probabilius eſt, ſolùm igne divinitus immiſſo occiſos fuiſſe, non combuſtis corporibus, quæ mox cum lineis veſtimentis elata ſunt. Tertiò clariùs ſacris Litteris repugnat Joſephus, dum aſſerit corpora occiſorum elata fuiſſe per Aaronem alioſque ſacerdotes: nam hiſce non modò luctum externum, ſed corporum quoque elationem ſeverè prohibuit* Moyſes.

F

demum de Moyſe & populo aliqua ſatis exacta.

355 *Porrò meliora ſunt, quæ de geſtis* Moyſis *idem ſcriptor ſic ſubjungit:* Ceterùm Moyſes, recuſatis omnibus honoribus à populo ſibi oblatis, totus cultui divino erat deditus: & in Sina quidem non ampliùs aſcendebat, ſed in tabernaculum ventitans oracula, quoties opus erat, à Deo referebat, cultu & habitu privati hominis uti perſeverans; neque quidquam præter reipublicæ curam præ aliis ſibi vindicans. Leges præterea ſcribebat & vivendi rationem, quam ſervantes & Deo placere poſſent, & ipſi inter

AUCTORE J. S.

inter se socialiter pacatéque vivere : atque hæc omnia Dei monitu faciebat. *Et post alia quædam de populo item rectè :* Tabernaculo dedicato, & omnibus, quæcumque ad sacerdotalem ordinem pertinebant, ritè peractis, populus, Deo in castrorum contubernium recepto, lætus ad hymnos & ad sacrificia se convertit, non aliter quàm omnibus malis jam averruncatis, & omnia prospera in posterum sperantes : donaque Deo tam privatim quàm publicè per singulas tribus offerebant. Principes enim tribuum bini de suo conferentes plaustrum cum duobus bubus contribuebant, ut sex plaustra tabernaculo per viam devehendo inservirent : & præter hoc unusquisque eorum obtulit phialam *&c.* .. Præterea vitulum *&c.* .. atque ita per duodecim continuos dies sacrificaverunt, qualibet die unus ; *nimirum per Aaronem & sacerdotes, qui sacrificabant : principes verò victimas sacrificandas donabant. Hæc ex Josepho attulisse de gestis ad montem Sinai sufficiat.*

Relatio Philonis de idololatria populi,

356 *Philo nihil de iis tradidit lib.* 1 *Vitæ* Moysis, *ubi aliàs singula historicè narrare solet. At lib.* 3, *ubi monet se dicturum* de sacerdotio Moysis, *multa memoravit de tabernaculo, de vasis sacris, de sacerdotibus eorumque vestibus, de Levitis, aliisque similibus, quæ excutienda non censui. Pauca quoque hinc inde pro exemplis refert de illis gestis* Moysis, *quæ antè memoravi. Hæc igitur audiamus. Pag.* 524 *de idololatria Hebræorum, quando vitulum aureum fecerunt & adoraverunt, sic loquitur :* Cùm Moses ascendisset montem proximum, ibique aliquot diebus colloqueretur cum Deo sine arbitris, quidam inconstantes, tamquam orbati Principe, absentiam ejus verterunt in impietatis occasionem : oblitique Dei veri, cœperunt æmulari figmenta Ægyptia, facto juvenco aureo ad imitationem animalis ejus regionis sacratissimi : cui profana sacra faciebant, & choreas agebant inconditas, hymnos concinendo lamentis similes, & expleti mero congeminarunt temulentiam, vino pariter furentes ac insanîâ, pernoctando in comessationibus, oblectandóque se factis pessimis, ignari ultionis imminentis, quam provocabant suâ malicîâ, & excæcati suis affectibus. Ubi verò clamores castrenses, ut in turba celebritateque, longè latéque audiebantur, adeo ut ad montis cacumen pervenirent, perculsus aures Moses hærebat, ut amator Dei simul & hominum, nec discedere sustinens à divino colloquio, quo privatim honoratus fuerat, nec despicere plebem miserè tumultuantem per principis absentiam. Sentiebat enim tumultum, vocibus confusis & inarticulatis indicantibus perturbationes animi, præsertim sagaci prudentique Homini, facilè intelligenti hanc esse debacchationem publicam, per vinolentiam non abstinentium ab injuriis.

B

C

quam Moyses in monte intelligens, & probos ad se vocans,

357 Itaque diu huc illucque incertus distrahebatur : sed oraculum dubitationem exemit his verbis : I, descende celeriter : populus ad impietatem prolapsus est, juvencum manu factum adorans pro numine, & victimas ei sacrificans, oblitus omnium, quæ hactenus vel vidit vel audivit, & totius pietatis atque religionis acceptæ à majoribus. Ille stupefactus, cùm non posset non credere oraculo, tanquam sequester & arbiter, non statim resiliit, sed priùs deprecabatur pro populo, suppliciter orans peccati veniam : deinde placato Rege omnipotente, revertebatur mixtâ gaudio mœstitiâ. Gaudebat enim Deum non repulisse suam supplicationem, contristatus autem fuerat, quòd iniquissimè ferret patrias leges derelictas à populo. Ubi verò castra introgressus, vidit repentè mutatos ritus, & figmenta recepta pro veritate, non omnes tamen infectos ejus mali contagio, sed supersesse quosdam sanos, quibus talia displiceant, volens discernere incorruptos ab insanabilibus, & videre, num qui revertantur ad pœnitentiam, per præconem populum monuit edicto, cujus indicio tum pios tum impios manifestè cognosceret. Verba edicti fuerunt hæc : Si quis est Domini, veniat ad me : brevia sanè, sed magnam vim continentia. Perinde acsi diceret : Si quis nihil manu factum, nihil creatum habet pro Deo, sed unum rerum Dominum, ad me veniat.

D

severè punit :

358 Itaque alii, qui Ægyptiacum typhum prætulerant, edictum contempserunt : alii fortasse metu pœnæ non ausi sunt propiùs accedere, sive Mosem timentes, sive seditionem populi. Solet enim vulgus sævire in dissentientes à sua dementia. Sola ex omnibus Levitica tribus, audito præcone, tanquam ex composito accurrit properè, pedum celeritate indicans alacritatem animi, & quanto affectu pietatem coleret. Quos ubi vidit Moses certatim ad se concurrere : Statim apparebit, inquit, num eadem animis insit alacritas, quæ corporibus. Sumite gladios, cædite mille supplicia meritos, qui, vero Deo relicto, falsos sibi fecerunt, indito corruptibilibus creatisque essentiis incorruptibilis illius increatique nomine : non cognatis, non amicis parcite, amicitiam ac cognationem æstimando sanctitate proborum hominum. Vix ea dixerat, cùm illi exasperati, & infensi sceleri jam inde à principio, ruentes in cædem, interemerunt ad tria millia virorum conjunctissimorum antea. Quorum cadavera medio foro jacentia plebs videns indoluit, simulque metuens ultricem iram adhuc fervidam, statim resipuit.

E

quidam in hisce errores observati :

359 *Hæc ubi narraverat Philo, de præmio Levitarum subjungit :* Tum Moses, publicè laudata horum fortitudine, honorem eis decrevit perpetuum, convenientem facinori præclarissimo. *Per* honorem *illum intelligit sacrum ministerium. Et sanè Levitas in præmium illius facti sacro ministerio admotos esse non negaverim : attamen id statim factum non est, ut insinuat Philo, sed post menses octo aut novem. Plura etiam in præcedenti relatione sunt corrigenda. Primò malè dicitur* Moyses *audivisse clamores Israelitarum, antequam moneretur ab angelo de illorum idololatria : nam clamores illos postea audivit, quando cum Josue de monte descendit. Secundò oravit quidem pro populo* Moyses, *priusquam descenderet, & interitum Hebræorum avertit ; sed non ita penitus placavit Deum, quàm Philo innuit. Tertiò gravior, aut certè apertior, est lapsus, dum* tria millia *solùm numerat occisorum à Levitis, cùm occisi fuerint ad* viginti tria millia. *Hic error ab eodem repetitur pag.* 536, *ubi factum iteratò commemorat. Quartò multa hujus historiæ adjuncta prætermittit auctor : at id minùs hîc est improbandum, cùm afferatur dumtaxat pro exemplo, quàm quòd totam historiam loco suo suppresserit.*

F

ejusdem relatio de commoratione Moysis in monte, ciborum abstinentia & splendore vultûs.

360 *De mansione* Moysis *in monte per quadraginta dies sine cibo & potu sic habet pag.* 514 : Primùm sicut anima, sic & corpus purificandum erat ab omni contagio rerum mortalium, cibo, potu, & consuetudine cum mulieribus. Verùm hoc affectu jam dudum non tangebatur, penè jam

A jam inde poſtquam cœpit afflari divino ſpiritu, ut ſemper eſſet paratus accipiendis oraculis. Nam per quadraginta dies continuos à cibo & potu abſtinuit, nimirum alimentis recreatus melioribus, cælitus aſpirantibus, & primò menti, mox corpori etiam utilitatem per animam afferentibus, ut & viribus & habitudine proficeret, adeo ut intuentes eum vix oculis ſuis crederent. Cùm enim aſcendiſſet ſacrum montem in eo tractu celſiſſimum, Deo jubente, quod alioqui nemini licuit impunè facere, fertur ibi durâſſe tot diebus, quot dixi, quamvis nihil ſecum tulerat, quo naturali deſiderio ſatis faceret: attamen exacto ibi tanto tempore reverſus ad ſuos præſtolantes ad montis radicem, viſus eſt pulchrior, quàm cùm aſcenderet, adeo ut ſtupentes miraculo ne obtueri quidem poſſent ejus faciem ſplendore ſolari fulgidam. Dum autem in monte moraretur, diſcebat cuncta myſteria ſacerdotii, & ante omnia de templi vaſorumque ſacrorum apparatu. *Hactenus Philo, ex quo plura non adduco de geſtis ad montem, quia ipſe pleraque genti ſuæ dedecoroſa omittere voluit.*

B

§ XXXIII. Diſceſſus Hebræorum à monte Sinai: Hobab à Moyſe invitatus comitatur: murmuratio populi: manſio 13 apud Sepulcra concupiſcentiæ: ſeptuaginta ſeniores inſtituti: carnes populo datæ, & pœna ſecuta.

Diſceſſus à monte Sinai ad ſolitudinem Pharan,

Poſtquam Moyſes *apud montem Sinai rempublicam Hebræorum ordinaverat, legibuſque à Deo datis inſtituerat, diſceſſit cum toto exercitu ex deſerto Sinai ad ſolitudinem Pharan, proceſſitque uſque ad locum, qui ab eventu deinde dictus eſt*, Sepulcra concupiſcentiæ: *nam Num.* 33 ℣ 16 *de hoc itinere ſic legitur:* Sed & de ſolitudine Sinai egreſſi, venerunt ad Sepulcra concupiſcentiæ. *Tempus ſuſcepti hujus itineris exprimitur Num.* 10 ℣ 11 *his verbis:* Anno ſecundo, menſe ſecundo, vigeſima die menſis, elevata eſt nubes de tabernaculo fœderis: profectique ſunt filii Iſraël per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. *Hæc epocha oſtendit, Iſraëlitas in prædictis caſtris ad montem Sinai non integro anno manſiſſe, cùm ad ea venerint die tertio menſis tertii præcedentis anni. Quapropter non ſatis capio, quid voluerit S. Hieronymus, quando in Manſione* 13 *ſcripſit*, Poſtquam juxta montem Sinai commoratus eſt anno uno & diebus quatuor, mira diſpoſitione caſtrorum egreſſus eſt in ſolitudinem Pharan, *niſi fortaſſe voluerit includere totum tempus, quo fuerunt in Raphidim, ſeu in manſione undecima, quod illa non longè abeſſet à monte Sinai.*

C

invitante Moyſe ad comitandum Hobab cognatum ſuum,

362 *Porrò elevatio nubis ſignum erat profectionis. Itaque elevata jam nube, poſtquam* Moyſes *mandata dederat ad iter clangore tubarum indicandum, & quando ſacerdotes tabernaculum deponebant, ſacraque vaſa debitè involvebant, ut ſua Levitis aſſignarent onera,* Moyſes *Hobab affinem ſuum invitavit ad comitandum; niſi forſan præmonitus eſſet ab angelo de itinere inſtante, atque ita id paulo antè fecerit. Certè huc ſpectat locus Num.* 10 ℣ 29, *ubi res ita narratur:* Dixitque Moyſes Hobab, filio Raguel Madianitæ, cognato: Proficiſcimur ad locum, quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, ut benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraëli. Cui ille reſpondit: Non vadam tecum, ſed revertar in terram meam, in qua natus ſum. Et ille: Noli, inquit, nos relinquere: tu enim nôſti, in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cúmque nobiſcum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus eſt Dominus, dabimus tibi. *Varia hîc quæri poſſunt. Primò quid opus erat ductore, cùm angelus per nubem exercitum duceret, & nubes ſemper quieſceret in locis, ubi caſtra erant figenda? Verùm, non obſtante angeli ductu, poterat opera talis ductoris utilis eſſe* Moyſi *& Hebræis, quia nubes unc tantùm loco quieſcebat, videlicet ubi figendum erat tabernaculum; caſtra verò ob immenſam populi multitudinem, ad ingens intervallum circumquaque erant extendenda: atque ad hunc finem utilis eſſe poterat ductor locorum peritus, qui inſuper oſtendere poterat fontes, aliaſque locorum commoditates, docereque quales eſſent populi, quorum ditiones aut confinia erant pertranſituri, & alia plura id genus.*

AUCTORE J. S.

E

qui veriſimiliter comitatus eſt, & alius eſt à Raguele Moyſis jocero.

363 *Secundò quæri poteſt, an Hobab revera* Moyſi *acquieverit: ita enim nec clarè affirmatur, nec negatur. At probabilius eſt, comitatum eſſe, tum quia non dicitur aliquid repoſuiſſe ad iteratam* Moyſis *invitationem, ſed mox ſubditur*, Profecti ſunt ergo *&c. Tum quia poſteri Hobab videntur habitaſſe in terra promiſſa cum Iſraëlitis, uti colligitur ex Jud.* 4 ℣ 11, *ubi filii ſeu poſteri* Hobab cognati Moyſi *memorantur, & vocantur* Cinæi. *Item Jud.* 1 ℣ 16 *dicitur:* Filii autem Cinæi cognati Moyſi, aſcenderunt de civitate Palmarum, cum filiis Juda, in deſertum ſortis ejus, quod eſt ad meridiem Arad, & habitaverunt cum eo. *Dubitari quidem hîc poteſt, an Hobab ipſe, an pater ejus Raguel, vocetur* Cinæus: *at certum videtur, filios fuiſſe Hobab, ſeu ipſius poſteros, qui in tribu Juda ſedes fixerunt. Plura de his non adduco. Porrò tertia quæſtio, eaque magis controverſa eſt, utrùm Hobab ſit ſocer* Moyſis, *idemque cum Raguele & Jethrone, an verò diverſus. Alii tria illa nomina ejuſdem hominis eſſe volunt, qui &* Cinæus *dictus fuiſſet, quia omnes vocantur Hebraicè* chothen, *qua voce* ſocerum *ſignificari contendunt. Verùm hæc opinio mihi non apparet probabilis: nam Hobab filius Raguel clarè dicitur; nec ullum habemus fundamentum, cur filium dicamus ſenioris cujuſdam Raguelis. Secundò Hobab manſit cum* Moyſe, *ut vidimus. At Jethro jam ex Raphidim domum eſt reverſus, ut dictum eſt num.* 271: *veriſimile quoque non eſt, Raguelem, qui ſenex admodùm eſſe debebat, deinde rediiſſe, relictâque familiâ ſuâ,* Moyſi *adhæſiſſe. Itaque, ſive Raguel & Jethro idem ſit, ut probabilius mihi videtur, ſive Jethro ſit filius Raguelis, ut aliqui volunt; nequeo dubitare, quin Hobab ſit filius Raguelis ſoceri* Moyſis, *& vel filius Jethronis, vel frater natu minor. Quod enim de voce* chothen *objicitur, exigui eſt momenti, & jam antè dixi vocem ſumi de quolibet affine, ſive is ſocer ſit, ſive ſoceri filius, aut etiam nepos.*

F

AUCTORE J. S.

pos. *Ab hoc diverticulo ad discedentes Israëlitas redeamus.*

Ordo itineris per tres dies continuati :

364 *Ordo proficiscentium hic erat. Totum exercitum præcedebat arca fœderis à Caathitis gestata. Sequebatur tota tribus Juda cum tribu Issachar & tribu Zabulon. Post has tabernaculum, quod vehebatur partim, partim portabatur à Gersonitis & Meraritis. Deinde tribus Ruben cum adjunctis tribubus Simeon & Gad. Has tribus sequebantur Caathitæ, portantes omnia vasa tabernaculi, exceptâ arcâ. Deinde tribus Ephraim cum tribubus Manasse & Beniamin. Demum agmen claudebant tribus Dan, Aser, & Nephthali, uti pluribus narratur Num.* 10, *ubi* ℣ 33 *hæc adduntur :* Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres providens Domini castrorum locum. Nubes quoque Domini super eos erat per diem, cùm incederent. Cúmque elevaretur arca, dicebat Moyses : Surge, Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te, à facie tua. Cùm autem deponeretur, aiebat : Revertere, Domine, ad multitudinem exercitûs Israël. *Ordine prædicto tribus diebus processerunt Israëlitæ, interposito tamen necessario tempore ad corpora curanda, & quietem capiendam, sed loca illa, ubi sic quiescebant, inter mansiones non fuerunt numerata, quòd non figerentur tentoria.*

B

murmuratio in itinere orta, multique cælesti igne absumpti :

365 *Verùm continuata illa itinera trium dierum novæ murmurationi occasionem præbuerunt ignavis quibusdam, qui in ipso itinere acerbè cœperunt conqueri, & malum pluribus communicârunt. Quippe Num.* 11 Moyses *hæc scribit :* Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audîsset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Domini devoravit extremam castrorum partem. *Verisimile est, murmurationis auctores, qui aut lassi erant, aut magis se lassos simulabant, resedisse in via, acsi non potuissent sequi, atque ideo extremam fuisse castrorum partem, quæ cælesti hoc igne percussa est. Psal.* 77 ℣ 21 *de pœna hac dicitur :* Et ignis accensus est in Jacob, & ira ascendit in Israël : quia non crediderunt in Deo, nec speraverunt in salutari ejus. *Inchoata autem hac punitione, mox territi ad* Moysen *recurrerunt, qui iram Omnipotentis sedavit, ut legitur Num.* 11 ℣ 2 : Cúmque clamâsset populus ad Moysen, oravit Moyses ad Dominum, & absorptus est ignis. Vocavitque nomen loci illius INCENSIO ; eo quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini. *Crediderim hunc locum non longè abfuisse à mansione decima tertia, & continuatam ibidem fuisse murmurationem de defectu carnium, aliorumque ciborum, quos in Ægypto habuerant.*

C

murmuratio ob defectum carnium, cujus occasione Moyses petit adjutores in regimine,

366 *Certè illa murmuratio de defectu ciborum sic refertur, ut videatur jam cœpta cum alia, & deinde continuata in castris, fletibus tamen magis quàm insolentibus clamoribus. Audi* ℣ 4 : Vulgus quippe promiscuum, quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio, sedens & flens, junctis sibi pariter filiis Israël, & ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes ? Recordamur piscium, quos comedebamus in Ægypto gratìs : in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porrique & cepe & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri, nisi man **... Audivit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valde : sed & Moysi intoleranda res visa est. *Facta hæc sunt, postquam tentoria sua jam fixerant Israëlitæ, ut patet ex allatis verbis ; mirandumque sanè, quod pœna murmurantibus illata in itinere non cohibuerit mali progressum.* Moyses *ipse tantam inconstantis populi levitatem, indocilitatem, temeritatemque adeo sensit sibi gravem esse, ut mortem tanto oneri præferendam duceret. Audiamus sequentia ejus verba :* Et ait *(Moyses)* ad Dominum : Cur afflixisti Servum tuum ? quare non invenio gratiam coram te ? & cur imposuisti pondus universi populi hujus super me ? Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi : Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua jurâsti patribus eorum ? Unde mihi carnes, ut dem tantæ multitudini ? Flent contra me, dicentes : Da nobis carnes, ut comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me, & inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. *Hactenus* Moyses, *haud dubiè voluntati divinæ se reverenter subjiciens ; non enim oportet nos verba ipsius reprehendere, cùm ea non reprehenderit Dominus, sed precibus ejus annuerit.*

D

E

& Dominus septuaginta seniores donat spiritu prophetico : hi verisimiliter

367 *Accipe textum sacrum :* Et dixit Dominus ad Moysen : Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israël, quos tu nôsti quòd senes populi sint ac magistri : & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum, ut descendam & loquar tibi : & auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, & non tu solus graveris. *Hæc præcipua fuerat postulatio* Moysis : *nam carnes, de quibus infrà videbimus, directè populo non petierat. Paruit* Moyses *mandanti Domino, ut refertur* ℣ 24 *his verbis :* Venit igitur Moyses, & narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israël, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditque Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cúmque requievisset in eis Spiritus, prophetaverunt, nec ultrà cessaverunt. *Aliqua hîc obscuriora sunt, & nonnulla egent dilucidatione. Primò* senes *illi non vocantur ætate, sed gravitate morum, & sapientiâ, ut facilè colligitur ex illis verbis,* Quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri. *Hæc eadem verba insinuant, jam aliquod munus antea senibus illis fuisse, cùm dicantur* magistri ; *ideoque mihi probabile videtur, fuisse hosce septuaginta ex numero illorum, quos consilio Jethronis constituerat* Moyses *Exod.* 18.

F

fuerunt ex statutis antè Jethronis consilio, sed majori gratia & auctoritate nunc donati,

368 *Verùm, inquiet aliquis, quomodo ergo* Moyses *conqueritur suprà, se solum sustinere onus populi ? Respondeo, id eum conquestum esse, quia judices illi inferiores solùm dirimebant lites quasdam minoris momenti ; nec tanta gaudebant auctoritate apud populum, ut hic in rebus majoris ponderis eos audire dignaretur, aut eorum consiliis acquiescere, quòd carerent Spiritu prophetico : nam populus ille indocilis contineri non poterat in officio, nisi prodigiis, gravibusque suppliciis divinitus illatis, ut exemplis multis abundè liquet. Itaque cùm nullus inter Israëlitas, nisi solus* Moyses, *videatur usque ad illud tempus dono prophetiæ præditus fuisse, nullusque satis intellexisse, quanta bona Deus promitteret obsequentibus Israëlitis, quanta verò mala minaretur inobedientibus ; nullus satis audebat aut poterat*

* manna

A *terat discedentes ab officio minis terrere, terrendoque cohibere; sed totum illud onus soli incumbebat* Moysi, *ad quem semper recurrebatur, sive iracundia Dei humilibus precibus placanda esset, sive populus aliqua de causa conquereretur. Præterea solus* Moyses *populum leges divinas docebat, Deique mandata eidem solus exponebat. Certè nullus alius huc usque legitur aut populum docuisse, aut Dei mandata exposuisse, aut murmurantes discedentesque ab officio terruisse aut cohibuisse. Nam ne Aaron quidem, quando Legislator in monte aberat, etiamsi cum Hur statutus esset à* Moyse, *ut populum interim regeret, gravissimum idololatriæ crimen impedire valuit. Hoc igitur sensu* Moysen *dixisse existimo se portare pondus universi populi.*

nihil tamen ideo amittente Moyse,

369 *Obscurum quoque est, quomodo Deus abstulerit* de Spiritu Moysis, *aut* qui erat in Moyse, *ut daret senioribus. Nam jam observavit S. Augustinus quæst.* 18 *in Numeros, Latinos interpretes fecisse hunc* sensum laboriosum ad intelligendum. *Quippe verba ita sonant, acsi aliquid ablatum esset* Moysi *aliisque datum. At is sensus meritò repudiatur, cùm* Moyses *nihil ex gratia aut dono prophetandi amiserit. Observat autem laudatus Augustinus Græcè apud Septuaginta non legi,* Auferam de Spiritu tuo, *sed,* de Spiritu, qui est super te; *& quæstionem sic solvit:* Nunc autem cùm ita scriptum sit, .. facilior est absolutio quæstionis: quia intelligimus, nihil aliud Deum significare voluisse, nisi ex eodem Spiritu gratiæ illos quoque habituros adjutorium, ex quo habebat Moyses; ut & isti haberent, quantum Deus vellet, non ut ideo Moyses minus haberet. *Non video, cur verba Latina hoc eodem sensu exponi nequeant: nam* de Spiritu tuo *intelligi sic potest, de Spiritu eodem, qui tuus, seu tibi datus est. Nec videtur dubitandum, quin Deus promittat, se septuaginta senioribus communicaturum uberiùs dona sua sinè ullo* Moysis *detrimento; atque ita revera factum sit: nam aliàs* Moyses *plus perdidisset subtractione propriorum donorum, quàm accessione alieni auxilii fuisset lucratus.*

qui cupiebat dona sua multis communicari.

370 *Quàm porrò alienus esset ab invidia* Moyses, *quámque nollet solus esse in oculis tanti populi, non solùm ostendit prædicta auxilii petitio, sed idem magis declaratur per illud, quod ea occasione factum est, de duobus è Senioribus ad tabernaculum evocatis, qui præ humilitate, ut plerique existimant, eò non accesserant, nec tamen dono prophetiæ fuêre privati. Res ita narratur* ℣ 26: Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requievit Spiritus: nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cúmque prophetarent in castris, cucurrit puer, & nuntiavit Moysi, dicens: Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Josue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait: Domine mi Moyses, prohibe eos. At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? Quis tribuat, ut omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum suum. Reversúsque est Moyses, & majores natu Israël in castra; *id est, quilibet ad sua tentoria: nam aliàs tabernaculum, ad quod convenerant, in medio erat castrorum. Nunc ad carnes populo dandas accedamus: nam illæ simul* Moysi *fuêre promissæ, quando jussit Dominus septuaginta seniores congregari; sed facta singula volui consequenter narrare.*

371 *De carnibus dandis Dominus, seu ejus*

vices gerens angelus, Moysi *sic loquitur* ℣ 18: Populo quoque dices: Sanctificamini: cras comedetis carnes. Ego enim audivi vos dicere: Quis dabit nobis escas carnium? Bene nobis erat in Ægypto; ut det vobis Dominus carnes, & comedatis, non uno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, sed usque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, & fleveritis coram eo, dicentes: Quare egressi sumus ex Ægypto? *Hæc promissio Domini erat punientis potiùs quàm miserentis, ut patet ex ipsis verbis, & ab eventu. Repulerant Israëlitæ Dominum, quia contenti non erant mannâ. At uti non omnium erat hic contemptus cibi à Domino dati, sic non omnium fuit pœna; sed morigeri carnes, hac occasione in pœnam murmurantium datas, utiliter manducaverunt. Porrò* Moyses *non statim videtur mentem aut consilium Dei percepisse, fortasse quia adhuc nonnihil turbatus erat absurda populi murmuratione. Hinc nec incredulí nec dubitantis de potentia Domini, sed mirantis potiùs sunt, quæ sequuntur:* Et ait Moyses: Sexcenta millia peditum hujus populi sunt (*præter feminas, pueros, Levitas, Ægyptios & servos*) & tu dicis: Dabo eis esum carnium mense integro? Numquid ovium & boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient? Cui respondit Dominus: Numquid manus Domini invalida est? Jam nunc videbis, utrùm meus sermo opere compleatur. AUCTORE J. S. *Carnes in mensem integrum promissæ,*

dataque immensa multitudo coturnicum;

372 *Vidit sanè die sequenti non solùm* Moyses, *sed omnis populus promissionem angeli impletam: nam* ℣ 31 *res ita refertur:* Ventus autem egrediens à Domino, arreptans trans mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere, quantum uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aëre duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregavit coturnicum, qui parùm, decem coros (*alii itaque plures:*) & siccaverunt eas per gyrum castrorum. *Comederunt igitur, saltem aliqui, toto mense coturnices, ut ex prædictis intelligitur; at non sine punitione rebellium, ut sequitur:* Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hujusmodi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagâ magnâ nimis. Vocatusque est ille locus, SEPULCRA CONCUPISCENTIÆ: ibi enim sepelierunt populum, qui desideraverat. *De hisce quoque Psal.* 77 ℣ 26 *dicuntur sequentia:* Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum. Et pluit super eos sicut pulverem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum. Et manducaverunt & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo. Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos. Et occidit pingues eorum, & electos Israël impedivit.

sed in pœnam murmurationis multi sunt occisi.

373 *Non exprimit sacra Scriptura, quo mortis genere perierint. Verùm mihi credibile est, malum ab ipsis cibis ortum esse, morboque ex nimia gula contracto plurimos periisse, ut punirentur usu carnium, quas temeraria cupiditate postulaverant. Suspicionem hanc mihi ingerunt verba Domini, carnes promittentis,* donec *cibus ille* exeat per nares, ... & vertatur in nau-

AUCTORE J. S

seam. *Accedit denominatio loci* Sepulcra concupiſcentiæ, *quæ videtur innuere, concupiſcentiam gulamque ipſis mortem attuliſſe, præſertim quia nullum aliud mortis genus exprimitur. Fateor tamen rem eſſe incertam. At diſplicet illorum ſententia, qui incendio antè relato occiſos putant, cùm incendium iſtud ortum ſit in via & in extrema caſtrorum ſeu agminis parte, quia aliqui murmurabant de nimio labore, locoque nomen dederit* incenſio; *hîc verò locus dictus ſit* Sepulcra concupiſcentiæ.

§ XXXIV. Joſephi relatio de prædictis expenditur : Philo arguitur.

Joſephus murmurationem populi apud Sepulcra concupiſcentiæ

B

Joſephus de prædictis breviter agit, multa prætermittens, alia verò variis erroribus deturpans. Verba ipſius cap. 12 *hæc ſunt :* Non multo pòſt à Sina monte caſtra moventur : & poſt aliquot manſiones, de quibus dicemus, ventum eſt ad locum, qui dicitur Iſeremoth : ubi denuo populus ſeditionibus agitari cœpit, & laborioſæ peregrinationis culpam in Moyſem conferre. Illius ſuaſu ſe reliquiſſe regionem fertiliſſimam, & nunc non ſolùm ejus ubertate carêre, verumetiam pro ſperata felicitate in extremis miſeriis huc & illuc oberrare, aquarum inopiâ laborantes : & ſi manna quoque aliquo caſu deficiat, proculdubio fame interituros. His addebant multa convitia, quæ in Virum optimè meritum paſſim jactabantur. Exortus eſt interim unus è populo, qui admonitos præteritorum Moyſi beneficiorum, bonam ſpem habere hortabatur, ne tum quidem opem divinam fruſtra requiſituros. Vulgus autem his verbis vehementiùs concitatum, magis ac magis contra Prophetam tumultuabatur. Qui videns ita deſperatos, jubet æquo animo eſſe, pollicendo ſe, quamvis gravibus contumeliis immeritò petitum, copias tamen carnium eis exhibiturum, non in unum tantùm diem, ſed in plures etiam. Illis verò credere nolentibus, quodam etiam rogante, unde tot hominum millibus providere poſſit? Deus, inquit, & ego, quantumvis malè apud vos audientes, numquam tamen deſinemus veſtri curam gerere : idque brevi eſtis viſuri. Vix hæc dixerat, cum tota caſtra coturnicibus complentur, quas acervatim venabantur. Deus tamen non multo pòſt in Hebræorum inſolentiam ac maledicta animadvertit, non paucis è populo deſideratis. Nam & hodie locus ille nomen ex eo caſu inditum retinet, vocaturque Cabrothaba, quaſi dicas concupiſcentiæ monumenta.

C

multis inquinat erroribus :

375 *In hiſce primò corrige, quod dicitur de aquarum inopia : nam eo defectu ibidem non laboraverunt Iſraëlitæ, nec de eo conqueſti ſunt. Non rectè quoquè expoſuit murmurationis cauſam, ſilens deſiderium carnium tædiumque mannæ eidem occaſionem præbuiſſe. Secundò pro fletu populi* convitia *in* Moyſen *malè ſubſtituit : nam de convitiis hic ſilet Scriptura. Tertiò unum aliquem è populo pro* Moyſe *loquentem perperam inducit, ſilente rurſum Scriptura. Quartò* Moyſen *quoque loquentem facit, non ſicut habet Scriptura ; ſed uti ipſe finxit Joſephus, qui malè addit, populum verbis ipſius non credidiſſe. Quintò coturnices ſtatim advolâſſe poſt profectionem* Moyſis *perperam aſſerit ſcriptor veri incurioſus, cùm interceſſerit electio ſeptuaginta ſeniorum, quam cum multis aliis prætermittit. Sextò denique ne loca quidem rectè expreſſit : res enim non contigit* poſt aliquot manſiones *à monte Sinai, nec in* Iſeremoth, *per quam* Haſeroth, *ſeu manſionem decimam quartam intelligit, ſed in manſione tertia decima, ſeu prima poſt manſionem deſerti Sinai. Hi ſimileſque Joſephi errores oſtendunt, ſcriptorem habuiſſe curam non magnam vera ſcribendi ; ſed contentum fuiſſe, modò poſſet hiſtoriam conſcribere utcumque gentilibus veriſimilem, & Judæis honorificam : idque magis etiam patet ex truncationibus innumeris, corruptionibuſque geſtorum de induſtria factis.*

D

nec Philo ſincerè ſcripſit.

376 *Philo quoque non ſatis ſincerè Vitam* Moyſis *conſcripſit, ſed nimiùm ſtuduit honori gentis ſuæ. Etenim aliam cauſam non invenio, cur multa prætermiſerit, quæ vel maximè ad Vitam* Moyſis *ſpectabant, ſed genti Hebraïcæ probroſa erant ; curque alia non pauca loco ſuo avulſerit, malueritque referre lib.* 3 *Vitæ* Moyſis *ſine ordine temporis, tantaque brevitate, ut levitas & inconſtantia Hebræorum in iis vix appareat. Præcipuè autem culpandus eſt, quòd ea de cauſa veritatem etiam neglexerit. Accipe evidentem rei probationem. Lib.* 1 *Vitæ pag.* 493, *poſtquam narraverat victoriam de Amalecitis relatam, quæ incidit in menſem ſecundum anni primi ab egreſſu ex Ægypto, ſtatim ſic proſequitur :* Poſt prælium decernit exploratores ad inſpiciendas ſedes genti ſuæ deſtinatas mittere, anno ſecundo, poſtquam iter ingreſſi fuerant *&c. Non ignoravit nec ignorare potuit Philo, miſſionem exploratorum anno integro & menſe uno alterove poſteriorem eſſe. Cur igitur eam ponit mox poſt victoriam de Amalecitis relatam? Non aliam reperio rationem, quàm ne lectores adverterent, magnam relinqui lacunam in Vita* Moyſis. *Nam omittuntur geſta omnia apud montem Sinai, aut potiùs loco ſuo avelluntur, ut lib.* 3 *de iis aliqua narrarentur, quæ magis elucere poterant ; quæque probroſa erant Hebræis, breviter perſtringerentur : omittuntur omnia, quæ apud Sepulcra concupiſcentiæ, & in Haſeroth contigerunt ; nam hæc nimio erant dedecori Hebræis, præſertim quia tantillo tempore poſt Legem acceptam apud montem Sinai, tam indociles leveſque fuerunt inventi. Hæc notare volui, ut fidem utriuſque ſcriptoris Hebrai meliùs perſpectam habeat ſtudioſus lector.*

E

F

§ XXXV. Murmuratio Mariæ & Aaronis contra Moyſen : pœna Mariæ : manſiones aliquot : miſſio exploratorum, murmuratio Iſraëlitarum & rebellium pœna.

Manſio in Haſeroth, ubi Maria & Aaron obloquuntur Moyſi,

POſt *mortuos in Sepulcris concupiſcentiæ ſepultos, Iſraëlitæ venerunt ad manſionem decimam quartam in Haſeroth, ut dicitur Num.* 33 ℣ 17 *his verbis :* Profectique de Sepulcris concupiſcentiæ, caſtrametati ſunt in Haſeroth. *Et Num.* XI ℣ 34 : Egreſſi autem de Sepulcris concupiſcentiæ, venerunt in Haſeroth, & manſerunt

A ſerunt ibi. *Locus hic virtutem ſancti Legiſlatoris rurſum exercuit, dolorque ipſius tanto debuit eſſe acerbior, quanto propinquiores erant perſonæ, quæ contra Virum mitiſſimum ſe erexerunt. Factum* Moyſes *ipſe narrat Num.* 12 *hoc modo :* Locutaque eſt Maria & Aaron contra Moyſen propter uxorem ejus Æthiopiſſam, & dixerunt: Num per ſolum Moyſen locutus eſt Dominus ? nonne & nobis ſimiliter eſt locutus ? *Pauca hîc obſervanda. Uxor* Moyſis *Æthiopiſſa erat Sephora Madianitis, quæ* Æthiopiſſa *vocatur, quia regio Madianitarum olim à Chuſitis ſeu Æthiopibus fuit inhabitata, ut antè diximus num.* 69. *Hoc ſatis videtur certum, licèt aliqui olim diſſenſerint. Verùm non æquè clara aut certa eſt occaſio ſeu cauſa hujus jurgii, cùm de ea magis inter ſe diſſentiant interpretes. Mihi præplacet conjectura illorum, qui exiſtimant, Sephoram nimis ſibi placuiſſe ob familiaritatem* Moyſis *cum Deo, ſecutamque ex ea auctoritatem apud homines, eoſque* Moyſis *favores ita extuliſſe apud Mariam & Aaronem, ut ſibi quoque pluſculum arrogaret, & forſan ſe Mariæ præferret,*

B *quòd tanti Prophetæ & Legiſlatoris eſſet uxor. Verba Aaronis & Mariæ favent huic conjecturæ : & veriſimile eſt, jurgium iſtud ortum eſſe, abſente* Moyſe.

objurgato autem utroque per angelum, Maria leprâ eſt infecta,

378 *De hac fratris & ſororis ſuæ imprudentia non videtur conqueſtus eſſe mitiſſimus Propheta, qui fortaſſe ne quidem verba murmurantium audiverat, aut certè facilè condonâſſet. At Dominus auctoritatem Amici ſui tanto promptiùs vindicavit. Audi ſequentia :* Quod cùm audîſſet Dominus (erat enim Moyſes vir mitiſſimus ſuper omnes homines, qui morabantur in terra, *ideoque injuriam ſibi factam facilè neglexiſſet*) ſtatim locutus eſt ad eum, & ad Aaron & Mariam : Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cúmque fuiſſent egreſſi, deſcendit Dominus in columna nubis, & ſtetit in introitu tabernaculi, vocans Aaron & Mariam. Qui cùm îſſent, dixit ad eos : Audite ſermones meos : ſi quis fuerit inter vos prophèta Domini, in viſione apparebo ei, vel per ſomnium loquar ad illum. At non talis ſervus meus Moyſes : qui in omni domo mea fideliſſimus eſt : ore enim ad os loquor ei : & palàm, & non per ænigmata & fi-

C guras Dominum videt. Quare ergo non timuiſtis detrahere ſervo meo Moyſi ? Iratuſque contra eos, abiit : nubes quoque receſſit : quæ erat ſuper tabernaculum : & ecce Maria apparuit candens leprâ quaſi nix. *Voces* ſtetit & abiit *ferè inſinuant, angelum hîc apparuiſſe formâ humanâ, idque aliqui crediderunt. At mihi longè probabilius apparet, Aaronem & Mariam nihil vidiſſe, niſi nubem, ex qua vocem audiebant. Hæc vox cum nube primò* deſcendit, *deinde* ſtetit ; *ac demum* abiit. *Veriſimile enim mihi non apparet, angelum humanâ formâ ex propinquo loco viſum eſſe ab Aarone & Maria, cùm* Moyſes *antea faciem ejus videre deſideraverit, ac ſolùm poſteriora viderit. Porrò ex pœna Mariæ colligitur, ipſam magis fuiſſe culpabilem Aarone, qui non omni tamen culpa vacavit, cùm fuerit reprehenſus, & in ſorore utcumque caſtigatus.*

eâque non niſi poſt ſeptem dies Moyſis precibus liberata.

379 *Ad relationem hiſtoriæ regrediamur :* Cúmque reſpexiſſet eam Aaron, & vidiſſet perfuſam leprâ, ait ad Moyſen : Obſecro, Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod ſtultè commiſimus, ne fiat hæc quaſi mortua, & ut abortivum, quod projicitur de vulva matris ſuæ : ecce jam medium carnis ejus devoratum eſt à lepra. Clamavitque Moyſes ad Dominum, dicens : Deus, obſecro, ſana eam. Cui reſpondit Dominus : Si pater ejus ſpuiſſet in faciem illius, nonne debuerat ſaltem ſeptem diebus rubore ſuffundi ? Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea revocabitur. Excluſa eſt itaque Maria extra caſtra (*ſecundum Legem de ſegregatione leproſorum latam Num.* 5 ℣ 2) & populus non eſt motus de loco illo, donec revocata eſt Maria. *Ita Dominus partim preces* Moyſis *exaudivit ſanitatem brevì reddendo, partim auctoritati ipſius conſuluit inflictam pœnam ad ſeptem dies ſic protrahendo, ut populo deberet innoteſcere. Nam parùm probabilis eſt aliquorum ſententia, qui voluerunt Mariam ſtatim fuiſſe ſanatam ; ſed amandatam ſolùm fuiſſe extra caſtra ad imperium Domini ; quia ſegregatio ſequebatur lepram, quâ eam percuſſerat Dominus, qui noluit eam à communi lege eximi, ut non ſolùm leprâ, ſed & ſegregatione confunderetur, atque ita efficaciùs corrigeretur.*

Manſiones variæ in deſerto Pharan,

380 *Sanatâ autem poſt ſeptem dies revocatâque Mariâ, populus iter ſuum proſecutus eſt. Manſio erat decima quinta, ad quam proficiſcebantur, atque ea vocatur* Rethma *Num.* 33 ℣ 18, *ubi ſic habetur :* Et de Haſeroth venerunt in Rethma. *Num.* 13 ℣ 1 *de eodem itinere dicitur :* Profectuſque eſt populus de Haſeroth, fixis tentoriis in deſerto Pharan. *S. Hieronymus in Manſione* XV *ad propoſitum noſtrum notat ſequentia :* Et notandum quòd reliquæ manſiones decem & octo, quarum nunc breviter catalogus deſcribitur, à Rethma uſque ad Aſiongaber, id eſt, uſque ad trigeſimam ſecundam manſionem, ſub Pharan ſolitudinis nomine contineantur, in quibus univerſa, quæ ſcripta ſunt, diverſis temporibus geſta ſentimus : quæ quia non ſunt per manſiones ſingulas diſtributa, à nobis quoque in commune dicentur ... Ab hac itaque manſione uſque ad trigeſimam ſecundam iſtiuſmodi continentur hiſtoriæ. Duodecim exploratores mittuntur ad Terram ſanctam : botrus refertur in ligno, & Chriſti breviter paſſio demonſtratur. Murmurat populus Judæorum, gigantum impetum reformidans. Pugnat contra Amalec & Chananæum nolente Deo, & victus, intelligit, quæ debebat in Terra ſancta exercere ſacrificia. Dathan & Abiron & filii Core (*imò Core ipſe ſine filiis*) conſurgunt contra Moyſen & Aaron, & terræ voragine glutiuntur. Inter mortuos & viventes pontifex medius thuribulo armatus ingreditur, & currens ira Dei ſacerdotis voce prohibetur. Virga Aaron & florem profert & folia ; & in æternam memoriam virens ſiccitas conſecratur &c. *Hæc omnia incertis locis geſta eſſe, quòd* Moyſes *nomina locorum non expreſſerit, cùm facta narravit, rectè obſervavit ſanctus Doctor.*

E

F

at incertum, quid in ſingulis geſtum ; nec conſtat, ex quota

381 *Quapropter nequeo ut certam amplecti ſententiam multorum è neotericis, qui miſſionem exploratorum quintæ decimæ manſioni affigunt, cùm nullum inveniam in Scripturis fundamentum, quo fulciatur hæc aſſertio. Hac de cauſa accipe manſiones omnes, quibus facta à S. Hieronymo breviter perſtricta ſic congruunt, ut nulli determinatæ aliquid certò poſſit attribui. Decima ſexta eſt* Remmomphares, *poſt quam ordine ſequuntur aliæ uſque ad trigeſimam ſecundam, ſic memoratæ Num.* 33 *à* ℣ 19 : Profectique de Rethma caſtrametati ſunt in Remmomphares. Unde egreſſi, venerunt in Lebna. De Lebna, caſtrametati ſunt in Reſſa. Egreſſique de Reſſa,

AUCTORE J. S.

venerunt in Ceelatha. Unde profecti, caſtrametati ſunt in monte Sepher. Egreſſi de monte Sepher, venerunt in Arada. Inde proficiſcentes caſtrametati ſunt in Maceloth. Profectique de Maceloth, venerunt in Thahath. De Thahath, caſtrametati ſunt in Thare. Unde egreſſi, fixêre tentoria in Methca. Et de Methca, caſtrametati ſunt in Heſmona. Profectique de Heſmona, venerunt in Moſeroth. Et de Moſeroth, caſtrametati ſunt in Beneiaacan. Profectique de Beneiaacan, venerunt in montem Gadgad. Unde profecti, caſtrametati ſunt in Jetebatha. Et de Jetebatha venerunt in Hebrona. Egreſſique de Hebrona, caſtrametati ſunt in Aſiongaber. *Hæc eſt manſio trigeſima ſecunda, ſi nullæ ſint prætermiſſæ.*

miſſi ſint exploratores, cùm nequeat dici quota ſit Cadesbarne, ex qua ſunt miſſi.

B

382 *Exiſtimare porrò nequeo, manſiones aliquot prætermiſſas, cùm unicè hîc intentus ſit* Moyſes *manſionibus enumerandis, multaſque recenſeat, in quibus nihil memorabile contigit. Jam verò exploratores ad Terram promiſſam miſſos eſſe ex Cadesbarne, conſtat ex teſtimonio* Moyſis *infrà dando; atque ideo aliqui volunt, manſionem fuiſſe in Cadesbarne à prædictis omnibus diſtinctam. At longè probabilius mihi videtur, Cadesbarne fuiſſe vicinum locum alicui ex dictis manſionibus, manſionemque nominari à* Moyſe *potiùs* Cadesbarne *in Deuteronomio quàm alio nomine, quo recenſetur Num. 33, quia Cadesbarne locus erat celebrior & notior Iſraelitis. Cùm autem incertum ſit, cui manſioni Cadesbarne vicina fuerit, quæve manſio eo nomine fuerit deſignata; æquè eſt incertum, utrùm ex manſione decima quinta, an ex aliqua è proximè ſequentibus miſſi fuerint exploratores. At conſtat miſſos eſſe anno ſecundo ab egreſſu, indeque colligi poteſt, ex manſione decima quinta aut ex alia non nimis longè ſequente miſſos eſſe.*

Rogante populo & annuente Deo,

383 *De miſſione ipſa exploratorum* Moyſes *Num.* 13 ℣ 2 *ſic habet:* Ibique (*in deſerto Pharan*) locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Mitte viros, qui conſiderent terram Chanaan, quam daturus ſum filiis Iſraël, ſingulos de ſingulis tribubus, ex principibus; *id eſt ex primariis, non ipſos tamen tribuum principes, uti ex nominibus innoteſcit. Porrò populum etiam petiiſſe à* Moyſe, *ut exploratores mitterentur, habemus Deut.* 1 ℣ 19, *ubi* Moyſes *hac de re populum ita alloquitur:* Profecti autem de Horeb, tranſivimus per eremum terribilem & maximam, quam vidiſtis, per viam montis Amorrhæi, ſicut præceperat Dominus Deus noſter nobis. Cúmque veniſſemus in Cadesbarne, dixi vobis: Veniſtis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Vide terram, quam Dominus Deus tuus dat tibi: aſcende & poſſide eam, ſicut locutus eſt Dominus Deus noſter patribus tuis: noli timere, nec quidquam paveas. Et acceſſiſtis ad me omnes, atque dixiſtis: Mittamus viros, qui conſiderent terram; & renuntient, per quod iter debeamus aſcendere, & ad quas pergere civitates. Cúmque mihi ſermo placuiſſet, miſi ex vobis duodecim viros, ſingulos de tribubus ſuis. *Res tota ſic videtur ordinanda. Hortatus eſt* Moyſes *populum, ut ad poſſeſſionem Terræ promiſſæ ſe accingeret. Ille verò rogavit, ut primùm mitterentur exploratores. Conſultus verò hac de re Dominus præcepit, ut exploratores duodecim mitterentur.*

C

384 *Audiamus rurſus* Moyſen *Num.* 13 ℣ 4: Fecit Moyſes, quod Dominus imperaverat, de deſerto Pharan mittens principes viros, quorum iſta ſunt nomina. De tribu Ruben (*miſit*) Sammua filium Zechur. De tribu Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Juda, Caleb filium Jephone. De tribu Iſſachar, Igal filium Joſeph. De tribu Ephraim, Oſee filium Nun. De tribu Beniamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabulon, Geddiel filium Sodi. De tribu Joſeph, ſceptri Manaſſe, Gaddi filium Suſi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aſer, Sthur filium Michaël. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapſi. De tribu Gad, Guel filium Machi. Hæc ſunt nomina virorum, quos miſit Moyſes ad conſiderandam Terram: vocavitque Oſee filium Nun, Joſue. Miſit ergo eos Moyſes ad conſiderandam terram Chanaan, & dixit ad eos: Aſcendite per meridianam plagam. Cúmque veneritis ad montes conſiderate Terram, qualis ſit: & populum, qui habitator eſt ejus, utrùm fortis ſit an infirmus: ſi pauci numero an plures: ipſa terra, bona an mala: urbes quales, muratæ an abſque muris: humus, pinguis an ſterilis, nemoroſa an abſque arboribus. Confortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus, quando jam præcoquæ uvæ veſci poſſunt.

D

Moyſes mittit in Terram promiſſam exploratores,

E

qui eam luſtrant reverſique ubertatem laudant, & incolarum fortitudinem exaggerant,

385 Cúmque aſcendiſſent, exploraverunt Terram à deſerto Sin uſque Rohob intrantibus Emath (*id eſt, uſque ad confinia Emath, urbem Syriæ, ſeu partem Terræ promiſſæ Septemtrionalem.*) Aſcenderuntque ad Meridiem, & venerunt in Hebron, ubi erant Achiman & Siſai & Tholmai, filii Enac: nam Hebron ſeptem annis ante Tanim urbem Ægypti condita eſt. Pergenteſque uſque ad Torrentem botri, abſciderunt palmitem cum uva ſua, quem portaverunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt: qui appellatus eſt Neheleſcol, id eſt, Torrens botri, eo quòd botrum inde portâſſent filii Iſraël. Reverſique exploratores Terræ poſt quadraginta dies, omni regione circuita, venerunt ad Moyſen & Aaron & ad omnem cœtum filiorum Iſraël in deſertum Pharan, quod eſt in Cades. Locutique eis & omni multitudini, oſtenderunt fructus Terræ: & narraverunt, dicentes: Venimus in Terram, ad quam miſiſti nos, quæ revera fluit lacte & melle, ut ex his fructibus cognoſci poteſt: ſed cultores fortiſſimos habet & urbes grandes atque muratas. Stirpem Enac vidimus ibi. Amalec habitat in Meridie (*ſed extra Terram promiſſam,*) Hethæus & Jebuſæus & Amorrhæus in montanis: Chananæus verò moratur juxta mare & circa fluenta Jordanis. *Non omnes recenſentur gentes, quæ habitabant in Terra promiſſa & deinde occupata; at exploratores referunt ſolùm, quantum intellexerant in itinere, atque ideo etiam memorant Amalecitas, quòd Hebræorum hoſtes eſſent, licèt aliàs non habitarent in terra per Iſraëlitas occupanda. Jam hæc relatio in animis audientium nimium timorem, murmurque excitaverat.*

F

Calebo c[o]nante r[e]primur [a] populo ae- ploratores perſuadere,

386 *Occurrere itaque voluit Caleb, ut ſequitur:* Inter hæc Caleb compeſcens murmur populi, qui oriebatur contra Moyſen, ait: Aſcendamus & poſſideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alii verò (*decem, nam Joſue alia erat mente*) qui fuerant cum eo, dicebant: Nequaquam ad hunc populum valemus aſcendere, quia fortior nobis eſt. Detraxerunt-que Terræ, quam inſpexerant, apud filios Iſraël, dicentes: Terra, quam luſtravimus, devorat habitatores ſuos: populus, quem aſpeximus, proce-

A proceræ ſtaturæ eſt. Ibi vidimus monſtra quædam filiorum Enac de genere giganteo : quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur. *De hiſce Deut.* 1 ℣ 24 Moyſes *ad populum ita differit :* Qui (*exploratores*) cùm perrexiſſent & aſcendiſſent in montana , venerunt uſque ad Vallem botri * : & conſideratâ Terrâ , ſumentes de fructibus ejus , ut oſtenderent ubertatem , tulerunt ad nos , atque dixerunt : Bona eſt Terra , quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Et noluiſtis aſcendere , ſed increduli ad ſermonem Domini Dei noſtri , murmurâſtis in tabernaculis veſtris , atque dixiſtis : Odît nos Dominus , & idcirco eduxit nos de terra Ægypti , ut traderet nos in manu Amorrhæi , atque deleret. Quò aſcendemus ? Nuntii terruerunt cor noſtrum , dicentes : Maxima multitudo eſt , & nobis ſtaturâ procerior : urbes magnæ , & ad cælum uſque munitæ , filios Enacim vidimus ibi. *Hæc cœpta fuerant in ipſa relatione exploratorum , auctaque ſunt deinde in tentoriis , ubi decem exploratores perfidi calumnias ſuas populo ita inculcabant , ut Caleb , Joſue &* Moyſes *ipſe tumultum ſedare nequiverint.*

* *al.* Torrentem botri

B 387 *Quid* Moyſes *ipſe egerit , pergit ibidem narrare hoc modo :* Et dixi vobis : Nolite metuere , nec timeatis eos : Dominus Deus , qui ductor eſt veſter , pro vobis ipſe pugnabit , ſicut fecit in Ægypto , cunctis videntibus. Et in ſolitudine (ipſe vidiſti) portavit te Dominus Deus tuus , ut ſolet homo geſtare parvulum filium ſuum , in omni via , per quam ambulâſtis, donec veniretis ad locum iſtum. Et nec ſic quidem credidiſtis Domino Deo veſtro , qui præceſſit vos in via , & metatus eſt locum , in quo tentoria figere deberetis , nocte oſtendens vobis iter per ignem , & die per columnam nubis. *Idem cum aliis peccatis graviter Iſraëlitis exprobrat* Moyſes *Deut.* 9 ℣ 22 , *dicens ipſis :* In Incendio quoque , & in tentatione , & in Sepulcris concupiſcentiæ provocâſtis Dominum : & quando miſit vos de Cadesbarne , dicens : Aſcendite , & poſſidete Terram , quam dedi vobis : & contempſiſtis imperium Domini Dei veſtri , & non credidiſtis ei , neque vocem ejus audire voluiſtis : ſed ſemper fuiſtis rebelles à die , quâ noſſe vos cœpi. *Mirandum ſanè eſt , populum inter continua divinæ protectionis indicia , miraculaque & prodigia , tam puſillanimem fuiſſe tamque incredulum , ut inconſiderato & temerario timori ſuo plus tribueret , quàm efficaciſſimis* Moyſis *rationibus ac promiſſionibus , quæ ipſos numquam fefellerant. Factum id tamen , & ne à blaſphemiis quidem temperatum.*

ita ut Moyſes ipſe non potuerit deſperantium ſpem revocare ,

C 388 Moyſes *Num.* 14 *temeritatem populi rebellis ſic exponit :* Igitur vociferans omnis turba flevit nocte illa , & murmurati ſunt contra Moyſen & Aaron cuncti filii Iſraël , dicentes : Utinam mortui eſſemus in Ægypto : & in hac vaſta ſolitudine utinam pereamus , & non inducat nos Dominus in Terram iſtam , ne cadamus gladio , & uxores ac liberi noſtri ducantur captivi. Nonne melius eſt reverti in Ægyptum ? Dixeruntque alter ad alterum : Conſtituamus nobis ducem , & revertamur in Ægyptum. Quo audito Moyſes & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudine filiorum Iſraël. At verò Joſue filius Nun , & Caleb filius Jephone , qui & ipſi luſtraverant Terram , ſciderunt veſtimenta ſua , & ad omnem multitudinem filiorum Iſraël locuti ſunt : Terra , quam circuivimus , valde bona eſt. Si propitius fuerit Dominus , inducet nos in eam , & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles eſſe contra Dominum : neque timeatis populum Terræ hujus , quia ſicut panem ita poſſumus eos devorare : receſſit ab eis omne præſidium : Dominus nobiſcum eſt , nolite metuere. Cumque clamaret omnis multitudo , & lapidibus eos vellet opprimere , apparuit gloria Domini ſuper tectum fœderis cunctis filiis Iſraël. *Hic finis rebellionis ; at non pœnæ.*

& rebellium animos erigere , juvantibus licèt Aarone, Joſue & Calebo ;

AUCTORE J. S.

donec Deus omnibus minaretur mortem : Moyſe deinde orante,

389 Et dixit Dominus ad Moyſen : Uſque quò detrahet mihi populus iſte ? Quouſque non credent mihi , in omnibus ſignis , quæ feci coram eis ? Feriam igitur eos peſtilentiâ , atque conſumam : te autem faciam principem ſuper gentem magnam , & fortiorem quàm hæc eſt. Et ait Moyſes ad Dominum : Ut audiant Ægyptii , de quorum medio eduxiſti populum iſtum , & habitatores Terræ hujus , qui audierunt , quòd tu, Domine , in populo iſto ſis , & facie videaris ad faciem , & nubes tua protegat illos , & in columna nubis præcedas eos per diem , & in columna ignis per noctem : quòd occideris tantam multitudinem quaſi unum hominem , & dicant : E Non poterat introducere populum in Terram , pro qua juraverat : idcirco occidit eos in ſolitudine. Magnificetur ergo fortitudo Domini , ſicut jurâſti , dicens : Dominus patiens & multæ miſericordiæ , auferens iniquitatem & ſcelera , nullumque innoxium derelinquens , qui viſitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationem. Dimitte , obſecro , peccatum populi hujus ſecundum magnitudinem miſericordiæ tuæ , ſicut propitius fuiſti egredientibus de Ægypto uſque ad locum iſtum. *Hactenus* Moyſes *orans pro populo rebelli : at veriſimile eſt , totam orationem non eſſe hîc expoſitam , atque idcirco initium videri abruptius. Exauditus eſt ſanctus Legiſlator : ſed non ita prorſus omnia obtinuit , ut graviſſimum crimen debitâ caruerit pœnâ : nam pro morte accelerata diuturnum rebellibus datum eſt exſilium , nec niſi morte finiendum.*

pœna iſta commutatur in exſilium perpetuum ,

F 390 *Audi ſequentia :* Dixitque Dominus : Dimiſi juxta verbum tuum. Vivo ego : & implebitur gloriâ Domini univerſa terra. Attamen omnes homines , qui viderunt majeſtatem meam, & ſigna , quæ feci in Ægypto & in ſolitudine , & tentaverunt me jam per decem vices (*id eſt , frequenter*) nec obedierunt voci meæ , non videbunt Terram , pro qua juravi patribus eorum , nec quiſquam ex illis , qui detraxit mihi , intuebitur eam. Servum meum Caleb , qui plenus alio ſpiritu ſecutus eſt me , inducam in Terram hanc , quam circuivit : & ſemen ejus poſſidebit eam. Quoniam Amalecites & Chananæus habitant in vallibus (*ut dixiſtis :*) Cras movete caſtra , & revertimini in ſolitudinem per viam maris Rubri , *ſeu verſus mare Rubrum. Illud* Cras revertimini *non videtur abſolutum Domini imperium , cùm ſequenti die non ſint reverſi Iſraëlitæ. Videtur potiùs eſſe conceſſio indignantis Dei, ut revertantur poſtridie , ſi velint : reditus tamen omnino imperatus fuit , ſed ſeriùs , quantùm apparet.*

ita ut nullus ex enumeratis apud montem Sinai

391 *De hac pœna Iſraëlitarum* Moyſes *ad populum loquitur Deut.* 1 ℣ 34 *in hunc modum :* Cumque audîſſet Dominus vocem ſermonum veſtrorum iratus juravit , & ait : Non videbit quiſpiam de hominibus generationis hujus peſſimæ Terram bonam , quam ſub juramento pollicitus ſum patribus veſtris , præter Caleb filium Jephone.

AUCTORE J. S.

ne. Ipse enim videbit eam, & ipsi dabo Terram, quam calcavit, & filiis ejus, quia secutus est Dominum. Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos (*postea*) dixerit: Nec tu ingredièris illuc: sed Josue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te... Parvuli vestri, de quibus dixistis, quòd captivi ducerentur, & filii, qui hodie boni ac mali ignorant distantiam, ipsi ingredientur: & ipsis dabo Terram, & possidebunt eam. Vos autem revertimini, & abite per viam maris Rubri. *Utroque loco citato solus Caleb à condemnatione diserte excipitur: at Josue quoque exemptum fuisse, tam hîc innuitur, quàm clarè affirmatur verbis mox dandis.*

ingressurus esset Terram promissam, exceptis Josue & Calebo:

392 *Rursum Num.* 14 *à* ℣ 26 *hanc pœnam* Moyses *paulò fusiùs sic exponit:* Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens: Usque quò multitudo hæc pessima murmurat contra me? Querelas filiorum Israël audivi. Dic ergo eis: Vivo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac jacebunt cadavera vestra. Omnes, qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurâstis contra me, non intrabitis Terram, super quam levavi manum meam ut habitare vos facerem, præter Caleb filium Jephone & Josue filium Nun. Parvulos autem vestros, de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam, ut videant Terram, quæ vobis displicuit. Vestra cadavera jacebunt in solitudine. Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem * vestram, donec consumantur cadavera patrum in deserto, juxta numerum quadraginta dierum, quibus considerâstis Terram: annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis ultionem meam: quoniam, sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ, quæ consurrexit adversum me: in solitudine hac deficiet, & morietur.

B

* *id est*, pœnam sceleris

decem exploratores repentina morte sublati.

393 Igitur omnes viri, quos miserat Moyses ad considerandam Terram, & qui reversi murmurare fecerunt contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ, quòd esset mala, mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. Josue autem filius Nun, & Caleb filius Jephone, vixerunt ex omnibus, qui perrexerant ad considerandam Terram. Locutusque est Moyses universa verba hæc ad omnes filios Israël, & luxit populus nimis. *Ex dictis facilè colligitur, decem exploratores statim subitanea morte periisse, quòd ipsi murmurationi occasionem præbuissent; reliquos verò paulatim interiisse tempore triginta octo annorum, & aliquot mensium, quibus in solitudine circuierunt: nam quod dicitur*, Filii vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, *sic intelligi debet, ut simul computetur tempus, quo jam fuerant in deserto, ubi jam agebant annum secundum.*

C



D

§ XXXVI. Missio exploratorum, murmuratio, ejusque pœna ex Josepho & Philone, quorum relatio examinatur.

Relatio Josephi de missis exploratoribus,

Josephus & Philo murmurationem Mariæ & Aaronis contra Moysen, *utpote genti suæ minùs honorificam, prorsus prætermiserunt. Attamen missionem exploratorum, ignavamque Israëlitarum rebellionem litteris consignarunt. De illa Josephus cap.* 13 *scribit sequentia:* Moyses autem posteaquam abductos inde adduxisset in locum humanæ habitationi parùm aptum, non longè à finibus Chananæorum situm, qui dicitur Fauces, in concionem populum advocat. Cúmque in mediis constitisset, Duo bona, inquit, Deus nobis dare decrevit, libertatem & felicis terræ possessionem: quorum alterum ex ipsius munificentia jam habetis, alterum quoque mox habituri. Sumus enim in Chananæorum finibus, à quibus adeò nulla civitas, nullusve rex nos arcebit, ut ne universa quidem gens collatis in unum viribus efficere hoc valeat. Ergò parati simus ad rem fortiter gerendam. Neque enim sine prælio regione sua nobis sunt cessuri, sed post magna certamina victoriæ præmium erit. Ante omnia mittendi sunt speculatores, qui & terræ ubertatem, & habitatorum potentiam explorent. Nos verò in primis concordiæ studere oportet, & Deum adjutorem ac auxiliatorem nostrum debito cultu prosequi. Hæc ubi locutus est, populus, collaudato Moysis consilio, exploratores eligit duodecim nobilissimos, ex unaquaque tribu unum.

E

murmuratione tunc orta,

395 Qui exorsi à partibus ad Ægyptum vergentibus, totam Chananæorum regionem perlustraverant, donec ad Amathen * urbem & Libanum montem pervenirent: exploratâque terræ simul & incolarum naturâ, reversi sunt ad suos, quadraginta diebus in hoc negotium insumptis. Et fructuum quidem pulchritudo quorum specimen erat allatum, ubertasque regionis, quam audiebant, animos multitudinis ad bellum suscipiendum erigebat. Contrà deterrebantur narrantibus difficilem fore ejus acquisitionem, quòd flumina superanda essent magna ac profunda, & montes ardui transcendendi, & urbes mœnibus firmissimis cingantur. Apud Hebronem verò etiam gigantum progeniem se reperisse aiebant, atque ita exploratores, cùm omnia majora apud Chananæos invenissent, quàm quæ hactenus post exitum ex Ægypto viderant, suo timore reliquam etiam multitudinem datâ operâ impleverunt. Qui ex eorum narratione impossibile rati talem terram acquirere, soluta concione domum reversi cum uxoribus & liberis lamentabantur, dicentes Deum verbis tantùm multa polliceri, re autem omnino nihil auxilii præstare. Rursumque Moysem incusantes, in eum simul & fratrem ejus Aaronem pontificem vociferabantur: atque ita totam noctem inquieti exegerunt, in utrumque convicia jactando. Mane verò ad concionem concurrunt hoc animo, ut lapidatis Moyse ac fratre, in Ægyptum retro unde venerant reverterentur.

* Emath

F

396 Quem

A *ſtudio Joſuæ & Calebi multitudinem ſedandi,*

396 Quem eventum metuentes duo è ſpeculatoribus, Jeſus Navechi filius ex tribu Ephræmitide, & Chaleb ex tribu Judæ, procedunt in medium & populum compeſcunt, orantes ut bona ſpe ſint, neve Deum inſimulent mendacii, temerè fidem habentes quibuſdam, qui vanis ſermonibus de rebus Chananæorum vulgatis multitudinem credulam territarent: quin potiùs eos ſequerentur, qui illis regionem tam felicem acquirendi autores ac duces ſe præberent. Neque enim montium magnitudinem, neque amnium profunditatem obſtaturam viris fortiter rem gerere paratis, præſertim auſpice Deo, & pro illis in acie præliaturo. Ite, inquiunt, poſito omni timore alacres, Deoque freti, quà vos ducemus, ſequimini. Talibus verbis conabantur ſedare tumultuantem populum. Moyſes interim & Aaron procidentes in faciem ſupplicabant Deo, non pro ſua ſalute, ſed ut inſanientem multitudinem ad ſanam mentem reduceret, tot præſentibus & inſtantibus neceſſitatibus turbatam: cùm ſubitò nubes ſuper tabernaculum exorta, adeſſe præſentem Deum ſignificat.

B *Moyſis precibus, & ſententiâ Dei in rebelles latâ,*

397 Quo viſo, Moyſes animatus infert ſe in turbam, & ultro pœnam eis à Deo, tantâ inſolentiâ provocato, minatur, non tamen quantam peccati enormitas merebatur, ſed qualis eſſe ſolet paterna caſtigatio. Sibi enim tabernaculum ingreſſo, & internecionem populi cum lachrymis deprecanti, commemorâſſe Deum, quot & quantis beneficiis affecti, ingrati eſſe pergerent, & quòd nunc ſpeculatorum ignaviâ ſeducti, eorum verbis plus veritatis ineſſe putarent, quàm ſuis promiſſionibus. Quamobrem non deleturum quidem totum illud, quod cæteris mortalibus omnibus prætuliſſet: attamen terram Chananæam ejuſque ubertatem illis non conceſſurum, ſed ſine lare & ſine urbe in deſerto quadraginta annis erraturos, quô peccati pœnas exſolvant. Liberis tamen eorum terram illam daturum, eoſque commodorum, quibus patres ſe per intemperantiam indignos redderent, dominos eſſe conſtituturum. His denunciationibus vulgus attonitum, totum ſe mœſtitiæ dedidit, Moyſemque obſecrabant, ut deprecaretur Deum, quo reconciliatus, peccatiſque condonatis, urbes hoſtiles eis traderet. Ille verò negabat Deum laturum talibus ſe tentari precibus. Non enim temerè aut humano more ad hanc indignationem eſſe commotum, ſed juſtam hanc ſententiam protuliſſe.

C *in quibuſdam corrigitur.*

398 *In hac relatione Hebræus ſcriptor minùs apertè recedit à ſacris Litteris, quàm faciat frequenter in aliis: nec tamen deſunt, quæ corrigantur. Primò non perſpicio, cur locum, ex quo miſſi exploratores, Græcè* Φάραγγα, *Latinè* Fauces *nominaverit, niſi forſan naturam locorum ea voce voluerit explicare, aut ex Pharan inflexerit. Secundò oratio* Moyſis *ad populum ſatis quidem eſt congrua loco & tempori; at non exactè conformis eſt ſacræ Scripturæ, præſertim cùm conſilium de mittendis exploratoribus* Moyſi *attribuat, licèt* Moyſes *potiùs videatur exploratores miſiſſe, rogante populo & Deo permittente, quàm id conſilium primò ſuggeſſiſſe, ut dictum eſt num.* 383. *Tertiò erant quidem montes & fluvii ſuperandi Hebræis, ut acquirerent Terram promiſſam: at non legimus in ſacris Litteris, hanc difficultatem exaggerâſſe exploratores, aut eâ territum fuiſſe populum, prout narrat Joſephus. Quartò blaſphemas voces Iſraëlitarum,* Deum verbis tantùm multa polliceri *&c. in Scripturis non invênit Hebræus ſcriptor, ſed blaſphemiam Deut.* 1 ℣ 27 *duriorem reddidit. Quintò demum multa prætermiſit, aut ſaltem leviſſimè ſolùm attigit, uti facilè videbit ſtudioſus lector, modò cum hac relatione conferat expoſitionem datam ex ſacris Litteris.*

AUCTORE J. S.

Philonis non ſatis fidelis relatio

399 *Philo non minùs diſſimulanter agit in hoc facto narrando, quàm Joſephus, imò etiam magis: nam murmurationem contra* Moyſen, *conſilium redeundi in Ægyptum, voceſque ſeditioſas & blaſphemas Hebræorum prorſus omittit, ſolùm memorans Joſuæ & Calebi periculum, imò ne pœnam quidem à Deo ob rebellionem inflictam clarè expoſuit. Deinde in eumdem cum Joſepho errorem lapſus eſt, dum* Moyſen *facit primum auctorem mittendi exploratores. Quin & graviore lapſu Legiſlatorem dubitantem inducit de fertilitate Terræ promiſſæ, & exploratoribus dicentem:* Alioqui pro poſſeſſione ſterilium agrorum ultro ſubire pericula, ſumma ſtultitia fuerit. *Noverat ſanè* Moyſes, *Terram illam admodùm eſſe fertilem, juſſuſque erat à Deo populum ad illius poſſeſſionem ducere: quando igitur juſſit exploratores conſiderare, terrane eſſet* bona an mala, *non id fecit, quòd de bonitate terræ dubitaret, ſed ut populus univerſus, audita terræ fertilitate, magis excitaretur ad poſſeſſionem illius adeundam. Hiſce prævìè monitis, verba Philonis ſubjungam: nam errorem de miſſis exploratoribus ſtatim poſt victoriam de Amalecitis relatam jam antè correxi.*

de miſſis per Moyſen exploratoribus,

400 Poſt prælium (*cum Amalecitis, de quo egerat*) decrevit (*Moyſes*) exploratores ad inſpiciendas ſedes genti ſuæ deſtinatas mittere, anno ſecundo poſtquam iter ingreſſi fuerant: ne fortè more ſolito per ignorantiam diſſentirent à Ducis conſilio: utque re auditu cognita, quid agendum eſſet, in commune diſpicerent. Miſſi ſunt è duodecim tribubus totidem principes electi ex optimatibus, ut omnium eſſet par autoritas: utque ex æquo tribus omnes de ſtatu regionis cognoſcerent ex honoratioribus, ſi modò illi renunciare vera voluerint. Electos autem ſic alloquitur: Certaminum ac periculorum, quæ ſuſtinuimus & ſuſtinemus hodiéque, præmium erit agrorum diviſio, quam ſpem ratam faxit Deus optimus maximus, ut gentem frequentiſſimam deducamus in coloniam. Profuerit autem plurimùm locorum, hominum, rerum conditionem pernoſcere, ſicut ignorare hæc eſt noxium. Ideo vos elegimus, ut veſtris oculis atque mentibus illa inſpiceremus. Eritis igitur tot millibus pro auribus & oculis, ut cognoſcatis, quæ nos ſcire oportet, nimirum tria hæc, incolarum frequentiam ac potentiam; urbium ſitum, munitæ ſint an ſine munitionibus: poſtremo quænam ſit agri natura, num ferax & apta vinetis, arbuſtis atque ſegetibus, an contrà ſterilis: ut adverſus vires copiaſque incolarum inſtruamus nos legionibus, quas illis tutò poſſimus opponere, contra locorum autem difficultates machinis oppugnatoriis. Naturam quoque regionis ſcire neceſſum eſt, bona ſit, an non. Alioqui pro poſſeſſione ſterilium agrorum ultrò ſubire pericula, ſumma ſtultitia fuerit. Arma autem noſtra & machinæ atque copiæ ſitæ ſunt in ſola erga Deum fiducia. Hoc apparatu freti nullis cedemus terroribus: hoc vincemus, etiamſi fuerimus inferiores robore, habitudine, audaciâ, peritiâ, copiis: hoc inſtructi etiam in vaſta ſolitudine nihil requiſivimus eorum, quæ habentur in urbibus. Tempus quoque nunc eſt explorationi aptiſſimum, vernum videlicet, quando ad maturita-

E

F

AUCTORE J. S.

tem tendunt segetes, & arborum fructus proferre se incipiunt. Præstat tamen differre in æstatem reditum & afferre aliquid fructuum, quod sit regionis ejus ubertatis specimen.

de Terra injpecta,

401 His auditis, ad explorandum proficiscuntur, deducente universa multitudine, solicità, ne comprehensi luant supplicium, & accipiatur geminum incommodum, virorum tributim selectorum interitus, cum ignoratione rerum hostilium, quarum petebatur noticia. Habebant autem secum duces peritos locorum, quos sequebantur in itinere. Cúmque appropinquâssent finibus, ascenso monte altissimo, contemplabantur regionem magna ex parte campestrem, feracem hordei, tritici, atque pabuli. Montana quoque vitibus & arbustis erant consita, ubique virentia, distinctáque rivis ac fontibus ad aquandi copiam, ut à radicibus usque cacumina tota latera montium opaca essent continuis arboribus, præsertim juga & valles mediæ. Videbant etiam urbes naturâ simul & arte munitas egregiè. Ampliùs deinde inquirendo videbant incolarum immensum numerum, gigántibus similium proceritate ac robore. Hæc ut diligentiùs perspicerent, hæserunt
B ibi diutiùs, ne fallerentur primo intuitu, sed certiores menti notas imprimerent. Simulque curaverunt, ut decerptos arborum fructus jam semimaturos suis tribulibus ostenderent, eos præcipuè, qui non corrumpuntur facilè. Sed nihil magis quàm vitis fructum mirabantur. Pendebant enim prægrandes uvæ de palmitibus, spectaculum vix credibile. Harum unam exactam suspenderunt è vecte medio, cujus extrema imposuerunt humeris duorum juvenum, atque ita deportabant, aliis post alios propter pondus succedentibus.

de discordia exploratorum, & populo ad seditionem concitato,

402 De cætero non consentiebant. In itinere convenire eis non poterat, quid renunciandum esset de communi sententia, ne quid seditionis oriretur in populo. Sed hoc fuit levius. Post reditum extitit major discordia. Alii de urbium munimentis & civium frequentia narrantes, attollentesque in majus omnia, verbis territabant concionem : alii contrà elevabant, quidquid viderant, hortando ut forti essent animo, & coloniam quærerent, consecuturi ad primum clamorem
C victoriam. Nullam urbem laturam tantæ multitudinis simul ingruentis impetum, nec parem futuram incumbenti oneri. Atque ita utrique invenerunt in plebe, quos imbuerent suis affectibus, ignaviâ timidi, fortes verò spe atque audaciâ. Verùm hi portio quinta fuerunt, timidis quintuplo superantibus cæteros, quo factum est, ut paucorum fortitudo obscuraretur in tanto ignavorum numero. Duobus autoribus optimi consilii prævaluerunt decem dissuasores eorum sententiæ, qui pertraxerunt in suas partes totam plebeiam multitudinem. Omnes uno ore laudabant montana æquè atque campestria : sed confestim reclamabatur à concione : Quid opus est nobis alienis fortunis asservatis tanto præsidio, ut non possint adimi pristinis dominis ? Vix temperatum est à manibus, quin duos diversum sentientes lapidibus obruerent, malentes audire jucunda quàm utilia, & veris falsa præferentes. Quod ægerrimè ferebat Dux multitudinis, diris agitari eam suspicans, quæ tam contumaciter aspernaretur oracula : nec longè ultionem abesse, sicut eventus docuit. Nam illi decem exploratores timidi absumpti sunt pestilentiâ cum turba sequuta ipsorum ignaviam. Soli, qui suaserant eundum intrepidè, servati sunt, præmium referentes pietatis, & reverenter accepti oraculi. D

ac de diuturna Hebræorum vagatione : varia in hisce correcta.

403 Hæc causa fuit seriùs diductæ coloniæ. Cùm enim potuissent secundo anno, postquam ex Ægypto demigrarant, agros Syriæ dividere ; deflectentes à via compendiaria, vagabantur per secessus longinquos & devios, alios quærendo post alios, frustra defatigantes animum cum corpore, ut meritas impietatis pœnas persolverent : quippe qui præter tempus jam elapsum, per XXXVIII annos, ætatem hominis, susque deque oberrantes per invia, vix quadragesimo anno pervenerunt ad eosdem, quos antea, terminos. *Hactenus Philo, rectè enumerans annos, quibus in deserto vagati sunt Israëlitæ ; sed silens, omnes viginti aut pluribus annis natos interim defunctos esse, paucis exceptis. Eodem silentio tegit cladem rebellium, qui pugnam detrectaverant, dum jubebat Dominus ; & mox contra ejusdem prohibitionem temere ad pugnam processerunt, ut statim videbimus. Porrò & alia quædam in data relatione incerta sunt aut minùs exacta. Primò an decem exploratores* pestilentiâ *interierint, ut asserit Philo, an alio mortis genere, ex Scriptura non liquet. Secundò quod dicitur de agris* Syriæ *dividendis, intelligendum est de parte Syriæ latiùs sumptæ, seu de Palæstina, quæ Syriæ latè sumptæ includebatur. Tertiò minùs exactè tempus, quo abfuerunt exploratores, à vere in æstatem protrahit, acsi diutiùs abfuissent quàm quadraginta diebus, licèt fatear id ex ipsius verbis non sequi : contrà tacet diligentiam exploratorum in circumeunda tota Palæstina. Demum quædam ex conjecturis probabiliter magis quàm certò refert, qualis est pro majori parte oratio* Moysis *ad populum, timor de exploratoribus, horum discordia in itinere &c.* E

§ XXXVII. Pugna, prohibente Moyse, suscepta & clades : colligens die Sabbato ligna lapidibus obrutus : conspiratio Core, Dathan & Abiron, insigniter castigata divinitus : pœna murmurantium : virgæ Aaronis prodigium. F

Israëlitæ, prohibente Domino, ad pugnam progressi,

S*Ententia contra rebelles Israëlitas per Deum lata & per* Moysen *divulgata, quâ plerique erant condemnati ad mortem in deserto Arabiæ obeundam, non modò ingentem luctum populo attulit, sed tantam quoque audaciam, aut potiùs temeritatem rebellium animis infudit, ut pugnam ultrò deposcerent, & invito etiam* Moyse *ad certamen properarent. Itaque qui ausi non fuerant ingressum Terræ promissæ tentare, quando favor Domini aspirabat, inaudita temeritate ad hostes appropinquârunt, renuente Deo, partim exsecuturi hac sua inobedientia sententiam mortis contra se latam.* Moyses *Num.* 14 ℣ 40 *de hisce habet sequentia :* Et ecce mane primo surgentes ascenderunt verticem montis, atque dixerunt : Parati sumus ascendere ad locum, de quo Dominus locutus est : quia peccavimus. Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini

verbum

A verbum Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditque Amalecites & Chananæus, qui habitabat in monte: & percutiens eos atque concidens, persecutus est eos usque Horma. *Non exprimitur, quantus fuerit occisorum numerus; at non exiguum fuisse verba ipsa satis innuunt.*

gravi clade repelluntur:

405 *Deut.* 1 ℣ 41 *de eadem pugna & clade* Moyses *populum sic alloquitur:* Et respondistis mihi: Peccavimus Domino: ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cùmque instructi armis pergeretis in montem, ait mihi Dominus: Dic ad eos: Nolite ascendere, neque pugnetis, non enim sum vobiscum: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum, & non audîstis: sed adversantes imperio Domini, & tumentes superbiâ, ascendistis in montem.

B Itaque egressus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obviàm veniens, persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecîdit de Seir usque Horma. Cùmque reversi ploraretis coram Domino, non audivit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. Sedistis ergo in Cadesbarne multo tempore. *Quæri hîc potest, quo modo diu manserint in Cadesbarne, cùm jussi essent versus mare Rubrum proficisci die primo post rebellionem? Respondeo, Israëlitas illi præcepto non paruisse, sed eodem die processisse ad pugnam illam infaustam. Cùm autem illa inobedientia ingenti strage esset punita, Deum verisimiliter permisisse, ut diutiùs in eodem hærerent loco, donec vulnerati aut morerentur aut sanarentur. Verùm noluit permittere Dominus, ut iteratò ad pugnam procederent, uti videntur petiisse post cladem acceptam. Observari quoque potest,* Amorrhæum *hîc vocari, à quo cæsi sunt Israëlitæ; at Num.* 14 *dici* Amalecitem & Chananæum: *videntur itaque tres illi populi arma contra Israëlitas conjunxisse, nisi Amorrhæi Num.* 14 *vocentur* Chananæi *propter commune nomen populorum Terræ promissæ.*

iter eorum versus mare Rubrum: leges quædam: violans Sabbatum lapidibus obrutus.

C 406 *Ubi diu circa Cadesbarne castrametati fuerant Israëlitæ, itinere retrogrado profecti sunt versus mare Rubrum, donec pervenirent ad mansionem trigesimam secundam, seu in Asiongaber, locum sinui Elanitico maris Rubri adjacentem. De longissimo hoc itinere* Moyses *Deut.* 2 *sic breviter loquitur:* Profectique inde (*ex Cadesbarne*) venimus in solitudinem, quæ ducit ad mare Rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuivimus montem Seir longo tempore. *Variæ interim & diuturnæ fuerunt mansiones tempore illius itineris, uti videri potest num.* 381: *at ignoramus, quid in singulis earum sit gestum. Hac de causa eo ordine referam gesta temporis intermedii, quo relata sunt à* Moyse *in libro Numerorum sine alia loci aut temporis nota. Num.* 15 *recensentur leges variæ cæremoniales, quæ præscribuntur observandæ, postquam ingressi forent Terram promissam. Ibidem* ℣ 32 *pœna hominis, qui Sabbatum violaverat, hoc modo narratur:* Factum est autem, cùm essent filii Israël in solitudine, & invenissent hominem colligentem ligna in die Sabbati, obtulerunt eum Moysi & Aaron & universæ multitudini. Qui reclusserunt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberent. Dixitque Dominus ad Moysen: Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cùmque eduxissent eum foràs, obruerunt lapidibus, & mortuus est, sicut præceperat Dominus. *Hoc factum insinuat, Israëlitas eo tempore Sabbatum religiosissimè observâsse.*

AUCTORE J. S.

Conspiratio Core eique adhærentium

407 *Porrò eodem ido tempore, quo vagi per deserta ferebantur Israëlitæ, gravissima erupit conspiratio contra* Moysen *& Aaronem, eaque non inchoata motu populari inconstantis vulgi, sed studiosè conflata per viros principes, qui imperium* Moysi, *Aaroni verò pontificatum invidebant. Levitæ fuerunt & Rubenitæ, qui imperium* Moysi *abrogare, & Aaronis sacerdotium commune pluribus facere moliebantur. Dux totius factionis Core Levita, patruelis erat* Moysis: *nam avus utrique communis erat Caath:* Moyses *autem erat filius Amrami, qui Caathi erat filius natu major; Core verò patrem habebat Isaar, filium Caathi secundum, ut videri potest Exod.* 6 ℣ 18 *&* 21. *Hac observata sanguinis propinquitate,* Moysen *audiamus, qui Num.* 16 *factum ita narrare aggreditur:* Ecce E autem Core, filius Isaar, filii Caath, filii Levi; & Dathan atque Abiron, filii Eliab; Hon quoque, filius Pheleth, de filiis Ruben, surrexerunt contra Moysen, aliique filiorum Israël ducenti quinquaginta viri proceres synagogæ, & qui tempore concilii per nomina vocabantur. *Eccli.* 45 ℣ 22 *de illis dicitur:* Quia contra illum (*Aaronem*) steterunt alieni, & propter invidiam circumdederunt illum homines in deserto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. Vidit Dominus, & non placuit illi, & consumpti sunt in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra, & consumpsit illos in flamma ignis. *Pœnam illam latiùs videbimus, ubi conspirationis conatus fuerit expositus.*

contra Moysen & Aaronem,

408 *De eo* Moyses ℣ 3 *sic prosequitur:* Cùmque stetissent adversus Moysen & Aaron, dixerunt: Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur elevamini super populum Domini? Quod cùm audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: locutusque ad Core & ad omnem multitudinem: Mane, inquit, notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi: & quos F elegerit, appropinquabunt ei. Hoc igitur facite: tollat unusquisque thuribula sua, tu Core, & omne concilium tuum: & hausto cras igne, ponite desuper thymiama coram Domino: & quemcumque elegerit, ipse erit sanctus: multùm erigimini, filii Levi. Dixitque rursum ad Core: Audite, filii Levi: num parum vobis est, quòd separavit vos Deus Israël ab omni populo, & junxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? Idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vendicetis, & omnis globus tuus stet contra Dominum? Quid est enim Aaron, ut murmuretis contra eum? *His verbis Core eique adhærentes Levitas nequidquam ad meliora consilia reducere studebat* Moyses.

quos gravibus impetunt convitiis: Moyse verò orante,

409 *Æquè pertinaces erant Dathan & Abiron cum Rubenitis sibi adhærentibus, ut sequitur:* Misit ergo Moyses, ut vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt: Non venimus. *Graviaque addentes convitia, sic prosecuti sunt:* Nunquid parum est tibi, quòd edu-

AUCTORE J. S.

xisti nos de terra, quæ lacte & melle manabat, ut occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis & mellis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum. An & oculos nostros vis eruere? Non venimus. *Hæc convitia graviter pungere debebant sanctum Legislatorem, quia diuturnæ commorationis in deserto, quam suis sceleribus imputare debuerant Israëlitæ, omnem causam* Moysi *falsò imputabant; acsi magna ille promisisset, atque interim nihil præstare potuisset.* Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum. Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd ne asellum quidem umquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitque ad Core: Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula: Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cùm fecissent, stantibus Moyse & Aaron, & coacervâssent adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

B *Dathan & Abiron terra dehiscente absorbentur, alii verò 250 igne consumpti:*

410 Locutusque Dominus ad Moysen & Aaron, ait: Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repentè disperdam. Qui cecidерunt proni in faciem, atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universæ carnis, num, uno peccante, contra omnes ira tua desæviet? Et ait Dominus ad Moysen: Præcipe universo populo, ut separetur à tabernaculis Core, & Dathan, & Abiron. Surrexitque Moyses, & abiit ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israël, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum. Cúmque recessissent à tentoriis eorum per circuitum, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum uxoribus & liberis omnique frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis, quòd Dominus miserit me, ut facerem universa, quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim. Si consueta hominum morte interierint & visitaverit eos plaga, quâ & ceteri visitari solent, non misit me Dominus: sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos, & omnia, quæ ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum, scietis quòd blasphemaverint Dominum. Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum: & aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis & universa substantia eorum; descenderuntque vivi in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Israël, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: Ne fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egressus à Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum.

C *Core quoque hiatu terræ absorptus, non tamen ejus filii:*

411 *Non potest ex hoc loco intelligi, an Core dehiscente terra absorptus sit, an cum Levitis suis igne interfectus. Quin etiam Deut.* XI ℣ 6 *soli nominantur* Dathan atque Abiron, ... quos aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus & tabernaculis & universa substantia eorum, quam habebant in medio Israël. *Nihilo magis nominatur Core Psal.* 105 ℣ 15, *ubi pœna rebellium sic exprimitur:* Et irritaverunt Moysen in castris, Aaron sanctum Domini. Aperta est terra, & deglutivit Dathan, & operuit super congregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores. *Verùm aliunde constat, Core à terra dehiscente haustum fuisse; at filios ipsius, utpote innoxios, mirabiliter fuisse periculo ereptos. Quippe Num.* 26 Moyses *texens genealogiam Dathan & Abiron, de hisce* ℣ 9 *scribit illa:* Isti sunt Dathan & Abiron principes populi, qui surrexerunt contra Moysen & Aaron in seditione Core, quando adversus Dominum rebellaverunt: & aperiens terra os suum, devoravit Core, morientibus plurimis, quando combussit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, ut, Core pereunte, filii illius non perirent. *Ita Dominus innocentes à noxiis separavit: neque enim dubitandum videtur, quin filii Core planè fuerint insontes, atque ea de causa eis pepercerit Dominus. Porrò Core etiam fuisse in tabernaculo suo, quando periit, colligitur ex mandato Dei, quo jussit universum populum separari* à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. *Itaque verisimiliter, abeunte* Moyse, *ad tentoria Dathan & Abiron, Core eumdem secutus est, relictisque Levitis sibi adhærentibus, qui incensum offerebant, ad tentorium suum recessit, ibique modo prædicto interiit.*

D

E

laminæ ex thuribulis occisorum altari affixæ:

412 *Post mortem seditiosorum expositam,* Moyses *prosequitur narrationem suam Num.* 16 ℣ 36 *hoc modo:* Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti, ut tollat thuribula, quæ jacent in incendio, & ignem huc illucque dispergat: quoniam sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatque ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, ut cernant ea pro signo & monimento filii Israël. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi, quos incendium devoravit, & produxit ea in laminas, affigens altari: ut haberent postea filii Israël, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & omnis congregatio ejus (*id est, ei adhærentium*) loquente Domino ad Moysen.

orta ob mortem illorum populi murmuratio punitur morte aliorum 14700;

413 *Mirum est, tam insigni rebellium pœna cohibitos non fuisse Israëlitas à murmuratione contra Legislatorem. Attamen constat, hanc ipsam pœnam alteri rursum obmurmurationi occasionem præbuisse. De hac ita pergit* Moyses ℣ 41: Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israël sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens: Vos interfecistis populum Domini. Cúmque oriretur seditio & tumultus increscceret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, & apparuit gloria Domini. Dixitque Dominus ad Moysen: Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cúmque jacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron: Tolle thuribulum, & hausto igne de altari, mitte incensum desuper, pergens citò ad populum, ut roges pro eis: jam enim egressa est ira à Domino, & plaga desævit. Quod cùm fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama: & stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, & plaga cessavit. Fuerunt autem, qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum, & septingenti, absque his, qui perierant in seditione Core. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis, postquam quievit

F

A quievit interitus. *Oſtendere voluit hoc facto Dominus, quàm iniqua eſſet criminatio perverſorum, qui* Moyſi *& Aaroni imputabant mortem ſeditioſorum.*

*cui plagæ Aaronis precibus finis allatus: * i. e.* Iſraëlitas * Aaron*

414 *Factum Aaronis laudat Sapiens cap.* 18 ℣ 20 *his verbis:* Tetigit autem tunc & juſtos * tentatio mortis, & commotio in eremo facta eſt multitudinis: ſed non diu permanſit ira tua. Properans enim homo * ſine querela deprecari pro populis, proferens ſervitutis ſuæ ſcutum orationem, & per incenſum deprecationem allegans, reſtitit iræ, & finem impoſuit neceſſitati; oſtendens quoniam tuus eſt famulus. Vicit autem turbas, (*id eſt, plagam, quæ populum perturbabat*) non in virtute corporis, nec armaturæ potentiâ, ſed verbo illum, qui ſe vexabat, (*angelum exterminatorem*) ſubjecit, juramenta parentum (*ſeu juramenta parentibus, id eſt, Abrahamo &c. facta*) & teſtamentum commemorans. Cùm enim jam acervatim cecidiſſent ſuper alterutrum mortui, interſtitit, & amputavit impetum, & diviſit illam, quæ ad vivos ducebat, viam. In veſte enim podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant ſculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius ſculpta erat. His autem ceſſit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim ſola tentatio iræ ſufficiens. *Hactenus de hiſce Sapiens, cujus obſcuriora verba per interpoſitas parentheſes breviter explicare conatus ſum: at plura videri poſſunt apud interpretes.*

B

ſacerdotium Aaroni magis confirmatum

415 *Quamvis auctoritas* Moyſis *& Aaronis, hujuſque electio ad pontificatum ſatis eſſet aſſerta & vindicata tot millium ſeditioſorum ſupplicio, placuit tamen divinæ Providentiæ electionem ſummi ſacerdotis ulteriùs confirmare novo prodigio, quod* Moyſes *narrat Num.* 17 *in hunc modum:* Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Loquere ad filios Iſraël, & accipe ab eis virgas ſingulas per cognationes ſuas, à cunctis principibus tribuum virgas duodecim, & uniuſcujuſque nomen ſuperſcribes virgæ ſuæ. Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, & una virga cunctas ſeorſum familias continebit: poneſque eas in tabernaculo fœderis coram teſtimonio, ubi loquar ad te. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus: & cohibebo à me querimonias filiorum Iſraël, quibus contra vos murmurant. Locutuſque eſt Moyſes ad filios Iſraël: & dederunt ei omnes principes virgas per ſingulas tribus: fueruntque virgæ duodecim abſque virga Aaron (*quæ erat decima tertia, uti tribus Levi erat decima tertia tribus.*)

C

prodigio virgæ ipſius floreſcentis.

416 Quas cùm poſuiſſet Moyſes coram Domino in tabernaculo teſtimonii: ſequenti die regreſſus invenit germinâſſe virgam Aaron in domo Levi: & turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt. Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini ad cunctos filios Iſraël: viderunteque & receperunt ſinguli virgas ſuas. Dixitque Dominus ad Moyſen: Refer virgam Aaron in tabernaculum teſtimonii, ut ſervetur ibi in ſignum rebellium filiorum Iſraël, & quieſcant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecitque Moyſes, ſicut præceperat Dominus. *Apoſtolus Hebr.* 9 ℣ 4 *inter ea, quæ erant in arca teſtimonii, recenſet virgam* Aaron, quæ fronduerat, *ita ut non ſolùm relata ſit ad ſanctum ſanctorum, ubi ante arcam flores acceperat, ſed ipſi quoque arcæ fuerit impoſita. Ceterùm Iſraëlitæ, viſo tanto prodigio, diu quieverunt, aut certè nihil de eorum murmurationibus legitur ante obitum Mariæ, quæ incidit in annum poſtremum diuturni eorumdem exſilii. Modeſtè tamen crebra ſuorum funera deplorârunt apud* Moyſen *Num.* 17 ℣ 12: Dixerunt autem filii Iſraël ad Moyſen: Ecce conſumpti ſumus, omnes perivimus: quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur. Num uſque ad internecionem cuncti delendi ſumus? *Hæc dicta fuiſſe à lugentibus, novaſque clades timentibus, ſed debita cum reverentia, cenſent paſſim interpretes; & ſanè verba illa, etiamſi variè intelligi poſſint, non reprehenduntur à* Moyſe, *qui uſque ad annum egreſſionis quadrageſimum nihil ampliùs narrat de geſtis Iſraëlitarum, ſed ſolùm recenſet Num.* 18 *&* 19 *leges aliquot cæremoniales interim latas.*

AUCTORE J. S.

§ XXXVIII. Quid de pugna cum Chananæis, & ſeditione pœnaque Core & aliorum Joſephus ſcripſerit, & Philo.

E

Joſephi relatio de pugna ab Iſraëlitis, invito Moyſe,

PHilo *lib.* 1 *Vitæ* Moyſis *nec pugnam cum Chananæis, nec ſeditionem principum deinde ſecutam commemorare voluit; at de poſteriore facto quædam ſcripſit inferiùs examinanda. Joſephus verò utramque hiſtoriam more ſuo narravit. Primùm de pugna cum Chananæis lib.* 4 *Antiquit. cap.* 1 *ſic habet:* Hebræos autem duram vitam in deſerto agentes, & multis miſeriis afflictos, nihil pejùs habuit, quàm quòd Deus non ſinebat eos armis cum Chananæis experiri: nec jam ampliùs Moyſen audire volebant quieſcere jubentem, rati etiam ſine illius auſpiciis victoriam de hoſte ſe poſſe obtinere: accuſabantque eum, quaſi hoc tantùm agentem, ut in magna inopia conſtituti, ſemper ab illius conſiliis pendêrent: & omnino pugnare decreverunt, auxilium Dei ſibi pollicentes, non tam Moyſis reſpectu, quàm quòd in ejus tutelâ jam inde à majoribus eſſent: & quos priùs ob pietatem dignos libertate duxiſſet, eis nunc quoque ſi rem ſtrenuè gerant, victoriam non negaturum. Satis ſibi virium adverſus eas gentes (*eſſe*), etiamſi Moyſes Deum ab ipſis alienare conetur: omninóque expedire ſibi ut arbitratu ſuo potiùs rem gerant, quàm pro excuſſa Ægyptiorum ſervitute Moyſis tyrannidem ſuſcipiant, ejuſque libidini ſeducti pareant, jactantis divina colloquia, quibus, ut Deo præ cæteris carus, de rebus gerendis præmoneatur: quaſi verò non omnes ex æquo Abrahæ eſſent poſteri, ut unus ſingulari gratia præſcientiam futurorum divinitus habere debeat. Prudentium eſſe, ut contemptâ unius Hominis arrogantiâ, Deo potiùs promiſſori credentes, ad acquirendam eam regionem ſe expediant, neque diutiùs ſub Dei prætextu verba ſibi dari ſinant. Cogitandum de præſenti inopia, quam loca deſerta graviorem in dies reddant, & ductore Deo manus cum Chananæis quamprimum conſerendas, nec ampliùs aſſenſum Legiſlatoris expectandum.

F

infeliciter ſuſcepta executitur:

418 Comprobatâ deinde omnium calculis hac ſententiâ, populariter in hoſtes vadunt: qui neque feroci eorum impetu, neque immenſa multitudine

AUCTORE J. S.

titudine perterriti, irruentes in se excipiunt fortiter : & bona parte Hebræorum cæsa, reliquos turpiter vertere terga coactos insequendo trepidos in castra compellunt. Ea clades, præter omnium opinionem oblata, vehementer animos multitudinis dejecit, pejora metuentis, cogitantisque ab irato Numine immissam esse, eo quòd, non exspectato oraculo, ad pugnam prorupissent. Moyses autem videns tum suos accepta clade consternatos, tum hostem victoria recenti elatum, veritus ne præsenti successu non contentus, majora moliretur, decrevit copias retro in desertum reducere. Cúmque populus posthac in Ducis potestate se fore polliceretur, malo admonitus nihil absque ipsius consilio prosperè cessurum, motis castris, itum est in desertum hoc animo, ut non priùs contra Chananæos pugnam capesserent, quàm signo divinitus accepto. *Hæc Josephus, verbis sacræ Scripturæ conjecturas suas adjungens. Nam primò, quæ jactitata dicit per Israëlitas contra* Moysen, *non leguntur in sacris Litteris; at non abhorrent ab ingenio Hebræorum istius temporis, nec improbabile est, similia per aliquos saltem jactata fuisse, cùm ad pugnam procederent,* Moyse *invito. Malim tamen existimare, plurimos eorum sibi persuasisse, se deleturos peccatum inobedientiæ per ignaviam contractum, si fortiter in hostem irent, illique persuasioni pertinaciter inhæsisse,* Moyse *nequidquam dehortante. Hæc enim sententia congruit verbis eorum ad* Moysen *Deut.* 1 ℣ 41 : Peccavimus Domino : ascendemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. *Altera Josephi conjectura est, quòd* Moyses *duxerit ad interiora deserti metu hostilis exercitûs. At fallit hæc conjectura, cùm diu deinde in eodem loco castra permanserint.*

B

Idem Josephus conspirationem Core narrans,

419 *Ad seditionem Core aliorumque ei adhærentium Josephus deinde progreditur hoc modo :* Sed quemadmodum in exercitu ingenti usu venit, maximè rebus adversis, ut difficiles se moderatoribus præbeant, ita Judæis etiam idem accidit. Quum enim essent numero sexcenta millia, & vel in secunda fortuna parùm tractabiles præfectis viderentur, tanto magis in egestate ac infortunio tam in se invicem quam in Imperatorem suum exasperabantur. Quapropter tanta seditione est laboratum, quantam nec apud Græcos nec apud Barbaros unquam fuisse accepimus. Quæ res dubio procul in extremum jam periculum delatos perdidisset, ni Moyses oblitus acceptæ injuriæ, quòd minimùm abfuit quin lapidaretur, rebus labantibus opem attulisset. Ac ne Deus quidem curam eorum prorsus abjecit, sed tametsi contumeliosos non solùm erga Legislatorem, verùm etiam in mandata divina per Moysem accepta, liberavit tamen è pernicioſissima seditione, cujus absque sua providentia non nisi tristissimus exitus expectari poterat. Hanc seditionem, & quemadmodum, eâ sedatâ, Moyses rem administraverit nunc dicemus, causa ejus primùm exposita. *Hactenus Josephus satis probabiliter.*

C

variis eam auget conjecturis,

420 *Mox seditionem ipsam; cujus præcipuum auctorem meritò facit Core, exponere sic incipit :* Cores vir genere & opibus inter Hebræos clarus, & populari quadam facundia præditus, videns Moysem in celso dignitatis constitutum, molestè ac invidenter id ferebat. Cùm enim esset ex eadem tribu & cognatione, iniquum censebat se illi posthaberi, & divitiis pollentiorem & genere nihilo inferiorem : multáque in illum apud contribules Levitas & inter cognatos concionabundus vociferabatur, rem indignam dictitans, nec diutiùs ferendam, Moysem ambitiosis artibus sub prætextu cujusdam divinitatis cum aliorum injuria suæ tantùm gloriæ studere : & nuper præter jus & fas sacerdotium absque populi suffragio fratri Aaroni dedisse, & alias dignitates, quasi tyrannide arrepta, pro libidine distribuere. Gravem hanc esse injuriam, quòd ita latenter se in dominationem insinuet, ut priusquam sentiri possit, populi libertas opprimatur. Qui enim principatu se dignum sibi sit conscius, eum volente ac persuaso populo sine vi ad tale fastigium aspirare. Qui verò bonis artibus eò pervenire desperent, à vi quidem abstinere, ne bonitatis ac honestatis opinionem amittant, sed technis malicioſis ad id consequendum niti. Talium conatus in medium protractos puniri è republica esse, priusquam è clancularis insidiatoribus aperti hostes evadant. Quam enim rationem Moysem afferre posse, cur Aaroni potissimùm & filiis sacerdotium dederit. Si enim ex Levitica tribu alicui honor is ex divina voluntate deberetur, se meritò fuisse præferendum, genere Moysi parem, ætate atque opibus potiorem. Quod si antiquissimæ tribus ratio haberetur, optimo jure viris Rubelitidis tribus dignitatem eam deferendam, Dathamo, Abironi, & Phalao, divitiis juxta ac ætate inter contribules præminentibus. Hæc Cores, videri volens reipublicæ curam habere, revera hoc tantùm agens, ut concitato populo pontificatum invaderet.

D

E

partim probabilibus, partim improbabilibus & falsis :

421 *Pleræque hæ criminationes Core probabiles sunt, cùm satis congruant verbis ejus ad* Moysen *Num.* 16 ℣ 3, *cúmque non potuerit tot viros primarios in partes suas pertrahere, nisi occultis criminationibus* Moysis *& Aaronis famæ detraxisset. Nonnulla tamen minùs sunt verisimilia. Primò enim improbandum videtur, quòd Core se ætate & divitiis* Moysi *& Aaroni præferat : nam utrumque incertum est, nec admodùm verisimile. Secundò quòd fingat, ipsum apertè voluisse sacerdotium ad alium transferre : nam verba ipsius Num.* 16 ℣ 3 *tantùm insinuant, voluisse ipsum, ut sacerdotium omnibus Levitis fieret commune; atque id solum tentâsse : negare tamen nolim, id eum facere potuisse, ut deinde favore populi pontificatum ad suam pertraheret familiam. Tertiò licèt loquatur Josephus maximè de sacerdotio, satis tamen indicat conspirationem etiam fuisse contra supremam* Moysis *dignitatem. Et sanè intentio seditioſorum ea fuisse videtur, ut non solùm Aaroni eriperetur pontificatus; sed* Moysi *quoque suprema potestas. Innuunt utrumque verba Core Num.* 16 ℣ 3 : Sufficiat vobis quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus. Cur elevamini super populum Dei ? *Eòdem tendunt verba Dathan & Abiron,* Moysi *parere recusantium* ℣ 13 : Nunquid parum tibi est quòd eduxisti nos, .. nisi & dominatus fueris nostri ? *Itaque dubitandum non est, quin tam* Moysen *quàm Aaronem in ordinem redigere voluerint seditioſi. At Dominus defendit viros à se electos ad regendam Israëlitarum rempublicam; nec passus est aut sacerdotium aut supremum principatum ad alios transferri. Quartò corrigendus est Josephus, quòd* Dathamo *&* Abironi *adjungat* Phalaum, *de quo in sacris Litteris nulla fit mentio, dum illorum refertur conspiratio.* Hon *adjungi poterat, non* Phalaus, *per quem videtur designari* Phallu,

F

A Phallu, *filius Rubeni Num.* 26 ℣ 5, *& ibidem* ℣ 8 *avus Dathani & Abironis, ita ut diu debuerit esse defunctus ante hanc conspirationem.*

conspirationem quoque confundit cum murmuratione populi pòst secuta:

422 *Hisce observatis ad Josephi textum regredior.* Nec diu, *inquit*, se intra unam tribum hæ criminationes continuerunt: verùm sparsus paulatim rumor, dum quisque auditis de suo aliquid addit, totis jam castris pervagabatur: brevique eò res devenit, ut ducenti quinquaginta è primatibus factionem Coræ sequerentur, qui omnes operam dabant, ut sacerdotium fratri Moysis ademptum in illum tranferretur. Populus præterea tam concitatus erat, ut ad lapides conclamaretur: concurrebatque incondita multitudo in concionem, ubi stans ante Dei tabernaculum vociferabatur, tollendum Tyrannum, & populum è servitute eximendum, cui sub religionis prætextu dura imperata imponerentur. Deum enim, si ipse esset sacerdotis electror, aliquem dignum fuisse ad hunc honorem provecturum, non eum, qui multis esset meritò posthabendus: vel si Aaroni eum dare decreviſſet, populi suffragio potiùs quàm Fratris beneficio fuisse daturum. *In hisce Josephi verbis regnat confusio: nam, ut dixi, necdum agebatur de Sacerdotio ad Core transferendo: necdum etiam erat tanta populi exacerbatio, ut ad lapides concurreretur; sed ea orta est postridie, dum mortem seditiosorum* Moysi *& Aaroni imputare cœpit populus ad graviorem seditionem concitatus.*

B

& in oratione ad populum Moysi attributa

423 *Pergamus cum Josepho:* Moyses autem, qui Coræ calumnias non ignorabat, videns populum irritatum, nequaquam expavit: sed fretus conscientiâ rei bene administratæ, & sciens fratrem electione Dei perveniſſe ad sacerdotium, non suâ gratiâ, prodiit in concionem: & quoniam non erat imperitus artium, quibus vulgus tractandum est, ad Corem versus elata voce: Mihi, inquit, Cores, vel tu, vel unus quivis ex istis, intenta in ducentos & quinquaginta viros manu, honore digni videmini: imò ne reliquam quidem concionem contemno, etiamsi vobis divitiis & cæteris dotibus non sint conferendi. Nam nec Aaron ideo sacerdotio potitur, quia ditior. Tu enim ampliores, quàm uterque nostrûm, facultates possides: neque quia nobilior; commune enim universis genus nobis Deus voluit, cujus eundem cunctis autorem dedit: neque fraterno affectu motus, quod aliis debebatur, fratri contuli; nisi enim jus & fas præ oculis habuissem, nequaquam oblitus mei, dediſſem alteri, cùm nemo sit mihi me ipso propinquior, & mihi non minùs quàm illi bene velim; & alioqui qualis erat prudentiæ, me violati juris reum facere, & hujus facinoris præmium alteri cedere? Verùm & à mea probitate absit tale scelus, neque Deus sustinuisset aut se contemni, aut vos ignorare, quid illi gratissimum facturi essetis. Ipse sacerdotem sibi elegit, ipse ab hoc crimine immunem me reddidit. Attamen licèt non meo beneficio, sed divina electione hunc honorem adeptus, non dubitat in medium depositum vestris suffragiis committere, nullam prærogativam postulans ex eo, quòd hactenus eo sit legitimè functus, ut qui omni ambitione posita, malit vos sine seditione videre, tametsi vestris etiam calculis antè jam comprobatus. Neque enim Dei voluntatem in hoc læsimus, quòd vestrum etiam assensum accedere voluimus. Sed quod ille ultro detulit, salva pietate recusare non licuit: quemadmodum & illud æquum est, ut qui semel dedit, suum donum ratum ac perpetuum efficiat.

C

424 Quamobrem judicabit denuo, quem velit pro vobis sacra facere, & pietatis vestræ antistitem esse. Iniquissimum enim fuerit, Corem per ambitionem obstare, quo minùs liberam electionem sui sacerdotis habeat. Nihil est igitur quòd seditionibus turbemini, quantùm ad hanc causam attinet. Cras mane cum sua quisque acerra & igne ac odoramentis adesto. Tu verò, Cores, cede Deo, & calculum ejus expecta, neque majorem, quàm Deus habeat, autoritatem tibi arroga: sed tu quoque inter cæteros hujus honoris competitores judicandus adesto: nec video cur vel Aaron à petitione debeat excludi, eodem genere natus, & qui jam in hac functione irreprehensibile sui specimen dedit. Ubi verò conveneritis, coram toto populo suffitum facitote, & cujus sacrificium acceptius Deo fuerit, eum mea quoque autoritate confirmabo, meque ab hac calumnia collatæ per privatam gratiam in fratrem summæ dignitatis exolvam. His auditis, turba & tumultuari simul, & malè suspicari de Moyse destitit: & insuper consilium ejus collaudavit tanquam è republica futurum: atque ita concio dimittitur. *Hactenus Josephus, qui in principio orationis, quam* Moysi *attribuit, à mente sacrarum Litterarum longè recedit, dum* Moysen *inducit callidè abblandientem Core ceteriſque Levitis, quos gravi oratione perstrinxit Num.* 16 ℣ 8 *& sequentibus. Media autem orationis pars ex conjecturis formata est, Scriptura nec repugnante nec favente; at postrema demum pars orationis Scripturæ textui est conformior.*

E

pœnam seditiosorum narraturus gesta confundit,

425 *Pœnam rebellium narrat Josephus cap.* 3 *non sine multa confusione & erroribus aliquot. Verba audiamus:* Postera verò die reditur in concionem, ut sacro facto interessent divino judicio, per quod competitorum certamen erat dirimendum: eratque nonnihil tumultûs, multitudine suspensa ad eventus expectationem, quibusdam Moysen in ordinem redigi cupientibus, qui verò prudentiores erant, seditionum finem exoptantibus: timebant enim ne actum esset de republica, si ulteriùs seditio procederet. Multitudo quoque naturâ novarum rerum cupida, & ad obloquendum magistratibus prona, omnibus rumoribus circumferebatur. Moyses autem missis ad Dathamum & Abironem viatoribus, jussit ut ad conditum venirent sacris interfuturi. Postquam autem negaverunt se obtemperaturos, neque diutiùs passuros Moysi potentiam artibus malis quæsitam in populo augeri: his renunciatis assumptisque aliquot præstantioribus, non est dedignatus ad contumacem Dathami factionem venire, sequentibus se libenter, quos jusserat. *Huc usque Josephus rei gestæ ordinem & tempora confundens: nam primo seditionis die* Moyses *ad se vocari jusserat Dathanum & Abironem, illique parêre recusaverant.* Moyses *verò, audito eorum responso contumeliis pleno, eodem die Dominum oraverat, ne audiret seditiosos, jussitque Core sequenti die ad tabernaculum accedere cum suis Levitis. Secundo igitur die* Moyses *adivit tentoria Dathani & Abironis, secutumque est tam illorum quàm Levitarum supplicium.*

F

& attribuit Moysi preces nec Scripturæ conformes.

426 *Audiamus Josephum, qui ita pergit:* Tum Dathamus cum suis audito Moysen cum primatibus ad se adventare, progressi cum liberis & uxoribus ante tabernacula, expectabant quidnam acturus esset. Aderant etiam satellites, qui arcerent eum, si quid vi agere vellet. Ille verò jam propior, sublatis in cælum manibus, &

AUCTORE J. S.

& elata voce, ut à tota multitudine exaudiri poſſet, Domine, inquit, cæli & terræ ac maris, ut qui mihi teſtis es fide digniſſimus, quod quicquid hactenus feci, ex tua ſententia feci, qui miſeratus res Hebræorum perpetuus adjutor mihi fuiſti, exaudi hanc orationem. Tu enim ſcis omnia, ipſas etiam cogitationes hominum. Quapropter non dedignaberis rei veritatem atque iſtorum ingratitudinem in medium proferre. Noſti ſanè exactè & illa, quæ nativitatem meam præceſſerunt, viſa nimirum non audita: nunc in illis rebus teſtimonio tuo me ſubleva, quas iſti cùm non ignorent, malè ſuſpicari tamen non verentur. Ego cùm vitam agerem quietam, id quod mea virtute & tua voluntate Rageliſque ſoceri beneficio conſecutus eram, tamen relictis ejus voluptatibus & commodis, me ipſum totum dedidi ærumnis pro iſto populo perferendis: & primùm pro libertate eorum, nunc verò pro ſalute promptiſſimè magnos labores ſuſcepi. Nunc ergo quoniam in ſuſpicionem veni hominibus, qui meâ curâ ac providentiâ tot mala incolumes evaſerunt, tu qui in igne illo ad montem Sina mihi apparuiſti, & tua voce ſpectaculoque illo-
B rum prodigiorum me dignatus es, qui in Ægypto legatione tuo nomine fungi voluiſti, qui Ægyptiorum opibus afflictis, ſervitutem eorum effugere conceſſiſti, & Pharaotis potentiam ſuccumbere mihi feciſti, qui ignaris viæ per mare medium iter aperuiſti, cujus poſtea fluctibus Ægyptios involviſti, qui inermes armis muniviſti, qui ex vitioſis fontibus potabiles reddidiſti, & potum nobis inopiâ laborantibus è petra produxiſti, cibumque in terra non invenientibus à mari attuliſti, è cælo denique nunquam antè auditum es largitus, qui legibus ac inſtitutis rem noſtram ornâſti, adeſto mihi, Domine, judex omnium ac teſtis incorruptiſſimus, quòd neque munera à quopiam Hebræorum, favorem meum contra juſtitiam captante, admiſi, neque pauperem bonam cauſam habentem propter adverſarium divitem perdere litem ſum paſſus.

nec ipſius manſuetudini,

427 Et nunc republicâ ſinceriſſimè adminiſtratâ, in ſuſpicionem culpæ, à qua ſum alieniſſimus, venio, quaſi fratri ob privatum affectum, & non tua voluntate, ſacerdotium tuum contulerim: oſtende quòd omnia tuâ providentiâ diſpenſantur, & nihil fortuitis caſibus, ſed tua
C voluntate ad effectum pervenit: & quòd res Hebræorum cordi tibi ſint, juſta in Dathamum & Abironem animadverſione declara, qui te ſtupidum faciunt, meis impoſturis circumveniri jactantes. Facies autem manifeſtam adverſus inſanos gloriæ tuæ detractores vindictam, ſi non communi more intereant, ne quis nihil humanum paſſos exiſtimet, ſed terra, quam indigni calcant, dehiſcens cum familiis & facultatibus eos abſorbeat: hoc modo & tua potentia omnibus apparebit, & exemplum poſteris ſtatuetur, ne quis ſecus quàm pium eſt de tua majeſtate ſentire audeat: & meum miniſterium ex tua ſententia eſſe comprobabitur. Quod ſi vera ſunt crimina, quæ in me congerunt, tum in meum caput diræ vertant, illis, quos execratus ſum, incolumibus. Atque ita exactâ pœnâ à populi tui turbatoribus, reliquam multitudinem in pace, concordia, & mandatorum tuorum cuſtodia ſerva intactam, & expertem ſupplicii ſceleratis hominibus debiti: quandoquidem alienum eſt à tua juſtitia, illorum pœnas immeritam Iſraëlitarum turbam dependere. *Ita Joſephus pro ſuo ingenio. At varia ſunt corrigenda. Primò longa hæc oratio* Moyſis *ad Deum incongruè concinnata eſt. Prior tamen pars, quâ Dei beneficia recenſentur, vera eſt; ſed Joſephum potiùs quàm* Moyſen *habet auctorem, certè pro majori parte. Secundò graviter peccat ſcriptor Hebræus, dum* Moyſen *inducit orantem, ut adverſarii dehiſcente terra abſorbeantur: nam hunc quidem illorum interitum prædixit* Moyſes, *ſed non rogavit Dominum, ut ſic punirentur, neque eæ preces eximiæ ſancti Legiſlatoris manſuetudini ſunt conformes. Tertiò falſum quoque eſt & incongruum, quòd* Moyſes *ſibi dira precatus ſit, ſi vera jactarentur à ſeditioſis.* D

Dathani & Abironis ſupplicium refert, omiſſo Core,

428 *Supplicium Dathani & Abironis, omiſſo perperam Core, mox ita narrat:* Hæc cum lachrymis effato, terra horrendum repentè contremuit, & undante ſuperficie, non ſecus quàm pelagus vento fluctuans, univerſum populum terruit: immani mox ſonitu eliſo, quà ſeditioſi tendebant ſolum ſubſidit, & eodem momento omnes ad unum abſorbet: ſublatiſque in hunc modum profanis, hiatus ille ita rurſum claditur, ut ne veſtigium quidem ejus ſupereſſet. Hic finis ſeditioſæ factionis, illuſtre argumentum divinæ providentiæ ſimul & potentiæ, fuitque hic caſus eò miſerabilior, quòd adeo nemo ne propinquorum quidem aut cognatorum eos eſt miſeratus, ut totus quantus erat populus, anteactorum oblitus, lætis acclamationibus Dei ſententiam comprobaret, ac ne luctu quidem dignos, ut peſtem ac perniciem popularium, exiſtimaret. *Falſum eſt, quod aſſeritur, nullum fuiſſe luctum de morte ſeditioſorum, cùm ſequenti die altera orta ſit ſeditio illorum, qui vociferabantur* Moyſen *& Aaronem interitûs iſtorum fuiſſe cauſam, ut ipſe quoque narrat Joſephus.* E

quem perperam adjungit viris 250 igne abſumptis:

429 *Non minùs in ſequentibus à vero aberrat ſcriptor parùm accuratus, qui ita pergit:* Poſt Dathamum cum ſuis extinctum Moyſes pontificatûs æmulos convocat, Deo denuo commiſſurus electionem, ut ei ſit ratum ſacerdotium, cujus ſacrificium Deo gratiſſimum apparuerit. Itaque conveniunt ducenti quinquaginta viri ſummo in precio ſemper apud populares habiti, tum quòd à majoribus omni virtute præclaris oriundi eſſent, tum quòd ipſi nequaquam degenerarent: cumque his procedunt & Aaron & Cores: deinde ſtante * ante Dei tabernaculum adolebant aceris odoramenta, quæ ſecum attulerant: cùm ſubitò tantus ignis effulſit, quantum nec homines ipſi unquam excitaverunt, nec in terris ſponte ardentibus, nec in ſylvis per æſtum auſtri flatu colliſis & attritis excitatum viderunt, ſed qualis divinitus accendi poterat, fulgentiſſimus ſimul ac flagrantiſſimus: cujus vi ac impetu ducenti illi & quinquaginta unà cum Core ita ſunt abſumpti, ut ne cadaverum quidem reliquiæ comparerent. Solus Aaron ſuperfuit illæſus, ut manifeſtum eſſet divinitus coortum hoc incendium. His ita abſumptis, Moyſes volens perpetuam ejus ſupplicii memoriam ad poſteros tradi, ut & illis non ignoraretur, juſſit Eleazarum Aaronis filium aceras eorum affixas altari æreo conſecrare, ut hoc monumento omnes terrerentur, qui cæleſte Numen humanis dolis putant circumveniri poſſe. *In hiſce corrige primò tempus: neque enim hi Levitæ congregati ſunt poſt mortem Rubenitarum; ſed jam antè convenerant, & veriſimiliter eodem tempore combuſti ſunt, quo alii terræ hiatu abſorpti. Secundò Core non fuit cum hiſce combuſtus, ut aliqui cum Joſepho* * *Græcè omnes* F

A *pho voluerunt, ſed hiatu quoque terræ demerſus, ut antea dixi. Tertiò perperam ait Joſephus, hos non degenerâſſe à præclaris parentibus, quandoquidem ſeditioſi fuerint contra Principem ſuum & ſacerdotem à Deo electos. Quartò non ſolùm* Moyſes *; at Deus ipſe juſſit, acerras eorum in laminas duci & altari æneo affigi in ſignum rebellionis, perpetuamque rei memoriam.*

finem quoque ſeditionis confuſe narrat, illum attribuens

430 *Demum Joſephus cap. 4 confuſa rurſum rei expoſitione omnibus hiſce tumultibus finem impoſuit, omittens incendium divinitus excitatum, quo perierunt* quatuordecim millia hominum, *quódque Aaron à* Moyſe *miſſus ſua deprecatione tandem cohibuit. Poſtremum verò tumultum omnium furioſiſſimum, quo* Moyſes *ipſe & Aaron ad tabernaculum fugere coacti ſunt, non morte tot millium, ſed ſolâ* Moyſis *prudentiâ ſublatum fingit per efflorèſcentem Aaronis virgam. Verba ejus accipe:* Poſt tam evidens argumentum cùm jam ſatis conſtaret, non ambitu, aut Fratris gratiâ, ſed divino judicio ſacerdotium ad Aaronem perveniſſe, ſine ulla controverſia poſthac illud tenuit: nec tamen ob hoc diu ceſſatum eſt à ſeditione, imò penè gravior priore eſt inſecuta. Nam ex talibus cauſis ortum habuit, ut facilè appareret longo tempore duraturam. Cùm enim ſemel animos hominum occupâſſet hæc perſuaſio, nihil ſine Dei voluntate geri, arbitrabantur Deum in gratiam Moyſis iſta facere: Huic igitur imputabant omnia, tanquam non peccatorum odio Deus ſæviret, ſed à Moyſe ſolicitatus: ægréque ferebant quòd non ſolùm impunè tot optimatum morte populum mulctâſſet, ſed præmium etiam auferret confirmatum jam fratris pontificatum: quandoquidem nemo poſthac eum affectaturus erat, cùm aliis id malè ceſſiſſe videret. Adhæc cognati extinctorum agebant apud populum, rogantes ut ſuperbæ & nimiæ Moyſis poteſtati modum aliquem ſtatueret, facilè enim hoc illi eſſe.

virgæ floreſcentis prodigio, quo confirmatum eſt Aaroni ſacerdotium.

431 Tum ille maturè ſentiens excitari turbas, veritus ne qui rurſum res novas molirentur, unde magnum aliquod malum accidere poſſet, concionem advocari jubet. Et auditis poſtulatis nihil reſpondens, ne magis irritarentur, hoc tantùm principibus tribuum mandavit, ut virgas afferrent tribuum nominibus inſcriptas. Ejus enim fore ſacerdotium, in cujus virga Deus ſignum oſtenderit. Quod ubi placuit, inſcriptas attulerunt, cùm alii, tum Aaron, inſcriptam habens in ſua Leviticam. Eas Moyſes acceptas in Dei tabernaculum depoſuit. Sequenti verò die omnes protulit, quæ facilè agnoſcebantur, quòd eſſent & à principibus, qui attulerant, & à cætero populo notatæ: videbantque alias eadem ſpecie manere, quâ erant pridie, cùm eas Moyſes acciperet, ex Aaronis verò ramos & germina eſſe exorta, & quod magis mirum, amygdala matura, quòd virga ex hoc genus ligno conſtaret. Hac novitate ſpectaculi vulgus attonitum, omiſſis odiis, quibus tam Moyſem quàm Aaronem proſequebatur, totum in admirationem divini judicii verſum, ampliùs Deo repugnare deſiit, ratumque Aaroni ſacerdotium eſſe voluit: atque ita tertio Dei calculo confirmatus, nemine poſthac contradicente, fuit pontifex; & Hebræorum populus, longis ſeditionibus agitatus, hoc modo ad quietem tandem pervenit. *Hactenus Joſephus, cujus errores jam aſſignavi: tumultus enim populi cohibitus fuit punitione quatuordecim millium, priuſquam prodigium in Aaronis virga eſſet patratum: atque eo demum prodigio ſacerdotium Aaroni eſt confirmatum.*

B

C

AUCTORE J. S.

Philonis brevis relatio de conſpiratione

432 *Philo lib. 3 pag. 536 & ſeq. de pœna Core aliorumque ei adhærentium, nullum tamen nominans, adfert ſequentia:* Eſt & aliud ejus oraculum conjunctum cum majore prodigio, cujus ſuprà mentionem feci de pontificatu Prophetæ differens: id quoque prolatum ex afflatu Numinis, ſine dilatione eventus conſecutus eſt. Templi miniſtrorum duo ſunt ordines, ſacerdotum potior, ædituorum inferior. Erant illo tempore tres ſacerdotes, ædituorum multa millia. Hi freti ſuorum multitudine paucitatem ſacerdotum contemnebant peccato non ſimplici, dum & majoribus adimunt honorem debitum, & minores ultra modum extollunt, ſicut fit inſurgentibus contra ſuos præfectos ſubditis, turbatoque ordine publico. Deinde cœtus faciendo clamabant in Prophetam, quòd propter domeſticam neceſſitudinem fratri ejuſque filiis donâſſet ſacerdotium conficto oraculo, ut videretur id ex autoritate Dei facere. Quamobrem exaſperatus alioquin Vir ingenii mitiſſimi, non tulit tam inſignem injuriam ſimul & maliciam, petiitque à Deo ut averſaretur illorum ſacrificia: non quòd periculum eſſet ne juſtiſſimus Judex ſacra impiorum acciperet, ſed quia hic eſt peculiaris effectus Deo chari animi, adverſari propalàm nefariis conatibus.

E

& ſupplicio ſeditioſorum

433 Necdum juſta indignatio furorque deſerbuerat, cùm Numine afflatus inſuper hoc edidit vaticinium: Grave malum eſt incredulitas, ſed ſolis pernicioſum incredulis. Hi factis, non dictis, caſtigandi ſunt. Pœna docebit eos, me non mentiri, quando ſcire nolunt, quod ſciunt. Mors decernet de hac controverſia. Si naturali morte decedent, fictum eſt meum oraculum. Quod ſi novo inuſitatoque lethi genere abſumentur, teſtata erit mea veracitas. Video terram vaſto ſpecu dehiſcere, abſorberi numeroſas cognationes unà cum ſuis tabernaculis, vivos homines ad inferos deſcendere. Vix hæc effatus erat, cùm terra concuſſa rumpitur eo potiſſimùm loco, ubi tendebant impii: momentoque temporis univerſos operit. Rurſum enim hiatus coïvit, velut ſuo defunctus officio. Nec ita multo pòſt ſeditioſi ducenti quinquaginta, qui præcipui tumultûs autores fuerant, repentè de cælo tacti unà conflagraverunt, ne minimo quidem membro relicto, quod ſepulchris poſſet inferri. Atque ita horrendis pœnis cumulatis aliis ſuper alias magnopere illuſtrata eſt Prophetæ pietas, Deo teſtimonium præbente veritati oraculorum.

F

nonnihil emendatur;

434 Ubi operæ pretium eſt conſiderare quomodo cælum terraque pœnas exegerunt ab impiis hominibus, ceu diviſis muniis inter primarias mundi partes, unde cæteræ ſumpſerunt originem. Nimirum quia ſceleſti maliciam ſuam radicatam in terram, in tantam altitudinem extulerunt extenderuntque, ut cælum attingeret, ideo terra ſimul & æther in eos ſæviit; altera diducens ſe, ut abſorberet inutilia pondera; alter exurens eos fulminibus, imbris in morem denſis & crebrò micantibus. Finis autem & abſorptorum & exuſtorum idem fuit. Nam utrique diſparuerunt, alteri operti ſolo reſtituto in priſtinam planiciem, alteri abſumpti fulmineis ignibus. *Hac Philo, relata in Scripturis ſuo modo explicans, & quibuſdam augens conjecturis: nam conjectura ſolùm eſt, quòd Levitas ducentos quinquaginta ita conſumptos igne aſſerat, ut*

AUCTORE J. S.

nihil ex eorum corporibus superfuerit. Conjectura item est, & quidem parùm probabilis, quòd ignem divinitus immissum, quo occisi sunt, per crebra fulmina exponat, cùm uno momento periisse videantur igne illo. Peccat insuper, quòd rebellionem & pœnam ita exponat, acsi eodem die omnia essent peracta, cùm constet noctem unam interceßisse.

Auctoris & expositio ejusdem de virga Aaronis floreßcente.

435 *Idem scriptor lib. 3 pag. 525 de conspiratione Levitarum, quos* ædituos *vocat, eadem ferè narraverat, pœnamque rebellium ibidem prætermittens, de prodigio in virga Aaronis facto sic loquitur:* Sensit Moyses hanc conspirationem contra se tendere, quia fratrem pontificem oraculi jussu designaverat. Id factum non caruit calumniâ, quasi prætextu oraculi plus valuisset domestica gratia, quàm utilitas publica. Quod, ut erat, visum est indignissimum, non solùm in dubium revocari fidem approbatam tot cælestibus prodigiis, verùm & de religione ambigi, quæ fucatis etiam hominibus solet veritatis confessionem exprimere. Veritas enim à Deo non sejungitur. Proinde supervacaneum ratus eos prolixa oratione beneficiorum acceptorum commonefacere, quos jam adversariorum criminationibus præoccupatos animadverterat: Deum exoravit ut evidenti signo declararet, sinceram incorruptamque fuisse electionem pontificis. Ille jussit eum XII virgas, pares tribuum numero, inscribere nominibus phylarchorum undecim, duodecimamque pontificis fratris sui nomine, deinde inferre adytis. Fecit jussa vates, intentus in exitum. Postera die monitus oraculo, in præsentia totius populi, depromplit virgas, cæteras nil mutatas, eam autem quam nomine pontificis inscripserat, ostento novo conspicuam. Nam hæc mirificè tota, quanta erat, frondes fructusque protulit. Erant autem nuces, diversâ naturâ ab aliis fructibus. *Hactenus Philo, prolixè deinde disputans de natura nucum. Verùm nonnulla hîc sunt emendanda. Primò perperam ait, virgas tantùm fuisse undecim præter virgam Aaronis, quæ non erat duodecima, sed decima tertia, ut clarè dicitur Num.* 17 ℣ 6. *Secundò peccat, dum innuit* Moysen *ab initio conspirationis statim, jubente Deo, usum esse eo signo, ut seditiosos compesceret, nulla factâ ibi mentione de seditiosorum supplicio. Tertiò per* nuces, *quas asserit productas à virga Aaronis, amygdala intellige, quæ species quædam sunt nucum. Hisce observatis, ad alia progrediamur.*

B

C

§ XXXIX. Mansio trigesima tertia, mors Mariæ, murmuratio populi, peccatum Moysis & Aaronis, quibus ingressus in Terram promissam negatur à Deo.

Iter ex Asiongaber ad desertum Sin, ubi mansio 33 erat in Cades:

TRigesimâ secunda Israëlitarum mansio fuit in Asiongaber ad mare Rubrum, quò jussi erant regredi, ut antè vidimus. Inde tandem discesserunt circa initium quadragesimi peregrinationis suæ anni, veneruntque rursum versus Terram promissam, quam citò ingredi potuissent, si transitus per Idumæam fuisset concessus. De adventu ex Asiongaber ad mansionem trigesimam tertiam Num. 33 ℣ 36: Inde profecti, venerunt in desertum Sin, hæc est Cades. *Et Num.* 20 ℣ 1: Veneruntque filii Israël, & omnis multitudo in desertum Sin, mense primo: & mansit populus in Cades. *Nonnulla hîc observanda sunt de loco & tempore. Primò satis clarum est, hoc desertum Sin, in quo fuit mansio trigesima tertia, distingui à deserto Sin, in quo fuit mansio octava: nam octava mansio fuit in deserto Sin, quod situm est non longè à mari Rubro è regione Ægypti, atque inter Ægyptum inferiorem & montem Sinai. At desertum Sin, ad quod nunc pervenerunt Israëlitæ, situm est remotiùs à mari Rubro, magisque ad Orientem & circa confinia Idumææ. Utriusque distinctionem notat etiam S. Hieronymus, probatque ex diversitate nominis Hebraïci: nam* Sin, *in qua octava mansio, habet primam litteram Hebraïcam* Samech, *alterius verò* Sin *prima littera est* Sade, *ita ut nulla esse possit de diversitate dubitatio.*

D

disputatur an hæc Cades eadem sit cum Cadesbarne,

437 *Verùm non æquè clarum est, utrùm* Cades *deserti Sin distinguatur à* Cadesbarne, *unde missi fuerunt exploratores anno peregrinationis secundo:* Cadesbarne *enim subinde etiam* Cades *vocatur, & potuerunt Israëlitæ ad eumdem locum redire. Dissentiunt quoque hac de re scriptores, quorum alii contendunt eamdem esse urbem, alii loca diversa: atque eam ob causam diligentiori examine hîc utendum judicavi. Omnibus autem Scripturæ locis, ex quibus aliquid lucis potest affulgere, attentè consideratis, longè probabilius mihi apparet, urbes fuisse diversas, & quidem longè dissitas. Situs civitatis Cadesbarne haud difficulter assignari potest, cùm Num.* 34 *& Josue* 15 *sic memoretur in limite Meridionali Terræ promissæ, ut necessariò collocanda sit in ipso limite Meridionali inter mare Mortuum & mare Mediterraneum. De hoc illius urbis situ facilè consentient adversarii, illique etiam haud dubiè agnoscent, eò usque processisse Israëlitas secundo itineris sui anno, ut illac Chanaanitidem invaderent; sed illud* Moysis *consilium impeditum fuisse per rebellionem populi ibidem exortam. Præterea observo, locum ipsum vicinum fuisse regioni Amalecitarum, cùm hi simul cum Amorrhæis & Chananæis ibidem cecîderint Israëlitas, vetante* Moyse *ad pugnam progressos. Cadesbarne verò vicinam fuisse Idumææ, nullibi dicitur in Scripturis. Quamvis autem ipse locorum situs satis insinuet, urbem hanc non longè admodùm ab Idumæa distare potuisse, in ipso tamen limite aut confinio Idumææ sitam fuisse non existimo. Non quidem ignoro in plerisque tabulis geographicis Terræ sanctæ prope Idumæam collocari, quia limites Occidentales Idumææ passim nimis extensi fuerunt versus mare Mediterraneum, cùm limites Australes potiùs fuerint extendendi usque ad sinum Elaniticum maris Rubri, cui adjacebat Asiongaber urbs Idumææ, ut dicitur* 3 *Reg.* 9 ℣ 26 *his verbis:* Classem quoque fecit rex Salomon in Asiongaber, quæ est juxta Ailat in littore maris Rubri, in terra Idumææ. *Extendebatur igitur Idumæa inter mare Mortuum & mare Rubrum; at probari nequit, tam longè extensam fuisse versus mare Mediterraneum, ut Cadesbarne in ejus confinio esset sita. Hactenus de situ Cadesbarne & Idumææ.*

E

F

variisque observatis de itineribus Israëlitarum,

438 *Nunc pauca quoque dicenda sunt de itinere Israëlitarum usque in Asiongaber, indeque in Moabitidem, ut clariùs appareat, ipsos ex Asiongaber non rediisse in Cadesbarne, sed profectos*

A *fectos esse per viam maximè diversam. Ex Ægypto usque ad montem Sinai numquam longius recesserunt à mari Rubro, sed ferè ab Occidente profecti sunt in Orientem. A monte Sinai rectà perrexerunt ad limites Terræ promissæ, relictâ ad Orientem Idumææ, ad quam propiùs accessisse in illo itinere nusquam leguntur, atque ita venerunt usque ad Cadesbarne. Inde regredi coacti per multos circuitus sæpe accesserunt ad confinia Idumææ & verisimiliter etiam per loca quædam deserta illius provinciæ transierunt: atque idcirco dicit* Moyses *Deut.* 2 ℣ 2: Et circuivimus montem Seir (*id est, Idumææ montes*) longo tempore. *Hæ vagationes finitæ videntur in Asiongaber, aut in statione præcedenti, quando jussit Dominus per Idumæam versus Aquilonem proficisci, ut dicit* Moyses *Deut.* 2 ℣ 3 *his verbis*: Dixitque Dominus ad me: Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem: & populo præcipe, dicens: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. Videte ergo diligenter, ne moveamini contra eos: neque enim dabo vobis de terra eorum, quantum potest u-
B nius pedis calcare vestigium, quia in possessionem Esau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecuniâ, & comedetis: aquam emptam hauretis, & bibetis. *Transisse revera Israëlitas per partem quamdam Idumææ circa Asiongaber, mox subjungit* ℣ 8 *hoc modo*: Cumque transissemus fratres nostros filios Esau, qui habitabant in Seir, per viam campestrem de Elat & de Asiongaber, venimus ad iter, quod ducit in desertum Moab. *Clarè hîc asseritur, Israëlitas per Idumæam transisse versus confinia Moabitarum: in illo autem itinere stationes fuerunt in Asiongaber, in Cades, ad montem Hor, in Salmona, in Phunon, in Oboth, unde* venerunt in Jieabarim, quæ est in finibus Moabitarum, *ut dicitur Num.* 33 ℣ 44.

439 *Hisce observatis, facilè ostendi potest, Israëlitas ex Asiongaber non rediisse in Cadesbarne, sed venisse ad aliam urbem,* Cades *quoque dictam, atque adeo hanc necessariò ab illa distingui. Calmetus, licèt contrariam opinionem propugnet, in Deut.* 2 ℣ 3 *nobiscum existimat in Asiongaber aut in vicina Elat, illud præceptum*
C Moysi *datum fuisse ab angelo:* Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem *&c. Et sanè nullum potest esse dubium, quin illud præceptum acceperit* Moyses, *priusquam veniret ad stationem sequentem in Cades, ubi vi illius pugnare noluit cum Idumæis; cùm ipse dicat* ℣ 8, *se, accepto illo præcepto, venisse* per viam campestrem de Elat & de Asiongaber *versus Moabitidem. Jam verò in illo itinere ex Asiongaber in Moabitidem, ad cujus confinia pervenerunt statione sexta, prima mansio occurrit* Cades, quæ *Num.* 20 ℣ 16 *ponitur* in extremis finibus *Idumæorum. Hæc igitur esse nequit* Cadesbarne *in limite Meridionali Terræ promissæ posita, & ad Occidentem Idumææ prope Amalecitarum regionem. Nam primò Cadesbarne non erat in via, quæ ex Asiongaber ducebat versus Moabitas, sed tam longè, aut etiam verisimiliter longiùs, distabat ab Asiongaber, quàm ipsa distabant Moabitarum confinia. Secundò inter Cadesbarne & Moabitidem media erat tota Idumæa, ubi latissima est ad confinia Terræ promissæ. Itaque si* Moyses *cum Israëlitis ex Asiongaber profectus esset in Cadesbarne, indeque in Moabitidem, maximè cœpisset circuire montes Idumæos, quando Dominus jubebat circuitus diuturnos finire. Præterea credibile non est, Israëlitas unico tractu processisse ex Asiongaber usque ad Cadesbarne ob nimiam utriusque loci distantiam, cùm tamen unica tantùm mutatio castrorum notetur ab Asiongaber usque Cades Num.* 33 ℣ 36. *Hæ rationes prorsus persuadent,* Cades deserti Sin *distinguendam esse à* Cadesbarne, *& Cades fuisse urbem in finibus Australibus aut Orientalibus Idumææ. cùm Cadesbarne ad Occidentem esset Idumææ, nec videatur tam propinqua Idumæis fuisse quàm Amalecitis, Amorrhæis & Chananæis.* AUCTORE J. S.

probatur, Cades deserti

440 *Porrò non desunt aliæ quoque rationes, quibus distinctio ostendatur. Primò Cadesbarne erat in deserto Pharan, Cades verò in deserto Sin. Prior quoque passim vocatur* Cadesbarne *ad distinctionem indicandam, & ubi Num.* 13 ℣ 27 *vocatur* Cades, *additur* desertum Pharan, *quo satis secernebatur. Cades quoque deserti Sin, licèt aliàs solùm* Cades *nominetur, Num.* 27 ℣ 14 *diserte dicitur* Cades deserti Sin, *& quidem postquam ibidem mentio fuerat de deserto Sin, ita ut voces* deserti Sin *omnino additæ videantur ad distinctionem. Ad hæc argumenta respondere conatur Calmetus in cap.* 13 *Num.* ℣ 27, *ubi versat hanc controversiam. Ad primum dicit, desertum Sin fuisse vicinum deserto Pharan; atque idcirco urbem* Cades *aut* Cadesbarne *modò uni, modò alteri deserto attribui. Ut autem ostendat, desertum Sin non longè abfuisse à Cadesbarne, adducit iter exploratorum, qui missi sunt ex Cadesbarne, & de quibus dicitur Num.* 13 ℣ 22: Cumque ascendissent, exploraverunt terram à deserto Sin, usque Rohob intrantibus Emath. *Atque ex his verbis concludit, desertum Sin fuisse in vicinia Cadesbarne, aut Cadesbarne fuisse in ipso deserto Sin. Respondeo ex allatis verbis nihil posse concludi, nisi exploratores cœpisse speculari Terram promissam à deserto Sin; indeque perrexisse usque ad partem Septemtrionalem ejusdem Terræ: neque enim exprimitur, quantum itineris impenderint, priusquam pervenissent ad desertum Sin, quosve fecissent circuitus, ut non agnoscerentur. Sanè nequaquam est verisimile, ipsos rectà ex castris suis in Terram promissam, quam contemplaturi erant, profectos esse, etiamsi id supponat Calmetus: sic enim facilè fuissent agniti & comprehensi. Dico igitur, speculatores istos per Idumæam profectos esse ad desertum Sin, mari Mortuo vicinum, indeque terram explorare cœpisse.* E

distinctam fuisse a Cadesbarne: argumenta Calmeti,

F

441 *Desertum Sin fuisse prope mare Mortuum, habemus ex altero Scripturæ loco, quem item pro sua opinione allegat Calmetus. Limes Meridionalis Terræ sanctæ ab Oriente usque ad Occidentem describitur Num.* 34 *hoc modo:* Pars Meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est juxta Edom: & habebit terminos contra Orientem mare salsissimum: qui circuibunt Australem plagam per Ascensum Scorpionis, ita ut transeant in Senna, & perveniant à Meridie usque ad Cadesbarne, unde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent usque ad Asemona: ibitque per gyrum terminus ab Asemona usque ad torrentem Ægypti, & maris magni littore finietur. *Eodem ferè modo limes Meridionalis tribûs Juda describitur Josue* 15, *primumque ad Orientem ponitur ibidem quoque* desertum Sin, *ultimumque ad Occidentem* mare magnum, *id est, Mediterraneum. Uterque locus omnino innuit* desertum Sin *fuisse in angulo Orientali & Meridio-*

contrariam opinionem asserimus,

AUCTORE J. S.

Meridionali Terræ promiſſæ, interque mare Mortuum & Idumæam partim fuiſſe ſitum. Calmetus quidem locum aliter explicare nititur, ſed violenter, ut ſtudioſo lectori patebit, verba ipſius conſideranti. Porrò non exprimitur illis locis, quò, quámque latè illud deſertum ſe extenderet à parte Meridionali maris Mortui. Verùm, ſi idem ſit cum deſerto Sin, in quo urbs Cades erat ſita, longè ſe extendit per confinia Idumææ verſus mare Rubrum, cùm Cades non admodum propinqua eſſet mari Mortuo. Ex dictis liquet, nec viam exploratorum, nec deſertum Sin, favere ſententiæ Calmeti.

expenduntur,

442 *Ad ſecundum argumentum de diſtinctione nominum* Cades & Cadesbarne, *ait*, Cadesbarne *aliis etiam locis vocari* Cades. *Verùm id rarò fit, & ſine periculo confuſionis, ut vidimus. Lubens quoque fateor argumentum iſtud ex nominum diſtinctione non magni eſſe momenti. At alia allata ſunt, eaque firmiora. Deinde verò ait idem ſcriptor, non memorari ſecundam aliquam urbem in deſcriptione Meridionalis limitis Terræ ſanctæ. At id planè frivolum eſt, cùm Cades*

B *deſerti Sin non eſſet vicina Terræ ſanctæ, nedum inter ejus limites ſita. Dicit quoque, ſed non probat, tam Cades quàm Cadesbarne, eſſe finitimam Idumææ & Chanaanitidis. Verùm jam dixi incertum eſſe, an Cadesbarne finitima fuerit Idumææ; quod contrà certum eſt de Cades. Si tamen urbs utraque fuit in limite Idumææ; Cades fuit Meridiem versùs in limite Orientali, Cadesbarne verò versùs Septemtrionem in limite Occidentali. Vicinia autem Chanaanitidis vera eſt de Cadesbarne, falſa de Cades, cùm ſolùm unius diei itinere abeſſet à mari Rubro.*

& ad ſingula reſpondetur,

443 *Deinde pergens Calmetus, utramque facit vicinam* monti Hor, *urbi* Arad *& loco* Horma. *At reſpondeo urbem Cadesbarne longè abfuiſſe à monte Hor, Idumæamque fuiſſe interjectam, ut patet ex dictis num.* 437 *&* 438. *Præterea, S. Hieronymus lib. de Locis Hebraïcis montem* Hor *collocat juxta urbem Petram, quæ ab omnibus paſſim notatur ad limites Orientales Idumææ. Nihilo verius eſt, quod aſſeritur de vicinitate urbis* Arad *: nam hæc urbs, ſive cum pleriſque geographis collocetur prope mare Mortuum intra limites tribus Juda, ſive extra iſtos*

C *limites paulo magis ad Orientem & Meridiem, non tam erat vicina urbi Cadesbarne, ut faveat ſententiæ Calmeti. Demum locus* Horma, *ſive unus fuerit, qui occurrit Num.* 14 ℣ 45 *& Num.* 21 ℣ 3, *ſive fuerit geminus, nihil planè evincit: nam ne quidem ſitus illius loci poteſt aſſignari, cùm neſciamus, quo loco conflixerint Iſraëlitæ, quando infeliciter pugnarunt Num.* 14; *nec præcisè ſciamus locum, in quo victores fuerunt Num.* 21. *Scimus quidem multitudinem tempore prioris pugnæ caſtrametatam fuiſſe prope Cadesbarne, tempore autem alterius prope montem Hor. At ideo necdum novimus determinatum pugnæ locum, cum agmen ad conflictum amandaretur longè a caſtris.*

variiſque rationibus noſtra ſententia confirmatur.

444 *Itaque perperam aſſerit Calmetus, nihil dici poſſe de urbe* Cades, *quod etiam verum non ſit de* Cadesbarne; *omniaque ferè argumenta, quæ ad hoc probandum allegat, probatione quàm maxime indigent, cùm pleraque videantur falſa, aut certè nihil evincant, ſiqua verè aſſerta ſunt. Præterea in opinione Calmeti intelligi nequit, cur* Moyſes, *dum erat in Cades, tranſitum petierit per Idumæam, quæ inter Chanaanitidem & Cadesbarne non erat media: Cadesbarne enim erat in limite Meridionali Terræ ſanctæ. Secundò dum* Moyſes *cum exercitu ſuo ex Cades venit ad montem Hor, aut rectà ivit verſus Septemtrionem, uti juſſerat Dominus; aut iterum regreſſus eſt verſus Meridiem. Si primum quis dixerit; neceſſariò etiam dicere debebit, iter illud fuiſſe per Terram promiſſam: quod Scripturæ repugnat, quæ teſtatur* Moyſen *numquam ingreſſum eſſe in Terram promiſſam. Si verò cum Calmeto dixerit, Iſraëlitas iterum ex Cadesbarne in Hor regreſſos eſſe: cur rex Arad illos potiùs aggreſſus eſt, quando erant apud montem Hor, quàm quando viciniores erant in Cadesbarne? Quomodo audivit Num.* 33 ℣ 40 Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in terram Chanaan veniſſe filios Iſraël, *quando erant apud montem Hor, illudque non audivit potiùs quando erant in Cades, ſi hæc erat vicinior. Tertiò cur dicit* Moyſes *Deut.* 2 ℣ 14: Tempus autem, quo ambulavimus de Cadesbarne uſque ad tranſitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit; *ſi anno peregrinationis quadrageſimo Maria ſoror ejus mortua eſt in Cadesbarne, ut vult Calmetus confundens* Cades *&* Cadesbarne, *cùm eodem anno quadrageſimo torrentem Zared tranſierint? Quartò in Cadesbarne longo tempore fuerunt Iſraëlitæ ſine defectu ullius rei, in Cades verò paſſi ſunt aquæ penuriam. Hiſce omnibus conſideratis, ſententia Calmeti, quam diligentiùs examinavi, quia jam aliis placuit, mihi improbanda videtur, quòd rectè conciliari nequeat cum itinere Hebræorum, & cum ſacra Scriptura.*

Mors Mariæ: murmuratio populi ob defectum aquæ:

445 *Nunc videamus, quid in manſione illa trigeſima tertia, ſeu in Cades acciderit Iſraëlitis. Primùm refertur mors Mariæ, ſororis* Moyſis *& Aaronis, Num.* 20 ℣ 1 *his verbis:* Mortuaque eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco. *Luxerunt haud dubiè hanc mortem* Moyſes *& Aaron, & veriſimiliter populus univerſus; at de eo luctu Scriptura non meminit. Verùm gravior ſanctum Legiſlatorem excepit dolor, dum vidit populum ſuum ad priſtinas murmurationes relapſum in eodem loco. Audiamus ipſius verba* ℣ 2: Cúmque indigeret aquâ populus, convenerunt adversùm Moyſen & Aaron: & verſi in ſeditionem, dixerunt: Utinam periiſſemus inter

F fratres noſtros coram Domino. Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, ut & nos & noſtra jumenta moriamur? Quare feciſtis nos aſcendere de Ægypto, & adduxiſtis in locum iſtum peſſimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gignit, nec vineas, nec malogranata, inſuper & aquam non habet ad bibendum? Ingreſſuſque Moyſes & Aaron, dimiſſa multitudine, tabernaculum fœderis, corruerunt proni in terram, clamaveruntque ad Dominum, atque dixerunt: Domine Deus, audi clamorem hujus populi, & aperi eis theſaurum tuum fontem aquæ vivæ, ut ſatiati, ceſſet murmuratio eorum. Et apparuit gloria Domini ſuper eos. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Tolle virgam, & congrega populum, tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Cúmque eduxeris aquam de petra, bibet omnis multitudo & jumenta ejus.

Moyſes percutiens, jubente Deo, petram, ſecunda vice aquas elicit,

446 Tulit igitur Moyſes virgam, quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præceperat ei, congregata multitudine ante petram, dixitque eis. Audite, rebelles & increduli: num de petra hac vobis aquam poterimus ejicere? Cúmque elevâſſet Moyſes manum, percutiens virgâ bis ſilicem, egreſſæ

A egressæ sunt aquæ largissimæ, ita ut populus biberet & jumenta. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Quia non credidistis mihi, ut sanctificaretis me coram filiis Israël, non introducetis hos populos in Terram, quam dabo eis. Hæc est Aqua Contradictionis, (*id est, locus ille vocatus est* Aqua Contradictionis) ubi jurgati sunt filii Israël contra Dominum: & sanctificatus est in eis. *Peccâsse hîc* Moysen *& Aaronem nonnullâ diffidentiâ, ideoque exclusos fuisse ex Terra promissa, certum est & indubitatum, cùm id ipse asserat Dominus. Attamen illud peccatum colligi nequit ex verbis præcedentibus, quæ aliàs benigno sensu possent explicari, ut notat S. Augustinus quæst. 19 in Num.; atque eadem de causa difficulter determinari potest, in quo præcisè peccatum fuerit à sanctis Fratribus.*

peccans nonnullâ diffidentiâ.

447 *Interpretes attulerunt opiniones varias, quarum nulla mihi satis videtur certa, licèt plures sint probabiles. Psal.* 105 ℣ 32 & 33 *de hisce ita loquitur Psalmista:* Et irritaverunt eum ad Aquas Contradictionis: & vexatus est Moyses propter eos: quia exacerbaverunt spiritum ejus: & distinxit in labiis suis. *S. Augustinus in*

B *Psal.* 105 *hunc locum ita explicat:* Quid est, DISTINXIT? Quasi illud non posset facere Deus, qui tanta jam fecerat, ut aqua de petra profluere. Dubitanter enim petram virgâ percussit, & ideo hoc miraculum distinxit à ceteris miraculis, in quibus non dubitaverat. Hinc offendit, hinc audire meruit, ut moreretur, ne intraret in Terram promissionis. Perturbatus enim murmure populi infidelis, non tenuit fiduciam, qualem debuit. Cui tamen Deus tamquam Electo suo, etiam post mortem ejus bonum perhibet testimonium, ut intelligamus illam fidei ejus titubationem hac solâ pœnâ fuisse correptam, quòd in eam Terram, quò populum ipse ducebat, non est permissus intrare. Absit autem, ut eum credamus alienatum à regno gratiæ Dei, quod significabat illa Terra promissionis, unde lac & mel defluere dicebatur. *Qui plures de peccato* Moysis *conjecturas desiderat, adire poterit interpretes. Rogâsse* Moysen *deinde, ut sibi liceret ingredi Terram promissam; sed id eum numquam impetrare potuisse, suis locis videbimus.*

C

§ XL. Transitus per Idumæam frustra petitus: mansio trigesima quarta ad montem Hor: mors Aaronis: victoria de Chananæo rege Arad.

Transitus per Idumæam frustra petitus,

Quando castra erant in Cades, Moyses, *ut rectiùs posset ad Terram promissam pergere, transitum petivit per mediam Idumæam, in cujus erat finibus. Rem narrat Num.* 20 ℣ 14 *hoc modo:* Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui dicerent: Hæc mandat frater tuus Israël: Nosti omnem laborem, qui apprehendit nos, quomodo descenderint patres nostri in Ægyptum, & habitaverimus ibi multo tempore, afflixerintque nos Ægyptii, & patres nostros: & quomodo clamaverimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritque angelum, qui eduxerit nos de Ægypto. Ecce in urbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus ut nobis transire liceat per terram tuam. Non ibimus per agros, nec per vineas: non bibemus aquas de puteis tuis; sed gradiemur viâ publicâ, nec ad dexteram nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom: Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntque filii Israël: Per tritam gradiemur viam: &, si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus, quod justum est: nulla erit in pretio difficultas: tantùm velociter transeamus. At ille respondit: Non transibis.

AUCTORE J. S.

ideoque itum per limites solùm Idumæorum:

449 Statimque egressus est obvius cum infinita multitudine & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, ut concederet transitum per fines suos: quam ob rem divertit ab eo Israël. *Prohibuerat enim Deus, ne confligerent cum Idumæis, atque idcirco declinaverunt ab eorum exercitu, sic tamen, ut non statim finibus Idumæorum excederent: nam sequens statio in finibus Idumææ fuit, ut mox videbimus. Videtur primo intuitu hæc responsio regis Idumæi contraria promissioni Dei Deut.* 2 ℣ 4: Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau, . . . & timebunt vos. *Quin &* Moyses *ibidem* ℣ 29 *regem Sehon rogâsse se ait, ut daret transitum*, sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir. *Respondeo hæc ita conciliari posse. Non opposuerunt se Idumæi transeuntibus per extremos limites Israëlitis, nec illos aggressi sunt, quòd non minùs timerent pugnam, quàm illorum transitum; & sic transitum aliquo modo concesserunt, non tamen per mediam regionem, quam armata manu tuebantur. Credunt etiam aliqui diversos eorum fuisse principes, quorum alii transitum concesserint, alii negarint.*

E

mortuus Aaron in monte Hor;

450 *Adventus in mansionem trigesimam quartam, gestaque ibidem, Num.* 33 ℣ 37 *breviter sic referuntur:* Egressique de Cades castrametati sunt in monte Hor, in extremis finibus terræ Edom. Ascenditque Aaron sacerdos in montem Hor, jubente Domino: & ibi mortuus est anno quadragesimo egressionis filiorum Israël ex Ægypto, mense quinto, prima die mensis, cùm esset annorum centum viginti trium. Audivitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israël. *Num.* 20 ℣ 22 *mors Aaronis narratur hoc modo:* Cúmque castra movissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom: ubi locutus est Dominus ad Moysen: Pergat, inquit, Aaron ad populos suos: non enim intrabit Terram, quam dedi filiis Israël, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad Aquas Contradictionis. Tolle Aaron & filium ejus cum eo, & duces eos in montem Hor. Cúmque nudaveris patrem veste sua, indues eâ Eleazarum filium ejus: Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus: & ascenderunt in montem Hor coram omni multitudine. Cúmque Aaron spoliâsset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium ejus. Illo mortuo in montis supercilio, descendit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. *Amplum Aaronis elogium composuit Ecclesiasticus cap.* 45, *ut ibidem videri potest. Luctuosus haud dubiè* Moysi *fuit charissimi fratris obitus, præsertim cùm ex illo tamquam in speculo cerneret, quid sibi immineret. Attamen invicta fortitudine perrexit negotia populi sui dili-*

F

AUCTORE J. S.

diligenter promovere, & rem publicam more solito administrare.

ob difficultatem ex loco ejus emortuali varia observantur ex Scripturis certa,

451 *Deut.* 10 *à* ℣ 6 *alius locus mortis Aaron, & aliud tempus apparenter insinuatur, dum inter gesta apud montem Sinai hæc quasi ex abrupto inseruntur:* Filii autem Israël moverunt castra ex Beroth filiorum Jacan in Mosera, ubi Aaron mortuus ac sepultus est, pro quo sacerdotio functus est Eleazar filius ejus. Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, castrametati sunt in Jetebatha, in terra aquarum atque torrentium. *Difficillimus hic locus est, nec ipsius difficultates ita enodant interpretes, ut lectori studioso faciant satis. Conabor igitur, uti conati sunt alii, aliquid afferre, quo locus elucidetur, & varia concilientur, quæ invicem videntur contraria; at non ausim sperare, cogitationes meas probandas ab omnibus: neque sanè id prætendo. Poterit eruditus lector, cui mea non satisfecerint, conatum interim non improbare, & aliam quærere viam singula exponendi. Quæ certa apparent, ad claritatem explicationis præmitto, verisimilia quoque, & difficultatem parientia, mox eadem de causa recitaturus. Primò*

B *certum est, Aaronem defunctum esse in monte* Hor *anno quadragesimo egressionis ex Ægypto, die prima mensis quinti; castraque tunc fuisse apud eumdem montem. Secundò certum est, castra tunc fuisse in* Mosera. *Tertiò ex hisce certa conclusione deducitur, montem* Hor *& Mosera loca fuisse vicina. Quartò ex dictis certò concluditur,* Moysen *aliquando eidem mansioni diversa dedisse nomina. Hoc autem minimè mirandum est, quia ob ingentem populi multitudinem castra ad varia loca se extendebant, ideoque varia ab iis sortiri poterant nomina. Quintò certum est, Israëlitas eo ordine adivisse mansiones, quas recenset* Moyses *Num.* 33, *quo ibi enumerantur. Sextò certum est, Israëlitas multos fecisse circuitus circa* montem Seir. *Hi autem flexus & reflexus contigerunt à reditu ex Cadesbarne usque ad annum circiter quadragesimum, & verisimillimè usque ad* Asiongaber, *cùm ibi videatur Dominus* Moysi *dixisse:* Sufficit vobis circuire montem istum: ite contra Aquilonem.

alia quoque verisimiliter

C 452 *Post hæc, quæ nullo modo negari possunt; alia quædam subjungo tam verisimilia, ut negari non debeant sine necessitate. Primò verisimile est adeo,* Moysen *Num.* 33 *omnes recensuisse Israëlitarum mansiones, ut negari non debeat, modò omnia alia Scripturæ loca sic rectè exponi possint. Hinc mansio in Cadesbarne, quæ ibi non occurrit eodem nomine, alio ibidem nomine designata creditur, sicut mansio in* monte Hor, *Deut.* 10 ℣ 6 *dicitur* Mosera. *Secundò verisimile est, mansiones istas quatuor, ex Deut.* 10 *suprà positas, in quarum secunda Aaron mortuus est, spectare ad annum quadragesimum, quo defunctus est Aaron:* Moyses *enim solùm videtur eas recensuisse ibidem, ut loqueretur de morte Aaron, & substitutione Eleazari, & illis recensitis mox regreditur ad gesta prope montem Sinai. Certè locus nullo sensu tam naturali & genuino exponi potest, aliæque explicationes tantum quæsitæ sunt, ut difficultates occurrentes possent faciliùs exponi. Tertiò verisimile est, loca* Gadgad *&* Jetebatha, *seu mansionis vigesimæ nonæ & trigesimæ Num.* 33 ℣ 32, *esse eadem cum locis* Gadgad *&* Jetebatha *Deut.* 10 ℣ 7: *nam utroque loco venisse dicuntur ex* Gadgad *in* Jetebatha, *quod mirum esset, si factum esset in diversis provinciis; præsertim cùm* Moseroth *Num.* 33 *&* Beneiaacan *ab iis non longè distent; &* D *Deut.* 10 Mosera *&* Beroth filiorum Jacan, *de quibus agam. Quartò verisimile est,* Mosera *&* Moseroth *esse eumdem locum, cùm* Mosera *à* Moseroth *Hebraicè non distinguatur, nisi sicut singularis à plurali; & cùm utrique satis vicinum sit* Gadgad, *& deinde sequatur* Jetebatha. *Quintò verisimile quoque est, non distingui* Benejaacan *à* Beroth filiorum Jacan, *Hebraicè* Berothbenejaacan, *cùm primum nomen Latinè sit* Filii Jaacan, *alterum verò* Putei filiorum Jacan; *nisi fortè primum nomen designaverit totum agrum seu provinciam illius populi, qui pars erat Idumæorum; & secundum nomen significaverit locum aliquem illius provinciæ. Certè dubitari nequit, quin aut idem fuerit locus, aut eo solùm modo distinctus, aut saltem fuerint loca invicem vicina; quod etiam ex propinquitate cum locis antè dictis clarè eruitur.*

ex certis deducta,

453 *Sextò verisimile est, verba illa Deut.* 2 ℣ 1 Circuivimus montem Seir, *sic intelligenda esse, ut non solùm profecti sint juxta unum latus montis, aut montium illorum, sed juxta varia latera, vagatique diu sint per deserta Idumæa loca, sicuti per alias Arabiæ Petræa solitudines transierunt:* hoc enim est circuire. *Ex hac observatione sequitur, consonum esse sacræ Scripturæ, aut certè ei non repugnare, si dixerimus, Israëlitas in itinere ex Cadesbarne in Asiongaber, in quo ita circuierunt montem Seir, in Idumæam penetrâsse, perque varios circuitus ad ejus limites Orientales pervenisse, indeque in Asiongaber per Madianitidem profectos esse. Hæ omnes observationes tantum habent fundamentum in sacris Litteris, ut nullam ex iis negandam fore existimem ab ullo interprete, si singulas seorsum consideraret, & sibi non imaginaretur aliis Scripturæ locis esse contrarias: omnes enim sumptæ sunt ex textibus sensu maximè naturali intellectis. Solùm dubitari potest, an ultima illa consecutio de transitu per Idumæam & Madianitidem statuendo, quam dixi Scripturis conformem, tam firmum habeat fundamentum. Verùm postea patebit, transitum illum non modò non repugnare Scripturis, uti hactenus assevero; sed solido etiam niti fundamento.*

E

ac demum ortæ ex iis difficultates,

454 *Ex prædictis omnibus variæ oriuntur difficultates, quarum causâ plerique interpretes quædam ex iis negârunt. Nam primò si idem locus bis relatus sit Gadgad; quomodo Num.* 33 ℣ 32 *dicuntur Israëlitæ ex* Benejaacan *venisse in* Gadgad, *& Deut.* 10 ℣ 7 *ad eumdem locum* Gadgad *venisse ex* Mosera? *Secundò, quomodo Num.* 33 ℣ 31 *ex* Moseroth *dicuntur profecti in* Benejaacan; *contrà verò Deut.* 10 ℣ 6 *ex* Beroth filiorum Jacan *in* Mosera, *cùm* Moseroth *à* Mosera, *&* Benejaacan *à* Beroth filiorum Jacan *non distinguamus? Respondeo difficultates hasce ex præmissis observationibus facilè explicari. Quando enim Israëlitæ circuibant montem Seir, seu per deserta Idumææ loca vagabantur, mansionem vigesimam octavam habuerunt in* Moseroth, *vigesimam nonam in* Benejaacan, *non recto itinere incedentes, sed huc illuc vagantes, prout damnatos ad diuturnum exsilium columna prævia ducebat. Hinc trigesimam mansionem habuerunt in* Gadgad, *trigesimam primam in* Jetabatha, *quæ loca fuerunt aut in limite Orientali Idumææ, aut extra Idumæam in regione Madianitarum; indeque per Hebronam venerunt in Asiongaber.*

F

quarum tentatur elucidatio:

455 *Cùm autem ex Asiongaber, jubente Domino, per confinia Idumææ profecti sunt versus Moabi-*

A *Moabitidem, loca illa quatuor rursum transierunt, sed duo priora inverso ordine. Itaque stationem trigesimam tertiam habuerunt partim in* Beroth filiorum Jacan, *partim in* Cades, *aut in deserto* Sin, *quæ diversis istis nominibus appellatur, à diversis locis, quæ agmen numerosissimum occupabat. Statio verò trigesima quarta fuit in Monte* Hor, *seu in* Mosera *aut* Moseroth. *Inde, cùm Idumæorum rex transitum per mediam Idumæam negaret, deflexerunt ad dexteram, seu versus Orientem & partim etiam ad Meridiem, quantùm apparet,* per viam, quæ ducit ad mare Rubrum, *ut habetur Num.* 21 ℣ 4, *non tamen eo animo, ut rursus ad mare Rubrum proficiscerentur, sicut antea per eamdem ferè viam eò pervenerant, sed* ut circumirent terram Edom. *Hoc flexu ex* Mosera *venerunt in* Gadgad, *quò antè ex* Benejaacan *fuerant perlati; habitaque partim in* Gadgad, *partim in* Salmona, (*uti mansio illa vocatur Num.* 33 ℣ 41) *statione trigesima quinta; perrexerunt in* Jetebatha & Phunon, *habueruntque illic mansionem trigesimam sextam. Ex hac autem mansione, à qua antè per Hebronam profecti erant in Asiongaber ad mare*

B *Rubrum, secunda hac vice rectà profecti sunt in Septemtrionem versus Moabitidem, in cujus finibus habuerunt stationem trigesimam octavam, ut videbimus.*

456 *Tota hæc expositio talis est, ut locus difficillimus Deut.* 10 *intelligatur sensu proprio, &* ***data expositio nonnullis rationibus firmatur.*** *rectè concilietur cum Num.* 33, *cumque aliis omnibus Scripturæ locis, ita ut existimem nihil reperiendum in Scriptura, quod nequeat cum hac conciliari. Verùm mirari quis posset, quòd eadem mansiones diversis subinde nominibus appellatæ sint à* Moyse; *& quærere, qua de causa id factum sit. Respondeo de illa nominis mutatione constare ex mansione montis* Hor, *quam alio loco* Mosera *vocavit, ut certum est, & alio rursum loco* Moseroth, *ut ratione verisimillima ostendi. Cùm autem certò sciamus id factum esse semel, mirari minùs debemus idem sæpiùs contigisse. Cur autem mansionum nomina mutare potuerit* Moyses, *facilè dictu est, nimirum quia multitudo populi immensa ita se extendebat, ut subinde varia occuparet loca, à quibus castra nomen sortiri poterant. Cur verò voluerit ea diversitate nominum uti, certò dici non potest. Forsan Num.* 33 *recensuit loca tabernaculo suo aut*

C *tabernaculo fœderis viciniora; in Deuteronomio verò, cùm alloquebatur populum, loca celebriora magisque nota, ad quæ se castra extenderant eodem tempore. Fortè etiam Num.* 33 *mansiones, quæ iisdem locis fuerant, diversis nominibus designavit, ut mansionum numerus & diversitas clariùs innotesceret. Quacumque demum de causa id fecerit* Moyses, *satis est quòd constet de facto. Porrò si quis contra expositionem datam objicere vellet tabulas geographicas, quas nonnulli de mansionibus formârunt, breviter responderem, tabulas illas, quas quidem ego viderim, multis scatêre erroribus, uti facilè probari potest ex sacris Litteris.*

457 *Ab hac digressione, quæ necessaria visa* ***Chananæus rex Arad aggreditur Israëlitas; at occiditur, & urbes ejus delentur:*** *est, redeo ad montem Hor, ubi* Moysen *cum Israëlitis reliqui in luctu de morte Aaronis. Pugnandum fuit Israëlitis, quando castra habebant apud montem Hor, uti narrat* Moyses *Num.* 21 *his verbis:* Quod cùm audîsset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, venisse scilicet Israël per exploratorum viam, pugnavit contra illum, & victor existens, duxit ex eo præ-

dam. At Israël voto se Domino obligans, ait: AUCTORE J. B.
Si tradideris populum istum in manu mea, delebo urbes ejus. Exaudivitque Dominus preces Israël, & tradidit Chananæum, quem ille interfecit subversis urbibus ejus: & vocavit nomen loci illius HORMA, id est, Anathema. *Locus hic rursum non caret difficultatibus magnis, quas alii silentio præterierunt, alii variis modis conati sunt exponere. Prima difficultas oritur ex constitutione locorum, quia rex Arad dicitur habitâsse* ad Meridiem, *nec additur, utrùm habiterit in ipsa Terra promissa, an extra illam, sicut Num.* 13 ℣ 30 *dicitur,* Amalec habitat in Meridie, *scilicet extra Terram promissam. Num.* 33 ℣ 40 *de eodem rege legitur:* Audivitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad Meridiem, in terram Chanaan venisse filios Israël. *Textus hic videtur dicere Israëlitas venisse in terram Chanaan: id autem verum non est eo sensu, quòd, dum erant apud montem Hor, intrâssent illam regionem, quam postea possederunt, etsi illa soleat venire nomine terræ Chanaan. Vidit Bonfrerius difficultatem, ideoque in hunc locum notavit sequentia:* Porrò quòd dicatur hic rex audivisse filios Israël venisse in terram Chanaan; E
intelligendum est de adventu inchoato, non perfecto; nempe quia erant in via, imò in proximo, ut eò pervenirent, quærentes omnem aditum, quo in eam penetrârent.

458 Verùm illud IN TERRAM CHANAAN, quod *probabilius habitabat rex ille in Palæstina* in textu nostro ad Israëlitas & verbum VENISSE referri debet, in Hebræo, Chaldæo, & Septuaginta ad regem Arad & ejus habitationem referri debet; ita enim habent Hebræa: " Et audivit „ Chananæus rex Arad, & ipse habitans in Me„ridie in terra Chanaan „. Et verò fortè in textu nostro loco movenda est interpunctio, quæ antecedit, IN TERRAM CHANAAN, & iisdem verbis postponenda, ac fortè per ablativum legendum, IN TERRA CHANAAN, ut Hebræa & ceteri textus habent. Quod autem aliqui negant hunc regem Arad in Chananæa & Terra promissa habitâsse, existimo à Scripturæ mente alienum: si enim is Chananæus erat, si civitas Arad in sortem tribûs Judæ cecidit, ut habetur Judic. 1 ℣ 16; quæ eadem mutato nomine HORMA vel HERMA dicta est, & sub eo nomine attributa est Judæ tribui, Josue 15 ℣ 3; si Josue 15 inter ceteros reges, qui cum Israëlitis in Chananæa pugnârunt, & à Josue cæsi sunt, rex Arad, sive Hered (nam eadem est vox in Hebræo) nominatur, qua ratione is dici potest in terra Chanaan non habitâsse? *Ita ratiocinatur ille interpres, cujus opinionem oppositâ saltem probabiliorem existimo, maximè ob locum Judic.* 1 ℣ 16, *ubi* desertum sortis *Judæ dicitur esse ad* Meridiem Arad. *Quod verò de* Hormâ & Hered *asseritur, minus certùm est, & saltem utrumque verum non est, quia Josue* 12 ℣ 13 *harum urbium reges distinguuntur his verbis:* Rex Herma unus, rex Hered unus.

459 *Verùm alia rursum oritur difficultas:* ***circa mare Mortuum:*** *nam si rex Arad habitabat in parte Meridionali Terræ promissæ circa mare Mortuum, ut rectè ait idem Bonfrerius in Num.* 21 *cum multis aliis; inter regnum ipsius & montem Hor, ubi erant Israëlitæ, pars Idumæa erat interposita. Quomodo igitur Chananæus aggressus est Israëlitas, & quomodo Israëlitæ, eo victo, urbes ejus subverterunt, cùm ex monte Hor non rectà profecti sint in Chananæam? Prima pars non patitur magnam difficultatem: Chananæus enim cum exer-*

AUCTORE J. S.

exercitu suo obviàm Israëlitis venire potuit, eosque aggredi, uti revera factum est. Pars altera Bonfrerio visa est tam difficilis, ut recesserit ab obvia & naturali expositione loci, & probare voluerit, urbes istius regis non esse subversas tempore Moysis, *sed postea, quando occupata est Terra promissa. Alii verò eadem de causa maluerunt regnum Arad extra limites Terræ promissæ collocare, quod minùs improbarem, si locus aliter exponi non posset. Verum difficultas mihi non videtur insuperabilis, si omnia attentè considerentur. Quapropter sequor obviam & naturalem loci intelligentiam, secundum quam affirmat* Moyses, *primò regem Arad veniſſe ad oppugnandos Israëlitas, quando castrametabantur apud montem Hor; secundò regem illum Chananæum eodem tempore victum, occisumque, & urbes ejus subversas esse. Tertiò saltem ut probabilius admisto, regem illum habitâsse in parte Meridionali Terræ promissæ circa mare Mortuum, & ad confinia Idumææ: atque hisce præsuppositis, explicare aggredior, quo modo hæc omnia consistere possint cum assertis aliis sacræ Scripturæ, & intelligi ratione prorsus verisimili.*

B

& per Idumæam aggressus est Israëlitas; hi verò eâdem viâ regnum ejus potuerunt ingredi:

460 *Suprà vidimus, petitum esse à* Moyse *transitum per Idumæam, dum erat in Cades: regem verò Idumææ, negato transitu, occurrisse cum ingenti exercitu.* Moyses, *cui prohibita erat pugna cum Idumæis, ex Cades sic processit ad montem Hor, ut prælium vitaret, & tamen non recederet à confiniis Idumææ, sed per ejus limites magis versus Chananæam procederet, & veniret ad montem Hor, ubi in finibus Idumææ diu castrametati fuerunt Israëlitæ. Hæc non sinunt nos dubitare, quin rex Idumæus perrexerit cum exercitu suo observare Israëlitas. Cùm autem immensa horum multitudo terrorem latiùs spargeret, videtur rex Arad accurrisse, ut simul cum Idumæis transitu prohiberet Israëlitas, sicque divisas fuisse partes inter Chananæos & Idumæos, ut Chananæi consisterent in parte Idumææ, per quam patebat ingressus in regnum Arad. Rex autem ille Chananæus, non contentus transitu prohibere Israëlitas, eosdem cœpit lacessere, & quidem initio satis feliciter, ita ut, victoriâ relatâ, spolia quoque consequeretur.* Moyses *cum suis ita lacessitus, ex ingenti multitudine bellatorum, quos habebat, electum agmen ad pugnam expedivit. Tum voto nuncupato de delendis Chananæi istius urbibus, cæsisque Chananæis cum rege suo, fugientes per Idumæam secuti sunt victores Israëlitæ, ac simul cum illis penetrârunt in regnum Arad, quod ferro flammâque vastárunt. Completo voto, expeditioni quoque finem imposuerunt, & per eamdem viam regressi sunt ad castra adhuc constituta apud montem Hor. Hoc aut simili modo res tota peragi potuit, cùm nihil sit in sacris Litteris, quod huic expositioni repugnet. Talis fuit hæc expeditio, qualis suscepta fuit contra Madianitas Num. 31, quæ suo loco explicabitur.*

C

ad difficultates objectas respondetur.

461 *Quæ hìc objicit Bonfrerius, non difficulter exponi possunt. Ait primò, si Israëlitæ tunc penetrâssent in Chananæam, satius eis fuisset prosequi victoriam in Chananæa, quàm regredi & iter longum per Moabitas capessere. Verùm id liberum non erat Israëlitis, qui castra non movebant nisi prævia & ducente columna: necdum enim advenerat tempus, quo Deus decreverat eos in possessionem Terræ promissæ inducere. Ait secundò, regem & urbem Arad deinde superfuisse. At non contendimus, ita prorsus excisam fuisse urbem Arad, ut non potuerit restitui. Potuit sanè urbs illa ex ruinis iterum erigi, atque alius rex priori succedere, aut loco ipsius eligi. Porrò omnes regni urbes excisas fuisse,* Scriptura *non clarè affirmat. Subverterunt certè illas, quas adierunt, & ceperunt. At necesse non est, ut dicamus omnes fuisse captas & deletas. Hinc etiam incertum est, utrùm urbi Arad, an toti regno, an verò loco, ubi voverunt, aut ubi pugnarunt, dederint nomen* Horma: *quod aliis quoque locis deinde datum fuit. Cæterùm nolim contendere, omnia facti adjuncta, talia prorsùs fuisse, qualia dedi ex conjecturis ea solùm intentione, ut ostenderem obvium Scripturæ sensum retineri posse. Itaque si quis alio modo omnia æquè combinare possit, me facilè habebit consentientem.*

D

§ XLI. Quæ de morte Mariæ & Aaronis aliisque deinde secutis narrarunt Josephus & Philo, dantur & examinantur.

E

Josephus de transitu per Idumæam petito, de morte Mariæ,

De gestis anno peregrinationis quadragesimo huc usque ex Scriptura recitatis, pauca solùm narraverunt scriptores Hebræi, Josephus & Philo, multaque prætermiserunt, præsertim murmurationes populi, utpote genti suæ parùm honorificas. Josephus lib. 4 cap. 4 post relatam seditionem Core, aliaque tunc facta, de itineribus transituque per Idumæam petito, ac de morte Mariæ sic loquitur: His ita post seditionem dispositis, castra movit, & cum omnibus copiis ad Idumeæ fines pervenit. Legatis primum ad regem præmissis, petebat ab eo tantùm liberum transitum, paratus ipsius arbitrio fidem dare, sine cujusquam injuria iter se facturum: præterea forum rerum venalium suis exhiberi poscebat, persoluturus etiam aquæ precium, si rex ita juberet. Ille verò legatis re infecta dimissis, negatoque transitu, armatus cum exercitu est obviàm profectus, prohibiturus Moysem, si vi viam aperire conaretur. At Propheta, consulto priùs oraculo, & Deo non permittente, ut ipse pugnæ principium faceret, retrorsum abduxit exercitum, per desertum iter facturus. Eodem tempore sorori ejus Mariammæ ultimus vitæ dies advenit, quadragesimo anno, ex quo Ægyptum reliquerat, mensis Xantici lunâ primâ, sepultaque est publico sumptu magnificè, super quodam monte qui appellatur Sein: *Hæc Josephus, mox addens* luctum *fuisse* menstruum *de morte Mariæ, populumque post luctum fuisse lustratum à* Moyse. *Hæc lustratio sumpta est ex legibus Num. 19 latis; sed locum non videtur habuisse pro omni populo. Secundò mons* Sein *haud dubiè sumptus est à deserto* Sin, *sed montem istius nominis non invenio. Tertiò commodè intelligenda est abductio exercitûs* retrorsum, *nimirum quòd* Moyses *deflecteret magis ad limites Idumææ, non autem quòd retrocederet.*

F

de progressu Israëlitarum, & morte Aaronis, breviter agit:

463 *De progressu exercitûs & morte Aaronis idem scriptor deinde hæc narrat:* Cæterùm funesto exercitu ita, ut dixi, lustrato, per desertum cum eo pergens, Arabiam petiit. Cúmque veniſſet in agrum urbis Arabum primariæ, quæ olim

A olim Arce, nunc Petra nominatur, hoc loco montem excelsum, quo ager clauditur, Aaron conscendit, præmonitus à Moyse, quòd esset moriturus: & in conspectu totius exercitus, stans in loco acclivi, exutam pontificiam stolam Eleazaro filio tradidit, ad quem jure ætatis successio pertinebat. Atque ita spectante populo moritur, eodem ipso anno, quo sororem amisit, anno ætatis centesimo vigesimo tertio. Dies mortis ejus incidit in primam lunam mensis, qui Athenien-sibus Hecatombæon dicitur, Macedonibus Lous, Hebræis Sabba. Luxit eum populus diebus triginta, & luctu finito, Moysis ductu pervenit ad fluvium, qui nominatur Arnon. *Ita Josephus, multa transiliens: nam ad fluvium aut torrentem* Arnon *post aliquot stationes intermedias venerunt Israëlitæ. Alia etiam hìc observanda. Urbem Petram, quam* Arcen *olim vocatam dicit, rectè quidem locat in Arabia, cùm fuerit Arabiæ Petrææ metropolis; rectè etiam circa illam assignat montem Hor, in quo mortuus est Aaron: at non rectè Idumæam ab Arabia distinguit, cùm illius pars fuerit, cúmque urbs Petra Idumææ fuerit, ut vult Hieronymus lib. de*
B *Locis Hebraicis, aut certè ad ejus limites in vicina Madianitide, ut aliqui existimant.*

Philonis, multa prætermittentis, relatio

464 *Philo, reliquis omnibus, de quibus hìc agimus, prætermissis, solùm narravit gesta cum Idumæis, & cum Chananæo rege Arad. De prioribus hæc scribit:* In aditu regionis (*promissæ*) habitabat gens cognata (*utpotè oriunda ex Esau*) quos (*Israëlitæ*) sperabant fore belli adversus vicinos gerendi socios, adjutoresque in parandis novis sedibus: aut si hoc gravarentur, certè neutris se adjuncturos partibus. Nam utriusque gentis primi conditores, tum Hebraïcæ, tum accolentis fines hostiles, una matre unoque partu editi fuerant, quorum familiæ felici auctæ sobole in duas populosas gentes tum excreverant. Harum altera in suis mansit sedibus: altera (ut antè diximus) in Ægyptum propter famem translata, post aliquot ætates retro, unde venerat, rediit. Hæc cognationis non oblita, quamvis dudum disjuncta sedibus: & tunc quoque nihil de ritu majorum agnoscens in degeneribus posteris, arbitrabatur decorum esse man-
C suetis ingeniis, si antiquæ necessitudini aliquid tribuerent. In altera nullum supererat amicitiæ vestigium, quæ longè diversis assueta moribus, rationibus, consiliis, studiis, avita renovabat odia. Nam primus hujus gentis autor jus primogenituræ fratri vendiderat, quod paulo pòst facti pœnitens repetiit, atque etiam necem intentando extorquere voluit. Hæ majorum privatæ simultates apud integras posterorum gentes instauratæ sunt eo tempore.

de petito per Idumæam transitu,

465 Cæterum Dux Hebræorum Moses, quamvis primo incursu poterat eos opprimere, iniquum id ratus propter jus antedictæ cognationis, maluit transitum per eorum agros petere, pollicendo se iter facturos sine incolarum injuria, intactis agris & pecoribus: ne potum quidem aquæ necessarium sumpturos absque precio, in potestate incolarum fore annonam, se usuros foro ex ipsorum arbitrio. At illi, contemptis caduceatoribus conditiones fœderis offerentibus, armati obviàm profecti sunt, bellum ostentantes eis, si auderent fines transcendere, imò vel attingere. Id responsum ægrè ferente populo, & jam ad arma concitato, Propheta è superiore loco, ut exaudiri posset, sic eos allocutus est:

Non est iniqua, viri fortissimi, vestra indignatio, qui bonas conditiones offerendo repulsam passi estis à pravis & perversis hominibus. Illi quidem digni sunt, ut inhumanitatis pœnas dent, nos tamen decet mitiùs agere, & revereri gentiles necessitudines. Alioqui quod erit inter bonos malosque discrimen, si magis cogitabimus, quid illi mereantur, quàm quid nos deceat? His dictis, avertit aliò populum, cùm videret omnes aditus infestos præsidiis ab his, quibus nihil imminebat periculi: tantùm præ invidia viam compendiariam intercluserant: quod erat certissimum indicium malevolentiæ molestè ferentium gentem libertati redditam, quam in Ægypto gravi servitute premi antea libenter audierant. Necesse enim ut qui alterius felicitate dolet, ejus calamitate gaudeat, quantumvis dissimulet. In tantum enim res suas cum impiis consociaverant, ut in summam maliciam prolapsi, infensi essent bonis omnibus, ægrè ferrent successus eorum, gauderent calamitatibus. AUCTORE J. S.

nimis acerba est in Idumæos, & nonnulla eget correctione:

466 Id tum latere non potuit: cohibitus est tamen populus à suo Principe, eâdem operâ gemino exemplo edito tum bonitatis tum prudentiæ. Prudenter enim fecit, quòd discessum est sine mutuis injuriis: quòd verò cognationis respectu ultionem cohibuit, humanitatis fuit offi-
E cium. *Ita philosophatur Philo, justo iniquior in Idumæos, qui metu non prorsus temerario videntur transitum negâsse. Verùm hoc generatim de causa negati transitus dixisse sufficiat, cùm veram causam certò scire non possimus. At alia quædam particulariter sunt emendanda. Primò* Moyses, *à quo* primo incursu *opprimi potuisse Idumæos nimis jactanter affirmat Philo, à bello eis inferendo abstinuit ob mandatum à Deo acceptum. Secundò nimis accusantur Idumæi, dum dicuntur bellum minati, si* Moyses *auderet eorum fines* vel attingere: *nam constat, Israëlitas per eorum fines transiviisse, nec tamen cum Idumæis conflixisse. Tertiò ex mera conjectura, ferenda tamen & probabili, dicuntur Israëlitæ ad arma concitati fuisse, dum audiebant transitum negari ab Idumæis. Verùm iniquiores sunt conjecturæ, quibus odium & invidiam Idumæorum mirè exaggerat Philo: nam etsi illis revera nihil immineret periculi ab Israëlitis ob mandatum divinum; id verisimiliter ignorabant, ideo-*
F *que neq; fidem præbebant optimis eorum promissis, nec liberi erant à timore imminentis, ut credere poterant, periculi.*

idem de rege Chananæo Israëlitas invadente,

467 *Bellum regis Chananæi Philo deinde sic enarrat:* Horum (*Idumæorum*) oppidis præteritis, cùm ad ulteriora pergerent, rex quidam finitimus, Chananes nomine, ubi cognovit è speculatoribus exercitum per loca non longè dissita iter facere, putans eos sine ordine incedentes facilè posse opprimi, cum armata suorum juventute invasit, & primo assultu quosdam, ut imparatos, coëgit terga vertere: interceptisque aliquot captivis, insperato successu inflatus, procedebat ulteriùs, quasi omnes in suam potestatem redacturus. At illi nihil territi accepto incommodo, imò accensâ audaciâ, ut abolerent ignominiam, hortabantur se invicem: Viri simus, geramus rem alacriter in primo regionis promissæ aditu. Intrepidè pugnemus pro munimento habentes audaciam. Per initia sæpe de eventu decernitur. Dum in limine sumus terrorem incutiamus incolis, ut inopiâ, quâ in locis desertis laboravimus, permutemus agrorum fer-

tilium & bene cultorum copiam. Sic animati voverunt Deo primitias agrorum, ejus regis oppida cum ſuis finibus.

& victo, in quibuſdam corrigitur.

468 Nec fuerunt vota irrita, propitio Numine Hebræis robur addente, ad extorquendam hoſti victoriam. Itaque pugnatum eſt egregiè, ſupplicatumque poſt victoriam: præda tota conſecrata Autori tantæ felicitatis. Oppida cum viris & auro argentoque Deo dicari placuit, unde totum id regnum anathema nominatum eſt. Quemadmodum enim unuſquiſque vir pius conſecrat primitias fructuum comportatorum ex agris ſuis: ad eundem modum gens univerſa portionem magnæ regionis, in cujus poſſeſſionem migrabat, & eam quidem non exiguam, regnum integrum, quod primum bello quæſitum eſt, novæ coloniæ primitias Deo dicavit. Nefas enim putabant vel agros dividere, vel in urbes immigrare, ante conſecratas horum primitias. *In hac relatione corrige primò locum, quia res geſta eſt in ipſis Idumæorum finibus. Secundò non invaſit rex Chananæus iter agentes, ſed caſtra habentes ad montem Hor. Tertiò oratio hortantium invicem*
B *Iſraëlitarum ſolùm eſt conjecturalis; nec regnum illius regis Chananæi tanium videtur fuiſſe, quantum fuiſſe inſinuat Philo.*

§ XLII. Aliquot manſiones: murmuratio populi, cui Deus immittit ignitos ſerpentes, ſerpens æneus erectus: ſubacta regna Sehon & Og, regum Amorrhæorum.

Duæ manſiones, in quarum alterutra murmuratio populi ignitis ſerpentibus punita;
C

DE *monte Hor Iſraëlitæ profecti per limites ferè Idumæorum, per Madianitidem & Moabitidem, brevi tempore pervenerunt ad limites terræ primùm occupandæ. Num.* 33 *manſiones ſequentes ſic recenſentur à* ℣ 41: Et profecti de monte Hor, caſtrametati ſunt in Salmona, (*quæ manſio fuit trigeſima quinta, aliàs à monte* Gadgad *nomen ſortita, uti & ſequens alio loco* Jetebatha *dicta legitur.*) Unde egreſſi venerunt in Phunon. *In alterutra harum manſionum, aut fortaſſe in ipſo itinere, orta rurſum eſt gravis murmuratio, de qua* Moyſes *agit Num.* 21 ℣ 4 *ita ſcribens:* Profecti ſunt autem & de monte Hor per viam, quæ ducit ad mare Rubrum, ut circumirent terram Edom. Et tædere cœpit populum itineris ac laboris: locutuſque contra Deum & Moyſen, ait: Cur eduxiſti nos de Ægypto, ut moreremur in ſolitudine? Deeſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra jam nauſeat ſuper cibo iſto leviſſimo. Quamobrem miſit Dominus in populum ignitos ſerpentes, ad quorum plagas & mortes plurimorum, venerunt ad Moyſen, atque dixerunt: Peccavimus, quia locuti ſumus contra Dominum & contra te: ora, ut tollat à nobis ſerpentes. Oravitque Moyſes pro populo, & locutus eſt Dominus ad eum: Fac ſerpentem æneum, & pone eum pro ſigno: qui percuſſus aſpexerit eum, vivet. Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneum, & poſuit eum pro ſigno: quem cum percuſſi aſpicerent, ſanabantur.

470 *Cum exaltatione hujus æneiſerpentis exaltationem ſuam in crucem comparavit Chriſtus ipſe Joan.* 3 ℣ 14; *fidemque in Chriſtum cum aſpectu hujus ſerpentis, dicens:* Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto; ita exaltari oportet Filium hominis: ut omnis, qui credit in ipſum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. *Murmurationem vero illam Apoſtolus* 1 *Cor.* 9 *vocat tentationem Dei, ſuos ita Hebræorum exemplo monens:* Neque tentemus Chriſtum; ſicut quidam eorum tentaverunt, & à ſerpentibus perierunt. *Sapiens cap.* 16 ℣ 5 *de hiſce ita ſcribit:* Etenim cùm illis (*Hebræis*) ſupervenit ſæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuum ira tua permanſit; ſed ad correptionem in brevi turbati ſunt, ſignum habentes ſalutis ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim converſus (*ſeu ſanatus*) eſt, non per hoc, quod videbat, ſanabatur, ſed per te omnium Salvatorem: in hoc autem oſtendiſti inimicis noſtris, quia tu es, qui liberas ab omni malo. *Et mox* ℣ 10: Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: miſericordia enim tua adveniens ſanabat illos. In memoria enim ſermonum tuorum exterminabantur, & velociter ſalvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non poſſent tuo uti adjutorio. Etenim neque herba, neque malagma ſanavit eos, ſed tuus, Domine, ſermo, qui ſanat omnia. *Priori manſioni ex duabus forſan magis probabiliter hæc murmuratio tribuetur. At poſteriori magis congruit, quod ait* Moyſes *Deut.* 2 ℣ 8: Venimus ad iter, quod ducit in deſertum Moab.

D *ad medelam verò percuſſorum ſerpens æneus erectus:*

E

mandatum Domini de non oppugnandis Moabitis: manſiones variæ:

471 *Hoc igitur loco ſigendum præceptum Domini, ſic ibi à* Moyſe *relatum:* Dixitque Dominus ad me: Non pugnes contra Moabitas, nec ineas adverſus eos prælium: non enim dabo tibi quidquam de terra eorum, quia filiis Lot (*à quo Moabitæ, uti & Ammonitæ*) tradidi Ar (*regionis metropolim*) in poſſeſſionem. *Num.* 33 *à* ℣ 43 *ita enumerantur manſiones ſecutæ, ac primùm trigeſima ſeptima eſt Oboth:* Profectique de Phunon, caſtrametati ſunt in Oboth. Et de Oboth, venerunt in Jieabarim, quæ eſt in finibus Moabitarum. Profectique de Jieabarim, fixere tentoria in Dibongad. *Hæc manſio trigeſima nona* in Dibongad, *aliàs dicitur* ad torrentem Zared, *ut obſervat S. Hieronymus, & patebit ex verbis dandis. Num.* 21 ℣ 10 *de hoc itinere ſic legitur:* Profectique filii Iſraël caſtrametati ſunt
F in Oboth. Unde egreſſi fixêre tentoria in Jieabarim, in ſolitudine, quæ reſpicit Moab contra Orientalem plagam. Et inde moventes venerunt ad Torrentem Zared. *Deut.* 2 ℣ 13 *ad propoſitum noſtrum hæc narrat Legiſlator:* Surgentes ergo, ut tranſiremus torrentem Zared, venimus ad eum. Tempus autem, quo ambulavimus de Cadesbarne uſque ad tranſitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut juraverat Dominus: cujus manus fuit adverſum eos, ut interirent de caſtrorum medio. *Loquitur de omnibus, qui ad mortem in deſerto obeundam damnati erant prope Cadesbarne ob rebellionem occaſione exploratorum enatam. Perierunt igitur hi omnes non modò ante tranſitum Jordanis, ſed etiam ante bellum contra duos Amorrhæorum reges geſtum trans Jordanem.*

præceptum de Ammonitis non impetendis: progreſſus exercitûs ad torrentem Arnon,

472 *Priuſquam progrederentur, cùm propinquarent ad limites Ammonitarum, bellum contra illos gerere vetuit Dominus, uti fecerat de Idumæis & Moabitis. Audiamus* Moyſen *Deut.* 2 ℣ 16 *ſic proſequentem:* Poſtquam autem univerſi

A versi ceciderunt pugnatores, locutus est Dominus ad me, dicens: Tu transibis hodie terminos Moab, urbem nomine Ar: & accedens in vicina filiorum Ammon, cave ne pugnes contra eos, nec movearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon, quia filiis Loth dedi eam in possessionem. *Mansio sequens, seu quadragesima, Num.* 33 ℣ 46 *sic exprimitur:* Unde (*ex Dibongad*) egressi, castrametati sunt in Helmondeblathaim. *Locus hic erat prope torrentem Arnon, quem oportebat transire ad ingrediendam terram Amorrhæorum. Hinc Num.* 21 ℣ 13 *dicitur:* Quem (*torrentem Zared*) relinquentes, castrametati sunt contra Arnon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. Siquidem Arnon terminus est Moab, dividens Moabitas & Amorrhæos. Unde dicitur in libro Bellorum Domini: Sicut fecit in mari Rubro, sic faciet in torrentibus Arnon. Scopuli torrentium inclinati sunt, ut requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum. Ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen: Congrega populum, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israël carmen istud:
B Ascendat puteus. Concinebant: Puteus, quem foderunt principes, & paraverunt duces multitudinis in Datore legis, & in baculis suis. De solitudine, Matthana. De Matthana in Nahaliel: de Nahaliel in Bamoth. De Bamoth, vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum.

ubi quædam facta prodigia oscurè insinuantur:

473 *Multa hîc admodum obscura sunt.* Liber Bellorum Domini *postea examinabitur. Ex adductis hoc loco versiculis, videtur fuisse metricè conscriptus, & propheticè, ut aliqui volunt: quod tamen minùs certum. Sensus hic est obvius. Sicut multa prodigia facta sunt in mari Rubro, quibus victi sunt Ægyptii, ita prodigiis in torrentibus Arnon patrandis vincentur Amorrhæi. Secundò quæ dicuntur de puteo, declarant populum facili negotio & prodigiosè aquas accepisse, quod alibi scriptum non est, uti nec alia prodigia ibidem facta. Tertiò loca varia, quæ deinde nominantur, non significant diversas mansiones, saltem universæ multitudinis. Verùm significare possunt diversa loca, per quæ transiverunt Israëlitæ, dum processerunt ab una mansione ad alteram: aut castrametationes varias agminis contra Sehonem missi: aut demum loca illa, ad quæ se extendebant castra Israëlitarum, dum Canticum istud cecinerunt, aut dum aquas prodigiosè acceperunt. Hæc de loco illo obscuro sufficiunt, cùm propriè ad intentum meum non spectet integra illius expositio.*

C

jubet Dominus occupari terram Amorrhæorum, quibus legati mittuntur

474 *In illa mansione apud Arnon, quod loci æquè ac torrentis seu fluvii est nomen, videtur* Moyses *accepisse mandatum de occupanda Amorrhæorum terra, nisi illud jam accepisset in mansione præcedenti apud torrentem Zared. Illud Deut.* 2 ℣ 24 *sic exprimit:* Surgite (*ait Dominus*) & transite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, & terram ejus incipe possidere, & committe adversus eum prælium. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cælo: ut audito nomine tuo paveant, & in morem parturientium contremiscant, & dolore teneantur. *Ex eodem loco, opinor, misit* Moyses *nuntios ad regem Sehon, ut peterent transitum, licèt non ignoraret eum negandum. Verùm sic causam ipsum aggrediendi, quam justissimam habebat ex mandato divino, etiam verisimili ratione vicinis regibus probare poterat. De ea legatione Deut.* 2 ℣ 26 *sic habet:* Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens: Transibimus per terram tuam, publicâ gradiemur viâ: non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram. Alimenta pretio vende nobis, ut vescamur: aquam pecuniâ tribue, & sic bibemus. Tantùm est ut nobis concedas transitum, sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar. Donec veniamus ad Jordanem, & transeamus ad Terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum: quia induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus, & obfirmaverat cor illius, ut traderetur in manus nostras, sicut nunc vides. *Num.* 21 ℣ 21: Misit autem Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, dicens: Obsecro, ut transire mihi liceat per terram tuam: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas ex puteis, viâ regiâ gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit, ut transiret Israël per fines suos.

AUCTORE J. S.

E

ad transitum petendum: negato autem ab Amorrhæis transitu,

475 *Duplex in allegatis verbis occurrit difficultas: nam primò videtur* Moyses *his verbis,* Sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, & Moabitæ, qui morantur in Ar, *affirmare transitum sibi fuisse concessum ab Idumæis & Moabitis. At Judic.* XI à ℣ 16 *Jephte disputans cum Ammonitis, contrarium asserit, utrque Israëlitarum sic narrat:* Quando de Ægypto conscenderunt, ambulavit (*gens Israëlitica*) per solitudinem usque ad mare Rubrum, & venit in Cades. Misitque nuntios ad regem Edom, dicens: Dimitte me, ut transeam per terram. Qui noluit acquiescere precibus ejus. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaque in Cades, & circuivit ex latere terram Edom, & terram Moab: venitque contra Orientalem plagam terræ Moab, & castrametatus est trans Arnon: nec voluit intrare terminos Moab: Arnon quippe confinium est terræ Moab. Misit itaque Israël nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei: Dimitte ut transeam per terram tuam usque ad fluvium. Qui & ipse Israël verba despiciens, non dimisit eum transire F per terminos suos: sed infinita multitudine congregata, egressus est contra eum in Jasa, & fortiter resistebat. *Ad apparentem contradictionem respondeo, nec Idumæos, nec Moabitas, consensisse, ut per terram suam transirent Israëlitæ, sed verbis transitum negâsse, saltem per interiora regni sui, ut affirmat Jephte, &* Moyses *ipse jam antea narravit de rege Idumæorum. Iidem tamen, tam Idumæi quàm Moabitæ, transitum re ipsa concesserunt, saltem per limites suos & deserta regnorum suorum; nimirum quia transeuntes Israëlitas non sunt aggressi, nec finibus suis arcuerunt. Itaque* Moyses *verè affirmat sibi transitum fuisse concessum ab Idumæis & Moabitis: quia per illorum terras transiverat, nec ullibi ab eis fuerat oppugnatus; ita ut illi, quod verbis negabant, re ipsa concederent, sive id timore facerent, sive quòd resistere non valerent: nam illa omnia regi Amorrhæorum explicare non debebat* Moyses, *qui æquissimas ei conditiones proponebat.*

obviàm egressum Sehonem regem cum exercitu cædunt Israëlitæ,

476 *Verùm hinc oritur altera difficultas, videlicet quomodo* Moyses *iis conditionibus transitum petere potuerit, cùm præcepisset Deus, ut*

AUCTORE J. S.

regnum Amorrhæorum everteret ? Respondeo quia noverat Amorrhæum non admissurum conditiones oblatas ; ideoque hasce non obsturas , quo minùs mandatum Dei exsequeretur. Verisimile est , Deum ipsum voluisse , ut hoc modo procederet sanctus Legislator. Certè post negatum transitum Moyses *iteratum accepit mandatum , quod Deut.* 2 ℣ 31 *una cum relata victoria sic exponit :* Dixitque Dominus ad me : Ecce cœpi tibi tradere Sehon , & terram ejus , incipe possidere eam. Egressusque est Sehon obviàm nobis cum omni populo suo ad prælium in Jasa. Et tradidit eum Dominus Deus noster nobis : percussimusque eum cum filiis suis & omni populo suo. Cunctasque urbes in tempore illo cepimus , interfectis habitatoribus earum , viris ac mulieribus & parvulis. Non reliquimus in eis quidquam : absque jumentis , quæ in partem venêre prædantium : & spoliis urbium , quas cepimus ab Aroër , quæ est super ripam torrentis Arnon , oppido , quod in valle situm est , usque Galaad. Non fuit vicus & civitas , quæ nostras effugeret manus : omnes tradidit Dominus Deus noster nobis. Absque terra filiorum Ammon , ad quam
B non accessimus : & cunctis , quæ adjacent torrenti Jeboc , & urbibus montanis , universisque locis , à quibus nos prohibuit Dominus Deus noster. *De hac victoria & terra per eam occupata Num.* 21 ℣ 23 *leguntur sequentia :* Quin potiùs, exercitu congregato (*Sehon*) egressus est obviàm in deserto , & venit in Jasa , pugnavitque contra eum. A quo percussus est in ore gladii , & possessa est terra ejus ab Arnon usque Jeboc , & filios Ammon : quia forti præsidio tenebantur termini Ammonitarum (*nec permiserat Deus , ut terra Ammonitarum occuparetur.*)

& totum ipsius regnum occupant :

477 Tulit ergo Israël omnes civitates ejus , & habitavit in urbibus Amorrhæi , in Hesebon scilicet , & viculis ejus. Urbs Hesebon fuit Sehon regis Amorrhæi , qui pugnavit contra regem Moab ; & tulit omnem terram , quæ ditionis illius fuerat , usque Arnon. *Ad hanc victoriam spectat , quod narratur* ℣ 32 *:* Misitque Moyses qui explorarent Jazer : cujus ceperunt viculos , & possederunt habitatores. *Judic.* XI ℣ 21 *victoria cum terminis terræ occupatæ sic describitur :* Tradiditque eum Dominus in manus Israël cum
C omni exercitu suo , qui percussit eum , & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius , & universos fines ejus , de Arnon usque Jaboc , & de solitudine usque ad Jordanem. Dominus ergo Deus Israël subvertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israël. *Omnes termini nitidè hîc exprimuntur : nam ab Occidente erat Jordanis , à Meridie torrens Arnon , quo separabatur à Moabitide , cujus olim pars fuerat ; ab Oriente autem solitudo erat & regnum Ammonitarum , & à Septemtrione torrens Jaboc , quo ab altero Amorrhæorum regno erat divisum. De hisce , uti & de altera victoria mox secuta , loquitur Amos propheta in persona Domini cap.* 2 ℣ 9 *ita scribens :* Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum (*Israëlitarum :*) cujus altitudo , cedrorum altitudo ejus , & fortis ipse quasi quercus : & contrivi fructum ejus desuper , & radices ejus subter ; *hac allegoriâ significans Amorrhæos usque ad internecionem cæsos , & funditus deletos.*

Cæso deinde Og rege Basan , hujus quoque regnum expugnant ;

478 *Insignem hanc victoriam alia excepit non minoris momenti , de qua* Moyses *Num.* 21 ℣ 33 *sic breviter scribit :* Verteruntque se & ascenderunt (*versus Septemtrionem*) per viam Basan,
D & occurrit eis Og rex Basan cum omni populo suo , pugnaturus in Edrai. Dixitque Dominus ad Moysen : Ne timeas eum , quia in manu tua tradidi illum , & omnem populum ac terram ejus: faciesque illi , sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum habitatori Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filiis suis , universumque populum ejus usque ad internecionem , & possederunt terram illius. *Deut.* 3 *latiùs de hisce loquitur* Moyses *hoc modo :* Itaque conversi ascendimus per iter Basan : egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai. Dixitque Dominus ad me : Ne timeas eum , quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua : faciesque ei , sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum , qui habitavit in Hesebon. Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam Og regem Basan , & universum populum ejus : percussimusque eum usque ad internecionem , vastantes cunctas civitates illius uno tempore. Non fuit oppidum , quod nos effugeret : sexaginta urbes , omnem regionem Argob regni Og in Basan. Cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis , portisque & vectibus , absque oppidis innumeris , quæ non habebant muros. Et delevimus eos , sicut feceramus Sehon regi Hesebon , disperdentes omnem civitatem , viros que ac mulieres & parvulos : jumenta autem & spolia urbium diripuimus.

quanti momenti essent hæ victoriæ:

479 Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum , qui erant trans Jordanem : à torrente Arnon usque ad montem Hermon , quem Sidonii Sarion vocant , & Amorrhæi Sanir : omnes civitates , quæ sitæ sunt in planitie , & universam terram Galaad & Basan usque ad Selcha & Edrai civitates regni Og in Basan. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus ejus ferreus , qui est in Rabbath filiorum Ammon , novem cubitos habens longitudinis & quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus. Terramque possedimus tempore illo ab Aroër , quæ est super ripam torrentis Arnon , usque ad mediam partem montis Galaad. *De hisce victoriis etiam loquitur Josue cap.* 13 *&* 24 ℣ 8. *Psalmista quoque Psal.* 134 ℣ 10 *illas ut maximè memorabiles celebrat his verbis :* Qui percussit gentes multas : & occidit reges fortes , Sehon
F regem Amorrhæorum , & Og regem Basan. *Et rursum Psal.* 135 ℣ 17 *:* Qui percussit reges magnos : . . . & occidit reges fortes , . . . Sehon regem Amorrhæorum , . . . & Og regem Basan : & dedit terram eorum hereditatem , . . . hereditatem Israël servo suo.

duæ ultimæ mansiones.

480 *Ceterùm incertum est , an castra Israëlitarum mota sint tempore hujusce expeditionis , an verò semper manserint apud torrentem Arnon , seu in Helmondeblathaim , ubi manere poterant cum parte militum ad eorum & imbellis multitudinis custodiam destinato , dum pars altera militum ad bellum mittebatur. At verisimile est , castra translata fuisse ad mansionem quadragesimam primam , priusquam totum istud bellum finitum est. Potuit id fieri post superatum Schonem regem , quando agmen ad pugnam expeditum adversus regem Og progrediebatur , ut sic castra multitudinis imbellis bellantibus essent viciniora. Motus hic castrorum Num.* 33 ℣ 47 *refertur hoc modo :* Egressique de Helmondeblathaim , venerunt ad montes Abarim contra Nabo. *Loca hæc erant in regno Sehonis occupato , ubi & fuerunt postrema castra , sed propinquiora*

hæc

A *hæc erant Jordani fluvio. Ad hæc autem transierunt Israelitæ postquam subactum utrumque Amorrhæorum regnum, ibique manserunt non modò usque ad mortem* Moysis, *sed etiam usque ad transitum Jordanis sub Josue. Num.* 22 ℣ 1 *post victoriam de Amorrhæis de ultimo castrorum motu ita habetur :* Profectique castrametati sunt in Campestribus Moab, ubi trans Jordanem Jericho sita est. *Num.* 33 ℣ 48 *extensio castrorum magis explicatur hoc modo :* Profectique de montibus Abarim, transierunt ad Campestria Moab, supra Jordanem contra Jericho. Ibique castrametati sunt de Betsimoth usque ad Abelsatim in planioribus locis Moabitarum. *Quid gestum sit tempore postremæ hujus mansionis, infrà videbimus. At hic observandum est, Campestria Moab eo tempore non fuisse ditionis regis Moabitarum, cùm essent trans torrentem Arnon ; sed ita vocari, quòd olim fuissent sub Moabitis, qui illa regni sui parte privati fuerant per Amorrhæos.*

§ XLIII. Josephi & Philonis narrationes de præcedentibus, præsertim de bellis contra Amorrhæos.

B

Josephus bellum contra Sehonem gestum

Josephus lib. 4 *cap.* 5 *narraturus bellum, contra reges Amorrhæorum feliciter gestum, sub finem cap.* 4 *ita orditur :* Moysis ductu (*populus Israëliticus*) pervenit ad fluvium, qui nominatur Arnon. Is ex Arabiæ montibus exortus, desertum medium pererrans, in Asphaltitem lacum influit, Moabitas ab Amoræis disterminans. Estque hæc regio frugifera, & fructus, quantum satis est, incolis suppeditat. Ad ejus regem Sehonem misit legatos Moyses, qui transitum per regnum peterent, fidem daturus, quod sine detrimento vel agrorum vel colonorum militem traduceret : sed persoluturum precium rerum venalium ex æquo & bono, etiamsi potum aquæ sine precio dare gravarentur. Sehon verò negato transitu, & armato suorum exercitu, vada Arnonis occupat, prohibiturus, si Hebræi fluvium transire conarentur. Moyses autem postquam intellexit Amoræos hostilem in se animum gerere, haud ferendum contemptum ratus, & videns Hebræos, genus hominum intractabile, ocio simul & egestate facilè adduci posse, ut pristinos tumultus ac seditiones renovarent, occasionem eis adimere volens, consuluit Deum, an bello viam aperire permitteret. Deo verò annuente, & victoriam insuper pollicente, magnopere hac spe animatus, militem quoque fiduciâ complet, clamitans adesse tempus, quo pugnandi cupiditatem exsatiarent, auspice Deo, &, quò sponte jam propenderent, autoritate sua compellente.

C

quibusdam auget conjecturis,

482 At illi permissa potestate læti, arma corripiunt, & evestigio instructa acie ad hostem properant. Amoræus contrà, ut vidit adventantes, oblitus pristinæ ferociæ, tum ipse est territus, tum milites animos, quos ante visum hostem præ se ferebant, præ timore demiserunt. Itaque, vix primo conflictu excepto, terga vertunt, in sola fuga spem salutis reponentes. Confidebant enim munitis urbibus, quæ tamen nihil prorsus eis profuerunt. Nam Hebræi, ut primùm animadverterunt hostes cedere, acriter institerunt, turbatisque eorum ordinibus, in extremam formidinem illos conjecerunt. Jamque totis campis sparsi, effuso cursu alii alias urbes petebant : nec alteri persequendo fatigantur, imperfectam victoriam relinquere nolentes : sed cùm essent funditores optimi, & ejus pugnæ generis, quod omni telorum genere eminus geritur, in primis periti, & expeditiores quàm ut armis gravarentur ; aut pedibus fugatos assequebantur, aut glandibus & jaculis, si quos celeriores timor fecerat. Itaque magna strages editur : & si qui effugerant, cum vulneribus & siti conflictabantur. Erat enim æstas. Cúmque desiderio potûs ad fluvium agmine magno ferrentur, ab insequentibus circumventi, eminus sagittis ac jaculis sunt confixi : & inter cæteros Sehon rex cecidit. AUCTORE J. S.

& nonnihil immiscet erroris ;

483 Hebræi verò cæsos spoliabant, prædas agebant, magnâ rerum copiâ fruebantur, quòd fructus nondum ex agris collecti essent. Et milites totam regionem percurrebant impunè diripiendo, captivosque abducendo. Nemo enim resistebat, robore ejus regionis in pugna absumpto. Talis clades Amoræis accidit, qui nec consilio prudenter, nec armis fortiter sunt usi. Hebræi verò terram eam occupaverunt, inter tres amnes insulæ modo sitam. Nam Arnonis ripæ Meridionale ejus latus terminant, Jobacchus verò Septentrionale, qui in Jordanem influens nomen amittit : Occidentalis tractus Jordane amne alluitur. *Hactenus Josephus, ex conjecturis describens prælii modum : nam de eo in sacris Litteris nihil invenit. Verùm nonnulla quoque attulit Scripturæ contrariæ, alia verò dissimulavit. Primò Scripturæ contrarium est, quod dicitur de captivis abductis, cùm ne pueris quidem aut mulieribus fuerit parcitum. At voluit scriptor Hebræus omnimodam illam Amorrhæorum excisionem dissimulare, licèt divino mandato facta esset. Secundò plus timoris Amorrhæis attribuit, & sic victoriam faciliorem facit, quàm patitur sacra Scriptura Judic.* XI ℣ 21, *ubi Sehon* fortiter *restitisse dicitur. Tertiò causam inchoandi id bellum repetit ex negato transitu, Deique mandatum omittit, ac perperam mandato divino substituit permissionem & pollicitationem victoriæ : omnia hæc concurrerunt, sed alio ordine, quàm quo relata sunt à Josepho.* E

F

nec omni caret errore ejusdem relatio belli contra Og gesti.

484 *Idem auctor bellum contra alterum Amorrhæorum regem deinde subjungit, ita pergens :* In hoc rerum statu exoritur Israëlitis novus hostis Oges, Galadinæ & Gaulanitidis regionum rex, in auxilium Sehonis amici & socii veniens : cujus res quum jam perditas videret, nihilominus victoriam sperans, virtutis suorum ac hostium periculum facere decrevit. Qua spe frustratus & ipse in prælio periit, & exercitus ad unum est deletus. Moyses verò, Jobaccho fluvio superato, regnum Ogis ingressus, urbem unam post aliam subvertebat, habitatores internecione vastans, qui omnes ejus terræ homines divitiis & agrorum fertilitate superabant. Oges etiam vir heroïca specie corporis, ne viribus quidem ac virtute fuit inferior : cujus roboris & staturæ argumentum exstabat in expugnata regia urbe Ammanitidis regionis, dicta Rabatha : lectus erat ferreus quatuor cubitorum latitudine, novem longitudine. Hujus viri casum non solùm præsens Hebræorum felicitas est insecuta, sed in futurum etiam majorum successuum illis causa est facta. Sexaginta enim oppida egregiè munita de ejus ditione ceperunt, & ex præda tam

AUCTORE J. S.

privatim quàm publicè sunt locupletati. Post hæc Moyses castra Jordanem versus movet, & campum magnum è regione Hierichuntis. Ea est urbs copiosa palmis abundans, & balsamum ferens. *In hac relatione corrigendum, quod Rabatham, seu Rabbath vocet* expugnatam: *nam eam tunc non expugnarunt Israëlitæ, cùm esset metropolis Ammonitarum, quos bello non impetebant.*

Philo quædam de invento puteo & itineribus minùs accuratè;

485 *Philo ante belli relationem quædam præmittit de invento puteo & de itinere Israëlitarum.* Paulo pòst (*inquit*) fontem copiosum invenerunt, qui omnibus potum præbuit. Is erat in puteo, in ejus provinciæ finibus. Ibi, æsi merum, non aquam hausissent, exhilarati, pias choreas circà puteum ducendo novum carmen canebant in laudem Dei datoris agrorum & autoris coloniæ, quòd emensi longas solitudines, terram promissam attigissent, & in ipso limine invenissent aquæ copiam, meliore nota signandum rati hunc puteum. Fuerat enim excisus non plebeiorum, sed regum operâ & diligentiâ: qui ut fertur magnum sumptum quærendo aquam & apparando puteum fecerant, sicut apparebat ex operis regii magnificentia. His inopinatis succeſſibus lætus Moses progrediebatur ulteriùs, juventute dispositа in primo extremoque agmine: seniorum, mulierum, puerorumque turba incedebat media, utrimque munita præsidio, sive frontem sive terga hostis lacesseret. *Hæc Philo, in chronotaxi minimè accuratus: nam putei inventionem ponit* paulo post *casum regem Arad, licèt multæ mansiones interceſſerint, variaque in iis gesta, quæ prætermisit; & mox ab invento puteo, quod factum circa confinium Amorrhæorum, ad horum regionem perveniſſe ait Hebræos* post aliquot dies *itineris.*

B

magis etiam labitur in narrando bello contra Sehonem gesto.

486 *De bello contra Amorrhæos gesto nec plenè nec accuratè scribit sequentia:* Post aliquot dies regionem Amorræorum attigit, missisque legatis ad regem eorum Seon, invitabat ad easdem conditiones, quas priùs cognatis obtulerat. Ille adeo contumeliosè respondit, ut vix sibi temperaret à manibus, occisurus ni legatos tutaretur jus gentium: contractisque mox copiis expeditionem susceпit, victoriam sibi pollicens. Congressus autem sensit sibi rem esse cum invictis militibus, qui jam antè exercitatis duratisque tum corporibus tum animis, non semel virtutis specimen ediderant. Quapropter egregiè tunc quoque vicerunt, à præda tamen abstinuerunt, ut sacrarent Deo certaminum suorum primitias, cujus ope subsistebant magis quàm propriis consiliis aut viribus, illo addente animos ad rem gerendam, & causam suam defendendam fortiter, sicut tunc quoque apparuit. Non erat enim opus iterato prælio, una acie debellatum est, fusis, fugatis, internecione deletis hostilibus copiis. Urbes etiam eodem tempore exhaustæ & repletæ sunt, vacuæ veteribus incolis, plenæ victoribus. Similiter villæ prædiaque rustica modò deserta recipiebant colonos meliores. Hoc bellum gentes omnes Asianas terruit, præsertim finitimas, quibus propiùs imminere videbatur periculum. *Corrigenda hîc varia. Primo falsò ait* à præda *abstinuisse Israelitas, ut eam Deo consecrarent: hoc enim locum non habuit in eo bello, nisi de hominum præda id solùm intelligat Philo. Secundò tam superbum Sehonis responsum, ut etiam legatos voluerit occidere, nullibi exprimitur in Scriptura. Tertiò omissum est totum bellum, quod mox secutum est contra Og regem Basan.*

C

D

§ XLIV. Balaam à rege Moabitarum accersitus, ut malediceret Israëlitis: ejus molitiones frustraneæ; sed pessimo ejusdem consilio Israëlitæ ad peccatum inducti.

Balac Moabitarum rex cum principibus Madianitis accersit

S*Trages internecina Amorrhæorum nata erat ingentem incutere terrorem vicinis gentibus. Moabitæ præ ceteris timere poterant, tum quia transitum Israëlitis negaverant, nec victualia iis vendere voluerant, ut dicitur Deut.* 22 ℣ 4, *tum quòd viderent eos, superatis Amorrhæis, ad limites suos redire, iisque vicinos esse, quando castrametabantur prope Jordanem in Campestribus Moab. Itaque mirandum non est regem Moabitarum, qui ignorabat se divino mandato immunem fore à bello Israëlitico, consilia contuliſſe cum vicinis Madianitarum principibus, ut periculum à se averterent, licèt modus, quo illud facere conati sunt, revera sit mirabilis. Audiamus* Moysen *Num.* 22 ℣ 2: Videns autem Balac filius Sephor omnia, quæ fecerat Israël Amorrhæo, & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum ejus ferre non possent, dixit ad majores natu Madian (*id est, principes seu duces Madianitarum, regno suo vicinos:*) Ita delebit hic populus omnes, qui in nostris finibus commorantur, quo modo solet bos herbas usque ad radices carpere. Ipse erat eo tempore rex in Moab. Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorum Ammon, ut vocarent eum, & dicerent: Ecce egressus est populus ex Ægypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere & ejicere eum de terra mea. Novi enim quòd benedictus sit, cui benedixeris, & maledictus, in quem maledicta congesseris. *Hæc verba abundè docent, Balaam hominem fuisse famosum & magni nominis.*

E

F

Balaamum, in Mesopotamia natum & apud fluvium Ammonitarum tunc habitantem,

488 *Verùm disputant eruditi de variis ad Balaam magis quàm ad* Moysen *spectantibus, videlicet de patria & genere ipsius, & præsertim an fuerit propheta veri Dei, an verò idololatra & magus. Quapropter ut hæc ex aliis Scripturæ locis nonnihil luminis accipiant, adducam ea, quæ sparsim de Balaamo perstringuntur. Deut.* 23 ℣ 4 *dicitur Israëlitis de Moabitis:* Quia conduxerunt contra te Balaam filium Beor de Mesopotamia Syriæ, ut malediceret tibi: & noluit Dominus Deus tuus audire Balaam, vertitque maledictionem ejus in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. *Ex hoc loco interpretes passim existimant, ex Mesopotamia oriundum fuisse Balaamum, varieque explicant, quòd suprà dicitur habitâsse* super flumen terræ filiorum Ammon. *Non video, cur dici nequeat, locum natalem exprimi in Deuteronomio, & Num.* 22 *designari locum, in quo habitabat eo tempore: atque ita uterque locus invicem conciliabitur. Sanè ne satis quidem verisimile apparet, ex Mesopotamia accersitum fuisse Balaamum à rege Moabitarum propter ingentem locorum distantiam, præsertim cùm priores legati redierint sine Balaamo,*

A *laamo, aliique miſſi fuerint, quos tandem eſt comitatus vectus aſinâ ſuâ, ita ut quater emetiendum fuerit iter pluſquàm centum horarum, idque totum ferè per Arabiam deſertam, niſi vehementer me fallant tabulæ geographicæ. Jam verò ſi conſideremus geſta omnia poſt mortem Aaronis, anno quadrageſimo peregrinationis, menſiſque quinti die prima defuncti, uſque ad explicationem Legis per* Moyſen, *quæ facta eſt die prima menſis undecimi, ſeu ſex menſibus ſeriùs, facilè videbimus tantum tempus molitionibus regis Moabitarum attribui non poſſe, quantum attribui deberet, ſi Balaam tam longè abfuiſſet. Præterea vix intelligi poſſet, quo modo dein occiſus ſit apud Madianitas, cùm domum redierit ex Moabitide, ut dicetur num.* 500. *Demum omnia, quæ de legatis & Balaami itinere dicuntur, inſinuant viam longè breviorem, quàm ſit diſtantia Meſopotamiæ à Moabitis. Hæc de patria ejus ab habitatione illius temporis diſtinguenda, quæ faciet ut interpretes minùs ſe torquere debeant in explicando flumine, ad quod habitabat Balaam.*

B *qui potiùs propheta, ſed improbus, fuiſſe videtur, quàm magus,*

489 *Balaam perſtringitur* 2 *Petr.* 2 ℣ 15 *his verbis:* Derelinquentes rectam viam erraverunt, ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amavit: correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ: ſubjugale mutum animal, hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipientiam. *Arguitur iniquitatis & avaritiæ, uti & veſaniæ; at ſimul* propheta *vocatur. Judas in ſua Epiſtola* ℣ XI *eumdem ſic perſtringit:* Errore Balaam mercede effuſi ſunt, *inſinuans Balaamum amori pecuniæ juſtitiam poſthabuiſſe. Apoc.* 2 ℣ 14 *dicitur epiſcopo Pergami:* Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël, edere, & fornicari. *De hoc conſilio plura dicemus ſuo loco. Ex allegatis autem colligitur, Balaamum fuiſſe improbum, aut certè impium præbuiſſe conſilium. Verùm ex eo colligi nequit, magum fuiſſe & idololatram, præſertim cùm* propheta *vocetur à S. Petro: nam propheta eſſe potuit, donoque prophetiæ illuſtratus à Deo, imò & pius & ſanctus, etiamſi in gravia peccata deinde ſit lapſus. At* hariolus *vocatur, indeque plures concludunt, magum fuiſſe & dæmonem conſuluiſſe, non verum Deum. Ne hæc quidem conſecutio mihi neceſſaria videtur, uti nec viſa eſt S. Hieronymo, qui lib. de Quæſt. Hebraïc. in Gen. cap.* 22 *genus Balaami deducens ex Buz filio Nachor, ſanctum prophetam fuiſſe exiſtimat, ſed amore pecuniæ corruptum, ita ſcribens:* Et ex hujus (*Buz*) genere eſt Balaam ille divinus, ut Hebræi tradunt: qui in libro Job dicitur ELIU, primùm vir ſanctus & prophetes Dei: poſtea per inobedientiam & deſiderium munerum, dum Iſraël maledicere cupit, DIVINI vocabulo nuncupatur. *Non admodùm probabile eſt, quod ſolùm ex Hebræorum auctoritate narrat Hieronymus, Balaamum eſſe eumdem cum Eliu; at magis veriſimile eſt prophetam fuiſſe, cùm multa eo etiam tempore prophetaverit, quo adductus erat ad maledicendum Iſraëlitis; cúmque initio ſe ſatis religiosè geſſerit, Deumque verum ubique conſulat, eoque inſpirante loquatur. Hæc ipſa videtur S. Auguſtini ſententia lib.* 2 *ad Simplicianum quæſt.* 1 *num.* 9, *ubi exemplo Balaami oſtendit, donum prophetiæ in aliquo eſſe poſſe ſine charitate. Idem quoque apparebit ex aliis ejuſdem ſancti doctoris verbis infrà dandis. Hæc igitur ſententia mihi apparet probabilior, licèt contrariam improbare nolim, cùm ea multos etiam habeat patronos.*

AUCTORE J. S.

490 *Hiſce obſervatis, redeo ad textum ſacrum, qui Num.* 22 ℣ 7 *ita habet:* Perrexeruntque ſeniores Moab, & majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus. Cúmque veniſſent ad Balaam, & narrâſſent ei omnia verba Balac; ille reſpondit: Manete hic nocte, & reſpondebo, quidquid mihi dixerit Dominus. Manentibus illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum: Quid ſibi volunt homines iſti apud te? Reſpondit: Balac filius Sephor rex Moabitarum miſit ad me, dicens: Ecce populus, qui egreſſus eſt de Ægypto, operuit ſuperficiem terræ: veni, & maledic ei, ſi quo modo poſſim pugnans abigere eum. Dixitque Deus ad Balaam: Noli ire cum eis, neque maledicas populo: quia benedictus eſt. Qui mane conſurgens dixit ad principes: Ite in terram veſtram, quia prohibuit me Dominus venire vobiſcum. Reverſi principes dixerunt ad Balac: Noluit Balaam venire nobiſcum. Rurſum ille multò plures & nobiliores quàm antè miſerat, miſit. Qui cùm veniſſent ad Balaam, dixerunt. E Sic dicit Balac filius Sephor: Ne cunctéris venire ad me: paratus ſum honorare te, & quidquid volueris, dabo tibi: veni & maledic populo iſti. Reſpondit Balaam: Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus loquar.

ut maledicat Iſraëlitis: ille autem primò, conſulto Deo, renuit eò ire:

391 *S. Auguſtinus quæſt.* 48 *in Num. notat in hoc reſponſo, quod verbis immutatis adducit ex Septuaginta, hactenus nullum eſſe peccatum:* Sed, *inquit*, quod ſequitur, non eſt ſine gravi peccato. Jam enim conſtans eſſe debuit, ſemel audito, quod ei dixerat Dominus: " Non ibis „ cum eis „, neque maledices populum: eſt enim „ benedictus „: nec eis ullam ſpem dare, quòd poſſet Dominus, tamquam ipſe Balaam muneribus & honoribus flexus, adverſus populum ſuum, quem benedictum eſſe dixerat, ſuam mutare ſententiam. Sed ibi ſe victum cupiditate monſtravit, ubi loqui ſibi Dominum de hac re iterum voluit, de qua ejus jam cognoverat voluntatem. Proinde Dominus videns ejus cupiditatem captam devictamque muneribus, permiſit eum ire, ut per jumentum, quo vehebatur, ejus avaritiam coërceret; hoc ipſo confundens illam dementiam, quòd prohibitionem Domini, per angelum factam, tranſgredi aſina non audebat, quam ille cupiditate tranſgredi conaretur, quamvis eamdem cupiditatem timore ſupprimeret. *Hactenus Auguſtinus, rectè deſcribens prophetam avaritiâ & cupiditate lapſum, ſicuti lapſus eſt Judas apoſtolus.*

dcinde verò munerum cupiditate victus, Deum rurſus conſulit,

492 *Verba autem, quæ S. Auguſtinus meritò improbat, ſequuntur* ℣ 19 *hoc modo:* Obſecro ut hîc maneatis etiam hac nocte, & ſcire queam, quid mihi rurſum reſpondeat Dominus. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei: Si vocare te venerunt homines iſti, ſurge, & vade cum eis: ita dumtaxat, ut quod tibi præcepero, facias. Surrexit Balaam mane, & ſtratâ aſinâ ſuâ profectus eſt cum eis. Et iratus eſt Deus. Stetitque angelus Domini in via contra Balaam, qui inſidebat aſinæ, & duos pueros habebat ſecum. Cernens aſina angelum ſtantem in via evaginato gladio, avertit ſe de itinere, & ibat per agrum. Quam cùm verberaret Balaam, & vellet ad ſemitam reducere, ſtetit angelus in anguſtiis duarum

& diſcedit, Deo permittente: ſed ab aſina ſua reprehenditur

AUCTORE J. S.

duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem videns asina, junxit se parieti, & attrivit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: & nihilominus angelus ad locum angustum transiens, ubi nec ad dexteram nec ad siniſtram poterat deviare, obvius stetit. Cúmque vidisset asina stantem angelum, concidit sub pedibus sedentis: qui iratus vehementiùs cædebat fuste latera ejus. Aperuitque Dominus os asinæ, & locuta est: Quid feci tibi? cur peroutis me: ecce jam tertiò? Respondit Balaam: Quia commeruisti, & illusisti mihi: utinam haberem gladium, ut te percuterem. Dixit asina: Nonne animal tuum sum, cui semper sedere consueviſti usque in præsentem diem? Dic, quid simile umquam fecerim tibi. At ille ait: Numquam.

& ne sic quidem resipiscit:

493 Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram. Cui angelus: Cur, inquit, tertiò verberas asinam tuam? Ego veni, ut adversarer tibi, quia perversa est via tua, mihique contraria: & nisi asina declinâsset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viveret. Dixit Balaam: Peccavi, nescions quòd tu stares contra me: & nunc, si displicet tibi ut vadam, revertar. Ait angelus: Vade cum istis, & cave ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Ivit igitur cum principibus. *Laudatus Augustinus notat, Balaamum* post permissionem *eundi non consuluisse iterum Deum, sicut fecerat iteratò* post prohibitionem. *Et* cur, *inquit*, nisi quia ejus maligna cupiditas apparebat, quamvis timore Domini premeretur? *Cupiditas munerum promissorum impellebat, ut iret: timor Domini utcumque eum continebat, ne iret aut quid loqueretur, nisi Deo permittente; at cupiditati, cui jam indulgere cœperat, timorem Domini tandem omnino postposuit, ut videbimus. Interim hæc rursum notat Augustinus:* Nihil hîc sanè mirabilius videtur, quàm quòd loquente asina territus non est, sed insuper ei, velut talibus monstris assuetus, ira perseverante respondit. *Rationem dat sanctus doctor quæst.* 50 *hisce verbis:* Nimirum, *inquit quæst.* 50, iste tanta cupiditate ferebatur, ut nec tanti monstri miraculo terreretur. *Priori verò loco sic pergit:* Postea illi & angelus loquitur, arguens & improbans ejus viam: quo viso tamen exterritus adoravit. Deinde ire permissus est, ut jam per ipsum prophetia clarissima proferretur. Nam omnino permissus non est dicere, quod volebat, sed quod virtute Spiritûs cogebatur.

receptus à Balaco Balaam offert sacrificium,

494 *Quid Balac fecerit, audito Balaami adventu, pergit narrare* Moyses ℣ 36 *his verbis:* Quod cùm audisset Balac, egressus est in occursum ejus, in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitque ad Balaam: Misi nuntios ut vocarem te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem adventui tuo reddere nequeo? Cui ille respondit: Ecce adsum: numquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in urbem, quæ in extremis regni ejus finibus erat. Cumque occidisset Balac boves & oves, misit ad Balaam, & principes, qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi. Dixitque Balaam ad Balac: Ædifica mihi hìc septem aras, & para totidem vitulos, ejusdemque numeri arietes. Cúmque fecisset juxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. Dixitque Balaam ad Balac: Sta paulisper juxta holocaustum tuum, donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcumque imperaverit, loquar tibi. Cúmque abiisset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam: Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem desuper. Dominus autem posuit verbum in ore ejus, & ait: Revertere ad Balac, & hæc loquêris.

verisimiliter vero Deo,

495 *Aliqui volunt aras prædictas, & sacrificia iis imposita, à Balaamo fuisse oblata dæmoni; at id mihi minùs apparet probabile, cùm Balaam vero Deo dicat, se septem aras erexisse, iisque imposuisse sacrificia; cúmque mens ipsius illustrata fuerit à Deo ad prophetandum. Alii malunt dicere sacrificia quidem oblata fuisse vero Deo; sed adhibitas fuisse cæremonias superstitiosas, eumque illicitis artibus voluisse à Deo divinationem quærere. Verùm cùm ignoremus sacrificandi ritus, quibus utebantur veri Dei cultores, qui non erant Israëlitæ, superstitiosas istas cæremonias non possumus certò colligere ex relatis hoc loco: cúmque Balaam ubique legatur verum Deum consulere, & nullibi in sacris Litteris clarè arguatur de superstitione, nedum de magia, malim credere Balaamum hisce sacrificiis usum esse ad verum Deum sibi demerendum: imprudenter tamen feciſſe & peccâsse, quòd cupiditati munerum ita indulgeret, ut post agnitam Dei voluntatem, eum quasi trahere vellet ad sua desideria.*

à quo illustratus, fausta de Israëlitis prædicit:

496 *Ad textum regrediamur.* ℣ 6 Reversus *(Balaam)* invenit stantem Balac juxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: assumptâque parabolâ suâ, *(id est, incipiens parabolicè loqui)* dixit: De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum, de montibus Orientis: Veni, inquit, & maledic Jacob: propera, & detestare Israël. Quo modo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quem Dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus considerabo illum. Populus solus habitabit, & inter gentes non reputabitur. Quis dinumerare possit pulverem Jacob. & nosse numerum stirpis Israël? Moriatur anima mea morte justorum, & fiant novissima mea horum similia. Dixitque Balac ad Balaam: Quid est hoc, quod agis? Ut maledíceres inimicis meis, vocavi te: & tu econtrariò benedicis eis. Cui ille respondit: Num aliud possum loqui, nisi quod jusserit Dominus?

mutato loco, rursus bona vaticinatur de iisdem;

497 Dixit ergo Balac: Veni mecum in alterum locum, unde partem Israël videas, & totum videre non possis, inde maledicito ei. Cúmque duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis Phasga, ædificavit Balaam septem aras, & impositis suprà vitulo atque ariete, dixit ad Balac: Sta hìc juxta holocaustum tuum, donec ego obvius pergam. Cui cùm Dominus occurrisset, posuissetque verbum in ore ejus, ait: Revertere ad Balac, & hæc loquêris ei. Reversus invenit eum stantem juxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quem Balac: Quid, inquit, locutus est Dominus? At ille, assumptâ parabolâ suâ, ait: Sta Balac, & ausculta, audi fili Sephor. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur: nec ut filius hominis, ut mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idolum in Jacob, nec videtur simulacrum in Israël. Dominus Deus ejus cum eo est, & clangor victoriæ regis in illo. Deus eduxit

A xit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Non eſt augurium in Jacob, nec divinatio in Iſraël. Temporibus ſuis dicetur Jacob & Iſraëli, quid operatus ſit Deus. Ecce populus ut leæna conſurget, & quaſi leo erigetur: non accubabit, donec devoret prædam, & occiſorum ſanguinem bibat. Dixitque Balac ad Balaam: Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait: Nonne dixi tibi, quòd quidquid mihi Deus imperaret, hoc facerem?

tertio loco ſimiliter

498 Et ait Balac ad eum: Veni, & ducam te ad alium locum: ſi fortè placeat Deo, ut inde maledicas eis. Cúmque duxiſſet eum ſuper verticem montis Phogor, qui reſpicit ſolitudinem, dixit ei Balaam: Ædifica mihi hîc ſeptem aras, & para totidem vitulos, ejuſdemque numeri arietes. Fecit Balac ut Balaam dixerat: impoſuitque vitulos & arietes per ſingulas aras. Cúmque vidiſſet Balaam quòd placeret Domino, ut benediceret Iſraëli, nequaquam abiit, ut antè perrexerat, ut augurium quæreret: ſed dirigens contra deſertum vultum ſuum, & elevans oculos, vidit Iſraël in tentoriis commorantem per tribus
B ſuas: & irruente in ſe Spiritu Dei, aſſumptâ parabolâ ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionem Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit, & ſic aperiuntur oculi ejus. *Hæc omnia de ſe Balaam. Obſcuriora quædam ſunt, & idcirco variis modis explicantur, dum alii corporis oculum obturatum fuiſſe volunt, alii oculum mentis. Maximè obturatus erat munerum cupiditate mentis oculus, cùm voluntatem Dei perſpectiſſimam habere deberet, & tamen anhelare pergeret ad occaſionem aliquam ſatisfaciendi Moabitarum regi, ut promiſſa auferret munera, non perſpiciens ſe ita ad ruinam tendere, & in ſummam tandem impietatem lapſurum, uti lapſum mox videbimus. Pergebat interim Deus hominem improba cupiditate abductum dono prophetiæ illuſtrare ad utilitatem aliorum.*

fauſta & glorioſa de Iſraëlitis, iraſcente fruſtra Balaco,

499 *Prophetantem igitur audiamus:* Quàm pulchra tabernacula tua Jacob, & tentoria tua Iſraël! ut valles nemoroſæ, ut horti juxta fluvios irrigui, ut tabernacula, quæ fixit Dominus, quaſi cedri prope aquas. Fluet aqua de ſitula ejus, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag (*ſervatum*) rex ejus (*Saul*,) C & auferetur regnum illius. Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo ſimilis eſt rhinocerotis. Devorabunt gentes hoſtes illius, oſſaque eorum confringent, & perforabunt ſagittis. Accubans dormivit ut leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit, in maledictione reputabitur. Iratuſque Balac contra Balaam, complosſis manibus, ait: Ad maledicendum inimicis meis vocavi te, quibus econtrariò tertiò benedixiſti: revertere ad locum tuum. Decreveram quidem magnificè honorare te, ſed Dominus privavit te honore diſpoſito. Reſpondit Balaam ad Balac: Nonne nuntiis tuis, quos miſiſti ad me, dixi: Si dederit mihi Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, ut vel boni quid vel mali proferam ex corde meo: ſed quidquid Dominus dixerit, hoc loquar? Verumtamen pergens ad populum meum, dabo conſilium, quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. *Loquitur de peſſimo & impiiſſimo conſilio inducendi Hebræos ad fornicationem & idololatriam, ut divino favore privarentur. Hoc autem conſilio pàlàm fecit Balaam, ſe occaſionem ſemper quæſiviſſe nocendi Iſraëlitis, quia* mercedem iniquitatis amavit, *teſte S. Petro.* AUCTORE J. S.

multaque de aliis gentibus pergit vaticinari:

500 *Verumtamen voluit Deus ut impius propheta priùs pergeret futura prædicere, ut ſequitur:* Sumptâ igitur parabolâ, rurſum ait: Dixit Balaam filius Beor: dixit homo, cujus obturatus eſt oculus: dixit auditor ſermonum Dei, qui novit doctrinam Altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos: Videbo eum, ſed non modò: intuebor illum, ſed non propè. Orietur ſtella ex Jacob, & conſurget virga de Iſraël: & percutiet duces Moab, vaſtabitque omnes filios Seth. Et erit Idumæa poſſeſſio ejus: hereditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſraël verò fortiter aget. De Jacob erit, qui dominetur, & perdat reliquias civitatis. Cúmque vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait: Principium gentium Amalec, cujus extrema perdentur. Vidit quoque Cinæum: & aſſumptâ parabolâ, ait: Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, & fueris electus de ſtirpe Cin, quamdiu poteris permanere? E Aſſur enim capiet te. Aſſumptâque parabolâ iterum locutus eſt: Heu, quis victurus eſt, quando iſta faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, ſuperabunt Aſſyrios, vaſtabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. Surrexitque Balaam, & reverſus eſt in locum ſuum: Balac quoque viâ, quâ venerat, rediit. *Hactenus locutus erat Balaam, omniaque illa prædixerat tamquam propheta; diciturque deinde rediiſſe.*

Balaam domum abit, ſed antè perverſum conſilium Balaco ſuggerit:

501 *Verùm haud dubiè ſpe munerum accipiendorum, antequam à rege Moabitarum diſcederet, ex proprio ſpiritu loqui cœpit, docuitque* Balac mittere ſcandalum coram filiis Iſraël, edere & fornicari, *ut dicitur Apoc.* 2 ℣ 14. *Suaſit igitur homo nequiſſimus, ut mulieres Moabitarum & Madianitarum familiares ſe facerent Iſraëlitis, eoſque ad fornicationem & idololatriam inducerent. Audi* Moyſen *Num.* 31 ℣ 15 *de feminis Madianitarum, quos Iſraëlitæ non occiderant:* Cur feminas reſervaſtis? Nonne iſtæ ſunt, quæ deceperunt filios Iſraël ad ſuggeſtionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino ſuper peccato Phogor, unde & percuſſus eſt populus? F *In Balaamo nihil magis improbant ſacræ Litteræ quàm hoc conſilium, ejuſque avaritiam, quâ ad tantum ſcelus perductus eſt. Non ignorabat igitur homo nequam verum Deum, cùm ſciret Iſraëlitas fore invictos; quamdiu gauderent protectione divina; nec hac protectione orbandos, niſi per peccata, ac præſertim per idololatriam.*

ex quo conſilio probabilius eſt, prophetam improbum fuiſſe quàm magum.

502 *Hæc autem ſcientia magis congruit propheta quàm mago & idololatræ, ita ut hoc ipſum conſilium magis veriſimile faciat prophetam fuiſſe quàm magum. Nec obſtat magnitudo criminis: nam incredibile non eſt, prophetam ad tantum ſcelus prolapſum eſſe, cùm ſciamus apoſtolum graviùs etiam cecidiſſe. Imò parùm mihi apparet credibile, Deum mago & idololatræ tam excellens prophetiæ donum dediſſe, quàm habuit Balaam. Certè nullo alio exemplo id confirmari poteſt. Itaque mihi probabilius apparet, verum fuiſſe prophetam, & ſic tota hiſtoria facilius explicari poteſt. Quod autem* hariolus *vocatur, quodque Num.* 24 ℣ 1 *dicitur*, ut augurium quæreret, *quod* divinationis pretium *memoratur Num.* 22 ℣ 7, *factum videtur à*

AUCTORE J. S. Moyse *ob improbitatem hominis, qui donis Dei nitebatur abuti, ideoque indignus erat honoratiori nomine, digniorque iis vocabulis, quæ plerumque in malam partem interpretamur, etiamsi contrario sensu explicari possunt. Nomen* prophetæ *à S. Petro datum Balaamo eamdem difficultatem præbet patronis contrariæ sententiæ.*

§ XLV. Historia Balaami ex Josepho & Philone, quorum relatio examinatur.

Josephus historiam Balaami

DE Balaci & Balaami molitionibus contra Israëlitas Josephus lib. 4 cap. 6 ita orditur: Balacus Moabitarum rex, habens veterem amicitiam & societatem cum Madianitis, cùm res Israëlitarum in tantum crescere videret, cœpit etiam de suo regno esse solicitus. Nesciebat enim Deum vetare, ne Hebræi quidquam ulteriùs præter Chananæam usurpare appetant: atque ita non satis consultè de rebus novis cogitavit. B Et bello quidem aggredi elatos tot victoriarum successu non est ausus, obstare tamen volens ne ulteriùs procederent, legatos de communibus commodis ad Madianitas mittit. Illi ad Balamum quendam ultra Euphratem, nobilem in eis locis vatem, & sibi amicum, cum Balaci legatis mittunt etiam de suis honoratissimum quemque, rogantes ut veniret ad se, & diris imprecationibus Israëlitas devoveret. Vates legatis comiter exceptis, & hospitali mensæ adhibitis, consuluit Deum, quæ sit ejus de Madianitarum postulatis sententia. Qui cum vetaret illis obsequi, reversus ad eos, ait, sibi non deesse voluntatem illis gratificandi, sed obstare Deum, cujus beneficio debeat gloriam ex veris hactenus prædictionibus comparatam. Nam exercitum illum, quem ipsi execratum velint, esse Deo longè carissimum. Deditque consilium ut ob hanc causam ad Israëlitas profecti, pacem cum illis quibuscumque conditionibus facerent. His dictis legationem dimisit. *Hactenus Josephus satis recte: non tamen certum est,* Balaamum ultra Euphratem, *seu in Mesopotamia, habitâsse eo tempore, uti observavi num.* 488. C *Nihil quoque habet Scriptura de consilio pacis petendæ per Balaamum dato: quod ex mera conjectura addidit scriptor Hebræus.*

ex sacris Litteris

504 *Hic autem sic prosequitur:* At Madianitæ (*imò & ipse Balac cum iis*) Balaco maximis precibus urgente, eadem de re denuo legatos mittunt ad Balamum: qui cupiens hominibus obsequi, Deum consulit. Deus verò offensus jubet ut legatis assentiatur. Is ratus Deum hæc seriò jubere, cum legatis proficiscitur. Inter eundum autem, cùm ventum esset in viam quandam angustam, inter duas macerias sitam, occurrit ei angelus: quo animadverso, asina, quâ vehebatur, declinans appressit eum ad alterum septum, nihilque movebatur verberibus sessoris, pressuram molestè ferentis: cúmque nec angelus de via cederet, nec vates verberandi finem faceret, tandem procumbens, Deo sic volente, humana voce Balamum incusat, quòd numquam antehac læsus sæviret in se, non intelligens Deum prohibere quo minùs, quibus cuperet, obsequatur. Hoc prodigioso asinæ sermone dum ille turbaretur, apparuit ei angelus, objurgans verberatorem, quòd jumentum non esset in culpa, sed ipse obstaret iter contra Dei D voluntatem facienti. Tum vates territus volebat retro abire: sed Deus jussit eum pergere, quò instituerat, modò nequid aliter agat quàm divinitus admoneretur. *Ita Josephus, solito pressiùs sacris Litteris inhærens, sed nonnulla magis compendiosè enarrans. Quod autem ait, Balaamum, viso angelo, voluisse redire, minùs accuratum est, cùm cuperet semper Balacum adire, spe munerum incitante; & solùm peteret, an vellet angelus, ut rediret. Hac quoque de causa tam hîc angelus, quàm ante abitum Deus, propriè non* jussit, *sed permisit potiùs, ut proficisceretur ad Balacum.*

narrans solito rectiùs,

505 *Pergit hoc modo Josephus:* His mandatis perceptis ad Balacum pervenit: exceptusque à rege honorificentissimè, voluit ad quemdam montem deduci, unde Hebræorum castra contemplari posset. Balacus verò ipse cum regio comitatu deducit vatem in montem proximè imminentem, qui à castris stadia sexaginta aberat. Quibus consideratis, jubet regem septem aras extruere, & totidem tauros ac arietes exhibere. Id ubi celeriter jussu regis est factum, mactat victimas, ut victoriam præsagire posset. Deinde sic fatur: Felices vos, quibus Deus largam bonorum præbet copiam, & providentiam suam perpetuam ducem & auxiliatricem annuit. Quoniam nullum est hominum genus, cui non innocentiâ morum, virtutisque ac probitatis studio sitis anteferendi, liberos præstantiores etiam successores habituri, quandoquidem Deus vos solos hominum complectitur, & ut omnium sub sole felicissimi sitis prospicit. Quamobrem obtinebitis terram, ad quam vos misit, & posteris vestris in perpetuum possidendam relinquetis: & gloriâ vestri nominis implebitur universa terra simul & mare, adeoque multiplicabitur gens vestra, ut nulla non orbis regio vestri sanguinis homines admixtos sit habitura. Beatus vos exercitus & admiratione dignissimus, ex uno parente in tantum auctus. Nunc vobis parùm amplum pro dignitate ac numero domicilium Chananæa continget, sed totum olim terrarum orbem habitationi vestræ destinatum scitote, ut tam in insulis quàm in continente sit vobis degendum præ multitudine, ipsis cæli stellis numero æquiparanda. Cúmque tam innumeri futuri sitis, nihilominus nihil vobis ad summam rerum copiam deesse patietur, F in pace & in bello virtutem viris addet. Inimicis nostris in mentem veniat, ut hostes vestri esse, & in vos arma sumere velint. Non enim revertetur è tali prælio victor, qui lætitiam conjugibus ac liberis afferat. Tanta vobis fortitudo divino favore contigit, qui solus potest & quod supereşt detrahere, & quod deest addere.

quasdam tamen conjecturas incertas adjungit,

506 Talia vates fatidica voce canebat, extra se raptus, & Numine totus correptus, rege indignè ferente, & pacta non servare clamitante, licèt magnis muneribus ab amicis conductum: venisse eum ad execrandum hostes, quos nunc mactos virtute ac pietate caneret. Ad quem vates: Putas, inquit, quoties fata sunt aperienda, in nobis situm esse, quid dicamus aut taceamus afflati divino spiritu? Ipse voces, quales vult, profert & oracula, nobis nec scientibus nec cogitantibus. Equidem satis memini, ad quid precibus Madianitarum sim adductus, eâque causâ veni ut voluntati tuæ morem gererem. Sed potentior est Deus quàm mea voluntas, qui contra Dei voluntatem ad gratiam hominum loqui propositueram. Quamprimum enim nostrum pectus

A ctus ſubintrat, nihil amplius noſtrum ibi remanet. Ego certè nihil in horum laudem dicere in animo habui, nec quæ Deus eorum generi dare decrevit, commemoranda putavi: ſed Numen illis propitium, quod gentis felicitati ſtudet ac gloriæ, pro deſtinatis hæc verba mihi ſubdidit. Nunc age quando animus eſt tibi atque Madianitis rem gratam facere, quorum preces me non decet non admittere, alias aras erigamus & ſacra inſtauremus, ſi fortè Deum flectere poſſim, ut execrationibus hoc genus hominum devovere liceat. Cúmque Balacus id fieri permiſiſſet, ac ne iterato quidem ſacro poteſtatem devovendi impetraviſſet, collapſus in faciem pronus prædicebat, quidquid eventurum eſſet regibus & civitatibus clariſſimis, quarum quædam nondum conditæ videntur: quæ verò extant earum res terrâ marique geſtæ ita prædictionibus reſponderunt uſque ad noſtram memoriam, ut facilis ſit conjectura, reliquum etiam ejus oraculi non vanum fuiſſe, eventum aliquando comprobaturum. *Ita auctor Hebræus, qui de prædictionibus Balaami faciliora ſolùm narravit, variaque conjunxit, quæ locis diverſis leguntur prædicta: nam bis locum mutavit Balaam, rogante Balaco, ita ut tribus diverſis locis fauſta Hebræis prædixerit. Illam locorum mutationem ſiluit Joſephus, contentus dicere ſacra ſemel inſtaurata fuiſſe. Quod ſpectat ad reſponſionem Balaami, ſe Balaco excuſantis, non tota quidem illa habetur in ſacris Litteris, at ſatis veriſimilis eſt, & peſſimam harioli intentionem optimè explicat. Demum, quod ait, Balaamum prophetaſſe* collapſum in faciem, *collegit ex verbis Num.* 24 ℣ 4, Qui cadit, & ſic aperiuntur oculi ejus. *Verùm verba illa non videntur hunc ſenſum habere, & diverſimodè explicantur apud interpretes.*

B

507 *Redeo ad Joſephum, qui hæc ſubjungit:* Balacus autem ægrè ferens expectationem fruſtratam, ſine honore vatem ablegat. Ille domum repetens, cùm Euphratem attigiſſet, accito Balaco & principibus Madianitarum, Balace, inquit, voſque Madianitæ, quandoquidem neceſſe eſt ut vel præter Dei voluntatem vobis obſequar, Hebræorum quidem genus numquam eſt interiturum, nec bello, aut peſtilentiâ fameque, aut alio caſu delebitur. Deus enim curam habet ejus gentis à malis ſervandæ, ne quando talis clades incidat, quâ univerſi de medio tollantur. Interdum tamen quædam vitari non poterunt, quibus ad tempus afflicti, mox magis quàm antè florebunt, caſtigatione tali ad ſanitatem revocati. Quapropter ſi brevem victoriam de illis conſequi quæritis, hoc conſilio voti compotes efficiam. Filiarum formoſiſſimas, quæ pulchritudine ſua mentes eorum expugnare poſſint, quantùm fieri poteſt, cultas ac ornatas mittite, ut circum caſtra obverſentur, & juvenibus complexus expetentibus faciles ſe præbeant: ubi verò cupidine captos viderint, ſubitò ſe proripiant: cúmque rogatæ fuerint ut maneant, non annuant niſi perſuaſis, ut relictis patriis legibus & cultu Dei, à quo illas acceperunt, Madianitarum & Moabitarum deos venerentur. Sic enim Deum iratum ſibi reddent. Poſt hæc monita abiit. *Hactenus Joſephus. At parùm probabiliter Balaamum ad Euphratem uſque deducit, priuſquam ſuggeſſit pernicioſum iſtud conſilium. Minùs quoque, aut potiùs nullo modo veriſimile eſt, Balacum cum principibus Madianitarum veniſſe ad Euphratem, aut accitum fuiſſe à Balaamo. Non conſideravit ſcriptor incurioſus veri, quantum*

C *& errores ſatis apertos.*

inter Moabitidem & Euphratem ſit intervallum. Sanè inter Jordanem, ubi caſtra erant Iſraëlitarum, quæ Balac & Balaam ſimul luſtraverant, & Euphratem pluſquam centum horarum ſpatium collocant tabulæ geographicæ. Itaque videtur Balaam impium conſilium, quod modo ſatis veriſimili exponitur, dediſſe, antequam abiret; aut, ſi fortè abire cœperat, rediiſſe ad regem, ut hac ſua iniquitate regis munera obtineret. AUCTORE J. S.

508 *Philo pag.* 498 *eamdem hiſtoriam ſic narrare incipit:* Unus autem è vicinis regibus, Balaces nomine, habens in Oriente magnum populoſumque imperium, non auſus armis decernere, domi ſe continuit: & timens clades, quas bellum afferre ſolet, ad auguria ſe vertit atque divinationes, putans ſe diris execrationibus expugnaturum invictam Hebræorum potentiam. Erat illo tempore vates magnæ celebritatis in Meſopotamia, peritus omnium divinationis generum. Sed maximè augurali ſcientia ſibi autoritatem paraverat, cujus multa ſæpe experimenta ediderat magna, & vix credibilia. Nam aliquando imbres futuros prædicebat æſtate præfervida, rurſum aliis ſiccitatem æſtuſque brumali tempore: aliquando ubertatem annonæ, rurſum aliàs famem & penuriam: fluviorum item defectus inundationeſque, & procurationes peſtilentiæ, aliaque innumera: quæ ſingula cùm præſagire videretur, erat in ore omnium, inclitâ famâ divinitatis ejus indies ſe ſpargente latiùs. Ad hunc rex miſit amicos aliquot, rogans ut veniret, multa repræſentans dona, plura pollicens; nec diſſimulans cur accerſeret hominem. Ille non ingenuè conſtanterque, ſed fucata civilitate, quaſi Propheta eximius, & nihil abſque divino nutu facere ſolitus, tergiverſabatur: negans ſibi hoc permitti à Numine. Sic legati reverſi ſunt infecto negocio. *Relatio Philonis de Balaamo vocato,*

D

509 Rex alios mox honoratiores miſit cum majore vi pecuniæ, juſſos etiam polliceri ampliora quàm antea munera. Vates ineſcatus & præſenti utilitate, & ſpe futuri commodi, ſimulque oratorum dignitatem reveritus, perſuaderi ſibi paſſus eſt, rurſum fucatè cauſatus de Numine. Itaque poſtridie parabat ſe itineri, narrans admonitum ſe in ſomnis viſione manifeſta ut cunctanter legatos ſequeretur. *Ad hanc Philonis narrationem nonnulla ſunt obſervanda. Primò dubitandum non videtur, quin variis prædictionibus inclaruerit Balaam, iiſque conſecutus ſit tantam famam, ut ea ad Balacum uſque pervenerit. At incertum eſt, quibus de rebus fuerint illæ prædictiones, ita ut meræ ſint conjecturæ, quas nobis obtrudit Philo, aut fortaſſe figmenta Hebræorum, dum ait, imbres, ſiccitates, æſtus, aliaque ab ipſo prædicta. Secundò dum Balaamum deſcribit, ut auguriis & divinationibus addictum, ſententiam ſuam de eo prodit, quam plures alii probabiliter ſunt amplexi: at nobis contraria videtur probabilior, ut videri ſuprà poteſt. Certè minùs probare poſſum, quòd ait Balaamum initio venire noluiſſe fucata quadam tergiverſatione, cùm clarè edicat Scriptura, eum venire recuſâſſe, quia prohibuerat Dominus.* *recuſante primùm, deinde iter ſuſcipiente,*

E

510 *Geſta in itinere Balaami mox idem auctor ſubjungit hoc modo:* Cæterùm in via prodigium ingens ei ſe obtulit, omnino adverſum ominoſumque illius propoſito. Jumentum enim, quo vehebatur; primùm repentè conſtitit. Deinde quaſi ex adverſo violenter repulſum, in *vexato per aſinam,*

F

AUCTORE J. S.

tergum retro cedebat, nunc ad dextram, nunc ad lævam flectendo errandoque trepidè more temulentorum, etiam verberibus contumax, ut penè sessorem excuteret, vexatum vicissim non mediocriter. Erant enim ex utroque viæ latere sepes & maceriæ. In has impingente jumento, dominus atterebat lacerabatque crura & genua. Videlicet obvio spectro jam dudum territabatur animal, cui soli erat illud conspicuum : homini verò non item, quo magis argueretur ejus stupiditas. Tunc enim brutum perspicacius erat, quàm is, qui se jactabat videre non mundum solum, verùm etiam ipsum mundi Rectorem Conditoremque. Tandem vix agnito resistente angelo, non quòd dignus esset eo spectaculo, sed ut indignitatem suam intelligeret, ad supplicationes deprecationesque versus, orabat veniam ignorantiæ, negans sibi fuisse peccandi animum.

iter tamen prosequente,

511 Cúmque debuisset reverti vestigio, maluit rogare angelum, num redire domum jubeat. Ille intelligens & indignè ferens simulationem (quid enim opus erat scitari in re tam aperta, quam ipse videbat, nec indigebat verbis fidem adstruentibus, nisi fortè oculis minùs creditur quàm auribus) Vade, inquit, quò properas. Sed nihil efficies, me subjiciente verba præter tuam sententiam, & instrumenta vocis vertente, quò fas ac pium est. Nam ego ero tui sermonis rector, per tuam linguam invitam fundens oracula. *Loquelam asinæ omisit Philo, hìc Josepho timidior. Verba quoque angeli nonnihil immutavit, ea adaptans sententiæ suæ : nam angelus prohibuit, ne quid loqueretur Balaam, nisi jussus. At non dixit angelus* nihil efficies, *acsi nihil locuturus revera esset, nisi angelo* subjiciente verba : *non enim angelus* per *ejus* linguam invitam *locutus est, dum pessimum Balaco suggessit consilium. Cetera satis rectè exposita.*

B

recepto à Balaco, fausta Israëlitis,

512 *Progrediamur cum Philone :* Interea Balaces, ut audivit vatem esse in proximo, prodiit obviàm cum satellitio : deinde post solennem consalutationem mutuam, aliquantùm quæstus est de tarditate, expostulans quòd non incunctanter se dedisset in viam : atque ita versi sunt ad epulas regio luxu paratas excipiendis hospitibus, cæteraque hospitalitatis officia pari splendore ornatissima. Postera die diluculo Balaces vatem duxit in tumulum sacratum cuidam genio, cujus statuam indigenæ venerabantur divinis honoribus. Inde prospectus erat in partem castrorum Hebraïcorum, quæ ostendebantur mago tanquam è specula. His visis, dixit : Tu rex positis septem aris, in singulis vitulum cæde & arietem : ego interim secedam, ut divinitus discam, quid dicendum sit. Progressus autem foràs confestim afflatur Numine, quod omnem ejus artificialem divinationem exterminavit ex anima. Nec enim fas erat sanctum Spiritum cohabitare cum magicis artibus. Post hæc reversus, & videns victimas ardere aris impositas, tanquam alienus interpres sic cecinit : E Mesopotamia me accivit Balaces, ut longum iter emensus execrarer Hebræos. Sed quomodo execrabor, quos Deus non execratur ? Possum eos ex alto monte despicere, & vota concipere, sed lædere non possum singularem ac eximium populum, qui non connumeratur cum cæteris gentibus, non tam locis separatus & sedibus, quàm ritibus propriis, multùm diversis, nec contaminatis ullâ externâ ceremoniâ. Quis exactè novit primam horum originem ? Corpora quidem ex humanis sunt nata feminibus, ex divinis autem animæ, Deo cognatæ hactenus. Tollatur anima mea ex hac vita corporali, ut connumeretur cum justorum animabus, quales sunt horum hominum. *Hæc Philo, insistens sententiæ suæ de magicis Balaami artibus. Rectè cetera, quantùm apparet. At partem prophetiæ Balaami, ubi Num.* 23 ℣ 10 *de ingenti multitudine Israëlitarum loquitur propheta, ille perperam deflexit ad eorumdem originem ; & de origine animarum malè scribit.*

C

D

mutatis frustra locis,

513 *Continuò idem scriptor sic progreditur :* His auditis, Balaces ingemuit. Conduxi te, inquit, ut hostes execrareris, nunc non pudet te illis fausta ominari ? Quàm me fefellit opinio, qui amicum putans, oppositi te hostibus. Jam satis apparet, quo sis animo. Hoc est nimirum, cur tam cunctanter veniisti, benevolentiam, quâ istos prosequeris, & odium mei dissimulans. Licèt enim ex manifestis de incertis conjecturam facere. Tum magus jam à spiritu relictus : Injustam, inquit, sustineo calumniam. Nihil ex me ipso dicere soleo, interpres tantùm Dei sum, sicut & antea me protestatum ex legatis novisti. Rex sperans posse vel vatem decipi, vel divinam mutari sententiam, si locum ipse mutaret ; illinc petiit alium montem editiorem, unde conspiciebatur magna pars hostilis exercitûs : exstructisque denuo septem aris aliis, & mactatis totidem, quot antè, victimis, misit vatem ad captanda meliora auspicia. Ille in secessu correptus Numine, & extra se raptus ut suamet ipse verba non intelligeret, ore suo sententiam alienam pronunciavit hoc vaticinio. Surge rex, & audi attentis auribus. Non est Deus quasi homo, ut mentiatur, nec quasi filius hominis, ut mutetur. Dixit & faciet, locutus est & rata erunt verba ejus, quandoquidem ipsa verba sunt ejus opera. Ad bene precandum adductus sum ego, non ad execrationem.

E

& irascente Balaco,

514 Non erit labor in Hebræis nec lassitudo. Deus eos manifestè ceu clipeo protegit. Is etiam Ægyptiacas calamitates ab eis depulit, & tam multa millia tamquam unum hominem eripuit. Ideo populus Israëliticus nihil moratur augùria cæteraque divinationis genera omnia, fretus uno totius mundi Principe. Video populum insurgentem ut leonis catulum, superbum leoninâ ferociâ. Satiabitur prædâ, & bibet occisorum à se sanguinem. Ac ne tum quidem in cubile se conferet, sed pervigil victoriale carmen concinet. Tum Balaces præ dolore ob spem divinatione frustratam exclamat : Desine homo & execrari & fausta ominari. Præstat silere quàm injucunda dicere. *Ita ille, totam prophetiam satis appositè explicans. In uno tamen versiculo, ubi in Vulgata habetur Num.* 23 ℣ 21 : Non est idolum in Jacob, nec videtur simulachrum in Israël, *ille secutus Septuaginta, posuit Græcè :* Οὐκ ἔστι πόνος ἢ μόχθος ἐν Ἑβραίοις, *idque Latinus interpres vertit :* Non erit labor in Hebræis nec lassitudo. *Aliàs verba Græca reddi possunt :* Non erit dolor in Hebræis nec labor. *Voces Hebraïcæ utrumque sensum recipiunt ; sed sensus Vulgatæ præfertur à pluribus, verbaque Græca sic exponi possunt metonymicè, quia laborem & dolorem cultoribus suis creant idola.*

F

tribus ambus vaticinante,

515 *Subjicit Philo :* Moxque mutatâ sententiâ, duxit vatem in locum alium, unde ostendens ei partem copiarum Hebraïcarum, hortabatur ut diras execrationes contra eas depromeret. Magus rege nihilo melior, quamvis contra incusationem objectumque prævaricationis crimen verè præfatus, se nihil de suo proloqui, tantùm

A tùm interpretem eſſe Numinis, quo incaleſcebat: cùm debuiſſet domum reverti, cupidè comitatus eſt, tum propter inſignem arrogantiam, tum propter odio ſuppuratum animum, quippe qui malè volebat populo, cui tamen non ſinebatur malè precari. Cumque veniſſet in montem celſiorem prioribus, longo aſcenſu arduum, jubet inſtaurari eadem ſacrificia, rurſum aris ſeptem poſitis, & ſuperimpoſitis quatuordecim victimis, binis ut antea, vitulo ac ariete. Ipſe verò non abiit more ſolito ad captanda auguria. Damnata hac divinatione & quaſi obliterata, ut nihil certi poſſet ex ea percipi: & alioquin etiam vix tandem ſenſerat repugnare Dei voluntati regis propoſitum: ſed verſus ad ſolitudinem, conſiderabat ſingulas tribus Hebræorum & caſtrorum ordinem populoſæ civitati ſimiliorem quàm militari multitudini. Moxque afflatus in hæc verba erupit: Hæc dicit homo verè videns, cui Deus in ſomnis manifeſtè viſus eſt inſopito animæ oculo: Quàm pulchra tabernacula veſtra, Hebræi; tentoria veſtra ut valles opacæ nemoribus, ut horti ſecundum flumen irrigui, ut cedrus propè aquas. Egredietur olim homo ex vo-
B bis, & imperitabit multis gentibus, cujus regnum indies creſcens magis ac magis exaltabitur: Populus hic, ex quo Ægyptum reliquit, per totum iter à Deo deductus eſt uno agmine. Propterea devorabit multas gentes hoſtiles, & pinguitudinem earum exſuget medullitus, configetque ſagittis adverſarios. Dormiet cubans ut leo vel leonis catulus ſecurus, neminem ipſe timens, & alios territans inſuper. Infelix quiſquis eum excitaverit. Qui tibi benè precatus fuerit, ipſe quoque fauſtus erit: execrabilis verò quiſquis te diris devoverit. *Hactenus Philo, ſemper inhærens ſententiæ de magia Balaami. In prophetia verò paucula ſunt omiſſa, uti & tota pars poſtrema, quæ reliquis magis eſt obſcura. Pro vocibus autem Vulgatæ*, Cujus obturatus eſt oculus, *poſuit*, Verè videns, *ut ferè habent Septuaginta.*

ac demum peſſimo conſilio Balacum

C 516 *Deinde idem ſcriptor rurſum ita pergit:* Rex majore quàm antè indignatione percitus, ait: Ut hoſtes meos devoveres vocatus, jam tertiò bene illis precatus es? Fuge quantocyus, ne indignatione furens aliquid ſævius in te conſulam. Quantum auri, quantum gloriæ tibi invidiſti, homo inſane ac perdite. Redibis domum vacuis manibus, ipſe plenus opprobriis, irriſus illuſuſque cum iſta tua, quam tantopere jactas, ſcientia. Reſpondit ille: Quæ hactenus audiſti, omnia ſunt divina oracula: quæ verò jam dicam, meæ conjectationes ſunt. Tum dexterâ prehenſum ſeduxit à cæteris, & ſolùs ſoli dedit conſilium, quibus rationibus ſibi cavere poſſet ab infeſto exercitu. Quo facto inuſſit ſibi ipſe notam impietatis turpiſſimam. Dixerit enim aliquis, cur privatim das conſilium oraculis contrarium, niſi putas id potentius & efficacius. Age verò examinemus iſta præclara conſilia, qualibus artibus utatur ad interrumpendas perpetuas victorias fortiſſimi populi. Sciebat Hebræos per ſolum legum contemptum expugnabiles, tentatos malo impotenti libidinis: ideo voluptate ineſcatos conatus eſt ad graviſſimum ſcelus impietatis pertrahere. Sunt, inquit, in tuo regno mulieres formoſiſſimæ, nec alia re vir facilius capitur quàm mulieris eximia ſpecie. Harum pulcherrimas ſi permiſeris ob quæſtum vulgare ſua corpora, hoc hamo capietur juventus hoſtium.

517 Sed præmonendæ ſunt, ne ſtatim faciant ſui copiam rogantibus: nam hæc fucata tergiverſatio magis incitabit & accendet cupidinem. Atque ita obtorto collo pertracti à ſuiſmet concupiſcentiis, nihil non vel patientur vel facient. Sic affectum amatorem ubi viderit captatrix fœmina, ſuperbè loquatur: Non eſt fas habere te mecum voluptatis conſuetudinem, niſi abjurato ritu patrio, colas eadem mecum numina. Nec antè credam te mutatum, quàm videam non abhorrere à noſtris ſacris & libationibus, quæ in delubris peragimus. Tum ille miſer captus his caſſibus, conditionem accipiet, & repulſa ratione monitrice, imperata faciet addictus in ſervitutem cupidini. Hoc fuit conſilium. Id quoniam videbatur non inani conjectura ſubnixum, antiquata lege de ſtupris & adulteriis, data eſt fœminis licentia concubitûs cum viris quibuſlibet. *Hiſce Philonis dictis admixta ſunt conjecturæ, ſed probabiles. Unum minùs apparet probabile, quòd dicat hac de cauſa abrogatam legem* de ſtupris & adulteriis, *cùm abrogatio legis non eſſet neceſſaria ad propoſitum, ſed ad peſſimum iſtud conſilium ſequendum ſatis eſſet, impunitatem & præmia ad tempus promittere.*

AUCTORE J. S. *inſtruente, quod hic cupidè ſequitur: in ſingulis nonnihil erroris corrigitur.*

E

§ XLVI. Lapſus Iſraelitarum in Idololatriam, pœnaque ſecuta: cenſus populi: mors propinqua Moyſi indicata, & Joſue ſucceſſor deſignatus: leges quædam conditæ: Madianitæ victi & exciſi.

Fornicatio & idololatria Iſraëlitarum,

Quantam perniciem Iſraëlitis attulerit perverſum Balaami conſilium, quod avide ſecuti ſunt Moabitæ & Madianitæ, docent ſacræ Litteræ locis variis. Moyſes *Num.* 25 ℣ 1 *impietatem populi ſui ſic narrat:* Morabatur autem eo tempore Iſraël in Settim (*id eſt, in eadem manſione, quæ aliàs vocatur* Campeſtria Moab, *ubi erat* Settim, *vel* Abelſatim) & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocaverunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt & adoraverunt deos earum. Initiatuſque eſt Iſraël Beelphegor. *Idolum erat Moabitarum, de quo variè diſputant interpretes. Joſue* 22 ℣ 17 *de eo crimine ſic habetur:* An parum vobis eſt, quòd peccâſtis in Beelphegor, & uſque in præſentem diem macula hujus ſceleris in nobis permanet? multique de populo corruerunt *Pſal.* 105 ℣ 28: Et initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum (*ſeu mortuis idolis oblata.*) *At ſequitur mox pœna:* Et irritaverunt eum in adinventionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina. Et ſtetit Phinees, & placavit: & ceſſavit quaſſatio. Et reputatum eſt ei in juſtitiam, in generationem & generationem uſque in ſempiternum. *Factum Phineis mox latiùs explicabitur. Interim quanta inde orta ſit populi ruina, aliis etiam locis dicitur. Deut.* 4 ℣ 3 *populo* Moyſes *ita loquitur:* Oculi veſtri viderunt omnia, quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriverit omnes cultores ejus de medio veſtri. 1 *Cor.* 10 ℣ 8 *Apoſtolus immenſam hanc populi ruinam memorat, Chriſtianos à fornicatione deterrens his verbis:* Neque fornicemur, ſicut quidam

F

AUCTORE J. S.

dam ex ipsis (*Israëlitis*) fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia.

severè punita, exemplum dante Phinee,

519 *Rem totam latiùs explicare pergit* Moyses *Num.* 25 ℣ 3 : Et iratus Dominus, ait ad Moysen : Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis : ut avertatur furor meus ab Israël. Dixitque Moyses ad judices Israël : Occidat unusquisque proximos suos, qui initiati sunt Beelphegor. *Verùm hæc jussa non videntur statim fuisse executioni mandata, fortè quòd nemo auderet incipere ob nimiam noxiorum multitudinem, donec Phinees alios suo animaverit exemplo. Audi* Moysen ℣ 6 *prosequentem :* Et ecce unus de filiis Israël intravit coram fratribus suis ad scortum Madianitidem, vidente Moyse, & omni turba filiorum Israël, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cùm vidisset Phinees filius Eleazari, filii Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione, ingressus est post virum Israëlitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem, in locis genitalibus. Cessavitque plaga à filiis Israël : & occisi sunt viginti quatuor millia hominum. *Nonnulla hîc sunt ambigua. Primò dubitatur, an hæ voces,* Suspende eos, *referendæ sint ad* principes, *ita ut hi fuerint suspendendi, sicut verba primo intuitu innuunt. Verùm aliqui sic verterunt textum Hebraïcum, ut* Moyses *jubeatur principes sibi in subsidium advocare, & per eos suspendere noxios. Eo etiam sensu utcumque Latina verba intelligi possunt :* Tolle (*seu convoca*) cunctos principes populi, & suspende eos (*id est, noxios.*) *Huic expositioni favent sequentia, cùm* Moyses *convocatis judicibus mox dederit mandata de noxiis occidendis. Secundò dubitatur, an noxii fuerint suspendio necati, an verò solùm suspensa sint occisorum corpora : nec occurrit ulla ratio, quæ alterutram sententiam reddat certam. Tertiò Apostolus suprà dicit,* Ceciderunt una die viginti tria millia. *Hîc verò* occisi sunt viginti quatuor millia. *Verùm Apostolus ponit occisos* una die ; *at* Moyses *enumerat omnes.*

B

cujus fortitudo à Domino remunerata.

520 *Deinde* ℣ 10 *sanctus Legislator subdit sequentia :* Dixitque Dominus ad Moysen : Phinees, filius Eleazari, filii Aaronis sacerdotis avertit iram meam à filiis Israël : quia zelo meo commotus est contra eos ut non ipse delerem filios Israël in zelo meo. Idcirco loquere ad eum : Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipsi quàm semini ejus pactum sacerdotii sempiternum, quia zelatus est pro Deo suo, & expiavit scelus filiorum Israël. Erat autem nomen viri Israëlitæ, qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos : quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, & decepêre insidiis per idolum Phogor, & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor. *Hoc mandatum postea renovatum videbimus & impletum, at alia quædam fuere interposita, quæ & nos priùs narrabimus.*

C

Novus populi census,

521 Moyses *Num.* 26 *de novo populi censu agit, eumque à Deo præceptum fuisse affirmat his verbis :* Postquam noxiorum sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarum filium Aaron sacerdotem : Numerate omnem summam filiorum Israël à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos, qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaque Moyses & Eleazar sacerdos in Campestribus Moab super Jordanem contra Jericho, ad eos, qui erant à viginti annis & suprà, sicut Dominus imperaverat. *Deinde recensetur numerus singularum tribuum, qui non multùm differt à numero, quo fuerant apud montem Sinai, excepta tribu Simeon, quæ à quinquaginta novem millibus trecentis decreverat usque ad viginti duo millia ducentos, ita ut verisimile sit, hanc tribum maximè obnoxiam fuisse peccatis fornicationis & idololatriæ, recenter tot millium morte punitis, præsertim cùm & dux Zambri, quem occidit Phinees, ex eadem esset tribu. Numerus autem omnium pugnatorum duodecim tribuum par ferè erat numero antè invento apud montem Sinai, atque ita exprimitur* ℣ 51 : Ista est summa filiorum Israël, qui recensiti sunt, sexcenta millia & mille septingenti triginta. *Et mox additur hoc præceptum :* Istis dividetur terra juxta numerum vocabulorum in possessiones suas. Pluribus majorem partem dabis, & paucioribus minorem : singulis, sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio *&c. Levitæ quoque seorsum recensiti sunt :* Fueruntque omnes, qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab uno mense & suprà.

D

E

dum mortui erant omnes antè recensiti, exceptis Josue & Calebo.

522 *Demum relato censu, hæc additur observatio :* Hic est numerus filiorum Israël, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in Campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho, inter quos nullus fuit eorum, qui ante numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. Prædixerat enim Dominus, quòd omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, & Josue filius Nun. *Hæc verba clara sunt pro morte omnium, qui enumerati erant, duobus exceptis. At non tangunt Levitas, qui non erant recensiti cum ceteris, nec à viginti annis. Attamen ne ex hisce quidem videntur superfuisse multi, qui tunc fuerant viginti annorum aut majores, quia numerus Levitarum non erat multùm auctus. Levitas quoque non involvunt verba Ecclesiastici cap.* 46 ℣ 9, *ubi dicit de Josue :* Et in diebus Moysi misericordiam fecit ipse, & Caleb filius Jephone, stare contra hostem, & perfringere murmur malitiæ. Et ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt à numero sexcentorum millium peditum. *Inter sexcenta millia non numerantur Levitæ, & interpretes passim observant, illos generaliter non fuisse involutos communi condemnationi. Sanè dubitandum non videtur, quin Eleazarus sacerdos saltem viginti annos attigisset, quando facta est enumeratio populi apud montem Sinai. Quin imò Calmetus in cap.* 14 *videtur & alios quosdam ex enumeratis excipere velle. At non video, quomodo hæc verba,* Nullusque remansit ex eis *&c. cum tali opinione possint consistere.*

F

Filiabus Salphaad adjudicata hereditas paterna :

523 *Dum in eodem loco erant castra Israëlitarum, filiæ Salphaad in deserto mortui sine ullo filio, cùm viderent se nullam in Terra promissa accepturas possessionem, quia carebant fratre, qui aliàs ut caput familiæ partem accipere debuisset, supplices accesserunt ad* Moysen, *Eleazarum, & principes populi, expositâque causâ & rationibus suis, dixerunt Num.* 27 ℣ 3 : Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri. Retulitque Moyses causam earum ad judicium Domini. Qui dixit ad eum : Justam rem postulant filiæ Salphaad : da eis possessionem inter cognatos

A tos patris sui, & ei in hereditatem succedant. *Additur lex de successione filiarum in hereditatem, si filii non fuerint superstites, pluresque aliæ de hereditatibus. Verùm lex de successione filiarum postea ingessit timorem, ne ea occasione possessiones alicujus tribus minuerentur; & ad aliam tribum transirent, si filiæ paternarum possessionum heredes nuberent viro alterius tribus. Hac de causa Num.* 36 ℣ 6, hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est: Nubant, quibus volunt, tantùm ut suæ tribus hominibus. *Lex eadem quoque ad alias mulieres, & ad viros extensa ibidem. Ostendunt hæc, quàm exactè in dubiis omnibus* Moyses *consuluerit Dominum.*

Moyses de instante morte sua & de successore monitus,

524 *Eodem ferè tempore monitus est* Moyses *de morte sua instante, & de successore sibi deligendo, ut refertur Num.* 27 ℣ 12 *his verbis:* Dixit quoque Dominus ad Moysen: Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde Terram, quam daturus sum filiis Israël: cúmque videris eam, ibis & tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron: quia offendistis me in deserto Sin in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas: hæ sunt Aquæ contradictionis in Cades deserti Sin. Cui respondit Moyses: Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis hominem, qui sit super multitudinem hanc, & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere: ne sit populus Domini sicut oves absque pastore. Dixitque Dominus ad eum: Tolle Josue filium Nun, virum in quo est spiritus, & pone manum tuam super eum. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine: & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israël. Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum ejus egredietur & ingredietur ipse, & omnes filii Israël cum eo, & cetera multitudo. Fecit Moyses, ut præceperat Dominus. Cúmque tulisset Josue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote, & omni frequentia populi. Et impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit, quæ mandaverat Dominus. *Hæc ibi.*

B

C *postquam frustra rogaverat ut sibi liceret Terram promissam ingredi,*

525 *De iisdem quoque agitur in Deuteronomio, ex eoque habemus, petiisse* Moysen, *ut sibi liceret ingredi Terram promissam, sed frustra. Petitio hæc verisimiliter præcessit mandatum de ascendendo monte Abarim, ita ut videatur Dominus mandato illo respondisse ad preces Prophetæ, nec voluerit, ut mox in montem ascenderet, sed die postea designando. Deut.* 4 ℣ 23 Moyses *petitionem suam & Domini responsum populo Israëlitico sic exponit:* Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens: Domine Deus, tu cœpisti ostendere Servo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam: neque enim est alius Deus, vel in cælo, vel in terra, qui possit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ. Transibo igitur, & videbo Terram hanc optimam trans Jordanem, & montem istum egregium, & Libanum. Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudivit me, sed dixit: Sufficit tibi: nequaquam ultrà loquaris de hac re ad me. Ascende cacumen Phasgæ, & oculos tuos circumfer ad occidentem, & ad Aquilonem, Austrumque & Orientem, & aspice: nec enim transibis Jordanem istum. *Deut.* 4 ℣ 21 *de repulsa hac iterum ita loquitur:* Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros (*nimirum quòd hi occasionem dederint diffidentiæ peccato apud Aquas Contradictionis*) & juravit ut non transirem Jordanem, nec ingrederer Terram optimam, quam daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non transibo Jordanem: vos transibitis, & possidebitis Terram egregiam. AUCTORE J. S.

populum de morte sua instante monet, & Josue successorem creat.

526 *Deut.* 1 ℣ 37 *rursum hæc populo dicit Legislator:* Nec miranda indignatio in populum, cùm mihi quoque iratus Dominus propter vos dixerit: Nec tu ingredieris illuc: sed Josue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. Hunc exhortare & robora, & ipse sorte Terram dividet Israëli. *Deut.* 3 ℣ 28, *relatâ repulsâ suâ, & prædictione Domini de instante morte, de Josue hæc subdit Domini verba:* Præcipe Josue, & corrobora eum atque conforta: quia ipse præcedet populum istum, & dividet eis Terram, quam visurus es. *Ex hisce clarè colligitur, omnia peracta esse hoc ordine.* Moyses, *cùm videret subjectum esse utramque Amorrhæorum regnum, illudque sciret ab Israëlitis possidendum, sperare cœpit Dominum sibi permissurum, ut ulteriùs ad occupationem Terræ promissæ procederet. Rogat igitur, ut sibi liceat in hunc finem cum populo Jordanem transmittere. At Dominus, qui partem* Moysi *concesserat, reliquum verò Josue reservabat, respondit* Moysi, *cogitandum non esse de transitu Jordanis, sed mortem ipsius esse propinquam, quam obiret in monte* Abarim, *aliàs* Nebo, *& quidem in vertice montis* Phasga *dicto, ubi ante mortem Terram promissam intueri posset.* Moyses *voluntati divinæ humiliter se submittens, rogat de successore suo. Dominus verò ei successorem designat Josue, eumque inaugurari jubet per* Moysen *manuum impositione, & modo num.* 524 *relato. Voluit quoque Dominus, ut* Moyses *præcepta ei ad munus suum rectè obeundum daret coram omni populo. Horum partem seu breve compendium perstringit Legislator Deut.* 3 ℣ 21 *his verbis:* Josue quoque in tempore illo præcepi, dicens: Oculi tui viderunt, quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus: sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es. Ne timeas eos: Dominus enim Deus vester pugnabit pro vobis. *De manuum impositione Deut.* 34 ℣ 9 *hæc dicuntur:* Josue verò filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas.

D E

F *Moyses pergens populum regere usque ad mortem, jubente Domino,*

527 *Quamvis Josue hisce cæremoniis designatus esset successor* Moysi, *pergebat tamen sanctus Legislator regere populum usque ad mortem. Crediderim hoc tempus totum ferè impensum fuisse adhortando populo & legibus conscribendis, ita ut posteriora capita libri Numerorum & Deuteronomium eo tempore scripta fuerint, & pleraque ad concionem dicta. Num.* 28, 29 *&* 30 *variæ recensentur leges cæremoniales à Deo per* Moysen *populo datæ. Verùm cap.* 31 *narratur expeditio contra Madianitas suscepta, quam Dominus mandavit, ne scelus illius populi maneret impunitum. Moabitæ ad idem crimen concurrerant, nec tamen illos puniri hoc tempore jussit Dominus. At nostrum non est hujus differentiæ rationes investigare, cùm res fuerit peracta mandato Domini, qui aliorum crimina justè punit, aliorum verò sontium supplicia non minori justitia sibi in aliud tempus clementer reservat. Jam antè Num.* 25 ℣ 16 *mandaverat Dominus, ut Israëlitæ punirent Madianitas, sed tempus non expresserat; nisi quis credere malit, nec sanè improbabiliter, mandatum hoc solùm tempore datum fuisse, & ibi brevi-*

AUCTORE J. S.

breviter relatum esse à Moyse, *quia cum relato ibi crimine Madianitarum erat connexum. Quidquid sit verius*, Moyses *Num.* 31 *aut idem, aut iteratum præceptum sic exponit:* Locutusque est *Dominus ad Moysen, dicens:* Ulciscere priùs filios Israël de Madianitis, & sic colligêris ad populum tuum.

bellum decernit contra Madianitas, qui usque ad internecionem cæduntur,

528 Statimque Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israël, qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam: quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. Cúmque pugnâssent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt, & reges eorum, Evi, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe, quinque principes gentis: Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio. Ceperuntque mulieres eorum, & parvulos, omniaque pecora, & cunctam supellectilem: quidquid habere potuerant, depopulati sunt: tam urbes quàm viculos & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & universa, quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex jumentis, & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinem filiorum Israël. Reliqua autem utensilia portaverunt ad castra in Campestribus Moab juxta Jordanem contra Jericho. *Hic nonnihil sistendum.*

B

nec tamen tota gens Madianitarum deleta:

529 *Primò volunt aliqui Josue fuisse hujus expeditionis ducem: at illius nulla fit mentio. Solus nominatur Phinees; nec alium fuisse hujus agminis ducem, existimant alii. Secundò aliqui ita loquuntur de hac victoria, acsi tota gens Madianitarum fuisset excisa: verùm id mihi verisimile non est, cùm Madianitæ deinde evaserint potentissimi, & Israëlitas in servitutem redegerint Judic.* 6. *Nullus quoque Scripturæ locus indicat, jussisse Deum totius gentis excidium, aut totam gentem per Israëlitas deletam. Num.* 25 ℣ 17 *solùm dicitur*, Hostes vos sentiant Madianitæ & percutite eos; *&* Num. 31 ℣ 1, Ulciscere priùs filios Israël de Madianitis. *Itaque* omnes *quidem* mares, *quos potuerunt attingere*, occiderunt, & reges eorum, *scilicet*

C

quinque principes gentis, *quorum ditio erat vicinior castris Israëlitarum. In ditione quoque horum principum urbes, viculos, castella combusserunt, omniaque pecora & alia spolia abstulerunt. At verisimile non est, Israëlitas usque ad extremos Madianitarum limites processisse, cùm hi usque ad mare Rubrum se extenderent; sed longè probabilius est, ne quidem culpabiles fuisse, aut cum Moabitis conspirâsse, remotiores Madianitas. Quapropter necesse non est inquirere, quid factum sit de Jethro* Moysis *socero, si vivebat eo tempore, aut de posteris ipsius, cùm tempestas hæc nequaquam videatur eò usque desæviisse. Hac tamen de causa non existimo duas fuisse gentes Madianitarum distinctas, alteram ad Orientem maris Mortui, alteram prope mare Rubrum, uti voluerunt aliqui sine ullo sacræ Scripturæ testimonio; at magis credo, Madianitas se per totum illum tractum extendisse sub diversis regulis aut principibus. Tertiò quæri potest, quo modo Balaam occisus sit in Madianitide, cùm antea legatur domum rediisse, quæ longè aberat à ditione Madianitarum? Verisimile est, à principe quodam Madianita revocatum deinde fuisse, nisi abiens se rediturum ultrò promiserit.*

D

captivi omnes occisi, etiam mulieres præter virgines,

530 *Hisce observatis, videamus quo modo victores exceperit reduces.* Egressi sunt Moyses autem, *inquit* ℣ 13, Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagogæ, in occursum eorum extra castra. Iratusque Moyses principibus exercitûs, tribunis, & centurionibus, qui venerant de bello, ait: Cur feminas reservâstis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios Israël ad suggestionem Balaam, & prævaricari vos fecerunt in Domino super peccato Phogor, unde & percussus est populus? Ergo cunctos interficite, quidquid est generis masculini, etiam in parvulis: & mulieres, quæ noverunt viros in coitu, jugulate: puellas autem & omnes feminas virgines reservate vobis: & manete extra castra septem diebus (*ob immunditiam legalem.*) Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda, sive vestimentum fuerit, sive vas, & aliquid in utensilia præparatum, de caprarum pellibus, & pilis, & ligno, expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitûs, qui pugnaverant,

E

sic locutus est: Hoc est præceptum legis, quod mandavit Dominus Moysi: Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omne, quod potest transire per flammas, igne purgabitur: quidquid autem ignem non potest sustinere, aquâ expiationis sanctificabitur: & lavabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. *Hæc omnia ostendunt exactam legis observantiam.*

prædæ in gentis divisio:

531 Dixit quoque Dominus ad Moysen: Tollite summam eorum, quæ capta sunt, ab homine usque ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: dividesque ex æquo prædam inter eos, qui pugnaverunt egressique sunt ad bellum, & inter omnem reliquam multitudinem: & separabis partem Domino ab his, qui pugnaverunt & fuerunt in bello, unam animam de quingentis tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ovibus, & dabis eam Eleazaro sacerdoti, quia primitiæ Domini sunt. Ex media quóque parte filiorum Israël accipies quinquagesimum caput hominum, & boum, & asinorum, & ovium, cunctorum animantium, & dabis ea

F

Levitis, qui excubant in custodiis tabernaculi Domini. Feceruntque Moyses & Eleazar, sicut præceperat Dominus. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ovium sexcenta septuaginta quinque millia, boum septuaginta duo millia, asinorum sexaginta millia & mille: animæ hominum sexus feminei, quæ non cognoverant viros, triginta duo millia. Dataque est media pars his, qui in prælio fuerant, ovium trecenta triginta septem millia quingentæ: è quibus in partem Domini supputatæ sunt oves sexcentæ septuaginta quinque. Et de bobus triginta sex millibus, boves septuaginta & duo: de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta unus: de animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum, ex media parte filiorum Israël, quam separaverat his, qui in prælio fuerant. De media verò parte, quæ contigerat reliquæ multitudini, id est, de ovibus trecentis triginta septem millibus quingentis, & de bobus triginta sex millibus, & de asinis triginta millibus quingentis, & de hominibus sedecim

A decim millibus, tulit Moyſes quinquageſimum caput, & dedit Levitis, qui excubabant in tabernaculo Domini ſicut præceperat Dominus.

nullus Iſraëlitarum cæſus.

532 Cúmque acceſſiſſent principes exercitûs ad Moyſen, & tribuni centurioneſque, dixerunt: Nos ſervi tui recenſuimus numerum pugnatorum, quos habuimus ſub manu noſtra: & ne unus quidem defuit. Ob hanc cauſam offerimus in donariis Domini ſinguli, quod in præda auri potuimus invenire, periſcelides & armillas, annulos & dextralia, ac murænulas, ut depreceris pro nobis Dominum. Suſceperuntque Moyſes & Eleazar ſacerdos, omne aurum in diverſis ſpeciebus, pondo ſedecim millia, ſeptingentos quinquaginta ſiclos, à tribunis & centurionibus. Unuſquiſque enim quod in præda rapuerat, ſuum erat. Et ſuſceptum intulerunt in tabernaculum teſtimonii, in monimentum filiorum Iſraël coram Domino. *Poſteriora hæc difficultatem non habent, ſed egregiè declarant tam religionem Iſraëlitarum eo tempore vigentem, quam ſingularem Dei protectionem.*

B

§ XLVII. Joſephi & Philonis relationes de lapſu Iſraëlitarum & bello contra Madianitas dantur & diſcutiuntur.

Joſephus illecebras Madianitidum,

Joſephus, relato peſſimo Balaami conſilio, fraudem Madianitidum, quâ ad peccatum pertracti ſunt Iſraëlitæ, ita ſubnectit: Madianitis autem ita ut moniti fuerant filias mittentibus, Hebræorum juvenes pulchritudine puellarum capiuntur: & in colloquium venientes, rogant ne ſibi voluptatem ex earum pulchritudine capere invideant, neve conſuetudinem eorum averſentur. Illæ libenter & verba juvenum & complexus admittunt: jamque blanditiis illectos, & cupidine ferventes relinquere parant. Tum illi triſtes mulierum diſceſſu, precibus inſtant, ne ſe relinquant; ſed futuræ conjuges & omnium facultatum dominæ apud illos maneant. Hæc promiſſa jurejurando confirmabant, Deum teſtem invocando, & lachrymas fundendo, quo magis eas ad miſerationem flecterent. Tum illæ, poſtquam omnino captos & conſuetudine ſua devinctos animadverterunt, ſic reſpondent: Optimi juvenes, non deſunt nobis domi nec amplæ facultates, nec parentum ac domeſticorum affectus: neque inopiâ talium rerum huc ad vos venimus, aut formam corporis nundinaturæ preces veſtras admiſimus: ſed perſuaſæ viros eſſe bonos hac hoſpitali gratia non dedignatæ, quâ vos opus habere videbamus, faciles nos vobis præbuimus. Nunc quandoquidem amare vos & abitionem noſtram moleſtè ferre aſſeveratis; ne has quidem preces averſabimur. Quare ſi benevolentiæ conjugalis fidem dederitis, quæ ſola nobis ſatisfacere poteſt, libenter vobiſcum ut legitimæ nuptæ convicturæ ſumus. Veremur enim ne libidine exſatiata, cum injuria & contumelia nos retro ad parentes noſtros ablegetis: cui noſtræ ſolicitudini veniam vos dare æquum poſtulamus.

C

& fornicationem & idololatriam Iſraëlitarum

534 Illis verò quolibet modo fidem daturos ſe pollicentibus, & nihil præ amore nimio recuſantibus: Quandoquidem, inquiunt, ita vobis videtur, & mores habetis ab omnibus aliis diverſiſſimos, ut cibis etiam propriis veſtro more utamini, nec potum cum aliis communem ſuſtineatis, neceſſe eſt, ſi vultis nobiſcum vitam degere, deos noſtros colatis; neque enim alio argumento perſuadebitis amorem iſtum vos non fingere, niſi eoſdem nobiſcum deos adoretis. Nec abſurdum fuerit aut vitio vertendum, ſi terræ, in quam veniſtis, peculiares deos colere malitis: præſertim cùm noſtri per omnes regiones honorentur, veſtrum nemo præter vos cultu dignetur aut ceremoniis. Aut igitur cæterorum more vobis eſt vivendum, aut alius orbis quærendus, ubi ſoli juxta veſtra inſtituta vitam agatis. At illi cupidine cæci, dicta earum comprobant, & quò trahebantur ſequentes, à religione patrum deſciſcunt: & plures deos credere inducti, ſacra illis ejus gentis ritu faciunt: cibis quoque indifferenter utebantur, & in mulierum gratiam nihil non contra legem faciebant: ut jam tota caſtra juvenum impietas invaderet, & ſeditio priore pejor gliſceret, & avita religio in extremum periculum deduceretur. Juventus enim, guſtatis ſemel peregrinis moribus, inexplebiliter in eos ferebatur: & ſi qui nobilitate à majoribus accepta præcellebant, unà cum reliqua turba corrumpebantur. *Ita Joſephus, relata de hiſce breviter in ſacra Scriptura multùm ſuis amplificans conjecturis: nam modus, quo Madianitides ad ſuam libidinem pertraxiſſe Iſraëlitas referuntur, mera eſt conjectura; quódque additur de nuptiis earùm eſt probabile, cùm Scriptura fornicationis meminerit & idololatriæ, at nullibi nuptiarum.*

AUCTORE J. S.

E

variis conjecturis,

535 *Hac de cauſa nuptias Zambri cum Choſbi Madianitide etiam improbabiles exiſtimo, præſertim cùm* Moyſes *illam mulierem vocet* ſcortum: *nec probabiliorem eſſe Zambri altercationem cum* Moyſe, *patebit perlegenti factum Num. 25. Verba tamen Joſephi de illis ſubjungo:* Zambrias etiam Simeonidis tribus princeps, ducta Chosbi Madianitide, Uri filia gentis ejus dynaſtæ, juſſus ab uxore, & contemptis in ejus gratiam Moyſis placitis, alieno ritu ſacrificabat, & alienigena conjuge non diſſimulanter ſe oblectabat. In hoc rerum ſtatu Moyſes veritus ne gravius aliquid ſequeretur, advocata concione, neminem quidem nominatim accuſavit, nolens in deſperationem adducere eos, qui tantiſper, dum latêre ſe putant, ad ſanitatem reduci poterant: ſed dicebat rem indignam, nec ipſis nec majoribus eorum decoram, quòd voluptatem pluris, quàm Deum & religionem facerent. Expedire illis, ut dum tempus eſt reſipiſcant, & non legum contemptu, ſed compeſcendis pravis cupiditatibus fortes viros declarent. Abſurdum præterea dicebat, quòd cùm in deſerto modeſtè vixiſſent, nunc in bona regione ita baccharentur: & quæ per inopiam quæſiverant, nunc per affluentiam perditum irent. Talibus dictis conabatur juventutem corrigere, & ad ſaniorem mentem reducere.

F

partim improbabilibus,

536 Tum Zambrias inſurgens: Tu, inquit, Moyſes, tuis legibus utere, quibus jam longo uſu robur addidiſti: quod ni feciſſes, ſæpè jam pœnas dediſſes, & tuo malo non eſſe Hebræis imponendum didiciſſes. Me certè numquam ad tua tyrannica juſſa obſtrictum habebis, neque enim aliud hactenus, quàm ſub Legis ac religionis prætextu nobis ſervitutem, tibi principatum, malitioſis artibus adſtruis, voluptatem nobis ac vitæ licentiam adimens, quæ liberorum ſunt, & ſub nullius imperio degentium. Hoc enim vel

AUCTORE J. S.

Ægyptiaca ſervitute fuerit gravius, in quemvis tuis legibus pro tuo libitu animadvertere, cùm ipſe multo dignior ſis, qui puniaris, quandoquidem abrogatis, quæ omnium conſenſus approbat, plus tua quàm cæterorum mortalium placita valere poſtulas. Ego quæ nunc facio, quia bene facta judico, ne fateri quidem in hoc cœtu gravabor, mulierculam alienigenam me duxiſſe. Audis à me ipſo mea facta, ut ab ingenuo. Neque enim latêre cupio. Sacra etiam diis facio præter conſuetum, quia id æquum cenſeo, ex multis mihi veritatem quærere, & non ſicut ſub tyrannide vivere, de unius tantùm fiducia pendentem. Nemo mihi rem gratam fecerit, qui in rebus meis meipſo plus arbitrii habere voluerit.

amplificat,

537 Hæc Zambria pro ſe & quibuſdam ſui ſimilibus afferente, populus quietus expectabat, quónam audacia hæc eſſet evaſura, maximè quòd videret Legiſlatorem ampliùs nolle contendere, ne hominem inſolentem irritatiorem redderet. Verebatur enim ne plures talis in loquendo impudentiæ imitatores facti, turbas in populo excitarent. Atque ita tum concio diſſolvitur. Ac fortaſſe ulteriùs malum hoc ſerpſiſſet, nì Zambrias maturè ſublatus eſſet talem ob cauſam. Phinees tum aliis rebus, tum patris dignitate, juventutis facilè princeps, Eleazari pontificis filius, & Moyſem magnum patruum habens, ægerrimè tulit Zambriæ contumaciam: cujus impunitate ne legum contemptus creſceret, vindicare in flagitioſos decrevit, non ignarus quòd exempla primatum in utramvis partem plurimùm valeant. Cùmque tanto eſſet animi & corporis robore, ut non temerè aliquid arduum aggrederetur, quod non etiam perficeret, ad Zambriæ tentorium vadit, & eodem ictu ipſum unà cum Choſbi transfigit. Quo exemplo juventus ad pulcherrimam virtutis æmulationem accenſa, certatim in ejuſdem criminis reos facit impetum, & bonam illorum partem ferro conficiunt, reliquos inſecuta peſtis ſuſtulit, per iram Numinis inflicta; & ne illis quidem pepercit, qui cùm jure cognationis talem ſuorum petulantiam cohibere deberent, aut diſſimulare aut accendere etiam maluerunt: nec priùs deſtitit, quàm quatuordecim millia virorum deſiderarentur.

B

C

ut oſtenditur:

538 *Rejectis jam nuptiis, totaque illa oratione Zambri, ut improbabilibus, nonnihil quoque obſervandum eſt de ceteris. Primò non videtur crimen Zambri & cædes contigiſſe in ipſius tabernaculo, cùm locus Num.* 25 ℣ 8 *vocetur* lupanar. *Secundò ſatis probabile eſt, etiamſi aliqui repugnent, exemplo illo Phineis alios excitatos fuiſſe ad occidendos noxios, & quidem ferro: nam* Moyſes *ipſe, relata illa cæde,* ℣ 9 *ſubdit:* Et occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum, *nec ait, quo modo fuerint occiſi. Et jam antea* ℣ 5 *dixerat* Moyſes *judicibus:* Occidat unuſquiſque proximos ſuos, qui initiati ſunt. *Hoc autem præceptum implere cœpit Phinees, ejuſque exemplum imitati ſunt alii, quantùm apparet. Nec refert, quòd* ℣ 4 *jubeantur ſuſpendi noxii: nam poterant ſuſpendi poſt mortem. Deinde vox illa* occiſi *denotat potiùs cædem humanâ operâ factam, quàm illatam à ſolo Deo; ideoque illorum ſententia, qui volunt divinitus illatam fuiſſe mortem, non omnino certa apparet. Dicitur quidem* ℣ 8 Ceſſavitque plaga, *atque inde illi probabiliter, at non certò, colligunt ab ipſo Deo punitos fuiſſe noxios. At* Moyſes *per plagam intelligere potuit peccatum ipſum fornicationis & idololatriæ, omnium ſanè plagarum maximam, quod cæde Zambri aliorumque ceſſavit. Certè nullibi clarè dicitur, Iſraëlitas ea occaſione percuſſos fuiſſe plagâ aliquâ divinitus inflictâ, ita ut prorſus incertum ſit, quod de peſte aſſerit Joſephus, qui & numerum occiſorum vehementer minuit, dum* quatuordecim millia *enumerat.*

D

ab eodem pugna contra Madianitas

539 *Deinde idem auctor rectè aſſerit bellum hanc ob cauſam Madianitis illatum fuiſſe, ſed omittit Dei mandatum, ut ſæpè aliàs, ita proſecutus.* Hanc ob rem Moyſes in Madianitas concitus, ad gentem internecione delendam exercitum miſit: de qua expeditione mox narrabimus, poſtquam, quod omiſſum antè non oportuit, dixerimus, Balamum illum, qui à Madianitis accitus ad execrandos Hebræos, quo minùs hoc facere à Deo eſt prohibitus, nihilo ſecius tamen tale hoſtibus conſilium dedit, quo effectum eſt, ut quibuſdam infectis prava opinione, penè totius populi religio ſit corrupta: hunc inquam Balamum tanto honore dignatus eſt Propheta, ut oracula ejus ſuis literis inſeruerit: cùmque nihil vetaret, quin ea pro ſuis ederet, nec ullo teſte id factum ejus coargui poſſet, maluit eum debitâ apud poſteros memoriâ non fraudare. Sed hæc quiſque ut libuerit, ita conſideret. Moyſes autem, ut dicere cœperam, in Madianitas miſit exercitum duodecim millium, ſingulis tribubus mille militibus imperatis: eiſque copiis Phineem præfecit, cujus operâ leges vindicatas, & de Zambria violatore earum pœnas exactas paulo antè memoravimus. Madianitæ verò intellecto hoſtium adventu, & quòd jam non longè abeſſent, & ipſi copias in unum contrahunt, & quà in regionem ſuam irrupturos putabant, munito pro tempore aditu, præſto erant, impetus eorum pro viribus propulſaturi.

E

& victoria non ſine erroribus relata.

540 Sed mox primo congreſſu tanta multitudo Madianitarum eſt cæſa, ut numerus cadaverum iniri non poſſet, ne regibus quidem ſervatis. Hi fuêre Ochus, Sures, Robeas, Ubes, & quintus Recemus, à quo deductum nomen primaria urbs Arabum & hodie retinet, RECEME dicta, quam Græci PETRAM vocare malunt. Fuſis hoſtibus, Hebræi regionem ſunt populati, prædas abigendo, & incolas unà cum mulieribus interimendo, ſolis parcentes virginibus: hoc enim Phinees à Moyſe mandatum acceperat. Qui reducto incolumi ac illæſo exercitu, prædam quoque memorabilem retulit, boum quinquaginta duo millia & inſuper ſexaginta ſeptem, aſinorum ſexaginta millia, vaſorum aureorum & argenteorum magnum numerum, quibus in domeſtica ſupellectile utebantur. Etenim pro opibus lautiore victu delectabantur. Abductæ ſunt etiam virgines circitèr triginta duo millia. Moyſes autem partitus prædam, quinquageſimam ejus partem Eleazaro dedit & ſacerdotibus, & Levitis alterius quinquageſimam, reliquum verò populo diſtribuit. Quo factum eſt ut deinde ſuaviter viverent, opibus virtute quæſitis, otium quoque ad fruendum nacti. Moyſes autem jam admodum ſenex Jeſum deſignavit, qui ſibi in prophetæ & ducis (ſi opus foret) muniis ſucederet, Deo ita jubente ut hunc principatûs ſucceſſorem faceret. Erat enim totius divini atque humani juris peritiſſimus, Moyſe præceptore doctus. *Hactenus Joſephus, rectè quidem memorans deſignationem ſucceſſoris Joſue, ſed eamdem perperam poſtponens relato bello, cùm ante illud deſignatio videatur facta. In ceteris quoque hæc corrigenda. Præda non rectè enumerata,*

F

nec

A *nec illius diviſio exactè narrata, ut videri poteſt num.* 531. *Secundò ſolis parcium eſſe virginibus verè quidem affirmat; ſed cædem aliarum mulierum & parvulorum non ita referre debuerat, acſi ſtatim in pugna fuiſſent occiſæ mulieres & parvuli. Tertiò non planè certum eſt, urbem Petram fuiſſe* Recem *dictam ab uno è regibus occiſis; nec tamen id falſum affirmare auſim.*

Philonis relatio de fornicatione Iſraëlitarum

541 *Philo, poſtquam aſſeruerat feminis Madianitidis datam eſſe licentiam peccandi cum Iſraëlitis, ita procacitatem earum exponit & lapſum Iſraëlitarum:* Qua impunitate factum eſt, ut juventutem ad ſe pertraherent corruptâ priùs animâ, & hujuſmodi præſtigiis ad impietatem illectâ: donec Phinees filius pontificis, indignè ferens perire animas ſimul cum corporibus, & hæc voluptate, illas impietate corrumpi, auſus eſt facinus viro bono honeſtoque convenientiſſimum. Conſpicatus enim quendam ſuæ gentis hominem poſt profana ſacra ad meretricem ingredi, non furtim, ut mos eſt verecundis ſcortatoribus, ſed propalam erecta cervice quaſi oſtentantem impudenter multitudini ſuam turpitudinem, nec minùs ſibi placentem quàm in aliquo præclaro facinore, admodum exaſperatus &

B irâ juſtâ repletus, invaſit jacentem in complexu adamatæ meretricis, & utrumque peremit adacto mucrone per genitalia, eo quòd operarentur genituræ nefariæ.

punitâ ſatis probabilis:

542 Quo exemplo animati quotquot æmulabantur pietatem ac continentiam, Moſe quoque jubente, imitati ſunt autorem ultionis, & omnes ſimulachris initiatos ſine cognationis amicitiæque reſpectu ad unum deleverunt, atque ita gentem expiaverunt exacto inclementer à noxiis ſupplicio. Reliqui ſatis approbaverunt ſuam pietatem, neminem ſontem miſerati, ne conjunctiſſimum quidem ſanguine, plus valente apud eos indignatione quàm affectu neceſſitudinum: nec quiſquam ex his homicidis pro impuro aut cæde polluto eſt habitus. Imo viſa eſt hæc res geſta nulli è ſuperioribus cedere, quantùm ad veram meritamque laudem fortitudinis attinet. Fertur, uno die cæſa vigintiquatuor millia, moxque ſublatum publicum piaculum, quo tota caſtra contaminata fuerant. Quibus expiatis, Moſes diſpiciebat de præmio decernendo filio pontificis, qui

C primus fortiter ultionem aggreſſus fuerat. Id cogitanti maturè oraculum redditur: pacem à Deo dari Phinei, quod bonum mortalis nemo dare poteſt: dari & perpetuum ſacerdotium, quod hæreditario jure ad poſteros quoque ipſius pertineat. *Hæc Philo, non improbabiliter meo judicio exponens cædem viginti quatuor millium idololatrarum. Alii horum mortem aliter contigiſſe exiſtimant, ut ſuprà obſervavi num.* 519, *neutram ſententiam improbans.*

at pugnam contra Madianitas ſcripturus, in errorem labitur;

543 *Expeditionem Iſraëlitarum deinde narrat, at in ipſo limite labitur, dum aſſerit ſuſceptam fuiſſe* contra Balacem *Moabitarum regem, quem Iſraëlitæ non impugnârunt, ſolos Madianitas punire juſſi.* Ad hunc modum, *inquit*, inteſtinis malis defuncti, quando etiam de transfugio proditioneque ſuſpecti omnes cecideRant, Iſraëlitæ arbitrabantur veniſſe opportunum tempus expeditionis contra Balacem, nihil non conatum ut læderet, nec fruſtratum ſuo conſilio: quippe qui per vatem devovere deleréque copias Hebræorum ſperaverat: per mulieres verò impudicas ingentem plagam tum libidine corporibus, tum animabus impietate inflixerat. Non fuit tamen univerſorum expeditio, ne finitimæ gentes excirentur ad arma communi periculo: ſimulque conſultum videbatur manere cæteros in ſubſidiis, ſi fortè res poſceret nova ſubmitti auxilia. Milleni de ſingulis tribubus ſelecti ſunt. Sic armatis duodecim millibus imperator datur Phinees, ſpectatæ jam fortitudinis vir: qui ſacris ritè peractis, ubi litatum vidit, milites hunc in modum pro concione adhortatus eſt: Non de imperio nunc certamen inſtat, nec de invadendis occupandiſque alienis poſſeſſionibus, quæ cauſa belli vel ſola movet alios vel præcipua; ſed pro tuenda pietate ac ſanctimonia, quam noſtris cognatis amiciſque dum hoſtes eripiunt, paraverunt eis graviſſimam perniciem. Abſurdum igitur & periniquum fuerit, ſi parcamus ſceleratis hoſtibus, qui domeſticis minùs noxiis non pepercimus: ſi magiſtros impietatis impunè abire ſinamus, qui de diſcipulis pœnas ſumpſimus: præſertim cum totius calamitatis culpa penes autores impietatis ſit. *Hæc Philo, aut potiùs ejus interpres Latinus, Philonis mentem non rectè aſſecutus.* AUCTORE J. S.

alioſque errores addidit Latinus interpres;

544 *Nam primò totam hanc orationem* Moyſi *attribuit Philo, non Phinei; uti ſatis clarum eſt ex textu Græco. Franciſcus Zinus apud Surium ad* IV *Septembris eumdem textum Græcum Latinè expreſſit hoc modo:* Duodecim igitur fortiſſimorum juvenum millia (tot enim ſunt tribus) ex ſingulis mille delegit, Phineeſque, qui jam militaris audaciæ ſpecimen dederat, ducem conſtituit (*Moyſes.*) Hos armis inſtructos dimittens, ſic allocutus eſt *&c. Hîc quoque evitatur alter error interpretis Gelenii, qui verbis illis,* Sacris ritè peractis, ubi litatum vidit, *gentilium ſuperſtitionem inſpiciendi exta* Moyſi *non obſcurè attribuit contra mentem Philonis. Verumtamen Zinus non plenè expreſſit verba Græca Philonis, qui de* Moyſe *armatos dimittente ſic habet:* ὅτε καλοῖς ἱερείοις ἐξέπεμπε τὰς ὁπλίτας, καὶ παρσύνων τοιάδε διεξῆει. *Mentio ſanè hîc fit de victimis, at non de iis, quas obtulerat* Moyſes, *ſed quas oblaturi erant milites in prælio, dum occiſuri erant Madianitas, tamquam deſtinatas Deo victimas: nam vox* ὅτε, *cùm verbo motûs adjungitur, frequenter ſignificat* ad, contra, adverſus. *Itaque verba Græca rectè & plenè ſic exprimas Latinè:* Ad pulchras victimas dimiſit armatos, animanſque eos, talia eſt locutus. *Deinde ſubditur* Moyſis *oratio, aut Philonis potiùs, cùm hic eam compoſuerit eo modo, quo* Moyſi *eo tempore loquendum fuiſſe credidit.* E

F

pugna ex eodem & victoria nonnihil corrigenda;

545 *De pugna & victoria Iſraëlitarum hæc ſubjungit Philo:* His dictis animati juvenes accenſique ampliùs, tamquam ad certam victoriam afferebant invicta pectora: collatiſque ſignis tantùm prævaluerunt robore ac audaciâ, ut mactatis more pecudum hoſtibus, ipſi omnes reverterentur incolumes, ne uno quidem è ſuis vel deſiderato vel ſaucio. Aliquis ignarus facti ex redeuntium ſpecie conjectans dixiſſet eos reverti à decurſione militari, non ex acie referre victoriam. Adeo intacti erant haud ſecus quàm poſt meditationem armorum ludicram. Devictæ urbes flammis ferroque ſolo æquatæ ſunt, ut nullum ſupereſſet habitationis veſtigium, acſi numquam ea terra habuiſſet incolas. Captivorum abductus eſt infinitus numerus. Ex his in viros & mulieres internecione ſævitum eſt: in alteros, quod ab his petiti fuerant injuſtis armis & ſceleſtis conſiliis: in alteras, quia hæ ſuis præſtigiis juventutem Hebræam ſeduxerant, cui laſciviæ, impietatis, ac poſtremò necis cauſa fuerant: te-

AUCTORE J. S.

nera ætas, pueri virgineſque impetrarunt veniam. *Ad hæc ſolùm obſervo, ſervatos non fuiſſe pueros, ſed cum mulieribus occiſos juſſu* Moyſis *poſt reditum, ſolaſque ſervatas virgines; viros verò ne quidem abductos captivos, ſed in pugna aut ſtatim poſt pugnam occiſos.*

præda ejuſque

546 *De præda, ejuſque diviſione, ac aliis huc ſpectantibus hæc demum narrat laudatus Philo:* Præda ingens parta fuit, exhauſtis non ſolùm opibus regiis, ſed etiam privatis poſſeſſionibus: non minus enim ex agris avectum eſt quàm ex oppidis. In caſtra convexerunt totas, quantæ fuerant, hoſtiles divitias. Moſes laudato pro concione Phinee, commilitonumque eo bello ſpectata fortitudine, parique continentia, qui maluerant prædam in commune proponere quàm ſibi uſurpare; ut etiam in caſtris relicti forent ejus participes, juſſit victores extra caſtra per aliquot dies tendere: pontifici autem mandavit, ut luſtraret reverſos à recenti cæde hoſtium. Quamvis enim per leges liceat hoſtem occidere, tamen qui necavit hominem, etiamſi coactus & propulſans injuriam, obnoxius videtur, propter antiquam generis cognationem, oriundi ab uno
B capite. Hæc tum fuit luſtrandi cauſa, ut ne ſpecies quidem ſceleris in eos competeret. Aliquanto pòſt prædam diviſit, his qui militaverant, multo paucioribus præ cæteris, aſſignata parte dimidia, reliqua verò his, qui in caſtris remanſerant: æquum enim cenſebat hos quoque victoriæ fructum capere, qui ſi non corporibus, animis tamen decertaverant. Nam qui manent in ſtatione parati auxilio, tempore, non alacritate cedunt potioribus.

diviſio rectè expoſita.

547 Itaque cùm pauci accepiſſent plura propter navatam operam, plures pauciora, ut qui intra munitiones ſe continuerant, viſum eſt neceſſarium totius prædæ ſacrare primitias. Quinquageſimas ſubſidiarii, quingenteſimas propugnatores contulerunt. Hæ pontifici datæ ſunt juſſu Prophetæ: altera portio ceſſit ædituis, quos Levitas nominant. Tribuni, centuriones, cæterique præfecti ordinum, virtutis ergo acceperunt ſua præmia, ornamenta vaſaque aurea, quantum cuique in direptione obvenit. Ea pro ſua militumque ſalute ſponte obtulerunt, ut eſſent donaria: quæ Moſes, delectatus virorum pie-
C tate, dicavit tabernaculo Dei, monumentum gratitudinis. Laudanda ſanè primitiarum diſtributio. Qui non militarant de ſuo dimidio promptæ voluntatis, non operæ præmio, Levitis obtulerunt ex Prophetæ præſcripto: pontifici autem illi, qui fortitudine abſolutiſſima etiam caput objecerunt periculis, nimirum capiti ſacratorum ceremoniis hominum. Cæterum præfecti ordinum ſacrârunt Deo ſuas primitias, ſummo totius univerſitatis principi. *Hactenus Philo, poſteriora hæc rectè exprimens: non tamen omnia tam accuratè & enucleatè exponens, quàm* Moyſes *ipſe eadem expoſuerat.*

D

§ XLVIII. Terra Amorrhæorum trans Jordanem per Moyſen diviſa duabus tribubus & dimidiæ: limites quoque terræ occupandæ aſſignati: alia ordinata, & lex populo expoſita.

Rubenitæ & Gaditæ pro ſua poſſeſſione petunt

E *Odem ferè tempore, quo geſtum eſt bellum contra Madianitas, aut certè non diu pòſt, per* Moyſen *diviſa ſunt Amorrhæorum regna jam antè occupata, quorum poſſeſſionem populo ſuo conceſſerat Dominus. Occaſio hujus diviſionis Num.* 32 *ita refertur:* Filii autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in jumentis infinita ſubſtantia. Cúmque vidiſſent Jazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, E venerunt ad Moyſen, & ad Eleazarum ſacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerunt: Ataroth, & Dibon, & Jazer, & Nemra, Heſebon, & Eleale, & Saban, & Nebo, & Beon, terra, quam percuſſit Dominus in conſpectu filiorum Iſraël, regio uberrima eſt ad paſtum animalium: & nos ſervi tui habemus jumenta plurima: precamurque, ſi invenimus gratiam coram te, ut des nobis famulis tuis eam in poſſeſſionem, nec facias nos tranſire Jordanem. Quibus reſpondit Moyſes: Numquid fratres veſtri ibunt ad pugnam, & vos hîc ſedebitis? Cur ſubvertitis mentes filiorum Iſraël, ne tranſire audeant in locum, quem eis daturus eſt Dominus? Nonne ita egerunt patres veſtri, quando miſi de Cadesbarne ad explorandam Terram? Cúmque veniſſent uſque ad Vallem Botri, luſtrata omni regione, ſubverterunt cor filiorum Iſraël, ut non intrarent fines, quos eis Dominus dedit. Qui iratus juravit, dicens: Si videbunt homines iſti, qui aſcenderunt ex Ægypto, à viginti annis & ſuprà, Terram, quam ſub juramento pollicitus ſum Abraham, Iſaac, & Jacob: & noluerunt ſequi me, præter Caleb filium Jephone Cene- F zæum, & Joſue filium Nun: iſti impleverunt voluntatem meam. Iratuſque Dominus adverſum Iſraël, circumduxit eum per deſertum quadraginta annis, donec conſumeretur univerſa generatio, quæ fecerat malum in conſpectu ejus. Et ecce, inquit, vos ſurrexiſtis pro patribus veſtris, incrementa & alumni hominum peccatorum, ut augeretis furorem Domini contra Iſraël. Quòd ſi nolueritis ſequi eum, in ſolitudine populum derelinquet, & vos cauſa eritis necis omnium. *Tam gravi oratione* Moyſes *veriſimiliter objurgavit Rubenitas & Gaditas, quòd exiſtimaret nolle illos tranſire Jordanem ad ſubjugandam Terram promiſſam, quia dixerant,* Ne facias nos tranſire Jordanem.

terram trans danem a- patam, quæ ipſis ea conditione

549 *Verùm illi, excepta modeſtè hac correptione, intentionem ſuam clariùs explicârunt, aut, ſi fortè alia fuerat prima eorum intentio, eam mutârunt: ſic enim pergit textus ſacer:* At illi prope accedentes, dixerunt: Caulas ovium fabricabimus, & ſtabula jumentorum, parvulis quoque noſtris urbes munitas: nos autem ipſi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Iſraël, donec introducamus eos ad loca ſua. Parvuli

A Parvuli noſtri, & quidquid habere poſſumus, erunt in urbibus muratis, propter habitatorum inſidias. Non revertemur in domos noſtras, uſque dum poſſideant filii Iſraël hereditatem ſuam: nec quidquam quæremus trans Jordanem, quia jam habemus noſtram poſſeſſionem in Orientali ejus plaga. *Hiſce conditionibus bene firmatis & ſtabilitis, annuit tandem Legiſlator poſtulantibus;* Quibus, *ut ſequitur*, Moyſes ait: Si facitis, quod promittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnam: & omnis vir bellator armatus Jordanem tranſeat, (*quando tempus tranſeundi advenerit*) donec ſubvertat Dominus inimicos ſuos, & ſubjiciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Iſraël, & obtinebitis regiones, quas vultis, coram Domino. Sin autem, quod dicitis, non feceritis, nulli dubium eſt, quin peccetis in Deum: & ſcitote quoniam peccatum veſtrum apprehendet vos. Ædificate ergo urbes parvulis veſtris, & caulas ac ſtabula ovibus ac jumentis: & quod polliciti eſtis, implete. Dixeruntque filii Gad & Ruben ad Moyſen: Servi tui ſumus, faciemus quod

B jubet Dominus noſter. Parvulos noſtros, & mulieres, & pecora, ac jumenta relinquemus in urbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellum, ſicut tu, Domine, loqueris.

conceditur, ut cum aliis armati ſubigant Chananæam,

550 Præcepit ergo Moyſes Eleazaro ſacerdoti, & Joſue filio Nun, & principibus familiarum per tribus Iſraël, & dixit ad eos: Si tranſierint filii Gad & filii Ruben vobiſcum Jordanem, omnes armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra ſubjecta: date eis Galaad in poſſeſſionem. Sin autem noluerint tranſire armati vobiſcum in terram Chanaan, inter vos habitandi accipiant loca. Reſponderuntque filii Gad, & filii Ruben: Sicut locutus eſt Dominus ſervis ſuis, ita faciemus: ipſi armati pergemus coram Domino in terram Chanaan, & poſſeſſionem jam ſuſcepiſſe nos confitemur trans Jordanem. *Hujus promiſſionis memores Rubenitas & Gaditas fecit Joſue, ut legitur Joſ.* 1, *illique eam exſecuti leguntur Joſ.* 14 ℣ 12. Moyſes *quoque ipſe Deut.* 3 ℣ 18 *hoc ſuum præceptum narrat his verbis:* Præcepique vobis in tempore illo, dicens: Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hereditatem, expediti præcedite fratres

C veſtros filios Iſraël omnes viri robuſti: abſque uxoribus, & parvulis, atque jumentis. Novi enim quòd plura habeatis pecora, & in urbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis, donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris, ſicut vobis tribuit: & poſſideant ipſi etiam Terram, quam daturus eſt eis trans Jordanem: tunc revertetur unusquiſque in poſſeſſionem ſuam, quam dedi vobis.

adjuncta quoque duabus tribubus eſt media tribus Manaſſe.

551 *Hæc omnia hactenus peracta eſſe dicuntur cum ſolis tribubus Ruben & Gad: verumtamen etiam media tribus Manaſſe poſſeſſionem ſuam accepit in parte Orientali Jordanis, ubi adhuc ſupererant aliquot Amorrhæi ſubigendi. Audiamus rurſus* Moyſen *Num.* 32 ℣ 33: Dedit itaque Moyſes filiis Gad & Ruben & dimidiæ tribui Manaſſe filii Joſeph regnum Sehon regis Amorrhæi, & regnum Og regis Baſan, & terram eorum cum urbibus ſuis per circuitum. Igitur extruxerunt filii Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroër, & Etroth, & Sophan, & Jazer, & Jegbaa, & Bethnemra, & Betharan, urbes munitas, & caulas pecoribus ſuis. Filii verò Ruben ædificaverunt Heſebon, & Eleale, & Cariathaim, & Nabo, & Baalmeon, verſis nominibus, Sabama quoque: imponentes vocabula urbibus, quas extruxerant. Porrò filii Machir, filii Manaſſe, perrexerunt in Galaad, & vaſtaverunt eam, interfecto Amorrhæo habitatore ejus. Dedit ergo Moyſes terram Galaad Machir filio Manaſſe, qui habitavit in ea. Jair autem filius Manaſſe abiit & occupavit vicos ejus, quos appellavit HAVOTH JAIR, id eſt, villas Jair. Nobe quoque perrexit, & apprehendit Chanath cum viculis ſuis: vocavitque eam ex nomine ſuo NOBE. *Obſervari hîc poteſt, Jair genere paterno fuiſſe ex tribu Juda, & ſolùm reputatum fuiſſe ex tribu Manaſſe, quia oriundus fuit ex filia Machir, filii Manaſſe, ut videri poteſt* 1 *Paral.* 2 ℣ 21 *&* 22, *ubi ejus recenſetur genealogia. Matrimonium illud fuerat initum, priuſquam talia matrimonia erant prohibita. At hæc parùm ſpectant ad* Moyſen. *Eadem referuntur Deut.* 3 ℣ 12 *& ſequentibus. Joſue quoque eamdem* Moyſis *donationem memorat cap.* 22.

AUCTORE J. S.

E

Cura Moyſis ut poſſeſſionem alii omnes acciperent & ſervarent:

552 *Porrò, ſicut ſtudiosè curavit ſanctus Legiſlator, ut illi, accepta poſſeſſione ſua, reliquos fratres ſuos non deſererent, ita non minùs fuit ſollicitus, ut alii omnes debito modo poſſeſſionem acciperent, acceptamque obſervatione divinorum mandatorum ſervarent. Hac de cauſa frequenter in Deuteronomio inculcavit mandatum Domini, ita expreſſum Num.* 33 ℣ 51: Locutus eſt Dominus ad Moyſen: Præcipe filiis Iſraël, & dic ad eos: Quando tranſieritis Jordanem, intrantes terram Chanaan, diſperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & ſtatuas comminuite, atque omnia excelſa vaſtate, mundantes terram, & habitantes in ea: ego enim dedi vobis illam in poſſeſſionem, quam dividetis vobis ſorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucis anguſtiorem. Singulis ut ſors ceciderit, ita tribuetur hereditas. Per tribus & familias poſſeſſio dividetur. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ: qui remanſerint erunt vobis quaſi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & adverſabuntur vobis in terra habitationis veſtræ: & quidquid illis cogitaveram facere, vobis faciam. *Hiſce cap.* 34 *ſubjicitur deſcriptio limitum totius Terræ promiſſæ; deſignanturque principes ex ſingulis tribubus, qui cum Joſue terram erant diviſuri novem tribubus & dimidiæ. Cap.* 35 *cura habetur Levitarum, quibus urbes quadraginta octo dari voluit Dominus: atque ex hiſce ſex deſignari, in quibus aſylum haberent, qui caſu aliquo & ſine culpa hominem occiderant: leges quoque homicidii ibidem recitantur. Demum cap.* 36 *præſcribuntur leges de tribubus non miſcendis per connubia.*

F

Lex populo rurſum expoſita: expoſitionis locus & tempus:

553 *Cùm* Moyſes *magis magiſque ad diem vitæ poſtremum appropinquaret, cúmque Iſraëlita novus eſſet populus, (pauciſſimis exceptis) qui nec mirabilia Domini in Ægypto viderat, nec Legis expoſitionem audierat apud montem Sinai; ſanctus Legiſlator Legem iterum ante mortem ſuam ſuſcepit explicandam, & præcipua, quæ tam in Ægypto quàm in deſerto contigerant, populo commemorare voluit, ut eum efficaciùs hortaretur ad accuratam Legis obſervantiam. Quæ verò ad concionem attinerent, deſcripſit quoque in libro* Deuteronomii, *ei hanc quaſi præfatiunculam præmittens Deut.* 1: Hæc ſunt verba, quæ locutus eſt Moyſes ad omnem Iſraël trans Jordanem in ſolitudine campeſtri, contra mare Rubrum, inter Pharan & Tophel & Laban & Haſeroth, ubi auri eſt plurimum: unde-

AUCTORE J. S.

cim diebus de Horeb per viam montis Seir usque ad Cadesbarne. Quadragesimo anno, undecimo mense, prima die mensis, locutus est Moyses ad filios Israël omnia, quæ præceperat illi Dominus, ut diceret eis: postquam percussit Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai, trans Jordanem in terra Moab. Cœpitque Moyses explanare Legem, & dicere. *Hæc præfatio, quæ designat locum & tempus habitæ primæ congregationis ad explanandam Legem, nonnullas involvit difficultates, quas interpretes variis modis conati sunt tollere. Duo interim hic satis sunt certa, videlicet tempus habitæ congregationis clarè expositum; & locus obscuriùs quidem hîc indicatus, sed aliunde satis certus, videlicet Campestria Moab, seu postrema mansio, quæ erat prope Jordanem è regione urbis Jericho.*

nonnullæ loci obscuri

554 *Verùm quærunt primò interpretes, quo modo locus assignatus dicatur esse* contra mare Rubrum: *nam constat, Campestria illa Moab à mari Rubro multùm esse dissita. Calmetus hîc asserit non debere necessariò intelligi* mare Rubrum, *quia in textu Hebraïco solùm habetur* apud Suph. *At non modò S. Hieronymus, sed passim omnes, qui textum Hebraïcum verterunt, hîc per vocem* Suph *intellexerunt* mare Rubrum, *ita ut hæc interpretatio omnino videatur retinenda, nec tam facilè sine ulla alia ratione deserenda. Bonfrerius existimat, non assignari locum, ubi contenta in Deuteronomio ad concionem locutus est* Moyses, *sed locum, ubi prima vice Legem exposuerat, sive desertum Sinai, eóque trahit istud initium,* Hæc sunt verba, quæ locutus est Moyses *&c. Alii volunt illud Deuteronomii initium spectare ad præcedentes* Moysis *libros, & ad gesta in iis relata. Verùm nihil ex hisce omnibus congruit propriæ & naturali verborum significationi. Quapropter præplacet mihi sententia Cornelii à Lapide aliorumque, qui dicunt vocem* contra *hîc significare* è regione, *idque dici de loco etiam procul dissito. Commodior tamen explicatio dari poterit, si voces* contra mare Rubrum *possint intelligi* de solitudine campestri, *seu de toto illo deserto potiùs, quàm de solo loco, quem populus congregatus occupabat. Sensus verborum tunc erit, in illa* solitudine campestri, *quæ se extendit usque ad mare Rubrum. Quidquid sit, non dubito quin loci obscuritas oriatur maximè ex ignoratione locorum, qui nominantur; nec possum dubitare, quin describatur locus, in quo Deuteronomium fuit populo expositum, sicut tempus clarè assignatur.*

difficultates

555 *Porrò assignatum fuisse locum expositi Deuteronomii, clarè evincitur ex vocibus istis,* Trans Jordanem in terra Moab: *verba enim illa referri nequeunt ad locum, in quo regnavit Og rex Basan, qui nihil possedit de ditione Moabitarum; nec phrasis patitur, ut referantur ad regnum Sehon, etiamsi hic ditionem illam possederit. Itaque intelligenda necessariò sunt de loco explicati Deuteronomii, uti obvius & naturalis verborum sensus requirit. At laborant rursum interpretes in assignanda ratione illarum vocum* trans Jordanem. *Calmetus iterum difficultatem majorem sibi finxit, quàm revera sit; atque existimat duos primos versiculos Deuteronomii non esse* Moysis, *quòd ille Jordanem non transivisset, ideoque de parte Orientali Jordanis, in qua erat, non videatur potuisse scribere* trans Jordanem. *At, si hæc ratio valeat, oportebit plures interpolationes agnoscere, cùm* Moyses *iisdem vocibus de parte Orientali Jordanis frequenter utatur tam in Numeris quàm in Deuteronomio; uti Num.* 32 ℣ 32, *&* cap. 34 ℣ 15, *cap.* 35 ℣ 14, *& multo sæpiùs in Deuteronomio. Quapropter ostendetur num.* 662. Moysen *sic revera loqui potuisse, & certò ita locutum esse locis variis. Portio illa ad Orientem Jordanis dicitur* trans Jordanem *respectu habito ad totam Terram promissam, cujus pars maxima erat ad Occidentem Jordanis, pars verò minima ad Orientem Jordanis, atque idcirco hæc dicitur* trans Jordanem *sita, quòd illo fluvio separetur à parte præcipua.*

expenduntur: prima Moysis concio in Deuteronomio scripta,

556 *Loca illa* Pharan, Thophel, Laban & Haseroth *cognita non sunt; ut interpretes plerique agnoscunt: neque enim* Pharan & Haseroth *hoc loco videntur posse confundi cum locis ejusdem nominis antè in itinere Hebræorum memoratis, à quibus Campestria Moab longè sunt dissita. Voces verò hæ,* undecim diebus de Horeb per viam montis Seir usque Cadesbarne, *ita videntur explicandæ, ut designent distantiam Campestrium Moab à monte Horeb vel Sinai, quæ sit itineris undecim dierum, si iter instituatur viâ rectâ, seu* per viam montis Seir *eatur usque ad Cadesbarne, quemadmodum anno secundo peregrinationis suæ fecerant Israëlitæ. Addidit istud* Moyses, *opinor, quia Israëlitæ annos ferè triginta novem eidem itineri impenderant. Porrò ubi* Moyses *hanc præfationem absolvit, mox incipit describere primum discursum ad populum, qui implet prima quatuor capita Deuteronomii. Tribus autem prioribus exponit multa, quæ in deserto à monte Sinai usque ad istud tempus acciderant; atque ea jam suis locis inserui. At cap.* 4 *magis hortatur populum ad perfectam Legis observantiam, ita exorsus:* Et nunc Israël audi præcepta & judicia, quæ ego doceo te: ut faciens ea vivas, & ingrediens possideas Terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbum, quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri, quæ ego præcipio vobis.... Hæc est enim vestra sapientia & intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc, dicant: En populus sapiens & intelligens, gens magna *&c. Ita pergit hortari, miscens minas & promissa, nonnullaque ex factis præteritis breviter perstringens, usque ad* ℣ 41.

tres civitates refugii assignatæ: altera de Lege

557 *Post primam hanc concionem* ℣ 41 *narrantur sequentia, quæ dicta non sunt ad populum, quantùm existimo:* Tunc separavit Moyses tres civitates trans Jordanem ad Orientalem plagam, ut confugiat ad eas, qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante unum & alterum diem, & ad harum aliquam urbium possit evadere: Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. *Narrato hoc facto, quod Dominus* Moysi *mandaverat, ut suprà est dictum, secundo discursui suo iterum præfatiunculam præponit hoc modo:* Ista est lex, quam proposuit Moyses coram filiis Israël, & hæc testimonia & cæremoniæ atque judicia, quæ locutus est ad filios Israël, quando egressi sunt de Ægypto, trans Jordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitavit in Hesebon, quem percussit Moyses *&c. Calmetus in præfatione ad Deuteronomium suspicatur, verba hæc non esse* Moysis,

A sis, *sed fuisse ab alio hagiographo deinde Deuteronomio inserta. Verùm similes suspiciones mihi nequeunt probari, nisi solida nitantur ratione; nec talem affert laudatus auctor. Quapropter longè probabilius apparet*, Moysen *non quidem hæc dixisse ad populum, sed scripsisse in Deuteronomio, ut discursus suos ita distingueret. Locus habitæ hujusce congregationis secundæ assignatur his verbis:* Trans Jordanem in valle contra fanum Phogor *&c. Tempus confusè exprimunt hæ voces:* Quando egressi sunt de Ægypto; *id est, post egressum ex Ægypto, antequam in Terram promissam pervenerant. Dubium autem non est, quin illa congregatio habita sit eodem mense undecimo anni quadragesimi & in eisdem castris, in quibus prima, seu in Campestribus Moab.*

concio habita, quæ fortè in duas dividenda:

558 *Discursum suum* Moyses *cap. 5 sic narrare incipit:* Vocavitque Moyses omnem Israëlem, & dixit ad eum: Audi Israël cæremonias atque judicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. *Deinde mox exponit, quo modo præcepta decalogi data*

B *sint à Deo in monte Sinai, eorumque observantiam sollicitus inculcat, ab idololatria præsertim pluribus verbis populum deterrens. Postea ad alia quælibet Legis præcepta cùm moralia tum judicialia & cæremonialia progreditur, multisque rationibus, minisque & promissionibus hortatur, ut ea exactè impleant. Prophetiam quoque de venturo Messia cap. 18 ℣ 15 adducit in hunc finem, ac demum cap. 26 ℣ 16 prolixam hanc orationem concludit his verbis:* Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi, ut facias mandata hæc atque judicia: & custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominum elegisti hodie, ut sit tibi Deus, & ambules in viis ejus, & custodias cæremonias illius, & mandata atque judicia, & obedias ejus imperio: & Dominus elegit te hodie, ut sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciat te excelsiorem cunctis gentibus, quas creavit, in laudem, & nomen, & gloriam suam, ut sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est. *Incertum est, an unica vice omnia peroraverit* Moyses *à capite quinto usque ad vigesimum septimum: nam sermo ille prolixior est, quàm ut uno tempore videatur pronuntiatus. Credunt aliqui probabiliter secundum* Moysis *sermonem finiri ante caput duodecimum, ibique inchoari tertium, eumque usque ad initium capitis 27 protrahi: at parùm refert, unicâne an pluribus vicibus omnia peroraverit* Moyses, *cùm constet dicta ab ipso fuisse ad populum.*

C

alia rursum concio, in qua minatur gravissimè Legem non observantibus:

559 *Alia populi congregatio, seu tertia hæc fuerit seu quarta, inchoatur cap. 27, ubi sic legitur:* Præcepit autem Moyses & seniores Israël populo dicentes: Custodite omne mandatum, quod præcipio vobis hodie. *Hoc autem ut efficaciùs & altiùs omnium animis insculperetur, jubentur Israëlitæ post transitum Jordanis erectis lapidibus Legem inscribere, ædificatoque altari sacrificia offerre, ibique in vicinia omnem populum, partim in monte Garizim, partim in monte Hebal collocare, ut recitarentur benedictiones, quibus fruerentur Legem servantes; & similiter maledictiones, quæ Legem violantibus impenderent. Plurima sanè gravissimaque mala minatur sanctus Legislator transgressoribus, ac multa bona promittit obedientibus, uti hæc latiùs videri possunt cap. 27 & 28. Tandem cap. 28 ℣ 61 concludit his verbis:* Insuper & universos langUORES, & plagas, quæ non sunt scriptæ in volumine Legis hujus, inducet Dominus super te, donec te conterat: & remanebitis pauci numero, qui priùs eratis sicut astra cæli præ multitudine, quoniam non audisti vocem Domini Dei tui. Et sicut antè lætatus est Dominus super vos, bene vobis faciens, vosque multiplicans: sic lætabitur disperdens vos atque subvertens, ut auferamini de Terra, ad quam ingredieris possidendam. Disperget te Dominus in omnes populos, à summitate terræ usque ad terminos ejus: & servies ibi diis alienis, quos & tu ignoras & patres tui, lignis & lapidibus. In gentibus quoque illis non quiesces, neque erit requies vestigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pavidum, & deficientes oculos, & animam consumptam mœrore. Et erit vita tua quasi pendens ante te. Timebis nocte & die, & non credes vitæ tuæ. Mane dices: Quis mihi det vesperum? & vespere: Quis mihi det mane? propter cordis tui formidinem, quâ terreberis, & propter ea, quæ tuis videbis oculis. Reducet te Dominus classibus in Ægyptum per viam, de qua dixit tibi ut eam ampliùs non videres. Ibi vendêris inimicis tuis in servos & ancillas, & non erit qui emat. *Hæc* E *aliaque anteriora non solùm ut comminationes, sed etiam ut prædictiones haberi possunt.*

AUCTORE J. S.

rursum alia de renovatione fœderis cum Deo,

560 *Alia rursum congregatio habetur cap. 29 & 30, de qua cap. 29 ℣ 1* Moyses *ita orditur:* Hæc sunt verba fœderis, quod præcepit Dominus Moysi ut feriret cum filiis Israël in terra Moab: præter illud fœdus, quod cum eis pepigit in Horeb. Vocavitque Moyses omnem Israël, & dixit ad eos: Vos vidistis universa, quæ fecit Dominus coram vobis in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus servis ejus, universæque terræ illius, tentationes magnas, quas viderunt oculi tui, signa illa portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens, & oculos videntes, & aures quæ possunt audire, usque in præsentem diem. Adduxit vos quadraginta annis per desertum: non sunt attrita vestimenta vestra, nec calceamenta pedum vestrorum vetustate consumpta sunt. Panem non comedistis, vinum & siceram non bibistis: ut sciretis, quia ego sum Dominus Deus vester .... Custodite ergo verba pacti hujus, & implete ea, ut intelligatis universa, quæ facitis. Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo vestro, princi- F pes vestri, & tribus, ac majores natu, atque doctores, omnis populus Israël, liberi & uxores vestræ, & advena, qui tecum moratur in castris, exceptis lignorum cæsoribus, & his, qui comportant aquas: ut transeas in fœdere Domini Dei tui, & in jurejurando, quod hodie Dominus Deus tuus percutit tecum: ut suscitet te sibi in populum, & ipse sit Deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut juravit patribus tuis, Abraham, Isaac, & Jacob. Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc juramenta confirmo, sed cunctis præsentibus & absentibus.

cujus observantiam efficacissimis rationibus inculcat,

561 *Hujus fœderis observationem multis deinde rationibus inculcat, prædicens calamitates populo obventuras, si à cultu Dei recedat, & vel maximè quo modo ejicerentur ab hostibus è terra sua. Addit quoque cap. 30 reducendos à Domino in terram suam, si sincerè ad cultum Dei fuerint reversi, totumque discursum concludit efficaci hac monitione cap. 30 ℣ 11:* Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum, nec in cælo situm, ut possis dicere: Quis nostrûm valet ad cælum ascen-

AUCTORE J. S.

aſcendere, ut deferat illud ad nos, & audiamus atque opere compleamus ? Neque trans mare poſitum : ut cauſeris, & dicas : Quis ex nobis poterit transfretare mare, & illud ad nos uſque deferre : ut poſſimus audire & facere, quod præceptum eſt ? Sed juxta te eſt ſermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illum. Conſidera quòd hodie propoſuerim in conſpectu tuo vitam & bonum, & econtrariò mortem & malum : ut diligas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & cuſtodias mandata illius ac cæremonias atque judicia : & vivas, atque multiplicet te, benedicatque tibi in Terra, ad quam ingredieris poſſidendam. Si autem averſum fuerit cor tuum, & audire nolueris, atque errore deceptus adoraveris deos alienos, & ſervieris eis : prædico tibi hodie quòd pereas, & parvo tempore morêris in Terra, ad quam, Jordane tranſmiſſo, ingredieris poſſidendam. Teſtes invoco hodie cælum & terram, quòd propoſuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam, ut & tu vivas, & ſemen tuum : & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci ejus, & illi adhæreas

B (ipſe eſt enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) ut habites in Terra, pro qua juravit Dominus patribus tuis, Abraham, Iſaac, & Jacob, ut daret eam illis. *Hactenus ſanctus Legiſlator & Propheta.*

Sanctus mortem ſuam inſtantem prædicit populo, hortaturque Joſue,

562. *Porrò certò dici nequit, an ad eamdem congregationem, an ad aliam ſpectent, quæ cap.* 31 *ſequuntur hoc modo :* Abiit itaque Moyſes, & locutus eſt omnia verba hæc ad univerſum Iſraël, & dixit ad eos : Centum viginti annorum ſum hodie, non poſſum ultrà egredi & ingredi, præſertim cùm & Dominus dixerit mihi : Non tranſibis Jordanem iſtum. Dominus ergo Deus tuus tranſibit ante te : ipſe delebit omnes gentes has in conſpectu tuo, & poſſidebis eas : & Joſue iſte tranſibit ante te, ſicut locutus eſt Dominus. Facietque Dominus eis, ſicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæorum, & terræ eorum, delebitque eos. Cùm ergo & hos tradiderit vobis, ſimiliter facietis eis, ſicut præcepi vobis. Viriliter agite & confortamini : nolite timere, nec paveatis ad conſpectum eorum : quia Dominus Deus tuus ipſe eſt ductor tuus,

C & non dimittet, nec derelinquet te. Vocavitque Moyſes Joſue, & dixit ei coram omni Iſraël : Confortare, & eſto robuſtus : tu enim introduces populum iſtum in Terram, quam daturum ſe patribus eorum juravit Dominus, & tu eam ſorte divides. Et Dominus, qui ductor eſt veſter, ipſe erit tecum : non dimittet, nec derelinquet te : noli timere, nec paveas. *Huc uſque* Moyſes, *loquens cùm ad populum, tum ad Joſue coram populo.*

& Legem à ſe ſcriptam ſingulis ſeptenniis omni populo prælegi jubet.

563. *Quæ autem viva voce ad populum peroravit in variis congregationibus modò relatis, eidem deinde conſcripta voluit relinquere, ut lectione ſubinde repetita omnium memoriæ imprimerentur, quantùm fieri poterat. Atque hæc fuit ratio ſcribendi Deuteronomii, de quo ſequuntur iſta :* Scripſit itaque Moyſes Legem hanc, & tradidit eam ſacerdotibus filiis Levi, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis ſeniori-

* *i. e.* Sabbatico

bus Iſraël. Præcepitque eis, dicens : Poſt ſeptem annos, anno remiſſionis *, in ſollemnitate tabernaculorum, convenientibus cunctis ex Iſraël, ut appareant in conſpectu Domini Dei tui, in loco, quem elegerit Dominus, leges verba Legis hujus coram omni Iſraël, audientibus eis, & in unum omni populo congregato, tam viris quàm mulieribus, parvulis, & advenis, qui ſunt intra portas tuas : ut audientes diſcant, & timeant Dominum Deum veſtrum, & cuſtodiant, impleantque omnes ſermones Legis hujus : filii quoque eorum, qui nunc ignorant, ut audire poſſint, & timeant Dominum Deum ſuum cunctis diebus, quibus verſantur in Terra, ad quam vos, Jordane tranſmiſſo, pergitis obtinendam. *Aliqui volunt agi ſuprà de omnibus libris per* Moyſen *ſcriptis, ſeu de toto Pentateucho. At alii rectiùs locum explicant de ſolo Deuteronomio, cui alia paulo pòſt adjecit Sanctus, ut videbimus.*

D

§ XLIX. Quid Joſephus & Philo referant de diviſa Amorrhæorum terra, aliiſque mox relatis, expenditur.

E

Joſephus de diviſa terra duabus tribubus & mediæ,

Joſephus cap. 7 *poſt narratam cladem Madianitarum mox ita pergit* : Per idem tempus duæ tribus, Gadæ & Rubeli, & dimidia Manaſſitis, numero pecudum & aliis rebus abundantes, de communi conſilio rogant Moyſem, ut ſibi extra ſortem traderet Amoritidem terram, quæ non multo antè bello capta fuerat : eſſe enim paſcuis uberem. Ille verò ſuſpicatus eos prælia contra Chananæos metu detrectare, & curam pecudum ignaviæ prætexere, convitio viros excipit, meticuloſos ſimulatores dictitans : velle eos in otio luxuque terram communi marte quæſitam poſſidere, & nolle arma cum cætero exercitu ferentes, terram ultra Jordanem à Deo promiſſam capere, devictis gentibus, quas ille pro hoſtibus haberi juſſerat. Qui videntes eum iratum, ne meritò iraſci videretur, reſpondent ſe neque per ignaviam pericula, neque per deſidiam labores fugere, ſed hoc tantùm agere, ut prædâ in locis commodis relictâ, expeditiores ad certamina fierent : paratoſque ſe aiebant, ſi oppida ad tutelam liberorum & conjugum ac facultatum ipſo dante acciperent, reliquum exercitum armatos, quócumque ducerentur, ſequi,

F & communibus militare auſpiciis. Tum Moyſes comprobata eorum voluntate, advocatoque Eleazaro pontifice, & Jeſu, cæteriſque magiſtratibus, concedit illis Amoritidem hac conditione, ut ſimul cum cognato populo adverſus communem hoſtem bellum gerant, donec omnia ex ſententia confecta fuerint, atque hoc pacto accepto, quod petierunt, & exſtructis munitis oppidis, liberos & uxores atque impedimenta in illis deponunt.

& ſtatutis urbibus refugii, in nonnullis corrigendus ;

565 Moyſes quoque in eadem regione decem urbes condidit, in illum quadraginta octo numerum computandas, in quarum tribus aſyla ſancivit, illis tantùm profutura, qui cæde non ſponte commiſſa eò confugiſſent. Statuitque talibus exilii tempus, tantiſper dum pontifex viveret, ſub quo cædes accidit. Poſt cujus obitum redire in patriam permiſit. Exilii verò tempore licere cuivis è cognatis interempti homicidam impunè occidere, duntaxat extra urbem refugii deprehenſum : idque jus ſolis cognatis eſſe voluit, aliis non item. Cæterùm oppida refugii fuerunt hæc : ad fines Arabiæ Boſora, in Galadena regione

A gione Arimanum, in Bataneade Gaulademan. Et poſt captam Chananæam totidèm ex Leviticis oppidis juſſu Moyſis deſtinata ſunt, ut hoc genus exulibus refugium & habitationem præberent. *Hactenus Joſephus, non longè à ſacra Scriptura recedens, nec tamen eidem perfectè inhærens. Primò enim dimidia tribus Manaſſe non ſtatim acceſſit ad* Moyſen *cum tribubus Gad & Ruben; accepit tamen cum iis portionem ſuam ad Orientem Jordanis, quia veriſimiliter terra illa major erat, quàm ut à duabus tribubus tota deberet poſſideri, ne aliæ tribus ad Occidentem Jordanis minorem acciperent portionem. Secundò res hæc propoſita non fuit ſoli* Moyſi, *ſed ſimul Eleazaro pontifici & principibus populi, quos poſtea à* Moyſe *advocatos perperam aſſerit Joſephus, cùm ab initio adfuerint. Tertiò nullibi in ſacris Litteris dicitur* Moyſes *in regione Amorrhæorum* decem urbes *condidiſſe, niſi velimus dicere à* Moyſe *eſſe conditas, quas ſub ipſius imperio condiderunt, aut inſtaurârunt, duæ prædictæ tribus & dimidia. At hoc ſenſu non modò* decem, *ſed multo plures urbes, dici poteſt condidiſſe.*

B *neque exactè ſcribit de poſtulatione filiarum Salphaad:*

566 *De poſtulatione filiarum Salphaad Joſephus breviter magis quàm exactè hæc memorat:* Eodem tempore, cùm defunctus eſſet quidam è primatibus Manaſſitidis tribus, nomine Salpades, liberis deterioris tantùm ſexus relictis, tribules ejus viri inſignes Moyſem conſulunt, an filiarum ejus in diviſione & ſortitione agrorum ratio haberi debeat. Is reſpondit, ſi in domum tribulis nuptum darentur, ſortem dotalem fore: ſin mallent in aliam tribum elocari, ſortem in ſua tribu relinquerent: atque hac occaſione inſtituit, ut cuique tribui ſuæ ſortes perpetuò manerent. *Corrige in hiſce ſequentia. Primò ipſæ filiæ Salphaad, non verò tribules earum, poſtulaverunt, ut ſibi pro patre ſuo defuncto ſors aliqua daretur: ac* Moyſes, *Deo conſulto & annuente, ſortem eis dari juſſit, præſentibus rurſum rei geſtæ Eleazaro aliiſque principibus. Secundò non reſpondit* Moyſes *ſub conditione hîc perperam aſſerta; ſed ſortem filiabus Salphaad omnino conceſſit, ſic tamen, ut ea occaſione poſtea prohiberentur nubere extra tribum ſuam, eademque lex ad omnes extenderetur, ne tribuum poſſeſſiones minuerentur aut confunderentur. Lex illa tamen*

C *non poterat obtinere in tribu Levitica, cùm hæc poſſeſſionibus careret, ut interpretes jam obſervârunt.*

oratio verò ad populum,

567 *Idem ſcriptor, omiſſis quibuſdam, deinde procedit ad monita legeſque populo datas ultimo menſe vitæ* Moyſis. *At varias congregationes in hunc finem inſtitutas non ſatis diſtinxit;* Moyſique *orationem attribuit, piam quidem & tempori ſatis congruentem, ſed non in omnibus ſacræ Scripturæ conſonam: nam plurima ad populum dicta omiſit; aliqua verò inſeruit, de quibus nulla in Deuteronomio fit mentio.* Quumque jam, *inquit*, de quadrageſimo migrationis anno triginta tantùm dies ſupereſſent, advocata concione ad Jordanem, eo loco, ubi nunc oppidum Abila viſitur, agrum habens palmetis conſitum, ubi populum omnem præſto vidit, in hunc modum verba fecit: Viri commilitones & longi laboris ſocii, quoniam Deus ita vult, & ætas cxx annorum exacta poſtulat, ut ex hac vita diſcedam, & rebus ultra Jordanem gerendis intereſſe me Deo non eſt viſum, æquum duxi, ut quantùm ad veſtram felicitatem attinet, ne nunc quidem officio deſim: ſed pro gratia mihi data provideam, ut pro commonſtrata ad eam via, ſempiternâ apud vos memoriâ dignus habear. *Hîc obſervo breviter, non congruere humilitati* Moyſis *poſteriora verba: neque enim ille de* ſempiterna *ſui apud homines* memoria *ſolicitus erat, ſed de cultu Dei, & de ſalute populi ſui. Mox alia quædam ſequuntur minùs modeſta, quæ* Moyſi *attribuenda non ſunt, ſed Joſepho.* AUCTORE J. S.

568 *Hic ita progreditur:* Age igitur, ubi priùs, in quo tam veſtra quàm poſterorum beatitudo conſiſtat, indicaverimus, & hoc pietatis erga vos noſtræ perpetuum monumentum reliquerimus, libentes ex hac vita decedamus. Fidem enim, ſat ſcio, merecr, vel quòd antehac veſtris commodis indeſinenter ſerviens nunquam vos fefelli, vel quòd anima prope exitum conſtituta in omni virtute ac veritate ſeipſa melior redditur. Filii Iſraëlis, una omnibus hominibus felicitatis eſt cauſa, Deus propitius: quam ſolus dignis dare, & peccantibus in ſe auferre potis eſt. Cui ſi vos tales præſtiteritis, quales ipſe poſtulat, qualeſve ego ex ipſius ſententia inſtituo, nunquam non macti virtute, æmulandique omnibus eritis: ſed & quæ jam contigerunt bona, erunt perpetua, & quod deeſt brevi conſequemini. Tantùm voluntati divinæ obſequimini, & mandatis ejus parete: & neque legibus per me latis alias præponite, neque in religione per contemptum quicquam novate. Quod ſi feceritis, bello præſtantiſſimi inter omnes gentes, & omnibus hoſtibus inſuperabiles eritis, nam auxiliante Deo minæ omnes facilè contemnuntur. Cæterùm virtutis præmia magna per omnem vitam ſunt propoſita, & ipſa ſibi primum eſt ac potiſſimum præmium: deinde per hanc cætera bona facilè parantur: quâ inter vos invicem utentes & vitam beatam ducetis, & gloriam tum apud exteros tum apud poſteros immortalem conſequemini. *quam idem Moyſi attribuit,* E

569 Hæc vobis ſunt ſperanda, ſi leges monitu Dei, me perferente, ſcriptas nec ipſi violetis, nec alios violare patiamini, & harum intellectum ac uſum nunquam non meditemini. Ego verò commodis veſtris lætus diſcedo, voſque pietatis ac prudentiæ legibus, & virtuti ducum ac magiſtratuum commendo, qui incolumitatis ac felicitatis veſtræ poſthac curam ſunt habituri. Deus autem ſub cujus ductu hactenus egiſtis, & cujus favori debetis, quidquid utilitatis ex me percepiſtis, non deſinet vobis proſpicere, ſed quam diu ipſum & pietatem coluerit, tam diu ſub ejus præſidio tuti permanebitis. Nec deerunt, qui vobis optima monita ſuggerant, quibus parentes beati eritis, nimirum pontifex Eleazarus & Jeſus, & ſenatus ac primates tribuum, quibus cavete vos difficiles præbeatis, ſcientes quòd qui bene parêre novit, etiam bene imperaturus eſt, ubi ad poteſtatem pervenerit: neve in hoc libertatem ſitam exiſtimetis, ſi mandatis principum obmurmuraveritis. Nam hactenus in contumacia contra benefactores libertatem reponebatis: à quo vitio ſi vos in poſterum ſervaveritis, res veſtras in meliore ſtatu videbitis. Abſit autem ut ita in hos exaſperemini, quemadmodum aliquoties in me incanduiſtis. Meminiſtis enim quòd ſæpius à vobis de ſalute periclitatus ſum quàm ab hoſtibus. Quod non exprobrandi causâ dico: nolim enim vos hac commemoratione in exitu vitæ contriſtatos relinquere, qui etiam tunc æquo animo vos tuli: ſed ut admoniti in poſterum ſapiatis, id quod in ve- *non eſt omnino conformis* F

AUCTORE J. S.

ſtram etiam rem futurum eſt. Et ne in præpoſitos contumelioſi ſitis, elati opum affluentiâ, quibus trajecto Jordane & occupatâ Chananæâ potiemini. *Hæc Joſephus, vehementer inculcans obedientiam ducibus & magiſtratibus præſtandam, quæ revera Iſraëlitis maximè erat neceſſaria, omnibuſque hominibus eſt utiliſſima; attamen* Moyſes *magis commendavit obſervantiam mandatorum Dei, nec tam multa legitur dixiſſe de exhibenda magiſtratibus obedientia.*

ſacræ Scripturæ:

570 *Pergit Joſephus hoc modo:* Alioqui ſi per has inſolentiores facti in contumaciam & virtutis contemptum prolabamini, Deum fautorem nequaquam eſtis habituri, quem ſi veſtro merito inimicum vobis reddideritis, & terram virtute partam oppreſſi ab hoſtibus per ſummam ignominiam amittetis, & per totum quàm latè patet orbem diſperſi, ſervitute veſtra terras ac maria replebitis. Quò ſi ventum fuerit, jam fruſtra pœnitebit patrias leges non ſervâſſe. Quare quo minus periculi ſit, ne illas violetis, poſt victoriam neminem hoſtium ſupereſſe patimini: idque rebus veſtris conducibilius exiſtimate, ne cum illis viventes, ad ſimilia ſtudia prolapſi, patriam inſtitutionem corrumpatis. Præterea lucos & aras & templa, quotquot habent, ad unum tolli jubeo, ferroque & flammis ita deleri, ut etiam memoria eorum omnis aboleatur. Sic enim bona veſtra tutiùs conſervabitis. Verùm ne per ignorantiam meliorum natura veſtra in deterius depravetur, Deo jubente & leges conſcripſi, & formam adminiſtrationis rerum tam publicarum quam privatarum, à quibus ſi nuſquam diſcedatis, mortalium omnium feliciſſimi eritis.

B

ejus relatio de codice Legis ſcripto,

571 Hæc locutus tradit eis codicem, leges ſcriptas & inſtituta bene vivendi continentem. Illi verò ſolvebantur in lacrymas, & jam tum deſiderio Ducis mœrebant: memoreſque quanta pericula pertuliſſet, quámque alacriter ſalutem ipſorum procuraviſſet: & de futuro ſoliciti, quòd non eſſent talem principem habituri, ac ne Deum quidem æquè propitium, Moyſe non ampliùs deprecatore: tum pœnitentes eorum, quæ in deſerto per furorem contra illum commiſerant, graviſſimè dolebant: ita ut totus populus lacrymans nullam conſolationem admitteret. Moyſes verò ſolabatur eos, & jubens à lacrymis deſiſtere, ad leges accipiendas hortabatur. Atque ita tum concio eſt diſſoluta. *Hactenus Joſephus, in cujus verbis corrigendum primò, quod ait:* Fruſtra pœnitebit patrias leges non ſervâſſe: *nam iſtud contrarium eſt promiſſioni Deut.* 30 *relatæ. Secundò codicem legum* Moyſes *non tradidit populo, ſed Leges populo viva voce declaravit, & codicem juſſit poni* in latere arcæ fœderis *Deut.* 31 ℣ 26.

C

& de fœdere inſtaurato cum Deo.

572 *Hiſce ſubjungit Joſephus leges Hebræis datas, quarum expoſitionem me non attingere jam antè monui. Poſt leges verò de fœdere cum populo inſtaurato ita progreditur:* Poſtridie populo cum uxoribus & liberis in concionem collecto, ne mancipiis quidem excluſis, jurejurando eos ad legum cuſtodiam adſtrinxit: utque Dei voluntatem diligenter expendentes, neque cognationis gratiam, neque periculorum metum, neque ullam aliam cauſam tanti facerent, ut eam potiorem legibus ducentes, ab earum præſcriptis diſcederent: ſed ſive conſanguineorum unus aliquis, ſive urbs quæpiam, circa eas turbare aliquid, aut ſtatum earum labefactare conetur, privatim & publicè illis periclitantibus auxilium ferrent. Quam ſi viciſſent, à fundamentis ut deſertricem revellerent, & ne ſolum quidem ipſius, ſi fieri poſſit, ſupereſſe paterentur. Sin verò id efficere non valerent, nec pœnas meritas exigere, ſaltem teſtarentur ſe impietati alienæ non conſentire. Hæc populus in foro jurejurando firmavit. *Ita Joſephus, nonnihil ex legibus antè latis immiſcens inſtaurationi fœderis: videri poſſunt Deut.* 13, *quæ de punienda idololatriâ hîc alieno loco commemoravit.*

D

Philonis narratio de petita per Rubenitas & Gaditas terra trans Jordanem,

573 *Philo de diviſa Amorrhæorum terra in Vita* Moyſis *lib.* 1 *pag.* 504 *ſic habet:* Tantum hoſtium ferocium debellarunt Iſraëlitæ, priuſquam Jordanem ejus regionis fluvium trajicerent: qui hoſtes tranſamnenſem tunc tractum incolebant felicem & frugiferum, campeſtrem magna ex parte aptumque vel frumento vel pabulo. Hæc loca ubi viderunt duæ tribus pecuariæ, ſexta pars totius exercitus, à Moſe petebant hos agros ſibi dividi, ut tandem alicubi certas ſedes acciperent: eſſe regionem paſcuis aptiſſimam, propter aquarum copiam & pabuli, ſponte fundentem alimenta pecoribus. Ille ratus eos prærogativam in agris dividendis quærere, aut immunitatem à bellis imminentibus, cùm adhuc ſupereſſent cis Jordanem reges multi, occaſionem expectantes tanquam ex inſidiis, valde irâ commotus reſpondit: Itane cenſetis æquum vos hic ocioſos ante tempus conſidere, immunitate fruituros? Quid interim fiet amicis ſociiſque, & quæ ſanctior neceſſitudo eſt, conjunctis nativo conſanguinitatis fœdere? Num placet eos deſertos objici opprimendos hoſtibus? Itane vos ſoli quaſi re bene geſta præmiis potiemini, pugnas, labores, ærumnas, pericula, relinquetis cæteris? Non eſt juſtum vos frui pace commodiſque aliis, quæ pacem ſequuntur, veſtros fratres atteri tot bellis ac certaminibus, & ut parti bene ſit, vexari totum exercitum: illud magis decet, ut cum univerſis copiis partes etiam in ſortem agrorum veniant. Omnes æquo jure degitis, unum genus omnibus ab iiſdem profectum conditoribus, una familia, mores, ritus, leges, ſacra eadem, & alia plurima, quæ vel ſingula fœdus amicitiamque conciliant. Quid eſt, cur hactenus pares in ſummè neceſſariis muniis, in agrorum diviſione rationem veſtri haberi poſtuletis extra ordinem, quaſi cæteros habeatis pro ſervis aut ſubditis?

E

F

quorum petitioni Moyſes primùm refragatur;

574 Atqui debuerant vos aliorum exempla docere modeſtiam: nam prudentes nolunt ſuo malo diſcere: nunc ne domeſticæ quidem clades vos admonent officii, quas ſpectâſtis in veſtris patribus. Exploraverunt illi regionem expetitam; ſed quia de poſſeſſione deſperaverunt, omnes perierunt, duobus tantùm exceptis. Illorum igitur libet imitari formidinem, ô vecordes, quaſi hæc conſilia non tendant ad veſtram perniciem, dum ipſimet vobis animos adimitis & audaciam: quandoquidem properantes ad peccatum, properatis ad ſupplicium. Nam vindictam quantumvis tardam, ſi ſemel moveatur contra noxios, nemo poteſt effugere. Ubi debellatum fuerit, ſublatis omnibus hoſtibus, ſocii verò virtutem ſuam approbaverint, ſine crimine deſertorum & detrectatorum militiæ, aliove, quod officiat victoriæ, promptè uſque belli finem uſi animo & corpore; agri quoque vacui fuerint colonis priſtinis: tum demum tribubus ex æquo ſua contingent præmia. *Hæc* Moyſis *adhortatio, licèt nihil contineat, quod non potuit probabiliter dici, non ſatis indicat, quid Sanctus præcipuè timeret, curque ſupplices tam duris corripuerit verbis.*

A *bis. Metuebat ille videlicet ne formido, ex qua profectam existimabat hanc postulationem, aliis se tribubus communicaret, atque ea formidine à transitu Jordanis deterrerentur, ac sic rursum divinam provocarent indignationem.*

sed, eorum intentione intellecta, annuit:

575 *Verùm responsio Gaditarum & Rubenitarum* Moysi *timorem illum exemit, eumque ad consensum impulit, ut exponit Philo, ita pergens:* Hanc admonitionem illi tulerunt ita ut filios decuit, nempe profectam à paterno animo. Sciebant enim eum haud superbè principatum gerere, solicitum de toto populo, juris & æqui observantissimum, sævientem non ad subditorum contumeliam, sed ad emendationem eorum, qui videbantur corrigibiles. Responderunt igitur: Justa est indignatio tua, si suspicaris nos à societate descisscere, & ante tempus agros petere: sed scire debes, nos nullis terreri laboribus, qui cum virtute conjuncti sint. Judicamus autem virtutem esse obedientiam, præsertim sub principe, qualis tu es: nec deerimus futuris expeditionibus, quantumlibet difficilibus, donec res nostræ ad optatum finem perveniant. Sequemur cæteros, ut antè, armati trans Jordanem, sine vacatione cujusquam, qui sit armis ferendis idoneus. Pueros & puellas cum matribus uxoribusque & pecorum gregibus pace tua relinquemus, exædificatis in hunc usum oppidis & caulis pecori, ne pateant incursionibus hostium, si non includantur munitionibus. Tum Propheta vultu & voce jam placidiore: Si ex animo, inquit, pollicemini, habebitis agros, quos extra sortem petitis. Relinquite ita, ut vultis, uxores cum liberis & gregibus: ipsi armati cum sociorum exercitu trajicite, mox à trajectu, si opus fuerit, explicaturi aciem, & armis de rei summa dimicaturi cum hostibus. Quibus profligatis deletisque internecione, quando jam pacato hostico agri dividentur victoribus, vos quoque revertimini ad domesticos fruituri vestris commodis, percepturique fructus ex agris, quos ipsi elegistis. Hac promissione audita, pleni alacritate ac gaudio domesticos cum pecoribus reliquerunt in locis tutioribus, quorum plerosque manu muniverant. Ipsi armis sumptis expeditionem suscepe-

C runt cum sociis non recusaturi vel totum bellum, vel maximam ejus partem propriis viribus conficere. Nam qui devincti sunt muneribus, promptissimè navant operam, non conferendo sed referendo gratiam debitam. *Hactenus Philo, non pauca prætermittens, quemadmodum videri potest suprà, ubi totam historiam ex sacra Scriptura narravi.*

relatio de possessione filiabus Salphaad concessa.

576 *Postulationem filiarum Salphaad Philo exposuit lib.* 3 *pag.* 532 *in hunc modum:* Erat quidam nomine Salpaath, vir probus, è tribu non obscura natus. Is quinque deterioris sexus liberos genuit, nullam verò prolem masculam. Puellæ post obitum patris veritæ, ne paterno agello exciderent, quia maribus agri divisi fuerant, reverenter adierunt Principem, non tam de possessione solicitæ, quàm nomen dignitatemque sui patris conservare cupientes. Hæ sic locutæ sunt: Pater noster obiit, non seditione absumptus, ut multi alii, sed fato raptus, cùm privatam vitam ageret procul negotiis. Nullâ ipsius culpâ factum est, quòd caruit mascula sobole. Adsumus igitur pupillæ, ut videtur, re vera tamen te loco parentis habituræ. Nam legitimus princeps non minùs quam pater curat subditos. Ille miratus prudentiam virginum, & pietatem erga parentem, suspendit sententiam re-

spectu legis, quæ solis viris agros dividit, præmium laborum militarium. Nam mulieribus cùm natura immunitatem ab his tribuat, non admittit eos ad præmia. Ergo hanc quoque causam ut ambiguam ad Deum retulit, quem sciebat solum veracibus incorruptisque judiciis etiam in parvis controversiis ostendere suam veritatem & justiciam. Tum ille rerum Conditor, mundi Pater, terræ, cœlo, mari, aëri, rebusque in his contentis imperans, Princeps deorum & hominum, non est dedignatus respondere puellis patre orbatis. Respondens autem plus quàm judicis officio functus est ille clementissimus, cuncta replens suâ beneficentiâ ... Æquum postulant, inquit, filiæ Salpaath ... At Moyses, laudata postulatione virginum, ne has quidem inhonoratas reliquit, nec tamen æquavit viris bellatoribus: sed his agros debita ob virtutem præmia reddidit, puellis verò gratiam, non præmium: quod etiam verbis declaravit manifestissimè, donum hanc rem appellans, non retributionem. *Ita Philo, reliqua ferè usque ad obitum* Moysis *prætermittens. Quod autem ait,* Moysen *appellâsse* donum *possessionem filiarum Salphaad, non invenio in sacris Litteris.* E

AUCTORE J. S.

§ L. Postrema Sancti gesta: beatus obitus, & sepultura, cujus locus incognitus.

Moyses de futuris Israëlitarum peccatis edoctus,

QUæ hactenus enarrata sunt, *manifestè ostendunt, efficacissima à* Moyse *adhibita fuisse monita & consilia, ut Israëlitæ futuris quoque temporibus in timore & amore Dei confirmarentur, ejusque leges exactè studerent observare: maximè autem ab idololatria eosdem semper deterruit. Verumtamen ante mortem suam sanctus Legislator divina revelatione didicit, populum suum in cultu veri Dei inconstantem fore, illudque ipsum jussus est iis prædicere ac litteris consignare, ut hæc prædictio rebellibus esset pro testimonio divinæ justitiæ æquè ac misericordiæ. Deut.* 31 ℣ 14 *hæc ita enarrantur:* Et ait Dominus ad Moysen: Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Josue, & state in tabernaculo testimonii, ut præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Josue & steterunt in tabernaculo testimonii: apparuitque Dominus ibi in columna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. Dixitque Dominus ad Moysen: Ecce tu dormies cum patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in Terra, ad quam ingreditur, ut habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritum faciet fœdus, quod pepigi cum eo. Et irascetur furor meus contra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscondam faciem meam ab eo, & erit in devorationem: invenient eum omnia mala & afflictiones, ita ut dicat in illo die: Verè quia non est Deus mecum. Ego autem abscondam & celabo faciem meam in die illo, propter omnia mala, quæ fecit, quia secutus est deos alienos. F

de illis pœnisque futuris Canticum jussu Dei scribit:

578 Nunc itaque scribite vobis Canticum istud, & docete filios Israël: ut memoriter teneant, & ore decantent, & sit mihi carmen istud pro testimonio inter filios Israël. Introducam enim eum in Terram, pro qua juravi patribus ejus, lacte & melle manantem. Cumque comederint, & saturati

AUCTORE J. S.

turati craſſique fuerint, avertentur ad deos alienos, & ſervient eis: detrahentque mihi, & irritum facient pactum meum. Poſtquam invenerint eum mala multa & afflictiones, reſpondebit ei Canticum iſtud pro teſtimonio, quod nulla delebit oblivio ex ore ſeminis ſui. Scio enim cogitationes ejus, quæ facturus ſit hodie, antequam introducam eum in Terram, quam ei pollicitus ſum. Scripſit ergo Moyſes Canticum, & docuit filios Iſraël. Præcepitque Dominus Joſue filio Nun, & ait: Confortare, & eſto robuſtus: tu enim introduces filios Iſraël in Terram, quam pollicitus ſum, & ego ero tecum. *Hactenus de illa collocutione Dei cum* Moyſe *& Joſue. Canticum autem tunc ſcriptum legi poteſt cap.* 32. *Memorantur in illo allegoricè primò ingentia Dei in Iſraelitas beneficia, ſecundò idololatria futura populi ingrati, tertiò pœnæ graviſſimæ infidelitatem iſtam ſecuturæ, & demum quartò miſericordia Dei populum ſuum pœnitentem liberaturi, & inimicos ipſius punituri. Hoc Canticum Deuteronomii libro adjunxit* Moyſes.

B *illudque populo graviſſimis verbis monito prælegit.*

579 *Quid autem deinde fecerit, refert Deut.* 31 ℣ 24 *his verbis:* Poſtquam ergo ſcripſit Moyſes verba Legis hujus in volumine, atque complevit: præcepit Levitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens: Tollite librum iſtum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei veſtri: ut ſit ibi contra te in teſtimonium. Ego enim ſcio contentionem tuam, & cervicem tuam duriſſimam. Adhuc vivente me & ingrediente vobiſcum, ſemper contentioſè egiſtis contra Dominum: quanto magis cùm mortuus fuero? Congregate ad me omnes majores natu per tribus veſtras, atque doctores, & loquar audientibus eis ſermones iſtos, & invocabo contra eos cælum & Terram: (*id fit initio Cantici.*) Novi enim quòd poſt mortem meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via, quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conſpectu Domini, ut irritetis eum per opera manuum veſtrarum. Locutus eſt ergo Moyſes, audiente univerſo cœtu Iſraël, verba carminis hujus, & ad finem uſque complevit. *Canticum, cujus ſenſum breviter perſtrinxi, ita inchoatur:* Audite, cæli, quæ loquor, audiat terra verba oris mei. *Deinde cap.* 32 ℣ 44 *ſubjungitur:* Venit ergo Moyſes, & locutus eſt omnia verba Cantici hujus in auribus populi, ipſe & Joſue filius Nun. Complevitque omnes ſermones iſtos, loquens ad univerſum Iſraël. Et dixit ad eos: Ponite corda veſtra in omnia verba, quæ ego teſtificor vobis hodie: ut mandetis ea filiis veſtris cuſtodire & facere, & implere univerſa, quæ ſcripta ſunt Legis hujus: quia non incaſſum præcepta ſunt vobis, ſed ut ſinguli in eis viverent: quæ facientes longo perſeveretis tempore in Terra, ad quam, Jordane tranſmiſſo, ingredimini poſſidendam.

C *Juſſus in montem aſcendere moriturus, ubi ſingulis tribubus bene precatus fuerat,*

580 Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen in eadem die, dicens: Aſcende in montem iſtum Abarim, id eſt, Tranſituum, in montem Nebo, qui eſt in terra Moab contra Jericho: & vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Iſraël obtinendam, & morere in monte. Quem conſcendens jungêris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis: quia prævaricati eſtis contra me, in medio filiorum Iſraël, ad Aquas Contradictionis in Cades deſerti Sin: & non ſanctificâſtis me inter filios Iſraël. Econtra videbis Terram, & non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Iſraël. *Huic mandato obedivit Sanctus: priùs tamen univerſo populo bene precari voluit, iſtudque exſecutus eſt tamquam magnus Propheta, præmittens laudes Dei, & prædicens breviter ſingulis tribubus aliqua, quibus diſtinguerentur à reliquis, prout videri poteſt Deut.* 33. *Haſce quoque benedictiones haud dubiè ſcriptis mandavit, uti & mandatum Domini modò relatum, priuſquam montem moriturus aſcendit.* D

aſcendit, inſpectâque Terrâ promiſſâ moritur & ſepelitur: illuſtre ipſius elogium.

581 *Hiſce verò peractis, locum mortis ſuæ acceſſit, ut refertur Deut.* 34 *hiſce verbis:* Aſcendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſuper montem Nebo, in verticem Phaſga contra Jericho: oſtenditque ei Dominus omnem terram Galaad uſque Dan: & univerſum Nephthali, terramque Ephraim & Manaſſe, & omnem terram Juda uſque ad mare noviſſimum, & Auſtralem partem, & latitudinem campi Jericho civitatis Palmarum uſque Segor. Dixitque Dominus ad eum: Hæc eſt terra, pro qua juravi Abraham, Iſaac & Jacob, dicens: Semini tuo dabo eam. Vidiſti eam oculis tuis, & non tranſibis ad illam. Mortuuſque eſt ibi Moyſes ſervus Domini, in terra Moab, jubente Domino: & ſepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor: & non cognovit homo ſepulcrum ejus uſque in præſentem diem. Moyſes centum & viginti annorum erat, quando mortuus eſt: non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt. Fleveruntque eum filii Iſraël in Campeſtribus Moab triginta diebus: & completi ſunt dies planctûs lugentium Moyſen. Joſue verò filius Nun repletus eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas. Et obedierunt ei filii Iſraël, feceruntque ſicut præcepit Dominus Moyſi. Et non ſurrexit ultrà propheta in Iſraël ſicut Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem, in omnibus ſignis atque portentis, quæ miſit per eum ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, & omnibus ſervis ejus, univerſæque terræ illius, & cunctam manum robuſtam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyſes coram univerſo Iſraël. *Hactenus textus ſacer.* E

Cùm de morte Moyſis aliqui dubitaverint, mors ejus F

582 *Porrò de morte* Moyſis *multæ fuerunt quæſtiones, dum alii negârunt mortuum eſſe, alii reſuſcitatum dixerunt. Verùm mors Sancti tam claris aſſeritur verbis in ſacra Scriptura, ut hæc opinioni contrariæ nullam relinquere videantur probabilitatem. Primò enim Deut.* 32 ℣ 49 *ei dicit Dominus:* Aſcende in montem.. & morere in monte. Quem conſcendens jungêris populis tuis, ſicut mortuus eſt Aaron frater tuus in monte Hor, & appoſitus populis ſuis. *Nullus, opinor, dubitat, quin Aaron verè ſit mortuus, id teſtante Scriptura locis variis:* Moyſes *autem moriturus dicitur*, ſicut mortuus eſt Aaron, *dicitur jungendus* populis *ſeu majoribus ſuis, ſicut Aaron* appoſitus *eſt* populis ſuis. *Itaque, ſicut vera morte defunctus eſt Aaron, ita verè obiit* Moyſes, *cujus mors cum morte Aaronis comparatur. Deinde majores* Moyſis *& Aaronis, quibus hi fuerunt juncti vel appoſiti, mortui erant. Illis igitur adjuncti ſunt per mortem, non per tranſlationem aliquam ſine morte factam. Secundò obiit* Moyſes *ante ingreſſum in Terram promiſſam æquè ac Aaron in pœnam peccati ad Aquas Contradictionis commiſſi. Mortem autem hanc tam exilem fuiſſe pœnam ſenibus* Moyſi *& Aaroni exiſtimavit S. Auguſtinus in Pſalm.* 98, *ut dicat*, Quid eſt, quod in illos vindicatum eſt, quæro; & ſecundum homines

non

A non invenio. *Quanto magis nullam pœnam inveniſſet ſanctus Doctor, ſi credidiſſet ad meliorem locum ſine morte tranſlatum eſſe* Moyſen ? *Et ſanè excluſio à Terra promiſſa, quæ jam exigua erat pœna ob provectam ætatem, ſic non videretur pœna, ſed eximia potius gratia diceretur, vita continuatio tam diuturna. Quantum ab illa opinione abſit Auguſtinus, oſtendunt hæc ejus verba ibidem :* Quærimus vindictam in Moyſe, prope nullam habet, niſi quòd ad extremum ait illi Deus : Aſcende in montem, & morere. Ait Seni, morere : jam peregerat ætates ſuas, numquid numquam erat moriturus ? *Tertiò Deut.* 34 ℣ 6 *non ſolùm mortuus, ſed & ſepultus dicitur* Moyſes. *Sepultura autem veram & corporalem mortem certiſſimè indicat, non raptum aut tranſlationem aliquam.*

variis rationibus probatur,

583 *Quartò S. Judas apoſtolus in Epiſtola ſua catholica* ℣ 9 *hæc ſcribit :* Cùm Michaël archangelus cum diabolo diſputans altercaretur de Moyſi corpore *&c. Quomodo diſputari potuit de corpore* Moyſis, *niſi corpus fuerit exanime ? Si enim in vivis manſiſſet, non fuiſſet diſputatum de ipſius corpore : ſed aut diſputatio nulla*

B *fuiſſet, aut de ipſo fuiſſet vivente. Porrò de cauſa hujuſce diſputationis non omnino convenit inter ſcriptores : at illorum ſententia mihi præplacet, qui exiſtimant voluiſſe diabolum, ut innoteſceret Iſraëlitis, ubi depoſitum eſſet corpus ſancti Prophetæ, ut ita daretur idololatriæ occaſio. Id verò noluiſſe & Dei imperio prohibuiſſe archangelum, atque ita factum eſſe, ut ſepulcrum maneret incognitum. Sanè Iſraëlitas in idololatriam fuiſſe proclives, plurimis ſacræ Scripturæ teſtimoniis & exemplis, notiſſimum eſt.* Moyſen *quoque maximi factum ab ipſis ob patrata prodigia, nulli poteſt eſſe dubium.*

& occultati ſepulcri ratio aſſignatur probabilis

584 *Quare Origenes in Selectis in Numeros de cauſa non introducti per* Moyſen *populi in Terram promiſſam occultatique ejuſdem ſepulcri ita loquitur :* Cùm Moyſes non glorificâſſet Deum coram populo, non permiſſum eſt ut ultrà progrederetur cum eo. Ne enim, quem vivum colebant, honoribus divinis mortuum afficerent, ab oculis omnium removit ſepulcrum ejus. *Conſentit Chryſoſtomus Hom.* 5 *in Matthæum hæc ſcribens :* Ipſe etiam tanti populi Dux

C id, quod pro ſe ipſo rogabat, impetrare non valuit ; ſed poſt tot tantoſque labores & ærumnas, poſtquam per annos quadraginta populo præfuerat, in terram toties promiſſam intrare prohibitus eſt. Qua de cauſa ? Non utilis hæc gratia fuiſſet, imò damni multum intuliſſet, Judæorumque multos ſupplantaviſſet. Si enim ex Ægypto tantùm à Moyſe liberati, Deo dimiſſo, Moyſen requirebant ipſique totum referebant, ſi ſe vidiſſent ab illo introductos in Terram promiſſionis, quò non prorupiſſent impietatis. Ideoque ſepulcrum ejus occultum manſit.

S. Hilarius non negavit mortem Moyſis ;

585 *Data ratio non inducti in Palæſtinam populi non excludit culpam* Moyſis ; *ſed probabiliter explicat, cur ob leve peccatum illo ſolatio Servum ſuum privaverit Deus. At præcipuè ad propoſitum noſtrum ſpectat ratio occultati ſepulcri, de qua B. Petrus Damianus in Sermone de Tranſlatione S. Hilarii ſic quoque ſcribit :* Quid eſt, inquam, quòd Moyſes ab hominum notitia removetur, niſi ut tollatur occaſio, ne qui tam Deo charus & familiaris extitiſſe cognoſcitur, divinus honor illi ab Iſraëliticæ plebis perfidia præbeatur ? *Hæc ratio ignoti* Moyſis *ſepulcri, quæ, etiamſi certa non ſit, maximè tamen eſt probabilis, deſtruit argumentum, quod ex eo pro vita corporali* Moyſis *aliqui ſumere voluerunt. Hujuſce opinionis patronos aliquot è ſanctis Patribus nonnulli facere voluerunt : at, ſi verba Patrum illorum rectè expendantur, poterunt facilè aliter explicari. Adducitur imprimis S. Hilarius cap.* 20 *in Matthæum, ubi dicit :* Si quis conditionem & mortis & ſepulturæ & ſepulcri Moyſi diligenter adverterit, & ſecretarum Scripturarum, ſecundum Apoſtoli auctoritatem, cognitionem adeptus ſit ; intelliget omnia ita eſſe tractata, ut Moyſes potuerit jam (*in transfiguratione Chriſti*) videri. *Hæc quidem verba indicant, ſingularia quædam fuiſſe in morte, in ſepultura, & in ſepulcro* Moyſis ; *at non evincunt, voluiſſe inſinuare S. Hilarium illorum opinionem, qui crediderunt* Moyſen *non eſſe mortuum. Singulare in morte ipſius fuit, quòd obierit ſine morbo aut violentia, quantum ex Scripturis poteſt colligi : ſingulare in ſepultura, quòd non fuerit ſepultus ab hominibus, ſed à Deo, aut potiùs, Deo jubente, ab angelis, uti ex altercatione S. Michaëlis cum diabolo colligi videtur : nam veriſimillimum eſt hanc altercationem contigiſſe in ſepultura. Singulare quoque fuit in ſepulcro, quòd hoc manſerit abſconditum, cùm aliorum Sanctorum ſepulcra ſoleant eſſe cognita. Hæc ſingularia ſic relata ſunt in ſacris Litteris, ut ſuſpicionem præbere poſſint corpus* Moyſis *non ſolùm occultatum manſiſſe, ſed etiam incorruptum, adeoque ad tempus reſumi potuiſſe ab anima, volente Deo, ut transfigurationi intereſſet, ac videretur, & rurſum deinde relinqui.*

ſed illam clarè videtur agnoviſſe :

586 *Nolim tamen certò aſſerere hanc eſſe mentem S. Hilarii, cùm hæc ſit admodùm obſcura ; nec ut certum affirmo ita* Moyſen *transfigurationi interfuiſſe, cùm varii ſint modi, quibus eidem adeſſe & videri potuerit. At ſolùm oſtendere volui, ex verbis S. Hilarii non ſequi, mortem* Moyſis *ab ipſo negatam eſſe, ut aliqui affirmârunt. Porrò ſanctus Doctor cap.* 17 *clarè oſtendit, ſe mortem* Moyſis *agnoviſſe : nam ibi num.* 2, *aſſignans rationes, cur Chriſtus voluerit Eliam &* Moyſen *transfigurationi adeſſe, pro ſecunda ratione hanc allegat,* Ut & humanis corporibus decreta eſſe reſurrectionis gloria doceretur, cùm quando Moyſes conſpicabilis adſtitiſſet. *Non hæc dixiſſet Hilarius, niſi credidiſſet* Moyſen *corporea morte fuiſſe defunctum : reſurrectio enim doceri nequit viſu illius, qui numquam fuit mortuus : atque ideo hanc rationem non affert de præſentia Eliæ, qui numquam vivere deſiit. Ita Chryſoſtomus Hom.* 56, *aliàs* 57, *in Matthæum ait, Eliam &* Moyſen *à Chriſto ad transfigurationem adductos,* Ut diſcerent (*Apoſtoli*) eum & vitæ & mortis poteſtatem habere, ac cæleſtibus pariter atque terrenis imperare. Quapropter & eum, qui mortuus erat, & eum, qui nondum obierat, in medium adducit. *Hæc ſufficiunt ad vindicandum S. Hilarium ab opinione perperam eidem imputata.*

S. Ambroſius obſcurè quidem locutus eſt de morte Moyſis ;

587 *Eadem opinio a quibuſdam attribuitur S. Ambroſio, quia lib.* 1 *de Cain & Abel cap.* 2 *ita ambiguè loquitur :* Et ideo non legimus de eo (*Moyſe*) ſicut de ceteris, quia deficiens mortuus eſt : ſed " per verbum Dei mortuus eſt „ Deus enim neque defectionem aut diminutionem patitur, neque adjectionem capit. Unde & addidit Scriptura : " Quia nemo ſcit ſepulturam „ejus uſque in hodiernum diem„ ut tranſlationem magis, quàm interitum ejus intelligas. Mors enim

AUCTORE J. S.

nim ſeceſſio quædam eſt animæ & corporis. Mortuus igitur eſt per verbum Dei, ut ait Scriptura, non ſecundùm verbum; ut advertas non nuntium mortis, ſed gratiæ munus expreſſum, qui tranſlatus magis, quàm derelictus eſt, cujus nemo novit ſepulturam. Quis enim in terrenis reliquias ejus potuit deprehendere, quem ſecum eſſe Dei Filius in Euangelio demonſtravit? Denique & Elias ſimul eſt viſus, qui tranſlatus curru eſt, non ſepultus nec mortuus legitur. Vivit enim qui cum Dei Filio eſt. Moyſes autem mortuus quidem legitur, ſed per verbum Dei mortuus, per quod facta ſunt omnia. Verbo autem Dei cæli firmati ſunt. Per verbum igitur Dei non lapſus operis, ſed firmamentum eſt. Non ergo tamquam relapſus in terram deprehenditur corporis ſolutione, ſed tamquam Verbi cæleſtis operatione donatus & munere; ut quietem magis caro ejus, quàm buſtum acceperit. Bene autem inter Dominum & Servum ſervatur diſtantia. Ut prærogativam Domini intelligas, ſervi gratiam, de Moyſe legitur, quia ſepulturam ejus nemo ſcit: de Chriſto autem, Sepultura ejus de terra ſublata eſt; quia ille ſecundum myſterium Legis exſpectabat redemtionem, ut reſurgeret: hic ſecundùm Euangelii donum redemtionem non exſpectabat, ſed donabat. Et ideo ſepultura ejus ignorata non eſt, ſed elevata, quam diutiùs creatura tenere non potuit; quia per ipſum omnis creatura properavit à corruptionis ſervitiis elevari. Nemo ergo ſcit ſepulturam Moyſi, quia vitam ejus omnes noverunt: Chriſti autem ſepulturam vidimus, ſed nunc jam non novimus, qui reſurrectionem ejus agnovimus. Debuit enim cognoſci tumulus ejus, ut reſurrectio manifeſtaretur; & ideo in Euangelio tumulus ſumma expreſſione deſcribitur: in Lege non quæritur; quia licèt reſurrectionem ejus Lex annuntiaverit, nobis tamen Euangelii ſeries pleniſſimè comprobavit. *Hactenus Ambroſius, quem myſticè loqui verba ipſa indicant.*

mortuum tamen agnoſcit:

588 *Verumtamen hæc ipſa verba, quibus S. Ambroſius prærogativas mortis* Moyſis *extollere voluit, ſatis indicant veram ipſius mortem ab ipſo fuiſſe agnitam; ſolúmque aſſerere voluiſſe,* Moyſen *non obiiſſe, ut ceteri paſſim homines moriuntur, deficientis corporis causâ; corpuſque ipſius nec diſſolutum fuiſſe nec corruptum, ſed ab anima dumtaxat ſeparatum. Mortem, ſeu ſeparationem animæ à corpore in* Moyſe *agnoſcere Ambroſium, ex verbis ejus ſic oſtendo. Ait primò de ipſo:* Exſpectabat redemtionem, ut reſurgeret: *ergo mortuum fuiſſe agnoſcit, quia reſurrectio non datur, niſi mors præceſſerit. Præterea hanc diſtinctionem inter Eliam &* Moyſen *ponit, quòd prior* non ſepultus nec mortuus *legatur,* Moyſes *verò legatur* mortuus, *non quidem ut ceteri moriuntur ex morbo, ſenio, aut externa violentia, ſed* per verbum Dei, *ut ipſe legit Deut.* 34 ℣ 5, *ubi nos legimus,* jubente Domino. *Tertiò,* Mors enim, *inquit,* ſeceſſio quædam eſt animæ & corporis: *hanc ſeceſſionem, ſeu ſeparationem animæ & corporis ſe in* Moyſe *agnoſcere inſinuat, dum dicit inferiùs,* Ut quietem magis caro ejus, quàm buſtum acceperit. *Caro enim & quietem accepit & buſtum, dum relicta ab anima & motu privata eſt & ſepulcro illata. Magis autem quietem accepiſſe dicit Ambroſius quàm buſtum, quia carnis corruptionem & deſtructionem videtur negare. Certè hoc ſenſu intelligi poſſunt varia ipſius aſſerta. Dicit ſepulturam ignotam,* ut tranſlationem magis quàm interitum, *ſeu deſtructionem corporis,* intelligas: *at non dicit* magis quàm mortem. *Deinde vehementer urget, quòd dicatur* mortuus per verbum Dei, *indeque infert:* Non ergo tanquam relapſus in terram deprehenditur corporis ſolutione, *id eſt, non deprehenditur corpus fuiſſe reſolutum in oſſa & cineres: idque rectè probatur ex ignoto ſepulcro, & reliquiis à nemine viſis: nullus enim aſſerere poteſt, corpus, quod non vidit, redactum eſſe in cineres.*

at credidiſſe videtur ad vitam deinde fuiſſe revocatum;

589 *Argumentum quoque, quod ex transfiguratione ſumit Ambroſius, ſolùm oſtendit in ea ipſum fuiſſe ſententia, quòd tempore transfigurationis vivus apparuerit* Moyſes, *ſicut vivus apparuit Elias. At hinc determinari nequit, utrùm crediderit* Moyſen *fuiſſe ad vitam revocatum permanentem, an verò corpus integrum ab anima ad breve tempus fuiſſe reſumptum, ut vivus adeſſet transfigurationi. Verba inferiùs poſita,* Nemo ergo ſcit ſepulturam Moyſi, quia vitam ejus omnes noverunt, *magis favent reſurrectioni ad vitam permanentem, videnturque prorſus inſinuare, Ambroſium credidiſſe,* Moyſen *fuiſſe ad vitam revocatum, ſicuti Chriſtus ipſe reſurrexit. Eamdem ſententiam inſinuat hæc comparatio inter Chriſtum &* Moyſen *inſtituta:* Ut prærogativam Domini intelligas, Servi gratiam, de Moyſe legitur, quia ſepulturam ejus nemo ſcit: de Chriſto autem, Sepultura ejus de terra ſublata eſt; quia ille ſecundùm myſterium Legis exſpectabat redemtionem, ut reſurgeret: hic ſecundum Euangelii donum redemtionem non exſpectabat, ſed donabat. *Prærogativa Chriſti erat, reſurgere à mortuis. Cùm igitur idem attribuat Sanctus doctor* Moyſi *per gratiam, quod Chriſtus habuit per prærogativam, omnino videtur ſentire,* Moyſen *fuiſſe ad vitam revocatum. Hactenus de loco admodùm obſcuro S. Ambroſii.*

uti S. Hieronymus etiam uno loco videtur dicere,

590 *Quod autem ſpectat ad reſurrectionem* Moyſis, *eidem ſententiæ favet S. Hieronymus in cap.* 8 *Amos, ubi ſic loquitur:* Aſcendit Dominus in cælum cum Enoch; aſcendit cum Elia; aſcendit cum Moyſe, cujus ſepulturæ locus, quia in cælum aſcenderat, in terra non potuit inveniri. *Verùm dubitari poteſt, an hîc agatur de aſcenſione corporea, cùm ſubdat:* Aſcendit cum Paulo *&c.; & magis etiam, quia præmiſerat de Chriſto:* Quotidie credentes & membra corporis ſui ædificat; & de terris ad cælum levat, ut in illis ipſe conſcendat. *Certè Paulus ipſe de raptu ſuo ait* 2 *Cor.* 12 ℣ 2, Sive in corpore neſcio, ſive extra corpus neſcio, *ideoque credibile non eſt, voluiſſe S. Hieronymum aſſerere, Pauli raptum fuiſſe corporeum. Et, licèt raptus ille fuiſſet corporis, non aſcendit tunc in cælum, ut ibidem maneret. Multo minùs* credentes *levantur ſic* quotidie *in cælum, ut ibi corpore & animâ permaneant. Ex hiſce rectè concluditur, S. Hieronymum non loqui de vera & corporea aſcenſione vel elevatione in cælum, cùm illa intelligi nequeat de omnibus, quos recenſet.*

qui clarè mortuum dicit cum Iſidoro & Auguſtino.

591 *Mentem ſuam clariùs aperuit S. Hieronymus lib.* 2 *adverſus Jovinianum, magnam inter* Moyſen *& Eliam aſſignans differentiam his verbis:* Breviter audiant; Moyſen mortuum & ſepultum, Eliam igneo curru raptum *&c. Et in Cap.* 17 *Matthæi, ita loquitur de transfiguratione Domini:* Hîc verò, ut Apoſtolorum augeat fidem, (*Chriſtus*) dat ſignum de cælo, Elia inde deſcendente, quò conſcenderat, & Moyſe

A Moyſe ab inferis reſurgente. *Hæc verba manifeſtè indicant, ne reſurrectionem quidem* Moyſis *ab Hieronymo fuiſſe agnitam, ſaltem ante transfigurationem Chriſti. S. Iſidorus lib. de Sanctis in elogio* Moyſis *de ipſius morte ſcribit ſequentia:* Ad extremum conſcendit montem Nebo, terramque promiſſionis, demonſtrante Domino, aſpicit: mortuuſque eſt, jubente Domino, in monte Abarim, ſepultuſque à Domino in valle Moab, quæ eſt in Arabia. Rexit autem populum Dei in heremo annis quadraginta, obiitque annorum centum viginti. Quidam autem vivere eum teſtantur, pro eo quòd ſepulcrum ejus non reperitur, & quia apparuit Domino in monte cum Elia. Mortuum autem illum eſſe, non raptum, certiſſimè ſacra Scriptura teſtatur. *Conſentit S. Auguſtinus tract. 124 in Joannem, ubi ſic habet:* Si quidam Moyſen, mortuum negant, quem Scriptura ipſa, ubi ſepulcrum ejus nuſquam inveniri legimus, mortuum tamen eſſe ſine ulla ambiguitate teſtatur *&c.*

Sepultus dicitur miniſterio angelorum:

592 *Nonnulli voluerunt*, Moyſen *fuiſſe ſepultum à ſe ipſo, ſeu obiiſſe in ſepulcro, quod vivus intraverat. Alii credunt à Joſue & Eleazaro clanculum fuiſſe ſepultum. Haſce opiniones refert, & non refutat, Calmetus in Diſſertatione de morte & ſepultura* Moyſis. *Verùm neutra mihi apparet probabilis. Prioris falſitas facilè oſtenditur ex loco mortis & ſepulturæ diſtincto: nam mortuus eſt in monte, ſepultus verò in valle. Non poteſt igitur verum eſſe, in ſepulcro ſuo obiiſſe* Moyſen. *Sepultum quoque non fuiſſe à Joſue & Eleazaro, quamvis id* veriſimile *dicat Calmetus, mihi certum videtur: illi enim ſepulcrum ipſius cognoviſſent, ſi corpus eidem intuliſſent: at, teſte Scriptura,* non cognovit homo ſepulcrum ejus. *S. Hieronymus Epiſt. 37, aliàs 53, ad Riparium ait,* Moyſi corpuſculum.. juxta Hebraïcam veritatem ab ipſo ſepultum Domino: *per ipſum Dominum videlicet miniſterio angelorum, ut habent alii. Audi S. Epiphanium hæreſi 64:* Quandoquidem, *inquit,* ſacræ iſtud Litteræ ſignificant: non eſſe ab hominibus Moyſis corpus ſepultum; ſed ab angelis videlicet: quod verba ipſa tacitè intelligentiæ noſtræ ſubjiciunt. *Antè obſervârat, juſſum eſſe in montem aſcendere & illic mori,* ut illius ſepulturam hominum nemo cognoſceret. *Hæc ſententia de ſepultura* Moyſis *per angelos Dei miniſtros, uti plurimos habet adſtipulatores, ſic & longè aliis eſt præferenda: nam cùm diſputaverit Michaël archangelus cum diabolo de corpore ſancti Legiſlatoris; veriſimillimum eſt, id contigiſſe in ſepultura, ut jam antè monui.*

B

mortis tempus.

593 *Annus Sancti emortualis difficultatem nullam habet, cùm certum ſit eum obiiſſe anno quadrageſimo ab egreſſu ex Ægypto. At dies obitûs & menſis non tam certò aſſignari poteſt. Facilè tamen oſtenditur obiiſſe* Moyſen *circa finem menſis undecimi aut initium duodecimi. Quippe, ut legitur Joſ. 4 ℣ 19, Iſraëlitæ Jordanem tranſierunt anno ſequente* decimo die menſis primi. *Inter obitum autem* Moyſis *& tranſitum Jordanis interceſſerunt primò triginta dies luctûs, qui abſumpſerunt menſem integrum duodecimum, ſi obierit ultimo die menſis undecimi aut primo ſequentis. Secundò, finito luctûs tempore, miſſi ſunt exploratores in Jericho, atqui hi præter itum & reditum* tres dies *latuerunt in montibus, ut habetur Joſ. 2 ℣ 22. Reverſis verò exploratoribus, Joſue movit caſtra verſus Jordanem,* & morati ſunt ibi tres dies *Joſ. 3 ℣ 2. Quarto demum die Jordanem tranſiit. Hæc omnia ſimul computata facient dies novem aut decem, ita ut neceſſariò obitus* Moyſis *ſtatui non debeat poſt diem primum menſis duodecimi, ſed non æquè certò dici poſſit, an non contigerit uno alterove die citiùs.*

AUCTORE J. S.

§ LI. Ultima Sancti geſta, obituſque & ſepultura ex Joſepho & Philone.

Joſephus

Joſephus lib. 4 cap. 3 ſub finem geſta & monita poſtrema ſancti Legiſlatoris exſequitur, referens Jeſum ſeu Joſue etiam prophetâſſe, quia ſimul cum Moyſe *recitavit Canticum ante memoratum, in quo futura prædicuntur. At Joſue attribuendum non eſt Canticum iſtud, ſed* Moyſi, *ſaltem præcipuè, etiamſi Hebræus ſcriptor de Joſue ſolo loquatur, ita ſcribens:* Sed & Jeſus, ſuperſtite etiam tum & præſente Moyſe, vaticinatus eſt, quidquid pro ſalute populi gesturus erat, vel foris bello adminiſtrando, vel domi ferendis legibus, & ad vivendi rationem recens inſtitutam eos præparans, divino monitu ſe præſagire aiebat, quòd ſi patriam religionem violarent, clades non effugerent. Nam & regionem ipſorum armis exterorum opplendam, & urbes diruendas, & templum incendendum, & ipſos ſub haſta victoris venundandos, ſervituroſque gentibus, quæ afflictorum nulla miſeratione tangerentur: ac tum demum ſeram atque inutilem erratorum pœnitentiam acturos. Deum tamen ipſorum conditorem, & urbes ſuis civibus & templum populo redditurum. Hæc autem fore, ut non ſemel tantùm amittant, ſed ſæpiùs.

E

de ultimis

595 Deinde Moyſes exhortatus Jeſum, ut in Chananæos exercitum duceret, affuturumque cœptis ejus Deum pollicitus, & populo omnia fauſta ominatus: Quoniam, inquit, ad patres noſtros abeo, & Deus hanc mihi diem abitûs præfinivit, gratias illi vivens adhuc & vobis præſentibus ago pro cura ac providentia, quam de rebus veſtris hactenus habuit, non ſolùm depellendis adverſis, ſed commodis etiam largiter exhibendis: & quia laborem meum ac ſolicitudinem, dum veſtrum ſtatum in meliorem fortunam reducere conor, propicius ſemper adjuvit: imò verò ipſe & exorſus eſt rem & abſolvit, me miniſtro uſus & vicario in obeundis, quæ ad veſtram felicitatem pertinere viſa ſunt. Quapropter æquum eſt, ut priuſquam decedam, ejus potentiæ, qui & in poſterum vobis non deerit, dignas laudes rependam, meque hoc debito exolvam, veſtræque memoriæ commendem, quod hunc ſolum colere & venerari convenit: & leges ejus habere in precio, ut quæ omnibus reliquis donis jam acceptis, aut in poſterum à propicio conferendis, longè ſint anteponendæ. Gravis enim adverſarius eſt vel homo legiſlator, ſi conſtitutionibus ſuis autoritatem adimi ſentiat: Dei verò indignationem abſit ut experiamini, quæ legibus ipſius contemptis excitari poſſet.

F

Moyſis geſtis,

596 Hæc poſtrema verba Moyſe loquente, & ſingulis tribubus ſua fata aperiente, univerſa multitudo in lacrymas erupit, ut & mulieres plangentes dolorem ob futuram ipſius mortem conceptum declararent, quin & pueri præ mœroris

AUCTORE J. S.

roris impotentia plorantes præ ſe ferebant, quòd tanta eſſet Viri virtus ac magnificentia, ut ne illam quidem ætatem latêre poſſet. Itaque certamen quoddam erat inter minores & grandiores, utros major haberet mœſtitia. Alteri enim intelligentes quali orbarentur Antiſtite, futuram ſuam conditionem lamentabantur. Alteri hoc ipſum lugebant, quod priuſquam ejus virtutem ſatis deguſtâſſent, jam carendum eo ſeque deſtituendos videbant. Quantus autem fuerit populi ploratus & querimoniæ, conjecturam capere licet ex eo, quod tum Prophetæ accidit. Quamvis enim perſuaſiſſimum ſemper habuit, non eſſe inſtante morte dolendum, ut, quæ præter Dei voluntatem ac naturæ leges non veniat, viſo tamen affectu populi, à lacrymis temperare non valuit. *Hæc Joſephus, qui fletum illum universorum non didicit ex ſacris Litteris, cùm de tanto populi ploratu ne verbum quidem ibidem legatur. Fateor tamen luctum illum fletumque populi admodùm eſſe veriſimilem. At non tam eſt veriſimile, ut pro certo affirmari debuerit,* Moyſen *ipſum erupiſſe in lacrymas, quæ omitti poterant, uti in ſcriptura omiſſæ ſunt, cùm prorſus ſint incertæ. Præterea pœnitentiam Hebræorum vocare non debuerat* inutilem, *cùm quòd pœnitentia de peccatis ſemper ſit utilis ad ſalutem æternam, tum quòd pœnitentia Iſraëlitarum iis frequenter utilis fuerit etiam ad recuperandum felicitatem temporalem, idque ipſum* Moyſes *prædixerit. Adhortatio quoque* Moyſis *ex ſolis ferè conjecturis concinnata eſt à Joſepho, nec ſatis eſt conformis ſacræ Scripturæ, in qua futura populi peccata prædicuntur, eorumque ſupplicia enuntiantur.*

B

morteque & ſepultura

597 *Diſceſſum & obitum Prophetæ deinde Joſephus narrat hoc modo:* Dum verò eò proficiſcitur, ubi diſpariturus erat, omnes cum fletu ſequebantur. Tum Moyſes his, qui longiùs aberant, manu mota ſignificavit ut conſiſterent: propiores autem rogabat, ne exceſſum ſuum lacrymabilem facere pergerent, cum fletu proſequendo. Illi verò & hanc extremam gratiam ei referendam exiſtimantes, ut quemadmodum cupiebat, ſeorſum ſecederet, continuerunt ſe inter ſe lacrymantes. Solus autem ſenatus eum deduxit, & pontifex Eleazarus, & imperator Jeſus. Ut verò in monte Abari vocato conſtitit, qui celſus è regione Hierichuntis attollitur, & conſcendentibus latè Chananææ terræ proſpectum exhibet, ſenatum dimiſit. Cúmque poſt mutuos complexus Eleazaro ac Jeſu ultimum vale diceret, inter loquendum repentina nube circundatus in vallem quandam eſt ablatus. In ſacris autem voluminibus ſcripſit ſe mortuum, veritus ne propter excellentem ejus virtutem à Deo raptum prædicarent. Vitæ ejus tempus univerſum centum viginti annorum fuit, cujus tertiam partem in imperio exegit, uno menſe minùs.

C

ſcribens,

598 Mortuuſque eſt ultimo anni menſe, die prima menſis, qui à Macedonibus Dyſtrus dicitur, à noſtris verò Adar. Vir omnium quotquot unquam fuêre prudentiſſimus, & qui conſilia bona optimè noſſet exequi: adhæc eloquentiâ & in tractando populo gratiâ & dexteritate incomparabilis: affectus quoque ita ſemper in poteſtate habuit, ut omnino illis carere videretur, & nomina tantùm eorum ex his, quæ in aliis hominibus conſpiceret, cognita habere: imperator idem cum primis bonus, vates verò, qualis nemo alius, ut omnia ejus verba vim oraculorum obtinerent. Quapropter triginta diebus eum luxit populus, cui nunquam quidquam triſtius accidit, quàm tunc Prophetæ mors. Nec in præſens tantummodo ſui deſiderium reliquit, ſed maximam apud omnes exiſtimationem, quotquot ſcripta ejus evolvere contigit, dum ejus virtutem ex illis æſtimant. Atque hæc ſunt quæ de Moyſis exitu dicenda habuimus. *Hactenus Joſephus, ad cujus relationem aliqua ſunt obſervanda.*

D

variè labitur.

599 *Primò incertum eſt, an abeuntem* Moyſen *omnes ſint ſecuti: æquè incertum, an à ſenatu, ſeu à principibus, deductus ſit in montem; quia de hiſce nihil legitur in Scripturis. Imò parùm probabile eſt, principes comitatos eſſe in montem, cùm videatur voluiſſe Deus, ut* Moyſes *montem ſolus aſcenderet, aut fortaſſe comitantibus Eleazaro Pontifice & Joſue ſucceſſore. Certè Scriptura Num.* 20 *memorat, quinam cum Aarone morituro aſcenderint montem Hor: at de morte* Moyſis *agens nullum aſſignat comitem. Secundò magis improbabile eſt, quòd ait,* Moyſen *præſentibus Eleazaro & Joſue, repentina nube circumdatum & in vallem quamdam fuiſſe ablatum: nam quamquam nullus videatur ſciviſſe, quo mortis genere* Moyſes *obierit, ideoque Scriptura ſolùm dicat, eum obiiſſe,* jubente Domino, *tamen certum eſt defunctum eſſe in monte, priuſquam corpus transferretur ad vallem, quod hîc videtur negare Joſephus. Deinde, ſi Eleazaro & Joſue adſtantibus, repentina fuiſſet nube circumdatus & ablatus, id ipſum narrare non prætermiſiſſent: mortem enim* Moyſis *ab alterutro veriſimiliter ſcriptam eſſe, non ab ipſo* Moyſe, *infrà dicemus.*

E

Philo quoque

600 *Philo lib.* 3 *in fine mortem* Moyſis *narrat his verbis:* Poſtremò migraturus ad Superos, & exuta mortalitate ad immortalitatem transferendus, vocante Patre, ut eum è duplici corporis animæque natura transformaret in ſimplicem, jam tum prope totus verſus in animum & quidem illuſtriſſimum, repletus divino ſpiritu, non ſolùm in univerſum gentem ſuam præmonuit, verum etiam ſingulis tribubus ſuos caſus futuros aperuit: quorum pars jam evenit, reliquum adhuc ſpectatur, ea fide repræſentandum olim, quam experti ſumus in præteritis oraculorum eventibus. Poſtulabat enim rei dignitas, ut quorum tam diverſa fuit origo, præſertim materno genere, hi ſecuti diverſa ſtudia conſiliaque, haberent etiam ſua fata præſignata oraculis. Miranda ſunt hæc, ſed magis etiam mirari convenit finem ſacrorum, quæ reliquit, voluminum, quæ ſunt ceu caput juris totius.

F

in morte & ſepultura referenda

601 Jam enim aſſumendus, & in ipſis ſtans carceribus, unde ad cæleſtem metam erat evolaturus, tunc quoque afflatus divinitus, vivens adhuc prophetavit de ſeipſo tanquam mortuo, ante obitum narrans ſe mortuum ſepultumque inſpectante nemine, videlicet manibus non mortalium, ſed virtutum immortalium, ne majorum quidem monumentis illatum: quippe cui monumentum contigit eximium haud cuiquam notum homini. Luxit eum univerſa gens lachrymis diffluens per menſem integrum, accedentibus ad publicum luctum privatis affectibus, quandoquidem erat inenarrabilis ejus providentia benevolentiaque erga univerſos ac ſingulos. Hujuſmodi fuit vita obituſque Moſis, regis, legiſlatoris, vatis, & pontificis, ſicut ſacris literis proditur. *Hæc Philo in Vita* Moyſis, *quam hîc claudit. Scripſit quidem idem auctor in aliis Opuſculis non pauca de ſancto Legiſlatore, eaque ſuis locis*

A *Calmetum. At apud Martenium legitur*, æternam vitam quærentes.

p *Aliàs legitur*, Rothildim. *De ea conſule Commentarium num.* 44, *& ibidem litteras fundationis num.* 41, *ubi fundatio etiam latiùs exponitur.*

q *De crucibus illis agit Browerus in Annalibus Trevirenſibus ad annum* 958, *& ex eo Calmetus tom.* 1 *Hiſtoriæ col.* 959. *Res autem contigit anno* 958, *quo non trigeſimus* S. Gauzlini *annus currebat, ſed trigeſimus ſeptimus, aut certè trigeſimus ſextus, ſi initio anni ante* 17 *Martii cruces illæ fuerunt viſæ. Ditmarus in Chronico lib.* 2 *de iis crucibus ita habet:* Dehinc in quarto ejuſdem numeri anno (*id eſt, poſt annum* 954 *anno quarto, ſeu* 958) ſignum ſalutiferæ crucis in veſtimentis hominum mirabiliter & magis miſerabiliter elucens, dignè accipientibus profuit & irridentibus nocuit. *Lambertus Schafnaburgenſis ad eumdem annum, & alia quoque Chronica idem habent prodigium, nonnulla tamen paulo citiùs aut ſeriùs. At omnem de tempore dubitationem tollit crux Treviris poſita cum inſcriptione, quam recitat Browerus, cùm illa eodem tempore erecta ſit per Henricum archiepiſcopum Trevirenſem. Totam inſcriptionem huc transfero:* In memoriam signorum crucis, quæ celitus super homines venerant, A.mo Dominicæ incarnationis dcccclviii, A.o vero episcopatus sui secundo, Henricus archiepiscopus Trevirensis me erexit. *Calmetus narrat, decidiſſe liquorem quemdam, ex quo formatæ fuerint cruces illæ, putatque eas exponi poſſe modo aliquo phyſico. Verùm nec apud ſcriptores illos, quos laudat, nec apud alios antiquos inveni quidquam de illo liquore, ita ut exiſtimem illum dumtaxat excogitatum eſſe, ut explicatio phyſica fieret facilior. Si ſtudioſus lector meam de phyſica explicatione tam hujus prodigii quàm aliorum multorum, quæ legi apud varios, audire velit ſententiam, candidè dicam, tam ineptas mihi videri explicationes phyſicas pleraſque, quibus facta prodigioſa ad ordinem naturalem revocare moliuntur aliqui ſibi facilè blandientes, alioſque ut nimis credulos ridere ſoliti, ut longè magis riſu ſint digni, quàm illi ipſi ſimpliciores, quos rident, quia ſubinde facta naturalia habent pro miraculis. Si ſacra ſcriptura aſſereret, omnia naturali modo peragi in mundo; aut ſaltem taceret de miraculis divina virtute patrandis in terra; laudabilis eſſet conatus eorum, qui omnia naturali ordine explicare laborarent; & facilè ignoſceretur, ſi quid minùs probabile ſubinde afferrent. At, cùm ſacræ Litteræ multa enarrent miracula, ac plura in nova quoque ſeu Chriſtiana Lege futura prædicant; non eſt prudentis Chriſtiani omnia naturali modo exponere velle, & ſic onus ſibi imponere longè gravius, quàm imbecilles ferre valeant humeri.*

r *Apud Martenium legitur*, in Boiaco-Angeberto, *ſed mendosè, cùm Angelbertus ſit donator aut venditor. De Angelberto tamen plura non invenio, nec de Fulmaro, qui ſequitur. Clarè etiam non exprimitur, an poſſeſſiones illas* S. Gauzlino *donaverint, aut vendiderint. At veriſimilius eſt, omnia, quæ enumerantur, ob inopiam eccleſiæ Tullenſis fuiſſe donata poſt annum* 954, *niſi contrarium explicetur. Conſule Commentarium num.* 63.

s Medium-Monaſterium, *aliàs* Medianum monaſterium, *Gallicè* Moyen-moutier, *ſitum eſt in Voſago monte. Erat illud in miſerrimo ſtatu tempore* S. Gauzlini, *quia ſeculari comiti antea traditum fuerat, ut narrat Richerius in Chronico Senonienſi lib.* 2 *cap.* 10, *& ex eo Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 464 *&* 465. *Addunt iidem, reformationem tentatam eſſe per Fridericum ducem Lotharingiæ, ſed eam caruiſſe felici ſucceſſu, ita ut clerici pro introductis ad reformationem monachis fuerint reſtituti. Verùm illa reformatio perperam ab illis affigitur anno* 942, *cùm Fridericus factus ſit dux Lotharingiæ anno* 959, *teſte Flodoardo. Quare reformatio potiùs figenda eſt circa annum* 960, *quo abbatia ab Ottone potuit ita tradi* Gauzlino *& Friderico duci, ut tradita hîc dicitur. Veriſimile eſt,* Gauzlini *conſilio cœptam eſſe reformationem, ſed is primùm morbo, quo tunc detinebatur, deinde morte fuit impeditus.*

t *Calmetus habet* perveniret. *At* S. Gauzlinus *id numquam obtinuit, quia Fridericus dux eidem ſupervixit. Gerardus tamen ipſius ſucceſſor abbatiam impetrâſſe dicitur in Vita apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum col.* 1069.

u *De obtento comitatu Tullenſi actum eſt in Commentario num.* 20, *ubi dixi Calmetum id illigare anno* 928. *Hinc verò colligo, ſcriptorem iſta omnia referre ſine ullo ordine.*

x *In Catalogo antiſtitum Tullenſium tam apud Calmetum quàm apud Martenium in elogio Drogonis, qui* S. Gauzlinum *proximè præceſſit, hæc leguntur:* Ex præcepto Ludovici regis abbatiam Pauliniacenſem tenuit. *Adoptavit id Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 322, *& rurſum pag.* 343: *at non explicuit, quis ſit ille rex Ludovicus, à quo Drogo eam abbatiam obtinuit. Certè nullus Ludovicus in Gallia regnavit tempore Drogonis epiſcopi Tullenſis, ita ut intelligendus videatur Ludovicus Germaniæ rex, filius Arnulphi imperatoris. Ut ut eſt,* S. Gauzlinus *hanc abbatiam non primò impetrâſſe dicitur, ſed poſſediſſe. Videtur eam quoque transmiſiſſe ad ſucceſſorem ſuum, S. Gerardum: ſed huic abbatiam Pauliniacenſem abſtulit Bruno epiſcopus Lingonenſis, ut ex Vita S. Gerardi narrat Calmetus tom.* 1 *col.* 1029. *Eam Gallicè nominat* Poulangé *vel* Poulangy, *ac col.* 1025 *obſervat, in ea etiamnum eſſe abbatiſſam cum quatuordecim filiabus, quæ tamen clauſtro ſe continere non coguntur. Abbatiſſas recenſet uſque ad annum* 1715 *Dionyſius Sammarthanus tom.* 4 *Galliæ Chriſtianæ col.* 745 *& ſeq.; ubi etiam plura de hac abbatia, quam* Polongeyum *vocat, videri poſſunt.*

y *De Dervenſi abbatia per* S. Gauzlinum *accepta & ad diſciplinam revocata egi in Commentario* § 5. *Eam poſt* Gauzlinum *habuit S. Gerardus; ſed eidem quoque ablata eſt per Heribertum comitem, ut in Vita S. Gerardi legitur apud Martenium cap.* 19: *Gallicè vocatur* Montier en Derf.

z *An* Offonis-villa *ſemper poſſeſſa ſit à* S. Gauzlino, *dubium videtur. Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 436 *ait, monaſterium hoc,* ſancto Leodegario martyri dicatum, *à Ludovico Tranſmarino, petente Hugone principe, datum eſſe homini ſeculari & conjugato, quem* Adelardum *nominat. Dein pag.* 678 *collocat Offonis-villam in diœceſi Veſontionenſi, aitque Gallicè vocari* Vellefaux. *Verùm Calmetus col.* 454 *&* 455 *narrat fundationem Offonis-villæ, quam attribuit S. Bodoni Tullenſi epiſcopo: creditque in Voſago ac in diœceſi Tullenſi ſitum fuiſſe monaſterium*

A. Anonymo.

A. ANONYMO.

rium istud, quod non amplius subsistit, ut advertit laudatus scriptor col. 1025. *Si idem sit monasterium, quod rex Ludovicus circa annum* 937 *Adelardo donavit; idem postea, eo defuncto, aut alia de causa datum fuerit* S. Gauzlino. *Certè in laudata S. Gerardi Vita cap.* 19 *ita habetur:* Ipse imperiali præcepto Ottonis Magni possedit abbatiam Mediani-monasterii, & de Offonis-villa, nec non Pauliniacensem & Dervensem. *Hasce omnes jam recensuimus, ut* S. Gauzlino *datas.*

aa *Apud Calmetum scribitur* de Varennis. *Sita est in vico cognomine agri Lingonensis, ut scribit Calmetus in Historia tom.* 1 *col.* 1028, *ubi asserit eam S. Gangulpho fuisse dicatam, narratque controversiam, quæ hujus permutationis causâ fuit inter S. Gerardum* Gauzlini *successorem, & Archadum Lingonensem episcopum ejusque successores. Addit col.* 1029, *ex abbatia S. Gangulphi de Varennis deinde factum esse prioratum, Molismensi abbatiæ subjectum.*

bb *Quis sit ille Rotgerus comes, certò non invenio.* Amboldi-villam *Calmetus Gallicè vocat* Ambleville. *De* pago Odornensi, *apud Martenium* Ordonensi *agit Valesius in Notitia Galliarum pag.* 389.

B

cc *Eva comitissa variis donationibus suis ecclesias ditavit. Geminæ ipsius litteræ, datæ in favorem monasterii S. Arnulphi, videri possunt apud Calmetum inter instrumenta col.* 356 *& sequentibus. Hinc existimo omnes possessiones, quæ hîc enumerantur, non venditas, sed donatas ab ea fuisse.*

dd *Martenius habet* Hordalli-vadum, *sed mendosè, opinor.*

D

ee *Otto imperator Romæ coronatus est anno* 962; *sed citiùs facta sunt, quæ hîc narrantur.*

ff Andlavium *vel* Andlavia, *vulgò* Andlaw, *oppidum est Alsatiæ inferioris, ad fluviolum ejusdem nominis, sex circitèr milliaribus supra Argentoratum. Abbatiam ibi condidit Richardis imperatrix, postquam separata erat à Carolo Crasso imperatore, ut pluribus exponitur in nova Gallia Christiana tom.* 5 *col.* 880, *ubi etiam series abbatissarum datur usque ad seculum nostrum. Agitur de abbatissa illius monasterii: at nulla in dicto catalogo occurrit abbatissa, de qua certò dici potest, quòd hanc litem suscitaverit* S. Gauzlino, *quia prioribus seculis singularum tempora non ubique assignantur.*

gg *Id est, ecclesiæ cathedrali Tullensi, S. Stephano dicatæ.* Bodonis-monasterium, *Gallicè* Bon-montier, *fundatum erat à S. Bodone Tullensi episcopo; sed Tullensi ecclesiæ ablatum fuerat per Lotharium regem, eidemque redditum tempore Drogonis episcopi per Carolum Simplicem. Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 678 *observat, Bodonis monasterium in Vosagi saltu situm, & feminarum fuisse; sed deinde* translatum ad proximum locum, qui S. Salvatoris dicitur, Ordinis canonicorum Regularium.

E

hh *Imò anno quadragesimo primo sui episcopatus, & anno æræ Christianæ* 962, *ut probatum est in Commentario num.* 67. *Apud Calmetum legitur*, quadragesimo.

DE S. JOANNE LAUDENSI

EX PRIORE FONTIS AVELLANÆ EPISCOPO EUGUBINO.

IN UMBRIA

C. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

C

§ I. Locus episcopatûs & cultûs: Vitæ Mss. edendæ: scriptores neoterici Vitæ & Translationis.

F

ANNO MCVI. *Eugubii, ubi Sanctus episcopus fuit, notitia.*

Eugubium (incolis Gubbio*) Umbriæ civitas ad radices montis Apennini, aut alterius ex eo orti, condita est non procul à veteris Inguvii seu Ingenii ruinis, ex quibus secundum communiorem sententiam, in satis splendidam civitatem excrevit. Post varias fortunæ vicissitudines ducatui Urbinati addita est, cum eoque tandem Ecclesiasticæ ditioni accessit. Episcopalis ejus cathedra, cujus primordia ad Constantini Magni tempora referunt, soli summo Pontifici multis seculis subjecta fuit; donec eam Pius IV PP. anno* 1563 *Urbinati archiepiscopatui subjecerit, teste Ughello tom.* 1 *Italiæ sacræ, col.* 633 *novissimæ editionis: atque hinc factum ait, ut Urbinatis metropolis suffraganea ab aliquibus suo tempore censeretur. Verum ea Pii IV Bulla, quam ipse Pontifex aliquanto suspenderat, non obstitit, quò minùs Eugubini episcopi in appellationibus ceteriisque omnibus solum Romanum Pontificem agnoscerent ac venerarentur, ut pristinum illud jus suum tuerentur, quemadmodum apud laudatum Ughellum videre est, qui etiam episcopatum illum inter ecclesias sanctæ Romanæ Sedi immediatè subjectas recenset. Controversiam hanc tandem diremit Benedictus XIII PP. Constitutione data* X *Kalendas Junii anni* 1725, *quâ Eugubinam ecclesiam Urbinati metropoli subjectam ac suffraganeam esse definivit; ut ostendit Franciscus Orlendius Orbis sacri & profani parte* 2, *lib.* 3, *cap.* XI, *ubi laudatam Constitutionem recitat. Porrò inter episcopos, qui Eugubinam cathedram ante prædictam subjectionem tenuerunt, hodie memorandus venit* S. Joannes, *patriâ Laudensis, professione eremita in monasterio S. Crucis Fontis Avellanæ, ex quo ad episcopatum evectus est.*

2 *Ughellus tom.* 1 *Italiæ sacræ, col.* 636 *scribit, hujus sancti Antistitis Vitam à Joanne Cardinale*

A *Vitam, à Joanne Cardinale ſcriptam, non habemus,*

dinale conſcriptam eſſe. Significat autem Joannem Cardinalem presbyterum S. Anaſtaſiæ, qui, prout ex anonymo Sancti biographo ſynchrono habemus, ut legatus Pontificius in Umbria Eugubino clero præerat, cùm Joannes *noſter epiſcopus electus eſt. Ludovicus Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ non Vitam modò, ſed & Proceſſum de miraculis ejuſdem ab eo confectum aſſerit.* Joannes Eugubinus, *inquit*, ab Urbano II Pont. Max. anno MXCVI in S. R. E. purpuratos Patres adſcriptus fuit titulo S. Anaſtaſiæ, & anno MCV à P. Paſquale II Peruſiæ & Umbriæ legatus, S. Joannem à Laude epiſcopum Eugubinum conſecravit & poſt ejus obitum anno MCIX edixit Proceſſum ſuper vita & miraculis dicti S. Joannis, & ſcripſit ſummarium Vitæ ipſius ſancti Epiſcopi. *Addit ſe ea hauſiſſe* ex Lectionario ant. Ms. in conv. S. Franciſci Gualden. in Vita d. S. Joannis Lauden. & è Defendente Lauden. in Vita d. S. Joannis. *Idem Jacobillus in Vitis Sanctorum Umbriæ tom.* 2, *ad diem* VII *Septembris, geſta Sancti ſcribens, ſic ait Italicè:* Dictus Joannes Cardinalis legatus, juſſu ejuſdem Pontificis Paſchalis, confecit Proceſſum & ſcripſit Vitam ipſius. *Similia leguntur apud Philippum Ferrarium in utroque Catalogo, alioſque, quos ſupervacaneum foret enumerare.*

B

Sed duas alias: unam à Sancti ſodali concinnatam,

3 *Papebrochius noſter tom.* 3 *Maii, in Actis S. Ubaldi ejuſdem ſedis epiſcopi, pag.* 630 *de Vita illa ſic loquitur:* Vitam verò compoſitam à Joanne Cardinali, eodem ſcilicet, qui epiſcopum faciendum curârat, ab Ughello laudatam, apud Jacobillum à nobis viſam, optamus nanciſci; licèt habeamus aliquod ejus compendium, conſcriptum ab anonymo monacho S. Crucis Fontis-Avellanæ. *Huic Papebrochii deſiderio nondum ſatisfactum eſt, ſi tamen potuit ſatisfieri. Nulla enim ſub eo nomine in Muſeo noſtro exſtat Vita: ſed duas alias habemus, & alteram quidem alterius quoddam compendium, quarum tamen neutram Joanni Cardinali poſſumus adſcribere. Quæ ex his prolixior eſt & antiquior, eam Româ nobis tranſmiſit P. Ignatius Pinius è Societate noſtra, acceptam à R. P. domno Mauro Sarti. In fine hujus apographi ſequens additur notitia:* Hîc deſinit fragmentum codicis membranacei optimæ notæ, quod reſiduum eſt antiquiſſimi Paſſionarii, ut tum appellabant, magnæ quondam molis, quod ad uſum alicujus eccleſiæ, & fortè cathedralis Eugubinæ fuiſſe putatur. Sunt in hoc fragmento, quod unico quaternione, octo nimirum foliis majoribus conſtat, magna pars Vitæ ſeu Paſſionis S. Clementis Papæ, Paſſio S. Saturnini, Paſſio SS. Mariani & Jacobi, quibus ſuccedit ſuperior Vita S. Joannis Laudenſis. Folia ejus libri ad eum uſque locum fuerant numero CCXCII, quemadmodùm ex numeris ſingulo folio adjectis intelligitur: quæ quidem numerorum adjectio recentiori manu facta eſt & vividiori atramento, & quidem notis Arabicis, quales erant, cùm primùm in Europa uſurpari cœperunt, admodùm informes & rudes. Codicis tamen ſcriptio multò eſt vetuſtior atque ad ipſius S. Joannis Laudenſis ætatem accedere videtur. Adſervatur hoc fragmentum in archivio Armanni, quod in publicam Eugubii bibliothecam illatum eſt non multos ante annos; ejuſque inſpiciendi atque exſcribendi copia mihi facta eſt ab humaniſſimo viro Guidone Ubaldo Angelino, ejus bibliothecæ cuſtode. *Hucuſque apographi noſtri ſcriptor, circa quæ pauca notanda ſunt.*

C

4 *Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ poſt inſigne elogium Vincentii Armanni, quem* vetuſtatis reſtauratorem *vocat, poſtque enumerata ejuſdem opera tam edita quàm inedita, de Armanni archivio ſic ſcribit:* Ad quæ (*opera*) cuſtodienda conſtruitur modò (*vivente etiam Armanno*) archivium in palatio Com. Eugubii ſub nomine Archivii Armanni. *Ex hoc itaque archivio apographum noſtrum depromptum eſt. De vetuſtate codicis, quem non vidi, judicare nequeo; cyfræ verò Arabicæ, quæ ſingulis codicis foliis adſcriptæ dicuntur, ejuſdem antiquitati obeſſe non poſſunt; nam licèt earum uſus circa medium ſeculi* XIII *in Europam primùm invectus ſit, ut oſtendit Papebrochius noſter in Tractatu præliminari tomi* III *Maii pag.* LV *& ſeqq., licèt, inquam, earum uſus tum primùm invectus ſit, ſi tamen ea rudi ſuâ figurâ ad illud tempus accedant & nihilominus recentiori manu ac atramento vividiori adjectæ ſint, liquet eas ad confirmandam potiùs, quàm infirmandam præfati mutili codicis ætatem facere.*

AUCTORE C. S. *cujus antiquitas & fides*

5 *Multò minùs obſtat prædictis Vitæ auctor: etenim quamvis ille anonymus ſit, ſe tamen ſynchronum Sancto fuiſſe, imò in eodem monaſterio cohabitâſſe manifeſtat. Audi ipſum in Vita edenda num.* 13 *de rigida Sancti à cibis abſtinentia loquentem:* Cùm, *inquit*, conſuetudo hîc (*in monaſterio S. Crucis Fontis Avellanæ*) Fratribus ſit in utriuſque principio Quadrageſimæ in pane tantùm & aqua triduum continuare, conſueverat ille nullum niſi ultima tridui die humanum cibum contingere. Quod ego, non alio mihi narrante, didici, ſed ipſe cum eodem una in cellula exiguo ſeparatus interſtitio deprehendi: verùm cùm hoc quoque, ſicut multa virtutum ſuarum conſueverat, vellet abſcondere, exploranti mihi non valuit occultare. *Rurſum num.* 14 Memini, *ait*, eum in ipſo prope Caniculares dies caumate ſe incarcerâſſe. *Et num.* 27 *apertè indicat, ſe ſub ejuſdem Sancti diſciplina in prædicto monaſterio vixiſſe; quippe agens de ipſius conſtantia in inſtituti rigore retinendo, ſic ſcribit:* Cùm enim de eremiticæ regulæ auſteritate die quadam ſermocinaremur, eamque debilibus ægriſque Fratribus condeſcendendo temperandam aliquatenus cauſaremur; . . . ille etſi languidus, etſi cunctis penè nobis eſſet debilior, ejuſque aſſenſus ad id credendus eſſet facilior; cùm multis, inquit, peccatis graver, hoc utique ſuperonerari non patiar.

oſtenditur

E

F

6 *Ex dictis ſatis ſuperque liquet, biographum hunc cum* S. Joanne *in monaſterio Fontis Avellanæ habitâſſe, ejuſdemque fuiſſe diſcipulum. Duo tamen ſunt, quæ huic ſententiæ utcumque poſſent opponi. Primum eſt, quòd num.* 21 *dicat:* Adhuc namque ſuperſunt, qui meminerunt, eum cùm ad agrarias viſendum cellas exiiſſet, abſque monachico ad eremum colobio remeâſſe: *ex quo loquendi modo biographus utcumque videri poſſet cum Sancto non habitâſſe. Verùm ea formido penitus evaneſcet, ſi conſideremus, illum ita ſcribere potuiſſe, vel quòd ipſe à monaſterio tum aberat, cùm Sanctus ita remearet, vel ut alios tum etiam ſuperſtites dictorum ſuorum teſtes invocaret. Alterum plus difficultatis habet: ſed illud num.* 8 *& ſeqq. aptiùs diſcutiemus.*

& probatur.

7 *Non ita diu poſt beatum Sancti obitum hanc Vitam conſcriptam eſſe, ex ea ipſa eruimus. Prologum ſuum ita auctor orditur:* Diu jam eſt, quod ſanctæ Eugubinæ eccleſiæ filii parvitatem

Tempus ſcriptæ Vitæ

AUCTORE C. S. meam non ceſſatis pulſare, ut de noſtri vita Antiſtitis jam in Domino morientis, ſancti ſcilicet Laudenſis Joannis, aliquid vobis aggrediar ſcribere: nec putatis de eo ſilendum linguâ, per quem divina vobis coruſcare narratis miracula. *Et circa finem:* Veſtris, dominorumque meorum, ſervorum ſcilicet Dei, cum quibus cohabito, juſſibus, poſtremò domini Joannis Apoſtolici legati, religioſiſſimi per omnia viri, ejuſdem in epiſcopatu ſucceſſoris imperiis, cùm non audeam reſiſtere, ecce quaſi balbutiens incipio obedire. *Denique circa Vitæ calcem de Sancto ait:* Jam ille, ut confidimus, potiori fui parte triumphat in regno. *Ex hiſce, inquam, eruimus, laudatam Vitam non diu à Sancti morte ſcriptam fuiſſe: nam primò id innuere videntur illæ voces* de noſtri vita Antiſtitis jam in Domino morientis. *Secundò Joannes ille legatus Apoſtolicus non alius eſt ab eo, qui anno* 1105 *clero præfuerat, cùm Sanctus ad Eugubinam cathedram evectus eſt, quam ne integro quidem anno tenuit. Tertiò denique ex iiſdem verbis colligitur, Sancti cultum nondum ſtabilitum fuiſſe, cùm Vita ſcriberetur; tum quòd nullam de eo mentionem biographus faciat, tum quòd de ejuſdem gloria utcumque dubiè loquatur, dum ait:* Jam ille, ut confidimus, potiori ſui parte

B triumphat in regno. *Inchoatum tamen cultum fuiſſe, inſinuare videtur, dum eam* Sanctum *vocat, & coruſcare miraculis ex Eugubinorum narratione refert.*

8 *Verùm verba mox recitata difficultatem contra ætatem auctoritatemque biographi pariunt non contemnendam. Ait hic, Joannem legatum Apoſtolicum, cujus juſſu Vitam ſcripſit,* S. Joannis *noſtri in epiſcopatum ſucceſſorem fuiſſe: at Ughellus Stephanum Sancto ſucceſſiſſe, Stephano autem S. Ubaldum & huic denique alios ſtatuit, prætermiſſo Joanne Cardinale. Similiter Jacobillus in Catalogo Scriptorum Umbriæ de eodem Joanne agens, ipſius epiſcopatûs minimè meminit. Hinc biographi auctoritas ſuprà ſtabilita in dubium vocari poſſet: neque enim fieri potuit, ut is in hoc capite falleretur, ſi eo loco, eoque tempore vixerit, & ex illius Joannis mandato Vitam illam elucubraverit, ut ſuprà diximus.*

C *At mihi Ughelli ac Jacobilli ſilentium tanti non eſt, ut biographi auctoritatem, quam per totum Vitæ decurſum ipſemet ſincero ſtylo ſartam tectam ſervat, propterea ſuſpectam habeam: imò potiùs crediderim, Joannem hunc inter Sanctum, de quo modò agimus, & Stephanum Eugubii ſedisſe, licèt id laudati ſcriptores ignoraverint. Nec mirum eſt, id eos ignorâſſe, cùm Ughellus de Stephano, quem* S. Joannem *Laudenſem inter & S. Ubaldum ſtatuit, præter nomen nihil noverit, licèt ipſi quatuor & viginti annos epiſcopatûs aſſignet. Undè liquet, laudatum Ughellum nulla iſtius temporis monumenta habuiſſe, adeoque nil mirum eſſe, ſi illius diligentiam aliquis epiſcopus effugerit.*

Prædictis non obſtat Joannis Cardinalis

9 *Porrò ſi omnia quæ de Joanne Cardinale referuntur, rectè perpendere velimus, nihil in his deprehendemus, quod à biographi auctoritate nos cogat diſcedere. Certè Joannis patria, dignitas & munus, quo fungebatur, non parum favent, ut ad illum epiſcopatum evectus credatur: erat enim Eugubinus, Cardinalis S. Anaſtaſiæ & tum temporis Apoſtolicus Peruſiæ & Umbriæ legatus, teſte Jacobillo in laudata Bibliotheca: quare non difficulter credi poteſt, eum ab Eugubino clero in antiſtitem ſuum electum fuiſſe. Secundò idem Jacobillus tam loco citato, quàm in Vita Sancti, aliique Sanctorum Umbriæ ſcriptores, dicunt, laudatum Joannem Proceſſum de vita & miraculis ſancti Antiſtitis inſtituiſſe. Jacobillum audiamus:* Anno MCIX edixit proceſſum ſuper vita & miraculis dicti S. Joannis: *cùm autem ſimile examen ad epiſcopum ſpectet, non incongrua de Eugubino ejuſdem epiſcopatu oritur conjectura: niſi quis velit, tum nullum Eugubii epiſcopum fuiſſe, quod eſt contra Ughellum, qui Stephanum anno* 1106 *in Sancti locum ſuffectum ſcribit.*

Eugubinus epiſcopatus

10 *Denique ſpatium illud viginti duorum, qui in priore Ughelli editione, vel viginti quatuor annorum, qui in poſteriore Stephani epiſcopatui aſſignantur, ſufficiens eſt, ut inter* S. Joannem *Laudenſem ac Stephanum ſediſſe potuerit Joannes Cardinalis, de cujus geſtis præter jam dicta nihil reperio, uti etiam præter nomen nihil de Stephano reperit Ughellus. Quodſi tamen quis nolit Joanni Cardinali inter Eugubinos præſules locum concedere, non propterea biographi auctoritas apud me vacillabit: potuit enim Joannes ab Eugubinis epiſcopus electus fuiſſe, at non confirmatus à Pontifice, indéque factum eſſe, ut inter iſtius ſedis epiſcopos meritò non recenſeretur. Potuit etiam tamquam legatus Apoſtolicus, vacantis cathedræ, qua Apoſtolicæ Sedi immediatè ſubjecta erat, curam gerere, atque ita quamvis minùs propriè Sancti in epiſcopatu ſucceſſor dici. Atque hæc de biographi auctoritate ſufficiant. Ceterùm tota Vita ſincerè conſcripta eſt, ſed allegoriis ex ſacra Scriptura mutuatis ferè ubique exornata, nimiùm turget: nihil tamen omnino continet, quod quoquo modo aut fabulam ſapiat, aut à veriſimilitudine abhorreat, aut jam ſtabilitam ſcriptoris auctoritatem dubiam reddere poſſit.* ab auctore aſſertus.

Non videtur Cardinalis aliam Vitam ſcripſiſſe.

11 *An verò hæc eadem ſit cum illa, quam ſæpe laudatus Cardinalis ſcripſiſſe dicitur, certò aſſerere non auſim: ſuſpicio tamen aliqua eſſe poteſt: nam cùm anonymus ille aſſerat, ſe eam ejuſdem Cardinalis juſſu elucubrâſſe, fieri potuit, ut ea ipſa per errorem Cardinali adſcriberetur. Verùmtamen hæc ſuſpicio omnino incerta eſt; potuit enim ipſe Cardinalis aliam Vitam conſcribere, vel, quod mihi veriſimilius apparet, anonymi fœtum, allegoricis phraſibus nimis luxuriantem, ſimpliciori ſtylo coërcere: idque eò fit veriſimilius, quòd Jacobillus aliique ſcribant, Proceſſum canonizationis ex mandato Paſchalis II à prædicto Cardinale formatum fuiſſe. Sed cùm hoc ipſum omninò dubium ſit, ut* § IV *videbimus, non poteſt non mihi pariter dubium eſſe, an ulla umquam exſtiterit Vita, per laudatum Cardinalem concinnata: atque in ea opinione eò magis confirmor, quòd illa non videatur reperiri in archivio Eugubino Armanni, qui tamen patriæ ſuæ monumenta perquam ſolicitè collegiſſe ſcitur. Etenim ſi in eo reperta fuiſſet, R. P. Maurus Sarti illam præ quavis alia nobis procurâſſet, cùm eam unicè expetierit Papebrochius, ut ſuprà oſtenſum eſt. Utut eſt, mihi hæc Vita præ qualibet alia placet, cùm illius auctor Sancti ſodalis fuerit & diſcipulus, atque adeo meliùs quàm Cardinalis de rebus ſaltem in Vita anochoretica à Sancto geſtis debuit fuiſſe inſtructus. Adde, quòd ſcriptores, qui Cardinalis lucubrationem laudant, aut pauca aut nihil referant, quæ in anonymi noſtri Opuſculo*

A *ſculo non reperiantur, ut apparebit ex Annotatis ad Vitam, ad quæ tranſlaturi ſumus, ſi quid tale repererimus.*

Vita alia etiam edenda.

12 *Altera vita pariter Ms. auctorem habet itidem anonymum, S. Crucis Fontis Avellanæ monachum, ut in apographi fronte notatur; eſtque ea ipſa, quam ſuprà num.* 3 *Papebrochius appellavit compendium Vitæ per Joannem Cardinalem conſcriptæ, quamquam haud ſciam, an rectè. Quo tempore hic ſcripſerit, ex ejuſdem verbis colligere non licet: nuſquam tamen ſe Sancto contemporaneum fuiſſe inſinuat; imò verò eum ab illius temporibus ſatis remotum fuiſſe, liquet tum ex ſcribendi modo, tum vel maximè ex eo, quòd* S. Joannem *B. Petro Damiano in S. Crucis eremi regimen immediatè ſucceſſiſſe dicat, quod verum non eſt, ut à num.* 28 *oſtendemus. Ceterùm eadem ferè, quæ alter anonymus, quem præ oculis habere potuit, præter pauca enarrat. Hanc Vitam ſecundo loco edam, tum ne quid ſtudioſus lector deſideret, tum quia ſimpliciori quàm prior ſtylo concinnata eſt, nec contemnenda videtur. Interim obſervâſſe juverit, neque hanc Joanni Cardinali ſatis veriſimiliter adſcribi poſſe, cùm ab ejuſdem auctore Joannes Cardinalis appelletur* vir per omnia reverendus & timens Deum, *quod parùm modeſtè ab illo ipſo dictum fuiſſet.*

B

Vitæ excuſæ,

13 *Hucuſque de Mss. egimus: reſtat ut pauca de excuſis dicamus. Primus, quem Sancti Vitam typis vulgâſſe reperi, fuit Silvanus Razzius abbas Camaldulenſis, in Vitis Sanctorum ac Beatorum ſui Ordinis & aliquorum ex eremo S. Crucis Fontis Avellanæ, Italicè excuſis Florentiæ anno* 1600. *Uſus is eſt Actis recentioribus, quæ ſecundo loco edenda diximus, eaque, ut ipſe præmonet, nonnihil contraxit & in Italicum vertit idioma. Eodem ſermone illam edidit Ludovicus Jacobillus tom.* 2 *de Sanctis Umbriæ ad diem* VII *Septembris, in margine inter cetera laudans* Lectionarium antiquum Ms. in conventu S. Franciſci Gualdenſi fol. 75; Vitam antiquam Ms. Eugubii; Joannem Cardinalem ad PP. Paſchalem de Actis hujus S. Joannis; Lectionarium & Chronicon in dicto Conventu Gualdenſi, *&c. Sed & huic recentiora Acta præcipuè præluxiſſe, quivis facilè perſpiciet, qui utraque conferre voluerit. Denique laudatus Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ inter edita Opera Vincentii Armanni recenſet Tranſlationem corporis* S. Joannis *Laudenſis cum compendio Vitæ ejuſdem: ſæpe etiam ab ipſo Vita Sancti per Armannum conſcripta laudatur, quam mihi videre non licuit.*

C

& corporis Tranſlatio per Armannum edita

14 *De Armanno hoc inſigne elogium texit idem Jacobillus in laudata bibliotheca:* Vincentius Armannus, Eugubinus J. U. D. ac in hiſtoria, Poëtica, Rhetorica, Philoſophica & in aliis ſcientiis eruditiſſimus, plurimarum linguarum callet notitiam. Vetuſtatis reſtaurator, litterarum præſes, litteratis omnibus ſui temporis charus . . . vivit adhuc (*poſt medium ſeculi* XVII) & quidquid in oculorum lumine ei deeſt, in ingenio & intellectu abundat. Eſt alter novus Tireſias Tebanus, qui tantùm cognovit res cæleſtes, quantùm natura in hac prava privatione lucis abſtulit ab eo terrenas. Princeps evigilat Academiæ ſuæ patriæ, cujus eſt decor & lux. Plura ſcripſit, multa edidit *&c. Deinde ingentem Opuſculorum partim editorum, partim ineditorum catervam recenſet. Is ipſe eſt Armannus, è cujus archivio apographum noſtrum, primo loco edendum, depromptum diximus. Porrò Tranſlationem illam, quam ipſe anno* 1648, *quo contigit, Italicè edidit Peruſii, in compendium contractam huic Commentario inſeram. Etenim cùm auctor hinc inde aut juſto prolixior ſit, aut ea adjuncta ſtudioſiùs exponat, quæ ſcire lectorum nil intereſt, ea præcidenda cenſui, reliquaque compendio tradenda, niſi ubi operæ pretium videbitur ſcriptoris verba Latinè reddere. Dum autem Jacobillus ſuprà ait, compendium Vitæ ſimul cum Tranſlatione corporis ab Armanno editum fuiſſe, intelligendus eſt de variis Sancti virtutibus geſtiſque, quæ tranſlationis tempore in variis arcubus, ut ajunt, triumphalibus ſymbolicè expreſſa, Armannus expoſuit. Denique Tranſlationi idem ſcriptor ſubnectit quædam beneficia eo tempore impetrata, quæ ego totidem ſententiis, quantum Latina phraſes patientur, ex Italico ſubjiciam. Ceterùm cæcus jam erat Armannus, quando hoc Opuſculum concinnavit, prout tam in præfatione, quàm in epilogo teſtatur.*

AUCTORE C. S.

E

§ II. Sancti patria & natales · monaſtica vita ſuſcepta ſub B. Petro Damiano in eremo Fontis Avellanæ.

Natus in veteri Laude Pompeia

UTraque Vita Ms. *& poſt eam neoterici ſcriptores omnes ſanctum Antiſtitem noſtrum à patria ſua* Laudenſem *vocant. Fuit autem Laus Pompeia pervetus ac nobilis Inſubriæ civitas ad Lambrum amnem Ticinum versùs à Boiis primùm condita, ait Orlendius Orbis ſacri & profani parte* 2, *tom.* 1, *laudans Plinium lib.* 3, *cap.* 17 *dicentem:* Boii trans Alpes profecti Laudem Pompeiam condidêre. *Pompeiæ verò cognomentum urbi adjectum Panvinus apud laudatum Orlendium putat, quòd Cneus Strabo Pompeius, Magni Pompeii parens, Romanam coloniam eò deduxerit. Perantiquo floruit epiſcopatu, cui S. Julianum ſub initium ſeculi* IV *præfuiſſe ſcribit Ughellus, additque eam tertium iſtius ſedis fuiſſe, licèt aliorum nomina exciderint. Exciſa eſt hæc civitas à Mediolanenſibus anno* 1119: *deinde ex ejuſdem ruinis novam urbem tribus à vetere milliaribus ad fluvium Adduam excitavit Fredericus Barbaroſſa, quæ antiquum vocabulum mutuata, ab incolis* Lodi *appellatur. Porrò vetus Lauda ſeu Laus Pompeia nunc frequens dumtaxat pagus eſt, qui ad novæ urbis diſtinctionem linguâ vernaculâ* Lodi vecchio, *ſive* vetus Lauda *nuncupatur. In hac, non in illa, natus eſt Sanctus noſter, qui ſuæ patriæ ruinam* 15 *circiter annis beata morte prævertit, ut ex dicendis patebit.*

F

anno 1026 *vel ſequenti,*

16 *Annum* 1026 *vel proximè ſecutum ipſi natalem fuiſſe, diſcimus ex veteri inſcriptione ſepulcrali, quæ eum anno ætatis ſuæ* 80, *Chriſti verò* 1106 *obiiſſe ſignat. Idem annus pro emortuali notatur in Vita ſecunda, ſed nec in hac, nec in prima Vita ejuſdem ætas traditur; utrobique tamen ad ſenium dicitur pertigiſſe. De parentibus ſilet antiquior biographus, ſed alter eos nobiles facit.* Beatus, *inquit*, Joannes, ſacerdos electus Dei altiſſimi, Eugubinæ civitatis epiſcopus, civitate Laudenſi in Lombardia ex nobilibus parentibus & verè Catholicis natus

AUCTORE C. S. fuit. *Idem asserunt neoterici scriptores, quos suprà recensuimus, nixi, opinor, hujus biographi testimonio; nisi fortè Joannes Cardinalis revera aliquam aliam Sancti Vitam, ab ipsis visam concinnaverit. Ego verò illustres* S. Joannis *natales non nego: quamvis enim antiquior anonymus hac de re fileat, nihil tamen enarrat, quod refragetur: imò liberalis Sancti educatio eum saltem non infimæ fortunæ fuisse insinuat: deinde scriptor ille ejusdem virtutibus describendis unicè intentus, alia etiam majoris momenti prætermisit, ut per decursum observabimus.*

post litterarum studia & piam adolescentiam fit eremita

17 *Uterque biographus, postquam* S. Joannem *ab humaniorum litterarum studio, piâ adolescentiâ, austera in seculo vivendi ratione, & eximia erga miseros charitate commendavit, subdit, eum in eremo Fontis Avellanæ monasticam vitam amplexum fuisse sub B. Petro Damiano, tum istius loci moderatore, quem Priorem appellabant. De hac eremo, quæ quatuordecim millia passuum ab Eugubina civitate distat, quæque etiam monasterium S. Crucis dicta fuit, satis prolixè jam scripsit Henschenius noster in Vita ejusdem B. Petri tom.* III *Februarii, pag.* 406 *& seqq., ubi etiam de instituto & Regula à prædicto Beato præscripta & explicata meminit: quapropter ne acta agam, studiosum lectorem eò remitto. Tempus, ad quod istius religiosæ vitæ exordia referenda sunt, nonnihil difficultatis habet ex antiquioris biographi verbis collatis cum veteri epitaphio, de quo suprà meminimus. Quippe laudatus biographus apud nos num.* 6 *ait:* Postquam ephebi tempora transegisset, ... mox contendit ad eremum, sacrumque monasticæ professionis arripuit indumentum. *Numero autem* 13 *scribit, eumdem* per totos circitèr quadraginta annos *in eadem eremo habitâsse, in episcopatu verò integrum consecrationis annum non transegisse, tradit num.* 33. *At verò in epitaphio obiisse dicitur anno ætatis suæ octogesimo: cui numero si quadraginta vitæ eremiticæ annos, unumque episcopatûs detraxeris, restabunt triginta novem circitèr, quos numerare debuit, cùm ad Fontem Avellanæ accederet, adeoque non modò ephebi tempora tum transegerat, sed ad virilem jam dudum pertigerat ætatem.*

B

C

in eremo Fontis Avellanæ

18 *Ut hanc utriusque instrumenti apparentem discrepantiam conciliem, existimo, biographum priori loco minùs propriè locutum fuisse, phrasique illa* (postquam ephebi tempora transegisset) *virilem ætatem designare voluisse. Huic opinioni meæ favet ipse biographus, dum eodem numero nihil de tenera Sancti ætate, nihil de adolescentia causatus, ait:* Asperitatem (*vitæ eremiticæ*) hominem macilentum tamque exanguem posse tolerare, plerique eremitarum cœpêre diffidere; cùm multos eatenus & vegetos & corpulentos incassum id meminissent expertos. *Sanè si Joannes tum primùm ex ephebis excessisset,* adolescentem *eum potiùs quàm* hominem *appellaturus fuisset, dum ejusdem vires eremiticis institutis ex aliorum judicio impares studuit ostendere. Deinde quæ idem biographus num.* 5 *tradit de austera vita apud quamdam ecclesiam Laude Pompeia ducta, deque ministerio pauperculis ægris exhibito, maturiorem ætatem sapiunt, præsertim si ipse, ut in secunda Vita legitur,* facultatibus suis *eorumdem inopiam sublevaverit. Denique si verba biographi rigorosè explicemus, dicendus erit Sanctus annum* 55 *vitæ non multùm excessisse dum ad castos migravit, quod ejusdem scriptoris verbis non convenit, qui eum ante susceptum episcopatum* D ætate gravem & in senium declinante, & effœto viribus corpusculo *fuisse testatur. Non longè igitur à vero aberrabimus, si dixerimus,* S. Joannem *triginta circitèr annos natum eremiticam vitam amplexum fuisse, & hujus propterea initium ad annum Christi* 1055 *retulerimus: ex quinquaginta autem, qui ejusdem vitæ supersunt, annis novem circitèr B. Petro Damiano adhærens, succisivis temporibus extra eremum potuit transegisse, ac ultimum in episcopatu, ut infrà videbimus. Neque mirum videri debet, quòd annos, quibus Sanctus cum B. Petro Damiano extra eremum versari potuit, ab illis quadraginta separandos putem: nam objecto loco agit biographus de rigida Viri abstinentia in eremo observata, quam in variis legationibus aliisque negotiis cum B. Petro peractis non ita potuit servare.*

sub B. Petro Damiano;

19 *Præerat tum isti eremo B. Petrus Damianus, teste utroque biographo; sed horum recentior corrigendus est, dum geminum ejusdem beati in prædictam eremum secessum confundens, sic scribit:* Petrus cùm esset S. R. E. Cardinalis & E legatus fuisset transmissus à domino Papa & circuiret per comitatum & episcopatum Eugubinum ...; cùm de perfectione Fratrum pauperum Fontis Avellanæ admiranda dicta & opera percepisset, eorum colloquio & angelica conversatione attractus, Cardinalatûs gloriam deseruit, & cum licentia domini Papæ in heremo Fontis Avellanæ se reclusit ... Vir autem Dei Joannes, tanti viri famâ compertâ, ejus exemplo animatus confugit ad ipsum *&c. Hucusque anonymus, cujus errorem ut corrigam, pauca observanda sunt ex laudatis B. Petri Actis. B. Petrus Damianus nulla usque tum ecclesiastica dignitate conspicuus, cum de monastica vita amplectenda deliberaret, in duos Fontis Avellanæ eremitas incidit; quorum colloquio, religiosâque in respuendo oblato dono modestiâ vehementer accensus, eremiticam vitam in eodem monasterio paulò pòst capessivit. Atque hic fuit primus B. Petri ad eam eremum secessus, quam ante annum* 1044 *Prior creatus sanctissimè rexit & locupletavit, usque ad annum* 1058, F *quo à Stephano X. PP., quem alii* IX *appellant, compulsus est Ostiensem episcopatum & sacram purpuram suscipere, additâ etiam curâ episcopatûs Eugubini administrandi. Deinde post res varias pro Ecclesia Dei strenuè feliciterque gestas, ab Alexandro II, qui anno* 1061 *electus est Pontifex, impetravit, ut ad suam eremum regredi liceret, cujus tamen sacra solitudine non ita frui ei licuit, quin & aliquoties Pontifici adesse & variis fungi legationibus debuerit; quæ omnia lector prolixiùs tractata reperiet in Commentario laudatis Actis prævio. Liquet autem, utrumque hunc secessum à recentiore biographo perperam confusum fuisse.*

qui salutaria ad e

20 *Inter epistolas prædicti beati Cardinalis episcopi Ostiensis, quas Constantinus Caietanus anno* 1606 *Romæ edidit, exstat lib.* 6, epistola XI *ad* S. Joannem *nostrum, tum nuper eremitis adscriptum, quâ beatus magister Discipulum suum ad agendam de admissis noxis pœnitentiam excitat simul & salutaria contra ingruentes tentationes monita præscribit. Lubet aliqua huc transferre:* Dilectissimo fratri Joanni jam non Laudensi, ideóque laudabili viro, Petrus peccator monachus paternæ dilectionis affectum.

Con-

A Contempſiſti nuper, fili, Pharaonem & ſuperbi regis ac opprimentis Ægypti ſimul abominatus es ſervitutem: neceſſe eſt ergo nunc, ut gradiens per deſertum, multa tentationum genera ſubeas, ſitis ac famis inopiam perferas, & ſic per ærumnoſa pericula, diverſæque calamitatis anguſtias ad terram repromiſſionis attingas. Oportet ergo te ad montem Sinaï cum Hebraico populo feſtinare, & illic divinæ legis mandata percipere, ut his tamquam telis ac loricâ munitus & inſurgentium hoſtium jacula reſpuas, & ingruentibus quibuſlibet adverſitatum caſibus non ſuccumbas. *Deinde ſubdit, Legem quinquageſimo ab egreſſu ex Ægypto die Iſraëlitis datam fuiſſe, quinquageſimum autem numerum pœnitentiæ eſſe dedicatum; tum ſic proſequitur:* Ut ergo dignus ſis divinæ legis edicta ſuſcipere, te per pœnitentiam corrige, præteriti reatûs nequitiam confitere; & ſic intra pœnitentiæ numerum currens, ex confeſſione peccati pervenies ad montem Dei.

monita 21 *Poſt hæc peccatis enormioribus præcipuéque cavendis, quæ decem Ægyptiorum plagis*
B *allegoricè ſignificata ait, decem præcepta Decalogi velut totidem antidota opponit, ac tandem in hunc modum concludit:* Hæc ſunt, fili chariſſime, divinæ legis edicta, ab his omnia Scripturæ ſacræ prodeunt inſtrumenta, his omnibus ſanctæ Religionis innititur diſciplina. Hæc certè fluentium vulnerum vincula, hæc ſalubris eſt animarum languentium medicina: his omnes plagas, quas in Ægypto pertulimus, immò cunctos interiorum ægritudinum morbos, quos in planitie ſæcularis vitæ concepimus, apud montem Sinaï, hoc eſt, in ſublimitate ſacri propoſiti curare debemus. In his itaque ſemper eſto, hæc ſedulus meditare, &, ut ita loquar, hæc pigmenta vel ſpecies in ptiſanario mentis tuæ jugiter tere. Ex hac igitur aromatum cella non exeas; ſed hîc omnes animæ tuæ latebras curioſiùs inſpice, cuncta viſcerum tuorum arcana ſcrutare; medicamenta vulneribus, prout cuique apta perſpexeris, adhibe, & incolumitatem poſtquam ſemel adeptus fueris, pervigili ſatage ſolertiâ cuſtodire. Nam pejor eſt recidiva, quàm febris, & ſicut medici perhibent, diæta non eſt minùs obſervanda, quàm cura: videlicet ut a-
C limenta, quæ ſunt contraria, caveas, & quidquid noxium, quidquid acceptis antidotis probatur adverſum, tamquam virus lethale contemnas.

perſcribit. 22 Hoc eſt planè dechacordum illud Pſalterium, quod crebrâ plectri jubemur impulſione percutere, hoc eſt, ſanctis operibus quaſi tot cordas, quot ſunt mandata, criſpare. His itaque bene compoſitis, cum Moyſe montana conſcende, diſtrictioris vitæ faſtigium arripe, ut cum eo ſimul merearis audire: VADE ET DIC EIS: REVERTIMINI IN TENTORIA VESTRA: TU VERO STA HIC * ET LOQUAR TIBI OMNIA MANDATA ET CEREMONIAS ATQUE JUDICIA *. Tu quoque dans mundo repudium, cum Domino jugiter permane, & in ejus conſpectu promptus aſſiſte. Neque enim dicit: Sede hîc, vel recumbe mecum; ſed: STA HIC MECUM; ut intelligas, ipſum ſpiritale otium in laboris exercitio conſtitutum. Sta igitur in monte cum Domino, ut infœderabile bellum cum ſpiritibus nequitiæ jugiter conſeras; ut illices paſſionum carnalium petulantias non enerviter frangas. Sic itaque adversùs ingruentium vitiorum barbariem dimica, ut rebelles cum Joſue victor obtineas

* *adde* MECUM
* *Deut. 5.*

reges, ipſeque te jubeat victricibus plantis eorum calcare cervices, quatenus hoſtium manubiis opulentus & victoriarum titulis inſignitus, terram repromiſſionis triumphator attingas, immò cum veris Iſraëlitis terram viventium hæreditario ſemper munere poſſideas. *Hiſce beatus magiſter Diſcipulum ſuum, tum nuper eremi incolam, inſtituebat præceptis & monitis ſtimulabat: quibus quàm integrè ſanctèque obſecundaverit, ex ejuſdem mortalis vitæ decurſu, æternæque gloria luculenter apparet.* AUCTORE C. S.

§ III. Sacerdotium ſuſceptum: familiaritas cum B. Petro Damiano: hujus Vita per ipſum conſcripta: eruditio & cognomentum Grammatici.

E *Fit ſacerdos & individuus B. Petri Damiani*

QUanti fecerit hunc ſanctum Diſcipulum ſuum B. Petrus Damianus, colligere licet ex utroque biographo, qui eorum ſanctiſſimam familiaritatem mirè prædicat. Cognito, ergò, *inquit antiquior biographus*, ille vir tantus (*B. Petrus Damianus*) tanto eum candore divinis oculis refulgere, nefas duxit, per ſacros eum gradus non ſurſum attollere; nec putavit, eum diu foris indecorem dimitti debere, quem typicis Aaron veſtibus coopertum cognovit incedere. Quantocius igitur ſtuduit eum ad ſacerdotium provehere, ſecumque huc illucque, quà ipſe velut mundi lampas diſcurrere ſolebat, minare. In qua ſcilicet ſocietate non facile eſt dicere, quàm multum alter ex altero credendus ſit profeciſſe: meritóque has duas animas, duas illas dixerim vaccas, quæ cùm divinæ Legis arcam de terra Philiſthiim ferunt, recto Bethzames, id eſt, ad domum ſolis, itinere tendunt; remugiant licèt vituli, id eſt, quamvis reclament conſanguinitate propinqui, ſe ſciunt * tamen à Bethzames via deflectere, quibus æterni Solis ſpecioſitas micat in mente. Etſi namque eatenus in omnipotentis Dei amore jam uterque ferveret, ex contubernio tamen illo, quaſi duo Seraphim, alter ex alterius ardore putandi ſunt flammeſcere.

* *l.* ne ſciunt

F

comes. 24 *Variæ legationes, quibus B. Petrus Damianus tam ante quàm poſt ſuum ad eremum reditum, ab Alexandro II impetratum, functus eſt, videri poſſunt in ſæpe laudatis Actis ejuſdem beati: at quibus Sanctus noſter adfuerit, determinare non licet, præſertim cùm de tempore, quo eremita factus eſt, nihil certi habeamus. Si tamen conſtaret, B. Petri Vitam ab eo conſcriptam fuiſſe, videtur poſtremæ ad Ravennates legationi adfuiſſe; cùm ſcriptor ille aſſerat, ſeſe eidem Beato in reditu Faventiæ morienti adſtitiſſe: quare id modò examinandum eſt. Henſchenius noſter in Actis B. Petri Damiani Vitam, quam ibidem edidit,* S. Joanni Laudenſi *adſcribendam cenſuit: at Guido Grandus monachus Camaldulenſis in Diſſertationibus Camaldulenſibus, excuſis Lucæ anno* 1707 *Diſſertatione* 4 *in Appendice num.* XI *& tribus ſequentibus contra Laderchium contendit, ſcriptorem iſtius Vitæ fuiſſe Joannem quemdam patriâ Ravennatem. Pro utraque ſententia non leves rationes occurrunt, quas proinde hîc expendemus,*

AUCTORE C. S.

mus, & primò quidem ab Henſchenii ſententia ordiamur.

Vita B. Petri Damiani

25 *Laudatæ Vitæ præfigitur ſequens epigraphe:* Domino Liprando Priori & ceteris ſenioribus eremi Fontis Avellanæ Joannes. *Hunc autem* S. Joannem Laudenſem *eſſe, ſuadent, quæ ſcriptor ille de ſua cum B. Petro familiari conſuetudine in Prologo ait in hæc verba:* Cùm omnibus pateat, neminem geſtorum illuſtrium virorum conſcium, abſque culpæ macula ignavo ſilentio tegere; quantò magis conſtabit, non parvo me obnoxium fore delicto, qui tanto patri, licèt in extremis penè temporibus, individuus comes inhæſerim; ſi ejus mirabilia geſta ſilentio præterire, quàm divulgare maluero. Eorum igitur, quæ relaturus ſum, partem me ex ipſius ore ſuſcepiſſe memini, partem ex quodam diſcipulorum meorum, qui ejus contubernio ante me familiariùs inhæſere: quædam autem relatu cujuſdam ipſius propinqui, viri gravis & honeſti, quæ videlicet illius converſionem præceſſerant, audivi: cetera quidem propriâ præſentiâ ipſemet annotavi. *In Vita verò cap. 6 num.* 30 *Beati zelum in adminiſtrando Oſtienſi epiſcopatu commendans, ait:* Sæpenumero quoque illum novimus acribus febribus nocte confectum, mox orto ſole ingreſſum eccleſiam, Miſſarum inchoâſſe ſolennia, & uſque ſextam ferè horam edita voce in aure totius plebis protrahendo ſermonem, non parvum nobis ex ſe præbuiſſe miraculum; cùm & robuſtiorem viribus & clariorem eloquio cerneremus, quem jam penè defecturum ſuſpicabamur.

B

verisimiliùs à Sancto conscripta: hujus eruditio

26 *Rurſum cap.* XI *num.* 49 *ſic ſcribit:* Exitûs ſui horam appropinquare cognoſcens, ex templo nobis lectulo circumſtantibus nocturnum ſeu matutinale officium totum peragere juſſit... Totâ igitur peractâ ſynaxi, ſanctum poſt modicum Domino ſpiritum corporeis reddidit nexibus abſolutum: *Faventiæ ſcilicet, ubi cùm Ravennâ Romam rediret, in morbum incideras, ut præmiſit. Hæc ſanè in* S. Joannem Laudenſem *apprimè conveniunt; qui individuus B. Petro ſocius extremis penè illius vitæ temporibus adhæſit, ut ſuprà oſtenſum eſt. Deinde Sanctus noſter eâ inſtructus erat ſcribendi ſcientiâ, ut à Fontis Avellanæ ſenioribus ad id opus electus meritò credi poſſit. Etenim ſæpe laudati biographi eum litteris humanioribus ab adoleſcentia probè imbutum fuiſſe, & jam eremicolam libros exâraſſe, teſtantur.* Aut ſua (*ait ſcriptor ſynchronus*) libros manu ſcribebat, aut ab aliis ſcriptos examuſſim corrigebat, aut per diverſa mittendas epiſtolas diſtans exarabat: cujus exhortatoria verba in quoſcumque ſcintillabant, illorum ad Deum mentes mox ſurſum flammabant. *Præterea inter Opera B. Petri Damiani, editionis Romanæ tom.* 1 *lib.* 6, *exſtat epiſtola* 10 *ad Gebizonem & Theobaldum abbates, ac* S. Joannem *noſtrum, ex qua colligere licet, quanti illius eruditionem B. Petrus æſtimaverit. Cùm enim hic advertiſſet, quòd in quodam Opuſculo diem, quo S. Joannes Baptiſta conceptus eſt, malè aſſignâſſet, laudatos viros per prædictam epiſtolam de errore ſuo commonuit, unáque poſtulavit, ut quidquid in ſuis Opuſculis corrigendum cenſerent, id ſedulò emendarent.*

C

ab eadem Beato comprobata.

27 *Epiſtola hæc inſcripta eſt in hunc modum:* Sanctis abbatibus Gebizoni & Theobaldo, Joanni quoque Laudenſi, immò laudabili in Chriſto fratri, Petrus peccator ſervitutem. *Deinde correcto errore ſuo, ſic ipſe proſequitur:* Nunc itaque, dilectiſſimi, ſanctæ prudentiæ veſtræ ſtudiis hoc obedientiæ munus injungo, imò tamquam ſervus atque diſcipulus humiliter obſecro, quatenus & hanc epiſtolam ad fidem, quâ apud nos correcta eſt, redigatis, & cetera quoque noſtræ dictationis Opuſcula ſollicitè perlegentes, ſi quid reperiatur abſurdum, vel funditus amputare, vel elimatiori ſtylo digerere feſtinetis. Non enim timendum eſt, ne, ſi manus corrigentis accedat, ſcriptoris articulus decorem genuinæ venuſtatis amittat: ſed hoc potiùs adnitendum, ut dum ſtyli currentis urbanitati non parcitur, ſobrii intellectûs regula inviolabiliter conſervetur. Cùm igitur in ore duorum vel trium teſtium ſtet omne verbum; vobis tribus, quos ſpirituali pollêre prudentiâ non ignoro, hoc meditationis ſtudium mea vice delego, ut ſi quid adhuc in illis reperitur Opuſculis, quod à tramite veritatis exorbitet, per vos ad normam rectitudinis redeat, & ad plenam editionem ac legendi auctoritatem liber ille per examinationis veſtræ diligentiam convaleſcat. *Hæc B. Petrus Damianus, qua ut* S. Joannis *eruditionem commendant, ita oſtendunt, eumdem minimè ineptum fuiſſe, ut Vitam, de qua agimus, eleganti pro ſuo ſeculo ſtylo exaråſſe credatur, præſertim cùm & nomen & familiaris B. Petri uſus apprimè conveniant.*

D

E

Reſpondetur ad argumenta,

28 *Verumtamen contemnenda non ſunt argumenta, quæ in contrariam partem producit laudatus Camaldulenſis Guido Grandus, quæque propterea in compendium contracta lectori propono. Inprimis Vitam illam* S. Joanni Laudenſi *abjudicat, quòd hic B. Petro Damiano immediatè ſucceſſiſſe dicatur à biographo, quem nos ſecundo loco excudemus, ac proinde eſſe non poſſit Joannes ille, qui in Prologo teſtatur, ſe monachum eſſe ſub Liprandi Prioris obedientia conſtitutum, ejuſque & aliorum ſeniorum Fontis Avellanæ juſſu ad eam Vitam ſcribendam fuiſſe compulſum. Non diffiteor, in utroque allegato ſcriptore ita haberi, ut ait Grandus: at nihil inde certi poteſt concludi. Nam primò biographus ſynchronus immediatam iſtam ſucceſſionem dubiam facit, dum vitam Sancti privatam, quam poſt B. Petri Damiani felicem obitum duxit, toto numero* 19 *exhibet, ac deinde num.* 20 *primùm ait:* Sequenti ſiquidem tempore communi Fratrum unanimitate in Priorem eligitur *&c. Cùm verò biographus à Grando allegatus non omnino accuratus ſit, ut num.* 19 *oſtendimus, non poſſum hoc ipſius aſſertum pro certo habere.*

F

quibus Guido Grandus

29 *Sanè idem auctor non ſatis inſtructus fuit de rebus, quas ſcribebat, dum de B. Petri obitu hæc ait:* Cùm verò omnipotens Deus venerabilem Petrum remunerare de ſuis laboribus decreviſſet; cùm abſens eſſet ab eremo, & cum Fratribus moraretur ad tempus in monaſterio Faventino, vitam ejus Deus bono fine concluſit. *Non ſatis, inquam, inſtructus fuit: non enim ibidem cum Fratribus ad tempus morabatur; ſed legatione apud Ravennates feliciter perfunctus, Romamque proficiſcens,* cùm prima manſione Faventiam tenuiſſet, apud venerabile monaſterium quoddam B. Mariæ Dei Genitricis, quod foris portam nuncupatur, decenter ſuſceptus, mox febre correptus decubuit; *teſte ejuſdem biographo, qui ſe morienti adſtitiſſe teſtatur. Secundò dubitari non poteſt, quin vivente etiam B. Petro Damiano alius Fonti Avellanæ Prior præfuerit, qui tam hanc eremum, quàm alias*

A *alias ipſi ſubjectas regeret, licèt omnes B. Petrum ut patrem ſuum ſupremumque moderatorem agnoſcerent & revererentur. Ratio, cur ita opinor, eſt quòd B. Petrus epiſcopatu ſuo Oſtienſi adminiſtrando, aliiſque pro Romana Sede laboribus perpetuò diſtentus, ab eremo ſua abeſſe coactus fuerit, adeoque alium ſubſtituere, qui ſui loco præeſſet. Rediit quidem poſtmodum Petrus ad eremum, impetratâ ab Alexandro II veniâ; at epiſcopatûs onere veriſimiliter liberatus non fuit, nec ab Apoſtolicis legationibus ei licuit vacare, ut apud laudatum Henſchenium videre eſt.*

30 *Præterea mihi veriſimilius apparet, eum à ſuo reditu ordinariam eremi curam alteri commiſſam reliquiſſe. Quippè illius biographus cap. 8 num. 40 de eo receſſu agens, ſic ſcribit:* Porrò dum ab exterioribus iſtis licèt ſanctis & Deo gratis, ad dulcia eremi ſecreta, tam pro refectione mentis, quàm pro ablutione cujuſlibet contracti pulveris, redire decreviſſet, nimiâ ſe inediâ cellulæ mactabat ergaſtulo. *Poſtquam verò auſteram ipſius vivendi normam deſcripſit, ita proſequitur num. 41:* Porrò cùm aliquando B ad capitulum Fratrum accedere decreviſſet, facta exhortatione, mox è ſede conſurgens, de ſuis ſe exceſſibus accuſabat: pro quibus diſciplinæ judicium ex more ſuſcipiens, geminis vapulabat utrimque verberibus. Rurſumque in ſuum locum regrediens, non ceſſabat eos ſuis ſermonibus informare, modò his, modò illis, modò communiter omnibus loquens. *Quibus verbis innui videtur, non ſoluiſſe eum ad capitulum Fratrum accedere; quòd tamen procul dubio facturus fuiſſet, niſi alius ejus loco congregationi præfuiſſet. Quidnî ergo dici poteſt, hunc, quiſquis ille fuerit, eremo Fontis Avellanæ poſt obitum B. Petri præſidere perrexiſſe, hujuſque juſſu Vitam illam à* S. Joanne *noſtro, qui verè illius ſubditus erat, conſcriptam fuiſſe. Quod autem Prior ille aliquis Liprandus eſſe potuerit, num. 32 oſtendemus.*

contendit,

31 *Alterum argumentum priori, ut putat, luculentius, depromit laudatus ſcriptor Camaldulenſis ex* Catalogo Priorum Avellanæ juxta ejuſdem monaſterii monumenta compoſito, *in quo Liprandum Priorem conſignari ad annum* C 1110 *ait, atque ita ratiocinatur:* Joannes ſiquidem Laudenſis, ut notavimus, immediatè Petro Damiano ſubrogatus legitur: huic verò anno MCV ad epiſcopatum Eugubinum promoto, Petrus Ariminenſis in Prioratû ſucceſſit, tum anno MCX Liprandus Petro ſuffectus eſt, cujus nutu ſuſceptum eſt à Joanne Damiani diſcipulo conſilium Vitæ ſancti doctoris conſcribendæ, ipſique Liprando Priori dedicandæ. Cùm igitur S. Joannes Laudenſis quadriennio antè mortalitatis exuvias depoſuiſſet, conſtat, longè diverſum eſſe Joannem, Vitæ Petri Damiani ſcriptorem, à S. Joanne Laudenſi, epiſcopo Eugubino. Quodſi etiam Jacobilli calculum ſequeremur, qui Liprandum alicubi ſcribit immediatè Joanni Laudenſi in Prioratu ſucceſſiſſe; liquet, huic jam epiſcopo facto, & per annum ac paucos menſes ſuperſtiti, non potuiſſe ab illo Vitæ Petri Damiani compilandæ provinciam injungi. *Hæc ipſe; qui ut certam fidem obtineret, exponere debuiſſet, cujus ætatis ſit iſte Catalogus, & ex quibus monumentis compoſitus: quæ ſi non meliora ſint, quàm Vita ſecunda, ex qua Sanctus noſter B. Petro immediatè ſucceſſiſſe ſtatuitur, nihil certi evincent.*

laudatam Vitam

32 *At fuerit ſanè anno 1110 aliquis Liprandus Prior Fontis Avellanæ, quid tum poſtea? Quaſiverò non potuiſſent duo Liprandi iſti eremo præfuiſſe, unus poſt B. Petrum, alter anno aſſignato; quemadmodum auctor ipſe duos Petros Priores facit, alterum cognomento Damianum, Ariminenſem alterum. Nec ſanè deeſt Liprandus aliquis, qui poſt B. Petrum Prioratu potuit fungi: ipſe enim B. Petrus Opuſculo 34, Diſputatione de variis apparitionibus & miraculis, cap. 1, editionis Lugdunenſis, Liutprandum quemdam eremitam laudat his verbis:* Is planè, qui mihi hoc retulit, venerabilis pater Liutprandus, aliud etiam mihi conſequenter innotuit. *Quid igitur obſtat, quominus credamus, hunc venerabilem patrem Liutprandum vel B. Petro ſucceſſiſſe, vel in Prioratu, quem abſente Beato adminiſtraverat, aliquo tempore perſeverâſſe, donec alius ſubſtitueretur? Certè huic opinioni luculenter favet biographus,* S. Joannis *diſcipulus, qui ut diximus, Vitam, quam Sanctus poſt B. Petri obitum privatam duxit, priùs deſcribit, ac deinde tantùm ſubdit:* Sequenti ſiquidem tempore communi Fratrum unanimitate in Priorem eligitur. *Unde manifeſtè colligitur, non ſtatim poſt B. Petri mortem Prioratum* Joanni *collatum fuiſſe, ſed aliquo notabili tempore ſubditum vixiſſe, quo laudatam Vitam conſcribere & Liprando ſeu Liutprando dedicare potuerit.* E

AUCTORE C. S. *primùm poſt annum 1110*

33 *Porrò ex ipſa B. Petri Vita parùm veriſimile ſit, eam poſt annum 1110 primùm conſcriptam fuiſſe, imò potiùs eruitur, non diu poſt ejuſdem obitum fuiſſe concinnatam, & certè anno 1080 poſteriorem non eſſe. Nam quid cauſæ eſſe dicemus, quòd ſcriptor ille narrata Petri morte ac ſepulturâ, ſolitâ Deum laudandi clauſulâ,* Ipſi gloria, laus, virtus, honor & decus atque imperium ſit nunc & ſemper & omne per ævum, amen, *ſuum Opuſculum concludens, nihil omnino addiderit de iis, quæ poſt ſepulturam contigerunt, cùm tamen celebrem Beati apparitionem, anno 1080 factam abbati Ugano vel Urbano non facilè videtur ignorare potuiſſe? Refertur ea apparitio per modum Appendicis apud Henſchenium, atque ita exorditur:* Anno milleſimo octogeſimo Incarnationis Domini, menſe Auguſto, Indictione quarta, (*imò tertia*) poſt deceſſum ſupradicti domini Petri Damiani, F erat quidam monachus, qui abbas olim extitit venerabilis S. Gregorii in Ariminenſi territorio conſtituti *&c. Hanc verò appendicem ab alio quopiam Vitæ ſolitâ jam phraſi concluſæ adjectam meritò cenſuit Henſchenius; patetque vel ex eo, quòd annum Chriſti & Indictionem, quæ vitiosè exprimitur, nuſquam adhibuerit Vitæ ſcriptor. Deinde Vitam illam quadrageſimo circitèr à Beati obitu anno primùm exaratam eſſe, non ſatis eſt veriſimile ex iis, quæ auctor habet in Prologo.* Ipſemet, *inquit*, conſultius fore cenſueram, ea (*acta B. Petri*) me quovis rudi ſtylo interim annotare, quo dignè poſtmodum à peritioribus elucidata ſcriptoribus, ad notitiam futurorum poſſent profutura pertingere, quàm imperitiæ notam nimiùm declinando, intacta prorſus relinquere: nè fortè poſt modicum caligine oblivionis obducta, non parvo mei diſcrimine, de cunctorum omnino laberentur memoria. *Non ſatis, inquam, veriſimile eſt, ſcriptorem illum, de amiciſſimi magiſtri ſui memoria tam ſolicitum, per quadraginta annos exſpectâſſe, priuſquam aut Vitam conſcriberet, aut rudi ſtylo ejus acta annotaret.*

ab alio quodam,

AUCTORE C. S. *Joanne scilicet Ravennate,*

34 *Ultimum denique argumentum laudatus Grandus deduxit his verbis:* Addo, quòd utriusque Joannis discrimen ex diversa patria, diversoque mortis tempore colligitur. Tradunt nempe scriptores, Joannem Petri Damiani discipulum, ejusque Vitæ scriptorem, ipsius etiam concivem, nempe Ravennatem fuisse: Joannes autem Eugubinus episcopus, patriâ Laudensis, in Insubria, non in Æmilia, natus est: ille quidem in Calendario Avellanæ obiisse notatur die XXVI Maii, MCXV: hic verò Deum adiit die II Septembris, MCVI: ille apud Avellanæ eremum, hic apud cathedralem Eugubii: ille privatus monachus, hic ex Priore episcopus: ille quidem aliquâ sanctimoniæ laude insignis; sed neque sancti, neque beati aliquando titulum adeptus; hic verò multis post obitum miraculis clarus, à Paschali II Sanctorum catalogo est adscriptus. *Quæ hîc agglomerat auctor Dissertationum, nihil probant, quamdiu non ostenderit, Joannem illum scriptorem istius Vitæ fuisse; facilè enim ipsi concessero, Joannem aliquem Ravennatem in citato Calendario memorari, quod tamen cujus ætatis aut fidei sit, non edicit.*

B *concinnatam fuisse.*

35 *Sed qui sunt, amabo, scriptores illi, qui auctorem laudatæ Vitæ, Joannem Ravennatem dicunt? Suntne antiqui, an neoterici? Hos cùm non assignet, non possum ipsi tam facilè credere; præsertim cùm è pluribus, quos consului, nullum repererim, qui id dicat, sed omnes eum vel* Joannem monachum, *vel* Joannem *B. Petri* discipulum *tantummodo appellent, vel diserè* S. Joannem Laudensem *&* episcopum Eugubinum *vocent; inter quos posteriores præter Henschenium & Laderchium, quem Grandus oppugnat, sunt Mabillonius in Actis Sanctorum Sec. 6, parte 2, pag. 245, Pagius in Critica Baronii tom. 4 ad annum 1072 num. 6, Bailletus in Vitis Sanctorum tom. 1 & Jacobillus de Sanctis Umbriæ ad diem XXII Februarii. Præterea constat ex B. Petri Vita, ipsius auctorem ei amicissimum & individuum comitem fuisse: quod quàm rectè* S. Joanni *Laudensi conveniat, ostendimus suprà, tum ex hujus biographo, tum ex ipsius B. Petri Opusculis: at nihil simile de Joanne illo Ravennate reperimus, aut ipse Grandus potuit proferre. Quare ego Henschenii aliorumque sententiæ tamquam veriori adhæreo, donec in contrariam partem afferantur certiora, quàm hucusque protulit auctor Dissertationum.*

C

36 *Restat, ut hîc aliquid de Sancti cognomento dicamus. Ferdinandus Ughellus Italiæ sacræ tom. 1, in episcopis Eugubinis,* S. Joannem cognomento Grammaticum *appellat. Idem facit Henschenius in sæpe laudato Commentario Vitæ B. Petri Damiani prævio, ubi censet hoc ipsi cognomen obtigisse* ob styli elegantiam & gravitatem, quæ ferè supra illius ævi consuetudinem est in hac Vita expressa. *At Jacobillus ad diem* VII *Septembris aliter opinatur.* Porrò vèrum non est, *inquit,* quod aliqui dicunt, hunc Sanctum eumdem esse cum Joanne Grammatico, viro valdè docto: cùm hi ab invicem multùm differant. *Cur id neget Jacobillus, non perspicio; nisi forte quia compererat, circa idem tempus floruisse in Italia alium quemdam Joannem, cognomento pariter* Grammaticum, *quem Falco Beneventanus in Chronico apud Muratorium in Rerum Italicarum scriptoribus tom. 5, pag. 96 abbatem S. Sophiæ Beneventanæ anno 1120, id est, quatuordecim post Sancti mortem annis, electum consecratumque scribit. Ab hoc diversum esse Sanctum nostrum ultrò admitto: at quidquid eum ad ita opinandum induxerit, mihi minimè dubium est, quin Ughellus & Henschenius cognomentum illud* S. Joanni *nostro meritò rectèque adscripserint. Etenim Tebaldus seu Theobaldus in Vita S. Ubaldi, episcopi Eugubini, cui ipse anno 1160 defuncto successerat, cap. 1, in Opere nostro tom. III Maii, pag. 630, hoc ipsum diserte docet his verbis:* Videns autem beatæ memoriæ Joannes Grammaticus, prædictæ civitatis (*Eugubinæ*) episcopus, religiosæ conversationis adolescentem (*S. Ubaldum,*) ad ecclesiam suam eum studuit revocare. *Huic testimonio nihil addi necesse est: observo tantùm, ea, quæ de Sancti litterarum studiis, scientia scribendique peritia, ex ejus Vita & B. Petri Damiani Opusculis suprà attulimus, huic cognomento apprimè respondere.*

Fuit Grammaticus cognominatus.

D

E

§ IV. Generalis Prioratus Fontis Avellanæ susceptus: episcopatus Eugubinus: vitæ chronotaxis, mors & sepultura.

Fit Prior Fontis Avellanæ.

QUo præcisè anno Sanctus noster Fontis Avellanæ aliorumque, quæ ab hac eremo dependebant, monasteriorum, generalis Prior fuerit electus, determinare non possumus, ut liquet ex dictis § præcedenti. Credidero tamen, id non multo post B. Petri è vivis excessum tempore factum esse, cùm de Liprandi Prioratu tam tenuis sit memoria, ut ibidem ostensum est. Priorem jam fuisse anno 1084, probat supra laudatus Guido Grandus, producens instrumentum ex archivio Classensi, capsula 94, num. 67, quod sic habet: In nomine Domini: temporibus domni Gregorii summi Pontificis, anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi millesimo octuagesimo quarto, regnante Henrico, filio quondam Henrici imperatoris, Indictione septima Eugubio. Ego in Dei nomine Thebaldus, filius quondam Pagani de Nartianula, refutationem & transactionem & definitionem facio ecclesiæ S. Crucis Fontis Avellani; & tibi Joanni (de Laudo) Priori, tuisque successoribus in perpetuum, id est, de ipsa ecclesia S. Apollinaris, posita in Nartianula *&c. Idem colligitur ex utraque Sancti Vita, in qua dicitur dura fames Italiam vexâsse, dum ipse Prioratu fungeretur; quæ scilicet illa esse videtur, quam Carolus Sigonius De Regno Italiæ lib. 9, anno 1084 illigat, Bertoldus autem Presbyter in Appendice Hermanni Contracti, anno 1085, fortè quòd utroque anno sævierit. Quid in hac publica calamitate Sanctus egerit, lector in Vita reperiet.*

F

ac deinde episcopus Eugubinus:

38 *Interea dum monasteriis suis sapienter regendis totus incumbit, Eugubinæ ecclesiæ episcopus, quem Ughellus* Dominicum *appellans, anno 1070 Hugoni successisse ait, è vivis excessit, in ejusque locum ab Eugubino clero, præsidente electioni Joanne Cardinale S. Anastasiæ, tum temporis Apostolico per Umbriam legato, communi suffragio electus, & à Paschale II PP. Romæ consecratus est, ut utraque Vita testatur. Quare dum Jacobillus in Bibliotheca Umbriæ, verbis num. 2 recitatis, & post illum alii dicunt, eum*

A *eum à laudato Cardinale episcopum consecratum esse, aut dicendi sunt verbum* consecrare *usurpâsse pro* eligere, *vel corrigendi : nam & ipse Jacobillus in Sanctis Umbriæ ait, eum à prædicto Pontifice consecratum fuisse. Tempus, quo hæc acta sunt, facilè eruitur ex antiquiore biographo, collato cum epitaphio, quod sancti Episcopi tumulo antiquitus inscriptum legitur : nam cùm ille* ante peractum consecrationis suæ annum *eum obiisse scribat ; hoc verò annum* 1106 *pro ejusdem emortuali consignet, restat, ut* Joannem *nostrum sub finem anni* 1105 *aut sequentis initium Eugubinam cathedram ascendisse dicamus.*

per unum circitèr annum.

39 *Jacobillus tamen aliquot supra annum mensibus episcopatum tenuisse affirmat ; idem facit illustrissimus Alexander Sperellus, episcopus Eugubinus, in Oratione panegyrica in Sancti translatione Italicè dicta ; verum hi pariter aut corrigendi sunt, aut dicendi initium episcopatûs sumere à tempore electionis, non consecrationis : atque hac ratione facilè cum biographo nostro conciliabuntur. At certè audiendus non est Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi licèt admittat,* Joannem *anno* 1106 *obiisse,*

B *ei tamen triginta sex annos in episcopatu tribuit, ad quem evectum scribit anno* 1076 *: audiendus, inquam, non est, cùm pro asserto suo nullum instrumentum, nullum testem laudet : deinde secundum ipsius calculum jam ab anno* 1070 *Eugubinam sedem adipisci debuit, aut triginta tantummodò annos eidem præfuisse : sed utrumque, ut diximus, falsum est.*

Alia quædam in episcopatu,

40 *Quid porrò sanctus Antistes brevi episcopatûs sui tempore memoriâ dignum egerit, non tradunt biographi, qui pastoralem ipsius curam generaliter tantummodo commendantes, scribunt eum basilicas dedicâsse, pueros consignâsse, reliquasque boni antistitis partes egregiè expleviſſe. At verò laudatus Philippus Ferrarius ad quædam particularia descendit in hæc verba :* Ædem S. Crucis cum cœnobio & xenodochio exstruxit : S. Ubaldum ex D. Secundi ad SS. Mariani & Jacobi ecclesiam transtulit, eumque sacerdotem ordinavit : ecclesiam S. Salvatoris M. Acuti, quæ nunc eremitarum est M. Coronæ, dedicavit. *De S. Ubaldo, qui Eugubinus posteà episcopus fuit, in ipsius Actis per Tebaldum, ejusdem in episcopatu successorem, conscriptis, &*

C *apud nos tom.* III *Maii ad diem* XVI *editis, cap.* I *hæc lego :* Videns autem beatæ memoriæ Joannes Grammaticus, prædictæ civitatis episcopus, religiosæ conversationis adolescentem, ad ecclesiam suam (*SS. Mariani & Jacobi*) eum studuit revocare ; & gravitati ejus paterno amore congaudens, sæpe illum secum faciebat manere. *De collato verò per sanctum Antistitem sacerdotio nullum verbum ibidem reperio : imò cùm* adolescentem *appellet, subdatque eum à quodam amicorum frustra sollicitatum fuisse, ut uxorem duceret, & post hæc etiam subjungat :* Cùm autem Dei famulus adolescentiæ annos seniliter transisset, in prædicta ecclesia SS. Mariani & Jacobi Prior efficitur : *hæc consecratio ad minimum mihi dubia apparet, licèt non ignorem, eam etiam fuisse mentem illustrissimi Sperelli, ut num.* 55 *videbimus. De exstructo S. Crucis cœnobio, dedicataque ecclesia S. Salvatoris nihil certi in alterutram partem possum producere, ac propterea hæc ipsius fidei relinquo.*

& vitæ chronotaxis.

41 *Porrò ex hactenus dictis sequens Sancti vitæ chronotaxis consequitur. Anno Christi* 1026 *vel proximè subsecuto nascitur Laude Pompeia*

in veteri Insubriæ civitate, nunc destructa : humanioribus litteris excultus, austeram primùm in seculo vitam ducens, charitatis erga proximum exercitiis incubuit, deinde circa annum 1055 *in eremo Fontis Avellanæ monachum professus est sub B. Petro Damiano ; qui cognita Viri virtute eum sacerdotio initiari curavit & individuum comitem adscivit. Post B. Petri mortem, cui Faventiæ interfuerat anno* 1072, *ad suam eremum regressus, jussu Liprandi Prioris, ceterorumque seniorum loci, ejusdem Beati Vitam conscripsit, solitaque anachoretica instituta alacriter resumpsit. Post aliquod tempus generalis sui Ordinis Prior electus, exortâ in Italia rei frumentariæ inopiâ, sui suorumque penè immemor, afflicto populo succurrit. Denique anno* 1105 *ab Eugubinis in episcopum electus & à Paschale II PP. consecratus, eam ecclesiam sanctissimè rexit usque ad anni* 1106 VII *Idus Septembris, quo annum ætatis agens* 80 *ad æternam felicitatem migravit.* AUCTORE C. S.

Sepultura & epitaphium.

42 *Sacrum illius corpus in sua ecclesia cathedrali depositum, post* 542 *annos solemniter levatum exaltatumque fuit, ut* § 6 *dicturi sumus : epitaphium verò, quod veteri primùm tumulo, nunc novæ thecæ præfixum asserit Jacobillus, est hujusmodi :* E

D. O. M.

D. JOANNI LAUDENSI EUGUBINÆ ECCLESIÆ PONTIFICI, QUI OB VERAM, INVICTAMQUE PIETATEM, ET SPLENDIDISSIMAS ANIMI SUI DOTES AN. CHRISTI MCVI IMMORTALITATE DONATUR. ÆTATIS SUÆ ANNO LXXX.

Idem, sed aliis hinc inde interpunctionibus distinctum, recitat Ughellus in Italia sacra & Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ. De hoc tumulo aptior agendi locus infrà recurret : interea in antiquum Sancti cultum inquiramus.

§ V. An Sanctus canonizatus fuerit à Paschale II. PP. Officium & Missa in ejus honorem antiquitus recitata, & à S. Rituum Congregatione approbata : templum exstructum : an aliquæ reliquiæ aliò delatæ ? memoria in Martyrologiis. F

Dicitur canonizatus à Paschale II ;

L*audatus Ughellus in Episcopis Eugubinis ad propositum nostrum de Sancto sic scribit :* Hanc ecclesiam cùm ad annum mirifica pietatis laude rexisset, fatoque functus MCVI, VII Idus Septembris, sepultusque in cathedrali, cùm clarissimis coruscaret miraculis, à Paschali II. Pontifice in Sanctorum album referri promeruit. *Idem asserit Jacobillus verbis, quæ ex Italicis Latinè reddo :* Mors ejus multis à Deo miraculis illustrata fuit ; prædictusque Cardinalis Joannes legatus jussu ejusdem Pontificis Paschalis, confecit processum scripsitque Vitam ejus, idemque Pontifex eum in sanctorum confessorum catalogum retulit. *His præiverat Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi ait :* Illum miraculis clarum Paschalis II Pont. Max.,

AUCTORE C. S. cujus juſſu Joannes Cardinalis ſuper ejus vita, quam ſcripſit, proceſſus, ut aiunt, confecit, in Sanctorum numerum retulit. *Cùm verò Paſchalis II anno* 1118 *ineunte vivere deſierit, conſequens ſit, ut, ſi ipſi vera ſcriberent, ſanctus Epiſcopus noſter non multis poſt mortem annis canonizatus fuiſſet. Neſcio, an Jacobillus ſimile quid etiam didicerit ex Vita Sancti per Vincentium Armannum, quem citat in margine, uti & Joannem Cardinalem in Vita & Proceſſu ejuſdem, quæ mihi ad manum non ſunt & de quibus poſterioribus jam egimus ſuprà* § 1.

quod probabiliùs

44 *Sed undecumque id hauſerint, ipſis nequeo aſſentiri: etenim eminentiſſimus Cardinalis Proſper de Lambertinis (qui nunc Benedictus XIV Chriſti Eccleſiæ feliciter præſidet) in erudito ſuo Opere de Servorum Dei beatificatione & Beatorum canonizatione, lib.* 4, *parte* 2, *cap.* 5 *eum inter illos Sanctos refert, in quorum honorem Miſſæ ac Officii recitatio conceſſa eſt*, licèt numquam cauſa canonizationis ipſorum fuerit introducta, *ut loquitur num.* 1. *Poſtquam verò aliquot exempla ſimilium conceſſionum in medium produxit, num.* 7 *ita proſequitur:*

B Quodſi dicatur, nonnulla ex allatis exemplis non procedere in Beatis beatificatione æquipollenti, ſed in verè canonizatis; id utique admittitur quoad ſanctos illos Pontifices, qui etiam ante conceſſionem factam baſilicæ Lateranenſi & aliis baſilicis Urbis, Lectionum videlicet propriarum, cultum habebant in univerſa Eccleſia; non ita verò de reliquis allatis. De S. Joanne Laudenſi dicitur, eum fuiſſe canonizatum à Paſchali II.

verum non eſt:

45 Id nempe aſſeritur à Ferrario de Sanctis Italiæ ad diem VII Septembris, ab Alexandro Sperello epiſcopo Eugubino in ſua Synodo Eugubina, typis impreſſa Perusiæ anno MDCLI, pag. CLXXXVI, & à Guidone Grando Cremonenſi, viro omni laude digno, in ſuis Differt. Camaldulen. differt. IV in Appendice, num. 14. Sed cùm antiquior omnibus ſit Ferrarius, de Martyrologii ab eo conditi authoritate ſic loquitur Fortunatus Scacchus de Notis & Signis ſanctitatis ſect. XI, cap. IV: " Philippus Ferra-
„ rius collectis nominibus quorumcumque Ser-
„ vorum Dei, qui quoquo modo aliquam ha-
„ bent in aliqua eccleſia vel monaſterio venera-
C „ tionem, ſive Sedis Apoſtolicæ authoritate,
„ ſive abſque tali authoritate colantur, ſuum
„ implevit Martyrologium, additis etiam Notis,
„ in quibus, unde illos acceperit, aperit „. *Hucuſque laudatus eminentiſſimus, verba Scacchi recitans: unde liquet eam canonizationem Sacræ Rituum Congregationi ignotam fuiſſe, nec Ferrarii aliorumque, qui eum ſecuti ſunt, auctoritatem ſufficere, ut Sanctus noſter canonizatus credatur. Citat quidem Ferrarius Monumenta eccleſiæ Eugubinæ & Laudenſis; verùm cùm de eorum antiquitate mihi non conſtet, prudens de iiſdem judicium ferre non poſſum. Obſervo tamen, in Vita, quam ſecundo loco edemus, quæque poſt tempora Paſchalis II ſcripta videtur, nullam de hac canonizatione fieri mentionem.*

antiquitus tamen cultus eſt etiam Officio & Miſſâ:

46 *Antiquum tamen apud Eugubinos Sancti cultum eſſe, non negamus; nec refragabimur, ſi quis ejus initia non diu poſt ejuſdem mortem ſtatuat; quippe cùm jam tum miraculis ibidem coruſcâſſe dicatur in Vitæ primæ Prologo, veriſimile eſt, illum aliquo apud ſuos cultu honoratum fuiſſe. Atque inde forſitan factum eſt, ut poſteri ſanctum Epiſcopum ſuum à Paſchale II canonizatum crediderint, quem illius tempore jam ſacris honoribus invocatum fuiſſe comperebant. Officii etiam recitationem, celebrationemque Miſſæ in ejuſdem honorem in eccleſia Eugubina jam antiquitus in uſu fuiſſe, diſcimus ex ſuprà laudato eminentiſſimo Proſpero de Lambertinis, qui num.* 5 *hæc habet:* Quoad S. Joannem Laudenſem, jam à Sacra Congregatione fuerat approbata recitatio Officii unà cum celebratione Miſſæ, quæ à tempore antiquo fiebat in diœceſi Eugubina, ſicuti deſumitur ex Decretis Sacræ Congregationis, editis anno MDCXXVIII & anno MDCXXIX poſt ſynodum Eugubinam Cardinalis Ulderici Carpinei typis impreſſam Perusiæ anno MDCXXXVIII, pag. XLVI. D

templum ipſi olim exſtructum dicitur:

47 *Jacobillus in Sanctis Umbriæ ad diem* VII *Septembris eccleſiam ipſi in urbe ſua patria Laude Pompeia conditam, inſigneſque Sancti reliquias, os ſcilicet ſiniſtri brachii, ſeculo* XVII *aliquot annos inchoato, eò delatas fuiſſe ſcribit, laudans Defendentem à Laude. Verba ipſius, quia obſcura ſunt, ex Italicis Latina reddo.* In urbe Laude Pompeia illius patria in ejus honorem erecta fuit eccleſia eo in loco, in quo nunc eſt eccleſia S. Defendentis: anno verò MDCVIII ſiniſtri brachii os ſuperius, quo manus cubito E jungebatur, à Ferdinando Taberna, per Picenum legato, è ſepulcro ſublatum fuit & cum ſuperiorum facultate Laudem Pompeiam miſſum; ac deinde anno MDCXIII in altari principe cathedralis eccleſiæ ejuſdem civitatis depoſitum. *Hæc ipſe, quæ à nobis breviter examinanda ſunt.*

non videtur os brachii laudem Pompeiam delatum.

48 *In primis, ſi in urbe Sancti patria templum iſtud exſtructum fuerit, factum id eſt in veteri Laude Pompeia; hanc enim, non novam, Sancto natalem obtigiſſe, jam monuimus ſuprà num.* 15: *at cùm Jacobillus mox ſubdat, ſacras illas reliquias anno* 1613 in altari principe cathedralis eccleſiæ ejuſdem civitatis *depoſitas fuiſſe, vel utramque Laudem Pompeiam confundit, vel novam pro urbe Sancti patria perperam aſſignat. Quod verò de reliquiis eò translatis affirmat, non poſſum pro certo habere: nam licèt tum temporis (teſte Ughello Italiæ ſacræ tom.* 4) *Laudenſi eccleſiæ epiſcopus præeſſet Ludovicus Taberna, qui cathedralem eccleſiam reſtaurandam curavit, ſacraque ſupellectile ac cenſu auxit, quique proinde ea occaſione aliquas* S. Joannis *Laudenſis reliquias reparatæ eccleſiæ procurâſſe potuit; cùm tamen ejuſdem Sancti corpus integrum ac incorrupta carne conſpicuum anno* 1648 *Eugubii ſolemniter elevatum fuerit & etiamnum aſſervari dicatur, ut ſequenti* § *oſtendemus, vix adduci poſſum, ut credam, os illud anno octavo ejuſdem ſeculi exciſum fuiſſe ac Laudem Pompeiam tranſmiſſum.* F

Sancti memoria paucis martyrologis

49 *Porrò licèt ex hactenus dictis appareat, S.* Joannis *cultum ſatis antiquum eſſe, à paucis tamen martyrologis celebratur. Inter hos Philippus Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non habentur, eum ad hunc diem ita annuntiat:* Eugubii in Umbria, S. Joannis Laudenſis, epiſcopi Eugubini. *Idem facit in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi ipſi elogium texit, quod ſuperiùs jam attigimus. Gabriël Bucelinus in Nomenclatore, quem Menologio Benedictino præfixit, ejuſdem bis meminit,* IV *ſcilicet &* VII *Septembris; at in ipſo Menologio non niſi* IV *die, quo illum coli nuſquam reperi; quare elogium, quod ibidem recitat, rectiùs ad diem* VII *retuliſſet. Jacobillus ſæpe laudatus ait, in Menologio Benedictino,*

neſcio

A *neſcio quo, ad* III *Maii &* IV *Septembris legi:* Eugubii S. Joannis epiſc. & conf. è Laude in Lombardia nati, olim Prioris monaſt. Fontis Avellanæ. Obiit miraculis clarus an. MCVI. *An Benedictini illi particularem aliquam de eo feſtivitatem egerint, ignoro: at dies ipſius natalis fuit* VII *Septembris, ut conſtat ex dictis.*

50 *Hunc certè diem ignoravit Menardus,* nota. *ideoque ſanctum Epiſcopum noſtrum in Appendice altera, quam Martyrologio Benedictino adjecit, in hunc modum commemorat:* Sanctus Joannes Laudenſis, diſcipulus B. Petri Damiani & epiſcopus Eugubinus, vir fuit magnæ ſanctitatis, cujus Vita extat, in qua legitur, eum ſub ſacræ Regulæ S. Benedicti diſciplina in diſcipulum ab eodem B. Petro fuiſſe ſuſceptum. *Wionium non modò dies natalis, ſed & ipſe cultus latuiſſe videtur, quando eum lib.* 2 *Ligni Vitæ inter epiſcopos ſine* ſancti *aut* beati *titulo his verbis recenſuit:* D (*domnus*) Joannes de Laude, ejuſdem monaſterii (*Fontis Avellanæ*) monachus, necnon & ejuſdem civitatis (*Eugubinæ*) epiſcopus. *Sed unde unde ortum ſit illud*
B *martyrologorum ſeu ſilentium, ſeu diſcrepantia, de legitimo Sancti cultu dubitari non poteſt, ut liquet ex dictis. Adde, quod, teſte Jacobillo,* à clero & populo (*Eugubino*) ſub ritu duplici ſolemnis de eo feſtivitas agatur, *quibus verbis ſignificare videtur, ſuo tempore diem illam cum ceſſatione à ſervilibus operibus celebratam fuiſſe, quod an adhuc fiat, incompertum mihi eſt.*

§ VI. Corporis incorruptio & ſolemnis elevatio.

Corporis poſt quinque ſecula

JAm diximus ſuprà, ſacrum Joannis *corpus in eccleſia cathedrali honorificè depoſitum fuiſſe cum epitaphio, quod num.* 42 *exhibuimus: nunc de ejuſdem incorruptione, tranſlationeque agendum eſt. Quod ad primum attinet, Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ de eo ſic ſcribit:* VII Idus Septembris anno Salutis MCVI migravit è vita, in æde cathedrali ſepultus, cujus corpus ſic integrum & incorru-
C ptum, acſi recèns ſepultum fuiſſet, aſſervatur. *Idem ait Ughellus Italiæ ſacræ tom.* 1 *in Epiſcopis Eugubinis:* In cathedrali adhuc ejus incorruptum cadaver aſſervatur. *Similiter Jacobillus ſæpe laudatus aſſerit, ſed verbis Italicis:* Sacrum ipſius corpus honorificè ſepultum fuit in dicta cathedrali Eugubina, & uſque in præſens integrum incorruptumque conſervatur ſubtus altari, in ipſius honorem dedicato.

incorrupti & integri

52 *Hiſce unum addo oculati teſtis, illuſtriſſimi ſcilicet Alexandri Sperelli, epiſcopi Eugubini teſtimonium, qui in oratione panegyrica, quam ad populum habuit, cùm anno* 1648 *prædictum ſacrum corpus ſolemniter transferret, Italicè ſic effatus eſt:* Non poteſt ſancta iſta anima, quæ in hoc mundo tam plena fuit charitatis, pios è cælo contuitus tamquam benignos influxus in hanc eccleſiam non ſæpe conjicere, in qua eſt tam dives depoſitum & æſtimabile pignus, quale eſt ipſius ſacrum corpus, quod hodie ſolemni cum pompa volumus transferre; quodque per perpetuum miraculum jam ſpatio quinque ſeculorum & octo luſtrorum cum dimidio conſervatur illæſum, ſolita trophea edaci tempori denegans, mortis exterminatricis ſuperbiam frangens, & pervicacem hæreticorum convincens perfidiam. *Hæc ipſa confirmabuntur ex tranſlatione, quam modò deſcribere aggredior.* AUCTORE C. S.

tranſlatio datur ex Vincentio Armanno.

53 *Vincentius Armannus Eugubinus, vir eruditus & patriæ ſuæ decus, de cujus inſigni elogio egimus num.* 14, *tranſlationem, de qua agimus, Italico ſermone conſcripſit, ſynchronus quidem, ſed jam cæcus, ut monuimus, oculorum lumine, non mentis. Hujus igitur narrationem ſequemur, non ſententias ſententiis reddendo, ſed compendiosè exponendo, quæ ipſe in patriæ ſuæ, digniſſimique antiſtitis Alexandri Sperelli gratiam fuſiùs, ut in ſimilibus aſſolet, deduxit, quæque proinde erudito lectori tædium potiùs quàm utilitatem parerent, ſi omnia referrentur. Illuſtriſſimus Alexander Sperellus, epiſcopus Eugubinus, qui hanc tranſlationem ipſe inſtituit, multùm laudatur ab eruditione, editis Operibus comprobata, ac præſertim ab inſigni in egenos charitate, apud Ughellum in Italia ſacra, quique eam recognovit & auxit, Nicolaum Coletum, ubi dicitur ab anno* 1644 *uſque ad* 1672 *Eugubinæ eccleſiæ præſediſſe. Nunc rem ipſam aggrediamur. Quingenti quadraginta duo anni effluxerant, ex quo fidelis Jeſu Chriſti Servus ad æternam quietem emigraverat, cùm Alexander Sperellus, epiſcopus Eugubinus, vir laude digniſſimus, ſanctas ſui Deceſſoris exuvias honorificentiori loco ſolemniter reponere decrevit.* E

Sancti ſacellum inſtaurare negligentes

54 Sacrum ipſius corpus etiam tum integrum incorruptumque in æde cathedrali conſervabatur: ſed depoſitum erat in antiquiſſima arca nucea, tamque parùm decenti veſtitu amictum, ut revera ſine rubore non poſſet exponi exterorum oculis, præſertim principum ac optimatum, qui interdum Eugubium divertentes, pio deſiderio tenebantur videndi tam pretioſas reliquias. Accedebat, quòd cùm ſacellum, in quo condebatur, ad familiam in egeſtatem delapſam pertineret, deeſſet ipſi non modò Sancti imago, ſed etiam quidquid ad Sacrificium requiritur. Ob has rationes ſimul & ut ſub altaris gradu ſepulturam ſibi acquireret, eminentiſſimus Cardinalis Carpiniæ *, qui id temporis Eugubinum epiſcopatum adminiſtrabrat, cùm inſigni diligentia, pietate ac vigilantia rebus omnibus intenderet animum, judicavit familiam iſtam ſuo jure interdicendam, interdixitque, donec decretis, quæ diœceſim ſuam viſitans ediderat, ſatisfeciſſet. Iiſdem poſtea renovatis ab illuſtriſſimo Monaldo *, eminentiſſimi ſucceſſore, in præſentiarum epiſcopo Peruſino, numquam obtemperatum fuit; unde factum eſt, ut in prædicto ſacello multis annis nullum Sacrificium offerretur.

* Udalricus Carpegna

F

* Horatio Monaldi

Alexander Sperellus epiſcopus jure patronatûs privat: illudque exornans,

55 Hinc illuſtriſſimus Sperellus, cùm diœceſim ſuam prima vice viſitaret, eadem decreta renovavit, præfixo tempore obtemperandi ſub pœna amittendi jus patronatûs: quamquam autem poſtmodum ad eorum, quorum intererat, preces exſecutionem differri crebrò permiſiſſet, non potuit tamen quidquam obtinere. Tandem, ſervatis juris terminis, vicarius ipſius generalis eos jure patronatûs per latam ſententiam privavit, quæ ut legitima habita eſt: atque ita ſacellum vacavit, quod deinde idem illuſtriſſimus diœceſim ſuam ſecundò obiens ſibi acquiſivit. Ex qua re præcipuè lætabatur, quòd conſideraret, oblatam piis ſuis deſideriis occaſionem, in prædicto ſacro loco & magnificentiam & officia reſtituendi. Itaque ejuſdem juſſu elaboratum fuit ornamentum è ligno nuceo, quod auro opulenter coopertum decoratumque columnis Salomoni-

AUCTORE C. S.

* à la Salamonica

* cavaliere

cis * augebat venuſtatem picturæ, quam artificioſa manu viri nobilis * Sarmei confici curaverat. In ea cernitur S. Joannes Pontificalibus veſtibus ornatus, qui miniſtris adſtantibus, ſacerdotium conferre exhibetur S. Ubaldo, ſupra cujus caput angelus mitram ſuſtinet in præſagium ſucceſſionis in eumdem epiſcopatum. Infrà ad pedes viſitur imago ejuſdem illuſtriſſimi Sperelli, in morem Sancto ſupplicantis; quæ omni tempore poſteris noſtris indicium erit perpetuaque memoria ejuſdem pietatis, religionis & beneficentiæ.

ſplendidam thecam & veſtimenta parat

56 Cúmque illuſtriſſimus veterem arcam ſacro corpori non omnino adæquatam adverteret, aliam recentioris artificii ex eadem nucea materia, auro ſplendidè ornatam confici fecit, quam cupreſſinis tabulis interiùs obduci, haſque panno ſerico rubro veſtiri voluit; ipſi verò arcæ clathros ferreos cum cryſtallo mobili adaptari, ut eminentioris fortunæ perſonis ſacratum illud pignus commodè poſſet oſtendi. Similiter conficienda curavit veſtimenta magis ſplendida, decentioraque prioribus, quæ fortè eadem erant, quibus Sanctum noſtrum, ex conſervandæ etiam poſt obitum humilitatis amore, cooperiri voluiſſe probabile eſt. Poſt hæc decrevit cæleſtis illius theſauri tranſlationem quàm maxima poſſet magnificentiâ peragere, non ignarus, quantùm Deo placeat honor hìc in terris inter homines exhibitus iis, qui in ſuæ gloriæ gremio conquieſcunt.

B

tranſlationem primùm in 7, dein in 13 Septembris 1648 indicit.

57 *Deinde auctor prolixiori, quàm ad propoſitum noſtrum neceſſe eſt, ſermone enarrat illuſtriſſimum epiſcopum apud comitem Joannem della Branca, qui ium temporis ſupremum Eugubii magiſtratum gerebat, inſtituiſſe, ut ſuam civitas operam munificentiamque ad tam pium opus conferret: illum verò convocato primùm nobilium cœtu, ac deinde generali Eugubinorum concilio, cum unanimi omnium conſenſu, epiſcopi poſtulatis annuiſſe, decreviſſeque, ut quatuor vici, in quos civitas dividitur, totidem arcus triumphales erigerent, electis in quolibet vico duobus viris nobilibus, qui operi præeſſent. Subdit, eumdem epiſcopum canonicis eccleſiæ ſuæ cathedralis, necnon mercaturæ atque artium præfectis piam munificentiam ſimiliter commendâſſe, urbis ſodalitia, Ordineſque religioſos ad eam feſtivitatem celebrandam excitâſſe, omnemque ſuæ diœceſis clerum ſtatuto die Eugubii adeſſe juſſiſſe: & ne quid tantæ ſolemnitati deeſſet, epiſcopos ac abbates vicinos invitâſſe, ut ſuâ eam præſentiâ cohoneſtarent. Tranſlationi dies præſtituta erat* VII *Septembris, quâ Sancti feſtum colitur: ſed cùm ſeptem arcus triumphales, qui jam inchoati erant, ad eum diem perfecti eſſe non poſſent, aliaque impedimenta occurrerent, dilata eſt ea ſolemnitas uſque ad Dominicam infra Octavam, quæ erat* XIII *ejuſdem menſis Septembris. Nunc Armanni textum reſumamus:*

C

Pridie tranſlationis epiſcopus ſacrum corpus & ſacellum exornat:

58 Sabbatho, quod diem tranſlationi deſtinatum præcedebat, epiſcopus ad eccleſiam cathedralem, quam canonici ſplendido ſumptuoſoque apparatu ornandam curaverant, ſe contulit; cúmque venerabilis corporis thecam aperiri mandâſſet, fuiſſetque veneratus, vetuſtis illud coram ipſis veſtibus exuit, ut novis indueret, quas decentiores ſplendidioreſque munificè paraverat. Itaque cordis lætitiam devotione ſua manifeſtè prodens, pretioſâ tunicâ lineâ benedictum corpus veſtivit, eique planetam telis ex aureis contextam ſuperinduit, capiti verò mitram ex eadem materie impoſuit: tum ſandalia caligaſque ex albo panno ſerico operis Damaſceni, auro pariter diſtincta induit, reliquaque, quibus opus erat, adjecit. Deinde cùm in Sancti digito vilem annulum conſpiceret, detractum ſibimetipſi ſuum, cui magni pretii gemma inſerta erat, glorioſiſſimo Deceſſori ſuo humiliter donavit; ita omnes edocens, poſſidendis divitiis indignum eſſe, quiſquis iis ex grato erga Deum, à quo eaſdem accepit, animo non utitur. Poſthæc ſacrum vultum velo, in quo vaſa floreſque aurea acu depicta erant, contexit, totumque corpus altero bombycino velo rubri coloris, eleganter pariter picto, cooperuit, ac deinde icone arcâque conſecratis ad epiſcopale palatium regreſſus eſt.

D

ipſo die, comitantibus 5 epiſcopis extraneis, & 8 abbatibus

59 *Poſthac prolixiori rurſum ſtylo auctor multa enarrat, quæ, ut lectori parcam, partim in compendium contracta exhibeo, partim ſtudiosè prætermitto. Pridie tranſlationis advenêre Eugubium epiſcopi quinque, quos illuſtriſſimus Sperellus invitaverat, videlicet Bernardus Scala Feretranus, Antonius comes Monte-Catinus Fulginatenſis, Honoratus de Honoratis Urbanienſis & S. Angeli in Vado, Pacificus Traſius Callienſis, & Mutius Montanus Nucerinus. Poſtera die Eugubinus antiſtes cum prædictis epiſcopis, & octo inſuper abbatibus, necnon magnæ nobilium virorum corona, urbiſque magiſtratu cathedralem ædem, in cujus altari principe Sancti corpus erat repoſitum, adiit, ibique ſacroſancto Miſſæ ſacrificio ſolemniter inchoato, poſt cantatum Euangelium ipſe exedram aſcendens, orationem panegyricam ad populum habuit, quâ eximias* S. Joannis *virtutes commendans, gregem ſuum exhortatus eſt, ut in ſanctiſſimi Epiſcopi ſui patrocinio ſpem ſuam fiduciamque collocaret. Exſtat hæc panegyris, ſermone Italico, quo dicta eſt, apud Armannum, Tranſlationi, quam modò deſcribimus, ſubjuncta. Finito Sacrificio, eodem ordine ad epiſcopale palatium reditum eſt: ſed miſſis ceteris, ipſam tranſlationem referamus.*

E

ſacrum corpus ſolemniſſimè

60 *A meridie, Veſperis ſolemniter decantatis, tranſlationi initium datum eſt. Arcam, in qua ſacrum corpus ſervabatur, ſex diaconi inter pios ſuſurros votaque frequentiſſimi populi è ſummo altari depoſitam, quinque extraneis epiſcopis venerationis ergo manus admoventibus, ad eccleſiæ fores deportârunt: deinde in epiſcoporum vices totidem abbates, omnes mitris ornati, ſucceſſerunt. Ordo autem ſacri agminis hic fuit: præcedebant omnium artificum collegia, deinde ſacra ſodalitia, numero frequentia, accenſaſque faces geſtantia: ſequebantur religioſi Ordines; tum clerus ruralis, urbanuſque cum ſeminarii alumnis & canonicis ſanctæ Chriſtinæ. Poſt hos tubicines muſicorumque chorus ſacros hymnos modulabantur, puerique cæleſtium geniorum habitu exornati cathedralis eccleſiæ canonicos præcedebant, omnes uti & reliquus clerus erat, caſulis indutos faceſque præferentes. Deinde ſacri corporis lipſanotheca, pretioſo cooperta velo, eo modo, quo ſuprà diximus, ſub umbella ferebatur, quam ſubſequentibus tribus reliquis abbatibus, quinque epiſcopis extraneis, viriſque nobilibus, militum manus utrimque ſtipabat, & frequens ſacerdotum numerus tædis ardentibus cingebat. Succedebat epiſcopus Eugubinus, pontificalibus indutus inſignibus, tandemque ſacrum agmen claudebat ejuſdem urbis magiſtratus, quem numeroſa nobilium turba ac innumera penè populi*

F

A *li multitudo ſequebatur : cúmque ante palatium publicum perventum eſſet , ingenti tormentorum bellicorum exploſione ſacrum corpus ſalutatum eſt.*

per urbem delatum

61 *Quacumque autem ea pompa ducebatur, domorum frontiſpicia tapetibus , varioque ornatu decorata , erectique hinc inde arcus triumphales tótam viam exornabant : quæ omnia laudatus Armannus prolixo ſermone proſequitur. Ex variis inſcriptionibus , quas refert , unam huc transfero , quam arcui , in S. Juliani regione erecto , præfixam fuiſſe tradit. Viſebantur in eo arcu* SS. Joannis *& Ubaldi ejuſdem urbis epiſcopi ſtatuæ , in earumque medio Eugubinæ civitatis imago ſupplicantis in modum proſtrata : ſuprà hæc erat epigraphe :*

Divo Joanni , patriâ Laudenſi ,
digno dignitate antiſtiti ,
ſanctitate cæleſti ,
Nec minori nunc corporis ,
quàm
olim animi integritate divino

Alteram civitatis ſtatua exhibebat in hæc verba :

B Eſe Eugubina civitas
ejus munita excubiis , ditata exuviis ,
prodigiis cumulata , ſuppliciter
advolvit.

Ceteras , ne nimius ſim , prætermitto.

in novam thecam deponit.

62 *Cùm ad cathedralem eccleſiam reditum eſſet , ſacrum corpus in ſuum ſacellum delatum eſt , hymnoque* Te Deum *ſolemniter decantato , novæ thecæ impoſitum , adjecta geminâ epigraphâ , incorrupti corporis indice. A dexteris ſcilicet hæc theca inſcripta eſt ex pſalmo 15 deprompta :*

Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem.

A ſiniſtris verò hæc ex Euangelio S. Joannis cap. 21 :

Sic eum volo manere , donec veniam.

Deinde idem illuſtriſſimus Sperellus argenteam lampadem juſſit appendi , quæ hodiedum ex ejuſdem liberalitate diu noctuque ardet , inquit Armannus.

C § VII. Alexandri Sperelli , epiſcopi Eugubini, Decretum de prædicta elevatione : beneficia quædam eo tempore impetrata.

Epiſcopus , Sanctos honorandos docens ,

QUæ hucuſque de ſolemni corporis tranſlatione , ſeu elevatione retulimus , confirmantur ex decreto ſæpe laudati Alexandri Sperelli , quod ea occaſione editum , Vincentius Armannus Tranſlationi ſubtexuit , unde illud recudimus.

Nos Alexander Sperellus , Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ epiſcopus Eugubinus &c. Univerſis & ſingulis has noſtras litteras inſpecturis , viſuris pariter & audituris , præſentibus & futuris , ſalutem in Domino ſempiternam.

Sanctorum animas , hodie cum Chriſto in cælis regnantium , apud Deum plurimùm poſſe , & pro nobis adhuc à patria exulibus , & in hoc tam periculoſo itinere infirmo pede gradientibus , inceſſanter intercedere , & perennes preces effundere , firmiter credendum eſt , maximè ſi ipſarum corpora , quæ viva Spiritus ſancti membra fuêre , & apud nos veluti cariſſima amoris pignora retinentur , nedum veneremur , verùm & pro poſſe honorificè recondamus , tamquam voluntatis noſtræ erga illas perpetuum poneremus monumentum.

AUCTORE C. S.

*teſtatur , ſe ſacellum & Sancti corpus ornáſſe , * imò* repererimus

64 Cùm itaque in poſtrema viſitatione de hac noſtra cathedrali Eugubina (Deo favente) peracta , reperiverimus * in quadam cappella , à cornu Epiſtolæ prope pulpitum conſtructa , ſacrum corpus ſancti pontificis Joannis Laudenſis , olim in eadem cathedrali prædeceſſoris noſtri , poſt quingentos quatraginta & octo * annos minùs congruè ac decenter aſſervari , ipſumque altare ferè exutum omnibus neceſſariis indigere, pro noſtri officii munere , & prædeceſſorum noſtrorum decretis inhærendo , illos , per quos ſpectabat , primò provideri mandavimus , quodque poſt plurimas interpellationes ipſis minimè adimplere curantibus , tandem contra eos ad ſententiam privationis juris , ſi quod habebant in dicta cappella & altare , legitimè devenimus , & ab ea die , divina inſpirante gratia , altare ipſum ornare & ſacrum corpus honeſtiùs elevare cogitavimus , prout nullis parcentibus * ſumptibus & iconam & arcam deauratam confici curavimus.

** imò 542*

E

** fortè* parcentes

65 Et ne ei , quem noſtri & nobis commiſſi gregis tantum credimus Interceſſorem , hac in re imbecillitas noſtra aliquo deeſſet obſequio , pro ſolemni etiam tranſlatione diem XIII Septembris currentis anni MDCXLVIII indiximus & deputavimus ; invitatis ad hoc ultra clerum & populum noſtræ fidei creditum , circumvicinis prælatis & præſulibus , qui cùm pro pia actione libentiſſimè convenerint illuſtriſſimi & reverendiſſimi domini Honoratus de Honoratis epiſcopus Urbaniæ & S. Angeli , Bernardinus Scala epiſcopus Feretranus , Fr. Pacificus epiſcopus Callienſis , comes Antonius Montecatinus epiſcopus Fulginatenſis , & Marius Montanus de Cobellutiis epiſcopus Nucerinus , cum eorum aſſiſtentia , ac octo mitratorum abbatum ; de manè pontificali ritu Deo Sacra obtulimus in honorem ſancti prædeceſſoris Joannis , de cujus laudibus , quantùm pro facultate licuit , poſt Euangelium è ſuggeſtu egimus , & cum eadem aſſiſtentia ac penè innumerabilis populi interventu , Veſperis ſolemniter decantatis , ſacrum corpus per præcipuas inſigniores civitatis partes proceſſionaliter & ſolemni pompâ aſſociavimus , & ad cathedralem reverſi , ſole jam elapſo , præſentibus iiſdem illuſtriſſimis & reverendiſſimis epiſcopis , capitulo , abbatibus , magiſtratu & officialibus publicis , totoque clero civitatis & diœceſis ; magnaque populi multitudine , poſt devotas effuſas preces , in altari per nos conſtructo & arca fabricata perpetuò quieſcendum ac Chriſti fidelibus adorandum repoſuimus.

F

& hoc ſolemniter elevâſſe :

confecto ad fidem faciendam inſtrumento authentico

66 In quorum omnium & ſingulorum fidem ad majorem Dei gloriam & erga ſanctum antiſtitem Joannem devotionem , futuris temporibus conſervandam augendamque , has præſentes manu noſtrâ firmatas fieri , majori , quo in talibus utimur , ſigillo muniri , & per infraſcriptum cancellarium noſtrum ſubſcribi mandavimus. Datum ex cathedrali noſtra Eugubina , præſentibus illuſtriſſimis dominis comitibus Ruberto & Joanne Antonio de Montecatinis , & perilluſtribus ac excellentiſſimis dominis Alexandro Caffarino de Maſſa Carrariæ Locum-tenente , & Franciſco Mariâ Ciarlino Urbinatenſi , prætore

AUCTORE C. S.

prætore civitatis Eugubinæ, teſtibus vocatis, adhibitis & rogatis eâdem die XIII Septembris; MDCXLVIII, ſedente Innocentio divinâ providentiâ Papâ X, anno ejus quarto. Alex. epiſc. Eugubin.

Loco ✠ Sigilli.

Et ego Jacobus Maſſius à Terra Montis Sancti Spoletinæ diœceſis publicus & Apoſtolicâ authoritate notarius, & ad præſens cancellarius epiſcopalis Eugubii, de prædictis rogatus, me ſubſcripſi & publicavi, ſolitoque meo ſigno ſignavi, rogatus & requiſitus ad laudem omnipotentis Dei & glorioſiſſimi S. Joannis &c.

Loco ✠ Signi.

Beneficia tempore elevationis obtenta.

67 *Denique ut huic Commentario finem imponam, ſubjungo aliqua ſeu miracula, ſeu beneficia, quæ hujus tranſlationis occaſione impetrata dicuntur. Illuſtriſſimus Sperellus in oratione ſua panegyrica, quam eo die ad populum habuiſſe diximus, inter cetera ad propoſitum ait:* Quemadmodum (S. Joannes) eximia virtutum Chriſtianarum exempla nobis imitanda reliquit, ita magnum beneficiorum cumulum ſuis glorioſis meritis nobis impetrare vehementer deſiderat: imò jam inde impetrare cœpit, cùm nonnulli pleni gaudio de acceptis per hos dies inſignibus beneficiis faciant fidem: unde evidenter intelligimus, quòd hoc humile noſtrum obſequium è cælo acceptare & approbare dignetur. *Quænam hæc beneficia fuerint, diſcimus ex Armanno, cujus verba Latinitate donata ſubjicio. Itaque poſtquam varios ſermones retulit, quos populus de tranſlationis ſolemnitate miſcebat, ita proſequitur:* Audiebatur populus cum pietate & admiratione multa narrare de pluribus beneficiis, quæ ſupremus Dominus ob dilecti ſui Joannis patrocinium variis contulerat perſonis, quæ piè & fideliter illius clientelæ auxilium hac occaſione imploraverant: quapropter ut pateat, quàm admirabilis ſit Dei in ſuis Sanctis bonitas pietaſque, aliqua hîc referemus, quæ illuſtriſſimus epiſcopus indubitata agnovit per Vicarii examen, quod de iiſdem exactiſſimè inſtituit.

B

Abbas quidam podagrâ ſanatus, ut elevationi adeſſet:

68 Pater Marcucci Eugubinus, abbas Canonicorum Regularium ſancti Salvatoris, ætatis ſexaginta & octo annorum, longo podagræ malo noctu diuque vehementer conflictabatur, cùm intellexit, epiſcopum omnes mitratos abbates invitâſſe, ut hujus tranſlationis ſolemnitati adeſſent: unde dolebat, quòd ob infirmam valetudinem ſuam etiam ipſe intereſſe non poſſet. Interim quodam veſpere recumbens, cum fiducia reverentiâque ad Sanctum recurrit. Manè evigilans ſtupuit, deprehendens, doloris acerbitatem multùm remiſiſſe, quem priùs ſatis acriter fuerat paſſus: repetitis propterea ad S. Joannem precibus, indies meliùs habuit, ita ut poſt quinque aut ſex dies omnino perſanatus, cum reliquis abbatibus intereſſe potuerit, & reipſa interfuerit toti ſolemnitati, non ſine multorum admiratione, qui eum paulò antè omni gradiendi facultate deſtitutum noverant.

C

alteri pectus ſanatum, alteri greſſus reſtitutus.

69 Thomas Barberio Urbinas, habitans Eugubii, vehementiſſimis pectoris doloribus afflictus decumbebat, iiſque ad mortis anguſtias deductus, pio cordis affectu, opem Sancti cœpit implorare, eo ſucceſſu, ut omni cruciatu ſubitò ceſſante, ipſe cum ſummo ſtupore mox convaluerit. Guido Baldus Cirinci hujus civitatis, cùm acerbo & immedicabili cruris malo, quo incedendi facultatem penitùs amiſerat, jam ultra quinquennium laborâſſet, ſatis vivam fidem concepit, velle Deum per S. Joannis patrocinium ſibi ſanitatem reſtituere, de qua medici omnino deſperabant. In hunc finem quacumque demum poſſet ratione ad eccleſiam cathedralem ſe conferre decrevit: quò cùm poſt longos conatus incredibileſque dolores tandem perveniſſet, ante Sancti corpus proſtratus, ſuppliciter & piè Sancti patrocinium flagitabat; quod & verè prodigioſè expertus eſt, quippe incolumis hilariſque reverſus eſt domum ſuam, qualiter etiamnum non ſine omnium admiratione perſeverat.

D

Moniali ad extrema deductæ incolumitas donata:

70 In monaſterio Converſarum quædam monialis, ſoror Maria Vincentia Rogai dicta, jam triennio horrenda è plagis fluxione uſque adeo vexata fuerat, ut ſola cutis oſſa contegeret. Itaque cùm ex remediis, quæ aſſiduè adhibuerat, nihil prorſus ſolatii percepiſſet, ſacro jam Oleo peruncta, commiſſa eſt curæ eorum, qui ipſis in extremo agone adeſſe conſueverant. Interea verò de inſtanti tranſlatione corporis S. Joannis certior facta, ex intimo cordis affectu ſeſe illi commendavit, poſtulans, ut ſibi non integram ſanitatem; ſed tantum modò virium à Deo impetraret, ut è lecto ad menſam, vel penum * refectorii poſſet pertingere. Ipſo itaque ſolemnitatis die, matrem Prioriſſam ac deinde moniales precata eſt, ut ſeſe ad feneſtram deportarent, unde ſacrum corpus poſſet intueri: at cùm impoſſibile eſſet eam aliò deferre, quàm ad oratorium, illam ibidem dimiſerunt toto cordis affectu ad eumdem Sanctum converſam: quem ſanè potentem apud Deum patronum experta eſt: quippe vix terminata erat tranſlatio, cùm ſe multò melius ſenſit, deinde ſanguinis fluxus penitus ceſſavit, eodem veſpere firmo greſſu inceſſit, integramque poſtmodum valetudinem mirabiliter conſecuta eſt.

E

* *Italicè* la credenza in refettorio

altera contracta & moribunda, ſanitatem & vigorem recipit:

71 Soror Maria Innocentia Billi, monialis in monaſterio S. Benedicti, ex faſtidioſa infirmitate, febribus laborans, ad extrema deducta erat, quippe quæ extremâ Unctione jam munita fuerat, & ſæpiùs credita ſpiritum ſuo Creatori reddidiſſe. Taliter languenti & moribundæ in mentem venit S. Joannis opem magno affectu implorare, uti etiam fecit: eodemque tempore ipſius parentes, facto pro ejuſdem incolumitate ad Sanctum voto, per ſacerdotem Sacrificium fieri curârunt in ſacello, ubi ejuſdem ſacrum corpus quieſcit. Res accidit ſupra modum admirabilis, nam eo ipſo momento, quo ſacroſanctum Sacrificium celebrabatur, recepto loquelæ uſu, quo deſtituta fuerat, meliùs cœpit habere, poſt biduum verò tam ſana è lecto ſurrexit, acſi nihil umquam mali ſenſiſſet. Eò autem mirabilior fuit hæc ſanatio, tum quòd antequam decumberet, membris penitùs debilitata eſſet, tamque incurvata incederet, ut ne leviter quidem ſe poſſet erigere, tum quòd etiam medici faterentur, tam ſubitam curationem non ſuæ, ſed ſuperiori ſuaque validiori medelæ eſſe adſcribendam.

F

pedis malum ſubitò ſublatum:

72 Cujuſdam dominæ Neapolitanæ, Catharinæ Paulelli nomine, ſiniſtrum pedem læſerat lignum quoddam, quo è lecto deſcendens innixa fuerat: acerrimos in hoc patiebatur cruciatus, qui paulatim dirum in modum ingraveſcentes, uſque adeo intolerabiles evadebant, ut nulla ratione poſſet quieſcere. Cúmque in hunc modum afflicta uſque ad nonam noctis horam inſomnis anguſtiaretur, incidit cogitatio de S. Joanne Laudenſi invocando; invocavitque quan-

ta

A ta potuit devotione ; nec mora omnes mox dolores evanuiſſe, ſeque omni malo liberam manè experta eſt.

comitiſſa morti proxima convaleſcit ;

73 Domina Camilla, filia quondam comitis Victorii Chiocci, conjux domini Ludovici Biſcaccianti, ex graviſſima infirmitate lecto affixa erat, omnibuſque totius corporis membris capta, quorum nullum poterat movere ; dum accidente novâ eáque graviſſima catarrhi defluxione, decem diebus totidemque noctibus delirium paſſa eſt, quo debilitatæ vires, nec ſomno nec quiete utcumque potuerunt reſtaurari ; ita ut jam nullum ſignum vitæ, nulla ſpes ſupereſſet. Viſum tamen marito eſt, eam S. Joanni Laudenſi commendare. Itaque cùm duæ Miſſæ in ejuſdem ſacello celebrarentur, eodem tempore, mirum dictu, mox ſeſe multo meliùs ſenſit, & indies adhuc notabiliter convaleſcens, ſpem facit, fore ut Sanctus integræ valetudinis dono teſtetur acceptos ſibi fuiſſe labores, quos idem dominus Ludovicus in erigendo arcu triumphali impendit.

B *varia anathemata pro obtentis beneficiis appenſa.*

74 Viſuntur in ſacello S. Joannis anathemata ingenti numero appenſa, quotidiéque nova aliqua appenduntur pro beneficiis, quæ tam tranſlationis tempore, quàm poſtea divina Bonitas per Sancti patrocinium fidelibus largita eſt, & etiamnum largitur : verùm nobis ſufficiat ea retuliſſe, quæ ab iis, quibus collata fuêre, aſſerta ſunt, & interpoſito jurejurando, ſolitoque modo, poſtulante procuratore fiſcali curiæ epiſcopalis examinata, & quorum Proceſſus in Acta hujus cancellariæ relati ſunt.

confidens in ejus miſericordia, qui muta quondam animalia fecit facunda, veſtris, dominorumque meorum, ſervorum ſcilicet Dei, cum quibus cohabito, juſſibus, poſtremò domini Joannis Apoſtolici legati, religioſiſſimi per omnia viri, ejuſdem in epiſcopatu ſucceſſoris *f*, imperiis, cùm non audeam reſiſtere, ecce, quaſi balbutiens incipio obedire. Veſtrum autem ſit, ut dignum poſſim aliquid de ejus vita proferre, id mihi divinitus veſtris precibus impetrare.

A. ANONYMO.

f

ANNOTATA.

a *Scriptorem hujus Vitæ fuiſſe Sancti diſcipulum, probavimus in Commentario num.* 5 *& ſeqq.*

b *De antiquitate & fide codicis, ex quo apographum noſtrum deſumptum eſt, vide Commentarium num.* 3 *&* 4.

c *De tempore, quo Vita ſcripta videtur, conſule Comment. num.* 8.

d *In veteri, non in nova, Laude Pompeia* S. Joannem *natum eſſe oſtendimus num.* 15 *&* 16, *ubi etiam loci notitia data eſt.*

E

e *Allegoria eſt deſumpta à facto Jacobi, Geneſeos cap.* 30.

f *Erat Joannes ille patriâ Eugubinus, Cardinalis titulo S. Anaſtaſiæ ; de quo vide dicta in Comment. num.* 2 : *quid autem de ejuſdem epiſcopatu Eugubino ſtatuendum ſit, diximus num.* 8 *& duobus ſequentibus.*

VITA

Auctore anonymo, Sancti diſcipulo *a*

Ex vetuſto codice membranaceo mutilo, archivii olim Vincentii Armanni, nunc publici Eugubini b.

C

PROLOGUS AUCTORIS.

Auctor, cur ſcribat, exponit.

Diu *c* jam eſt, quòd ſanctæ Eugubinæ eccleſiæ filii parvitatem meam non ceſſatis pulſare, ut de noſtri vita Antiſtitis jam in Domino morientis, ſancti ſcilicet Laudenſis *d* Joannis, aliquid vobis aggrediar ſcribere : nec putatis de eo ſilendum linguâ, per quem divina vobis coruſcare crebra narratis miracula ; quatinus quia ſuperſtiti * vobis jam non datur irrigari doctrinâ, ædificationi veſtræ ut cognita proficiat gratia ; atque dum alterum Jacob ejus oves perhibemini cernere, quaſi ad virgarum ejus aſpectum ſpirituales Domino filios poſſitis generare *e*. Ceterùm hoc, quod mihi injungitis, onus vires meas excedere, ipſos vos non æſtimo dubitare ; quippe cùm ſim inops ſcientiæ, vacuus ſanctitate ; ad hæc quia pro meritorum ejus magnitudine pauca me illius contigit nôſſe. Sed quia quandam typici argenti ſtillulam, Domino largiente, videor habere, nec eam tabernaculi ejus fabricæ, quæ vos eſtis, debeo non offerre,

* *l.* ſuperſtitis

c

CAPUT I.

Sancti pia pueritia & adoleſcentia : auſtera in ſeculo vita & miſericordia opera.

A pueritia virtutem ſectans, inter litterarum ſtudia

F

JOannes igitur Laudenſis ab ipſa, ut dicitur, pueritia vixit laudabilis, Chriſtique tyrunculus jam tum agonizabat, ne à regenerantis gratiæ degeneraret proſapia : cùm enim illa ætas per morum lubrica infrænis ſoleat diffluere, jam ille, ut à Deo doctus auriga carnalium ſuorum equorum ſenſuum, per arctam cæleſtis diſciplinæ ſemitam cogebat incedere & ante eremi fortè notitiam jam vitam imitabatur eremiticam ; dumque per corporalem vix pubeſceret ætatem, immaculatam per vitam quandam præferebat ſpiritalem canitiem, meritóque ſibi poterat congruere, quod per Sapientiam dicitur de ſapiente : Cani ſunt ſenſus hominis, & ætas ſenectutis vita immaculata. Nempe cùm literarum januam acris ut puta ingenii puer tranſmeâſſet, atque ad floribundos liberalium artium dumos perveniſſet, quos incautè tractando multa, proh dolor ! hominum millia non modò vulnerata, ſed ad gehennam uſque irremediabiliter ſunt demerſa ; ille, ut cæleſte animal, intus & undique oculatus *a*, tam circumſpectè à noxiis ſecernebat utilia, ut nulla, Domino cuſtodiente, animam ſauciaret læſura. Senſus quippe dictionum, vires ſententiarum, genera caſuſque mentis armario recondebat : ubi verò laſciva, impudica animæque damnoſa obviarent, quaſi Scyllæum Ulixes melos *b*, cruci Chriſti annexus ſurda aure tranſibat.

a

b

3 Nec tamen carpere omittebat thymum,

A. ANONYMO. *animam mundam ſervat, aliiſque*

dum viroſum tantopere contemnebat aconitum : jamque illud Chriſti ſponſæ epithalamicum, quod necdum fortè legerat, ruminans ructabat in opere : Ego, inquiens, dormio, & cor meum vigilat. Dormiebat enim frivolis, cùm vigilare non intermitteret ſeriis. Unde cognito condiſcipuli tam miro tamque inaudito illius propoſito, ludum ſuper eo aliquoties exhibebant, dum ad turpia illa atque hiſtrionica, quibus illi abundant libri, perventum eſſet : dicebant enim alter ad alterum : Si hoc à Joannis ore potes verbum elicere, tàle te ſciás à me pretium reportare. Quibuſdam ergo ambagibus ad id proferendum, quaſi retibus, ambiebatur : ſed omnes ille acceſſus, acſi alter Argus *c*, circumſpiciens fruſtrabatur, nec erat ad immunditiæ fæcem labilis, cujus ſupra petram jam Dominus pedes ſtatuerat mentis, quique cum Lot propoſuerat contendere ad montana, dedignabatur cum uxore reſpicere Sodomam *d*, parvipendens à conſodalibus ob hòc illudi vel deſpici, gaudens verò, Apoſtolorum jam ſequax, pro Chriſto contumeliam pati *e* ; illis imò jam noverat condolere, atque, ut Chriſto lucrifaceret, ſanctæ exhortationis manum porrigere.

castitatis amorem instillat.

4 Quos enim eorum per mundi obſcœna volutari didiciſſet, nunc hunc, nunc illum, ſeorſim conveniebat, ſanctiſque eos ſtimulis à vitiorum cœno ſejungere, ac Domino ſatagebat unire ; magnumque ſe futurum bovem Chriſti præſagiebat areæ, qui tantillus eam boſculus jam cœperat triturare *f*. Quid enim aliud triturans agit, quàm ut grana ſecernat à paleis ? Spiritualia verò grana ſunt animæ cæleſtibus horreis recondendæ, quas ille nimirum à paleis ſequeſtrat, qui ab indignis earum iniquitatum involucris ſeparat. Hinc enim per Prophetam à Domino dicitur : Si ſeparaveris pretioſum à vili, quaſi os meum eris. Vilis enim eſt mundus ; quia quid, niſi quædam eſt hominis peregrinantis domus ? At pretioſæ Domino ſunt animæ, quia ipſæ lapides ſcilicet vivi in cæleſtis Jeruſalem ædificio ſunt locandæ. Qui ergo à vili mundo pretioſas animas ſanctâ prædicatione dividit, os Domini fit ; quia id operis perpetrat, quod ipſe per utrumque Teſtamentum, ut fiat, clamat. Hoc namque opus ſe Apoſtoli per mundum acturos, jam præſignabant, quando per ſata Dominum ſequentes, ſpicas manibus famelici confricabant : & quod profectò opus eſt omnium Chriſtum Chriſtique Apoſtolos non fictè imitantium, hoc iſte Vir ſanctus jam præfigurabat, ſe operaturum & priùs in prioratu & poſtea in epiſcopatu.

Ægris inſervit : auſteram vitam ducit.

5 Sed quiſquis eum audis jam tum ſpiritualibus inhiantem, nequaquam eum circa corporalia etiam pietatis officia æſtimes negligentem. Cùm enim quemquam didiciſſet ægrotare, mox eum curabat inviſere, & ſi curâ indigeret, ei aſſiſtere atque ad ejus nutum pendêre, piæque matris ſolicitudinem ; fideliſque clientis adhibere ſtudet *g*. Qui autem ſcire vult, in quanta jam tum victûs, in quanta tegumenti vixerit extremitate, quomodóque jam mundanum mare calcans ; jam quaſi alter Petrus *h* Chriſtum fuerit imitatus ; id non difficulter poterit conjicere, ſi ſolius lecti ejus ſtruem non pigeat nôſſe. Cuidam enim ex noſtris quidam juxta parvulam baſilicam & locum *i* monſtravit & ſtratum ; Hoc, inquiens, ſub ſtemnio *k* Laudenſis ille Joannes ſolebat decumbere, hoc cervicem pulvillo fulcire, & humum videlicet oſtendens & lapidem. Qui ergo pro cervicali ſaxo, nudâque humo utebatur pro fulcro, quantæ in amictu vilitati, quantæ in victu ſtuduiſſe putandus eſt frugalitati ? Hæc exigua de ejus ante ſacrum habitum vita & mihi narrâſſe, & vobis, chariſſimi, ſuffecerit didiciſſe.

ANNOTATA.

a *Alludit ad Cherubim, de quibus S. Joannes in Apocalypſi cap. 4 ait :* Et quatuor animalia, ſingula eorum habebant alas ſenas : & in circuitu & intùs plena ſunt oculis.

b Sirenum melos *voluit dicere. Nota eſt Poëtarum fabula de Ulyſſe, quem, ut Sirenes, marina monſtra evaderet, ſociis ſuis cerâ aures obturâſſe, ſeque navis malo alligâſſe, ne earum cantu demulſi ſeſe in mare præcipitarent, fabulantur.*

c *Nota item eſt oculati Argi fabula, quâ vir inſignis prudentiæ & indefeſſæ vigilantiæ deſignatur.*

d *Hiſtoria Lot Sodomæ incendio ab angelis erepti, & uxoris, quia retroſpexerat, in ſalis ſtatuam converſæ, habetur Geneſeos 29.*

e *Actuum Apoſtolorum cap. 5, ubi de Apoſtolis cæſis à Judæis dicitur :* Et illi quidem ibant gaudentes à conſpectu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam pati.

f *Alludit ad verba Apoſtoli, qui 1 ad Cor. 9 ℣. 9 & 10 & alibi, verba Legis Deut. 25 Apoſtolicis operàriis adaptat, dicens : Scriptum eſt enim in lege Moyſi :* Non alligabis os bovi trituranti. Numquid de bobus cura eſt Deo ? An propter nos utique hoc dicit ? Nam propter nos ſcripta ſunt.

g *In Vita ſecunda dicitur etiam de facultatibus ſuis neceſſaria miniſtrâſſe, quod ſatis veriſimile eſt.*

h *De S. Petro ſuper mari ambulante videri poteſt cap. 14 Matthæi, ℣. 28 & ſeqq.*

i *In Vita ſecunda dicitur apud eam eccleſiam tugurium ſibi ædificâſſe ; quod etiam verum videtur.*

k *Ita apographum noſtrum : at legendum eſt :* ſubſternio *: eſt autem propriè* ſubſternium *ſtramen quod equis quieturis ſubſternitur : hîc verò pro lecto ſumitur.*

CAPUT II.

Vita privata in Eremo Fontis Avellanæ.

Admiſſus in eremum Fontis Avellanæ a

POſtquam enim quantâ circa os diximus, tantâ etiam circa reliquos ſenſus cuſtodiâ uſus, variiſque pietatis exercitiis aſſecutus, ephebi tempora tranſegiſſet *a*, falcemque ingenii ad Chriſti putandam vineam in mundi Ægypto non modicè acuiſſet, fervidus Operarius mox contendit ad eremum *b*, ſacrumque monaſticæ profeſſionis arripuit indumentum : cujus aſperitatem hominem macilentum, tamque exanguem, poſſe tolerare, plerique eremitarum cœpêre diffidere ; cùm multos eatenus & vegetos & corpulentos incaſſum id meminiſſent expertos. At verò in brevi ille adeò omne eremiticæ difficultatis ſubiit inſtitutum, ut nulli ſe in omni ſacroſancta obſervatione toleraret eſſe ſecundum : imò verò cùm ceteros præire Fratres virtutum paſſi-

b

bus

A bus consueviſſet, cecidiſſe ſibi videbatur, quando alii ſequebantur.

emicat in obſervantia inſtituti, ſcribendis libris,

7 Moris enim in hac eremo eſt, ut Fratres, qui longè ab oratorio in cellulis manent, acrioribus ſemetipſos jejuniis regulariter macerent; quia ſcilicet, licèt diverſis ſancti exercitii diſciplinis jugiter occupentur, prolixitate tamen ſynaxeos *c* non tanta gravantur. Iſte verò cùm baſilicæ contiguus ſolitò adhæreret, & eccleſiaſtico oneri pro columna erat, nec largiori tamen corpuſculum alimoniâ nutriebat *d*. Quin etiam vix umquam à diverſis manuum operibus tolerabat quieſcere, dum per aliqua ab eccleſiaſticis intervalla reſpirare liceret; ſed aut ſua libros manu ſcribebat, aut ab aliis ſcriptos examuſſim corrigebat, aut per diverſa mittendas epiſtolas dictans enarrabat *e*: cujus exhortatoria verba in quoſcumque ſcintillabant, illorum ad Deum mentes mox ſurſum flammabant, nec poterant non ignire, quos tangerent, cùm ab ignito ardentia carbone procederent. Hanc ergo ſibi tanti laboris ſarcinam dum ultroneus ſuperadderet, quis non advertat, quàm * gravius ei jejunium fieret? Verùm hæc ille omnia, quaſi minima, floccipendebat; quia ad ſancti cursûs finem medullitus anhelabat, ſciens quia, teſtante Apoſtolo, non coronatur, niſi qui legitimè certaverit: & dicente Domino: Non, qui bene incepit, ſed: Qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.

c

d

e

* *i. e.* quantò

B

fervore ſpiritûs,

8 Unde meritò ſibi illa à cæleſti Patre benedictio dirigitur, quæ Iſſachar à Jacob datur: Iſſachar aſinus fortis accubans in terminis, vidit requiem, quòd eſſet bona, & terram, quòd optima, ſuppoſuit humerum ad portandum, & factus eſt tributis ſerviens *f*. Quis enim eſt iſte fortis aſinus, niſi ad omnis boni operis onus paratus quilibet hujus exilii Chriſtianus? qui ſcilicet cum Propheta poteſt dicere: Ut jumentum factus ſum apud te, & ego ſemper tecum. Quid autem eſt vitam in terminis accubare, niſi in fine hujus vitæ æternam pro temporali labore quietem expectare? Unde in Apocalypſi dicitur: Beati mortui, qui in Domino moriuntur: amodò jam dicit ſpiritus, ut requieſcant à laboribus ſuis. Donec enim hîc vivitur, rationis non eſt, ut in vinea Domini ceſſetur: unde etiam ſequitur: Vidit requiem, quòd eſſet bona, & terram, qnòd optima; ſuppoſuit humerum ad portandum.

f

C

& charitatis officiis:

9 Quis enim fidei oculos habens non libenter nunc in hac terra morientium boni operis onus ſubeat ad momentum, ut in Terra viventium beata quiete fruatur in æternum? Hinc etiam ſequitur: Factus eſt tributis ſerviens: quid eſt enim tributis ſervire, niſi fervente ſpiritu virum, ut omnibus omnia fiat, ſatagere? Quis, inquit Apoſtolus, infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non uror? Omnibus omnia factus ſum. Qui hæc apoſtolicè poteſt dicere, ille, quid ſit, Tributis ſerviens, valet exponere. Non ad hæc ego ſimileſque mei aſpiramus, quia virtutum quidem poma dumtaxat odoramus, dentes verò quaſi ſtupentes nequaquam imprimimus *g*. Tale autem jam conſueverat eſſe iſtud, de quo loquimur, Animal cæleſte, quod parvipendebat, ſe jam eſſe ſacrificium, dum totus niteretur, ut fieret holocauſtum *h*.

g

h

Ejus humilitas & efficacia in correptione fraterna:

10 Unde id quoque audituris profuturum exiſtimo; ſi orto aliquando inter hunc aliumque Fratrem jurgio, quid iſte facere ſoleret, enarro. Vir enim ſanctus & ſapiens, ſpiritualis lucri ſemper eſuriens, modò clàm, modò palàm, interdum hunc, aliquando illum, prout ſanctus ei Spiritus infundebat, conveniens, vel ſuper vitiis ſolebat arguere, vel de negligentiis increpare: quod aliquando quidem in proſperum, nonnumquam verò, ut aſſolet, cedebat in lævum. Contingebat enim aliquoties, ut iratus increpitus non modò medicinam reſpueret, ſed ut in ipſum Medicum etiam verbis mordacibus inſiliret. At ille, ut curaret ægrum, ad alterum ſe vertebat antidotum: totum namque irati veſtigiis ſolo tenus ſterneret *i*, ſuâque illum culpâ commotum, ſæpiùs inclamaret: nec patiebatur, ſe è terra ſurgere, donec jam deſtomachatus ille quâlibet eum juxta ſuum libitum pœnitentiâ oneraret. Cujus, quæſo, umquam animus tam ferreus, tamque inflexibilis eſſet, quin tam ingenti victus humilitate, ultra plumbum ceramve molleſceret? Procidebat ergo terræ tandem aliquando poſt increpantem increpitus, juſtéque proferebat: Culpa mea; quod ex humilitate didicerat aliena: nec haurire jam, mordacem licèt, medicinam æger ſpernebat, quam ſanum pro ſe Medicum guſtâſſe cernebat. Sic nonnumquam glacies, quam duravit aquilo, liquatur ab auſtro: ſic quod nequivit pigra, perfecit gera *k*.

A. ANONYMO.

i

E

k

patiendi ſtudium,

11 Cùm enim ad Dominicæ paſſionis bibendum calicem medulliter anhelaret, nec eum flagitanti quiſpiam propinaret, per varia ſemetipſum alternans cruciamenta, ipſe ſibi fiebat pincerna. Hinc eſt enim, quòd cùm pruinoſa hyems adeo aſpera inhorreſceret, ut quadruplici corpora veſte parùm nobis eſſet involvere, nudus ille pedes per totas in choro *l* ſynaxes nocte dieque perſiſteret, aut quia id prodere nolebat, in ſolis, ſine pedulibus *m*, calceis maneret; ſive, quod adhuc immiſericordius eſt, calceos lapillis inſterneret, talique in materia plantas ſubdelinitus ac ſubrefrigeratus ſtaret: ad hæc, ſi rationabilis eum cauſa per id temporis equitare quópiam cogeret, nudas ferreæ plantas ſtreviæ *n* ſuperferret. Contra Nabuzardam verò, ignominioſum ſcilicet coquorum principem *o*, tam infœderabile gerebat bellum, ut interdum, * in ſequentibus clarebit, vix ejus poſt biduum dignaretur alloquium. Sciebat enim, quòd Jeruſalem mœnia illius rabioſâ arſiſſent inſaniâ, ſuæque typicæ metuebat urbi, quod tantæ videbat accidiſſe metropoli.

l

m

n

o

* *adde* ſicut

F

rigida

12 Scriptum namque eſt, quia Nabuzardan, coquorum princeps, deſtruxit muros Jeruſalem. Quid enim per coquorum principem, niſi venter deſignatur incontinens, cujus ſcilicet juſſioni diligenter obediunt coqui? Jeruſalem autem Viſio pacis interpretatur, per quam vel tota ſimul Eccleſia, vel unaquæque intelligitur anima Chriſtiana: quia ſcilicet pacificum Redemptorem ſuum etiam videt per fidem, & viſuram ſe gratulatur per ſpeciem. Hujus autem urbis muri diverſarum virtutum ſunt chori, quos coquorum ſcilicet princeps deſtruit; quia niſi ingenitæ ventris concupiſcentiæ ſolicitè reſiſtatur, omne hujus urbis ædificium in ima proſternitur. Quinque enim modis ſuas in hanc jaculatur faces, ut ſive omnibus, ſive uno, hanc valeat concremare. Hunc dum protoplaſtus *, proh dolor! neſcivit cavere, in quod præcipitii ſe, omnemque demerſit proſapiam, utinam contigiſſet neſcire: dum enim vetitum guſtavit pomum, ſe cum omni poſteritate in hoc condemnavit

* *i. e.* Adamus

A. ANONYMO.

navit exilium. Contra hunc ergo morbum cæleſtis Doctor & medicus Chriſtus oſtendens antidotum, mox poſt baptiſmum dedicavit jejunium; acſi languido medicus dicat: Contrariis curantur contraria. Ut ergo recuperetur Patria, ametur inedia; illò enim reditur per jejunium, unde exulatur per cibum.

jejunia,

13 Cùm igitur ſcriptum ſit: Oculi ſapientis in capite ejus; omnem ſuæ mentis obtutum in Chriſtum Joannes dirigebat caput; nec putabat, ſibi ſufficere, ſi juxta aliorum ſe menſuram jejuniis edomaret. Cùm enim conſuetudo hîc Fratribus ſit in utriuſque principio Quadrageſimæ in

p pane tantùm & aquâ triduum continuare *p*, conſueverat ille nullum, niſi ultimâ tridui die humanum cibum contingere. Quod ego non alio mihi narrante didici, ſed ipſe cùm eodem una in cellula, exiguo ſeparatus interſtitio, depre-

q hendi *q*. Verùm cùm hoc quoque, ſicut multa virtutum ſuarum conſueverat, vellet abſcondere, exploranti mihi non valuit occultare: unde non immeritò conjici datur, per totos circi-

r tèr quadraginta annos *r*, quos in hac eremo de-

B guit, ab eo ſimiliter actitatum; ad hæc eum, qui taliter triduum ſolebat tranſigere, multa bidua, multoſque ſimiliter ſingulares dies incibatum tranſiſſe.

mortificationis ordinatus amor.

14 Memini eum in ipſo prope caniculares dies caumate *f* ſe incarcerâſſe, cùm à quolibet infando homicida vix canonicè extorqueri poſſit carina *t*, nec antè inde exiſſe, quàm omne quadraginta dierum curriculum homicidaliter *u* elapſum eſſet. Cùm verò diebus remiſſionis mensâ aditâ Fratribus conſideret, pretioſaque interdum edulia, gulæve ſuavia eſſent appoſita, occaſione aliqua inventa, nonnumquam dimittebat illæſa: ceteris autem vilioribus tam moderatè utebatur, ut ſecundùm apoſtolicam ſuadelam viva non immeritò hoſtia putaretur. Non enim clausâ tranſierat aure, quod de turture immolando à Domino jubetur in lege; ut caput ſcilicet à collo non penitus abrumpatur, ſed ad pennulas tantùm retorqueatur. In omnipotentis enim Domini ſacrificio nos teſtes eſſe debemus, ut tamen ad pennulas caput, id eſt, ad virtutes retorqueatur animus. Quia videlicet mens noſtra

C à carnali quidem delectatione incidenda eſt, ſed à carnali cura incidenda non eſt: quatenus & vitia intereant & ad virtutes tamen peragendas vires ſufficiant; quod agere tam ingentis eſt ars ſapientiæ, ut multis, in quorum & ego adhuc numero ſum, videatur quaſi impoſſibile. Joannes autem, qui totus jam penè, ut juxta illud Sapientis loquar, teres & rotundus erat, id jam penè in naturam verterat, ut nec ſub ſacroſancti licèt exercitii onere corporis aſellus prorſus decideret, nec in dominum tamen calcitrare præſumeret.

f *t* *u*

ANNOTATA.

a *Quam ætatem hâc phraſi deſignâſſe dicendus ſit ſcriptor, oſtendimus in Commentario num.* 17 *&* 18.

b *Ad eremum ſcilicet Fontis Avellanæ, quæ etiam* monaſterium ſanctæ Crucis *appellatur, de qua adi Comment. num.* 17. *Loci Prior tum erat B. Petrus Damianus, ut patet ex ſequentibus, apertéque tradit Vitæ ſecundæ auctor, & nos etiam oſtendimus variis in locis Commentarii.*

c Synaxis *hîc eſt eccleſiaſtici Officii recitatio. Sic in Vita B. Petri Damiani tom.* 3 *Februarii, pag.* 419 *&* 426 *uſurpatur pro nocturno ſeu matutinali Officio.* D

d *De jejunio in Fontis Avellanæ eremo obſervari ſolito agit B. Petrus Damianus Opuſculo* 13, *unde aliqua, quæ huc ſpectant, excerpo.* Per alias autem feſtivitates, quæ magnæ quidem, ſed non adeo ſunt præcipuæ (*ſcilicet quàm feſtivitas S. Andreæ, S. Benedicti & Annuntiationis Dominicæ, quas præmiſerat*) ſive in Quadrageſimali tempore, ſive per totius anni curriculum, cellariis cum his, qui juxta eccleſiam commorantur, cùm duodecim celebrant lectiones, atque ſi Priori videtur, aliqua illis miſericordia refectionis impenditur. Cæterùm hi, qui ſunt per cellulas conſtituti, trina lectione contenti, dum foràs minimè prodeant, jejunium ſuum ex more conſervant. Jejunare autem illos diximus, qui panem cum ſale & aqua percipiunt: ubi autem præter hæc aliud aliquid additur, perfectum jejunium non vocatur. *Eadem repetit Opuſc.* 15, *cap.* 6. *Ex his liquet, eremitas illos, qui longiùs ab eccleſia in cellulis degebant, quotidiano chori Officio non fuiſſe ſolitos intereſſe, breviorique Officio uſos; ſed id oneris iis incubuiſſe, qui circa eccleſiam habitabant, quique propterea largiori quandoque victu fruebantur.* E

e *Adi Comment. num.* 26 *&* 27.

f *Locus hic deſumptus eſt ex cap.* 49 *libri Geneſeos, ad quem Benedictus Pererius noſter & Cornelius à Lapide ſimilem ſenſum myſticum tradunt.*

g *Tropica phraſis eſt, quâ auctor ſignificat, cuilibet quidem virtutem placere; ſed, quia ardua eſt, eam paucos amplecti. Similem tropum, quamvis alio ſenſu adhibet Jeremias cap.* 31, ℣. 29: In diebus illis non dicent ultrà: Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt: *id eſt peccata parentum luunt filii.*

h *Id eſt, nitebatur totus omnino in divinam gloriam impendi.*

i *Ita reipſa legi in codice, notatur in margine apographi noſtri: at legendum eſt,* ſternere, *& infrà* inclamare, *ſubintellecto verbo* incipiebat.

k *Obſcurum eſt hoc adagium, quod mutuâſſe videtur à quadam medicina, quæ* Gerapigra *&* Girapigra *Latinè appellatur, Græcè vero, unde derivatur,* Γεραὸς πικρός. *Porrò* Γεραὸς, *teſte Gorræo in Definitionibus medicis,* eſt medicamenti compoſitio, *cujus varias ſpecies aſſignans ait:* Γεραὸς πικρὸς ſic propriè dicitur, quæ ex aloe paratur, quæ etiam & πικρὸς ſimpliciter tempore Galleni appellata eſt. Γερὸς *autem Latinè eſt* ſanctus, πικρὸς amarus. *Itaque videtur auctor iſta phraſi dicere voluiſſe: Quod non potuit amara medicina, ſeu increpatio, effecit ſuavis, ſancta ſcilicet humilitas.* F

l In choro *ait; nam in cellulis numquam calceis uti licebat, ut diſcimus ex B. Petro Damiano Opuſc.* 14; *ubi ait:* Illud etiam non minima pars pœnitentiæ eſt, quòd omni tempore, ſive æſtate, ſive hieme, non calceis, non ocreis utuntur in cellulis; ſed nudis ſemper cruribus & pedibus conſuetudo eſt permanere, exceptis his, qui gravi moleſtiâ infirmitatis urgentur. *Extra cellas non ſemper nudis pedibus incedendum fuiſſe, colligitur etiam ex Vita ejuſdem B. Petri, cap.* 3, *ubi hæc lego:* Nudipedalia paſſim per eremum cunctis temporibus exercebant: in cellis verò nec caligas induebant. *Quid per* ſynaxes *intelligendum ſit, diximus ad lit.* c.

m Pedu-

A. ANONYMO.

CAPUT III.

Lacrymarum dono fruitur : ſacerdos conſecratus, à B. Petro Damiano laborum ſocius adſciſcitur : fit Prior Fontis Avellanæ : tempore famis pauperibus ſuccurrit.

DIdicerat namque illa anima, acſi altera Axa, tam diſcretè ei præſidens miniſtrare, ut ſuperius inferiuſque irriguum à cæleſti Patre poſtulans impetraret. Sic enim, ſacra Hiſtoria referente legimus, quòd Axa Calephi filia, ſuper aſinum ſedens, dixit patri : Terram Auſtralem dediſti mihi, junge & irriguam. Dedit ergo ei pater irriguum ſuperius & irriguum inferius *a*. Axa enim ſuper aſinum ſedet, quia irrationabilibus carnis ſuæ motibus anima præſidet ; quæ ſuſpirans à patre terram petit irriguam, quia cum magno gemitu à Creatore noſtro lacrymarum gratia eſt quærenda. Dedit ergo ei pater ſuus irriguum ſuperius & irriguum inferius : irriguum quippe inferius anima ſuſcipit, cùm inferni ſupplicia flendo pertimeſcit : irriguum verò ſuperius accipit, cùm ſeſe in lacrymis pro cæleſtis regni deſiderio affligit ; quæque priùs flet, ne ducatur ad ſupplicium, pòſt flere amariſſimè incipit, quia elongatur à regno. Hujus autem utriuſque irrigui gratiam eatenus acceperat divinitus Joannes, ut vix dies ulla ei flueret, quin ſeſe eo uberrimè inundaret. *Dono lacrymarum inſtructus*

16 Hoc profectò illis eſt neceſſarium audire, auditumque imitari fatagere, qui cùm mihi ſimiles multis ſordentes iniquitatibus ſacrum ad habitum veniant, lacrymarum à Deo lavacrum poſtulare non curant, ac mox ut myſtici ſe Tau *b* tegmen amiciunt, Cherubim cœtibus unitos * præſumunt : quaſi maculata veſtis non egeat ad lavandum aquâ, aut vaſis rubigo limâ. Verùm quia aliter ſuper hoc Joannes ſenſerit, cordatis utique viris in ambiguo non reliquit ; qui quidem etſi ſacrum innocens habitum induerit, lacrymarum ſe tamen fluoribus numquam baptizare ceſſavit. Quantæ enim tunc munditiæ fuerit, ipſius Petri Damiani *c* ſermo teſtis exiſtit ; qui cùm eum in monachum conſecraturus eſſet, ſuiſque eum ſuper peccatis, ut moris eſt, diſcuſſiſſet, juxta canonum cenſuram nec unius ſibi * diëi imponere valuit pœnitentiam. Hoc ille tantus vir, qui & per vitæ munditiam ſtella, & per ſapientiæ claritatem tenebroſi mundi erat lucerna, hoc, inquam, cuidam noſtrûm non ſine ſui ipſius retulit contemptu ; quippe qui ſibi fortè neceſſe putabat in alas jam dumtaxat creſcere, ne viſco adhuc adhæreſceret, coactus eſt formidare *d*. *peccata ſua, licèt parva & levia quotidie deflet :* *b* * *ſupple* ſe eſſe *c* *i. e.* ipſi *d*

17 Audiat hæc omnis per climata quatuor orbis, *quod imitandum proponitur.*
audiat Occaſus, pariter non neſciat Ortus,
hoc Scythicæ gentes addiſcant, hoc Garamantes ;
ne tunicâ, ſanguis, careant, quam diluit Agni *e*,
ac pudeat nudos illo cenſore futuros,
nec reparare queant, quam non ſervare laborant *f*, *e* *f*

A m Pedules *ſunt faſciæ, quibus pedes vinciuntur : hîc uſurpatur ea vox pro interioribus pedum indumentis. Vitæ ſecundæ ſcriptor eam pro calceis accepiſſe videtur :* In ſolis pedulibus, *inquit*, ſive ſoleis frigus ſupportabat.

n Strevia *etiam legitur in Vita ſecunda : ſignificat autem ferreum iſtud inſtrumentum, quod ab utroque equi armo dependens equitantis pedes ſuſtinet. Ab aliis* ſtrepa, ſtapida & ſtapia *appellatur.*

o *De Nabuzarda, principe militiæ regis Babylonis, legi poteſt caput* 25 *lib.* 4 *Regum, & Jeremiæ caput* 39 *& ſeqq. Notat autem Cornelius à Lapide ad priorem locum, apud Septuaginta Interpretes pro* princeps militiæ *legi* archimagirus, *id eſt* princeps coquorum. Unde, *inquit*, per eum S. Gregorius (3 *p. Paſtor. Amonit.* 20) myſticè accipit gulam, quæ templum animæ noſtræ evertit. *Hunc S. Gregorii locum auctor amplificâſſe videtur.*

p *B. Petrus Damianus Opuſc.* 15 *de Inſtitutis ſuæ Congregationis, cap.* 6 *ad propoſitum hæc habet :* Nec illud planè ſilenter omittimus,
B quòd in Quadrageſimæ utriuſque principio omnes monachi, necnon & laici, triduanum jejunium diſtrictè conſervant : ita ut, qui à percipiendis alimentis omnino ſe compeſcere nequeunt, ſolo tamen pane ſimul & aquâ contenti vivant. *Quæ autem fuerint illæ Quadrageſimæ, ibidem explicat, ſcilicet* quæ vel Natale Domini, vel ſanctum Paſcha præcedunt.

q *Hîc auctor ſeſe ſynchronum & ſodalem Sancti oſtendit. Porrò ſolitos fuiſſe eremitas Fontis Avellanæ binos & binos in cellulis commorari, non ſemel teſtatur B. Petrus Damianus in laudato Opuſculo ; unum huc locum adduco. Cap.* 18 *ait :* Si duo ſimul Fratres in cella cohabitant, unus ſemper præſit, alter obediat, juxta communis videlicet Prioris imperium. Quòdſi uterlibet eorum novitius eſt, ſemel aut bis in hebdomada poſt veſperam colloquendi licentiam habeant : at poſtquam novitius eſſe deſierit, à mutua deinceps collocutione ceſſabunt.

r *Adi Comment. num.* 17 *& ſeq.*

ſ Cauma caumatis *eſt æſtus ſeu calor intenſior, ut apud Cangium in Gloſſario videre licet.*

t Carina & Carena *eſt jejunium ſeu pœnitentia quadraginta dierum, pœnitentibus olim imponi ſolita, ut multis exemplis probat laudatus*
C *Cangius. Unum hîc locum ex lib.* 4 *Epiſt.* 17, *ſeu Opuſc.* 40 *B. Petri Damiani profero, ubi de quodam presbytero pœnitente ſcribens ait :* Ad epiſcopum ſuum (*Urbinatem*) ſanctæ memoriæ Teuzonem nomine, me quoque præſente, pœnitentiæ flagitator acceſſit. Cui mox ſacerdotalis officio dignitatis adempto, cùm æſtivum tum cauma ferveſceret, & ſecandaram meſſium tempus inſtaret, juxta carinæ regulam incluſionem cuſtodiæ carceralis indiximus. *Itaque auctor Vitæ illa phraſi ſignificat, Sanctum eas moleſtias ſponte ſubiiſſe, quas homicidæ in pœnam criminum ægrè tolerant.*

u *Id eſt, acſi pœnam homicidii lueret.*

A. ANONYMO.

aut nunc per fontes lacrymarum tergere sordes,
nunc geminæ vestis mulier sopha, piaque tegmina texit *g*,
seu vice fullonis candescere dat maculosis,
quîs ea quîs cuncta velando domestica turma,
his ut compta viro veniente sit obvia Christo.

g

18 Cognito ergo ille vir tantus, tanto eum candore divinis oculis refulgere, nefas duxit per sacros eum gradus non sursum attollere; nec putavit, eum indecorem dimitti debere, quem typicis Aaron vestibus *h* coopertum cognovit incedere. Quantocius igitur studuit eum ad sacerdotium provehere, secumque huc illucque, quà ipse velut mundi lampas discurrere solebat, minare *i*. In qua scilicet societate, non facile est dicere, quàm multùm alter ex altero credendus sit profeciſſe; meritóque has duas animas, duas illas dixerim vaccas, quæ cùm divinæ legis Arcam de terra Philisthiim terunt, recto Bethsames, id est ad domum solis *k* itinere tendunt, remugiant licèt vituli, id est, quamvis reclament consanguinitate propinqui, se sciunt * tamen à Bethsames via deflectere, quibus æterni Solis speciositas micat in mente. Etsi namque eatenus in omnipotentis Dei amorem jam uterque ferveret, ex contubernio tamen illo, quasi duo Seraphim, alter ex alterius ardore putandi sunt flammescere.

Consecratur sacerdos, & laborum socius assumitur à B. Petro Damiano:

h

i

k

* *l.* nescient

B

19 Post felicem illius viri obitum *l*, cùm subditus jam sacerdotali esset officio, sic jam sacris Missarum mysteriis penè cotidianus satagebat vacare, ut priora sua exercitia nequaquam omitteret: sic Dominicis pedibus assidebat cum Maria, ne frequens tamen ministerium obliviscereturcum Martha *m*: sic pulchræ rapiebatur Rachelis in gremium, ut lippientis licèt Liæ *n* non horreret amplexum; sicque ab activa vita in theoriam *o* tendebat calefaciendus, ut à contemplativa in activam rediret calefacturus, ut scilicet ebrius debriat *p*, flammatus igniret. O quàm sunt in mundo rara hujus dignitatis vasa! Non enim in hoc exilio positis Christi ecclesiis credo defore; sed cupientia sunt latêre, neque * scilicet incuriâ opercula amittant, & sic de mundis immunda fiant. Scriptum namque in Lege est: Vas, quod operculum non habet, inter immunda reputatur *q*. Quid enim rationalis vasis est operculum, nisi omnium interioris, exterioriſque hominis custodia sensuum, quam si quis eis non semper adhibeat, mors per eos criminum ad animam intrat. Unde per Prophetam dicitur: Intravit mors per fenestras nostras; ingressa est domos nostras. Ceterùm hoc, de quo loquimur, vas divinum nesciebat deponere vel ad momentum operculum, ideoque eum Dominus in phialam dignatus est vertere, dum suæ per eum Ecclesiæ sapientiam statuit propinare.

post cujus obitum contemplationi & charitatis operibus insistens.

l

m

n

o

p

* *l.* ne quâ

q

C

20 Sequenti siquidem tempore communi Fratrum unanimitate in Priorem eligitur *r* atque, ut eis præsideat, inevitabiliter coactatur. Quam ille sarcinam, quamvis præ ingenti vellet humilitate declinare, dum divinum tamen sibi formidat judicium, non præsumit contemnere; sciens scilicet, quia cùm eam ferre idoneus effet, si obstinatè eam subire sperneret, pro omnibus, quos Christo lucrari posset in Domini numero civium, [rationem Deo reddere deberet *s*:] si autem fidelis servus & prudens super dominicam familiam constitutus, in tempore tritici mensuram ei dispensare studeret, ad Euangelicum illud Euge post laborem pertingeret *t*. Librans ergo in mentis statera hinc pœnam, inde coronam, assentitur super Fratres suscipere magis clientelam quàm ferulam, obsequium quàm dominium, amari, quàm timeri plùs appetens, prodesse, quàm præesse, animo concupiscens: illud videlicet, quasi mundum animal sedulò ruminans *u*, quòd ille in cælorum regno futurus est major, qui nunc gaudet Fratribus ministrare subjectior; illum scilicet imitans, qui cùm omnium Conditor esset & Dominus, ad usque tamen hanc miseriæ vallem est dignatus descendere; nec ministrari, sed ministrare & animam suam pro servis redemptionem dare.

Congregationi Prior præficitur:

r

s

t

D

u

21 Abhinc ergo, quoniam non ut eatenus, poterat jam latêre, paulatim sese coactus est publicare, qualisque jam per divinam gratiam esset in occulto, prodiit in apertum. Quippe inhorrescente tunc temporis famis angustiâ *x*, confluentique undique ad subsidia poscenda innumerâ ad hunc locum gentium turbâ, cepit ille omni juxta Euangelium petenti tribuere, nihilque sibi aut Fratribus de crastino cogitare: nec cessavit ejus benevolentiæ rivus fluere, donec, quod daretur, jam penè deesset. Hujus enim loci horrea multiplicibus ejus largitionibus omnia sunt exhausta; quatenus in Apuliam ad emendum triticum cogeretur exulare, ut famis malum posset evadere. Ipsius quoque condimenti abundantia ad diariam pervenit libram. Cúmque in eremo tam dapsilis esset, vix tamen usquam egrediens, vacuâ crumenâ solebat incedere; quam si contingeret deficere, incipere ille nec vestibus parcere. Adhuc namque supersunt, qui meminerunt, eum cùm ad agrarias visendum cellas exîsset, absque monachico ad eremum colobio *y* remeâsse, oblitumque cælestis Tau tegmen *z* obvolvere corpori, dum medullitus id anxiaretur imprimere cordi, nihil pendens stultorum in calcaneo positis oculis displicere, dum ejus, ut puta verè sapientis, oculi figerentur in capite *aa*.

quo in munere, exorta in Italia fame,

x

E

y

z

aa

22 Attendebat fortè, quid Sindonius *bb*, quid Petrus Telonarius *cc*, quid Paulinus ille feciſſet Nolanus *dd*, qui scilicet omnibus rebus primùm suis pauperibus, imò Christo erogatis, semetipsos postea in servos vendidêre, ut egenorum possent inopiam largiùs sublevare. Meditabatur ad hæc, quia sicut ignem aqua, ita eleëmosyna extinguit peccata. Et illud: Ne avertas faciem tuam ab ullo paupere; ita enim fiet, ut numquam avertatur à te facies Dei. Et illud rursum: Eleëmosyna ab omni peccato & à morte liberat, & non patitur animam ire in tenebras. His ergo sagittis verborum dum prædictorum carbones adderet exemplorum, parùm se æstimabat egisse, dum necdum illorum ad mensuram se ipsum impendens pertigisset. Hucusque de pietatis ejus operibus, quæ scilicet circa corpora gessit, dixisse sufficiat.

insigni in miseros charitate emicuit.

bb

cc

dd

F

ANNOTATA.

a *Quæ hic de Axa referuntur, habentur cap.* 1 *libri Judicum.*

b *Vestem monachicam significat, alludens ad caput* 9 *Ezechielis, ubi dicitur:* Signa Thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus, *&c. Et* ℣. 6: Super quem videritis Thau, ne occidatis. *Itaque indicat auctor, quòd, quemadmodum viri signati signo* Thau *in communi reliquorum clade nihil habebant timendum, ita aliqui sibi perperam blandiantur, nihil noxæ sibi eluendum super-*

A *ſupereſſe, ſimulac monachicum habitum induerunt.*

c *Erat B. Petrus Damianus Prior generalis Fontis Avellanæ, dum Sanctus noſter ibidem eremita factus eſt, ut diximus in Commentario. Acta ejuſdem B. Petri apud nos data ſunt tom. 3 Februarii ad diem 23.*

d *Tropica locutio eſt deſumpta ab aviculis, quibus viſco pedes implicitis, alæ nil proſunt. Hac autem phraſi ſignificat ſcriptor, B. Petrum Damianum, qui fortè ſibi jam videbatur vitæ ſatis integræ eſſe, ut ſublimiorum virtutum exercitio vacaret, exploratâ Sancti innocentiâ, ſuos defectus clariùs perſpexiſſe.*

e *Senſus eſt, ne careant tunicâ, lotâ ſanguine Agni: id eſt, ut Chriſti meritis animarum labes ſeu peccata diluant. Videtur autem alludere ad illud Apocalypſios 7:* Laverunt ſtolas ſuas & dealbaverunt eas in ſanguine Agni.

f *Id eſt, ne poſt mortem fruſtra deſiderent tunicam, id eſt, innocentiam animæ, quam in hac vita ſervare minimè ſtuduerunt.*

g *Vox* piaque *in verſu vitiosè abundat. Porrò*
B mulier ſopha, *ſeu* ſapiens, *eſt mulier illa fortis, de qua Proverbiorum* 31 *dicitur:* Quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum . . . Stragulatam veſtem fecit ſibi; byſſus & purpura indumentum ejus . . . Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus *&c. Igitur ad hunc locum alludens, ſuadet, ut quiſque ſua benemerita ſtudeat accumulare.*

h *Id eſt, quem virtutibus ſacerdote dignis inſtructum noverat.*

i Minare *eſt* ducere. *De hac Sancti familiaritate cum B. Petro Damiano egimus in Commentario § 3.*

k *Conſule, ſi lubet, librum* 1 *Regum, cap. 6.*

l *Obiit B. Petrus Damianus Faventiæ 22 Februarii, anno* 1072, *ut oſtenditur in Opere noſtro ad diem 23 Februarii. Morienti veriſimiliùs adfuiſſe Sanctum noſtrum, diximus num. 24 in Commentario.*

m *Adi caput* 10 *Matthæi.*

n *De Rachele & Lia patriarchæ Jacobi uxoribus videri poteſt caput 29 Geneſis.* Lia lippis erat oculis, *ſed fecunda:* Rachel decora facie & venuſto aſpectu, *ſed diu ſterilis, ac deinde*
C *minus fecunda: hinc auctor vitam contemplativam ut ſuaviorem comparat cum Rachele, activam cum Lia.*

o Theoria *vox Græca Latinè eſt* meditatio, *ſeu* contemplatio.

p *Lege* debriaret, *quod uſurpatur pro* inebriaret, *& hîc, ut ſæpe aliàs, in bonam partem metaphoricè accipitur, ut ſignificet alios ſpirituali dulcedine implere,*

q *Numerorum* 19, ℣. 15 *in Vulgata eſt:* Vas, quod non habuerit operculum, neque ligaturam deſuper, immundum erit.

r *In Vita ſecunda, infrà excudenda, num.* 11 *dicitur Sanctus immediatè ſucceſſiſſe B. Petro Damiano; quæ de re videſis Comment. § 3 & 4.*

ſ *Quæ uncis incluſa vides, ſupplenda fuerunt, nam in Codice Eugubino poſt* civium *mox ſequitur:* ſi autem, *ut in margine apographi noſtri notatur.*

t *Lege, ſi lubet, caput* 25 *Matthæi.*

u *Id eſt* crebrò conſiderans: *alludit autem ad Levitici caput* 11, *ubi ad munditiem legalem animalis requiritur, ut ruminet.*

x *Hæc ea videtur fames, de qua Bertoldus Conſtantienſis presbyter, ſcriptor ſynchronus in Appendice ad Chronicon Hermanni Contracti, ad annum* 1085 *ſic ſcribit:* Totam penè Italiam . . . tam magna fames obtinuit, ut homines non tantùm immunda quæque, ſed etiam humanam carnem manducarent. *Carolus Sigonius de Regno Italiæ lib. 9 eam anno* 1084 *illigat, dicens:* Eo etiam anno gravis adeo in Italia annona fuit, ut, quod dictu nefas videatur, præ victûs inopia multæ matres in liberos fame ſolicitante ſævierint. *Fortè ea fames in utrumque annum incidit.* A. ANONYMO.

y Colobium *hîc eſt tunica ſine manibus, quæ erat ſuperior veſtis eremitarum Fontis Avellanæ, prout eos exhibet Hippolitus Helyot auctor Hiſtoriæ Ordinum monaſticorum & Religioſorum, ſine nomine Gallicè edito, tom. 5, pag. 285.*

z *Quodnam hîc veſtimenti genus deſignet, non ſatis aſſequor: ſuſpicor tamen illud fuiſſe, quod* ſcapularis *nomen obtinuit:* ſcapulari *quippe eos uſos fuiſſe, habemus ex Vita B. Petri Damiani ſæpe laudata, ubi cap. 3, num. 15 dicitur:* Dum hic (*B. Petrus Damianus*) eſſet aliquando cum ſuo profecturus magiſtro, molliorem ſcapularem induere . . . juſſus eſt.

aa *Alludit ad verba Eccleſiaſtis cap. 2. ℣.* E
14: Sapientis oculi in capite ejus: ſtultus in tenebris ambulat.

bb *Legendum eſt* Sidonius; *videtur deſignare* S. Sidonium *Apollinarem, epiſcopum Arvernenſem in Gallia, caritate erga miſeros inſignem, cujus Acta illuſtrata ſunt tom. 4 Auguſti ad diem 23, quo colitur.*

cc *De hoc Sancto actum eſt in Opere noſtro tom. 2 Januarii, ad diem 20: ubi dicitur opes ſuas, ipſaſque, quibus induebatur, veſtes pauperibus diſtribuiſſe, ac ſeipſum denique vendidiſſe, ut ſui quoque pretium egenis impertiretur.*

dd *Acta S. Paulini, epiſcopi Nolani apud nos data ſunt tom. 4 Junii, ad diem 22: ubi in Appendice vide diſputata de ſervitute Wandalica, quam Sanctus hic ex caritate ſubiiſſe à nonnullis creditur.*

CAPUT IV.

Reliquæ Sancti virtutes: conſtantia in ſervando Regulæ rigore. F

Oratione & corporis caſtigationibus aſſiduè intentus.

SPiritualia namque ejus velim ſummatim perſtringere; ſi tamen ad id mihi divinitus datur aliquatenus aſpirare. Plùs enim illud cæleſte Animal, Domino largiente valuit in ſuperna ſuſtollere, quàm indignus ego ſufficiam ſermonibus aperire; & quia ad eum imitandum vix repo, ad enarrandum vix mutio. Ut enim nocturnas, diurnaſque regularium cœnobiorum ſynaxes *a* à beato Benedicto *b* inſtitutas præteream, ut omnia cœnobiorum vel eremorum ſynaxibus ſuperaddita prætermittam, quæ tantopere ille ſtudebat quotidie Domino perſolvere, ut nefas inde putaret vel ſyllabam præterire; quis dignè explicare poſſit, quàm Deo acceptum, quantúmve animabus potuerit eſſe proficuum, quòd vix ullum ſibi tolerabat diem effluere, quin pro vivis & defunctis totum vel ampliùs Pſalterium pſallendo tranſcurreret *c*? quòd furtivis propè quotidie orationibus conſue-

a b

verat

A. ANONYMO.

verat incumbere, lacrymarumque rivis ſtratum ſuum rigare; quòd tali faciem fonte lotus jugis ſoleret ſacris Miſſarum officiis inſiſtere, aliiſque rurſum lacrymarum fluoribus ſe inter ipſa
d mactare: quòd nunc metanias *d* mittendo, interdum brachia extendendo *e*, non ſolùm laudis & orationis thus ore, ſed omnibus ex membris quaſi thuribulum quoddam paſſionis ſuæ Domino emanabat odorem: quòd crebrò per ſeptuaginta continuatim, pluriumve pſalmorum prolixitatem, aſperis ſcuticarum flagris à ſe ipſo
f gaudebat nudus corpore vapulare *f*, quatenus Apoſtolorum, ipſiuſque Domini Salvatoris quiret imitator exiſtere. Quòd divini verbi phialam, ut ipſe bibere, ita dominicæ familiæ domi foriſque anhelabat propinare.

e

24 Ceterùm ne verſutus hoſtis ad tantarum theſauros virtutum alicunde poſſet irrepere, jacturamque ſibi conſuetis niſibus, quòd abſit, inferre; omnem ille ſuam Decapolim, Eliopolimve *g* dixerim, humilitatis vallo muniebat, atque alterius inſtar Argo *h* undique oculatus obſepſerat. Claret enim arrogantium tumor, qui ſpecies in quatuor *i* dividitur; cùm ſcilicet, aut bonum ſe à ſeipſo habere quis æſtimat, aut datum quidem ſibi divinitus, ſed pro ſuis meritis penſat, aut in ſe gloriatur habere, quod non habet. Quibus quaſi quibuſdam malignus hoſtis ſcalis ad cujuſlibet Chriſtiani bona conatur irrepere, ut virtutum ejus deſiderabilia valeat devaſtare. Verùm dum has machinari tecnas inſidians ſancto Viro aſtuta ejus inſtaret malignitas; ille, utpote ſponſæ naſus in arce Libani ſitus *k*, procul eas didicerat odorari, diviniſque viriliter accinctus armis, eminus fruſtrari. Quippe cùm ſuarum bona virtutum ei ab illo ſuaderetur ſibi tribuere, ille cum Apoſtolo conſueverat dicere: Nihil à nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Itemque: Deus eſt, qui operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate. Illudque: Quid habes, quod non accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis? Et cum Jacobo: Omne datum optimum & omne donum perfectum deſuper eſt deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio.

contra ſuperbiam

g
h
i

B

k

C

25 Si autem ei inſuſurrâſſet, quòd pro ſuis ea meritis accepiſſet, hoc illi Apoſtolicum noverat objicere: Non ex operibus juſtitiæ, quæ fecimus nos, ſed ſecundùm ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit. Et illud: Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipſo & per ipſum & in ipſo omnia: ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen. Quòdſi virtutum ſibi ſuarum mole pertenderet, ut quaſi ſufficientem jam ab earum augmento eum retardaret, doctus erat cum Pſalmiſta cantare: Ego verò egenus & pauper ſum. Et rurſus: Incola ego ſum & peregrinus. Poſtremò cùm impudens hoſtis, quaſi Phariſæum illum, in corde moliretur extollere, ut Fratribus ſe ſuis de ſublimi virtutum arce præferret; non ignorabat ille, Publicani illius inſtar, hinc culparum ſuarum nævos, qui umquam ſibi quaſi homini ſurrepſiſſent, ante oculos reducere, in SS. Patrum ſublimia merita collocare *l*, quatenus dum ſibi ineſſe metueret, quod diſpliceret in aliis, attenderet, quo creſcere in melius poſſet, ut ſibi fieret materia ſe humiliandi, quod hoſtis paraverat extollendi.

humilitate

l

26 Viſne, auditor, nôſſe, qnàm nihili ſeſe, imò quantopere alios ſibi opinione præferret? Si quos aliquando peregrinos, ut mos eſt, monachos aliqua nobis occaſio applicaret, ſeriatim mox ille illorum mores & ordinem ſagax attenderet, ac ſi quid in eis agnoſceret imitandum, præſto ab eo, acſi divinitus oblatum foret, apprehenſum. Non enim ſe tum æſtimabat Priorem, dum qualibet in virtute quempiam attenderet meliorem; ſed fiebat illis in diſcipulum, qui videbatur aliis magiſter: mirabaturque typicus ille pavo alas aliorum geminas, dum pertingere ipſe conaretur ad ſenas *m*. Nam cùm infelix ego, ſimileſque mei, & vitiis fœtidi, & virtutibus vacui, vix in Apoſtolos, vix in ipſum dignemur Chriſtum oculos mentis levare, ut per aliqua eorum veſtigia noſtram poſſimus fœditatem quadamtenus tegere; huic Viro, tam innumeris virtutibus opulento, nullus umquam ſciebat pudor obſiſtere, quin virtutum gazas à diſcolis licèt perſonis indefinens mendicaret. Cúmque gravis jam ætas declinaret in ſenium *n*, in Meridiem virtus nitens neſciebat Occaſum. Qui enim ſcire flagitat, quàm irrevocabilis virtutum cucurrerit viam, quámque manu ſuper aratrum miſsâ, reſpicere non ſit dedignatus *; interea pauca, quæ ſubdo, conſideret, & per hæc indeficuum Viri fervorem poterit nôſſe.

D

ſe armat.

m

n

E

**imò* dignatus

27 Cùm enim de eremiticæ Regulæ auſteritate die quadam ſermocinaremur, eamque debilibus, ægriſque Fratribus condeſcendendo, temperandam aliquatenus cauſaremur *o*: præſertim cùm ipſe Petrus Damiani in eadem ſcriptum reliquiſſet, ut poſt obitum ſuum id fieret *p*: ille etſi languidus, etſi cunctis penè nobis eſſet debilior, ejuſque aſſenſus ad id credendus eſſet facilior; Cùm multis, inquit, peccatis graver, hoc utique ſuperoneràri non patiar: ſed ſicut domnus Petrus in vita id fieri non toleravit ſua, ita quoque ego fieri non aſſentiar in mea. His certè paucis verbis licet attendere, quanto ille conatu latam multorum ſpreverit viam, quámque medullitus arctam, quæ paucorum eſt, tenuerit ſemitam: nec cum carnali Iſraël multitudine contemptas jam Ægyptias ollas dignatus ſit reſpicere; ſed cum ſolis Jeſu Nave & Caleph omni prorſus vi ſua ad typicam promiſſionis Terram perſtiterit anhelare.

Rigorem Regulæ mitigari renuit,

o

p

F

28 Ruminabat namque Vir ſanctus, mundum ſcilicet animal, multorum quidem eſſe bene incipere, paucorum verò, quod ſine gemitu recolendum non eſt, bene finire. Fruſtra enim velox in ſtadio currit, qui ante finem deficit; quoniam in cursûs meta currentium eſt corona; nec in divino ſacrificio accipitur hoſtia, quæ caret caudâ *q*. Ad hoc enim omnis eccleſia, ad hoc niti debet omnis anima Chriſtiana, ut ſecundùm Apoſtolicam doctrinam hoſtia viva vivat; mortua ſcilicet mundo, viva autem Deo; mortua facinoribus & flagitiis, viva virtutibus univerſis. Obſecro, enim inquit Apoſtolus, vos per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem: ad quæ duo qui, miſerante Deo, anxiatur *r* pertingere, ad finem uſque opus eſt perſeverare. Cùm enim in fine corporis ſit cauda, illa ſpiritualiter hoſtia caudata intelligitur, quæ ad uſque hujus vitæ finem de bonis ad meliora tranſire conatur. Idem quoque in eo nobis innui cernimus, quòd in vinea laborantibus non niſi in fine diei datur denarius. In eadem rei figura ſolus inter fratres Joſeph talari indutus eſt tunicâ:

certus ad mortem uſque in eo perſeverare.

q

r

A câ : quid eſt enim talari tunicâ indui , niſi fide per dilectionem operante uſque ad vitæ terminum contegi ?

ANNOTATA.

a *Vide dicta ad cap. 2 lit.* c.

b *S. Benedictum ut patrem fundatoremque eremitarum cultum fuiſſe ab eremitis Fontis Avellanæ , liquet ex Opuſculis B. Petri Damiani. Lib. 6 epiſt.* 12 *eumdem* patrem *appellat* , Hæc itaque , *inquiens* , noſtra non ſunt , ſed ejuſdem patris noſtri verba *&c.*

c *Huc ſpectant , quæ habet B. Petrus Damianus Opuſc.* 14 : De pſalmodia verò conſuetudo eſt , ut , cùm duo Fratres ſimul commorantur in cella , duo perſolvant in die Pſalteria , unum pro vivis , alterum pro defunctis. Et illud quidem , quod eſt vivorum , cum illis dicitur additamentis , quæ B. Romualdus appoſuit (*quæque B. Petrus recitat Opuſc.* 15 , *cap.* 9 ;) quod verò pro defunctis , cum novem lectionibus dicitur , tribus nimirum per quinquagenos pſalmos. Qui autem ſolus moratur , Pſalterium
B quidem vivorum totum per ſingulos dies adimplet , defunctorum autem ſive medium ſive totum , juxta quod virium poſſibilitas adminiſtrat. Horarum autem pſalmodia canonica omnino ſicut fit in monaſterio , ita hîc per ordinem tota nihilominus adimpletur.

d Metanæa *vox Græca* , *Latinè* pœnitentia , *apud medii ævi ſcriptores accipi ſolet pro genuflexione ſeu corporis proſtratione in terram , ut videri poteſt in Onomaſtico Roſweydi ad Vitas Patrum , & Gloſſario Cangii. Eadem vox occurrit in Vita B. Petri Damiani cap.* 3 , *uti & in hujus Opuſculis.*

e *De his & ſimilibus corporis caſtigationibus B. Petrus Damianus Opuſc.* 15 *de ſua Congregationis inſtitutis cap.* 18 *ſic ſcribit :* Super metaneis verò , diſciplinis atque palmatis (*id eſt manuum palmarum in terram illiſionibus*) ſive etiam brachiis extendendis in orationibus , cæteriſque ſancti fervoris exercitiis , nullâ Fratrem lege conſtringimus , quin potiùs ſuæ committenda proviſionis arbitrio judicamus.

C f *Morem hunc inter pſalmorum recitationem ſeſe flagellandi , in prædicta eremo viguiſſe , diſcimus ex ſæpe laudato B. Petri Opuſculo , in quo de S. Dominico Loricato , diſcipulo ſuo hæc ſcribit :* Idem ſenex , Dominicus nomine , nonnumquam uno die continuato cum nocte , novem Pſalteria meditando decurrit , & interim penè ſemper utrâque manu ſcopis armatâ nudum corpus afficit.

g Decapolis *regio eſt Palæſtinæ , à decem præcipuis urbibus ſic appellata :* Heliopolis *Ægypti urbs , de qua Geneſeos* 41. *Scriptor autem hac allegoriâ animam virtutibus probè munitam deſignat.*

h *Vide dicta ad cap.* 1 , *lit.* c.

i *Tres tantùm enumerat.*

k *Canticorum cap.* 7 , ℣. 4 : Naſus tuus ſicut turris Libani , quæ reſpicit contra Damaſcum. *Myſticè hîc prudentia ſeu vigilantia denotatur.*

l *Id eſt , ex ſuorum defectuum conſideratione perpendere , quàm longè abeſſet à ſublimibus Sanctorum meritis.*

m *Hac phraſi ſcriptor denotat , ſanctum Priorem in aliis virtutes minùs excellentes fuiſſe admiratum , dum ipſe ſublimiores ſectaretur.*

n Senium *hîc pro extrema ſenectutis parte accipitur. Conſule Comment. num.* 17 *&* 18. A. ANONYMO.

o *Vitæ auctor , qui ſuprà num.* 13 *oſtendit ſe* S. Joannis *in eremo ſodalem , hoc loco jam diſcipulum demonſtrat.*

p *Scripſit hoc Opuſc.* 15 , *ubi poſtquam inſtituti rigorem hinc inde nonnihil mitigavit , cap.* 18 *ita loquitur :* Hæc itaque , nos remoto omni auſteritatis rigore , ideo ſub tam modeſtæ diſcretionis libramine conſtituimus , ut Frater , qui de ſua eſt ſalute ſollicitus , inſtitutionem ſalutiferam non abhorreat ; & tamen , ſi hæc fecerit, pleniſſimè de omnipotentis Dei miſeratione confidat. Verumtamen hæc Regula poſt noſtrum teneat obitum : nam dum vivimus , aſſuetum minui , Deo largiente , non patimur inſtitutum.

q *Hæc intellige de hoſtia pro peccato , vel aliàs debito : nam Levitici* 22 , ℣. 23 *dicitur :* Bovem & ovem , aure & caudâ amputatis , voluntariè offerre potes , votum autem ex eis ſolvi non poteſt.

r *Id eſt , qui ſolicitè ea præſtare conatur.*

CAPUT V.

E

Eugubinus epiſcopus electus & à Paſchali II PP. conſecratus , poſt brevem epiſcopatûs adminiſtrationem ſanctè moritur.

Eligitur epiſcopus Eugubinus; a

TAlibus ergo virtutum exercitiis dum more ſuo Joannes inſtaret , Apoſtolique inſtar quæ retrò oblitus , momentatim *a* in anteriora contenderet , à te , ſancta Eugubinenſis eccleſia *b* , necnon à Joanne *c* , Apoſtolicæ Sedis legato , reverentiſſimo per omnia viro , Eugubium arcerſitur , quatenus communicato vobiſcum conſilio , de præficiendo vobis paſtore tractatus habeatur. Quò ille , utpote charitate pleniſſimus, atque ut omnibus omnia fieret ardentiſſimus , quamvis ætate jam gravis *d* , quamvis languoribus debilis , tamen non ſegnis approperat , diuque , cui tanta imponenda ſit ſarcina , vobiſcum tractare non ceſſat. Sed dum tanta res in craſtinando diſcutitur , nec alia id perficiendi via idonea reperitur , ipſe hoc tandem onus , quamvis invitus & obnitens , à vobis cogitur ſubire , qui alterum illo venerat onerare. Cui rei , tametſi per ſapientiam & ſanctitatem eſſet idoneus, pro corporea tamen debilitate moleſtiâque omnino erat incommodus.

b c

d

F

quo onere, licèt ſenex ſuſcepto , * *l.* quodve

30 Quid ergo flammata in Domini amore anima ageret , quidve * tanto vallata populo confugium peteret ? Certè cùm ſacri canones eis etiam , qui epiſcopantur , ſi dignam poſſunt cauſam pertendere , ſucceſſores non abnuunt dare; rationabiliùs , qui hoc nondum onus ſubierat , juſtis ab hoc ſubeundo cauſis excuſabilis erat ; hinc ſcilicet effæto viribus corpuſculo reclamante , inde validiſſimâ languoris moleſtiâ ratiocinante. At qui ab ipſa pueritia omne , quod erat , Chriſto conſueverit tradere , nefas duxit, non vinci ab ejus eccleſiæ unanimitate ; firmiſſimè credens , illum profectò ignem divinitus deſcendiſſe , qui tot animos in ejus electione conflâſſet : nec de impotentia jam cauſatur , cui

A. ANONYMO. Omnipotentis voluntas ſuffragium pollicetur. Qui enim in ſe nihil poteſt, quid in Domino non poteſt? Volens ergo nôſſe, verène Dominum habuerit complicem *e*, attendat, quid tantillo in tempore egerit, & ab omni mox ſcrupulo conticeſcet.

e

à Paſchali II PP. conſecratus, *f*

31 Mox namque ut divinâ Eugubium Clementiâ miſerante, à ſanctiſſimo Papa, ſecundo ſcilicet Paſchale *f* in antiſtitem conſecratur, tantâ baſilicas inſtantiâ dedicare, pueros conſignare, omniaque omninò epiſcopalia peragere nititur *g*, ut, niſi ætatem cerneres, pubeſcere fortè putares. Nec in ſui tantùm epiſcopii anguſtiis contentus id agere, per quæcumque ſecundum canonicas regulas collimitanea invitatus, idem Chriſto largiente operatur. Ad hæc divini pugione verbi, quem tamdiu acuerat, tempus nunc cælitus nactus, in girum rotat, ardetque vivas à mundo meſſes metere, ut ſupernis eas valeat horreis infercire. Ad quod tam egregium opus * multi à Domino meſſis videantur eſſe ducti, perrari, proh dolor! reperiuntur idonei. Huic namque negotio ut dignè quis poſſit inſtare, à ſemetipſo neceſſe eſt principium ſumere, Domino dicente: Ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc perſpicies, ut educas feſtucam de oculo fratris tui: quia videlicet donec quis terræ inhæret, impoſſibile eſt, ut à terra alterum ſecet.

g

** adde* licèt

B

egregiè fungitur i

32 Hinc Dominus per Prophetam, Gladii, inquit, ancipites in manibus eorum. Quis enim eſt iſte gladius, niſi, teſte Apoſtolo, ſermo divinus? Per manus autem quid intelligitur, niſi bonum opus, quod manibus exercetur? Quid ergo eſt gladium habere in manibus, niſi verbum Dei tenere in operibus? Hoc autem ille congruè peragit, qui ab omnibus ſe & carnis & ſpiritûs vitiis nititur ſequeſtrare, & geminæ charitatis alas in aſtra ſuſtollere. Hinc eſt enim, quòd alteri prophetæ falx volans oſtenditur, per quam non niſi ſermo divinus identidem figuratur; quia videlicet falcis more, quos à terrenis vitiis deſecat, alas ſumere docet, ut ad cæleſtia tollat. Hanc ergo quia à primævo Joannes tempore manibus bajulârat, ſui jam ſecurus, quócumque ſe verteret, in alios exercebat: dumque eam per quinque carnis, totidemque animæ ſenſus evaginat, quòd nulli vitiorum monſtro parcendum ſit, ignaris inſinuat. Hinc eſt enim, quòd decem lata cubitis eadem falx dicitur, ut per omnes nimirum decem ſenſus divina framea ducenda monſtretur, nec ſufficere prælatis, ut ſola quinque ſenſuum vitia in ſubditis amputent, niſi turpes intùs concupiſcentias radicitus jugulent. Multa à multis mala non patrantur corpore, at ſolo conſenſu ac propoſito patrata ante divinos oculos, indicantur corde. Quid enim prodeſt, ſi domûs ambitus coloribus ac muſivo *h* decoretur, à baſiliſcis autem & draconibus, quòd interius, poſſideatur? Quod nimirum quia hujus ſancti Viri ſolertiæ non latebat, meritò divini verbi gladium tam per interiora, quàm etiam per exteriora trahere ſatagebat.

C

h

at intra annum conſecrationis ſanctè moritur: *i*

33 O quàm felix Eugubina eccleſia eſſes, ſi diu te talis Patroni vigilantia gubernâſſet! Ille certè cæleſti te Sponſo, formâ præ filiis hominum ſpecioſo, non ſolùm ſine macula formoſam exhibere, ſed etiam ſine ruga *i* ſatageret. At aliter divina ſuper hoc Providentia cenſuit, quæ ante peractum conſecrationis ſuæ annum tanto te Paſtore privavit *k*. Cùm enim, ſicut ſcriptum eſt, flagellat Deus omnem filium, quem recipit, jugi ſui corporis moleſtiâ vapularet, ut carnis ergaſtulum egreſſuro nullius vel levis peccati nævus obſiſteret, adeo ei circa Septembris Calendas ſolitò impenſiùs incubuit, ut VII earumdem Idus *l* te illo viduârit, teque in hoc mundi laborante exilio, jam ille, ut confidimus *m*, potiori ſui parte triumphat in regno. De cujus mihi vita, chariſſimi Patres & domini, quia ut ſcriberem juſſiſtis, ecce ut præſtarem, extorſiſtis: etſi enim non feci, ceu debui, facere tamen ſategi, quod potui.

D

k

l

m

cujus virtutes n

34 Supereſt ergo, ut quia mea puſillitas audiat ſupplicantem *n*: ſupplicatio namque mea nil niſi ſalus eſt veſtra; ſcilicet, ut qui cæleſtia jam ad regna divinâ miſericordiâ ſumus vocati, cæleſtes cives, Deique filii, niſi â tanta, quod abſit, gratia degeneramus, decreti, ejus ſequi ducatum contendamus in via, ſi cum eo regnare deſideramus in patria. Tota enim hæc vita quid niſi quædam eſt via? Per hanç profectò jam proceſſit Chriſtus, Eccleſiæ videlicet Sponſus, ſecutus eſt conſequenter Apoſtolicus numerus, comitata ſunt deinde tot jam electorum millia, quot quæ explicet lingua? Ad hos, dilectiſſimi, omnes cordis oculos debemus attollere, ut per eorum veſtigia tam glorioſa ad patriam nitamur aſcendere, ſed ad unumquemque tantò attentiùs, quantò Chriſti membrum eſſe conſtat electius; donec quibuſdam profectuum gradibus ipſi paulatim Chriſto propinquare & ab ipſo quaſi adamantino ſigillo ſuæ impreſſionem imaginis poſſimus accipere.

E

auctor imitandas proponit.

35 Quodſi in ipſum juſtiæ Solem Chriſtum, ſi ipſius Solis radios, id eſt Apoſtolos, ſi in ipſas denique ſtellas reliquas, ſcilicet Sanctorum turmas noſter aciem figere non viget obtutus, numquid non ad certam ſtellam, noſtrum ſcilicet Joannem, noſter irrepere pigritabitur appetitus? Pudeat nos, dilectiſſimi, pudeat, inquam, ſub iniquitatis nocte jam ſtertere, quibus tam lucidam, tamque novam Stellam in exemplum dignatus eſt prorogare.

Spernant jam ſeclum, quos ſpectat patria cælum,
Chriſticolas omnis pro carcere tædeat orbis,
Fæteat his mundus, quibus eſt promiſſus Olympus.
Horrida carcerei quem manſio mulceat antri?
Quis ſocors olidâ depoſcat aroma cloacâ?
Ergo jam veſtro * cælo conſcripta caterva,
aſpiciens ſolem fugiat jam noctua noctem,
horreſcat tetras, quibus eſt illapſa tenebras.

F

** fortè* veſtra

ANNOTATA.

a *Id eſt*, in ſingula momenta.

b *De Eugubio, ejuſque antiquo epiſcopatu egimus in Commentario num.* 1.

c Joannem *Cardinalem presbyterum S. Anaſtaſiæ deſignat, de quo conſule Comment. num.* 2, 8, 9, 10 & XI.

d *Annum quippe ætatis* 78 *vel* 79 *agebat, ut liquet ex dictis in Comment. num.* 16.

e Complex *ordinariè dici ſolet alterius in eodem crimine ſocius, vel fautor. Aliquando tamen ea vox in bonam partem accipitur pro fautore alterutrius regis belligerantis, ut apud Cangium in Gloſſario oſtenditur. Hoc loco Deum Sancti fautorem auxiliatoremque ſignificat.*

f *Paſchalis II ab anno* 1099 *uſque ad* 1118 *Pontificatum tenuit.*

g *Qua*

A g *Quæ de Sancti geſtis in epiſcopatu narrat Philippus Ferrarius, videri poſſunt in Commentario num.* 40.

h *Subintelligi videtur* opere : *eſt autem* muſivum opus *variè teſſellatum ac picturatum.*

i *Alludit ad verba Apoſtoli ad Epheſios* 5, ℣. 27 : Ut exhiberet ipſe (*Chriſtus*) ſibi glorioſam Eccleſiam, non habentem aut rugam, aut aliquid hujuſmodi, ſed ut ſit ſancta & immaculata.

k *Perperam igitur Philippus Ferrarius ei* 36 *annos epiſcopatûs attribuit, ut diximus num.* 39 *Commentarii.*

l *Anno* 1106, *ætatis verò ſuæ* 80, *dicitur in veteri epitaphio, quod num.* 42 *Commentarii recitavimus.*

m *Hinc patet, Vitam hanc conſcriptam fuiſſe, priuſquam Sanctus publico cultu honoraretur, alioquin enim cæleſtem ipſius gloriam certiùs aſſeruiſſet, idque multò magis, ſi revera, ut quidam contendunt, à Paſchale II canonizatus fuiſſet : qua de re conſule Comment. num.* 43 *& duobus ſequentibus.*

B n *Vitioſam hanc periodum ita legi in codice Eugubino, ex quo apographum noſtrum depromptum eſt, in hujus margine annotatur. Porrò eam hoc ſimilive modo corrige :* Supereſt, ut meam puſillitatem audiatis ſupplicantem.

VITA ALTERA

Auctore item anonymo & incerto *a*

a

CAPUT I.

Vita in ſeculo acta : ſuſceptus monachatus & ſacerdotium : familiaritas cum B. Petro Damiano, & inſignis in corripiendo humilitas.

C

Laude Pompeiâ natus, poſt piam adoleſcentiam b c d

BEatus Johannes ſacerdos electus Dei altiſſimi, Eugubinæ *b* civitatis epiſcopus, civitate Laudenſi *c* in Lombardia ex nobilibus *d* parentibus & verè Catholicis natus fuit, & eorum curâ & diligentiâ baptizatus & bene nutritus & bonis moribus informatus fuit, & ſacris litteris inſtructus & liberalibus diſciplinis eruditus. Et ipſe Johannes ab infantia ſua timere Deum cœpit, & cum eo crevit miſericordia, jamque animum pium habens ad pauperes, & Dei mandata fideliter adimplebat. Et ab illis vitiis Deus ipſum eripuit & ſervavit, in quibus juvenes malè informati contaminari ſolent & à Deo ſeparari, & filii tenebrarum effici. Et Johannes gratiâ Dei præventus, in ipſo juventutis ſuæ flore ſpernens mundum & ejus vanas delitias, per arcta mandata, quæ ducunt ad vitam, ambulare cum fervore curavit, & repletus Dei ſpiritu non ſolùm ipſe lubrica devitabat, ſed & ſocios ſuos deridentes ſe à mundi vanitatibus & vitiis retrahebat & arcebat, & ad viam virtutum & mandatorum Dei eos informabat & provocabat.

2 Et cùm adhuc electus Dei Johannes in ſeculo moraretur, Dei mandata & ſancta conſilia Euangelica perficiebat : nam viſitabat infirmos quoſcumque, miniſtrans eis neceſſaria de ſuis facultatibus *e*, & ipſemet ſerviebat eis, quando infirmi pauperes ſervitoribus indigebant ; & aliis pauperibus, viduis & orphanis benignè ſubveniebat, & tribulatos & afflictos ſuâ melliſluâ exortabatur * allocutione, & ad ſanctam patientiam informabat, afflictum Jeſum Chriſtum eis proferens in exemplum, rogans eos caritativè *f*, ut in ſancta patientia poſſiderent animas ſuas. Et hic Vir beatus caſtigabat corpus ſuum & in ſervitutem redigebat, ne, ſi ipſe non faceret, quod aliis prædicabat, ante Dei oculos reprobus haberetur. A delitiis & crapula & vinolentia ſe retrahebat, & rebellem carnem cogebat omnino ſervire ſpiritui. Et ſic Vir iſte beatus illuſtratus à Deo & illuminatus, lux * ab eo bonæ ædificationis & informationis procedens ad proximos, ad fugiendum peccata & ad ſerviendum Deo eos provocabat, & videntes bona opera ejus glorificabant Patrem Deum, qui in cælis eſt. Abſtinentiæ & vigiliis vir Dei Johannes inſiſtebat, & juxta quamdam eccleſiam capellam *g* tugurium ſibi conſtituens ad orandum & quieſcendum valdè arctum : ibi lectus ejus erat terrâ ſolida pro fulcro, & cervical ejus lapis durus & rigidus.

A. ANONYMO. *& auſteram in operibus charitatis vitam,* e

* exhortabatur f

* *l.* luce *& mox :* procedente

E g

3 Et poſt talia virtutum inſignia vir Dei Johannes, lucerna vera populis jam effectus, ut ad majorem perfectionis ſtatum aſcenderet, heremum *h* petiit. Illo namque tempore vir venerabilis & ſacerdos Dei altiſſimi, domnus Petrus Damiani *i*, virtutibus ornatus & ſacris Scripturis eruditus, florebat ſanctitate & ſcientiâ in heremo vaſtiſſima S. Crucis Fontis Avellanæ. Et ipſe Petrus, cùm eſſet ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis & legatus fuiſſet tranſmiſſus à domino Papa, & circuiret per comitatum & epiſcopatum Eugubinum *k* & Nucerinum *l* & Callenſem *m*, & per Romandiolam *n* & Marchiam *o* ; cùm de perfectione Fratrum pauperum Fontis Avellanæ admiranda dicta & opera percepiſſet, eorum colloquio & angelica converſatione attractus *p*, Cardinalatûs gloriam deſeruit, & cum licentia domini Papæ *q* in heremo Fontis Avellanæ ſe recluſit, ſerviens Deo die ac nocte. Ad cujus exemplum plurimi incitati mundi gloriam ſpreverunt, & ad ſerviendum Deo ſe totaliter tradiderunt.

fit monachus in eremo Fontis Avellanæ, h i

k l m n o

p q

F

4 Vir autem Dei Johannes tanti viri famâ compertâ, exemplo ejus animatus, confugit ad ipſum, & elongavit ſe, à mundo fugiens & de terra propria & cognatione recedens, venit in terram, quam ei Dominus revelavit, & venerabili patri Petro Damiani, Priori heremi & devotorum Fratrum magiſtro ſe obtulit humiliter, genibus flexis rogans inſtanter, ut ipſum ſub diſciplina ſacræ Regulæ beatiſſimi patris Benedicti ſuſciperet in diſcipulum & fratrem, Regi Chriſto perpetuò ſerviendum *. At verò reverendus Dei ſacerdos Petrus Damiani videns Johannis ſimplicem animi puritatem, fervorem ſpiritûs, obedientiæ promptitudinem & verum mundi contemptum in ipſo, ipſum benignè recepit. Et cùm de peccatis & ſecularibus culpis eum examinaret per ſanctam confeſſionem, ut ab omni mundano pulvere excuteret pedes ſuos, ut mundus & purus viam Domini ambularet, non invenit culpas graves, ut per unius diei pœnitentiam expurgari non poſſent ; ſicut ipſe Petrus poſtea

admiſſus à B. Petro Damiano,

* *l.* ſervitutum

A. ANONYMO.

testificatus est, de eo colloquendo cum devotis discipulis.

& factus sacerdos, ab eodem in partem laborum adscitus,

5 Et devotus pastor Petrus Prior devotam humilem ovem Johannem intra ovile sui monasterii intromisit, eumque religiosis induens vestibus & habitu monachali, devotis Fratribus & discipulis sociavit, ut cum eis rectum vivendi ordinem disceret, moresque & modum conversandi apprehenderet, in choro & in mensa & in claustro. Et ipse vir Domini Johannes, divinâ præventus gratiâ, in brevi ita est informatus in sacris observantiis & moribus Fratrum, & divinis officiis imbutus & instructus, ut non jam alterius magisterio oporteret eum informari, sed potiùs ipse ad informandos alios idoneus & sufficiens probaretur. Cernens autem reverendus pater Petrus, bonum filium & discipulum Johannem per Dei gratiam in omnibus proficere, & in sanctitate & humilitate & divinis obsequiis & in sacris institutionibus mirabiliter crescere, ipsum per gradus Ordinum sacrorum & officiorum ad altiora promovit & ad sacri sacerdotii Sacramentum ipsum provehi & sublimari fecit; B ut deinceps Johannem coadjutorem & socium sui laboris haberet, quem sub se discipulum antè habuerat; ut in cura monasterii & in regendis Fratribus vigilaret & se exerceret in activa videlicet & contemplativa vita. Et ipse vir humilis Johannes, tamquam verus obediens, patris voluntatem & præcepta in omnibus adimplebat, & sic sub beati patris Benedicti Regula alligatus, bonus discipulus sanctum magistrum devotissimè sequebatur, & humilitate & caritate & servitiis omnes transcendere nitebatur.

mira humilitate aliorum defectus corrigit.

6 Et si quando naturali infirmitate aliqui ex monachis fracti invicem discordarent, studebat statim eos suis devotis & piis precibus ad concordiam revocare, non quiescens, nec recedens, sed genibus flexis ante eos in sua humilitate & viva caritate illorum iracundiam frangebat & expellebat, & eos ad pacem & fraternam concordiam reformabat. Si quando verò propter ipsius redargutiones & increpationes in commissis defectibus Frater aliquis turbaretur, statim Johannes ejus se pedibus prosternebat, dicens humiliter culpam suam, & indulgeri sibi C devotiùs precabatur: & propterea nullus ex Fratribus ita iratus & accidiosus *r* permanere poterat, quòd non statim à benignitate servi Dei Johannis in mansuetudinem verteretur: & ipse non priùs de terra surgebat, nisi priùs & Frater reconciliatus fuisset.

r

Jejuniis, aliisque corporis castigationibus

7 Igitur vir Dei Johannes terrena fugiens, à vanis mundi illecebris elongatus manebat in solitudine: expectabat eum, qui salvum ipsum fecerat à pusillanimitate spiritûs & liberaverat à tempestatibus & conturbatione hominum; & ipse jam cum Christo spiritualiter crucifixus in anima, crucem pœnitentiæ in corpore bajulabat, jejuniis & vigiliis se affligens, ergastulum sui corporis domans, ne contra animàm recalcitraret. Et cùm in ipsa heremo hiems aspera inhorresceret, ut vix cùm vestimentis duplicibus & pellibus intensum frigus vitari posset, ipse vir Dei domnus Johannes rigidis & modicis vestimentis amictus, nudis aliquando pedibus per totas synaxes in choro nocturnas & diurnas persisteret *.

* *l.* persistebat

strenuè se domat: *f*

8 Deinde ne Fratres turbaret & ne fumus laudis offuscaret opera ejus, in solis pedulibus sive soleis *f* frigus supportabat; &, quod durius est, in remoto loco sequestrans se à conspectu Fratrum, minutos lapillos & acutos sternebat in calceolis, & calcians se & incedens per ecclesiam sive per claustrum & domos, acri doloris acumine & puncturis torquebatur, plantis nudis pedum lapillos calcantibus, ut sic crucifixo Domino in perforatis pedibus compateretur & conformaretur. Si quando verò caussâ opportunâ monasterii exigente cogeret virum Dei Johannem extra monasterium progredi ad remota, quia debilis erat & languens, debile corpus & attritum jejuniis non poterat ad festinantiam itineris coaptare; & sic necessitate compellente, jumentum aliquod despicabile equitabat: & ut corpus suum dolore aliquo pungeret, nec sine flagello pertransiret in eo aliqua hora vel tempus, nudas plantas streviæ *t* ferreæ immittebat, *t* ut tali aculeo frigoris & duritiâ ferri punctus, Crucifixi vulneribus compateretur. D

orationi & charitatis exercitiis assiduè vacat:

9 De oratione ejus & mentali devotione & cælesti desiderio, paululum dicere scimus, cùm in nobis ipsis dona talia non habeamus: sed certum nobis est, quòd vir Dei Johannes divina officia & Horas canonicas die noctúque devotè solicitè & attentè dicebat & audire volebat, ne verbum aliquod & syllaba pertransiret, quod E non bene diceret & audiret. Et oculis ac manibus in cælum intentus, dum sibi vacare liceret à curis monasterii, invictum ab oratione spiritum non relaxabat, lacrymarum irrigua spargens ante conspectum Domini pro vivis pariter & defunctis. Sicque vir Domini Johannes, ut alter Jacob per scalam virtutum ascendens, per caritatis zelum ascendebat ad Deum, & per compassionem pietatis descendebat ad proximum. Aliquando verò, cùm ei liceret ab officiis ecclesiasticis & Fratrum occupationibus quietari & vacare, dum orationis solatio & mentali contemplatione non traheretur, ad activam vitam recurrebat, ut cum Martha ministerium Dei ageret & devotè perficeret.

pios libros aut scribit, aut corrigit.

10 Nam libros devotos scribebat, & scriptos ab aliis corrigebat, & quæque alia ædificatoria ad Dei laudem & proximi utilitatem facere non tardabat: & sic Vir Dei per fervens obsequium vitæ activæ fortior & valentior reddebatur ad ascensum vitæ contemplativæ; sicque Vir sanctus in Dei gratia roboratus & in timore Dei confirmatus, à ventis & procellis inanis gloriæ & elationis subverti non poterat, & aquæ mul- F tæ tentationum & tribulationum caritatem ejus firmam in Domino extinguere non potuerunt. Duæ verò columnæ lucidæ Fratrum heremi Fontis Avellanæ, reverendus Prior Petrus, & clericus Dei Johannes, sicut duo Seraphim divina caritate inflammati, corde & ore jugiter Deum altissimum collaudabant, & Fratrum mentes & corda & ora ad Dei timorem & fraternam caritatem accendebant. O quàm bonum & quàm jocundum erat, tales fratres habitare in unum, in medio quorum Christus Jesus erat Dominus & Magister.

ANNOTATA.

a *De hujus Vitæ auctore egimus in Commentario num.* 12.

b *Adi Commentarium num.* 1.

c *De Sancti urbe patriâ consule Comment. num.* 15.

d *Nobilium parentum non meminit Vitæ primæ scriptor synchronus.*

e *In Vita prima dicitur quidem pauperibus ægris ministrâsse, at de facultatum suarum in hanc*

A *hunc finem uſu nihil legitur : id tamen omnino veriſimile eſt , cùm jam ſui juris fuiſſe videatur , antequam ad eremum contendit , ut diximus in Comment. num.* 17 *&* 18.

f *Id eſt* benignè *& ex charitate.*

g *Legendum* eccleſiæ capellam , *aut* eccleſiam vel capellam. *Adi num.* 5 *Vitæ primæ.*

h *Fontis ſcilicet Avellanæ , de quâ vide Commentarium* 17 *: de tempore verò , ad quod eremiticæ Sancti vitæ initia referenda ſint , eodem num. & ſeq.*

i *Ab aliis* Damianus *vocatur , quos cum Henſchenio tom.* 3 *Februarii pag.* 411 *ſecuti ſumus.*

k *Epiſcopatûs Eugubini viſitandi curam habuiſſe B. Petrum Damianum , vide apud Henſchenium tom.* 3 *Februarii pag.* 413.

l Nuceria , *de qua hîc , urbs eſt epiſcopalis ditionis eccleſiaſticæ in Umbria , prope Teniam fluvium condita in limite Marchiæ Anconitanæ, eſtque ſoli Romano Pontifici immediatè ſubjecta.*

m Callium (*incolis* Cagli) *urbs Umbriæ Senonenſis , Urbinati archiepiſcopo ſuffraganea eſt.*

n Romandiolam propriam (*Incolis* la Romagna) *in ditione Eccleſiaſtica intelligit.*

B o Marchiam Anconitanam , *amplam Italiæ provinciam in ditione Eccleſiæ deſignat.*

p *Primum B. Petri Damiani in prædictam eremum ſeceſſum ab auctore hujus Vitæ confuſum fuiſſe cum ejuſdem in eam reditu , oſtendimus in Comment. num.* 19.

q *Is erat Alexander II , ut videre eſt in ſæpe laudatis B. Petri Actis pag.* 413.

r Accidioſus *ab* accidia *pro* acedia , inertem, ſocordem , *vel* indignabundum *ſignificat.*

ſ *Vide dicta ad Vitæ primæ caput* 2 , *lit.* m.

t *De* ſtrevia *conſule annotata ad caput* 2 *primæ Vitæ , lit.* n.

CAPUT II.

Prioratus Fontis Avellanæ : epiſcopatus Eugubinus : mors ſanctè obita.

C *Mortuo B. Petro Damiano , ſit Prior Fontis Avellanæ*

CUm verò jam omnipotens Deus venerabilem Petrum remunerare de ſuis laboribus decreviſſet : cùm abſens eſſet ab heremo & cum Fratribus moraretur ad tempus in monaſterio Faventino , vitam ejus Deus bono fine concluſit ; & ipſe vir Dei feliciter migrans de ſæculo ad cæleſtia evolavit , & vivit cum Chriſto in æternum *a*. De cujus receſſu Fratres omnes , licèt felicitati ejus plurimùm congauderent , tamen de ſua abſentia damna ſibi plurima evenire deplorabant. Sed non defuit eis divina Providentia : nam inſpirati à Domino , concorditer & unanimiter ſanctum virum domnum Johannem de Laudo *b* in Priorem præcipuum elegerunt ; ut , ſicut ſancto patri Petro Damiani in ſanctitate & ſapientia conſimilis erat , ita ei in Priorato ſuccederet *c*. Domnus autem Johannes verè humilis in ſeipſum tanto officio ſe indignum & ineptum proclamabat , & ad ſuſcipiendum omnino renitebatur : ſed Dei diſpenſatio & Fratrum firma concordia , Priorem eſſe Johannem, omnino obtinuit ; & ſic ſancta monachorum congregatio , bonum ſucceſſorem habere de Petro, plurimùm gaviſa fuit.

12 Domnus autem Johannes , divinâ fretus miſericordiâ , Prioratûs officium ſollicitè & fideliter agebat ; diſcipulos & Fratres ſibi commiſſos benignè & piè corrigens , & caritativè in ſpiritualibus informans , ut nullum permitteret in ſancta congregatione negligentem eſſe & otioſum , & detractorem & queruloſum , & eleëmoſinas à Deo conceſſas indignè manducare. Et quia noverat , ſe rationem Deo redditurum de animabus ſibi commiſſis , propterea ſollicitus erat ſingulorum conſcientias inveſtigare , ne in eis aliquod lateret crimen grave , per quod diabolo obligatus teneretur. Et ideo monebat & cogebat eos frequenter & purè confiteri , ne aliqua macula peccati propter dilationem confeſſionis oblivioni traderetur , & ne de oblitis culpis peccati ſarcina augeretur. Et ad celebranda divina Myſteria informabat Fratres , ut priùs per ſacras vigilias & orationes & lacrymarum irrigua ſe devotiùs præpararent , & ſic ad ſumendum altiſſimum Sacramentum pretioſi Corporis & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti cum timore & reverentia accederent. Sæpiùs in nocte & die officinas Fratrum viſitabat , non ſinens aliquem Fratrem cum alio vacare in otioſis & inutilibus verbis ; & ordinatum ſilentium ſacræ Regulæ faciebat inviolabiliter obſervari. E A. ANONYMO. *quo munere egregiè fungitur ,*

13 Quantæ autem caritatis fuerit ad pauperes ſuſtentandos ſervus Dei domnus Johannes, unum mirabile opus de multis ipſius ſanctis operibus ponimus in exemplum. Quodam namque tempore cùm fames valida plures populos intra Italiam conſumeret & cruciaret *d* , ad virum Dei Johannem plurimi pauperes concurrebant ; & benignus Pater unicuique largiri alimoniam faciebat cottidie , donec intra monaſterium ad dandum aliquid haberetur. Et cùm jam orrea * vacuata eſſent , Vir Dei velociter perrexit in Apuliam , & ibi emens frumenta & blada *e* , reportari fecit in magna copia , ut ea egentibus quotidie largiretur , ut famis periculum devitarent. Et ſi pecunia deficeret , veſtes & pannos pro emendis frugibus diſtrahebat , ut ſic pauperibus ſubvenire poſſet , donec Deus miſericors propitius fieret plebi ſuæ , & acerbitatem famis, quam æquitate ſui diſtricti judicii venire permiſerat , benignitatis ſuæ clementiâ tolleret. *& famis tempore pauperibus mira liberalitate ſuccurrit.* *d* * *l.* horrea *e* F

14 Quantùm verò Vir iſte beatus perfectione vitæ fuerit avidus , patet , quia cùm ſæpe Fratres monachi peregrini ad eum neceſſitate , vel edificationis exemplo veniebant , ille eos ſuſcipiens in viſceribus caritatis , gradus perfectionis & bene operandi modulum ab eis humiliter requirebat , & de profectu animæ & fervoris ſpiritualis exercitio cum eis dulcia colloquia protrahebat ; & illorum vitam & mores conſiderans, ſi quid boni in eis cerneret , quod ipſe in ſe non haberet , ſtatim bonum illud , ſicut * à Deo ſibi oblatum eſſet , cum affectu maximo capiebat & retinebat in mente , & perficere illud jugiter ſatagebat. Et non ſicut Prior eis loquebatur & præerat ; ſed ſicut humilis diſcipulus eis ſe ſubditum faciebat , cùm eos ſe excedere in perfectione aliqua cognoſcebat : & ſic virtute ſanctæ humilitatis & caritatis bonum illorum ſuum fieri promerebat. Et cùm B. Johannes ætate maturus declinaret ad ſenium , virtus ejus quaſi in Meridie nitens neſciebat Occaſum *f* : nec propter ſenectutem *g* dimittebat jejunia & vigilias conſuetas. *Virtutum ſtudio accenſus* * *i. e.* quaſi *f* *g*

15 Cùm enim de obſervantia rigida heremiticæ Regulæ Fratres & diſcipuli cum eo aliquando *Regulam laxari renuit,*

A. ANONYMO.

do conferrent, eamque pro debilioribus & infirmis Fratribus contemperare & mitigare dicerent, & hæc à B. Johanne instantiùs postularent; præsertim cùm ipse Petrus Damiani illius
h observantiæ bonæ institutor *h* & prosecutor, timens, ne Fratres minùs ferventes spiritu ex illa institutione, bona licèt, stricta frangerentur & ad tepida resilirent, in eadem institutione scriptum reliquit, ut post suum obitum temperari posset
i & mitigari *i*, si Fratres omnino id fieri declararent. Et tunc vir Dei Johannes Prior, licèt præ omnibus aliis infirmior & debilior & senio confectus esset, ac relaxatione abstinentiæ & disciplina corporali cessare & temperare indigeret, & largiori vitâ refoveri; tamen fervens in spiritu sic respondit, dicens: Cùm ego miser multis peccatis graver, & usque modò Dei justitiam super me provocavi, negligenter & remissè vivendo; peccatum istud tam grave induci super me & imponi mihi in onus super alia peccata mea, omninò non patiar: sed sicut reverendus pater noster Petrus Damiani observari voluit, dum viveret, nec permisit, ut rigor heremiticæ
B Regulæ relaxaretur & omitteretur in vita sua, ne ex hoc Deum contra se provocaret & animæ suæ confusionem induceret: ita & ego minimus non audeo aliud attentare; nec patiar ullo mo-
* ut do, quòd * in vita mea ea bona observantia & rigiditas relaxetur & frangatur: & hoc vobis sit pro firmo, quòd id fieri numquam assentiar, dum vixero. Et tunc Fratres, videntes immobile ejus propositum, de cetero ausi non fuerunt eum ampliùs de hoc rogare. Et B. Johannes, verus Christi athleta, non ut antiquus operator, sed velut novus Agni cultor, ad serviendum Deo ferventior jugiter inveniebatur.

16 Eo namque tempore Eugubina civitas pau-
Eugubino episcopo defuncto, eò evocatus percula, quæ de ruinis & reliquiis populorum renatorum ex mortuis populis vetustæ & eversæ Eugubiæ ecclesiæ planè fuerat resuscitata & reædificata superiùs *k* in monte cum arcibus; & ibi divinus cultus & episcopus fuerat reformatus in episcopatu pauperculo & pauperculis clericis; episcopus *l* ejus, completo cursu, migravit à sæculo: & sic Eugubinus populus pastore carebat, & inveniri commodè non poterat, qui
C tanto sacerdotio dignus esset. Dei verò providentiâ actum est, ut legatus domini Papæ *m* dominus Joannes Cardinalis *n* sacræ Romanæ Ecclesiæ, vir per omnia reverendus & timens Deum, patriam ipsam visitando circumiens, pervenit * Eugubium, ibique à clericis & laicis reverenter susceptus, per plures dies permansit ibidem, & ad suggestionem cleri & populi Eugubini de eligendo & dando eis episcopo pertractabat, & famâ compertâ viri Dei domni Johannis Prioris sanctæ Crucis Fontis Avellanæ, plurimùm exultavit, & bonorum virorum consilio fretus misit nuntios devotos ad heremum, rogans & mandans domno Joanni Priori, ut citò ad ipsum veniret Eugubium.

* *l.* perveniret

17 Et vir Dei domnus Joannes, licèt fene-
episcopatum humiliter suscipit, & à Paschali II PP. ordinatus, ctute *o* & abstinentiâ confectus & debilis multùm esset, tamen sicut verus obediens cum suis aliquibus venit Eugubium, & à domino legato & clero & populo reverenter suscipitur, & unà cum ipso de eligendo episcopo conferebat. Et cùm de die in diem electio episcopi protraheretur, nec aliquis ibidem tanto sacerdotio sufficiens & dignus inveniretur; inspirante Deo, corda omnium & oculi ad servum Dei Joannem se convertunt, & ipsum episcopum fieri postulant, & per legatum domini Papæ id fieri exo- D
rabant. Et domnus legatus cælitus inspiratus & rogatu bonorum permotus, ad eligendum Joannem Priorem in episcopum clericos informavit; qui eum unanimiter elegerunt. Sed cùm Joannes plurimùm reniteretur, senectute & infirmitate destitutum esse *p*, nec posse curam epis-
p copalem agere, affirmaret; nullatenus ejus preces & excusationes acceptatæ fuerunt: sed tam Dei prædestinata electio invaluit, & cleri & populi incommutabilis voluntas obtinuit, ut legatus domini Papæ ipsum recipere omnino coëgit *. Et
* *l.* coëgerit sic alligatus episcopali oneri, Romam adiens, à domino PP. Paschali secundo lætanter susceptus & consecratus fuit.

18 Et Engubium rediens non est elatus in-
post expletas egregii pastoris partes gloria, nec de sublimitate prælationis intumuit cor ejus: sed eamdem morum gravitatem & religionis observantiam, quàm priùs in heremo tenuerat, conservavit, & in fervore spiritûs renovatus, sicut monachos priùs optimè rexerat, ita populos sibi commissos fideliter & sollicitè custodiebat & gubernabat. Omnia vitia in eis extirpare & virtutes & bonos mores in eis infere- E
re maturabat. Et hic Vir inventus sine macula, post aurum non abiit, nec speravit in pecunia & thesauris; sed omnia, quæ poterat, paupe-
q *r* ribus, orphanis & mendicis infirmis erogabat, & peccatores ad pœnitentiam & ad viam salutis revocabat. Dedicabat ecclesias & altaria & in sanctis Ordinibus clericos ordinabat, & pueros consignabat, non solùm in episcopatu Eugubino, sed in aliis circùm positis regionibus ita faciebat, omnibus se benignum & modestum exhibens, & ad bonum cunctos inducens. Tunc temporis marchiones, comites & milites in arcibus & castellulis & casalibus commorantes & sub Romana republica militantes *q* pedagia *r* &
* *i. e.* exigebant tributa à minoribus exhibebant * sibi dari & vectigalia sibi reddi & alia servitia sibi fieri: & vir Dei Joannes, pius pastor & spiritualis pater, afflictos & oppressos filios, quantùm poterat, adjuvabat, sustentabat & recreabat *s*, & ferocitatem dominorum sua humilitate & precibus mitigabat, & à vitiis eos refrenabat.
s

19 Vir autem Deo plenus B. Johannes epi-
F
brevi tempore pòst moritur, claretque miraculis. scopus confectus senio longævo *t*, & infirmitatibus maceratus, & abstinentiâ & vigiliis attenuatus, cùm jam per annum *u* episcopatûs officium devotè perfecisset felici cursu ad Christum properans, bono fine vitam suam concluſit Deus. Et ipse, receptis devotè ecclesiasticis Sacramentis, valedicens clericis suis & laicis, & in manus Domini commendans animam suam, obdormivit in Domino, & introivit in gaudium sempiternum circà septimo Idus Septembris, anno Domini MCVI, sub domino Papa Paschali secundo, & Henrico IV imperante. Quem venerabilem Patrem dominum Johannem, sicut eum Dominus in vita sua sanctitate & virtutibus fecerat clarum, ita & post ejus obitum signis & miraculis clarêre fecit in tota regione.
t
u

ANNOTATA.

a *Obiit B. Petrus Damianus* 22 *Februarii anno* 1072; *coliturque die* 23 *ejusdem mensis, quâ illius Acta in Opere nostro illustrata sunt. Porrò scriptor his non satis instructus fuisse videtur de postremis B. Petri gestis, dum ait, eum Faventiæ obiisse, cùm ibidem* cum Fratribus moraretur ad tempus: *etenim ipsius biographus, qui*

A *qui morienti adſtitit, diſertè ſcribit, eum poſt Ravennates, ad quos ab Alexandro II PP. miſſus fuerat, Eccleſiæ feliciter reconciliatos, cùm Romam peteret, prope Faventiam vitâ functum eſſe.* Iſtis verò, *inquit*, aliiſque nonnullis negotiis, quæ tantum virum gerere decebat, patratis, iter ſuæ legationis egreſſus, Urbem pergere cœpit. Cúmque prima manſione Faventiam tenuiſſet, apud venerabile monaſterium quoddam B. Mariæ Dei Genitricis, quod foris portam nuncupatur, decenter ſuſceptus, mox febre correptus decubuit; *quâ etiam octava die è vivis ſublatus eſt, ut ſubdit. Hinc patet, ineptè à noſtro biographo dici, Beatum cùm* abſens eſſet ab heremo & cum Fratribus moraretur ad tempus in monaſterio Faventino. *Proinde tam ex hoc loco, quàm ex dictis ad num.* 3 *capitis* 1, *lit.* p, *non inaniter ſuſpicari licet, ſecundæ Vitæ, quam damus, auctorem minimè ſynchronum fuiſſe Sancto noſtro.*

b Laudem Pompeiam, *nunc* Lodi vecchio *intelligit. Vide dicta in Comment. num.* 15.

c *Non adeo certum eſſe, quòd B. Petro Damiano immediatè ſucceſſerit, liquet ex dictis in* B *Comment.* § 3. *Quo tempore Prioratum egerit, diximus* § 4, *num.* 37. *Rectè autem ſcriptor ait, eum* in Priorem præcipuum *electum fuiſſe; quia videlicet Fontis Avellanæ Prior præerat etiam aliis monaſteriis ejuſdem Congregationis, ut oſtenditur in B. Petri Actis pag.* 407.

d *Vide dicta ad caput* 3 *primæ Vitæ, lit.* x.

e Bladum *ab Italico* biada *&* biado *quodlibet frumenti genus ſignificat.*

f *Eadem ferè verba leguntur num.* 26 *in prima Vita, quam hic ſcriptor præ oculis habuiſſe videtur.*

g *Hinc patet,* ſenium *&* ſenectutem *ab auctore diſtingui: cùm Sancto, quem* declinare ad ſenium *dicit,* ſenectutem *jam adſcribat. Adi Comment. num.* 18.

h *Non fuit B. Petrus Damianus propriè* inſtitutor *congregationis Fontis Avellanæ, ſed ejuſdem ſtrenuus propagator: nec alio ſenſu* inſtitutor *dici poteſt, quàm quòd quædam in Regulis immutaverit, addideritque.* A. ANONYMO.

i *Vide annotata lit.* p. *ad cap.* 4 *primæ Vitæ.*

k *Non ſatis mihi conſtat, legendumne ſit in apographo noſtro* ſuperiùs, *an* ut priùs, *tam dubiè ea vox ſcripta eſt: ſed utrolibet modo legendum ſit, neſcio, an auctor ſatis exploratum habuerit Eugubinæ civitatis ſitum, dum hæc ſcriberet. Nam licèt communior geographorum ſententia teneat, Eugubium hodiernum ex veteris ruinis ſuſcitatum fuiſſe, negant tamen id factum in eodem monte, quo vetus ſteterat: verùm Leander Albertus & poſt illum Ughellus in Italia ſacra, Orlendius in Orbe ſacro & profano, aliique diſertè docent, novum Eugubium ad ejuſdem montis radices conditum eſſe, idque in planitie, inquit Orlendius. Porrò multo antiquior eſt Eugubii ædificatio, quàm ut ad tempora* S. Joannis *poſſit referri: fortè auctor multò junior augmentum urbis circa finem ſeculi* 12 *ab Henrico VI imperatore fieri permiſſum, malè confudit cum prima ejuſdem ex veteri reſtauratione. Diploma Henrici exhibet Ughellus Italiæ ſacræ recuſæ tom.* 1, *col.* 640.

l *Ughellus mox laudatus eum* Dominicum *appellat, & anno* 1070 *ad epiſcopatum evectum ſcribit.* E

m *Erat is Paſchalis II.*

n *Adi Comment. num.* 2, 8, 9, 10 *&* 11.

o *Quippe annum* 78, *vel* 79 *jam agebat: hinc prior biographus eum tum* ætate gravem *&* effœto viribus corpuſculo *fuiſſe dicit.*

p *Ut ſenſum integrum habeas, ſic lege:* cauſans, ſe per ſenectutem & infirmitatem neceſſariis viribus deſtitutum eſſe.

q *Fortè eos intelligit, qui pro Romana Eccleſia contra Henricum III, aliàs IV, imperatorem ſtabant.*

r Pedagium *idem eſt ac vectigal vel tributum.*

ſ *Hæc vox in apographo noſtro tam dubiè ſcripta eſt, ut divinare debuerim.*

t *Annum agens* 80, *ut habet ejuſdem epitaphium.*

u *In Vita prima obiiſſe dicitur* ante peractum conſecrationis ſuæ annum.

C DE S. STEPHANO EPISCOPO CONF. F

DIÆ IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Cultus Sancti; memoria in Faſtis; Acta.

ANNO MCCVIII. *Dienſium, quibus, ut olim, nunc proprius eſt epiſcopus,*

DIæ, *ſeu, ut ſcribunt alii,* Deiæ *vel* Deæ, *civitatis in Delphinatu ſitum indicavit Henſchenius noſter tomo* 1 *Aprilis ad diem* IX, *in Commentario prævio ad Acta S. Marcelli olim Dienſium epiſcopi: ubi etiam pauca ſubjunxit de ejuſdem epiſcopis ac ſede; inter hæc autem ſequentia:* Epiſcopum nunc habet Dia eumdem cum Valentia; quondam habebat proprium. *Rectè quidem pro tempore, quo ſcripſit, & verè. Nam, ut conſtat ex auctoribus, qui de rebus iſtarum diœceſium tractârunt, dictæ ſedes ſub Gregorio Papa X unitæ fuerunt circa annum* 1275. *Literas Pontificias ſuper eo negotio habes apud P. Joannem Columbum Societatis noſtræ in Opere, quod conſcripſit de rebus geſtis epiſcoporum Valentinorum & Dienſium lib.* 1, *num.* 68. *At verò iſta unio uſque hodiè non perſeverat; ceſſe enim Morerio aliiſque, ſub finem ſeculi proximè elapſi, illam revocavit Innocentius XII ad preces Ludovici XIV Galliarum regis; atque adeo Dia proprium rurſus epiſcopum habet. Inter præclaros autem, quibus hæc ſedes decorata quondam fuit præſulibus, tum ſtirpis nobilitate, tum ſanctitate vitæ conſpicuis, non infimum ſibi locum vindicat* S. Stephanus *dictus* de Caſtellione, *quem hodie exhibemus.*

2 *Lau-*

AUCTORE J. P. *& aliorum in Sanctum veneratio incepit ab ipso ejus obitu.*

2 *Laudatus mox & in decursu sæpiùs laudandus P. Joannes Columbus citati Operis lib. 2, num. 54 singularem cleri & populi Diensis erga Sanctum nostrum venerationem & cultum memorat his verbis:* Unum silere non possum, quod publicus scriba posuit in suo chartulario. Istius Antistitis (S. Stephani) corpus, plures centenos annos adeo frequentibus illustre fuit miraculis, tantaque populorum & cleri veneratione celebritatem habuit, ut in episcopum electus deduceretur antè ad preces sub ejus tumulum fundendas, quàm præsulis sedem occuparet. *Totidem id ferè verbis refert P. Theophilus Raynaudus in Indiculo SS. Lugdunensium. Imò hanc non incolarum modò, verùm etiam exterarum gentium venerationem, cum ipso Sancti obitu, vel non multo tempore pòst incepisse evidenter eruitur ex epistola ad Gregorium IX Pontificem directa anno 1231, quâ illustrissimus Joannes de Burnino archiepiscopus Viennensis unà cum episcopis suffraganeis Sancti Canonizationem postulat. Epistolæ hujus apographum Ms. ad Majores nostros transmisit P. Columbus*

B *anno 1665, quod, quia ad Sancti nostri Acta elucidanda plurimùm juvat, & pleraque ejus miracula post obitum patrata complectitur, præmissis Actis, typo committemus. Cultum etiam confirmant ea, quæ Saussajus in Martyrologio Gallicano subjungit ad calcem ingentis elogii, quo Sancti memoriam commendat.* Corpus ejus, *inquit*, in Basilica Diensi, quo dignum erat funere tumulatum, mox divinæ virtutis exeruit radios, unde sicut gemma perlucida de pulvere levatum, loculoque pretioso inditum in omni honore ad superius usque sæculum incorruptum perstitit. *De corpore, tumulo & miraculis alibi recurret sermo; pergo in iis, quæ cultum ulteriùs manifestant.*

Hodie eum annuntiant martyrologi,

3 *Martyrologorum, qui de* S. Stephano *meminerunt, tum neotericorum, tum etiam aliquorum ad ejus tempora magis accedentium, concors ad hunc diem, quem ei emortualem statuunt, est annuntiatio. Grevenus, sive Colonienses Cartusiani in Auctario Usuardi excuso annis 1515 & 1521 sanctum Præsulem hoc elogio annuntiat.* Ipso die (VII *Idus Septembris*) di-

C gnæ & sanctæ memoriæ Stephani episcopi Diensis, Ordinis Cartusiensis, magnæ sanctitatis & clarissimi in miraculis viri. Qui ex Priore Domus Portarum ad regimen præfatæ ecclesiæ assumptus, præter cetera stupenda opera, magno zelo animarum æmulabatur salutem. Unde cùm populum duræ cervicis cerneret, ut eos salubriter terreret, utque scirent, quibus hostibus servissent, fecit apparere coram omnibus (*in prima editione est* coram omni populo congregato) giganteæ enormitatis dæmones, rursumque abire (*in prima*; qui ad nutum ejus iterum abierunt.) *De hoc prodigio plura in Actis. Consonat Florarium Sanctorum apud nos manuscriptum, quod ad eumdem diem sic habet:* Item S. Stephani Dyensis episcopi anno salutis MCCXIII. *An is annus rectè Sancto emortualis statuatur, § 3 discutietur. Hisce accedunt ex recentioribus Philippus Ferrarius, in Catalogo generali Sanctorum; Canisius in Martyrologio Germanico; & Saussaius in dicto Gallicano ejusque Supplemento; hallucinatus tamen hic est in assignando Sancti nostri immediato decessore episcopo, ut num. 22 ostendam.*

4 *Porrò sicut nec Sancti cultus solius diœceseos Diensis terminis, sic nec aliquo temporis spatio concluſus fuit. Ad nostra usque tempora perseverare, docet Proprium Sanctorum insignis ecclesiæ Cathedralis Diensis, ex antiquis ejusdem ecclesiæ Breviariis excerptum, & anno præcedentis seculi* LXIX *Gratianopoli typis editum: in exemplari, quod apud nos est, pag. 70 sic legitur:* IX Septembris S. Stephani Diensis episcopi. Duplex. Omnia, ut in communi Confessoris Pontificis. Oratio. Da quæsumus omnipotens Deus, ut beati Stephani Confessoris tui atque Pontificis *&c. Annuam autem illius memoriam ad diem mensis nonam translatam esse, inde factum existimo, quòd, cùm die* VII, *ut iterum constat ex præfato Proprio Sanctorum, solemnis habeatur* Veneratio reliquiarum Ecclesiæ Beatæ Mariæ Diensis, *etiam Sanctus noster hoc die coli censeretur, utpotè, cujus sacrum corpus tot seculis incorruptum inter illas reliquias eluxerat. Adde, quòd diebus singulis, dum non obstant rubricæ, in laudibus & vesperis pòst commemorationem SS. Apostolorum Petri & Pauli, ejus aliorumque sanctorum episcoporum Diensium habeatur ibidem commemoratio sub hac oratione:* Deus qui nos sanctorum Pontificum tuorum Saturnini, Petronii, Marcelli, Ulphini, Exuperii, Ismidonis atque STEPHANI, gloriosis confessionibus circumdas & protegis: dà nobis & eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum. *Ex hisce constantem Sancti cultum abundè demonstratum reor. Procedo ad alia.*

D *sed colitur ejus festum 9 Septembris.*

E.

Scriptores rerum gestarum

5 *Acta* S. Stephani *præter alios non paucos illustrârunt Petrus Dorlandus in Chronico Cartusiensi Lib. 4 à cap. 10 usque ad 14; Arnoldus Bostius Carmelita in Opusculo de præcipuis aliquot Cartusianæ familiæ patribus cap. 7; Petrus Sutor de Vita Cartusiana lib. 2, tract. 3, cap. 5; Franciscus Haræus in Vitis Sanctorum; & pra reliquis Laurentius Surius, qui, quod alii contractiùs enarrant, magis ad longum exponit: in gestis tamen Sancti præcipuis pertractandis sic consentiunt cum Surio prælaudati scriptores, ut dubitare vix queat, quin sua vel ex eodem fonte, quo Surius, vel, qui eo recentiores sunt, ex ipso mutuaverint; adde, quod plerique prædictorum Operum editores, ubi de Sancto nostro sermo est, ad illustrem hunc hagiologum appellent. Relictis igitur ceteris, nisi quæ in re discrepent, unde Surius sua deprompserit, juvat inquirere. Ad diem* VII *Septembris lectorem super Actis* S. Stephani *à se edendis præmonet his verbis:* Eam Vitam cùm rhythmicè quidam scripsisset, & idcirco obscurè, alius prosâ reddidit, cujus nomen me latet: est autem historia lectu digna; stylum, ubi visum est, expolivit F. Laur. Surius.

F

Vita priùs rhythmicè

6 *Dedit ergo Surius mutato stylo Vitam, quam Anonymus per paraphrasim ex rhythmo contexuit. Utriusque penes me est apographum Ms.; & primum quidem, puta rhythmi ab auctore etiam anonymo exarati, acceperunt Majores nostri à laudato Columbo; secundum verò, Vita scilicet stylo saluto reddita, anno 1638 Coloniâ submisit de studiis nostris optimè meritus P. Joannes Gamansius è Societate Jesu, qui, postquam asseruit* descriptum esse ex Ms. Passionali quinque partito papyraceo in 4to. tom. 1, qui est de mense Septembri, Bibliothecæ SS. Surianæ, *hæc subjungit:* Authenticam esse (*Vitam*,) etsi non omnino primogeniam, patet ex prologo. *Imò eamdem esse, quâ usus est Surius, docet idem Prologus, quem hic suo Operi inserendum non judicavit; ubi auctor sic præfatur:*

A *fatur :* Beati Stephani vitam eremi quondam incolæ Portarum breviſſimo ſtylo quidam rhythmicè conſcripſit ..... ſed quia capacitas legentium ut plurimùm talia metra ad liquidum non comprehendit, idcirco nunc brevi & ſimplici oratione, juvante Deo, dictam vitam tentabimus explicare, quatenus & brevis oratio tædium pellat, & ſimplex eloquutio facilem intellectum admittat. *Nunc, quid de his Actis ſentiam, quantave eis tribuenda videatur auctoritas & fides, reſtat indicare.*

conſcripta, 7 *In Vita rhythmicè conſcripta nec auctoris, qui certè poëta imperitus fuit, ut malè torti verſiculi ſatis produnt, nec loci, nec temporis, quo ſcripta ſit, ullum detego veſtigium ; verumtamen nihil etiam reperio, ex quo colligam, auctorem, quamvis ſubinde ordinem rerum, fortaſſe metro coactus, invertat, ab ætate Sancti noſtri multò fuiſſe remotum, vel quidquam referre, quod falſitatis prudenter argui poſſit. His accedit, quod & eadem ferè beneficia* S. Stephani *meritis poſt obitum obtenta complectatur, quæ continet allegata num.* 2 *ad Gregorium IX epi-*
B *ſtola ; & ſimul cum hac ex ſcriniis archivi capituli Dienſis eruta ſit, ac laudato Columbo, ut ipſe teſtatus eſt, tradita à Rev. adm. Domino De la Baume de Pluvinel tum temporis ſacriſtâ. Multum abeſt, ut idem feram judicium de alterius Vitæ manuſcriptæ auctore, ſeu potiùs liberiore jam dicti rhythmi paraphraſte : non quòd viri fidem bonam incuſem, de ſcripto etenim, non de ſcriptoris animo diſputo ; ſed quòd præter anachroniſmos, de quibus* § 3, *aliqua in ipſo adverti, quæ ejus auctoritatem non parum infirmant. Nam, ſi tempore non cedat biographo rhythmico, certè à loco, quo vixit & floruit Sanctus noſter, fuit remotior, atque adeo nec tantam habuit geſtorum ejus notitiam ; quam etiam ut acquireret aliunde, parum videtur laborâſſe : ſicut ipſemet non obſcurè innuit in prologo ;* Si verò, *inquit,* hîc aliqua minùs lucidè fuerint declarata, ſtylo dicti carminis cauſſa imputetur breviùs & velociùs procedenti ; non ejuſdem interpretis, qui noluit addere, quod neſcivit. *Sanè ſi edoceri aliunde ſe curâſſet ea, quæ neſciebat, illo ſubſidio etiam ea, quæ in dicto*
C *carmine erant obſcuriora, potuiſſet ſupplere, nec obſcuritatis ſuæ cauſa in illud fuiſſet conjicienda.*

deinde expoſita per Paraphraſim ; hanc varia

8 *Unde crediderim, eum geſta Sancti in meliorem quidem, quàm in dicto carmine invenerat, ordinem redegiſſe ; ſed quædam talibus veſtiiſſe adjunctis, qualia fuiſſe proprius in Sanctum, fortè ſui Ordinis, dictabat affectus. Hæc opinio veriſimilior mihi facta eſt, cùm animadverti, quòd non tantùm verbis, ſed integris & benè longis periodis ex Vita aliorum familiæ Carthuſianæ Sanctorum deſumptis paraphraſin ſuam loco non uno exornaverit ; quod miror non fuiſſe obſervatum à Surio ejuſve ſequacibus, quandoquidem & eorumdem Sanctorum Vitas ediderint, & præfatus interpres lectorem, qui id adverteret, ſat candidè præoccupârit in prologo, ubi hæc habet :* Vitam Sanctorum Anthelmi Bellicenſis & Hugonis Lincolnienſis epiſcoporum, qui ante eum ad Domini gloriam ab hac luce migrârunt, pro forma imitationis in pluribus noſcitur captâſſe, & ideo quædam ſcripta variarum virtutum eorumdem Sanctorum epiſcoporum, in quibus idem S. Stephanus ipſos eſt imitatus, non incongruè vitæ ſuæ conſequenter exaratæ videntur * inſerta.

Accipe ſtudioſe lector ſpecimen ex Actis S. Anthelmi ab auctore coævo & familiari exaratis, atque ab Henſchenio noſtro ad diem XXVI *Junii recuſis.* AUCTORE J. P. * *id eſt* cernuntur

9 *Electionem S. Anthelmi ad epiſcopatum Bellicenſem laudatus biographus cap.* 3 *num.* 22 *deſcripſerat hoc modo :* Clericis itaque dictæ eccleſiæ in vota ſic diſparia remanentibus, quidam ex ipſis moderatiores, pauci tamen, quibus neutra electio ſapiebat, ceteros ad concordiam reducere ſatagentes, magnum illum anachoretam Anthelmum eligere ſtuduerunt. Commendatur ejus ſanctitas, ejus diſcretio & affabilitas, ejuſque religio attollitur in immenſum. Quid multa ? Omnes aſſentiunt, omnes gaudent ; ipſe etiam prior electus cum amicis, erat enim conſanguineus ejus. Itaque quem in hoc ipſum elegerat Dominus ab æterno, ab hominibus eligitur tempore præfinito : ſed quia hunc non ſine magna vi ab eremo evelli poſſe ſciebant, ad Alexandrum Papam pro confirmatione properare ſtuduerunt, ipſo interim in eremo latitante, & quid de ſe ab aliis ageretur, ignorante. Qui *(Pontifex)* cum eorum electionem audiiſſet, E gaviſus eſt in immenſum, dicens illos de tali paſtore fore felices, & hoc à divino propoſito conſilium conceſſiſſe ... His itaque peractis, Dominus Papa authoritate Apoſtolica dictam electionem confirmans, prædicto Anthelmo præcepit atque mandavit, quatenus eccleſiæ Bellicenſis, ad quam electus erat, ſuſcipere curam nulla occaſione deficeret ... Cùm rem nôſſet Anthelmus, & eos, qui eum adducere vellent, adveniſſe, ſubducens ſe per latebras dictæ eremi ſe occultare diſponens, fugæ præſidium requiſivit.

præſertim S. Anthelmi

10 *Hæc confer cum iis, quæ habet Vitæ rhythmicæ dictus paraphraſtes cap.* 3 *num.* 12 *&* 13 ; *facilè perſpexeris, quàm aptè eadem* S. Stephano *applicaverit, ut ejus ad eccleſiæ Dienſis infulas promotionem expenat. Sed ne id uno hoc tantùm loco factitatum, exiſtimes, conſule etiam citati capitis num.* 15, *ubi* S. Stephani *vivendi normam incipit enarrare. Juxtà appone hæc verba ex laudatis S. Anthelmi Actis rurſus excerpta :* Divinum enim officium non in capella ſua ſeu loco ſecreto, ſed in majori eccleſia cum canonicis ſuis humiliter frequentabat. Omni ferè die ſalutarem Deo hoſtiam offerebat, præ lacrymarum abundantiâ communiter repletus. Mirabantur omnes, contra uſum humanæ felicitatis hominem ex humili ad ſumma provectum, plus humilitate, quàm dignitate, plus devotione, quàm dominatione creviſſe. *Laborabis, ſi conſideratione dignum inter utriuſque biographi allegata verba diſcrimen conatus fueris aſſignare. Sed, inquis, quid piaculi in eo ? geſta planè ſimilia ſæpe nominatus paraphraſtes verbis etiam ſimilibus & iiſdem, quantumvis ex alio depromptis, potuit explicare ſalva veritate, quæ in referendis Sanctorum Actis præ ceteris conſideranda & æſtimanda eſt. Equidem nolo ire inficias, quin* S. Stephanus, *cùm ſibi propoſuiſſet S. Anthelmum (Acta S. Hugonis Lincolnienſis epiſcopi examinare ſtudioſiùs non lubuit) pro forma imitationis, tum in vita Carthuſianæ inſtituto, tum in Prioratu Domûs Portarum, tum denique in epiſcopatu, quin, inquam, multa cum illo præclarè facta habuerit communia, ejuſque veſtigiis preſſè inhæſerit. At verò nec facilè in animum induxero, ut credam, pro diverſitate temporum, queis res geſtæ ſunt, earumdem quoque non fuiſſe diverſas rationes &*

AUCTORE J. P.

diversa rerum adjuncta : ac proinde ista factorum præsumpta similitudo nequit mihi evellere omnem scrupulum de ista quæsita verborum similitudine. Unum sit pro multis exemplum.

episcopi Bellicensis

11 *Alexander Pontifex III cùm intellexit S. Anthelmi ad Bellicensem cathedram electionem, eam summâ animi lætitiâ comprobavit, & confirmavit, onus deprecantem Anthelmum paternis monitis adhortatus est, reluctantem pontificia auctoritate compulit. Nec mirum : latere non poterat Alexandrum, quàm strenuus esset, atque imperterritus Romanæ Ecclesiæ propugnator Anthelmus. Nam, ut fusiùs refertur in laudata ejus Vita cap. 3 num. 19 & 20, Anthelmus, priusquam ad episcopatum vocaretur, sua doctrina ac prudenti pietate effecerat, ut tempore schismatis omnes Cartusiani Ordinis Priores cum suis subditis Alexandro legitimo Ecclesiæ universæ Pastori adhærerent ; idem Anthelmus Octaviano Apostolicæ sedis invasori invicto animo restiterat, & ab ejus partibus multos revocaverat. Frederici imperatoris, qui schismaticis favebat, ingens propter hæc in se odium*

B

converterat, ac tandem à dicto antipapa inani excommunicatione percussus fuerat. Evidens itaque hîc erat causa, cur summus Pontifex ob Anthelmi tanti viri ad episcopatum electionem gauderet in immensum, *præsertim tam perturbatis temporibus. Nihil ejusmodi à* S. Stephano *pro Ecclesia ejusve supremo Pastore patratum profert ejus encomiastes, prolaturus haud dubiè, nisi materia defuisset. Quid ; quòd fortasse Innocentio III, qui tum temporis Christi Vicarius præerat toti Ecclesiæ, ne nomine quidem tenus cognitus fuerit Sanctus noster ; id saltem neque ex Vita rhythmica, neque ex ejus de qua agimus Paraphrasi, sat clarè colligitur : contrà in hac dicitur, in eremi quasi tenebris delituisse.*

plagia suspectam reddunt.

12 *Demus tamen hoc, pervenerit ad aures Pontificis rumor aliqualis de* S. Stephani, *priusquam ad episcopatum eligeretur, virtutibus, ac in regendis subditis Cartusianis prudentia & dexteritate : nondum erit consequens, ut eadem tantopere gaudendi de Sancti nostri electione fuerit causa Innocentio, quæ fuerat antè Alexandro applaudendi electioni S. Anthelmi : nihilominus iisdem planè verbis & mutatis dumtaxat nominibus, utriusque Pontificis gaudium utrobique exprimitur.* Qui (*Pontifex*) cùm eorum (*Diensium vel Bellicensium*) electionem audisset, gavisus est in immensum, afferens illos de tali Pastore (*alios* S. Stephano, *alios S. Anthelmo*) felices fore, & hoc à Deo consilium prodiisse. *Non sufficiunt ista fateor, ut ea, quæ ex alio descripsit noster paraphrastes, absolutè rejiciantur, ut falsa ; at multùm conducunt, ut, quæ aliunde non verificantur, meritò habeantur suspecta. Paraphrasim ejus, quæ parum admodum discrepat à Vita, quam dedit Surius, prelo subjiciam, ut eam cum Vita rhythmica, quam simul dabimus, conferens studiosus lector, vera à suspectis commodiùs distinguat.*

C

§ II. Sancti nobilitas, patria, ingressus in Cartusiam, electio ad episcopatum.

D

Matre illustri & patre domino de Castellione,

S *Anctum nostrum ex illustri prosapia oriundum esse, consentiunt scriptores.* Vir clarus ex progenie, clarior donis gratiæ, *canit suprà laudatus Anonymus in Rhythmo. Hujus verò sæpe allegatus paraphrastes & cum ipso alii generis claritudinem distinctiùs explicantes, patrem Sancti fuisse aiunt dominum de Castellione, virum religione & nobilitate insignem ; & quamvis matris nomen ac stirpem non designent, eam tamen similibus, quibus patrem, titulis decoratam fuisse asserunt. Samuel Guichenon, cui, teste Thoma Cornelio tom. 1 Dictionarii universalis Chronographici & Historici, patria obtigit Castellio, de qua agimus, parte 2 Historiæ Bressеanæ & Bugeanæ pag. 39, ejus situm & originem describit, eam ab aliis ejusdem nominis ditionibus distinguit, & ad quos tractu temporis illius dominium devolutum sit, assignat. Idem auctor in Continuatione dictæ partis 2, pag. 117 dominorum de Castellione, præmissâ scuti gentilitii delineatione, genealogiam contexit ab anno 1070, ad annum usque 1478. Circa annum 1152 statuit Sancti nostri patrem dominum de Castellione & eum Hugonem sive Hugoninum nuncupatum fuisse dicit : id ut probet, citat in margine Jacobum Severtium in chronologia episcoporum Matisconensium, qui ad annum 1151 pag. 138 producit chartulam, quâ Guigo Incatenatus ejusque filii tranferunt dominium quorumdam bonorum in ecclesiam Matisconensem : in ea autem fit mentio Hugonis & Stephani De Castellione & illum patrem Sancti nostri, hunc verò patruum fuisse sustinet Guichenonus. Verba dictæ chartulæ sunt ista :* Pro pace tenenda hos retro fidejussores in manu Pontii episcopi (*Matisconensis*) & Hugonis cantoris dederunt Reginadum Bengiaci, dominum Hugonem de Canannis, Hugonem de Castellione, Stephanum de Castellione, Hugonem de Misriaco &c. hoc autem placitum factum est . . . anno ab Incarnat. Domin. MCLII. *Dissentiunt à laudato Guichenono Columbus in Opere suprà memorato, & Nicolaus Chorier tom. 2 Status politici Delphinatûs pag. 167, patremque* S. Stephani *Berardum vocant ; fortasse quòd allata Guichenoni probatio non sat firma ipsis visa sit, ut nomen alibi repertum immutarent. Et sanè, cùm ipso fatente Guichenono plures illis in partibus sub nomine* Castellionis *veniant, non videtur omnino certum Hugonem illum, de quo in chartula, fuisse Sancti nostri patrem ; nil tamen etiam obstat, quominus verum sit ; fortasse etiam utroque nomine insignitus fuit, & sic conciliabuntur auctores.*

E

F

natus est Lugduni.

14 *Occasione laudati Guichenoni occurrit alia disceptatio circa patriam seu locum natalem* S. Stephani : *biographi rhythmici interpres, & ex eo cum Surio plures alii affirmant, Sanctum nostrum Lugduni Galliarum urbe percelebri primùm lucem aspexisse. Dorlandus num. 5 laudatus, Theophilus Raynaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium, ac ceteri penè omnes,*

AUCTORE J. P.

A *mnes, qui patriam distinctiùs expressérunt, Lugdunensem appellant. Contrà insurgit unus, quod sciam, Guichenonus, & dicta Historiæ parte 1 cap. 21 enumerans viros illustres provinciarum Bressеanæ & Bugeanæ pro Castellione decertat, an armis sat validis, judicet eruditus lector: verba ejus Latinè reddita huc transfero:* Secundus (*Bressеanæ provinciæ vir illustris fuit*) sanctus Stephanus de Castellione Cartusianus, postea Prior Portarum, deinde episcopus Diensis, qui erat filius Hugonis Domini de Castellione prope Dombas, quamvis eum omnes, qui ejus vitam scripserunt, Lugdunensem qualificaverint; sed in eo errârunt: etenim diœcesim, ex qua erat, acceperunt, pro loco ejus natali. *Hæc ille.*

Opinio Guichenoni circa patriam minùs probabilis.

15 *Rem gratissimam præstitisset mihi, veritatis assequendæ cupidissimo, laudatus auctor, si operæ pretium judicâsset clariùs indicare, in quo erraverint, & ex quibus monumentis tot scriptorum errorem eruerit: adeo suspecta mihi sunt, ut § præced. insinuavi, quæ dictus Vitæ rhythmicæ paraphrastes, & qui eum sequuntur, afferunt,* B *nisi ex ipso rhythmo hausta sint, vel solidis fundamentis nitantur. Sed neque ex Rhythmo, neque ex probabili ratione error ille apparet. Non enim usque adeo virum eruditum amore in Castellionem patriam suam abreptum fuisse existimo, ut huic Sanctum civem vendicare tentaverit hoc vel simili argumento: Sanctus Stephanus filius erat domini de Castellione; ergo Castellione natus; ergo, qui Lugdunensem dixerunt, errârunt omnes: alias equidem sequelas nequeo elicere ex ejus verbis:* erat filius domini de Castellione, quamvis eum . . . Lugdunensem qualificaverint; sed in eo errârunt. *Quæ sequela quàm infirmæ sint, & quàm parum aptæ, ut probabiles conjecturas pariant contra tot scriptorum testimonia, cuivis manifestum est: quoties enim viri illustres ac divites aliis in locis, quàm quorum domini sunt, habitationem figunt? quoties, si eam loco dominationis fixerint, magnam anni partem aliis in civitatibus, præsertim quæ haud procul dissitæ & præclaræ sint, qualis erat Lugdunum, cum familiis transigunt? Absit, inquam, ut sic argumentari voluisse Guichenonum existimem: verumtamen, cùm nihil, quo opinionem suam confirmet, in medium producat, ut fieri æquum videtur, maximè dum ceteros omnes erroris arguimus, ego Lugdunensibus Sanctum, quem longa annorum possessione omnium scriptorum, uno reclamante Guichenono, testimoniis nixi concivem suum crediderunt, eripere non ausim: contra verò, donec dedocear,* C S. Stephanum *domini de Castellione filium in ipsa Lugdunensi civitate natum credidero.*

Anno ætatis 26 fit Cartusianus.

16 *Diem Sancto natalem auctorum, quos vidi, nullus certum determinat; quamvis eum plerique post biographum Rhythmi paraphrasten anno 1155 innectant: quinquennio tamen aut sexennio anticipandum esse, ex argumentis pro anno emortuali infrà afferendis probabilius mihi apparet; quapropter eum anno circiter 1150 affigam, & ab hoc initio deducam reliqua, quæ ex scriptoribus certò definiri nequeunt; puta tempus, quo Cartusiam adiit, ac deinde ad episcopalem dignitatem evectus est. Itaque* S. Stephanus *post infantiam & juventutem summa pietate ac morum integritate transactam, ut fusiùs videre est in Actis & scriptoribus sæpe citatis, ætatis suæ attingens annum 26 (de eo inter omnes convenit) Cartusianæ vitæ institutum amplexus est in Domo Portarum anno circiter 1176, quo tempore probabiliùs totius sacri Ordinis monarchiam administrabat Guigo seu, ut habent alii, Hugo ejus nominis secundus & nonus Generalis Prior. Id colligo ex verbis Nomenclaturæ Priorum Cartusiæ allatis à Columbo lib. 2 de rebus gestis episcoporum Diensium num. 42: ea sic habent:* Sub Guigone secundo, Priore Cartusiæ, circa annum millesimum centesimum septuagesimum sextum floruit Bernardus olim Prior Portarum, postea episcopus Diensis. *An autem idem hic Bernardus, an alter synonymus, anno, quo Sanctus noster Cartusiam ingressus est, prædictæ Domui Portarum Prior exstiterit, sicut non certò constat ex mox citatis verbis, sic nec ex auctoribus, qui certum determinant. Horum opinionem profero in medium, ut quo pretio habendi sint ipsorum calculi, ubi de anno Sancto nostro emortuali disputabitur, commodiùs dijudicet eruditus lector.*

Dorlandus & Petræus in assignando Priore, qui Sanctum admisit, E

17 *Laudatus Dorlandus, &, qui ejus Chronicon notis illustravit, Theodorus Petræus fuisse volunt Bernardum eumdem, qui S. Anthelmum,* & S. Stephanum *in Cartusiam recepit, & quo impulsore S. Bernardus abbas Claravallensis Cantica Canticorum exposuit. Audi Dorlandum dicti Chronici lib. 4 cap. 9:* Hic (*Bernardus*) S. Anthelmum, de quo suprà, hic S. Stephanum, de quo infrà, recepit ad Ordinem; . . . . hic Bernardus noster ob incomparabilem, quam habebat cum S. Bernardo familiaritatem, petiit ab eo, ut super Cantica Canticorum pro suo studio scribere aliquid dignaretur. *Cap. verò proximè sequenti:* Venit itaque pijssimus juvenis (S. Stephanus) magno devotionis igne perustus, & à S. Bernardo Priore Portarum, cujus suprà jam memini, summa cum veneratione susceptus est. *Consonat Petræus Elucidatione in Dorlandi lib. 4, cap. 9:* Hic, *inquit*, est ille (*Bernardus*) qui duos illos insignes Christianæ plebis antistites ad Ordinis gremium admisit: nempe B. Anthelmum Bellicensem, & Stephanum Diensem. *Sed hæc sine manifesto anachronismi periculo admitti nequeunt; nam is Bernardus, qui B. Anthelmum in Cartusiam admisit, si Guichenono credas, ultimum diem obiit anno 1152, biennio postquam Sanctus noster natus est; vel, si vitam ejus protrahendam putes, certè ante annum 1163 Prioratu se abdicavit, quod ostendo.*

F

ut ostenditur ex Actis S. Anthelmi

18 *Laudatus suprà S. Anthelmi biographus coævus ac familiaris, postquam cap. 2 num. 13 narravit, quomodo Sanctus suus depositum universæ Cartusiæ regimen transtulerit in dominum Basilium, quod circa annum 1151 contigisse asserit P. Henschenius, num. 14 sic prosequitur:* Erat tunc (ut superiùs est præfatum) in Eremo Portarum primus Prior domnus D. Bernardus, qui virum Dei Anthelmum ad Ordinem recepit. *Et paucis interjectis pergit in hunc modum:* Hic, inquam, vir talis & tam sanctus, ætate jam senili confectus, ab exteriorum labore quiescere volens, ut Deo attentiùs vacaret, simul & indignum judicans, qui semper dominaretur, subesse tandem maluit, quàm præesse; depositis itaque sarcinis & nomine Prioris, D. Anthelmum sibi substitui procuravit. *Suffectus est igitur Bernardo S. Anthelmus; hic autem ex Priore Portarum ad Bellicensem episcopatum assumptus est circa annum 1163, ut ostendit P. Henschenius in Annotatis ad sæpe memoratæ S. Anthelmi Vitæ caput 5 lit. b; & per consequens Bernardus, de quo agitur, an-*

AUCTORE J. P.

nis aliquot Prior esse desierat, imò verisimiliùs è vivis excesserat ante annum 1176, quo Sanctus noster ad Cartusiam animum adjecit. Favet huic sententiæ biographus noster paraphrastes cap. 2 ubi S. Stephanum *ad Cartusianam vitam in Domo Portarum amplectendam illectum, & ad fortiter contra dæmonem pugnandum incitatum fuisse narrat exemplo Bernardi & Anthelmi, qui* in dicto loco victores extiterant de Golia *infernali.* Inter cæteros enim, *ait*, inibi cognovit (*Stephanus*) duos fortissimos athletas ibidem Priores extitisse, qui gloriosè de ipso Golia triumphantes perpetuæ felicitatis coronam reportârunt. Quorum primus extitit dominus Bernardus . . . alter verò non imparis conditionis & meriti fuit S. Anthelmus, qui primitus Prior Carthusiæ, deinde dictæ Domûs Portarum, postmodum episcopus Bellicensis effectus est.

19 *Quomodo Bernardum cognovit ibidem Priorem* extitisse, *quomodo Anthelmum, qui Bernardo successit; si Bernardus idem etiam tum Prior existeret? Neque dicas Bernardum, ubi* B *S. Anthelmum suis ereptum & ad Bellicensem ecclesiam promotum vidit, dicta domûs gubernationem resumpsisse: hoc enim minùs verisimile fit ex eo, quòd idcirco potissimùm Prioratûs onere liberari antea expetierit, quia* ætate jam senili confectus *ab exteriorum labore quiescere volebat, ut Deo attentiùs vacaret: ætas igitur, quæ causa fuerat, ut Prioratum deponeret, jam aucta tempore, quo S. Anthelmus Domum rexerat, majori ratione prohibebat, quominus curam ejus resumeret. Et verò, quòd ætate multùm provectus fuerit, si vixerit ad annum usque 1163, & maximè, si ad 1181, quo ex tabulis Dorlandi & Petrai* S. Stephanum *in Cartusiam Prior excepit, patet ex iis, quæ de ipso reperiuntur in antiquis monumentis apud Guichenonum & Severtium. Juxta hæc enim Bernardus, de quo agimus, postquam in Ambroniacensi cœnobio monasticam vitam aliquo tempore professus fuerat, annuente Desiderio abbate suo, secessit in Eremum Portarum, atque illic Cartusiam erexit.*

20 *Diploma, quo præfatus Desiderius abbas* monumentis C *facultatem unà cum terris aliquot ei in hunc finem concedit, apud Guichenonum pag. 221 sic sonat:* Ego Desiderius Ambroniacensis abbas notitiæ præsentium trado, memoriæque sempiternæ sequentium, per præsentem scripturam committo: quod duo de fratribus ac filiis nostris, scilicet Bernardus & Pontius licentiâ nostrâ ac totius capituli, ad Heremum transîêre Portarum, quos complures clerici & laici secuti sunt *&c. In fine subnectitur:* Susceperunt autem prædictam donationem Bernardus prælibatus Portarum Prior *&c. Accidisse ista circa annum 1115 colligitur ex verbis ejusdem Bernardi, cujus testamenti fragmentum habes apud laudatum Severtium in Chronologia Historica archiepiscoporum Lugdunensium ad annum 1113 § 5, & sic incipit:* In ipso igitur anno ingressionis nostræ in eam eremum, scilicet millesimo centesimo decimo quinto, visitante nos charissimo ac venerabili patre nostro Gauceramo Lugdunensi archiepiscopo *&c. En primus Portarum Prior, qui S. Anthelmum admisit, regimen habuit ab anno circiter 1115, &, ut vera sit istorum auctorum opinio, etiamnum Prioratum gerebat 1181, quo* S. Stephanus *Cartusiam accessit. Ista quidem possibilia sunt; sed creditu difficillima, spectatis rationibus, quas in* D *contrarium adduximus. Unum juvat superaddere, quo eruditus lector luce clariùs perspiciat, quàm inconsequenter processerit Petræus, quàmque imprudenter suam, suique Dorlandi subverterit sententiam.*

21 *Verba ejus superiùs allata repeto:* Hic est enim ille (*Bernardus*) qui duos illos insignes Christianæ plebis antistites ad Ordinis gremium admisit: nempe B. Anthelmum Bellicensem & Stephanum Diensem. *Tum ibidem elucidatione in caput* 10 *Dorlandi de S.* Stephano *sic pergit:* Migravit hic sanctissimus Præsul ad Dominum septimo Iduum Septembris anno salutis millesimo ducentesimo tertio decimo, ætatis suæ quinquagesimo octavo, conversionis trigesimo secundo, episcopatûs verò sexto. *Consule modò, quæ habet idem auctor in alio Opere, quod Bibliothecam Carthusianam inscripsit, pag. 25 & 26: illic post ingens elogium, quo extollit virtutes Bernardi Portarum Prioris, qui S. Anthelmum, atque adeo ex verbis proximè citatis etiam* S. Stephanum *ad Ordinem suum recepit, leges sequentia:* Multis denique præditus virtutibus ac E prodigiorum signis post obitum celebris migravit ad Dominum (*Bernardus*) circa annum Virginei partûs millesimum centesimum quadragesimum, XVI Kalend. Januarii. *Vides, studiose lector? Bernardus Prior, teste Petræo, ultimum diem clausit sub finem anni 1140; & tamen idem, eodem asseverante,* S. Stephanum *in Cartusiam recepit circa 1181, ut patebit, si inchoando ab anno 1213, qui à Petræo Sancti emortualis statuitur, subtraxeris annos 32 conversionis. Quæ quis conciliet? Malim itaque credere* Stephanum *nostrum in Cartusiam admissum ab eo Bernardo Portarum Priore, quem ex verbis num. 16 citatis laudatus Columbus inter episcopos Dienses collocat circa annum 1177 aut 1178, quemque Dorlandus ac Petræus cum Bernardo primo Portarum Priore confuderunt: uter verò S. Bernardum Claravallensem ad exponenda Cantica Canticorum induxerit, hujus loci non est inquirere. Porrò de anno, quo Sanctus noster dictæ Domûs Portarum Prior evaserit, nihil habeo compertum; quapropter, quæ de ejus episcopatu dicenda occurrunt, paucis absolvo.* F

22 *Dorlandus in præfato Chronico dicit* S. Stephanum *in Diensem Præsulem electum & consecratum esse* non sine grandi miraculo; *Surius* miraculosè *sublimatum; Bostius & cum ipso auctor anonymus brevis Historiæ Ordinis Cartusiensis apud Martene tom. 6 col. 176* miraculosè *procreatum. At scriptorum, quos vidi, nullus exponit, quale fuerit, aut in quo constiterit hoc miraculum. Nisi fortasse miraculo adscribendum putârint mox laudati auctores, quòd Vir, qui per annos 26 in eremo delituerat, post varias super eligendo pastore canonicorum Diensium disceptationes, unanimi omnium calculo episcopus electus & de tenebris eductus, ut loquitur biographus paraphrastes, super candelabrum fuerit collocatus. Saussayus in Martyrologio perperam, ut num. 3 insinuavi, immediatum Sancti nostri decessorem Robertum statuit his verbis:* Ad Episcopatum Diensem vacuum præsulis Roberti obitu, iteratâ Innocentii III jussione abductus *est* Stephanus. *Quippe inter dictum Robertum ac Sanctum nostrum à duobus vel tribus episcopis hanc sedem occupatam fuisse, evidens fit ex accuratioribus episcoporum Diensium Catalogis: quales ediderunt Samarthani*

anachronismum comittunt.

Eligitur episcopus probabiliùs circa annum 1203.

A *marthani fratres in Gallia Chriſtiana & Columbus in Opere ſæpe memorato ; hic adductis, quibus id probet, argumentis, ſucceſſorem Roberto deſignat Petrum, Petro Jarentum, Jarento Humbertum & huic tandem* S. Stephanum. *Equidem ſuſpicor, errorem iſtum in laudatum Sauſſayi codicem irrepſiſſe ex nominum ſimilitudine ; ita ut vel ipſe, vel amanuenſis aliquis pro Humberto Robertum ſcripſerit. Electio autem Sancti ad Epiſcopatum, quam multi anno* 1208 *illigant, probabiliùs mihi facta videtur circa* 1203 *; ſed iſta rurſus pendent ab anno emortuali, de quo nunc : etenim, quas in vita monaſtica virtutes exercuerit, quæ pietatis exempla Paſtor gregi præbuerit, & quæ prodigia divina virtute patraverit, fusè deſcriptum reperiet ſtudioſus lector in Actis crebrò memoratis.*

§ III. Diſcutitur annus & dies Sancto emortualis.

B *Scriptores plerique mortuum eſſe Sanctum aſſerunt anno* 1213

Sanctum noſtrum, poſtquam ſexennio circiter Dienſem eccleſiam epiſcopus gubernâſſet, ex hac vita in cælum emigrâſſe anno 1213 *die* VII *Septembris affirmant ſcriptores benè multi. Agmen duxit, &, ut opinor, reliquos in errorem induxit, Vitæ Rhythmicæ paraphraſtes, cujus hæc ſunt :* Septimo die Septembris in vigilia Nativitatis Dei Genitricis migravit ad Dominum anno milleſimo ducenteſimo tertio decimo, ætatis ſuæ plus quinquageſimo ſeptimo, epiſcopatûs verò plus quinto, ſed minùs ſexto. *Adoptârunt iſta cum Surio laudati ſuprà Haræus, Sutor, Petræus, Guichenonus & plerique alii, apud quos anni emortualis ſit mentio. Omnes tamen, ſi unum excipias Guichenonum, de quo infrà, & fortaſſe Sutorem, de quo mox, ſine teſtimonio, ſine tabulis, queis rem, quam adeo indubitanter aſſerunt, confirment. Sutor, qui, teſte Petræo in Bibliotheca, floruit anno vigeſimo poſt mille quingentos, adducit quidem, ut dictorum ſuorum fidem faciat, librum quemdam Geſtorum Sancti noſtri, ſed veriſimiliùs ex eo* S. Stephani *virtutes, non annum emortualem probare intendit. Accipe ejus verba :* Tot tantiſque in vita & poſt mortem miraculis effulſit (S. Stephanus) ut legentes in ſtuporem vertant. Siquidem mortuos ſuſcitavit, mundavit leproſos, cæcos illuminavit, aliaſque infirmitates plures, quàm numerari poſſunt, curavit, quemadmodum in libro, qui geſta ejus refert, partim habetur. Poſtquam autem multis claruiſſet virtutum ſignis, tandem anno Domini tertiodecimo poſt milleſimum ducenteſimum terras linquens aſtra petivit. *Remittit, inquam, hîc lectorem Sutor ad dictum geſtorum librum, veriſimiliùs ut vera eſſe probet, quæ de Sancti virtutibus allegat, non autem quæ poſtea de anno emortuali. Verùm, dato etiam gratis, quòd poſtremum hoc intenderit laudatus auctor, parum inde pro ſe eruent hujus ſententiæ aſſertores ; etenim, cùm hunc geſtorum librum nullibi reperiam, valdè ſuſpicor, eum non alium eſſe à toties memorata Vitæ Rhythmicæ Paraphraſi, ac proinde, donec in lucem proferatur, nec majoris auctoritatis ; quæ, quàm exigua ſit in hac quæſtione, tum ex dictis, tum ex dicendis, pronum eſt judicare.*

C 24 *Auctoribus proximè citatis opponit ſeſe P. Joannes Columbus lib. 2 de rebus geſtis epiſcoporum Dienſium.* S. Stephanus, *inquit num.* 51, dicitur apud Surium de priore Portarum, ſub Jocelino priore Cartuſiæ factus epiſcopus, & poſt ſextum epiſcopatûs annum mortuus anno MCCXIII errore inſigni. *Neque id ſimpliciter aſſerit, verùm etiam mox probare inſtituit triplici argumento. Primum deſumit à ſerie chronologica præſulum Dienſium, contenditque ex ſinceris tabulis (tales vocat, quas, ut ipſe proteſtatur in ſua ad lectorem epiſtolâ, propriis luſtravit oculis, volutavit manibus, & manu publica conſcriptas ſummorumque virorum ſigillis munitas deprompſit ex variorum, ſed maximè ex illuſtriſſimi Caroli Jacobi Leberonii Valentinorum ac Dienſium epiſcopi bibliotheca) contenditque, inquam, ex iis tabellis Humbertum II, Sancti noſtri ſucceſſorem, Diæ epiſcopatum geſſiſſe annis* 1109, 1110 *&* 1112 *: tum num* 57 *recenſet, quid ſingulis hiſce annis egerit dictus Humbertus notatis die ac menſe. Ea, quòd prolixiora ſint, huc non transferam. Conſulat, ſi placet, curioſus lector laudatum auctorem numeris aſſignatis.* AUCTORE J. P. *ſed ex ſerie chronologica*

E *præſulum Dienſium*

25 *Ne tamen, quia fortè Columbi liber ad manum non eſt, eorum notitiâ penitus fruſtreris, eadem planè, ſed multò contractiùs, non tamen minùs clarè tranſcribo ex Gallia Chriſtiana Fratrum Sammarthanorum tom.* 2 *pag.* 555 *versâ, num.* 38. Humbertus II, *inquiunt*, an. MCCIX (V Kalend. Februarii *addit Columbus ex Chartulario Ciſtercienſium Lioncelli*) interfuit pactionibus epiſcopi Valentini cum civibus ſuis. Idem anno MCCX, XII Martii gravem litem terminavit Heliæ Hoſpitalarii, præceptoris Ricobelli, cum Bertrando Miſonio. Menſe Junio ejuſdem anni, interventu Vivarienſis præſulis convenit cum Aimaro Pictavienſi de Aurello, Baſtidâ, ædificatione villæ Paoneti & aliis toparchiis : anno autem MCCXII IV Idus Februarii largitur Priori S. Marcelli eccleſiam B. Bartholomæi de Greſsâ, & decimas Baſtidæ Graſſi. *Ita laudati fratres : unde etiam, quando ibidem num.* 37 *dicunt, Sanctum noſtrum epiſcopum conſecratum fuiſſe* 1208, *non ex propria, ſed ex aliorum ſententia locuti fuiſſe cenſendi ſunt. Id ſufficienter inſinuare videntur : quandoquidem ſtatim ſubjungant ſequentia :* Migrâſſe (S. Stephanum) ad Chriſtum die VII menſis Septembris anni MCCXIII aliqui ſcribunt : at nominatim Columbus in ſuo Pontificio Dienſi refragatur, qui conſulendus ibidem ex aſſertione quarumdam tabularum, *& immediatè pòſt eadem, quæ dictis tabulis continentur, referunt, ut demonſtrent, ſedem Dienſem ab Humberto II occupatam fuiſſe annis* 1209, 1210 *&* 1212. *Non enim non potuerunt vidiſſe viri eruditi, hæc duo hîc non poſſe ſimul conſiſtere :* S. Stephanus *anno dumtaxat* 1208 *epiſcopus conſecratus eſt, & ſucceſſor ejus Humbertus II ſedem Dienſem tenuit ſub initium* 1209.

F 26 *Nec dici poteſt, quòd* S. Stephanus, *conſecratus* 1208, *fortè epiſcopatu ceſſerit ſub initium* 1209, *vel, ſi non ceſſerit, quòd præ amore ſolitudinis, & ut Deo quietiùs vacaret, Humbertum ſibi ſuffraganeum ſubrogaverit ; atque ita fieri potuerit, ut anno* 1208 *epiſcopatum adierit, uſque ad* 1213 *vitam protraxerit, atque Humbertus, quæ de ipſo narrantur, dictis annis peregerit. Præterquam enim, quòd iſta gratis fingantur, utrumque pugnat cum iis, quæ ab ipſis Columbi adverſariis de Sancto referuntur. Nam ſi epiſcopatu ceſſerit, vel ſibi alium* *adductis argumentis*

AUCTORE J. P.

substituerit, quomodo dicit auctor apud Surium, eum ex hac vita migrâsse anno episcopatûs sexto? Quomodo Theophilus Raynaudus, eum insumpsisse in gregis sui excubiis annos sex? Quomodo Dorlandus, eum, cùm videret, post breve tempus è seculo se migraturum, & nollet ecclesiam suam impacatam relinquere, composuisse implacabile bellum Diensis inter & finitimos populos? Quomodo denique iterum auctor apud Surium & cum eo reliqui ferè omnes dicunt, Sanctum nostrum imminente vitæ hujus termino in morbum incidisse, idcirco extrema gaudii Diensis ecclesiæ luctum occupâsse, & urgentibus ecclesiæ suæ filiis, ut testamentum faceret, respondisse Stephanum, *non est necesse, cùm omnia sint sponsæ meæ, quam gubernandam suscepi? Hæc sanè & plura hujus generis sat manifestè indicant, eum nec episcopatu ante obitum cessisse, nec ejus curam alteri demandâsse, & sic illæsum manet primum Columbi argumentum. Pergo ad secundum.*

B *& ex ipso auctore Vitæ apud Surium,*

27 *Argumentum alterum format mox laudatus Columbus contra Surianæ sententiæ auctorem ex ipsis ejusdem verbis: hic enim apud Surium, ubi Sanctum nostrum insulas Diensis recusantem inducit ad exemplar B. Hugonis quondam monachi Cariusiani & Lincolniensis episcopi, ista interjicit:* Is beatus Hugo jam ferè biennio ante decesserat è vita; *& post pauca ita prosequitur:* Deductus verò (S. Stephanus) à canonicis illis cum multo gaudio & honore Viennam; illic à tribus archiepiscopis solenniter est consecratus anno gratiæ millesimo ducentesimo octavo. *Ex quibus Columbus arguit ferè in hunc modum: Constat ex ipso Surio aliisque, Hugonem Lincolniensem mortuum esse anno 1200; fatente iterum auctore apud Surium,* S. Stephanus *assumptus est ad episcopatum Diensem biennio ferè post Hugonis mortem: igitur sibi hac in parte contrarius, perperam* S. Stephanum *consecratum asserit sexennio serius, anno scilicet 1208; perperam post sexennium aliud defunctum affirmat 1213. Difficultatem hanc sensêrunt haud dubiè plerique, qui Surianos calculos secuti sunt; at non videntes, quo pactò sese extricarent, dissimulare hac maluerunt, ac de Hugone Lincolniensi altùm silere. Unum invenio Odoricum Raynaldum, qui in Annalibus Baronii continuatis ad annum 1208 num. 25, errâsse Vitæ Surianæ auctorem fatetur; nam postquàm retulisset ex Surio verba, quæ loco ultimo citavimus, sic pergit:* Corrigendus tamen (*auctor Vitæ apud Surium*) dum paulò antè affirmat, B. Hugonem Lincolniensem episcopum ferè ante biennium è vita migrâsse; ejus enim obitus in annum ducentesimum supra millesimum incidit. *Imò verò corrigendus, non autem quia consecrationem episcopalem biennio post Hugonis obitum collocat, sed quia eamdem consecrationem usque ad 1208, ac proinde annum Sancti nostri emortualem usque ad 1213 protrahit.*

C

28 *Tertium denique argumentum, quodque præcedentia duo mirum in modum roborat, hausit Columbus ex Epistola, quam, uti num. 2 memoravimus, Illustrissimus Joannes de Burnino Viennensium archipræsul & episcopi ejus suffraganei ad Gregorium IX destinârunt anno 1231: in ea autem antequam ad miraculorum, quæ divina Clementia per Sanctum nostrum operari dignata est, enumerationem bene longam procedant, ità præfantur:* Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octavo, octavo Idus Septembris, Stephanus Cartusiensis monachus, & Prior Portarum Cartusiensis Ordinis, & Divinâ gratiâ Diensis episcopus transiens ab hoc seculo migravit ad Dominum. *Quæ verba tam clarè Columbi sententiam confirmant, ut ea sola, relictis aliis, huic Commentario inserviisse, sufficiisset, nisi ratio mox danda, impulisset; tam clarè inquam confirmant Columbi sententiam, ut, quid contrà adduci queat, quo infirmetur, non videam, ac per consequens mihi multò probabiliorem reddant, ne dicam certam; præsertim cùm contrariæ opinionis auctores, sicut initio hujus § indicavi, nuda assertioni insistant, nec dictorum veritatem rationibus aut monumentis stabilire ullus laboret, præter unum Guichenonum, qui quo modo id fecerit, breviter propono.*

D

29 *Parte 2 Historiæ Bressеanæ & Bugeanæ pag. 118 dicit Sanctum nostrum è vivis excessisse 1213, & paulò inferiùs agens de Guigone Castellionis domino, ac juxta ipsum* S. Stephani *germano fratre, meminit alicujus instrumenti, in quo Sanctus etiamnum inter vivos exstitisse anno 1212 manifestè supponitur. Verba ejus Latinè reddo:* Cernitur, *inquit,* in archivis Abbatiæ Cassânienſis donatio quarumdam hereditatum facta Abbati ejusque religiosis per Guidonem Castellionis Dominum anno MCCXII, assistente fratre suo Stephano de Castellione Diensium episcopo. *Perculerunt, fateor, me ista primo intuitu; maximè cùm ea tot Surianæ sententiæ auctoribus nixa perspicerem; & de veritate Columbi sententiæ, annum emortualem 1208 innectentis, cœpi subdubitare: atque hac ratio fuit, cur aliqua, quæ verbo uno alterove indicari potuissent, studiosiùs discuterem, prolixiùs disputarem: puta nomen parentis* S. Stephani, *hujus locum natalem, an is Lugdunum fuerit an ipsa Castellio; quis fuerit Prior Domûs Portarum, cùm Sanctus Cartusiam adiit, an idem, qui S. Anthelmum admisit, Bernardus, an verà alius; quid de Actis paraphrastis Vitæ rhythmicè censendum &c.*

E *eorum & Guichenoni præsertim*

30 *Etenim non abs re fore ducebam ostendere, quàm parum dandum sit iis auctoribus, qui alienis laciniis Opus suum exornant, sicut observavi in paraphraste nostro num. 9, 10 & 11; qui in eadem materia sibi contraria scribunt, sicut in eodem paraphraste num. 27, & in Petræo num. 21; qui conjecturis nimis facilè cedunt, sicut num. 13, 14 & 15 in Guichenono; quàm parum iis, inquam, dandum sit, quando opposita sententia tam solidis, quales profert Columbus, rationibus & testimoniis fulcitur. His consideratis, quid de memoratis Guichenoni verbis censeam, paucis accipe. Cùm dictum donationis instrumentum nec ad manum sit, nec ipse se vidisse testetur, affirmans dumtaxat illud servari seu conspici in laudata abbatia, quod equidem non negavero, nihil tamen certi inde contra Columbum confici potest; ac suspicari licet, vel in dictum instrumentum errore scribentis irrepsisse mendum, vel à Guichenono per conjecturam aliquid ex ipso deductum fuisse, quod non sat certò in eo contineatur. Quam facilè pro 1202 non potuit scribi, vel à videnti legi annus 1212? Quàm facilè Guichenonus legi annus 1212? Quàm facilè Guichenonus vidit, vel ex alio intellexit, dictæ donationi interfuisse Stephanum aliquem, etiam de Castellione, si vis, non potuit concludisse, hunc* Stephanum *Diensem fuisse episcopum, ubi tamen mentio fiat alterius fortasse syno-*

F *auctoritas elevatur,*

ut & ex Epistola anno 1231 ad Pontificem data,

A *ſynonymi, quandoquidem, ut ipſe fatetur, plures in iis partibus ſub nomine* Caſtellionis *veniant.*

ac anno 1208, veriſimiliter die 6 Septembris, obiiſſe oſtenditur.

31 *Quidquid demum de rei veritate ſit, tam dubia ſunt, quæ habet in hac materia Guichenonus, tam pugnantia hinc inde, quæ cum auctore Vitæ apud Surium ſcriptores alii, & tam clara videntur, quæ Columbus, ut, quid ab hujus ſententia amplectenda me deterreat, non videam. Igitur Sanctus noſter natus circa annum* 1150, *Cartuſiam ingreſſus circa* 1176, *ad epiſcopatum evectus circa* 1203, *annum agens* 58 *ad Superos evolavit* 1208 *menſe Septembri. At quoto die menſis? Martyrologi & plerique ſcriptores, quos in hoc Commentario laudavimus, diem menſis* VII, *ſeu* VII *Idus Septembris conſtanter aſſignant. Dubium tamen non leve mihi movit memorata ad Gregorium IX archiepiſcopi Viennenſis & epiſcoporum aliorum epiſtola, quæ diſertis verbis, loco ſuprà allato, ad cælum migrâſſe dicit* octavo Idus Septembris. *Hoc autem, ne mendum ſcriptoris fuiſſe quis exiſtimet, videntur confirmare ſequentia, quibus primum Sancti poſt mortem miraculum enarratur:* Die itaque præſenti, qua dictus S. Stephanus ſepultus

B fuerat, in qua celebratur Dei Genitricis Nativitas, filia cujuſdam hominis Dienſis *&c. Sepultus eſt igitur Sanctus feſto die Nativitatis B. M. V., ſeu* VI *Idus Septembris, & ut ordinariè accidit, unus ſaltem dies medius interceſſit inter obitum & inhumationem, niſi hanc maturandam ratio aliqua ſuaſiſſet, quam non reperio. Unde facilè crediderim, Sanctum revera vivere deſiiſſe die* VI *Septembris; at cùm fortaſſe ejus ſacrum corpus pio ſubditorum in ſanctum Parentem amori ac venerationi expoſitum fuerit die* VII, *contingere potuit, ut Dienſes ipſi hunc potiſſimùm diem, ut emortualem, annotaverint, qui proinde etiam ad martyrologos alioſque ſcriptores tranſierit. Conjecturæ ſunt hæ quidem, ſed à vero, ut reor, non multùm alienæ.*

§ IV. Reliquiæ; corpus diu incorruptum ab hæreticis ignibus deditum; an Sanctus fuerit ſolemniter canonizatus.

C

Sæviente hæreſi,

QUantâ *fuerit ab ipſo obitu in veneratione Sancti noſtri corpus, num.* 2, *ubi de cultu actum eſt, verbo attigi, & porrò patebit ex miraculis. Reſtat dicere, quamdiu Dienſes hoc theſauro gaviſi ſint, quando & qua occaſione deſtituti. Referunt iſta præter Columbum recentiores plurimi, qui de Sancto noſtro ſcripſerunt: at quia ille diſtinctiùs pleraque, adjectis etiam hinc inde teſtimoniis, enarrat, juverit ex ipſo huc transferre ſequentia:* Serpebat hæreſis (*anno* 1557) & per incrementa latentia occupabat Diam, neque ſolitus honor habebatur exuviis Stephani: potiùs, ut protervus eſt Calviniſmus & procax, non longè contemptu erant cilicium, ſcapulare, calcei, zona, eremiticus ſcipio, monimenta ſanctæ inter Cartuſianos vitæ, ac in aviis locis procul mortalibus quondam actæ, quæ majorum pietas ſepulcro educta propoſuerat ſpectanda plebi. Tetigit altè Monlucium epiſcopum effrænis & importuna licentia: quâ erat pruden-

AUCTORE J. P.

tiâ & in res ſacras veneratione, duxit ſancta Viri ſpolia non diutiùs " permittenda eſſe degene-
„ rum filiorum oculis ſubſannantibus Patrem.
„ Jubet corpori ſuo reddi „ & rurſum condi ſepulcro.

Sancti tumulum aperiri jubet epiſcopus;

33 *Hic Joannes Monlucius Valentinæ ac Dienſi eccleſiis tùm unitis præfuit ab anno* 1553 *uſque ad* 1579. *Variè de eo ſcribunt varii: alii enim iique plures, inter quos Severtius & Sammarthani fratres in Catalogis epiſcoporum Valentinenſium, eum laudant à pietate, à zelo pro religione Catholica, & ab inſigni in rebus agendis dexteritate ac prudentia; alii contrà Calvinianæ hæreſeos lue infectum fuiſſe contendunt, inter quos Theophilus Raynaldus in Indiculo SS. Lugdunenſium, ubi agit de Sancto noſtro, & Odoricus Raynaudus in ſuis Annalibus ad annum* 1560 *num.* 41 *&* 48, *ubi epiſcopus ille ſive pſeudo-epiſcopus, ut hic eum vocat, nigerrimis depingitur coloribus. Verùm cùm iſta parum aut nihil in rem noſtram conducant, litem ipſis dirimendam relinquimus: utriuſque opinionis propugnatores ordine recenſent Sammarthani Fratres, quos curioſus lector poterit conſulere.* E *Interim licet laudati auctores de mente Monlucii ac de fine, in quem relata mox ex Columbo fecerit, non omnes conſentiant, rem tamen ipſam ita peractam eſſe nullus, quod ſciam, inficiatur. Pergit Columbus in hunc modum.*

quo aperto, ſacrum corpus cum ornatu epiſcopali,

34 Dies erat octava Julii: Humbertus Faucher canonicus juſſa præſulis deferebat. Spectante frequentiſſimo populo ſepulchralis tollitur lapis: de urbe principes viri caveam intrant: vident inſolentis portenti rem, tractantque corpus in media calce integrum ſuccique plenum: pontificia veſtis videtur, tractaturque omnis ſincera & incorrupta, alba quoque, caſula, mitra, ſandalia, poſt annos à morte Stephani novem & quadraginta ſupra trecentos. Sed quarto pòſt anno, ſcilicet Chriſti primo & ſexageſimo poſt milleſimum quinquageſimum, buſto in media platea ſtructo impoſuerunt hæretici, cremaveruntque; impius, & Hugonottorum furor deſæviit in ſacrum corpus flammis edacibus, quod abſumere tot ſæcula non potuerant. *Hæc Columbus; mox autem, quæ narravit, probare aggreditur hoc pacto:* Juvat eruere iſta omnia ex publicis tabellis, quæ tum ſcripta ſunt, cùm ipſa gerebantur. Primò Spiritus Dermenon tabellio regius ita ſcripſit de apertione tumuli, quam videbat. F
„ Anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo
„ ſeptimo, die tertia menſis Julii &c. Jacobus
„ Vacherius & Joannes de Croux juſſi, aperue-
„ runt conditorium Domini Stephani quondam
„ Dienſis epiſcopi „.

ſpectante populo,

35 *Hoc Dermenonis (quem infrà etiam Dormidonem ſcribit Columbus veroſimiliùs alterutro loco mendosè) hoc, inquam, teſtimonium repugnare videtur narrationi à laudato ſcriptore præmiſſæ: quod enim hic diei octavæ adſcribit,* dies erat octava Julii, *ille die tertia contigiſſe refert, cùm uterque de tumuli apertione agat. Poſſent fortaſſe conciliari dicendo, bis apertum fuiſſe tumulum: ac primò quidem clàm, & præſentibus paucioribus ad iſtud ab epiſcopo deputatis, vel à clero deſignatis, idque factum die* III; *deinde verò die* VIII *publicè; poſtquam ſcilicet rumor de prodigioſa iſta corporis incorruptione per civitatem ac diœceſim percrebuiſſet, homineſque tum principes, tum de plebe alios ad miraculum illud oculis conſpiciendum pertraxiſſet. Hæc ita exponi ſi nequeant, fatendum erit hîc à Columbo*

AUCTORE J. P.

Columbo commiſſum eſſe aliquem errorem; ſed levis momenti, qui proinde remorari nos non debeat. Audiamus, quomodo narrata ſua probare pergat.

in media calce incorruptum reperitur,

36 Secundò idem tabellio addit ſequentia de corpore S. Stephani, quod in aperto tumulo inventum eſt. " Aperto tumulo occurrit omnium „ oculis corpus albâ indutum, & caſulâ. Sub „ hac utrimque pendebat. Capiti, cui hærebant „ ſui capilli, ſacerdotali coronâ diſtincti, impoſita erat mitra. Brachiorum alterum alteri „ ſuperimpoſitum jacebat. Manus chirothecis o„ pertæ erant. Tertium ſeu medium dexteræ di„ gitum ornabat annulus aureus, cujus ſplen„ dentis palæ inſita erat inſignis gemma. Pedes „ atque tibias muniebant caligæ epiſcopales „. Tertiò pedes, tibias, manus, brachia, pectus, caput, totum denique corpus ſuis oſſibus ſtetiſſe, ſuaque viguiſſe carne, hinc intelligis, quòd carne ſua, ſuiſque oſſibus conſtabat, cùm poſt annos quatuor combuſſerunt, ut ſtatim referam. Quartò B. Stephani corpus in media calce repertum eſt. Dormedon enim ſcriba regius

B hæc adjungit: " Toto conditorio quàm longum „ & latum erat, vim maximam calcis, & ſub„ jecerant, & ſuperpoſuerant corpori pontifica„ libus induto veſtibus „. Quintò denique idem corpus, quod calx plurima non potuerat annis omnino CCCLX, & quod excurrit, abſumere, impoſitum buſto, & crematum eſt anno MDLXI in media Diæ urbis platea, ut quæſitori de ſacrarum omnium rerum everſione, quem Gratianopolitanum dederat parlamentum, reſponſum eſt anno MDLXXIII. Ceteris enim facinus quidem referentibus, ſed de tempore tacentibus, unus in hæc verba teſtatus eſt cum ſacramento: " Anno „ MDLXI incredibilem chartarum eccleſiaſticarum „ vim in buſtum mediâ plateâ erectum dejece„ runt, cum S. Stephani corpore, quod carne „ ſua, oſſibuſque conſtabat „. *Ita Columbus.*

& unà cum reliquiis aliis ab hæreticis comburitur anno 1561.

37 *Tam clarè res omnis hic expoſita eſt, ut ſuperaddi quidquam neceſſe non ſit. Verumtamen errorem rurſum aliquem, ſeu ſcriptionis mendum deprehendo in his Columbi verbis:* Corpus, quod calx plurima non potuerat annis omnino CCCLX abſumere. *Etenim cùm in ipſius ſententia, quam & nos § ſuperiore amplexi ſumus,* S Stephanus *mortuus ſit anno* 1208, *ac ejus corpus ab hæreticis combuſtum fuiſſe conſtet* 1561, *inter utrumque hunc annum inveniri nequeunt anni omnino* 360, *ſed ad ſummum* 353. *At mendum ſcriptionis potiùs, quàm errorem auctoris fuiſſe inde colligo, quòd ipſe ſuprà num.* 43 *ab anno* 1208 *uſque ad* 1557, *quo tumulus apertus fuit, rectè annos tantùm numeret* 349, *addatque corpus crematum fuiſſe poſt annos* 4, *qui additi præcedentibus juſtum annorum* 353 *numerum conficiunt. Porrò veriſimilius eſt, nihil hodiedum ſupereſſe ex Sancti noſtri reliquiis: cùm enim, quæ priùs tumulo educta fuerant, cilicium, ſcapulare & alia ſuprà enumerata, ei denuo incluſa fuerint anno* 1557, *nec ulli rei ſacræ parcere ſoleat hæreticorum rabies, neque etiam quidquam piâ Catholicorum induſtriâ flammis aut ruinæ ſubductum fuiſſe memoriæ proditum legatur; verendum, ne veriſſimè exclamet cum aliis Theophilus Raynaudus:* Sancti Viri corpus cum omnibus ejus exuviis, proh ſcelus vel memoratu horrendum! flammis deditum eſt.

38 *Actum fuiſſe ſæpiùs de ſancti Præſulis ſolemni canonizatione extra dubium eſt. Nam, teſte Odorico Raynaldo in Annalibus ad* 1222, *hoc ipſo anno, ab obitu Sancti dumtaxat* 14, *de ea agi cœptum eſt, cùm eccleſiam ſummus Pontifex gubernaret Honorius* III. Is rogatus ab epiſcopo Dienſi, (*verba ſunt laudati Annaliſtæ*) ut ſanctorum catalogo adſcriberet Stephanum ejus deceſſorem, qui innumeris miraculis coruſcaret, & ad cujus tumulum maximi hominum concurſus ex variis Chriſtiani orbis regionibus fierent, epiſcopum Portuenſem legatum . . . jubet inquirere de Servi Dei vita, obitu, rebus admirandis ante & poſt mortem editis & circumſtantiis aliis, ſeque certiorem reddere. Appoſita eſt apoſtolicis literis dies nona Kal. Novembris. *Ita Odoricus, laudatque in margine epiſtolam memorati Pontificis* 27. *Et verò juſſis Pontificiis ſaltem pro parte ſatisfactum fuiſſe à prædicto legato, indicium eſt epiſtola, quam, ut ſuprà diximus, novennio pòſt, anno ſcilicet* 1231, *unà cum miraculis ad Gregorium IX, Honorii III ſucceſſorem, deſtinârunt archiepiſcopus Viennenſis ejuſque ſuffraganei.* Quid autem, *ait Columbus in Appendice ad lib.* 4 *de rebus geſtis epiſcoporum Valentinorum & Dienſium,* Gregorius Pontifex reſponderit epiſcopis provinciæ Viennenſis, non invenio.

D *Honorius III PP. in Sancti vitam & miracula inquiri juſſit anno* 1222

E

39 *Certè Gregorius huic epiſtolæ non acquievit, & per eam nec Honorii prædeceſſoris ſui mandatis plenè ſatisfactum fuiſſe, nec ſibi de omnibus, ut quis in Sanctorum canonem referatur, ſufficienter conſtare, manifeſtè indicavit in literis mox dandis. Et ſanè juſſerat Honorius, ut vidimus, examen inſtitui de Servi Dei vita, obitu, rebus admirandis ante & poſt mortem editis, & circumſtantiis aliis. Epiſtola autem epiſcoporum provinciæ Viennenſis continet quidem miracula poſt Sancti mortem patrata, ſed de ipſius vita, moribus, prodigiis ante obitum factis, aliiſque rerum adjunctis verbum nullum. Neque ſuſpicari licet, alia præter dictam epiſtolam documenta ad Pontificem tranſmiſſa fuiſſe; quandoquidem idem Gregorius IX duos circiter poſt annos, nimirum menſe Decembri* 1233, *ſicut ad hunc annum meminit laudatus Odoricus Raynaldus, rei de novo, acſi ante nihil actum fuiſſet, examinandæ partes impoſuerit archiepiſcopo Ebredunenſi, epiſcopo Vapicenſi, & abbati Vallisceſcentis ex Ordine Ciſtercienſi. Fragmentum epiſtolæ, quâ ad dictos præſules ſcribit Pontifex, quæque eſt* 392, *huc transfero:* Ex literis fratris noſtri archiepiſcopi Viennen. & ſuffraganeorum ſuorum nos noveritis accepiſſe, quòd recolendæ memoriæ Stephanus Dien. epiſcopus, qui degens olim in mundo magnis pollebat meritis, nunc vivens in cælo tot dicitur miraculis coruſcare, ut ejus ſanctitas apertis indiciis comprobetur, & ejus intra alios Sanctos non invocare ſuffragia ſit indignum; quare nobis per eaſdem literas ſupplicârunt, ut eum Sanctorum adſcriberemus catalogo venerandum. Licèt autem ad hoc, ut aliquis ſanctus ſit, apud Deum in Eccleſia triumphante perſeverantia ſola ſufficiat juxta illud; Eſto fidelis uſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ: quod evidenter illa Joſeph talaris tunica figurabat, ad hoc tamen, ut ipſe ſanctus habeatur apud homines in Eccleſia militante, duo ſunt neceſſaria, virtus morum, & veritas ſignorum, merita videlicet, & miracula, ut hæc, & illa ſibi invicem conteſtentur, &c. dat. Later. XIIII Kal. Januarii.

miſſis Romam anno 1231 *ejus poſt obitum miraculis,*

F

40 *Ex quibus ſatis colligitur, exegiſſe Pontificem, ut & examen inſtitueretur & miraculis adde-*

Gregorius IX PP. rem ulteriùs examinari voluit.

A *adderentur virtutes, quibus in vita Sanctus coruscârat, idque non per nudam relationem, sed testimoniis, sicut fert usus, debitè munitam. Quod sanè factu facillimum erat, spectatis prodigiis, quæ in Actis referuntur, & exiguo à morte temporis intervallo: plures enim procul dubio etiam tum erant superstites, qui Sancto convixerant, qui ejus vivendi normam cognoverant, imò qui beneficia ipsius meritis divinitus obtenta in sese experti fuerant; cùm à tempore, quo Sanctus episcopatum adiit, usque ad datas Gregorii IX literas vix anni 32 elapsi essent. Rem fuisse executioni mandatam, verisimillimum est; sed an eâ, quâ par erat, diligentiâ, & an optatum eventum sortita fuerit, mihi manet incertum. Ratio est, quòd pauci admodum scriptores, & ii quidem inter se dissentientes, materiam istam attigerint. Institutam fuisse canonizationem indubitanter affirmat Guichenonus suprà memoratæ Historiæ parte 2, pag. 118; sed hìc rursus nullum affert testimonium; citat in margine Surium & Haræum, at apud illos de canonizatione nulla fit mentio. Citat præterea Baronium, sed cùm nec librum assignet*

B *nec locum, nihil apud eminentissimum illum auctorem de Sancto nostro reperire potui; fortè per Baronium intelligi voluit Odoricum, Annalium continuatorem; at neque hic* S. Stephanum *in Sanctorum album reipsa relatum fuisse ullibi affirmat: unde laudatos auctores à Guichenono appellatos fuisse credo, propter ea dumtaxat, quæ de anno Sancti nostri emortuali ibidem asserit. Audiamus ejus verba, quæ latinè reddita sic sonant:* Mortuus est (S. Stephanus) in episcopatu suo VII Septembris anno MCCXIII; canonizatus fuit; festum ejus colitur in Ecclesia XXVI Junii, quicumque de ipso locuti sunt, genus ipsius seu stirpem (son extraction) ignoraverunt. *Paucis multa, sed omnia ut minimum incerta, ac solido fundamento destituta.*

Sunt, qui asserunt,

41 *Nam primò, mortem obtigisse Sancto nostro anno 1208, non autem 1213, vix dubium patitur, ut ostendimus § præcedenti. Secundò festum ipsius coli in Ecclesia mense Junio martyrologorum aut scriptorum nullus præter ipsum meminit: coli die* IX *Septembris ritu duplici in diœcesi Diensi constat ex Proprio Sanctorum insignis ejusdem*

C *cathedralis, ut num.* 4 *dictum est. Tertiò denique, quo sensu Sancti stirpem à scriptoribus ignoratam fuisse velit, non rectè percipio: nam Surius, quem citat, sat clarè stirpem videtur designare, ubi Vitam sic orditur:* Lugduni, quæ est Galliarum urbs præclara & celebris, Stephanus ortus est, cujus pater dominus de Castellione & sanguinis & religionis nobilitate fuit insignis. *Id ipsum verbis totidem exprimit Haræus. Quid igitur? Ideone eos genus ignorâsse dicet, quia vel nomen patris non indicant, vel ut ipse facit (an sat rectè, non inquiro) Sancti originem ab avis atavisque genealogicè non deducunt? Sed hæc historici sæpe scientes volentesque omittunt; non inde tamen mox ignorantiæ sunt damnandi. Quapropter, nisi asserta canonizatio validioribus, quàm reliqua jam memorata, rationibus nitatur, dubium, quod de ea conceperam, augebit Guichenonus, non tollet.*

Secutam esse canonizationem.

42 *Auctorem proximè laudatum sequitur P. Petrus Fontenaius Societatis nostræ tomo* X *Historiæ Ecclesiæ Gallicanæ pag.* 541. *Accipe & ipsius verba Latinè reddita:* Archiepiscopus Viennensis, & omnes episcopi provinciæ miserunt Romam anno MCCXXXI prolixam relationem miraculorum, quæ ejus (S. Stephani) intercessione patrata sunt. Id fecerunt per modum instructionis ad canonizationem, quam Gregorius IX Pontifex ipsis concessit. *Sed neque ipse notat, unde hæc hauserit: præterea, si verba ejus sensu undequaque stricto sumenda sint, nullatenus admitti queunt. Certum est enim, quòd is Pontifex (si umquam Sanctum nostrum catalogo Sanctorum adscripserit) ad id faciendum non fuerit permotus ratione dictæ relationis miracula complectentis, quod laudata scriptoris verba videntur innuere; sed ad rem diligentiori examini subjiciendam: sicut eum feciſſe biennio pòst, videlicet anno* 1233, *patet ex num.* 39. *Imo nec tum, nec umquam à Gregorio IX solemniter canonizatum fuisse* S. Stephanum *probabilissimum fit ex iis, quæ refert Columbus, & ex eo mox daturi sumus.* AUCTORE J. P.

Adducuntur rationes,

43 *Dicendus est itaque laudatus Fontenaius ex conjecturis sat verisimilibus fuisse deceptus, nempe cùm sciret de Sancti canonizatione actum fuisse sub Gregorio IX, cùm in diœcesi Diensi ejus festum celebrari intelligeret, ac denique cùm ejusdem canonizationem adeo indubitanter assertam apud Guichenonum legeret. Nisi fortasse verba ipsius sic explicare velis, ut canonizationem à Pontifice dictis episcopis concessam latiori sensu acceperit, dicendo quòd Pontifex ipsis permiserit, ut in suis dumtaxat diœcesibus* Stephanum *tanquam Sanctum haberent, invocarent & colerent; donec Sedes Apostolica, examine ritè peracto, eum universæ Ecclesiæ colendum proponeret. Hoc postremo sensu exponi fortasse posset etiam Guichenonus, difficiliùs tamen, cùm addat, festum ejus coli* in Ecclesia XXVI Junii. *Audiamus modò, quæ ad propositum nostrum habet Columbus sub finem laudatæ suprà Appendicis ad librum* 4. *Is postquam insinuavit, non dubitare se, quin Gregorius IX permiserit episcopis provinciæ Viennensis, ut* S. Stephani *apud Deum suffragia implorarent, loquitur in hunc modum:* Ut ita sentiam facit publica Sancti veneratio, quæ ante aliquot sæcula fuit in ecclesia Diensi, cùm tamen neque ipse Gregorius, neque alius quis Romanorum Pontificum legatur illum canonizâsse; & singulis sæculis post ejus mortem usque ad annum millesimum quingentesimum vigesimum actum fuerit à Diensibus, ut ejus canonizatio urgeretur Romæ. Eo anno Joannes de Lotharingia Cardinalis, cùm in Valentinum episcopum electus Romam iret, rogatus est à Diensibus agere de ipsius canonizatione; & Gabriel Gaii canonicus Diensis illi additus est, qui à Pontifice eam nomine totius cleri & civitatis Diensis postularet. An Pontifex Joanni Cardinali assensus fuerit, non invenio. Joannes se nihil Romæ non tentaturum promiserat.

E

F

ob quas probabilius negatur.

44 *Fides itaque habenda si sit huic auctori, qui, ut patet, in hanc rem diligentissimè indagavit, Sancti canonizatio solennis concessa non est sub Gregorio IX seculo* XIII; *nec alio sequenti usque ad* XVI *inchoatum, dum Romam petiit Joannes Lotharingius S. R. E. Cardinalis, nec demum probabilissimè tempore nobis proximiori; licet enim dicat Columbus, ferè omnes chartas Diensis ecclesiæ rerum olim gestarum memores datas fuisse ignibus ab Hugonotis, verisimile non est, ejus rei memoriam ita omnibus excidere potuisse, ut nec ipse in ejus notitiam deveniret, nec aliquis scriptorum etiam recentiorum præter laudatos Fontenaium & Guichenonum feciſſet mentionem. Quapropter dictam canonizationem*

AUCTORE J. P.

numquam factam fuisse usque adeo apparet probabile, ut de contrario mihi non relinquatur dubium, mutaturo tamen sententiam lubentissimè, si quis certiora produxerit. Quid verò toties propositam ac postulatam canonizationem impedierit prorsus ignoro: eximiam fuisse Viri sanctitatem & sublimia apud Deum merita manifestant Acta, & crebra tum ante, tum post mortem patrata miracula, ad quæ progredior. Præmitto Vitam ac miracula rhythmicè exarata, subjuncturus eadem stylo soluto expositа, ut quæ in rhythmis obscuriùs aut inverso ordine narrantur, perspectiora fiant lectori: negotium enim esset nimis tetricum annotare barbari carminis cujusque metrum, & ad debitum sensum reducere, quæ intorta sunt plurima.

VITA

Beati Stephani metrica

B

auctore anonymo.

Sancti pia juventus & ingressus in monasterium;

O mira principia !
sanctitatis exordia !
Sextâ namque feriâ
sacrans jam jejunia,
Infans lac non sugens,
carnes sprevit Adolescens,
Juvenis intravit heremum
Domûs Portarum asperum *,
monachus fit Carthusiæ
ob causam pœnitentiæ,
vir factus contempsit mundum
nihil tetigit immundum.

* *lege* asperam

vitæ austeritas & miracula,

2 Vir clarus ex progenie,
clarior donis gratiæ,
carnem domat cilicio
aquâ utens in prandio,
aquam in vinum convertit,
& de vino aquam fecit.
Inventus est cum angelo
coram crucis signaculo.

C

Confiteri recusanti
voce, vultu hæsitanti,
desperato ægrotanti
diabolo resistendi
dat gratiam confitendi,
quem absolvit à peccato,
dæmonio impugnato,
& precatu sanctissimo
spiritum dat Altissimo.
Ægrotum palpando sanat,
tempestates signo fugat,
animam à diabolo
defunctæ, teste populo,
liberat fletu maximo,
quem effudit Altissimo.

zelus animarum & potestas in dæmones.

3 In tanta Dei gratia
fuit, ut & dæmonia
ostenderet præsentibus,
nocentia frangentibus
sabatha Dominica.
Et docet sanctus Prædica
mercata in Dominica
fugere ut dæmonia;
quia tunc Dei cantica
verba audire mystica
fugit gens misera, cæca.

D

Fit episcopus Diensis.

4 Fama de ipso currente,
sede Dyensi vacante,
eligitur episcopus;
fugit à clero quæsitus;
sed à majore coactus
Servus, Deo annuente,
consentit, licèt invitus.
A tribus archiepiscopis
& plurimis episcopis
est Viennæ consecratus
Stephanus iste beatus.

piè moritur.

5 Dyæ fuit vitæ speculum,
devotus docet populum,
verbo quoque & exemplo
sæpe prædicans in templo,
doctrina fit in subditos,
quos reddit Deo deditos.
Plebi suæ pace datâ,
æger spirans ad beata,
& quamdam curans ægrotam,
reddit animam devotam,
quæ nunc fruitur gloriâ
in Sanctorum lætitia.

E

MIRACULA

POST VITAM.

Mortuis vitam,

QUæ superiùs sunt dicta
in beati Stephani vita
contigerunt; quâ finitâ,
miracula hæc sunt scita.
Mirificis miraculis
Stephanum & signaculis
innuit Christus singulis *a*.
Pueros quinque mortuos *b*,
infantes, & innoxios
suscitat Beatus.
Quidam ictibus perempti,
pœnis inferni damnati,
palàm sunt resuscitati,
Stephani per merita
impetratâ veniâ.

a
b

F

ægris sanitatem restituit.

7 Claudis gressus, cæcis visus,
auditus surdis, loquela mutis
per Stephanum redditur,
à quibusvis langoribus
& diversis doloribus
ægris salus infunditur.
Specialiter in morbis
caducis, paraliticis
mosilibus *c* & cyragris
intestinorum ruptoris,
fistulis, fluxu sanguinis,
gutâ *, furore, cæterisque
ejectis dæmoniis *d*.
Febribus quoque expulsis,
apertisque carceribus,
solutis quoque funibus,
quisque liber egreditur;
ab his itaque visitatur *e*
Stephanus & oratur;
per Stephanum moribundis
fit gratia salutis,
sic & quasi trucidatis
suis plagis curatis.

* podagrâ

c
d
e

8 Hunc Stephanum deposcimus,

A *Auctor apud Deum Sancti patrocinium implorat.*

sit pro nobis velociùs
apud Deum assiduus
in adversis defensor,
qui contra hujus sæculi
adversa, prece humili
extitit triumphator,
præstante Patre tam pio,
qui cum unico Filio
& Spiritu proprio
redemit ab exitio,
vitamque sine termino
nobis donet in superno,
qui & trinus & unus
regnat per secula Dominus.
Dominus sit præsentibus
cum cæteris legentibus
nec non & audientibus
pius miserator,
glorioſus atque bonus
Stephanus noster patronus
pro nobis sit precator. Amen.

ANNOTATA.

B

a *Senjum sic interpretor :* Per singula miracula Christus gloriam ac merita S. Stephani manifestat. *Ceterum, ut suprà monui, miracula hæc ferè singula stylo soluto inferiùs expoſita reperiet studioſus lector in Epistola archiepiscopi Viennensis ; quare pluribus alioqui annotandis supersedeo.*

b *Sex pueros ad vitam revocatos refert laudata Epistola. Consule, quæ super his notamus infrà ad partem miraculorum secundam litt.* c *&* d.

c *Nescio, quam eâ voce infirmitatem intellectum velit. An eam, quæ in memorata Epistola vulgariter* Masclæ *appellari asseritur? sed neque hanc novi.*

d *De ejectis dæmoniis non meminit sæpe dicta Epistola.*

e *Auctoris sensus is mihi apparet :* Qui hujusmodi morbis laborant ad S. Stephanum recurrunt, & ad ejus sepulcrum sanitatem postulant.

c

VITÆ
RHYTHMICÆ PARAPHRASIS
auctore anonymo
Ex Ms. Passionali bibliothecæ SS. Surianæ.

a

PROLOGUS *a*.

Vitam obscuro carmine editam stylo soluto redditurus b

BEati Stephani Vitam, Eremi quondam incolæ Portarum *b*, brevissimo stylo rithmicè quidam conscripsit : cujus ratione, ut in litteris consonantibus mutis vel liquidis non peccaret, variâ divaricatione procedens præcedentia consequentibus, seu consequentia præcedentibus minimè in serie hujusmodi Vitæ concordare videntur. Ob hoc, tali præludio sic obscuro quidam decepti, in dicta Vita ex hujusmodi carmine obscuriores redduntur. Nec illius scriptoris ingenio in aliquo derogare intendimus ; sed quia capacitas legentium ut plurimùm talia metra ad liquidum non comprehendit, idcirco nunc simplici & brevi oratione, juvante Deo, dictam Vitam tentabimus explicare, quatenus & brevis oratio tædium pellat, & simplex eloquutio facilem intellectum admittat. Curabimus autem pro viribus, ne tam sanctæ Vitæ veritatem excludamus, & ne ignorata *c* scribentes falsitatem admittamus. Miracula etiam quædam, quæ in vita ipse Sanctus gessit, seriem temporis non admittunt, quoniam quo tempore sint peracta, brevitas Carminis non declarat ; ponentur tamen seriatim post ipsius episcopatûs adeptionem, licèt privata persona & solitarius existens aliqua exercuisse credatur. A. ANONYMO. *c*

2 Si verò hîc aliqua minùs lucidè fuerint declarata, stylo dicti Carminis causa imputetur, breviùs & velociùs procedenti ; non ejusdem interpretis, qui noluit addere, quod nescivit. In IV autem capitulis dividitur hæc Vita *d*, ut faciliùs, quod quærit, lector valeat reperire. Primum enim capitulum tangit ejusdem Sancti sæcularis vitæ palestram, secundum militarem sive eremiticam Domûs Portarum disciplinam, tertium ipsius ad episcopatum promotionem cum miraculis in vita peractis, quartum & ultimum de miraculis post mortem ipsius evidenter ostensis. Porrò beatum hunc Stephanum vitam-Sanctorum Antelmi Belicensis *e* & Hugonis *f* Lincolnienſis *g* episcoporum, qui ante eum ad Domini gloriam ab hac luce migrârunt *h*, pro forma imitationis in pluribus noscitur captâsse, & ideo quædam scripta variarum virtutum eorumdem Sanctorum episcoporum, in quibus idem S. Stephanus ipsos est imitatus, non incongruè Vitæ suæ consequenter *i* exarata videntur inserta. Postremò lectoris benevolentiam & attentionem ad sequentia plurimùm invitamus, ne linguæ pauperis indigentiam parvi pendat, sed potiùs hanc Vitam sic ad sui profectum assumat, ut talis profectus scriptori etiam causa mercedis existat. *quatuor in capitula divisit.* *d* E *e f* *g* *h* *i*

ANNOTATA.

F a *Prologum, quem procul dubio habuit, suppressit Surius. Vide Comment. num.* 6.

b Eremus Portarum, *at notat Henschenius ad Vitæ S. Anthelmi cap.* 1 *lit.* f, *sita est in Bugeia, distatque à Geneva* 30 *m. p., & à Bellica itidem* 30 *circitèr ; in mappa sub nomine* Cartuses *indicatur, haud procul ab oppido S. Ramberti. Monasterium Cartusianorum in dicta Eremo erectum circa annum* 1115 *primordia sua debet Bernardo, qui ex Ambroniacensis abbatiæ monacho primus ibidem Prior factus est, ut ostendi in Comment. num.* 20. *Quomodo autem, & quorum munificentiâ id monasterium lapsu temporum ceperit incrementa, & quàm ferax fuerit virorum pietate ac sanctitate illustrium, videre est apud Guichenonum Hist. Bug. & Bress. parte* 2, *pag.* 89.

c *Per hæc & sequentia sufficienter insinuat auctor, quòd, si non & tempore & loco, saltem alterutro fuerit remotus à Sancto nostro. Consule etiam Comment. num.* 7.

d *Divisionem istam nec Surius habet, nec Ms. nostrum ; dividemus tamen eam in totidem capitula, & more nostro titulos supplebimus.*

e *Acta S. Anthelmi illustravit P. Henschenius*

A. ANONYMO. *nius tomo 5 Junii ad diem 26 pag. 226, & Bellicæ sive Bellicii, vulgò Bellay, urbis in Gallia episcopalis situm assignavit.*

f *Annuntiatur S. Hugo à Martyrologio Romano 17 Novembris, ad quem diem & nos de ipso agemus.*

g Lincolnia, *olim* Lindum *dicta, vulgo* Lincolne, *urbs episcopalis Angliæ, & provinciæ cognominis caput*, distat, *inquit Baudrandus*, 22 milliaribus à Nottingamia in Ortum æstivum, 20 ab orâ Oceani Germanici in Occasum, & 55 ab Ebora in Meridiem, Londinum versùs 99.

h *Obiit S. Anthelmus, ut in Annotatis ad ejus Acta colligit Henschenius, circa annum 1177. Hugo autem Lincolniensis, teste biographo apud Surium, anno 1200. Vide Comment. num. 27.*

i *Periodos aliquas, quas auctor noster ex Actis S. Anthelmi deprompsit & Paraphrasi suæ inseruit, dedi in Commentario num. 9 & seqq., ac vel ideo suspectam mihi esse monui dictam Paraphrasin.*

B

CAPUT I.

Sancti patria, parentes nobiles, pia pueritia & adolescentia, studia litterarum, & amor virtutum ac perfectionis.

Lugduni illustribus parentibus natus infans feriis sextis ab uberibus abstinet.

LUgduni, quæ est provinciæ *a* Galliarum civitas nobilis & famosa, beatus Stephanus extitit oriundus. Cujus pater dominus de Castellione *b*, Christianæ religionis & nobilitate sanguinis insignis, consortem hujusmodi titulis similiter decoratam est sortitus. Horum duplici stipite tam illustri, sanctus Alumnus extitit procreatus. Arbor enim bona fructum suaviorem producere consuevit. Hunc ab ipsis cunabulis Dei servum futurum, signis quibusdam est ostensum, quæ non absurdum videtur inferi huic lectioni. Nam priùs cruci Christi cœpit configi, quàm adhuc posset effari: quod enim ferè incredibile videtur, verumtamen * nutricis lacte Infantulus educandus tali se edulio omni feriâ sextâ foveri recusans, diem transigebat inedum. Quod parentes & noti audientes & videntes, manum Domini jam in eo operari cernentes, illud idem, quod fuit dictum de Dei Baptista Joanne, dicere cogebantur. Quid putas puer iste erit? Dum verò ab uberibus abstractus in pueritiam coalescere cœpisset, à parentibus traditur sacris Litteris imbuendus.

a
b
C
* verumtamen *abundat*

Puer mirè proficit in studiis & pietate.

4 Puer autem & gratiâ plenus, & naturali pollens ingenio, non solùm in scholis supra ætatem, & præ suis coætaneis proficiebat; sed etiam mirum in modum gratiosum, docilem, humilem & amabilem omnibus se præbens, jam perfectionem futuræ vitæ velut naturaliter inchoabat. Bibebat enim quotidie aquas sapientiæ salutaris, & de die in diem seipso prudentior fiebat. Annis puer, senilem ætatem moribus agebat, puerilis lasciviæ ignarus. Nam in disciplina morum profectuque virtutum, unctione S. Spiritus magistrâ, etiam super omnes se docentes noscitur effulsisse. Adolescentia verò pueritiam dirimente, cœpit manifestiùs apparere, quid esset in eo, & gratia in illo vacua non videri. Videns enim devotus & nobilis Adolescens, quòd in maligno & in præceps mundus esset constitutus, considerans illud Apostoli, quod esca ventri, & venter escis, Deus hunc & hanc destruet, carnem spernens à tali se cœpit edulio penitus abstinere. Stupebant autem omnes, & mirabantur virtutem, eóque ampliùs, quo minùs inter sæculares & potissimè nobiles ac divites usitatam. D

Adolescens virtutum præcipuarum exemplar,

5 Videns *c* tunc ex multorum cordibus cogitationes revelari, alii enim sanum sapientes Adolescentis constantiam & abstinentiam mirabantur, plerique, qui, quæ carnis, sapientes, levitati propter ætatem deputabant. Verùm ille sine consilio nihil agebat: nam habuit consilium à Propheta, qui ait: Bonum est viro, cùm portaverit jugum ab adolescentia sua. Quod enim multis contingere solet in illius ætatis fervente confinio, ut novæ suggestionis vento mentem pulsante, blanda pudoris naufragia patiantur, hoc ille providus anticipaverat, combiberatque jam dudum castitatis amorem, ut pectus virtutibus infertum nulla turpi cogitatione vexaretur. Addebatque virtutibus virtutes, turremque indesinenter ædificabat, cujus usque in cunabulis jecerat fundamenta. Crescebant virtutum arbores, quas gratia Dei in corde ejus plantaverat, & in vitam æternam fructificabant. Jejunabat propensiùs & orabat & quantùm poterat misericordiæ operibus intendebat. Sed & cùm benè vivendi formam in se ostenderet, se ipsum nullatenus ostentabat. Morum gravitatem præferebat in vultu, modestiam mentis incessu & habitu fatebatur. Inter hæc contemplationis amore flagrabat, ut, qui semper bonis meliora, melioribus optima adjungere satagebat. Jam enim velut in transitu prælibaverat, quoniam Dominus est suavis, & totis medullis cordis soli Deo vacare cupiebat, ut quasi prælibatam dulcedinem pleno gutture mentis hauriret. E

ad majorem perfectionem anhelans, Cartusianum Ordinem amplecti decernit

6 In juventutem verò virilem jam adolescentiâ protractâ, juxta exemplum David cum Golia *d* infernali gigante singulare certamen inire cupiebat, locum verò certaminis hujusmodi conflictui aptum cernere concupiscens, priùs cœpit tentare, utrùm armis Saülis accinctus, scilicet sæcularis nobilitatis, incedere posset armatus, videnque se hujusmodi loricis oneratum, non enim taliter incedere consuetudinem habebat, locum & arma mutavit. Nam se confidens fortem viribus, & animo virilem, viginti enim & sex annos jam habebat, ipsius David exemplo quinque lapides de torrente in pera reponens, id est, stigmata Jesu Christi in corde & corpore portans, baculumque pastoralem, scilicet discretionem, quâ vitiis imperaret & seipsum rationabiliter gubernaret, fundamque manu tenens, scilicet sacram Scripturam opere volens implere, ad campum certaminis properabat. Audiens verò Heremum domûs Portarum huic certamini aptam, nam & multi alii consimilibus armis in dicto loco victores extiterant de Golia; illuc usque perrexit, ut, an verum esset, exploraret. Cernens autem locum aptiorem esse re quàm nomine, in immensum gloriatus vires resumpsit majores. Inter cæteros enim inibi cognovit duos fortissimos athletas ibidem Priores extitisse, qui gloriosè de ipso Golia triumphantes, perpetuæ felicitatis coronam reportârunt. Quorum primus extitit domnus Bernardus *e*, ad cujus instantiam beatus Bernardus Ordinis d
F
e

A dinis Ciſtercienſis expoſuit Cantica Canticorum, qui & poſt mortem in dicta Domo Portarum ſepultus multis ſignis meruit refulgere. Alter verò non imparis conditionis & meriti fuit ſanctus Antelmus, qui primitus Prior Carthuſiæ exiſtens, deinde dictæ Domûs Portarum, poſtmodum epiſcopus Bellicenſis eſt effectus, cujus vitæ ſanctitatem multa miracula tam in vita, quàm poſt mortem per ipſum patrata declarant. Horum potiſſimè duorum exemplo roboratus facile ducebat de prædicto adverſario victoriam reportare.

ANNOTATA.

a *Vocem hanc omiſit Surius. Scriptoris ſenſus ſic poteſt intelligi: Lugduni, quæ eſt unius ex pluribus Galliarum provinciis, puta Lugdunenſis provinciæ, civitas &c.*

b Caſtellio, *de qua hîc, Comitatus eſt in Breſſia: eam ab aliis cognominibus diſtinguunt auctores adjiciendo* Les Dombes, *id eſt, Caſtellio prope Dombas.* Dombæ *verò, teſte Baudrando, regiuncula Galliæ eſt, pro majori parte à Breſſia provinciâ circumdata, eſtque inter*
B *Matiſconem ad Septemtrionem, & Lugdunum ad Meridiem. Conſuli poteſt Guichenonus citatus in Comment. num.* 13, *quo loco de Sancti parentibus etiam actum eſt.*

c *Veriſimiliter mendum ſcriptoris, qui poſuit* videns *loco* videres *vel* vidiſſes. *Surius habet* videre tum licebat &c.

d *Certamen Davidem inter & Goliathum vide* 1 *Reg.* 17.

e *Bernardus, de quo hîc ſermo eſt, cùm non dicatur fuiſſe epiſcopus, ſicut paulò inferiùs de S. Anthelmo dicitur, veriſimiliùs is eſt, qui anno* 1115 *Domûs Portarum prima fundamenta jecit, quemque in Comment. num.* 18 *& ſeqq. ſat evidenter demonſtravi, alium eſſe ab eo, qui* S. Stephanum *in Cartuſianum Ordinem admiſit, contra id quod vult Theodorus Petræus, qui duos, vel ſecundùm Guichenonum tres Bernardos dictæ Domûs Priores confudit: Bernardum jam memoratum; Bernardum, qui juxta Columbum, Caniſium, & Sauſſayum ex Priore Portarum ad ſedem Dienſem evectus eſt, ac*
C *denique Bernardum, qui, teſte Guichenono in Serie chronographica epiſcoporum Bellicenſium pag.* 21, *primò Maurianenſi, deinde Bellicenſi eccleſiæ præfectus eſt: ex iſta autem confuſione perſonarum orta eſt etiam mira rerum geſtarum confuſio. Nam, quæ Petræus uni Bernardo ex tribus conſtato attribuit, hæc ſcriptores alii ſingulis ferè omnia, alii partim uni Bernardo, partim alteri adſcribunt. Omnes titulo Sancti vel Beati inſigniuntur, omnes miraculis claruiſſe perhibentur. Diſcuti res iſta poterit ad* 17 *Decembris, eo enim die Bernardus ex Priore Portarum epiſcopus Dienſis annunciatur in Martyrologiis Caniſii & Sauſſayi. Videri interim poteſt Guichenonus loco mox aſſignato, & in Continuatione partis* 2 *Hiſt. Breſſ. & Bug. pag.* 22 *&* 89.

A. ANONYMO.

CAPUT II.

Tranſitus Sancti ad vitam monaſticam, variæ in ea virtutes, electio ad Prioratum.

Habitum religioſum poſtulat, & voti compos fit.

PRiori igitur ac conventui dictæ Heremi ſui pandens intentionem duelli, ſupplicat inſtantiâ magnâ in præbendarium & ſervum omnium iiſdem in monachum aggregari; qui gratanter facilem præbuerunt ei aſſenſum, à quibus per pacis oſculum juxta morem eorum monaſticum cum magna fuit devotione receptus. Hortantur ipſum demum Prior & Fratres juxta eorum conſuetudinem ſtatutaque, quatenus de querelis, ſi quæ eſſent, ſatisfaciat *a*, ac facta ſua, uſque *a*
dum licet, ordinet ac diſponat, diemque certum ſtatuat, quo habitum velit induere regularem, in campo certaminis ibidem in condicto duello pugnaturus. Sed qui ſine querela ſemper E
vixerat, cui ſubnoxius erat? Brevem igitur terminum aſſignat, tum ſortè pro indumentis fiendis aut aliis neceſſariis præparandis. Tempore ergo aſſignato adeſt Athleta fortiſſimus cominus cum Golia infernali pugnaturus, ſtatimque habitum induens regularem cum maximo fervore ibidem converſatus eſt: ita ut in brevi in Ordinis obſervantiis ac regularibus diſciplinis inſtructus ſeipſum imitandi ſpecimen cunctis præberet. Licèt enim plures ibidem miræ ſanctitatis & pœnitentiæ viros reperiſſet, tamen in brevi per multa ſanctitatis opera ſeipſum præbuit religionis exemplum.

Ejus pœnitentia & abſtinentia.

8 Holocauſti autem hoſtiam totum ſe offerens Deo, mori mundo, ut Chriſtus in eo viveret, ſatagebat. Domabat corporis membra vigiliis, jejuniis, & flagellis; juxta morem Ordinis uſu cilicii, & potu aquæ cum arido pane. Nihil de ulla auſteritate omittebat, quam communis regula vel majorum admittebant exempla. Nam cùm tres abſtinentias in pane, aqua & ſale ſinguli fratres ſingulis hebdomadibus juxta Ordinis conſtitutionem facere tenerentur, cùm ipſe Ordinis abſtinentias ultra alios rependeret F
cum uſura, vix in ejus menſa pro majori tempore poterat reperiri, niſi panis & aqua. Panis enim ab una parte poſitus, ab alia liber apertus, viciſſim ſibi lumen diſtrahentes, utrique homini alimoniam miniſtrabant; ſcutella verò aquæ ibidem conſtituta poculum præbebat & ſalſum. Tali edulio Servus Dei contentus altero epulo menſam ſuam rariùs onerabat.

Devotio erga SS. Euchariſtiam,

9 Sacramento altaris tam devotus erat & intentus, ut lacrymis totus perfuſus ipſius cruci Chriſti configi videretur. Cæterùm tota ipſius vita in terris ingens quoddam miraculum fuit. Propriam voluntatem omnimodis ſtuduit abdicare, ocioſitatem (quæ inimica eſt animæ) vitare, orationi, meditationi, contemplationi, ac ſanctarum theoriis pſalmodiarum diu noctuque vacare, labori manuum & exercitio corporali temporibus ab Ordine conſtitutis inſiſtere, nullum tempus pertranſire, quin ut bonus agricola in agro Dominico laboraret. Per hujuſmodi augebatur in dies amor & fervor ejus in Deum, ac opinio & ſanctitas ejus inter fratres, grandeque nomen ejus intùs & foris, non tamen grandius

A. ANONYMO.

dius rei veritate. Omnes Stephanum Christi militem laudabant, omnes eum attollebant, omnes eum loquebantur, omnes de eo admirabantur, & ut interiorem hominem taceamus, cujus fortitudinem, pulchritudinem & puritatem satis indicabant mores ipsius & vita; quia ipsum exteriorem uno semper modo ita modestissimè & decentissimè gessit, ut nihil prorsus appareret in eo, quod posset offendere intuentes. Quis nisi coram Deo & angelis ejus eum crederet conversari? Et fidem dictis faciamus, unum de

b multis *b* non solùm ad mirandum, verùm etiam ad imitandum perstringamus; quis enim enumeret cuncta ejus opera sancta?

Studium orationis, in qua visibiliter ei assistit angelus.

10 Cùm quadam vice Christi Athleta coram Crucis signaculo, seu Crucifixi orationi vel contemplationi inhæreret, subitò ecce angelus Domini in humana specie, quâ à sanctis hominibus videri consuevit, adstitit juxta ipsum, ipsius operibus delectatus. Huic facto testimonium perhibuerunt, qui viderunt homines utique religiosi valdè & fide dignissimi, quos divina, ut creditur, ordinatione, ut testimonium perhiberent

B de homine, casualiter illuc contigit advenisse. Verisimile enim est credendum, hoc eidem multoties evenisse, sed talem thesaurum diligenter occultabat, ne humanæ laudis aura subrepere potuisset. Demum dum Miles Christi in tali palestra solitarius, & cellicola pluribus jam lustris infernalem Goliam victoriosè debellâsset, jam plumis bene alatis suffultus, dignissimus reputatur ad volatum: per mortem enim seu absolutionem pastoris dictæ Heremi Portarum à cunctis licèt invitus & renitens eligitur in Pastorem *c*. Qui quàm strenuè ac prudenter, quàm solicitè & regulariter ac zelanter rexerit domum Dei, evellendo vitia, plantando virtutes non facili stilo describi valeret.

Prior electus suorum profectum sedulò promovet.

11 Exemplo enim & verbo pugnando Israëlitici populi dux non immeritò videbatur effectus: tamquam enim propriam salutem suorum per omnia profectum zelabat & pacem. Ipsius doctrinâ & magisterio cunctis in Heremo Portarum perfectæ religionis exempla dabantur, unde omnes sanæ instructionis documenta reportabant, ac piæ devotionis replebantur affectu. Hinc subitò non solùm per totam patriam hujus tam sancti Pastoris fragrantia suaviter volitabat, verùm etiam ejusdem terminorum limites pertransibat. Non solùm autem subditis suis tantùm, sed & multis prodesse curavit; nam adventantibus hospitibus animarum salutem quærentibus, quos frequenter ea domus habebat, cibum vitæ ministrabat, multique ejus sanctis

d monitis ad viam salutis sunt reducti *d*.

ANNOTATA.

a *Phrasim ita immutavit Surius:* Hortantur, ut si quas habeat cum aliquo controversias, priùs eas expediat, &c.

b *Non satis perspicio, quid scriptorem, qui se Vitæ rhythmicæ interpretem profitetur, movere potuerit, ut miracula silentio præteriret, ubi alia etiam minutissima tam enucleatè, tamque liberali calamo describit. Sanè duplex miraculum, quod refert dicti Rhythmi auctor his versibus:* Aquam in vinum convertit, & de vino aquam fecit, S. Stephani *sanctitatem & apud Deum potentiam non minùs commendâsset, quàm reliqua ab auctore nostro paraphrasticè exposita. Hæc autem ejus omissio procul dubio causa fuit, cur apud scriptores alios, qui dictum* D *Rhythmum non habentes ipsius Paraphrasim secuti sunt, tam illustrium miraculorum nulla fiat mentio.*

c *Quamvis scriptorum, quos vidi, nullus meminerit, cui Priori successerit Sanctus noster, aut quamdiu Domûs Portarum regimen gesserit, certum est tamen, ipsum Priorem fuisse; imò prophetiæ spiritu etiam tum à Deo fuisse præditum, testatur Theodoricus ab Appoldia, qui Acta S. Dominici collegit & posteritati transmisit seculo* XIII. *Is cap.* 5 *elucubrationis suæ, quam tomo* 1 *Augusti ad diem* 4 *recudit Cuperus noster, ita loquitur:* Magnus etiam pater Stephanus Prior Carthusiensis, Lugdunensis diœcesis, vir eximiæ sanctitatis, fratribus suis Prædicatorum Ordinem prædixit, rogans eos affectu speciali, ut Ordo hic ab eis in omni honore & reverentia haberetur; quod & impleverunt, devotissimè Ordinem venerantes. *Porrò S. Dominicus, ut videre est in Commentario prævio ad jam memorata Acta* § XXII *&* XXIV, *præclarum Prædicatorum Ordinem instituturus Romam se contulit anno* 1215, *ejusque approbationem & confirmationem obtinuit anno proximè* E *sequenti, unde manifestè colligitur, allatam* S. Stephani *prædictionem accidisse, juxtà nostros calculos, ut minimum annis tredecim ante laudati Ordinis institutionem.*

d *Auctor Vitæ rhythmicæ paucis admodum verbis perstringit ea, quæ toto hoc capite de vita Sancti monastica, ac capite præcedenti de pia ejusdem adolescentia referuntur tot elogiis, tantâ verborum copiâ, ut non immeritò dubitari possit, an pleraque, quæ hìc narrantur, à Sancto nostro sic revera fuerint facta, & an non potiùs ex pia meditatione paraphrastes noster depinxerit sanctum juvenem & perfectum religiosum virum, qualem* S. Stephanum *ipse credebat, & nos credimus fuisse; ut sic adolescentes & viros religiosos stimularet ad virtutes amplectendas cujusque ætati ac statui consentaneas. Dubitandi ansam mihi præbuerunt ea, quæ notavi in Commentario num.* 7 *&* 8, *ubi probabilius esse ostendi, quòd præter Vitam rhythmicam nulla vel pauca admodum habuerit subsidia ad historiam hanc contexendam: interea tamen multa adeo distinctè ac ordinatè exponit,* F *ut eum Sancto convixisse, & ad intimas ipsius cogitationes penetrâsse crederes.*

CAPUT III.

Episcopatus Diensis plurimùm reluctanti confertur, animarum & promovendæ Divinæ gloriæ zelus, varia miracula.

Eligitur episcopus.

STephano igitur in dicta Heremo cum sibi subditis tam salubriter anagogicis studiis philosophante, ille, qui de tenebris lumen splendescere facit, eum de tenebris educens super candelabrum, ut luceret omnibus, qui in Ecclesia Dei erant, studuit collocare. Contigit enim ecclesiam Diensem morte sui præsulis *a* pastore

A ſtore privari, ac pro electione ſucceſſoris collegium dictæ eccleſiæ congregari. In variis votis canonici diſperguntur, & nunc iſtum, nunc illum, unuſquiſque pro ſuæ voluntatis arbitrio, conſulit eligendum. Aderant aliqui ex dictis canonicis moderatiores, ſed tamen pauci, qui magnum illum anachoretam Stephanum conſulunt eligendum. Ejus ſanctitas commendatur, ejus diſcretio & affabilitas laudatur, ipſiuſque religio attollitur in immenſum. Quid multis immoremur? Omnes aſſentiunt, omnes gaudent, ipſi etiam, quorum cor in alios eligendos dependebat. Itaque, quem in hoc ipſum Dominus elegerat ab æterno, ab hominibus eligitur tempore divinitus præfinito.

electionem confirmat Pontifex. *b*

13 Sed quia hunc non ſine magna vi ab heremo avelli poſſe ſciebant, ad ſummum Pontificem *b* pro confirmatione properare ſtuduerunt, ipſo interim in eremo ſua latente, & quid de ſe ab aliis ageretur, penitus ignorante. Qui, cùm eorum electionem audiſſet, gaviſus eſt in immenſum, aſſerens illos de tali Paſtore felices fore, & hoc à Deo conſilium prodiiſſe: ſtatimque abſque mora dicta electio auctoritate Apoſtolica confirmatur ac eâdem auctoritate prædicto anachoretæ Stephano præcipitur atque mandatur, quatenus eccleſiæ Dienſis, ad quam Domino diſponente fuerat aſſumptus, ſuſcipere regimen nulla occaſione differret. Tunc dictæ eccleſiæ canonici adſunt, litteras Apoſtolicæ confirmationis oſtendunt, ipſum ex perſona totius

B

* ut

eccleſiæ Dienſis rogant, & * electioni de ſe factæ aſſenſum præbere velit. Litteris verò Apoſtolicis perlectis, & canonicorum verbis auditis, eos in hunc modum affatur: Miror, quòd viri ſapientes hominem idiotam & incultum heremique incolam, & ſecularibus factis penitus ignarum, & inexpertum tantâ oneris ſarcinâ opprimere velitis. Ceſſate omnino ceſſate, quia minimè in hoc facto veſtrum intentum poteritis optinere. Illis è contrario inſtantibus, rogantibus ac poſtulantibus, ut ſuo aſſenſu eos conſolari vellet, tandem verbis beati Hugonis epiſcopi Lincolnienſis ac quondam Cartuſienſis Ordinis ſic eos creditur allocutus. (Præceſſerat

c

enim dictus beatus Hugo *c* ferè per duos annos

C

de morte ad vitam multis miraculorum ſignis refulgens.) Sciatis hoc, inquit, indubitanter ſciatis, quod veſtri laboris meta in meo arbitrio non eſt conſtituta, monachum me nôſtis ac ſub aliena poteſtate conſtitutum, Prioris Cartuſiæ nutibus ſubjectum, ſervandæ obedientiæ uſque ad mortem præcepto illius me ſubſtratum. Nec admittit ratio, ut domûs hujus neglectâ cuſtodiâ alteram eccleſiam ſuſcipiam gubernandam *d*.

d

Multùm reluctatus acquieſcit.

14 Hoc illi reſponſo accepto, cùm verbum illius cernerent immutari non poſſe, cum aliis litteris Apoſtolicis ſuper hoc impetratis, de mandato Prioris Cartuſiæ facto ad ipſum compellendum Carthuſiam accedunt. Quo beatus Stephanus comperto, cùm videret, ſe à tali onere ſubeundo ſubterfugere non valere, fugæ præſidium iniit. Litteris verò Apoſtolicis domno Jancelino *e*, Priori Cartuſiæ, præſentatis, ſtatim, ut homo magnæ circumſpectionis & virtutis, mandatum Apoſtolicum ſtuduit adimplere. Quæſito verò Stephano diligenter ac reperto, à dicto Priore monitis, precibus & præcepto cogitur tandem electioni conſentire. Deductus verò à prædictis canonicis cum gaudio magno & honore ad civitatem Viennæ *f* ibidem à tribus archiepiſcopis eſt ſolenniter conſecratus, anno gratiæ milleſimo ducenteſimo octavo *g*. Redditus verò ſponſæ ſuæ novæ Dienſi eccleſiæ, ac cum magna ſolemnitate & gaudio in epiſcopali ſede cathedratus, obſervantias regulares morumque gravitates, & virtutum conſtantiam, nec non & cætera ſuæ Religionis exercitia nullatenus prætermiſit, quinimò ulteriùs augere curavit. Solius quippe donantis & accipientis eſt nôſſe, quantùm ab ipſo mox tempore prævenerit eum Dominus in benedictionibus dulcedinis ſuæ, quantâ repleverit eum gratiâ electionis, quomodo ab ubertate domûs inebriaverit illum.

A. ANONYMO. *g*

f

15 Ingreſſus mox ad regimen ſponſæ ſuæ, divinum Officium non in capella ſua, ſeu loco ſecreto, ſed in majori eccleſia cum canonicis ſuis devotiſſimè frequentabat. Omni etiam ferè die ſalutarem Deo hoſtiam offerens nimia devotione perunctus, lachrymarum abundantiâ implebatur. Mirabantur omnes contra uſum humanæ felicitatis, hominem ex humili heremo ad ſumma repentè provectum, plùs humilitate quàm dignitate, plùs devotione quàm dominatione creviſſe. Ipſe verò de ſe nil tale exiſtimans vel cogitans, potiùs ad cuſtodiam cordis ſui & conſtantiam propoſiti melioris hoc ſemper in corde verſabat: Stephane, Stephane ad quid veniſti? Vide & diligenter attende, qualem ſis de conjunctione tam nobilis ſponſæ Deo rationem redditurus, ſi eam condigno honore, & ſolicita cum diligentia non fueris amplexatus. Et, ſicut de Domino legitur, quia cœpit Jeſus facere & docere, à prima die deſponſationis ſuæ illa cœpit agere in ſemetipſo, quæ alios erat docturus.

Suæ ſuorumque ſaluti impensè ſtudens

E

prædicat contra violatores diei Dominici,

16 Dum verò prædicando, exhortando, viſitando cœpiſſet pro officio ſuo agere, ac totius populi ſalutem zelare, reperit gentem miſeram & cœcam horrenda conſuetudine Dominicam diem nullatenus honorare, ſed potiùs ipſam contra inhibitionem divinam diabolo dedicare. Nam nundinæ ſeu mercata, tabernæ, choreæ, luſus, luxus & alia ſpectacula nociva ſolùm illa die erant celebrari conſueta. Tunc Vir Dei ſermonem ad populum exorſus verbis mellifluis enormitatem peccati apertiſſimis rationibus cœpit oſtendere, ac divinam offenſam & contemptum. Sed gens beſtialis & cæca non ſolùm ejus ſermonem non recipiebat, quin potiùs verba ejus audire contemnens fugiebat. Dolens verò Servus Dei, eos ſic protervos ad mores, ſic ferales ad ritus, ſic ad fidem impios, ad vitam ſpurcos, ad diſciplinam exiſtere cervicoſos, fortiùs cenſuit decertandum; agnoſcenſque ſe non mercenarium, ſed paſtorem, elegit opportunè importunè prædicationi inſtare, ſi quando reſipiſcerent à diaboli laqueis, à quibus captivi tenebantur: ſed aures eorum ſurdas ſermo divinus minimè penetrabat.

F

jubet dæmones ſe viſibiles populo oſtendere.

17 Contriſtatus verò Vir Dei vehementer apoſtolicum virum imitans, ac ſui apoſtolatûs ſigna evidenter demonſtrans, præcepit dæmonibus, qui eos ad prædicta ſcelera incitabant, & quorum voluntates ſequebantur, quatenus eiſdem ſe palàm ſine aliqua eorum læſione demonſtrarent. Nec mora, dæmones ejus præcepto ſtatim paruerunt, quem homines cervicoſi induratique contemnebant. Videre erat horribile & admirandum, dæmones proceræ ac horrendæ ſtaturæ, nigros, cornutos, fœtorem & igneam flammam emittentes, ad ejus imperium ſtare & apparere cunctis, & ad ejus recedere mandatum, neminemque lædere poſſe *h*. Quo viſo populus

h

cæcus

A. ANONYMO.

cæcus oculos aperire cœpit, vitam & mores in melius commutando. Sed quid mirum, ſi tam mira eſt operatus, ſic mirabilis ipſe? imò verò non ipſe, ſed Deus in ipſo. Alioquin tu es Deus, inquit, qui facis mirabilia.

Reviſens ſæpe domum Portarum, ibi inſtar monachi vivit.

18 Ad Eremum verò ſuam Portarum, de qua aſſumptus fuerat, pro recreatione ſpirituali ſæpiùs remeabat, juxta morem aliorum in cella ſolus manens, & reſidens ibidem orationi & contemplationi non mediocriter intendens. Ubi non epiſcopi majeſtatem, ſed humilis monachi ſubjectionem exhibebat. Veſtimenta & lectiſternia more Carthuſienſium habebat, cilicio ſemper indutus ad nudum, annulo Pontificali excepto, ab eorum conſuetudine in nullo penitus diſcrepabat *i*. Religioſa etiam loca ſibi domeſtica frequentiùs viſitabat, ubi fratribus convocatis melliflua Dei verba ad eorum inſtructionem proponebat, & ab eis recedens eorum ſuffragia orationum humiliter depoſcebat. Quantùm verò ſuper peccatores miſericors extiterit & pius, hoc uno exemplo, cæteris prætermiſſis, ſufficiat declarari. Quidam ex ovibus ſibi commiſſis ægrotans, diabolo ipſum poſſidente, vultu, voce,
B aliiſque ſignis ſe deſperatum oſtendens, ac peccata ſua confiteri recuſans, à nullo verbum Dei audire volebat; audito hoc Vir Dei miſero condolens ad eum acceſſit, eum ad confeſſionem hortatur, miſericordiamque Dei & indulgentiam pollicetur; ſed, diabolo reſiſtente, cor ejus minimè poterat emolliri: videnſque aliis armaturis utendum, ad ſolitam orationem cum lachrymis ſe convertit. Et ecce infirmus dæmonio purgatus ad Virum Dei ſe convertens peccata ſua plenariè confitetur, abſolutionem promeretur, Sacramentum poſtulat, Unctionem & Viaticum recipit, ſtatimque ſpiritum exhalat. O oliva fructifera in domo Dei! ô oleum jucunditatis ungens & lucens! qui & virtute orationis expulit diabolum, & ſuavitate beneficii unxit infirmum, cui mox morituro ſalubriter confitendi & communicandi obtinuit facultatem.

Ægrum ſanat, tempeſtatem ſedat, mortuam ſuſcitat.

19 Quemdam etiam ægrotum diutinâ tabe
C languentem manu palpando ſtatim integræ reddidit ſanitati. Cùm maxima tempeſtas grandinum eſſet exorta, ita ut patria periclitari videretur, ſignum crucis contra ipſam emittens, ſtatim ipſam fugavit. Quædam mulier diœceſis ſuæ, ut videtur, meritis fortè ſuis exigentibus, à diabolo ſuffocata ſubitò ſpiritum exhalavit: compatiens autem miſeræ mulieri ſic defunctæ, acceſſit ad locum ubi erat; adſunt multi, narrant caſum mulieris repentinum, condolent omnes, ſuffragiumque petunt ab ipſo. Tum ecce pietate commotus in lachrymas maximas erupit, orationem pro ea fudit, miſericordiam à Deo poſtulat; poſt modicum autem illa, quaſi à gravi ſomno evigilans, ſurrexit, miſericordiam ſuper ſe factam meritis ipſius Viri Dei enarrat, & in priſtinum ſenſum revertitur, exiliens & exultans & laudans Deum. Hoc à populo viſo ſtupore & ecſtaſi eſt repletus. Non etiam minùs miſericors erga vivos, quàm defunctos noſcitur extitiſſe. Quis in pauperes, miſeros ſeu afflictos pius magìs extitit & benignus? forìs beati Job exemplo peregrinus non manſit, oſtium ſuum cum manu liberali indigenti patuit *k*: nam præter victum moderatum pro ſe ac ſuis omnia in eleemoſinas erogabat.

k

D

ANNOTATA.

a *Humbertum hunc fuiſſe, non Robertum, probavi in Comment. num.* 22.

b *Innocentium III, qui univerſalis Eccleſiæ præfecturam geſſit ab anno Chriſti* 1198 *uſque ad menſem Julium anni* 1216.

c *S. Hugo vita functus eſt anno* 1200. *Adi Comment. num.* 27.

d *Cùm biographus noſter, ſicut in Comment. num.* 9 *& ſeqq. demonſtravi, ex S. Anthelmi, & veriſimiliter ex S. Hugonis Lincolnienſis epiſcopi Actis multa mutuaverit, ut exponeret electionem* S. Stephani *ad epiſcopalem dignitatem, ejuſque ad illam repugnantiam, quam in Vita rhythmica hiſce verſibus deſcriptam repererat,*

Fugit à clero quæſitus,
Sed à Majore coactus
Servus Deo annuente
Conſentit licèt invitus.

vereor, ne ex deſiderio extollendi Sancti noſtri humilitatem atque obedientiam, utrique huic illius virtuti multum ſplendoris imprudenter detraxerit. Quid igitur? Illene prudenter humilis & obediens exiſtimetur, qui perlectis litteris Apoſtolicis, quarum auctoritate ei præcipitur atque mandatur, quatenus eccleſiæ Dienſis, ad quam Domino diſponente fuerat aſſumptus, ſuſcipere regimen NULLA OCCASIONE differret: *ita reſpondet?* Ceſſate omnino ceſſate, quia minimè in hoc facto veſtrum intentum poteritis optinere .... Sciatis hoc indubitanter, quòd veſtri laboris meta in meo arbitrio non eſt conſtituta, monachum me nôſtis ac ſub aliena poteſtate conſtitutum, Prioris Carthuſiæ nutibus ſubjectum, ſervandæ obedientiæ uſque ad mortem præcepto illius me ſubſtratum. *Illene, inquam, prudenter obediens reputetur, qui, ſic jubente ſupremo Eccleſiæ Capite, ita reſpondet, ad alium ſuperiorem provocat, & hujus mandatum exſpectat? Reluctatus eſt, fateor, S. Anthelmus, dum Apoſtolicis litteris ad aſſumendum Bellicenſem epiſcopatum urgeretur, ſed* flens, *& aliorum conſilio inductus* iter arripuit ad Papam, *ut* cum magnis precibus & fletibus miſericordiam imploraret, *ad Priorem magnæ Carthuſiæ appellâſſe non legitur. Appellavit ad hunc quidem S. Hugo, cùm ad ſedem Lincolnienſem rogaretur, ſed à rege Angliæ & metropolitano dumtaxat mandatum acceperat, nullum à Pontifice Maximo. Malim itaque credere,* quòd S. Stephanus *vel tale præceptum ab Innocentio III non acceperit, vel, ſi id acceperit, ſaltem hujuſmodi reſponſum minimè reddiderit.*

E

F

e *Jancelinum in Martyrologio Caniſii* Beati *titulo inſignitum reperio; fuit is Ordinis Carthuſienſis Generalis* X, *ſucceſſit enim Guigoni ſive Hugoni, de quo egimus in Commentario num.* 16, *circa annum* 1176, *ut refert auctor Brevis Hiſtoriæ Ordinis Carthuſienſis apud Martenium tomo* 6 *Veterum ſcriptorum & monumentorum col.* 177. *Ubi præter alia etiam hæc de Jancelino ſcribit:* Hic utique tantæ ſanctitatis & meriti, tantæque virtutis extitit & exempli vitæ, ut unus ferè de antiquis patribus eſſe videretur. Hic itaque ſanctus Vir, quòd aliquibus fortè incredibile videbitur, circa ſexaginta annos rexit tam laudabiliter Carthuſiæ prioratum, quòd omnes ferè videntes & audientes in admirationem verteret & ſtuporem. *Plura de ipſo videri poſſunt ibidem, uti & apud laudatos ſæpe*

in

A *in Comment. Dorlandum Petraum ac Sutorem.*

f *Vienna urbs archiepiſcopalis Galliæ, in Delphinatu, notiſſima eſt.*

g *Imò circa annum milleſimum ducenteſimum tertium, ut ex iis, quæ de anno emortuali in Comment. § 3 dicta ſunt, ad oculum patet.*

h *Prodigium iſtud modo ferè eodem enarrat Dorlandus in Chronico; præterquam quod aliquos ſancti Præſulis ad populum ſermones diſtincto charactere immiſceat*, Jubet ergo, *inquit laudatus auctor*, vir apoſtolicus S. Stephanus ad ſtatutum diem ſolennem confluere univerſos, & audire quippiam novi, quod eis ipſe dicturus eſſet. Accurrit innumera multitudo. Tum ille ambonem conſcendens de ſublimi eos alloquitur, ita dicens: " Hactenus vobiſcum egi, ô populę meus, „ verbis, lacrymis, precibus, hortationibus, „ orans atque obteſtans, ut dæmonum ſemitis „ derelictis, viam pacis, viamque ſalutis ingre- „ deremini. Verùm quia nil verbis, nil adhor- „ tationibus proficio, oportet, ut nunc palàm „ oſtendam, quibus vos ipſos dominis ſervos „ mancipaveritis, ut, iis agnitis, impium pec-
B „ cati jugum à veſtris cervicibus projiciatis „. *Ubi verò horribilem dæmonum apparentium ſpeciem deſcripſit, ſequentia rurſus interſerit:* Hos populus cùm videret circum ſe ſtrepere, horribili omnes timore perculſi, ſignis & crucibus ſe munientes, divina auxilia flagitabant. Ad quos S. Stephanus: " Nolite „ ait „ timere: non e- „ nim ut nocerent, ſed ut inſtruerent, hos juſſi „ accedere, abituros rurſum, dum præcepero. „ Sed videte quæſo, quibus hactenus peſtiferis „ ſpiritibus deſervîſtis. Iſti ſunt incentores gulæ, „ luxuriæ, avaritiæ, iræ, ſuperbiæ, inviden- „ tiæ. Cum his ſine dubio æterna tormenta paſ- „ ſuri eſtis, niſi ab horum dominio cultuque re- „ ceſſeritis „. *Ita Dorlandus; ſed unde iſta acceperit, non indicat.*

i *Memorati hîc ad Eremum frequentioris receſſûs nulla mentio eſt in Rhythmo, quem interpretatur biographus noſter; unde ſuſcipor, deſcriptum hoc eſſe ex Vita aliqua S. Hugonis Lincolnienſis, qui idipſum feciſſe narratur apud Surium.*

k *His commendatur ſancti Præſulis hoſpitalitas ac benignitas erga peregrinos viatores, quos foris manere non patiebatur, ſed ad ſeſe recipiebat exemplo Jobi de ſe dicentis cap. 31:* Foris non manſit peregrinus, oſtium meum viatori patuit.

CAPUT IV.

Supremus morbus, pius obitus, miracula poſt mortem.

Ægrotans remittit teſtamentum condere,

EOdem tempore, quo de hoc ſæculo ad ſuperna demigravit, pacem populo ſuo procuravit cum quibuſdam adverſariis eorum, qui diverſis bellorum inſultibus eos graviter affligebant. Inſtante verò termino hujus occiduæ vitæ, quo Dominus eum de labore ad requiem deducere diſponebat, vi ægritudinis lecto decumbit. Videres & tunc filios ſuæ eccleſiæ diſcurrere cum religioſis & popularibus multis, ut humanitatis gratiâ eidem obſequium præberent, ac gratiam quiſque ſui profectûs reportaret. Accurrunt omnes circa frequens miniſterium, diligentes medicamina perquirunt & fomenta; ſed Servus Dei de his penitus non curabat: ſciebat enim tempus ſuæ migrationis imminere. Cúmque filii eccleſiæ ſuæ inſtarent, ut teſtamentum conderet; Non eſt, inquit, neceſſe, cùm totum ſit ſponſæ meæ, quam rexi. Benedictionem autem ab eo & conſilium flagitantibus impendebat, ac de mutua charitate & concordia eos pariter admonebat. A. ANONYMO.

mulierem ægram ſanat, & ſanctè moritur.

21 Quædam verò mulier ægrota, quæ nullo medicorum juvamine potuerat ſanitatem promereri, audiens Virum Dei infirmari, pro ſanitate obtinenda ejus benedictionem ut plurimùm flagitabat. Tandem ingreſſum habuit ad eum, benedictionem ejus recepit, ſana receſſit. O odoriferum lilium in æternum ante Dominum germinans & florens, ſpargenſque vivificum ſuavitatis odorem, cujus memoria in benedictione eſt, qui infirmitate ipſe tabeſcens, aliis ſanitatem impertitur! Tuncque ad Dominum ſe migrare cognoſcens, confeſſione præmiſsâ, Eccleſiaſtica Sacramenta cum Viatico ſalutari ſibi poſtulavit impertiri. Expletis igitur diligenter, quæ decebant, & quæ fieri ordinabat, inter verba orationum ſeptimo die Septembris, in vigilia Nativitatis Dei Genitricis, migravit ad Dominum anno gratiæ milleſimo ducenteſimo tertiodecimo *a*, ætatis ſuæ plus quinquageſimo ſeptimo, epiſcopatûs verò plus quinto, ſed minus ſexto; ſepultuſque eſt in eccleſia beatæ Mariæ ſponſæ ſuæ, prout ipſe ordinavit, præſtante & regnante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui & cum Patre & Spiritu ſancto eadem laus, honor, virtus & poteſtas per omnia ſæcula ſæculorum. Amen. E *a*

Ad ejus ſepulcrum cæca viſum, febricitans ſanitatem, b

22 Ubi verò de hujus mundi tenebris ſervus Dei Stephanus ad lucem perpetuam demigravit, Dominus Sanctum ſuum multis miraculorum ſignis illuſtrare voluit. Sequenti namque die, quo ſanctiſſimum corpus traditum fuerat ſepulturæ, dum beatæ Virginis Nativitas ſolemniter in dicta eccleſia celebraretur, filia cujuſdam hominis Dienſis Lamberti nomine, de Burgo S. Martini *b*, quæ per tres menſes viſu fuerat oculorum privata, ad ſepulchrum ſancti Viri delata, ſtatim lumen oculorum recepit. Eâdem die, cùm filia cujuſdam burgenſis ejuſdem civitatis, Martini nomine, quæ longis temporibus magnis febribus exæſtuans, unius lateris ſoſpitatem perdiderat & vigorem, ab amicis ſuis ad ſepulchrum Sancti fuiſſet delata, utpote quæ incedere non valebat, oratione ibidem effusâ, cum liberatione febrium etiam lateris ſanitatem recepit, receſſitque pedibus ſuis gaudens, quæ parum antè aliorum manibus fuerat cum dolore provecta *c*. F

c pedibus infirma vigorem priſtinum, & varii varia beneficia obtinent.

23 Quædam etiam mulier, quæ per ſpatium trium annorum & trium menſium ac duodecim dierum ambulare non poterat, mente devotâ auxilium ſancti Viri imploravit: quæ continuò, ſanitate receptâ, pedibus ſuis ad ſanctum ejus ſepulchrum perrexit, quæ antè niſi manibus aliorum devecta, non poterat ſe movere. His & multis aliis miraculis, quæ ſingulariter explicare nimis excederet in immenſum, infra trium hebdomadarum ſpatium à ſepultura dicti ſancti Viri, ipſum illuſtrare dignata eſt clementia Salvatoris. Poſtmodum verò ejus ſanctiſſimis meritis mortui ſunt ad priſtinam vitam reſtituti, dæmoniaci liberati, & diverſi à diverſis morbis corporis & animæ ſunt liberati. Si quis autem arbitretur hujus ſanctiſſimi Pontificis facta miracula

A. ANONYMO.

cunctis posse narrari, nimis fallitur, & tam necesse est multa sileri, quàm impossibile omnia comprehendi: pro hujusmodi ergo meritis dilectum à Deo & hominibus sanctum Stephanum, primò Carthusiensem, deinde Diensem præsulem, constat in consortium angelorum fore receptum. Lætemur igitur dilectissimi Carthusienses, quia frater noster ascendit ad cives suos, pro nobis in captivitate positis legatione fungens, corda nobis concilians Beatorum, vota illis intimans miserorum. Lætemur, inquam, & exultemus, quia cælestis curia ex nobis habet, cui cura sit nostri, qui suis nos protegat meritis, quos informavit exemplis, & confirmavit miraculis. Amen.

ANNOTATA.

a *De anno emortuali abundè egimus in Commentario* § 3.

b *Epistola archiepiscopi Viennensis, quam Actis subnectam*, de Burgo S. Marcelli *habet, & melius, ut opinor; nam parœciam S. Marcelli ad annum usque* 1469 *Diæ exstitisse docet Columbus, & præterea unum ex suburbiis S. Marcelli nomine insignitum lego apud Sammarthanos fratres; nihil de loco, qui sub S. Martini nomine veniat, reperire potui. Porrò cùm vox* Burgus *seu* Burgum *apud varios variam sortiatur significationem, incertum est, an hìc pro suburbio sumatur, Gallicè* fauxbourg, *an verò pro parœcia seu parte civitatis, quæ ab ecclesia S. Marcello dedicata*, sancti Marcelli Burgus *appellaretur*; Burgus *enim, teste Cluverio apud Cangium in Glossario, semper fuit penes Gallos & Teutones* domorum complurium congregatio; *atque hoc sensu Burgi tum intra, tum extra civitates habebantur. Hinc fortasse scriptores aliqui, uti & biographus noster paulò inferiùs, pro voce* civis, *quam Gallicè* Bourgeois, *Teutonicè* Burger *dicimus, vocem* Burgensis *usurpârunt.*

c *Hìc sistit auctor apud Surium: sequentia habentur quidem in Ms. apographo nostro; sed, qui illud ad nos misit P. Joannes Gamansius, notavit in margine, ista ex alio libro desumpta esse.*

MIRACULA

SANCTI STEPHANI,

Seu Epistola Joannis de Burnino archiepiscopi Viennensis & suffraganeorum ad Gregorium IX Pontificem canonizationem postulantium.

Rogatur Pontifex, ut de canonizatione judicet
a b c d e f

SAnctissimo patri ac domino Gregorio Dei gratiâ summo Pontifici, I. Viennensis ecclesiæ minister humilis, G. Valentinæ *a* ecclesiæ procurator *b*, B. Diensis, G. Gratianopolitanus *c*, B. Vivariensis *d*, Gebennensis *e*, A. Mauritanensis *f*, episcopi, Viennensis ecclesiæ suffraganei, cum omni reverentia, ad pedum oscula beatorum. Quas gratias, & quas laudes referamus Domino nostro Jesu Christo, Deo vivo & vero, humani defectus & nostræ mortalitatis ignorat imbecillitas. Qui cùm sit mirificus in Servis suis, mira mirificè non desinit misericorditer operari. Quantâ quidem & quàm præclarâ meritorum apud Deum & homines, & præclarus enituerit prærogativâ, quot & quantis virtutum coruscaverit radiis, venerabilis in Christo frater noster bonæ memoriæ Stephanus quondam Diensis episcopus, & miraculorum, quæ per ipsum tam in vita ejus, quàm post ipsius transitum operatus est Dominus in suis fidelibus, & inpræsentiarum operatur & declarat evidentia.

ex miraculis

2 Frequens etiam & copiosa diversarum nationum multitudo propter morborum molestias & diversorum infortuniorum pressuras ad dicti Episcopi tumulum catervatim confluens, dicti Viri meritis pulsis langoribus, sanitatis gavisa remediis, aliis etiam infortuniis propulsis, & hoc idem longè latéque tam verbis quàm factorum evidentiâ, & publicè protestatur; verùm quia nemo quantâcumque meritorum prærogativâ polleat, ab Ecclesia Dei pro sancto habendus aut venerandus est, nisi priùs per Sedem Apostolicam ejus sanctitas approbetur, miraculorum, quibus apud fideles Viri dicti sanctitas manifestè innotuit, apud pedes Sanctitatis vestræ tenorem transmittimus, ut inspectâ ipsorum continentiâ sublimitatis vestræ P. Sanctissime circumspecta decernat providentia, utrùm dictus Episcopus à sancta Dei Ecclesia pro sancto haberi & venerari, & in Sanctorum debeat catalogo imputari.

ritè probatis.

3 Illud etiam Sanctitatem vestram latère nolumus, quòd quicumque aliquibus pressi langoribus, vel gravati aliquorum infortuniorum instantiâ, se asseruerint sospitatem & liberationem dicti Viri meritis consecutos; non priùs fides adhibita est à Diensi ecclesia, nisi priùs asseretur prestito super sancta Dei Euangelia corporaliter sacramento, adjunctis etiam sibi sociis in sacramento, si fortè socios habebat aliquos, se & morborum vel aliorum infortuniorum sustinuisse gravamina, & nomine dicti episcopi Stephani precibus fusis ad Dominum, sospitatem & subsidia, pro quibus supplicaverat, impetrâsse.

Obiit Sanctus anno 1208.

4 Anno ab Incarnatione Domini millesimo ducentesimo octavo, octavo *g* Idus Septembris Stephanus Cartusiensis monachus, & Prior Portarum Cartusiensis Ordinis, & divinâ gratiâ Diensis Episcopus transiens ab hoc sæculo migravit ad Dominum, cujus vitam pretiosam, atque sanctam constat fuisse miraculorum testimonio declaratam, quæ divina clementia In honorem sanctæ & individuæ Trinitatis & gloriosissimæ Mariæ Virginis, ac totius curiæ cœlestis per eum dignata est operati. Quorum principium post vitæ suæ transitum Deo annuente differimus *h*.

ANNOTATA.

a Valentia *civitas Galliæ in Delphinatu, incolis* Valence, *sita ad Rhodanum fluvium, distat Viennâ leucis* XI *in Meridiem & 7 Diâ in Occasum, caputque est agri Valentinensis*, le Valentinois, *hodie ducatûs titulo insigniti.*

b Procuratores ecclesiarum suarum, *inquit Cangius in Glossario*, sese interdum inscribebant episcopi. *In quam rem varia adducit exempla ac testimonia, quæ apud ipsum videri possunt*

A *tomo* 5 *ad vocem* Procuratores. *Sed cùm verisimile sit, hanc epistolam conscriptam non fuisse manu ipsius Valentinensis præsulis, suspicor ipsum hic* ecclesiæ procuratorem *dumtaxat appellari, non episcopum, uti reliquos; quia quamvis electus esset episcopus, non fuerat tamen consecratus. Idem suspicatus est Cangius mox laudatus, ubi sic pergit:* Procurator ecclesiæ præterea videtur appellatus, qui electus, sed nondum consecratus est episcopus: in Charta Frederici II an. MCCXXXVIII apud Columbum in Episcop. Valentin. num. 59. " Itaque ad curiam no-
„ stram Guilielmum (*is est, de quo hîc sermo*)
„ Valentinensis ecclesiæ venerabilem Procurato-
„ rem, seu electum, debitâ honorificentiâ sus-
„ cepimus „. *Et sanè in memorata Charta, quam integram dat Columbus lib. cit. à num.* 53 *ad* 58, procurator *seu* electus *non obscurè distinguitur ab* episcopo. *Cur autem dicti Guilielmi consecratio tamdiu dilata fuerit, memoriæ proditum non reperi.*

c Gratianopolis, *Gallicè* Grenoble, *urbs munita ac celebris & totius Delphinatûs caput,*
B *condita est ad radices montium, ubi Dracus torrens influit in Isaram; ab ea nomen sortitur* Ager Gratianopolitanus, *corruptè* Graisivodanus, le Graisivodan.

d Vivarium, *vulgò* Viviers, *civitas in Occitania provinciæ cognominis primaria, sita ad Rhodanum fluvium è regione Delphinatûs, distat Albâ Helviorum, ut vult Michaël Baudrandus tomo* 2 *Geographiæ, leucis* 2. *in Ortum,* 4 *à Fano S. Spiritûs in Septemtrionem, Valentiam versùs* 9.

e Gebenna, *seu potiùs* Geneva, *urbs intra limites Sabaudiæ sufficienter cognita est.*

f Mauriana *vel* Maurienna, *aliis* Fanum S. Joannis, *Gallicè* Sainct Jean de Maurienne, *urbs item Sabaudiæ ad* Arcum *fluvium inter montes.*

g *Vide, quæ dicta sunt de die emortuali in Comment. num.* 31.

h *Hæc Epistola sine ulla capitum aut partium sectione sequentia miracula complectitur: cùm verò ea multa sint, & occurrant frequenter nomina præsertim oppidorum aut castrorum non cuivis nota, operæ pretium duxi ea saltem, quæ*
C *non nimio labore reperire potui, paucis elucidare; quapropter dicta miracula in partes divido, ne, si annotanda omnia ad calcem Epistolæ rejiciantur, confusio pariatur aut molestia lectori; titulos autem, quos singulis miraculis præfixit laudatus illustrissimus, colloco ad marginem.*

MIRACULORUM

PARS I.

Mortuis vita, cæcis visus, claudis gressus, libertas captivis & ægris sanitas reddita.

De filia hominis Diensis cæca.

DIe itaque præsenti, quâ dictus Stephanus sepultus fuerat, in qua celebratur Dei Genitricis Nativitas, filia cujusdam hominis Diensis de Burgo S. Marcelli, Lamberti nomine, quæ per tres menses cœca extiterat, delata ad sepulchrum ejusdem Stephani, atque ibidem commorans, lumen oculorum divinâ meruit recipere miseratione. A. JOANNE DE BURNINO.

De filia febricitante sanata.

6 Alterâ autem die, cùm filia alterius civis Diensis, Martini nomine, portaretur ad locum, ubi jacebat dicti Stephani corpus, quæ diu febrili calore languens consumpta fuerat, & ab universali paralysi detenta, sui penitus valetudinem corporis amiserat, ut merita hujus Viri pleniùs panderentur Christi fidelibus, dictæ ægrotanti omnipotentis Dei misericordia cum usu gradiendi sanitatem omnimodam restauravit.

De armigero resuscitato.

7 Postea armiger quidam, Bertrandus nomine, de Vapinco *a*, qui causâ insultûs faciendi ad Vapinci civitatem, cum exercitu domini sui iter arripuerat, cùm in itineratione perseveraret, nocte quâdam ab equo domini sui in pectore percussus extremis pedibus, corruit interemptus. Quod factum postquam concitavit exercitum, tandem venit ad aures domini, qui mœrore plenus & compatiens defuncto pro infortunio, ad eum accessit cum multa turba militum, è quibus unus signa & miracula reduxit eis in memoriam, quibus volebat Dei administratio merita dicti Stephani episcopi non occultari. Tunc illis ingenti devotione & prece supplici genibus flexis, invocantibus ejusdem Episcopi misericordiam, homo, qui passus fuerat mortem, erexit oculos, dixit ad milites circumstantes: Gratias ago Deo & B. Stephano Diensi episcopo, qui misertus est mihi misero, & obviavit in statu pulcherrimo, eripiens animam meam à manibus dæmonum, dum ad pœnam æternam eam trahebant, quam vidi paratam meo cruciatui, cujus dum recordor, totis mentis viribus incido & corpore contremisco. E

De captivo liberato.

8 Venit autem postea, quòd quidam vir de Brione *b* captus apud Montemclarum *c*, infra turrim tenebatur subtus tinam *d* magno acervo lapidum oneratam: hic verò de sua liberatione solerter cogitans, factâ cavernâ fodiendo cum unguibus, inter humum & tinæ summitatem se suppositi, & ab utroque constrictus gravissimè magna mole lapidum, intus redire vel foras exire nullo modo potuit; tunc contristatus, eorum, qui in captione detinebant, vesaniam timens, F ne ab ipsis taliter inveniretur, toto cordis affectu cum lacrymarum copia dicti Præsulis misericordiam exoravit; cujus interventu evasit periculum, quia penitus inde liberè se subtraxit; & accedens ad portam turris eam invenit obseratam cum duobus repagulis, quæ dum retrò pelleret, exaudivit sonitum speculator suprà turrim evigilans, & captum liberari voce magnâ excitando viros, qui manebant in illo oppido, reclamavit. Ille verò prædictam portam transiens, duas alias reperit clausas firmiter catenis ferreis, quas nodis ferreis expeditas aperuit facillimè, glorioso Pontificis prævià protectione: his itaque peractis passu velocissimo properavit ad sepulchrum ejusdem Pontificis, & cum ibi reperto populo laudes retulit multimodas Salvatori & Liberatori suo.

De canonico Valentinensi sanato.

9 Inter cætera istud excellentissimum prætereundum nolumus, quòd quidam sacerdos & canonicus Valentinensis ecclesiæ multo tempore languens jacuerat, quasi de salute sua desperans penitus, quia sibi per foramen rupturæ intestinorum massa exibat non modica; necnon alterâ ægritudine, quæ morbus Masclæ dicitur vulgariter,

A. JOANNE DE BURNINO.

riter, nimis graviter laborabat. Interim cùm quidam vir bonæ opinionis eum visitaret, & de dictis ægritudinibus loquerentur ad invicem, ægrotanti notificavit prædicti Stephani miracula, quibus Dei bonitas, unicuique reddens juxta sua opera, volebat suum dignum Præsulem exaltari. Ipse verò languidus sperans affectum suum ad effectum duci posse precibus ejusdem Stephani, diu noctuque, vigilando & dormiendo videlicet, ut ejusdem habemus testimonia, affectuosâ prece & lacrymis ejusdem Præsulis clementiam suplicabat. Quâdam autem nocte apparuit ei præfatus Stephanus, & dum interrogaret eum, quid sibi vellet fieri, sanitatem sibi dari petiit, qui à somno excitatus, ab utroque morbo nominato superiùs se sentiit liberatum. Adhuc autem stupefactus nimis præ gaudio revelavit illis, qui illius assistebant servitio, quæ sibi contigerant, qui admoto lumine rei veritatem, prout ipse dixerat, repererunt.

De muliere cæca illuminata. *e*

10 Erat verò quædam mulier apud castrum de Augusta *e*, nomine Eschengar, cui oculus lippidine penitus consumptus fuerat, & ex altero fuerat eâdem ægritudine cœca facta. Hæc quidem audiens virtutum testimonia, quas Dominus per præfatum Stephanum faciebat, ad ejus sepulchrum se fecit duci ductoris auxilio, ubi visum recepit in ægrotanti oculo, ita quòd absque ductoris sui beneficio rediit in domum suam.

B

De muliere claudâ. *f* ** adde spatium.*

11 Postea quædam mulier de Vacino *f*, Ruffa nomine, quæ per * trium annorum, trium mensium, & XV dierum gressum perdiderat, ut audivit miracula, quæ in honore ejusdem præsulis Stephani operabatur divina pietas, mente devotissimâ ejusdem Viri imploravit auxilium, atque continuò sanitate redditâ membris in omnibus, sepulchrum ejusdem propriis pedibus visitavit.

De filia fistulatâ curata.

12 Filia etiam jam dictæ mulieris filii, cui vertex capitis vitiatus fuerat multis fistulæ foraminibus, ut eam pater & mater voverunt Stephano prædicto, statim cœpit curari à sanie fistulæ; nec in ea infra quatuor dierum spatium nisi cicatrix potuit apparere.

De muliere à morbo caduco curata. *g*

13 Quædam verò mulier de villa Mencii *g*, quæ caduco morbo affligebatur gravissimè, audiens famam miraculorum ejusdem Stephani, Dei clementiam, & illius Pontificis toto mentis affectu opem invocavit devotissimè, & ab illo morbo horribili se sentivit deinceps liberatam.

C

De muliere claudâ. *h*

14 Item alia mulier de castro d'Aix *h* sexaginta vel plurium annorum, audiens dictum Stephanum tantis insigniri miraculis, ad ejus sepulchrum deferri voluit, ubi immensâ Dei bonitate gressum, quem perdiderat, recuperavit.

De puero claudo.

15 Quidam etiam puer de eodem castro per duos annos non usus pedum beneficio, quàm citò ab amicis suis præsentatus fuit præfati Stephani tumulo, gressus ei redditus est, Dei misericordiâ operante.

De muliere menstruosa.

16 Cumque audisset quædam mulier de Dia, quæ G. vocabatur, gloriam ejusdem Stephani tantis coruscare miraculis, perveniens ad ejus sepulchrum, oratione quantumcumque potuit suplicavit, ut à fluxu menstruo, quo non modicè fuerat fatigata per quatuor menses, diebus quatuor exceptis, eam liberaret: illâ verò in oratione perseverante, ut ampliaretur honor dicti Stephani, sic operari dignata est potentia divini Numinis, sicut dicta pervulgavit mulier, quòd ibi sanitatis receperit beneficium.

De muliere Vorapii sanata. *i*

D

17 Item alia mulier de castro, quod dicitur Vorapium *i*, cui junctura dextri brachii sejuncta fuerat per quinquennium, dum moraretur subter sepulchrum Episcopi venerabilis, consecuta est, conjunctâ compagine, sospitatem.

De quodam cive Diensi sanato.

18 Accidit autem, quòd quemdem civem Diensem, P. nomine, punxit spina in genu, cui tam femur quàm tibia & pes adeo tumuerunt, quòd gressûs officium omnino perdidit, nec ullo modo trahere potuit ad se pedem. Hic verò medicinæ beneficio de salute suâ desperans penitus, voto promisso imploravit summo mentis affectu pietatem ejusdem Episcopi, & eum Dei miseratio, sublimando merita sui Servi, recuperare concessit denuo sanitatem.

De muliere Romearii sanata. *k*

19 Postmodum verò diebus paucis præteruntibus, mulier quædam de valle Romearii *k*, quæ in tantum afflicta fuerat emprotortono, quòd nullatenus dextrorsum, sinistrosum, nec ad cœlum poterat respicere, pervenit ad sepulchrum venerabilis Stephani, atque & inquantum potuit gratiarum actiones obtulit, quia cervicis liberationem, eo interveniente, se cognovit à Deo recepisse.

E

De mulicre Barrii cæca. *l*

20 Alia autem fœmina de castro, quod Barri *l* appellatur, perducta ad sepulchrum ejusdem Stephani, quæ diu oculorum permansit orbata lumine, recessit gratulans & Deo grates peragens, qui in honore dicti Stephani episcopi sibi de lumine perdito dignatus est providere.

De homine de Chayssilhana sanato. *m*

21 Procedenti verò tempore vir quidam de Chayssilhana *m*, nomine Juvenis, allatus ad sanctam Dei Genitricis ecclesiam, ubi requiescit corpus ejusdem Stephani episcopi, quamvis tantâ fuerit occupatus ægritudine, quòd de salute ejus sui penitus desperarent, & ipsum crederent extremum anhelitum respirare: cùm ipse in tanto periculo vitæ suæ positus ab amicis suis invitaretur, ut panem, quem dictus Stephanus benedixerat, ad salutem animæ suæ reciperet, acceptâ loquelâ, quam perdiderat, panem illum benedictum præberi sibi petiit, asserens circumstantibus, quòd in prædicto mortis articulo, mente saltem, quâ poterat, præfato Stephano se oblaturum ceream imaginem promiserat, & quòd ex illâ horâ cœperat convalescere, meritis ejusdem Stephani intercedentibus.

De filia Bellimontis sanata. *n*

F

22 Contigit autem, ut filia cujusdam hominis de Bellomonte *n* ad sepulchrum venit prædicti Pontificis, cui moram ibidem facienti aliquantulam, beneficium dexteri brachii, quo à nativitate suâ impotens extiterat, concessit ineffabilis Dei misericordia, volens decus & gloriam sui Antistitis sublimari.

ANNOTATA.

a Vapincum, *vulgò* Gap, *urbs episcopalis in Delphinatu, distat Diâ leucis circitèr* 10, *Ebreduno* 6, *& à Druentia fluvio* 2.

b *Varia occurrunt in Tabulis Geographicis loca hoc nomine, quis ex iis hîc designetur, non determino.*

c *Guilielmus De L'isle in Tabula Delphinatûs castrum de* Monte Claro, *indigenis* Monclar, *collocat non procul Diâ civitate versus Rhodanum.*

d Tina seu Tyna, *inquit Cangius*, Vas grande ligneum tam lavationibus quàm condendis vinis paratum . . . nostri etiamnum Tine dicunt. *Tum inter eos, qui hac voce in ista significatione usi sunt, adducit etiam Jo. de Burnino archiepisco-*

A *chiepiſcopum Viennenſem* de Stephano Dienſi epiſcopo.

e Caſtrum de Auguſta, *Gallicè* Aouſte, *ſtatuit laudatus De L'Iſle in agro Dienſi juxta Dromam fluvium : ſed tot ſunt, quæ hoc vocabulo veniunt loca, ut eum hîc deſignari, nolim aſſerere.*

f *Locum iſtum nullibi invenio.*

g *Vulgo* Mens *in agro Gratianopolitano Vapincum verſus haud procul Draco fluvio.*

h *Caſtrum* de Ayſio *ſeu* de Aquis *uno circiter milliari à civitate Dienſi diſſitum. De L'Iſle* D'ays *ſcribit.*

i *Oppidum in agro Gratianopolitano ad Iſaram fluvium, incolis* Voreſpe.

k Romearium *vel, ut habet Guilielmus de L' Iſle* Romeerium, *ſitum eſt in ripa Meyrotiæ fluvii prope Diam. Porrò* emprotortonum *morbus eſt contrahens caput ad ſcapulas.*

l *Caſtrum hoc nomine non occurrit mihi in Tabulis : fortaſſe caſtrum* de Barralibus *denotatur, vulgò* Barraux, *conditum ad Iſaram fluvium in confinio Sabaudiæ, Gratianopolim inter &*
B *Camberiacum.*

m *In laudata Tabula Delphinatûs* Chaiſillana *ſtatuitur ad pedem montis, qui de Alto gradu appellatur, inter Diam & Mentium, de quo lit.* g.

n *Caſtra ſub hoc nomine tria ſunt in Delphinatu, aliud in agro Gratianopolitano ad Dracum amnem, aliud in Viennenſi Diam verſus, aliud denique in Dienſi in confinio Vapincenſis tractûs ; an ex his unum deſignetur, an oppidum in aliis partibus, quis divinet ?*

PARS II.

Alii ad Vitam revocati, & à morbis ac infirmitatibus variis ſanati.

De muliere Criſtæ ſurda.
a
C

ERat ſiquidem mulier quædam apud Criſtæ *a* oppidum ſurda exiſtens per ſeptennium, deducta ab amicis ſuis ad ſepulchrum prædictum, dum ibi ingemiſcens & lacrymans ſupplicaret reverendiſſimo Epiſcopo, ſibi divinæ opitulationis gratia auditum aurium patefecit.

De filio reſuſcitato.
b

24 Quâdam autem die accidit, quòd quidam homo de Vercorſio *b*, Gueſonis nomine, defuncto patre ſuo perrexit cum uxore ſua ad ſepulturæ patris ſui obſequium, filium ſuum domi jacentem in lectulo ſanum & incolumem relinquentes, & cùm redirent cum propinquis ſuis plurimis, ſemianimem invenerunt, non cognoſcentes in eo aliquod vitæ ſignum, mater verò mœſtiſſima lugens & dolens inconſolabiliter de morte filii ſui, ſumma devotione invocavit miſericordiam prænominati Stephani, proferendo verba hujuſmodi cum profundo gemitu & imbre maximo lacrymarum. Domine beate Stephane, in cujus nomine tot & tanta miracula nuper audivi fieri, tuam ſanctam & glorioſam benignitatem deprecor per gloriam, quam adeptus es cœleſtis patriæ, ut ſuccurrere digneris mihi miſeræ, quatenus interceſſione tuâ virtus Domini noſtri Jeſu Chriſti, tua dilatando miracula, filium meum mortuum vitæ reddat. His dictis
c ſpiritus in corpore eſt reverſus *c*.

25 Quædam autem mulier de caſtro, quod Rimont nuncupatur, die quâdam ierat ſpatiatum, & reverſa ſuum filium, converſo lectulo, reperit ſuffocatum, introductis in domum ſuam aliquibus de vicinis, quod ſibi acciderat, indicavit : recordata de virtute venerabilis epiſcopi Stephani, quamvis dolore ac timore foret turbata & anxia, ejus auxilium imploravit ; & diſpoſitione divina puer, qui ſuffocatus fuerat, cœpit flere & deinceps meliùs habere *d*. A. JOANNE DE BURNINO. *De alio filio reſuſcitato.*
d

De filio, qui ruit de arbore.
e

26 Præterea filius Pontii Ferrandi de Podio *e* groſſo arborem quandam altiſſimam aſcenderat, qui ruens in terram cecidit & per quatuor dies & quatuor noctes loqui non potuit, cibum non accepit, oculos non aperuit ; unde ejus amici de vita ipſius deſperantes : mater ipſius ſpem habens in miſericordia prædicti Stephani, cujus miraculorum famam audierat, votum promiſit pro filio, & corde contrito atque lacrymarum abundantiâ, imploravit eam, & continuò patiens aperuit oculos, & cibum petiit ; cui Dei virtute, intercedente ſervo ſuo Stephano, plenæ ſanitatis gratia demum conceſſa fuit.
E

De alio ejuſdem loci.

27 Quidam etiam homo Gerardus Theodictus, manuum ſuarum effectus impotens, ejuſdem Epiſcopi favore humiliter depoſcito, ſanitatis beneficium accepit.

De muliere cæca,

28 Cúmque rumor tantorum miraculorum multas propulſaret provincias, mulier quædam de Alexandria Italiæ civitate, ductoris adminiſtratione movit ſe ab hoſpitio, peregrinando ad ſepulchrum præfati Antiſtitis proficiſcens, quæ per triennium, duos menſes & tres hebdomadas luce oculorum orbata extiterat, etiam manu retortâ dextri brachii impotens, quod ſibi, culpâ propriâ exigente, credimus eveniſſe : nam cùm nocte vigiliæ Aſſumptionis Dei Genitricis veſtes cujuſdam furaretur, qui die craſtinâ miles de novo debebat fieri, cum duabus ſociabus, paſſa eſt primitus pœnam ſuperiùs memoratam. Completo verò unius diei itinere, piiſſimus ac mitiſſimus Dominus, ut credendum eſt, precibus fuit placatus Antiſtitis ſui, quia mulieri reſtituta eſt oculorum acies & brachii valetudo.

De filia reſuſcitata.
f
F

29 Poſtmodum verò evenit apud oppidum de Greſſa *f*, quòd mulier quædam filiam ſuam jacentem in cunabulo domi ſoſpitem reliquerat, & rediens cucurrit ad ipſam, ut ab ea riſus aſſumeret & gaudia, quam tangens manibus frigidam reperit, cognoſcens filiam ſuam propter maleficium intorſionis faciei circa collum involutæ animam exhalâſſe, quare prorumpens in lacrymas, veſtes ſcindens, atque capillos diſtrahens, Dei miſericordiam & ſupradicti epiſcopi Stephani imploravit interceſſionem, & ſubitò Dei beneplacito vivificatum eſt corpus parvulæ ſuperiùs memoratæ.

De muliere impotente.
g

30 Fuit autem altera mulier apud caſtrum Montis-Veneris *g*, quæ cùm per ſeptennium extitiſſet, ut nullam partem ſui corporis poſſet regere à pectore inferiùs, repetito ab ipſa ejuſdem Præſulis adjutorio, oratione devotâ & ſupplici ſanitatem conſecuta eſt.

De Priore S. Joannis gutozo.
h

31 Non multo intervallo prætereunte temporis, Prior S. Joannis de Royans *h*, Gontardus appellatus, qui per annum & tres menſes guttâ conſtrictus, uſu greſsûs perdito, allatus eſt ad tumulum reverendi Epiſcopi, juxta quem cum cura miniſtrorum ſtuduit collocari : ubi in oratione devotè vigilans & preces ſummo Creatori, atque ſuo Confeſſori proferens aſſiduè, divina pietas ſecum egit miſericorditer, & pedum of-

A. JOANNE DE BURNINO.

ficium ſibi reſtituit, & opem contulit ſanitatis.

De ſacerdote de rupe lapſo. *i*

32 Sacerdos autem erat in Triviarum *i* partibus, habitator caſtri, quod nuncupatur Avignonet, qui rupe lapſus altiſſimâ, læsâ compage nervorum & femoris, per annum amiſerat greſsûs uſum. Cùm audîſſet ad tumulum jam dicti Epiſcopi multos ſanari languidos, de conferenda ſibi ſanitate ſperans, ad eum jumenti vehiculo feſtinavit, ubi in oratione ſuppliciter pernoctavit. Die verò craſtinâ veniente, peracto ſuæ peregrinationis officio, cùm domum ſuam redire præparâſſet & ab urbe receſſiſſet, itinere unius milliarii, femoris ſui nervos coarctatos laxari, atque ſanari ſentiens, deſcendens per ſe tantummodo (qui priùs non poterat) à jumento, ſupra quod ſedebat, ſociis, qui aderant, quæ ſibi devenerant, demonſtravit, & feſtino veſtigio laudes offerens, quas poterat liberatori ſuo Stephano, pede ejus tumulum viſitavit.

De homine Criſtæ impotente. B

33 Alteri etiam homini, dicto Humberto Sauverio de Criſta, allato ad ſepulchrum reverendi Epiſcopi, qui valetudinem & regimen perdiderat ſiniſtri brachii & pedis, Deo illuſtrante favorem ſui Epiſcopi, gratia præſtita eſt ſanitatis.

De duobus viris captis.

34 Diebus autem interim non multis ſuccedentibus venerunt duo viri, quorum unus civis Dienſis, & alter erat habitator in partibus Triviarum, compedes, in quibus capti ſteterant, præfato epiſcopo Stephano ſuæ liberationis titulum offerentes; affirmantes, quòd miſeratione ejus catenâ ferreâ ab eis tractâ, quam ſecum deferebant, ab illo oppido, in quo capti fuerant, horâ diei quaſi mediâ exiverant & ſic crudelitatem evaſerant tyrannorum.

De homine de Tribus-clivis ſanato. *k*

35 Inter hæc vir quidam de caſtro, quod appellatur Treſcleux *k*, peregrinus venit ad tumulum jam dicti Epiſcopi, qui viginti annorum ſpatio greſſu ſui non poterat, niſi ſuſtentando artus baculi adminiculo, cui Creator omnium revelans ſuum Præſulem digniſſimum, reddidit ipsâ horâ, quâ venit, antiquam gradiendi potentiam.

De parvo caducato. *l* C

36 Quodam autem oppido ſito in deſerto, vocato Montanegre *l*, infans, qui quartum menſem ætatis ſuæ implere poterat, morbo caduco ſingulis diebus affligebatur pluries, tam miſerabiliter, ut ad fletum omnes moveret, quia prædicti morbi cruciatu nigrefactus huc & illuc torquere cogebatur membra trementia, & os ejus multâ ſpumæ abundantiâ profluebat. Mater verò dolore incomparabili mota ſuper filio, puro corde, magno lacrymarum impetu, miſerationem ſupradicti Epiſcopi flagitavit, & deinceps recepit incolumem filium ſuum.

De homine ſquinantiam patiente.

37 Accreſcente verò copiâ virtutum ejuſdem Stephani, quidam viro de Montanis loco dicto Auttans, guttur & lingua tumuerunt adeò, ut oris concavitas linguam præ tumore nimio non poſſet recipere per dies quatuor, & ad mittendum oris anhelitum vix poſſet ſufficere, nec æger ipſe cibum recipere, ſive potum. Tunc aſſiſtentes amici profuſis lachrymis ſuffragium poſcerunt voce magnâ reverendi Epiſcopi, ad quam vocem annuere nutu, quo poterat, videbatur. Voto verò pro ægroto à prædictis facto eidem Epiſcopo, ſtatim à tantâ ægritudinis occupatione æger eſt Dei miſericordiâ liberatus.

De homine Maniaco. *m*

38 Poſt hæc autem adductus eſt ad ſepulchrum ejuſdem Epiſcopi, homo quidam de civitate Viennæ, paſſione Maniacâ *m* laborans, manibus propter nimietatem inſaniæ ferreis manipulis involutis. Inæſtimabilis verò providentia tanto ſigno revelari voluit ſanctitatem ſui digni Præſulis, quòd ab inſania hominem illum liberavit, qui in honore libertatis ſuæ quantaſcumque laudes potuit obtulit, & catenam. D

De homine ictu lapidis interfecto. *n*

39 Conſequenter accidit, ut miles quidam de Monte-lugduno *n*, Bernardus nomine, cum pluribus perrexit ad bellandum quoddam Novi-caſtri ædificium. Quod cùm multo bello affligerent, quidam ex eis, Durandus nomine, ictu lapidis adveniente, in parte poſtremâ capitis cecidit interfectus. Hunc tollentes ſocii, qui aderant, credentes ipſum emiſiſſe ſpiritum, quia ſigna mortis apparebant in membris ejus omnibus, ſudarium & locum, ubi corpus reconderetur, paraverunt. Interim verò miles jam dictus, cujus mandato illuc advenerat, præcepit, ut perſpicerent, ſi in eo aliquod ſignum reperiretur, & nullum niſi caloris aliquantulum perpenderunt. Cujus infortunii ad aures uxoris defuncti famâ perveniente, lugubris & anxia illuc properavit paſſu velociſſimo, & dum invocaret voce magnâ opem venerabilis epiſcopi Stephani, viſo corpore ſemianimi, protinus ipſe oculos aperuit, & mente ſolâ ſpem vitæ ſuæ ponens in miſeratione tanti Præſulis, quâ ereptus eſt à morte, ad ejus ſepulchrum ſudarium, funeri ſuo antè præparatum, appendit. E

De viro tumore capitis oppreſſo.

40 Pervenit autem poſtea vir quidam de Treſclux ad tumulum dicti Epiſcopi, qui propter nimium tumorem capitis per dies quinque in extremis laborare credebatur. Spe ſanitatis penitus amiſsâ, quia cibi vel potûs, ſeu alterius cujuſlibet beneficium nullatenus capiebat. Mater verò ipſius flebilis, atque mœſtiſſima magnitudinem pietatis prædicti Stephani pro ſalute ſui nati popoſcit affectuoſis precibus, & ſubitò evaneſcente tumore capitis, ægrotanti ſanitas eſt conceſſa.

De homine cæco. *o*

41 Audiens quidam homo de Moyerant *o*, tot languidos ſanari interceſſione præfati Stephani, ad ejus ſepulchrum ductoris venit auxilio, ubi ipſi Dei clementia voluit lumen amiſſum reſtitui oculorum.

De puella ſanata. *p*

42 Evenit quidem apud villam de Romanis *p*, quòd quædam puella, quæ per ſeptennium greſſum perdiderat, implorato ab ipſa & à ſuis parentibus præfati Antiſtitis auxilio, pedum beneficium eſt adepta. F

De muliere muta.

43 Iterum dum vigeret tot ac tantorum fama miraculorum venerabilis Stephani in pluribus orbis partibus, & turba plurima peregrinantium ad ejus ſepulchrum viſitandum accederet, mulier de caſtro, quod dicitur Moubluens in archiepiſcopatu Lugdunenſi, quæ per annum muta extiterat, peregrina venit, & dum pietati illius ingemiſceret, divina providentia merita ſui Præſulis nolens latêre ſub modio, ſed elucere ſupra candelabrum, linguâ patientis diſſolutâ, priſtinum ipſius uſum reparavit.

De muliere chiragra. *q*

44 Venit etiam mulier ab oppido de Cremieu *q*, quæ chiragram diu patiebatur manibus, ita quòd non poſſet aliquid agere, ad ſepulchrum prænominati Epiſcopi properans, ibidem ejus meritis plenariam conſequuta eſt ſanitatem.

ANNOTATA.

a Creſtidium & Creſtum, Le Creſt, *inquit Baudrandus*, Urbs Galliæ ad amnem cognominem, in Delphinatu & agro Valentino 5 leucis diſtat à Valentia, & totidem à Montilio-Audomari, (*vulgo* Montelimart) 6 autem à Dia in Occa-

A Occaſum. Dicitur aliter Criſta Arnaldi. *Apud Guilielmum de L'Iſle* Criſta Arnaudorum.

b *Montium tractus eſt inter Diam & Gratianopolim ; laudatus de L'Iſle* Vercorium *nuncupat*, *Gallicè* Vercors.

c *Non videtur revera mortuus fuiſſe puer ille ; ſed à matre mœſtiſſima pro tali habitus, quòd nulla daret vitæ indicia, quæ quia paulò poſt* S. Stephani *beneficio dedit, revixiſſe creditus eſt, ejuſque ſpiritus, ut infrà dicitur, in corpus rediiſſe. Id colligo ex verbis immediatè præcedentibus*, Semianimem invenerunt.

d *An & hic reipſa mortuus fuerit, non diſputo ; certè mater anxia facilè ſibi verum imaginatur id, quod timet. Porrò caſtrum, quod* Rimont *appellatur, non reperi.*

e *Procul dubio hîc locus deſignatur ſitus in magno ſeu craſſo monte ; vox enim Latina* Podium, *& Gallica* Puy *apud Narbonenſes & Aquitanos montem vel collem ſignificabat. Sic* Podium ſoricarum *Mons Soricum à copia iſtorum animalium*, Podium Laurentii, Puy Laurent, *mons Laurentii.*

B f Greſſam *amnem notat De L'Iſle inter montes Vercorii, unde veriſimiliter oppidum ejuſdem tractûs indicatur. Niſi fortè* Graſſa *deſignetur, quæ Baudrando civitas eſt epiſcopalis in Provincia ſub archiepiſcopatu Ebredunenſi & ſita in colle tribus leucis Antipoli.*

g *Indigenis* Montvendre *haud procul Valentiâ Diam verſus.*

h *In agro Viennenſi ad Iſaram tractus eſt, Gallis* le Royannez, *qui Bornâ fluviolo claditur, in eoque locus, qui* S. Joannes *appellatur, indigenis veroſimiliùs* S. Jean en Royans, S. Joannes in Royanis ; *ſicut* Pons in Royanis, Pont en Royans.

i *Gallicè* Trieves *tractus in agro Gratianopolitano ad Duacum fluvium, ab hoc non procul diſtat caſtrum* Avignonet, *quod Guilielmus de L'Iſle* Caſtrum Avinionis *vocat.*

k *Mox laudatus De L'Iſle* Treſcleux *ſeu caſtrum de* Triſcliviis *collocat ad Buchium amnem in tractu Vapincenſi*, le Gapencois. *Vide Annotata ad partem* 1 *lit.* a.

l *Nec hunc locum, nec qui aſſignatur in miraculo ſequenti, uſpiam reperi.*

C m Paſſio maniaca *furorem aut inſaniam ſignificat à Græca voce* μανία furor.

n *Neque hic locus occurrit in Tabulis. Porrò ex toto hujus miraculi contextu evidens fit, quòd miles iſte morti proximus fuerit & pro mortuo habitus à ſociis bellatoribus, quale hominum genus ſcrupuloſiùs iſta inquirere haud conſuevit ; at nihil ipſi vitæ ſuperfuiſſe, affirmare non auſim, præſertim cùm uxor dicatur invocâſſe opem* S. Stephani, viſo corpore ſemianimi.

o *Guilielmus de L'Iſle* Moirencum *vocat*, *Baudrandus* Morginum, *& ex Nicolao Chorier hanc ejus notitiam tradit :* Vicus provinciæ Delphinatûs verſus Iſaram, & VI leucis diſtans à Turecionico Gratianopolim verſus.

p *Gallicè* Romans *in Delphinatu, ubi Iſara ponte inſtructus eſt, leucis* 4 *Valentiâ in Ortum æſtivum, Gratianopolim verſùs* 10, *& Viennâ totidem in Meridiem. Ita ferè Baudrandus.*

q Cremiacum *vel* Crimiacum *in agro Viennenſi prope Rhodanum diſtat Lugduno leucis circiter* 5 *in Ortum.*

A. JOANNE DE BURNINO.

PARS III.

Alia ejuſdem generis beneficia impetrata.

De puero ſanato. a

QUidam puer de Bagnols *a*, qui à matris utero per ſeptem annos laboraverat, cùm pater ſuus multò gemitu, & lacrymis opem Epiſcopi antedicti poſtulàſſet, deſperans de medicorum remediis, ſequenti die perfectè à ſummo medicorum Medico eſt ſanatus.

De duobus reſuſcitatis. b c

46 Venerunt etiam duo viri, unus de Liuron *b*, & alter du Buis *c* uno die ſua deferentes ſudaria, qui ſe vitâ privatos fuiſſe penitus aſſerebant : cùm autem uxores eorum & amici multis lacrymarum imbribus ejuſdem Stephani poſtularent auxilium, vitam & ſanitatem pariter receperunt. Iſtis autem præſtabat ſuper his teſtimonium multitudo maxima ſociorum.

E

De nepte ipſius epiſcopi Stephani. d

47 Quædam nobilis neptis dicti Stephani epiſcopi, audiens ſui Avunculi miraculorum inſignia ad ejus tumbam veniens multas fudit lacrymas atque preces, ut divina pietas ſibi præſenti tantorum miraculorum oſtenderet aliquod. Accidit, ut juvenis quidam de Argenteria *d*, qui per tres annos omnium ferè membrorum deſtitutus fuerat officio, ſedens ſuper aſinum ad januam venit Dienſis eccleſiæ, ibique ſubmiſſus à ſociis de aſino, dum adhuc dicta nobilis perſeverabat in orationibus, confidens ipſe, qui antea ſe ſuſtentare ſine ſociorum manibus non poterat, ad ſepulchrum Pontificis abſque omni ſuſtentaculo, ſolo divino fultus auxilio, mirificè properavit, & inde lætus & incolumis gratias agens Domino ad propria pedes rediit.

De homine inſano.

48 Quidam homo du Buis, gravi raptus inſaniâ, à fratre vinctus ad ſepulchrum ejuſdem Epiſcopi adductus eſt, ubi per hebdomadam moram faciens ad honorem ipſius Stephani, divino munere ſanus & alacer ad propria remeavit.

De alio inſano. F

49 Alius de eodem loco, cùm diu teneretur binis junctis compedibus, invocato Dei Genitricis, & ipſius Stephani auxilio, liber ad ſepulchrum compedes attulit, grates multimodas referendo.

De puero reſuſcitato. e

50 Puer de oppido, quod dicitur Mirabel, in diœceſi Vaſionenſi *e*, cecidit in alveum, unde extractus rigidus, & à videntibus mortuus æſtimatus, ad honorem venerabilis Stephani epiſcopi, cujus ſanctitas & beneficium pariter invocabatur humiliter & devotè, divinâ pietate patri ſanus reducitur : quem pater de eo laudes proferens, ad ſepulchrum ſui Præſulis præſentavit.

De milite caſto. f

51 Quidam miles de Vaubouneys *f*, dum ruſticum quemdam pro retento cenſu pignoraret, & ſuum bovem duceret, ruſticus ipſe ventrem, & dorſum militis lanceâ perforavit ; nec iis contentus ad mortem cum cultello eum vulneravit, quem uxor ejus, & amici æſtimantes mortuum, invocato Stephani epiſcopi auxilio, ſanum per paululum receperunt.

De paralitico. g

52 Quidam homo de Ciſteron *g* totius lateris dextri motum amiſerat per dimidii anni ſpatium & loquelam pariter & auditum paralyſi percuſſus, cùm ejus uxor præclara miracula dicti Stephani audiſſet, & virum ſuum ipſius ſepulchrum

A JOANNE DE BURNINO.

chrum visitaturum cum multis lacrymis promisisset, ipso die auditum recepit ac loquelam, & post paucos dies à summo Medico curatus sepulchrum Præsulis visitavit.

De pedibus non incedente.

53 Alius de oppido, quod dicitur Mirabellum, Vivariensis diœcesis, per sex annos, & dimidium destitutus tibiarum beneficio, per septem dies effundens preces & lacrymas ante sepulchrum præfati Pontificis, divini doni munere sanus effectus, erectis tibiis, quas per dictum tempus post se traxerat, relictis crossulis *h*, ad propria reversus est.

h

De capto à latronibus.

54 Cùm quidam pastor ovium de oppido, quod dicitur Monclar *i*, ibi suas & alienas custodiret oviculas, à latronibus captus est, & per plurimum tempus constrictus instrumentis ligneis, quæ sepes vocantur, in quodam oppido Valentinensi, & ibi diutiùs maceratus, prædicti Pontificis meritis relaxatis sepibus, cum gratiarum actione ad sepulchrum ipsius seipsum cum cerea imagine cereumque lumen tenens in manibus præsentavit.

i

B

De puero resuscitato.

55 Puer de oppido, quod dicitur Saufet *k*, cecidit in alveum, & aquarum impetu ductus longissimè, inter fruteta mortuus inventus est, cujus parentes cùm multis lacrymarum imbribus reverendi Episcopi postularent auxilium, ipsum puerum post pauca sanum & incolumem receperunt.

k

De captivo liberato.

56 Cùm quidam de Asperis *l* à raptoribus captus, apud Poyols teneretur sub tinâ maximâ, quam dicti prædones magno lapidum acervo accumulaverant, invocato Domino & dicti Stephani auxilio, ad sepulchrum ejus gloriam & laudem referens, prædictam tinam ab ipso Stephano elevatam asserebat.

l

De subdiacono paralytico.

57 Quidam subdiaconus de Turnone *m* ad tantum per annum & dimidium morbo paralytico laboraverat, ut dextro latere omnino erat destitutus membrorum officio, nec ulla ei proficere potuerat medicina. Cùm autem oratione & gemitu per merita ejusdem Stephani episcopi divinum postulâsset auxilium, quasi incontinenti se alleviari sentiens, non post multum temporis se ab omnium Medico curatum agnovit.

m

De duobus captis à latronibus.

58 Duo homines du Genevray *n* ad sepulchrum Pontificis venientes, inciderunt in manus latronum, qui ipsos capientes adduxerunt in oppidum vocatum Bruchet, & ibi torti diutiùs multas fundebant preces ad Dominum, ut prædicti Pontificis meritis, ad quem iter direxerant, ab atroce manu hostium eos liberaret. Divina verò pietas solvit eos à vinculis, & ubi numquam via antiquitus patuit, per rupem arduam eis bonam viam præstitit atque securam.

n

C

De muliere resuscitata.

59 Homo quidam de Monte majori *o* uxorem habens gravissimâ afflictam infirmitate, quæ, ut vir ejus juravit postmodum in Diensi ecclesia, spiritum exalavit. Ad preces verò & lacrymas dicti viri divina respiciens misericordia jam dicti Stephani meritis, vitam ei reddidit & sanitatem.

o

De clerico Diensi sanato.

60 Albertus clericus Diensis infirmitate gravissimâ à multo languebat tempore, ad sepulchrum Pontificis accedens profusis largè lachrymis preces obtulit, ut aut ab hoc eriperet sæculo, aut à prænotata infirmitate liberaret: promittens visitaturum se terram sanctam Domini, si sibi sanitatem indulgeat. Peractâ autem vigiliâ, somno plurimo aggravatus, ad thorum rediit, & quietè dormiens, se mane sanum reperit atque lætum.

p

61 Quidam homo de mandamento *p* du Buys unicum habebat filium, cui fistula ferè totam tibiam cum osse occupabat, &, implorato medicorum auxilio, maximâ parte ossis ejectâ à tibiâ, dixerunt puerum curari non posse modo aliquo, nisi incideretur per totum tota tibia fistulata. Quo audito, pater deflens & ululans dixit, eum malle mori, quam tibiam resecari. Incontinenti verò reducens ad memoriam miracula prædicti Stephani, ipsum Episcopum magno fletu, atque suspirio ad pueri reclamavit adjutorium, promittendo se ceræ tibiam oblaturum, & sex denarios censuales semper præstiturum. Post paucos verò dies, filio sano atque incolumi, cum multis gratiarum actionibus sepulchrum Pontificis assistens pater visitavit.

D

De filio fistulato.

De domicello capto.

62 Quidam domicellus de Cobona *q* rediens de Cabeolo, dum transiret per burgum Montis-Veneris, prope portam captus fuit cum quinque sociis à quodam pessimo, qui Petrus de Varo vocabatur; & ultra Rhodanum perductus, à mane usque ad nonam in quadam spelunca latuit, ferò verò tribus dimissis, cum duobus cæteris ad locum, ubi cœperat, reversus est, cúmque ligatis tribus ipsos teneret in nemore, invocato Stephani episcopi auxilio, laxatis miraculosè funibus, invitis custodibus evaserunt.

q

E

De puero resuscitato.

63 Accidit etiam, ut in castro, quod dicitur Charpey *r*, duo inter se jurgia moverent, & junior cultello percussus est à majore, ita quòd juxta guttur collum perforavit. Nec his contentus iteratò cum ipso gladio, ex parte aliâ collum & gulam penetravit; omnis autem vicinitas ipsum habens pro mortuo, nec in eo ullum sentiens anhelitum, mater ipsius ad merita Pontificis confugiens, invocato ejus auxilio, puerum vidit paulò pòst aperientem oculos, qui deinceps paucis diebus sanus factus est.

r

De puella sanata.

64 Quædam puella de Visilia *s*, quæ per duos annos & dimidium gressum perdiderat, allata ad tumulum Stephani episcopi, ibidem Dei beneplacito, antiquo gradui fuit restituta.

s

De duobus pastoribus captis.

65 Duo verò pastores civitatis Diensis capti à latronibus, & ad Balmam nigram deducti & retenti, quamvis fortibus & difficilibus ligati forent compedibus, latronibus ipsis præsentibus, & dormientibus, interventione suffulti Stephani episcopi, captionem cum eorum compedibus evaserunt.

De cæco illuminato.

66 Inter peregrinos venit unus de Lombardia, qui quinquennio lumine oculorum caruerat, & cùm in oratione moraretur subtus sepulchrum præfati Episcopi, & Missa matutinalis celebraretur, intercessione ejusdem Episcopi gratulatus est coram omni populo visum recepisse.

F

De muliere sanata.

67 Nec est prætermittendum, quòd cùm dictus Episcopus languore non modico ægrotaret, mulier quædam, Bertranda nomine, gravi & diuturnâ capitis infirmitate oppressa accessit cum lacrymis ad ipsum, humillimè supplicans, ut caput ejus manibus suis tangere dignaretur: quod ut tetigit, divina pietas virtuti Pontificis adjiciens mulierem sanam effecit *t*.

t

De converso Durbone infirmo.

68 Istud verò miraculum non est tacendum, quòd cùm dictus Stephanus esset in monasterio Durbonis *u* Cartusiensis Ordinis, & ibi conversus ejusdem monasterii homo timens Deum, & magnæ religionis gravi laboraret infirmitate, accedens ad eum Stephanus dixit ei: Frater crede, quòd ex hac infirmitate migrabis ad Dominum, unde rogo te, ut pro me Dominum depreceris, quòd si ego in episcopatu ipso Diensi animæ meæ periculum incursurus sum, & æternum

u

A num præmium amiſſurus, ut me non permittat in ipſo epiſcopatu diu manere, poſtmodum deceſſit converſus; & dictus Epiſcopus cœpit eodem die infirmari & infra duodecim dies ſuum ultimum clauſit in Domino.

Epiſtolæ concluſio.

69 Sunt & alia plura miracula, quibus apud fideles ſuos divina clementia dictum mirificavit Epiſcopum & eundem adhuc mirificare non deſinit, Servi ſui merita ſignorum evidentiâ multipliciter commendando. Illud etiam Sanctitatem veſtram, Pater Sanctiſſime, latêre nolumus, quòd Bertrandus Dienſis epiſcopus, & alii Dienſis eccleſiæ canonici, nobis in verbo veritatis & animarum ſuarum periculo, tam ſuper ſacramento, quo iis laborantes ſe aſſeruerunt, dicti Epiſcopi meritis, diverſa fuiſſe remedia præſtita conſecutos, quàm aliis, quæ ſunt ſuperiùs recenſita, proteſtati ſunt prædicta omnia, ut dicta ſunt ſuperiùs, ſe habere. Nos vero dictis ipſorum, & famæ publicæ fidem plenariam adhibentes, præſentem chartam noſtrorum roboravimus præſentiâ ſigillorum, rogantes & à Sanctitate veſtra, Pater Sanctiſſime, poſtulantes humillimè, ut præ-

B ſenti conſilium negotio, & auxilium curetis apponere ſalutare: ne pretioſa Domini margarita in Eccleſia Dei lateat tanquam ignobilis & ignota, & ne tanti lucerna luminis abſcondatur ſub modio, ſed potiùs gregem Dominicum in viam vitæ dirigat, & ad hæreditatis perducat præmium ſempiternum. Datum Viennæ tertio Nonas Maii, anno Domini milleſimo ducenteſimo

ω ſexageſimo primo ω.

✠ Joannes Viennenſis archiepiſcopus.
✠ G. Valentinenſis.
✠ B. Dienſis.
✠ G. Gratianopolitanus.
✠ B. Vivarienſis.
✠ Gebennenſis.
✠ A. Mauritanenſis.

ANNOTATA.

a *Oppidulum in Occitania inferiori, Latinè* Balneolis *aliis* Balnea, *diſtat, teſte Baudrando,* 3 *leucis à Fano S. Spiritûs in Meridiem, Ucetiam verſùs* 4, *unâ leucâ à Rhodano in Occaſum.*

b Luberonium, *Guilielmus de L'Iſle* caſtrum

C Liberonis *vocat, in Delphinatu conditum ad Dromam vix unâ leucâ à Rhodano.*

c Buxium *ſeu* Buxum *item Delphinatûs oppidulum in limite Provinciæ.*

d Argentariam *vocat Baudrandus,* L'Argentiere, *oppidulum Vivarienſis provinciæ in Occitania.*

e Vaſio, *Gallicè* Vaiſon, *urbs Galliæ in Provincia diſtans, ſi rectè notat laudatus Baudrandus, Carpentorate leucis* 4 *in Septentrionem,* 6 *Arauſione in Ortum,* 10 *Avenione in Ortum æſtivum.*

f *In Tabula Guilielmi de L'Iſle* Vallis Boneſium *ſcribitur, Gallicè* Val-Bonnais, *ſtatuitur in agro Gratianopolitano inter Dracum & Romanchiam fluvios.*

g *Urbs Galliæ in Provincia epiſcopalis, ſub archiepiſcopatu Aquenſi ad Druentiam, ubi Bucchium amnem recipit, diſtat Vapinco leucis* 7 *in Meridiem, Aquas Sextias verſùs* 15; *& ab Apta Julia* 9 *in Ortum æſtivum. Ita ferè Baudrandus. Aliis dicitur* Seguſtrio & Siſtarica.

h Croſſulus *ſeu* Croceolus, *fulcrum eſt ſubalare, quo claudi ſe ſuſtentant.*

i *Vide Annotata parte* 1 *lit.* c.

k *Vicus eſt, teſte Duval in Alphabeto Galliæ, in Delphinatu ad Rhodanum prope Montilium Adhemari.* A. JOANNE DE BURNINO.

l *Duplex ſub hoc nomine caſtrum notat De L'Iſle, aliud in tractu Vapincino, aliud in agro Gratianopolitano; utramque Gallicè* Aſpres *appellat.*

m *Recentiores* Turronium *vocant, Gregorius Turonenſis* Tauredunum, *incolæ* Tournon; *eſt autem civitas Galliæ celebris in Occitania ſita ad ripam Rhodani dexteram è regione Tegnæ, vulgò* Tain, *duabus leucis ſupra Valentiam in Septentrionem.*

n *Veriſimiliter ſic vocatur tractus aliquis in agro Brigantino à* Genebra, *indigenis* Genevre, *alpium Cottiarum monte altiſſimo, qui diſtat uno circitèr milliari Brigantio* Briançon *civitate Delphinatûs in confinio Pedemontii.*

o Mons Major, *Gallicè* Mont-Majour, *abbatia eſt Ordinis S. Benedicti prope Arelatem urbem in Provincia. Veriſimiliùs tamen mihi videtur deſignari hîc caſtrum* Montis majoris, *quod Guilielmus de L'Iſle in memorata ſæpiùs Tabula collocat haud procul Diâ civitate.*

E

p *Id eſt,* de diſtrictu *ſeu* territorio.

q Cobonam *non reperio;* Cabeolum *verò, incolis* Chabeüil, *urbecula eſt in agro Valentino ad Veurum fluvium prope Valentiam.*

r *Ignotus eſt mihi & iſte locus.*

ſ *Caſtrum in agro Gratianopolitano ad ripam Romanchiæ fluminis.*

t *Miraculum hoc idem eſt, ut mihi apparet, cum eo, quod refert Vitæ rhythmicæ paraphraſtes cap.* 4 *num.* 21.

u Domus Durbonis *à Guilielmo de L'Iſle collocatur in montibus Diam inter & Vapincum.*

w *P. Joannes Columbus, cùm anno* 1665 *hujus Epiſtolæ apographum ad nos tranſmitteret, monuit errorem hîc à ſcriba commiſſum fuiſſe in referendo anno datæ Epiſtolæ. Decennio verò poſt, anno ſcilicet* 1675, *cùm Opus ſuum typis Lugdunenſibus in lucem ederet, in Appendice ad lib.* 4. *De rebus geſtis epiſcoporum Valentinorum & Dienſium etiam hanc Epiſtolam dedit, ad ejuſque calcem notavit ſequentia:* Hîc pro anno 1231 ſcriptus eſt annus 1261, ut ex nominibus ſummi Pontificis & epiſcoporum Valentini, Dienſis, Gratianopolitani atque F Vivarienſis intelligere eſt. Nam anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo ſedebant III Nonas Maii, Alexander IV Romæ; Amedeus de Geneva Diæ; Philippus de Sabaudia Valentiæ; Falco Gratianopoli; Aimo aut Hugo Vivarii. Quâ ergo veritate feruntur præſules tum fuiſſe, G. Valentinus, B. Dienſis, G. Gratianopolitanus, B. Vivarienſis, atque anno eo ipſo MCCLXI III Nonas Majas ſcripſiſſe ad Gregorium Pontificem. Igitur cùm Gregorius IX anno MCCXXXI & III Nonas Maii ſederit Romæ, I. id eſt, Joannes de Burnino Viennæ, G. id eſt, Guilelmus de Sabaudia Valentiæ, B. id eſt, Bertrandus Diæ, B. id eſt, Bernardus aut Bernoinus Vivarii, A. id eſt, Aimarus Maurianæ, & numerus milleſimus ducenteſimus triceſimus primus, differat à numero 1261 ſolo penultimo caractere, dicendus videtur ſcriptoris errore poſitus hic pro illo. *His âdde, ut omne prorſus dubium tollatur, quòd in Epiſtola, quam Gregorius Pontifex anno* 1233 *dedit ad archiepiſcopum Ebredûnenſem &c., aperta fiat mentio Epiſtolæ archiepiſcopi Viennenſis & ſuffraganeorum, quam jam dedimus. Conſule Comment.* § 4 *num.* 39.

DE S. VENTURA PRESBYTERO ET MARTYRE

IN AGRO TIFERNENSI IN UMBRIA.

J. S. SYLLOGE.

CIRCA MCCL, UT FERTUR. *Locus & dies, quâ colitur Sanctus:*

TIfernum Tiberinum, *ad distinctionem alterius Tiferni* Metaurensis *dicti, ab antiquis nominabatur illa Umbriæ civitas, quæ hodie* Civitas Castelli, *vulgo* Civita *aut* Citta di Castello, *passim dicitur. Sita est non longè ab Apennino monte in Umbria Cisapennina prope confinia Etruriæ, duobus ferè milliaribus Italicis à Tiberi caputque est comitatûs cognominis. Inter alios hujusce civitatis Sanctos Jacobillus in Vitis Sanctorum Umbriæ tom. 2 pag. 220 recenset* S. Venturam *presbyterum, quem in territorio ejus coli asserit Dominicâ primâ Septembris: ad marginem verò notat diem* VII *Septembris, in quam Dominica prima subinde incidit; aitque eum illa die fuisse defunctum seu occisum. De memorata cultûs die & loco consentit Angelus Conti Capucinus, qui de Sanctis, Beatis, reliquiis & episcopis Tifernensibus Opusculum Italicum conscripsit, & de* S. Ventura *presbytero agit pag. 75. Verùm laudatus Angelus de die emortuali omnino tacet, ita ut verisimile sit, diem emortualem latuisse, quia cædes Sancti non statim innotuit; atque additum esse à Jacobillo ex conjectura. Hoc tamen die de Sancto agimus, quòd id nuspiam commodiùs aut congruentiùs fieri possit.*

pauca de gestis & morte ipsius:

2 *Nomen* S. Venturæ *in nullis Fastis invenio; sed cultus ipsius certus est & indubitatus ex laudatis scriptoribus. Nulla quoque ad manum mihi sunt monumenta Mss. de* S. Ventura, *ideoque cogor solùm referre & expendere ea, quæ Angelus Capucinus narravit, eique postea adjunxit Jacobillus. Uterque consentit,* S. Venturam *fuisse presbyterum & rectorem ecclesiæ S. Bartholomæi, quæ sita erat in silva quadam territorii Tifernensis, prope villam* Centoia. *Addit Jacobillus ecclesiam illam duobus ferè milliaribus Tiferno fuisse dissitam. Deinde* Venturam *virum fuisse zelo divinæ gloriæ magnopere accensum, uterque scribit; ac ex eo causam mortis ipsius sic enarrat. Mulo quidam in vicina silva lignum cædebat, ausuque temerario Deum blasphemabat. Hunc cùm Sanctus liberè objurgaret, mulo correctionis impatiens ejus caput securi percussit, mortemque sic intulit felicem: nam* Martyrem *uterque vocat, nec immeritò; cùm videatur occisus ob justam correptionem ex amore Dei profectam. Jacobillus mortem figit circa annum 1250, nescio quo fundamento, forsan ex sola conjectura: nam Angelus Capucinus de tempore tacet.*

corpus sub lapidibus primò sepultum, sed deinde inventum,

3 *Corpus Sancti à sacrilego homicida sepultum fuit sub ingenti lapidum acervo, ibique aliquo tempore mansit incognitum, ut consentiunt scriptores memorati, qui & mirabilem illius inventionem subjungunt hoc ferè modo. Columba quædam rostro suo pulsare cœpit atque agitare campanam ecclesiæ S. Bartholomæi, quemadmodum pulsatur pro defuncto. Accurrente ad prodigiosum sonitum populo, eadem columba ab ecclesia volavit ad dictum lapidum cumulum, indeque ad ecclesiam rediit repetitis vicibus. Hinc populus quærere cœpit, an aliquid lateret sub istis lapidibus, & sic invenit* S. Venturæ *corpus, quod honorificè sepultum est in ecclesia S. Bartholomæi. Ita laudati scriptores inventionem corporis enarrant, laudantes antiquam populi traditionem & manuscripta ecclesiæ Tifernensis. At cùm mihi non liqueat, quàm vetusta sint illa scripta, cùmque populi traditio non rarò veris falsa misceat; non ausim asserere prodigia memorata de columba satis esse certa, sed de corpore invento & sepulto in ecclesia S. Bartholomæi non est eadem dubitandi ratio: nam ea sepultura ex sequentibus firmatur.*

positumque in ecclesia S. Bartholomæi, quæ nunc S. Venturæ dicitur.

4 *Porrò non sepultum modò fuit in ecclesia S. Bartholomæi corpus* S. Venturæ: *sed etiam* positum fuit in monumento à terra elevato prope altare ad cornu Euangelii, *ibique ad sua usque tempora mansisse, testatur Angelus Capucinus, observans ecclesiam quoque, mutato nomine* S. Bartholomæi, *deinde* S. Venturæ *dici cœptam; at non explicat, utrùm corpus mox post inventionem in elevato illo monumento sit locatum, an verò postea elevatum, ibique positum. Jacobillus quidem narrat eo loco sepultum* S. Venturæ *corpus, simulac inventum est; sed fortè ex sola conjectura, quia noverat corpus ibidem suo tempore sic esse positum: at id etiam fieri potuit per elevationem deinde factam: de illa tamen nihil ausim statuere, cùm factam esse nullibi reperiam. Illud certiùs dici potest, Sanctum ibidem coli Dominicâ primâ Septembris, magnumque ea die ad ipsius ecclesiam populi esse concursum.*

patronus est contra herniam.

5 *Patrocinium verò* S. Venturæ *maximè imploratur contra herniam, quo malo clientes ejus passim liberari affirmant biographi. Narrant iidem unum ex iis, qui Sancti corpus post inventionem portârunt, herniâ laborâsse, eâque fuisse tunc liberatum, postquam Sancto se commendaverat. Hinc vetusta facta est consuetudo portandi infantes ad ecclesiam* S. Venturæ *in die ejus festo, eosque ponendi supra Sancti sepulcrum, ut patrocinio ejus præmuniantur contra herniam, aut eâ liberentur, si sint eo malo affecti. Plura de hoc Sancto ad notitiam nostram non pervenerunt.*

DIES

A D

DIES OCTAVA SEPTEMBRIS.

SANCTI, QUI VI IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

SAnctus Ammonius
S. Fauſtus
S. Serapion
S. Pius
S. Pius alter
S. Theophilus
S. Neotherius &c.
S. Nemeſus
B S. Arion
S. Ammon
S. Petrus
S. Sabinus
S. Demetrius &c.
S. Didymus
S. Mitiſorus
S. Panetus
S. Achilles
S. Iſidorus
S. Serapion
S. Magita
S. Oroſeus
S. Silvanus
S. Arapion &c.
C S. Demetrius
S. Severus &c.
S. Severus fortè alter, cum multis anonymis. — MM. Alexandriæ in Ægypto.

S. Adrianus martyr cum Sociis viginti & tribus Nicomediæ in Bithynia.
Item S. Natalia conjux Adriani prope Byzantium in Thracia.
S. Timotheus M. } Antiochiæ.
S. Fauſtus M. }
S. Euſebius }
S. Neſtabus } MM. Gazæ in Palæſtina. E
S. Zeno }
S. Neſtor }
S. Belina Virg. Mart. apud Lingones in Campania.
S. Bertewinus vel Berthvinus, patronus parœciæ cognominis, in diœceſi Cenomanenſi.
S. Vidianus Mart. in loco Martres diœceſis Rivenſis.
S. Corbinianus primus epiſcopus Friſingenſis in Bavaria.
S. Ugo epiſcopus conf. Volaterris in Tuſcia.
B. Comitiſſa virgo Venetiis.
B. Seraphina vidua & abbatiſſa Piſauri in Marchia Anconitana. F

PRÆTERMISSI ET AD ALIOS DIES RELATI.

GUdila *archidiaconus Toletanus hoc die, quo obiiſſe ſcribitur, annuntiatur à Caſtellano ut* Sanctus. *Apud Joannem Tamayum Salazar in Martyrologio Hiſpanico, & apud Ferrarium in Catalogo generali ponitur die* XXVII *Auguſti, ubi in Prætermiſſis requiſivimus ſufficientia argumenta cultus publici. Etenim, quæ afferuntur in Martyrologio Hiſpanico, non ſufficiunt ad probandum in publica veneratione* Gudilam *aliquando fuiſſe: epigramma enim, quod dicitur Auli Hali, pro fictitio haberi debet. In Vita S. Juliani Toletani epiſcopi, data apud nos* VIII *Martii, elogio honoratur &* ſanctæ recordationis Gudila diaconus *dicitur. Quare conſule hanc Vitam* VIII Martii.

B. Santucciam *abbatiſſam ad hunc diem retulit Jacobillus tom. 2 de Sanctis Umbriæ. De ea actum eſt ad* XXI Martii.

SS. Tiburtii, Fortuniæ & Sabiniani *hoc die Maſſacii facta eſt tranſlatio, ut relatum eſt in S. Angelo Camaldulenſi ad diem* VIII Maii.

B. Maria uxor S. Iſidori Agricolæ Tordelagunæ in Caſtella *hoc die putatur mortua & colitur antiquo inſtituto, tum in eremitorio, ubi ſepulta primùm fuit, tum in eccleſia Franciſcanorum,*

A *ſcanorum, ad quam anno* 1615 *tranſlata ſunt oſſa, concurrentibus eò vicinorum vicorum inquilinis. Hinc Caſtellanus eam hodie habet in Addendis ſui Martyrologii. Sed vita ejus, virtutes & miracula difficulter ſejungi poſſunt ab hiſtoria ſancti ſui conjugis. Quare omnia conjunctim, licèt ſub novo titulo dedimus* XV Maii.

S. Bernardinus *Ord. Minorum hodie ponitur in Mss. additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum. Colitur, & Vita ejus data eſt, ad* XX Maii.

S. Chlodulphi *epiſcopi Metenſis hoc die meminit Grevenus, Ferrarius, & Martyrologium Germanicum Caniſio adſcriptum. At de eo cum aliis apud nos actum eſt die* VIII Junii.

S. Diſibothi *confeſſoris, qui aliàs* Diſibodus *dicitur, memoriam hoc die annuntiat Rabanus, quem & alii quidam ſecuti ſunt. Nos de* S. Diſibodo *epiſc. conf. cum aliis martyrologis egimus die* VIII Julii.

Doda *uxor S. Arnulphi, & mater S. Chlodulphi, Metenſium epiſcoporum, apud Grevenum & Caniſium annuntiatur cum S. Chlo-*

B *dulpho ad hunc diem; ſed de cultu ipſius nihil reperio. De ea conſuli poteſt Commentarius prævius ad Vitam S. Arnulphi § 2, & Vita ipſa ad* XVIII Julii.

S. Priſci *Romani tranſlatio ad templum domus profeſſæ Pragenſis hac die facta eſt. Vide dicta in* Joanne & Priſco *ad* XVIII Auguſti.

Bega *Virgo Scota apud Camerarium relata eſt ad hunc diem. Apud alios ponitur die, quo apud nos data eſt,* VI Septembris.

Nativitas *Sanctiſſimæ Virginis Deique Genitricis Mariæ hodie celebratur in Eccleſia Latina ac Græca, atque in omnibus ferè Martyrologiis aliiſque Faſtis ſacris annuntiatur; ſicut etiam habetur in Sacramentariis Gelaſii & Gregorii Romanorum Pontificum. Certò tamen dici nequit, quo tempore antiquiſſimis Faſtis ſit inſerta. Quare de antiquitate quidem illius feſtivitatis omnino conſtat; at non liquet, quo tempore fuerit inſtituta. Baronius in Annotatis ad Martyrologium obſervat & probat, necdum fuiſſe inſtitutam tempore S. Auguſtini. Inſtitutam quoque fuiſſe poſt tempora S.*

C *Leonis Magni, ſive poſt medium ſeculi* V, *colligitur ex Sacramentario laudati Leonis Papæ, quod nuper editum eſt in Prolegomenis ad Anaſtaſium Bibliothecarium Romæ recuſum tom.* 4: *nam in illo nulla habetur mentio de* Nativitate *beatæ Virginis. Contrà certum eſt,* Nativitatem Mariæ *celebratam fuiſſe Romæ tempore Sergii I, qui ſedit ſub finem ſeculi* VII: *id enim liquet ex Anaſtaſio Bibliothecario in Sergio, & confirmatur ex Alcuino Lib. de divinis Officiis cap.* 7. *An verò eadem feſtivitas uſitata fuerit tempore Gregorii Magni, ſive circa finem ſeculi* VI.; *ac tempore Gelaſii Papæ, ſive ante finem ſeculi* V, *non tam certò definiri poteſt, cùm libri Sacramentorum ſint poſtea aucti. Nihilo magis conſtat, quo tempore feſtivitas illa per totam Eccleſiam celebrari cœperit. In Opuſculo de perpetua Virginitate & parturitione ſanctæ Mariæ, quod nomine S. Ildefonſi ſeculo* VII *archiepiſcopi Toletani inſertum eſt Bibliothecæ Patrum tom.* 7 *editionis Colonienſis à pag.* 447, *varia leguntur pag.* 448 & 449 *de* Nativitate *beatiſſimæ Virginis per totam Eccleſiam celebrata. Pauca huc transfero:* Nullius igitur Nativitas celebratur in mundo, niſi Chriſti, & ejus (*Mariæ*) atque beati Joannis. *Si ergo Opuſculum iſtud verè ſit S. Ildefonſi, ut aliquot ſeculis creditum eſt, jam ſeculo* VII Nativitas *Virginis per totam colebatur Eccleſiam. Verùm neoterici quidam ſcriptores, quorum agmen duxerunt Acherius & Mabillonius, malunt lucubrationem illam attribuere S. Paſchaſio Radberto, qui ſeculo* IX *fuit abbas Corbeienſis. Mabillonius ſec.* 2 *Benedict. pag.* 519 *variis rationibus ſententiam ſuam probare conatus eſt, iiſque effecit, ut eam deinde plerique ſint ſecuti, inter quos eſt Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana veteri. Verumtamen anno* 1742 *Romæ impreſſa eſt Diſſertatio, cujus hic eſt titulus:* Vindiciæ ſermonis S. Ildefonſi archiepiſcopi Toletani de Perpetua virginitate ac parturitione Dei Genitricis Mariæ, à Ludovico Andruzzi comite ſancti Andreæ ac Theologiæ doctore dicatæ eminentiſſimo ac reverendiſſimo principi S. R. E. Cardinali Ludovico Bellugæ. D

Dedicatio *templi B. Mariæ Virginis Montis-ſerrati in Hiſpania, & templi* Dominæ noſtræ de Lætitia *in ditione Laudunenſi Galliæ, hac die memoratur apud Balinghem in Kalendario Sanctiſſimæ Virginis Mariæ.* E

Imaginem Sanctiſſimæ Virginis Aſpricollenſem in Brabantia hodie celebrat Miræus in Faſtis Belgicis.

Ven. Margarita de Claves *vidua, de cujus beatificatione tunc agebatur, à* XXIII *Junii ad hunc diem remiſſa eſt, ut Vita ipſius daretur, ſi quis cultus publicus interim permiſſus eſſet à Sede Apoſtolica. At de eo nihil hactenus intelleximus.*

Baſilides *martyr hodie eſt in variis Faſtis Copticis, ſed in quibuſdam ſcribitur* Baſilius, *ut etiam notavit Jobus Ludolfus. Habeo breve* Baſilidis *elogium ex Menologio Ms. Coptico Latinè redditum, in quo* Baſilides *totius Ægypti gubernator fuiſſe dicitur, atque exercitum congregâſſe, ut pro fide pugnaret contra Diocletianum imperatorem. At, ſi vera dicuntur, Diocletianus eum miſit in Africam, ubi à præfecto comprehenſus, cruciatus, ac demum capite minutus eſt. Fabuloſa hæc ſunt, aut certè fabulis deturpata.* F

S. Viola *martyr in Menologio Coptico jam dicto tale habet elogium, prout nobis Latinè communicatum eſt.* In hac die certamen Sanctæ Violæ tempore Saporis regis Perſiæ. Hæc erat ſenex valdè. Fuit autem ducta in captivitatem cum novem millibus Chriſtianis. Rex autem cruciavit eam ſimul cum principe magorum diverſis cruciatibus, & tandem obtruncavit caput ejus. Compertum habemus poſt obtruncationem capitis ipſius elatum fuiſſe ſanguinem ipſius in longinqua ſpatia, & debilitatam fuiſſe vim hoſtium, & lumen ſolis obtenebratum, & factum plenum eum locum ſuaviſſimo odore. *Plura non habemus de* Viola: *at notamus illud non eſſe proprium ipſius nomen, ſed nomen ipſius proprium ſic redditum fuiſſe Latinè ab interprete minùs perito. Hinc dubitari poteſt, an fortè eadem non ſit cum ſequente, quæ eſt apud Ludolfum.*

Panephyſis *hodie occurrit in Faſtis Alexandrinæ eccleſiæ apud Jobum Ludolfum, qui notat eſſe hîc nomen mulieris martyris, licèt aliàs urbs Ægypti prope Alexandriam idem habeat nomen. Adoptata eſt* Panephyſis *à Caſtellano*

A *lano ut martyr ſancta ; at nobis aliunde ignota eſt.*

Valentinianus *epiſcopus Curienſis in Rhetia* ſanctus *vocatur à Ferrario in Catalogo generali , ubi laudat Democharem & Cratepolium. At prior* Sancti *titulum* Valentiniano *non attribuit , uti nec Bruſchius facit in Catalogo epiſcoporum Curienſium. Quare Cratepolium , qui Valentinianum in Sanctis Germaniæ pag.* 141 *memoravit cum* Sancti *titulo , ducem ſecutus eſt Ferrarius , qui fatetur eum non coli officio eccleſiaſtico. Nos neutrum hîc ſequemur, cùm de* Sancti *titulo olim illi antiſtiti attributo nobis non conſtet.*

Anaſtaſius *Papa II hodie memoratur à Caſtellano cum titulo* beati. *In variis quoque Pontificum Romanorum catalogis* ſancti *titulum nomini ipſius appoſitum invenio. At nec nomen* Anaſtaſii II *in ullo antiquo Martyrologio annuntiatum , nec ullum publici cultus veſtigium ullibi reperio.*

Walterus de Baumont *monachus Valcellenſis Calendario Ordinis Ciſtercienſis cum titulo* beati *adſcriptus legitur ; ſed ſine indiciis cultûs pu-*
B *blici.*

Alphonſus *converſus Ordinis Ciſtercienſis in Hiſpania Calendario & Menologio illius Ordinis inſertus eſt cum titulo* beati ; *ſed nihil ibidem de cultu ; ut venerabilem annuntiat Sauſſayus.*

Uda *incluſa Ordinis Ciſtercienſis Namurci in Belgio in Menologio apud Henriquez* beatæ *titulo ornatur ; at cultum illius non reperio : venerabilis item vocatur à Sauſſayo.*

Alanus de Rupe , *Ordinis Prædicatorum* , beatus *vocatur hodie apud Raiſſium , & apud ſcriptores Ordinis ſui , qui eidem longa texuerunt elogia. At nihil reperio de cultu ipſius publico ; & Sauſſayus eum venerabilibus tantùm aggregavit.*

Conradus Teutonicus *apud Marcheſium & apud Carolum De Saint Vincent* beati *titulo honoratur : miraculis item claruiſſe dicitur , ac aliquid de corpore ad decentiorem locum tranſlato additur. At ſufficientia publici cultus argumenta non reperio.*

Dominicus Caſtellet *presbyter Ordinis Prædica-*
C *torum in Japonia , quò ad fidem prædicandam navigaverat , cum quatuor Sociis lento igne combuſtus eſt , uti prolixiùs legi poteſt apud Carolum De Saint Vincent in Anno Dominicano ad hunc diem ; vel apud Marcheſium in Diario.*

Urſula *Valentina , tertii Ordinis S. Dominici ,* beata *item vocatur , & elogio celebratur ab eodem ſcriptore. Eamdem quoque* beatam *vocat Arturus in Gynæceo. Verùm cùm pia hæc Virgo obierit anno* 1608 , *ideoque nequeat cultum habere immemorabilem , uti etiam conſtat de Dominico Caſtellet mox memorato ; ſatis patet titulum* beati *aut* beatæ *ab illo auctore multis attribui , qui cultum non habent. Quare conſuli poteſt laudatus auctor aut Marcheſius , apud quos & alii quidam memorantur virtutibus inſignes.*

Giſla *Centulli Benearnenſis comitis primùm uxor , deinde monialis in monaſterio Marchianenſi , ut* beata *hodie annuntiatur ab Arturo in Gynæceo , ſed ſine juſta ratione , ut liquet ex iis , quos laudat , ſcriptoribus ; cùm hi quidem egregium* Giſlæ *factum narrent , ſed nihil de ipſius morte habeant , nedum de cultu.*

Pacificus Spoletanus *occiſus à Sarracenis , &* D
Cornelius Muſius *Lugduni Batavorum à Calvinianis peremptus , aliique plures cum titulis* beatorum *celebrantur ab Arturo in Martyrologio Franciſcano ; at nullum inter illos invenio cultu publico honoratum præter* B. Seraphinam à Columna , *de qua hodie tractabitur.*

Petrus Claver , *Societatis Jeſu presbyter , Carthagenæ in America defunctus , converſione infidelium plurimorum , virtutibuſque ac miraculis inclytus , hodie ut venerabilis celebratur in Menologio Ms. Societatis Jeſu. Erit fortaſſe de Viro hoc apoſtolico , qui in multis cum S. Franciſco Xaverio comparari poteſt , latiſſimè agendum , cùm hoc tempore cauſa ipſius beatificationis tractetur à Sacra Rituum congregatione.*

Hieronyma Virgo *Ordinis Minimorum* tertiaria *ab Arturo in Gynæceo* beata *nominatur. At ſcriptor ille titulum iſtum ſine legitima ratione multis aliis attribuit. Quare de* Hieronyma *illa Paterni defuncta videri poteſt Franciſcus Lanovius in Chronico Ordinis Minimorum ad annum* 1525 *num.* 5 , *ubi virtutes ipſius brevi celebrantur elogio.* E

Agilramus *monachus Gorzienſis ut* venerabilis *ponitur apud Menardum , qui de eo videri poteſt in Obſervationibus pag.* 685.

Tranſlatio multarum reliquiarum hac die contigit Faventiæ anno 1641 *in eccleſia S. Hippolyti , Ordinis Camaldulenſis , ut ad majores noſtros anno* 1677 *perſcripſit Andreas Vallemarius abbas ejuſdem Ordinis. Tranſlatas reliquias ille enumeravit hoc ordine & modo :* De capite S. Hippoliti mart. De oſſibus S. Laurentii mart. De S. Hippolito mart. De oſſibus S. Innocentii mart. De oſſibus S. Clementis mart. De oſſibus S. Dionyſii mart. S. Felicitatis mart. S. Conſtantii mart. S. Leonis mart. S. Riccardi mart. S. Antonini mart. S. Hilarii mart. S. Martini mart. S. Juſti mart. S. Appollonii mart. S. Vitalis mart. S. Tranquillini mart. S. Quirini mart. S. Vincentii mart. S. Victoris mart. S. Barbaræ virg. & mart. S. Candidæ mart. S. Primitivæ virg. & mart. *Hæ omnes reliquiæ obtentæ fuerant Romæ per reverendiſſimum patrem Taddæum , abbatem generalem Ordinis Camaldulenſis.* F

Severus M. *breviſſimè memoratur in Menæis impreſſis. Fortè idem eſt cum* Severiano , *quem die ſequenti Menologia Græca annuntiant* IX Septembris.

S. Artemidorus M. *hodie celebratur in Menæis Græcis , cras verò in Menologio Sirletiano , ubi dabitur* IX Septembris.

S. Petrus de Chavanon , *primus præpoſitus Piperacenſis , annuntiatur hodie à Caſtellano ; ſed colitur die ſequenti* IX Septembris.

S. Sergii *Papæ memoria hodie eſt in codicibus aliquot auctis Uſuardi , & in Martyrologiis aliis recentioribus ; at ſequente die in pluribus ac in Martyrologio Romano* IX Septemb.

S. Gorgonii *martyris Romæ hodie meminit Maurolycus. Verùm* Gorgonium *hunc , ſive idem ſit cum Nicomedienſi , ſive alius , quod ſuo loco inveſtigabitur , vetuſtiſſima Martyrologia referunt ad diem* IX Septembris.

SS. Rufi & Rufiani *MM. memoria eſt hodie in Menæis Græcis , indeque ſumpta eſt à Galeſinio , quem ſequitur Ferrarius. In Menologio Sirletiano , ex quo eos Martyrologio Ro-*

A *mano inſernit Baronius, vocans* Ruffinum & Ruffinianum, *dilati ſunt in diem ſequentem* IX Septembris.

S. Theodora *annuntiatur in Faſtis Alexandrinæ eccleſiæ apud Jobum Ludolfum, & in Menologio Coptico cum brevi elogio, ex quo colligitur illam ipſam eſſe, quam habet Martyrologium Romanum die* XI Septembris.

S. Thomas à Villa Nova *ex Ordine Auguſtiniano archiepiſcopus Valentinus, ut hodie defunctus celebratur in nupero Martyrologio Romano; ſed ibidem recurret, dum colitur, die* XVIII Septembris.

Ethelburga *regina Northumbriæ, ac poſt mortem S. Edwini regis conjugis ſui vidua velata in monaſterio* Lyming *in Cantio, ubi ſanctè obiit ac ſepulta eſt, jam memorata eſt heri ex Ferrario & Arturo, ut hîc de ea ageremus, ſi de cultu conſtaret. Verùm inſcriptam quidem reperimus Martyrologio Anglicano Wilſoni, indeque tranſlatam ad Martyrologium univerſale Caſtellani; at nulla alia habemus argumenta cultus eccleſiaſtici, qui* B *ex laudatis Martyrologiis non ſatis probatur. Quapropter* Ethelburgam, *aliàs* Edelburgam, *& apud Bedam lib. 2 Hiſt. cap. 9* alio nomine, *quo uti voluit Caſtellanus, etiam* Tate *dictam, differimus uſque ad diem* IV *Octobris, quo colitur S. Edwinus conjux ipſius, quocum Acta* Ethelburgæ *connexa ſunt* IV Octob.

Moveanus *abbas in Scotia hodie cum titulo Sancti memoratur à Ferrario in Catalogo Generali, notatque patronum eſſe* Kippani loci in D Scotia. *Dempſterus eumdem annuntiat, diciteque* in Kippan *eſſe patronum*, de quo mira narrantur. *Caſtellanus* Moveanum *inſeruit Sanctis certo cultûs die carentibus, notatque fortè eumdem eſſe cum venerabili* Movenno, *quem nonnulli* Sanctum *vocant. De cultu* Moveani *dubitare videtur Colganus: nam ad* XX *Januarii in appendice ad Vitam S. Fechini recenſet Sanctos ex familia S. Brigidæ ſeu ſtirpe Eochadii Finni ortos, interque eos* S. Moveanum *nominat. Deinde verò in Triade thaumaturga appendice 4 ad Vitam S. Brigidæ cap. 3 rurſum agit de Sanctis ex familia S. Brigidæ oriundis, aitque duos ex iis rejiciendos. Ex hiſce autem duobus unus videtur* Moveanus, *cùm duodecim aliorum Sanctitatem probet, hunc verò non recenſeat ibidem. Quare* Moveanum *aliò interim remittimus, quia Grevenus die 12 Octobris annuntiat* in Scotia Moveum *abbatem, de quo hactenus dubitamus, an fortè non ſit idem Examinari omnia poterunt* XII Octobris.

S. Wandelini epiſcopi tranſlatio *inſerta eſt Mſs.* E *additionibus Cartuſiæ Bruxellenſis ad Grevenum.* Epiſcopi *titulus omitti poterat in* Wandalino *aut* Wendalino, *de quo diſputabitur ad* XXI Octobris.

S. Gelaſius *Papa hodie annuntiatur à Caſtellano, ſed deinde iterum ab eodem datur cum Martyrologio Romano ad* XXI Novembris.

DE SANCTIS MARTYRIBUS

AMMONIO, FAUSTO, SERAPIONE, PIO, ALTERO PIO, THEOPHILO, NEOTHERIO CUM PLURIBUS ANONYMIS: ITEM DE NEMESO, ARIONE, AMMONE: ITEM DE PETRO, SABINO, DEMETRIO CUM ALIIS XL: ITEM DE DIDYMO, MITISORO, PANETO, ACHILLE, ISIDORO, SERAPIONE, MAGITA, OROSEO, SILVANO, ARA- F
C PIONE CUM PLURIMIS ANONYMIS: ITEM DE DEMETRIO, SEVERO, CUM ALIIS XI VEL XII: ITEM DE SEVERO CUM ALIIS XL.

ALEXANDRIÆ IN ÆGYPTO.

J. S.

SYLLOGE CRITICA.

Martyres ex Faſtis dati, non ſunt illi, quos habet Euſebius lib. 6 cap. 41,

Ingentem Martyrum Alexandrinorum, partim nominatorum partim anonymorum, numerum hodie exhibent apographa Hieronymiana, ex quibus Uſuardus tres nominatim recenſuit cum anonymis viginti duobus. Verba Uſuardi hæc ſunt: Alexandriæ ſanctorum Ammonis, Theophili, Neotherii, & aliorum viginti duorum. *Tranſlata deinde hæc ſunt ad Martyrologium Romanum, addita ſolùm voce* martyrum. *Credidit Baronius in Annotatis hoſce eſſe martyres illos Alexandrinos, de quibus ſcribit* Dionyſius Alexandrinus apud Euſebium libr. 6 cap. 34, *nimirum verſionis Latinæ in veteri editione, in editione Valeſii lib. 6 cap. 41. At eam opinionem, quæ non apparet probabilis, jam refutavit Florentinius in Annotatis ad Martyrologium Hieronymianum hac die. Quin & Baronius ipſe ab ea conjectura videtur poſtea receſſiſſe, nam quinque milites martyres, de quibus loco aſſignato apud Euſebium agitur, & inter quos*

A *quos primus eſt* Ammon, *ultimus Theophilus, Martyrologio Romano inſeruit ad* XX *Decembris. Alios eſſe, qui hoc die ponuntur, inſinuat diverſitas nominum, ex quibus duo tantùm congruunt, eaque apud Ægyptios maximè obvia, videlicet* Ammon & Theophilus. *Præterea quinque illi martyres apud Euſebium, quorum primus eſt Ammon, omnes nominantur, nec plures fuiſſe dicuntur: hîc verò in Hieronymianis plures nominatim recenſentur, & plurimi adduntur anonymi, ita ut dubitandum non videatur, quin hi ab illis ſint diſtincti.*

neque illi, quos memorat lib. 8 *cap.* 13: 2 *Florentinius, refutatâ Baronii conjecturâ, aliam ipſe profert præcedente ſaltem probabiliorem, ſed ne vel ſic quidem ſatis mihi veriſimilem.* Ex nominibus potiùs Ammonis, *inquit*, Fauſti, & Didi ſive Dimi, & Petri, qui inter alios plures hîc producuntur, putarem hos ex epiſcopis & presbyteris illis eſſe poſſe, quos Alexandriæ & per totam Ægyptum & Thebaïdem coronatos refert Euſebius lib. VIII cap. XIII recentioris editionis. Profectò cùm Euſebius numeret inter eos præſides eccleſiarum, qui religionis,
B quam prædicabant, ſinceritatem fuſo ſanguine declarârunt, neque inſtituti ejus tunc ſit, vel ſocios addere, vel agones narrare, nihil vetaret Alexandrinorum adductum Martyrum chorum ex eorumdem præſulum & presbyterorum diſcipulis ac ſociis fuiſſe, ſicuti certum eſt, ab eodem Euſebio duos diſtinctos Ammonios Alexandrinos numerari. *Martyres, quos cum memoratis hodie eoſdem ſuſpicatur Florentinius, recenſentur in Martyrologio Romano ad* XXVI *Novembris. Verùm unica ratio, quæ militat pro illa opinione, ſumitur ex tribus aut quatuor nominibus, quorum tria planè eadem ſunt, & quartum ſimile. At plura ſunt diverſa, ita ut paucorum nominum conſonantia ſufficiens non præbeat tali conjecturæ fundamentum, præſertim cùm nomina illa ſint obvia multiſque communia. Addi contra opinionem Florentinii poteſt, quòd S. Petrus Alexandrinus Hieronymiano Martyrologio inſertus ſit ad* XXVI *Novembris. Quapropter recenſitos hodie Martyres ab utraque jam memorata martyrum claſſe diſtinctos probabiliùs exiſtimo.*

C *omnes videntur in ſex turbas dividi: prima eorum turma,* 3 *Referuntur ii in Martyrologiis Hieronymianis, quæ edidit aut in Annotatis laudavit Florentinius. In Hieronymianis magis contractis, qualia apud nos edita ſunt poſt tom.* VII *Junii, quibus accedit Gellonenſe tom.* 2 *Spicilegii recuſi, non recenſentur omnes, ſed aliqui tantùm è multis. Breviora igitur hæc miſſa faciam, quia prodeſſe nequeunt ad confuſionem, quæ in prolixioribus conſpicitur, utcumque tollendam. Florentinius totam hanc Martyrum multitudinem in ſex turmas dividit. Prima turma in textu apud ipſum ita exprimitur:* In Alexandria natalis ſanctorum Ammoni. Fauſti. Serapionis. Pii. Item Pii. Teofili. Neotheri. & aliorum XVIII. *Ab hiſce non longè recedit Corbeienſe; pro* Fauſto *tamen* Juſtum *ſubſtituit, & anonymorum numerum auget, ita habens:* In Alexandria natalis ſanctorum Ammoini, Juſti, Serapionis, Pii. Item Pii, Theophili, Neoteri & aliorum viginti duorum. *Epternacenſe, à Florentinio* vetuſtiſſimum *paſſim dictum, anonymorum numerum magis auget; ac ſeptem primos exprimit hoc modo:* In Alexandria Ammoni, & aliorum XXX. Fauſti, Serapionis, Pii, item Pii, Theofili, Neotheri, & aliorum XXIII. *Quis modò divinet, ubi rectè expreſſus ſit anonymorum numerus? Id nunum mihi dicendum videtur, ſeptem nominatos eſſe admittendos, prout eos in titulo expreſſi, cum numero indefinito anonymorum; nec* Juſtum *inter ſeptem illos numerandum, cùm in unico tantùm reperiatur exemplari, ſed* Fauſtum, *qui in aliquot etiam contractioribus habetur.* AUCTORE J. S.

ſecunda & tertia, 4 *Secunda Florentinii turma hæc eſt in ejus textu:* Nemeſi. Arioni. Ammoni. *Iidem ſequuntur in Corbeienſi ac in Epternacenſi, ſed pro* Ammoni *in Corbeienſi legitur* Ammon; *pro* Arioni *in Epternacenſi* Arionis. *Sequitur apud Florentinium turma tertia, cujus ducem ſuſpicatur S. Petrum epiſcopum Alexandrinum, ſed minùs probabiliter; ut jam monui. Verba accipe:* Paſſio ſanctorum Petri. Savini. Demetri. cum aliis XL. *Conſonat ferè Corbeienſe, ita habens:* Paſſio ſancti Petri, Sabini, Demetrici cum aliis quadraginta. *Epternacenſe hoſce præcedentibus jungit, omiſſa voce* Paſſio, *nominaque exprimit hoc modo:* Petrini, Severi, Demetri, & aliorum XL. *Videbit ſtudioſus lector ubique eumdem hîc eſſe Martyrum numerum, ſed nomina diverſo modo expreſſa: nam* Petrus, *aliàs ſcribitur* Petrinus, *qui* Demetrus *duobus locis vocatur, uno dicitur* Demetricus, *ac veriſimiliter* Demetrius *fuit nominatus;* Sabinus *verò aut* Savinus, *nomine magis diverſo* Severus *uno loco ſcribitur.*

turma quarta, 5 *Turma quarta ſic exprimitur apud Florentinium.* Didimi. Nitiſori. Paneti. Achilli. Hyſidori. Serapionis. Magitæ. Oroſei. Silvani. Serapionis *, & aliorum DXXII. *Bis occurrit* Serapionis, *ſed monet Florentinius in textu ſemel legendum* Arapionis, *quod ob alia exemplaria intelligendum putem de ultima voce, licèt linea ab ipſo aſſignata contrarium innuat. Corbeienſe ita habet:* Didimi, Mitiſori, Paneti, Achilli, Iſidori, Serapionis, Migitæ, Oroſei, Silvani, Arepionis, & aliorum Septingentorum quatuor. *Epternacenſe:* Dudini, Mitoſori, Panemoti, Achilæ, Sidori, Serapionis, Migiliæ, Oroſei, Silvini, Orobionis, & aliorum CXXII. *Ubi decem Martyres eodem ordine exprimuntur, ſed nomina non omnino congruunt, quia uno aut altero loco ſunt corrupta. Præterea numerus Anonymorum hîc maximè eſt diverſus; nec facilè divinavero, ubi rectiùs ſit expoſitus. In Blumiano codice apud Florentinium pag.* 1068 *legitur,* Et aliorum DCCXXIII. *Unum hîc certum videtur, anonymos fuiſſe multos.* * Arapionis

F *quinta & ſexta: numerus anonymorum in Faſtis valde diverſus.* 6 *Quinta horum Martyrum turma ſic paucis exprimitur apud Florentinium:* Demetri. Severi, cum aliis XI. *In Corbeienſi:* Item Denetri, Severi, cum aliis undecim. *Major prima vocis mutatio eſt in Epternacenſi, ubi & anonymus unus additur hoc modo:* Metri, Severi, cum aliis duodecim. *Sexta demum turma recenſetur in duobus prioribus Martyrologiis: at ea in Epternacenſi non legitur. Florentinii textus ſic habet:* Item Severi cum aliis XL. *Eadem verba ſunt in Corbeienſi, in quo hæc adduntur:* In ea die collectio multorum martyrum corporum. *Hæc verba inſinuant, multos eo die martyrio coronatos, idque abundè liquet ex dictis omnibus: nam viginti ſex nominatim exprimuntur in duobus exemplaribus: atque ex iis unus tantùm* Severus *in Epternacenſi prætermittitur. Anonymi in textu Florentinii enumerantur ſexcenti triginta & unus: in Corbeienſi recenſentur octingenti & ſeptemdecim: in Epternacenſi verò tantùm ducenti viginti & ſeptem. Tanta differentia in numero anonymorum & nominum quorumdam*

AUCTORE J. S.

dam luxatio ex ſola codices exſcribentium negligentia oritur ; ex eâque etiam in Epternacenſi omiſſus videtur Severus *cum quadraginta anonymis , niſi in aliis perperam ſit repetitus , de quo nonnulla poteſt eſſe ſuſpicio.*

Martyres hi non videntur attribuendi diverſis Ægypti locis ,

7 *Florentinius in Annotatis dubitat , an omnes enumerati Martyres paſſi ſint Alexandriæ : quin & eidem* probabilius ex indiculi ſerie videtur , *laudatos Martyres* univerſim in Ægypto *fuiſſe paſſos. Id omnino mihi quoque videretur dicendum , ſi conſtaret , hoſce Martyres ex iis eſſe , de quibus Euſebius lib.* 8 *cap.* 13 *ſic habet :* Ex iis porrò , qui Alexandriæ & per totam Ægyptum ac Thebaïdem nobili martyrio perfuncti ſunt , primus omnium nominandus eſt Petrus Alexandrinæ eccleſiæ epiſcopus , Chriſtianæ religionis doctor eximius : & inter ejus presbyteros Fauſtus , Dius atque Ammonius , perfecti martyres Chriſti : præterea Phileas & Heſychius, Pachumius ac Theodorus , diverſarum in Ægypto eccleſiarum epiſcopi : ſexcenti denique alii minimè obſcuri , qui per eccleſias , in illis locis ac regionibus conſtitutas , multis laudibus

B celebrantur. Quorum omnium pro vero Dei cultu toto orbe confecta certamina , & quæ ſingulis eorum acciderunt , omnia accuratè commemorare , non eſt officii noſtri , ſed eorum potiùs , qui res geſtas oculis ſuis contemplati ſunt. *Si , inquam , conſtaret de hiſce nunc agi in Martyrologiis ; exiſtimarem etiam , tam diverſas Martyrum turmas conſequenter memorari , quia diverſis Ægypti locis ſunt paſſi. Verùm cùm pauca tantum nomina eaque obvia congruant , ac nullus recenſeatur ex Ægyptiis epiſcopis per Euſebium nominatis , probabiliùs credo de iis non agi hoc loco : aut certè , ſi fortè de Alexandrinis per Euſebium nominatis agatur ; reliquos quoque , quos Martyrologia expreſſerunt , Alexandriæ paſſos eſſe : ſolet enim in Hieronymiano Martyrologio locus martyrii exprimi , & reliqua Ægyptus ab Alexandria diſtingui.*

ſed uni Alexandriæ : ubi fortè in variis vicis paſſi ſunt.

C 8 *Quapropter potiùs exiſtimo , hoſce omnes Martyres Alexandriæ paſſos eſſe. Verùm cùm frequentes ibi fuerint perſecutiones , partim imperatorum edictis excitatæ , partim levitate gentilium Alexandrinorum cœptæ ; malim fateri , me nihil reperire in Euſebii Hiſtoria , quod ſatis certò de hiſce Martyribus exponi poſſit ; adeoque ignorari cùm tempus tum modum martyrii. Modus , quo in Martyrologiis recenſentur per turmas quaſi diverſas , nonnullam quidem ingerere poteſt ſuſpicionem de morte illis illata per tumultum quemdam gentilium , qui in diverſis urbis locis turmas quaſdam Chriſtianorum occidere potuerunt. At nihil certi poteſt dici : nam ob alias quoque rationes eo modo memorari poterant. Ceterùm non pauci ex his iterum videntur annuntiari ad* x *Septembris. Certè locus ibi etiam aſſignatur Alexandria ; & nomina pleraque , etſi ibi pauciora ſint , cum hodiernorum Martyrum nominibus conſonant , ita ut omninò mihi perſuadeam aliquos ex hiſce ibi repeti , ſive quòd illi revera eo die ſint coronati , ſive probabiliùs quòd negligentiâ exſcribentium laterculi loco ſuo moti fuerint , indeque ex ſolo errore iidem ibidem fuerint reproducti , ut non rarò fit in apographis Hieronymianis.* D

multi , ad 10 *Septembris in Hieronymianis recenſiti ,*

9 *Quidquid ſit , eos ad* x *Septembris ſolùm breviter Prætermiſſis inſerere ſtatui , ideoque veriſimiliter eoſdem cum hodiernis eſſe hîc paucis oſtendam de ſingulis. Ita habet textus apud Florentinium :* In Alexandria natalis ſanctorum Nemeſi. Ammoni. Orionis. Heroſi.) *in Epternacenſi* Oroſi.) & aliorum DCCCVI. Didimi. (*ibidem* Dudini.) Mererori. (*in Corbeienſi & Epternacenſi* Mereſori) Panaepſi (*in Corbeienſi* Panepſi , *in Epternacenſi* Panopia) Achillei *. Niceti. Item Ammoni. Heroſi. (*aliàs* Oroſi & Aroſi) Silvani. Oroponi. (*aliàs* Oropion & Aroponi) Nimiſini , *in Epternacenſi* Nemiſini & aliorum VIII. Panemodi. (*in Epternacenſi* Panemoti) Nicenti (*in aliis* Niceti) Silvini. *Hactenus Martyrologia. Jam verò rationes accipe, ob quas cum hodiernis eoſdem putem. Primò ex toto illo numero nullum eo die memorârunt martyrologi medii ævi , ut aliàs ſæpè faciunt , præſertim Uſuardus. Secundò nominum ſimilitudo perſuadet , eoſdem utroque loco commemorari. Quippe tres primi , nimirum* Nemeſus *aut* Nemeſius , Ammon *aut* Ammonius & Orion *hodie quoque junguntur , unâ tantùm litterâ mutatâ in nomine* Orionis , *pro quo legitur* Arionis *aut* Arioni. *Qui quartus eſt* Heroſus *aut* Oroſus , *poteſt eſſe* Oroſeus , *qui eſt inter hodiernos. Quintus* Didimus *aut* Dudinus *cum eadem nominis mutatione hodie reperitur : ſextus verò* Mererorus *aut* Mereſorus , *hodie ſcribitur* Mitiſorus *aut* Mitoſorus.

in Epternacensi Cellei

planè iidem apparent cum hodiernis.

10 *Quod ſeptimo loco ſequitur nomen corruptum* Panaepſi , Panepſi *aut* Panopia , *ex voce* paſſio , *aut ex quopiam Martyris nomine ita difformatum ſuſpicor , fortaſſe ex nomine* Paneti , *aut ex vocibus duabus ſimul junctis. Quod octavum eſt nomen* Achillei , *clarè hodie etiam exprimitur. Sequitur* Niceti , *pro qua hodie vox eſt fortè corrupta* Magitæ *vel* Migitæ. *Decimo loco dicitur.* Item Ammoni *tum* Heroſi , *qui facilè iidem eſſe poſſunt cum antè memoratis , & jam aſſignati ſunt. Sequitur* Silvanus , *inter hodiernos etiam memoratus. Tum* Oroponus *aliàs* Oropion *aut* Aroponus , *qui videtur* Arapion *aut* Arepion *in hodiernis notus , ibique etiam* Orobion *ſcriptus. Demum quatuor ultima nomina fortaſſe tantùm cum alia mutatione repetita ſunt : nam* Nimiſini *aut* Nemiſini *nomen congruit cum* Nemeſi ; *ſic* Panemodi *aut* Panemoti *cum nomine* Paneti *ſatis conſonat , in uno enim exemplari hac die etiam* Panemoti *pro* Paneti *legitur : de* Nicenti *aut* Niceti *ac* Silvini *nominibus clarum eſt , ea cum* Niceti & Silvani *ferè conſonare. Itaque cùm Sancti aliqui in Hieronymianis bis terve ſubinde repetantur ; planè exiſtimo , ex hodiernis turmam ſecundam & quartam majori ex parte ad* x *Septembris reproductam fuiſſe , & nonnullos ibidem bis repetitos.* E F

DE

DE S. ADRIANO ET VIGINTI TRIBUS SOCIIS MM.

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA

ITEM DE S. NATALIA ADRIANI CONJUGE PROPE BYZANTIUM IN THRACIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. S.

§ I. Varia horum Sanctorum Acta Græca, quorum præcipua Latinè vulgata: diversa eruditorum de his Actis judicia.

B CIRCA CCCX. *Acta S. Adriani, quæ dudum Latinè cognita sunt, Græcè sunt scripta,*

Acta S. Adriani *ejusque Sociorum martyrum tanto diligentiùs expendenda sunt, quanto de iis magis variant eruditorum judicia. Alii enim pro sinceris habuerunt, alii pro fabulosis, & omnes, quantùm apparet, Acta illa Latinè scripta crediderunt, licèt auctorem habeant Græcum, idque satis colligatur ex dictione Latina, quæ Græcam phrasim non infrequenter imitatur. Hinc, cùm in conferendis invicem variis exemplaribus Latinis non modò Græcam originem Actorum, sed diversitatem quoque interpretationum deprehendisse me crederem, ulteriùs investigavi, an ipsa Acta Græca nullibi exstarent. Inveni revera in Catalogo Bibliothecæ regiæ Parisiensis, quatuor diversa exemplaria Græca Actorum* S. Adriani & Sociorum *in laudata bibliotheca exstare, atque horum omnium initium esse* Ἐγένετο δὲ τῇ δωτέρᾳ πεμπάδι, *quod cum initio Actorum Latinorum congruit; quamvis Latini interpretes verba Græca non omnes eodem modo Latinè expresserint.*

C *atque ex codice Græco Latinè reddita dabuntur:*

2 *Porrò unum ex quatuor codicibus, in quibus Græca illa* S. Adriani *& Sociorum Acta exstare dixi, humanissimè mihi, per amicos roganti, transmisit vir clarissimus, dominus Claudius Sallier, regiæ bibliothecæ præfectus, ut Acta ex eo publici juris facerem, si videretur operæ pretium. Codex hic, ex bibliotheca Colbertina in Regiam illatus, nunc inter Græcos Mss. notatur* 1453, *ac seculo* XII *exaratus creditur. Acta* S. Adriani *in hoc codice satis accuratè scripta sunt, sed charactere, qui lectu difficilis est ob litteras aliquot hoc tempore inusitatas, & vocum crebras distractiones aut ineptas plurium vocum conjunctiones. Verumtamen, cùm adverterem hanc difficultatem ope accentuum ubique additorum facilè superari posse, ac omnino cessaturam post exscriptas aliquot pagellas, cùmque Latinas versiones minùs fideles deprehenderem, operæ pretium fore credidi, si Acta ex codice transcriberem Latinéque redderem fideliùs, ut sic Operi nostro insererentur, prout factum infrà reperiet studiosus lector. Hæc autem Acta præ aliis edenda censui, quia non dubito, quin illis sint vetustiora, ideoque & meliora. At quanti facienda sint, mox latiùs examinabitur.*

3 *Alia* S. Adriani *Acta Græca habemus ex codice Ambrosiano Mediolanensi, exscripta manu Papebrochii nostri. Horum titulus est:* Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Ἀδριανοῦ καὶ Ναταλίας, Martyrium sanctorum martyrum Adriani & Nataliæ. *Nulla in hoc titulo fit mentio de aliis viginti tribus Martyribus anonymis, licèt de iis æquè agatur in hisce Actis ac in præcedentibus; quorum compendium exhibent satis fidele. Etenim breviora hæc Acta non nisi compendium esse prolixiorum, non verò prolixiora ex brevioribus composita esse & aucta, ex amborum collatione satis deprehenditur, atque ulteriùs probatur ex Martyrologio Adonis, qui elogio* S. Adriani *varia inseruit ex Actis prolixioribus Latinè redditis sine ulla verborum mutatione, non item ex brevioribus, nisi quatenus hæc prolixioribus consonant. Quare non credidi breviora hæc edenda esse, sed pauca solùm ex iisdem Commentario inferenda. Tale habent initium:* Μαξιμιανὸς ὁ τυραννος τῶν τῆς βασιλείας σκήπτρων &c.

E *Alia Acta Græca, quæ priorum sunt compendium;*

4 *Tertium exemplar Actorum Græcorum, sive alterum compendium prolixiorum Actorum, habemus ex bibliotheca Cæsarea Vindobonensi. Meminit de his Actis Lambecius in Commentariis de bibliotheca Cæsarea lib.* 8 *pag* 214, *ubi recenset scripta codicis decimi quarti, quo* continetur magni Menologii Græcorum mensis Augustus, *ut dixerat pag.* 100. *Hæc autem Acta post assignatum diem* XXVI *Augusti, quo Græci colunt* S. Adrianum *cum Sociis, hunc præferunt titulum.* Τῶ ἁγίω μάρτυρι Ἀδριανῶ, καὶ Ναταλίας, ἧ τῆς συνοδίας αὐτῶν, *id est,* Sancti martyris Adriani, & Nataliæ, & Sociorum ipsorum: *ac deinde ita inchoantur:* Ὁ ἅγιος μάρτυς Ἀδριανὸς, καὶ Ναταλία ἡ σύμβιος αὐτοῦ, Sanctus martyr Adrianus & Natalia ipsius conjux. *Breviora sunt præcedentibus, iisque æquè ac prolixioribus sic consentientia, ut nullum sit dubium, quin sint primorum Actorum compendium, cùm ipsis non rarò verbis consonent, atque eumdem rerum gestarum ordinem contineant. Prolixum quoque* Adriani *Sociorumque Martyrum elogium exstat in Menæis impressis ad* XXVI *Augusti, ac in variis Menæis Mss. Verùm cùm omnia illa elogia atque Actorum compendia ex Actis prioribus, quæ edemus, tamquam è fonte profluxerint, illis nequaquam indigemus: aut certè necesse non est ea integra hùc transferre.*

F *tertia item, seu brevius prolixiorum compendium.*

5 *Quapropter ad prolixiora simulque vetu-*

AUCTORE J. S.

Acta prolixiora invariis exstant codicibus Latinis:

stiora S. Adriani *Acta regredior, ut illorum auctoritatem examinem, postquam de variis exemplaribus Latinis pauca observavero. Etenim, licèt Acta Græcè primùm fuerint composita, Latinè nunc pluribus locis exstant quàm Græcè, Actaque Latina eruditis magis innotuerunt quàm Græca. Præter exemplaria alia, quæ in diversis bibliothecis exstare novimus, ac præter duo apographa, alterum ex codice Fuldensi, alterum ex Rebdorfensi, Majoribus nostris olim transmissa, sex in propriis codicibus habemus horum Actorum exemplaria. Accedunt editiones duæ, nimirum Mombritiana, in qua stylus antiqui interpretis sine mutatione legitur, sed non sine mendis aliquot; ac Suriana, in qua stylus nonnihil est expolitus. Porrò ex codicibus nostris, in quibus exstant hæc Acta, aliqui seculo* IX *aut* VIII *videntur scripti, alii recentiores sunt ac seculo* XIII *aut* XIV *exarati. At hisce immorari non lubet, cùm Græca Latinis omnibus sint præferenda: interpretes enim Latini Acta emendare non potuerunt, sed subinde utcumque corruperunt, aut certè sensum auctoris Græci non ubique expresserunt, ut in Annotatis observabo, quando videbitur operæ pretium. Nunc varia eruditorum de* S. Adriani *Actis judicia diligenter expendenda sunt.*

B

varia de hisce Latinè tantùm visis eruditorum judicia:

6 *Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* IV *Martii ita habet de his Actis Latinè tantùm visis:* Extant eorum Acta & quidem germana. *Florentinius in Annotatis ad* VIII *Septembris eadem Acta laudat sine ulla censura ac* valde pathetica *vocat. Tillemontius tom.* 5 *Monum. Eccl., notâ* 66 *in Persecutionem Diocletiani severius de* S. Adriani *Actis tulit judicium, ac suffragantem de more habet Bailletum in Tabula Critica & in Vita* S. Adriani *ad hunc diem. Rigidi illi censores non dubitant asserere, Acta illa videri fœtum otiosi hominis, qui stylum exercere voluerit. Verùm argumenta Tillemontii & Bailleti tanti facienda non videntur, ut id statuere indubitanter cogar de Actis, quæ vetusta sunt, quæque Adoni placuerunt, ac Latinis interpretibus Adone antiquioribus, ut colligitur ex prolixo Adonis elogio, quod ex Actis Latinis desumptum est.*

C

censores Actorum clariùs errant quàm ullibi Acta.

7 *Quapropter argumenta Tillemontii lubet expendere, atque interim monere studiosum lectorem, in hisce Actis nullum certè errorem tam esse manifestum, quàm sit error ipsius Tillemontii, quo art.* 60 *affirmat,* S. Adriano *& Sociis viginti tribus* manus pedesque fuisse abscissos ac super incudem femora eorum confracta. *Bailletus fortasse credidit falli non potuisse Tillemontium, cùm errorem ipsius non modò adoptet, sed etiam Actis attribuat, ita Gallicè scribens:* Habent (*Acta*) illi (*Adriano*) abscissos esse pedes & manus, crura femoraque eidem super incudem confracta, atque eodem modo tractatos esse alios viginti tres Martyres. *Consulat lector Acta Græcè & Latinè danda num.* 29 *&* 30, *ubi omnium refertur martyrium, ac videbit, soli* Adriano *unam* manum *dici abscissam, non* manus; *de manibus verò pedibusve aliorum Martyrum abscissis ne verbum quidem in Actis legi. Jam verò, si censores illi in morte Martyrum enarranda tam clarè hallucinantur, licèt Acta viderint & laudent, meritò dubitabimus, an in censura ferenda magis fuerint accurati. Id igitur examinare incipiam.*

§ II. Expenditur & refutatur primum argumentum, quo Tillemontius contra varia martyrum Acta perperam utitur.

Acta non omnino repudianda ob locutiones prolixiores:

PRimum *Tillemontii argumentum petitur à locutionibus prolixioribus, quæ his Actis inserta sunt: nam hæ vel solæ ostendunt, inquit,* ea per otium * fuisse composita. *Præterea, inquit,* locutiones illæ frequenter plenæ sunt injuriis in imperatorem ipsum: quod malum est signum. *Respondeo, me nolle contendere, omnia dicta, quæ in Actis referuntur, eodem planè modo prolata fuisse à singulis, quibus illa attribuuntur. Studuerit scriptor plusculùm, ut singulis verba ea tribueret, quibus eos ferè usos audivit, aut certè uti potuisse pro rerum adjunctis credidit. At nego ea de causa fidem detrahendam esse factis, quæ referuntur. Etenim S. Basilius, S. Chrysostomus aliique Patres, quos tamquam scriptores optimos admittit Tillemontius, non paucas martyribus sermocinationes ejusdem naturæ attribuunt: nec tamen prolixiores istæ locutiones impediunt, quo minùs gesta martyrum à Patribus relata pro veris admittantur. Multa item alia Martyrum Acta pro genuinis admittuntur à Tillemontio, licèt sermocinationes contineant æquè prolixas, ut videri potest apud Ruinartium in Actis Martyrum sincteris & selectis. Quare inepta est prima ratio ad fidem Actis omnino abrogandam.*

D

E

* á loisir

ratio ex durioribus verbis petita,

9 *Secunda verò ratio non modò inepta, sed falsa quoque & planè ridicula mihi apparet. Sermocinationes istæ, si credimus Tillemontio,* frequenter plenæ sunt injuriis in imperatorem ipsum. *Respondeo id falsissimum esse, ac injuriam Sanctis Martyribus non paucis potiùs inferri, si hæc verba Tillemontii ut vera admittimus. Breviter id ostendo. Scriptor ille in SS. Tarachо, Probo & Andronico fatetur, nulla haberi posse Acta magis authentica, quàm sint Acta illorum Sanctorum, edita apud laudatum Ruinartium pag.* 422 *editionis secundæ: nec dubitat, quin sint ipsa martyrum illorum verba, quæ ut talia Actis illis inserta sunt. Atqui negare nullus potest, quin duriora aut certè æquè dura sint verba, quibus illi martyres judici sæpè responderunt, quàm sint, quæ in Actis nostris* S. Adriano *ejusque Sociis attribuuntur. Si quis igitur secundum leges dialecticæ ex allatis concludat, sanctos Tarachum, Probum & Andronicum secundum data verba injurios fuisse in judicem atque imperatorem suum: nonne etiam ulteriori ratiocinio rectè inferre poterit, Tillemontii verbis injuriam inferri sanctis martyribus, quòd maluerit liberiora dicta ut injuriosa condemnare, quàm fateri, ut debuerat, nequaquam fuisse necesse, ut martyres judicibus ac imperatoribus, quando modis omnibus ad malum invitabant & cogebant, reverentiam aliàs debitam præstarent; sed frequenter etiam melius fuisse, ut illorum impietatem libertate Christiana redarguerent.*

F

cujus vanitas multis exemplis alibi ostenditur,

10 *Lubet id contra objectionem, frequentissimè repetitam à Tillemontio, paulò uberiùs declarare, ut vanitas argumenti, toties adversus Acta Martyrum prolati, clariùs pateſcat. Honorius*

A *norius à S. Maria in Animadverſionibus ad regulas & uſum critices diſſert. 4 art. 8 ſatis oſtendit variis exemplis, non valere argumentum iſtud, quod ex durioribus verbis contra ſinceritatem Actorum intorquetur, cùm duriora ejuſmodi reſponſa in pleriſque, iiſque maximè probatis, Martyrum Actis reperiantur. Tillemontius ipſe, quando ejuſmodi dicta invenit in Actis Martyrum, quæ ſincera credebat, ad objectionem illam variis locis abundè reſpondit; nec ideo tamen deſtitit eamdem contra alia intorquere, acſi vim magnam haberet. Quare objectionem non amplius refutabo aliorum Actorum exemplis, ſed ipſum objectionis fundamentum examinabo.*

nititur quidem auctoritate Scripturæ, ſed male contra Sanctos adhibitæ,

11 *Omnis ratio Tillemontii eò reducitur, quòd modeſtia ac lenitas, ſecundùm Chriſti præceptum ac doctrinam Apoſtolorum, ſervandæ ſint Chriſtianis, quòdque honor præſtandus ſit principibus ac poteſtatibus à Deo ordinatis. Apoſtolus enim ad Romanos cap. 13 gravibus verbis ea inculcat, ita ſcribens:* Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: non eſt enim

B poteſtas niſi à Deo: quæ autem ſunt, à Deo ordinatæ ſunt .... Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem *&c. Similia ſcribit Apoſtolus ad Titum cap. 3. Qua de cauſa nullum poteſt eſſe dubium, quin Chriſtiani principibus ſuis debeant non tantùm ſubjectionem & obedientiam; ſed reverentiam quoque & honorem. Verùm ſicut Chriſtianus non peccat contra debitam aliàs obedientiam, dum renuit obedire principi peccatum imperanti, quia oportet Deo magis obedire quàm hominibus; ita non deerunt occaſiones quædam, in quibus verba duriora, quæ intorquentur adverſus principem graviter peccantem, aut alios inducentem ad peccandum, non cenſeantur repugnare mandato Apoſtoli de honore principibus exhibendo. Certè non condemnamus Joannem Baptiſtam, quòd Herodem peccantem objurgaverit; non condemnamus Sanctos fratres Machabæos, quòd duriora quædam verba in Antiochum intorſerint; non condemnamus S. Stephanum, quòd Act. 7 coram principe Sacerdotum Judæos gravibus verbis perſtrinxerit;*

C *non condemnamus multos alios veteris ac novi Teſtamenti Sanctos, quòd principes ac reges impios, aut in grave aliquod peccatum lapſos, duriuſculè fuerint allocuti, ſed eorum fortitudinem laudamus & admiramur.*

cùm nullibi vetitum ſit redarguere principes juſta de cauſa,

12 *Si autem ulla poteſt eſſe juſta cauſa principem duriùs alloquendi aut objurgandi; vix crediderim ullam poſſe eſſe juſtiorem, quàm fuerit Sanctis martyribus: nam illi ſic loquendo oſtendebant, ſe non timere judicum minas injuſtas, & ſimul rationes docebant, cur principum præceptis nec obedirent, nec obedire poſſent aut deberent. Percurramus hæc ipſa Acta, quæ Tillemontius oppugnat. Num. 2 Martyres ad Maximianum adducti accuſantur de neglecto mandato imperatoris, & interrogantur, an noviſſent pœnam Chriſtianis propoſitam. Neutrum negare poterant: nihilo magis dicere poterant, mandatum imperatoris ad ſe non pertinere. Quo igitur modo mandatum illud* juſtum *vocare poterant, aut agnoſcere pœnam contra Chriſtianos rectè ſapienterque eſſe decretam? Quin potiùs nullo alio modo poterant oſtendere, ſe tranſgreſſione illius mandati non peccâſſe, nec pœnâ dignos, niſi accuſando mandatum ipſum, & conſequenter mandati auctorem. Rectè igitur reſponderunt,* ſtultum *eſſe* mandatum *iſtud imperatoris, ipſumque imperatorem, cùm talia mandaret, amentem & principem filiorum perditionis. Etenim & vera dicebant & utilia, cùm quia innocentiam ſuam declarabant coram omnibus præſentibus, tum quia impietatem principis juſta de cauſa redarguebant.*

AUCTORE J. S.

juſtaque eos objurgandi cauſa non deeſſet martyribus:

13 *Deinde num. 3 Martyres Maximianum vocant* Dei inimicum, tyrannum, veritatis inimicum, *num. 4* impiiſſimum, potatorem ſanguinis, filium diaboli, *num. 5* amentem *nominant, ac futuras ipſi pœnas prædicunt. Similiter* Adrianus *num. 21* tyrannum *ac num. 23* impiiſſimum *nominavit imperatorem. Hæ ſunt injuriæ illæ, quibus locutiones his Actis inſertas plenas dixit Tillemontius. Jam verò ſi relata de ſanctis ſeptem Machabæis 2 Machab. 7 cum his conferamus, facilè videbimus, Machabæos non magis peperciſſe Antiocho, quàm Martyres noſtros Maximiano. Quippe* ſceleſtiſſimum *vocant*, carnificem, inventorem omnis malitiæ, ſceleſtum & omnium hominum flagitioſiſſimum. *Audiamus & alia per Machabæos ad Antiochum dicta: Quartus frater* ℣. 14 *dicit regi:* Tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. *Quintus* ℣. 17: Tu autem patienter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem ipſius (*Dei*,) qualiter te & ſemen tuum torquebit. *Sextus* ℣. 19: Tu autem ne exiſtimes tibi impune futurum, quòd contra Deum pugnare tentaveris. *Septimus demum* ℣. 31: Tu verò, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei. *Et* ℣. 34: Noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſervos ejus inflammatus; nondum enim omnipotentis Dei & omnia inſpicientis judicium effugiſti. *Mox* ℣. 36: Tu verò judicio Dei juſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolves *&c. Si hæc ſtudiosè conferre quis voluerit cum reſponſis Martyrum noſtrorum, facilè perſpiciet eumdem in utriſque fuiſſe ſpiritum.*

E

hinc Sanctus Nazianzenus in Machabæis,

14 *Lubet nunc expendère, quid de Machabæorum certamine cenſeat ſapientiſſimus Pater S. Gregorius Nazianzenus, qui illorum laudes celebravit Oratione 22.* At verò, *inquit*, in filiorum (*Machabæorum*) ad tyrannum reſponſis tantum ſapientiæ animique magnitudinis inerat, ut & aliorum omnium præclara facinora in unum locum collata præ eorum conſtantia ac fortitudine perexigua & minuta videri neceſſe ſit; & rurſus fortitudinis atque conſtantiæ parva laus futura ſit, ſi cum ſapientiſſimis eorum ſermonibus comparetur; adeo ut illorum hæc laus propria ſit, quòd iidem & ita cruciatus exceperint, & tantam ſapientiam exercuerint in reſponſionibus ad perſecutoris minas injectoſque ſupplicio-

F rum terrores. *Hæc ſane S. Gregorii verba tantùm diſtant à Tillemontii nugis, quibus fortia Martyrum reſponſa vocantur* injuriæ *in principes, quantùm diſtat ſanum judicium ab imprudenti cenſura. Neque hic quiſpiam dicat, majorem in Lege nova quàm in vetere requiri lenitatem ac modeſtiam. Id enim ad rem præſentem nihil facit; cùm Nazianzenus Machabæorum ſermones, quos iterum pulchros & pulcherrimos vocat, mox Chriſtianis proponat ad imitandum, ita ſcribens:* Ut quemadmodum certaminis, ita ſermonum etiam, qui martyres deceant, exemplum habeatis, ſi in eadem tempora incideritis.

15 *Hæc multorum Patrum teſtimoniis firmari poſſunt; ſed mihi ſufficient verba S. Auguſtini*

AUCTORE J. S.

& S. Auguſtinus in aliis martyribus libertatem illam laudans.

ſtini in Pſalmum 39, *quia Tillemontius ipſe ea partim attulit in SS. Taracho, Probo & Andronico :* Natale, *inquit*, martyrum celebramus, exempla martyrum nobis proponimus, attendimus fidem, quomodo inventi, quomodo attracti, quomodo ſteterunt ante judices ... In tormentis patientes, in confeſſione fideles, in ſermone veraces. Jaculabantur enim in ora interrogantium ſe ſagittas Dei, & vulnerabant ad iram, ſed & multos vulneraverunt ad ſalutem. Hæc omnia proponimus nobis, & intuemur illa, & optamus imitari. *Hæc S. Auguſtinus, non tantùm laudans fidem, patientiam, ac conſtantiam martyrum; ſed etiam ſanctam eorum in loquendo libertatem*, quâ vulnerabant *alios* ad iram *præter intentionem ſuam*, ſed & *alios* multos ad ſalutem; *ſi non tyrannos ipſos, certè ex præſentibus frequenter non paucos. Præterea Chriſtianorum animos ſic erigebant*, ac metu atque terrore perſecutorum animos *conſternabant, ut obſervat laudatus modò Nazianzenus. Faceſſat igitur ineptiſſima objectio, nec tantum impiis ac Dei hoſtibus tribuamus; ut in ſuſpicionem injuriæ tyrannis factæ ſanctos Martyres pertrahamus.*

B

Quare non improbanda libertas martyrum,

16 *Audiamus potiùs eruditiſſimum Cardinalem Lambertinum, nunc Benedictum XIV, qui in Opere de Canonizatione Servorum Dei lib.* 3 *cap.* 17 *num.* 3 *ita rectiſſimè loquitur :* Ecquis enim umquam martyrem criminari poterit, qui conſtitutus in poteſtate tyranni, & vel tormentis ſubjectus, vel mox ſubjiciendus, ejus iniquitatem redarguat; qui in vinculis pro fide Chriſti conſtitutus, Evangelium annuntiet, iniquas ſectas, quas averſatur, condemnet; incitatus ad fidem deferendam zelo inflammetur; & audiens nomen Domini blaſphemari, blaſphemantibus & eorum idolis maledicat. *Quare nimiùm favet impiis principibus, qui exiſtimat, eos ne tunc quidem juſtè objurgari ac redargui poſſe, quando invitant ad peccatum, & peccare cogunt, quantùm poſſunt. Id nos neque Chriſtus neque Apoſtolus docuit, etiamſi lenitatem manſuetudinemque Chriſtianis omnibus maximè commendaverint.*

In quibus loquitur Spiritus ſanctus.

C

17 *Itaque non video, quo jure quis talem legem præſcribere poſſit Martyribus, quibus illam non præſcripſit Dominus. Quin potiùs verba coram tyrannis non defutura martyribus promiſit Chriſtus Matt.* 10, *dicens :* Cùm autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. *Ignoſcet ſtudioſus lector, ſi hiſce diutiùs immoratus ſum, quàm mereatur ineptiſſima objectio: hoc enim faciendum credidi, quia ſæpiſſimè contra alia etiam Acta repetitur. Id tamen obſervatum volo, me negare nolle ſubinde in Actis nullius fidei verba quædam martyribus attribui, quæ cenſenda non ſunt ab ipſis prolata, cùm non modò videantur repugnare Chriſtianæ manſuetudini, ſed etiam ſine ratione & judicio Actis ſint inſerta. Verùm in hiſce Actis talia non reperiuntur; &, ut jam monui, omnes locutiones Martyribus cerìò attribuendas, minimè contendo.*

* * * *
* * *
* *
*

D

§ III. Alia Tillemontii argumenta examinantur ac refutantur : Acta non quidem ut primigenia, ut probabilia tamen & utilia approbantur.

Incredibile putat Tillemontius, quod narratur de egreſſu Adriani è carcere,

P*oſt argumentum jam refutatum, Tillemontius alia ratione impetit Acta* S. Adriani *& Sociorum. Num.* 13 *in Actis dicitur* Adrianus *pecuniâ impetrâſſe à carceris cuſtodibus, ut ſibi liceret carcere egredi, & uxorem adire, data tamen cautione reditus ſui, ſeu vadibus conſtitutis reliquis martyribus. Ait Tillemontius* ridiculum *illud eſſe, ac nullo modo defendi poſſe, cùm carceris cuſtos vitam ſuam periculo expoſuiſſet, ſi res innotuiſſet :* Et tamen, *inquit*, id publicè omnino peragitur, cùm complures idem uxori ipſius nuntiaturi veniant. *Fateor lubens,* E *totam hanc hiſtoriam valde mirabilem eſſe: at tam eſſe ridiculam, quàm vult Tillemontius, neque ullo modo defendi poſſe, necdum perſpicio : neque id perſpexit S. Ado Viennenſis, cùm factum iſtud inſeruerit elogio* S. Adriani, *licèt alia non deeſſent in laudem ejuſdem Sancti commemoranda, ideoque egreſſum illum è carcere, & totum colloquium, cum* S. Natalia *tunc habitum, facilè omittere potuiſſet, ſi ipſi viſa fuiſſent ridicula & fabuloſa.*

& perperam aſſerit publicè egreſſum fuiſſe :

19 *Quare argumentum propiùs inſpiciamus.* Agebatur, *inquit*, de vita cuſtodis carceris. *Supponamus id eſſe certum : non fuiſſet ille primus, qui amore pecuniæ vitam ſuam periculo expoſuiſſet, cùm id homines non pauci frequenter faciant; ac multi etiam in ſimili occaſione. Itaque ſi revera cuſtos vitæ ſuæ periculo conſenſiſſet, tantùm feciſſet, quod multi alii ſæpè fecerunt. Poterat ſperare carceris cuſtos, egreſſum* Adriani *fore occultum, aut, ſi præter ſpem erumperet, ſe fugâ celeri vitam conſervaturum. At, inquit Tillemontius,* publicè omnino *per viam incedit, quia* complures *id uxori ipſius nuntiant. Reſpondeo neutrum legi in Actis : nullibi enim* Adrianus *clarâ luce dicitur carcere egreſſus, nullibi à* compluribus *dicitur cognitus. Unus è civibus ipſum vidit, Virumque aliàs ſibi probè cognitum agnovit : atque unus item ex domeſticis. Hoc fundamento nititur publica illa egreſſio tam confidenter aſſerta. Attamen ſi veſperi primis tenebris fuerit egreſſus, facilè à duabus perſonis optimè notis poterat cognoſci. Quo igitur modo hinc publicam egreſſionem exſculpemus ? Imò potiùs exiſtimare debemus, rem occultè peractam, cùm non videatur judicibus innotuiſſe; cúmque* Adrianus *non dicatur viſus niſi à duobus, à quibus nihil erat metuendum. Verùm Tillemontius, ut conjecturam ſuam probaret, ex duobus* complures *non ſatis fidèliter commentus eſt.*

F

aliæ Tillemontii ratiunculæ contra prædictum egreſſum

20 *Præterea, ſi conſtaret, quò uſque ſe extenderit facultas cuſtodum carceris ad laxandam reis cuſtodiam, fortaſſe tota objectio concideret. Id certum eſt, multa à cuſtodibus permiſſa fuiſſe captivis poſt acceptam pecuniam, quæ aliàs fuiſſent negata. Æquè certum eſt, non omnes captivos ſemper in carceribus fuiſſe detentos. Paulus erat vinctus Act.* 28, *nec tamen*

A *men erat in carcere, nec uno detentus loco. Alii rei, conſtitutis vadibus, comparere cogebantur ad certum tempus, nec tamen cuſtodiebantur. Quis igitur certò inferat, non licuiſſe cuſtodi carceris* Adrianum, *qui ſe ultro ad vincula obtulerat, ad horam unam aut alteram dimittere, modò adhiberet cautionem ſatis certam? Quare reliqua audiamus, quibus* Adriani *illum egreſſum oppugnat Tillemontius.* S. Adrianus, *inquit*, unicè id faciebat, ut moneret uxorem ſe ducendum ad imperatorem. Nec tamen eò ductus eſt niſi poſt dies ſeptem. Cur autem non curavit eam monendam per alium; cùm ſecundum Acta Chriſtiani tunc plena gauderent libertate Chriſtianos viſendi in carcere? *Levia hæc ſunt: neque enim* Adrianus *exactè videtur noviſſe diem, quo interrogaretur; ſed propinquum eſſe audiverat. Fortè etiam nullus ad carcerem veniebat Chriſtianus, quem mitteret. Itaque ipſe ire potuit cùm ob rationes nobis ignotas, tum ut* S. Natalia *ſuo exemplo incitaret alias ad ſerviendum Martyribus, ſuâque pecuniâ aditum ad ipſos impetraret.*

B *Actaque ipſa objecta,* 21 *Tillemontius ſupponere videtur, eamdem ſemper Chriſtianis fuiſſe libertatem accedendi hos Martyres. Certè ita argumentatur:* Valde quoque mirum eſt, S. Nataliam uxorem ejus, ubi ea erat accedendi libertas, multis diebus abſtinuiſſe à viſendo ipſum .... At illa ipſa libertas parùm credibilis eſt, ſi expendantur alia illius temporis martyrum Acta, & hæc ipſa, ubi dicuntur conſtituti fuiſſe viri ad quærendos Chriſtianos latentes. Præterea non video, quo id modo conciliari poſſit cum iis, quæ faciebat S. Natalia, quando Maritus ipſius fuit interrogatus. Non poterat magis apertè ſe Chriſtianam declarare, & quidem in conſpectu ipſius Maximiani & præcipuorum ejus miniſtrorum. *Multa hîc ſimul intricavit cenſor Actorum: atque idcirco difficultas videbitur magna iis omnibus, qui martyrum Acta non conſiderârunt attentè. Verùm non erit difficile, modò conſideremus ſingula, infirmitatem totius objectionis oſtendere.*

ſingulæ 22 *Primò, quod de* Natalia *objicitur, falſum eſt. Statim illa ad Virum ſuum accurrit, ubi pro fide Chriſti victum intellexerat, ut habent Acta num.* 8 *&* 9. *Poſt primum iſtud colloquium* aliquot diebus, *tribus fortè aut quatuor, ex quibus* multos *formavit Tillemontius, domi ſe continuiſſe dicitur, rogata ab* Adriano, *ut id faceret. Secundò libertas inviſendi captivos in carcere, qualis in Actis ſupponitur fuiſſe, tanta non eſt, ut incredibilis ſit, ſpectatis hiſce & aliorum martyrum Actis. Conſulant ſtudioſi lectores Acta SS. Perpetuæ & Felicitatis ad* VIII *Martii, Acta SS. Montani, Lucii &c. ad* XXIV *Februarii, atque alia non pauca, quæ ut genuina ab omnibus admittuntur: & invenient majorem libertatem viſendi captivos in illis indicari, quàm in Actis* Adriani. *Etenim hîc num.* 26 *dicitur Maximianus prohibuiſſe, ne mulieres ampliùs ad Captivos venire ſinerentur, ita ut deinde non potuerint in carcerem ingredi niſi virili veſte. Quare ab eo tempore tam* S. Natalia *quàm aliæ mulieres clanculùm ad carcerem admiſſæ videntur, aut non tam apertè, ut res pluribus innoteſceret, ne fraus veſtimentorum detegeretur. Exemplum accipe magis mirabile ex Actis à Tillemontio probatis. Sancti Montanus & ſocii, ut in eorum Actis legitur num.* 6, fame & ſiti *in carcere cruciabantur; & vel ſic tamen non omnis ad eos aditus erat intercluſus:*

nam num. 9 per Herennianum hypodiaconum & Januarium catechumenum *cibum ac potum acceperunt ſufficientem, poſtquam* altera die jejuni *manſerant. Hæc ſanè magis miranda ſunt, quàm quòd uxor captivi & mulieres aliquæ ſinantur ingredi carcerem, ut viro nobili, qualis erat* Adrianus, *ſerviant, eaque occaſione etiam reliquis.* AUCTORE J. S.

examinantur, 23 *Tertiò, quòd* S. Natalia *ita ſe geſſerit, ut poſſet ſuſpicionem ingerere de fide ſua, veriſimum eſt, maximè in carcere ac tempore martyrii. Quod apertè ſe Chriſtianam declaraverit, & quidem coram Maximiano ejuſque miniſtris, dixit quidem Tillemontius, ut alia jam refutata; ſed id numquam ex Actis probabitur. Imò potiùs dubitare poſſumus, an umquam tam propè acceſſerit ad Maximianum, ut ab eo fuerit viſa. Quod ſpectat ad ſuſpicionem, quam de ſe præbuit præſentibus in carcere; ea neminem cogebat mulierem nobilem ut Chriſtianam accuſare. Nihilo magis lis ei neceſſariò intentanda erat ob ea, quæ faciebat, dum coram Maximiano erat* Adrianus: *nam ſi imperator eam omnino viderit & cognoverit, omnia attribuere poterat amori Conjugis in Maritum. Unum igitur iſtud conſiderandum reſtat, quomodo hæc omnia, quæ narrantur de libertate qualicumque Chriſtianorum inviſendi Martyres, & de factis quibuſdam* S. Nataliæ, *quibus poterat ſuſpecta fieri de fide Chriſtiana, conſiſtant cum hiſce ipſis Actis, ſecundum quæ latentes Chriſtiani inveſtigabantur.*

ac diluuntur; 24 *Reſpondeo non dici, ita inveſtigatos fuiſſe Chriſtianos, ut quælibet ſuſpicio ſufficeret ad eos apprehendendos; neque eos, qui Chriſtianos inveſtigabant, ubique fuiſſe præſentes. Deinde graves in Romano imperio pœnæ erant decretæ contra falſos delatores. Hinc timere omnes poterant, ne ſuo periculo aliquem de fide Chriſtiana accuſarent, niſi certa haberent argumenta, quibus eam probare poſſent. Tanto majus erat illud delatorum periculum, quanto nobilior potentiorque erat perſona, quæ accuſabatur; cùm in hoc caſu delator non ſolùm poſſet timere leges in falſos delatores ſtatutas, ſed etiam odium amicorum ac conſanguineorum illius, quem accuſabat. Præterea delatorum odioſum ſemper ac infame erat nomen: nec omnes gentiles tam erant exacerbati contra Chriſtianos, ut eos deferendo infamiam ſibi atque odium conciliare vellent. Itaque mirandum non eſt,* S. Nataliam *non fuiſſe accuſatam de fide Chriſtiana, præſertim cùm ipſa fidem ſuam antea celâſſet. Minùs quoque mirari poſſumus, ipſam facere auſam, quæ leguntur in Actis: nam omnia inſinuant, Sanctam flagrâſſe martyrii deſiderio.*

oſtenditurque, non omnia, quæ cenſor Actis attribuit, 25 *Corruit igitur totum iſtud Tillemontii argumentum, tanto conatu intortum. Hac de cauſa omittere potuiſſet ſequentia verba:* Verùm abſurda illa omnia erant neceſſaria ad concinnandum adjunctum iſtud fabuloſum, quod deinde narratur de Natalia, quæ, ſuſpicans Maritum ſuum fidei renuntiâſſe, januam ipſi occludit, parata ſe ipſa interficere. *Fabulæ ſimiliora hæc exiſtimat Tillemontius quàm hiſtoriæ. Idem fortaſſe dixiſſet de iis quæ Act. 12 leguntur de S. Petro, è carcere per angelum educto, & ſtante ante januam, ſi non fuiſſent Sacris Litteris inſerta, quia* ℣. 14 *puella* præ gaudio non aperuit januam, *& quia diverſa de Petro oſtium pulſante erant judicia. Attamen hæc nihilominus vera eſſent; nec video, qua de cauſa pro fabuloſis habenda ſint, quæ de* S. Natalia *hîc referuntur.*

AUCTORE J. S.

feruntur. Sanè, si suspicabatur Adrianum, *nuperrimè conversum, juvenili levitate fidei renuntiâsse, poterat meritò indignari, & de fide ipsius se certam facere, priusquam ipsum in domum suam admitteret, ac pro conjuge habere pergeret. Nullus mirabitur id factum à pia muliere, modò noverit, quantùm apostatas horrere soleant pii Christiani. Quare occlusio illa januæ difficultatem tantam non habet, ut eam pro fabella necesse sit rejicere.*

eo sensu esse exponenda:

26 *At, si credimus Tillemontio,* parata *erat* se ipsa interficere. *Id ne Latina quidem Acta habent, multo minùs Græca. Surius, quem solum secutus est Tillemontius, ita tantùm habet:* Recede à me: alioqui meipsam interficiam, ut vel sic satieris. *Itaque rursum hîc severus ille criticus deteriorem, quàm habeant, Actis attribuit sensum, ut ea oppugnaret validiùs: quantum enim interfit inter comminationem ad terrorem incutiendum prolatam, & voluntatem aliquid faciendi, nullus ignorat. Si quis pater filio suo dicat:* Obedi mihi: alioquin caput tibi comminuam. *An de illo rectè dicatur?* Paratus erat caput filio suo comminuere. *Minimè gentium. Quare & Tillemontius verba Surii corrupit. Verùm nec Surii verba accuratè cum textu Græco consonant, ut in Actis videri potest num.* 15, *ubi in Annotatis ostendam, verba Græca alio modo rectè exponi posse, ac probabilius ita esse exponenda, ut* Natalia *tantùm dixerit* Adriano, *se imposterum nolle eum pro marito agnoscere; sed sui curam se ipsam habituram. Si quis tamen verba Græca maluerit intelligere de sui cæde, ut revera exponi possunt, gravis fuerit comminatio, sed non plane incredibilis in Muliere irata. Præterea jam antè monui, nolle me contendere, locutiones omnes, Actis insertas, eodem modo fuisse prolatas; sed magis existimare pleraſque esse attribuendas Actorum scriptori, qui internas singulorum affectiones iis utcumque voluerit exponere, aut stylo suo amplificaverit, si qua de iis scripta reperit. Non igitur negaverim, meritò amputari posse dicta pleraque* Nataliæ *ad* Adrianum *carcere egressum, ut nimis iracunda; alia verò ejusdem dicta, ut pia, quidem retineri posse; sed minùs esse verisimile, omnia sic fuisse per ipsam prolata.*

B

C

postremæ objectiones exigui momenti. Ex dictis concluditur,

27 *Postrema Tillemontii objectio est, quòd baptismus* S. Adriani *nullibi legatur expressus. Leve id est: nam & alia ferè omnia, quæ inter* Adrianum *& alios Martyres in carcere contigerunt, ibidem non præsente* Natalia, *fuerunt omissa. Demum ait Tillemontius, alia multa objici posse contrà hæc Acta, sed ea omisit. Fortasse insinuare voluit visiones aliquot, & alia quædam mirabilia sub finem Actorum relata. At in plerisque martyrum Actis authenticis variæ visiones, aliaque mirabilia narrantur, & vel maximè talia, quæ conducebant ad conservandas martyrum reliquias, qualia etiam his Actis sunt inserta. Hisce omnibus consideratis, non dubito asserere, Acta* S. Adriani *non esse tam improbabilia, quàm ea facere voluit Tillemontius. Nam, si quibusdam laborant difficultatibus, quas examinavi; considerare potuerat laudatus scriptor, Acta etiam maximè authentica magnis plerumque difficultatibus non carere, prout ipse observavit paulo pòst notâ* 1 *ad S. Theodotum, cujus Acta, non paucioribus difficultatibus obnoxia, ut scriptoris synchroni susceperit defendenda.*

28 *Nolim quidem pronunciare, Acta* S. Adriani *æquè ac Acta S. Theodoti fuisse propugnanda: disparilis enim est ratio, quia posteriora à teste oculato sunt conscripta, non item priora, quorum ignotus est auctor. Si dixisset Tillemontius, fidem horum Actorum sibi dubiam esse aut minùs perspectam; me non vehementer repugnantem haberet, cùm non videantur esse scriptoris contemporanei, licèt aliàs vetusta sint; & verisimiliter seculo* V *conscripta. Certè hæc Acta diu ante Metaphrastem conscripta esse, evincunt codices aliquot Latini, & elogium Adonis ex iis desumptum, cùm Ado Metaphraste sit antiquior, ac verisimiliter etiam laudati codices. Bandurus in Antiquitatibus Constantinopolitanis pag.* 648 *eadem Acta Græca assignat in codice membranaceo Bernardi de Montfaucon, qui seculo* IX *scriptus creditur, id est, ante Metaphrastem. Certum igitur est, Acta* S. Adriani *Metaphraste multo esse vetustiora.*

D

Acta non esse improbabilia, non tamen fidei omnino certæ,

29 *Si autem de antiquitate horum Actorum ex stylo Græco censere velimus, ea ad seculum quintum referre poterimus, non verò ad seculum* IV, *quo passi sunt Sancti. Etenim stylus ferè purus est & simplex, exceptis duabus tantùm aut tribus vocibus utcumque barbaris. Attamen Acta non fuisse scripta, qualia modò reperiuntur in codice Græco, ante seculum* V, *evincit nomen* Argyropolis, *quod loco impositum est sub initium seculi* V, *ut observabo in Annotatis ad caput* 5 *lit.* d. *Quare verisimile est, Acta fuisse composita uno seculo post Sanctorum martyrium, ac verisimiliter ex scriptura quapiam vetustiore. Hinc probabilia tantùm sunt, quæ in illis narrantur; & non tam certa, quàm quæ relata habemus per scriptores coævos.*

quia non sunt scriptoris coævi, sed exarata forsan seculo 5.

E

§ IV. S. Adrianus hodiernus probabiliùs diversus ab Adriano, qui colitur XXVI Augusti.

Ex duobus Adrianis, quos colunt Græci, unum faciunt aliqui:

F

Græci die XXVI *Augusti duos colunt Adrianos, quorum alter eodem die insertus est Martyrologio Romano, alter ibidem ad hunc diem relatus. Tillemontius tom.* 5 *Monumentorum eccl. notâ* 1 *in Persecutionem Licinii credidit duos illos martyres pro uno haberi posse; sed rationes non allegat magni momenti, easque jam breviter refutavit Pinius noster in Adriano illo, de quo egit ad* XXVI *Augusti. Verùm Bailletus in* Adriano *nostro, de quo agit ad* VIII *Septembris, opinionem Tillemontii novis ratiociniis firmare voluit ac sequi. Hinc Acta utriusque* Adriani *miscuit pro arbitrio suo, Vitamque* Adriani *unius composuit tanta libertate, quantam in Metaphraste numquam deprehendi. Ausus est ille nugas Pseudo-Dorothei partim adoptare, partim miscere cum Actis* Adriani *nostri, ut contra ipsum Pseudo-Dorotheum ex duobus unum faceret* Adrianum, *quem sub Maximiani imperio, jubente Licinio, occisum statuit. Attamen Pseudo-Dorotheus clarissimis verbis duos distinguit Adrianos, & quidem iteratis vicibus. Quare abstinendum fuerat à fabellis malè cohærentibus Pseudo-Dorothei; aut illud etiam adoptandum, quod cum aliis scriptoribus Græcis commune habet de diversis Adrianis.*

31 *Accipe, studiose lector, quot modis Adrianus alter ab altero distinguatur à Pseudo-Doro-*

ut obſtat ipſe pſeudo-Dorotheus, quem laudat Bailletus,

A *Dorotheo, edito apud Cangium poſt Chronicon Paſchale pag.* 431. *Alter Adrianus ab ipſo vocatur* Probi filius, *alter* Nataliæ maritus, *idque ad diſtinctionem, licèt aliàs idem potuiſſet eſſe filius Probi & maritus* Nataliæ. *Primum dicit occiſum à Licinio, ejuſque corpus tranſlatum aſſerit à Metrophane epiſcopo Byzantino, qui revera ſub Licinio epiſcopus fuit Byzantinus atque eſſe perrexit ſub Conſtantino ſolo. Alterum verò* Adrianum, *ſeu conjugem* Nataliæ, *ſub Maximiano (ut habet textus Græcus, quamvis Latinè legatur* Maximino) *coronatum affirmat, ejuſque corpus à Tito epiſcopo depoſitum dicit eo loco, quo deinde tranſlatum aſſerit corpus Adriani ſub Licinio paſſi. Verba ipſa huc transferò:* Quo (*Adriano*) in hac confeſſione (*per Licinium*) extincto, Metrophanes, qui nuper (*Byzantii*) epiſcopatum inierat, aſſumptis comitibus Chriſtianis, Nicomediam venit, clámque ſubreptas Adriani martyris reliquias, in prima ab ipſis condita eccleſia, quæ modò Byzantio adjacet, loco, quem Argyropolim vocant, depoſuit, ubi & Titus, qui primus extitit Conſtantinopoleos epiſcopus, Adriani, qui

B ſub Maximino (*Græcè* Maximiano) martyrium ſubiit, reliquias depoſuit, ut & Nataliæ illius uxoris, ac ceterorum, qui cum illis vitam martyrio finierunt.

cujus argumenta non modò infirma ſunt,

32 *De corporibus agens pag.* 432 *iterum duos diſtinguit Adrianos, ita ſcribens:* Horum corpora in ſepuleris lapideis hìc recondita ſunt, ut & Nataliæ corpus, & Adriani, qui poſtea, (*ſub Licinio nempe*) martyrium ſubiit. In alio verò conditorio tumultuariè tum facto tredecim martyrum reliquiæ depoſitæ ſunt: in arca autem plumbea ſolus depoſitus eſt Adrianus Nataliæ vir: quæ quidem ſepulcra omnia uſque ad hæcce tempora proſtant in ſubterraneo antro, in quo altare erexit Andreas apoſtolus. *Hactenus Pſeudo-Dorotheus. Huic autem ſive credamus, ſive fidem abrogemus, ſemper manebit probabilius, duos fuiſſe Adrianos: nam tam Faſti Græcorum duos recenſent, factiſque & temporibus diſtinguunt, quàm perſonatus ille Dorotheus, cujus Synopſis modò creditur ſeculo* VI *procuſa. At, inquit Bailletus, nihil ferè de uno dicitur, quod non congruat alteri.* Ambo duces ſunt in

C exercitu Romano ſub Galerio Maximiano & Licinio: ambo ad fidem converſi, viſis ac conſideratis iis, quæ patiebantur Chriſtiani: ambo in urbe Nicomedienſi coronati ſunt martyrio; ambo poſt mortem tranſlati Argyropolim prope Byzantium; ambo demum culti apud Græcos die XXVI Auguſti.

ſed etiam erroribus plena:

33 *Ita ratiocinatur criticus ille, ut ex duobus unum faciat* Adrianum, *adjungens longè probabiliora eſſe, quæ de Adriano Probi filio narrat Pſeudo-Dorotheus, quàm ſint Acta* Adriani *conjugis* S. Nataliæ. *Verùm acquieſcere nequeo ejuſmodi judicio, cùm Pſeudo-Dorotheus fabulis & contradictionibus ſcateat, quod de Actis* S. Adriani *noſtri temerè dicetur, ac numquam probabitur. Imò auſim indubitanter affirmare, longè plures apertos errores eſſe in paucis illis, quæ de* S. Adriano *ſcripſit Bailletus, quàm aſſignari poſſint in prolixioribus* S. Adriani *Actis: nam in hiſce aliqua videntur improbabilia ſeverioribus criticis, in Vita verò, quam concinnavit Bailletus, varii errores manifeſti ſunt, & plura improbabilia. Examinemus verba mox data, quibus unicum Adrianum probare voluit. In iis falſum eſt primò, quod ambo dicantur* duces *in* exercitu Romano: *id enim de ſolo dicitur* Nataliæ *marito, nullibi ſaltem clarè de Probi, ut volunt, filio. Falſum eſt ſecundò, quòd ambo dicantur duces* ſub Galerio Maximiano & Licinio: *nam primus paſſus eſt ſub Galerio, alter ſub Licinio. Falſum eſt tertiò, quòd ambo dicantur converſi, viſis tormentis Chriſtianorum: nam id nullibi aſſeritur de Adriano paſſo ſub Licinio.* AUCTORE J. P.

quare non videtur dubium, quin duo illi Adriani ſint diſtinguendi,

34 *Quare tota ſimilitudo eò reducitur, quòd ambo Nicomediæ paſſi atque Argyropolim tranſlati dicantur: nam quòd eodem die ambo colantur à Græcis, non auget difficultatem, ſed potiùs minuit, cùm ſic difficiliùs invaleſcere potuerit opinio de duobus, ſi unus tantùm fuerit, quàm aliàs potuiſſet, ſi unus coleretur diebus diverſis. Jam verò ſi conſideremus quàm multa de iſtis Martyribus ſint diverſo modo relata, facilè credere poterimus diverſos omnino fuiſſe. Quippe* Adrianus *noſter paſſus eſt cum multis aliis Martyribus, alteri nullus attribuitur ſocius: primus crurifragio vitam finivit, alter reſecto capite: primus nuper converſus dicitur, viſâ Martyrum conſtantiâ; alter dudum Chriſtianus fuiſſe, & fidem Nicomediæ prædicâſſe dicitur in Actis ſuis. Demum cùm in Actis utriuſque, tum in Græcorum elogiis, tot notis diſtinguuntur, ut iidem nequeant dici, niſi omnem omnino fidem tam Actis quàm Faſtis Græcorum omnibus abrogemus.*

cùm in Hieronymianis quoque duo Adriani Nicomediæ annuntientur.

35 *At rationes Tillemontii & Bailleti non adeo urgent, ut id facere me poſſe aut debere exiſtimem, præſertim cùm etiam in Hieronymianis Faſtis inveniam, duos Nicomediæ paſſos eſſe Adrianos, quorum primus, qui* Nataliæ *Maritus eſt, apud Florentinium annuntiatur* IV *Martii; alter ad* VI *&* VII *Novembris aliis quibuſdam adjungitur: tertius etiam Adrianus Chalcedoni in iiſdem Faſtis attribuitur. Hic ultimus etiam facilè potuiſſet Argyropolim transferri, & errore Græcorum Nicomediæ adſcribi. Verùm cùm duo Adriani in Hieronymianis Faſtis legantur Nicomediæ paſſi, neceſſe non eſt alium ex vicino loco adducere; cùm pronum ſit ſuſpicari, Adriani ſecundi memoriam celebratam eſſe à Græcis eodem die, quo primi feſtivitas celebrabatur, ut ſimul colerentur, qui ad eumdem locum fuerant tranſlati. Hanc diſputationem nonnihil protrahere volui, ut erudito lectori pateat, ob leviuſculas rationes non ſtatim eſſe recedendum ab iis, quæ in Faſtis Græcorum traduntur, maximè cùm eorum Faſti invicem rectè conſentiunt.*

§ V. Memoria S. Adriani Faſtis adſcripta diebus variis: dies martyrii non omnino certa: cultus præcipuus VIII Septembris poſt corpus Romam delatum.

Memoria Adriani & Sociorum in Faſtis veteriſſimis:

CUltus S. Adriani *antiquiſſimus eſt & celeberrimus multis locis; ſed memoria ipſius Faſtis inſerta eſt diebus tam variis, ut difficulter aſſignari poſſit dies, quo felici morte ad cæleſtem tranſivit Gloriam. Codices Hieronymiani apud Florentinium* S. Adrianum *cum Sociis martyribus*

AUCTORE J. S.

tyribus ad IV *Martii annuntiant hoc modo :* In Nicomedia passio sancti Adriani cum aliis numero XXXIII. *Errorem in numerum irrepsisse, licet sequens codex eumdem exhibeat, mox probabo. Codex Corbeiensis ibidem in Annotatis sic habet :* Nicomediæ passio sanctorum Adriani cum aliis triginta tribus. *Rectius ibidem numerum exprimit vetustissimum Epternacense, alias Antverpiense dictum :* Nicomediæ Andriani cum aliis XXIII. *In codice reginæ Suecia, apud nos post tamum* VII *Junii edito, Socii scribuntur* XXXIV. *In Kalendario Corbeiensi apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum leguntur tantum alii* XXII. *At hæc menda sunt transcribentium aut imprimentium. Cæterùm in multis quoque codicibus contractioribus tam apud nos quàm apud Martenium tom.* 6 *Collectionis amplissimæ ad eumdem diem* Adriani *memoria occurrit, aliquando sine Sociis, aliquando sine determinato Sociorum numero.*

37 *At de numero Martyrum non videtur dubitandum, cùm Beda, Ado, Usuardus cum Græcis Fastis & cum Actis ipsis constanter viginti & tres Socios* Adriano *attribuant, ita ut etiam Hieronymianum Martyrologium haud dubiè eumdem Martyrum numerum exhibuerit, licèt apographa quædam deinde mendum contraxerint. Baronius quoque non dubitavit, quin* S. Adrianus *cum Sociis memoratis passus sit die* IV *Martii; atque ea de causa ad illum diem hæc de eis Martyrologio Romano inseruit :* Nicomediæ sancti Hadriani martyris, cum aliis viginti tribus : qui omnes sub Diocletiano imperatore martyrium cruciatu consummârunt : cujus memoria sexto Idus Septembris, quando ejus corpus Romam translatum fuit, potissimùm agitur. *Attamen dies martyrii tam certus non est quam numerus Martyrum, ut infrà videbimus. Credidit Baronius à Beda quoque eodem die celebratum esse* Adrianum *cum Sociis; sed Martyrologium genuinum Bedæ non noverat eruditissimus Cardinalis; atque inde factum est, ut auctarta Bedæ Martyrologio inserta passim sub nomine ipsius laudaverit.*

Socii Adriano fuerunt viginti tres : creduntur passi die 4 *Martii :*

B

38 *Beda Martyrologium, apud nos editum ante tomum* 2 *Martii, ad* VIII *Septembris de* Adriano *& Sociis ita habet :* Eodem die in Nicomedia natale S. Adriani martyris cum aliis viginti tribus. *Eodem die vetus seu parvum Romanum, à Rosweydo editum, adjungit* Nataliam *hoc modo :* Et Adriani martyris cum viginti tribus martyribus. Et Nataliæ. *Secutus est Ado, longissimum ex Actis texens elogium, cui* Nataliam *quoque inseruit : in fine autem habet :* Passio horum Martyrum sexto Idus Septembris celebratur. *Rabanus, Notkerus & Usuardus* Adrianum *cum Sociis viginti tribus eodem die memorant. Wandelbertus Socios silet, ac* Adrianum *Romæ sic annuntiat :* Martyr & Adrianus Romam tum sanguine comit. *Multa alia Martyrologia, in quibus* S. Adriani *natalis ad hunc diem annuntiatur, enumerata sunt in Prætermissis ad* IV *Martii. Recentiora verò non enumero, quia illorum auctoritas nullius hic ponderis esse potest. Quare solum addo, in Hieronymianis hac quidem die* Adriani *natalem esse notatum, sed sine Sociis & loco martyrii, hoc modo :* Et natalis sancti Adriani. *Hinc suspicor, hanc* Adriani *commemorationem Hieronymianis additam esse, postquam corpus translatum est Romam. Idem haud dubiè credidit Baronius, qui translationem huic diei innexuit, ita scribens in Martyrologio Romano :* Nicomediæ sancti Hadriani martyris cum aliis viginti tribus, qui omnes post multa supplicia sub Diocletiano & Maximiano augustis martyrium cruciatu consummârunt quarto Nonas Martii. Eorum reliquiæ à Christianis Byzantium delatæ, reverenti honore sepultæ fuerunt : inde postea S. Hadriani corpus Romam hac die translatum fuit, in qua ipsius festivitas potissimùm celebratur.

à multis tamen martyrologiis annuntiatur VIII *Septembris,*

C

D

3 *Græci in Menologiis, Menæis, aliisque Fastis* Adrianum *cum Sociis &* Natalia *celebrant ad* XXVI *Augusti, ut diximus in Prætermissis ad illum diem, quo & Mosci eumdem colunt cum* Natalia. *Baronius in Annotatis ad Martyrologium rationes reddere conatur, creditque diem* IV *Martii esse natalem, die* XXVI *Augusti factam esse translationem corporis Byzantium, ac demum die* VIII *Septembris translationem Constantinopoli Romam. Huic opinioni utcumque subscripsit Florentinius. Tillemontius ngtâ 67 in Persecutionem Diocletiani de hisce etiam disputat, sed magis dubitanter. Dubitârunt etiam Majores nostri ad* IV *Martii, ac Vitam* S. Adriani *huc remiserunt, non quod statuerent hunc esse natalem, sed quia hoc die maximè colitur apud Latinos. Sollerius in Observationibus ad Usuardum hoc die dubitationem non deposuit, sed hæc scripsit :* Cetcrùm à Baronio arguitur Ado, quòd hodie Adriani passionem celebrari affirmet, in quo quid tantum piaculi occurrat, non video. Porrò quidquid sit de veto martyrii die, qui nec ex Actis ipsis (*Latinis, tum tantum visis*) satis eruitur, certum est festivitatem Adriani hac die solenniùs recoli, sive id primæ, sive secundæ translationis, sive basilicæ dedicationis, sive aliâ demum causâ invaluerit.

à Græcis verò 26 Augusti,

E

40 *Jam verò quanto magis considero datas Baronii conjecturas, tanto minùs aliquid certi de die martyrii reperio. Tillemontius quidem observat, in Hieronymianis ad hunc diem annuntiari* Adrianum *sine ullis Sociis, cùm Socii verò ad diem* IV *Martii, ubi &* Passio *legitur cùm hodie dicatur* Natalis : *sed hæ observationes rem non faciunt certam : nam secunda poterat omitti, cùm in codice Corbeiensi hodie etiam legatur* passio : *prima melior quidem est; sed tantùm evincit, Hieronymianos codices magis favere diei quartæ Martii quàm hodiernæ. Verum Hieronymianis opponi possunt Beda, Rabanus, aliique martyrologi jam laudati, qui ad* VIII *Septembris referunt* Adrianum *cum Sociis. Præterea utrique diei adversantur Græci, qui credunt* Adrianum *cum Sociis passum esse* XXVI *Augusti, ut disertis verbis asseritur in Actis Græcis infrà edendis; licèt id ubique omissum sit in Latinis.*

ita ut dies martyrii non omnino certus videatur,

F

41 *Si modò consideremus, Sanctos hosce in Græcia fuisse passos, ibique constanter cultos, atque ex Actis Græcis hausta videri omnia, quæ de eorum martyrio nobis innotuerunt, facilè videbimus, nihil dici posse de die martyrii, quod omnino sit certum. Etenim secundum Acta dies* XXVI *Augusti nequit esse prima translationis, si Sancti sint coronati die* IV *Martii, cùm prima translatio contigerit aliquot diebus post martyrium, ideoque longè minus intervallum statui debeat inter martyrium & translationem illam, quàm sit inter* IV *Martii &* XXVI *Augusti. Quibus de causis de die martyrii Sanctorum nostrorum nihil certi statuendum puto : neque enim aliud invenio pro die* IV *Martii, quàm Fastos Hieronymianos, ab omnibus medii ævi martyrologis*

sed dubitari possit, utrùm 4 *Martii, an* 26 *Augusti sint coronati.*

A *logis desertos, nec tamen prorsus negligendos; pro die verò* XXVI *Augusti habemus Fastos Græcos cum Actis. Alterutro die passum esse* Adrianum *cum Sociis suspicor; non die* VIII *Septembris, quamvis eo die cultus ipsius fixus sit Romæ, atque in Ecclesia Latina, ut modo enarrare aggredior.*

Cultus S. Adriani videtur inchoatus Romæ post corpus eò translatum:

42 *Dubitari vix potest, quin cultus* S. Adriani *Romæ inchoatus sit post translatum illuc Sancti corpus. Veràm de tempore istius translationis non constat. Ado sub finem elogii, relata prima Martyrum omnium translatione, quæ fusiùs in Actis legitur cap.* 5, *de secunda translatione solius* Adriani *subjungit sequentia.* Non longo pòst tempore beati Adriani corpus Romam etiam translatum, honorabili quoque templo exornatum est. *Non existimo tamen Sancti corpus Romam tam citò delatum fuisse, quàm insinuant allata verba. Certè in Actis de hac translatione nihil legitur; & Pseudo-Dorothei editor Procopius presbyter, qui mentionem facit de* Philoxeno & Probo consulibus, quando Constantinopolim venit Joannes Romæ episcopus, *quæ contigerunt anno* 525, *corpus* S. Adriani *suo tempore adhuc Constantinopoli servatum fuisse asserit. Exiguam quidem fidem fabulator ille meretur; sed alioqui etiam verisimile est, translationem non contigisse ante seculum* VI *aut* VII. *Quippe nulla* S. Adriani *memoria reperitur in Sacramentario S. Leonis Papæ, nuper edito ante tomum* 4 *Anastasii Bibliothecarii; neque in Sacramentario Gelasii, edito per Thomasium, ita ut facilè possimus credere, festivitatem* S. Adriani *nondum fuisse celebratam Romæ temporibus S. Leonis & S. Gelasii, qui ambo floruerunt seculo* V.

hæc autem translatio facta videtur seculo 6 aut 7:

43 *In Sacramentario S. Gregorii festivitas* S. Adriani *notatur ad* VIII *Septembris, ita ut verisimile fiat, translationem fuisse factam ante finem seculi* VI: *nec tamen id certò colligi potest ex illo Sacramentario, cùm eidem aliqua post tempora S. Gregorii fuerint addita. Sic additam codicibus aliquot Hieronymianis die* VIII *Septembris annuntiationem* S. Adriani, *jam observavi, ita ut ex illis nihil quoque possit colligi ad vetustiorem attribuendam originem festivitati Romanæ* S. Adriani. *Itaque existimo corporis translationem, & institutam Romæ Sancti festivitatem figendam esse seculo* VI *jam satis provecto, aut fortè seculo* VII *inchoato. Certè Anastasius Bibliothecarius in Honorio I ita scribit:* Fecit ecclesiam beato Adriano martyri in tribus Fatis, quam & dedicavit, & dona multa obtulit. *Sedit Honorius tempore Heraclii imperatoris ab anno* 626 *usque ad* 638. *Verisimile autem non est, ecclesiam* S. Adriani *ab Honorio structam esse, priusquam corpus ipsius Romam erat delatum. Quare translatio verisimillimè facta est seculo* VI *aut* VII *non multùm provecto, ut jam monui. Hinc in monumentis sequentium seculorum, qualia sunt Kalendarium à Frontone editum, Ordo Romanus, cùm Martyrologiis medii ævi antè enumeratis, memoria* S. Adriani *celebratur die* VIII *Septembris, & in quibusdam etiam Romæ. In Kalendario tamen Frontonis unà cum Nativitate beatissimæ Virginis ad* IX *refertur, errore nescio cujus, sed errorem esse omnino existimo.*

AUCTORE J. S.

ecclesia S. Adriani Romæ:

44 *Quod spectat ad dictam modò* S. Adriani *ecclesiam, ejus frequenter meminit Anastasius Bibliothecarius nominibus variis. In Sergio I:* Constituit autem, ut diebus Annuntiationis Domini, & Nativitatis, & Dormitionis sanctæ Dei Genitricis Litania exeat à sancto Adriano & ad sanctam Mariam populus occurrat. *In Adriano I narrat, multa in basilica* S. Adriani *per illum Pontificem instaurata fuisse, ornamentaque ibidem nova confecta, modò* basilicam *vocans, modò* diaconiam, *quia titulus est diaconi Cardinalis. De eadem rursum meminit in Leone III, ob ornamenta quædam ab eo Pontifice ibidem donata; quemadmodum & in Gregorio IV ob eamdem causam; ac tandem in Leone IV ob supplicationem eò institutam de more in festo Assumptæ Virginis. Martinellus in Roma sacra pag.* 109 *observat, eam ecclesiam esse* in foro boario, *ac olim dictam fuisse* in tribus Foris, *pro quo Anastasius in ultima editione habet* in tribus Fatis; *dictam quoque esse* in Via sacra.

E

alia loca eidem dicata:

45 *Aliam quoque ejusdem ecclesiæ instaurationem attribuit Joanni Cardinali Bellaio; ac demum non paucas ejusdem ecclesiæ reliquias enumerat, atque inter eas corpus* S. Adriani, *quod eidem ecclesiæ etiam adscribit Piazza in Diario sacro urbis Romæ ad* VIII *Septembris, asserens Sancti translationem ibidem solemniter celebrari. De* monasterio S. Adriani, quod ponitur juxta Præsepe, *meminit etiam laudatus Anastasius in Adriano I; sed illud deinde destructum esse, affirmat Martinellus pag.* 361. *Præterea de oratorio & altari* sancti Hadriani martyris *in veteri basilica Vaticana meminit Romanus Canonicus in Descriptione Vaticanæ pag.* 43.

qui Romæ colitur Adrianus, est ipse Nicomediensis.

46 *Ex dictis de cultu* S. Adriani, *seculo* VI *aut* VII *Romæ inchoato, facilè colligi potest, omni carere fundamento suspicionem quamdam Tillemontii, acsi Romæ passus esset* S. Adrianus *ille, aliusque à Martyre Nicomediensi, quia Wandelbertus dixit:* Martyr & Adrianus Romam tum sanguine comit. *Nam primò, si Romæ fuisset passus, verisimiliter citius ibidem esset cultus. Secundò Nicomediensem esse* Adrianum, *cujus cultus seculo* VI *aut* VII *inchoatus est Romæ, evincitur ex Romano parvo Martyrologio, cujus auctor iis temporibus fuit vicinus: ex Beda item, Rabano, Adone, Usuardo & Notkero, qui omnes ad* VIII *Septembris* Adrianum *Nicomediensem cum Sociis annuntiant. Ex hisce ulteriùs colligo, dubitandum non videri de translatione corporis, licèt hujus tempus æquè ac auctor ignoretur; cùm translatio indubitanter asseratur ab Adone, & sola videatur causam præbuisse institutæ festivitatis. Verùm, sicut prudenter dubitare non possumus, quin corpus Romam fuerit delatum: sic dubium ferè nullum superesse videtur, quin inde tertia translatione, de qua posteà agendum est, ablatum fuerit pro majori parte.*

F

B

C

ACTA

auctore anonymo.

Ex codice Ms. olim Colbertino, nunc bibliothecæ regiæ Parisiensis 1453 a, interprete J. Stiltingo.

CAPUT I.

Maximiano idololatriam Nicomediæ promoventi sistuntur viginti tres Christiani: hi fidem constanter professi, variis subjiciuntur tormentis.

Maximiano, omnes Nicomediæ ad sacrificandum cogere volenti, b

FActum est in secundo circuitu *b* tyranni Maximiani, ubi ipse ingressus erat urbem Nicomediensem ad interficiendum omnes, qui inventi erant Christiani, ad templum verò processerat, deosque adoraverat; ut juberet primùm suas hostias offerri, deinde civitatis. Omnes igitur succumbentes impio ac scelesto mandato ipsius offerebant, hi quidem tauros, illi verò vitulos, alii oves, alii hircos, alii volatilia: amans enim idololatriæ erat civitas: ac sacrificabant per quemlibet locum & vicum *c* cùm in domibus tum in plateis, ita ut urbs tota cum locis vicinis feteret fumo & sacrificiis. Præcones verò undique circumiverunt sacrificare jubentes & libare idolis: imperator enim nolentes sacrificare jusserat puniri, ac quemlibet inventum Christianum igne consumi. Constituti igitur etiam sunt viri clari ad perscrutandum curiosè vicos totamque civitatem, ut, si quos viros ac mulieres Christo credentes deprehenderent, comprehensos sisterent coram præfecto provinciæ, subjiciendos amarissimo tormentorum supplicio. Quidam etiam pecunias dabant indicantibus. Vicini igitur prodebant vicinos, amici amicos, propinqui propinquos, pecuniarum dono attracti. Alii verò metuentes imperatorem ex domesticis indicabant credentes: pœna enim proposita erat contra eos, qui Christianos occultabant.

fistuntur viginti tres Christiani, quos fidem professos

2 Tunc nuntiatum est iis, qui ad investigandum erant constituti, Christianos quosdam in spelunca esse absconditos: audierant enim eos noctu cantantes vicini, & indicaverunt imperatori. Mox acceptâ militum turmâ, institerunt speluncæ, ipsosque comprehensos duxerunt ad civitatem, ubi erat imperator. Evenit verò, quando exiverat imperator ad adorandum & sacrificandum in templis, ut ei ipsos offerrent, dicentes: Imperator, totam civitatem ejusque viciniam circumeuntes, reperimus omnes diis servientes ac edicto tuo obedientes: hi verò soli non obedivêrunt divino tuo mandato, & deos injuriâ affecerunt. Videns eos imperator, mox currum stare jussit, advocatisque ipsis ad se, dixit ad eos: Dicite mihi, unde estis vos, incolæne an peregrini? Sancti verò ipsi dixerunt: Incolæ sumus genere, sed fide Galilæi. Imperator dixit: Non novistis igitur, qualis pœna definita sit adversus eos, qui in hac religione inventi sunt, & quem finem habuerint, qui in manus inciderunt? Illi reposuerunt: Profectò novimus & ir-

Ἐγένετο ἐν τῇ δευτέρᾳ περιόδῳ ὁ τυραννος Μαξιμιανὸς, εἰσελθόντος αὐτοῦ εἰς τὴν Νικομηδέων πόλιν, ἀνελεῖν πάντας τοὺς διϊσχυρισμένους Χριστιανούς, ὁρμήσαντος δὴ αὐτοῦ εἰς τὸν ναὸν, καὶ προσκυνήσαντος τοῖς θεοῖς· ἐκέλευσε πρότερον αὐτοῦ τὰς θυσίας ἱσπενεχθῆναι, καὶ τότε τοὺς τῆς πόλεως. Ἅπαντες δὲν ὑποκύπτοντες τῷ ἀσεβεῖ καὶ μιαρῷ προστάγματι αὐτοῦ, προσέφερον, οἱ μὲν ταύρους, οἱ δὲ μόσχους, ἕτεροι δὲ πρόβατα, οἱ δὲ χιμάρους, οἱ δὲ ὄρνεα· κατείδωλος γὰρ ἦν ἡ πόλις· καὶ ἔθνον κατὰ πάντα τόπον καὶ ῥεγεῶνα, ἔντε τοῖς οἴκοις καὶ ἐν ταῖς πλατείαις· ὡς πᾶσαν τὴν πόλιν καὶ τὴν περίχωρον ὄζειν ἀπὸ τῶν καπνῶν καὶ τῶν θυμάτων. Κήρυκες δὲ πανταχοῦ περιήεσαν θύειν προσκελευόμενοι καὶ σπένδειν τοῖς ματαίοις· προσῳρεῖσθαι γὰρ ἐκέλευσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς μὴ βουλομένους θύειν, καὶ πάντα τὸν ἐυρεθησόμενον Χριστιανὸν πυρὶ ἀναλίσκεσθαι. Ἐπάγησαν δὲ καὶ φάνεροι ἄνδρες περιεργάζεσθαι τοὺς ῥεγεῶνας καὶ πᾶσαν τὴν πόλιν, ὅπως, εἴ τινας θύροιεν ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας πεπιστευκότων τῷ Χριστῷ, συλλαβόμενοι παραστήσωσι τῷ τῆς ἐπαρχίας ἄρχοντι, ἐτοιμασθησομένους τὴν δίκην βασάνων πικροτάτην προφέρειν. Οἵτινες καὶ χρήματα ἐδίδουν τοῖς μηνύουσι. Γείτονες δὲν παρεδίδουν γείτονας, καὶ φίλοι φίλους, καὶ συγγενεῖς τοὺς συγγενεῖς, τῇ δόσει τῶν χρημάτων ἑλκόμενοι· ἕτεροι δὲ διὰ τὸν τοῦ βασιλέως φόβον τοὺς ἐκ τῶν ἰδίων πεπιστευκότας κατεμήνυον· προφέρεσθαι γὰρ ὤφειλε κατὰ τῶν ἀποκρυπτόντων Χριστιανούς.

2 Τότε μηνύεται τοῖς τὴν ζήτησιν ἐπιτεταγμένοις ποιεῖν, ὅτι εἰσὶ τινὲς Χριστιανοὶ ἐν τινι σπηλαίῳ κρυπτόμενοι· ἤκουσαν γὰρ ἐν νυκτὶ ψαλλόντων αὐτῶν οἱ πέλας, καὶ ἐμήνυσαν τῷ βασιλεῖ. Καὶ εὐθέως παραλαβόντες πλῆθος στρατιωτῶν, ἐπέστησαν τῷ σπηλαίῳ· συλλαβόμενοί τε αὐτοὺς ἤγαγον εἰς τὴν πόλιν, ἔνθα ὁ βασιλεὺς διέτριβεν· ἔτυχέ τε ἡνίκα ἐξῆλθεν ὁ βασιλεὺς προσκυνῆσαι καὶ ἐπιθῦσαι τοῖς ναοῖς, προσωλόγκαν αὐτοὺς αὐτῷ, λέγοντες· Βασιλεῦ, πᾶσαν τὴν πόλιν, καὶ τὴν περίχωρον περιελθόντες, πάντας εὕρομεν θρησκεύοντας τοῖς θεοῖς, καὶ πειθαρχοῦντας τῷ δόγματί σου· μόνοι δὲ ὅτοι ἠπείθησαν τῷ θείῳ προστάγματί σου, καὶ ἐνύβρισαν τοὺς θεούς. Καὶ ἰδὼν αὐτοὺς ὁ βασιλεὺς, εὐθέως ἔστησε τὸ ἅρμα, καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς πλησίον, ἔφη πρὸς αὐτούς· Λέγετέ μοι, πόθεν ἐστὲ ὑμεῖς, ἐγχώριοι ἢ ἀλλογενεῖς; Οἱ δὲ ἅγιοι πρὸς αὐτὸν εἶπον. Ἐγχώριοι ἐσμὲν τῷ γένει, γαλιλαῖοι δὲ τῇ πίστει. Ὁ βασιλεὺς εἶπεν· Οὐκ ἔγνωτε δὲν οἷα τιμωρία πρόσεστι κατὰ τῶν ἐν τῇ πίστει ταύτῃ διϊσχυρισμένων, καὶ ὅπῃ τέλει ἐχρήσαντο οἱ ἐμπεσόντες; Οἱ δὲ πρὸς αὐτὸν εἶπον. Ναὶ ἔγνω-

A ἐγωμόν ϗ καπεγελάσωμεν ϗ μωρᾷ ϖροσάγματος ϗ τ ἀνόιας σε · καπεγελάσωμεν ϗ πλέον ϗ ϗ σατανᾶ, ϗ ἐνεργέντος εἰς τὲς υἱὲς τ ἀϖωλείας, ὧν ἔξαρχος εἶ σύ.

risimus ſtultum mandatum & amentiam tuam. Magis verò deriſimus ſatanam, qui operatur in filiis perditionis, quorum princeps es tu. A. ANONYMO.

3 Ὁ βασιλεὺς εἶπε · Μωρὸν ἐτολμήσατε εἰπεῖν τὸ ἐμὸν ϖρόσαγμα ; Μὰ τὲς μεγίσες θεὲς, βασάνοις πικροτάταις ϖυρωμένες ὑμᾶς ἀναλώσω · ταῦτα εἰϖὼν, ἐκέλευσε τείνεσθαι αὐτὲς καὶ τύπτεσθαι ξύλοις ἀγρίοις, λέγων · Ἐλθοι ὁ Χρισὸς αὐτῶν, καὶ ἐξελοίτω αὐτὲς ἐκ τ χειρῶν μς. Καὶ μὴ ϖω ἱκανῶς τυφθῆναι, ϖροσέταξεν ἄλλοις δορυφόροις ϖροσελθεῖν, ῥοπάλοις τύπτειν αὐτές. Οἱ ϗ ἅγιοι ϗ Χρισᾷ μάρτυρες βασανιζόμενοι, ἔλεγον · ϖρόσθες, εἰ ἔχεις, ϗ ἄλλες βασανισὰς, ὦ θεομάχε · ὅσῳ γὰρ ϖλεονάζεις ἡμῶν τὰς βασάνες, τοσύτῳ ϖλησύνεις ἡμῶν τὲς σεφάνες. Ὁ ϗ τύραννος ϖρὸς αὐτὲς εἶπεν · Ἄθλιοι, ἄρτι τὰς κεφαλὰς ὑμῶν αἴρω, ϗ σεφάνες ϖροσδοκᾶτε ; ἀρνήσασθε ταύτην ὑμῶν τὴν γνώμην, καὶ μὴ μάτην ἑαυτὲς ἀϖόλυτε. Οἱ ϗ ἅγιοι εἶπον ϖρὸς αὐτόν · Εἰς ἀϖώλειαν αὐτὸς μέλλεις χωρεῖν, τύραννε ϗ ἐχθρὲ τ ἀληθείας, ὅτι τὲς θέλοντας ϗ θεᾷ μηδὲν κακὸν ϖεϖοιηκότας ἕτως ϖικρῶς βασανίζεις. Ὁ ϗ ϖαρανόμος βασιλεὺς μανεὶς σφόδρα, B κελεύει λίθοις σφαιροειδέσι θλάσθαι αὐτ τὰς σιαγόνας.

3 Imperator dixit : Stultum ausi eſtis dicere mandatum meum ? Per deos maximos ! tormentis acerbiſſimis tortos vos perdam : & hæc dicens, juſſit eos extendi, & verberari lignis agreſtibus, dicens : Veniat Chriſtus ipſorum, & eripiat eos de manibus meis. Poſtquam vehementer verberati erant, aliis ſatellitibus mandavit, ut fuſtibus eos cæderent. Sancti verò Chriſti Martyres in tormentis dixerunt : Adjunge, ſi habes, & alios tortores, Dei inimice : quantùm enim multiplicas tormenta noſtra, tantùm auges coronas noſtras. Tyrannus verò ad illos dixit : Miſeri, mox capita veſtra auferam, & coronas exſpectatis ? Hanc opinionem veſtram abnegate, nec fruſtra vos perdite. Sancti verò ad ipſum dixerunt : In perditionem ipſe ibis *d*, tyranne & veritatis inimice, quia Dei ſervos, qui nihil mali fecerunt, tam acerbè torques. At impius rex vehementer furens, rotundis lapidibus contundi juſſit malas ipſorum. *variis cruciatibus tentat :* *d*

4 Οἱ ϗ ἅγιοι ϖρὸς αὐτὸν εἶπον · Ἀσεβέσατε ϗ Θεᾷ ϖολέμιε, ὡς ὅτι ἀτοπήμασιν ἄλοτας ἡμᾶς ἔϗ πικρᾷ ταύτῃ καὶ ἀνηλεεῖ ϖροσβληθῆναι βασάνῳ ἐκέλευσας · τύψει σε ὁ ϗ Θεᾷ ἄγγελος, καὶ ϖάντα σε τὸν οἶκον ἀσεβῆ οἶκον. Τύραννε καὶ αἱμοπότα, ϗ ἐϖ ἠρκέθης ἐφ' οἷς ἐϖήγαγες ἡμῖν κολάσεσιν, ϗ ἠκηδίασας ἐν τοσαύταις ὥραις ἐϖιτείνων ἡμῖν τὰς βασάνες, ϗ δὲ ἐνθυμῇ ὅτι σῶμα ϖεϖεβλήμεθα ὡς ϗ σύ, εἶτα τὸ μὲν σὸν ἀσεβέσατόν ἐσι ϗ ϖαρανόμον, τὸ ϗ ἡμέτερον ἔντιμον καὶ καθαρόν ; λίθος γὰρ ἀκροτόμους ϗ ἂν συνέτριψαν αἱ τοσαῦται βάσανοι, υἱὲ διαβόλε ; Θυμωθεὶς ϗ ἔτι τέτοις ὁ βασιλεὺς λέγει. Μὰ τὲς θεὲς τὰς γλώσσας ὑμῶν ϗοτεμῶ, ἵνα ἐξ ὧν ὑμεῖς πάσχετε μάθωσιν οἱ ἄνθρωποι μὴ ἀντιλέγειν τοῖς δεσπόταις αὐτ. Οἱ ϗ ἅγιοι εἶπον τῷ βασιλεῖ · Καὶ ὅλως μισεῖς τὲς ἀντιλέγοντας τοῖς δεσπόταις αὐτ ; Ὁ βασιλεὺς λέγει · Οὐ μόνον μισῶ, ἀλλὰ ϗ τιμωρᾶμαι αὐτές. Οἱ ἅγιοι μάρτυρες εἶπον · Κἂν σαυτὸν ἄκουσον, δυσσεβέσατε. Εἰ γὰρ αὐτὸς τὲς ἀϖειθοῦντας τοῖς κατὰ νόμον κυρίοις αὐτ μισεῖς καὶ τιμωρῇ, ϖῶς ἡμᾶς ἀναγκάζεις εὐϖειθεῖν ϗ δεσπότᾳ καὶ σωτῆρι ἡμῶν Ἰησᾷ Χρισᾷ, ἵνα μέτοχοι γενώμεθα τῆς ἡτοιμασμένης σοι κολάσεως σὺν τῷ ϖατρί σε τῷ διαβόλῳ.

4 Sancti verò ad ipſum dixerunt : Impiiſſime & Dei inimice, quaſi in ſceleribus deprehenſos nos acerbo huic ac immiſericordi tormento ſubjici juſſiſti. Percutiet te Dei angelus, & totam domum tuam impiam. Tyranne & potator ſanguinis, necdum contentus es cruciatibus, quos nobis intuliſti ; neque tæduit te, tot horis vehementiùs intendere tormenta noſtra ? neque cogitas nos æquè ac te corpore circumdatos eſſe, licèt tuum ſit impiiſſimum & ſceleſtum, noſtrum verò honorabile ac mundum. An enim lapides acutos non ſimul contriverunt hi tanti cruciatus, fili diaboli ? Ob hæc verò irâ inflammatus imperator dixit : Per deos ! linguas veſtras amputabo, ut ex iis, quæ vos patimini, diſcant homines dominis ſuis non contradicere. Sancti dixerunt ad imperatorem : Et penitus odiſti contradicentes dominis ſuis ? Imperator reponit : Non ſolùm odi, ſed & punio illos. Sancti martyres dixerunt : Saltem te ipſum audi, impiiſſime. Si enim ipſe odiſti & punis non parentes dominis ſuis ſecundùm mundum ; quomodo cogis nos ad non obediendum Domino & Servatori noſtro Jeſu Chriſto, ut participes fiamus ſupplicii, tibi cum patre tuo diabolo parati ? E *hi verò manent conſtantes,*

C 5 Ὁ τύραννος ἔφη · τί μοι ἡτοίμασαι, καταδίκαι, εἴπατε. Οἱ ἅγιοι εἶπον. Πῦρ ἄσβεσον, σκώληξ ἀκοίμητος, βάσανος ἀτελεύτητος, κόλασις αἰώνια, λάκκος ἀϖωλείας, σκότος ἐξώτερον, ὅϖου ὁ κλαυθμὸς ϗ ὁ βρυγμὸς τ ὀδόντων, καὶ ϖολλὰ ἕτερα κολασήρια, ἃ τὰ εἴδη ἐτοίμασεν ὁ ἑτοιμάσας ὑμῖν αὐτὰ θεός. Ὁ βασιλεὺς λέγει αὐτοῖς · Μὰ τὲς θεὲς τὰς γλώσσας ὑμῶν κελεύω ϗοτμηθῆναι, ἵνα μ' ἂν ἔτως ϖάυσω ὑμῶν τὴν φλυαρίαν. Οἱ ϗ ἅγιοι εἶπον · ἄφρον ; κ' ἂν σωματικὸν ὄργανον ἐκτέμῃς, θυμάτων ὁ στεναγμὸς τ καρδίας ἡμῶν ϖλείονα βοᾶν ϖρὸς τὸν Θεόν · καὶ γὰρ τὸ αἷμα ἡμῶν τὸ μάτην ἐκχυνόμενον σῶμα ἔχει μεγαλοφωνότατον σάλπιγγος βοῶν ϖρὸς τὸν Θεόν, δι' ὃν ταῦτα ϖάσχομεν. Τότε θυμωθεὶς ὁ βασιλεὺς λέγει · Σημειώσασθε ἑνὸς ἑκάστε αὐτῶν τὰ ὀνόματα · καὶ σίδηρος ϖεριθέντες αὐτοῖς κατὰ ϖαντὸς ϗ σώματος, ἀϖαγάγετε εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἔνθα οἱ κατάδικοι, καὶ ϖᾶν εἶδος τιμωρίας ϖροσάξατε αὐτοῖς · ἃ γὰρ μόνον τ θανάτῳ ξίφεος τιμωρίας ὑϖόδικοί εἰσι, ἀλλὰ γὰρ ϗ ἑτέρας μείζονος κολάσεως · χρὴ γὰρ δι' αὐτ σωφρονισθῆναι ϖᾶσαν τὴν ϖατρίδα καὶ τὴν ϖερίχωρον. F *& liberè reſpondent.*

A. ANONIMO.

D

ANNOTATA.

a *Titulus Actis in codice hic præfixus est rubris litteris :* Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων καὶ Χριστοῦ μαρτύρων Ἀδριανοῦ καὶ Ναταλίας, καὶ τῆς συμοδίας αὐτῶν, Martyrium sanctorum ac glorioſorum Chriſti martyrum, Adriani, Nataliæ, & Sociorum.

b *Vox Graca* περίοδος, *quæ* circuitum *propriè ſignificat, ut eamdem expreſſi, interpretes antiquos in varias traxit ſententias. Aliqui codices cum Surio nullam habent vocem Latinam, quâ Graca illa exprimatur, ſed ſolùm exprimunt tempus Maximiani. Plures tamen iique vetuſtiores codices cum Mombritio ita habent :* Factum eſt in ſecunda interrogatione Maximiani tyranni *&c. Interpres ille per* interrogationem *paſſim deſignat tormenta martyribus illata ad eos à fide abſtrahendos ; ſed ea ſignificatio voci* περίοδος *attribui nequit. Cæterùm tempus martyrii, quod illa voce ambiguè exprimitur, latè ſignavi circa* 310.

c *Hæc non rectè Latinè fuerunt reddita, uti & alia plurima, quemadmodum videre poterit eruditus lector, ſi Gracâ cum editis apud Mombritium aut Surium contulerit. Sufficiat dixiſſe breviter tam codices quàm editiones Latinas toties à Gracis diſſonare, ut operæ pretium non videatur ubique lectorem monere. Id tamen faciam, ubicumque interpretum errores Acta reddiderunt deteriora, aut geſta Sanctorum corruperunt.*

d *Apud Mombritium & in aliquot Mss. malè :* Perdat te Deus *&c., acſi tyranno imprecati fuiſſent Sancti ; cùm tantùm prædicant ejus interitum.*

CAPUT II.

B E

Adrianus Martyribus ſe adjungit, & cum illis in carcerem ducitur : Natalia ejus uxor eum ibi inviſit, & ad martyrium hortatur : ac viciſſim ab eo inviſitur.

Adrianus Martyres interrogat de præmio martyrii,

A Drianus verò, unus ex ductoribus agminis, videns conſtantiam illorum, & magnanimitatem in cruciatibus, dicit ipſis : Adjuto vos per Deum veſtrum, ut mihi verè dicatis, quænam illa ſint, quæ exſpectatis, horum, quæ patimini, tormentorum præmia : videntur enim mihi magna eſſe & valdè mirabilia. Dicunt ei Sancti : Neque ora noſtra ſufficiunt ad hæc tibi accuratè enarranda ; neque rurſum auditus tuus illa poteſt excipere. Reponit illis Adrianus : Nihil igitur omnino audiviſtis de illis, neque ex lege, neque ex prophetis, neque ex alia ſcriptura a ? Sancti reſponderunt ipſi : Neque prophetæ ipſi de his cognoverunt, quemadmodum opottet cognoſcere ; nam & illi homines erant, quæque à Spiritu ſancto acceperant, hæc & locuti ſunt. De iſtis verò ſcriptum eſt : Quòd oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, quæ præparavit Deus iis, qui diligunt illum.

a

C

ac deinde fidem profitetur & cum iis in carcerem ducitur :

7 Hæc audiens Adrianus, celeriter inſiluit & ſtetit in medio eorum, dicens ſcribis : Ponite, obſecro, & nomen meum cum ſanctis hiſce Viris : nam ego etiam Chriſtianus ſum. Videns verò ipſum tyrannus in medio Martyrum ſtantem, & exiſtimans, quòd accuſationem contra eos vellet deponere, dixit : Scribite velociter allatam contra eos ab integerrimo Adriano accuſationem. Reſpondent ſcribæ : Chriſtianum ſe eſſe dicit, & obteſtatur, ut nomen ſuum ſcribatur cum hiſce damnatis. Tyrannus verò vehementer iratus, dixit ad ipſum : Pete à me veniam, & dic coram omnibus, ſubrepſiſſe tibi verbum prolatum : & delebo nomen tuum è numero condemnatorum. Adrianus reſpondit : Deum meum jam nunc veniam poſco de perverſa vita mea, & de peccatis à me commiſſis. Iratus Maximianus juſſit ipſum ferreis vinculis conſtrictum in carcerem abduci cum Sanctis, ſtatuens diem, quâ ipſos audiret.

Ἀδριανὸς δέ τις τῶν ἡγεμόνων τὸ τάξεως, ἰδὼν τὸ καρτερικὸν αὐτῶν, καὶ τὴν μεγαλοψυχίαν τὴν πρὸς τοὺς βασάνους, λέγει αὐτοῖς· Ὁρκίζω ὑμᾶς τὸν Θεὸν ὑμῶν, ἵνα εἴπητέ μοι μετὰ ἀληθείας τίνα ἐστὶν, ἃ προσδοκᾶτε ἀντάξια τούτων, ὧν ὑπομένετε βασάνων· ἐοίκασι γάρ μοι μεγάλα εἶναι καὶ θαυμαστά. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι· Οὔτε τὰ στόματα ἡμῶν ἱκανὰ διηγήσασθαί σοι ἀκριβῶς περὶ αὐτῶν, οὔτε πάλιν ἡ ἀκοή σου παραδέξασθαι δύναται. Λέγει αὐτοῖς ὁ Ἀδριανός· Οὐδὲν ἄρα ὅλως ἠκούσατε περὶ αὐτῶν, ἢ τε ἀπὸ νόμου, ἔτε ἀπὸ προφητῶν, ἔτε ἀπὸ ἑτέρας γραφῆς· Εἶπον αὐτῷ οἱ ἅγιοι· Οὐδὲ αὐτοὶ οἱ προφῆται ἔγνωσαν περὶ αὐτῶν, ὡς δεῖ γινῶναι· καὶ γὰρ καὶ αὐτοὶ ἄνθρωποι ἦσαν, καὶ ὅσα ἐχώρησαν δέχεσθαι παρὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ταῦτα καὶ ἐλάλησαν· γέγραπται γὰρ περὶ ἐκείνων· Ὅτι ὃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ ὃς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

7 Ταῦτα ἀκούσας Ἀδριανὸς, σὺθέως ἐξεπήδησε, καὶ ἔστη εἰς τὸ μέσον, καὶ λέγει τοῖς ταχυγράφοις· Τάξατε, παρακαλῶ, καὶ τὸν ἐμὸν ὀνομασθῆναι μετὰ τῶν ἁγίων τούτων ἀνδρῶν· Χριστιανὸς γὰρ εἰμὶ κἀγώ. Ἰδὼν ἂν αὐτὸν ὁ τύραννος μέσον τῶν ἁγίων μαρτύρων ἑστῶτα, καὶ ὑπονοήσας ὅτι κατηγορίαν καλῶς θέλει βάλεσθαι κατ' αὐτῶν, ἔφη· Γράψατε ταχέως καὶ τὸν παρὰ τοῦ καθωσιωμένου Ἀδριανοῦ ἐπιβαλλομένην κατ' αὐτῶν κατηγορίαν. Λέγουσιν οἱ ταχυγράφοι· Χριστιανὸν ἑαυτὸν λέγει εἶναι, καὶ ἀξιοῖ ταχθῆναι αὐτῷ τὸ ὄνομα μετὰ τῶν ἀπηρθρωμένων τούτων. Ὁ δὲ τύραννος σφόδρα ὀργισθείς, ἔφη πρὸς αὐτόν· Αἴτησαι συγγνώμην παρ' ἐμοῦ, καὶ εἰπὲ δημοσίᾳ πάντων, ὅτι κατὰ συναρπαγὴν τὸ ῥῆμα ἐλάλησα, καὶ ἀπαλείψω σοῦ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν κατακριθέντων. Ἀδριανὸς εἶπε· Τὸν Θεόν μου ἀπὸ δὲ νυῦν συγγνώμην αἰτῶ ἐπὶ τῷ πεφαυλισμένῳ μου βίῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς πεπραχόσί με ἁμαρτήμασι. Καὶ θυμωθεὶς ὁ Μαξιμιανὸς ἐκέλευσε σιδηρωθέντα αὐτὸν ἀπενεχθῆναι εἰς τὸ δεσμωτήριον μετὰ τῶν ἁγίων, τάξας ἡμέραν ἐν ᾗ ἀκούσῃ αὐτῶν.

A 8 Εἷς δέ τις τ οἰκέτων Ἀδριανῦ, ὀθέως δραμὼν εἰς τὴν οἰκίαν ἀπήγγειλε τῇ γυναικὶ αὐτ Νατα-
λίᾳ, λέγων· Ὁ κύριός μου σιδηρωθεὶς ἀπηνέχθη εἰς τὴν Φυλακήν. Ἡ δ ἀναστᾶσα διέρρηξε τὴν
ἐσθῆτα αὐτῆς, καὶ ὠλόλυξε μετὰ φωνῆς, κ εἶπε κλαίουσα τῷ παιδί· Τίς ἡ αἰτία, δι ἣν ἐκλείσθη
ὁ κύριός μου; Ἔφη πρὸς αὐτὴν ὁ παῖς· Τινὰς εἶδε βασανιζομένους ἕνεκεν τ ὀνόματος τ λεγομένου
Χριστ, κ μὴ θελομένους θῦσαι· κ μὴ ἀναγκασθεὶς ὑπό τινος, παρεκάλεσε τοὺς ταχυγεγόνους
πάξαι αὐτ τὸ ὄνομα μετὰ τ ἀνδρῶν ἐκείνων, εἰπών· Ὅτι ἡδέως μετ αὐτ ἀποθνήσκω. Λέγει αὐτῷ
ἡ γυνή· Καὶ σὺ οὐκ ἔγνως διατί ἐβασανίσθησαν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι; Ἔφη αὐτῇ ὁ παῖς· Εἶπόν σοι ὅτι
ἐπειδὴ οὐκ ἐβουλήθησαν θῦσαι, διὰ τοῦτο ἐβασανίσθησαν. Τότε εὐχαρὴς γενομένη ἡ μακαρία Νατα-
λία, ἀναστᾶσα ἤλλαξε τὴν διαρραγεῖσαν αὐτῆς στολήν· κ δρομαία ἤρμοσεν εἰς τὸ δεσμωτήριον πρὸς
αὐτόν. Ἦν γὰρ γονέων πιστῶν θυγάτηρ, καὶ ἐφοβεῖτο ὁμολογῆσαι διὰ τὴν τότε ὑπερφυᾶσαν ἀσέβειαν.

9 Καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸ δεσμωτήριον προσπίπτει τοῖς ποσὶν αὐτοῦ, κ λέγει αὐτῷ, καταφιλοῦσα τὰ δε-
σμὰ αὐτ· Μακάριός εἶ, κύριέ μου Ἀδριανέ, ὅτι εὗρες, ἃ μὴ κατέλιπόν σοι οἱ γονεῖς σου· ἀληθῶς ἐ-
B τῶς εὐλογηθήσεται πᾶς ἄνθρωπος ὁ φοβούμενος τὸν Κύριον. Νῦν κύριέ μου ἀμέριμνος ἀπέρχῃ εἰς
ἐκεῖνον τὸν κόσμον, προαποπέμπων ἑαυτῷ πλοῦτον, ὃν εὑρήσεις ἐν καιρῷ τ χρείας, ὅταν οἱ πλου-
τοῦντες ἐνδεεῖς ὦσι, κ οἱ ἐνδεεῖς, πλούσιοι, ὅταν οὐκ ἔχῃ δανείσασθαι καιρὸς, κ δ ἐν χρόνῳ λαβεῖν,
ὅτε οὐδὲν οὐδένα ῥύεται ἀπὸ τῆς κολάσεως, ὅτε πατὴρ υἱῷ, οὐ μήτηρ θυγατρί,
οὐ πλούτῳ τῷ σωσάντι αὐτόν, οὐκ οἰκέται τοῖς δεσπόταις αὐτῶν, οὐ φίλοι φίλοις· πάντες γὰρ τὰ ἴδια
φορτία βαστάσουσι. Σὺ δ, κύριέ μου, τὰ σαυτ μεθ ἑαυτ ἔχων πορεύῃ, νομιζόμενος τὰς ἐπαγγελίας.
Νῦν ἀπέρχῃ τεθαρρηκώς, οὐδὲν τ μελλόντων δεινῶν φοβούμενος· ἀλλὰ μᾶλλον χρέος τὸν μισθόν σου ἀπαι-
τήσεις παρὰ δικαίου Κριτ. Καταπεπάτηταί σοι τὸ πῦρ καὶ τὰ λοιπὰ κολαστήρια.

10 Μόνον ἔμμεινον ἐν τῇ κλήσει, ἣν ἐκλήθης· μηδὲν, κύριέ μου, τ κατὰ σὲ τὸν ἀγαθόν σου σκοπὸν
ἐμποδίσῃ· μὴ γονεῖς, μὴ γένος, μὲ χρήματα, μὴ κτήματα, μὴ παῖδες, μὴ παιδίσκαι, μή ἄλλό τι
τῶν ὑπὸ γῆς· πάντα γὰρ ταῦτα παρέρχεται, πάντα φθείρεται, πάντα μεταβάλλει. Ἐκείνων μόνων ἀντιποιή-
θητι τ αἰωνίων κ μὴ παρερχομένων, ἃ μετ ὀλίγου πολὺ ὄψει πρόσωπον πρὸς πρόσωπον. Μή σε τὸν πόνον τ
C ψυχῆς ἡ κολακεία τ φίλων ἐκλύσῃ· μὴ ὑποκλέψωσί σε τῇ πίστει τοῖς μαλακοῖς κ ἀπατηλοῖς αὐ-
τῶν λόγοις. Μίσησον αὐτῶν τὴν κολακείαν· ἄρνησαι αὐτῶν τὴν ἀσεβῆ συμβουλίαν· ἀποστράφηθι τὴν
πονηρὰν αὐτῶν ἐγχείρησιν. Τέτακας ὁρᾷς τὰς ἁγίας διαπαντὸς, κύριέ μου· μίμησαι αὐτῶν τὴν καρτε-
ρίαν· Ζήλωσον αὐτῶν τὴν ὑπομονήν. Μή σε ταράξῃ δ βασιλέως ὁ θυμός· μηδὲ πτοήσῃ σε τ βασά-
νων τὰ εἴδη· μήτε μὴν θορυβήσῃ σε τὸ πῦρ τοῦτο τὸ πρόσκαιρον· ἀλλὰ καταφρόνησον αὐτ τ φλογὸς,
κ τ λοιπῶν βασάνων· κ ταῦτα εἰπᾶσα ἡσύχασε.

11 Τότε λέγει αὐτῇ ὁ μακάριος Ἀδριανός· Πορεύου, κυρία, εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ ἴσθι ἐκεῖ· κ
ὅτε θεάσωμαι εἰσαγώγιμον γένεσθαι ἡμῶν τὴν δίκην, μεταπέμψομαί σε, κ θήσῃ τῇ τελειώσει ἡμῶν.
Καὶ ἀναστᾶσα ἡ μακαρία Νατάλια περιῆλθε πάντας τοὺς ἁγίους, καταφιλοῦσα αὐτ τὰ δεσμά· ἦσαν γὰρ
εἴκοσι κ τρεῖς τὸν ἀριθμόν· κ παρεκάλει αὐτοὺς λέ-
γουσα· Δέομαι ὑμῶν, κύριοι, ἀντιλάβεσθε κ πρε-
σβεύσ κ Χριστ· διδάξατε αὐτὸν τὰ σύμβολα τῆς
ὑπομονῆς· εἴπατε αὐτῷ τίνα ἐστὶν, ἃ δωρεῖται ὑμῖν
ἡ καρτερία· ἐμαθήτευσε γὰρ αὐτὸν ἡ ὑμετέρα τρί-
βις. Οὗτός ἐστιν ὁ καρπὸς τ ὑμετέρων βασάνων· αὕ-
τη ἡ προφορὰ τ ὑμετέρων πόνων. Κερδήσατε σὺν

8 Quidam verò ſervorum Adriani, velociter domum currens, nuntiavit uxori ipſius Nataliæ, dicens: Dominus meus Adrianus ferro vinctus in carcerem abductus eſt. Illa verò ſurgens, ſcidit veſtimentum ſuum, ejulavitque alta voce, & dixit flens ſervo: Quæ eſt cauſa, ob quam Dominus meus carceri incluſus eſt? Reſpondit ei puer: Vidit quoſdam cruciatos pro nomine illius, qui dicitur Chriſtus, & quòd nollent ſacrificare: & coactus à nemine, hortatus eſt ſcribas, ut nomen ſuum cum viris iſtis conjungerent, dicens: Quia libenter cum illis morior. Dicit ei Mulier: Non noviſti, quare cruciati ſint viri iſti? Reſpondit ipſi ſervus: Dixi tibi, quòd quia nolebant ſacrificare, ideo cruciati ſint. Tunc læta beata Natalia, ſurgens mutavit diſruptam veſtem ſuam, & feſtinanter ad ipſum venit in carcerem: erat enim fidelium parentum filia, & confiteri timebat propter prævalentem tunc impietatem. A. ANONYMO. *Natalia, audita Adriani captivitate,*

9 Ingreſſa in carcerem, pedibus ipſius advolvitur, eique dicit vincula ipſius oſculata: Beatus es, Domine mi Adriane, quia inveniſti, quod tibi non reliquerunt parentes tui. Verè ſic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum. Nunc, Domine mi, ſine cura abis ad illum mundum, præmittens tibi ipſe divitias, quas invenies in tempore neceſſitatis, quando multa poſſidentes egebunt, & egentes divitiis abundabunt: quando non eſt fœnerandi tempus, nec mutuò accipiendi, dum nihil ullum punitioni eripit, neque ullus quempiam defendet, non pater filium, non mater filiam, non divitiæ illos, qui eas collegerunt, non ſervi dominos ſuos, non amici amicos: omnes enim proptia onera portabunt. Tu verò, Domine mi, tua tecum habens vadis, ferens promiſſiones. Nunc abſcedis fiduciâ plenus, nihil timens futurorum malorum: ſed & debitam tibi mercedem petes à juſto Judice. Contempſiſti enim ignem & reliqua tormenta. *venit ad carcerem, multiſque*

10 Solummodo permane in vocatione, quâ vocatus es: nihil tuorum, Domine mi, te avellat à fine bono tibi propoſito, non parentes, non genus, non pecuniæ, non poſſeſſiones, non ſervi, non ancillæ, non aliud quid terrenorum: omnia enim hæc tranſeunt, omnia corrumpuntur, omnia minuuntur. Sola illa tibi vendica æterna & non pereuntia, quæ brevi videbis facie ad facie. Fervorem animæ tuæ non diſſolvat adulatio amicorum: non fallant fidem tuam mollibus & fallacibus ſermonibus ſuis. Odio habe eorum adulationem; abnega impia eorum conſilia; averſare perverſum ipſorum conatum. Hos ſemper, Domine mi, intuere Sanctos: imitare eorum fortitudinem; ſequere ipſorum patientiam. Ne te ira imperatoris perturbet, nec viſio tormentorum te terreat, nec verò timorem tibi ingerat ignis ille temporarius; ſed flammam illius contemne, uti & reliqua tormenta *b*: & hiſce dictis, conticuit. *Conjugem ſuum hortatur ad conſtantiam:* *b*

11 Tunc dicit ei beatus Adrianus: Vade domum, Domina, & ibidem mane: ubi cognovero cauſam noſtram introducendam, accerſam te, & aderis fini noſtro. Surgens autem beata Natalia circuibat ad omnes Sanctos, oſculans vincula ipſorum: erant enim numero viginti & tres: & rogabat eos, dicens: Oro vos, Domini, ſuccurrite ovi Chriſti: date illi documenta tolerantiæ: dicite ipſi, quæ præmia patientiæ veſtræ ſint propoſita: nam tribulatio veſtra eum docuit. Ille eſt fructus cruciatuum veſtrorum, illa oblatio laborum veſtrorum. Lucramini ſimul cum animabus veſtris & hujus animam. Debitorem pro *illum aliis quoque Martyribus commendat:*

A. ANONYMO. ipsò habetis Christum. Facti estis ipsius patres pro parentibus carnalibus, qui sunt impii. Ceterùm fidem facite ei de beata hereditate, ut illam insatiabili cupiditate appetens, perfectè sustineat agonem. His prolatis, prostravit se ad pedes eorum, & osculabatur superposita iis vincula.

deinde Adrianum rursus hortata, domum redit.

12 Deinde iterum regressa ad Adrianum: (erat enim in domo interiori extensus in ligno) dicit ei: Vide, Domine mi, ne delectatus fueris specie corporis tui, neque ad pulchritudinem ætatis tuæ aspexeris: hæc enim omnia sunt esca vermium. Non vincat te aurum, aut argentum, aut vestimentum, aut rei cujuscumque alterius cupiditas: nam nihil horum nobis assistit in hora illa tremenda: quippe terrena in terra remanent: nequeunt ibi munera dari pro anima: nullus enim est, qui accipiat. Solas verò Sanctorum animas ut munera accipit Deus. His dictis, eoque salutato, læta domum rediit.

Adrianus, datâ custodibus pecuniâ, venit domum ad Nataliam, B

13 Post aliquot dies, sciens Adrianus judicium instare, dixit ad Sanctos: Permittite mihi, ut abiens adducam servam vestram, sororem meam, ut adsit martyrio nostro: nam id ipsi promisi. Acceptâ licentiâ, multam carceris custodibus dedit pecuniam, ivitque dato pro fidejussoribus Sanctorum cœtu. Eunte autem illo per viam, aliquis ex notis civitatis vidit ipsum, currensque nuntiavit Nataliæ conjugi ejus, dicens: Absolutus est dominus Adrianus, & ecce adest: appropinquantem enim ipsum reliqui in via. Illa verò non credidit, dicens: Quis eum istis vinculis solvet? Numquam fiat, ut separetur à beato isto cœtu. Adhuc ea loquente, ecce & alius adest ex domesticis, dicens: Dominus meus solutus est, & ecce venit. Illa verò turbata est, existimans eum fugere martyrium, ac flevit vehementer. Ipsum porrò intuita, relictis iis, quæ erant in manibus, surrexit, atque ostium ei occlusit, clamavitque dicens: Longè à me abscedat, qui dereliquit Deum, qui mentitus est Domino Deo suo: absit à me loqui ad os, quod Deum suum negavit; vel audire sermonem linguæ, quæ dolo usa est in Creatorem suum.

quæ fugisse eum suspicata, C

14 Deinde ei austera voce dicit: O omnium hominum miserrime, quis te coëgit tale aggredi opus, quod perficere non proposuisti? Quis te separavit à pacata tranquillitate? Qua verò ratione aufugisti ante insultum belli, armaque abjecisti, necdum viso hoste? Quo etiam modo vulneratus es, necdum emissâ contra te sagittâ? At enim mirabar, si ex genere atheorum atque ex civitate impiorum quid boni perficeretur, & à gente homicidarum hostia munda offerretur Deo: non enim poterat aër sanguinis effusionibus pollutus mundum thymiama ad Deum proferre. Ego verò quid faciam misera, quæ ex piis orta impio sum conjuncta? Ne ad horam quidem digna fui uxor vocari Martyris, sed mox facta sum conjux transgressoris: exiguo tempore fuit mihi gloria, & in seculum durabit probrum meum: ad horam beata fui inter mulieres, & ecce inter illas nunc versor pudore suffusa.

duris eumdem verbis increpat,

15 Beatus verò Adrianus hæc audiens sustinebat: valdè enim delectabatur verbis ipsius, magisque excitabatur ad perficiendum istud ipsum, ad quod etiam festinabat. Præterea mirabatur, talia loqui mulierem, eamque ætate juvenem, ac nuptiis nuperrimè illigatam: necdum enim menses erant tredecim, quibus matrimonio erant juncti. Ubi verò vidit, ipsam perveniisse ad summam

ταῖς ὑμετέραις ψυχαῖς ἢ τῷ τότε ψυχῷ. Ὀφειλέτω ὑπὲρ αὐτὰ τὸν Χριστὸν ἔχειν. Ἐρρώσθε αὐτῷ πάτερες ἀντὶ τῶν κατὰ σάρκα ἀσεβῶν ὄντων. Λοιπὸν πιστώσασθε αὐτὸν ἢ περὶ τῆς μακαρίας λήξεως, ἵνα ἀθλησασάμενος περὶ αὐτῶν, τελείως ὑπομείνῃ τὸν ἀγῶνα. Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτῶν, ἢ κατεφίλει τὰ ὑπηκείμενα αὐτῶν δεσμά. D

12 Εἶτα ἀπελθοῦσα πάλιν πρὸς Ἀδριανὸν· ἦν γὰρ ἐν τῷ ἐσωτέρῳ οἴκῳ πεταμένος ἐν τῷ ξύλῳ, λέγει αὐτῷ· Ὅρα, κύριέ μου, μὴ περιφθῇς τῇ καλλονῇ τοῦ σώματός σου, μηδὲ πρὸς τὸ εὐειδὲς τῆς ἡλικίας σου προσσχῇς· ταῦτα γὰρ πάντα τροφὴ σκωλήκων ἐστί. Μὴ νικήσῃ σε χρυσίον, ἢ ἀργύριον, ἢ ἔνδυμα, ἢ τινὸς τῶν λοιπῶν ἐπιθυμία· οὐδὲν γὰρ τούτων παρέσεται ἡμῖν ἐν τῇ ὥρᾳ ἐκείνῃ τῇ φοβερᾷ· τὰ γὰρ ἀπὸ γῆς εἰς γῆν ἀπέρχεται· οὐκ ἔστιν ἐκεῖ δῶρα δοῦναι ὑπὲρ ψυχῆς· οὐδεὶς γάρ ἐστιν ὁ λαμβάνων. Μόναις γὰρ ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς δωροδοκεῖ τὸν Θεός. Ταῦτα εἰποῦσα, καὶ ἀσπασαμένη αὐτὸν, ἐπορεύθη εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς χαίρουσα.

13 Μετὰ δέ τινας ἡμέρας, γνοὺς ὁ Ἀδριανὸς εἰσαγώγιμον εἶναι τῷ δίκλῳ, ἔφη πρὸς τοὺς ἁγίους· Ἐπιτρέψατέ μοι, ὅπως ἀπελθὼν ἀγάγω τὴν δέλην ὑμῶν τὴν ἀδελφήν μου, ἵνα ὑπηρετῇ τῷ μαρτυρίῳ ἡμῶν· ἐπηγγειλάμην γὰρ αὐτῇ τοῦτο. Καὶ ὑπισχνουμένου, ἔδωκε χρήματα ἱκανὰ τοῖς δεσμοφύλαξι, ἢ ἐπορεύθη ἀνάδοχον δεδωκὼς τὸν τῶν ἁγίων χορόν. Πορευομένου δὲ αὐτοῦ ἐν τῇ ὁδῷ, ὁρᾷ τις αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως τῶν γνωρίμων, ἢ δραμὼν ἀπήγγειλε Νατάλιᾳ τῇ συζύγῳ αὐτοῦ, λέγων· Ἀπελύθη ὁ κύριος Ἀδριανός, ἢ ἰδοὺ παραγίνεται· ἐξήγοντα γὰρ αὐτὸν καταλέλοιπα ἐν τῇ ὁδῷ. Ἡ δὲ οὐκ ἐπίστευσε, λέγουσα· Τίς δύναται λῦσαι αὐτὸν ἐκ τῶν δεσμῶν ἐκείνων; μὴ γένοιτο χωρισθῆναι αὐτὸν τῆς μακαρίας συνοδίας ἐκείνης. Καὶ ἔτι λαλούσης αὐτῆς, ἰδοὺ καὶ ἕτερός τις τῶν οἰκετῶν παρεγένετο, λέγων· Ὁ κύριός μου Ἀδριανὸς ἀπελύθη, ἢ ἰδοὺ ἐλήλυθεν. Ἡ δὲ διεταράχθη, νομίσασα, ὅτι τὸ μαρτύριον ἀπέδρα, καὶ ἔκλαιε σφοδρῶς. Ἰδοῦσα δὲ αὐτὸν, ἢ καταλιποῦσα τὰ ἐν χερσὶν αὐτῆς, ἀνέῳξε καὶ ἀπέκλεισε τὰς θύρας κατ' αὐτοῦ, καὶ ἐβόα, λέγουσα· Πόρρω γένοιτο ἀπ' ἐμοῦ ὁ ἀπεπεπλωκὼς τῷ Θεῷ, ὁ ψευσάμενος κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ· μή μοι γένοιτο σύμπαντι λαλῆσαι ἀρνησαμένῳ τὸν Θεὸν αὐτοῦ, μηδὲ ἀκοῦσαι λόγον ἀπὸ γλώσσης δόλον ποιησάσης τῷ Δημιουργῷ αὐτῆς. E

14 Καὶ λέγει αὐτῷ αὐστηρᾷ τῇ φωνῇ· Ὦ ἄθλιε πάντων ἀνθρώπων, τίς σε ἠνάγκασε πράγματι τοιούτῳ ἐπιχειρῆσαι, ὅπερ οὐ προεθρήσω πληρῶσαι; τίς δὲ ἀπεσχοίνισέ σε τῆς εἰρηνικῆς καταστάσεως; πῶς δὲ ἀπέδρας πρὸ τῆς ἐπαναστάσεως τοῦ πολέμου, ἢ τὰ ὅπλα ἔρριψας ἐχ ἑωρακὼς τὸν ἀντίπαλον; πῶς δὲ καὶ ἐτραυμάτισαι, μήπω βέλους κατὰ σοῦ πεμφθέντος; Κἀγὼ δὲ ἐθαύμασα, οἱ ἐκ γένους ἀθέων, καὶ ἐκ πόλεως ἀσεβῶν ἀγαθόν τι ἐξανύεται, καὶ ὅσιον ἔθνει φονευτῶν θυσία τῷ Θεῷ καθαρὰ προσφέρεται· ἡ γὰρ ἐνεχώρει τὸν κέρα τοῖς αἱματεκχυσίαις μιαίνοντα καθαρὸν θυμίαμα προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ. Ἐγὼ δὲ τί ποιήσω ἡ ἄθλια, ἡ συντυχοῦσα ἐξ ἀσεβῶν ἀσεβεῖ; οὐδὲ πρὸς ὥραν ἠξιώθην γυνὴ κληθῆναι μάρτυρος· ἀλλ' ἀθέως παραβάτου σύζυγος ἐχρώμην· πρὸς ὀλίγον μοι ἡ καύχησις γέγονε, ἢ εἰς αἰῶνα τὸ ὀνειδός μου ἔσται· πρὸς ὥραν ἐν γυναιξὶν ἐμακαρίσθην, καὶ ἰδοὺ πορεύομαι κατησχυμμένη ἐν αὐταῖς. F

15 Ὁ δὲ μακάριος Ἀδριανὸς ταῦτα ἀκούων ἠνείχετο· σφόδρα γὰρ ἀφεφίνετο ἐπὶ τοῖς λόγοις αὐτῆς· ἠπείγετο δὲ πλέον πληρῶσαι ἐκεῖνο, ἐφ' ᾧ καὶ ἔσπευσεν· ἅμα δὲ καὶ ἐθαύμαζεν, ὅτι γυνὴ τοιαῦτα λαλεῖ, καίτοι νέα οὖσα τῇ ἡλικίᾳ, ἢ τῷ γάμῳ νεωστὶ προσομιλήσασα· μιῶν γὰρ ἦσαν ὅπω δεκατρεῖς τῆς συνοικήσεως αὐτῶν. Ὅτε δὲ εἶδεν ἐν τῷ παντὶ ῥωμαλέῳ αὐτῷ, τότε λέγει αὐτῇ· Ἄνοιξόν μοι, κυρία

A κυρία Ναταλία· ἔ φδ, ὡς σὺ ὑπολαμβάνεις, τὸ μαρτύριον πέφυγα· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ παραλαβεῖν σε ἦκω ἐπὶ τὴν τελειωσίν ἡμῶν, καθὼς σοι συνεταξάμην. Ἡ δὲ ἠπίστει αὐτῷ, λέγουσα· Ἴδε ψεύδεταί μοι ὁ ἄλλος Ἰούδας. Πορεύου ἀπ' ἐμοῦ, ἐπεὶ ἐμαυτὸν ἀλαχειρίζομαι· αὐτό γάρ μοι λοιπὸν πεπόκειται. Ὥρας δὲ πλείστης διαγενομένης, λέγει αὐτῇ· Ἄνοιξόν μοι, κυρία, ἐπεὶ ἀπέρχομαι μὴ ἑωρακώς σε, καὶ πενθήσεις πάντα τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου, μὴ θεασαμένη με πρὸ τῆς ἐξόδου μου· ἀνάδοχον γάρ δέδωκα τῶν τῆς ἁγίων χορῶν· καὶ ἐὰν ζητηθεὶς μὴ εὑρεθῶ, ὑποσῆναι ἔχουσι σὺν ταῖς ἰδίαις καὶ τὰς ἐμὰς βασάνους, καὶ ἐχ ὑπομένουσι· νεκροὶ γάρ εἰσι λοιπὸν ἐξ ὧν ἔπαθον ὑπὸ τοῦ τυράννου.

rerum, tunc ei dicit: Aperi mihi, domina Natalia: neque enim, ut suspicaris, martyrium fugi, abest: sed venio te accersiturus, ut assistas fini nostro, quemadmodum inter nos convênit. Illa verò non credebat ei, dicens: Ecce mentitur mihi alter Judas. Abscede à me, quia ipsa mei curam gero *d*: id enim deinceps mihi propositum est. Cùm verò multum temporis præteriisset, dicit ei: Aperi mihi, domina, quia abeo, te non visa: & lugebis omni tempore vitæ tuæ, si non videris me ante exitum meum: etenim pro fidejussoribus dedi turmam Sanctorum: &, si quæsitus fuero & non inventus, illi cum propriis cruciatibus meos quoque sustinere cogentur: hos autem ferre non possunt, cùm sint præterea quasi mortui ex tormentis, quæ iis inflixit tyrannus. *d*

A. ANONYMO.

16 Ὅτε δὲ ἤκουσεν ἡ μακαρία ὡς ἀληθῶς, ὅτι ἀνάδοχον δέδωκε τῶν τῆς ἁγίων χορὸν, καὶ ὅτι μέλλουσι θλίβεσθαι δι' αὐτὸν, διέῳξεν αὐτῷ, καὶ προσεκύνησαν ἀλλήλους. Εἶφη δὲ αὐτῇ ὁ μακάριος Ἀδριανός· Μακαρία εἶ ἐν γυναιξὶν, ὅτι σὺ μόνη ἔγνως ὠφελῆσαι τὸν ἄνδρα σου, φιλάνδρως γενομένη ἐπὶ τῆς γῆς· μεγαλυνθείη ὁ στέφανός σου· σὺ γὰρ τῷ νικῆσαι ἐκαρπώσω, καὶ ἐμαρτύρησας μὴ παθοῦσα· καὶ παραλαβὼν αὐτὴν, ἐπορεύθη. Ἀπερχομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, λέγει αὐτῇ ὁ μακάριος Ἀδριανός· Πῶς διέθηκας τὰ πράγματά σου, κυρία; Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα, εἶπε· Μὴ μνισθῇς, κύριέ μου, τῶν προσκαίρων καὶ παρερχομένων, ἵνα μὴ ἐπισκοτίσωσί σου τὸν νοῦν πρὸς αὐτά. Ἓν μόνον μεριμνησον, ἵνα ὅπερ ἐνήρξω, τοῦτο καὶ πληρώσῃς· φρόντισε ἀπὸ σοῦ πάντα τὰ κοσμικὰ, τὰ πάντως φθαρόμενα· ἐκεῖνα δὲ μόνον καὶ ζήτησον τὰ μὴ παρερχόμενα, τὰ ἀποκείμενά σοι καὶ τοῖς ἁγίοις ἐκείνοις ἀγαθὰ, μεθ' ὧν ὀφθήσῃ. B

16 Postquam audivit Beata, quòd verè fidejussores dedisset Sanctos, quódque illi ipsius causâ essent torquendi, statim ei aperuit, ac invicem venerati sunt. Dixit verò ei beatus Adrianus: Beata es inter mulieres, quia tu sola novisti prodesse viro tuo, amans viri facta in terra. Extollatur corona tua, tu enim victoriam pro fructu obtinuisti, & martyrium sine perpessione. Deinde, eâ acceptâ, abivit. Euntibus verò ipsis per viam, dicit ei beatus Adrianus: Quomodo ordinâsti res tuas, domina? Illa verò respondens, dixit: Noli, Domine mi, cogitare de temporariis & transeuntibus, ut non obtenebrent tibi mentem ad se trahentia. Unum illud cura, ut, quod cœpisti, illud & perficias: aufer à te mundana omnia, quæ prorsus pereunt: illa verò dumtaxat quære bona, quæ non transeunt, quæque tibi reposita sunt, & Sanctis illis, quibuscum proficiscêris. *sed intellectâ adventûs causâ, eum comitatur ad carcerem.* B

ANNOTATA.

a *Facilè quis existimare potest* Adriano *gentili non convenire hanc interrogationem. At considerandum est, uxorem ejus fuisse Christianam, ex qua discere potuerit, unde Catholici dogmata sua haurirent.*

b *Si quis existimaverit, orationem hanc non ita fuisse prolatam à* S. Natalia, *is me facilè consentientem habebit: at si inde ulteriùs inferre voluerit, fidem Actis ideo nullam deberi; id nequaquam concesserò. Consule Commentarium num.* 8.

c *Vox* κῦρις, *quæ apud Cangium recensetur inter voces Græco-barbaras, jam usitata erat tempore concilii Chalcedonensis, & haud dubiè citiùs.*

d *Vox Græca* ἀλαχειρίζομαι *hìc ambigua admodùm est, cum duplicem habeat significationem: nam exponitur* occido, *&* administro *seu* curam gero, *quemadmodùm etiam* ἀλαχειρίζω. *Priorem significationem secuti sunt antiqui interpretes. Hinc apud Mombritium ita legitur:* Recede à me homo: nam me ipsam interficiam, ut satieris. *Eadem ferè verba sunt in Mss., & apud Surium. Verumtamen verba Græca non modò admittunt interpretationem à me datam, secundum quam* Natalia *divortium Viro suo minatur, dicens se ei amplius ut conjugi subesse aut cohabitare nolle; sed verba præcedentia ac subsequentia magis quoque favent huic expositioni quàm alteri: atque hæc sanctitati* Nataliæ *magis est congrua. Certè in Græcis non legitur* interficiam *in futuro, sed, si vox eo sensu sumatur,* interficio *in præsenti; illa verò voces,* ut satieris *ne per umbram quidem sunt in textu Græco. Quapropter existimo hunc esse sensum, quem dedi aliis verbis:* Recede à me, quia te maritum non agnosco, sed me & domum meam ipsa rego: nam id deinceps facere decrevi. *Si cui altera significatio verbi* ἀλαχειρίζομαι *videatur præferenda, textus Græcus ei ita reddendus est Latinè:* Recede à me, quia me ipsa interficio: id enim mihi reliquum est. *Quidquid intenderit auctor, nec adventus* Adriani *ad* Nataliam, *nec duriora hujus verba evincunt, Actis omnem fidem esse abjudicandam, ut observavi in Commentario num.* 26. C F

A. ANONYMO.

D

CAPUT III.

Natalia in carcere Adriano & reliquis Martyribus ſervit: Adrianus cum aliis ad Maximianum ductus, varios cruciatus fortiter ſuſtinet.

Natalia Sanctis in carcere ſervit:

POſtquam ingreſſi erant in carcerem, beata Natalia ad Sanctos viſos accedens, oſculata eſt vincula eorum. Erant autem corpora ipſorum à plagis ſic putrefacta, ut vermes quoque ex ipſis ſcaturirent, ac per corpora ſingulorum reperent. Attonita his plagis, miſit ancillas ſuas, afferrique curavit omne linteum ſuum, quod pretioſum erat ac valdè pulcrum: erat enim primaria inter mulieres nobiles, cùm parentum gratiâ tum Viri. Id ubi acceperat, diſcerpſit, ac exterſit ſaniem vulnerum ipſorum, alligans manus & pedes eorum: erant enim diſrupti ferreorum vinculorum nexu. Manſit verò beata Natalia in carcere diebus ſeptem, omnibus modis ſerviens Sanctis uſque ad acceſſum ad tyrannum.

B

Martyres ducuntur ad judicium:

18 Poſtquam verò mandavit tyrannus, ut adducerentur Sancti, venientes ad carcerem lictores, Sanctos acceptos abduxerunt, eos imponentes animalibus nudis: erant enim omnes reſoluto plagis corpore, atque unâ catenâ colligati. Adrianus verò pedes incedebat vinctis retrorſum manibus. Quando appropinquabant ad locum judicii: qui cauſis præerat, ingreſſus nuntiavit imperatori, dicens: Stant ante locum curarum tuarum damnati illi. Tyrannus dixit: Omnes congruo habitu compoſitos *a* introduc, ut cernentes ſinguli aliorum cruciatus, abnegent religionem & fidem ſuam. Ille reſpondens, dixit: Qui nuper torti ſunt, præ multitudine vulnerum nunc interrogari *b* nequeunt. Adrianus verò integer eſt, poteſtque omnes perferre cruciatus: nam aliorum ſic putrefacta ſunt membra, ut coſtæ illorum etiam appareant. Si igitur nunc torqueantur, mox deficiunt & liberantur tormentis ſecuturis: æquum verò non eſt, ut illi, qui ſic cruciati ſunt, vitam finiant, acſi nihil peccâſſent. Paucos igitur habeant dies, ut digna delictis ſuis patiantur ſupplicia: &, ſi jubeat poteſtas tua, Adrianus adducetur.

a

b

C

Adrianus ſolus, aliis ad conſtantiam hortantibus,

19 Tyrannus dixit: Congruo habitu compoſitum adducite. Illi verò exutum veſtibus induxerunt, ferentem lignum ſuper humeros. Abeunti verò illi dixerunt Sancti: Ecce, Adriane, dignatus eo es honore, ut tollas crucem tuam & Dominum ſequaris. Vide ne inaniter deflectas à ſequendo ipſum; ne animæ tuæ theſaurum rapiat diabolus: ne timueris ea, quæ vides; ſed contemplare illa, quæ exſpectas: contemne tyrannum; nam non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. At beata Natalia accedens ad ipſum, dixit: Domine mi, Deum ſolum intuere: aſpectus tormentorum non terreat cor tuum: parvus & temporarius eſt labor, magna ac æterna merces: exigua eſt tortura, at requies perpetua: in terra eſt lucta, in cælo corona. Etenim, ſi tempore mundanæ militiæ frequenter ob modica obſonia à principibus & ducibus cædebaris, multo magis perferre oportet ſupplicia tibi inferenda, ut re-

Ε Ἰσελθόντων δὲ αὐτῶν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, θεασαμένη ἡ μακαρία Ναταλία τὰς ἁγίας, προσελθοῦσα προσεκύνει τὰ δεσμὰ αὐτῶν. Ἦν δὲ τὰ σώματα αὐτῶν σεσηπότα ὑπὸ τῶν πληγῶν, ὡς καὶ σκώληκας ἐξ αὐτῶν ἐξέρχεσθαι καὶ ἕρπειν καθ' ἑνὸς ἑκάστου αὐτῶν. Ἐκπλαγεῖσα δὲ τοῖς πληγοῖς, ἀπέστειλε τὰς θεραπαίνας αὐτῆς, καὶ ἤνεγκε πᾶσαν τὴν ἀθόνην αὐτῆς πολύτιμον οὖσαν καὶ καλὴν σφόδρα· ἦν γὰρ πρώτη τῶν δυνατῶν, ἔκ τε πατέρων καὶ ἀνδρός. Καὶ λαβοῦσα διέσπασεν αὐτὴν, καὶ κατέμασσε τὸν ἰχῶρα τῶν τραυμάτων αὐτῶν, ὑποδεσμοῦσα τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας αὐτῶν· ἦσαν γὰρ διερρωγότες ὑπὸ τῶν δεσμῶν τῶν σιδήρων. Ἐπέμεινε δὲ ἡ μακαρία Ναταλία ἐν τῇ φυλακῇ ἡμέρας ἑπτὰ, πανταχοῦ θεραπεύουσα αὐτούς, ἄχρι τῶν προσόδων τῶν τυράννων.

18 Ὅτε δὲ ἐπέλθοντες ὁ τύραννος προσεκέλευσαν τοὺς ἁγίους, ἀναζωσάμενοι οἱ δήμιοι εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ παραλαβόντες αὐτοὺς, ἀπήγαγον, ὑποθέντες ὑπὸ ἀτράκτων ζώων· ἦσαν γὰρ οἱ πάντες ἀλελυμένοι ὑπὸ τῶν πληγῶν, καὶ συνδεδεμένοι κλοιῷ μιᾷ. Ἀδριανὸς δὲ προεπάτει δεδεμένας ἔχων τὰς χεῖρας ὄπισθεν. Ὡς δὲ ἤγγισαν τῷ κριτηρίῳ, ἰδὼν αὐτοὺς ὁ ὑπατεύων τὰς δίκας, εἰσελθὼν ἐγνώρισε τῷ βασιλεῖ, λέγων· Ἑστήκασι πρὸ θύρας οἱ κατάκριτοι. Καὶ ἔφη ὁ τύραννος· Σχηματίσας πάντας αὐτοὺς, εἰσάγαγε, ὅπως ἀλλήλων τοὺς βασάνους ὁρῶντες ἀρνήσωνται τὸ σέβας καὶ τὴν πίστιν αὐτῶν. Ὁ δὲ ὑποκριθεὶς, εἶπεν· Οἱ μὲν πρώην βασανισθέντες δύνανται ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν πληγῶν νυνὶ ἐρωτηθῆναι· ἔστηκε δὲ Ἀδριανὸς ἀκμῇ, δυναμένῳ πᾶσαν ἐρώτησιν ὑποσῆναι· ἐκείνων γὰρ σέσηπται τὰ μέλη, ὡς καὶ τὰς πλευρὰς αὐτοῦ ἔξωθεν φαίνεσθαι. Ἐὰν οὖν νυνὶ ἐρωτηθῶσιν, οὐχέως ἐκλιμπάνουσι καὶ ἀναπαύσονται τῆς μετὰ ταῦτα βασάνου· δίκαιον δὲ ἔτως τιμωρηθέντας αὐτοὺς τὸν βίον διεξελθεῖν ὡς μηδὲν ἐπταικότας. Ἀναλάβωσι τοίνυν ἡμέρας ὀλίγας, ὅπως ἄξια τῶν πεπλημμεληκότων αὐτοῖς ὑποσῶσι· καὶ, εἰ κελεύει τὸ σὸν κράτος, Ἀδριανὸς παραστήσεται.

19 Ὁ τύραννος ἔφη· Σχηματίσαντες αὐτὸν, εἰσαγάγετε. Οἱ δὲ τὸν ὑποδύσαντες, εἰσήγαγον, αἴροντα τὸ ξύλον ὑπὲρ τῶν ὤμων. Πορευομένῳ δὲ αὐτῷ, λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι. Ἴδε, Ἀδριανέ, καθηξιώθης ἆραι τὸν σταυρὸν σου, καὶ ἀκολουθῆσαι τῷ Δεσπότῃ. Σὺ δὲ μὴ ἀναλύσῃς ἀφανεῖς ὑπὸ τὸ ὄπισθεν αὐτοῦ· μή σε τὸν θησαυρὸν τῆς ψυχῆς συλήσῃ ὁ διάβολος· μὴ φοβηθῇς ἐξ ὧν ὁρᾷς· ἀλλ' ὑπόβλεψον εἰς ἃ προσδοκᾷς· καταφρόνησον δὲ τυράννου· ἃ γὰρ ἄξια τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ὑποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία πλησιάσασα αὐτῷ, λέγει· Κύριέ μου, πρὸς τὸν Θεὸν μόνον ἔχε σου τὸν σκοπὸν· μή σε πτοήσῃ τὴν καρδίαν τὰ εἴδη τῶν βασάνων· ὀλίγος καὶ πρόσκαιρος ὁ κάματος, πολὺς καὶ αἰώνιος ὁ μισθός· μικρὰ ἡ σρέβλωσις, καὶ διηνεκὴς ἡ ἀνάπαυσις· ὀλίγη ἡ ἄθλησις, καὶ ἐν ὑρανῷ ὁ σέφανος· εἰ γὰρ, ὅτε κατὰ κόσμον ἐσρατεύου, συνεχῶς πρὸς τῶν ἐξάρχων καὶ τῶν ἡγεμόνων ἐρραβδίζου δι' ὀλίγα ὀψώνια, πολλῷ μᾶλλον ὑπομεῖναι ὀφείλεις τὰ ὑπαφερόμενά σοι

A σοι κολασήελα, ἵνα βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομήσῃς εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

20 Καὶ τέτων λεγομένων ὑπὸ τ̃ μακαρίας Νατα-
λίας, προσηνέχθη ὁ ἅγιος Ἀδριανὸς τῷ τυράννῳ· καὶ ἰδὼν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς, ἔφη· Ἔτι ἐμμένεις τῇ μανίᾳ σε, ἄθλιε; Λέγει αὐτῷ ὁ ἅγιος Ἀδριανός· Νυῦ ἐκ μανίας κατέσχον, καὶ ἀγωνίζομαι μὴ ἀπολέσθαι μου τὴν ψυχήν. Ἔφη αὐτῷ ὁ τύραννος· Νυῦ γὰρ ἄκουσόν μου, καὶ προσελθὼν, θῦσον τοῖς μεγίστοις θεοῖς, καὶ προσκύνησον αὐτοῖς, καθὼς πάντες ἡμεῖς, ἐπεὶ πρόσχημα βασανιστηρίων ὀργάνων, ὧν οὐ πώποτε ἤκουσας. Ὁ ἅγιος Ἀδριανὸς εἶπε· ὦ βασιλεῦ, ἵνα τί πλανᾶσθε ὑμεῖς προσκυνοῦντες ἀψύχοις καὶ ἀκαθάρτοις εἰδώλοις, καταλιπόντες Θεὸν ζῶντα, τὸν ποιήσαντα τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς; Ἐγὼ γὰρ οὐκ εἶπα θεοὺς αὐτοὺς εἶναι λέγω, οὐκ προθήσομαι ποτὲ προσκυνῆσαι κώφοις καὶ ἀλάλοις καὶ ἀναισθήτοις ὁμοίοις σοι λίθοις· ποίει οὖν, ὃ βούλει, ἐν τάχει.

21 Τότε ὀργισθεὶς ὁ βασιλεὺς σφόδρα, ἐκέλευσε τύπτεσθαι αὐτὸν ξύλοις ἀγρίοις. Ἀκούσασα δὲ ἡ μακαρία Νατάλια, ὅτι μέλλει βασανίζεσθαι, δραμοῦσα πρὸς τοὺς ἁγίους, διηγήσατο αὐτοὺς λέγουσα· Ἐνήρξατό μου ὁ κύριος τὸ μαρτύριον. Οἱ δὲ ἀκούσαντες, εὐθυτόνως ἔστησαν ἑαυτοὺς εἰς προσευχὴν ὑπὲρ αὐτοῦ. Ἐπὶ πολὺ δὲ βασανιζομένου τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ τῇ γῇ προσπιπτουσῶν, καὶ τοῦ αἵματος προῤῥέοντος, ἔφη ὁ τύραννος· Πάντως οἱ πλάνοι ἐκεῖνοι, ἄθλιε, ἐδίδαξάν σε τὴν μωρίαν ταύτην. Ἔφη ὁ ἅγιος· Διατί πλάνους ὀνομάζεις τοὺς ὁδηγοῦντας εἰς τὸν αἰώνιον ζωήν; Τμεῖς δέ ἐστε οἱ πλάνοι, οἱ τοὺς ἀνθρώπους ἐξαπατῶντες, καὶ ἄγοντες εἰς ἀπώλειαν. Καὶ θυμωθεὶς ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν ἔτι πλεῖον τύπτεσθαι αὐτὸν τοῖς ῥοπάλοις. Ἔφη αὐτῷ ὁ ἅγιος· Ὅσον πληθύνεις εἰς ἐμὲ τὰ εἴδη τ̃ βασάνων, τύραννε, τοσοῦτον αὔξεις μοι τοὺς μισθοὺς τ̃ ἀγώνων.

22 Πάντα δὲ, ὅσα ἤκουε παρὰ τ̃ τυράννου, καὶ ἀπεκρίνατο ὁ ἅγιος, ἀπήγγελλεν ἡ μακαρία Νατάλια τοῖς ἁγίοις. Λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ τύραννος· Φείσῃ σε τ̃ νεότητος, ἄθλιε, καὶ μὴ μάτην σεαυτὸν ὀδυνᾷς. Μὰ τοὺς θεούς ὁρῶ σε τὸ κάλλος, καὶ λίαν σπλαγχνίζομαι ἐπὶ σέ. Ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος· Ἐν τούτῳ φείσομαι ἐμαυτ̃, ἐν τῷ μὴ βούλεσθαί με θῦσαι. Ὁ τύραννος ἔφη· Ὁμολόγησον τοῖς θεοῖς, καὶ ἵλεώ σοι γενήσονται, καὶ ἡμεῖς δὲ τιμήσομέν σε μειζόνως, καὶ ἀποκαταστήσομέν σε εἰς τὴν προτέραν σε ἀξίαν· εὐγενὴς γὰρ εἶ σύ, καὶ πλουσίων γονέων υἱός. ἐκεῖνοι δὲ ἰδιῶται τυγχάνουσι καὶ τέκνα εἰσὶν ἀφρόνων καὶ πενήτων. Ὁ ἅγιος εἶπεν· Οἶδα ὅτι θέλεις γνῶσαι τὴν πατρίδα μου καὶ τὴν εὐγένειαν καὶ τοὺς προγόνους· εἰ δὲ καὶ τὴν ἐκείνων ἐπιγίνωσκες πατρίδα, καὶ τὸν πλοῦτον, καὶ τὴν εὐγένειαν, παρεκάλεσας ἂν αὐτοὺς εὔξασθαι ὑπὲρ σοῦ, ἵνα ἀπαλλαγῶμέν σε τ̃ τ̃ θεῶν σου δυσμενείας, ἐπιτύχωμεν δὲ εἰς τὴν αὐτῶν λαμπρότητά τε καὶ δόξαν.

23 Τότε ὀργισθεὶς ἔτι πλεῖον ὁ τύραννος, ἐκέλευσε κατὰ τ̃ κοιλίας αὐτοῦ τύπτεσθαι αὐτὸν ὑπὸ τεσσάρων. Ἐπὶ πολὺ δὲ τυπτομένου αὐτοῦ, ὡς ἐθεάσατο ὁ παρεστὼς τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ ἐκχεόμενα ἔτι τὴν γῆν, προσέταξε κρεμασθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τ̃ βασάνων· ἦν γὰρ νεώτερος, καὶ λίαν ἁπαλός. Καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Ὁρᾷς πόσα σε φείδομαι, Ἀδριανέ, καὶ οὐ θέλεις μετανοῆσαι; Ἐπικάλεσαι δὴν τοὺς θεούς, κἀγὼ κελεύσω τοὺς ἰατροὺς θεραπευθῆναι, καὶ θεραπεύσουσί σε τὸ σῶμα, καὶ ἔσῃ μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ παλατίῳ. Ὁ ἅγιος εἶπεν· Ἐπεὶ δὴν ἐπηγγείλω δι' τ̃ ἰατρῶν σε θεραπεύειν με, καὶ πολλ̃ μείζονος ἀξιῶν, καὶ εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ βασιλικόν σε παλάτιον, εἰπάτωσαν δή μοι πρότερον οἱ θεοί σου, τί μοι μέλλουσι ποιεῖν, ἵνα γνῶ εἰ δυνάμις τις ἐστὶν ἐν αὐτοῖς. Ἔφη ὁ βασιλεύς· Οἱ θεοὶ ὅτι χρηματίζουσιν, ὅτι

gnum cælorum hæreditate accipias in ſeculum ſeculi. A. ANONYMO.

20 His dictis à beata Natalia, ad tyrannum ductus eſt beatus Adrianus. Videns verò ipſum imperator, dixit: Adhuc manes in veſania tua, miſer? Reſpondit ſanctus Adrianus: Nunc à veſania receſſi, & luctor, ne pereat anima mea. Dixit ipſi tyrannus: Nunc igitur audi me, & accedens, ſacrifica diis maximis, eoſque adora, ſicut nos omnes; quoniam tentaberis cruciantibus inſtrumentis, quæ numquam audiviſti. Sanctus Adrianus dixit: O imperator, quare erratis vos, adorantes inanimata ac immunda idola, relicto Deo vivente, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia, quæ in iis ſunt? Etenim neque deos illos eſſe dico, neque umquam inducar, ut adorem ſurdos, mutos, ſenſuque carentes, ſimiles tui lapides. Fac igitur citò, quod facere vis. *interrogatur ab imperatore, conſtanſque in fide,*

21 Tunc vehementer iratus imperator, juſſit eum cædi fuſtibus aſperis. Audiens beata Natalia, torquendum Adrianum, currens ad Sanctos, nuntiavit illis, dicens: Dominus meus inchoavit martyrium. His auditis, illi mox pro eo orare cœperunt. Cùm diu tortus eſſet ſanctus Adrianus, ita ut carnes ipſius in terram deciderent, & ſanguis proflueret, dixit tyrannus: Omnino deceptores iſti te, miſer, hanc docuerunt ſtultitiam. Dixit Sanctus: Quare eos, qui ducunt ad vitam æternam, deceptores vocas? Vos ſanè deceptores eſtis, qui ineſcatis homines, & ad interitum ducitis. Iratus imperator eum baculis magis verberari juſſit. Dixit ad eum Sanctus: Quantùm multiplicas in me genera tormentorum, tyranne; tantùm mihi auges præmia certaminum. *fuſtibus graviter cæditur,*

22 Omnia autem, quæ audiebat à tyranno, quæque reſpondebat Adrianus, ſanctis annuntiabat beata Natalia. Dicit ad eum tyrannus: Parce juventuti tuæ, miſer; & ne fruſtra te perdas. Per deos video pulchritudinem tuam, & valde me tui miſeret. Reſpondit Sanctus: Hac in re mihi parco, quòd nolim ſacrificare. Tyrannus dixit: Confitere deos, & illi tibi fient propitii, & nos te magis honorabimus, & in priorem dignitatem reſtituemus. Nobilis enim tu es & divitum parentum filius: illi verò rudes ſunt & nati ex parentibus inſipientibus ac pauperibus. Sanctus dixit: Scio notam tibi eſſe patriam meam, & nobilitatem & progenitores: ſi verò & illorum noveras patriam, divitiaſque & nobilitatem; jam rogaveras ipſos, ut orarent pro te, ut liberareris quidem deorum tuorum inimicitiis, conſequereris verò illorum & ſplendorem & gloriam. *ſed liberè reſpondet,*

23 Tunc magis excandeſcens tyrannus, juſſit ipſum in ventre verberari à viris quatuor. Poſtquam diu cæſus erat, ut impius viſcera ipſius videret in terram effuſa; juſſit ipſum levari cruciatibus: erat enim juvenis, & corpore admodùm delicato. Dicit porrò ad ipſum: Vides, quantùm tibi parcam, Adriane, & non vis pœnitere? Invoca igitur deos, & jubebo advocari medicos, qui corpus tuum ſanent; & eris mecum in palatio. Dixit Sanctus: Quandoquidem mihi pollicitus es, me ſanandum per medicos tuos, meque à te dignandum honore maximo, atque inducendum in palatium tuum imperatorium; dicant ſanè mihi priùs dii tui, quid illi mihi ſint facturi, ut ſciam, an qua in ipſis ſit poteſtas *c.* Dixit imperator: Dii neque oracula dant, neque loquun- *& cruciatus varios fortiter ſuſtinet,*

A. ANONYMO.

quuntur. Dixit Sanctus : Itaque , impiissime , si dii tui neque loquuntur , neque dant oracula , quare ipsis sacrificas eosque adoras ? & non solùm id ipse facis , sed nos etiam loquelà honoratos ipsis sacrificare cogis.

tandemque cum aliis ad carcerem reducitur.

24 Tunc tyrannus iratus , eos omnes ad carcerem vinctos abduci jussit , statuens diem , quâ diligentiùs ipsos audiret. Milites verò Sanctos acceptos in carcerem abduxerunt ; alios quidem , qui adhuc consistebant corpore *d* , vi trahentes , alios verò resolutos per tormenta , & incedere nescios , per terram trahentes , ut ligna inanimata. Beata verò Natalia sustentabat sanctum Adrianum , manum supponens cervici ipsius , dicens : Beatus es , domine mi Adriane : ecce enim dignatus es eo honore , ut annumereris Sanctis , & passus sis pro eo , qui passus est pro te : ecce vadis gloriam ipsius visurus : nam qui socii sunt passionum ipsius, erunt & gloriæ.

d

λαλῶσιν. Ὁ ἅγιος εἶπεν· Ἐπεὶ οὖν, ἀσεβέστατε, οἱ θεοί σε ὅτε λαλῶσιν, ὅτε χρηματίζουσι, διαπαίζεις αὐτοῖς, καὶ θεοσυνεῖς; καὶ ὁ μόνον αὐτὸς ἕτοιμος εἶ, ἀλλὰ καὶ ἡμᾶς τοὺς λόγῳ πεπιμωμένους καταναγκάζεις θύειν αὐτοῖς.

24 Τότε θυμωθεὶς ὁ τύραννος, ἐκέλευσεν ἅπαντας αὐτοὺς δεθέντας ἀπενεχθῆναι εἰς τὸ δεσμωτήριον, δείσας ἡμέραν, ἐν ᾗ ἐπιμελέστερον ἀκούσῃ αὐτῶν. Παραλαβόντες δὲ τοὺς ἁγίους οἱ στρατιῶται ἀπήγαγον εἰς φυλακήν, τοὺς μὲν ἐπισυρομένους τῷ σώματι μετὰ βίας ἕλκοντες, τοὺς δὲ λελυμένους ἀπὸ τῶν βασάνων, καὶ μὴ δυναμένους περιπατεῖν μετὰ σχοινίων σύροντες *, ὥσπερ ἄψυχα ξύλα. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία ὑπεσήκιζε τὸν ἅγιον Ἀδριανόν, ὑποβάλλουσα τὴν χεῖρα τῷ αὐχένι αὐτοῦ, καὶ λέγουσα· Μακάριος εἶ, κύριέ μου Ἀδριανέ· ἰδοὺ γὰρ καταξιώθης συναριθμηθῆναι τοῖς ἁγίοις, καὶ πάθειν ὑπὲρ ἕτερον παθόντος ὑπὲρ σοῦ· ἰδοὺ πορεύῃ θεάσασθαι τὴν δόξαν αὐτοῦ· οἱ γὰρ κοινωνοῦντες τοῖς παθήμασιν αὐτοῦ, κοινωνήσουσι καὶ τῆς δόξης αὐτοῦ. * *l.* σύροντες

ANNOTATA.

a *Vocem Græcam* σχηματίζειν , *quæ generatim significat* formare , fingere , componere *in habitum quemdam aut figuram , nolui ex conjectura restringere , prout fecerunt antiqui interpretes : nam apud Mombritium , cui ferè consonant codices Mss. , locus ita Latinè est redditus :* Succincto perpendiculo ante pudenda , introducantur : *atque ità idem verbum Græcum deinde exponitur. Noverat quidem ille imperatoris minister , qua eos habitu ad torturam compositos vellet imperator ; at id vox generica non significat.*

b *Videlicet cum tormentis adjunctis : nam* interrogari *idem hîc est ac torqueri : atque eo modo Græcam vocem deinceps reddam Latinè.*

c *In codicibus Latinis varia in dictis utrimque mutata , additaque aut omissa reperio. At ea lector videre poterit apud Mombritium aut Surium , cùm observanda non crediderim , quòd sint levioris momenti. At hîc longiùs à mente auctoris recessit interpres , qui sic habet apud Mombritium :* Et quamvis dii tui promittant se mihi repropitiari : ipsi mihi dicant ore suo , quid mihi facturi sint , vel quale beneficium mihi conferant ; & tunc adorabo eos , & sacrificabo eis , vel hostias eis offeram , quemadmodum tu vis. *Expositio hæc non est textûs Græci , sed commentum minimè probandum interpretis Latini.*

d *Id est , qui necdum ita tormentis erant fracti , ut non possent pedibus consistere. Hæc verba non videntur cohærere cum dictis num.* 18 , *ubi auctor narrat , Martyres jumentis fuisse impositos , hanc allegans rationem :* Erant enim omnes resoluto plagis corpore , atque unâ catenâ colligati. *Verùm , si dicta benignè conciliare velimus , dicendum est omnes quidem fuisse corpore admodùm afflicto ; sed non omnes eò usque fuisse fractos , ut pedibus non possent consistere. Id posteà advertere potuerunt lictores , eaque de causa Sanctos alio modo ad carcerem reducere , quàm quo ducti erant ad locum judicii.*

CAPUT IV.

S. Natalia cum aliis mulieribus in carcere Martyribus servit , sumpta etiam in hunc finem veste virili : Adriani & reliquorum Sanctorum martyrium.

Martyres in carcerem reducti gratulantur Adriano :

CUm perveniſſet in carcerem , convenerunt omnes Sancti , & salutârunt beatum Adrianum , ita ut illi etiam , qui corpore erant resoluto , manibus reperent , ac pacem ipsi precarentur , salutantes osculo sancto. At beata Natalia manibus suis extergebat sanguinem ipsius , & corpus ejus ungebat. Salutantes verò ipsum Sancti , dixerunt : Lætare in Domino , Frater : nam nomen tuum scriptum est cum perfectis sanctisque martyribus. Dixit ipsis beatus Adrianus : Vos semper gaudete : sed orate , ut nihil tædii mihi inferat diabolus : vehementer enim deficio. Responderunt Sancti : Confide , frater Adriane : nihil amplius contra te valet malignus : aufugit enim , timens patientiam tuam. Nos quoque timebamus

Καὶ ἐντὸς ἡμοιμένης τῆς φυλακῆς, συνῆλθον πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἠσπάζοντο τὸν μακάριον Ἀδριανόν, ὡς καὶ τοὺς ἀδυνάτου ὄντας τὰ σώματα ἐρπεῖν ταῖς χερσὶ, καὶ τὴν εἰρήνην διδόναι αὐτῷ, ἀσπαζομένους φιλήματι ἁγίῳ. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία κατέμασσε ταῖς χερσὶν αὐτῆς τὸ αἷμα αὐτοῦ, καὶ ἤλειφε τὸ σῶμα αὐτοῦ. Ἀσπαζόμενοι δὲ αὐτὸν οἱ ἅγιοι, ἔλεγον αὐτῷ· Χαίροις ἐν Κυρίῳ, ἀδελφέ· ἐγράφη γάρ σου τὸ ὄνομα μετὰ τῶν τελειωθέντων ἁγίων μαρτύρων. Ἔφη αὐτοῖς ὁ μακάριος Ἀδριανός· Ὑμεῖς χαίρετε πάντες· ἀλλὰ δέχεσθε, ἵνα μηδὲν ἀνθὲς ἐνσπείρει μοι ὁ διάβολος· σφόδρα γὰρ ἐκλείπω. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἅγιοι· Θάρσει, ἀδελφὲ Ἀδριανέ· ἰσχύει κατὰ σοῦ ὁ πονηρός· ἀπέδρα γὰρ δειλιῶν τὴν ὑπομονήν σου. Καὶ ἡμεῖς γὰρ ἐφοβού-

A Φοβήμεθα σὲ σέ, ὅτε ἦς ἄνθρωπος· ἀφ' ἧς ἢ τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν ὑπερέβης, ἐθαρρήσαμεν, ὅτι ἤκετι ἰσχύσει κατὰ σέ ὁ πονηρός. Μὴ ἂν ἀφεκριθῇς ἢ διάσῃς ὅλως.

26 Διάκονοι δὲ, γυναῖκες δ' εὐσεβεῖς, καὶ ἄλλαι τῶν εὐγενίδων γυναικῶν παρέμενον τοῖς ἁγίοις, θεραπεύουσαι αὐτούς· ὧν αἱ μὲν τὰ καυστηριῶν κατέψυχον τοὺς πόνους αἱ δὲ τὰ ἑλκῶν ἐπεμελοῦντο· ἄλλαι δὲ τῇ ἐσθῆτι τοὺς ἰχῶρας τῶν μωλώπων κατέμασσον. Ἅπασαι δὲ διεμερίζοντο τοὺς ἁγίους, πᾶσαν ὑπηρεσίαν καὶ ἀνάπαυσιν εἰς αὐτοὺς παρεχόμεναι. Μαθὼν δὲ ὁ τύραννος ταῦτα, καὶ ὅτι ἐξεκενώθη τὸ πλῆθος τῶν γυναικῶν πρὸς αὐτούς, μάλιστα δὲ καὶ τῶν εὐγενίδων, ὠργίσθη σφόδρα, καὶ ἐκέλευσε γυναῖκα τὸ σύνολον μὴ συγχωρεῖσθαι εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Ὡς δὲ ἔγνω ἡ μακαρία Ναταλία, ὅτι ἐκωλύθησαν αἱ γυναῖκες καὶ μὴ εἰσέρχεσθαι πρὸς τοὺς ἁγίους, ἀνάστασα ἐκείρατο τὴν κεφαλὴν, καὶ ἐνεδύσατο σχῆμα ἀνδρικὸν, καὶ εἰσῆλθε ὡς ἀνὴρ, καὶ ἐθεράπευε πάντας αὐτούς.

27 Καὶ μετὰ ταῦτα ἐκαθίζετο παρὰ τοὺς πόδας τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ, παρακαλοῦσα, καὶ λέγουσα αὐτῷ· Δέομαί σου, κύριε, μνήσθητι τῆς συζύγου σου, ὅτι συνήρησά σοι ἐν τῷ μαρτυρίῳ, καὶ ἤλειψά σε πρὸς τοὺς ἀγῶνας, καὶ παρέξενός σοι ἐχθρώμην τοῦ στεφάνου τούτου. Παρακάλεσον τοῦν τὸν Δεσπότην Χριστὸν, ἵνα συλαλήσῃ μοι μετὰ σοῦ, ἵνα ὥσπερ κοινωνοὶ ἐγενόμεθα ἐν τῷ μοχθηρῷ, καὶ φιλαμαρτήμονι τούτῳ βίῳ, οὕτως καὶ τῆς μακαρίας ἐκείνης καὶ ἀτόνου λήξεως κοινωνήσωμεν ἅμα· ναὶ παρακαλῶ, ταύτην πρώτην αἴτησιν λάβε παρὰ Θεοῦ, ἔσω σοι αὕτη ἀπαρχὴ τῶν ἱκεσιῶν σου· οἶδα γὰρ ὅτι παρέξει σοι ταύτην τὴν αἴτησιν ὁ Χριστός. Φιλεῖ γὰρ αἰτεῖσθαι παρ' ὑμῶν τὰ τοιαῦτα. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖς, κύριέ μου, τὴν ἀθλασίαν τῆς πόλεως ταύτης, καὶ τὴν ἀσέβειαν τοῦ βασιλέως· μήποτε ὑποβληθεὶς ὁ τύραννος ζεύξῃ με πρὸς τῶν ἀθέων, καὶ μιάνωσιν ἀσεβεῖς τὴν κοίτην σου τὴν ἁγίαν· σῶσον τὴν γυναῖκα σου. ἐδιδάχθης γὰρ τοῦτο παρὰ τοῦ ἀποστόλου· δός μοι τοίνυν μισθὸν τῆς σωφροσύνης τὴν μετὰ σοῦ τελευτὴν· μάθωσιν δὲ ποιεῖν τοῖς ἑαυτῶν ἀνδράσιν αἱ γυναῖκες, ὁρῶσαί σου τὴν πρὸς ἐμὲ στοργήν.

28 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἀνέστη πάλιν, καὶ τῷ ἀνδρικῷ σχήματι περιήει τοὺς ἁγίους, θεραπεύουσα καὶ ὑπηρετοῦσα. ὡς ἑκάστου τὸ πάθος ἔχρηζεν. Ἐτρέφε δὲ αὐτοὺς τοῖς λεπτοτέροις βρώμασι· ἠσθένουν γὰρ πάνυ ἀπό τε τῶν πληγῶν καὶ τοῦ νομοῦ τῶν τραυμάτων. Μαθοῦσα δὲ καὶ αἱ λοιπαὶ γυναῖκες ὅτι ἐκείρατο ἡ μακαρία Ναταλία τὸν κόμην τῆς κεφαλῆς, καὶ εἰσῆσαν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἐξυπηρετεῖ τοῖς ἁγίοις, ἐκείροντο καὶ αὐταὶ, καὶ τῷ ἀνδρικῷ σχήματι εἰσιοῦσαι, ἐθεράπευον τοὺς ἁγίους, ὡς ἀποκείρασθαι τὰ εὐγενίδων πλείους. Ὡς δὲ ἔγνω καὶ τοῦτο ὁ τύραννος, καὶ ὅτι μέλλουσι τελευτᾶν οἱ ἅγιοι ἀπό τε τῶν πληγῶν καὶ τῶν τραυμάτων ἐλκώσεως, ἐπεκέλευσεν ἄκμονα χαλκοῦν ὑποτεθῆναι τοῖς ποσὶν αὐτῶν, καὶ μοχλῷ σιδηρῷ κατεαγῆναι αὐτῶν τὰ σκέλη, εἰπών· Μὴ τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ὑπομείνωσι θάνατον.

29 Εὐθέως οὖν παρεγένοντο οἱ δήμιοι, φέροντες τὰ σκεύη εἰς τὸ δεσμωτήριον. Θεασαμένη δὲ αὐτοὺς ἡ μακαρία Ναταλία, ἀπλώτησεν αὐτοῖς, καὶ παρεκάλει, λέγουσα Δέομαι ὑμῶν ἔνθεν πρώτων ἀπὸ Ἀδριανοῦ ἄρξασθε. Τοῦτο δὲ ἔλεγε, φοβουμένη μή πως ὁρῶν τοὺς ἁγίους πρὸ αὐτοῦ τὴν πικρὰν ταύτην ὑπομένοντας βάσανον, πτοηθεὶς δειλανδρήσῃ. Ὅτε δὲ ὑπέθηκε τὸν ἄκμονα, λαβοῦσα ἡ Ναταλία ἔπλωσε τοὺς πόδας Ἀδριανοῦ ἐπὶ τοῦ ἄκμονος· καὶ δυνάμει μεγάλῃ κρούσαντες, ἀπέτεμον αὐτοῦ τοὺς πόδας, συντρίψαντες τὰ κῶλα αὐτοῦ. Καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ Ναταλία· Δέομαί σου, δοῦλε τοῦ Χριστοῦ, ἐν ὅσῳ ἔτι ἐμπνέεις, ἔκτεινόν σου τὴν χεῖρα, καὶ δράσιν αὐτὴν ἀπὸ σοῦ, ἵνα ἴσος καὶ ἐν τούτῳ τοῖς ἁγίοις γένῃ· πλεῖον γάρ σε ἐτιμωρήσαντο ἐκεῖνοι. Καὶ

tibi, quando eras homo: postquam verò humanam transgressus es naturam, confidimus nihil ampliùs contra te valiturum diabolum. Itaque nihil omnino ambige vel dubita. A. ANONYMO.

26 Diaconissæ verò, mulieres piæ, atque aliæ feminæ nobiles manebant apud Sanctos, servientes ipsis: ex quibus hæ quidem inustorum stigmatum refrigerabant dolores, illæ verò vulnera curabant: aliæ demum vestibus saniem cicatricum extergebant. Omnes verò dividebant sibi Sanctos, omne servitium ac solamen ipsis exhibentes. Ubi ea rescivit tyrannus, didicitque effusam ad eos esse mulierum multitudinem, & quidem maximè nobilium, multùm iratus est, præcepitque ne qua omnino mulier ad eos ingredi sineretur. Ubi cognovit beata Natalia, prohibitum esse mulieribus, ne accederent ad Sanctos, caput totondit, sumptaque veste virili, ut vir ingrediebatur, atque omnibus iis serviebat. *mulieres Sanctis in carcere serviunt; cùm verò ingredi vetarentur,*

27 Post hæc sedebat ad pedes sancti Adriani, rogans, ac dicens illi: Oro te, Domine, memento conjugis tuæ, quia tibi cooperata sum in martyrio, & unxi te ad agones, atque hanc tibi conciliavi coronam. Roga igitur Christum Dominum, ut accipiat me tecum, ut quemadmodum consortes fuimus in laboriosa hac & peccatis obnoxia vita, ita & beatæ illius ac laborum expertis hæreditatis simul fiamus participes: sanè rogo, ut id primùm petas à Deo, sint hæ primitiæ precum tuarum: novi enim hanc tibi petitionem concedendam à Christo: cupit enim talia postulari à vobis. Quippe, Domine mi, non ignoras hujus urbis intemperantiam, ac imperatoris impietatem: ne me assumens tyrannus jungat conjugio cujusdam athei, ac thorum tuum sanctum maculent impii. Serva conjugem tuam: id enim te docuit Apostolus. Itaque pro mercede pudicitiæ mihi tribue, ut tecum moriar. Discant mulieres viris suis bene facere, videntes tuam erga me affectionem. *Natalia, virili habitu sumpto, pergit Sanctis servire,* E

28 His dictis, rursum surrexit, & virili habitu circuibat ad Sanctos, serviens & curans, ut necessitas uniuscujusque exigebat. Nutriebat verò ipsos cibis tenuioribus: nam graviter ægrotabant è plagis acceptis & vulnerum corrosione. Ubi reliquæ mulieres didicerant, beatam Nataliam capitis sui comam abscidisse, ingressamque in carcerem ministrare Sanctis, illæ quoque tonsæ sunt, ingressæque virili veste Sanctis serviebant, ita ut plures ex nobilibus tonderentur. Quando & hoc cognovit tyrannus, rescivitque Sanctos morituros cùm ex plagarum dolore tum ex vulnerum ulceratione, jussit incudem æneam pedibus eorum supponi, & vecte ferreo crura eorum confringi, dicens: Non intereant consueta hominibus morte. *quod & alia imitantur. Tyrannus Martyrum crura confringi jubet:* F

29 Mox igitur adfuerunt lictores, ferentes instrumenta illa ad carcerem. Intuita autem illos beata Natalia, obviam ivit, hortabaturque eos, dicens: Rogo vos, hinc primùm incipite ab Adriano. Hoc verò dixit, timens ne fortè, si videret Sanctos acerbum illud tormentum ante se perferentes, attonitus expaveſceret. Dum verò supposita erat incus, apprehensos pedes Adriani super incudem extendit beata Natalia: lictores verò vi magna percutientes, ipsius pedes abscinderunt, crura ipsius simul comminuentes. Dixit ad eum Natalia: Rogo te, Serve Christi, quantùm adhuc spiras, extende manum tuam, quam tibi abscindent, ut & in hoc Sanctis fias similis; nam illi te plura passi sunt. Ipse dans ei manum, impo- *martyrium Adriani, præsente Natalia:*

A. ANONYMO.

impoſuit incudi. Illi verò percutientes, eam reſecuerunt. Tum velociter ſpiritum ſuum tradidit Domino.

aliorum martyrium: Natalia abſciſſam Adriani manum ſervat.

30 Circumeuntes autem lictores cum incude & vecte ad Sanctos, crura eorum fregerunt. Sancti verò præveniebant, & ante adventum eorum explicabant pedes ſuos, clamantes magna voce: Domine Jeſu Chriſte, accipe ſpiritum noſtrum: atque id ſinguli dicentes, pretioſas ac ſanctas animas ſuas tradiderunt Deo. Juſſit quoque imperator, poſt mortem ipſis illatam, corpora eorum in ignem projici, dicens: Ne fortè venientes Galilæi, accipiant ipſos & ut deos honorent. Beata verò Natalia abſciſſam S. Adriani manum clanculùm tollebat ac ſervabat. At lictores, corpora ſanctorum ac glorioſorum Martyrum portantes, ibant ea in pyram injecturi: accendebant enim caminum latiſſimum. Beata verò Natalia ponè ſequebatur, manibus ſuis excipiens diſtillantem ſanguinem, ſeque ungebat. Similiter & aliæ mulieres linteis pretioſis, aliiſque ſtragulis purpureis decidentem de ſanctis corporibus ſanguinem colligentes, abſondebant in ſinu ſuo, ita ut etiam
B veſtimenta lictorum, ſanguine Sanctorum tincta, auro multo & lapidibus pretioſis emerentur.

Ἀπὸδὸς αὐτῇ τὴν χεῖρα, ἐπέτηκε τῷ ἄκμονι. Κρέσαντες δὲ ἀπέτεμον αὐτήν· Καὶ δόξης παρέδωκε τὴν ψυχὴν αὐτὸ τῷ Κυρίῳ. D

30 Περιιόντες δὲ τὰς ἁγίας οἱ δήμιοι, τῷ ἄκμονι καὶ τῷ μοχλῷ, κατέκλων αὐτῶν τὰ σκέλη. Προελάμβανον δὲ οἱ ἅγιοι καὶ ἤπλων τὰς πόδας αὐτῶν πρὸ βραχέος αὐτοῖς τὰς δημίας, βοῶντες μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ, δέξαι ἡμῶν τὰ πνεύματα· καὶ τοῦτο λέγοντες ἕκαστος παρέδιδον τὰς τιμίας καὶ ἁγίας αὐτῶν ψυχὰς τῷ Θεῷ. Ἐκέλευσε δὲ ὁ βασιλεὺς μετὰ τὸ ἀποκταυθῆναι αὐτὰς, τὰ σώματα αὐτῶν βληθῆναι εἰς τὸ πῦρ, λέγων· Μή πως ἐλθόντες οἱ Γαλιλαῖοι λάβωσιν αὐτὰς καὶ τιμήσωσιν ὡς θεούς. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία τὴν ἀποτμηθεῖσαν χεῖρα τῆς ἁγίας Ἀδριανῆς ἦρε λαθραίως, καὶ περιέζωσατο αὐτήν. Βαστάζοντες δὲ οἱ δήμιοι τὰ σώματα τῶν ἁγίων καὶ καλλινίκων μαρτύρων, ἐπορεύοντο ἐμβαλεῖν αὐτὰ εἰς τὸ πυρεῖον· ἦσαν δὲ ἐκκαύσαντες κάμινον λαυροτάτην. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία ἠκολούθει ὄπισθεν, ὑποδεχομένη τὰ ἀποστάζοντα αἵματα ταῖς χερσὶ, καὶ ἤλειφεν ἑαυτήν. Ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ὑποδεχόμεναι τιμίοις ὀθονίοις καὶ ἑτέροις ἱματίοις πορφύροις τὰ ἀποστάζοντα ἐκ τῶν ἁγίων σωμάτων αἵματα, ἀπέκρυπτον ἐν τοῖς κόλποις αὐτῶν, ὡς καὶ αὐτὴν τὴν ἐσθῆτα τῶν δημίων βαφεῖσαν τοῖς αἵμασι τῶν ἁγίων χρυσῷ πολλῷ καὶ λίθοις τιμίοις ἠγοραγκέναι. E

CAPUT V.

Corpora Sanctorum igni mirabiliter erepta, & à Chriſtianis Byzantium delata: S. Natalia ad nuptias invitata, fugit Byzantium, ibique apud corpora Martyrum moritur.

Dum corpora Sanctorum igni erant injecta, orta tempeſtate, lictores fugiunt;

POſtquam pervenerant ad locum, ubi accenſa erat fornax, aſcendentes carnifices, Sanctos Martyres per os ſupernum injecerunt in fornacem. At venerandæ illæ & ſanctæ mulieres longè ſtantes, clamabant cum lacrymis, dicentes: Domini, noſtrûm mementote in requie veſtra. Similiter verò & beata Natalia circumquaque curre-
C bat, volens ſe ipſa in caminum injicere, clamans & dicens: Accipe & me tecum, beate Adriane; & noli me relinquere in ærumnoſa hac & temporaria vita, hiſque dictis, tacebat. Porrò Sanctis in fornacem projectis, repentè ortum eſt tonitru magnum cum imbre vehemente, fulguribus, & ſuccuſſione terræ, ut tota civitas & locus ille agitaretur, ac fornax aquarum copiâ exſtingueretur. Carnifices autem, cernentes quæ erant facta, & timore correpti, in fugam ſe conjecerunt: quidam verò ex ipſis in faciem prolapſi ſtatim exſpirârunt.

Παραγινόμενοι δὲ ἐν τῷ τόπῳ, ἔνθα ἦν ἐκαυθεῖσα ἡ κάμινος, καὶ ἀνελθόντες οἱ δήμιοι, ὅσα ἄνωθεν σοβὶς ἔρριψαν τοὺς ἁγίους μάρτυρας εἰς τὸν κάμινον. Αἱ δὲ τίμιαι καὶ ἅγιαι γυναῖκες ἐκεῖναι μάκροθεν ἐσῶσαι ἔβοων μὴ δακρύων, λέγουσαι· Μνήσθητε ἡμῶν κύριοι ἐν τῇ ἀναπαύσει ὑμῶν· Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ μακαρία Ναταλία ἐφιέτρεχε πάντοθεν βαλομένη ἑαυτὴν ῥίψαι εἰς τὸν κάμινον, βοῶσα καὶ λέγουσα· Δέξαι κἀμὲ μετὰ σοῦ, μακάριε Ἀδριανέ, καὶ μή με ἐγκαταλίπῃς ἐν τῇ μοχθηρᾷ ταύτῃ καὶ ἐφημέρῳ ζωῇ· καὶ ταῦτα εἰποῦσα ἡσύχασε. Ῥιφέντων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ καμίνῳ, ἄφνω βροντὴ ἐγένετο μεγάλη καὶ ὑετὸς σφοδρὸς, καὶ ἀστραπαὶ, καὶ σεισμὸς, ὡς τὴν πόλιν ἅπασαν καὶ τὸν τόπον ἐφέρεσθαι, καὶ τὸν κάμινον σβεσθῆναι ὑπὸ τοῦ πλήθους τοῦ ὑδάτων. Οἱ δὲ δήμιοι ἰδόντες τὸ γεγονὸς, καὶ φοβηθέντες, ἔφυγον· τινὲς δὲ ἐξ αὐτῶν πεσόντες ἐπὶ πρόσωπον, ἐξεχρήμα ἀπέθανον. F

Chriſtiani verò accurrentes, corpora igni eripiunt illæſa,

32 Tunc concurrit multitudo circumſtantium ibidem Chriſtianorum unà cum beata Natalia ac reliquis mulieribus piis; & rapuerunt pretioſa ſanctaque corpora celebrium ac glorioſorum Chriſti Martyrum, invenientes ea ſalva & inregra, ita ut ne capillum quidem ipſorum ignis læſiſſet. Vir autem quidam honorabilis & pius, Euſebius nomine, cum propria uxore procidens ad genua beatæ Nataliæ ac fratrum, rogabat eos, dicens: Nos prope hanc civitatem antea habitabamus: videntes verò impietatem in illa exercitam, à multo tempore diſceſſimus Byzantium, relictis omnibus no-

32 Τότε συνέδραμε τὸ πλῆθος τῶν πλησιόντων ἐκεῖσε Χριστιανῶν ἅμα τῇ μακαρίᾳ Ναταλίᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς εὐσεβέσι γυναιξὶ, καὶ ἥρπασαν τὰ τίμια καὶ ἅγια λείψανα τῶν ἀοιδίμων καὶ καλλινίκων μαρτύρων τοῦ Χριστοῦ, εὑρόντες αὐτὰ σῶα καὶ ὁλόκληρα, ὡς μηδὲ τρίχὸς αὐτῶν ἅψασθαι τὸ πῦρ. Εὐσέβιός τις ὀνόματι, ἀνὴρ τίμιος καὶ εὐλαβὴς μετὰ τῆς ἰδίας γαμετῆς πεσὼν τῇ μακαρίᾳ Ναταλίᾳ, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς, παρεκάλει αὐτὰς, λέγων· Ἡμεῖς ἐπέκεινα τῆς πόλεως πρώην ᾠκοῦμεν· ἰδόντες δὲ τὴν ἐν τῇ πόλει γενομένην ἀσέβειαν, ἀνεχωρήσαμεν ἐκ πολλοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον, πάντα καταλιπόντες τὰ ἡμέτερα.

A πρ. Δότε οὖν ἡμῖν τὰς ἁγίας, καὶ ἐμβαλώμεθα αὐτὰς ἐν ἀκατίῳ· καὶ ἀπενέγκαντες ἀποθήσομεν αὐτὰς ἐν τοῖς ἡμετέροις τόποις ἕως τῆς τελευτῆς τοῦ ἀσεβοῦς βασιλέως· ἡ μὴ ταῦτα τελείαν τιμὴν κατάθεσιν ἐν προσκυνήσει ποιώμεθα· ἔθος γάρ ἐστιν ἡμῖν οὕτω ποιεῖν· Ἐὰν γὰρ θελήσητε ἐνταῦθα αὐτὰς καταθέσθαι, μαθήσεται ὁ ἀσεβὴς καὶ παρανομος βασιλεὺς, καὶ πάλιν ἐνεγκὼν κατακαύσει αὐτὰς, καὶ δυσεικεσθε παραδιδόντες, ὡς ὁ Θεὸς διὰ βροντῆς καὶ σεισμοῦ καὶ ὕδατος ἐκ πυρὸς ἐρρύσατο.

33 Καὶ ἤρεσεν ὁ λόγος οὗτος ἐνώπιον αὐτῶν πάντων· καὶ ἐμβάλλουσιν αὐτὰς ἐν ἀκατίῳ, καὶ ἀποπλέουσιν εἰς τὸ Βυζάντιον, ἐξίῃ ἀνέμου ἀποπνεύσαντος. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία ἔμεινεν ἔχουσα τὴν χεῖρα τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ· ἔλεγε γάρ· Μήποτε, φανερωθέντων τῶν λειψάνων μακαρίων μαρτύρων, εὑρεθῶ προδιδοῦσα τὴν ἐλπίδα μου· καὶ λαβοῦσα τὴν χεῖρα, ἐνείλισεν ἐν πορφυρίδι, βαλοῦσα μύρα, καὶ ὑπέθηκε τῇ κλίνῃ εἰς τὸ μέρος τὸ πρὸς κεφαλῆς, μηδενὸς γινώσκοντος. Μετὰ δέ τινας ἡμέρας ἀνήρ τις ἀπὸ τῆς πόλεως, χιλίαρχος, προσελθὼν τῷ βασιλεῖ, ἠτήσατο πρὸς γάμον λαβεῖν τὴν μακαρίαν Ναταλίαν· ἦν γὰρ πολυκτήμων ἡ ἀοίδιμος αὕτη καὶ
B πρώτη τῶν δυναμένων, ὡραία τε καὶ κοσμία πάνυ. Προεπέμψατο δὲ αὐτῇ καὶ ἄλλαί τινων γνωρίμων γυναικῶν. Ἡ δὲ ἀποκεκλίνατο ταῖς ἀποσταλείσαις γυναιξὶ, λέγουσα· Κἀγὼ μαθοῦσα ταῦτα ἐχαίρων σφόδρα· ἀλλ' ἔνδοτέ μοι μῆνας τρεῖς, ὅπως ἑτοιμάσωμαι· οὐ γὰρ ὁ τυχὼν με ζητεῖ πρὸς γάμον. Αὕτη δὲ ἐβούλετο λάθρα ἀναχωρῆσαι καὶ ἀπελθεῖν, ὅπου κεῖται τὰ λείψανα τῶν ἁγίων· καὶ ἀπέλυσε τὰς γυναῖκας θωπεύσασα.

34 Προσελθοῦσα δὲ τῇ κλίνῃ, ἐπέπεσεν ἐπὶ πρόσωπον, καὶ μετὰ δακρύων προσηύχετο, λέγουσα· Κύριε ὁ Θεός μου, ἡ τῶν θλιβομένων παραμυθία, καὶ τῶν συντετριμμένων τὴν καρδίαν ὁ συνεγμός, ἐπιβλεψον ἐπὶ τὴν δούλην σου, καὶ μὴ δῷς εἰς μιασμὸν τὸν ὁμόζυγον καὶ ὁμόσωμον Ἀδριανοῦ τοῦ σοῦ δούλου· ἵλεως Κύριε, εἰ ἐπλήσθη τὰ δεσμῶν, ὧν ἐπεδέθη διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον; ἵλεως Κύριε, εἰ ἐπλήσθη τὰ ποδῶν τὰ κλασθέντων ἐκείνων, καὶ τὰ ἀποτμηθείσης χειρός; ἵλεως Κύριε, εἰ εἰς κενὸς ποιήσεις καὶ τὸν μόχθον, ὃν οἱ δοῦλοι σου ὑπέστησαν διὰ τὸ ὄνομά σου τὸ ἅγιον; Ἀλλ' ἐκείνων μνηθεὶς τὴν καρτερίαν καὶ τὴν ὑπομονὴν, ἐλευθέρωσόν με ἀπὸ τῆς συναφείας τῶν ἐχθρῶν σου· μὴ μιάνῃ, Δέσποτα ἀγαθὲ, ὁ εἰδωλοθύτης τὴν κοίτην Ἀδριανοῦ τοῦ σοῦ δούλου· ἀλλὰ ῥῦσαί με ἀπὸ τῆς προσδοκίας καὶ ἐπιβουλῆς τοῦ ἀλάστορος καὶ
C ἀσεβοῦς τύτου, ὅτι σὺ εἶ μόνος Θεὸς δυσωλαγχνος καὶ πολυέλεος· καὶ σοὶ πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν.

35 Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἀπὸ πολλῆς ἀθολερίας καὶ ἀθυμίας ἀφύπνωσε· καὶ ἰδοὺ εἷς τῶν ἁγίων ἐπιφανεὶς λέγει αὐτῇ· Εἰρήνη σοι, Ναταλία ἡ δούλη τοῦ Θεοῦ· χαρσὶ οὖν· ὃ γὰρ παρεῖδε σε ὁ Θεὸς, ἐᾷ ἡμεῖς ἐπελαθόμεθα τοῦ μόχθου, ὅσπερ ἐνεδείξω εἰς ἡμᾶς· ἀλλ' ὀφθέντες τῷ Χριστῷ, ἐπρεσβεύσαμεν ὑπὲρ σοῦ, ἵνα ἔλθῃς πρὸς ἡμᾶς. Ἔφη αὐτῷ ἡ μακαρία Ναταλία· Ἐφάνη ὁ κύριός μου Ἀδριανὸς μεθ' ὑμῶν τῷ Χριστῷ; Ναὶ, λέγει αὐτῇ, καὶ πρὸ ἡμῶν ἐφάνη. Ἀλλὰ ἀνάστα, εἴσελθε ἐν ἀκατίῳ, καὶ πλεῦσον, καὶ ἐλθὲ πρὸς ἡμᾶς. ἐκεῖ γὰρ ἐπισκέπτεταί σε ὁ Θεὸς, καὶ ἀναπαύῃ μεθ' ἡμῶν. Καὶ ἐν ἑαυτῇ γενομένη, ἀνέστη, καὶ πάντα καταλιποῦσα, μόνῳ τῷ χεῖρι τοῦ ἁγίου ἔλαβε μεθ' ἑαυτῆς, καὶ εἰσελθοῦσα ἐν ἀκατίῳ ἔπλευσε, μετὰ σπουδῆς ἀπελθεῖν βουλομένη, ὅπου τὰ σώματα τῶν ἁγίων. Εὗρε γὰρ καὶ ἄλλους πολλοὺς φεύγοντας ἀπὸ προσώπου τοῦ παρανόμου καὶ ἀσεβοῦς βασιλέως Μαξιμιανοῦ· καὶ ἔπλευσε μεθ' αὐτῶν.

36 Μαθὼν δὲ ὁ χιλίαρχος, ὅτι πέφευγε ἡ Ναταλία, εἰσελθὼν πρὸς τὸν βασιλέα, ἠτήσατο βοήθειαν· καὶ λαβὼν μεθ' ἑαυτοῦ πλῆθος στρατιω-

stris. Sanctos igitur nobis date, quos navi imponemus, eosque translatos deponemus in locis nostris usque ad mortem impii imperatoris; ac deinde perfectam ritu debito translationem cum precibus faciemus: ita enim facere solemus. Quippe si eos hîc deponere volueritis, id cognoscet impius ac iniquus imperator; eosque rursum ablatos comburet, & sic patebit, à vobis proditos esse eos, quos Deus per tonitru, terræ motum, atque imbrem igni eripuit. A. ANONYMO.

33 Placuit hic sermo omnibus, Sanctos navi imponunt ac Byzantium avehunt, secundo flante vento. Verùm beata Natalia retinuit manum sancti Adriani: dicebat enim: Ne quando, manifestatis corporibus beatorum Martyrum, inveniar prodidisse spem meam. Acceptam autem manum purpuræ involvit, addens unguenta, ac lecto suo suppositi ad partem capitis, nemine sciente. Post dies aliquot vir quidam civitatis, militum tribunus, accedens imperatorem, petiit, ut nuptum sibi daretur beata Natalia: multa enim possidebat honorabilis illa ac primaria inter mulieres nobiles, ac specioſa erat & pulcra admodùm. Rem quoque ei ille insinuavit per mulieres quasdam familiares. Illa verò missis mulieribus respondebat, dicens: Et ego, hisce intellectis, vehementer gaudeo. At date mihi menses tres *a*, ut me præparem: non enim plebeius est, qui meas ambit nuptias. Verùm ipsa clàm discedere volebat, & eò proficisci, ubi Sanctorum erant corpora. Itáque mulieres illusas dimisit. *ac Byzantium transferunt: Natalia ad nuptias petita à tribuno,* E

34 Accedens verò ad lectum suum, procidit in faciem, & cum lacrymis oravit, dicens: Domine Deus, mœrentium solamen & firmitas corde contritorum, respice ad ancillam tuam, & Adriani servi tui conjugem, uno cum ipso constantem corpore, pollui ne sinas. Misericors Domine, an oblivisceris vinculorum, quibus probatus est propter nomen sanctum tuum? Misericors Domine, an oblivisceris pecum illorum confractorum & manûs abscissæ? Misericors Domine, an & irritum facies dolorem, quem Servi tui pertulerunt propter nomen sanctum tuum? Quin imò memor patientiæ ac tolerantiæ eorum, libera me contactu inimicorum tuorum: non polluat, optime Domine, idololatra lectum servi tui Adriani: sed eripe me ab exspectatione ac insidiis impuri atque impii illius, quia tu solus es Deus misericors & multæ miserationis: te decet gloria in secula. Amen. *fugam meditatur, imploratâque divinâ ope.* F

35 His dictis, præ multa meditatione & tristitia obdormivit. Ecce autem, unus Sanctorum apparens, sic ei loquitur: Pax tibi, Natalia Dei ancilla: confide igitur: non enim despexit te Deus, neque nos obliti sumus laboris, quem pro nobis susceptisti: verùm simulac apparuimus Christo, legationem pro te obivimus, ut ad nos venias. Dixit ei beata Natalia: An dominus meus Adrianus vobiscum apparuit Christo? Imo etiam, inquit ei, & ante nos apparuit. Verùm surge, ingredere naviculam, navigaque & veni ad nos: ibi enim te visitat Deus, & requiesces nobiscum. Illa porrò ad se reversa surrexit, omniaque relinquens, solam Sancti manum secum sumpsit: ingressaque cymbam diligenter navigavit, volens eò tendere, ubi erant Sanctorum corpora. Invenit verò & alios multos fugientes à facie scelerati & impii imperatoris Maximiani, ac cum illis navigavit. *& cælesti voce confirmata, naviculæ se committit,*

36 Postquam tribunus *b* intellexerat fugisse Nataliam, accessit ad imperatorem auxiliumque petiit. Deinde, sumptâ secum militum turmâ, cum *ut naviget Byzantium, persequente eam frustra tribuno:* *b*

A. ANONYMO. 5

iis navi se commisit ipsam persequens. Ubi verò navigaverant c quasi per stadia multa, ortus ventus contrarius ipsos retro, unde venerant, rejecit: insurgentibus quoque fluctibus, quidam eorum submersi sunt. Cùm verò nox esset media, spiritus fallax apparuit illis, qui erant cum Natalia, specie navis, in qua erant quasi epibatæ & nautæ periti: & dicit ipsis nauclerus voce magna: Unde venistis, & quò itis? Illi verò respondent: Nicomediâ exivimus, ac Byzantium navigamus. Dicit eis ille quasi nauclerus: Erratis; non hac instituendum iter, quod suscipitis; sed ad sinistram declinate: volebat enim immundus ac malignus dæmon eos in pelago perdere.

ubi ad Martyrum corpora pervenerat, manum S. Adriani iis jungit,

37 Illi autem existimantes, quòd verè viam ostenderent, exurgentes dispósuerunt velum, eò volentes tendere, quò eundum monebat immundus malusque spiritus. Mox apparuit ipsis sanctus Adrianus quasi in navicula, clamavitque dicens: Rectè navigâstis: illum audire nolite: est enim damnatus, qui vos perdere studet: ac mox immundus malignusque spiritus disparuit. Surgens verò beata Natalia, cernit sanctum Adrianum præcedentem ipsos, lætaque effecta clamabat dicens: Ecce & dominus meus Adrianus. Et non ampliùs ab illis visus est Sanctus. Cùm autem ventus favere cœpisset, ante diluculum appulerunt Argyropolim *d*, quæ est è regione Bizantii sita: & venerunt contrà locum, ubi reliquiæ sanctorum Martyrum servabantur. Beata autem Natalia naviculâ egressa, & ad locum perlata, ad Sanctos accedens, venerabatur pretiosa ac tolerantia eorum corpora: acceptamque manum posuit prope corpus sancti Adriani, & genibus flexis orabat longo tempore.

ibique piè defuncta, apud Martyres sepelitur:

38 Inde egressa, salutabat omnes fratres & sorores, rogans ut pro se orarent. Quippe ibi erat turma fidelium, qui rogabant ipsam, ut paululùm requiesceret, erat enim vehementer fatigata. Ecce autem apparet ei in somno sanctus Adrianus, dicens: Pax tibi, Ancilla Dei & Filia Martyrum: veni igitur, accipe mercedem tibi debitam. Et statim tradidit spiritum *e* suum Domino. Accedentes verò fratres, ut ipsam excitarent è somno, defunctam in Christo invenerunt. Gratiis itaque Domino actis, precibusque fusis, honorificè & piè funerâruht, ipsam deponentes prope ter beatos ac sanctos Martyres: deinde, precibus ad omnes multo tempore fusis, firmârunt domum illam, quæ in speciem orbiculatæ testudinis erat structa.

tempus martyrii.

39 Turmæ autem virorum ac mulierum, relictis omnibus mundi bonis, manserunt ibidem, precibusque ac jejuniis vacantes, serviebant Domino multa cum alacritate. Consummati *g* verò sunt sancti ac ter beati Martyres Christi mense Augusto, die vigesima sexta, in urbe Nicomedia, imperante iniquo atque impiissimo Maximiano; apud nos verò imperante Domino nostro Jesu Christo, cui gloria & potestas nunc & semper, & in secula seculorum. Amen.

Σ, εἰσῆλθε σπυδῇ μετ' αὐτῶν ἐν πλοίῳ καταδιώκων αὐτούς. Πλησάντων δ' αὐτῶν ὡσεὶ σάλῳ πολλὰ, ἄνεμος ἐναντίος ἐπαναγὰς αὐτοῖς, ἔρριψεν αὐτοὺς εἰς τὰ ὀπίσω, ὅθεν ἦσαν ἐξεληλυθότες· τινὲς δ' ἐξ αὐτῶν ἦ ὑποβρύχιοι γεγόνασιν, ἐπαναστάντων αὐτοῖς τῶν κυμάτων· μέσης δ' νυκτὸς ἴσης, πνεῦμα ἀπατηλὸν φαίνεται τοῖς σὺν τῷ Ναταλίᾳ ἐν εἴδει πλοίου, ἐν ᾧ δοκεῖ ἐμβάτης εἶναι ναύτης ἐμπόρου ἐπιβεβηκώς. ἦ λέγει αὐτοῖς ὁ ναύκληρος φωνῇ μεγάλῃ· Πόθεν ἐξήλθατε, ἢ ποῦ πορεύεσθε; Οἱ δὲ λέγουσιν· Ἀπὸ Νικομηδείας ἐξήλθομεν, ἦ εἰς τὸ Βυζάντιον πλέομεν. Λέγει αὐτοῖς ὁ δοκῶν ναύκληρος· Ἐπλανήθητε· οὐ γάρ ἐστιν ὁδὸς αὕτη ἡ πορεία ἐκείνη· ἀλλὰ δεῦτε ἐκκλίνατε· ἐβούλετο γὰρ ὁ ἀκάθαρτος ἦ πονηρὸς διάβολος εἰς τὸ πέλαγος ἀπολέσαι αὐτούς.

37 Ἐκεῖνοι δὲ νομίσαντες, ὅτι ἀληθῶς ἀναβολεῖς εἰσὶν, ἀναστάντες διέλαβον τὸ ἄρμενον, ἀπελθεῖν βεβλόμενοι, ὅπερ εἶπεν αὐτοῖς τὸ ἀκάθαρτον ἦ πονηρὸν πλοῦτος. Καὶ βύθεως ἐφάνη αὐτοῖς ὁ ἅγιος Ἀδριανὸς, ὡς ἐν ἀκατίῳ, καὶ ἐβόησε, λέγων· Καλῶς ἤρχεσθε· μὴ ἀκούσητε ἐκείνου· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ κατάδικος, ἦ ἀπολέσαι ὑμᾶς θέλει. Καὶ βύθεως ἀφανὲς ἐγένετο τὸ ἀκάθαρτον ἦ πονηρὸν πνεῦμα. Ἀναστᾶσα δὲ ἡ μακαρία Ναταλία ὁρᾷ τὸν ἅγιον Ἀδριανὸν προάγοντα αὐτούς, ἦ εὐχαρὴς γινομένη, ἐβόα λέγουσα· Ἰδοὺ ἦ ὁ κύριός μου Ἀδριανός. Καὶ ἐκεῖ οὐφθη αὐτοῖς ὁ ἅγιος. Ἀνέμου δὲ αἴσιος γινομένου, κατέπλευσαν εἰς Ἀργυροπόλει πρὸ τοῦ αὐγοῦς, ἀντικρυς ὑπάρχουσα τοῦ Βιζαντίου· ἦ ὥρμησαν κατέναντι τοῦ τόπου, ὅπου ἦσαν τὰ λείψανα τῶν ἁγίων μαρτύρων. Ἡ δὲ μακαρία Ναταλία ἐξελθοῦσα ἀπὸ τοῦ ἀκατίου, ἦ παραγινομένη εἰς τὸν τόπον, προσελθοῦσα τοῖς ἁγίοις, προσεκύνει τὰ τίμια ἦ καρτερικὰ αὐτῶν λείψανα· ἦ λαβοῦσα τὴν χεῖρα, ἔθηκεν αὐτὴν εἰς τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου Ἀδριανοῦ· ἦ κλίνασα τὸ γόνυ προσηύχετο ὅτι ὥραν πολλήν.

38 Ὅθεν ἐξελθοῦσα, ἠσπάσατο πάντας τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰς ἀδελφὰς, ἐκδυσωπῆσαι δύνασθαι ὑπὲρ αὐτῆς· ἐκεῖ γὰρ ἦσαν οἱ πεπιστευκότες· ἦ παρεκάλεσαν αὐτὴν ἡσυχάσαι μικρόν· ἦν γὰρ κεκμηκυῖα σφόδρα. Καὶ ἰδοὺ φαίνεται αὐτῇ ὁ ἅγιος Ἀδριανὸς καθ' ὕπνον, λέγων· Εἰρήνη σοι, θύλη θεοῦ, ἦ θυγατερ τῶν μαρτύρων· δεῦρο γὰρ ἐπελάβεσθε τοῦ ὀφειλομένου σοι χρέους. Καὶ βύθεως παρέδωκε τὸ πνεῦμα αὐτῆς τῷ Κυρίῳ. Παραγινόμενοι δὲ οἱ ἀδελφοὶ ἐγεῖραι αὐτὴν, εὗρον αὐτὴν τετελειωθῆσαν ἐν Χριστῷ· ἦ δοξολογήσαντες τῷ κυρίῳ, ἦ προσδεξάμενοι, κηδεύσαν αὐτὴν τιμίως καὶ εὐλαβῶς, καταθέμενοι πλησίον τῶν τεσσαρακοντα καὶ ἁγίων μαρτύρων καὶ πᾶσι προσευξάμενοι ὅτι πολὺ, ἠσφαλίσαντο τὸ τετράγωνον *f* ἐκεῖνο οἴκημα.

39 Πλῆθη δὲ ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν παρέμενον ἐκεῖσε πᾶσιν ὑποταξάμενοι τοῖς ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ εὐχαῖς καὶ νηστείαις σχολάζοντες, ἐδούλευον τῷ Κυρίῳ μετὰ πολλῆς προθυμίας. Ἐτελειώθησαν δὲ οἱ ἅγιοι καὶ τεσσαρακαίδεκα μάρτυρες ἦ Χριστοῦ μηνὶ Αὐγούστῳ, ἑκκαιδεκάτῃ ἕκτῃ, βασιλεύοντος ἦ παρανόμως καὶ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ ἐν τῇ Νικομηδέων πόλει, καθ' ἡμᾶς δὲ βασιλεύοντος ἦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος νυῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ANNOTATA.

a *Tribus mensibus apud Latinos substituti sunt tres dies, sed perperam.*

b *Vox Græca* χιλίαρχος *propriè significat illum, qui mille militibus præest; tribuni verò pluribus passim præerant. Verùm Græci voce* χιλίαρχος *tribunos designant.*

c *Tribunus nimirum cum suis.*

d *Argyropolis suburbium est Bizantii, aut potiùs Constantinopolis, nomenque accepit ab Attico episcopo Constantinopolitano post initium seculi* v, *teste Socrate lib.* 7 *cap.* 25.

e *Non capio, unde apparitionem* Adriani *atque ejus verba didicerint fideles, si mox defuncta*

A *Ita ſit* Natalia. *Vidit Latinus interpres ea non ſatis cohærere, & addidit aliqua, aut illa fortè in ſuo Ms. habuit. Unde apud Mombritium poſt viſionem hæc ſubduntur:* Et continuò evigilans (*Natalia*) narravit omnibus, & denuò obdormivit: & ſtatim ſancta Natalia emiſit ſpiritum. *Sic ſanè potuit viſio illa aliis innoteſcere. At ſi interpres plura non invenerit in exemplari ſuo Græco, quàm hodie in meo exſtant verba, infidelis eſt verſio.* A. ANONYMO.

f *Vocem* Κλουδὲς *nullibi reperio. At ſatis intelligitur, cùm compoſita ſit ex voce barbara* κῦλα *aut* κῦλλ- *trullum aut trullus &* εἶδ- *ſpecies. Quid autem voce* trullus *deſignetur, explicat Canginus in Lexico utroque. In Latino-Barbaro ſic habet:* Trullus, ædificium rotundum, θαμπουδὲς, concameratum in formam ovi, ... quo quidem nomine dicta præ ceteris ædes in palatio Conſtantinopolitano, in quo habita ſynodus, quæ inde TRULLANA vel IN TRULLO dicitur &c.

g *Quæ hîc de tempore martyrii leguntur, prorſus amiſſa ſunt apud Latinos.*

APPENDIX

De reliquiis, cultu celebri, & miraculis SS. Adriani & Nataliæ.

§ I. Reliquiæ SS. Adriani ac Nataliæ in Hiſpaniam & in Luſitaniam dicuntur delatæ.

B E

Incertum, an corpus S. Nataliæ una cum corpore Adriani ſit Romam delatum:

QUamvis ab Adone aliiſve antiquis nulla fiat mentio de tranſlato Romam corpore S. Nataliæ, aut aliorum Martyrum, qui cum S. Adriano *ſunt paſſi; nonnulli tamen exiſtimant, ſe horum quoque & præcipuè* S. Nataliæ *poſſidere reliquias, quas ab Urbe acceptas credunt. Quare, priuſquam ingrediamur ambiguum labyrinthum, obſervandum eſt, de tranſlatione illa nihil eſſe certi; nec tamen pro falſa ſtatim habendam eſſe, cùm ex ipſa* S. Adriani *tranſlatione aliorum tranſlatio utcumque fiat veriſimilis; cùmque nulla reperiatur notitia de corporibus eorum poſt ſeculum* VI *Conſtantinopoli conſervatis. Piazza quoque ad* 1 *Decembris aſſerit, in eccleſia* S. Adriani *Romæ non modò ſervari corpus iſtius Sancti, ſed etiam reliquias* S. Nataliæ. *Potuerunt ſanè omnium corpora ſimul Romam transferri; ſed, quia de tranſlatione* S. Adriani *diſtincta non habetur notitia, idoneæ non*

C *occurrunt rationes, quibus id factum aſſeramus, aut pertinaciter etiam negemus. Relicto igitur hoc dubio, videbimus quàm variis locis attribuantur ſanctorum* Adriani & Nataliæ *corpora.*

corpora SS. Adriani & Nataliæ in Hiſpaniam tranſlata, ut volunt,

2 *Primò varii ſcriptores Hiſpani aſſerunt, corpora* SS. Adriani & Nataliæ *in Hiſpaniam fuiſſe tranſlata tempore Alfonſi magni & Joannis Papæ VIII, ſive vergente ad finem ſeculo* IX; *ac modò ſervari in abbatia S. Petri de Eſtonça, Ordinis S. Benedicti & diœceſis Legionenſis. Ita ſcribit Ægidius Gonzalez d'Avila in Theatro eccleſiaſtico utriuſque Caſtiliæ Hiſpanicè edito pag.* 371; & *pag.* 363 *affirmat, Legione in monaſterio S. Claudii, prædicti Ordinis Benedictini, brachium unum* S. Adriani, & *alterum* S. Nataliæ *conſervari. Qua autem occaſione & modo prædictæ reliquiæ in Hiſpaniam delatæ ſint, fuſè expoſuit Prudentius de Sandoval in ſcripto Hiſpanico ſeorſum edito, quod adoptavit, & Annalibus ſuis Benedictinis inſeruit Antonius de Yepes ad annum* 911. *Verùm relatio illa multo prolixior eſt, quàm ut tota hùc transferenda videatur. Qua de cauſa ex illa tantùm deſumam & Latinè reddam præcipua verùm capita, quæ ſufficient ad propoſitum noſtrum.*

3 *Narrat primò, (quod alii etiam referunt) ab Alfonſo Magno Legionis rege legatos fuiſſe miſſos ad Joannem Papam VIII; miſſum quoque Romam fuiſſe comitem* Giſondum, *virum inſignem & pium, qui à Summo Pontifice petiit ac obtinuit reliquias* SS. Adriani & Nataliæ *cum multis aliis, quas tranſtulit in Hiſpaniam. Aſſerit auctor ſe iſtud inveniſſe in monumentis eccleſiæ Ovetenſis, & in Chronico Gothicis literis conſcripto. Porrò ex reliquiis Roma acceptis partem Alfonſo regi dedit comes, ſi credimus Sandovallio. Rex verò in honorem* SS. Adriani & Nataliæ *erexit inſigne monaſterium, de cujus conſtructione per Alfonſum Magnum aliunde ſatis conſtat. Abbatia illa fuit ædificata in montibus Aſturiæ, aliquot milliaribus diſtans ab urbe Ovetenſi, vocaturque ab Hiſpanis ſcriptoribus abbatia de* Tuñon. *Litteras fundationis partim recitat Ambroſius de Morales lib.* 15 *cap.* 21 *ad annum* 890, *cui fundationem illigat. Verùm Yepeſius eam refert ad annum* 891, *laudans privilegia eidem abbatiæ per Alfonſum data, quæ ſe vidiſſe dicit in eccleſia Ovetenſi. Idem obſervat, dictam abbatiam deinde unitam fuiſſe eccleſiæ Ovetenſi, atque ibidem unam è præcipuis eſſe dignitatibus.* *& illorum pars depoſita in eccleſia, quam his Sanctis ſtruxit rex Alfonſus:*

F

4 *Pergit deinde Sandovallius ad referendam alteram fundationem, ab ipſo comite Giſonde & uxore ipſius Leubina factam in territorio Legionenſi, in loco dicto* Balneare. *Recitat etiam fundationis litteras ex Latino Hiſpanicè redditas. Verùm Joannes de Ferreras in Hiſtoria Hiſpaniæ, chronologicè ſcripta idiomate Hiſpano, ad annum* 920 *idoneis rationibus probat, litteras illas, ſicut prolatæ ſunt à Sandovallio, vitioſas eſſe; ideoque pro ſuppoſititiis habendas. Verumtamen de conſtructa* SS. Adriani & Nataliæ *eccleſia nec dubitat, nec dubitare meritò potuit, cùm illa ex aliis monumentis fiat ſatis certa. Etenim Ambroſius de Morales lib.* 15 *cap.* 5 *hanc produxit inſcriptionem, in lapide ſacelli majoris ſculptam:* Hanc Chriſti aulam, ſanctorum Adriani & Nataliæ nomini dicatam, inſtru- *pars alia in eccleſia per Giſondum comitem ſtructa:*

AUCTORE J. S.

inſtruxit Dei famulus Giſundo cum conjuge Leubina, era diſcurrente novies centena octava quinquagena. Sit tibi, Domine; ratum famulorum rariſſimum votum, quod tibi alacri devotione in honorem tuorum Teſtium paraverunt. Suſcipiantur à te, pie Deus, orationes miſerorum. Quiſquis hic triſtis ingreditur, fuſa prece lætior inde redeat. Conſecratumque eſt templum ab epiſcopo Cixilanenſi (Sandovallius habet CIXILA NOMINE) erâ DCCCCLXVIII, IV Idus Octobris. *Apud Sandovallium, ubi eadem mutatis ſubinde leviter verbis leguntur, habetur* erâ DCCCCLVIII, *quæ congruit cum anno vulgaris* 920. *Hæc de cauſa inter eos ſcriptores quidem convenit de conſtructa eccleſia anno* 920, *non verò de anno conſecrationis, quam Morales remittit ad annum* 926, *ubi eamdem quoque habet Baronius.*

verùm rationes, quæ allegantur, non probant,

B

5 *Porrò laudatus Sandovallius ex conſtructa* SS. Adriano & Nataliæ *eccleſia inferre nititur, eorum reliquias delatas fuiſſe in Hiſpaniam, quid legibus Eccleſiæ cautum eſt, ut altaria aut eccleſiæ non conſtruantur ſine reliquiis Sanctorum. At id argumentum rem quidem facit veriſimilem; nec tamen certam; cùm aliorum Sanctorum reliquiæ haberi potuerint. Quare adducit ex tabulario abbatiæ S. Petri de Eſtonſa litteras authenticas, ut aſſerit, Garciæ Gutierrez, & Lubinæ, in quibus hæc ad propoſitum noſtrum reperio verba:* Sancti Adriani & Nataliæ, & Sociorum ejus, cujus reliquiæ reconditæ ſunt cum omnium ſanctorum martyrum ſub ara Dei in monaſterio, quod eſt conſtructum & ædificatum in Valneare, in alveo diſcurrente Porma &c. *Ex hiſce verbis colligitur, tempore ſcripti illius monumenti creditum fuiſſe, aliquas reliquias* SS. Adriani, Nataliæ, *& aliorum Sanctorum in illa eccleſia fuiſſe conſervatas; ſed nihil hactenus productum video, quo probetur, tota corpora, aut majorem illorum partem ibidem umquam fuiſſe. Hinc laudatus Ferreras, qui majori criſi uſus eſt in conſcribenda Hiſpaniæ hiſtoria, quàm deceſſores ipſius, candide aſſerit, veriſimilius ſibi eſſe aliquas tantùm* SS. Adriani & Nataliæ *reliquias in Hiſpaniam perveniſſe, quàm tota eorum corpora*

C

corpora dictorum Sanctorum tranſlata eſſe in Hiſpaniam,

6 *Præterea innuit Ferreras, ſuſpectam ſibi eſſe relationem Sandovallii, aſſerentis comitem Giſondum ab Alfonſo Magno Romam fuiſſe miſſum, ibique à Joanne Papa accepiſſe prædictas reliquias. Sanè, quanto magis rem totam conſidero, tanto magis dubitare cogor. Ignoro enim, quantam fidem mereantur monumenta illa Gothica, quæ vago tantùm modo laudat Sandovallius. Præterea alii dicunt, reliquias fuiſſe comiti datas à Joanne VIII; alii Joannem IX nominant. Utrique quidem convixit Alfonſus, & ab utroque reliquias accipere potuit; ſed certiores de iis acceptis eſſemus, ſi tempus tranſlationis accuratiùs eſſet aſſignatum, ſi verba ipſa ex antiquis monumentis eſſent prolata, ſi notum eſſet locus, ubi reliquiæ fuerunt depoſitæ, antequam comes Giſondus eccleſiam* S. Adriani *conſtruxit. Horum omnium ignorantia dubitationem ingerit, quia, ſi Joannes VIII reliquias illas donavit Giſondo comiti, donatæ fuerint annis ferè quadraginta, priuſquam monaſterium* SS. Adriani & Nataliæ, *in qua pars major depoſita dicitur, fundavit comes. Si donatio facta dicatur à Joanne IX, facta eſt decennio, ut minimùm, poſt ſtructam ab Alfonſo eccleſiam* SS. Adriani & Nataliæ *in montibus Aſturiæ, cum tamen dicat Sandovallius eccleſiam illam ab Alfonſo ædificatam poſt acceptam illarum reliquiarum partem.*

D

aut depoſita fuiſſe in eccleſia per Giſondum ſtructa,

7 *Hæ difficultates non parùm augebuntur, ſi eatam velimus relationem Sandovallii attentè conſiderare. Etenim fatetur, adeo paulatim deſertum fuiſſe locum, migrantibus ad aliud monaſterium monachis, ut nomina quoque* SS. Adriani & Nataliæ *oblivioni fuerint data, ſolúmque permanſerit confuſa memoria de conſervatis in illa eccleſia aliquibus Sanctorum reliquiis. Sequar igitur Sandovallii veſtigia, ut paulatim ad ultimam tranſlationem perveniamus. Narrat laudatus ſcriptor apud Yepeſium fol.* 357 *verſo, monachos* SS. Adriani & Nataliæ *ex iſto monaſterio migráſſe ad aliud in vicinia conditum, relictis tamen in priori eccleſia, quæ parœcialis facta eſt, Sanctorum reliquiis. Fundationem novi iſtius monaſterii illigat ære* 1018, *id eſt, anno Domini* 980; *dicitque monaſterium iſtud dicatum fuiſſe ſanctiſſimo Salvatori & S. Mariæ. Uterque locus deinde tamquam prioratus ſubjectus eſt abbatiæ S. Petri de Eſtonſa, ut refert auctor, & aliunde conſtat.*

E

indeque ad eccleſiam S. Mariæ delata;

8 *Cùm autem Petrus Martinez, abbas S. Petri de Eſtonſa, videret reliquias non ſatis decenter conſervari in eccleſia parœciali* S. Adriani, *illas tranſtulit ad eccleſiam S. Mariæ, ubi tunc degebant monachi. Teſtem hujuſce tranſlationis adducit Sandovallius inſcriptionem Latinam, quam in ſaxo ibidem ſculptam aſſerit hoc modo:* Hic jacent ſacra oſſa duorum Sanctorum, pro quibus multa miracula Dominus fecit, quorum tranſlatio ſeptimo Calendas Julii à domino Petro Martino abbate devotiſſimè facta fuit, erâ MCCCVI, *id eſt, anno Domini* 1268. *Ex hac inſcriptione* clariſſimè colligitur, *ſi credimus Sandovallio, oſſa illa fuiſſe* SS. Adriani & Nataliæ, quia, *inquit*, ſi alia fuiſſent, id expreſſiſſet inſcriptio: neque aliæ reliquiæ fuerunt aut in S. Adriani aut in S. Mariæ eccleſia. *Addit inſcriptionem aliam, quam ait conſtare litteris Gothicis valde vetuſtis, ac fuiſſe in eccleſia* S. Adriani, *dum illic erant reliquiæ. Verba ſubjungo:* Hic jacent oſſa duorum Sanctorum, pro quibus fecit Dominus multa miracula. *Advertit auctor, omiſſum utrobique eſſe titulum* Martyrum; *ſed id factum credit, quia* S. Natalia *martyrio mortem non obiit. Poſt hæc verò fatetur, utramque eccleſiam,* S. Adriani *videlicet & S. Mariæ, tam fuiſſe deſertam, ut exciderint nomina* SS. Adriani ac Nataliæ, *& confuſa tantùm fuerit memoria de reliquiis, donec anno* 1601 *tranſlatæ fuerint & agnitæ.*

F

cùm reliquiæ, quæ ibi olim erant,

9 *Jam verò ſingula nonnihil conſideranda ſunt. Litem illuſtriſſimo Sandovallio non movebo de allatis inſcriptionibus. Lubens ſupponam, alteram fuiſſe poſitam anno* 1268, *quando per Petrum abbatem tranſlatæ ſunt iſtæ reliquiæ, alteram verò longè eſſe vetuſtiorem, & vicinam primæ depoſitioni illarum reliquiarum in eccleſia* S. Adriani, *licèt hoc ſit omnino dubium, & parùm veriſimile, cùm nulla fiat mentio de tranſlatione. Verùm quanto vetuſtior cenſetur illa inſcriptio, tanto minùs favet opinioni allegatæ, quia vix dubitare poſſum, quin ignoratum fuerit, quorum Sanctorum eſſent illæ reliquiæ, quando inſcriptiones ſunt poſitæ. Etenim non capio, qua de cauſa in inſcriptionibus nomina Sanctorum ſint omiſſa, quàm quòd ignota eſſent. Si igitur prior inſcriptio ſculpta eſt, dum in eccleſia* S. Adriani *depoſita ſunt iſta reliquiæ,*

jam

A *jam tunc latuisse videtur, quorum Sanctorum essent ossa. Quare inscriptiones illæ nequaquam insinuant, ossa esse* SS. Adriani & Nataliæ; *sed planè innuunt esse Sanctorum ignotorum, de quorum sanctitate ex signis idoneis constiterat, non item de nominibus.*

videantur esse Sanctorum ignotorum.

10 *Quod verò ait Sandovallius, alias reliquias non fuisse conservatas in ecclesiis* S. Adriani & *S. Mariæ; non congruit cum verbis num.* 5 *datis, & ab eo allatis ex litteris, ut vult, authenticis, in quibus clarior mentio fit de reliquiis aliorum Sanctorum quàm de reliquiis* Adriani *aut* Nataliæ. *Itaque cùm nullibi satis evicerit, notabiles* SS. Adriani & Nataliæ *reliquias in dictis ecclesiis fuisse, allatæ inscriptiones ejus opinioni vehementer adversantur: nam designatas istis inscriptionibus reliquias esse valde notabiles mox videbimus. Itaque ex dictis hactenus de reliquiis, quas ad abbatiam S. Petri de Eslonça translatas videbimus, consequi videtur, eas non posse satis probabiliter haberi pro reliquiis* SS. Adriani & Nataliæ, *cùm pro talibus numquam videantur fuisse agnitæ aut honoratæ. Restat igitur inquirendum, an ex inspectione illarum reliquiarum probari possit, eas esse Sanctorum dictorum: nam hoc etiam argumento Sandovallius utitur & Tepesius.*

B

Reliquiæ illæ ad abbatiam Esloncienſem delatæ & visitatæ s

11 *Anno* 1601 *Placidus Antolinez, abbas S. Petri de Eslonça, tres è monachis suis misit ad prioratum seu ecclesiam S. Mariæ, ut diligenter inquirerent, an aliquid resciri posset de reliquiis ibi servatis. Illi verò non modò inquisiverunt; sed ipsas quoque reliquias cum omnibus iis, quæ conducere videbantur ad earum notitiam, portaverunt ad abbatiam suam. Translatio illa contigit die* XVII *Augusti anni* 1601, *teste Sandovallio. Deinde anno* 1602, *die* IV *Martii, reliquiæ illæ per abbatem S. Petri, præsentibus aliquot abbatibus & vicinis populis, impositæ sunt thecæ argenteæ, ac deinceps in Esloncienſi abbatia honorificè conservatæ. Utrùm omnia duorum corporum ossa fuerint inventa, non edicit Sandovallius; sed narrat, ossa ordine dispositа in arca fuisse inventa, repertaque esse nitida admodùm, pulcraque & sine ulla corruptione; sub ossibus inventos esse tres ferè terræ pugillos, omniaque fuisse tam odorifera, ut admirationem parerent: duo inventa capita, alterum integrum, alterum in tres partes divisum; ossa* S. Nataliæ *fuisse minora; caput & crura* S. Adriani *fuisse confracta.*

C

at argumenta ex inspectione desumpta prorsus sunt inutilia

12 *Tepesius ad eumdem annum* 911 *cap.* 1 *plura de hisce observat, ac manifesta, modò quis dicenti credere voluerit, reperit indicia, quibus ossa* S. Adriani *cognosci possint, ossaque similiter* S. Nataliæ. *Refert ibidem, inventas reliquias duabus thecis fuisse impositas; thecæ nimirum argenteæ eique majori imposita sunt duo capita, & bina* corpora, *ut loquitur, seu ossa præcipua; thecæ verò ligneæ inauratæ imposita est terra illa, quam cum ossibus fuisse dixit Sandovallius, & cui cineres adesse asserit Tepesius. Hos autem cineres ex carne resoluta ortos probabiliter suspicatur; addit tamen, cineres illos inde forsan corpori adesse, quòd corpus* S. Adriani *post mortem fuerit igni injectum, ex eoque ereptum à Christianis. Verùm illi cineres nimis longè quæsiti sunt: non enim nuda ossa igni fuerunt injecta, sed corpus carne vestitum, hocque illæsum ex igne ereptum est, si vera narrantur in Actis.*

13 *Deinde ait Tepesius, se in nullis umquam*

reliquiis vidisse signa Sanctorum historiæ tam congrua, quàm in hisce. Verùm illa nimis facilè asseruntur de ossibus tam vetustis. Primum indicium est, quòd alia ossa sint majora, minora alia. Quis inde tutò inferat, illa esse Adriani & Nataliæ? *Secundum, quòd minora sint integra, majora partim confracta. Crura esse, quæ confracta sunt, indubitanter asserit Tepesius, quia crurifragium passus est* Adrianus. *Verùm similia oportuit probata per medicos peritos, qui non rarò ipsi laborant in ossibus rectè distinguendis, maximè quando integra non sunt. Si verò omnino constaret de cruribus confractis, multa alia examinanda essent, priusquam crura illa confracta alicui nominatim possent adscribi. Tertium indicium Tepesii, quòd ossa videantur aliquid ab igne passa, Actis nullo modo congruit, cùm corpus igni injectum fuisse dicatur, ac illæsum mansisse. Quare omnia illa Tepesii indicia prorsus inutilia sunt ad propositum nostrum.*

AUCTORE J. S. *ad reliquias istas SS. Adriano & Nataliæ asserendas;*

præsertim cùm variæ rationes persuadeant

E

14 *Contrà validissima sunt argumenta, quibus ostendi potest, prædictas reliquias non posse prudenter haberi pro reliquiis* SS. Adriani & Nataliæ. *Primò nullum instrumentum idoneum, nullum antiqui scriptoris adfertur testimonium, quo ostendatur, translatæ in Hispaniam esse Sanctorum nostrorum corpora, aut magnam eorum partem. Secundò inscriptio num.* 4 *data, quâ constat de condita* SS. Adriani & Nataliæ *ecclesia, de reliquiis eorum nihil habet. Tertiò nulla videtur umquam viguisse traditio ante annum* 1601 *de conservatis* Adriani & Nataliæ *reliquiis in ecclesia illa, ex qua hæ fuerunt translatæ: colligitur id ex inscriptionibus illius ecclesiæ antè recitatis, ex silentio scriptorum Hispanorum, (inter hos Ambrosius Morales de duabus ecclesiis in honorem* SS. Adriani & Nataliæ *conditis agit, nulla mentione facta de eorum reliquiis:) ex ipsa denuum confessione Sandovallii, qui fatetur, ante annum* 1601 *ignotum fuisse, quorum Sanctorum essent laudatæ reliquiæ; nec ostendit, id umquam fuisse cognitum.*

contrarium; licèt aliquæ Adriani reliquiæ videantur esse in Hispania.

F

15 *Quartò nec verisimile est nec credibile, tantopere excidere potuisse notitiam de illis reliquiis, si fuissent Patronorum ecclesiæ & pro talibus cognitæ ac honoratæ; cùm nulla illius oblivionis assignetur occasio, & locus, ubi servabantur, satis fuerit cognitus. Hisce de causis candidè edico, me difficulter credere posse, laudatas reliquias esse* SS. Adriani & Nataliæ. *Nec tamen idcirco negaverim, aliquid reliquiarum horum Sanctorum in Hispaniam fuisse delatum, dum conditæ sunt eorum ecclesiæ; sed potiùs id ut prorsus verisimile ac probabile asserendum censeo.*

Quidam volunt, corpora SS. Adriani & Nataliæ esse in Lusitania;

16 *Lusitani etiam sibi attribuunt reliquias* SS. Adriani, Nataliæ, *ac multorum* Adriani *Sociorum. Certè illustrissimus Rodericus Dacunha, archiepiscopus Ulissiponensis in Historia ecclesiæ Ulissiponensis, Lusitanorum sermone conscripta, part.* 2 *cap.* 39 *de iis Ulissiponem allatis non videtur dubitare; sed nihil ad probandum allegat, nisi inscriptionem quamdam, non admodùm antiquam, cui suas adjungit conjecturas. De iisdem reliquiis scribit Ludovicus de Sousa in Historia Ordinis S. Dominici regni Lusitaniæ, eodem idiomate edita, lib.* 1 *cap.* 23. *Uterque affirmat, dictas reliquias conservari in monasterio Achellensi S. Felicis, quod monialium est Ordinis S. Dominici, situmque in valle Achellensi, vulgò* de Chellas, *non longè ab urbe Ulissiponensi.*

AUCTORE J. S.

lissiponensi. Verùm neuter rectè explicare novit, quo tempore, & cujus operâ eò delatæ sint reliquiæ S. Adriani *ac aliorum.*

sed nec verisimilia narrant,

17 *Consentiunt ambo, reliquias istas ibidem fuisse ante conditum monialium monasterium: dissentiunt tamen de tempore, quo ad locum istum fuissent delatæ. Sousa existimat, reliquias in valle illa fuisse ante irruptionem Maurorum in Hispaniam, atque absconditas fuisse illo tempore, quo Mauri Lusitaniam cum tota ferè Hispania occupaverant. Verùm ea opinio non modò caret omni antiquorum scriptorum auctoritate, sed omni etiam verisimilitudine ac probabilitate. Illustrissimus Dacunha, qui verisimiliter legerat asserta Sandovallii de translatis per legatum Alfonsi Magni, Legionis regis,* SS. Adriani & Nataliæ *reliquiis, maluit conjicere, legatum illum Româ in Hispaniam rediisse per mare, appulisseque Ulissiponem, ubi magnam acceptarum reliquiarum partem reliquerit. Tam improbabilis est hæc conjectura, ut mirer eam incidere potuisse ulli historico: nam civitas Ulissiponensis tempore Alfonsi Magni gemebat sub jugo Maurorum, quibus erepta est per Alfonsum I Lusitaniæ regem seculo* XII, *id est, seculo tertio post Alfonsum Magnum Leonis regem. Verùm & alios anachronismos relationi suæ inseruit laudatus Dacunha.*

B

nec idoneas rationes allegant.

18 *Refert deinde aram* SS. Adriano, Nataliæ *& Sociis erectam esse, atque hanc inscriptionem ibidem in marmore sculptam:* Fidelissimo atque invictissimo Christi Domini martyri Adriano & Nataliæ uxori ejus, aliisque undecim Sociis, qui sub Maximiano aliisque vario tormentorum genere occubuêre, quorum corpora ante Alfonsum I Portugalliæ regem hìc requiescunt, hoc altare dicatum est. *Verùm inscriptio hæc recentior est, quàm ut possit aliquid probare: nec ulla adducuntur monumenta antiqua, ex quibus colligi possit, corpora sacra, quæ servantur in ecclesia Achellensi, esse* S. Adriani *Nicomediensis aut Sociorum ejus martyrum. Quapropter istud mihi non apparet satis probabile, præsertim cùm meliores adducantur rationes pro reliquiis* S. Adriani *in Flandria honoratis, ut infrà videbimus.*

C

§ II. De translatis in Belgium S. Adriani reliquiis; iisque depositis Raulicuriæ in Hannonia: eædem deinde translatæ Gerardi-montem.

Reliquiæ S. Adriani à multis seculis cultæ in Belgio:

NUllibi à multis seculis tanto cultu honoratus est S. Adrianus, *quanto in Belgio nostro; nullibi tot beneficiis fulsit ac miraculis, nullibi tanto peregrinantium concursu invocatus fuit; & vel sic tamen difficulter statui potest, quo tempore ac cujus operâ Sancti reliquiæ primùm in Belgium fuerint perlatæ. Multa quidem de ea translatione à variis scripta reperio; sed non video, illa firmis niti fundamentis, cùm antiquorum destituantur auctoritate, nec immunia videantur ab adjunctis fabulosis. Joannes van Waesberghe in Gerardimontio suo lib. 2 cap. 2 pag. 152 varias corporis translationes ita breviter perstringit:* Nicomediæ passus est, Nicomediâ transiit Constantinopolim, inde per agnatos Romam: grassantibus Romæ barbaris ad montem sancti Odardi translatus venit, ex eo monte Raulicuriam in Hannonia. *Mox subdit, quo demum modo Gerardi-montem, ubi etiamnum manent, delatæ sint reliquiæ, ut dicemus infrà.* D

sed quæ narrantur de reliquiis eò translatis

20 *Guilielmus Hardigny in Vita* S. Adriani *Gallicè scripta cap.* 12 *&* 15 *easdem memorat translationes, & personas nominat, à quibus singulæ dicuntur peractæ. De prima translatione, quæ in Actis legitur, hic scriptor Actis consentit. Secundam vult contigisse per duos* S. Adriani *consanguineos, quos post martyrium ipsius conversos dicit, ac* Didymum *&* Afficicam *vocatos fuisse narrat. Hi, si recentiori biographo credimus, corpus* S. Adriani, *inventum Constantinopoli, portârunt Romam, ibique varios ad ipsum perduxerunt infirmos, qui omnes fuêre sanati: atque inde factum est, ut magnifica in honorem Sancti Romæ exstrueretur ecclesia. Omnia illa hausta sunt ex Ms. quodam Gerardi-montensi, ut etiam agnoscit Benedictus Ruteau Ordinis S. Benedicti in Gallica* S. Adriani *Vita, anno* 1637 *impressa, lib. 2 cap. 1. Verùm hic auctor candidè fatetur, istud Ms. exigua aut nulla fide dignum esse; nihilque certi de illa translatione haberi; nisi quòd contigerit non diu post martyrium Sancti. At ne illud quidem certum esse, & translationem potiùs innectendam videri seculo* VI *aut* VII *inchoato, probatum est num.* 432. E

ex quodam Ms. fabuloso auctoris ignoti,

21 *Quod spectat ad translationem ad locum, quem vocant* Montem sancti Odardi, *ea asseritur facta ob captam à barbaris Romam post mortem dictorum Didymi & Afficicæ. Reliquiæ tunc delatæ dicuntur ad sacellum illius montis, in quo divina administrabat Joannes quidam eremita presbyter. Hanc quidem translationem cum laudato Hardigny & Waesbergio asserunt alii quoque scriptores; sed non omnes. Observat verò Ruteau in Vita lib. 2 cap. 7, eam quoque desumptam esse ex illo Ms., quod nullius fidei esse mox cum eo dixi. Tantis autem eam relationem laborare anachronismis, ut nullo modo admitti queat, luculenter ostendit: ideoque ea translatio rectè ab eo pro fictitia habetur. Nam translatio in Ms. facta dicitur tempore Philippi imperatoris, & occasione persecutionis à Maximino I excitatæ, deindeque, ut dicitur, continuatæ; cùm tamen* S. Adrianus *diu post Maximinum I fuerit passus, diu post utrumque Philippum. Continuata etiam non fuit persecutio Maximini usque ad Philippi imperium. Alia laudati scriptoris contra translationem istam argumenta non adduco; sed unam adjungo observationem, videlicet à nemine explicari, ubi locorum in Italia situs sit* mons S. Odardi; *neque illum à me ullibi apud geographos aut topographos inventum esse, ita ut non levis oriatur suspicio, locum esse fictitium.* F

pro veris haberi nequeunt:

22 *Quæ porrò narrantur ex eodem Ms. de translatis* S. Adriani *reliquiis ex monte S. Odardi Raulicuriam, (vicus est Hannoniæ inter Valencenas, Tornacum & Athum medius, vulgò* Raucourt *dictus) æquè apparent fabulosa. Ajunt, virum nobilem visione tribus noctibus repetita monitum esse, ut reliquias* S. Adriani *in monte S. Odardi quæreret, & Raulicuriam portaret; eumque eam visionem parocho suo indicâsse: utrumque verò Romam petiisse, inde rediisse per montem S. Odardi, inventasque ibi reliquias transtulisse Raulicuriam. Meritò hisce omnibus*

A *omnibus fidem abrogat Ruteau, tum quia omnia producuntur ex fabuloso monumento, tum quia inconcinnè relata sunt, nulloque confirmata vetusto testimonio. Quare potiùs existimo, monumenta translationis cum ceteris chartis ecclesiæ Raulicurienſis periisse, quando ecclesia ipsa hostili manu vastata est, ut dicemus; indeque factum esse, ut imprudens quispiam fabulator predictas commentus sit fabellas. Quidquid fuerit causæ, nihil de omnibus istis prudenter credere possumus. Hinc, omissa ista translatione, inquirendum est, quid alii dicant de reliquiis istis Raulicuriam perlatis.*

incerta quoque sunt, quæ alii

23 *Meyerus in Annalibus Flandriæ ad annum* 1110 *ita habet:* Corpus divi Adriani martyris, ardente templo Raulicuriæ in Hannonia, incendio ab Eubaldo sacerdote subtractum, deportatumque Gerardi-montem in cœnobium, monachisque venditum. Hunc Martyrem Nicomediæ passum invenio, imperante Maximiano, corpusque ejus primùm Byzantium, dehinc Romam, inde grassantibus Romæ barbaris in Galliam deportatum. *Per ultimam hanc translationem Meyerus Raulicurienſem haud dubiè intelligit, Hannoniam Galliæ includens, prout revera Galliæ erat provincia, dum facta est illa translatio. Videtur igitur Meyerus credidisse sacras* S. Adriani *reliquias Româ Raulicuriam unicâ translatione delatas fuisse. Jacobus Guisius in Chronicis Hannoniæ Mss., quorum synopsis edita est Parisiis anno* 1531, *asserit reliquias* S. Adriani *Raulicuriam delatas esse per Gerardum de Roussillon, quem dicit Burgundiæ comitem, cui etiam fundationem ecclesiæ Raulicurienſis attribuit, & aliarum multarum, ut observavit Miræus in Opusculo de Collegiis canonicorum cap.* 13. *Floruit laudatus Guisius seculo* XIV, *& Gerardum Rossillonium facit coævum Carolo Martello, acsi floruisset seculo* VIII, *cùm tamen floruerit potiùs seculo* IX, *ut liquet ex ipsius fundationibus, quarum duas narrat Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom.* 3 *ad annum* 867 *pag.* 141 *& seq. Guisius igitur anachronismis laborat in iis, quæ narrat de Gerardo Rossillonio: nam & reliquias ipsum accepisse ait à Joanne VIII Papa, qui Pontifex fuit seculo* IX *ad finem vergente.*

B

C

de prima earum in Belgium translatione scripserunt;

24 *Waesbergius, licèt deinde contrarium habeat, ut vidimus, Guisium secutus est lib.* 1 *cap.* 1, *ubi habet de Gerardo Rossillonio, plurimas ecclesias illarum partium ei suam debere originem, ita prosequens:* Easque Sanctorum reliquiis ornavit, ut Rotornacensem, & Raulicurienſem ecclesiam sancto Adriano, quas à Joanne Papa, qui fundatas à Gerardo ecclesias omnes consecraverat, fertur accepisse, quum illum è Gallia redeuntem Romam multo milite, auro aliisque necessariis comitatus est. *Hac de Joanne Papa habet etiam laudatus Guisius. Hanc opinionem de translatis Raulicuriam reliquiis per Gerardum Rossillonium amplectitur etiam Ruteau cap.* 8, *ut aliis probabiliorem: at eam fundamento satis solido nixam non invenio, cùm omnia ex Guisio hausta videantur, isque multa de Gerardo confundat. Quare malim candidè edicere, auctorem istius translationis mihi ignotum esse.*

sed Raulicuriæ in Hannonia fuisse, habet traditio.

25 *Verumtamen cùm seculo* VIII *&* IX *non pauca Sanctorum reliquiæ ex Italia translatæ sint in Galliam & Germaniam; cúmque multorum seculorum constantissima traditio hanc translationem asserat, nec aliunde videatur late-*

re auctor translationis, quàm quòd monumenta illius per incendium ecclesiæ perierint; dubitandum non videtur, quin S. Adriani *reliquiæ revera Raulicuriæ fuerint, indeque Gerardimontem delatæ sint, ut videbimus. Certè nullus de iis dubitâsse videtur per sex secula. Quantam ex laudatis reliquiis utilitatem hauserint Raulicurienſes & vicini populi, refert Waesbergius lib.* 2 *cap.* 2 *his verbis:* Ubi (*Raulicuria in Hannonia*) omnem circumquaque regionem à peste & languore, ab omni prorsus incommoditate per inclementiam aëris accidente, sub patronatu suo immunem reddidit. Tantis, inquam, claruit miraculis, ut insigne canonicorum collegium pia plebs illi excitaverit, quod horarias preces ad Dei Sanctorumque honorem in dies psalleret. *Laudati Hardigny & Ruteau asserunt ex eleemosynis peregrinorum, sacras reliquias visitantium, collegium duodecim canonicorum in ecclesia paræciali fuisse institutum. At certa non invenio monumenta, quibus omnia illa confirmare valeam. Hac de causa tam auctorem & tempus istius translationis, quàm initium & progressum Raulicurienſis ecclesiæ scriptorum illorum fidei permitto.* E

Occasio translatarum Raulicuriá Gerardi montem reliquiarum

26 *Occasionem sequentis translationis ita memorat Waesbergius:* Tandem uno furoris impetu barbaris religionis nostræ odio per devastatas Gallias, duce Hastigua * huc effusis, collegium illud interiit. Verùm divina clementia non passa pretiosum adeo thesaurum Ecclesiâ suâ eliminari, tutissimum in quodam altari prospiciens receptaculum, à barbaris tuitus est. Duo enim altioris consilii canonici (recitabo verba scriptoris Benedictini, Gerardi-monte ante duo retro secula viventis) fracto altari & diligentissimè consolidato, sacrosanctas in eo reliquias sigillârunt. Brevi posteà eorum unus excedit è vivis: alter morti vicinus mysterium sacerdoti cuidam Eubaldo communicat, eique thesaurum revelat. Quem aliquot post dies Eubaldus furtim, opportunitate quæsita, surripuit, & in sacco hordei pleno, quasi ad molendinum concederet, abscondit: deinde villam egressus, Sanctum sacco exciens, virenti herba obvolvit, & nobili sic onere oneratus ad Montem Gerardi pervenit: quum nocte præcedenti pastor ovium quidam custodiendis gregibus in monte antiquo invigilans, ignem de cælo lucidissimum hujus templi presbyterium micantissimo vidisset illapsu penetrare, qui luminosissimi Martyris die sequenti docebat adventum.

* *lege* Hastingo

F

non rectè exponitur à Waesbergio:

27 *Totam hanc relationem adoptavit Hardigny, & pro majori parte Ruteau, qui tamen studuit anachronismum, quo laborat, emendare. Verùm si animum advertamus ad singula; multa alia videbuntur improbabilia, & fabulam redolentia: neque id mirabimur, si consideremus scriptorem, ex quo omnia desumpsisse videtur Waesbergius, duobus tantùm seculis ante ipsum vixisse, & consequenter floruisse seculo* XV, *ita ut quatuor aut quinque seculis posterior sit prioribus, & tribus, ut minimùm, gestis posterioribus, quæ hìc narrat. Quapropter dubitare non possumus, quin scriptor ille multa ex conjecturis inconcinnè combinaverit, & pro more seculi sui aliqua narraverit sine sufficienti fundamento. Primò quod dicitur de ecclesia Raulicurienſi eversa per Normannos, duce Hastingo Galliam ingressos, prorsus videtur improbabile, quia grassationes Hastingi in Gallia contigerunt seculo* IX, *quo ad finem ver-*

AUCTORE J. S. *gente, aut ſerius, tantùm condita videtur Raulicurienſis eccleſia, ita ut hæc fortaſſe poſterior ſit incurſionibus Haſtingi. Præterea ſic Eubaldus tranſlationis auctor, quem non diu poſt abſconditas reliquias vixiſſe tota relatio ſupponit, pluſquam duobus ſeculis dicta reliquiarum occultatione fuiſſet poſterior.*

tùm everſio eccleſiæ Raulicurienſis aptiùs illigari poſſit ſeculo 10, 28 *Vidit ultimum hunc anachroniſmum Ruteau, omniaque ſuis temporibus rectiùs dividere conatus eſt. Hæc de cauſa Normannis, qui ſeculo* IX *Gallias devaſtârunt, ſubſtituit Hungaros, qui idem frequenter fecerunt ſeculo* X. *Verùm cùm jam anno* 903 *Hungaros in Belgium uſque deducit, & quidem imperante Ottone I imperatore, qui necdum erat natus, oſtendit ſe quoque chronologiæ imperitum, & Molanum, quem laudat, malè à ſe intellectum. Etenim Molanus quidem in Chronica recapitulatione cap.* 23 *incurſiones Hungarorum orditur ab anno* 903, *ſed non ſtatim in Belgium uſque eos perducit. Si autem certò conſtaret, per Hungaros dejectam fuiſſe eccleſiam Raulicurienſem; id nulli tempori probabiliùs affigi poſſet, quàm quod deſignat laudatus Molanus, ita ſcribens:* Tempore Ottonis primi aggreſſi ſunt Lotharingiam, ſed virtus Dei per merita ſanctorum Urſmari & Ermini apud Lobium monaſterium oſtenſa anno quinquageſimo quinto (*poſt nongenteſimum,*) eos ultrà prodire prohibuit. *Miraculum, quo à Lobienſi in Hannonia cœnobio repulſi ſunt, fuſiùs narrat Fulcuinus abbas Lobienſis in Miraculis S. Urſmari, apud nos ad* XVIII *Aprilis editis, cap.* 1, *ubi etiam oſtenditur id factum eſſe anno* 954, *quo & Pagius idem recitavit.*

ſi hoſtili manu facta eſt: ſed alii alias tranſlationis cauſas afferunt; 29 *Nulli, inquam, tempori rectiùs innecti poſſet everſio Raulicurienſis eccleſiæ, ſi de ea per Hungaros vaſtata conſtaret; cùm hos tunc in ejus vicinia fuiſſe, & ferro flammâque in loca ſacra ſæviiſſe ſit certum. At nullibi invenio tam certa monumenta everſæ hoſtili manu Raulicurienſis eccleſiæ, ut aliquid certi affirmare poſſim, præſertim cùm illa hoſtilis vaſtatio cum reliqua narratione non cohæreat, ſi per Hungaros facta credatur: nam ſic etiam annis centum & ferè quinquaginta contigiſſet ante tranſlationem ſequentem. Ruteau, ut anachroniſmum tollat, aſſerit Eubaldum non accepiſſe notitiam de abſconditis reliquiis ab illo canonico, qui eas ipſe abſconderat; ſed notitiam illam per manus traditam ad ipſum tandem perveniſſe. Fateor ita fieri potuiſſe, aptamque hanc eſſe difficultatis ſolutionem; modo ſatis conſtaret de everſa Raulicurienſi eccleſia. Verùm Meyerus num.* 23 *laudatus ait, corpus,* ardente templo Raulicuriæ in Hannonia, incendio ab Eubaldo ſacerdote ſubtractum, deportatumque Gerardi-montem. *Guiſius in laudata Epitome tom.* 2 *fol.* 42 *verſo ita habet Gallicè, ſicut reddo Latinè:* Verùm poſt multum temporis comes quidam Balduinus, Flandriæ & Hannoniæ comes, iſtud (*corpus*) transferri curavit ad abbatiam Gerardimontenſem, ubi in hodiernum uſque diem ſervatur.

nec ſatis liquet, quid probabiliùs dici debeat 30 *Si quis modò diverſas haſce de tranſlatis reliquiis ſententias conſideraverit, meritò dubitabit, quænam ex tribus ſit præferenda. Waesbergius auctorem ſuum, cetera ignotum, attribuit ſeculo* XV: *hujus relatio turpi anachroniſmo fœdata eſt, & fabuloſis adjunctis veſtita, dum Eubaldum ſacerdotem ita diſcedentem facit, acſi ad molendinum pergeret, & multa alia in avectione ac venditione reliquiarum adjungit, quæ parùm videntur credibilia. Hinc ſuſpicor ſcriptorem illum, quem laudat Waesbergius, eumdem eſſe cum auctore veteris illius Ms., in quo putidiſſimas fabellas aſſignat Ruteau lib.* 2 *cap.* 7. *Quare ſcriptor ille ignotus facilè ultimum merebitur locum, & conſequenter tota illa reliquiarum occultatio, quæ ex illo adoptata ab aliis videtur, non modò ſit dubia, ſed etiam minùs probabilis, eademque ratione concident adjuncta pleraque tranſlationis Gerardimontenſis. Guiſius alterius ſententiæ auctor vixit ſeculo* XIV; *&, quamvis nec hic ſcriptor accuratus ſit aut criticus, probabiliora ſaltem narrat quàm præcedens, dum juſſu comitis Flandriæ & Hannoniæ reliquias Gerardimontem tranſlatas ſcribit.*

ob varietatem ſententiarum. 31 *Sanè cùm Balduinus Montenſis Flandriæ & Hannoniæ comes Gerardimontem ad formam oppidi perduxerit & muniverit, ut ſcribit Meyerus ad annum* 1068; *cùmque abbatia, nunc* S. Adriani *dicta, eò jam tranſlata eſſet anno* 1081, *ut liquet ex Donatione Gerardi Cameracenſis epiſcopi, quam recitat Miræus tom.* 1 *Diplomat. pag.* 514: *credibile eſt, curâſſe Flandriæ comitem, ut aliquæ reliquiæ ad novum iſtud oppidum deferrentur. Molani ſententia, quâ corpus non furto ablatum, ſed incendio ſubtractum dicitur, utcumque conciliari poteſt cum præcedente: nam incendium eccleſiæ occaſionem comiti præbere potuit, cur corpus vellet Gerardimontem tranſferri. Eligat ſtudioſus lector ex hiſce omnibus, quod magis placuerit: aut, ſi malit me ſequi, id unum ſatis certum credat, reliquias* S. Adriani *ex vico Raulicuria ablatas fuiſſe, & Gerardimontem perveniſſe.*

§ III. Quomodo reliquiæ S. Adriani fuerint exceptæ Gerardimonte, ibique depoſitæ in abbatia, deinde S. Adriani dicta.

Initium cœnobii Gerardimontenſis: PRiuſquam *examinemus modum, quo abbatia* S. Adriani *reliquias Patroni ſui impetraverit, pauca de tranſlato Gerardimontem cœnobio, quod à ſeculo* VIII *exſtructum fuerat Dickelvennæ in comitatu Aloſtano, inquirere oportebit. Conditum certè erat cœnobium iſtud anno* 1081, *ut liquet ex donatione Gerardi II Cameracenſis epiſcopi, quæ eidem anno* 1081 *facta eſt. Edita eſt illa Donatio apud Miræum tom.* 1 *Diplomat. pag.* 514. *Verùm ex ea donatione, in qua abbatia* de Declivinio in Geroldimontem *tranſlata dicitur, nullo modo evinci poteſt, abbatiam non fuiſſe aliquot annis citiùs conditam. Præterea nullibi certò probatum invenio, ſacras reliquias anno* 1110 *Gerardimontem perveniſſe, quamvis poſt Meyerum in eum annum paſſim conſentiant recentiores. Imò infrà num.* 37 *recitabo Ms. fragmentum, quod vetuſtius & melius videtur reliquis monumentis de hac tranſlatione agentibus, & in quo utcumque inſinuatur, tranſlationem multo citiùs eſſe factam, & fortaſſe ante ſtructum Gerardimontenſe cœnobium.*

reliquiæ Gerardimontenſibus venditæ dicuntur; ſed id eſt incertum, 33 *Quod ſpectat ad modum, quo ſacræ hæ reliquiæ à Gerardimontenſibus ſunt acquiſitæ; aſſerit Meyerus eas fuiſſe venditas ab Eubaldo, quod nec omnino certum exiſtimo, quia de ea vendi-*

A *venditione idonea non reperio documenta ; nec tamen incredibile, quia conſtat, alias reliquias medio ævo ſubinde fuiſſe venditas. Fortaſſe & hæc reliquiarum venditio cum multis adjunctis fabuloſis deſumpta fuerit ex inepto illo & jam aliquoties rejecto Ms. Certè Jacobus Guiſius de illa venditione non meminit, ſed contraria ſcripſit num.* 29. *Quidquid ſit, nequaquam dubitare poſſum, quin hiſtoria illius venditionis, ſicut refertur à Waesbergio, multis inquinata ſit fabellis. Lubet tamen verba ipſius dare, quia alii ex eodem corrupto fonte, ex quo ille hauſit, eadem aliis verbis dederunt.*

certè fabulis variis

34 Igitur ſacerdos, *inquit, Eubaldus nimirum, poſtquam Gerardimontem pervenerat*, involutas gramine reliquias, venales exponit. Convenientibus autem monaſterii fratribus, civibuſque, plebeiorum aliquis Theodoricus frontoſa verboſitate proclamat ſe libentiùs pinguem vaccam empturum, quàm oſſa arida numquam humanis uſibus profutura : quo dicto amens effectus inſanivit ; unde brevì poſtea defunctus ante aram beatæ Mariæ Magdalenæ infra eccleſiam indecenter eſt ſepultus. Cùm ecce inſequenti nocte rugitus dæmonum (ut creditur) horribilis advênit, & indignum tantâ ſepulturâ cadaver miſerrimi ejectum terris, lapide ſuperpoſito in minuta confracto, ſecum irreverenter aſportavit. Cuſtos eccleſiæ, dicto rugitu audito, tantopere expavit, ut præ timoris magnitudine in unius anni morbum inciderit. *Hactenus Waesbergius, cui etiam conſentit Ruteau lib.* 2 *cap.* XI. *At, licèt incredibile non ſit, hominem blaſphemum, & Sanctorum reliquias contemnentem, fuiſſe punitum, nolim pro adjunctis omnibus ſpondere.*

B

exortiata eſt illa venditio,

35 Porrò Eubaldus, *inquit pergens Waesbergius*, pro theſauro quatuor & viginti marcas inexorabiliter requirit, ſed ad tantum pretium expaveſcente populo (erat enim tunc temporis villa inops, & anguſta, noviſſimè fundata) cum ſancto Adriano recedit, & Bruxellam adire proponens, hebetatus divinitus per erraticas devians ſemitas in monte tandem abbatiæ proximo, quo quotannis ob eandem defertur memoriam, obdormivit. Poſtridie excitatus cum runcinulo * ſuo, ſuper quem Sanctum deferebat, in urbem rediit, ubi repudiato iterum pretio inſufficienti, longiùs itinerandi habens propoſitum, abiit ; ſed divinitus rurſum obcæcatus, montem tranſire nequivit. Ubi altera nocte commoratus, prudenterque tandem expendens, inclitum Martyrem hoc cœnobium ſibi in habitationem elegiſſe, vovenſque ſe ibidem, quoad viveret, Deo & ſancto Adriano ſerviturum, revertitur in urbem. Conventione igitur facta, duodecim marcas à populo, & ab eccleſia quatuor bonaria * terræ ſub annuali cenſu duodecim nummorum poſſidenda recepit. *Hæc item adoptavit laudatus Ruteau, & ex parte Hardigny, uti & Molanus. Verùm quàm exiguam mereantur fidem, colligi poterit ex ſequentibus certò falſis*

C

* *id eſt*, equo parvulo

* *i. e.* jugera

fictitiaque eſt reliquiarum probatio, quæ aſſeritur,

36 Factum eſt, ut primus abbas Senelardus, qui tum monaſterio præerat, & univerſus populus, ſi veræ eſſent Martyris reliquiæ, manifeſti vellent examinis initio * comprobare. Sancta igitur generoſi Athletæ oſſa ante fores eccleſiæ univerſis adſtantibus exponuntur, ut celebrato Miſſæ officio aquâ conſecratâ ſolemniter examinentur. Et ecce ſub oculis omnium aureis incandeſcens radiis circularis ſplendor in cælo refulgurat, qui expoſitas circumquàque incolorans reliquias luminoſiùs, quo cæleſtius, eo credibilius Sancto Dei teſtimonium perhibebat. Nuntiabatur abbati divinis officiis devotiùs inſiſtenti, cæleſtem de cælo Judicem ſufficienti experimento Dilectum ſuum clarificâſſe ; qui tamen ab examinatoriæ probationis propoſito noluit deſiſtere. Puer eligitur puriſſimus, cujus humero os unum è pretioſiſſimis alligatur, & ſuper aquam demiſſus ſtatim impetuoſa commotione ſigno certiſſimæ exhibitionis abſorbetur. *Hæc enimvero probatio, quamvis etiam relata magiſque expoſita ſit apud Ruteau, planè ridicula, & certò commentitia eſt : nec facilè crediderim, talem probationem unquam fuiſſe adhibitam, ut veritas reliquiarum examinaretur. Nam quod obſervat Ruteau ex Delrio, mulieres de magia ſuſpectas ita olim, ligatis manibus pedibuſque, in aquas fuiſſe projectas, ut pro innocentibus haberentur, quando mergebantur, pro noxiis verò & ſagis, ſi aquis ſupernatarent ; negare quidem nolim : at minimè ad propoſitum noſtrum conducit : numquam enim oſtendet, eodem modo probatas fuiſſe reliquias, de quarum veritate dubitabatur ; & mulieres, quæ de maleficiis erant ſuſpectæ.*

AUCTORE J. S.

E

cùm alia adhibita ſit probatio, ut refertur ex teſtimonio oculato :

37 *Verùm neceſſe non eſt pluribus oſtendere, quàm inepta & abſurda ſit illa comparatio ; cùm ex monumento longè meliori facilè oſtendi poſſit, quo examine in veritatem harum reliquiarum inquiſitum ſit. Poſt Vitam S. Lietberti Cameracenſis epiſcopi, à Radulpho monacho coævo ſcriptam, editamque apud nos tom.* IV *Junii pag.* 586 *& ſeqq., edita eſt appendix ſcriptoris ſupparis, ut ex verbis recitandis patebit, ex Ms. cœnobii Vallicellenſis. Hujus appendicis auctor ex oculato teſte refert, quo modo* S. Adriani *reliquiæ à Gerardimontenſibus fuerint probatæ. Etenim ibidem pag.* 606, *ubi obſervârat, ſecundùm auctorem Vitæ viginti duo Sanctorum corpora tempore S. Lietberti Cameracum fuiſſe delata* ad dedicandam Dominici Sepulcri baſilicam, *ſed ea à biographo non fuiſſe enumerata ; catalogum texit corporum, quæ ſervabantur in diœceſi Cameracenſi. Ex hiſce autem corporibus ſeptimum ſic exprimit :* S. Adrianus martyr, à cœnobio Gerardi-montis. *Deinde ſubdit ſequentia :* De iſto Martyre narravit nobis domnus Willielmus, olim hujus cœnobii Valcellenſis prior, quia ipſe interfuit, quando incolæ loci, hæſitantes utrùm oſſa ejuſdem Martyris eſſent, accenderunt ignem, ut in eo miſſa probarentur. Et ecce gratiâ Chriſti, cujus nimirum amore pretioſus Martyr fuerat paſſus, ſupra oſſa illius apparuit circulus aureus, habens in medio ſui ſignum ſanctæ crucis : quod videntes, qui aderant, gaviſi ſunt, & laudaverunt Deum, oſſaque Martyris in eccleſia beati Petri apoſtoli cum honore & gaudio portaverunt.

F

ex probatione, cultu, miraculis, videtur veritas harum reliquiarum ſatis certa ;

38 *Ex hac narratione, quæ ſimplex eſt, & nihil abſurdi continet, concidit primò ridicula illa probatio per puerum cum alligatis reliquiis aquæ injectum. Secundò probatio illa reliquiarum per ignem non rarò olim adhibita eſt, & in quibuſdam etiam conciliis mandata, ut oſtendit Joannes Ferrandus in Diſquiſitione reliquiaria lib.* 2 *cap.* 3. *Tertiò ex dicta probatione colligitur, dubitatum fuiſſe de veritate reliquiarum illarum ; uti allegatus ſcriptor etiam diſertè teſtatur ; ſive illa dubitatio orta ſit, quòd diu fuiſſent abſcondita, ſive alia quacumque de cauſa.*

AUCTORE J. S.

Quarìò cùm laudata reliquiæ, præmissa tali probatione, cœperint in veneratione esse apud Gerardimontenses; deindè verò magno peregrinorum concursu honorata sint, honorque sacris reliquiis exhibitus multis à Deo miraculis sit remuneratus, non videtur modò prudenter dubitari posse de earum veritate, sicut revera dubitatum non est per sex sæcula, & ferè dimidium.

at tempus, quo Gerardimontem venerunt, latè tantùm assignari potest.

39 *Quintò dubitari tamen potest, an reliquiæ non multo citiùs Gerardimontem delatæ sint, quàm passim asserunt scriptores, qui illarum translationem innectunt anno* 1110, *secuti fortassè Meyerum, qui in consignando tempore facilè ad annos non paucos aberrare potuit. Certè, dum scriptor num.* 37 *laudatus numerat* S. Adrianum *inter eos Sanctos, quorum corpora anno* 1064 *Cameracum deferri potuerunt, quamvis non asserat eò delatum esse, credidisse videtur, illud diu ante annum* 1110 *Gerardimonte fuisse. Rursum, quando probationem reliquiarum per ignem non attribuit abbati aut monachis, sed incolis Gerardimontensibus, utcumque insinuat, reliquias eò perveniſſe ante conditum aut certè inhabitatum cœnobium Gerardimontense. Quare de tempore delatarum Gerardimontem reliquiarum nihil certius statuendum judico, quàm eò delatas reliquias currente ad finem sæculo* XI, *aut jam labente sæculo* XII. *Attamen non existimo, reliquias* S. Adriani *inter ea fuisse corpora, quæ anno* 1064 *ad dedicationem ecclesiæ sancti Sepulcri delata sunt. Dies hujus translationis certior videtur quam annus, quandoquidem translatio illa quotannis celebratur* XXVII *Maii, ut mox latiùs dicetur.*

B

§ IV. Cultus celeber S. Adriani Gerardimonte: peregrinationes votivæ: miracula vetustiora: theca pretiosa reliquiis exstructa, & alia quædam.

C

Festivitas S. Adriani præcipua apud Gerardimontenses IX *Septembris,*

Quæ hìc & sequentibus aliquot paragraphis narrabo de celebri cultu S. Adriani *in cœnobio ipsius Gerardimontensi, majori ex parte humanissimè nobis communicavit reverendus admodùm atque amplissimus dominus Ildefonsus van Hoorde, hodiernus abbas sancti* Adriani, *qui non modò miracula Mss. ex tabulario abbatiæ transcribenda curavit, & cum accuratis de hodierno cultu notitiis submisit, sed libellos quoque aliquot impressos prædictis addidit, ac demùm nihil prætermisit eorum, quæ nobis profutura credidit ad scribendam hanc historiam. Hisce igitur adjutus subsidiis primò breviter agam de singulis Sancti festivitatibus. De hisce per laudatum dominum abbatem sequentia mihi sunt perscripta:* Festum S. Adriani quotannis solemniter cum Octava celebratur IX Septembris, quando ejus sacrum corpus (*die præcedente ob festum Nativitatis beatissimæ Virginis impediti*) Romam translatum fuit, cum expositione sacrarum reliquiarum per totam Octavam . . . Exstat adhuc hodiedum in archivis abbatiæ nostræ totum Officium proprium S. Adriani cum antiphonis, lectionibus propriis, & responsoriis &c. Quomodo verò proprium o missum fuerit, ignoramus. Celebramus modò dictum festum de communi unius martyris. D

ad quam confluunt vicini ex locis variis:

41 *Qua ratione cultus Sancti celebrior fiat per civitates vicinas, discimus ex eadem notitia, in qua de adventu peregrinorum ad* S. Adrianum *ita habetur:* Devotionem illam singulis adhuc annis exhibet S. Adriani confraternitas, erecta in urbe Montensi: cujus confratres cum magno civium utriusque sexus numero IX Augusti Montibus Gerardimontem veniunt, ut pietatem demonstrent, & pro acceptis sæpissimè per intercessionem sancti Adriani beneficiis cor argenteum offerant. Nec minorem multis annis exhibuit devotionem collegium Athense cujus professores singulis etiam annis (tribus ultimis ob evidentissima, quæ bellorum tempore eveniunt, incommoda & pericula exceptis) Gerardimontem cum studiosa sua juventute venire soliti sunt, ubi in ecclesia, & in honorem sancti Adriani solemne professores cantant Sacrum: quo absoluto, eidem Sancto carmen offerunt. Acrinienses pariter incolæ devotioni atque erga Sanctum honori non desunt: qui infra Octavam S. Adriani, in festo nempe Exaltationis sanctæ Crucis, Gerardimontem ad ecclesiam S. Adriani devotè se conferunt, in qua pastor loci Sacrum solemne decantat, cereumque magni ponderis offerunt. *Hactenus de adventu peregrinorum. Loca autem mox dicta sunt Hannoniæ provinciæ, cujus metropolis est prior,* Montes *dicta, & ad decem ferè milliaria Belgica Gerardimonte dissita: inter utramque medium est Athum oppidum,* Ath *Gallis,* Aeth *Flandris nuncupatum.* Acren *verò vicus est vicinus Gerardimonti, in Hannonia tamen situs versus Athum.* E

altera IV *Martii, tertia* XXVII *Maii: supplicationes annuæ,*

42 *De altera festivitate sic breviter habet laudata notitia:* Martyrium verò ipsius colitur IV Martii. *De tertia, quæ magis est celebris, hæc sequuntur:* Adventus autem sacrarum ipsius reliquiarum in urbem Gerardimontanam celebratur XXVII Maii, (*ad quem diem annuntiatur in Ms. Florario, & à Molano, Canisio, Ferrario, uti observatum est apud nos in Prætermissis illo die*) qui cùm in feriam quartam post Pentecosten anno illo inciderit; ea de causa ad montem quotannis dictâ feriâ quartâ post Pentecosten Processio instituitur, atque per octiduum sacræ reliquiæ exponuntur; ubi in gratiarum actionem atque in honorem Sancti concio habetur. Cùmque ob diem servilem magna civium pars processioni ac devotioni interesse non possit, per præcipuas urbis plateas in festo sanctissimæ Trinitatis processio peragitur. *Ex die* XXVII *Maii, collata cum feria quarta post Pentecosten, breviter observo, non invidisse anno* 1110 *diem* XXVII *Maii in feriam quartam post Pentecosten. Quare si constat de concursu illorum dierum, quando translatæ sunt reliquiæ, figendus est unus ex sequentibus annis, videlicet aut* 1075, *aut* 1086, *aut* 1097, *aut demùm* 1108, *quibus prædicti dies concurrerunt, ut quilibet ex Paschate facilè supputare poterit.* F

aliaque in honorem Sancti singulis hebdomadis, aut quotidie repetita:

43 *Hisce observatis, ad festivitatem redeo cum laudata notitia:* Nec civium, *inquit,* Gerardimontensium deest erga sanctum Patronum suum devotio: qui feriâ quintâ post Pentecosten quotannis sex candelas cereas oblatum eidem Sancto veniunt, in cujus honorem solemne Sacrum die illo decantatur. *Præter festivitates modò explicatas, alia in honorem Sancti singulis hebdomadis, alia singulis diebus repetuntur.*

A tur. *Audiamus iterum ſubmiſſas notitias :* Singulis feriis quartis totius anni cantatur ſolemne Sacrum cum affluente civium concurſu, in quo exponuntur ſacræ reliquiæ divi Adriani, pro omnibus in confraternitatem relatis. Indies abſoluto Completorio eumdem in finem devota cantatur antiphona : " O beate martyr Adriane, „ tuos humiles ſervos reſpice : roga Chriſtum, „ ut in libro vitæ cæleſtis nos dignetur ſcribe„ re, tuæque participes gloriæ concedat ut ſi„ mus ſine fine „. *Subditur :* Ora pro nobis *&c. cum oratione communi de uno martyre.*

peregrinantium ad Sanctum frequentia.

44 *De quotidianis ad Sanctum peregrinationibus eadem notitiæ ſic habent :* Quod verò ſpectat ad concurſum peregrinorum, reliquias ſancti martyris Adriani veneratum venientium, tantus olim fuit, ut, teſte Waesbergio, Gerardimontis nomen amiſerit, atque Adrianopolis nomen (*apud aliquos*) urbs aſſumpſerit. Quin & concurſus hodiedum adeo adhuc frequens eſt, ut ne una quidem in anno ſit dies, quin ex aliqua Belgii plaga peregrinationis ac devotionis causâ quidam adveniant. *Waesbergius pag.* 151 B *de iis ita loquitur :* Non ſolùm (*S. Adrianus*) ab incolis, ſed & ab exteris colitur : qui undequaque venerationis ergò, ex remotis etiam Angliæ, Daniæ, Galliæ, Germaniæ, Lombardiæ, Helvetiæ, Sabaudiæ & Italiæ regionibus infinito numero huc advolare ſoliti. *Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii ad* VIII *Septembris hæc habet :* Hoc ordine glorioſus Martyr monaſterii patronatum obtinuit intra Geraldi-montem, qui eſt Flandriæ imperialis civitas diœceſis Mechlinienſis ; in qua eſt item dicta abbatia Ordinis ſancti Benedicti, valde celebris propter præſentiam & beneficia tanti Martyris. Ad ejus enim memoriam frequens eſt populorum concurſus : imò ob illuſtria Martyris beneficia multi urbem non aliter nominant, quàm AD SANCTUM ADRIANUM IN FLANDRIA. *Similia habent Miraus, Sanderus, aliique ſcriptores.*

Vetuſtiora Sancti beneficia dicuntur ſcripta fuiſſe, ſed deperdita :

45 *Porrò dubitari nequit, quin cultus Sancti ab initio magnus fuerit apud Gerardimontenſes ; licèt defectu monumentorum dici non poſſit, an tantus fuerit ſemper, quantus hodie perſeverat. Cultum tam celebrem pepererunt haud dubiè crebra Sancti beneficia & miracula ; ſed ex vetuſtioribus pauciſſima ad notitiam noſtram pervenerunt. Rationem aſſignat Waesbergius lib.* 2 *cap.* 2 *pag.* 151, *ita ſcribens de* S. Adriani *miraculis :* Qui indies rara & aureis litteris digna perpetrat miracula, quorum memoria duobus iiſque immenſis voluminibus commiſſa, Fratri Ordinis mendicantis in honorem Sancti encomium adornandi gratiâ commodata periit. *Ruteau lib.* 2 *cap.* 17 *aſſerit, duo illa miraculorum volumina cuidam fuiſſe commiſſa, ut ad ordinem meliorem reducerentur, ab eoque fuiſſe perdita. Quæcumque fuerit detrimenti illius occaſio ; illis certè caremus. Hinc unum dumtaxat invenio certum miraculum, quod ſeculo* XVI *ſit vetuſtius ; at plurima recentiora, quæ referam inferiùs.*

ex iis unum maximè mirum narratur :

46 *Unum illud interim huc transfero. Anno* 1306 *Helena David habitans in oppido Gerardimontenſi peperit monſtrum informe : maſſa enim erat rotunda ſine ulla hominis figura. Parentes ad patrocinium* S. Adriani *confugiunt, obtinentque ut fœtus monſtroſus portetur ad altare Sancti. Maſſa ibidem poſita prodigio ſanè memorabili humanam formam accipit & vitam. Addit Ruteau pag.* 182, *aſſerens ſe illud prodigium narrare ex Ms. membraneo abbatiæ, infantem fuiſſe maſculum, quem ſacro fonte renatum vocârunt* Adrianum. *Hunc autem Adrianum vitam produxiſſe ad annos ſeptuaginta & quinque ; eidem verò filium eſſe natum, qui centenarius ferè obiit anno* 1423, *die* XXX *Aprilis. Ampliſſimus dominus abbas* S. Adriani *hodiernus, idem prodigium, ſermone Belgico breviùs relatum, ex tabulario abbatiæ mihi cum ceteris tranſmiſit. Vel ſolum hoc miraculum, quod mirum quidem apparet, nec tamen idcirco negandum videtur, ſufficienter oſtendit, quanta Gerardimontenſibus de patrocinio* S. Adriani *fuerit fiducia.* AUCTORE J. S.

alia quædam ſine notâ temporis relata.

47 *Waesbergius alia quædam narrat prodigia ſine ulla temporis nota. Quare illa ut minùs certa, non tamen incredibilia, huc transfero.* Avenienſi cuidam viro, *inquit pag.* 157, ex uxore territorii Gerardimontenſis Martyri devotiſſima filium fuiſſe, obſervârunt Miraculorum codices : qui, ruptis præcordiis, incredibili morbo & dolore torquebatur : quo ingraveſcente & facto incurabili, mater filium miſerâta, Dei Sanctorumque implorata ope, in ſomnis beatum Adrianum, filio ſanitatem reſtituiſſe ſe indicantem, aſpexit. Et expergefacta, viroque excitato & viſionis admoniſto, unà filium accedentes benè habentem invenerunt. *Patrem illius pueri* Avenienſem *vocat, deſignans* Avennas *Hannoniæ oppidum, vulgo* Aveſnes *dictum. Subdit idem auctor*, quemdam, oſſe uno *Martyris* furtim ſurrepto, *excæcatum fuiſſe*, quod malum, *inquit*, in ſecundam aut tertiam excæcati generationem tranſiit. *Et mox :* Potens Martyr clerico Bodius nomine, aquis ſuffocato, vitam reddidit. *Hæc tria apud alios non inveni : ſed nolim idcirco contendere, pro fictitiis habenda eſſe. Certiora tamen dabo plurima, ubi breviter egero de honore ſacris reliquiis exhibito.* E

alia ad cultum ſpectantia : theca, in qua ſervantur reliquiæ :

48 *Sub abbate Gerardo I, qui in catalogis præfuiſſe dicitur ab anno* 1175 *uſque ad* 1180, *abbatia* S. Adriani *nomen habere cœpit, antea* S. Petri *dicta.* Anno MCLXXXIX, *ut vult Waesbergius pag.* 157, reliquiæ *Sancti* capſulæ, *novæ utique*, fuerunt incluſæ. *Anno* 1378 *per Adrianum I abbatem ſodalitium inſtitutum dicitur ſub nomine* S. Nataliæ. *Anno* 1423 *Guilielmus IV abbas elegantem fieri curavit thecam ex argento inaurato, in qua huc uſque ſervantur* S. Adriani *reliquiæ. Eam præſenti anno* 1748, *quo hæc ſcribo, luſtravi ; eamdemque, ſicut delineatam accepi ab ampliſſimo domino abbate, ære incidendam curavi, ſed contractam ad minorem formam, quâ exhibetur in fine hujus paragraphi, quia locus hîc deficit.* F

Sanctus etiam à principibus honoratus & cultus.

49 *Florebat interim pietas peregrinantium ad* S. Adrianum, *eò etiam accurrentibus viris illuſtribus. Nam anno* 1376 *Gerardimontem venit duciſſa Lancaſtriæ, ac* S. Adrianum *inviſit. Anno* 1457 *ad* S. Adrianum *venit Ludovicus Delphinus, qui eò iterum venit anno ſequente. Idem Ludovicus poſtea rex Francorum, hujus nominis undecimus, anno* 1482, *menſe Februario, ingentem pecuniæ ſummam abbatiæ* S. Adriani *donum miſit, atque aliud rurſum pecuniæ non modicæ donum illuc deſtinavit menſe Julio ejuſdem anni. Cùm autem audiviſſet, abbatem ea uti pecunia in ære campana ; rogavit per litteras, quas recitat Ruteau pag.* 216, *ut nomen ſuum uni ex illis tribueretur. Faciebat hæc Ludovicus, ut ſanaretur ex morbo, quo occubuit anno ſequente, quamvis & ad alios Sanctos confugiſſet,*

AUCTORE J. S.

fugisset, & S. Franciscum Paulanum, tunc ventem & miraculis inclytum, accersivisset ad se ex Italia. Si sanatio Ludovici XI nequeat addi reliquis S. Adriani *beneficiis, ut revera non potest, saltem ex facto ipsius discimus, magnam fuisse famam miraculorum* S. Adriani. *Nec miramur Sanctos non semper petentibus patrocinio suo vitam producere, quantiscumque etiam donis colantur, quia ne ipsis quidem semper prodest diutiùs vivere. Longè majus donum, quàm sit vita, Ludovico impetraverit* S. Adrianus; *si precibus suis eidem obtinuerit, ut post sinceram de peccatis suis pœnitentiam felici morte vitam finiret.* D



§ V. Variæ reliquiarum translationes occasione turbarum Belgicarum: instituta confraternitas SS. Adriani & Nataliæ.

C

S. Adriani reliquiæ metu hæreticorum translatæ ad loca varia:

Postquam sacræ reliquiæ S. Adriani, *quibus pars brachii* S. Nataliæ *adesse creditur, quinto jam seculo quiescebant Gerardimonte, demum senescente seculo* XVI *transferendæ fuerunt ad urbes varias ob excitatas in Belgio turbas ab hæreticis Calvinianis, qui inaudita impietate sacra omnia multis locis profanabant, & in reliquias Sanctorum præcipuè sæviebant, ut constat ex historia Belgicorum tumultuum. Translationes illas narravit sæpè laudatus Ruteau in Vita* S. Adriani *lib.* 2 *cap.* 14, *& rursum lib.* 3: *Prima translatio à Ruteau pag.* 223 *figitur circa annum* 1578, *quando sacræ reliquiæ metu hæreticorum Gandavi prævalentium Gerardimonte fuerunt delatæ Tornacum, indeque Atrebatum. Monachi eorumdem hæreticorum metu coacti sunt fugere ad loca varia. Anno* 1580, *cùm abbas Gerardimontensis impetrâsset Montibus Hannoniæ monasterium sanctæ Crucis, huc translatæ sunt exsulantes* S. Adriani *reliquiæ. Anno* 1586 *Benedictus Sejournet abbas creatus Montibus cum sacris reliquiis discessit, transiensque Camberonam & Athum, rediit Gerardimontem, quò pervenit die* III *Septembris. Verùm cùm quies exiguo duraret tempore, ultima die ejusdem mensis sacræ reliquiæ delatæ sunt Athum, ubi manserunt usque ad* VI *Martii sequentis anni* 1587, *quando relatæ sunt.*

51 *Anno* 1588 *abbas electus est Hieronymus Monceaux, monachus abbatiæ Atrebatensis S. Vedasti. Hic cùm multa solerter in abbatia suâ instauraret, thecam quoque* S. Adriani, *quæ tot subitis translationibus multùm erat passa, reparavit. Hanc ob causam theca aperienda fuit, ac revera coram magistratu civitatis aperta est anno* 1592, *die* XVII *Julii. Dum verò reparata erat, ossa subtili linteo involuta, rursum in eamdem fuere reposita. Anno* 1594 *prudentum virorum consilio iterum aperta est theca, ut lintea tollerentur, ac serico involverentur sacræ reliquiæ. Porrò, quando primùm aperta est arca, laudatus abbas os notabile clàm separavit à ceteris, illudque monasterio S. Vedasti donavit, monachis nescientibus. Idem anno* 1604, *militibus seditionem excitantibus, sacras reliquias mense Maio dimisit Athum: unde, seditione finita post aliquot dies, relatæ sunt Gerardimontem.*

theca bis aperta, & os unum aliis donatum; F

52 *Anno* 1623 *os sacrum, quod delatum erat ad monasterium Vedastinum insciis monachis, ac inclusum brachio argenteo, relatum fuit ad monasterium* S. Adriani. *Etenim, post diuturnam litem coram nuntio Apostolico institutam de restituendis reliquiis, sententia lata fuit in favorem Gerardimontensium, quâ restituendæ fuerunt reliquiæ, quas administrator abbatiæ* S. Adriani *sine monachorum consensu dederat.*

sed illud deinde restitutum, ac seorsum servatum in brachio argenteo.

A *derat. Illæ etiamnum seorsum servantur in ecclesia* S. Adriani, *ubi eas vidi ac veneratus sum hoc anno. Dum autem restituta sunt, procurator Vedastinus jurare debuit, easdem sine ulla diminutione esse, quas ab abbate Hieronymo Monceaux acceperant. Id factum Tornaci, ubi & peracta est restitutio: indeque reliquiæ Gerardimontem delatæ positæque in ecclesia Hunneghemiensi, ex qua eas ipse abbas Gaspar Vincq, comitante supplicantium agmine, ad abbatiam portavit. Brachium argenteum, cui inclusæ sunt, ad minorem formam contractum, hîc subjungo.*

53 *Anno* 1627 *Martinus le Brun abbas, qui anno præcedente reformationem in monasterium suum induxerat, sodalitium instituit* SS. Adriani & Nataliæ, *cui præcipua Belgii nobilitas cum Serenissima principe sua Isabella atque archiepiscopo Mechlinienſi nomen suum inscribi voluit. Illud primùm confirmavit Jacobus Boonen archiepiscopus Mechlinienſis* VI *Maii, ac deinde Urbanus Papa VIII eodem anno,* XV *Julii. Bullam Urbani, quâ & variæ indulgentiæ confraternitati donantur, recitat Ruteau in fine Opusculi sui, ut & Regulas sodalibus præscriptas. Anno* 1635 *rursum transferendæ fuerunt* S. Adriani *reliquiæ, quòd Galli & Hollandi conjunctis armis Belgium impugnarent, direptaque miserandum in modum civitate Thenensi, versus Bruxellas jam processuri viderentur. Delatæ itaque sunt Tornacum ad monasterium S. Martini, ubi manserunt viginti tribus diebus, accurrente ad eas honorandum populo. Deinde, cessante timore, quòd hostes obsidionem Lovanienſem coacti essent solvere, ad locum suum magno cum honore fuerunt relatæ, ac Gerardimontem venerunt* XVII *Julii. Hactenus ex Vita, quæ paulò pòst fuit conscripta.*

Institutum sodalitium SS. Adriani & Nataliæ: reliquiæ

C

54 *At necdum finis translatarum frequentissimè reliquiarum* S. Adriani. *Quapropter amplissimus dominus Ildefonsus abbas hodiernus reliquas translationes ex tabulario abbatiæ mihi diligentissimè communicavit, prout singulas invenit conscriptas ab uno decessorum suorum, videlicet ab amplissimo domino Gisleno Coucke, qui abbatiæ* S. Adriani *præfuit ab anno* 1704 *usque ad annum* 1713. Anno MDCXLV, *inquit*, die 2 Octobris beati Martyris nostri reliquiæ ob metum Gallorum iterum Athum delatæ sunt, & illic manserunt usque ad XI ejusdem mensis & anni. Anno MDCXLIX, Gallis unà cum Hollandis luctuosa ubique in Belgio post sese vestigia relinquentibus, XXVIII Augusti ejusdem anni sacræ reliquiæ Gandavum ad celebre S. Petri cœnobium delatæ sunt, gratum sanè Gandensibus depositum: ad senatûs enim populique instantiam, præsertim pio operi allaborante reverendo pastore B. Mariæ Virginis, sacra lipsanotheca ad dictam beatæ Mariæ ecclesiam delata est: & ex indulto illustrissimi episcopi festivitas instituta cum Octava in honorem Patroni nostri. Decantatum quotidie Sacrum; festivitati accommoda concio subsequebatur: die verò octava, celebrante in pontificalibus illustrissimo episcopo, solemnis per civitatem cum sacris reliquiis supplicatio indicta fuerat, cui tamen ob auræ intemperiem supersessum: & deductas solummodo per interiorem ecclesiæ B. Mariæ ambitum monachi S. Petri ad suam processionaliter deferunt; donec tandem XIX Octobris ejusdem anni ad propria remeârunt.

AUCTORE J. S.

E

55 XVII Augusti an. MDCLV sacræ reliquiæ iterum Gandavum delatæ sunt, & illic manserunt usque ad XXX Octobris proximè sequentis. IV Maii an. MDCLVI sacra pignora rursus Gandavi ad S. Petri bellorum furori subducta sunt usque ad XXIII Augusti: quo die ad monasterium redierunt. Anno MDCLVIII, X Septembris sacræ reliquiæ Bruxellis extra aleam positæ sunt, & illic manserunt per sex menses. XI Maii an. MDCLXVII sacræ reliquiæ Gandavi exsulare coguntur, brevi tamen pòst ad monasterium reduces. V. Martii an. MDCLXXII, similiter & VI Junii anni proximè sequentis, iterum Gandavum cum sacris reliquiis fugiendum fuit. *Qua verò die redierint, non inventum in manuscriptis abbatiæ.*

ad alias civitates

56 Redeuntibus vel potiùs perseverantibus bellorum motibus, die 1 Septembris an. MDCLXXXIII sacræ beati Martyris nostri reliquiæ Teneramundæ apud Benedictinas ejusdem urbis latitare coactæ sunt. *At non inventum, quamdiu illic manserint.* XV Martii an. MDCLXXXIX sacræ reliquiæ belli casibus Montibus in Hannonia subductæ sunt, XV Aprilis ejusdem anni per Bruxellas ad monasterium reduces. *Hisce demum addit laudatus abbas:* Initio hujus seculi sacræ reliquiæ iterum aliò translatæ sunt; sed nuspiam inveni, ad quem locum, nec etiam quamdiu extra monasterium permanserint. *Ex tot reliquiarum* S. Adriani *translationibus, ea solùm de causa factis, ne in profanas impiasque manus inciderent, manifestè colliget studiosus lector, quanto in pretio habeantur, quantaque conserventur solicitudine. Quod verò spectat ad sodalitium* SS. Adriani & Nataliæ; *illud rursum instauravit seculo nostro Adrianus Roelants, qui abbatiam administrare cœpit anno* 1714. *Hisce expositis, agendum est de pluribus beneficiis, quæ clientibus suis contulit* S. Adrianus.

frequenter delatæ.

F

* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

metu hostium

Septembris Tomus III.

AUCTORE J. S.

§ VI. Conscripta S. Adriani beneficia ab anno 1510 usque ad 1517 : eorum datur pars prima.

Miracula ab anno 1510 ad 1517 Flandricè scripta, & deinde Latinè reddita,

Miracula ac beneficia S. Adriani, *licèt semper multa videantur fuisse, non eâdem diligentiâ semper fuere scriptis consignata. Ea diligenter annotare & enarrare cœpit Philippus Hannoiza, monachus* S. Adriani *& custos thesauri, dum facta suo tempore conscripsit, prout ea referebantur ab iis ipsis, quibus beneficia obtigerant, aliisque, qui adfuerant. Præstitit hoc sermone Flandrico, referens miracula ab anno 1510 usque ad 1517, quo fortè ad aliud officium transivit, aut morbo correptus obiit. Certè ibi scribere desiit. Scriptoris hujusce lucubratio jam olim communicata est Majoribus nostris, qui eam curârunt Latinè reddendam per presbyterum Societatis nostræ, sicut lego in exemplari Latino, cui hic præfixus est titulus :* Liber miraculorum S. Adriani martyris apud Gerardi-montem in Flandria, ubi singulariter colitur : quæ collecta sunt & Flandricè conscripta à domino Philippo Hannoize Religioso, & monasterii S. Adriani, quod ibidem est, thesaurario, ab anno MDX usque ad XVII, in Latinam linguam translata per R. P. Guilielmum Waringhem Societatis Jesu.

ex nostra interpretatione dantur.

58 *Præter hoc exemplar Latinum, habeo apographum Flandricum, quod humanissimus abbas ex ipso autographo mihi describendum curavit, ut cum Latina versione posset conferri. Verùm ubi hanc collationem instituere cœperam, versione Latina non utendum statui, sed novam interpretationem ex Flandrico apographo dandam, quòd laudatus interpres non satis studuerit omnes exprimere minutias, quibus major aut minor miraculorum evidentia non rarò innotescit. Accipe igitur, studiose lector, Miracula illa fideli magis quàm sublimi stylo Latinè reddita, quibus subinde aliquid elucidationis aliis litteris breviter interponam.*

C

Æger, qui mortuus credebatur, menti & sanitati restitutus,

59 Bergis ad Zomam (*civitas est Belgii fœderati in Brabantia*) quidam Joannes Volckaert nomine, annorum ferè triginta septem, cùm tribus mensibus æger lecto affixus fuisset, eò infirmitatis deductus est, ut sensu privatus, nihilque sumens nutrimenti, per horas viginti quatuor jacuerit in animi deliquio, ita ut animam exhalâsse atque ad aliam vitam translatus crederetur. Itaque uxor ipsius ferale afferebat linteamen, quo corpus involveretur. Hoc dum inchoabatur, ille menti restitutus est, Deumque & glorioſum martyrem S. Adrianum invocavit, gratias iis agens, quòd consolati illum essent, & ex dicto animi deliquio eduxissent. Mox quoque sanatus est : & cum multis vicinis suis huc ad S. Adriani reliquias religiosè visitandas se contulit ; pervenitque in festo Exaltationis sanctæ Crucis, anno MDX, mense Septembri.

item puella viginti duabus horis pro mortua derelicta.

60 In Normannia, in civitate Marla (*id oppidum est Theorascia in Picardia, nisi aliud sit in Normannia*) Catharina Le Josne puella graviter ægrotabat, & vim morbi utcumque sustinebat septem hebdomadis : cùm tandem ita fuit oppressa, ut viginti duabus horis tamquam mortua fuerit derelicta, & sic linteamine tecta jaceret, ita ut mater cum ipsius sororibus jam necessaria parâssent ad sepulturam. Postea frater ipsius Joannes * Le Josne, recordatus S. Adriani, in genua procubuit, piè ferventerque invocans ac rogans S. Adrianum, ut sorori suæ solatio esset. Mater quoque similiter pro filiæ salute in genua provoluta est ad caput filiæ, & in aurem ipsius S. Adrianum inclamavit. Mox illa cœpit signa dare intelligentiæ, & loqui, dicens : Adriane, Adriane, Adriane : recreataque est & statim sanata. Itaque cum aliis duabus huc peregrinata est nudis pedibus, ac munus aliquod obtulit, XXVIII Septembris, anno MDX. *Nomen fratris hujus puellæ, quod suprà* Joannes *exprimitur, ambiguè adeo scriptum & contractum erat in utroque apographo, ut de eo certus non sim, licèt conjiciam tale fuisse.*

D

* *fortè* Januarius

Quidam sanatus ex peste,

61 Quidam Brugis in Flandria stanneorum poculorum fusor, Everardus Adriaens nomine, Dordraci in Hollandia natus, in quinque corporis partibus correptus erat peste, & tam graviter ægrotabat, ut extremis morientium præsidiis ad mortem piè obeundam fuerit munitus. Deinde ei in mentem venit, S. Adrianum invocari ut patronum contra pestem. Cœpit igitur invocare S. Adrianum, ut sibi solatium præstet & subsidium. Hinc statim recreatus est, & brevi sanatus. Ægrotabat die festo S. Laurentii, & septimo pòst die erat sanus. Sanctum Adrianum invisit, eique donum obtulit die I Octobris, anno MDX.

E

aliter ex gravi morbo contractaque inde cæcitate,

62 In agro Furnensi (*Flandriæ est Furna oppidum cum agro adjacente*) quidam Petrus Wetters gravi adeo laborabat malo, ut inde cæcitatem contraheret, octo aut pluribus diebus continuatam, & calvitium, capillis omnibus excidentibus. Postea in memoriam revocavit, sanctum martyrem Adrianum afflictorum omnium esse consolatorem, ita ut Petrus ille cœperit orare Deum, & S. Adrianum piè invocare, voveus eum invisere, caputque cereum quatuor librarum eidem offerre, ut sic adipiscereturfolamen & sanitatem. Non multo pòst sanatus est, visumque recuperavit, ita ut hìc S. Adrianum viseret, donumque votum offerret, die X Octobris, anno MDX.

F

alius, qui diu in agonia fuerat,

63 In Grimbergensi territorio prope Bruxellas (*additur Belgicè loci nomen verisimiliter corruptum, ideoque à me omissum*) Joannes Lemmens graviter diu ægrotavit, ac eò tandem deductus fuit, ut mentis impos biduo in agonia jacuerit. Postea S. Adriani memoria ipsi incidit, & ab eo solamen consecutus est, ita ut mox intellectûs indicia dederit, & sanatus fuerit. Itaque dictus Joannes huc peregrinatus est, & declaravit prædicta, anno MDXI, die VIII Julii.

Vita puero submerso reddita,

64 *Sequenti miraculo hic præfixus est titulus :* Puer submersus vitæ restitutus. *Deinde sequuntur hæc verba Latina :* Ipso die Cathedræ S. Petri anno MDXI ; *ac mox Flandrica narratio hoc modo :* Gandavi quidam puer quadriennis, nomine Henricus Clements, ad pontem ligneum post S. Joannis ecclesiam, in Scaldim prolapsus, tribus horis, aut diutiùs, sub aquis fuit, ita ut nulla cuiquam esset dubitatio, quin puer esset mortuus & aquis suffocatus. Repertus deinde à quærentibus piscando est puer, positusque ad ripam fluvii, ut inspiceretur à magistratibus ad id deputatis. Advenerat interim pueri mater Barbara, mœsta admodùm. Hæc opem divinam implorabat, ac sancti martyris Adriani

A Adriani patrocinium. Mox puer ſigna dat vitæ, ac vivit; gaudente vehementer matre. Illa cum puero ſuo multiſque è vicinis ſuis huc peregrinata eſt, die x Julii, anno MDXI. *Dies & annus hîc iterum Latinè erant additi.*

ſanitas puellæ in extremis agenti,

65 Anno MDXI, die xx Maii, in pago, qui quinque milliaribus diſtat Cameraco, hinc (*id eſt, Gerardimonte*) milliaribus triginta, quædam puella octodecim annorum, Joanna nomine, filia Quintini Loy, villici in prædio, dicto Le Peziere, adeo erat ægra, ut viginti quatuor horis jacuerit ſine intellectu. Deinde prædictus ejus pater cyathum ſumit purâ aquâ impletum, ut aliquid ori ipſius infundat: id faciens, ſimul inclamat glorioſum martyrem S. Adrianum, eum rogans, ut dignetur filiam ſuam ſolari atque adjuvare, cum fiducia de eo, quod ter poſſit vitam hominibus prorogare. Poſt horæ quadrantem circitèr memorata ejus filia cœpit loqui. Prima autem verba, quæ proferebat, hæc erant: O SANCTE ADRIANE! SANCTE ADRIANE. Deinde brevi tempore integrè convaluit, ita ut eadem puella cum patre ſuo & ſorore nudis pe-
B dibus huc peregrinata venerit, & cum iiſdem munuſculum S. Adriano obtulerit die I Decembris præteriti.

rurſum vita puero aquis ſuffocato.

66 *Sequenti talis præmittitur titulus:* Puero ſubmerſo vita redditur. *Tum ſequitur:* In pago Evelghem (*fortè* Wevelghem, *qui pagus eſt*) uno milliari diſtans Cortraco, miraculum contigit in puero ſex annorum, filio Petri De Donckere. Hunc puerum perditum pater materque undique circa domum quærebant tribus ferè horis. Tandem mater invocare incipit S. Adrianum, ut dignaretur afferre ſolatium. Tum cogitat, puteum aquæ in horto ſuo eſſe, puerumque in illum incidere potuiſſe. Itaque acceptâ perticâ, tentat fundum, puerumque in eo deprehendit. Exſtraxit igitur, nullum ſenſûs aut vitæ ſignum in eo perſpiciens. Iterum S. Adrianum invocat, & puerum ponit ante focum. Deinde puer incipiebat vitæ indicia dare, recreabaturque & in vivis manſit. Pater & mater ejuſdem pueri huc peregrinati ſunt, & hoc miraculum declarârunt die IV Octobris, anno MDXI.

Negligentia voti implendi caſtigata:

C 67 Prodigium aliud contigit in monaſterio virginum prope Bruxellas, dicto Camera B. Mariæ. Hujus monaſterii abatiſſa, Maria Smols, cùm ægrotaret, S. Adriano ſe commendavit, tantumque eidem ceræ offerre promiſit, quantum corporis ſui pondere exæquaret: pondus autem illud erat centum & undecim librarum. Deinde moritur die XIV Julii anni MDXII: (*in Gallia Chriſtiana tom.* 5 *col.* 72 *mors ejus figitur* VI *Julii ejuſdem anni.*) Prædicti monaſterii Religioſæ votum iſtud neglexerunt, quòd eo ſe non obligari exiſtimarent, quia defuncta erat prædicta abbatiſſa. Sed quatuor poſt mortem diebus tantus ſtrepitus & fragor die noctuque in toto monaſterio auditus eſt, & in triduum continuatus, ut memoratæ Religioſæ in monaſterio manere non ſuſtinerent. Tunc recordatæ ſunt voti de cera offerenda, illudque perſolvere decreverunt. Curârunt igitur, ut confeſtim Bruxellis fingeretur imago cerea centum & undecim librarum; atque ita ceſſavit ſtrepitus. Prædictam autem imaginem ceream huc miſerunt per Joannem Geerds monaſterii vietorem & Antonium Baubeurs, qui hîc declarârunt præmiſſa verè contigiſſe, & imaginem attulerunt XXVI Julii, anno MDXII.

68 Gandavi anno MDXII, die XVI Julii, do-

mina uxor Rogerii Van Zonnemaere gravi decumbebat morbo, ita ut tandem ſex horis integris ſenſu omni orbata jaceret, & pro mortua jam haberetur. Tunc dictus maritus divinam implorabat opem, & S. Adrianum invocabat, vovens S. Adrianum inviſere nudis pedibus, priuſquam carne veſceretur; ita ut continuò peregrinationem illam ſuſciperet, relicta conjuge ſua in urbe prædicta. Quando domum revertebatur, peracta peregrinatione ſua, mox eum allocuta eſt uxor, dicens: Ubi fuiſti? Melius ego habeo, gravi illo dolore liberata. Illo autem reſpondente: S. Adrianum pro te inviſi; ipſa quoque ſtatim vovebat S. Adrianum cum domeſticis ſuis inviſere. Itaque hîc fuerunt, & peregrinationem ſuam perſolverunt die XVII Auguſti, anno MDXII: miraculumque iſtud declarârunt modo ſuprà dicto. AUCTORE J. S. *moribunda ad ſanitatem reducta.*

Paralyticus ſubitò ſanatus.

69 *Titulus, quem quibuſdam miraculis præfixum reperio, non verò omnibus, ante ſequens hic eſt:* Claudus ſubitò ſanatus. *Res ita refertur:* In pago Haltert prope Aloſtum (*in Flandria imperiali*) Joannes Decker, aliàs Vanden Boſſche, per novem menſes decubuerat tam claudus ac membrorum uſu deſtitutus, ut nullum membrum movere poſſet, in nullo quidquam ſentiret, quando anno MDXII, (*hic annus eſt in exemplari Latino, in Flandrico* MDXIII, *ſed mendosè, quantùm ex ordine Miraculorum opinor*) XX Julii, noctu inter horam undecimam & duodecimam, dormiens quadam viſione moneri ſe percepit, ut ſe commendaret S. Adriano, ejuſque opem imploraret. Simulac evigilabat, atque è ſomno aut è ſomnio excitabatur, invocabat S. Adrianum prædictum. Horâ verò tertiâ, ſive ſecuto poſt eamdem noctem tempore matutino, ſurrexit, ſumens duo fulcra ſubalaria, & huc peregrinans venit. Advenit horâ decimâ ante meridiem, die XX Julii, & fulcra memorata apud S. Adrianum reliquit in teſtimonium miraculi. *Quàm ſubita fuerit hæc paralytici potiùs quàm claudi ſanatio, unuſquiſque facilè videbit, modò conſideret, virum uſu omnium membrorum deſtitutum tribus aut quatuor horis poſt invocatum S. Adrianum è lecto ſurrexiſſe, atque eodem tempore matutino confeciſſe iter quatuor ferè milliarium Belgicorum, quibus pagus Halteri Gerardimonte circiter diſtat.*
E F

puer ad vitam revocatus.

70 Die Lunæ poſt Epiphaniam Domini, anno MDXII (*pro veteri more annum inchoandi à Paſchate, quem ſequitur auctor, ſed nobis* anno MDXIII) inſigne miraculum factum eſt in pago Ouskam (*lege* Ooſtcamp) uno milliari Brugis diſtante. Quippe quidam Joannes Bruneel, habitans in dicto pago, in diverſorio dicto SCABEK, novum ædificabat equile. At ventorum vehementiâ equile, necdum perfectum, concidit, oppreſſitque filiolum memorati Joannis Bruneel, Joannem item nominatum, & annos natum ferè quinque. Jacebat hic ultra tres horas ſine ullo vitæ ſigno, ita ut mortuus crederetur. Oculi extra palpebras propendebant ad digitos omnino quinque (*ita habet Latinus interpres, ſed cyfra Arabica, quæ hunc numerum in Flandrico innuit, uicumque ambigua eſt.*) Pater, mater, & avus pueri, multùm dolentes, in genua provolvuntur, & magna pietate Deum ſanctumque Adrianum rogant, ut ſolatio eſſe dignentur, ſimulque vovent inviſere S. Adriani reliquias. Continuò prædictus puer ſenſum recipit, & membra movere incipit: ac deinde bre-

AUCTORE I. S.

vi omnino ſanatus eſt. Itaque memorati pater, mater, & avus, magnâ affecti lætitiâ, hìc fuerunt cum puero XXVI Aprilis, anno MDXIII, & hìc teſtati ſunt, dictum miraculum verè contigiſſe, prout relatum eſt, præſentibus domino Adriano Van Belle decano decanatûs Gerardimontenſis, & domino Adriano Buydins presbytero.

§ VII. Proſecutio miraculorum ex eodem Ms., & ejuſdem ſcriptoris.

Miles in pugna periculoſa illæſus, deinde carcere liberatur,

B

Die V Junii, anno MDXIII, Patavii in Lombardia (*imò in ditione Veneta*) contigit cuidam Guilielmo Broc militi, ut, cùm à Venetis hoſtibus impeteretur, ſeptem vicibus percuteretur telis ex arcu jaculatis, quæ omnia excipiebat illæſus, quòd in peram ejus inciderent, ſicut Deus volebat & S. Adrianus, cui devotè quotidie ſervierat. Attamen captus erat, pedibuſque ferro conſtrictis impoſitus cuidam cubiculo. Quare Dei opem ferventer implorabat, & S. Adrianum invocabat, vovens huc venire, ad viſendum S. Adrianum, ut vitam conſervaret, & carcere evaderet. Poſt triduum reperiebat ſe compedibus ſolutum, & cubiculum, in quo poſitus erat, apertum. Egreditur igitur cubiculo, & conſequenter dicta urbe, nemine petente, quò iret, aut quis eſſet. Deinde huc venit, & munuſculum S. Adriano obtulit die feſto S. Michaëlis, anno MDXIII. Tunc domino theſaurario declaravit, miraculum ſuprà dictum contigiſſe eo, quo relatum eſt modo: reliquitque apud S. Adrianum peram ſuam, & quædam ex prædictis telis. *Hactenus laudatus ſcriptor, qui fortè hìc duo facta nimiùm conjunxit. Etenim vehementer ſuſpicor Guilielmum illum fuiſſe militem Maximiliani imperatoris, qui anno 1509 Patavium cepit: ſed Veneti eodem anno urbem receperunt, per cives cum militibus Venetis in urbem intromiſſis præſidium cæſareum improviſo aggredientes. Si de hac pugna*

C

agatur, Guilielmus in annum quartum diſtulit votum ſuum. Fortè de illa pugna primùm agitur: deinde verò alia occaſione captus fuerit anno 1513; niſi utrumque hoc anno ſit factum in velitatione quadam mihi ignota.

puer aquis ſuffocatus ad vitam revocatur,

72 *Sequens miraculum hunc habet titulum:* Puer, aquis ſuffocatus, vitæ reſtitutus. *Et ſic refertur:* Die III Aprilis, anno MDXIII, (*juxta hodiernum morem anno 1514*) ante Paſcha, in pago Veroncheau prope Hesdinum in Gallia (*in Arteſia nimirum Gallis ſubdita*) Joannes Dorfort miſit filium ſuum Judocum, octavum ætatis annum agentem, ſerò veſperi ad pratum domo ſatis diſtans, quod aquâ cingebatur, ut pullum quemdam adduceret. Pater materque, cum viderent puerum non reverti domum, jamque noctem adveniſſe; ſimul ad pratum iverunt filium quæſituri. Fruſtrà ipſum quæſiverunt tota nocte, donec demum mane invenerunt in prædicta aqua ſubmerſum. Extraxerunt jacentem pronum in pectus ex aqua. Deinde curârunt advocari magiſtratum loci, ut corpus viſitaretur. Poſtquam magiſtratus advenerat, & corpus viſitaverat; pater materque in genua provolvebantur, magnâque triſtitiâ Deum & S. Adrianum flagitant ſolatium. Poſthæc prædictum puerum ſuum tulerunt domum, poſueruntque ante ignem, iterum flexis genibus Deum & S. Adrianum obſecrantes, præſente prædicto magiſtratu & vidente: voveruntque huc venire ad piè inviſendum S. Adrianum. Deinde puer ſtatim incipit ſigna vitæ præbere, ac membra movere, evomens porrò inter ſex & ſeptem aquæ cantharos *, ita ut breviſſimo tempore pòſt fuerit ſanatus. Pater materque unà cum puero hìc fuerunt in pervigilio Paſchatis præteriti, miraculumque modo prædicto declarârunt domino theſaurario, præſentibus Luca De Stul & Joanna Raeſchaert. *Hactenus auctor, qui fortè luxavit nomen pagi, in quo factum eſt miraculum: nam* Veroncheau *in tabulis Arteſiæ non reperio.*

D

* ſloopen

Urbs Luxemburgum peſte ſemel

73 *Sequens beneficium hoc inſignitur titulo:* Urbs Luxemburgum peſte liberata. *Quod ita narratur:* Anno MDXIV magna Luxemburgi regnabat ex peſte mortalitas, quâ quotidie ex vita abripiebantur cùm die tum noctu perſonæ quinquaginta aut ſexaginta, ita ut urbs tota in maximo eſſet luctu & deſolatione. Quapropter unanimiter Luxemburgenſes ſe Deo commendaverunt & S. Adriano, inſtitueruntque ſupplicationem generalem, adjecto voto mittendi ad S. Adrianum figuram cordis argenteam. Nuncupato voto illo, mox ceſſavit ita peſtis, ut ab illo die nullus deinde peſte moreretur; omneſque, qui jam tum peſte laborabant, ſanitatem recuperaverint. Hac de cauſa cives memoratæ urbis communi conſilio huc miſerunt nuntium, qui prædictam cordis argentei figuram portavit die XXVIII Maii, anno ſuprà dicto. Cor illud pendet ante reliquias S. Adriani, ut videri poteſt.

E

iterumque liberata,

74 *Hoc loco adjungitur ſimile beneficium Luxemburgenſibus præſtitum, licet toto ſeculo ſeriùs contigerit, nec ab eodem ſcriptore ſit relatum, ſicut etiam non eſt in verſione Latina. Illud Latinum facio ex Flandrico, ut feci de aliis omnibus.* Anno MDCXXXV (*imò 1633*) prædicta urbs Luxemburgum iterum peſte laboravit, iterumque S. Adriani martyris opem cum fiducia imploravit. Deinde die III Septembris prædicti anni per duos Fratres Minores huc deſtinârunt cor aureum & ſolem item aureum S. Adriano oblata. *De utroque beneficio Luxemburgenſibus præſtito breviter meminit Ruteau in Vita pag. 179 & 180. Litteras, quas magiſtratus Luxemburgenſis anno 1635 de utroque beneficio ad abbatem* S. Adriani *ſcripſit, mihi ex tabulario abbatiæ communicavit abbas hodiernus. Itaque eas in confirmationem utriuſque huc transfero.*

F

ut etiam teſtantur litteræ magiſtratûs Luxemburgenſis.

75 Admodùm Reverende præſul. Memores accepti beneficii anno MDXIV, & ante biennium, tempore nimirum tunc contagioſo, ad invocationem glorioſi martyris ſancti Adriani, monaſterii veſtri patroni, nos infraſcripti civitatis Luxemburgenſis conſul & ſcabini, erga prædictum Sanctum grati animi ergò, hoc cor aureum omnium incolarum ac civium nomine per hos Fratres Minores ſuperioris ſui permiſſu mittimus ac dicamus, perquam obnixè ac humillimè deprecantes, quatenus R. V. D. cum ſuis noſtram hanc civitatem & nos incolas omnes, memorato veſtro Patrono addictiſſimos, in ſuis Sacrificiis ac precibus commendatos habere dignetur. Dabamus Luxemburgi XXV Auguſti, anno MDCXXXV. V. admodum R. Paternitati addictiſſimi & obſequioſi. *Subſcripti erant:* Georgius Nilder-

A Nilderhorn consul Luxemb. W. Scuts scabinus. H. Colm scabinus. *Guilielmus Hardigny, qui Vitam* S. Adriani *eodem anno scripsit, & sequenti Luxemburgi edidit, utrumque beneficium refert pag. 96 & sequentibus; observatque pag. 98 etiam anno 1635 initia quædam pestilentiæ fuisse Luxemburgi, sed ea cessâsse, missо hoc dono ad* S. Adrianum, *ita ut insinuet id tertium fuisse Sancti in Luxemburgenses beneficium. Cetèrùm quod suprà dicitur de sole aureo ad* S. Adrianum *missо, nec in litteris invenio nec in Vitis. Existimo igitur id esse ornamentum cordi aureo additum, & ideo non fuisse memoratum. Redeamus modò ad ordinem temporis, à quo nonnihil deflexímus.*

Mulier osse gutturi periculosè infixo liberatur,

76 *Sequens beneficium sic inscribitur:* Mulier liberatur osse gutturi infixo. *Res narratur hoc modo:* Die XII Novembris, anno MDXIV, Londini in Anglia, mulier quædam quadraginta circitèr annorum, nomine Christina Pieter, mensæ accumbebat cum octo vicinis ad manducandum: manducans autem ex appositis os gutturi infixit, quod inhærebat pertinaciter. Quare illa se invertebat, facieque fiebat tam atra, B ut colorem panni referret nigri: quin & humi concidit à mensa, jacuitque mortuæ similis sine ullo sensûs indicio, ita ut circumstantes crederent defunctam esse. Hinc præsentes omnes genua flectunt, pioque fervore invocant gloriosum martyrem S. Adrianum, opem ejus flagitantes & solatium pro muliere prædicta. Deinde brevissimo pòst tempore ad se redit, intellectûs dans indicia, & memoratum os gutture ejiciens. Ipsa igitur huc peregrinata venit cum omnibus, qui prædictæ mensæ accubuerant, die IX Julii, anno MDXV: atque huc attulit os memoratum.

adolescens peste,

77 *Sequenti rursum titulus præfixus est talis:* Adolescens subitò liberatus peste. *Factum accipe:* Die Jovis XXII Junii, anno MDXIV, insigne miraculum contigit in pago Sautain, uno milliari Valencenis distante. Ibidem filius cujusdam Petri d'Argent, nomine Mathæus, natus annos circitèr septemdecim, peste infectus erat in sex corporis partibus, laborabatque graviter, sine rationis usu jacens, & sine nutrimento. Pater materque, cernentes magno periculo doloC rique magno expositum esse, ipsique etiam multùm dolentes, cœperunt ferventer Deum orare, & invocare magnum martyrem S. Adrianum, ut ipsum dignarentur recreare, & ipsos conservare. Continuò ille se movere incipit, & sanæ mentis dare indicia, dicens: Melius habeo: morbo liberatus sum. Extemplo parentes voverunt cum prædicto filio, & cum domesticis suis S. Adrianum invisere. Itaque hìc fuerunt cum vicinis suis, & peregrinationem suam perfecerunt, die XVIII Augusti, anno prædicto. Miraculum modo jam expositо declaraverunt domino thesaurario, præsentibus D. Laurentio Hannoize presbytero, & Oliverio de Cruidemeere presbytero.

mulier gravissimâ infirmitate,

78 Die XIX Junii, anno MDXV, in pago Otteghem juxta Eerdeghem (*item pagum*) in comitatu Alostano (*uterque pagus distat Alosto non multo ultra milliare unum*) uxor Petri Van Horenbeke, dictâ Gudula, subitò correpta est gravissimo morbo, ita ut continuò flagitaret extrema morientium Sacramenta. Parochus, comitante ædituo, mox adveniens, ea ipsi administravit, reque peracta discessit, eam relinquens in statu misero & periculosò. Confusi hi erant, multúmque timebant, quòd malum tam velociter progrederetur. Paulo pòst prædicta mulier ad agoniam deducta est, manibusque ejus infertus est cereus consecratus. Maritus eam ad luctam adhortabatur, fidéique symbolum in aures insusurrabat, quantùm poterat; quòd abesset prædictus parochus; & vicini similiter è longinquo pia eidem suggerebant monita. Cùm mulier prædicta in eo jaceret statu, & mortua videretur; maritus ipsius & vicini memorati inceperunt multa cum pietate Deum orare, & sanctum martyrem Adrianum invocare: fixaque in ejus patrocinio omni sua fiducia, prædictam mulierem eidem obtulerunt, ferventer obsecrántes, ut eam solari dignaretur & sanare. Hisce factis, prædicta mulier paulo pòst recreabatur, & ad se redibat, ita ut mox surgeret, & se ad hortum suum conferret. Maritus ipsius & vicini, ea cernentes, multùm angebantur, quòd crederent eam urgeri mortis angoribus. At mulier eadem ab illo tempore sana mansit, omni carens morbo. Invisit autem S. Adrianum cum prædicto marito suo, nudisque pedibus peregrinationem suam perfecit intra diem tertium, postquam tam gravi afflicta fuerat infirmitate. Hæc omnia ut vera debitis declarationibus & attestaE tionibus confirmata sunt coram memorato parocho, D. Henrico Muers, Christophoro Corthals prætore rusticano, & pluribus aliis prædicti pagi, die X Julii, anno MDXV.

& vir morti instante,

79 In pago Reume, duobus milliaribus supra Tornacum in via versus Duacum, Joannes Van Troye gravi ac diuturno afflictus jacebat morbo, & jam sex hebdomadis loquelâ carebat, tandemque tribus diebus baculi instar rigescebat, & frigescebat instar glaciei: memoriâ tamen utcumque semper valebat & intellectu; mentemque semper habebat in Deo fixam & in S. Adriano, usque ad diem Veneris ante Dominicam Palmarum præteritam. Tunc ita invalescebat morbus, ut nihil in eo superesset, morsque exspectaretur in momenta singula. Eo tempore uxor ipsius magna pietate cœpit S. Adrianum fervidè invocare, vovitque huc peregrinari ad eum invisendum. Eodem autem die maritus ipsius loquelam recipiebat, & continuò cœpit sanari. Prædicti Joannes atque uxor ipsius, F uti & Collardus * & Georgius Van Troye, fratres Joannis, hìc fuerunt die XII Maii, anno MDXVI, testatique sunt unanimiter, memoratum miraculum ita factum esse.

* *fortè* Nicolaus

§ VIII. Prosecutio miraculorum ex eodem scriptore.

Puer jam stramini impositus

ANno MDXV circa festum Omnium Sanctorum Bruxellis in Brabantia puer decem ferè annorum, nomine Claudius Van Brueseghem, cujus mater erat Gertrudis Wouters, vidua Ægidii Van Brueseghem piæ memoriæ, ultra medium annum gravi tristique laboravit morbo, dysenteriâ nimirum. Quo morbo tamdiu conflictatus, eò deductus est tempore jam memorato, ut in agoniam inciderit ad tres quatuorve horas continuatam, ita ut nullum ampliùs in eo agnosceretur vitæ indicium, depressâ jam pupillâ oculi dexteri fractâque tamquam mortui. Monia-
les, quæ pueri illius curam habebant, eum imposuerunt stramini, rogàruntque vicinos ac præsentes omnes, ut singuli piè recitare vellent psal-

AUCTORE J. S.

mum DE PROFUNDIS aut orationem Dominicam pro anima prædicti adoleſcentis. Mater mœſta admodùm de puero ſuo, quia unicus ei erat, (licèt ſarcophago imponendus jam eſſet & ſepulturæ tradendus) cogitare tamen cœpit ſanctum martyrem Deique amicum Adrianum poſſe vitam prorogare tribus vicibus, modò quis perfectam de eo habeat fiduciam.

ad vitam revocatur,

81 Hæc porrò mulier ſive mater illius reminiſcens, mox cum lacrymis flexit genua juxta filium, oculoſque in cælum elevans, dixit: O digne ac magne domine S. Adriane, conſolator omniùm, qui de te confidunt, ora optimum Dominum noſtrum, ut patrocinio tuo aliquod miraculum edat in filio meo, hîc coram me jacente: inviſam locum tibi dicatum cum puero meo, & cum eodem ſarcophago, in quo nunc jaceret. Simulatque abſoluta erat hæc oratio, moniales, quæ erant præſentes, aſpexerunt puerum, & in eo viderunt vitæ indicia, dicentes, lætoque animo clamantes ad matrem & ad omnes præſentes, charum ipſius puerum oculos aperire, omniaque ipſius membra motu agitari incipere. Dixerunt eædem Sorores omnibus, facilè illum fore miraculi puerum. Deinde brevì admodùm pòſt ſurrexit, obtentaque ſanitate, omni liberatus fuit morbo. Porrò huc peregrinatus eſt cum prædicto ſarcophago, qui hodieque videri poteſt in ſacello S. Adriani. Mater verò hîc præſens cum ſex è vicinis ſuis miraculum cum iiſdem teſtata eſt coram domino theſaurario, & D. Adriano Buydins presbytero, Adriano Genderye, Oliverio De Cruydeneere ædituo, & pluribus aliis tamquam teſtibus, die XXVIII Junii, anno Domini MDXVI, in pervigilio SS. Petri & Pauli.

B

alter item, qui mortuus erat natus.

82 *Sequens miraculum hoc titulo gaudet:* Puer à morte reſuſcitatus. *Quod ita refertur:* In pago Berlens, tertia parte unius milliaris Sueſſionibus diſtante, Wilhelmina uxor Rolandi Rapillaert, die feſto S. Georgii martyris (*id eſt*, XXIII *Aprilis*) anno MDXVI., puerum peperit mortuum, qui & octo horis talis permanſit. Prædictus autem Rolandus, antequam uxor ipſius parturiebat, voverat & dixerat, nomen domini ſui S. Adriani naſcituro infanti imponendum, ſive puer eſſet ſive puella. Tunc verò idem Rolandus ſe contulerat ad vineam ſuam, quarta parte unius milliaris domo diſſitam, ubi nuntium accepit de nato ſibi ex prædicta uxore puero mortuo. Mox igitur domum revertitur, ibique videns puerum mortuum, in genua procubuit, ferventiſſimè orans Deum & S. Adrianum, ut ſibi adferrent ſolatium: fixaque omni fiducia ſua in S. Adriano, puerum ſuum mortuum ferri curabat ad monaſterium S. Marci, quod eſt in eodem pago. Ibidem puer cuidam impoſitus eſt altari, paterque cum omnibus vicinis ſuis multa cum devotione invocavit S. Adrianum memoratum. Itaque prædictus ipſius puer cœpit vivere, claraque dedit omnibus vitæ ſigna. Quare in eodem altari, præſente monaſterii abbate, baptizatus eſt puer, qui deinde vixit uſque ad horam undecimam ante meridiem ſequentis diei: ſepultus quoque eſt in eodem monaſterio. Prædicti verò pater & mater hùc peregrinantes venerant, declarabantque memoratum miraculum die XIV Auguſti, anno MDXVI; pater verò peregrinationem illam inſtituerat ferè nudus, & vix ullis tectus veſtimentis.

C

83 In pago Monchy la Gache, diſtante tribus milliaribus Peronâ (*in Picardia provincia*) quidam Joannes Caproen, jam triennio ferè defunctus, videndum ſe ſpecie columbæ candidæ obtulit filiæ ſuæ Jacobæ Caproen die XXII Aprilis, anno MDXVI poſt Paſcha, & tempore veſpertino. Præcipiebat autem ipſi, ut ſequenti die Dominica curaret celebrari Sacrum in paroecia ſua ad altare S. Adriani, ubi ſanandum erat brachium ipſius dexterum, quod ille ei diſtorſerat. Hoc reipſa ſic contigit poſt Offertorium ejuſdem Miſſæ. Mandabat inſuper, ut deinde peregrinaretur Gerardimontem ad S. Adrianum; quod ſe facturum pro ipſa promiſerat uno ferè anno antè mortem ſuam. Cùm autem filia, ſuſcepto itinere, hinc aberat dimidio milliari, ſic fuit gravata, ut incedere non poſſet, niſi magno cum dolore, & præcipuè cùm propinquabat ad civitatem, humi dejecta eſt tali modo, ut à comitibus viæ ferenda fuerit in ſacellum S. Adriani, ubi & muta fuit.

D

Mulier à defuncto patre votum perficere juſſa,

varia in via & Gerardimonte patitur.

84 Ubi devotioni ſuæ ſatisfecerant, quando fratres ipſius theſaurario & aliis rem narrabant, varii circumſtantes audiverunt vocem ſibi vicinam quaſi columbæ gementis: & mox dicta Jacoba exclamabat, ſe liberatam eſſe moleſtiis ſpiritûs iſtius, ſurgebatque ac veniebat ante altare ad precandum. Deinde ad cœmeterium egreſſa, ſcipionem abjecit, & ſine ſcipione Audebergam ivit. Poſtridie verò, die XXIX Aprilis, dum ſurgebat, iterum diſtorquebatur brachium ipſius, obverſum uſque ad dorſum; nec illud movere poterat. Hoc in ſtatu venit ad eccleſiam: at poſt Offertorium primæ Miſſæ, quam curabat celebrari ante thecam reliquiarum S. Adriani, ſanatum eſt ipſius brachium, videntibus domino Adriano Buyens presbytero, qui celebrabat Miſſam, multiſque circumſtantibus cum ſuis comitibus.

E

Puer, qui mortuus cenſebatur ab omnibus, vitæ aut certè ſanitati redditus:

85 Die XXI Septembris, anno MDXV, in pago Gashele, (*imò* Gaſtel) prope oppidum, quod Veterem-ſilvam, (*vulgò* Oudenboſch) vocant (*in Brabantia ditionis fœderati Belgii*) puer duorum annorum & medii, nomine Hubertus, cui pater erat Nicolaus Adriaens, mater Antonia, ſubitò correptus eſt tam gravi morbo, ut mater aliique præſentes nihil in puero obſervare poſſent tribus horis aut etiam diutiùs, niſi mortuum eſſe omnino, non halitum, nec ulla alia in eo deprehendentes vitæ ſigna. Mater de caro filio mœſtiſſima cum vicinis ſuis, cœpit cogitare de imploranda ope divina, & de invocando glorioſo martyre S. Adriano. Hoc ubi cogitaverat, & cum omnibus vicinis ſuis promiſerat, quantum erat pueri pondus, tantum ex æquo pondus ſe oblaturam auri, argenti, lini, ceræ, & tritici; mox puer prædictus ad ſe rediit, ſignaque vitæ ipſis edidit: deinde poſt mediam horam tam erat rectè habens & ſanus, quàm ullus ibidem præſentium. Huc quoque peregrinatus eſt cum patre, matre, & vicinis die X Junii (*anno haud dubiè* 1516.) Miraculum verò memoratum modo expoſito declaraverunt domino theſaurario, præſente domino Adriano De Vos urbis ſacellano, aliiſque pluribus. *Ita auctor, qui dubium reliquit votum de offerendo auro, argento, lino, cera & tritico pro pondere pueri. At exiſtimo, non ex ſingulis, ſed ex omnibus ſimul pondus fuiſſe aquandum.*

F

item mulier è ſcalis lapſa & pro mortua habita:

86 Die XXIII Novembris, anno MDXV, Sueſſionibus in Gallia, uxor Joannis Deſmaſures, dicta Margarita, nata annos viginti quatuor aut circitèr, dum erat in ſolario, ubi frumentum ipſius jacebat, lapſa fuit è ſcalis, ad gradus octodecim

AUCTORE J. S.

§ IX. Profecutio Miraculorum ab eodem ſcriptore relatorum.

M*Iraculum, quod ſequitur in apographo, hunc habet titulum:* Vir, qui mortuus credebatur, à peſte ſanatus. *Id narratur hoc modo:* Die XXII Auguſti, anno MDXVI, inſigne factum eſt miraculum in pago Hilaert, in ſuperiore Campania Gallica. Quidam ibi Guilielmus Riot (*apud Hardigny, qui idem narrat pag.* 91 Riol *ſcribitur*) peſte tam graviter laborabat, eóque tandem deductus erat, ut pro mortuo fuerit derelictus. Moniales, quæ eidem ſervierant, corpus contexerunt, paraverúntque & conſuerunt amiculum tamquam defuncti. Poſtquam omnia ad ſepulturam præparaverant; filius ipſius, octodecim annos natus, recordatus eſt magni martyris Adriani, cœpitque orare Deum & magnum martyrem S. Adrianum invocare ſine intermiſſione ultra quinque horas continuas, ferventer eum obſecrans, ne ſineret prædictum patrem ſuum ſepeliri.

Vir ex peſte, ut certè credebatur, defunctus E

90 Præterea rogabat prædictas Sorores, ut vellent memoratum patris ſui ferale amiculum diſſuere, ut fecerunt: ille enim omnem ſpem ſuam locaverat in S. Adriano. Prædictus Guilielmus ſtatim cœpit ſe movere, & ſigna dare intellectûs, dicens: Laus Deo, & glorioſo martyri S. Adriano: melius habeo. Deinde brevì prorſus convaluit; vovitque inviſere prædictum dominum S. Adrianum. Itaque pater & prædictus ejus filius hìc fuerunt, perfeceruntque peregrinationem ſuam die VIII Octobris, anno MDXVI, ac ſimul attulerunt ferale amiculum, quod videri poteſt ſuſpenſum in ſacello S. Adriani: miraculum autem declaraverunt modo ſuprà ſcripto.

reſuſcitatur aut ſanatur:

91 *Titulus ſequenti præfixus hic eſt:* Mulier gravibus partûs doloribus liberata. *Tum ſequitur hæc relatio:* Anno MDXV factum eſt præclarum miraculum in pago Driel, prope Bommeliam Geldriæ civitatem (*duobus ferè milliaribus Bommeliâ diſtat, jacetque ad Moſam.*) Ibidem Bartholomæa, uxor Matthæi Berwaerts, graviter parturiebat à die Lunæ in hebdomada Paſchali uſque ad diem Mercurii, nec poterat parere. Omnes mulieres ibidem congregatæ in gravi illo labore, mœſtæ admodùm, quòd eam in tali viderent ſtatu, receſſerunt, eamque pro mortua deſeruerunt, corpore prorſus frigido, excepto corde, (*verba Belgica ſunt ambigua, atque etiam exponi poſſunt*, ſine cordis motu, *ad litteram* ſine corde.)

mulier ex diuturnis partûs doloribus pro defuncta habita, F

92 Poſtquam ibi jacuiſſet à die Lunæ uſque ad dictum diem Mercurii nullum dans vitæ ſignum; maritus ipſius, quando ſolus erat, ferventi devotione Dei opem imploravit, & magni martyris S. Adriani: fuſiſque precibus ſuis, ſtatim vitæ indicium in conjuge ſua deprehendit: mox quoque hæc ſola infantem peperit; Deoque & S. Adriano gratias egit de obtento beneficio: & demum intra mediam horam prorſus fuit ſanata. Peregrinationem ſuam inſtituit die XXX Maii, anno MDXVII, omniaque declaravit domino theſaurario, præſentibus domino decano decanatûs Gerardimontenſis, ac domino Waltero Vanden Nieuwendorpe, & pluribus aliis.

ſola deinde parit.

93 Die

A decim elevatis, in terram. Maritus & liberi ipſius, lapſam videntes, credebant mortuam. Maritus fidei ſymbolum eidem recitando ſuggerebat, & jubebat advocari vicinos, qui eò perlati, ſimiliter fidei ſymbolum ſine intermiſſione eidem inſuſurrabant. At illa nullum dabat ſignum intellectûs. Tum ipſam poſuerunt prope ignem: & quatuor integris horis ſine vitæ indicio permanſit. Itaque maritus, liberi, & vicini in genua procubuerunt, piè Dominum obſecrantes & magnum S. Adrianum, ut ipſam recreare & conſervare dignentur. Mox incipit ſe movere, & ſigna dare intelligentiæ; recreataque eſt & in vivis manſit. Prædicti maritus & uxor cum aliquot vicinis huc venerunt peregrinantes die XIV Januarii anni memorati (*qui nunc numeratur ſequens, ſeu* 1516:) declarâruntque domino theſaurario miraculum contigiſſe eo, quo relatum eſt modo.

mulier triduo parturiens, & tandem derelicta tamquam mortua, B

87 *Sequenti præfixus eſt hic titulus:* Mulier cum infante in parturitione à morte ſervata. *Factum ſic narratur:* Die I Maii, anno MDXVI, in pago Engelen, qui uno circitèr milliari diſtat Silva-ducis, ſituſque eſt ad aquam (*ad canalem videlicet, in Brabantia Hollandis ſubjecta*) domina uxor Joannis Adriaenſens De Bekelaere, prætoris prædicti pagi, incidit in dolores partûs maximos & acutiſſimos, tantoque expoſita fuit periculo, ut continuò accerſerentur omnes obſtetrices, quæ degebant in civitate Silva-ducenſi, ad dominam conſilio ac ſententiâ ſuâ juvandam, ut pareret. Omnes hæ obſtetrices ibidem congregatæ in prædictis parturientis doloribus acerbis, & in triduum continuatis, non poterant nec ſciebant juvare memoratam dominam, ut partu ſolveretur, quia puer procedebat contra naturam: quam rem mulieres rectiùs intelligunt quàm viri. Omnes mulieres præſentes, magnâ affectæ triſtitiâ propter dominam iſtam in tanto conſtitutam periculo, ut crederent animam deceſſiſſe à corpore, cœpta intermiſerunt, domumque omnes redierunt, exiſtimantes prædictam dominam omnino eſſe defunctam.

invocato per maritum S. Adriano, ſola feliciter parit. C

88 Ubi omnes illæ mulieres inde diſceſſerant, prædictus prætor caram ſuam uxorem cum dolore aſpexit, procidenſque mox in genua cum omnibus domeſticis ſuis, devotè invocavit dignum magnumque martyrem S. Adrianum, ut vellet miraculum aliquod impetrare in ſua conjuge ibidem jacente inſtar mortuæ. Mox illa ad ſe rediit, & ſine auxilio cujuſcumque mulieris peperit infantem elegantem, qui deinde uno menſe ſupervixit. Itaque ſtatim voverunt piè inviſere Sanctum digniſſimum cum domeſticis ſuis & vicinis omnibus, qui illic erant proximi. Huc autem peregrinantes venerunt die XVII Septembris anni ſuprà dicti, declaraveruntque modo jam dicto miraculum domino theſaurario, præſentibus D. Adriano Van Belle decano decanatûs Gerardimontenſis, magiſtro Joanne Vanden Broeke presbytero, Joanne Zeghers, Joanne De Knibber, & pluribus aliis.

AUCTORE J. S.

Vir cum domesticis suis ex peste sanatus.

93 Die XXVIII Septembris, anno MDXVI contigit illustre miraculum in urbe Dunkerca. Defuncta ibidem ex peste cujusdam Nicolai Van Belle uxore, pestis mox quoque infecit quatuor ex liberis ipsius domi agentes & ancillam ipsumque Nicolaum prædictum, qui in tribus corporis partibus erat infectus. Decumbebant multùm ægrotantes ac desolati, nihil nutrimenti sumentes. Prædictus verò Nicolaus sat bonâ erat memoriâ & intellectu. Hic in genua procubuit magna cum pietate, diligenterque sine intermissione Dominum cæli, & glorioſum martyrem Deique amicum S. Adrianum, tamquam de eo omnino confidens, ferventer invocans, ut solatium tutamenque impertiretur ipsosque à morte servare dignaretur, quandoquidem posset ter hominum vitam prorogare, patronusque esset contra pestem. Vovebat etiam cum domesticis suis invisere S. Adrianum, secumque ferre ceream imaginem pondere sibi æqualem. Porrò paulo pòst omnes fuerunt sanati. Huc autem venit cum liberis suis quatuor, cum uxore nova multisque vicinis, peregitque peregrinationem suam cum prædicta imagine cerea, quæ videri
B quotidie potest in sacello ante S. Adrianum. Venit autem intra dies Pentecostes anno suprà dicto. Declarârunt verò domino thesaurario, miraculum verè contigisse, prout expositum est.

Mulier à defuncta matre monetur Gerardimontem peregrinari,

94 Die III Octobris, anno MDXVI, in pago Vally prope Monstrolium (*in Gallia*) Joanna Le Fevre, uxor Jacobi Du Bois, cùm ad hortum suum se contulisset, ut ibi aliquid oleris colligeret, ibidem vidit sibi apparentem matrem suam, triennio antè defunctam, ea specie & figurâ, quâ vivere solebat in terra. Hæc autem dicebat: Joanna filia mea, noli expavescere, ego sum mater tua. Nôsti, dum vivebam, me voviſſe pro te ægrotante peregrinationem Gerardimontensem ad S. Adrianum. Hanc peregrinationem promisisti te susceptura: quod non feciſti: ego autem sum in pœnis purgatorii. His ita dictis, disparuit. Prædicta Joanna de hisce nihil marito indicat, nihil alteri cuipiam.

idque primùm negligens, malè excipitur;
C

95 Post octo dies tempore matutino, quando prædicta Joanna ignem accendebat, memoratum spectrum eidem iterum apparuit Joannæ, eamque conjecit in angulum quemdam culinæ, ut jaceret instar mortuæ. Dicebat autem filiæ suæ: Jam octo præterierunt dies, postquam te monui, ut peregrinationem ad S. Adrianum, quam pro te vovi, perficeres: at tu necdum illud feciſti: nulla tibi erit requies, donec illud perfeceris. His ita factis, maritus prædictæ Joannæ veniebat ad culinam, ubi invenit uxorem suam instar mortuæ jacentem: id autem cernens, provolutus est in genua, piissimè obsecrans Dominum nostrum Jesum Christum, ut uxor ad se rediret. Paulo pòst illa incipit loqui, & continuò rem totam marito suo prolixè exposuit, dicens memoratam peregrinationem omnino suscipiendam esse ac perficiendam.

Suscepta igitur peregrinatione, varia patitur.

96 Itaque ob rationes has omnes prædictus Jacobus, & uxor ipsius cum multis vicinorum suorum susceperunt istam peregrinationem: memorata verò Jacoba, postremo semper incedens loco, spectrum matris suæ specie, aut figurâ puellæ innuptæ, sibi præire videbat per viam totam, donec pervenerint in territorium Gerardimontense ante portam Huneghemiensem, ubi eadem Joanna humi lapsa est, jacuitque ad quartam circitèr horæ partem mortuæ iterum similis: deinde sibi reddita est, ductaque ad ecclesiam S. Adriani in sacellum, ubi rursum detrusa aut conjecta est in angulum tamquam exanimis; jacuitque ibidem sat longo tempore, donec dominus thesaurarius afferebat eique exosculandas præbebat reliquias sive brachium glorioſi amici Dei & martyris S. Adriani: mox verò post osculum sacris reliquiis datum menti est restituta, oculos aperiens dicensque: Laus sit & gratiarum actio Deo & S. Adriano: absolvi peregrinationem, quam pro me voverat mater mea. Deinde prædicta prodigia prolixè modo jam expoſito narravit die festo S. Lucæ (*id est* XVIII *Octobris*) quando Vesperæ decantabantur in ecclesia parœciali, præsentibus magistro Petro, directore secundario in schola Fratrum, Gaspare De Clercq, Adriano Van Borrem, Adriano De Mey, & pluribus aliis usque ad triginta. D

Puer, ex loco elevato labens, servatur illæsus:

97 Anno MDXVI (*nunc* 1517) die XII Martii insigne factum est miraculum in Bressia provincia in Sabaudia (*tunc Bressia erat juris Sabaudiæ ducis, at nunc est regis Galliæ.*) Antonius De Scavaines filium habebat triennem ferè, nomine Claudium, puerum elegantem. Lapsus hic est ex loco elevato altitudinis triginta pedum, patre matreque videntibus. Hi autem continuò in genua procubuerunt, magna cum devotione, & humiliter admodùm obsecrantes Deum, & magnum martyrem S. Adrianum; statimque post fusas preces solatium consecuti sunt, quia prædictus puer nihil passus est mali; sed continuò surrexit sine ullo vulnere aut membrorum distorsione, sanus sine ullo incommodo. Pater autem prædicti pueri hîc fuit, susceptamque peregrinationem absolvit: ac declaravit testatusque est domino thesaurario, rem verè ita contigisse, die & anno suprà dictis: id ipsum idem quoque Antonius scripto declaravit in hospitio suo, præsentibus Jacobo In den Enghele, N. Van Borrem, & pluribus aliis. E

vir subitò ex peste sanatur,

98 Anno MDXVII, die VIII Maii, huc ad S. Adrianum venit vir urbis Ambianensis, totus nudus, excepta veste linea, cui nomen erat Engelbertus Bouxsse. Peste laboravit æstate præterita, paulò post festivitatem Assumptæ Virginis, anno MDXVI, ingentique tubere pectus ipsius erat infectum. Itaque memoratus Engelbertus invocavit S. Adrianum martyrem, ut solatium sibi adferre dignaretur, promittens se nudo corpore ad ipsum peregrinaturum. Vix peracta erat oratio, quando tuber mox disruptum est, magnusque ac niger ex illo lapsus est carbunculus: deinde verò intra quatuor horas sanatus est. Locum tuberis palàm ostendit omnibus, qui hîc erant in ecclesia S. Adriani. Dictus Engelbertus hîc obtulit munusculum die & anno suprà notatis, declaravitque domino thesaurario, miraculum verè contigisse, prout relatum est. F

item puella, quæ ex lapsu videbatur mortua:

99 Die XII Maii, anno MDXVII, huc ad S. Adrianum venerunt multi honesti viri & mulieres, peregrinati ex pago Rethe, sito in Campinia (*tractu Brabantiæ*) inter oppidum Turnhout & Gheel. Inter has personas erat puellula, sex circitèr annos nata, nomine Elizabetha Huyps, cum patre Ludovico Huyps, & matre Elizabetha. Puella illa ascenderat scalas ad septem aut octo gradus, indeque lapsa erat humi, ubi jacuerat sine sensu aut ullo vitæ indicio ab hora septima vespertina usque ad duodecimam jam præteritam, vicinis omnibus ibidem præsentibus. Inter hos fuit quædam domina, quæ omnibus

A omnibus dixit : Procumbamus ſimul in genua , & invocemus magnum ſanctumque martyrem S. Adrianum : nec dubito , quin miraculum edat in re præſenti. Id mox confirmatum eſt : nam (*orantibus omnibus , ut opinor*) puella continuò ſenſum recepit , & deinde locuta eſt ac ſana fuit. Præſentes voverunt cum puella peregrinari ad S. Adrianum prædictum : atque hîc omnes ſimul declarârunt domino theſaurario , præſentibus multis viris honeſtis , rem omnino contigiſſe modo jam dicto.

& molitor, de cujus morte ex lapſu graviſſimo

100 Die Jovis ante Rogationes , anno MDXVII inſigne patratum eſt miraculum in pago Everghem. Molitor quidam , nomine Livinus Plaeſchaert , alas molæ ſuæ aſcenderat , ut vela ſuper eas extenderet , quando moveri & circumagi cœperunt alæ , ipſumque ſublimem in aëra elevârunt. Inde verò in terram dejectus eſt tanto impetu , ut foramen in terra efficeret tam magnum tamque profundum , ut mirarentur omnes , qui illud aſpiciebant. Facies ipſius & collum erant diſtorta adeo , ut inferior mandibula locum auris occupâret. Jacuit tamquam mortuus , ac domum delatus eſt. Omnes vicini , qui

B aderant , provoluti ſunt in genua , atque implorârunt divinam miſericordiam , magnumque martyrem S. Adrianum invocârunt , ut dignaretur aliquod miraculum in favorem ejus oſtendere. Cùm porrò prædictus Livinus tam miſerè ibidem jaceret , uxor ipſius Catharina mandibulam ejus adeo diſtortam ad locum naturalem reflexit : quod pro toto mundo facere non ſuſtinuiſſet , niſi omnino credidiſſet mortuum eſſe.

non videtur dubitandum.

101 Simulatque hoc erat factum , cœpit loqui , nullo affectus vulnere , dixitque ſe ſanatum & adjutum à S. Adriano. Deinde promiſit ſe eum cum omnibus vicinis ibi præſentibus inviſurum , & declaraturum , quo modo factum contigiſſet. Huc autem peregrinans cum prædictis vicinis venit die ultima Junii , anno jam dicto , eique hîc præſentes fuerunt dominus decanus decanatûs Gerardimontenſis , magiſter Vanden Broecke , Fredericus Plantenoys , & plures alii. *Hactenus Philippus Hannoize laudatus , cujus ſtylum ſimplicem mutare nolui , quia fidelitatem & veritatem longè præferendam exiſtimo ſtyli elegantiæ. Non tamen conatus ſum*

C *ubique verbum de verbo exprimere , quod fieri nequit ſine jactura claritatis , imò ſubinde nec ſine corruptione genuini ſenſûs ; ſed ubique ſenſum verborum , & plerumque ipſa etiam verba Latinè reddere volui , ut lectores de fidelitate interpretationis meæ ſecuri eſſe poſſint.*

§ X. Miracula varia ſeculo 17 facta.

Miracula ſequentia unde accepta.

PRæter Miracula ab Hannoizio ſcripta & jam data , laudatus frequenter abbas S. Adriani *cum aliis monumentis tranſmiſit quoque Miracula alia ſermone Belgico ſcripta ; totique collectioni hunc præfixit titulum :* Extractum ex quodam manuſcripto , quod ſervatur in archivis abbatiæ S. Adriani Gerardimontenſibus. *Miracula hæc à variis , ſed contemporaneis ſcriptoribus exarata ſunt. Quædam ex illis Vitæ* S. Adriani *inſeruit laudatus ſæpè Ruteau , qui & illis convixit. Ego illa ex ſermone Flandrico aut ex Gallico , ſi apud Ruteau jam Gallicè haben-*

tur , Latinè huc transferam , excepto primo , quod vetuſtius eſt , & jam datum num. 46. AUCTORE J. S.

Puella ſubmerſa , & veriſimiliter mortua ,

103 Anno MDCXI puellula mortua ad vitam revocata. *Hoc in Ms. breviter perſtringitur , quia fuſiùs narratur apud Ruteau pag.* 186 , *qui teſtatur ſe audiviſſe illud narrari è cathedra à parocho Gerardimontenſi Henrico Culens , ſacræ theologiæ licentiato , in cujus propria domo contigerat. Ejus igitur verba Gallica reddo Latinè :* Anno MDCXI lotrix quædam venit ad domum prædicti parochi , ut lintea lavaret , eamque ſecuta eſt ipſius filiola. Porrò ubi mater tempore aliquo lavera: in cupa ſatis ampla in horto , ob negotia aliqua ivit ad forum. Filiola , quæ ibidem manſerat , puerili curioſitate ſcabellum aſcendit , ut inſpiceret in cupam lixiviâ impletam uſque ad medium , ita ut caderet , capite deorſum in cupam verſo , & pedibus margini adhærentibus. Dum interim ad portam pulſatur , famula parochi , quæ aliis in culina occupabatur , venit ad portam ; indeque rediens vidit pedes puellæ ad ſummitatem cupæ. Hinc vehementer attonita accedit , eamque extrahens imponit herbæ. Verùm dum videbat ipſam eſſe

E ſine motu & ſine vita , vultu prorſus nigro ; timore correpta turbataque , quòd apprehenderet ſibi de fortuito hoc caſu reſpondendum fore coram judicibus , cùm teſtes non haberet ; repoſuit puellulam in cupam eo habitu , quo eam invenerat ; abiitque parochum quæſitura.

ad vitam revocatur :

104 Ipſum habuit obvium templo exeuntem è regione domûs , & factum narravit. Parochus , ſimulac intraverat , venit ad locum prædictum , reperienſque infantem , ſicut famula ei narraverat , multùm dolens tale infortunium domi ſuæ contigiſſe , eam lixiviâ extrahit nigram omnino & mortuam. Eamdem ponit ſupra herbam , oranſque Deum per merita S. Adriani , vovit , ſe poſtridie puellulam ad eccleſiam ſancti Martyris ducturum , ſi reviviſceret , & Miſſam celebraturum ad ejus honorem. Voto ſic nuncupato , puellula modicum aquæ & ſalivæ per nares & os ejicere cœpit : paulo pòſt emiſit gemitum debilem. Ubi ad ignem fuit portata , rediit ei ſpiritus : poſtridie autem omnino ſana & alacris prædictum dominum parochum comitata eſt ad eccleſiam ſancti Martyris , ubi Sacrum ipſius audivit. Vivit etiamnum hoc tempore. *Ita auctor , cujus Opuſculum impreſſum eſt anno* 1637, *ita ut annis ſaltem viginti & ſex poſt factum relatum in vivis fuerit.*

F

altera item ſubmerſa :

105 *Sequitur aliud miraculum in tabularii manuſcriptis , quod præcedenti ſimile eſt , ſed undecim annis ſeriùs factum. Illud ex Flandrico ſubjicio Latinum. Titulus hic eſt :* Anno MDCXXII alia filiola ſubmerſa vitæ item reſtituta. *Deinde factum ſic exponitur :* Contigit anno MDCXXII , die ultima Auguſti , ut filiola Cornelii vanden Parre & Adrianæ Lombaerts caderet prono capite in cupam aquâ plenam , indeque extraheretur ab Adriano vanden Parre , prædicti Cornelii fratre , qui eò fortuitò venerat. Extracta ſine ullo motu aut vitæ ſigno jacuit ultra horæ quadrantem , ac mortua fuit credita ab omnibus præſentibus. Multi quoque tranſeuntes , ut ad forum irent , videnteſque puellulam , dixerunt mortuam eſſe. Interim invocant ſanctum martyrem Adrianum , voventes cum puellula ſacras ejus inviſere reliquias , ſi reviviſceret : hæc autem mox vitæ reſtituta eſt. Vera hæc eſſe teſtatur , debito examine præmiſſo , parochus ejuſdem civitatis Gerardimon-

AUCTORE J. S.

tensis, D. Henricus Culens, sacræ theologiæ licentiatus; qui & hoc & duo sequentia miracula conscripsit.

brevis ad hæc & similia Miracula editoris observatio.

106 *Aliqui fortasse dubitabunt de duobus præcedentibus miraculis, quia subinde contingit, ut aliqui diutiùs vivant sub aquis: aliqui etiam fortasse temerè pronuntiabunt, infantes illas non fuisse mortuas. Quin imò & plura alia antè relata sunt ejusdem ferè generis, & nonnulla etiamnum sequentur, de quibus prudentes certum non ferent judicium. Quapropter respondeo, cùm non omnes æquè certò fuerint mortui, qui ad vitam revocati narrantur* S. Adriani *patrocinio; prudentem dubitationem de quibusdam non videri improbandam. At ridiculam non minùs quàm temerariam esse illorum audaciam, qui longè absentes certum volunt ferre judicium de re nunquam visa, liberéque pronuntiare audent mortuos non fuisse, quos mortuos uno ore dixerunt, qui aderant. Nam, si præsentium judicium non est omnino certum, multo minùs certa est temeraria absentium libertas.*

B

Infans mortuus natus vitâ donatur:

107 *Sequitur aliud sub hoc titulo:* Infans à morte resuscitatus: *quod ita narratur:* In eadem civitate Gerardimontensi prædicta Adriana Lombaerts, uxor Cornelii vanden Parre, anno Domini MDCXXXIV, die IV Julii, peperit filium, qui ob mortis periculum statim baptizatus est ab obstetrice, ac post horæ quadrantem ita mutatus, ut omnes præsentes nullum vitæ indicium advertere potuerint, sed infantem crediderint mortuum. Id testatur Margarita Reygaerts obstetrix cum pluribus aliis personis, quæ erant præsentes. Cùm igitur memoratus puer ab omnibus pro mortuo haberetur, prædicta obstetrix & mater piè invocant sanctum martyrem Adrianum, vovent sacrum Missæ sacrificium in ejus honorem, cui interfuturæ erant cum infante, si ei vita restitueretur. Voto hoc nuncupato, mox puer rursum incipit spiritum ducere, & alia plura vitæ signa dare. Interim accersebatur parochus D. Henricus Culens, ut consuetas baptismatis cæremonias perageret. Nomen puero datum est Adriano, qui adhuc vivebat, dum memoratus parochus post debitum examen hæc conscripsit.

C

puellula, tussi suffocante mortua,

108 *Aliud ejusdem anni* 1630 *post hunc titulum:* Puellula à morte excitatur, *mox subditur hoc modo:* Extra quamdam portam civitatis Gerardimontensis, vulgò dictam PUICEMY *portam*, habitabat pistor, nomine Adrianus De Schrevere cum conjuge sua Jacoba Rousseaux. Hi filiolam habebant, sexdecim ferè mensibus natam, quæ graviter affligebatur tussi suffocante, nec sine mortis periculo. Die Dominica, XXV Julii, anno MDCXXXIV, ancilla domestica, dicta Martina Boxstael, puellam prædictam brachio suo imposuit, & cum illa ante fores domûs se posuit. Cùm autem illic tantisper consisteret, tussis tam vehemens puellulam corripuit, ut eo malo moreretur. Ubi memorata ancilla nullum ampliùs vitæ indicium in puellula observabat, post horæ quadrantem eam tradidit mulieri cuidam, Mariæ Phlippot nominatæ. Hæc etiam testatur, dictam infantem tribus horæ quadrantibus in brachiis suis fuisse, nec ullum in ea perspicere potuisse vitæ indicium. Vicini aliique transeuntes ac puellam videntes, omnino mortuam esse dictitabant.

resuscitatur.

109 Dum hæc fiebant, pater se contulerat ad molam. Nunciatur ipsi mors filiæ: confestim domum regreditur. Uxor longè venientem aspiciens, clamabat magno dolore: Filiola mea defuncta est. Pater ad cubiculum suum pergens, in genua provolvebatur, & invocabat sanctum martyrem Adrianum, ut sibi in hac necessitate succurreret, vovens in honorem ipsius Missam celebrandam curare, & sacras ejus invisere reliquias, si filiola reviviscceret. Hisce votis nuncupatis, puellula cœpit labia sua movere, os atque oculos aperire, totum movere corpus, & integrè convalescit. Pater postridie vota sua persolvit, Missam celebrante parocho, Dño Henrico Culens, qui etiam hoc miraculum conscripsit, præmisso examine debito. *Hactenus laudatus parochus, quem pro sequentibus laudatum non reperio. Hac igitur ab aliquo è monachis descripta sunt.* D

Vir, ex gravi vulnere mortuus aut moribundus,

110 *Primum notatur factum anno* 1630. *Hunc autem in Flandrico instrumento habet titulum:* Vir mortifero vulnere percussus prodigiosè fanatur. *At relatio solùm in apographo meo assignatur apud Ruteau pag.* 184, *ubi Gallicè sic refertur:* Anno MDCXXX senex quidam ferè octogenarius, cui nomen Jacobus Du Pont, die festo S. Matthæi venit peregrinando ad S. Adrianum ex partibus Galliæ, pago nempe Remoigne, prope civitatem Macerias, (*quæ sita est in Campania ad Mosam vulgo* Mezieres *aut* Maizieres *dictam*) attulitque litteras & testimonium parochi sui D. Gerardi Faille. Occasio peregrinationis erat, quòd filius ipsius Theobaldus Du Pont, conjugio illigatus, natusque annos quadraginta duos; jurgans quodam die (quinquennio antè) cum domino loci, ab eo tam graviter gladio vulneratus fuerit in capite, ut pro mortuo fuerit derelictus, super stramen extensus, vultuique ipsius ferale amiculum esset impositum ad sepulturam. E

subitò liberatur mortis periculo, & brevi sanatur:

111 Verùm tunc, uxore dicti Theobaldi maritum suum precibus lacrymisque commendante magno sancto Adriano, qui potest, verba sunt ipsius senis, ter vitam homini reddere, cum voto de invisenda ipsius ecclesia, si maritus sanaretur, statim mortis periculo exemptus est & post octiduum negotia sua rursum obiit. At cùm in morbum relapsus esset, lectoque rursum affixus, timens senex, ne id fieret in pœnam neglecti voti, quod Sancto erat nuncupatum, venit id impleturus nomine ipsius, oraturusque glorioſum Martyrem, ut alteram eidem præstaret gratiam. *Hoc exemplum laudatus Ruteau narrare voluit, ut confirmaret relata à se de persuasione populi, quam antea ferè communem fuisse asserit, nimirum quòd Sanctus suo patrocinio ter eidem homini vitam posset producere; atque eumdem in finem ex hymno de* S. Adriano *antiquo hæc recitat:* F

Pie Martyr, memorare,
Quòd ter potes prolongare
Vitam his, qui invocare
Solent nomen tuum clarè.

De hac populi persuasione jam mentio facta est in variis miraculis.

pestis sanata

112 *In Ms. Flandrico sub hoc titulo*, Servus à peste sanatus, *aliud sequitur beneficium, quod Latinè subjungo:* Anno Domini MDCXXVII, die VIII Aprilis, ecclesiam nostram intravit ad honorandas S. Adriani reliquias nobilis Tornacensis, Ludovicus de Lamoy, dominus de Hautpon, qui testatus est suaque subscriptione confirmavit, aliquem è servis suis, qui elapsis octo aut novem mensibus veniebat Montibus Hannoniæ, in pago quodam Beunios dicto vehementibus

A mentibus febribus correptum, ſubitò ſub mento habuiſſe ulcus peſtilens cum humore rubro in malis. Dominus timens ne foret peſtis, quæ tunc vehementer dominabatur, vovebat inviſere reliquias S. Adriani, ac quatuor offerre argenti uncias, ſi ſervus ex peſte convaleſceret. Ecce autem poſtridie mane ſervus prædictus ingreditur cubiculum domini ſui prorſus ſanus, liberatuſque tam febribus quàm ulcere peſtilente & rubro malarum humore. Memoratus nobilis vota ſua perfecit die ſuprà dicto, viſens ſacras reliquias, offerenſque imaginem argenteam quatuor unciarum.

& febris. 113 *Aliud ejuſdem anni ſub titulo*, Senator febribus liberatur, *mox ſubditur hoc modo:* Anno MDCXXVII Montibus Hannoniæ ſenator regii ſenatûs, nomine Jacobus Vander Steyen, correptus eſt febri vehemente ac diuturna, ita ut die noctuque careret quiete. Febris tandem ſic aucta eſt, ut duodecim horis periclitatus ſit, loquela eum & intellectu deficiente. Interim uxor ejus, multùm dolens de periculo conjugis, invocabat S. Adrianum martyrem, vovebatque
B peregrinationem Gerardimontem, quam alia perſona ipſius nomine perſolvit. Hæc rediens, impleto voto, ſecum attulit numiſma, quod ægro impoſitum eſt. Simulac numiſma eum tetigit, incipiebat caput movere, & intellectûs ſigna dare, & tandem omnino convaluit. Hic cum tota familia ſua domeſtica Gerardimontem venit die XXVIII Julii, anno MDCXXVII, ut ſancto martyri Adriano de accepto beneficio gratias ageret.

§ XI. Liberatio energumenæ per notarios ſcripta, cui mirabilia non pauca ſunt adjuncta.

Energumena divinitus monita, ut S. Adrianum eligat patronum,
C *Ultimum ejuſdem Ms. beneficium, cui hic titulus præfigitur*, Puella energumena liberatur, *contigit anno 1651, prolixiuſque à notariis ex ore puellæ, prævio juramento, ſingula narrantis, conſcriptum eſt. Omnia tamen Latina reddam ne iis quidem prætermiſſis, quæ notariis familiares ſunt, repetitionibus.* Comparens coram nobis ſubſcriptis honeſta filia innupta, Anna Henderickx, annos XXIV circitèr nata, cui pater Joannes Henderickx, mater Maria Humar, habitans Bruxellis, ad honorem amoremque Dei, ſanctiſſimæ ejus Matris & Virginis Mariæ, & ſancti martyris Adriani, atque etiam ut conſcientiæ ſuæ faciat ſatis, agnoſcit & declarat vera eſſe ſequentia; nimirum quòd, cùm die quodam triſtis admodùm eſſet & melancholica ob difficultates ſibi incumbentes & perſecutiones, quas inimicus ſine ulla ferè intermiſſione inferebat, ſe receperit in cubiculum ſuum, ubi provoluta coram Jeſu Crucifixo recitabat Litanias omnium Sanctorum, opem eorum & auxilium implorans. Ubi ad finem pervenerat, atque hæc protulerat verba: " Omnes „ Sancti intercedite pro nobis „; audivit vocem ſibi loquentem, (nemine viſo, nec cognitâ perſonâ, quæ loquebatur) in hunc modum: „ Amica mea, invocâſti me quidem generatim, „ at non ſingulatim nomine meo proprio „. Ad hæc reſpondit: " Tantus eſt Sanctorum numerus, ut nullo modo poſſim omnes invocare „ nomine proprio. Dic igitur mihi, obſecro, AUCTORE „ quis tu ſis „. Reſpondetur ipſi: " Ego ſum J. S. „ S. Adrianus, magnus ille & fervidus martyr. „ Filia, me patronum elige & interceſſorem. „ Ego te ſingulariter juvabo: imitare etiam fer„ vidum iſtud patiendi amore Chriſti deſiderium, „ quod mihi fuit „. In hæc lubens conſentiebat.

variis victibus opem ipſius 115 Item agnoſcit & declarat comparens illa & atteſtans, verum eſſe, quòd ab eo tempore, quo, rogante prædicto Sancto, eum cœpit precibus honorare colereque ac ejus opem & auxilium implorare (præſertim quando in magna erat neceſſitate aut anguſtia) ſtatim experta ſit ejus ſubſidium. Quippe dum aliquando inviſeret imaginem miraculoſam ſanctiſſimæ Virginis in Laken, quòd medio milliari Bruxellis diſtat; inimicus diabolus eam medio corpore apprehenſam elevavit à terra, minatuſque eſt in canalem (*viæ vicinum*,) ſeu in aquas projecturum. At illa cum fervore & fiducia ad ſanctum martyrem Adrianum confugiens, eum invocabat, opem ejus implorans & auxilium. Cùm ecce mox ex unguibus inimici eripitur, proculque à ripa locatur: inimicus verò indignabundus ei dicebat: E Multùm valet S. Adrianus apud Mariam.

experta eſſe 116 Item agnoſcit & declarat eadem comparens & atteſtans, verum eſſe, quòd, dum veſperâ Nativitatis ſanctiſſimæ Virginis Mariæ & feſtivitatis S. Adriani, anno MDCL, cubitum itura erat, & jam ad quietem ſe vellet recipere, rurſum eam aggreſſus ſit inimicus, cœperitque magna crudelitate quietem ipſius impedire, oblongos ejus vellicans crines, magnamque inferens moleſtiam. At illa jam experta, quàm promptus fuerit ſanctus Martyr ad ſuccurrendum, iterum eum invocabat, orans opemque ipſius implorans; vovenſque S. Adriano Gerardimontem petere peregrinatione pedeſtri; ut ſacras ejus reliquias ibidem veneraretur. Hoc voto nuncupato, mox experta eſt ſe multùm recreatam, vimque dæmonis multùm fractam aut diminutam. Sanctus porrò ipſi aſſiſtebat, majori noctis parte eam conſolans.

monita deinde liberandam ſe Gerardimonte, ed tendit, 117 Item declarat & agnoſcit eadem comparens & atteſtans, verum eſſe, quòd (poſtquam ex reverendo patre Adriano Gerardimontenſi Capucino intellexerat, ſe Gerardimonte coram reliquiis S. Adriani ſub Sacro ipſius liberandam ſecundo ſpiritu maligno, à quo obſeſſa erat, ipſaque jam ſtatuerat peregrinationem ſuam ſuſcipere, & vota ſua perſolvere) inimicus multis modis conatus ſit peregrinationem illam ac iter impedire, imò & retardare, ut plus temporis haberet ad ipſam vexandam, ipſamque ad deſperationem inducendam, ſi fieri potuiſſet. Verùm illa vim ſibi inferens, feſtinabat ſe itineri committere. Quando Gerardimontem pervenerat, firmam concepit fiduciam de meritis ſancti martyris Adriani, ſperavitque ſe coram ſacris ejus reliquiis patrocinio ipſius liberandam ſecundo ſpiritu maligno, à quo corpus ſuum erat obſeſſum: hac fiducia audivit Sacrum prædicti patris Capucini, à quo Miſſa celebrabatur in honorem S. Adriani ad obtinendum felicem liberationis exitum. Sub hac Miſſa ſacro Chriſti Corpore reficiebatur; cúmque piis precibus inſiſteret, inimicus poſtrema vice ipſam aggreſſus eſt tempore Sacri, eamque vehementer tentavit, impura ipſi ſuggerens, ipſamque procaciter alloquens his verbis: " Niſi hiſce delectari „ velis aut conſentire iis, quæ rogo, publicè „ hîc ea faciam, quibus erubeſcas coram po-

AUCTORE * J. S.

„ pulo præſente „. At illa per Dei gratiam conſtans erat, & reſiſtebat diabolo.

ibique gravi percuſſione primùm in terram dejecta, liberatur:

118 Ille verò animadvertens imminere tempus confuſionis ſuæ, ſeque operam perdere, ſi dicebat: "Jam mihi diſcedendum eſt ac fu„giendum: at ſi noviſſem me nihil utilitatis aut „lucri ex te habiturum, & tam breve tempus „fore, quo te poſſem impugnare, ad te mini„mè veniſſem „. Eam verò monebat S. Adrianus, gravi ictu percutiendam à dæmone, atque hunc eo modo diſceſſurum. Hoc autem ſibi faciendum ignorabat: nam pater Capucinus, ut ab omni fraude caveret, id ipſam non docuerat. (*Supponunt hìc notarii rem illam fuiſſe notam patri Capucino, ſed id non probant.*) Miſsâ demum ad finem perductâ, dum legebatur Euangelium S. Joannis, per manum inviſibilem inimici percuſſa eſt in mala ictu tam crudeli ac vehemente, ut in terram concideret, & aliquo tempore proſtrata maneret. Ille ſic fugiebat, ipſa verò dolorem hujus ictus longo tempore ſentiebat: quod ipſa comparens & atteſtans, ut ſuprà, fatetur & declarat verum eſſe.

B

eodem tempore illi apparet S. Adrianus,

119 Item agnoſcit & declarat dicta comparens & atteſtans, verum eſſe, quòd, ubi percuſſa erat & vix humi jacebat, ſibi apparuerit S. Adrianus admodùm glorioſus, decorus & ſplendidus (ita ut non poſſet perferre luminis claritatem:) quódque multi eum comitarentur angeli, ut ipſa ſibi videretur in cælo eſſe: lætitiâ quoque tantâ abriperetur, ut alta voce proferret hæc verba: "Non videtis, non auditis „igitur „. Præterea (*declarat*) Sanctum ſibi dixiſſe: "Filia, nonne tibi prædixeram, te gra„vi ictu percutiendam, quando diſceſſurus à „te erat inimicus? Ecce nunc, inquiebat, „prorſus es immunis, ſoluta, liberaque ab eo. „Oportebat te huc venire ad ſacras meas re„liquias: alioquin opus liberationis tuæ non „fuiſſet perductum ad exitum perfectum „. Ipſam quoque animabat ac conſolabatur, dicebatque: "Lætare in Domino „ &c.

jubetque eam ſingulis diebus Mercurii communicare:

C

120 Item agnoſcit & declarat ipſa comparens & atteſtans, verum eſſe, quòd eodem tempore ſanctus Martyr à ſe peteret & vellet, ut propter opem ſibi præſtitam, atque in agnitionem & gratiarum actionem, ipſa promitteret, ſe ſingulis diebus Mercurii acceſſuram ad ſanctam menſam, & ſacrum Domini Corpus ſuſceptura: in quod poſt rectam deliberationem prudenter conſentiebat. Aut poſtea aut eodem tempore poſtulabat ab ea Sanctus, ut abbati aut monachis abbatiæ S. Adriani declararet & nota faceret hæc omnia, quæ ſibi evenerant. Verumtamen id ipſa non faciebat, neque hoc indicabat patri Capucino, ſicut alia omnia ei indicaverat; & ſic manebat inquieta. Certè diſcedebat, non ſatisfaciens bono Sancti deſiderio: cujus ipſam poſtea pœnituit.

liberatur deinde gravi incommodo ex dæmonis vexationibus retento:

121 Hæc omnia dicta atteſtans, ſolùm ad honorem & gloriam Dei, beatiſſimæ Mariæ, & ſancti martyris Adriani, etiamnum declarat vera eſſe, ſicut & ſequens, nimirum, quòd, poſtquam aliquo tempore obſeſſione vexata fuerat, inimicus ipſam tam malè tractaverit & exceperit multis duriſque verberibus, ut inde in corpore ſuo retinuerit triſte incommodum, quòd urinam ſiſtere non valeret: quo malo vexata fuit novem annos aut circitèr. Poſtquam autem jam hebdomadis quinque aut ſex prorſus liberata erat maligno ſpiritu, non verò hoc incommodo, & die quadam Mercurii ſe præparabat, ut more ſolito ſacroſanctum Chriſti Corpus ſuſcipe- D
ret ad honorem ſancti martyris Adriani (uti hic ab ea poſtulaverat;) eumdem oravit Sanctum, ut ſuo patrocinio à Deo impetraret, ut tam difficili malo liberaretur. Accedens verò ad menſam Domini cum fiducia de obtinenda liberatione ob merita Sancti, in ſacra communione recepit facultatem ſiſtendi urinam ſuam: quæ uſque in hanc horam perſeverat.

omniaque cum juramento coram notariis declarat.

122 Hoc & prædicta atteſtans, ut ſuprà dictum eſt, vera eſſe declarat, per ſalutem animæ ſuæ, & ſolemni juramento, quod modò in manibus noſtris, qui ſubſcripſimus, hunc in finem præſtitit, petente reverendo domino abbate abbatiæ S. Adriani. Ita actum & peractum Gerardimonte die 2 menſis Junii anni MDCLI, præſente reverendo domino abbate &c. *Sequuntur hæ ſubſcriptiones:*

Martinus abbas S. Adriani
F. Placidus Gontier
F. Maurus Vander Elſt
F. Florentius Comet
F. Leo Goudenhooft
Joannes Le Gaſt presbyt. in Onckerſele E
Anna Henderickx
Maria Haſſchaert.

Coram nobis, Petro De Vlaminck & Ægidio De Blaiſe, ambobus notariis publicis, ad exercitium ejuſdem admiſſis à ſua Majeſtate in ſenatu ſuo provinciali, degentibus in urbe Gerardimontenſi, perſonaliter comparens honeſta Anna Henderickx, filia Joannis, innupta nataque annos ferè viginti & quatuor, poſt prælectionem ſuprà poſitæ atteſtationis & declarationis, & poſt præſtitum ſolemne juramentum, in manibus noſtris notariorum dictorum declaravit, facta cum circumſtantiis adjunctis ita contigiſſe, ſibique accidiſſe; ſeque contextui dictæ ſuæ declarationis inhæſuram. Hinc illa iterum nobiſcum notariis ſubſcripſit. Die III Junii MDCLI. *Subſcriptum erat.*

Anna Henderickx
Petrus De Vlaminck
Ægidius De Blaiſe.

§ XII. Alia beneficia & miracula, relata per Giſlenum Coucke abbatem S. Adriani: duo etiam per alios ſcripta. F

Alia miracula per Couckium abbatem relata:

Diligentiſſimus in hiſce Actis adjutor, hodiernus abbas S. Adriani, aliud quoque nobis communicavit apographum miraculorum, quod ex tabulario abbatiæ ſuæ deſcribendum curavit, & cui hunc præfixit titulum: Extracta ex manuſcriptis R. D. Giſleni Coucke, qui factus eſt religioſus abbatiæ S. Adriani anno MDCLXIV, & obiit abbas 1 Novembris, anno MDCCXIII. *Aſſignata epocha oſtendit, miracula iſta pro majori parte contigiſſe eo tempore, quo ſcriptor erat abbatiæ Religioſus. Attamen quatuor priora citiùs contigerunt, ita ut exiſtimem ea ab alio ſcripta, aut certè breviter fuiſſe annotata; ſed omnia ſimul à Couckio fuiſſe collecta. Quidquid autem ſit de primo quatuor illorum ſcriptore, omnia ex ſermone Flandrico, quo exarata*

A *exarata ſunt, ad Latinum tranſlata ſubjiciam.*

infans mortuus vitâ donatur.

124 Die XXVI Maii, anno MDCVIII, ut voto ſuo ſatisfaceret, huc peregrinata eſt Maria Scheps, uxor Ægidii De Wachter, conſulis pagi Hinghen in Parva Brabantia. (*Sic vulgò vocatur tractus non magnus inter Schaldim & Rupellam medius.*) Hæc mulier duos pepererat ſimul infantes, enixa primò filiam, deinde filium. Cùm autem perſpiceret unà cum multis aliis mulieribus præſentibus, filiolum vitâ carere, & conſequenter non poſſe ſacro fonte ablui; ſpem ſuam fixit in S. Adriano, eumque rogavit, ut patrocinio ſuo efficeret, ut infantem baptizare liceret, vovens ei imponendum nomen Adriani. Fuſis hiſce precibus & votis, infans ſibi reſtitutus eſt, baptiſmum accepit, & ſupervixit deinde ultra annum. Mater à partu relevata Gerardimontem venit unà cum infante, & viris aliquot ac mulieribus, ut votum & peregrinationem ſuam perficeret. Illi autem prædicta declarârunt vera eſſe die XXVI Maii, anno MDCVIII.

Sanati morbi

B

125 Die X Septembris, anno MDCXL ſimiliter votum ſuum impleturus, ac S. Adrianum inviſurus venit quidam Petrus Martin ex Quevrin, comitantibus eum duabus monialibus ex iis, quæ ægris ſerviunt, & cinerei coloris veſtes gerunt. Hi omnes ſimul Theſaurario declarârunt, illum febri vehementi & lethargo correptum fuiſſe, ac derelictum à medicis, qui dicebant eum ſanari non poſſe medicamentis naturalibus; moniales verò prædictas, quæ ei aſſiſtebant, id intelligentes, confugiſſe ad S. Adrianum, atque ægroti nomine voviſſe ſacras ejus inviſere reliquias Gerardimonte; vixque nuncupatum fuiſſe votum, quin ſtatim ſanatus ſit ægrotus. Curârunt autem ſimul, ut hîc ſolemne Sacrum cantaretur in honorem S. Adriani: quo peracto, aliquod donum obtulerunt, ac omnia ſuperiùs ſcripta declarârunt theſauri abbatiæ præfecto.

variis

126 Die XVII Junii, anno MDCXLI huc miſit dominus Duſart Montibus Hannoniæ lampadem argenteam in gratiarum actionem de obtenta ſanitate patrocinio S. Adriani, cujus opem imploraverat.

poſt imploratam

* *Fortè* Rumpſt

C

127 Anno MDCXLII in feſtivitate Exaltationis ſanctæ Crucis (*id eſt* XIV *Septembris*) huc peregrinata venit nobilis mulier ex pago, dicto Thums*, ſupra Mechliniam, unâ cum filiolo ſuo Henrico Joanne Baptiſta Deutiers, qui ægrotans à domino parocho & ab adſtantibus credebatur mortuus. Hinc parentes ſummo affecti dolore, confugerunt ad S. Adrianum, voventes ejus ſacras reliquias inviſere Gerardimonte. Vix votum iſtud nuncupaverant, quando puer ſurrexit ſanus, quemadmodum mater ipſa hîc affirmavit & teſtata eſt.

S. Adriani opem.

128 Die IX Auguſti, anno MDCLXVIII, petentibus magiſtratu & civibus Gerardimontenſibus, abbas juſſit exponi reliquias S. Adriani per octo dies, quia peſtis vehementer in civitate dominabatur: & die XIX Auguſti inſtituta eſt generalis ſupplicatio cum iiſdem reliquiis. Paulò pòſt peſtis ceſſavit. Obſervatum eſt, pueros majori ex parte fuiſſe, qui defuncti ſunt.

Puer reſuſcitatus:

129 Die XIII Julii, anno MDCLXXXI huc peregrinantes venerunt tres mulieres, quæ declarabant & teſtabantur, puerum defunctum octo menſium, patrocinio S. Adriani, quem invocaverant, mox vitæ fuiſſe reſtitutum, & etiamnum vivere.

130 Eodem tempore etiam venit, ut voto ſuo ſatisfaceret, civis Mechlinienſis, qui item declarabat & teſtabatur, ſe, morbo periculoſo laborantem & deſperatum à medicis, implorâſſe opem S. Adriani, & mox ſanatum fuiſſe, mirantibus omnibus. AUCTORE J. S.

morbus ſubitò ſanatus:

ſanatus pes, ad quem reſecandum veniebant chirurgi:

131 Die XV Septembris, anno MDCLXXXI huc etiam venit pedeſtri peregrinatione, ut votum ſuum perſolveret coram reliquiis S. Adriani, dominus Villegas Brugenſis, qui teſtimonio medicorum & chirurgorum, plenè conſcripto & ſubſcriptionibus confirmato, declarat, pedem ſibi fuiſſe congelatum, multoque tempore fuiſſe ſub manibus medicorum & chirurgorum ſine ulla ſanatione, imò eò uſque fuiſſe perductum, ut, cùm pes totus eſſet putrefactus, jam mandatum eſſet datum de eo reſecando; ſe autem noctu, quando poſtridie facienda erat ſectio, invocâſſe opem S. Adriani, & ſic ſuavi ſomno fuiſſe correptum: medicos verò & chirurgos, dum venerunt poſtridie cum inſtrumentis ſuis ad pedem reſecandum, reperiſſe eum periculo carere, dicentes id fieri non potuiſſe ſine miraculo; ſe porrò paulo pòſt ſanatum fuiſſe, mirantibus omnibus, qui ipſum noverant, quando ipſum videbant incedentem pedibus, quorum alterum putabant reſectum, ſicut fama vulgaverat per totam urbem Brugenſem. Accedebat ad ſacram communionem, & in gratiarum actionem ſacris reliquiis offerebat pedem argenteum. Teſtimonium hujus miraculi etiamnum ſervatur in abbatia.

E

reſuſcitatus puer:

132 Die VI Januarii, anno MDCLXXXII peregrinando advênit vir quidam ex vicinia Tornaci, declarans puerum ſuum, qui mortuus erat natus, invocato S. Adriano, vitæ reſtitutum eſſe, ſeque ea de cauſa veniſſe, ut votum ſuum perſolveret.

ſanatio ſubita per notarium ſcripta:

133 Notarius Franciſcus Hoorenbeke anno MDCLXXXIV Teneramundæ conſcripſit Acta de iis, quæ contigerunt Teneramundæ, quando ſacræ reliquiæ fuerunt delatæ ad monaſterium Benedictinarum anno MDCLXXXIII, die V Septembris: nimirum quòd Tereſia Joſepha De Breckeny adhuc novitia fuerit vexata gravi malo doloreque coxæ cum vehementibus nervorum contractionibus duriſque convulſionibus: hoc malo diu lecto affixam jacuiſſe, non obſtantibus remediis, quæ adhibita fuerunt; nec ſpem fuiſſe de profeſſione umquam ab ea facienda. Cùm autem ſolemne Sacrum, ante reliquias S. Adriani in eccleſia ejuſdem monaſterii celebraretur, confugit ad eumdem Sanctum: ſeque curavit portari ad oratorium, ubi reliquæ erant Religioſæ. Ubi ibidem magno cum fervore oraverat, ad finem Miſſæ ſponte & ſine alieno auxilio ſurrexit, clamavitque ſe ſanatam, Matre priore & aliis omnibus monialibus præſentibus. Poſtea profeſſionem ſuo tempore dicta novitia fecit; nec umquam aliquod ex eo malo ſenſit incommodum. Omnia illa prædicto notario Hoorenbeke declarârunt vera eſſe memoratæ Mater prior & Religioſæ coram teſtibus, ut patet ex Actis notarii, quæ hodieque ſervantur in tabulario abbatiæ. *Hactenus de miraculis à Couckio collectis, quibus unum ſubjungam beneficium hujus ſeculi, & alterum vetuſtius.*

F

beneficium toti monaſterio præſtitum:

134 *Ampliſſimus dominus Ildefonſus Van Hoorde, abbas S. Adriani, quem ob eximiam humanitatem & diligentiam in monumentis de* S. Adriano *ſubminiſtrandis ſatis laudare nequeo, in litteris nuperrimè ad me datis ita Latinè ſcribit:* In ultimis noſtris adjungere prætermiſi

AUCTORE J. S. beneficium aliquod, præstitum anno seculi hujus tertio monialibus domus Carmelitarum Discalceatarum Ruremundæ. Constat ex dono argenteo, huc à dictis monialibus transmisso, cui sequentia inserta sunt: " Domus Carmelitarum „ Discalceatarum Ruremundæ in Geldria, fun„ data à nobilissima domina Maria Theresia De „ Hane, cum aliis votis in honorem S. Adria„ ni Gerardimontibus quiescentis oblata, ob „ conservationem præfatarum monialium à pe„ riculo mortis, & contracta dysenteria anno „ MDCCIII „.

aliud matri Guilielmi Estii.

135 *Guilielmus Estius in Historia martyrum Gorcomiensium, apud nos data tom. 2 Julii, narrat sanationem matris suæ patrocinio* S. Adriani *obtentam. Tempus impetrati beneficii non exprimitur; sed ætas scriptoris notissimi nullum relinquit dubium, quin contigerit seculo* XVI. *Refert Estius, quo modo ad patrocinium martyrum Gorcomiensium confugerit, & sanatus sit ex morbo gravissimo, rationemque consilii sui reddens, sic loquitur:* Illis (*fratribus ipsius*) hoc de voto consilium vel ob id vehementer

B placebat, quòd meminissent matrem nostram, Nicolai martyris (*unius è Gorcomiensibus*) sororem, cùm aliquando ad extremum vitæ periculum vi morbi perducta fuisset, voto à patre nostro ad S. Adrianum martyrem in Flandria visitandum edito, sanitatem integram recepisse, postque illud tempus decem annis supervixisse. *Non dubito, quin alii complures varia beneficia patrocinio* S. Adriani *etiam hoc seculo à divina misericordia obtinuerint: ipse enim in ecclesia* S. Adriani *vidi votiva dona varii generis, illuc ex diversis Europæ partibus hoc etiam seculo transmissa. Verùm multi malunt se dono aliquo gratos ostendere, quàm accepta beneficia posterorum memoriæ commendare.*

§ XIII. De reliquiis S. Adriani, quæ aliis locis servari dicuntur.

C *Reliquæ aliquæ S. Adriani Romæ verisimiliter servatæ:*

SAcrum *corpus* S. Adriani *martyris Romam fuisse translatum, jam vidimus in Commentario prævio* § 5, *ubi etiam observavi, illud etiamnum inter reliquias Romæ servatas recenseri à Martinello & Piazza. Hi enim scribunt* S. Adriani *corpus esse in ecclesia eidem dicata* in foro boario, *servarique* sub altari principe. *Verùm quæ differuimus de reliquiarum translatione in Belgium, omnino persuadent, majorem partem reliquiarum* S. Adriani *modò Romæ non esse; at facilè credere possumus, aliquot ossa ibidem in veteri sepulcro mansisse; eaque more satis usitato* corpus *nominari. Sic Baronius ad annum* 827 *num.* 38 *testatur, se sæpè expertum esse,* cùm sunt factæ in Urbe elevationes atque translationes, non ipsa integra esse corpora Sanctorum inventa, immò in nonnullis neque dimidiam ipsorum partem, reliquam verò aliò deportatam. *Id ipsum habere locum existimo in corpore* S. Adriani, *cujus pars magna in Belgium deportata fuit; sic tamen ut & Romæ pars aliqua permanserit, & verisimiliter aliquid reliquiarum delatum sit in Hispaniam, & fortasse aliquid etiam in Lusitaniam.*

137 *Præterea habeo duas relationes Mss., præterito seculo Majoribus nostris transmissas, in quibus corpus* S. Adriani *anno* 1628 *Romæ impetratum cum aliis reliquiis dicitur; delatumque in Germaniam. Verùm cùm neutra relatio satis videatur certa; cúmque in una dicatur corpus Romæ acceptum* ex quodam Sanctorum martyrum cœmeterio; *satis erit, si dicamus reliquias videri alterius cujuspiam martyris: nam corpus* S. Adriani *Romæ non fuit in cœmeterio, dum illæ reliquiæ inde in Germaniam sunt deportatæ. Hac tamen de causa negare nolim, aliquot* S. Adriani *reliquiarum particulas servari in Germania, cùm eæ illuc variis occasionibus perferri potuerint. Certè Gelenius in Colonia sua variis istius urbis ecclesiis aliquid reliquiarum* S. Adriani *adscribit, nimirum pag.* 619 *sacello SS. Willibrordi & Bonifacii, pag.* 266 *ecclesiæ collegiatæ S. Gereonis, pag.* 378 *ecclesiæ abbatiali S. Martini Majoris Ordinis S. Benedicti, pag.* 501 *ecclesiæ Crucigerorum. Attamen hisce locis non insinuat, hujusne* Adriani, *an alterius cujuspiam designatas velit particulas.*

D *corpus hujus S. Adriani non est in Germania,*

138 *Verùm* Adriani *nostri Nicomediensis reliquias clarè attribuit ecclesiæ Societatis Jesu, ita scribens pag.* 510, *ubi thesaurum sacrum illius ecclesiæ recenset:* De S. Adriano M. maxilla & dimidium brachium, VIII Septemb. Hæ insigni ex argento statuæ hodie inclusæ, cum aliis reliquiis novem anno MDCXXXIII ex Westerwaldiæ monasterio S. Catharinæ, ob sævitiam & barbariem Suecorum relicto, Linzium ad Rhenum cum aliis impedimentis translatæ sunt à virginibus fugâ elapsis; indeque Coloniam ad Societatis templum dono transmissæ, ne umquam eis debitus honor intermoreretur hominum aut temporum injuriâ, præsertim cum templum ac monasterium earum incendio esset vastatum. *Dies* VIII *Septembris addita, tamquam dies, quâ Sanctus colitur, nostrum manifestè insinuat. Hunc quoque diem addit idem auctor pag.* 550, *ubi inter reliquias monasterii SS. Bartholomæi & Apri, virginum Ordinis Cisterciensis, ab eodem numeratur* pars brachii S. Adriani M. *In Phosphoro Pragensi pag.* 517, *ubi datur enumeratio reliquiarum ecclesiæ metropolitanæ S. Viti, ad hunc diem de reliquiis* S. Adriani *ibidem servatis hæc leguntur:* S. Adriani M. pars insignis de brachio, allata per Danielem ejus nominis primum episcopum Pragensem ex Italia anno MCLX.

E *sed aliquæ illius reliquiæ dicuntur Coloniæ servari & Pragæ:*

F

139 *In Belgio nostro pluribus locis assignantur* S. Adriani *reliquiæ, quæ ex Gerardimontensibus olim illis communicari potuerunt. Rayssius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 449 *de pago Raulicuriæ, ubi olim corpus, id est, major pars corporis, fuisse creditur, ita habet:* Hujus vici ecclesia privata fuit anno MCX sacro incliti martyris corpore S. Adriani, excepto uno brachio, quod decentissimè in hodiernum diem argenteo brachio convestitum confervat. *Idem pag.* 405 *assignat ecclesiæ collegiatæ S. Petri Aëriæ* * *in Artesia* brachium S. Adriani martyris. *Item Lobiensi abbatiæ ditionis Leodiensis in limite Hannoniæ pag.* 288 *attribuit* brachium S. Adriani martyris. *Item pag.* 218 *in thesauro sacro Floreffiæ, abbatiæ comitatûs Namurcensis, recensetnotabilem brachii partem S. Adriani martyris. Pag.* 180 *cœnobio Crispiniensi in Hannonia adscribit* duos dentes glorioli Christi martyris Adriani. *Ninoviæ cœnobio sub patrocinio SS. Cornelii & Cypriani in Flandria pag.* 176 dens

plures in variis Belgii

* Aire

S. Adria-

A S. Adriani martyris inclyti *ab eodem tribuitur.*

140 *Laudatus Rayſſius pag.* 55 *in Aquacurtenſi cœnobio in Arteſia inter oſſa Sanctorum à ſe viſa numerat* Adriani martyris *os vel oſſa. Demum idem auctor aliquid reliquiarum* S. Adriani *attribuit pag.* 41 *eccleſiæ collegiatæ S. Amati Duaci, pag.* 387 *monaſterio Ogniacenſi Canonicorum Regularium ad Sabim, pag.* 463 *eccleſiæ collegiatæ ſancti Salvatoris Brugis, pag.* 496 *eccleſiæ Societatis Jeſu Mechliniæ. Hæc de reliquiis* S. Adriani *per Belgium ſervatis laudatus Rayſſius. Verùm obſervandum eſt, alterius quoque S. Adriani martyris corpus ſervari Gandavi; ideoque minùs certum eſſe, an ſint reliquiæ hæ omnes, quas in Belgio aſſignat Rayſſius,* S. Adriani *martyris Nicomedienſis. Deinde facilè quilibet advertere poterit, plura quàm duo ejuſdem Sancti brachia aſſignari. At ea difficultas non eſt magna, cùm pars aliqua aut os aliquot brachii, quando agitur de reliquiis, ſæpè* brachium *vocetur.*

locis: ſed non omnes certò ſunt hujus Adriani:

141 *Maſinus in Bononia perluſtrata pag.* 450 *aſſerit, tranſlationem* S. Adriani *celebrari die* IX *Septembris in metropolitana Bononienſi, ibique conſervari caput* S. Adriani *noſtri. Fortè pars capitis* caput *vocatur, ut aliàs ſæpè fieri conſuevit. Ceterùm nequaquam dubito, quin & aliis locis colantur reliquiæ* S. Adriani *martyris; cùm nomen* Adriani *in catalogis reliquiarum aliquot aliarum eccleſiarum inveniam. At nullâ diligentiâ certò diſcere quis poteſt, an omnes ſint hujus* Adriani, *quæ eidem attribuuntur; nec velim omnes recenſitas ei certò adſcribere.*

Bononiæ etiam eſſe dicuntur:

B

142 *Demum lubet pauca addere de gladio, quì* S. Adriani *credebatur, & diu ſervatus eſt pro reliquiis. Vita S. Henrici imperatoris, data apud nos tom.* III *Julii pag.* 754 *& ſequentibus, narrat expeditionem Henrici contra Boleſlaum Bohemiæ ducem, ibique num.* 5 *ſic habet:* Et faciens (*Henricus*) tranſitum per locum qui Walbech dicitur, gladium ſancti Adriani martyris, qui pro reliquiis multo tempore ibi ſervabatur, accepit. Quo accinctus, *fuſisque precibus, ut ibidem narratur,* beato Laurentio, ſancto Georgio, & beato Adriano martyribus, ſe ſuumque exercitum protegendum cum ſumma devotione commiſit. *Mox num.* 6, *cùm in hoſtium conſpectu eſſet Henricus cum exercitu, iterum orans* vidit glorioſos martyres, Georgium videlicet, Laurentium, Adrianum, cum angelo percutiente, exercitum ſuum præcedentes, & hoſtium cuneos ad fugam propellentes. *&c. Hæc ut omnino certa non trado, cùm nihil de iis reperiam apud ſcriptores coævos.*

Fertur S. Henricus imperator gladio S. Adriani feliciter uſus:

143 *Quod verò ſpectat ad locum, ubi gladius iſte olim fuit ſervatus, de eo variis vicibus meminit Ditmarus, ſed nomine utcumque mutato* Wallibizi *vocat. Godefridus abbas in Chronico Gottwicenſi pag.* 519 *locum ab alio ſynonymo diſtinguit, & aſſignat his verbis:* Cavendum etiam eſt, ne curtis iſthæc regia confundatur cum alia curte WALBIKI ſive WALLIBIZI, (quod Germanicè idem ſonat ac RIVUS SILVESTRIS, quemadmodum id interpretatur ipſe inde oriundus Ditmarus Merſeburgenſis lib. VI p. 386 ex comitibus de Walbeck) in pago Northuringia ad fluvium Aleram prope Helmonſtede, ubi comes Luitharius, avus Ditmari, monaſterium fundavit. *In variis tabulis Blavianis locus* Walpeke *vocatur, notaturque in archiepiſcopatu Magdeburgenſi ad confinia ducatûs Brunſwicenſis: quod cum dictis congruit. Ceterùm Ditmarus lib.* 6 *cap.* 390 *ſcribit,* monaſterium in Wallibizi, *quod ab avo ſuo conſtructum pag.* 386 *dixerat,* cum quatuor eccleſiis *ceteriſque ædificiis incendio periiſſe. Ubi verò deinde fuerit gladius ille, quem* S. Adriano *non admodùm probabiliter attribuerunt Germani, nullibi invenio. Plura hîc addi poſſent de cultu* S. Adriani *per Germaniam, Galliam, Hollandiam, aliaſque regiones; ſed cùm hæc minùs videantur neceſſaria, appendici huic finem impono.*

locut, in quo hic gladius diu ſervatus dicitur.

E

DE SS. TIMOTHEO ET FAUSTO MM.

ANTIOCHIÆ

Ex Martyrologiis.

AUCTORE J. S.

C. S.

C

F

Memoria in antiquis & recentioribus

Martyrologium Romanum geminos Martyres hac die Antiochiæ adſcribit his verbis: Antiochiæ ſanctorum Timothei & Fauſti martyrum. *Romani auctori præluxerunt antiqua Martyrologia claſſica, in quibus eorumdem Sanctorum memoria ad eumdem diem memoratur, licèt in quibuſdam eorum apographis in* Fauſti *nomine nonnihil variatum ſit. Hieronymianum vetuſtius à Franciſco Florentinio editum, omiſſa voce* Martyrum, *eorum ſic meminit:* In Antiochia natalis ſanctorum Tymothei, Fauſti. *Similiter genuinus Uſuardus Sollerii noſtri:* Item Antiochiæ, Timothei & Fauſti. *In antiquo Gellonenſi, apud Acherium in Spicilegio tom.* 2, *prætermiſſâ præterea palæſtrâ, primo loco annunciantur in hunc modum:* VI Idus Sept. Timothei, Fauſti. *At Petrus Galeſinius martyrii lauream etiam expreſſit,* Antiochiæ, *inquiens,* beatorum martyrum Timothei & Fauſti; *laudatque in Annotationibus Uſuardum & Ms. codicem.*

2 *Atque hæc quidem ſatis inter ſe conveniunt: verùm alia apographa in* Fauſto *variant. In primis vetuſtiſſimum Æternacenſe exemplar ſolum* Timotheum *commemorat, ut in Annotatis ſuis obſervat Florentinius, ubi non improbabiliter ſuſpicatur,* Fauſtum *ab antiquario è textu ſublatum eſſe, quia in ſecunda martyrum Alexandrinorum claſſe, quæ ſubjungitur, alium Fauſtum repererat, quique propterea in Antiochena perperam repetitus ipſi potuit videri. Hieronymianum Corbeienſe in laudato Spicilegio pro* Fauſto Fauſtinianum *habet:* In Antiochia, natalis ſanctorum Timothei, Fauſtiniani. *Belinus in editione Veneta anni* 1498 Fauſtinum *legit:* eadem-

Martyrologiis, quorum aliqua in Fauſto variant.

AUCTORE C. S. *eademque variatio in codice Uſuardino, quem Sollerius Antverpienſem majorem appellavit, uti & in Beda auctо Barberiniano, apud nos tom. 2 Martii præfixo, occurrit. Sed* Fauſtum *cum Romano Martyrologio legendum eſſe, puriora Hieronymiana cum Uſuardinis perſuadent.*

Mauvolycus tres ſocios perperam adjunxit: Florarium noſtrum eos malè confeſſores dicit.

3 *Peculiaris eſt apud Maurolycum annuntiatio, quæ prædictis Martyribus tres alios adjunxit; ita enim habet:* Antiochiæ ſanctorum Timothei & Fauſtini, Amphionis, Severi & Severiani martyrum. *Unde hos ſocios reliquis omnibus martyrologis ignotos ipſe didicerit, non perſpicio: veriſimillimum tamen eſt, eos ad Alexandrinos martyres, de quibus hac eadem die* D *actum eſt, pertinere. Mendoſa etiam apparet Florarii noſtri Ms. annuntiatio his verbis concepta:* Item Antiochiæ ſanctorum Tymothei & Fauſti conf.: *quibus uterque aut ſaltem horum alter* confeſſor *dicitur: quod ex ipſa antiquorum Martyrologiorum annuntiatione minùs probabile eſt. Fortè Florarii auctor cùm vidiſſet, eos in Hieronymianis Uſuardiniſque ſine* Martyrum *titulo commemorari, confeſſores credidit. Ceterum de his Martyribus aut de tempore, quo paſſi ſunt, præter dicta nil reperi.*

DE SS. EUSEBIO, NESTABO, ZENONE ET NESTORE MM.

GAZÆ IN PALÆSTINA

B C. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS. E

Memoria in Romano Martyrologio unde deprompta: tempus martyrii: martyris titulus Neſtori adſcribitur: martyrum ſepultura.

PROBABILIUS ANNO CCCLXII. *Memoria in Romano Martyrologio.*

INter martyres, qui ſub imperio Juliani apoſtatæ Eccleſiam Chriſti ſuo ſanguine illuſtrârunt, quatuor hoc die memorandi veniunt Gazenſes in Palæſtina athletæ, Euſebius *ſcilicet,* Neſtabus *ac* Zeno *fratres, eorumque conſobrinus* Neſtor, *quos in carcerem primùm incluſos ac deinde eductos, Gazæi tumultuario furore perciti crudeliter peremerunt. Eminentiſſimus Baronius eos primus omnium, quantum apparet, ſuo Martyrologio Romano ſub gemina tamen annuntiatione inſeruit in hunc modum:*

C Gazæ in Palæſtina, ſanctorum martyrum Euſebii, Neſtabi & Zenonis fratrum, qui tempore Juliani apoſtatæ, irruente in eos turbâ gentilium, diſcerpti atque necati ſunt. *Deinde mox ſubdit:* Ibidem ſancti Neſtoris martyris, qui ſub eodem Juliano ab iiſdem gentilibus furentibus ſæviſſimè cruciatus, emiſit ſpiritum. *Unde hos Martyres didicerit, docet in Annotatis, videlicet ex Sozomeno, qui eorum certamen lib. 5, cap. 9 Hiſtoriæ eccleſiaſticæ, editionis Valeſianæ enarrat, ex qua nos quoque illud recudemus.*

Martyrii menſis ac dies incertus: annus probabilius fuit

2 *Cur verò ad* VIII *Septembris hos Pugiles Baronius retulerit, non alia mihi occurrit ratio, quàm quòd diem martyrii ignoraret, ideoque eos pro libitu ſuo huic diei adſcripſiſſe videtur, ne eorum memoria interiret. Idem de menſe cenſeo, cùm nec hunc nec illum Sozomenus prodiderit. In anno, quo Sancti paſſi ſunt, non multùm errare nos ſinit breve Juliani imperium, quod à menſe Novembri anni* 361, *quo Conſtantius obiit, ſolus adeptus, uſque ad* XXVI *Junii anni* 363 *tenuit. Quam ob rem ſi conſtaret, Martyres noſtros menſe Septembri coronatos fuiſſe, nullum quoque de anno* 362 *dubium relictum foret; verùm, ut diximus, id incertum eſt. Eum tamen annum cum Baronio in Annalibus, aliiſque poſt eum, eorumdem martyrio probabiliùs aſſignamus, ea ducti ratione, quòd quo tempore Sancti necati ſunt, nondum Juliani in Chriſtianos odium ita in apertum prorupiſſet, ut impunè occidi poſſe exiſtimarentur; ac necdum prolata erat impia illa Juliani ſententia, in præfectum, qui Chriſtianorum occiſores in carcerem conjecerat, ſic eloquentis, teſte Sozomeno:* Quid illos duci neceſſe erat, qui paucos Galilæos pro multis injuriis, quibus ipſos ac deos ipſorum affecerant, ulti eſſent.

F *Chriſti* 362. *Neſtori martyrii laurea*

3 *Nondum, inquam, ſatis nota erat Juliani mens: nam idem Sozomenus, narrata Sanctorum cæde, de Gazæ incolis, à quibus perpetrata fuerat, ita proſequitur:* At Gazæi gravitatem facinoris ſui animo reputantes, metuere cœperunt, ne imperator ipſos impune abire non ſineret. Jam enim rumor ſparſus fuerat, indignari illum & decimum quemque ex plebe necari ſtatuiſſe. *Eadem quidem ratio pro anno* 361 *militat, ſed cùm hujus anni menſe Novembri imperium ſolus primùm adeptus ſit, & Sanctorum martyrio cædem Georgio Alexandriæ illatam & nonnulla alia præmittat Sozomenus, videtur eorumdem martyrium anno* 362 *potiùs aſſigendum. Porrò laudatus hiſtoricus* SS. Euſebium, Neſtabum *ac* Zenonem *martyrum titulo exornat,* Neſtorem *verò confeſſorem appellat: ſic enim de eorumdem reliquiis à S. Zenone Majumenſi epiſcopo in baſilica, quam ipſe ædificaverat, depoſitis ſcribit:* Τὰ ὁσὰ τῶν Μαρτύρων ἀπέθετο πλησίον Νέσορος ὁμολογητοῦ. Oſſa Martyrum depoſuit juxta Neſtorem confeſſorem.

4 *Ita ipſe: at Baronius tam huic quàm illis vindicatur.* *martyrii*

A *martyrii lauream adſcribit. Et meritò quidem : omnes enim ab eiſdem Gazenſibus eodemque furoris impetu ex Chriſtianæ religionis odio in carcerem conjecti, ac trucidati ſunt. Nec aliud inter* Neſtoris *aliorumque martyrium intereſt, quàm quòd hi à furibunda plebecula ad mortem uſque diſcruciati diſcerptique ac deinde in ardentem rogum conjecti ſint, ille autem vulneribus penè confectus & jamjam, ut putabatur, moriturus, extra urbem projectus ſit, unde ad S. Zenonem delatus, cùm ſanandis plagis medicina adhiberetur, animam exhalavit. Par itaque omnium mortis cauſa ac ſimile martyrium, licèt in* Euſebio, Neſtabo & Zenone *paulò truculentius, in* Neſtore *fortè diuturnius fuerit. Quòd igitur Sozomenus tres Fratres* martyres *appellârit,* Neſtorem confeſſorem *vocaverit, non alia de cauſa factum puto, quàm quòd tres priores ſub ipſis perſecutorum manibus victrices animas reddiderint, poſterior verò ex plagis, ut dixi, jam penè mortuus, apud S. Zenonem exſpiraverit : verùm martyrii laurea nihil inde detrahi manifeſtum eſt.*

B *Cur Baronius hunc ſeparatim annuntiet.* 5 *Eadem fortè ratio, quæ Sozomenum movit, ut* S. Neſtorem *confeſſoris titulo honoraret, Baronium induxit, ut poſt relatum Fratrum martyrium illum, quaſi ad eorum claſſem non pertineret, diſtincta annuntiatione commemoraret. Verùm nos* S. Neſtorem *reliquis jungimus, quibuſcum flagra ac carcerem perpeſſus, crudeliterque per plateas raptatus eſt, ac tandem ex acceptis vulneribus martyrium conſummavit, licèt fortè alio die ac loco. Non eodem, inquam, fortè die : id enim incertum relinquitur apud Sozomenum, qui de illius obitu hæc tradit :* Inter trahendum ii, qui eum raptabant, conſpecta illius pulchritudine, Juvenem miſerati ſunt & extra urbis portas projecerunt, adhuc quidem ſpirantem, ſed qui brevì moriturus ſperabatur. Inde quidam eum tollentes, ad Zenonem deportârunt; apud quem, dum ulceribus ejus ac plagis medicina adhiberetur, animam exhalavit. *Quamdiu verò gentilium furori apud Zenonem ſuperfuerit, non edicit. Quod ſpectat ad locum, in quo Sanctus obiit, non minùs incertus is eſt. Fortè fuit Anthedon, urbs maritima, viginti circitèr ſtadiis ſeu duobus milliaribus cum dimidio Gazâ diſtans, quò S. Zenon confugiſſe dicitur à Sozomeno, dum Conſobrini*

C *ejus necarentur, & ipſe ſibi paria metueret.*

Sanctorum reliquiæ in eccleſia reconditæ. 6 *Quamquam autem antiquis martyrologis hi ſancti Athletæ, ut jam monui, ignoti fuiſſe videantur, dubitandum non eſt, quin de legitimo eorumdem cultu conſtiterit eminentiſſimo Baronio, dum eos Romano Martyrologio inſeruit; quinimo id ipſum ſæpe laudatus Sozomenus ſatis inſinuare videtur. Scribit enim, trium priorum reliquias, jubente Deo, à muliere quadam Chriſtiana noctu collectas fuiſſe & ad S. Zenonem deportatas, qui* eas domi abditas aliquamdiu ſervavit. Poſtea verò epiſcopatus illius eccleſiæ (*urbis Majumenſis*) fortitus (id autem contigit principatu Theodoſii) baſilicam extra urbem ædificavit & altare ſublime erexit & Martyrum reliquias depoſuit juxta Neſtorem confeſſorem. *Hanc baſilicam Sozomenus ipſe videre potuit, dum Majumenſi eccleſiæ jam propè centenarius etiam præeſſet Zeno, ut ex annotatis ad Acta patebit, ex quibus, quis Zeno ille fuerit, lector intelliget.*

D

ACTA

Ex Sozomeno lib. 5 Hiſt. Eccl. cap. 9 ſecundum verſionem Valeſii.

CAPUT UNICUM

Sancti à Gazæis flagris cæſi, in carcerem conjiciuntur : inde educti à furibunda plebe crudeliter trucidantur & comburuntur : eorum reliquiæ, Deo jubente collectæ, honorificè ſepeliuntur.

E

OPportunum nunc videtur, ut Euſebii, Neſtabi & Zenonis, fratrum mentionem faciamus, quos populus Gazæorum *a* odio proſequens, tunc temporis domi abditos comprehendit : ac primùm quidem in carcerem eos conjecit & flagris verberavit. Deinde *b* omnes in theatrum convenientes, adverſus eos vociferati ſunt, quòd templa ipſorum violâſſent & ſuperiorum temporum opportunitate *c* ad everſionem & contumeliam Græcanicæ *d* religionis abuſi eſſent. Dumque ita vociferarentur & in cædem illorum ſeſe mutuò incitant, furorem animis conceperunt. Atque ut vulgus ſeditioſum ſolet, ſemetipſos cohortati, ad carcerem properârunt, eoſque inde eductos crudeliſſimo mortis genere interfecerunt, nunc pronos, nunc ſupinos trahentes & pavimento allidentes, & pro arbitrio alii lapidibus, alii fuſtibus & cujuſque modi telis, quæ ad manum eſſent, eos cædentes. *Poſt flagella in carcerem conjecti : indèque educti*

a
b
c
d

2 Audivi etiam, mulieres, relictâ telâ, ex domo progreſſas, radiis illos pupugiſſe, & coquos, qui in foro erant, partim ollas aquâ ferventi bullientes, focis abreptas, eis ſuperfudiſſe, partim verubus eos transfixiſſe. Poſtquam eos dilacerâſſent & capita eorum ita confregiſſent, ut cerebrum humi efflueret, eos extra civitatem traxerunt ad locum, quo jumentorum cadavera projici ſolebant. Ibi accenſo rogo, corpora eorum concremârunt, & quæ ſupererant oſſa, quæ ſcilicet ignis minimè abſumpſerat, camelorum aſinorumque oſſibus illic temere diſjectis permiſcuerunt, ne facilè reperiri poſſent. *crudeliſſimè necantur : oſſa ex combuſtis corporibus*

F

3 Sed tamen non latuerunt diu. Etenim mulier quædam Chriſtiana, non illa quidem oriunda ex urbe Gaza, ſed quæ illic domicilium fixerat, Deo jubente, noctu ea collegit, & in ollam conjecta, Zenoni *e* eorum conſobrino cuſtodienda tradidit. Sic enim Deus in ſomniis præceperat, & locum, ubi vir iſte degeret, mulieri indicaverat, ac priuſquam illum vidiſſet, ei oſtenderat. Erat enim ignotus mulieri, & ob recèns excitatam perſecutionem occultus latebat. Parùm ſiquidem abfuerat, quin & ipſe comprehenſus à Gazæis occideretur : ſed dum populus Conſobrinorum ejus cædibus intentus eſ- *reliqua, divino juſſu collecta,*

e

Ex Sozomeno.

ſet, ipſe opportunitatem nactus, Anthedonem *f* confugit, urbem maritimam, viginti circitèr ſtadiis Gazâ diſtantem: quæ quidem eo tempore ſuperſtitioni gentilium perinde addicta & ſimulacrorum cultui ſupra modum dedita erat. Ibi cùm indicio quorumdam Chriſtianus eſſe proditus fuiſſet, tergo virgis graviter cæſus eſt ab Anthedoniis & urbe ejectus.

f

A S. Zenone in eccleſia trucidantur S. Neſtoris martyrium.

4 Cumque ad Gazæorum navale *g* ſe contuliſſet, illic abditus delitescebat. Ibi mulier ei occurrens, reliquias tradidit. Eas ille domi abditas aliquamdiu ſervavit: poſtea verò epiſcopatum illius eccleſiæ ſortitus *h* (id autem contigit principatu Theodoſii *i*) baſilicam extra urbem ædificavit & altare ſublime erexit, & Martyrum reliquias depoſuit juxta Neſtorem confeſſorem *k*. Qui cum Conſobrinis ſuis, dum viverent, familiariter verſatus, & unà cum illis à populo comprehenſus, vincula ac flagella ſimul cum iis pertulerat. Sed inter trahendum ii, qui eum raptabant, conſpecta illius pulchritudine, Juvenem *l* miſerati ſunt, & extra urbis portas projecerunt, adhuc quidem ſpirantem, ſed qui brevi moriturus ſperabatur. Inde quidam eum tollentes, ad Zenonem deportârunt: apud quem, dum ulceribus ejus ac plagis medicina adhiberetur, animam exhalavit.

g
h
i
k
l

B

Sanctorum cædes impunita ſub Juliano.

5 At Gazæi gravitatem facinoris ſui animo reputantes, metuere cœperunt, ne imperator *m* ipſos impune abire non ſineret: jam enim rumor ſparſus fuerat, indignari illum & decimum quemque ex plebe necari ſtatuiſſe. Sed id falſum erat ac rumor dumtaxat popularis, ex metu, ut credibile eſt, & ex eorum, quæ geſſerant, conſcientia, per vulgus diſperſus. Siquidem imperator ne id quidem, quod erga Alexandrinos ob Georgii cædem fecerat, Gazæos per litteras reprehendit *n*. Immo conſularem *o*, qui tunc provinciam illam regebat, exauctoravit, ſuſpectumque habuit, & in judicium adductum clementiæ ſuæ tribui voluit, quòd nequaquam morte mulctaret. Incuſabat autem illum, quòd quoſdam ex Gazæis, qui ſeditionis ac cædis auctores fuiſſe dicebantur, comprehenſos in vincula conjecerat, ut ex legum præſcripto judicium ſubirent *p*. Quid enim, inquit, illos duci neceſſe erat, qui paucos Galilæos *q* pro multis injuriis, quibus ipſos ac Deos ipſorum affecerant, ulti eſſent? Et hæc quidem ita geſta eſſe perhibentur *r*.

m
n o
p
q
C
r

ANNOTATA.

a *Id eſt incolæ Gazæ, quæ in ſacris Litteris Joſue* 15, ℣. 47 *in ſorte tribûs Juda nominatur, &* 1 *Reg.* 6, ℣. 17 *inter quinque Philiſthinorum ſatrapias recenſetur, jacetque prope oram maris Mediterranei in terræ Promiſſionis finibus, Idumeam verſus. Chriſtianis temporibus Gaza epiſcopali ſede ſublimata eſt Cæſareenſi metropoli ſuffraganea, ut videre eſt apud Michaëlem Le Quien, Orientis Chriſtiani tom.* 3, *col.* 603 *& ſeqq.*

b *Bailletus in Vitis Sanctorum tom.* 3 *ad hunc diem ait ea, quæ ſequuntur, contigiſſe poſtridie quàm Sancti incarcerati eſſent*, le jour d'apres: *quod ubi didicerit, ignoro: Græcè enim eſt:* ἑπειτα, deinde.

c *Sub imperio ſcilicet Conſtantini ac Conſtantii.*

d *Intellige idololatriam, cui Græci addicti fuerant, quamque laudati imperatores ſtuduerant exſtirpare.* D

e *Quis Zenon ille fuerit, mox lector intelliget, partim ex hiſce ipſis Actis, partim ex Annotandis.*

f *Nota eſt ſub eo nomine antiquis geographis ac hiſtoricis civitas. Herodes Aſcalonites eam reſtauravit & in Agrippæ gratiam* Agrippeum *nominavit, teſte Joſepho lib.* 1 *de Bello Judaico cap.* 16: *quod tamen vocabulum non diu ei adhæſiſſe notat Cellarius tom.* 2 *Notitiæ orbis antiqui, lib.* 3, *cap.* 13. *Le Quien Orientis Chriſtiani tom.* 3, *col.* 631 *& ſeq. inter epiſcopatus Palæſtinæ primæ ſub Cæſarea metropoli eam recenſet.*

g *Id eſt ad urbem* Majumam, *cujus nominis plures erant in Palæſtina. Juverit audiviſſe laudatum Le Quien col.* 621. Majumæ nomen, *inquit*, Palæſtinis idem ſonabat, quod portus ſeu navale Latinis; ſuumque Majuma Aſcaloni erat, ſuum Jamniæ, ſuum quoque Azoto, ſuum denique Gazæ: verùm in hoc differebant Majuma Aſcalonis & Majuma Gazæ à cæteris Majumis, quod ſpeciales eccleſias conſtituerent, proprioſque haberent epiſcopos: unde ſicut ſuprà Majumam Aſcalonis ab Aſcalone ſecrevimus, ita & nunc à Gaza ſecernimus Majumam Gazæ. Septem dumtaxat ſtadiis à Gaza diſſitam fuiſſe Majumam, ſcribit Strabo lib. XVI: verùm Arrianus ſuprà citatus (*ſcilicet lib.* XI *pag.* 150) & Sozomenus (*lib.* 5 *cap.* 3) ajunt Gazam & Majumam ſive portum intervallo viginti ſtadiorum (*circitèr*) ſeparari. *Enituit Majumitanorum ſub Conſtantino Magno in amplectenda Chriſtiana religione zelus, qui propterea Majumam Gazæis ſuperſtitioni addictiſſimis, quibus eò uſque paruerat, ſubtraxit, & filii ſui nomine* Conſtantiam *appellans, civitatis jure donavit. Eam quidem poſtmodum Gazæ rurſum ſubjecit Julianus apoſtata; verùm proprio epiſcopo ſubſecutis temporibus gaudere perrexit, ut tradit Sozomenus lib.* 5 *cap.* 3. *Sanctum Zenonem, de cujus fuga hic agitur, Majumæ epiſcopatum poſtea adeptum fuiſſe, mox videbimus.*

h *S. Zenonis Majumenſis epiſcopi elogium ſcribit idem Sozomenus lib.* 7, *cap.* 28, *ubi eum à ſe viſum teſtatur his verbis:* Ajunt certè, immò nos quoque ipſi vidimus, eum cùm Majumæ eccleſiam gubernaret, jam ſenem ac centum circitèr annos natum, numquam à matutinis aut veſpertinis hymnis aut à reliquo officio divino abfuiſſe, niſi morbus ipſum detineret. *Plura ibidem, & fortè in Opere noſtro ad* 26 *Decembris, quâ die Martyrologio Romano inſcriptus legitur.* F

i *Theodoſium I, cognomento Magnum indicat, qui anno* 379 *ad imperium adſcitus, Orientem obtinuit, annoque* 395 *defunctus eſt.*

k *Cur S.* Neſtorem confeſſorem *appellare videatur, conſule Commentarium num.* 3 *&* 4.

l Juvenem *non eſt in Græco: quare neſcio, cur hanc vocem addiderit Valeſius. Eumdem Sanctum* Juvenem *dicit Fleurius in Hiſtoria Eccleſiaſtica tom.* 4, *ſecutus, ut apparet verſionem Valeſii: Fleurio conſonat Bailletus in Vitis Sanctorum tom.* 3.

m *Julianus apoſtata, qui defuncto Conſtantio imperium obtinebat.*

n *Loquitur de cæde Georgii Arriani, qui ſedem S. Athanaſii Alexandrinam occupaverat, &*

A *& à ſeditioſis gentilibus fuerat occiſus ; quam ob rem à Juliano per litteras fuerant acriter increpiti , ut videre eſt apud eumdem Sozomenum lib. 5 , cap. 7.*

o *Græcè eſt* τὸν ἡγέμονα , ducem *vel* præfectum.

p *Ex his liquet , ſanctos noſtros Martyres non ab auctoritate publica , ſed ab tumultuante plebe trucidatos fuiſſe.*

q *Ita ſcilicet impius apoſtata Chriſtianos compellare ſolebat.* Ex Sozomeno.

r *Potuit hæc ex parentibus ſuis didiciſſe Sozomenus , cujus avus eo tempore habitaverat prope Gazam , indéque poſtmodum fugerat ob metum gentilium , quemadmodum ſcribit lib. 5, cap. 15.*

DE S. BELINA VIRGINE ET MART.

APUD LINGONES IN CAMPANIA.

J. P.

Pagus ſive territorium Lingonenſe in Campania , Galliæ provincia omnibus paſſim nota , palæſtra fuit , & fortaſſe etiam natale ſolum inclytæ hujus Heroidis , dignæ ſanè , B *cujus ob caſtitatis ac virginei pudoris majorem commendationem & ſplendorem geſta ac virtutes diligentiùs à ſcriptoribus ad poſterorum notitiam tranſmiſſa fuiſſent. Annuntiat ipſam ad diem* VIII *Septembris Caſtellanus in Martyrologio univerſali , his verbis è Gallico in Latinum tranſlatis.* Prope Lingones ſanctæ Bellinæ virginis , quæ colitur ut martyr Mauræ , haud procul Trecis , ubi ejus caput ſervatur. *Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani ad eumdem diem ſic ejus meminit :* Apud Lingonas paſſio ſanctæ Belinæ virginis & martyris. *Arturus item in Gynæceo :* In Pago Lingonenſi paſſio ſanctæ Belinæ virginis & martyris. *Præter hæc ultimo loco laudatus auctor dat in Annotatis Sanctæ noſtræ elogium paulò prolixius ; at cùm citet Nicolaum Camuzatium de Originibus Trecenſibus , & Angelum Manrique in Annalibus Ciſtercienſibus , illud ipſum hunc malui transferre ex laudato Annaliſta. Is itaque ad annum Chriſti* 1153 *cap.* 17 *agens de primordiis abbatiæ ſui Ordinis , cui nomen* Moræ *ſeu* cœnobium de Moris , (*Caſtellanus ſuprà* Mauram *nuncupat*) *Gallicè* Mores , *hæc num.* 5 *ad rem noſtram interſerit :* Inter alia , quæ illuſtrare dicuntur Moras , invenio caput virginis , & ob virginitatem tuendam martyris , beatæ Belinæ , de qua hæc habet Nicolaus Camuzatius deſcribens Moras : " In hoc Morienſi cœnobio aſſer- „ vatur religiosè caput S. Belinæ virginis , quod C „ el amputatum fuiſſe dicitur à Domino Len- „ drevillæ (qui vicus eſt circa mille paſſus di- „ ſtans à Moris) quòd Virgo ſtuprum pati no- „ luerit ab hoc impuro homine , cognomento „ de Dracey , pudicitiâ ſæpe fruſtra tentatâ „. *Quæ hîc de ſacro ejus capite dicuntur , confirmantur etiam in Gallia Chriſtiana recèns recuſa tom.* 4 , *ubi de abbatiis diœceſeos Lingonenſis :* In hoc , *inquiunt auctores* , cœnobio (*Moris*) caput S. Belinæ virginis & martyris religiosè ſervatur. *Porrò ex dictis hactenus ſat manifeſtè ſanctæ Virginis martyrium & hujus cauſam intelligimus ; at neque ex his neque ex aliis auctoribus quidquam ulteriùs colligere licuit ; puta de ejus genere , parentibus , ſeculo , quo vixit , anno & die , quo paſſa eſt , & ſimilibus. Memoriam tamen ipſius aliorum Sanctorum Actis hodie inſerendam exiſtimavi , quòd ipſam ad diem* VIII *Septembris annuntient laudati ſuprà martyrologi , quòd omnes eam indubitanter Sanctæ titulo inſigniant , quódque plerique caput ejus Moris honorari aſſerant.*

C F

DE S. BERTEWINO VEL BERTHVINO MARTYRE ,

PATRONO PAROECIÆ COGNOMINIS IN DIOECESI CENOMANENSI.

S Y L L O G E

J. L.

De Sancti cultu , fortè ejuſdem cum Bertivino vel Bertinino , qui Lexovii honoratur.

Sanctum noſtrum , paræciæ ſui nominis patronum in diœceſi Cenomanenſi , *Sancti Martyris memoriam celebrant Ferrarius in Catalogo generali Sanctorum , Sauſſayus in Gallicano & Caſtellanus in univerſali Martyrologio ; omnes ad diem* VIII *Septembris. Prior* ex Kal. Galliæ & monum. eccleſiæ Lavallenſis *Sanctum ita annuntiat :* In territorio Cenomanenſi S. Bertewini martyris. *Sauſſayus* , In territorio , *inquit* , Cenomanenſi natalis S. Bertewini martyris , cujus coronam Lavallenſis potiſſimùm eccleſia veneratur. *Similia habet in Supplemento pag.* 1165. *Locum , ubi Sanctus præcipuè colitur , diſtinctiùs aſſignat Caſtellanus :*

AUCTORE J. LI

In provincia Cenomanensi S. Berthvini, qui ut martyr honoratur in loco cognomine prope Vallem-Guidonis. *Scripsi* S. Berthvini, *Castellanum secutus, qui Sancti nomen ita Latinè expressit in margine ad Gallicam suam annuntiationem, in quo legitur* S. Berthevin. *Locus, qui Sancti nomen gerit ecclesiam habet parœcialem, uti docet Catalogus beneficiorum diœcesis Cenomanensis Parisiis anno* 1648 *editus, pag.* 71 : *ubi occurrit parœcia* Saint-Bertevin *in decanatu Vallis-Guidonis. Hoc oppidum recentiores etiam* Lavallis *& Lavallium vocant à Gallico* Laval. *Situm est ad Meduanam* * *fluvium in eo provinciæ & diœcesis Cenomanensis tractu, qui Britanniæ Armoricæ vicinior est. Parœcia verò, quæ à sancto Patrono nomen retinuit, jacet à dextera Meduanæ ripa, haud ita procul Valle-Guidonis, Occidentem seu Britanniam versus.*

* la Mayenne

2 *Castellanus, ut statim dicebam, Sancti nomen in margine scripsit* Be hvinus. *In Supplemento pag.* 706, Adde, *inquit*, vel BERTIVINUS, sicuti appellatur XI Julii in Breviario Lexoviensi juxta antiquissimum lapidem marmoreum, in una è capsis ecclesiæ cathedralis repertum; cui incisa sunt hæc verba, in quatuor lineas divisa atque hoc modo efformata : CORPORA SAN- | CTORUM URSINI : | BERTIVINI : | ATQ; PATRICII. *Castellanum quam potui exactissimè imitatus sum in singulis inscriptionis apicibus exprimendis; qui si consimili figurâ insculpti fuerint lapidi marmoreo, hunc* antiquissimum *esse quis credet? At laudatus martyrologus, ut opinor, solam inscriptionis divisionem in quatuor lineas, non verò exactam omnium characterum formam exhibere voluit. Ad manum est Breviarium ecclesiæ Lexoviensis in Normannia, Parisiis anno* 1624 *excusum, in cujus Calendario ad diem* XI *Julii ponitur nomen* S. Bertivini, *quemadmodum legitur in monumento marmoreo. Verùm in ipso Breviario tam ad dictum diem* XI *Julii, quam ad* XI *Junii* Bertininus *nominatur.*

non distinguit Castellanus à S. Bertivino vel Bertinino, cujus corpus Lexovii quiescit,

B

3 *Sancti natalis in diœcesi Lexoviensi recolitur die priore seu* XI *Julii, ad quem in ejus Breviario ista præscribuntur :* Sancti Bertinini martyris semiduplex. Omnia de communi unius martyris. Oratio. Deus, pro cujus amore beatus Bertininus martyr & levita gladiis impiorum occubuit, præsta quæsumus, ut omnes, qui ejus implorant auxilium, petitionis suæ salutarem consequantur effectum. Per Dominum nostrum. *Hic* Bertininus *seu* Bertivinus *non distinguendus est à Sancto, quem Grevenus eodem die* XI *Julii ita commemorat :* Bertini martyris, *quemque Sollerius aliunde sibi ignotum retulit inter Prætermissos. In laudati Breviarii Calendario ad* XI *Junii notatur* Translatio S. Ursini Sociorumque ejus. Duplex solemne in cathedrali tantùm. *Oratio, quam idem Breviarium in solemnitate ista recitari jubet, est hæc :* Deus, qui nos sanctorum tuorum Ursini, Bertinini, Patricii atque Candidi, & quorum reliquiæ in nostra ecclesia requiescunt, annua translatione lætificas; da nobis quæsumus, & eorum imitatione proficere & intercessione gaudere. Per Dominum.

& cujus natalis ibi agitur XI Julii. Solemniter XI Junii ibidem recolitur

C

4 *Meminit translationis istius codex Usuardinus Centulensis ad* X *Junii : sed duos dumtaxat priores Sanctos nominat, & Lexovium corrupte appellat* Lysois *à Gallico urbis vocabulo* Lisieux. *Verba accipe.* Lysois civitate, translatio beatorum Ursini episcopi & confessoris, atque Bertunii martyris. *Henschenius in ejusdem diei Prætermissis,* Ex his, *inquit*, quantum assequimur, videtur Ursinus esse Bituricensis episcopus, qui colitur IX Novembris, & Bertuwius * martyr, Sauffayo Bertuwinus * relatus VIII Augusti, *imò* VIII *Septembris. Olim revera crediderunt Lexovienses in ecclesia sua cathedrali quiescere corpus S. Ursini episcopi Bituricensis, at perperam : cùm nonnullas dumtaxat ejus reliquias Bituricis acceperint, idque non citiùs quàm anno* 1475 ; *uti dicendum erit ad* IX *Novembris, ad quem Sanctus ille Martyrologio Romano inscribitur. Legi interim potest anonymus monachus Sansulpitianus in Patriarchio Bituricensi apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ Mss. pag.* 9 *&* 10 ; *ubi rei à me assertæ veritas extra omnem controversiam ponitur. Alius itaque a synonymo episcopo Bituricensi est S. Ursinus ille, cujus corpus Lexovio vindicant monumentum marmoreum ecclesiæ cathedralis & codex Usuardinus Centulensis, qui diu antè reliquias S. Ursini Bituricensis Lexovium non prius quàm anno* 1475 *translatas conscriptus fuit, ut videre est apud Sollerium in Præfatione ad Martyrologium Usuardi cap.* 3 *art.* 4 § 3 *in fine.*

translatio S. Ursini, qui à synonymo episcopo Bituricensi diversus est,

* *l.* Bertunius
* *l.* Bertewinus

D

E

5 *Castellanus suprà num.* 2 *hodiernum* S. Berthvinum *seu* Bertewinum, *parœciæ sui nominis patronum prope Vallem-Guidonis, eumdem esse judicat cum* S. Bertivino *vel* Bertinino, *quem Lexoviensis ecclesia diebus* XI *Junii &* XI *Julii veneratur. Idem numero præcedente suspicatur Henschenius, haud dubiè ob summam nominum affinitatem & communem utrique Sancto martyrii palmam. An aliam illos non distinguendi rationem habuerit Castellanus, me latet : habuisse tamen videtur, cùm adeo affirmatè loquatur. Quæ de cultu sancti Martyris Lexoviensis inveni, hîc reticenda non putavi, quia idem esse creditur cum nostro* S. Bertewino *seu* Berthvino : *cui tamen in fronte hujus Sylloges non ausus fui tribuere nomen* Bertivini *vel* Bertinini, *sub quo Lexovienses suum Sanctum honorant; quia cum illo eumdem esse mihi certò non constat. Uterque vel, si ita malis, idem Sanctus utrobique, Lexovii scilicet & in parœcia cognomine prope Vallem-Guidonis, creditur esse martyr. Etiam* levita *seu diaconus appellatur, &* gladiis impiorum *occubuisse dicitur in Oratione propria, quam de ipso recitat Clerus Lexoviensis die natali seu* XI *Julii. De martyrii tempore & palæstra filere malo quam in tenebris palpare.*

S. Bertivini vel Bertinini martyris, qui cum Sancto nostro creditur esse idem,

F

6 *Dictum monumentum marmoreum & Breviarium Lexoviense ad* XI *Junii testantur in urbis istius ecclesiam cathedralem translatum quoque fuisse corpus S. Patricii, si Castellano credas in Sanctorum indice, episcopi Bajocensis : de quo Henschenius tom.* VI *Maii pag.* 767 *agendum esse monuit ad* I *Novembris. S. Candidum, qui in Oratione, ex sæpe memorato Breviario num.* 3 *transcripta, tribus prioribus Sanctis adjungitur, ita ad Calendas Decembris idem annuntiat Castellanus :* Trajecti ad Motam S. Candidi episcopi regionarii, patroni titularis duarum ecclesiarum Rotomagi. *Additur in Supplemento pag.* 725 : Cujus reliquiæ Lexovii in cathedrali quiescunt. *S. Candidus episcopus Trajecti, ubi mortuus est, in insigni ecclesia collegiata S. Servatii honoratur die* VII *Junii, ad quem de ipso actum fuit, nulla tamen facta mentione cultûs, quem alibi Calendis Decembris obtinuisse aliunde didici quàm ex Castellano.*

S. Patricii antistitis Bajocensis, ut dicitur, & S. Candidi episc., qui Trajecti obiit.

DE

A D

DE S. VIDIANO MARTYRE

IN LOCO, MARTRES DICTO, DIOECESIS RIVENSIS

IN OCCITANIA.

Ex Martyrologiis. J. S.

FORTE SEC. V. *Cultus Sancti : locus,*

VIdiani *martyris obſcura admodùm eſt memoria, ſed cultus indubitatus. Quapropter, cùm fruſtra quæſiverim geſta ejus in hiſtoricis, quæ ex Martyrologiis ſe offerunt, pauca breviter colligam. Ferrarius in Catalogo generali ad* XXVII *Auguſti ſic habet :* In territorio Rivenſi in Aquitania S. Vidiani martyris ſub Gothis. *Addit in Annotatis :* Ex tabulis illius eccleſiæ. Locus MARTRES dicitur, ubi in propria eccleſia colitur. *Caſtellanus ad* VIII *Septembris Gallicè habet, quæ Latinè reddo :* In loco Martres diœceſis Rivenſis in Occitania, S. Bediani * per Arianos affecti martyrio. *Sauſſayus Sanctum annuntiat die* IX *Septembris, hiſce uſus verbis :* In Aquitania territorio Rivenſi S. Vidiani martyris, in loco, qui MARTRES vulgò dicitur, à Gothis Arianis propter orthodoxæ fidei profeſſionem impiè trucidati. *Simon de Peyronet in Catalogo Sanctorum etiam de* Vidiano *meminit; at præcedentibus nihil addit, niſi eum coli die* VIII *Septembris, & vulgò* Veſian *appellari.*

B

* Vezians

2 *Plura de* S. Vidiano *non habeo; pauca tamen obſervari poſſunt de loco, ubi colitur, & de tempore martyrii. Civitas* Rivi, *Gallicè* Rieux, *in cujus territorio eſt locus* Martres, *non pertinet ad Aquitaniam proprie dictam, ſed ſita eſt in Occitania ſuperiori ad Garumnam fluvium, & epiſcopalis eſt ſub archiepiſcopo Toloſano. Tempus martyrii certò nequit aſſignari : conjectura ſolùm dari poteſt, quia à Gothis Arianis occiſus dicitur. Nam Viſi-Gothi ſeculo* V *ſedem regiam habuerunt Toloſæ, & Catholicos ſubinde perſecuti ſunt. Hinc ſeculum quintum ambitanter ad marginem notavi.*

ubi colitur : conjectura de tempore martyrii.

E

DE S. CORBINIANO PRIMO EPISCOPO FRISINGENSI

IN BAVARIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. C. S.

§ I. Actorum ſcriptor Aribo epiſcopus Friſingenſis : Acta unde edenda.

C F

CIRCA ANNUM DCCXXX. *Datur notitia Aribonis Friſingenſis epiſcopi,*

Acta S. Corbiniani, *primi Friſingenſium in hodierna ſuperiori Bavaria epiſcopi, poſteritati prodita reliquit ſcriptor coævus, ejuſdemque ſedis quartus antiſtes,* Aribo *nomine, qui etiam* Arbio, Arbeo, Hæres & Cyrinus *dictus legitur. Hanc nominis varietatem eruditiſſimus Marcus Velſerus lib.* 5 *Rerum Boicarum repetit à vetuſtis vocabulis* Erbon & Arbon, *quæ linguâ Boicâ* Heredes *denotabant. Itaque Aribo Latinè ſe* Heredem *dixit :* Cyrini *verò vocabulum ex S. Hieronymi Opuſculo de Interpretatione nominum Hebraicorum mutuatum fuiſſe opinatur; in eo enim* Cyrum *Latinè ſimiliter* Heredem *interpretatur. At quidquid ſit de hac nominis etymologia & varietate, ipſe Aribo in Vita, quam elucidamus, infrà cap.* 7 *num.* 52 Hæredem *ſe appellat ſecundum Ms. Benedictoburanum, de quo infrà, in codice verò, quo Surius uſus eſt, ibidem* Aribonem & Heredem *ſe dicit. In inſtrumentis, quæ ſub Aribone confecta exhibet Carolus Meichelbeckius Hiſtoriæ Friſingenſis tom.* 1, *parte* 2, *modò* Arbio *vel* Arbeo, *modò* Heres *ſcribitur. Arnolfus comes in Epiſtola ad Purchardum abbatem apud Caniſium in Antiquis lectionibus tom.* 2, *eum gemino ſimiliter nomine appellat :* Admodum, *inquit,* amaricabar in geſtis videlicet domeſticis clariſſimi patroni noſtri Emmerammi martyris, dudum à quodam, qui ſe CIRINUM & HEREDEM nominat, Friſingenſis eccleſiæ epiſcopo, ut puto, rectè ſcriptis, ante nos autem majorum negligentiâ depravatis.

2 *Porrò geſta Aribonis apud Carolum Meichelbeckium mox laudatum parte* 1 *lector inveniet, quorum propterea ſummam hîc tantùm perſtringimus. Ait itaque, eum jam ſacerdotio initiatum Joſepho, tertio Friſingenſium epiſcopo, à ſcribendis inſtrumentis fuiſſe & archipresbyteratu donatum : deinde Scarantienſi monaſterio abbatem præfectum, ac anno denique Chriſti* 764 *ad Friſingenſem epiſcopalem cathedram fuiſſe evectum, quam anno* 784 *moriens reliquit, licèt*

qui Acta Sancti

AUCTORE C. S.

cèt alii eum biennio citiùs obiisse opinentur. Nec prætermittendum est, quod ex S. Corbiniani *Vita de Aribone narrat Meichelbeckius. Apud nos cap. 6 dicitur* puer *quidam* parvulus *cùm ad Majensis oppidi in Tyroli muros, ubi* S. Corbiniani *corpus quiescebat, in nocte festiva ejusdem Sancti, incautè discurrisset & in præcipitium proruisset, mirabiliter fuisse servatus: subdit verò Aribo:* Qui ob merita Viri Dei non tantùm vivus, sed etiam inlæsus repertus est, quique etiam divinæ largitatis munere ipso præerat episcopatui multis diebus. *Hunc parvulum puerum ipsum Aribonem fuisse, meritò censet Meichelbeckius, de nullo enim alio id rectè posse intelligi. Nam de Erimberto quidem,* S. Corbiniani *fratre & fortè natu majore ac successore nulla omnino potest esse quæstio: de Josepho, tertio istius sedis antistite, dubitavit Mabillonius seculo 3 Benedictino parte 1: at rectiùs negavit Meichelbeckius, hac præcipuè ductus ratione. Anno Christi 749 Josephus ille episcopatum adeptus annos ut minimum triginta numerabat, quos numerare non poterat, si post* S. Corbiniani *mortem, quæ in annum 730 incidit,* parvulus *dumtaxat* puer *fuisset. Nihil simile in Aribone occurrit, qui cùm anno 764 primùm factus sit episcopus, rectè intelligitur* parvulus puer *fuisse etiam post annum 730. Atque hinc simul rectiùs intelligitur, cur istius* pueri *ac postmodum episcopi nomen reticuerit, ne videlicet ex accepto beneficio aliquam sibi gloriam aucupari videretur.*

B

3 *Ex dictis liquet, Aribonem, tametsi non nisi puer* S. Corbiniano *fortè convixerit, res tamen ab eo gestas planè exploratas habere potuisse; tum quòd propinquus tempore facilè potuerit eas vel ex ipsis Sancti sodalibus accipere, tum quòd archipresbyteratûs ac deinde ipsius episcopatûs munus easdem penitiùs indagandi facultatem præbuerit. Eadem viri dignitas propinquitasque temporis magnam Vitæ auctoritatem conciliat: quippe ut probrosum fuisset episcopo acta Sancti figmentis conspergere, ita aliis tum temporis facile ea redarguere, cùm haud dubiè non pauci supererent, qui Sancto convixerant. Quapropter licèt mira sint, quæ ipse cap. 3. num. 21 de urso famulante, & num. 24 & 25 de aquila pisces subministrante enarrat, non possum tamen ea inter fabulas referre, nisi scriptorem episcopum aut inutilis sibi mendacii reum, aut ex nimia credulitate suæ famæ prodigum accusem; quod utrumque procul à me absit. In fine Vitæ annexuit idem Aribo translationem sancti corporis, quod ipso auctore ac episcopo ex urbe Majensi Frisingam delatum & in cathedrali ecclesia honorificè fuit depositum.*

C

& corporis translationem a se factam scripsit.

4 *Laurentius Surius laudati Aribonis Opusculum seu* S. Corbiniani *Vitam ad diem* VIII *Septembris excudit: ex Surio eam Mabillonius in Acta Sanctorum sui Ordinis retulit Seculo 3, parte 1. Ex quo autem codice illam prior deprompserit, & an stylum mutaverit, non indicat: at Carolus Meichelbeckius in sæpe laudata Frisingensi Historia aliam protulit, phrasium, non rerum nisi paucarum, varietate diversam. Pro hac laudat ipse codicem Benedictoburanum* ante annos ferè septingentos *conscriptum, & Suriano codici uti & Andecensi, quem seculo* XV *exaratum putat; longè præferendum. Nec immeritò mihi sic sentire videtur de editione Suriana: in primis enim stylus in ea elegantior mutationem quamdam seu à Surio seu ab alio ante ipsum factam sapit; cùm idem Aribo in instrumentis, quæ sub Josepho episcopo ab eodem conscripta exhibet Meichelbeckius, frequentissimis solœcismis laboret: quibus licèt non tantopere scateat Vita ex codice Benedictoburano, non tamen penitus caret, & certè sermonis simplicitate non adeo ab illis abhorret, quàm Surianum seu exemplar seu editio. De Andecensi exemplari, quod inspicere mihi non licuit, nihil ex hac parte possum statuère: at laudatus historicus Frisingensis alio ex capite utrumque exemplar oppugnat.*

Cur codicem Benedictoburanum Suriano editioni

D

5 *In editione Suriana dicuntur sequentia de fonte in S. Stephani prope Frisingam monte elicito:* Cùm autem Vir Dei obiisset & ejus corpus à nobis ablatum fuisset, per quadraginta annos sine aqua humus arida remansit: eo à nobis iterum adducto, pristinam abundantiam aquarum fons ipse ministrabat. Huic nostræ adsertioni fons ipse intuentium oculis testimonium præbet. Sed ad historiæ narrationem redeamus. *Hæc omnia, quæ à Benedictoburano codice penitus absunt, aliter in Andecensi legi, testatur laudatus historicus, qui propterea hunc locum de interpolatione suspectum habet. Quin etiam suspicionem suam confirmare conatur ex eo, quod 40 anni inter translationem corporis Majas ejusdemque reductionem ad Frisingenses factam medii statuantur: cùm ipse ex duobus instrumentis certum putet, sacrum corpus anno 769 Frisingæ jam quievisse: à quo anno si usque ad 730, Sancti, ut ipse statuit, emortualem numeres, 38 vel 39 tantummodo intermedios reperies. Verùm hæc non tam certa esse, quàm ipse existimavit, ostendemus* § VIII: *imò ipse etiam fatetur, annos illos* circitèr *dumtaxat hic assignari potuisse. Ego verò definire non ausim, utrùm illud fontis exarescentis, rursumque scaturientis prodigium, Suriano ac Andecensi codicibus ab interpolatore adjectum potiùs sit, quàm omissum in Benedictoburano. Argumenta, quæ in utramque partem adduci possunt, examinabimus* § VI, *ubi de eo fonte latiùs agemus.*

E

& codici Andecensi

6 *Utut est, mihi exemplar Meichelbeckii ob styli simplicitatem multum præplacet, ac proinde illud ex ipsius editione recudam. Porrò reliqui scriptores, qui* S. Corbiniani *gesta seu omnia seu aliqua litteris mandârunt, omnes Aribonem secuti sunt. Hujusmodi sunt Vitus Arnpekh presbyter, qui circa finem seculi* XV *floruit, apud Bernardum Pezium Thesauri Anecdotorum tom. 3, parte 3: Marcus Velserus Rerum Boicarum lib. 5, cujus elegantem elucubrationem Matthæus Raderus è Societate nostra in suam Bavariam sanctam transtulit: Bailletus in Vitis Sanctorum Gallicè editis, ac denique Carolus Meichelbeckius jam sæpe laudatus, qui præter Aribonis Opusculum, quod evulgavit, Sancti Vitam ipse quoque concinnavit, illustravitque; cujus operam mihi in his Actis multùm utilem futuram profiteor.*

præferamus

F

§ II. Sancti patria, non comitatus Tyrolis, sed Gallia.

Sanctus non in Tyroli,

INter *scriptores, qui res Boicas tractârunt, non pauci fuêre, qui* S. Corbinianum *in oppido Majis in comitatu Tyrolensi natum putaverunt.*

A verunt. *Majæ autem ſeu Maja, incolis* Mayſe, *teſte clariſſimo viro Antonio Roſchmanno in Deſcriptione Tyrolis, Germanicè edita, olim urbs, nunc tantùm frequens pagus eſt, prope Meraniam urbem in provincia Atheſina. Ariboni, qui ſeculo* VIII *floruit, modò* Magenſis urbs, *modò* Magenſe caſtrum *dicitur. Huic de Sancti patria opinioni occaſionem præbuit Conradus quidam, Friſingenſis eccleſiæ cathedralis canonicus & ſacriſta, qui anno Chriſti* 1187 *ſub Ottone II ejus loci epiſcopo, ſeriem antiſtitum Friſingenſium ad laudatum uſque Ottonem texuit, variaque donationum inſtrumenta in unum codicem collegit, teſte Meichelbeckio, qui illum* librum traditionum magnum *appellat. Hic igitur in primo ſui Operis folio de ſancto Præſule ſic ſcribit:* Maiſe, unde ipſe oriundus exſtitit, & Chorzes & Camina . . . ad iſtam ſedem (*Friſingenſem*) quam fundavit, jure proprietatis contulit: *quæ loca in comitatu Tyrolis ſita eſſe, infrà videbimus.*

ut quidam perperam putárunt, B 8 *Hinc factum, ut Joannes Freibergerus, ejuſdem pariter eccleſiæ canonicus & S. Petri in Vohburg paſtor, in libro, cui titulum fecit,* Origo Chriſtianæ religionis eccleſiæ Friſingenſis, *quemque anno* 1520 *Landishuti edidit,* Corbinianum *patriâ Tyrolenſem fecerit.* Corbinianus, *inquit, . . .* oriundus ex Melitonenſi, circumjacentibus Maiſe & Thorſes prope Meranum, natus in caſtro Zenburgk. *Similiter Aventinus lib.* 3 *Annalium Boiorum, & Hundius in Metropoli Salisburgenſi parte* 1, *ipſi Majas in Tyroli patriam aſſignant. Quin &* domeſtici codices, *inquit Meichelbeckius Diſſertatione prolegomena* 3, planè in diverſas ſententias abeunt; & alii quidem in Gallia, alii in ea Boiariæ parte, quæ hodie Atheſina provincia eſt, natum fuiſſe contendunt. *Porrò laudatus Meichelbeckius præter Conradi auctoritatem, aliam quamdam rationem profert, quâ prædicti ſcriptores ad ita opinandum induci potuêre. Majas ſcilicet vicinaque loca præ reliquis terris* Corbiniano *in amoribus fuiſſe, ibi eum ſolitariè vivere exoptâſſe; eò, non in Galliam fugiſſe, cùm ab inceſtæ Pilitrudis inſidiis ſibi metueret; ibi eum, ut vivens poſtulaverat, ſepultum fuiſſe, nec niſi ingenti cum fragore, quaſi gratiſſimo loco* C *valediceret, inde Friſingam relatum fuiſſe, ut per decurſum Vitæ lector intelliget. Ita ferè Friſingenſis Hiſtoricus.*

ſed in Inſula Franciæ natus 9 *Ipſe tamen poſt Marcum Velſerum, Matthæum Raderum, Gelvoldum, Brunnerum, Ranbecium, Mezgerum, & Mabillonium, quos omnes laudat, ſincerè meritòque contendit,* Corbinianum *non aliunde, quàm è Gallia oriundum fuiſſe. Res manifeſta eſt ex Aribone biographo, qui, ut diximus, Sancto coævus & tantùm non ſynchronus ſcriptor, ejuſdemque poſt Erimbertum ac Joſephum in epiſcopatu ſucceſſor, ipſius patriam ignorare vix potuit, multòque certiùs exploratam debuit habere, quàm Conradus ſacriſta, qui non niſi poſt medium quinti à Sancti obitu ſeculi ſuum codicem concinnavit. Ipſum itaque audiamus:* Venerandus igitur Dei famulus Corbinianus (*ait cap.* 1) ortus fuerat ex regione Militonenſi, vico natus, qui dicitur Caſtrus. *Et poſt pauca:* Ad beati confeſſoris Chriſti Germani eccleſiam, in eodem Caſtro conſtructam, devotiſſimè ſe collocavit, atque juxta eam parvum ſibi conſtruxit ergaſtulum.

10 *Deinde cap.* 2 *ſcribit, Sanctum, cùm ipſius modeſtia ac ſolitudinis amor populi ad cellam affluentis frequentiam ægrè ferret, Romam profectum eſſe, ut cum bona ſummi Pontificis venia ad SS. Petri & Pauli baſilicam ſibi latêre liceret: at contra ſpem votumque ſuum à S. Gregorio ejus nominis II epiſcopum conſecratum & ad prædicandum Euangelium redire juſſum fuiſſe. Sed quò, amabo, reverſus eſt?* Tantoque, *inquit biographus,* accepto honore & privilegio, in Galliam reverſus eſt. *Ex Gallia igitur Romam profectus fuerat: nemo enim reverti propriè dicitur in regionem, in qua numquam fuit. Porrò poſtquam quædam Sancti geſta in Gallia enarravit, ita proſequitur:* Ad priſtinum ſe collocavit ergaſtulum, in foribus beati Germani eccleſiæ. *Vides, lector, in Gallia non Tyroli fuiſſe* priſtinum S. Corbiniani ergaſtulum, *quod ſcilicet, ut ſuprà vidimus, ſibi ſtruxerat* in eodem Caſtro, *ſeu in vico,* qui dicitur Caſtrus, *in quo & natum ſcribit Aribo. At de Majenſi urbe ſeu caſtro nulla apud biographum fit mentio priuſquam Sancti ex ſecundo Romano itinere reditum deſcribat: tum enim ait,* Corbinianum *à Grimoaldi miniſtris detentum Majis, vicina loca luſtrâſſe & ob S. Valentini ſepulcrum adamâſſe.* E

ejus biographo, 11 *Sed ut hæc ipſa clariùs pateant, juvat Aribonis dicta paululùm elucidare.* Ortus, *inquit,* fuerat ex regione Militinenſi (*Surius legit* Melitinenſi) vico natus, qui dicitur Caſtrus: *Per Militinenſem regionem procul dubio intellexit agrum Melodunenſem, ſic dictum à veteri oppido Meloduno, vulgò* Melun, *nunc in Bria provincia & in præfectura generali inſulæ Franciæ, ad Sequanam fluvium,* 10 *leucis ab urbe Pariſina in Meridiem diſſito, ſecundum Baudrandum in Lexico. De eo Julius Cæſar lib.* 7 *de Bello Gallico ſic meminit: Melodunum* eſt oppidum Senonum in inſula Sequanæ poſitum, ut paulò antè Luteciam diximus. *Joſephus Scaliger pro* Meloduno Metioſedum *legit; at Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum,* Melodunum *legendum monet. Nec minùs notus eſt* vicus, qui dicitur Caſtrus: *deſignatur enim* Chatres, *quem Mabillonius* Caſtras & Caſtra, *Baudrandus* Caſtrum *nominat, & in eadem inſulæ Franciæ provincia ad parvum flumen Orgiam ſtatuit, eſtque oppidum quarto milliari diſtans Pariſiis, teſte eodem Mabillonio. De S. Germani eccleſia, in qua Sanctum habitâſſe, ex Aribone diximus, poſterior in Annotatis ad Vitam hac addit:* Exſtat etiam nunc iſtud S. Germani, Pariſiorum epiſcopi oratorium, eſtque eccleſia parochialis extra murorum Caſtrenſium ambitum. F

& ex conjectura confirmatur. 12 *Hiſce argumentis gravem conjecturam addit Meichelbeckius; jam ab antiquis ſcilicet temporibus feſtum* S. Corbiniani *in prædicta S. Germani eccleſia Dominica poſt Nativitatem B. V. Mariæ Officio proprio à Caſtrenſibus in Gallia celebrari, at in Atheſina provincia ejuſdem nullam in divino officio memoriam haberi: imò jam ab Aribonis tempore, cùm ſacrum corpus ibidem etiam quieſceret, vix ullam factam eſſe, oſtenditur ex eodem Aribone, qui de cauſis, ob quas ſacras Præſulis reliquias Friſingam referendas cenſuerit, inter reliqua ſic ſcribit:* Cœpi ego Hæres, licèt indignus ipſius Friſingenſis ſedis epiſcopus, cogitare, quid de tanti Patris corpore agere debuiſſem, qui ſine honore debito & abſque ſancto illic jacebat officio, & exinde debitus ei honor deferri nequiverat. *Jam verò,*

AUCTORE C. S. oſtenditur ex Aribone,

AUCTORE C. S. *si Sanctus in Atheſina provincia natus, ſi ibidem ad quamdam S. Germani eccleſiam annis 21 moratus fuiſſet, non videtur ulla probabilis ratio aſſignari poſſe, cur Caſtrenſes in Galliâ ejus feſtum celebrent, non celebrent Atheſini. Adde, quòd in Atheſina provincia nullus* vicus Caſtrus, *nullum S. Germani templum, aut ejuſdem rudera vel memoria viſantur. Sunt quidem, qui per* Militonenſem regionem *intellectam velint dynaſtiam* Mölten, *per* vicum *autem* Caſtrus *caſtrum* Zenonberg *ſeu* Zennenberg: *ſed ut alia taceam, ex dictis ſatis liquet,* Caſtrus *citato loco non ut nomen appellativum, ſed ut proprium loci uſurpari, illumque non in Tyroli, ſed in Gallia ſitum fuiſſe. Porrò de anno natali aptior agendi locus alibi recurret.*

§ III. An monachus fuerit, & Ordinis S. Benedicti.

B *Argumenta pro Sancti monachatu Benedictino*

Joannes Mabillonius tam in Actis, quàm in Annalibus Corbinianum *inter ſui Ordinis Sanctos numerat: idem facit ſæpe laudatus Meichelbeckius, qui tom. 1 Hiſtoriæ Friſingenſis Diſſertationem quartam prolegomenam de monachatu* S. Corbiniani *conſcripſit, in qua multis argumentis eum Benedictinis ſuis vendicare conatus eſt. Nolim equidem egregium hunc Antiſtitem ſacro illi Ordini abjudicare, multò minùs invidere: at vellem, ut laudatus hiſtoricus id ejuſmodi rationibus confeciſſet, quæ mihi omne dubium meritò eximerent. Ne verò mea hac in re formido cuiquam fortaſſe minùs æqua videatur, argumenta præcipua, quibus uſus eſt, erudito lectori expendenda propono. In primis candidè fatetur, expreſſam Benedictinæ Regulæ mentionem nullibi fieri apud Aribonem: ex eodem tamen abunde oſtendi poſſe contendit,* S. Corbinianum Regulæ Benedictinæ quaſi à puero ſe confecrâſſe: *quippe cap. apud nos 2 dici eum Romam adiiſſe, ut* ibi ſub ſanctæ converſationis regula liceret ei vitam ducere. *Per* ſanctæ *autem* converſationis regulam *non aliam, quàm Benedictinam poſſe intelligi; tum quòd ejus ætate apud Gallos, Francos, Germanos, Allemannos & Noricos non alia vigeret, tum quòd eà diſertè crebròque repetitis vocabulis* ſanctæ converſationis meminerit.

C 14 *In hunc finem ex Regula S. Benedicti cap. 73 recitat ſequentia:* Regulam hanc deſcripſimus, ut eam obſervantes in monaſteriis aliquatenus vel honeſtatem morum aut initium converſationis nos demonſtremus habere. *Subdit ex Prologo:* Proceſſu converſationis & fidei .. inenarrabili dulcedine curritur via mandatorum Dei. *Deinde ex cap. 73:* Ad perfectionem converſationis qui feſtinat, ſunt doctrinæ ſanctorum patrum, quarum obſervatio perducit hominem ad celſitudinem perfectionis. *Denique ex cap. 3, ubi de Sarabaitis & Gyrovagis ſanctus Benedictus ait:* De quorum omnium miſerrima converſatione melius eſt ſilere, quàm loqui. *Hos textus tandem ſic excipit Meichelbeckius:* Quam igitur lector aſſignabis Regulam, quæ de ſancta converſatione diſtinctiùs agat? *Sed pace eruditi viri dicere liceat, nihil hinc certi pro Sancti monachatu Benedictino poſſe concludi. Nam ego quidem non ſatis perſpicio, quo pacto hoc argumentum concludat:* S. Corbinianus, *petita ex Aribone* *teſte Aribone, optavit* ſub ſanctæ converſationis regula vitam ducere; *ſed Regula Benedictina de* converſatione *præ reliquis diſtinctiùs meminit: ergo* S. Corbinianus *fuit Benedictinus.* D

15 *Sanè ex eo, quòd eodem vocabulo, quod S. Benedictus uſurpavit, uſus ſit Aribo, nihil probat, cùm ipſe ſanctus patriarcha per illud nihil aliud denotâſſe videatur, quàm peculiarem quamdam vivendi rationem, ſive bonam ſive malam, ut ex dictis de Sarabaitis ac Gyrovagis manifeſtum eſt. Et verò nonne ipſe Aribo cap. 2, num. 10 in alia prorſus ſignificatione* converſationis *vocabulum adhibuit, quando ſic ſcripſit:* Itaque Vir Dei Spiritu ſancto repletus unicuique congruebat ſexui & ætati, ut per ſanctæ converſationis ſtudium potuiſſet unicuique ſanctarum exempla virtutum oſtendere. *Quid hîc per* ſanctæ converſationis ſtudium *intellectum velit, liquet ex iis, quæ paulò antè præmiſerat in hunc modum:* Erat enim Vir Dei valdè facundus & humanitate præcipuus, converſatione inter omnes præclarus, contra vitia ad iraſcendum facilis, velox ad ignoſcendum *&c. Adde, quòd etſi pauliſper ſupponeremus* per ſanctæ converſationis regulam, *S. Benedicti inſtitutum deſignari; nondum conficietur,* Corbinianum *Benedictinum fuiſſe; ſed tantummodò fieri voluiſſe: teſtatur enim Aribo, hoc qualecumque fuerit, quod deſiderabat, ipſi à Pontifice S. Gregorio II recuſatum fuiſſe, eumque ordinatum epiſcopum ad prædicandum Euangelium fuiſſe remiſſum.* collato cum Regula E

16 *Ejuſdem ferè roboris eſt argumentum, quod ibidem format ex eo, quòd biographus Sancti etiam juvenis mores virtuteſque deſcribens* plerumque phraſibus ac præceptis Regulæ S. Benedicti *utatur.* Quid enim, *inquit,* aliud ſapiunt illa Aribonis cap. 1 verba, quàm inſtitutum & aliquoties ipſiſſima vocabula ſanctæ Regulæ, dum ſcriptor ille ſic profatur: " Qui dum „ bonæ indolis puer excreviſſet, divina inſpi„ ratione compunctus, ſacræ religionis officium „ viriliter diligebat „. Quæ illa ſacra religio, *quærit auctor,* tempore S. Corbiniani, & quodnam illius officium? *Mox ſubdit:* Pergit Aribo: " Cœpitque pſalmodiam diligere, jejunium „ amare, vigiliis & orationibus inſiſtere, pau„ peres, quantùm potuit, recreare, hoſpitali„ tatem ſectari, & in boni operis cultu ſtudio„ sè perſiſtere „. *Hæc denique ſic excipit Meichelbeckius:* Quæ quid ſunt, niſi ipſa Benedictinæ Regulæ inſtituta & verba, tum alibi, tum maximè cap. IV & LIII expreſſa. *Non equidem inficior, ſimilia in laudata Regula præſcribi: at non video, cur Sanctus eas virtutes exercere non potuerit, niſi fuerit Benedictinus. Sanè ſeculo* VI *S. Sulpicius Pius, epiſcopus Bituricenſis in Gallia aliud etiam inſtitutum ſuis clericis præſcripſit, ut in Opere noſtro, tom. 2 Januarii pag.* 173 *videre eſt. Potuit itaque* Corbinianus *cum miniſtris, quos retinuerat, apud S. Germani eccleſiam ſanctè vivere & Chriſtianæ religionis officia obire, quæ etiam clerici Regulares ſervare ſolent, licèt Benedictinus minimè eſſet. Nec mirum, quòd Benedictinæ Regulæ phraſes hincinde adhibeat Aribo, ſi hic Benedictinus fuerit & Scarantienſis monaſterii abbas, ut vult Meichelbeckius. Sed ad alia properemus.* F *S. Benedicti,*

17 *Biographus cap. 1 hæc ait:* Ad hoc quoque divino perductus amore (Corbinianus), ut totàm mundi concupiſcentiam à juventutis relinqueret flore, & ſanctæ continentiæ ac ſuæ caſtita- *nihil certi*

A castitatis sollertissimus custos existeret, ad beati confessoris Christi Germani ecclesiam, in eodem Castro constructam, devotissimè se collocavit, atque juxta eam parvum sibi construxit ergastulum, tantùm solitudine delectatus, ut nihil aliud possideret, nisi tantùm ministros, qui sibi exterioris necessitatis solatium exhiberent: quos cottidie sacris studuit disciplinis instruere, ut suæ imitatores existerent vitæ. *Deinde rigidum sancti Viri nocturno tempore silentium, prodigio compensatum enarrat, cujus rei* Frater, qui cellario præerat, Anfericus nomine, *testis exstiterit. Ex quibus locis laudatus Frisingensis historiographus Benedictinum Sancti monachatum elici arbitratur. Cellâ enim monasterium designari; nocturnum silentium in sola Regula S. Benedicti cap. scilicet* 42, *seculo* VII *&* VIII *præscriptum fuisse, monachum quoque cellæ seu penui ex præcepto ejusdem Regulæ, cap.* 31, *præficiendum fuisse. Sed quàm incerta sit hæc ratiocinatio, nemo non videt. Quasi verò cellam sibi exstruere, nocturnum silentium servare, Fratremque penui præficere, non nisi ex*
B *Benedictina Regula potuisset.*

18 *Quærit præterea idem scriptor, quid sit,* evincant; *quòd Aribo acta Sancti diserte illustret exemplo desumpto ex Actis SS. Benedicti & Scholasticæ, videlicet dum cap.* 2 *num.* 12 *& seqq. narrato quodam miraculo, scribit, nil mirum esse, quòd* S. Corbinianus *id à Deo impetraverit, cùm etiam S. Scholastica à Deo obtinuerit, quod à sancto fratre suo nullis precibus valuerat extorquere. Verùm quid hinc inferri potest, nisi Ariboni Vitam S. Benedicti aut Scholasticæ notam fuisse? Locus à Meichelbeckio adductus habetur apud nos in Vita num.* 15: *à regiis scilicet ministris petierat sanctus Præsul latronis vitam sibi donari: repulsam passus, à Deo obtinuit, ut jam triduo suspensus, vivus è patibulo deponeretur. Petierat S. Scholastica à S. Benedicto, ut noctem integram in sacris secum colloquiis transigeret: id eo recusante, à Deo impetravit, ut præ frequentibus tonitribus ac nimbis ad propria remeare nequiret. Exemplum hoc adduxit Aribo: an propterea* Corbinianus *Benedictinus fuisse dicendus est? Simili sanè modò*
C *idem biographus num.* 25 *pastum aquilæ ministerio Sanctum narrans, factum istud SS. Pauli & Antonii exemplo illustrat:* Res mira, *inquiens*, & valdè inaudita, excepto antiquo miraculo, quod Paulo & Antonio corvus ministraverat escam.

19 *Aliquanto magis favent Meichelbeckio* uti nec *verba Aribonis, quæ de eodem latrone subnectit:* Tunc idem Adelbertus, quasi passer ereptus à laqueo pœnarum, habitum mutavit, & in sanctæ conversationis vita sub magisterio Viri Dei post multa temporum spatia finem vivendi fecit. *Mutationem habitûs monachatûs susceptionem interpretatur: nec incongruè; nam ipse biographus de eodem Adelberto, cùm ad supplicium raperetur, & à* S. Corbiniano *pia monita reciperet, hæc præmisit:* Ipseque reus emendationem promittere studuit, & debere vitam mutare, sæculum relinquere, commissa deflere, ventura cavere: *ubi* sæculum relinquere *idem sonare videtur, ac religiosam vitam amplecti. Huc etiam spectant, quæ in quodam carmine apud Arnpekhium in Thesauro Anecdotorum Bernardi Pezii tom.* 3, *parte* 3, *col.* 78 *leguntur in hunc modum:*

Judicem precatur, ne latro morte puniatur. AUCTORE C. S.
Latronem redimit ab exitio triduanum.
Hic ordinat * monachum à crucis morte redemptum. * *l.* ordinat hunc

20 *Si certò constaret, Adelbertum illum monachum reipsa factum fuisse, verisimilis pariter foret monachatus* S. Corbiniani; *cùm ille* in sanctæ conversationis vita sub magisterio Viri Dei post multa temporum spatia *obiisse dicatur. Sed nihil obstat, quominus per mutatum habitum seculumque relictum alia quædam regularis vitæ, qualem recensi aut anachoretæ antiquitus non rarò ducebant, ab Aribone designata fuisse potuerit, ac propterea nec hujus nec illius monachatus extra omne dubium ex addu-* factum Adelberti. *cto loco statuitur. Quod ad carmen spectat, Meichelbeckius illud* vetustissimum *appellat: verùm id non legit apud Arnpekhium, quem laudat; hic enim de ipsius vetustate nihil memorans, dumtaxat hæc carmini præmittit:* De miraculis hujus sancti Viri per Frisingensem scribitur. *Floruit autem Arnpekhius sub finem seculi* XV, *adeoque laudato carmini non multum antiquitatis adscribi potest ex eo, quòd ab illo citetur:* E *potuit enim aliquot post Sanctum seculis primùm scriptum fuisse. Denique de Benedictino monachatu nihil etiam in eo carmine dicitur: fateor tamen eum non improbabiliter intelligi posse, si de monachatu constaret.*

21 *Pro sententia sua ulteriùs stabilienda præterea asserit Meichelbeckius, prope ecclesiam ca-* Non videtur templum *thedralem Frisingensem templum S. Benedicto ac monasterium à* Corbiniano *erectum fuisse: quod alteri potiùs legislatori dedicaturus fuisset, si alterius Regulam secutus fuisset. Non inepta esset hæc observatio, si de Sancti vita monastica constaret; verùm hæc non supponenda, sed solidè probanda erat, ut pro certa & indubitata haberetur. Quid tamen de templo hoc monasterioque verùm sit, expendamus. Exstare istud etiamnum auctor testatur, in ejusque ara principe hanc legi inscriptionem:*

Altare
Cum Ecclesia hac à primis episcopatûs temporibus sancto patriarchæ Benedicto sacrum.

Non edicit tamen, quàm antiqua sit ista inscriptio: sed nec hæc S. Corbinianum *ecclesiæ aut altaris conditorem facit: prima quippe episcopatûs tempora aliquam certè patiuntur latitudinem, & primos istius sedis post Sanctum episcopos, puta Erimbertum, Josephum, Aribonem, vel Attonem, qui omnes eodem, quo* Corbinianus, *seculo Frisingæ sederunt, respicere possunt.* F

22 *Sanè rem ad minus dubiam facit Aribo scriptor penè synchronus, qui nec de ecclesia S.* ac monasterium S. Benedicti *Benedicto dicata nec de monasterio sub ejusdem sancti patriarchæ Regula per* Corbinianum *instituto usquam meminit. Quod quidem silentium in Aribone præ ceteris plus ponderis habet, si hic revera, ut contendit historicus, Benedictinam Regulam in eodem monasterio fuisset professus. Nam quid causæ esse dicemus, quòd Aribo scriptor Benedictinus,* S. Corbiniano *coævus, & in ejusdem, ex supposito, monasterio primùm alumnus, deinde verò in episcopatu successor, rem tam memorabilem prætermiserit, qui minoris momenti ædificia tam diserte commemorat. Audi ipsum num.* 37: Tunc quoque vir Domini Corbinianus habitaculum sibi

AUCTORE C. S.

illic (*prope Majas*) construere festinavit, basilicam ædificavit, & sancti Valentini atque beati Zenonis in eam patrocinia collocavit & in eorum dedicavit honorem. *Et num.* 41 *de condita in monte S. Stephani domo :* Ibimet ad manendum domum sibi construere jussit exiguam. *Hæc Aribo ; at de monasterio Frisingensi sanctique Benedicti templo verbum nullum.*

à S. Corbiniano Frisingæ condita fuisse,

23 *Porrò primus, qui templum istud cum monasterio à* S. Corbiniano *conditum fuisse scripsit, fuit Otto* I *cognomento* Magnus, *episcopus Frisingensis, qui paulò post medium seculi* XII *obiisse dicitur. Hic in Chronico lib.* 5, *cap.* 24 *de* S. Corbiniano *sic habet :* A Tassilone duce, ejusque filio Theodone, benignè susceptus, montem Frisingen accepit ; ubi primò ecclesiam, quæ usque hodie cernitur, in honorem B. Benedicti construxit, ac monachorum ibi sacrum conventum adunavit. *Ottonem secutus est Conradus, sacrista & canonicus Frisingensis, inquit Meichelbeckius ; quibus postmodum assensère alii, quos recitat. Liquet autem, testimonium Ottonis, qui quatuor post Sancti obitum seculis scripsit, minimè sufficere ad præsentem controversiam citra omne dubium determinandam ; præsertim dum tam grave pro contraria sententia argumentum præbet silentium Aribonis, & ipse Otto loco assignato turpiter erâsse convincitur. Etenim* S. Corbiniani *ad Frisingam adventum statuit sub Tassilone, II scilicet, ejusque filio Theodone, quorum primus Otiloni patri suo non ante annum* 747 *aut* 748 *successit, adeoque diu post Sancti è vivis excessum. Porrò Tassilo II ducatum Boioariæ tenens usque ad annum* 788, *quo exauctoratus est, multa monasteria aut dotâsse aut condidisse dicitur apud Mabillonium seculo* III *Benedictino parte* 2, *ubi ejus elogium recitatur. Forsitan Frisingense S. Benedicti monasterium sub eo exstructum fuerit, atque inde factum, ut Otto, cum* S. Corbinianum *sub illo duce Frisingam adveniisse perperam existimaret, illud eidem Sancto adscripserit. Sanè in charta Henrici Aucupis, num.* 52 *referenda, dicitur monasterium non à* Corbiniano, *sed* in ipsius honore *ibidem conditum fuisse.*

nec monachi C

24 *De monachis, qui sub sancti Antistitis disciplina vixerint, pariter silet Aribo. Putat tamen Meichelbeckius*, clericorum *nomine monachos apud laudatum biographum designari ; monachos enim eo vocabulo frequenter venire. Ceterùm ex Regula Benedictina cap.* 47 *factum esse, ut* Corbinianus, *in Vita num.* 40, *cum corporis valetudine impeditus, matutinas laudes in oratorio S. Stephani de more persolvère nequiret*, clerum suscitans, *illuc ire præceperit. Verba Regulæ sunt hujusmodi :* Nuntianda hora operis Dei diu noctuque sit cura abbatis, aut ipse nuntiare, aut tali sollicito fratri injungat hanc curam, ut omnia horis competentibus compleantur. *Non equidem inficior, monachos etiam* clericorum *nomine aliquando appellari potuisse ; sed nec negari potest, clericos aliquos à monachis fuisse distinctos. Ostendendum igitur erat, illos clericos, de quibus Aribo, simul monachos Benedictinos fuisse ; quod profectò ex adducto Sancti facto, per Regulam S. Benedicti explicato, minimè conflci, clariùs liquet, quàm ut ostendi debeat.*

Benedictini ibidem sub eo vixisse.

25 *Quinimò pro oppositа parte vehementem suspicionem movet ipse Aribo, qui* S. Corbiniani *ministros* clericos, *nusquam* monachos *appellat, & tamen cap.* 2, *num.* 12 *hos ab illis diserti ssimè distinguit. Agens enim de Sancti ex Romana urbe in Galliam reditu sic scribit :* Tunc quoque per universam Galliam cœpit verbum doctrinæ illius in virorum ac mulierum moribus sanctis crescere, & tam sacrarum virginum ac viduarum, quámque & monachorum & in clericorum pectoribus dilatari. *Quis non videat, alios* monachorum, *alios* clericorum *nomine ab Aribone hoc loco designari ; atque adeo non satis probabiliter dici posse, illos horum vocabulo ab eodem auctore appellari, dum de* S. Corbiniani *ministris agitur, nisi aliæ graves rationes id omnino persuadeant. Deinde, quid est, amabo, quòd biographus, qui ex judicio Meichelbeckii, phrasibus ex Benedictina Regula depromptis Benedictinum Sancti monachatum insinuat, nusquam ejus ministros* monachos, *quos suprà à* clericis *distinxit, appellet, cùm tamen ea vox in laudata Regula toties pro Benedictinis usurpetur ?*

Respondetur ad objecta ex quibusdam Chronicis E

26 *Laudat præterea citatus historicus varia Chronica, quæ* S. Corbinianum *cum suis sub S. Benedicti Regula vixisse, revera diserte affirmant. Chronica illa variorum antistitum Frisingensium jussu conscripta fuisse ait : at vellem addidisset, sub quo quælibet episcopo, quaque ætate exarata sint, ut prudens de iisdem judicium ferre liceret. Observo interim, ea non magni momenti esse posse pro hac controversia dirimenda ; cùm Meichelbeckius textum, quem ex eorum vetustissimo pro sua sententia recitat, ipse improbet* § 12 *Vitæ. Chronicon sic habet :* Corbinianus in illo loco (Tetmons, hodie Wehenstephan, *inquit historicus*) cœpit ædificare oratorium seu capellam, quam in honorem S. Stephani protomartyris dedicavit ; ubi cum duodecim Fratribus sub Regula S. Benedicti religiosissimè vixit. *Eadem planè in secundo Chronico repeti idem auctor affirmat ; nihilominus loco citato rejiciens eorum opinionem, qui sacellum S. Stephani à* S. Corbiniano *exstructum dicunt, rectè ait :* S. Stephani oratorium jam ante Corbiniani adventum fuisse celebre & frequentatum à fidelibus, Aribonem expendentibus fiet satis manifestum. *Ex his colligere licet, quid de reliquis Chronicis ab ipso laudatis minúsque vetustis censendum sit : neque mirum* videri debet, *quòd Chronicorum illorum auctoritate stare recusem, quorum duo vetustiora auctor ipse, à quo producuntur, falsitatis arguere non dubitat.* F

& quodam incerto

27 *Opinionem suam ulteriùs stabilire conatur ex quodam veteri instrumento, quod inscribitur :* Ordo Officii in domo S. Benedicti ante Pascha, *quodque Mabillonius ex codice bibliothecæ S. Udalrici apud Augustam Vindelicorum depromptum exhibet tom.* 4 *Veterum Analectorum, pag.* 454 *prioris editionis, ab annis ferè* 900, *ut ipse arbitratur, adeoque eodem, quo Sanctus obiit, seculo exaratum.* Mabillonius, *inquit*, ... exhibet ritus quosdam Frisingensium ante annos nongentos conscriptos, qui toti Regulam S. Benedicti sapiunt, & plures de domo S. Benedicti mentionem faciunt. *Ita quidem ille ; at Mabillonius id non pro certo affirmat, sed tantùm conjicit :* Hunc conjicimus, *inquit in Annotatis*, esse Ordinem antiquum ecclesiæ Frisingensis, quæ etiam S. Benedicto sacrata erat, monachis à S. Corbiniano episcopo primitus commissa, ut alibi ostendimus.

instrumento

28 *Itaque tantùm conjicit Mabillonius, illos ritus Frisingensium fuisse : hac autem conjecto,*

Eura

A *ctura valde incerta eſt primò, quia ipſe ſupponit, eccleſiam cathedralem S. Mariæ Virgini dedicatam, etiam S. Benedicto ſacratam fuiſſe; contrà ac vult Meichelbeckius, qui per* domum S. Benedicti *intelligit eccleſiam non procul à cathedrali à* S. Corbiniano *exſtructam: hoc autem ſi verum eſſet, mirum apparet, quod in eo Ordine nulla fiat de cathedrali mentio, cùm in eodem de aliis eccleſiis, S. Petri ſcilicet & S. Salvatoris fiat. Incerta eſt ſecundò, quòd inſtituenda dicatur ſupplicatio* in cellam ad ſancto Salvatore: hujus *autem* cellæ, *teſte Meichelbeckio:* nulla ſupereſt apud Friſingenſes mentio. *Mitto reliqua: verùm utut ſit, ex laudato inſtrumento ad ſummum inferri poſſet, templum aliquod ac monaſterium S. Benedicti Friſingæ antiquitus fuiſſe, quod non negamus; ſed ea à* S. Corbiniano *condita fuiſſe, minimè probatur.*

29 *Neque plus evincunt reliqua Meichelbeckii argumenta, ex recentioribus, quàm hactenus produximus, monumentis formata, aut etiam ex vetuſtioribus; ſed quæ monaſterium quidem ac monachos Benedictinos antiquitus Friſingæ* *& concluditur:*

B *fuiſſe perſuadent, verùm illud à* S. Corbiniano *conditum, ipſumque Sanctum Benedictinum fuiſſe, non probant. Fateor tamen Meichelbeckii ſententiam ſua probabilitate non carere; neque ego monachatum Benedictinum ſancto illi Antiſtiti abjudico; ſed pro certo ac indubitato aſſerere non auſim, donec certiora proferantur.*

§ IV. Sancti gemina profectio Romana: tempus episcopatûs ſuſcepti & fixæ ſedis Friſingæ.

Rationes, quæ ſuadent

C Orbinianum *bis Romam adiiſſe, tradit Aribo, & in primo quidem itinere à Gregorio PP., ejus ſcilicet nominis ſecundo, epiſcopum conſecratum fuiſſe, in altero verò cùm Româ rediret, à Grimoaldo Boioariæ duce detentum, ſedem ſuam Friſingæ collocâſſe. De utraque profectione nemo eſt, qui dubitet: verùm eam ipſe cum hujuſmodi adjunctis enarrat, quæ partim ſimul ſtare nequeunt, partim cum aliis monumentis vetuſtis ac fide dignis nequeunt conciliari. Hinc perdifficilis atque intricata oritur quæſtio de anno, ad quem Friſingenſis epiſcopatûs exordia ſint referenda. Totius difficultatis fons & caput eſt, quòd laudatus biographus cap. 2 ſcribat, Sanctum in prima profectione Romana à* beatæ memoriæ Gregorio *epiſcopum ordinatum eſſe, & tamen eidem in Galliam reverſo Pippinum Heriſtallum convixiſſe velit. Conſtat autem Pippinum menſe Decembri anni* 714 *diem ſuum obiiſſe, ſanctum verò Gregorium II anno* 715 *in Conſtantini, eodem anno defuncti, locum ſucceſſiſſe, ut in ejuſdem ſancti Pontificis Actis oſtenſum eſt tom.* 2 *Februarii pag.* 693 *& ſequenti. Manifeſtum igitur eſt, aut in Pippini aut in Gregorii nomine erratum eſſe.*

31 *Bollandus noſter in laudatis S. Gregorii Actis, pag.* 696 *huic* Corbiniani *conſecrationem adſcribit. Idem cenſent Baronius tom.* 9 *ad annum* 716, *num.* 10, *Marcus Velſerus Rerum Boicarum lib.* 4, *Cointius Annal. eccleſ. Franc. tom.* 4, *Pagius in Critica ad annum* 716 *num.* 7, *Meichelbeckius in Hiſtoria Friſingenſi tom.* 1 *parte* 1, *Diſſertatione prolegomena* 5, *aliique. Rationem reddunt ſanè veriſimilem: Aribonem ſcilicet, qui triginta aut paulò pluribus poſt* Corbinianum *annis Friſingenſium epiſcopus creatus eſt, vix ignorare potuiſſe nomen Pontificis, à quo ſuæ ſedis Fundator conſecratus fuiſſet: in* Pippino *itaque erratum eſſe, pro eoque ſubſtituendum Carolum Martellum, qui Pippino ſucceſſerat. Hoc poſito fundamento, ex laudatis ſcriptoribus alii paulò alios utriuſque itineris annos ſtatuunt. Baronius ad annum Chriſti* 716 *de primo meminit, ſcribens,* S. Corbinianum Gregorii Pontificis primis annis *Romam adveniſſe: & quia apud Aribonem legerat, eum jam epiſcopum in Gallia prædicâſſe, ac deinde poſt ſeptennium in priſtina cella traductum aliquamdiu in Boioaria fuiſſe commoratum, ad annum* 724 *de ſecundo in Urbem adventu ita loquitur:* Eodem fermè tempore cùm S. Corbinianus, Friſingenſis epiſcopus, perfunctus eſſet annis octo epiſcopatûs, amore quietis Romam venit.

Sanctum à S. Gregorio II PP.

32 *Pagius in Critica ad annum* 716, *num.* 7 *à Baronio nonnihil diſſentit:* Hæc prior, *inquit,* profectio Romana Corbiniani ſuperiori anno ſuſcepta, in quantum ex ejus Vita colligi poteſt. *Hinc etiam ad annum* 724, *num.* 6 *ait:* Profectio Romana (*ſecunda*) quàm tardiùs anno DCCXXII ſuſcepta, juxta ea, quæ anno DCCXVI, num. VII in medium produximus: *ſcilicet quia ſeptem annis in cella tranſactis ad annum* 715 *additis, pertigit ad annum* 722. *Carolus Meichelbeckius primam peregrinationem anno* 716 *affigit, ſecundam* 724, *ad quem propterea Friſingenſis eccleſiæ epocham refert. Nititur ipſe eodem ratiocinio, quo auctores numero præcedenti adducti, ac deinde ſic profatur:* Adſtipulantur noſtræ ſententiæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ princeps Baronius, item Spondanus & accuratiſſimus Pagius ad annum Chriſti DCCXXIV. Suffragantur etiam Acta conciliorum editionis Harduinæ, ubi in indice tom. III, ad eum annum allegatur " Concilium Romanum, in quo S. „ Corbinianus dimiſſionem ab epiſcopatu petens „ à Pontifice, non obtinuit „. Ita ibi. Quibus omnibus eruditiſſimis teſtibus liceat accenſere Guilielmum Cave in Scriptoribus eccleſiaſticis, ubi referens concilia ſæculo Chriſti VIII celebrata, ſic habet: " Concilium Romanum III, „ anno DCCXXIV in cauſa Corbiniani Friſingen„ ſis epiſcopi habitum „. Ubi vides lector, quanta firmitate vera initia Friſingenſis epiſcopatûs ad eum annum (724) figantur.

AUCTORE C. S.

E *epiſcopum conſecratum fuiſſe*

F

33 *Verùm hæc non tam certa ſunt, quàm vellem: ut enim præteream, quod Baronius annos nonniſi circiter aſſignet, Pagius certè ex parte contrarius eſt, ut numero ſuperiori demonſtravimus. Acta quoque concilii Romani, quæ laudat, nulla exſtant apud Harduinum & Caveum; ſed uterque de eo concilio verbis recitatis tantùm meminit, nullum teſtem citans præter Acta* S. Corbiniani *per Aribonem, editaque apud Surium ad diem* VIII *Septembris. Idem facit Labbeus in ſua Collectione tom.* 6, *col.* 1459 *& ſequenti. Fruſtra igitur Acta illa concilii, quæ nulla ſunt, pro ſua ſententia allegat; ſed nec quidquam ex adductis ſcriptoribus ſubſidii habet, niſi quòd eorum aliqui, nixi Vita* S. Corbiniani, *eumdem cum ipſo computum inierint, eodemque, quo ipſe anno prædictum concilium celebratum eſſe putaverint. Deinde incertum* *exenduntur.*

AUCTORE C. S.

certum est, octone an septem anni inter utramque profectionem interceſſerint; & licèt id certum foret, nullus tamen pro ſecundo certò ſtatui poſſet, quamdiu prioris annus dubius manet.

Difficultates contra hanc ſententiam

34 *Ad eorum tamen ſententiam libens accederem, niſi aliæ rationes prohiberent. Capite* 3 *ſcribit Aribo, Sanctum, dum Romam ſecundò adiret, à Theodone Boioariæ duce, ſeu Tetrarcha, benignè habitum fuiſſe.* Eo namque tempore, *inquit*, erat ibi devotiſſimus Theodo dux, inſignis potentiâ & virilis virtute, cùm filiis decorus, & nobilium virorum alacritate præcipuus, cujus longè latéque felix fama ſuccreverat, provinciam ipſam ſibi & ſuboli illius in quatuor partes diviſit, earique ibi habebantur ſacerdotes, ſicut novitiorum mos eſſe compellit. Qui dum virum Dei Corbinianum ibidem adveniſſe cognovit, ad ſe invitavit *&c. Hic Theodo fuit ejus nominis II, quem* novitium *appellat, quia à S. Ruperto Salisburgenſi epiſcopo non ita pridem ab idololatria vel hæreſi ad catholicam fidem fuerat converſus, ut in prædicti epiſcopi Actis legitur.*

B

ex S. Ruperti & ducis Theodonis

35 *Mortem S. Ruperti antiquiores ad annum Chriſti* 623 *vel* 628 *retulerunt: eorum ratio erat, quòd in ipſius Vita dicatur anno ſecundo, alibi quinto, regni Hildeberti epiſcopus Wormatiæ fuiſſe, & mortuus* in die Reſurrectionis Dominicæ VI Kalendas Aprilis; *cùm enim ipſi Childebertum ſecundum interpretarentur, qui ſeculo* VI *ſeneſcente regnum auſpicatus eſt, cumque à primo anno regni illius Paſcha ante annum* 623 *&* 628 *non inciderit, neque id toto iſto ſeculo rurſum contigerit, conſequenter exiſtimârunt, S. Rupertum alterutro ex aſſignatis annis obiiſſe. Favet ipſis epitaphium, quod ſepulcro ejus inciſum, aperto tumulo anno* 1627, XXII *Junii inventum fuiſſe, teſtatur Marcus Hanſizius Germaniæ ſacræ tom.* 2, *pag.* 49, *quodque eſt hujuſmodi:* Anno ab Incarnatione Domini DCXXIII in die Reſurrectionis ejuſdem obiit S. Rupertus hujus monaſterii fundator & primus Salisburgenſis epiſcopus hîc ſepultus. *Verùm inſcriptionem illam recentiorem eſſe, laudatus Hanſizius, aliique eruditi oſtendunt. Hanc ſententiam tum temporis communem ſecutus etiam eſt Papebrochius noſter, dum tom.* III *Martii ad diem* XXVII *S. Ruperti Acta illuſtrans, ejuſdem mortem anno* 623 *vel* 628 *affigendam cenſuit: quod ſi verum eſſet jam geminum* S. Corbiniani *iter ſeculo* VII *adoleſcenti illigandum eſſet.*

C

ætate

36 *Verùm iſti integro ſeculo S. Ruperti obitum præmaturârunt, eò quòd crederent, Childebertum, ſub cujus regno ſanctus Wormatiæ ſediſſe dicitur, fuiſſe Childebertum ſecundum, ut ſuprà monui, nec adverterent, illius ætate & integro poſt initum regnum ſeculo nullum* Theodonem, *qui à* S. Ruperto *converſus eſt, Boioariæ ducem fuiſſe. Multis id probat Mabillonius in Actis ejuſdem Sancti ſeculo* III *Benedictino parte* 1, *& pluribus laudatus Hanſizius in Ruperto; ubi ſolidè oſtendunt, non alium, quàm Childebertum III poſſe intelligi, qui circa finem ſeculi* VII *cœpit regnare. Non eſt hujus loci controverſiam iſtam fuſiùs tractare; quare ſtudioſum lectorem ad citatos ſcriptores remitto, dum ego eorum veſtigiis inſiſtens, Theodonem Boioariæ ducem, qui à S. Ruperto converſus eſt, quique* S. Corbinianum *ad ſe invitavit, eumdem ſtatuo, & adoleſcente ſeculo* VIII *in vivis ſuperſtitem fuiſſe, pro certo habeo.*

37 *Porrò ex hac ſententia nova quædam exſurgit difficultas non facilè enodanda. S. Rupertus tam in vetuſtis Vitis, quam aliis monumentis obiiſſe ſcribitur* in die Reſurrectionis Domini: *in Vita, quam Papebrochius ex Ms. Rubea-Vallis ſecundo loco edidit, additur:* Sexto Kal. Aprilis. *Eadem dies ſignatur in quodam inſtrumento anni* 1131, *in quo dicitur:* De die obitûs ejus, qui in VI Kal. Aprilis celebratur, ſic legitur: Die orto Reſurrectionis .... exuit hominem. *Recitat iſtud laudatus Hanſizius num.* 32, *qui num.* 51 *& ſequenti ab illa epocha nequaquam recedendum putat, ideoque S. Ruperti mortem anno* 718 *affigit, quia Paſcha eo ſeculo incidit in diem* XXVII *Martii, anno* 707, 718 *&* 791: *ad horum autem primum annorum ſancti mors referri non poteſt, quia ſupervixit Theodoni, qui anno* 716 *etiam in vivis erat, ut habemus ex Anaſtaſio in Vita S. Gregorii II Papæ, ubi ad Indictionem* XIV, *in quam eclypſis lunaris inciderat, id eſt ad annum* 716 *ait:* Eo itaque tempore Theodo dux gentis Baioariorum ad apoſtoli B. Petri limina primus de gente eadem occurrit orationis gratiâ. *Sed nec poſteriori aſſigi poſſe, vel ex eo liquet, quòd ſub finem ſeculi* VII *epiſcopus jam fuiſſe dicatur.*

D

& emortuali tempore

E

38 *Fixâ ad annum* 718 *S. Ruperti morte, ſequitur, Theodonem II, Boioariæ ducem ſeu tetrarcham, eodem anno aut* 717 *vel* 716 *obiiſſe. Etenim hunc ante illum defunctum eſſe, diſertè dicitur tum in Vita à Papebrochio edita, tum in libello donationum Salisburgenſium, laudato apud Hanſizium num.* 5, 42 *& alibi, qui illum aliquot ſeculis anno* 1186 *antiquiorem cenſet. Adducit etiam Indiculum Arnonis, epiſcopi Juvavenſis, anno* 788 *conſcriptum, de donationibus eccleſiæ ſuæ factis, ubi poſtquam de Theodone egit, mox ſubdit:* Succedente verò filio ejus Theodberto duce, qui tradidit villulam nuncupante Utzhilingh in jam dicto pago Salzburchgave: *verùm inde nihil certi ſtatui poteſt, cùm Arno non dicat, an Theodobertus prædictam villam S. Ruperto ſuperſtiti, an verò eccleſiæ Salisburgenſi, eo jam mortuo, tradiderit. Clariora ſunt, quæ num.* 52 *laudat his verbis: Theodonem* anno DCCXVIII obiiſſe refert Chronicon Salisburgenſe, Vitus Arenpekius in Chronico Boiariæ & alii tam editi, quàm Mss. rerum Boicarum ſcriptores ferè plerique. Quibus accedit, catalogus Ms. ducum Boiariæ, conditus à quodam aſceta Cremſmunſtrenſi principio ſeculi XIV. Alter catalogus ſeculi XIII ſic habet: " Anno DCCXVII Theodo II dux Wawa-„ rie, qui Germaniam (lege Wawariam) ad „ Chriſtum convertit, obit „.

F

petita

39 *Modò difficultatem, quæ ex prædictis in* S. Corbiniani *chronotaxi exoritur, proponamus. Si cum ſcriptoribus num.* 31 *laudatis ſtatuamus, Sanctum noſtrum à Gregorio II epiſcopum conſecratum fuiſſe, ideoque primam profectionem Romanam anno* 715 *illigemus, non poſſumus ſecundam ante annum* 722 *figere, cùm ad minimum ſeptem integros annos inter utramque fluxiſſe, Aribo diſertè aſſirmet. Quî potuit igitur ſanctus Antiſtes, ut ex eodem Aribone habemus, in ſecunda profectione Romana Theodonem adire, qui ſecundum ſupradicta tum temporis quatuor circitèr annis diem ſuum obierat? Sanè ut hæc omnia conciliemus, neceſſe erit pro uno duplicem in Aribone errorem agnoſcere, & non modò Carolum Martellum in Pippini locum ſubſtituere, verùm etiam ſeptem illos annos ad unum*

proponuntur.

A *unum aut alterum contrahere, ut ita intelligi poſſit Sanctus in ſecundo itinere Theodonem acceſſiſſe.*

Sententia Mabillonii. 40 *Mabillonius ſeculo* 3 *Benedictino, parte* 1 *credere mavult, Ariboni in Gregorii nomine errorem ſubrepſiſſe. Statuit itaque,* Corbinianum *non à S. Gregorio II, ſed ab ejuſdem deceſſore Conſtantino epiſcopatu initiatum eſſe. Deinde ſecundam profectionem ad annum* 717 *refert, malè redarguens eminentiſſimum Baronium, quaſi is eam ad annum* 716 *fixiſſet, cùm Baronius ibidem de prima non de ſecunda profectione agat. Malè pariter eumdem Baronium laudat pro Conſtantino in Gregorii locum ſubſtituendo: contrarium enim ipſe ſuſtinet, ut conſulenti patebit. Porrò prædictam viam Mabillonius tom.* 2 *Annalium partim deſeruit: licèt enim primum iter ad annum* 714, *quo Conſtantinus nondum erat defunctus, enarret, alterum tamen anno* 722 *refert, quo ſecundum dicta Theodo jam obierat.*

Probabilius apparet, B 41 *Si omnino certa eſſent, quæ de S. Ruperti ac Theodonis emortuali tempore ex Hanſizio ſuprà retulimus, certum pariter foret,* Corbiniani *ſecundum iter Romanum non poſt annum* 717 *contigiſſe, atque adeo primum, quod ſeptem vel octo annis præceſſerat, in Pontificatum Conſtantini incidiſſe; niſi quis dicere malit, Aribonem in annorum numero errâſſe & ſeptem pro uno aut altero ſcripſiſſe. Verùm in Vita, quam Hanſizius primigeniam annoque* 872 *exaratam putat, legitur quidem S. Rupertus obiiſſe* die Reſurrectionis Domini noſtri Jeſu Chriſti, *ſed non additur* VI Kalendas Aprilis. *Id ipſum quoque abeſt in Vita prima à Papebrochio recuſa. Unde ſuſpicari quis poſſet, poſteriora verba Vitæ ſecundæ aliiſque inſtrumentis poſtmodum addita fuiſſe, quia* VI *Kalendas Aprilis ejus feſtum colitur & antiquitus jam colebatur. Sed hæc mera ſuſpicio eſt, quæ ubi aliis rationibus deſtituitur, Salisburgenſium traditionem, quam Hanſizius antiquam vocat, non poteſt convellere. Deinde neceſſe non eſt, ut ſola iſta traditione nitamur; cùm ea, quæ de emortuali Theodonis anno num.* 38 *retulimus, ſuadeant, ſecundum* S. Corbiniani *Romanum iter tam diu differri non poſſe, quàm ſcriptores num.* 31 *&* C 32 *laudati exiſtimârunt. Adde, quòd catalogus ducum Boioariæ ſeculo* XIII, *teſte Hanſizio, exaratus, poſtquam Theodonis mortem ad annum* 717, *ut num.* 38 *diximus, retuliſſet, ad annum* 719 *ſubdat:* Hiis temporibus floruit S. Corbinianus epiſcopus in Friſinga, ſub Gregorio Papa: *quod ſanè cum prædictis rectè cohæret.*

primum iter ſub Conſtantino, poſterius anno 717 42 *Omnibus maturè perpenſis, quantum in his antiquitatis tenebris perſpicere licet, veriſimilius mihi apparet, primam profectionem Romanam, in quâ* S. Corbinianus *ordinatus eſt epiſcopus, ſub Pontificatu Conſtantini contigiſſe, idque anno* 709, *ſecundum verò ad urbem Romanam acceſſum anno* 717, *quo propterea cathedram ſuam Friſingæ fixiſſe videtur. Ratio, cur ita ſentiam, eſt, quòd admiſſo in Gregorii nomine errore, in ea ſententia omnia rectè explicentur, aptéque cohæreant, quæ tum de* S. Corbiniano *apud Aribonem, tum de S. Ruperto ac Theodone II apud alios narrantur. In primis intelligitur, Sanctum noſtrum Româ reducem & jam epiſcopum cum Pippino Heriſtallo Majore-domûs Franciæ, qui anno* 714 *obiit, agere potuiſſe; quod in ſententia eorum, qui Gregorium retinendum putant, nequit explicari. Intelligitur ſecundò, quo modo Sanctus poſt ſuſceptum epiſcopatum, in Gallia primùm prædicare, deinde in priſtina cella* continuis ſeptem annis *habitare, ac demum per Allemanniam & Germaniam profectus, & in Norico prædicandi Euangelii causâ aliquamdiu commoratus, à Theodone benignè excipi, Romamque ad S. Gregorium II accedere potuerit,* AUCTORE C. S.

de Theodone præterea tradidêre auctores, videlicet, Theodonem anno 716 *ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina Romam acceſſiſſe, ut ſcribit Anaſtaſius Bibliothecarius in Vita S. Gregorii II; ſecundò eumdem defunctum eſſe ante S. Rupertum, cujus mors anno* 718 *ex ſupradictis probabiliùs illigatur: tertiò Theodonis obitum tempore ſecundæ profectionis* S. Corbiniani *contigiſſe, quemadmodum ſcriptores paſſim colligunt ex eo, quòd in Sancti ab Urbe in Boioariam reditu nulla ampliùs de eo duce apud Aribonem fiat mentio. Hiſce accedit & alia ratio à tempore deletæ domus Grimoaldi ducis petita. Narrat Aribo, Grimoaldum, qui patri ſuo Theodoni in partem ducatûs ſucceſſerat, ſecundùm* S. Corbiniani *vaticinium ab inſidiatoribus interfectum eſſe, Pilitrudem verò, quacum inceſtas nuptias contraxerat, Carolum Martellum in Galliam ſecutam, ab eoque repudiatam, meritas ſuorum ſcelerum pœnas luiſſe.* E

rationibus probatur. 44 *Hæc, veriſimiliùs contigiſſe anno* 725 *infrà oſtendemus: quare ſi cum Meichelbeckio initia epiſcopatûs Friſingenſis ad annum* 724, *aut cum Pagio ad annum* 722 *referamus, in prioris ſententia* S. Corbinianus *ne biennium quidem, in poſterioris verò vix triennium in illo epiſcopatu ſub Grimoaldo exegiſſe, reliquum autem temporis uſque ad annum* 730, *quo Sanctum vitâ functum ſcribunt, ſub Hucberto Grimoaldi ſucceſſore traduxiſſe dicendus erit. Hoc verò minimè veriſimile fit ex Aribone, qui quidquid de Sancti geſtis in epiſcopatu Friſingenſi poſteritati tradidit, ſub Grimoaldo enarravit, ſub Hucberto verò nihil præter Sancti ad ſuam ſedem reditum, collatumque ſeu ipſi duci ſeu ejuſdem proli baptiſma, ac mortem denique ſanctiſſimè obitam. Unde colligere licet,* Corbinianum *diutiùs ſub Grimoaldo, quàm ſub hujus ſucceſſore eam cathedram gubernâſſe.* F

Reſpondetur ad argumentum 45 *Supereſt, ut ea argumentum, quo adverſarii nituntur, paucis reſpondeamus. Unicum id eſt, ut vidimus; videlicet longè probabilius eſſe, Aribonem errâſſe, dum ſcripſit,* S. Corbiniano *ex primo Romano itinere in Galliam reduci ſuperfuiſſe Pippinum Heriſtallum, quàm dum ait, eumdem Sanctum à Gregorio II epiſcopum creatum eſſe; vix enim ignorare potuiſſe Aribonem, à quo Pontifice primus ſuæ ſedis Antiſtes, cui ipſe poſt triginta aut paulo plures annos ſucceſſerat, conſecratus fuiſſet. Equidem fateor, hanc rationem valdè probabilem eſſe: at non tanti ponderis mihi apparet, ut adducta in contrariam partem momenta ſuperet aut adæquet.*

adverſariorum. 46 *Neque verò improbabile eſt, Aribonem in Gregorii nomine lapſum eſſe: conſtabat nempe ipſi, ſanctum ſedis ſuæ Fundatorem à Gregorio II ad apoſtolicum munus remiſſum fuiſſe, quando Româ rediens & à Grimoaldo duce detentus, Friſingenſem epiſcopatum inſtituit. Hinc cùm ad S. Gregorii Pontificatum ſecunda* S. Corbiniani *Romana profectio ac prædictæ ſedis primordia referenda probè ſciret, fieri potuit, ut ad rationem*

AUCTORE C. S.

nem temporis minùs attentus, primum iter cum secundo confundens, primi Episcopi consecrationem ad eumdem Pontificem retulerit. Id autem ita factum esse, suadere videntur rationes suprà allatæ. Porrò in hac sententia intelligitur etiam major spes affulsisse Corbiniano, *ut episcopali onere liberaretur, dum Romam secundò accessit: id enim à S. Gregorio sperare vix poterat, si ab illo, pro religiosis latebris pioque otio, quæ postulaverat, episcopatum ac apostolicum munus obeundum penè invitus ante aliquot annos recepisset. At si Sanctum à Constantino consecratum dicamus, in animum inducere facilius poterat fore, ut, quod hic negaverat, ab ejusdem successore Gregorio impetraret.*

§ V. Sanctus cathedram figit Frisingæ, cujus loci notitia datur: expiato Grimoaldi incestu, prædia ecclesiæ suæ comparat.

B

Cathedra figitur Frisingæ,

Ixo, quantùm licuit, S. Corbiniani *ad Frisingenses adventûs tempore, ad ipsam episcopatûs erectionem progredimur. Theodo Boioariæ dux, cujus suprà meminimus, tetrarchiam instituerat, diviso in quatuor partes ducatu, quarum unam sibi retinuerat, alteras tribus filiis concesserat. Grimoaldo obtigerat Boioaria Australis cum oppido Frisinga, cui postmodum accessit Rhætia, quam Theodobertus, in demortui Theodobaldi fratris sortem succedens, ipsi cesserat, ut existimat Hansizius in S. Ruperto num.* 38. *Illud certum est, Grimoaldum in illa plaga regnâsse, cùm* Corbinianus *eò accederet. Porrò laudatus dux Sanctum multis rogaverat, ut in sua ditione episcopalem cathedram constitueret; erat enim nulli certæ sedi affixus, ut ea ætate non rarò contingebat: at ille ad sacrum otium aspirans, rejectis precibus, iter Romanum fuerat prosecutus. Grimoaldus interim suis dederat in mandatis, ut siquando per ditionem suam Româ reverteretur, eum abire minimè permitterent, priusquam se convenisset. Ea res Boioariæ saluti fuit: cùm enim Majense castrum intrâsset, à ministris detentus, & a duce honorificè habitus, tandem episcopalem cathedram Frisingæ erexit.*

C

cujus notitia

48 *Ut verò dicenda majorem lucem accipiant, censui antiquæ ac hodiernæ Frisingensis urbis notitiam hoc loco præmittendam. Otto ejus nominis I Frisingensium episcopus, qui paulò post medium seculi* XII *obiit, in suo Chronico lib.* 5, *cap.* 24 *de* S. Corbiniani *adventu agens, ad propositum nostrum de Frisinga hæc ait:* Est autem mons idem (*Frisingensis*) in pulcherrimo & amœnissimo loco positus, limpidissimarum aquarum, ac præcipuè Isaræ rapidissimi fluvii cursu conspicuus, totam illius regionis faciem & ex Australi plaga latissimam campi planitiem, tamquam è specula longè latéque contemplans. Hic illis diebus sylvis circumseptus, quasi venatorum specula fuisse traditur. Manent & adhuc sylvarum in plano inter harundineta vestigia, scilicet antiqui trunci; cervorum quoque usque hodie ac capreolarum multitudo copiosa. Ex Septentrionali verò plaga adhuc sylva non mediocris, quæ forestus vulgò dicitur, ædibus ac igni plurimùm civitati utilis, superstes cernitur. Contigua quoque monti terra ex Austro Isarâ, ex Aquilone Ambrâ fluviis inclusa, in sinum quemdam fertilissimum ad quatuor Teutonica miliaria protenditur: in fine cujus, ubi prædicti amnes confluunt, locus, qui Mosenburga dicitur, pulcher valdè & delectabilis, in beati Castuli ecclesia congregationem clericorum habens, positus cognoscitur. D

49 *Hæc Otto: quæ non ita interpreteris, quasi Frisinga* Corbiniani *tempore oppidum non fuerit: quippe Aribo eam disertè* civitatem *appellat, dum cap.* 5 *ait, Sanctum munera præstigiatrici erepta* ad portam civitatis *jussisse pauperibus erogari. Hodiernam urbis faciem ac situm describit Meichelbeckius Dissert.* 1 *prolegomena, ex qua delibo ea, quæ ad Sancti Acta illustranda conducunt.* Frisinga nostra, *inquit*, eum . . . superioris Boioariæ locum occupat, prope quem Isaræ, fluvio rapidissimo ex Alpibus Tyrolensibus decurrenti, miscetur Mosacus amnis, qui prope Mosach pagum cognominem, quarto ab hac urbe milliario Germanico distantem, fontes habet. Urbs ipsa duobus montibus adjacet, quorum primo palatium episcopale cum cathedrali basilica & adjuncto S. Benedicti templo, item altera divi Andreæ collegiata ecclesia, aliisque pluribus sacris atque profanis ædificiis splendidè insidet: alterius verò montis verticem inclytum monasterium Weihenstephanense Benedictini instituti, umbilicum verò alia S. Viti collegiata itidem ecclesia, gratissimo sanè spectaculo exornat. Posteriori huic monti vocabulum olim fuisse ferunt TETMONS .... Mons alter intra urbis mœnia inclusus ac modicè depressior, non habet diversum ab ipsa urbe nomen, & MONS FRISINGENSIS passim vocari consuevit. *His notatis, rerum seriem resumamus.* E

gemina datur.

Expiato ducis incestu, locum Caminam

50 *Copulaverat sibi Grimoaldus dux incestuosis nuptiis Theobaldi fratris sui viduam, Pilitrudem nomine, cum eaque Frisingæ degebat, quando* Corbinianus, *à ministris, ut diximus, detentus, ad ejusdem palatium deductus est. Re cognita sanctus Antistes principi mandari curavit, sese ipsius faciem minimè subiturum, priusquam incestam pellicem expulisset; cúmque ille obtemperare recusaret, hic pariter in sua sententia perstitit. Quadraginta dies tenuit ea Grimoaldi pertinacia; post quos victus tandem dedit manus, unáque cum Pilitrude ad* Corbiniani *pedes provolutus ac meliora pollicitus, incestum expiavit, ac tum demum sanctum Episcopum hospitio excipere promeruit. Considerave rat autem* Corbinianus, *dum in Majensi castro detineretur, vicinum locum* Camina *dictum, eumque adamaverat, tum quòd sacro otio agendo commodus appareret, tum quòd non procul inde, Majis scilicet, S. Valentini corpus quiesceret, erga quem singulari pietate ferebatur.* F

ecclesiæ si acquirit:

51 *Itaque à Grimoaldo postulavit, impetravitque, ut in suorum criminum expiationem prædictum prædium suo ære emeret, ac* Deo & sanctæ Genitrici Mariæ ad sanctam ecclesiam ejus sitam in castro Frisingense *donaret. Voti compos factus* habitaculum sibi illic construere festinavit, basilicam ædificavit & S. Valentini atque Zenonis in eam patrocinia collocavit, & in eorum dedicavit honorem, vinearumque ibi plantans copiam, & pomiferis decoravit arboribus & alimoniam pauperibus præparavit, *teste Aribone*,

A *Aribone, cujus verba ſunt. Hæc prima fuit epiſcopatûs Friſingenſis poſſeſſio, ab ipſo ſancto Fundatore ſuo comparata; quare libet de ea pauca addere. Aribo cap. 4 de prædicto loco ſic habet:* Invenit etiam (Corbinianus *prope Majenſe caſtrum*) inter duos rivulos, *quos deinde* Timonem & Finalem *vocat*, locum ſecretum & pervium abſque habitatoris tramite, quæ appellabatur uſitato nomine CAMINA. Intellexit, non ſine divino intuitu & voluntate ibi ſe eſſe detentum, conſideravitque loci ſecretum & ad ſanctæ religionis cultum delectabilem, cum magno amavit affectu, cogitavitque ſibi ſecretum ibi hoſpitiolum conſtruere, ſi hunc locum condigno poſſet pretio comparare. Perquiſivit tamen diligenter, cujus vel quorum hoc eſſet proprium, ut accidente opportunitate temporis, propter vicinitatem ſancti & beati Valentini eccleſiæ, ſibi ad ſecretum hoſpitium vendicaret. *Hoc Sancti deſiderium, prout diximus, Grimoaldus explevit.*

52 *Quod verò ad locum ipſum attinet, clariſſimus dominus Antonius Roſchmannus geographiæ amantiſſimus & editis Opuſculis notus,* qui locus ubi ſit, B *in notitiis Mſs., quas nobis tranſmiſit, laudata verba ita excipit:* Locus planè delectabilis eſt, à templo divi Valentini nonnihil ultra horam, à Merania verò ultra dimidiam circitèr, ad dexteram Paſſeris ripam verſus vallem Paſſyriam remotus, pago non abſimilis, medius inter frugiferas arbores, vineaſque in edito loco inter duos rivulos (*Timonem & Finalem*) & tumulos fruticum, cantantibus dulciſſimè luſciniis amœnum reſonantes, multùm ſpectabilis. *Deinde poſt multa monet, in vicinia Majenſi quærendum eſſe locum* Caminam, *quod nomen hac ætate fruſtra eo loci requiras. Quare exiſtimat, illud, ut multa alia, contractum mutatumque fuiſſe, eſſeque hodiernum* Khains. *Sententiam ſuam confirmat ex diplomate Henrici Aucupis anno 931 dato, in quo dicitur:* Prædium à S. Corbiniano quondam emptum & à monaſterio in ipſius honore conſtructo hactenus injuſtè ablatum in jus proprietatemque præfati monaſterii per hoc noſtræ auctoritatis præceptum remittimus perpetualiter poſſidendum, hoc eſt Majes & Chorzes & Chæines. *Exſtat laudatum diploma apud Meichelbeckium tom. 1, parte 1, pag. 163.*

C 53 *Citat præterea Roſchmannus litteras Henrici Brixinenſis epiſcopi, anno 1291 datas, quarum authographum à ſe inſpectum ait, in quibus ſimiliter* eccleſia in Chains *appellatur. In deſcriptione quoque Tyrolis Germanicè edita* Khains *exiguum pagum vocitat, olim* Caminam *dictum. Diſtabat autem ille locus viginti octo circitèr milliaribus Germanicis Friſingâ, niſi errent tabulæ geographicæ, quas inſpexi; ut mirari liceat, ſanctum Antiſtitem tam remotum à ſua cathedrali eccleſia locum præ ceteris emi voluiſſe, niſi forte id fecerit, ut apoſtolicis laboribus eam regionem exculturus, opportunum ſibi compararet hoſpitium; ſive quemadmodum inſinuat Meichelbeckius, quia locus iſte extra Pilitrudis aliorumque invidiam poſitus erat atque in futuros, quos forſitan præſagiebat eventus, aſylum poterat præbere, uti poſtea revera factum eſt.* inquiritur.

54 *Aribo verbis num. 51 recitatis diſertè affirmat,* S. Corbinianum *habitaculum ſibi, ſanctis verò Valentino & Zenoni baſilicam ædificâſſe. Mabillonius in Actis exiſtimavit, eam eccleſiam in caſtro Friſingenſi ab ipſo conditam fuiſſe: ſed rectè obſervat Meichelbeckius, Aribonis verba ad Friſingam minimè referenda eſſe, putatque vetus S. Valentini templum ab eo reſuſcitatum aut amplificatum fuiſſe. Contrà Roſchmannus in notitiis Mſs. ſuſtinet, templum à fundamentis omnino novum à Sancto conditum fuiſſe, nec alio in loco, quàm in Camina. Rationem repetit ex Aribone mox laudato, cujus verba ipſi certè favent: quippe vetus S. Valentini eccleſia ſita erat non in Camina, ſed in caſtro Majenſi. Deinde inquirens in iſtud templum à Sancto exſtructum, opinatur id ipſum eſſe, quod inter duos rivulos* Finalem *ac* Timonem, *quem ipſe* Ponalem *vocat, hodiedum exſtat, & ad Friſingenſem epiſcopatum etiamnum pertinet. Fatetur tamen, iſtud non SS. Valentino ac Zenoni, ſed S. Mauritio ejuſque Sociis ſacrum eſſe & jam olim fuiſſe; ut conſtare aſſerit ex authographis litteris indulgentiarum ab Henrico Brixinenſi epiſcopo anno 1291 datis & à ſe conſultis.* Ubi & quale fuerit templum, AUCTORE C. S.

55 *Addit præterea, nullum in eo ſupereſſe veſtigium SS. Valentini & Zenonis,* ſi ſolam peranguſtam & longiuſculam feneſtellam excipias, ad quam duo epiſcopi depicti antiquo penicillo cernuntur. Tales autem feneſtellas, *proſequitur,* plerùmque unam tantùm, picturaſque in antiquiſſimis per Vallem præcipuè Venuſtam templis, tamquam certum antiquitatis teſtimonium ante annum notavi in tribus templis Malſii..., quarum exordium neſcitur, & ego antiquiores in tota regione non vidi. *Ex his tandem ſic concludit:* Planè niſi in vicinia Majenſi inter Finalem & Ponalem ſita hæc eſſet eccleſia, & vel ſola in tota diœceſi (Brixinenſi opinor) ad Friſingenſem pertineret epiſcopatum (hodie ad capitulum ibi S. Andreæ, ut R. D. parochus, ab hoc capitulo inſtitutus, mihi anno MDCCXXXVI oretenus retulit) & niſi curtes quatuor & dimidia in Paſſyria huc cenſum ſolverent, ac locus ipſe ſeu quindecim in hoc curtes Friſingenſi eccleſiæ quotannis ſexaginta urnas muſti penderent, & alia inſuper divo Valentino ſacra in omni non adſit vicinia, nec nominis reliquiæ id ſuaderent, de Camina hac ſancti Præſulis noſtri dubio locus eſſe poſſet non immeritò. In ſua igitur hac Camina, loco ſecreto & pervio abſque habitatoris tramite, baſilicam ædificavit S. Corbinianus divo Valentino, epiſcopo & apoſtolo noſtro, & quidem, ut puto, è fundamentis. à Corbiniano SS. Valentino & Zenoni E F

56 *Hæc laudatus Roſchmannus; quibus omnino probabile fit, eccleſiam SS. Valentino & Zenoni in loco Camina à* S. Corbiniano *à fundamentis conditam fuiſſe: at quominùs id pro certo habeam, faciunt ſequentia. Camina, teſte Aribone & adſtipulante Roſchmanno, vicina erat eccleſiæ S. Valentini in caſtro Majenſi exſtructæ: commodè igitur verba num. 51 relata de eccleſia in vicino caſtro reſtaurata amplificatave interpretari poſſumus. Secundò Caminam Sanctus ſibi comparare ſtuduit, in eaque habitaculum ſibi conſtruere,* propter vicinitatem ſancti & beati Valentini eccleſiæ, *non alia utique de cauſa, quàm ut ea uteretur ad effundendas Deo preces apud iſtius ſancti epiſcopi tumulum, juxta quem etiam voluit ſepeliri. Quod ſi ita eſt, cur, quæſo, mox aliud in eo loco templum condidiſſet? Tertiò denique eccleſia ab ipſo laudata, jam à ſeculo* XIII *SS. Mauritio & Sociis ſacra, nullum SS. Valentini ac Zenonis veſtigium* conditum vel reſtauratum.

AUCTORE C. S.

glium retinet : potuit igitur in illorum martyrum gloriam post Corbiniani *tempora ædificari : antiquæ verò picturæ cùm Sanctorum, quos exhibent, nomina non præferant, nihil certi docent, ac forsan ipsum* S. Corbinianum, *in Camina olim hospitatum, per unam earum pia postmodum expressit posteritas. Verùm hæc eruditis Tyroliis examinanda relinquo.*

Aliud prædium ex eleemosynis

57 *Non diu pòst, quantùm apparet, sanctus Antistes aliud præterea prædium ecclesiæ S. Mariæ Frisingensi, in qua cathedram jam fixerat, persoluto pretio, à Grimoaldo duce emit,* Chorzes *vocitatum. Surius, Mabillonius in Actis & Marcus Velserus* Chories *legunt, sed perperam, aiunt Meichelbeckius & Roschmannus : in Henrici Aucupis diplomate* Chorzes *vocari, vidimus num.* 52. Locus hic situs est in Valle Venusta, & adhuc hodie CORTSCH vocatur, sex circitèr horis Majis & Meraniâ distans, *inquit mox laudatus geographus. Hoc autem prædium fuerat cujusdam viduæ, Faustæ nomine, quæ divisâ binis filiabus suis hereditate, partem, quam sibi servaverat, ea lege Grimoaldo legaverat, ut dum ipsa viveret, eam tueretur. Itaque defunctâ Faustâ,* Corbinianus *(verba Aribonis sunt)* dedit Grimoaldo principi nongentos auri solidos, quos ei dudum Pippinus Major-domus Francorumque princeps in suam largitus est elymosinam, & comparavit hoc ipsum in Chorzes, & ambo pariter postea, idem beatus Corbinianus & Grimoaldus princeps, tradiderunt hoc Deo & sanctæ Mariæ ad prædictam ecclesiam in castro Frisingense, ubi tunc beatus Corbinianus cathedram tenuit pontificalem.

B

sibi datis comparat.

58 *Meichelbeckius existimat, summam istam pecuniæ non à solo Pippino acceptam fuisse, sed ex muneribus, tum ab ipso Pippino in Gallia, tum in Norico atque Italia Sancto collatis coaluisse. Nec immeritò; nam cap.* 3 *dicuntur Theodo & Grimoaldus, & cap.* 4 *Longobardorum rex multa ei dona dedisse. Rursum eodem capite præter munera à rege oblata,* ducentos *solidos à quadam vidua, aliosque* ducentos solidos auri *ab Husingo comite accepisse narratur. Unde mirum videri non debet, quòd sancto Præsuli tanta pecuniæ summa ad prædictum prædium coëmendum suppeteret. Ceterùm in diplomate Henrici Aucupis num.* 52 *citato, inter loca à* S. Corbiniano *empta* Chorzes *etiam recensetur.*

C

§ VI. Grimoaldum corripit : in montem S. Stephani commigrat, in quo fontem elicit, olim ac hodiedum celebrem.

Grimoaldo mirè succenset,

HUcusque *res ex sententia sancti Antistitis fluxerant & episcopatûs Frisingensis primordia, Grimoaldo fautore, felicia incrementa capiebant, cùm Pilitrudis omnia susdéque vertere conata est. Dolebat scilicet lasciva mulier, quòd* S. Corbiniani *operâ ab incestuoso ducis thalamo sejuncta viveret, ideoque omnem occasionem aucupabatur, ut invisum sibi Monitorem, velut altera Herodias è medio tolleret. Accidit autem, ut prandente in aula* Corbiniano, *Grimoaldus panem è mensa cani projiceret : at Episcopus non ferens, cibum signo Crucis de more à se lustratum, cani porrigi, ut* erat contra vitia ad irascendum facilis, *teste Aribone, rari zeli exemplo, mensam, cui accumbebant, impulsu pedis evertit, aulâque excedens minatus est, se communes cum duce cibos imposterum non sumpturum.* D

eique, frustra frendente Pilitrude, reconciliatur.

60 *Hæc Pilitrudi visa est apta Sanctum criminandi occasio.* Hoc facto, *inquit Aribo,* mulier de morte Viri Dei cœpit tractare, invidiæ facibus succensa, eò quòd à viri inlicito sui concubitu per verbum Viri Dei fuerat alienata, incessanterque in aures viri sui invidiæ & odii fomitem ministravit contra Virum Dei. Dixit etiam, ob principis despectum hoc egisse Episcopum; nihil aliud dignum Episcopum esse, nisi mortis reum. *Nihil tamen mulieris dicteria valuerunt : dux quippe sancti Præsulis zelum æqui bonique consulens, eum precibus muneribusque placavit, reduxitque ad prandium, & ut priùs familiariter usus est. Interim* Corbinianus *episcopatui fundando intentus nova prædia acquisivit. Quæ tamen hæc fuerint, non tradidit biographus, qui tantùm ait :* Cœperuntque Viri Dei divitiæ, quas non amaverat, crescere cottidie & loca augescere. E

Ædem sibi in monte S. Stephani exstruit,

61 *Post hæc subdit biographus miraculum in sacello S. Stephani factum, prodigiosam scilicet lucem, cælestemque melodiam à Sancti clericis, dum ipse ægrotabat, perceptam; quod ipsi mentem injecit, habitaculum sibi juxta illud exstruendi, ibidemque cum suis imposterum commorandi. Sita est hæc ecclesia in jugo alterius montis, qui Frisingæ adjacet, & vernacule* Weihen-Stephan, *Latinè* Mons S. Stephani *appellatur, ut num.* 49 *ostensum est. Meichelbeckius* § 9 *Vitæ dubitat, an rerum gestarum ordo apud Aribonem hìc nonnihil turbatus non sit; quia Sanctus in monte Frisingensi habitâsse dicitur, antequam in montem S. Stephani commigraret. Hoc dubium ipsi movent quidam codices Frisingenses, inter quos Chronicon quoddam hæc habet :* Tunc secum accepit Fratres ex monte Weihen-Stephan ad montem cathedralem Frisingam & ibi cum Fratribus secundum Regulam S. Benedicti monasticè & religiosè vixit. *Suspicatur itaque laudatus historiographus,* Corbinianum *primùm in monte S. Stephani habitâsse, indéque ad montem S. Mariæ secessisse cum suis. Quamquam autem in re dubia nil certi statuere malit, observat tamen, sibi* non apparere rationem, cur S. Corbinianus, si montem S. Mariæ semel incolere cœpit, eum posthac deseruerit. & alterum S. Stephani elegerit, eoque rursus abdicato, ad B. Virginem migraverit. F

in eamque cum suis migrat :

62 *Mihi verò minimè dubium est ex Aribone, quin Sanctus primùm habitaverit in monte S. Mariæ ac deinde in monte S. Stephani, ut caput* 5 *Vitæ consulenti patebit. Ibi enim dicitur :* Cùm quodam die in episcopio consedisset, molestia corporis illum concussit, ita ut more solito in vicinum montem ad oratorium beati Stephani martyris venire nequiverat, matutinas Deo persolvere laudes, clerum suscitans illuc ire præcipiens *. *Tum subdit miraculum, quod in ea sacra ade contigit, structamque ibidem adiculam, in quam Sanctus commigravit. Causa igitur mutandi domicilii fuit istud prodigium, cujus cùm particeps esse non potuisset* Corbinianus, *in alio monte adversa valetudine præpeditus, ædem ibi exstrui voluit, sive quia locum illum Deo gratum eo signo cognovisset, sive ut cælesti*

* *l.* præcepit.

A *cæleſti favore, ſi impoſterum ſimile quid contingeret, ipſe quoque frueretur. Nec eſt, cur rerum ſeriem apud biographum perturbatam ſuſpicemur propter laudata Chronica, quæ certè ex hoc potiùs, quàm hic ex ipſis corrigenda ſunt. Vide dicta num. 26. Denique quæ poſtremo loco obſervat hiſtoricus Friſingenſis, nihil urgent: nam ubi, quæſo, docet Aribo*, Corbinianum *ex S. Stephani in S. Mariæ montem domicilium mutâſſe? An quòd epiſcopalem cathedram in poſteriori monte ad mortem uſque tenuerit? Sed nihil obſtat, quo minùs in tam vicino monte habitans, ſedem in eccleſia S. Mariæ haberet. Nunc ad biographi narrationem redeamus.*

in eodem monte fontem elicit: de quo

63 *Incommodè ſanè accidebat Sancti miniſtris, quòd in S. Stephani monte domeſticis uſibus nulla aqua ſuppeteret, quam propterea ex Moſaco fluvio, qui ad ejuſdem radices labitur, quotidiano labore, non ſine obmurmuratione haurire cogebantur. Cui malo ut occurreret* Corbinianus, quadam die diluculò conſurgens, *ait biographus*, ſolus montis latera circumiens, in

B plaga Meridiana ad orationem ſe humo proſtravit: quâ completâ, baculum, quo ſuſtentabatur, in terram defixit; cùmque paululùm perfodiſſet, tantâque * mox ex eadem fovea aquarum emanavit habundantia, ut ad totius cellulæ miniſterium ſufficiebat *, ita ut ad uſque ima montis defluxerat *, & eo vivente numquam defuerat *. *In editione Suriana ſubditur:* Cùm autem Vir Dei obiiſſet, & ejus corpus à nobis ablatum fuiſſet, per quadraginta annos ſine aqua humus arida permanſit: eo à nobis iterum adducto, priſtinam abundantiam aquarum fons ipſe miniſtrabat. Huic noſtræ adſertioni fons ipſe intuentium oculis teſtimonium præbet. Sed ad hiſtoriæ narrationem redeamus.

* *l.* tanta
* *l.* ſufficeret
* *l.* defluxerit
* *l.* defuerit.

in editione Surii & codice Andecenſi

64 *In hæc verba, quæ in codice, quo ipſe uſus eſt, abſunt, Meichelbeckius* § IV *in Aribone ſic ſcribit:* Id ipſum habet Andecenſis codex, quamvis non iiſdem verbis: in vetuſtiori codice Benedicto-Burano omittitur illa narratio: unde ſuſpicamur, hìc iterum interveniſſe interpolatorem, qui equidem rem veram ſcripſit (fontem enim illum hodiéque manare aquas ſaluberrimas, oculis cernimus) ſed tamen Aribonis hiſtoriæ aliquid ſuperaddidiſſe convincitur. *Hæc ipſe, quæ paululum examinanda ſunt. Prædicta narratio de interpolatione ſuſpecta eſſe non debet ex eo, quòd aliis verbis in Andecenſi codice legatur, quàm apud Surium: potuit enim hic (ut omnino eſt veriſimile) ſtylum mutâſſe, atque adeo verborum variatio non vetuſtis codicibus, aut eorum interpolatori, ſed Surio adſcribenda videtur. Præterea ad interpolationis ſuſpicionem amovendam facit ipſe codex Benedictoburanus, in quo dùm verbis num. 63 recitatis dicitur: fons ille* eo vivente numquam defuerat, *ſuſpicio oritur, quòd eo mortuo defuerit, ut in Suriano ac Andecenſi codice legitur. Non video igitur, cur potiùs hos interpolationis, quàm Benedictoburanum luxati textûs arguamus.*

C

quoddam prodigium narratur.

65 *Magis miror, laudatum Benedictinum iſtud exareſcentis ac rurſum ſcaturientis fontis prodigium pro vero admittere, licèt Aribonis hiſtoriæ ab interpolatore additum velit. Nam quid cauſæ eſſe dicemus, quòd Aribo tam memorabile prodigium, quo facta à ſe* S. Corbiniani *tranſlatio divinitus approbata fuiſſet, quodque ipſe utique ignorare non poterat, quaſi de induſtria ſiluiſſet, qui tamen referendis mira-*

bilibus ubique totus intentus eſt? Mihi ſanè hoc prodigium vel fictum apparet, vèl ſi verum eſt, ab Aribone traditum & in Benedictoburano codice amanuenſis vitio prætermiſſum videtur. Oppugnat quidem eumdem etiam locum ex eo, quod inter abductum reductumque Sancti corpus quadraginta anni interceſſiſſe ibidem dicantur; verùm id nihil obeſſe: num. 92 oſtendemus.

Fons exſiccatus rurſum ſcaturivit.

66 *In Chronico Weichen-Stephanenſi, teſte eodem ſcriptore in Actis Aribonis* § 4, *ſimile quid dicitur de exſiccata redditaque fontis ſcaturigine; ſubditurque ſubſecutis temporibus aquam ſemèl iterumque defuiſſe* propter malitiam hominum, qui turpitudinem ſuam illic exercere non formidabant. *Deinde poſt verſus aliquot ex antiquo carmine depromptos, auctor Chronici concludit in hunc modum:* Rurſus ita-

E que ſupplicibus Chriſtiadarum votis largifluæ aquæ ibi manare cœperunt, ut homines fontem hunc ſolâ Dei clementiâ & beati Corbiniani meritis, ſibi eſſe conceſſum, intelligerent. Ceſſent igitur ibi ſordes & turpia dicta, & ſolùm honeſtus & neceſſarius quæratur aquarum uſus. *Exſtat in ſæpe laudata Friſingenſi hiſtoria vetus illud carmen, ex codice Andecenſi editum, ex quo, quæ huc ſpectant, ſequentia lectori exhibeo.*

Vetus carmen de eodem ſalubri fonte

67 Mons ergo, cujus ſupra caput eminet aula
ſe multum Auſtrali climate præcipitat.
Cetera planitie deſcendere conſtat aperta,
quam bene ſcandentis ungula pulſat equi.
Inde ſupercilio clivi, quod vergit ad Auſtros,
elicitur prôfluis unda means ſcatebris.
Haut naturâ loci profudit origine fontem
illum, haut tenuis fiſtula ducit aquas.
Corbinianus eum, Chriſti de munere præſul,
juſſit inexhauſtas fundere ſemper aquas.
Ardebant omnes uti novitate liquoris,
gaudebantque frui munere, credo, Dei.
Pluribus inde ſalus potantibus hauſta cucurrit,
fert ut fama, fuit cùm citò pulſa febris.
Vena ſalutiferas donare creata medellas *, * medelas
ſueverat & morbos fonte fugare ſuo.
Sed quid avaritia non cogis ſulfure fervens
mortales, cujus libera peſtis eris?
Munera quapropter Domini manifeſta maligni
vendere temptantes *, his caruêre bonis. * tentantes
68 Cùm cepêre canum ad paſtum irreverenter *exareſcente*
abuti F
limphâ, quam Dominus Chriſticolis dederat:
Amiſere ſimul; ſicco nec gurgite tranat
gutta, nec arentem ſtilla reſpergit humum.
Tranſactis ergo poſt tempora plura diebus,
conceſſas quondam plebs ſitiebat aquas.
Accendunt animos in vota, preceſque retexunt;
ipſe fatigatur voce populus querula.
Jejunant itaque & tridui ſtatione peractâ,
queritur * admotis fortè locus crucibus. * quæritur
Affuit & cambutta Patris, quam ſuſpicit arca
ejus pendentem, deſuper oſſa fovens.
Hâc freti clerus, plebs, innuptæque puellæ
aſſunt & Chriſtum ſupplice voce rogant.
Explorant baculo foſſam, tum ſcindere temptant,
tempore ſed luſit error eos modico:
Noſter Udalbaldus donec memor ecce negati,
iſtic fontis, ait, rivus erat profluus.
Inſtant ergo viri, certatim terra cavernis
egeritur raſtro, viva vocatur aqua.
69 Fluxit, & ecce liquor ſalientibus exſilit undis, *& rurſum ſcaturiente.*
levia rauciſonus temperat arva latex.
Porrò liquor dulcis, potabilis unda, ſalubres
hauſtus poſcenti præbet abunda modò.

AUCTORE C. S.

Hanc nec durat hyems, torrente nec aret ab æſtu *,
nec ſentit ſolem, nec pavet alluviem.
Monticulis illic, & qui ſervire beatis
martiribus cupiunt, ſufficit ille latex.
Abſiſtant tantùm ſordes ac turpia dictu,
ſolus honeſtus enim queritur uſus ibi.
Hinc canis exemplum comitis monſtravit habendum
jam dicti, quem ſe eſt faſſus amâſſe nimis.
Perficeret ſiquidem placitum cenſorius ejus
in ſummo montis vertice cùm dominus;
Ille parùm providus medicatas attigit eſcas,
mox letale truci virus in ore fuit.
Toxica perſtringunt inſtante venena Supremo *,
viſcus & in fibris perfurit atra lues.
Limpha nocet profutura homini, canis interit eſcâ,
quâ rationalis fit bene paſta caro.
Idem potus ab humano pecus ore revulſit;
unde homo nempe viget, cecidit inde canis.
Quis tibi, fare canis, vitalia lambere ſuaſit
pocula, quis ſtillam ſorde piare ſacram?

* *i. e.* Deo

B

70 *Hæc poëta, quæ quo anno geſta ſint, edicere non licet: nam Udalbaldi nomen, ex quo ſolo id ſtatui poſſet, inter epiſcopos Friſingenſes aut abbates Weichen-Stephanenſes non reperio. De cambutta ſeu ſcipione Sancti, quam in quærendo fonte adhibitam ſcribit, Meichelbeckius* § 13 *Vitæ ſic habet:* Scipio ſeu baculus, quo Vir Sanctus fontem illum in umbilico montis S. Stephani elicuit, tum ad perpetuam rei memoriam, tum ad venerationem publicam ſuſpenſus pependerat in cathedrali baſilica haud procul à tabernaculo, in quo ſcilicet catholico more aſſervari ſolet Euchariſtiæ Sacramentum: aſt anno Chriſti MDLXXXI, in feſto Deiparæ ab angelo ſalutatæ, neſcitur à quo, ſublatus & hucuſque nondum reſtitutus eſt. *Denique canis, qui ſalutiferi fontis potu mirabiliter exſtinctus narratur, fuit comitis* Timonis, *ut in verſibus præcedentibus, qui huc non ſpectant, dicitur.*

Scipio, quo fons excitatus eſt.

71 *Crevit poſtmodum fontis religio, impoſito ipſi ſacello, quod Matthæus Merianus in Topographia Bavariæ in montis declivo ad Meridionalem plagam, quà Monachium ac Alpes reſpicit, æri inciſum exhibet. Verùm illud, ait Meichelbeckius*, annorum lapſu ruinæ proximum, pauculis abhinc, dum iſta ſcribimus, annis reverendiſſimus & ampliſſimus D. Ildephonſus, inclyti monaſterii Weihen-Stephanenſis abbas, & Congregationis Benedictino-Bavaricæ præſes generalis, demolitus eſt, & ſumptibus ſanè ingentibus aliud ſplendidum, templum potiùs quàm ſacellum aut capellam, ibidem erexit, quod (die Julii XIV anni MDCCXX, *ut legendum monet tom.* 2, *pag.* 466) celſiſſimus ac reverendiſſimus princeps & epiſcopus Joannes Franciſcus honoribus beatiſſimi Corbiniani feſtiviſſimè conſecravit. *Denique de ipſo fonte hodiéque ſcaturiente in Vita Sancti* § 9 *ſcribit:* Perennis etiamnum fons ille manat, manetque in ſingulare tum valentium, tum ægrotantium ſolatium.

Sacellum fonti impoſitum ſplendidè renovatur.

C

D

§ VII. Inſidias impiæ Pilitrudis evadens, fugit Majas: quo anno Grimoaldi domûs excidium à Sancto prædictum contigerit: Sancti reditus Friſingam, mors & ſtatura.

Sanctus inſidias Pilitrudis evadeni,

Reliquimus Corbinianum *fundando ſtabiliendoque epiſcopatu ſuo occupatum & felici rerum ſucceſſu utentem; nunc reliqua expediamus. Aribo, qui de mirabilibus Sancti geſtis poſteritati commendandis in ſcribenda Vita penè unicè fuit ſolicitus, poſt conditam in monte S. Stephani ædem, mox Sancti fugam, fugiendique cauſam enarrat.* Corbinianus *præſtigiatricem quamdam mulierculam, quæ Pilitrudis filium nefario carmine à ſe ſanatum gloriabatur, fortè obviam habens, eam mirabili ſanè zeli exemplo pugnis probè multatam, donis, quæ in mercedem impietatis acceperat, ſpoliârat, in pauperes erogandis. His intellectis, Pilitrudis penè in furorem acta, quam dudum animo conceperat, ſancti Præſulis cædem cuidam Nino committit, clam Grimoaldo patrandam. Neque dubium eſt, quin ſcelus ex mulieris votis ſucceſſurum fuiſſet, niſi* Corbinianus *à pio quodam viro per Erimbertum fratrem ſuum admonitus, intempeſtæ noctis ſilentio ſeſe ad aliam villam recepiſſet, ut cap.* 5 *lector pluribus reperiet.*

E

fugit Majas, ubi Grimoaldi & Pilitrudis pœnas prædicit.

73 *Turbatis in hunc modum rebus,* Corbinianus *ad Majenſe caſtrum confugit, indéque per quemdam è ſuis Grimoaldum de inſtanti nece & proxima impiæ Pilitrudis pœna commonuit. Incertum eſt, an dux cum inceſta ſua olim pellice ad vomitum clanculùm rediiſſet: videtur tamen hæc majori, quàm par erat, apud ipſum auctoritate valuiſſe; tum quòd tantum nefas, inſcio principe, impunè attentaverit, tum quòd* Corbinianus *ab eo multis precibus per legatos revocatus, non ſit auſus redire, dictitans, ſe* Jezabelis, peſſimæ mulieris, inſidias oportere cavere. *Porrò Majenſe caſtrum, quod priùs Grimoaldi fuiſſe vidimus, quodque ſub mortem* Corbiniani *Longobardis parebat, jam in horum poteſtate fuiſſe, veriſimile eſt, dum ille eò perfugeret: alioquin enim nec à Pilitrudis inſidiis ibi tutò degere licuiſſet, nec Grimoaldi preces aſſpernari; quippe qui eum à Majenſibus præſidiariis ad ſe adducendum potuiſſet curare, ut olim fecerat, cum Sanctus Româ reverſus, idem caſtrum intrâſſet. At nihil timendum erat à Longobardis, quorum rex Luitprandus eum ante aliquot annos perbenignè exceperat & donis etiam cumulârat.*

F

Excidium domus Grimoaldinæ,

74 *De rebus in hoc ſpontaneo exſilio à Sancto geſtis ſilet biographus, qui mox Grimoaldi domûs excidium ſubnectit his verbis:* Sed talibus inſidiis qualis foret ſecuta vindicta, ſilentio non eſt premendum. Præfatus etiam puer, quem nefando carmine, ut diximus, machinis diaboli mulier præcantabat, rebus exceſſit humanis, eoque mortuo Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt. Prædictus verò Nino, qui in necem Epiſcopi collegium fecit, probroſa morte vitam finivit, qui cùm ventrem purgare fede-

bat,

A bat, lanceâ percuſſus interiit. Ad ultimum verò Pilitrud prænotata mulier Carolum in Gallias ſequebatur, pro meritis ſuis ab eodem repudiata, omnem honorem & gloriam perdidit, propriiſque exuta ſubſtantiis, noviſſimè nihil, niſi unum aſellum ad ſubvectionem poſſidens, in Italiam pergens, vitam finivit, natique, qui
* prodibant prodebant * utero, cum multa tribulatione regno privati, vitalem amiſerunt flatum. *Quâ occaſione, quave de causâ Grimoaldus interfectus fuerit, veteres non tradiderunt; è recentioribus verò aliqui divinant cum Aventino, eum in bello, ceteris incognito, contra Theodoperti patrui ſui filios & Luitprandum Longobardorum regem ſuſcepto cecidiſſe. Ceterum domeſtici Annales, inquit Velſerus lib.* 4 *Rerum Boicarum,* Grimoaldi mortem in annum ſeptingenteſimum ſive octavum ſive nonum referunt: *addendum puto* vigeſimum, *ut in margine notatur. Velſerum ſecutus eſt Joannes Adlzreitterus in Annalibus Boicæ gentis, parte* 1, *lib.* 7, *num.* 19, *ubi ait:* Grimoaldi mortem Annales referunt ad annum DCCXXVIII.

B 75 *At Grimoaldi mortem aliquot annos citiùs contigiſſe, cum Cointio, Pagio, Eccardo, & Hanſizio mihi perſuaſum habeo. Manifeſtum enim eſt ex Aribonis relatione, Pilitrudem non niſi poſt ducis eadem in Gallias abductam fuiſſe, cùm poſt illius ac Nini interitum ſubdat:* Ad ultimum verò Pilitrud prænotata mulier Carolum in Gallias ſequebatur *&c. Neque dubium eſt, quin de eadem Pilitrudis captivitate agat Continuator Fredegarii, dum ait:* Succiduis diebus, evoluto anni circulo (*Carolus Martellus*) coadunata agminum multitudine, Rhenum fluvium tranſiit, Alamannos & Suavos luſtrat, uſque Danubium peracceſſit, illoque tranſmeato, fines Baioarienſes occupavit. Subacta regione illa, theſauris multis cum matrona quadam nomine Pilitrude & nepte ſua Sonichilde regreditur.

quod in expeditione Caroli Martelli

anno 725

76 *Quo autem tempore hæc geſta ſint, diſcimus ex vetuſtis Annalibus Tilianis & Petavianis ab anno* 708 *uſque ad* 800 *deductis, apud Cheſnium tom.* 2 *Scriptorum hiſtoriæ Francorum, in quibus legitur:* Anno DCCXXV, quando Karolus primùm fuit in Bawarios. *Similiter apud eumdem alii Annales, pariter Tiliani, ab anno* 708 *uſque ad* 808 *continuati habent:* Anno DCCXXV Karolus primùm pugnavit in Baioaria. *His accedit Regino lib.* 1 *Chronicorum ſic ſcribens:* Carolus princeps x anno regni ſui cum Baioariis pugnavit, eoſque vicit: *decimum autem Caroli principatûs annum ex Reginonis ſententia cum anno Chriſti* 725 *coincidiſſe, liquet ex eo, quòd illum* anno XXVI regni ſui, *&* Dominicæ Incarnationis DCCXLI *obiiſſe ſcribat; unde fit, ut in ejuſdem calculis anno* 715, *quo è cuſtodia elapſus eſt, principatum exorſus ſit, quibus ſi annos decem incompletos adjunxeris, ad annum* 25 *pervenies, quo Boioarios ab eo devictos ſtatuit.*

C

contigiſſe oſtenditur

77 *Hiſce pariter congruit tempus emortuale Rotrudis ſeu Chrotrudis, primæ conjugis Caroli, cui Pilitrudis vel certè Sonichildis in thalamum ſucceſſit. Quippe Annales Nazariani ab anno* 707 *uſque ad* 790 *perducti apud laudatum Cheſnium ſic habent:* DCCXXV Hrotrudis mortua. *Tiliani ſeu Petaviani ſuprà citati:* DCCXXV quando Karolus primùm fuit in Bawarios. Et Chrotrudis moritur. *Ex quibus diſcimus, hoc ipſo anno, quo Carolus Boioarios debellavit, Chrotrudem defunctam eſſe, in ejuſque locum Pilitrudem vel Sonichildem ab eo uxorem duci potuiſſe. Dixi* Pilitrudem vel Sonichildem: *Cointius enim contendit, harum priorem Carolo numquam nuptam fuiſſe: quòd autem ab eo repudiata apud Aribonem dicatur, id non aliter intelligendum eſſe, quàm quòd Caroli gratiâ exciderit, & ex aulâ juſſa ſit faceſſere. Sonichildem Caroli uxorem fuiſſe tradit Eginhardus apud eumdem Cheſnium, ubi Annales ſuos ab anno* 741 *exordiitur in hunc modum:* Hoc anno Karolus Major-domus diem obiit, tres filios heredes relinquens, Karolomannum ſcilicet, Pipinum & Grifonem; quorum Grifo, qui ceteris minor natu erat, matrem habuit nomine Suanihildem. *Similiter & Annaliſta Metenſis tertium Caroli filium* Gripponem *vocat*, quem ex Sonihilde, quam de Bavaria captivam adduxerat, habuit.

AUCTORE C. S.

non autem anno 722 *vel* 723, *nec* 728.

78 *Utra Rotrudi ſucceſſerit, non diſputo: ſed ex dictis ſatis liquere arbitror, Pilitrudem anno* 725 *à Carolo Martello in Gallias abductam fuiſſe, atque adeo Grimoaldi eadem vel hoc ipſo anno eodemque in bello, vel ut exiſtimat Eccardus paulo antè contigiſſe. Quare non poſſum conſentire Andreæ Brunnero, qui parte* 1 *Annalium Boicorum lib.* 5 *bellum iſtud ac Pilitrudis captivitatem anno* 722 *vel* 723 *illigat nixus, ut apparet, Annalibus Fuldenſibus, qui Carolum utroque illo anno in Boioaria pugnâſſe, contra antiquiorum fidem perperam ſtatuunt. Nec minùs à vero aberrare videntur Joannes Adlzreitterus jam laudatus, & poſt hunc Meichelbeckius, dum prædictam expeditionem ad annum* 728 *differendam putant. Habent tamen illi faventes ſibi domeſticos, ut ainnt, Annales, in quibus Grimoaldi mors anno* 728 *ſignatur: favent etiam utcumque Tiliani ſuprà citati, qui ad annum* 728 *ſecundam Caroli in Boioarios expeditionem notant his verbis:* DCCXXVIII Karolus ſecunda vice pugnavit in Baioaria. *Eam opinionem amplexus eſt Meichelbeckius, quia videbat, nec Brunneri ſententiam, nec eam, quam nos ſequimur, rectè conciliari poſſe cum tempore adventûs* S. Corbiniani, *quem anno* 724 *affixerat. Verùm quæ hucuſque adduximus, certiora ſunt, quàm ut per incertos Annales domeſticos, qui cujus notæ ſint, non edicunt auctores, poſſint infringi: ex Tilianis verò mox productis nihil habetur, quàm quòd Carolus eo anno ibidem rurſus pugnaverit.*

E

F

Corbinianus ab Huberto duce revocatus,

79 *Porrò ſubactâ Boioariâ Carolus Hucbertum, aliàs* Hugibertum, *præfecit, qui ſanctum Præſulem poſtliminio revocavit, habuitque perbenignè.* Hucbertus quoque (*ait Aribo*) cùm regnare cœperat, cum omni dulcedine & ſummo honore virum Dei Corbinianum epiſcopum ad ſe revocavit; quem tanto venerabatur honore, ut ſanctis meritis dignus erat, eumque ſibimet facto fontis lavacro ſociavit. *Arnolfus à Vochburg ex comite monachus S. Emmerammi, qui ſub initium ſeculi* XI *ex antiquis monaſterii ſui monumentis Miracula S. Emmerammi conſcripſit, apud Caniſium Antiq. Lect. tom.* 2, *de tribus ducibus, ſub quibus* S. Corbinianus *in Boioaria floruit, lib.* 1 *ſic ſcribit:* Theodo vir ſtrenuus & alacer, ſub quo clariſſimus Chriſti confeſſor Ruopertus cum aliis Dei ſervitoribus Juvavium devenit, ... Is ergo dux filios habuit ſucceſſores in regno, Diotpertum videlicet atque Grimaldum: poſt quos ducatum genti huic præbuit Hucbertus. *Horum primus, ut diximus* § 4, Corbinianum, *cùm*

AUCTORE C. S.

Romam peteret, honorificè ſuſceptum in ditione ſua retinere conatus eſt: ſub altero, cujus cadem mox retulimus, cathedram fixit Friſingæ; ad quam ſub poſtremi præfectura reverſus eſt.

Friſingam redit.

80 *Arno epiſcopus Salisburgenſis, in libello donationum eccleſiæ ſuæ factarum, quem anno* 788 *concinnavit, Hucbertum, de quo agimus, filium Theodoperti, qui Arnolfo* Diotpertus *dicitur, fuiſſe aſſerit: fuit igitur Grimoaldi ex fratre nepos, qui excisâ vel exauctoratâ ipſius familiâ, per Carolum Martellum ducatu potitus eſt, & patrui exemplo edoctus, ſanctum Antiſtitem ad epiſcopatum revocare curavit. Ceterum dum Aribo ſcribit, quòd laudatus Hucbertus* S. Corbinianum ſibimet ſacro fontis lavacro ſociârit, *id intelligendum puto de Baptiſmo non duci ipſi, ſed ejuſdem proli collato; neque enim veriſimile eſt, filium Theodoberti ducis; olim S. Ruperto familiaris, & in eccleſiam Salisburgenſem, teſte Arnone, munifici, ſine Baptiſmi lavacro adoleviſſe, aut Carolum Martellum Boioariæ ducatum homini gentili commiſſurum fuiſſe.*

B

Licentia ſucceſſores eligendi, per Sanctum impetrata,

81 *Reliqua Sancti geſta uſque ad beatum ipſius è vivis exceſſum biographus prætermiſit: at Meichelbeckius* § 12 *Vitæ ad poſtrema ejuſdem tempora refert obtentam eccleſiæ ſuæ licentiam, regiis litteris firmatam, poſt mortem ſuam epiſcopos ſucceſſores liberè eligendi. Laudat in hanc rem diploma Ludovici III imperatoris, ſeu potiùs Ludovici Germaniæ regis, quo his agnoſcit, eam facultatem à deceſſoribus ſuis eccleſiæ Friſingenſi ad preces* S. Corbiniani *olim conceſſam fuiſſe, & ut talem confirmat. Exſtat illud totum apud laudatum hiſtoricum pag.* 152 *in Waltone epiſcopo, unde ego aliqua delibo.* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Ludowicus, divinâ favente clementiâ, rex. Oportet etiam regiam dignitatem omnibus benivolam exiſtere, præcipuè tamen his, qui divinis mancipantur obſequiis. Unde notum fieri cupimus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præſentibus ſcilicet & futuris, qualiter S. Corbinianus, Friſingenſis eccleſiæ epiſcopus, aput anteceſſores noſtros ſuo interventu impetraverat plebi & familiæ ſuæ licentiam inter ſe eligendi epiſcopos poſt ſuæ evocationis tempus, & hujus electionis ſecuritatem ſcripto regalium præceptorum firmari rogavit, ſuamque peticionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes paſtores ejuſdem ſedis per ordinem penes anteceſſores noſtros eamdem electionis ſecuritatem uſque in tempus Waltonis, dilecti epiſcopi noſtri obtinuerunt.

C

renovatur anno 966.

82 Tempore autem ſuo accidit caſu, ut domus ſua, inibi in honore Domini & Sanctorum ejus conſtructa, ignium ſuccenſione combureretur, eiſdem ſupradictis præceptis pariter combuſtis. His ita peractis, prædictus Walto antelibatæ ſedis pontifex .. precatus eſt clementiam noſtram, ut ſupradictæ familiæ & clero juxta priorem conceſſionem noſtra authoritate aſſenſum præberemus inter ſe eligendi epiſcopum, & priora præcepta per noſtri præcepti renovationem roboraremus. Nos quoque eorum ſalubri conſultui & petitioni libenter annuimus &c. *Hujus diplomatis autographum in chartario illuſtriſſimi collegii cathedralis illæſum etiamnum aſſervari aſſerit idem auctor: verùm non Ludovico III imperatori, ſed Ludovico Arnulfi imperatoris filio, Germaniæ regi, cui Boioaria parebat, attribuendum eſt, cui etiam rectè con-gruunt ſubjecta inſtrumento epochæ:* Data IX Kal. D
Maj. anno Domini DCCCCVI. Indictione VIIII. Anno regis domini Hlodowici VII. *Authenticum eſſe prædictum inſtrumentum non nego: verumtamen, ſi penes Friſingenſes fuerit epiſcopum ſuum liberè eligere, neſcio; cur epiſcopatus ille, ipſo teſte Meichelbeckio, annis octo vel novem poſt* Corbiniani *obitum vacaverit, ſubrogato primùm in ejuſdem locum per S. Bonifacium Erimberto circa annum* 739, *ut in hujus Actis tom.* 1 *Junii, pag.* 454 *videre eſt.*

Moritur probabiliùs anno 730.

83 *Quo anno Sanctus ad laborum ſuorum mercedem evocatus fuerit, non docet Aribo. Vitus Arnpekhius in Chronico Boioariorum lib.* 2, *cap.* 18 *de eo ſic divinat:* Veniente autem die Nativitatis Mariæ, Deo ſpiritum reddidit anno, ut puto, Chriſti DCCXXXV, vel quaſi. *Ab hujus calculo nonnihil diſcedit Marcus Velſerus lib.* 4 *Rerum Boicarum, ubi ait:* Annum ſeptingenſimum triceſimum Annales numerant. *Eumdem etiam ſignant tres catalogi epiſcoporum Friſingenſium, inquit Meichelbeckius, qui licèt addat, alibi annum* 732 *notari, Velſeri aliorumque ſententia, quæ communis eſt, ſubſcribit, &* E
nos quoque eamdem amplectimur: fatemur tamen id non adeo certum eſſe, ut uno aut altero anno citiùs ſtatui non poſſit: at ultra 730 *probabiliùs differri non poſſe, apparebit* § *ſequenti, ubi oſtendemus, probabile eſſe, Sancti corpus quadrageſimo ab obitu anno Majis relatum fuiſſe Friſingam, ubi anno* 770 *jam quieſcebat, & fortè uno aut altero anno jam quieverat. Ceterùm dies emortualis, quem biographus pariter non expreſſit, in tabulis Friſingenſibus & Martyrologiis* VIII *Septembris aſſignatur. Ex dictis autem conſequens fit,* S. Corbinianum *probabiliùs obiiſſe anno circitèr* 21 *à collato ſibi per Conſtantinum Pontificem epiſcopatu, à fixa verò Friſingæ cathedra anno circitèr* 13; *quamquam neutrum certò determinari poſſit, ut per decurſum non ſemel monuimus. At certè audiendus non eſt Hundius, dum tom.* 1 *Metropolis Salisburgenſis, in epiſcopis Friſingenſibus, omnia confundens, Sanctum quidem anno* 730 *defunctum fuiſſe inſinuat, ſed tamen viginti annos in epiſcopatu Friſingenſi adſcribit, quos melius ab epiſcopali ordinatione repetiiſſet.*

F

Sancti ætas & ſtatura.

84 *De ſuprema Sancti ætate ita diſſerit ſæpe laudatus hiſtoricus Friſingenſis* § 13 *Vitæ;* Certum eſt, Erimbertum, Corbiniani fratrem, *qui ipſi in epiſcopatum ſucceſſit,* eo fuiſſe natu majorem: cùm enim narret Aribo, Corbiniano nondum nato, Waldekiſum patrem rebus humanis exceſſiſſe, neceſſum eſt fateri, Erimbertum ante Corbinianum natum fuiſſe; niſi fingamus, Corbinianam matrem ad ſecundas nuptias convolâſſe: aſt fingere hiſtoricorum non eſt. Et quoniam Erimbertus primùm poſt novendecim ab obitu Corbiniani annos è vivis ereptus eſt, ... cogimur aſſerere, Corbinianum ad provectam ætatem non perveniſſe, ac fortè annum ætatis quinquageſimum non ſuperâſſe, neque ante annum Chriſti DCLXXX orbi natum fuiſſe. *Probabilis quidem eſt hæc obſervatio, ſed non evincens: nam licèt Erimbertus ab Aribone non dicatur ex ſecundis Corbinianæ nuptiis genitus, id tamen certum non eſt. Neque video, cur dicendus ſit fingere, qui dubitat de eo, quod facilè potuit fieri & frequenter factum eſt. De ſtatura ſancti Præſulis idem ſcriptor hæc addit:* Staturâ corporis non fuiſſe adeo procerum, ex ſacris ejus lipſanis metimur: & licet oſſa à juſta viri ſtatura non

non admodum deficiant, ſacri certè capitis moles planè magna non eſt : *ita ipſe.*

§ VIII. Corpus primùm Friſingæ ſepultum, transfertur Majas, deinde Friſingam reducitur : templi Majenſis, in quo Sanctus humatus fuit, hodiernus ſtatus.

Corpus poſt 30 dies Majas tranſfertur :

CO Orbinianus *inſtantis ſibi mortis præſcius ſuis mandaverat, ut corpus ſuum Majis apud S. Valentinum, quem præcipuo cultu tempore epiſcopatûs ſui fuerat proſecutus, ſepelirent. Quia verò id temporis in Majenſi caſtro dominabantur Longobardi, fratrem ſuum Erimbertum octavo ante mortem die ad eorum regem Luitprandum delegavit, ut regium ipſius conſenſum flagitaret. Deinde, appropinquante extrema vitæ die, alium è ſuis ad Hucbertum Boioariæ ducem direxit, qui ipſius mortem nuntiaret, ſimulque poſceret, ut funus Majas tranſferri permitteret. Dum hæc aguntur, ſanctus Antiſtes moritur, & à clero ſuo in beatæ Dei Genitricis Mariæ eccleſia, in qua cathedram tenuerat, Friſingæ tumulatur. At mox patuit, invito Sancto id agi : quippe continuò immiſſa divinitus procella non interruptos triginta dies ac totidem noctes Friſingenſes vexavit, donec accepto Hucberti ducis reſponſo, ſacrum corpus non ſine miraculis Majas tranſtulerunt, ubi apud S. Valentini exuvias honorificè collocatum eſt, quemadmodum cap. 6 latiùs enarratur.*

& inde Friſingam poſt tranſlationem S. Valentini,

86 *In eo caſtro quievit uſque ad tempora ducis Thaſſilonis & Aribonis epiſcopatum, quorum operâ Friſingam ſolemniter tranſlatum eſt. Tranſlationem illam ab eodem Aribone mandatam litteris cap. 7 Vitæ recudemus, ad quod lectorem remittimus : hîc verò ea tantummodo examinabimus, quæ ad illius elucidationem ſpectare arbitrati ſumus. Longobardi, quibus Majæ parebant, corpus S. Valentini Tridentum avexerant, indeque Pataviam à Thaſſilone Boiorum duce fuerat tranſlatum. Hinc Ariboni, Friſingenſi epiſcopo, injecta mens eſt de* S. Corbiniani *ſacris exuviis ad ſedem ſuam reducendis : quippe S. Valentini corpore, ob cujus præſentiam ſanctus Epiſcopus Majenſe caſtrum in ſepulturam elegerat, inde ſublato, meritò judicavit, ſe poſtremæ Sancti voluntati minimè refragaturum, ſi eum ſuæ quoque ſedi reſtitueret. Movebat præterea antiſtitis animum, quòd ſanctus ſui epiſcopatûs Fundator* ſine honore debito & abſque ſancto illic jacêret officio. *Itaque collecto epiſcoporum ſuorumque concilio, & aſſentiente Thaſſilone, rem feliciter exſecutus eſt. Errat porrò Bailletus, dum ad* VIII *Septembris utriuſque Sancti tranſlationes confundens, ſcribit,* S. Corbiniani *corpus à Longobardis Tridentum tranſlatum fuiſſe, & inde ab Aribone Friſingam.*

in cujus anno errat Breviarium Paſſavienſe.

87 *Tranſlationis annum non ſecùs atque emortualem biographus prætermiſit ; verumtamen diſertè docet, eam poſt S. Valentini exuvias Pataviam delatas contigiſſe. Breviarium proprium diœceſis Paſſavienſis, Monachienſibus typis anno* 1608 *excuſum de ſancti antiſtitis ſui tranſlatione ad diem* IV *Auguſti lectionem* IV *recitat in hunc modum :* Sancti Valentini epiſcopi corpus cùm aliquot annis in Maienſi caſtro humatum in pace quieviſſet, tandem circa annum Domini ſeptingenteſimum vigeſimum tertium à Luitbrando Longobardorum rege Tridentum deductum eſt, quod poſtmodum Taſſilo, Bavariæ dux, Utilonis filius, pridie Nonas Auguſti circa annum Domini ſeptingenteſimum ſeptuageſimum ſeptimum Paſſavium honorificè deportari atque inter duos muros ante fores eccleſiæ beati Stephani protomartyris, ubi epiſcopi ſedes eſt, deponi fecit. *Hæc ſi vera ſint, jam mortem* S. Corbiniani, *qui juxta S. Valentini corpus Majis ſepultus fuit, ante annum* 723 *figere, corporis verò, de qua agimus, ad Friſingenſes reductionem poſt annum* 777 *differre oportebit. Verùm id utrumque falſum eſſe, ex dictis dicendiſque manifeſtum eſt ; quare in tranſlationis tempus aliunde inveſtigandum eſt.*

AUCTORE C. S.

Sententia Meichelbeckii

88 *In codice Andecenſi & in eo, quo uſus eſt Surius, quadraginta anni inter utramque* S. Corbiniani *tranſlationem elapſi dicuntur. Sed is locus de interpolatione ſuſpectus eſt Meichelbeckio, tum quia verba illa in codice Benedictoburano diſiderantur (de quo vide num. 63 & ſeqq.) tum quòd hinc ſequeretur, Sancti corpus primùm anno* 770 *reductum fuiſſe Friſingam, cùm tamen illud anno* 769 *ibidem jam quieviſſe contendat ex duobus inſtrumentis ſub Aribone confectis, quæ parte* 2 *tomi* 1 *integra recenſet. Primum continet traditionem Sikifridi factam* ad ſepulchrum ſancti Corbiniani confeſſoris Chriſti, in loco Frigiſingas, ubi ipſe pretioſus in corpore humatus eſſe cernitur. *Ad calcem ſubjiciuntur ſequentes notæ chronologicæ :* Actum eſt hæc * in VI Kalendas Martias, anno regni glorioſi Taſſiloni ducis XXII. *Alterum eſt donatio Adalperhti notata :* In XI Kalend. Majas anno glorioſiſſimi Taſſiloni ducis XXII, Indict. VIII, *in qua ſimiliter dicitur :* Transfundo ad domum epiſcopalem in loco ſitum *, quod * nominatur Frigiſinga, ubi honor ſanctæ Mariæ celebratur, ſeu ſanctus Corbinianus requieſcit in corpore.

* *l.* hoc

* *l.* ſitam

* qui

de tempore poſterioris tranſlationis

89 *Utroque inſtrumento annum Chriſti* 769 *deſignari putat, quia annum quintum principatûs Thaſſilonis cum primo regni Pippini connectit, atque ita ejuſdem ducis annum* 22 *perducit ad Chriſti* 769. *Id verò oſtendere nititur ex antiquo inſtrumento Timonis, quod exſtare ait in vetuſtiſſimo Traditionum ejuſdem eccleſiæ codice, atque haſce præferre notas chronologicas :* Anno ſecundo regnante excellentiſſimo Pippino rege, quando domnus Apoſtolicus in partibus Galliæ venerat, anno ſexto regni Taſſilonis, electiſſimi ducis, VIII Kal. Julii. Quæres modò, lector, *ſubdit hiſtoricus*, quis ſit annus, quo domnus Apoſtolicus, nempe Stephanus II (aliis III) in Galliam venerit ? Reſpondet Baronius, id contigiſſe anno Chriſti DCCLIII ; & poſt Baronium idipſum Pagius aſſeverat. Rectè : ergo annus Chriſti DCCLIII fuit Pippini ſecundus, Thaſſilonis ſextus. *Hæc ille : at mihi locus iſte vitioſus apparet, legendumque annum tertium Pippini pro* anno ſecundo, *atque adeo inſtrumentum iſtud ad annum* 754 *pertinere.*

nixa antiquis monumentis, quæ probant,

90 *Ratio cur ita ſentiam, eſt, quòd licèt Stephanus anno* 753 *in Galliam profectus fuerit, id tamen factum non ſit, niſi ſub ejuſdem anni finem & initium ſubſecuti, ut etiam docent laudati Baronius & Pagius. Nam, teſte Anaſtaſio*

AUCTORE C. S.

bibliothecario, Româ egreſſus eſt decimo quarto die menſis Octobris, Indictione ſeptima, *id eſt anno* 753. *In itinere Aiſtulfum Longobardorum regem Papiæ convenit,* & quintadecima die menſis Novembris prædictæ ſeptimæ Indictionis à civitate Papiâ movens, ſuum in Franciam profectus eſt iter. *Denique in Agaunenſi S. Mauritii monaſterio aliquantulùm moratus, ad Pippinum regem progreſſus eſt, ab eoque honorificè ſuſceptus, ad Pontigonenſe palatium eſt deductus* ſexta Januarii menſis die in Apparitione Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti ſacratiſſima ſolemnitate, *anno utique* 754. *Jam verò cùm laudatum inſtrumentum ſignatum ſit* VIII Kal. Julii *anni*, quando domnus Apoſtolicus in partibus Galliæ venerat, *non poteſt ad annum* 753 *ſpectare, cujus ſcilicet menſe Junio Stephanus nondum Româ exceſſerat; ſed ad annum* 754, *ſub cujus initium à Pippino fuerat exceptus. Porrò* VIII *Kalendas Julii anni* 754 *currebat Pippini annus tertius, ſive ipſius regni exordium à menſe Martio, ſive à Kalendis Maii anni* 752 *repetatur.*

B

91 *Ex his conficitur, annum ſextum Thaſſilonis, ſi producto inſtrumento ſtandum ſit, etiam in curſu fuiſſe* VIII *Kalendas Julias anni* 754. *Unde ulteriùs deducitur, traditionis Sikifridi & Adalperhti num.* 88 *memoratas, quarum prima* VI Kalendas Martias, *altera* XI Kalend. Majas, *utraque anno* 22 *Thaſſilonis ſignatur, factas eſſe non anno* 769 *ſed* 770, *cujus menſibus Februario & Aprili currere debuit annus* 22 *prædicti ducis, ſi rectè ſe habeat inſtrumentum Timonis. Nolo equidem in annos Thaſſilonis hîc inquirere, de quibus videri poteſt Mechelbeckius tom.* I *parte* I, *pag.* 42 *& ſeqq.: id unum volo, ex illo Timonis inſtrumento, qualecumque ſit, potiùs erui traditiones Sikifridi & Adalperhti ad annum Chriſti* 770 *ſpectare, quem etiam manifeſtè indicat Indictio* VIII, *quæ poſteriori adſcripta eſt, quæque menſe Aprili anni* 769 *nondum inchoata erat. Itaque ex allatis monumentis id unum hucuſque habemus, tranſlationem ante* XXIV *Februarii anni* 770 *peractam fuiſſe; ſed quamdiu antè, non liquet.*

eam ante 24 Februarii anno 770 contigiſſe.

Probabiliùs facta eſt 20 Novembris anni 769.

C

92 *Marcus Hanſizius Germaniæ ſacræ tom.* I, *pag.* 136 *ſententiam Meichelbeckii paulò aliter intellexit, atque ita interpretatus eſt.* Celebratur, *inquit*, Tranſlatio S. Corbiniani juxta antiquum Kalendarium Patavienſe, anno MDXXII Venetiis excuſum, quod ad manum habeo, die XX Novembris. *Deinde productis Sikifridi & Adalperhti inſtrumentis, quæ ipſe quoque ad annum* 770 *refert, ſic concludit:* Ex quibus rectè arguit eruditiſſimus ejuſdem hiſtoriæ ſcriptor (*Meichelbeckius*) corpus S. Corbiniani jam anno DCCLXIX jacuiſſe Friſingæ, ſcilicet à menſe Novembri. *Verùm ea non eſt mens Meichelbeckii, ut examinanti patebit; ipſa autem Hanſizii obſervatio, licèt certa non ſit, probabilis tamen eſt. Etenim in antiquiori Breviario Paſſavienſi anno* 1505, *Venetiis pariter impreſſo, eâdem die* XX *Novembris Tranſlatio recolitur; idem ſit in pluribus aliis, quæ ſequenti* § *recenſebimus. Jam verò ex codice Suriano, Andecenſi, aliiſque habemus, tranſlationem contigiſſe anno à Sancti morte quadrageſimo: qui, ſi annos incompletos ſumamus, currebat* XX *Novembris anni* 769, *ſecundum communiorem ſententiam, quæ Sanctum* VIII *Septembris anni* 739 *obiiſſe ſtatuit. Verumtamen cùm tam annus emortualis, quàm prædicta annorum intercapedo non ſint omnino certa, incertum quoque eſt,* D *an ea tranſlatio uno alterove anno citius non contigerit, quamvis poſt annum* 769 *ſtatui non poſſit.*

93 *Monent me ſæpe laudati Antonii Roſchmanni Mſs. notitiæ, ut aliquid de Majenſis caſtri interitu & hodierno S. Valentini eccleſiæ ſtatu adjungam. Ait itaque, vicinum Majis arenoſum montem diuturnis imbribus ſolutum os cujuſdam amnis oppleviſſe; quo factum, ut (verba Roſchmanni ſunt)* immensâ aquarum vi ultra horæ ſpatium retenta, ac tandem ruptis clauſtris cum monte ſabuloſo protrusâ, erumpens totam urbem Magienſem contumulaverit, ac fœdiſſimis oppleverit ruinis. Quod intuenti perſpicuum fit, accedente præcipuè incolarum omnem fidem faciente narratione, & jam inteſ- ea iterum anno MCCCXXII renovata clade. *Utriuſque cladis triſtes reliquias prolixo ſermone exponit, colligitque ex anonymo ſeculi* XIII *ſcriptore, earum primam inter annos* 769 *&* 1250 *contigiſſe.*

Hodiernus templi S. Valentini

E

94 *Poſt multa de S. Valentini eccleſia ita proſequitur:* Communem tamen hunc, quem diximus interitum, ſeu Numinis providentiâ, ſeu ipſo loci ſitu, evaſit celeberrima S. Valentini in hoc caſtro eccleſia... In recedenti enim nonnihil retrò ad latus ſiniſtrum ſinu à prominenti adhuc illa montis parte tegebatur, cui arx ad ſiniſtram amnis Nayffi ripam impoſita eſt, & ſic omnis ille montis irruentis ſeu ſabuli ac lapidum impetus illuc numquam ferri potuit, eùm aggere rupto, viâ rectâ vis illata fuerit... Templum ſatis amplum eſt, ſtructuræ tamen, excepto choro, recentioris, ut adeo nullum antiquæ illius à S. Valentino conſtructæ veſtigium invenerim; anathematibus plenum, quibus vicinia omnis, imò remotæ etiam S. Valentinum colunt. Solum, quod ſupereſt monumentum, ſilex eſt prægrandis, totam aram contegens, ſine altariolo ſive ſepulcro vel conditorio ſacrarum reliquiarum, quod aliquibus antimenſum eſt, & quidem ex lapide ſilice continuo. In hac permiſſum eſt ſpeciali indulto reverendiſſimi domini Ordinarii ideo Sacrum facere, eùm altare hoc ſeu lapis ab ipſo S. Valentino conſecratus credatur. Sub hoc altari, aut ſaltem in crypta, cui illud ſubſtructum eſt (nam utrumque ſanctum Epiſcopum vix cepiſſet hoc ſpatium) conditos fuiſſe SS. Valentinum & Corbinianum nemo hîc locorum ambigit. *Hucuſque ad propoſitum noſtrum Roſchmannus, qui loca illa ipſemet ſtudiosè luſtravit. Nunc Friſingam redeamus.*

ſanctique Corbiniani ſepulcri ſtatus Majis.

F

§ IX. Reliqua ad Sancti cultum ſpectantia.

Sancti memoria in Faſtis Septem

QUamquam ex hactenus dictis ſatis ſuperque conſtet de legitimo antiquoque S. Corbiniani *cultu, eodem fortè tempore, quo obiit, inchoato, eodemque ſeculo per Aribonem multùm promoto; aliqua tamen pro more de eodem argumento addenda ſunt. Martyrologium Romanum ad hanc diem* VIII *Septembris Sanctum his verbis annuntiat:* Friſingæ ſancti Corbiniani, primi ejuſdem civitatis epiſcopi, qui à Gregorio ſecundo Pontifice ordinatus & ad prædicandum Euangelium miſſus, uberes fructus in Gallia

A Gallia & Germania retulit, ac demum virtutibus ac miraculis clarus in pace quievit. *In antiquioribus Martyrologiis classicis nulla ipsius memoria reperitur; aliqua tamen Usuardi auctaria ad eumdem diem eum celebrant. Inter ea codex Rosweydi apud Sollerium nostrum post textum subjicit:* Frisingiæ Corbiniani episcopi & confess. *Codex Centulensis:* Eodem die Frigisinge, sancti Corbiniani episcopi & confess. *Editio Lubeco-Colonien sis:* In civitate Frisinga, natale sancti Corbiniani episcopi & confessoris. *Grevenus:* Corbiniani episcopi Frisingensis. *Denique Molanus:* Et Frisingæ, depositio sancti Corbiniani episcopi, cujus vita virtutibus inclyta in Baioaria claruit.

& ejusdem Translationis ad 20 Novembris.

96 *Ad eumdem diem refertur in Florario nostro Ms., in quo prolixum ipsius elogium texitur, sed vitiosum & ex Ottonis Frisingensis Chronico lib. 5, cap. 23 concinnatum. Fœdè etiam aberrat Martyrologium Germanicum, sub Canisii nomine editum, in quo Sanctus à Gregorio Magno PP. anno 600 episcopus consecratus dicitur. Mitto Galesinium, qui in Annotatis perperàm pro eo Bedam citat, multosque recentiores, à quibus* Corbinianus *sacris Fastis meritò insertus est. Præter diem* VIII *Septembris, quâ ipsius natalis seu depositio recolitur,* XX *quoque Novembris translationi suæ sacram habet in codice Usuardino aucto Hagenoyensi, ubi legitur:* Item Translatio sancti Corbiniani episcopi Frisingensis. *Similiter in laudato Martyrologio Canisii ad eumdem diem Novembris, omissa tamen voce* translatio, *dicitur:* Item Frisingæ, S. Corbiniani, de quo suprà ad VIII Septembris actum est. *Andreas Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani credidit, die* XX *Novembris Ordinationem Sancti Episcopi celebrari:* Ipsomet, *inquiens,* die ordinatio S. Corbiniani episcopi Frisingensis in Noricis *&c. Philippus Ferrarius autem in Catalogo generali dubitavit, an hac die Novembris ejus Ordinatio, an Translatio, aut alia quædam festivitas ageretur: verùm Translationem rectè notari in codice Hagenoyensi, ex mox dicendis patebit.*

Officium ecclesiasticum in Breviariis

C 97 *Dubitari non potest, quin sanctus Antistes, relato ad cathedralem ecclesiam suam ejus sacro corpore, peculiari mox cultu apud Frisingenses honoratus fuerit, cùm una ex rationibus, quæ Aribonem ad translationem peragendam impulerunt, fuerit quòd* absque sancto officio *Majis jacêret. Diem* VIII *Septembris, quâ obiisse creditur, quaque sanctissimæ Dei Matris nativitas simul & ecclesiæ Frisingensis dedicatio celebrabatur,* S. Corbiniano *pariter olim sacram fuisse, asserit Meichelbeckius tom. 1, parte 1, § 2 in Ellenhardo & alibi, laudans vetustam liturgiam à Gamansio visam. Postmodum, incertum quo seculo, Frisingenses sancti Episcopi festivitatem diei* IX *ejusdem mensis affixerunt, non alia utique de causa, quàm quòd pridie ob natalem Virginis Matris festivè agi non posset. Hinc in Calendario, quod Officiis propriis memoratæ diœcesis præfixum est, ita legitur:* IX Corbiniani episcopi & confess. duplex. Fuit heri. *Ipsum verò Officium assignatur ex communi confessoris pontificis, cum lectionibus* I *Nocturni ex epistola B. Pauli ad Timotheum:* Fidelis sermo; *secundi autem propriis ex Aribone concinnatis, quæ desinunt in miraculis in Majensi castro factis, dum ibi sacrum corpus quiesceret. Tertii Nocturni lectiones sunt homilia in Euangelium:* Homo quidam peregre: *Eadem die Officio semiduplici eum veneratur Vienna Austriæ in Officiis propriis anno 1632 excusis. At in Salisburgensi ac Passaviensi Breviariis de illo tantùm fit commemoratio ad diem* VIII *Septembris.* AUCTORE C. S.

ad utrumque diem.

98 *Celebrant præterea iidem Frisingenses die* XX *Novembris ritu duplici cum Octava ejusdem sancti Patroni sui Translationem, ut discimus ex suprà laudato Breviario. Officium idem, quod* IX *Septembris, prima die assignatur: die* XXIV *&* XXVI *omnia de communi præter solitam orationem & lectiones secundi Nocturni, quæ ex Sermonibus S. Bernardi depromptæ sunt, præscribuntur. Octava die Officium primæ diei repetitur, substitutis tamen ex communi confessoris pontificis lectionibus pro secundo Nocturno. Porrò verisimillimum est, memoriam sacri corporis, Majis Frisingam reducti, eâ festivitate celebrari; ac propterea miror, nullum de hac reductione verbum fieri in toto illo Officio, cujus lectiones desinunt in priori translatione Frisingâ Majas facta, quasi de hac, non de illa ageretur. Non potuit tamen prima translatio in* XX *Novembris incidisse, si* S. Corbinianus, *ut diximus,* VIII *Septembris defunctus, trigesimo ab obitu die, quemadmodum apud Aribonem legitur, Majas translatus sit. An verò secunda translatio in eum diem inciderit, incompertum mihi est: suspicor, tamen id ita esse, cùm non appareat alia ratio, ob quam eo die colatur. Ceterùm prædictam festivitatem eodem die olim celebratam fuisse in diœcesi Passavien si, docet nos ipsius Breviarium anno 1505 Venetiis excusum, in quo Officium cum antiphonis ad omnes Horas, lectionibus, hymno & reliquis omnibus propriis recitandum proponitur.* E

Tertia translatio: sodalitium & gymnasium Sancto dicata.

99 *Reliqua ad Sancti cultum spectantia pauca habemus: ea tamen qualiacumque sint, paucis accipe. Alterius translationis meminit Wessofontanus Chronologus apud Meichelbeckium, qui tom. 1, parte 1, pag. 387 hæc ex ipso deprompsit:* Anno MCCV major domus Frisingæ sanctæ Mariæ consecratur, & corpus beati Corbiniani episcopi glorioſa translatione sublimatur. *Sedebat id temporis in Frisingensi cathedra Otto II, qui ecclesiam S. Mariæ, quæ etiam* S. Corbiniani *dicebatur, bello Bavarico, ut censet Meichelbeckius, ruinam passam restauravit, eâque occasione sacrum primi Antistitis corpus solemniter elevavit. De pistorum sodalitio sub Deiparæ Virginis, sanctique* Corbiniani *clientela Monachii olim instituto, apud Meichelbeckium tom. 2, parte 1, pag. 140 hæc lego:* In ecclesia RR. PP. Augustinianorum Monachii jam eo tempore (*seculo* XIV) florebat pia sodalitas pistorum sub invocatione Deiparæ & S. Corbiniani, primi episcopi Frisingensis, erecta & gratiis Pontificiis decorata, cui è trecentis tum urbibus, tum oppidis pistores nomen suum dederant. Ei sodalitati anno MCCCXIII Ludovicus Bavarus gratias singulares addidit. *Eodem historico teste, celsissimus princeps Joannes Franciscus, Frisingensis episcopus gymnasio, quod studiosæ juventuti sub moderamine RR. PP. Benedictinorum Frisingæ erexerat,* S. Corbinianum *patronum solemniter assignavit.* F

Reliquiæ honoratæ;

100 *Ad Sancti reliquias honorandas spectare videntur, quæ Arnpeckhius lib. 4, pag. 7 Chronici notat his verbis:* Ex hujus Hainrici ducis (*Bavariæ, cognomento* Rixosi) donatione caput

AUCTORE C. S.

put argenteum deauratum S. Corbiniani, quod hactenus habetur in ecclesia Frisingensi, factum est. De hoc sunt metra :

Dum jubet Hainricus, quàm sanctus Corbinianus
splendet in argento, quod dedit ille Deo !
Præsulis Abrammi fulgescit imago benigni :
Omnipotens animam salvet in arce suam.

Floruêre autem Henricus dux, & Abrahamus episcopus sub finem seculi x. *Aliquam hujus sacri capitis portionem seculo* XIV *in Bohemiæ metropolim Pragam translatam fuisse, ibidemque in S. Viti piè servatam fuisse scribit Thomas Joannes Pessina in Phosphoro ejusdem metropolitanæ ecclesiæ, pag.* 517, *ubi reliquias, quæ ibidem coluntur, recensens, ad diem* IX *Septembris hæc habet :* S. Corbiniani episcopi pars notabilis de capite ab Elisabetha regina, quæ erat mater Caroli, Pragensi ecclesiæ donata anno MCCCXXVIII. *Paulò magis memorabilia sunt, quæ sæpe memoratus historicus Frisingensis tom.* 2, *parte* 1, *pag.* 449 *de reliquiis anno* 1710 *in Gallias translatis, auctoque inde antiquo Sancti cultu enarrat.*

B *aliquæ in Franciam delatæ,*

101 *Celsissimus princeps ac episcopus Frisingensis, Joannes Franciscus, datis litteris petierat à Bertrando Robine de Callemont, facultatis Parisiensis doctore Theologo, eodemque Priore ac parocho S. Germani de Castris seu* Chatres, *petierat, inquam, ut suam de* S. Corbiniani *patria sententiam ediceret. Respondit is, eo loci nemini dubium esse, quin Sanctus ibidem natus fuerit ; tamque opinionem tum aliis argumentis, tum misso, quod in ea ecclesia recitabatur, Officio ejusdem Sancti proprio, stabilire conatus est. Eadem occasione usus est Bertrandus, ut aliquas* Corbiniani *reliquias pro S. Germani ecclesia, apud quam Sanctus prima sanctioris vitæ fundamenta posuerat, impetraret.* Votis annuit episcopus, & partem insignem cum adjuncto authentico testimonio in Gallias destinavit. Ubi in Gallias delata est sacra illa portio, ingenti gaudio Castrenses implevit.

& honorificè elevatæ beneficiis clarescunt : aliæ aliis concessæ. C

102 Dedit deinde operam Bertrandus, ut donum illud insigne cum quanta fieri posset solemnitate in ecclesiam divi Germani inferretur, quod etiam facilè ab incolis & accolis obtinuit. Festivissimâ enim pompâ à confertissimi populi agmine illuc illatum est sacratissimum pignus, quod deinceps in ara splendida noviter constructa (in cujus superiori parte insignia celsissimi principis nostri, *Frisingensis episcopi*, fuêre suspensa, fuit repositum, ubi devotis civibus suis hactenus plurima, eaque manifesta beneficia contulit, uti datis pluribus epistolis Bertrandus celsissimum edocuit... Ita hoc anno (1710) S. Corbinianus per Joannem Franciscum Gallis rursus innotuit & quodammodo revixit. *Hæc ipse, qui pag.* 478 *etiam scribit, aliquam ossium particulam ab eodem celsissimo Joanne Francisco abbatiæ Fuldensi anno* 1724 *donatam fuisse. In Translatione quoque S. Norberti archiepiscopi Magdeburgensis ad diem* VI *Junii in Opere nostro recusa, pag.* 901 *mentio fit de reliquiis* S. Corbiniani, *quas RR. DD. Matthæus de Beir & Prosper Moriconi, canonici professi Ordinis Præmonstratensis, abbatiæ S. Michaëlis Antverpiæ, Pragâ, quam anno* 1627 *ratione translationis S. Norberti, Fundatoris sui, adierant, Antverpiam redeuntes, Frisingæ accepêre.*

Jubileum millenarium celebratur :

103 *Coronidis loco paucis perstringo, quæ Frisingensis historicus tom.* 2, *parte* 1 *latiùs describit de millenario Jubileo à* S. Corbiniani *adventu Frisingam, fundatoque ibidem episcopatu, jussu suprà laudati episcopi Joannis Francisci celebrato. Factum id est Kalendis Octobris, anno* 1724, *ad quem Frisingenses suæ sedis exordia referunt, quoque idem celsissimus princeps annum susceptæ presbyteratûs quinquagesimum numerabat, magna cum pompa ac splendore, serenissimo electore Bavariæ Maximiliano Emmanuële cum serenissima familia sua festivitatem sua præsentiâ primâ die cohonestante : tenuitque ea solemnitas octiduum. De templi restauratione & festivo apparatu, aliisque, quæ huc spectant, videri potest laudatus historicus, cui etiam anno* 1722 *demandata fuerat cura Frisingensem historiam conscribendi, quam sanè unico illo biennio non minus eruditè, quàm feliciter perfecit. Lubet tamen aliqua hujus jubilei monumenta, priusquam commentario finem imponam, ex ejusdem eruditi viri insigni Opere referre.*

D

104 Ad mensis Julii initium (*anni* 1724) *monumenta inquit*, nempe die illius sexta, ex mandato sereniſſimi ac potentissimi ducis electoris Maximiliani Emmanuëlis, Monachii feliciter fusum est æs campanum, ad centies centenarium pondus ascendens, quod electoralis sua serenitas destinavit cathedrali Frisingensi ecclesiæ, millesimum ab ortu suo annum paulo post celebraturæ. In ejus parte una superiùs leguntur hæc verba :

I. N. R. I. MISERÈRE NOBIS.
FUDERUNT I. M. LANGENEGGER ; ET A. B. ERNST. MONACHII MDCCXXIV.

Inferiùs verò :

DEO TER OPT. MAX.
IMMACULATÆ VIRGINI DEIPARÆ
MARIÆ, PATRONÆ DIOECESEOS.
S. CORBINIANO EPISCOPO,
CÆTERISQUE TUTELARIBUS FRISINGENSIS
ECCLESIÆ JUBILÆÆ D. D. DEDICAT
SERENISSIMUS ELECTOR, UTRIUSQUE BAVARIÆ
DUX MAXIMILIANUS EMMANUEL
ANNO CHRISTI MDCCXXIV.

E

Ex altera verò parte :

CONSECRAT REVERENDISSIMUS ET CELSISSIMUS JOANNES FRANCISCUS, EPISCOPUS FRISINGENSIS, S. R. I. PRINCEPS, ANNO SACERDOTII SUI L. REGIMINIS XXX. ECCLESIÆ SUÆ SPONSÆ M.

F

huc spectantia.

105 *Hisce addo, quæ de nummis ea occasione cusis laudatus scriptor habet pag.* 479. Eodem tempore celsissimus princeps noster pro memoria futuræ festivitatis æternitati consecranda cudi jussit monetam auream duplicem. Prima habet valorem duodecim aureorum per Germaniam communium : altera verò duos aureos æquat. In earum prima ex una parte in quadratura comparet S. Corbinianus cum insignibus tum episcopatûs, tum reverendissimi collegii cathedralis consuetis. Ponè inserta sunt hæc verba : S. CORBINIANUS, I. FUNDATOR. I. EPISCOPUS. I, PATRONUS. In rotunditate verò circuli : Jo. FRANCISCUS RESTAURATOR ECCLESIÆ : PASTOR OVIUM : P. PAUPERUM. In altera parte rursus in aliquâ quadratura cernitur Deipara cum alis Apocalypticis, prout ea in ara maxima hujus cathedralis ecclesiæ spectatur. Prope eam figuram habentur insignia tum episcopatûs, tum illustrissimæ familiæ Eckherianæ. Inscriptio ejus quadraturæ sic habet : SUB UMBRA ALARUM TUARUM. In rotunditate : SACERDOTII L. REGIMINIS XXX. ANNO CHRISTI MDCCXXIV. Altera moneta aurea ex una parte exhibet effigiem divi Corbi-

A Corbiniani, pallio conſpicui, cum urſo. Inſcriptio: S. CORBINIANUS. In parte verò altera exprimuntur conſueta inſignia celſiſſimi noſtri, ſub quibus notatur: POST MILLE. In rotunditate verò legitur: Jo. FRANC. D. G. EPISC. FRIS. S. R. I. PRINCEPS MDCCXXIV. *Hæc de millenario eccleſiæ Friſingenſis, à* S. Corbiniano *fundatæ jubileo ſufficiant: plura qui voluerit, adeat laudatum Meichelbeckium, ubi operoſam ejuſdem deſcriptionem reperiet.*

VITA

Auctore Aribone epiſcopo Friſingenſi

Ex editione Caroli Meichelbeckii in Hiſtoria Friſingenſi tom. I, *parte altera* a.

B

a

CAPUT I.

Sancti natales ac nomina, ſeceſſus in cellam ad templum S. Germani, miracula ibidem patrata.

Poſt obitum patris natus, primùm Waldekiſus deinde Corbinianus appellatus,

DUm cupimus ad ædificationem audientium beati Corbiniani vitam ſtilo breviſſimo explicare, virtuteſque, quas per eum Dominus fecit; primò neceſſe eſt ſancti Spiritûs implorare ſuffragium, quatenus ejus adjuvante gratia, dignè poſſimus tanti Viri Dei utiliter enarrare miracula. Venerandus igitur Dei famulus Corbinianus ortus fuerat ex regione Militonenſi *b*, vico natus, qui dicitur Caſtrus, ex patre Waldekiſo & matre Corbiniana. Quo nondum nato, genitor ejus languore correptus rebus exceſſit humanis. Quo poſt obitum patris nato, mater ejus genitoris ſui nomine ex ſacro eum fonte fecit ablutum *c*, ac poſtea illius amore compuncta nomen ejus mutavit, eum vocavit Corbinianum.

b

C

c

juvenis in cellam ad S. Germani eccleſiam ſecedit & alios inſtruit.

2 Qui dum bonæ indolis excreviſſet, divina inſpiratione compunctus, ſacræ religionis officium viriliter diligebat, cœpitque divinæ Scripturæ ſagaciſſimus indagator exiſtere, pſalmodiam diligere, jejunium amare, vigiliis & orationibus ſanctis inſiſtere, pauperes recreare, hoſpitalitatem ſectari, & in boni operis cultu ſtudiosè perſiſtere *d*. Ad hoc quoque divino perductus amore, ut totam mundi concupiſcentiam à juventutis relinqueret flore, & ſanctæ continentiæ ac ſuæ caſtitatis ſolertiſſimus cuſtos exiſteret, ad beati confeſſoris Chriſti Germani eccleſiam *e* in eodem caſtro conſtructam devotiſſimè ſe collocavit, atque juxta eam parvum ſibi conſtruxit ergaſtulum, tantùm ſolitudine delectatus, ut nihil aliud poſſideret, niſi tantùm miniſtros, qui ſibi exterioris neceſſitatis ſolatium exhiberent: quos cottidie ſacris ſtuduit diſciplinis inſtruere, ut ſuæ imitatores exiſterent vitæ.

d

e

3 Multa quoque cœpit ad illum credentium populorum turba confluere & ſacra ejus monita diligenter excipere: nam quidquid ex oblatione fidelium ſuſceperat, excepto victu neceſſario, pauperibus erogavit. Vindemiarum quoque tempore, dum quidam ei vindemiarum primitias afferrent, miniſtri ejus in cellario vas inde non modicum impleverunt. Contigit autem cujuſdam noctis ſilentio, ut muſtum vehementer intumeſceret; ſed cùm magni fervoris vim vas ſuffere nequiſſet, ſpinam iam fortiter ejecit, ut ejus ſonitus in cella ad aures Viri Dei perveniſſet. Qui ſtatim intelligens, quod geſtum fuerat, ſeſe in orationem fixis in terram genibus projecit, ſilentium ſuum ut ſervaret *f*, hoc indicare diſtulit miniſtris, ſic pernoctans orando, uſque dum matutinas Deo laudes perſolvebat. His peractis ex more tintinnabuli ſigno miniſtros convocans, ſuſpicionem, quam de vino habuit, eis indicavit. Tunc quoque frater, qui cellario præerat, Anſericus nomine, arrepta clave feſtinè cellarium reſeravit, & in introitu pede ſpinam invenit, & in manus tulit. Qui dum ad vas acceſſiſſet, res mira apparuit, quia tam incolume inventum eſt muſtum, ut nec gutta quidem foras exiret. Quod dum Viro Dei nuntiavit, omni cautelâ miraculum ſilere decrevit.

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

f

E

4 Quâdam verò die fur quidam, inſtigante diabolo, mulam Viri Dei foras reperiens abſtulit, eamque aſcendens propinqui ſaltûs ſe immergebat latibulis. Miniſtri verò Viri Dei veſperâ appropinquante, mulam quærentes, invenire non poterant, huc illucque quærendo diſcurrentes per latera montium & ima convallium ſilvarumque latibula, nec non & ea loca perſcrutantes, ubi priùs mula ſolita erat paſci, uſquedum nox eis ita tenebreſcebat, ut coacti vacuique domum reverterentur, & damnum de mula Viro Dei retuliſſent *g*. Ipſe autem leniter conſolatos dimiſit, ſeque in orationem proſtravit, ſicque orando permanſit, uſquedum Matutinorum ſolempniis debitas Deo laudes implevit *h*, ac deinde cùm ad refocillationem laſſi corporis requieſceret paululum, angelus Domini in ipſo matutinali crepuſculo ei per viſum apparuit, qui furem cum mula advenire debere prædixerat.

mulam ſuam, ut edoctus ab angelo

g

h

F

prædixerat, fur divinitus caſtigatus

5 Ille autem à ſomno ſuſcitatus gratas Deo retulit laudes, atque beato Germano, in cujus eccleſiæ foribus tunc ipſe manebat: apertâque feneſtrâ cellulæ, ſigno ex more tintinnabuli ſuos ad ſe vocavit miniſtros. Quibus adſtantibus præcepit, ut venientem furem cum mula minimè læderent. Sed hoc nequaquam appetitu vanæ gloriæ miniſtris prædixerat; ſed ut eorum mentis inſaniam mitigaret; ne furore coacti Dei virtutem mutarent in inſaniam, aut ne rei ſanguinis in ejus perſecutione fierent. Qui dum vix verba præcipiendo complêſſet, ecce oſtium cellulæ, ubi Vir ſanctus cum diſcipulis loquebatur, mula ingreſſa eſt, & ſuper ſe ſedentem obtulit furem, rigidum & quaſi exanimem dorſo illius adhærentem, quaſi ſuper eam ligatus eſſet, ita ut, ſi vellet, deſcendere nequiviſſet. Qui dum Viri Dei juſſione depoſitus, & humo projectus inſtar ligni * lapidis, amens & inſenſatus jacebat, cœpit Vir eum Domini tam increpatione, quàm ammonitione à ſua nequitia quaſi à gravi ſomno *.

* *adde* vel

6 Qui dum quaſi dormiens expergefactus eſſet, timorem dimiſit animi, confitendo atque pavendo malum quod Viro Dei fecerat, profeſſus

* *ſupple* ſuſcitare *reducere compellitur:*

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

feſſus eſt, ſe ampliùs non debere peccare, quamvis inopiâ vita expirâſſet *i*. Eoque proſtrato jacente, & confitente, quòd vitam mutare debuiſſet *, eum Vir Dei de humo juſſit reſurgere, qui tam concitè ſurrexit, quaſi rigidus atque contractus minimè fuiſſet: & ſic ſuæ miſeriæ referebat hiſtoriam, quomodo in dorſo mulæ pernoctaret *, tot montium ſummitates, atque ima convallium, qualiterque ſilvarum atque veprium denſitates perambulâſſet, quaſi à mula vinctus fuiſſet: quibus dictis veritatem vulnerata facies declarabat. Ipſe enim ab irrationabili animali adductum ſe ſine ſcientia ſui ad Virum Dei fuiſſe profeſſus eſt, & quia intempeſta nocte viam evadendi, vel latendi reperire minimè potuiſſet.

i

* *i.* deberet

* pernoctâſſet

hinc auctor orationis vim exponit.

7 Sed quid mirum, quòd orationes Juſtorum, Deo largiente, valeant vincula reprobis injicere & à mentis induſtria revocare; cùm tantam Deus electis ſuis præſtat gratiam, ut cùm rerum neceſſitas expoſcit, mira quæque ex prece faciant, aliquando verò ex poteſtate, cùm etiam Johannes dicat: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis poteſtatem Filios Dei fieri? Quia ergo Filii Dei ex poteſtate ſua fieri poſſunt, quid mirum ſi ſigna facere ex poteſtate valent *k*? aut quid mirum, ſi ſigna per orationem agere valent, cùm Dominus ſuis fidelibus promiſit dicens: Omnia, quæcumque orantes petitis, credite, quia accipietis, & fient vobis? Orationis namque virtute ſemper ſunt ſigna oſtenſa, mirabilia demonſtrata. Nam Moyſes per orationem Pharaonem ſuperbum regem in mare Rubrum demerſit, Ægyptios delevit, & Dei Populum liberavit *l*. Joſue occidentem ſolem tamdiu orando ſtare fecit, donec hoſtes pugnando delevit *m*. Helias tribus annis cœlum, & menſibus ſex ab imbre orando coërcuit, & cùm voluit, orando pluviam tribuit *n*. Iſte namque Vir ſanctus oratione alligavit reum, ut à nequitia ſuæ animæ ſolveretur, & ad pœnitentiam reverteretur; eique tres argenteos dedit, atque admonuit, ne coactus *o* furtum faceret. At ille accepto munere lætus receſſit.

B

k

l

m

n

o

C

A multis & ab ipſo Pippino Majore domûs per aulicum invi-ſitur:

8 Cœpit namque longè lateque fama ſanctitatis ejus creſcere, & fidelium ad eum nobilium & ignobilium utriuſque ſexûs turba confluere, æternæ vitæ ex ore illius verba libenter audire, tantùmque eximietas vitæ illius perflagrabat, ut ad ſummum tunc temporis regem Pippinum *p* rumor ſanctitatis ejus perveniret. Quique unum ex cariſſimis ſibi optimatibus ad Viri Dei cellulam tranſmittebat, ſeque humillimè ſuis * precibus commendabat. Multique ad eum ſenes & nobiles concurrentes, ut pro ſe oraret, rogabant; alii autem ſua xenia ei orationis causâ *q* mittebant. Tunc Vir Dei crebris advenientium colloquiis occupabatur; ſed mens ejus magno inde tædio afficiebatur, quod magnis fletibus atque lamentis ſe abſtergere *r* nitebatur, tactuſque dolore cordis intrinſecus ſuſpiriis afflictus, gemitibus eſt frequentatus, quia tranquillitatem, quam quæſierat, & ſolitudinem, quam deſideraverat, ſe amiſiſſe perſpexerat, & paupertatem, quam amaverat, ſibi deeſſe valdè pertimeſcebat, & adeſſe ſibi divitias, quas noluerat: orationis ſtudium ultra conſuetudinem amittere, in reſponſis venientium, & in acceptione dantium, & in diſpenſatione egentium occupatum. In his quoque tribulationibus fatigatus quartum decimum in ſua cellula impleverat annum.

* ejus

p

q

r

ANNOTATA.

D

a *De Sancti biographo Aribone egimus in Commentario* § 1, *ubi etiam diximus, cur Meichelbeckii editionem Suriana, quam Joannes Mabillonius in Actis Sanctorum ſui Ordinis rerecudit, præferamus.*

b *Apud Surium, qui fortè ſtylum mutavit, eſt* Melitonenſi. *De agro Melodunenſi & loco* Caſtrus *ſeu* Chatres, *in quo Sanctus natus eſt, conſule Commentarium prævium* § 2, *ubi oſtendimus eum in Inſula Franciæ quarto milliari ab urbe Pariſienſi ſitum eſſe.*

c *Surius habet:* Genitoris ſui nomine ex ſacro eum fonte fecit ablatum appellari. *Itaque Sanctus in ſacro baptiſmate* Waldekiſtus *appellatus eſt, ac deinde à matre ſua* Corbinianâ Corbinianus.

d *Ex hoc & ſimilibus locis putat Meichelbeckius* S. Corbiniani *monachatum Benedictinum probari; qua de re adi Commentarium* § 3.

e *De eccleſia S. Germani, apud quam Sanctus noſter prima ſanctiſſimæ vitæ fundamenta jecit, conſule Commentarium num.* XI, 12, 101 *&* 102.

E

f *Silentium ex Regula Benedictina ſervatum autumat Meichelbeckius. Vide num.* 17 *Commentarii.*

g *Lege* referrent: *ſimiles frequenter occurrunt ſolœciſmi, quos lectori corrigendos permitto, ne Grammaticis caſtigationibus moleſtus ſim.*

h *Hinc apparet, quod Sanctus id temporis non cum miniſtris ſuis, ſed ſolus matutinas Deo laudes perſolveret: quippe miniſtros ſuos* leniter conſolatos dimiſit, ſeque in orationem proſtravit, ſicque orando permanſit, uſque dum Matutinorum ſolempniis debitas Deo laudes implevit. Deinde obdormivit, ac denique ſigno ex more tintinnabuli ſitos ad ſe vocavit miniſtros *&c. Unde colligimus, eodem modo intelligendum eſſe biographum, dum num.* 3 *ait:* Silentium ſuum ut ſervaret, hoc indicare diſtulit miniſtris, ſic pernoctans orando, uſquedum matutinas Deo laudes perſolvebat. His peractis, ex more tintinnabuli ſigno miniſtros convocans *&c. Hæc autem non favent Benedictino* S. Corbiniani, *ejuſque miniſtrorum monachatui; ſi enim Benedictini fuiſſent, ad matutinum officium concelebrandum ſecundum Regulam convocati fuiſſent.*

F

i *Luxata phraſis ſignificat, moriendum potiùs præ inopia, quàm furandum. Meichelbeckius in margine notat:* * *al.* conſummari debuiſſet.

k *Obſcura eſt hæc biographi obſervatio. Videtur autem dicere, Sanctos aliquando ſuis precibus prodigia à Deo impetrare, aliquando verò, operante Deo, ea ipſoſmet patrare: nec mirum id eſſe, cùm Dei benignitas tanta ſit, ut hominibus ſuam gratiam largiatur, quâ adoptivi filii Dei evadant: quod certè miracula patrandi facultate nimiùm quantùm præſtat.*

l *Adi cap.* 14 *Exodi.*

m *Cap.* 10 *libri Joſue.*

n *Conſule lib.* 3 *Regum, capp.* 17 *&* 18, *& Epiſt. S. Jacobi apoſtoli cap.* 5, ℣. 17 *&* 18.

o *Meichelbeckius notat in margine:* * *al.* nec coactus, *id eſt, ne impoſterum etiam inopiâ preſſus furtum committeret.*

p *Id eſt, ad Pippinum Heriſtallum Majorem domûs Franciæ, cui præter nomen & dignitatem regis*

A *regis nihil ex regia poteſtate deerat. Rectiùs infra* Major-domûs *vocatur, uti eum hoc loco etiam appellat Surius.*

q *Id eſt, ut pro ſe oraret.*

r *Fortè* à ſe abſtergere, *id eſt repellere conabatur.*

CAPUT II.

Primum iter Romanum: conſecratio epiſcopalis ſuſcepta: reditus in Galliam & acta ibidem.

Romam profectus

TUnc demum iniens conſilium, ad limina ſacratiſſima beatorum apoſtolorum Petri & Pauli orationis causâ ire decrevit, & ibi ſe Apoſtolici *a* doctrinæ, & orationibus commendare,
a
B & ſi fieri poſſet, implorare ab eo ſibimet & ſuis, qui cum eo venirent, in quodam angulo latitare, ut ad ſanctorum Apoſtolorum patrocinia potuiſſet ſecretiùs pervenire, & ibi ſub ſanctæ con-
b verſationis regula *b* liceret ei vitam ducere. Movit autem Vir ſanctus comitatum ſuum cum univerſis ſuppellectilibus, & incolumis cœptum perfecit iter; oratione autem facta in confeſſione *c*
c beatiſſimi Apoſtolorum principis Petri, ad beatæ
d memoriæ Gregorii *d* Papæ pedes ſe proſtravit, eique ſecretum animi ſui diligentiſſimè replicavit, & quibus neceſſitatibus coactus ſuum amiſit ſecretum, & quomodò tranquillum per humanos favores perdidit portum, & quibus ſæcularium rerum tumultibus quaſi navis in medio mari jactaretur fluctibus, & quòd vix ſolitudinis marginem recolendo proſpiceret. Et plus etiam formidanda adjecit, quia temporalia à multis ſibi conceſſa munera ſibimet ad perditionis
e cumulum evenire poſſe ſperaret *e*, quàm ad iſtius præſentis vitæ ſolatia.

locum ad Latitandum poſtulans, à Gregorio II

10 Venerabilis quoque & prænotatus Papa Gregorius, audiens Viri Dei verba, intellexit zelum animi ejus; qualiter & quàm magnam in Dei opere habebat animi puritatem; erat enim Vir Dei valdè facundus, & humanitate præcipuus, converſatione inter omnes præclarus, contra vitia ad iraſcendum facilis, velox ad ignoſcendum converſis, non piger in bona operatione, deditus orationi, ſtudioſus pſalmodiæ, præclarus in vigiliis, frequens in jejuniis, largus in elymoſinis *, in omni ſemper bono promptiſſimus, vir mitis atque modeſtus, nulli pietate ſecundus. Sed quid de eo dicendum eſt, quem omnibus bene volentibus, ſimulque indigentibus omnis boni adjumentum, quantum potuit, fuiſſe non dubium eſt? Itaque Vir Dei Spiritu Sancto repletus, unicuique congruebat ſexui & ætati, ut per ſanctæ converſationis ſtudium potuiſſet unicuique ſanctarum exempla virtutum oſtendere.

C

* eleemoſynis

epiſcopus conſecratur:

11 Sed hæc beatiſſimus Papa Gregorius intuens, cœpit cum ſuis inire conſilium, ne tanti luminis fulgor ſub modio abſconderetur; ſed ſecundum dicta Veritatis ſupra candelabrum poſitus, multi ab eo illuminarentur ingreſſi *f*; cogitavitque, ut ex auctoritate beati Petri apoſtoli ſacerdotalem ei honorem injungeret. Tuncque in Viro Dei, quæ conſultando tractaverat, opere perficiens, per ſingulos gradus ad ſummum uſque pontificalem eum provexit honorem. Vir itaque ſanctus, quamvis coactus, tamen dono Dei & divini muneris largitori conſentiens, Pſalmiſtæ non immemor, timens, ne tali fraudaretur honore, dicentis: Quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo; quamvis honorem fugiendo humilitatem continere voluiſſet, obeditionem tamen majorem judicavit, he Patrem reſiſtendo contriſtaret, vel divinæ voluntati contraire videretur. Coactus ergo ſacerdotalem ſuſcepit benedictionem, acceptoque pallio *g* cum benedictione, & adjutorio beati Petri apoſtoli utique * ſanctæ prædicationis officium exercere ubicumque in toto orbe potuiſſet, ex tanti Patris conceſſu poteſtatem habuiſſet *h*.

f

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

g

* *l.* ut

h

inde in Galliam reverſus, prædicat: latronem ſupplicio liberare

12 Tantoque accepto honore & privilegio, in Galliam reverſus eſt: cœpitque divinum largiter ex ore ejus emanare verbum, & melliflua ad inſtar vivi fontis in aures audientium effundi prædicatio; tunc quoque per univerſam Galliam cœpit verbum doctrinæ illius in virorum, ac mulierum moribus ſanctis creſcere, & tam ſacrarum virginum, ac viduarum, quámque & monachorum & in clericorum *i* pectoribus dilatari; ipſe verò verbum Dei adminiſtrans, quaſi prudens diſpenſator Eccleſiæ Chriſti, unicuique menſuram tritici hilari advenientibus vultu cœpit largiri. Interea contigit, ut Major-domûs in Gallia, qui erat Pippinus *k*, ſuis accerſiret eum obtutibus; illo verò ibidem * proficiſcente, contigit in via, ut quidam reus ad damnationis ultimæ ſuſpendium duceretur propter latrocinium, nomine Adalpertus, manibus poſt tergum vinctis, & torta *l* in collo illius pendebat, & hi, qui funem tenebant, jam eum trahere ad damnationem conabantur.

E

i

k

* eò

l

fruſtra niſus, de peccatis confeſſum

13 Cœpit namque Vir Dei totis niſibus feſtinare, & ſub teſtificatione divina, alta voce clamare, ut ejus exſpectarent adventum. Cùm autem adpropinquâſſet, concitus ex equo proſiliens, ad reum ipſum accurrit, & principes hujus operis qui eſſent, modis omnibus inquiſivit, eoſque inveniens, cœpit humillimè poſtulare fixo in terram capite, ut ſibi reum donare dignarentur, & pœnas differre, uſquedum ad ſummum ſenibrem *m* citiſſimè pervenire potuiſſet; hiſque minimè petitioni illius obtemperantibus, dicentibuſque, publicam ſibi * functionem nullo modo audere prætermittere, ne fortè illius punirentur pœnâ, qui tanta & talia commiſerat crimina; ne regales ad ſui damnationis exitium commoviſſent aures *n*. Tunc Vir Dei reum admonere ſtuduit, aſſiſtenteſque longiùs amovit, ut omnem ei putredinem, & vulnus animæ ſuæ confeſſione puriſſima detegeret, tam in factis, quàm in locutionibus, atque cogitationibus pravis: eumque arripiens, ut omnis malitiæ ſuæ pœnitentiam puriter ageret, admonere curavit. Ipſeque reus emendationem promittere ſtuduit, & * debere vitam mutare, ſæculum relinquere, commiſſa deflere, ventura cavere.

m

F

* ſe

n

* *ſupple* dixit, ſe

ſigno Crucis communit,

14 Tum Vir Dei ſigno Crucis æternæque ſalutis caput illius, & pectus munivit, & lacrymabili vultu reverſus, equumque aſcendens, ſub omni feſtinatione cœptum carpebat iter. Quod dum eodem die perficere minimè valeret, iterando pernoctans & ſecundum diem ad perfectionem ipſius itineris complens, ad ſolis occaſum ad palatium pervenit, & ex caballo concitus deſcendens, ſummiſsè pedibus principis advolvitur, humillima prece depoſcens, ut qua-

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

litercumque de pendente illo fuiſſet actum, corpus ejus ſibi donare non dedignaretur, & quomodò à miniſtris ejus pro eo precabatur, & his denegantibus, quanto inde mœrore ſecederet, plenum expoſuit. His princeps præfatus compaſſus eſt, & eum, quem viventem tantus Pontifex à miniſtris ſolvere non poterat, punitum jam, quid aliud quis exiſtimabat, niſi mortuum eſſe. Quem Epiſcopo præcipiens * reddere, miſſique utrorum * directi *, videlicet domini venerandi Pippini, & beati Corbiniani epiſcopi epiſtolam deferentes.

* præcepit
* utriuſque
* *adde* ſunt

15 Quâ acceptâ tandem die tertia veſperaſcente, inaudita, & valdè incredibilis res! ita vivus inventus eſt latro pendens in patibulo, ut eum venerabilis vir Corbinianus muniverat epiſcopus ſigno Crucis ſanctiſſimo. Sed quid mirum, ſi ſanctus Vir Dei ejus vitam à Domino ita imploravit oratione & lacrimis ad gloriam Dei, ut nec corporis pondere collum ejus diſſolvebatur *, nec tortarum obpreſſio anhelam *o* ejus ſuffocavit *, qui ſi fidelis vel infidelis fuiſſet, ignorabatur *p*. Quid mirum, ſi iſte Vir Dei in virili ſexu exaudiebatur, dum in fragili ſexu fœmineo beatam Chriſti virginem Scholaſticam ita à Deo exauditam legimus, ut ea, quæ à ſanctiſſimo fratre Benedicto abbate petiit, obtinere non potuit, quod * ei divina virtus poſcenti miniſtravit *. Voluitque ipſa virgo caſtiſſima, ut Frater ejus cum ea pernoctâſſet in oratione; quod ab eo minimè, potuit obtinere, petiit à Domino, & tantam vim ventorum, & imbrium impetravit, ut ex eodem tecto, in quo loquendo conſederant, nullus egredi valebat *, ut qui ibi rogatus noluit manere, manſit * invitus *q*.

eumque triduo ſuſpenſum, vivum dono accipit?

* diſſolveretur
* ſuffocârit
o
p
* quod *abundat*
* miniſtrâvit

B

16 Si ergo à tam fragili ſexu ſanctus vir Dei Benedictus orando potuit retineri, quid mirum, ſi beatus Corbinianus infideles, aut etiam fideles orando potuerat ſuperare *r*, qui ſe à divino tramite nunquam abſtrahebat. Sicque factum eſt, ut de pœnis depoſitus Adalpertus non tantùm vivus, ſed etiam inlæſus inventus eſt *, & ad palatium ab his, qui miſſi fuerant, deductus eſt. Ad cujus intuitum, quaſi ad ingens ſpectaculum multitudo nimia confluebat, & non tantum incolumem, ſed etiam valentem contemplabantur, & à multis habebatur inſigne. Tunc idem Adalpertus quaſi paſſer ereptus à laqueo pœnarum, habitum mutavit, & in ſanctæ converſationis vita *ſ* ſub magiſterio Viri Dei poſt multa temporum ſpatia finem vivendi fecit.

* valuerit
* manſerit
q
qui ſub ejuſdem Sancti diſciplina piè poſtmodum vixit.
r
* ſit

C

ſ

17 Ex eo quoque vir Dei Corbinianus venerabatur ab omnibus, maximè verò à domeſticis fidei. Cœpit namque gloriam ſæculi pertimeſcere, & honoris ambitionem expaveſcere, tranquillitatem ſecreti, quam perdiderat, multipliciter lamentare, divitias ſibi locupletatas quaſi avari amittendo deflere *t*. Ad priſtinum ſe collocavit ergaſtulum, in foribus beati Germani eccleſiæ, ibique ſub protectione ejus proprium quæſivit ſecretum, turbas hominum devitavit, paucoſque ſecum clericos retentavit, quos admonendo & docendo deſerere non valebat *u*. Quibus ſub operationis ſuæ cura victum miniſtravit, & Verbi Dei ſemina cottidie eorum pectoribus infundebat. Ibique continuis ſeptem annis *x* permanens, advenientibus ſibi ſecumque commorantibus Verbum Dei ſedulò miniſtravit.

Corbinianus ad priſtinam cellam regreditur.

t

u

x

ANNOTATA.

a *Id eſt* Romani Pontificis, *qui à S. Petro, Apoſtolorum principe, cujus legitimus ſucceſſor eſt, apud veteres* Apoſtolicus & domnus Apoſtolicus *frequenter appellatur.*

b *Hiſce Regulam S. Benedicti deſignari contendit Meichelbeckius. Vide dicta in Commentario § 3 ab initio.*

c Confeſſio *eſt ſepulcrum ſeu crypta, in qua martyrum corpora aſſervantur, & aliàs etiam* martyrium *appellatur.*

d *S. Gregorium II deſignat, qui anno 715 Conſtantino in Pontificatum ſucceſſit, & cujus Acta apud nos illuſtrata ſunt tom. 2 Februarii, ad diem 13. Porrò cùm infra num. 12 & ſeq.* S. Corbinianus *jam epiſcopus & in Galliam reverſus, egiſſe dicatur cum Pippino Heriſtallo, qui anno 714 obiit, conſtat, in alterutrius,* Pippini *ſcilicet vel* Gregorii *nomine ab Aribone erratum eſſe. Plures cenſent, retinendum* Gregorium, *& pro* Pippino Carolum Martellum, *ejuſdem ſucceſſorem, ſubſtituendum: alii malunt* Pippinum *retinere, & pro* Gregorio *legere* Conſtantinum. *Ego priorum ſententiam præferrem, ſi de ſolis* Gregorii Pippinique *vocibus ageretur: verùm hac opinio tantum difficultatis habet tum ex ipſo Aribone; tum aliunde, ut poſteriorem magis probabilem cenſeam. Vide dicta loc. § 4, ubi hanc Sancti profectionem ad annum 709 ſub Pontificatu Conſtantini retulimus.*

e *Id eſt*, timeret: *quomodo Virgilius lib. 1 Æneidos dixit:* At ſperate deos memores fandi atque nefandi. *Surius luxatam hanc periodum ita reddidit:* Quia temporalia à multis ſibi conceſſa munera ſibi potiùs ad perditionis cumulum evenire poſſe timeret, quam ad præſentis vitæ ſolatia.

f *Fortè legendum* in greſſu, *vel* ingreſſi *ponitur pro* viatores. *Apud Surium ſic legitur:* Ut ſecundum dicta Veritatis, ſupra candelabrum poſito illo, multi ab eo illuminarentur.

g Pallium *archiepiſcopale, ſignum plenitudinis poteſtatis, etiam epiſcopis ob egregia merita ſæpe conceſſum legimus.*

h *Ex his liquet, Sancto, cùm epiſcopus conſecraretur, nullam certam ſedem aut epiſcopatûs locum aſſignatum fuiſſe.*

i *Hìc biographus* monachos *à clericis manifeſtè diſtinguit, ut obſervavimus in Commentario num. 25.*

k *Pippinus Heriſtallus obiit anno 714: non potuit igitur cum* S. Corbiniano *jam epiſcopo agere, ſi hic, ut narrat Aribo, à S. Gregorio II, qui anno 715 primum creatus eſt Pontifex, fuerit conſecratus. Vide dicta ad lit. d.*

l Tortam *Surius* reſtim *rectè interpretatus eſt.* Torta *apud Cangium in Gloſſario idem eſt, quod* retorta, *qua vox apud medii ævi ſcriptores virgam tortam, quâ ſepes contineri ſolet, ſignificat.*

m *Vox* ſenior *apud veteres modò* regem, *modò* epiſcopum, principem, abbatem *&c. denotabat, ut videre licet apud Melchiorem Goldaſtum tom. 1 Rerum Allemanicarum, parte 2, pag. 253. Hoc loco* Majorem-domûs *Pippinum ſignificat, uti eam hìc etiam interpretatus eſt Surius.*

n *Vitioſa phraſi indicat, timuiſſe miniſtros, ne Major-domûs neglecti muneris pœnas repeteret.*

o *Id eſt* anhelitum.

p *Fide-*

A p *Fidelem ſeu Chriſtianum fuiſſe, colligitur ex iis, quæ num.* 13 *narravit de peccatorum confeſſione.*

q *De S. Scholaſtica virgine actum eſt in Opere noſtro ad diem* 10 *Februarii, ubi pag.* 402 *ex lib.* 2 *Dial. S. Gregorii refertur memorabile prodigium, quod hîc attingitur. Ad argumentum, quod pro* S. Corbiniani *monachatu Benedictino hinc deſumit Meichelbeckius, reſponſum eſt in Commentario num.* 18. *Porrò quod hîc de virili & muliebri ſexu obſervat Aribo, inane eſt.*

r *Surius habet:* potuit ſalvare.

ſ *Hiſce verbis Benedictinum monachatum deſignari vult Meichelbeckius. Adi Commentarium num.* 19 *&* 20.

t *Id eſt: cœpit ipſe ob affluentes divitias, non ſecùs ac avarus ſolet ob amiſſas, contriſtari.*

u *Hæc omnia Sancti, ejuſque clericorum monachatum Benedictinum non ſatis ſapiunt: etenim ſi Benedictinus fuiſſet, copioſa illa, de quibus ſuprà munera ad fundandum monaſterium, monachoſque congregandos, veriſimiliùs adhibuiſſet.*

B x *Ex dictis liquet,* S. Corbinianum *primùm aliquo tempore in Gallia prædicâſſe, deinde verò* ſeptem continuis annis *in priſtina ad S. Germani eccleſiam cella commoratum fuiſſe, priuſquam ſecundum iter Romanum arriperet.*

CAPUT III.

Secundum iter Romanum, actaque in eo.

In ſecundo Romano itinere in Norico prædicans

SEd quanto ſecretiùs ſe in ima loca contulit, eo ampliùs fama ejus ſanctiſſima altiùs eminebat in publicum, & cottidie â ſupervenientium affligebatur tumultibus. Sed ille quaſi ſævam congeriem ſupervenientium ſuſtentare non valens, & quaſi concuſſam cellulam, & conquaſſatam medii maris fluctibus naviculam deflens, ad priſtinum ſe contulit auxilium orationis, iterumque Romam pergere diſponebat, & à tanti Patris nomine *a* ſolutionem percipere & ſecreta monaſterii petere, atque alterius ſe magiſterio commendare pertractans, ſi eum ſummus Pontifex ſub patrocinio, ut prius poſcebat, beati Petri militari ſub manuum ſuarum conceſſiſſet ſudore. Qui non jam publicum à Gallorum partibus arripiens callem, ſed ſecretiorem eligens viam, Allemaniam pervenit, deinde Germaniam, & ſic Noricam *b* veniens, ibi quamdiu * demoratus, verbi divini ſeminavit doctrinam, ibique nonnullorum ſacra verba penetrabant gratiâ Dei corda in augmentum fidei Chriſti. Quæ gens quoque adhuc rudis erat, & nuper ad Chriſtianitatem converſa *c*.

C a

b * aliquamdiu

c

à ducibus Theodone & Grimoaldo benignè exceptus

19 Eo namque tempore erat ibi devotiſſimus Theodo dux *d*, inſignis potentia, & virilis virtute, cum filiis decorus, & nobilium virorum alacritate præcipuus: cujus longè latéque felix fama ſuccreverat. Provinciam ipſam ſibi, & ſuboli illius in quatuor partes diviſit *e*, carique ibi habebantur ſacerdotes, ſicut novitiorum *f* mos eſſe compellit. Qui dum virum Dei Corbinianum ibidem adveniſſe cognovit, ad ſe invitavit, eumque humillima ſupplicatione conatus eſt obſecrare, ut ab eo honores ſibi debitos recepiſſet *g*; ſed obtinere non potuit, quia Vir Dei maluit paupertatem potiùs tranquillam eligere, quàm divitiis frui perituris. Cui multa munera largitus eſt dux denotatus, vale fecit abire. Eoque relicto in partes filii ejus nomine Grimoaldi *h* incedens *, qui eum honorificè recepit, & de tanti Pontificis gratulabatur adventu, non tantùm ipſe, ſed etiam univerſa turba, quæ fuerat in parte ejus. Cùm autem guſtâſſet dulcedinem doctrinæ illius, cœpit multis blanditiis eum ſupplicare, & nimiis inſiſtere precibus, ut eum nequaquam deſereret; pollicebat * enim eum conparticipem facere filiorum ſuorum.

d

e

f

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

g

h

* inceſſit

* pollicebatur

20 Sed Vir Dei ad ejus promiſſionem ab ſtatu ſuæ mentis minimè declinavit, ſed inmobilis ad explendum iter arreptum permanſit, & ſe nequaquam recedere ab hujus tramitis perfectione, profeſſus eſt. Idem verò Grimoaldus munera illi non modica largitus eſt, vale fecit abire, direxitque miniſtros, qui eum cum ſummo honore deducerent à finibus Noricenſibus *i*, uſque in Italiæ partes. Qui juſſa complentes ſub debito honore, benedictionem petentes, reverſi ſunt. Sed & ſilenter, ignorante Viro Dei, actoribus vel habitatoribus Alpium mandaverunt, tam Venuſticæ vallis *k*, quàm aliis circumquaque, ut ſi quando ei reverti illis partibus alicubi contigiſſet, eum à finibus Bajoariorum nequaquam permiſiſſent abire, niſi ad prænotatum principem perveniſſet.

& donis ditatus, iter proſequitur.

i

E

k

21 In ipſo autem itinere Romano pergendo, cùm in Breones *l* pervenit, juxta ſilvam quandam in caſtris manebat. Sed dum cuſtodes equorum incautè obdormierunt, ita ut nullus vigilaret, urſus è ſilva egrediens ſagmarium *m* Viri Dei excerpens comedit. Mane autem facto, dum expergiſcebant cuſtodes, invenerunt eundem urſum ſuper ipſum ſagmarium jacentem, & comedentem illum. Quod dum Anſericus prædictus Viri Dei miniſter agnovit, beato Corbiniano dixit. Hoc autem Vir Dei patienter ferens, dixit eidem Anſerico: Tolle flagellum iſtum *, & vade ad eum, & viriliter illum verbera, & caſtiga pro delicto ſuo, quo nobis nocuit. Quod dum ille egere formidavit, dixit ei Vir Dei: Vade & noli timere, ſed ut dixi tibi fac, ac poſtea mitte ſuper eum ſellam ſagmarionam *, & ſterne illum, & illam ſagmam ſuper illum impone, & mina cum aliis cavallis in viam noſtram. Ipſe verò Anſericus fecit, ſicut præceperat ei Vir Dei, & appoſitam ſuper ſe ſagmam ipſe urſus quaſi domeſticus equus eandem ſagmam uſque ad Romam perduxit, ibique à Viro Dei dimiſſus abiit viam ſuam *n*.

urſum ſibi obſequentem facit.

l

m

* iſtud

F

* ſagmariam

n

22 Cùm autem ad Tredentanum *o* caſtrum Vir Dei pervenit, ubi tunc à Longobardorum rege *p* comes nuper erat poſitus, nomine Huſingus, hic quoque cùm Viri Dei emiſſarium *q* valdè decorum formâ vidiſſet, emere concupivit. Quem cùm emere non potuit, furto ſilenter tollere juſſit; cui vindictam à Deo ordinatam ad tempus narrationis, & ordinem reſervamus. Igitur Vir Dei ſanctus Papiam *r* veniens, à præcellentiſſimo Longobardorum rege, & Deo devoto cum omni veneratione ſuſceptus eſt, & ſeptem ibi diebus propter ſacram prædicationem Verbi Dei, quæ ex ore illius inundabat, retentus eſt. Cujus ſe orationibus humillimè idem rex commendavit, munera largitus non modica, vale factum * abire permiſit; in cujus comitatum cujuſdam civitatis præpoſitum ire idem rex juſſit, & uſque ad portum amnis Padi *ſ* deducere,

A Longobardorum rege munificè receptus, dimittitur:

o

p

q

r

* *i. e.* valedicens

ſ

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

& Virum Dei cum omni comitatu suo diligenter transponere, & inde usque ad Romanos fines alios cum eo missus *t* suos pergere fecit, ut darentur ei per viam totius necessitatis solatia.

t *equus ipsi furto aufertur.*

23 Cùm autem perveniſſent ad portum Padi fluminis, is, qui cum eo missus fuerat, videns delectabilem equum Viri Dei, animo hærens emere cupiens *. Quod * Vir Dei minimè se daturum dixit, sed summo Romanæ urbis Pontifici ducendum insinuavit. Is namque antiqui hostis pervicaciâ accensus, ad suæ damnationis cumulum, ad ultimum transeuntibus amnis portum, reservare suis silenter subjectis præcipiens, Dei quoque Viro transposito, subitò se equo præponens cursu velocissimo, is qui missus fuerat, in vicinam silvam se immergens, cum suis huc illucque discurrens, simulabat se quærere latronem. Tum demum vacuus revertens, raptorem se non nôsse testatus est; Viri quoque Dei provolutus vestigiis deposcens, ut per negligentiam suam ad regales aures minimè accusaret *u*. Vir quoque sanctissimus, patientiæ suæ custos, hilari vultu valefactum amisit, Divinæ vindictæ non ignarus. Cujus rei finem divino adjutorio ad posterum notandi ordinem reservamus.

* cupivit
* Quem

u

B

24 Nam Vir Dei, trámite arrepto, cœptum carpebat iter. Dum autem quadam die Tusciæ partibus perveniſſet, sextâ feriâ jejunii, in qua observare oportebat ab esu carnium *x* diem, videntes hi, qui præerant itineri, quòd hora gustandi tardiùs protrahebatur, & quòd caballi calorem toto diei spatio sub pondere nequiverant sustinere, dixerunt, ut vel paullulùm repausarent, & caballos repascerent. His dictis, is, qui alimenta ministraverat, dixit, se ad esum Episcopi nihil præter carnem habere, quod * eo die non comessurum Episcopum noverat. Hoc eo dicente, Vir Dei sursum aspiciens, vidit aquilam in aëris altitudine avolantem, ait: Ecce avis, per quam nobis Dominus misericordiæ suæ largitate daturus est alimenta. His dictis ab intuentium oculis longiùs aquila receſſit; quæ de tanta oculorum altitudine acie piscem in maris fluctibus vidit, submissis alis arreptum ad littus perduxit.

Feriâ sextâ piscium inopiâ laboranti

x

* quam

25 His ita pergentibus quidam cocus * Pontificis, more iter agentium hoc videns, ad litus cucurrit, invenit aquilam in piscis adhuc vivi sedentem capite, piscem huc illucque palpitantem. Qui cùm advenisset, aquila piscem dimisit, & evolavit. At cocus arreptum piscem obtulit Pontifici, & factum aquilæ enarravit. Magnitudo autem piscis tanta erat, ut non solùm Pontifici sufficeret, sed etiam cunctis, qui apud illum comederunt. Res mira, & valdè inaudita, excepto antiquo miraculo, quòd Paulo, & Antonio corvus ministraverat escam *y*. Tanta enim divinæ pietatis est largitas, ut nusquam suos servos permittit * inopiâ consummari secundum Psalmistæ sententiam: quia inquirentes Dominum non deficient omni bono. Magna igitur *z* eodem loco amœnitas, magnaque herbarum copia, & fons largus. Quid ergo ibi aliud datur intelligi, nisi quòd omnipotens Deus, qui suum dignatus est pascere Servum, subvectioni ejus necessariam alimoniam ministrabat?

C

aquila ingentem piscem defert.

* coquus

y

* permittat

z

26 Sed nequaquam aliud ejus miraculum prætereundum esse videtur. In octavo namque die, quem prædiximus, similis * sextâ feriâ quidam ex conviatoribus ad litus maris cucurrit: est enim delectabilis callis juxta mare euntibus, undarum tumultibus depressus. Is, dum iret per litus, vidit secus litus natantem piscem non modicæ magnitudinis, quasi pedum undecim longum. Quem dum deambulando intueretur, clamore valido auribus Viri Dei retulit. Qui cuncti relicto calle ad litus quasi ad ingens spectaculum cursitabant. Vir autem Dei, cùm eum natantem conspexerat, intra semetipsum tacitè cogitans, ne * fortassis sibi in esum (ut erat) à Deo transmissus fuisset; quendam suum ministrum, nomine Anstericum, (cujus longè jam superiùs memoriam fecimus) ex nomine vocans, quem bonam peritiam natandi habere noverat. Cui præsenti exuere indumentis imperans, nihil diffidentiæ in animo habere præcipiens, pugionem in manus sumere indicavit. Ipse verò verbis ejus confisus, vestimentis exutus, imperterritus quasi per humum mare ingrediens (erat viribus strenuus, alacer ingenio.) Qui in mare mersus in interiora se contulit, sinistrâ manu pernatans, dexteram super undas elevans, lanceâ summis nisibus piscem tam viriliter percussit, ut ferrum hastæ sequeretur capulus. Piscis idem statim se ad altiora maris retorquens, ipse namque summitatem tenens hastilliæ secutus est *aa*. Qui cùm diu per mare natando se fatigâsset, & nihilominus persequendo eum percussor torqueret, & ad litus eum vertere niteba-tur. His ita decertantibus, jam longiùs educti fluctibus, ita ut vix jam ad litus perspexerat, confisus quoque in verba Viri Dei sumebat fiduciam *bb*.

* *i. e.* an

D

E

aa

bb

27 Quod dum piscatores quidam intuebantur, ex latere retia relevantes, his relictis, certatim ad periclitantis denavigaverunt spectaculum. Qui dum vulneratum piscem intuerentur, totis nisibus festinabant, atque ab æquore eum in navim voluerunt adtrahere. Sed dum prænotatus Viri Dei minister brachium in summitatem puppi * immitteret, cœperunt piscatores pugnis, & percussionibus reverberare, ut ex tanta præda reverteretur vacuus ad litora. Qui dum alacer pedem immitteret puppi, flagellis *cc* intrepidus viriliter se erigens, arrepto uni ex manibus remo, cœpit percussores suos cædere remo. Qui illico timore percussi per orationes Viri Dei illius se pedibus submittentes, navim ad litus usque traxerunt cum præda. Tunc Vir Dei, & qui cum eo erant, immensas Deo referebat laudes, loca ad applicandum aptissima perspicientes, castra metati sunt, cum tanta abundantiæ gloria, ut piscem eundem nequaquam cunctus comitatus illius consumere poterat, residua salientes in suppellectilibus condiderunt *dd*. Refectis autem omnibus, hi qui aliena rapere conabantur, dignis sunt verberibus castigati *ee*, atque à Viro Dei admoniti, ne ulteriùs principis apostolorum beati Petri peregrinis nocere ullo modo auderent: Duos eis tremisses *ff* dare præcipiens, ne de operatione diei vacui recederent, abire permisit.

ab uno è suis capi jubet.

* puppis

cc

F

dd

ee

ff

Octiduo pòst alium piscem

* simili

ANNOTATA.

a *Surius habet* munimine. *Porrò intelligit S. Gregorium II, qui anno 717, ad quem hanc profectionem Romanam probabiliùs referendam diximus in Commentario num.* 42, *S. Petri Cathedram tenebat.*

b *Itaque non secretiori modò itinere, sed etiam flexuoso ac longiori usus est: per* Allemaniam *enim Sueviam, per* Germaniam *regionem trans*

A *trans Danubium designat : qualiter etiam utraque regio vocatur à Walafrido Strabone, ejusdem circiter seculi scriptore, in Prologo ad Vitam S. Galli, apud Mabillonium sec. 2. Per* Noricam *hîc Boioariam intelligi ex contextu liquet. Cur Sanctus hoc iter præ recto ac breviori elegerit, non constat.*

c *Scilicet à S. Ruperto Boiorum apostolo primoque Salisburgensi episcopo ; de quo consule Commentarium à num.* 34.

d *De* Theodone *sat multa diximus in Commentario, num.* 34 *& seqq. De eo Anastasius in Vita S. Gregorii II, ad Indictionem* XIV, *sive annum* 716 *sic ait :* Eo itaque tempore Theodo, dux gentis Baioariorum, ad apostoli B. Petri limina primus de gente eadem occurrit, orationis gratiâ.

e *Duos ex hisce Theodonis filiis novimus ex ipso Aribone,* Grimoaldum *scilicet, de quo mox & sæpius sermo recurret, &* Theodoaldum, *cujus viduam Pilitrudem Grimoaldus in sui suoramque perniciem incesto talamo sibi sociavit. Tertius ab Arnolfo Vohburgensi lib.* I *Miraculorum S. Emmerammi* Diotpertus, *ab Arnone verò episcopo Juvavensi in Indiculo traditionum,* Theodbertus *vocatur. Quæ autem cuique pars ducatûs obtigerit, videri potest apud Marcum Hansizium Germaniæ sacræ, tom.* 2, *pag.* 53, *ubi etiam plura de laudato Theodone, ejusque commemoratis filiis reperies.*

f Novitios *vocat, id est, non ita pridem conversos ad fidem per S. Rupertum.*

g *Id est* reciperet. *His autem denotare videtur, instituisse Theodonem, ut* Corbinianus *in Boioaria suam cathedram figeret.*

h Grimoaldus *in partitione ducatûs* Boiariam Australem, vulgò Sudergow, cùm oppido Frisinga *acceperat, inquit Hansizius ad lit.* e *laudatus, & constat ex Aribone. Arnolfus Vohburgensis lib.* I *Miraculorum S. Emmerammi illum* Grimaldum *vocat.*

i *Clarissimus Roschmannus in Notitiis Mss. sæpe laudatis hîc notat, non tantùm Boioariam, sed etiam Tyrolim eo tempore sub Norici nomine venisse. Idem habet in Veldidena pag.* 10 *&* 80.

k Vallis Venusta & Venustica, *quam Roschmannus in descriptione comitatûs Tyrolis etiam* Venostam à Venonibus *appellat, indigenis* Vintschgau, *tractus est in commemorato comitatu ad Athesim fluvium versus Meraniam.*

l Breones, *qui &* Briones, Breuni & Brenni *appellati sunt, fuêre antiquæ Rhætiæ incolæ ad flumen* OEnum.

m Sagmarius *equus est clitellarius, sive qui sarcinas portat : à voce Græca* σαγμα, onus jumenti sarcinarii.

n *Satis mirabilis est hæc historia ; non tamen omnino insolitum simile Sanctorum in feras imperium. Porrò Otto Frisingensis hallucinatus est, dum credidit, hæc contigisse, cùm Sanctus jam Frisingensis episcopus esset : libro enim* I *Chronici, cap.* 24 *sic scribit :* Fertur de eo, quòd quâdam vice, dum pro ecclesiæ necessitate Romam pergeret, ursum saginarum (*lege* sagmarium) suum occiderit, cui Vir Dei capto saginam (*lege* sagma) imposuit, & ut eam deferet, præcepit ; ac verbum Dei, omni gladio penetrabilius effectum, indomitam bestiam mandatis Viri Dei obtemperare coëgit.

o Tridentum *nota est in comitatu Tyrolensi civitas, concilio œcumenico ibidem celebrato celebris. Dum autem Aribo eam* castrum *appellat, loquitur impropriè & castri nomine* urbem *designat.* A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

p *Erat is* Luitprandus, *qui anno* 712 *patri suo Ansprando suffectus, regnum Longobardicum usque ad annum* 744 *tenuit.*

q *Supple* equum. *Est autem* emissarius equus, *qui ad propagandam sobolem destinatus est. Exempla multa dat Cangius in Glossario.*

r Ticinum, *nunc incolis* Pavia, *Paulo diacono etiam* Papia *dictum, urbs est episcopalis in ducatu Mediolanensi : fuit olim Longobardorum sedes regia, eratque Luitprandi, cùm* S. Corbinianus *eò adveniret.*

s Padus *indigenis* Po, *maximum Italiæ flumen & vulgo notissimum est. Per* portum autem amnis Padi *intelligit biographus locum, è quo in alteram fluminis partem trajiciendum erat, ut liquet ex sequentibus.*

t *Lege* Missos. Missi *verò dicebantur legati, aut qui à regibus aut principibus velut legati aut nuntii mittebantur.*

u *Vitiosam & perobscuram periodum sic explico. Cùm præfectus ille equum pretio sibi comparare non posset, rapere statuit. Itaque uni è suis mandat, ut eum tamquam inter postremos transvehendum servet, deinde verò raptorem simulans, in proximam silvam velociter abducat. Deinde Sancto in alteram Padi ripam jam transvecto, sese primùm cum suis inter* Corbiniani *conspectum equumque collocavit, ne equi raptor agnosci posset ; mox raptorem insequi fingit, ac demum rediens, eum frustra à se quæsitum mentitur, & ne Luitprandus id negligentiæ suæ imputet, equi raptum ei celari flagitat.* E

x *Meichelbeckius in Vita* § 5 *sic scribit :* Si cæteris diebus carnes admisit Corbinianus (objicit non nemo) tunc Benedicti legibus morem non gessit, aut in tricesimum nonum Regulæ caput peccavit. Respondemus, Regulam S. Benedicti, teste magno Gregorio nostro, ejusdem confirmatore, esse " discretione præcipuam ,, Fratribus, " qui in via sunt ,, ; nihil inculcatur, quàm, " ut non eos prætereant horæ, consti- ,, tutæ, sed, ut possunt, agant sibi, & servitu- ,, tis pensum non negligant reddere ,,. Neque de abstinentia à carnibus alio loco aliquid additur, ubi agitur " de fratribus in via directis ,,. Sic etiam circa vini & vestimentorum usum S. Benedictus modestissimam regulam scripsit, ubi semper regionum atque hujusmodi circumstantiarum rationem haberi voluit. Mabillonius recenset exempla aliorum quorumdam sanctorum Ordinis nostri virorum, qui aliquando esum carnium (extra monasterium ac in itinere maximè) sibi licitum esse censuerunt. Certè abstinentiam à carnibus non esse, ac per consequens numquam fuisse de substantialibus Ordinis S. Benedicti, declaravit Sixtus IV in privilegio Cisterciensibus anno MCDLXXV, Idib. Dec. concesso, uti hæc & similia Hæfftenus deducit. Itaque contra discretissimam S. Benedicti Regulam nihil commisit Corbinianus, si in tanto itinere constitutus atque aliâ alimoniâ destitutus, carnes comedit, qui ipsâ sextâ feriâ pisces non nisi miraculo obtinuit. *Ita ipse pro Sancto rectè perorat, pro certo habens ejusdem professionem Benedictinam, de qua vide* § 3 *Commentarii.* F

y *De S. Paulo Thebæo, primo eremita actum est in Opere nostro tom.* I *Januarii ad diem* 10 ; *de S. Antonio Magno abbate, tom.* 2 *ejusdem mensis ad diem* 17. *De corvo, qui cùm S. Paulo*

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

Paulo dimidium panem in dies attuliſſet, præſente S. Antonio integrum attulit, vide prioris Sancti Acta pag. 603 & 606.

z *Rectiùs apud Surium legitur:* Magna autem erat eodem loco *&c.*

aa *Vitioſam periodum ſic corrige:* Piſcis idem ad alteriora maris ſe retorſit, ipſe *verò pugionis capulum* tenens *natando* ſecutus eſt.

bb *Surius hæc ita habet:* His ita decertantibus, jam longiùs eductus fluctibus, ita ut vix jam littus adſpiceret, confiſus tamen verbis Viri Dei, ſumebat fiduciam.

cc *Lege cum Surio*, ad flagella.

dd *Hæc Surius in hunc modum reſtituit:* Cumque tantæ eſſet abundantiæ gratia, ut piſcem eumdem nequaquam cunctus comitatus illius conſumere poſſet, reſidua ſalientes, in vaſa condiderunt.

ee *Significat, opinor, piſcatores illos vapulâſſe non Sancti juſſu & poſt cœnam aut prandium, ſed ab Anſerico, dum ipſe prædam extorquere conabantur, ut ſuprà dictum eſt.*

ff *Surius habet*, duos treſſes. *Differt autem* treſſis *à* tremiſſe, *quòd hic ſit tertia pars aſſis vel ſolidi, ille verò nummus trium aſſium.*

B

CAPUT IV.

Reditus à Gregorio PP. imperatus: geſta in reditu: acceſſus ad Grimoaldum Bavariæ ducem.

Romæ à S. Gregorio quietum ſeceſſum fruſtra poſtulat:

IPſe verò calle arrepto, Romam uſque pervenit, & oratione facta ad utraque beatorum apoſtolorum Petri & Pauli limina, ad ſummi Pontificis beati Gregorii præſentiam veniens, ad ejus ſe ſtravit veſtigia. At ille ſurgere ei imperans, ſedem juxta ſe ponere faciens, ſedere præcepit. Qui cùm ſediſſet, non modica dona tanto Dei viro *a* obtulit, & cuncta ſibi diſplicentia de ſua converſatione enarravit, quomodò & quibus *b* immenſis fluctibus quatiebatur hujus mundi honoribus, & quomodò ei nec murorum clauſtra tranquillitatem præſtare potuiſſent, & quantùm hujus mundi formidabat divitias, utique qui nec unum volebat habere colonum. Secretum ſupplicans, qualiter * ei omnes perturbationes animi ſui, atque anguſtias liberè potuiſſet referre. Tunc coram eo lacrimis fuſis flebili voce deplorans, qualiter ſuum ſecretum *c*, inpoſito honore, perdidiſſet, & in priſtina petitione perſiſtens, ut ad cœnobium eum ire permiſiſſet, vel in quandam cellulam eum deputâſſet, vel in aliqua ſecreta ſilva ad operationem ei concederet agellum.

a

b

C

* ut

c

in reditu occurrit funeri ejus, qui ipſi equum abſtulerat,

29 His auditis, tantam humilitatem ejus miratus ſummus Papa, eoque à ſe dimiſſo, ad ſecretà neceſſaria ſynodum congregavit *d*, & in eorum collegio talia promulgavit. Quibus auditis, illi una voce omnes proclamabant, eum reverti ex multis teſtimoniis Scripturarum *e*. His ita dicentibus Virum Dei in medium venire juſſit. Quorum verbis fide recepta *f* ſe victum conſiderans, ut injunctum ſibi à tanto Patre officium nullo modo deberet amittere, & à lucro vacuus redire ad aream, cùm ſummo ibi aliquantùm temporis retentus honore, benedictione accepta, vale faciens omnibus, triſtis receſſit. Qui dum revertendo Papiam veniſſet, ad portam urbis feretro ſuperpoſitum cujuſdam mortui corpus efferebatur, cui *g* univerſus ſecutus eſt urbis primatus. Qui mox ut Virum Dei contemplabantur, ſubtiliter de perſona ejus atque vocabulo ſciſcitabantur. Erat autem hujus viri cadaver, qui caballum illius antea rapere præſumebat *h*, quoſque omnes pavor ingens invaſit, quia ipſe deſperatus à medicis facinus ſuum non abſcondit, ſed publicè profeſſus eſt.

D

g

h

& Ticini à rege exceptus, ſublatum equum i

30 Tunc quoque Vir ſanctus cum omni humanitatis reverentia à rege *i* receptus, regalem deducebatur in aulam; quia nequaquam principem latebant divinæ virtutis miracula, quæ per viarum ſpatia ab eo, & per eum fuerant geſta. Et propterea Miles Chriſti ampliorem ab omnibus recipiebat honorem, quamvis ille hoc totum libentiſſime voluiſſet ſilentio retentari *. Sedente autem rege, & cum eo Viro Dei, mulier ipſius tunc defuncti orbata viro & viduata, flebili vultu veſtigiis Viri Dei provoluta eſt, deducens Viri Dei caballum, à viro ſuo machinis diabolicis, & nefandæ raptum inſidiæ *, formâ & ſpecie decorum, quaſi de obitu viri ſui mortis reum, inſuper ducentos ſolidos Viro Dei obtulit, dicens, virum ſuum eâdem die percuſſum fuiſſe, in quo illecebroſis machinis viam Viri Dei impedire præſumpſit, & ut ex eadem percuſſione languor cottidie dolori fomitem miniſtrâſſet, & ut jam à medicis eſſet deſperatus, ſibi præcepiſſe *k*, ut ſub omni diligentia ipſum cuſtodiret caballum, & Viro Dei, ſi Deo donante ibidem reverſus fuiſſet, omnino redderet, & ejus facinus illi profiteretur, & inſuper debitæ inpenſionis ei aurum deferret, ut pro ejus anima Vir ſanctiſſimus deprecari divinam clementiam dignaretur.

* *i. e.* premi

E

* *l.* nefandis inſidiis.

k

& munera ab illius vidua retipit & offenſam remittit:

31 Quibus verbis edictis compaſſus eminentiſſimus rex, & dolore ac tremore compunctus concitè ex throno proſiliens, genibus provolutus Epiſcopi, rogans *, ne hoc ſperneret, quod mulier obtulit, & inſuper ſuum reciperet, quod amiſit. Vir autem Dei, ne totam eminentiæ ſuæ familiam contriſtaret, quam de morte tanti viri flentem conſpexerat, & in magna eſſe deſperatione animæ illius, univerſiſque petentibus ad ſuſcipienda, quæ mulier obtulerat, tandem coactus conſenſit, regem ſurgere petiit, leniterque conſolari cœpit, eumque rogavit, ne aliam quis pro ipſo reatu ultionem reciperet, dicens: Quia non vindicat Dominus bis in idipſum, ſuiſque illi orationibus, ut valeret, ſe adjuvaturum *, profeſſus eſt. Fide recepta Viri Dei verbis, viduata mulier receſſit.

* rogavit

F

* adjuturum

inde digreſſus, dona pro alio equo furto item ablato

32 Non longè pòſt cùm ſummo ibi detentus honore & reverentia, Pontifex non modicis ditatus muneribus, à rege valefactus amiſſus eſt *, & cum omni neceſſitatis ordinatione & gubernatione *l* ad Tredentinos pervenit fines. Cùm autem non longè à caſtro veniſſet in prata, quæ appellabantur Rumanniana *m*, quidam ex comitatibus ſuis emiſſarium, quem ibi Viro Dei fraudolenti conſilio ipſius principis, qui tunc ibi erat, juniores furtu * abſtulerant *n*, conſpiciens, cuidam jumentæ *o* ſequentem agnovit, & veretro nocuato *p* calcibus jumentarum, macie magna indecorum, ita ut vix cognoſcebatur *, Viro Dei indicare curavit. Qui eum ſe diſſimulans agnoſcere, ſuis omnino inde ſilere præcepit. Cùm autem * urbis portam adpropinquaret,

* dimiſſus

l

m

* furto *vel* furtim

n

o

p

* cognoſceretur

* *adde* ad

A quaret, ecce jam antea prædictus comes Husingus obviam veniens, pedibus illius provolutus, commissum à se facinus non abscondit; sed humiliter confitebatur damnum, quod ei fecerat ex caballo, & illecebræ machinationis furtum per ordinem professus est, qualiterque propter decoram nobilitatem ejus suis jumentis ad propagationem sibi immittere concupiscebat, & inposterum conservare; asserensque, quòd hoc facto divina consecuta est illum inde vindicta, quia ferè quadraginta duo de ipsis erant jumentis, quæ omnes elefantino morbo perierunt, excepto una habuit superstite, quam tunc sequebatur *q*.

q recipit: à Grimoaldi ministris detentus, sepulcrum S. Valentini invisit

33 Qui præfatus comes dum hæc profiteretur, duos, quos optimos habuit, Viro Dei obtulit, & insuper ducentos solidos auri, humili voto deposcens, ut Vir Dei pro emendatione delicti, quod ei ingesserat, accipere non sperneret, & sibi delictum dimittere * cum magna humilitate petiit. Quibus verbis auditis, Vir Dei arrisit; sed per satisfactionem illius indulgentiam illi dare dignatus est. Ille autem cum magno honore per ministeriales suos eum usque ad fines Bojoariorum fecerat pertransire. Qui dum Majensem castrum *r* intrâsset, de * præpositis captus est custodibus, sicut longè superiùs diximus, à Grimoaldo duce præceptum esse, nec ulteriùs eum abire sinebant, nisi ad eorum principem pergere professus esset. Ibique nolens & coactus quamdiu * detentus est, usquedum eorum missus Grimoaldo hæc nuntians reverteretur. Quæ Vir Dei impedimenta viæ suæ diligenter pertractans, consideravit divinæ virtutis gratiâ vacuum non fuisse. Tunc quoque ad beati Valentini *s* confessoris sepulchrum situm in eodem castro sanctæ orationis causa se contulit, sollicito animo universam montanam urbis illius confinem *t* circuivit, viditque terram fructiferam, & silvarum habentem copiam. Invenit etiam inter duos rivulos *u* locum secretum & pervium absque habitatoris tramite, quæ appellabatur usitato nomine Camina *x*.

B

*r

* à

* aliquamdiu

*s

*t

*u

*x

vicina arva lustrat & ad Grimoaldum invitus progreditur.

34 Intellexit non sine divino intuitu, & voluntate ibi se esse detentum, consideravitque loci secretum, & ad sanctæ religionis cultum delectabilem, cum magno amavit affectu; cogitavitque, sibi secretum ibi hospitiolum construere, si hunc locum condigno posset pretio comparare. Perquisivit tamen diligenter, cujus vel quorum hoc esset proprium, ut accedente opportunitate temporis, propter vicinitatem sancti & beati Valentini ecclesiæ sibi ad secretum hospitium vendicaret. Interea tamen hi, qui ad Grimoaldum ducem pro adnuntiatione illic adventûs ejus missi fuerant, revertebantur, cum summa eum veneratione rogantes, ut ad eum venire non dedignaretur; adjecerunt etiam, ut *, si sponte venire nollet, datum sibi præceptum esse, ut coactum eum deducere deberent. Intellexit Vir Dei illorum insidias, in prædicto castro suum * dimisit suppellectilem, ad prædictum principem mœstus perrexit.

C

* ut *abundat*

* suam

ANNOTATA.

a *Scilicet S. Gregorio II. Dona autem potuêre esse ex iis, quæ à Theodone ac Grimoaldo Bavariæ tetrarchis & à Luitprando Longobardorum rege acceperat, ut capite præcedenti dictum est.*

b *Apud Surium additur* quasi; *& sic sensus est aptior.*

c *Id est, tranquillam solitudinem.*

d *Hinc plures, quos num. 32 Commentarii recensuimus, synodum aliquam Romanam statuunt ad annum 724, quo Sanctum Romam secundò advenisse putant: verùm eam ad annum 717 potiùs referendam esse, diximus num. 42 & seqq.*

e *Adde* debere. *Sensus verò est, quòd cùm* Corbinianus *iis esset instructus virtutibus, quas in episcopo ac apostolico viro sacræ Litteræ requirunt, eumdem episcopali onere nequaquam liberandum esse, sed ad prædicandum Euangelium remittendum.*

f Fide recepta *omisit Surius.*

g *Lege*, quem universus sequebatur urbis primatus, *id est, magistratus, vel primores.*

h *Scilicet cadaver erat istius præfecti urbis, qui Sancti equum rapuerat ad Padi ripam, ut capite præcedenti, num. 23 vidimus.*

i *A rege Longobardorum Luitprando, qui Ticini regiam habebat.*

k *Periodum sic corrige:* Dicens ..., quomodò ex eadem percussione (*fortè apoplexiâ*) languor quotidie dolori fomitem ministrâsset, & quomodò, cùm jam à medicis desperatus esset, sibi præcepisset *&c.*

l *Apud Surium biographi sensus rectè sic exprimitur:* Rebus necessariis abunde instructus.

m *Ad* prata Rumanniana *hæc notat Meichelbeckius:* Fortè ROMAGNAM, locum infra Tridentum in ripâ Athesis fluvii situm. *Meichelbeckio consentit Roschmannus in Notitiis Mss., ubi ait:* Prata Ruminiana planitiem esse non procul Tridento, & loco hodie ROMAGNAM dicto, etiam censeo. Non est ea quidem via regia hodie tritior, sed ad lævam Athesis per roboretum: verùm olim ad dexteram Athesis ripam viam Romanam & militarem Tridentum duxisse, viri docti cum illustrissimo Maffæo putant.

n *Consule caput præcedens num. 22.*

o *Id est* quamdam equam.

p *Id est* læso.

q *Solœcismos cum Surio sic corrige:* Asserens, quòd hoc facto, divina consecuta sit illum vindicta, ita ut ferè quadraginta duo ex ipsis jumentis elephantino morbo perierint, excepto uno superstite, quod tunc sequebatur. *Est autem* morbus elephantinus *quædam lepræ species, quæ gangræna more cutem ac carnem exedit.*

r *De Castro Majensi hæc habet Roschmannus in descriptione comitatûs Tyrolis, Germanicè edita:* Mayss, Latinè Ad Alpes Majas, & sæpius Maja & Urbs Magiensis in medio ævo dicta, urbi Meraniæ adjacens, nunc tantùm pagus est, in prædicto autem ævo ex Bavarorum ac Tyrolensium scriptorum testimonio, fuit urbs in confiniis Longobardorum & Boioariorum, postmodum (*nescitur, quo anno*) à dilapso monte obruta est, ita ut Merania ipsa pars veteris Majæ putaretur *&c. Vide etiam dicta in Commentario num. 93.*

s *Loquitur de S. Valentino episcopo Passaviensi, cujus Acta illustrata sunt tom. 1 Januarii, ad diem 7.*

t *Supple regionem.*

u *Hosce rivulos infrà num.* 37 Timonem & Finalem *appellat. Consule Commentarium num. 51 & seqq.*

x *De* Camina *prolixè egimus in Commentario à numero mox citato.*

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

E

F

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

CAPUT V.

Grimoaldi ducis inceſtuoſum connubium diſſolutum : cathedra Friſingæ fixa & dotata : acta in eo epiſcopatu : Pilitrudis inſidiæ, & Sancti fuga : Grimoaldinæ familiæ pœna & excidium.

Grimoaldum ob inceſtuoſum cum Pilitrude conjugium

CUm autem ad palatium prædicti principis pervenit, per quendam dilectum ejus cubicularium eidem principi demandavit, dicens : nequaquam faciem illius videre velle, antequam inlecebroſam conjugem à ſe expelleret, quam tunc ſibi copulavit poſt obitum fratris ſui Theodoaldi *a* viduam, quamque adulterina delectatione in matrimonium ſumpſit. Quæ etiam ſecundum hujus carnis putredinem pulchra videbatur & decora, genere præclara, ex Galliæ partibus genitricem *b* ſecuta, iſtas pervenit in partes. Qui Epiſcopi dictis dum conſentire nolebant, ipſe in ſua perſeveravit ſententia, eiſque egregii prædicatoris Pauli teſtimonium demandavit inter cetera : quia NEQUE ADULTERI, NEQUE FORNICATORES REGNUM DEI POSSIDEBUNT. Illa autem funeſtæ Herodiadis ſequens exemplum, de morte Viri Dei cùm malivolis ſibi ſequacibus tractare cœperat. Nam Vir Dei pro tali crimine meminerat, Johannem increpâſſe Herodem, & Herodiadem, quam tulerat fratri ſuo Philippo viventi uxorem, atque ob hoc ab Herode interemptum eſſe *c* : nullatenus tantum facinus ſe conſentire prædixit, ſed antè ſe eſſe moriturum.

a

B

b

c

adire recuſat : eos pœnitentes Deo reconciliat & inviſit.

36 Sic quoque quadraginta diebus ab eorum ſe abſtraxit obtutibus, eoſque per ſuos jugiter ammonere non deſtitit, ut tam execrabile amitterent conjugium, congruiſque temporibus nunc, ſi converterentur ad pœnitentiam, blandis ſermonibus Dei regnum promiſit ; nunc, ſi permanſiſſent in ipſa malitia, terrorem magni diei judicii, æternumque eis citò venturum minabat * ſupplicium. Tandemque Dei ſolaciante *d* clementiâ Omnipotentis, perduxit eos ad promiſſionem ſeparationis ſuæ. Tunc Vir ſanctus in Domini Chriſti Jeſu confiſus ſolatium, eos fecit ad ſuam venire præſentiam. Qui venientes humo ſe proſtraverunt ambo, & extenſis ejus brachiis ad pedes *e*, ſe graviter peccâſſe, ſe nimiùm reos eſſe, profeſſi ſunt ; & ita pura confeſſione ad pœnitentiæ confugierunt * remedia. Quorum capitibus Vir Dei manus imponens, ſigno æternæ ſalutis munire curavit, ex humo eos erigens, tantùm lapſis *f* pœnitentiam deſignavit, viam eis ſalutis oſtendit, remediorum ſolatia elymoſinarum largitate, jejuniorum & orationum frequentiâ, adipiſcenda monſtravit : & ut ampliùs ſibi peccare caverent, ſollicitè prænonuit. Sicque domum ingreſſi, communem ſumpſerunt cibum. Et ſic à menſa principis Vir Dei alimoniam corporis ſumpſit, ita etiam illis alimoniam animarum ſuarum, prædicando verbum Domini, miniſtravit.

C

* minabatur

d

e

* confugerunt

f

37 Tunc quoque Vir ſanctus locum delectabilem in confinio Magenſe, cujus ſuperiùs memoriam fecimus, Grimoaldum principem à poſſeſſoribus juſto pretio emere perſuaſit, ut haberet juſto labore adeptum, unde animæ ſuæ remedium adquirere potuiſſet. Quo hortatu princeps libenti animo obedivit, ibidemque cum beato Corbiniano veniens, convocavit ad ſe poſſeſſores loci illius, qui vulgò dicitur adhuc Camina inter duos rivulos Timone, & Finale *g* : & dato proprio & adpretiato pretio juſto emerat hoc ſibi à viris nobilibus & poteſtativis in proprietatem, tam territorium agrorum, quam & prata, & vineas cum parte Alpium. Illi verò emptores cum teſtimoniis & teſtibus hoc illi confirmaverunt, ſicut mos eſt, in proprietatem. Quo facto cum conſilio fidelium, & Deo devotarum perſonarum tradiderunt hoc ipſum per manus ſancti Corbiniani Deo, & ſanctæ Genitrici Mariæ ad ſanctam eccleſiam ejus ſitam in caſtro Frigiſingenſe ſuper fluvium Iſara *h*, & cum teſtibus ibidem perpetuo jure ſervire firmavit. Tunc quoque vir Domini Corbinianus habitaculum ſibi illic conſtruere feſtinavit, baſilicam ædificavit, & ſancti Valentini, atque beati Zenonis in eam patrocinia collocavit, & in eorum dedicavit honorem *i*, vinearumque ibi plantans copiam, & pomiferis decoravit arboribus, & alimoniam pauperibus præparavit. Cœpitque fama ſanctitatis illius ſpargi latè per orbem, à cujus ore laus Dei emanabat jugiter.

D

Prædio Camina à duce donatur, in quo templum ædificat :

g

h

E

i

aliud prædium emit : ſedem Friſingæ figit.

38 Fuit indeque non longè manens quædam vidua, nomine Fauſta, cum duabus filiabus bonam habentes * ſubſtantiam. Quæ Fauſta dividens cum filiabus poſſeſſionem, portionemque ſuam Grimoaldo principi eo modo tradidit, ut uſquedum illa viveret, eam tueretur, & cuſtodiret, & ut poſt ejus exceſſum hoc ſibi haberet proprium, in loco qui dicitur Chorzes *k* cum omnibus ibidem pertinentibus. Poſt ejus quoque obitum beatus Corbinianus dedit Grimoaldo principi nongentos auri ſolidos, quos ei dùdum Pippinus major domûs Francorumque princeps in ſuam largitus eſt elymoſinam *l*, & comparavit hoc ipſum in Chorzes, & ambo pariter poſtea, idem beatus Corbinianus epiſcopus & Grimoaldus princeps tradiderunt hoc Deo & ſanctæ Mariæ ad prædictam eccleſiam in caſtro Friſingenſe *m*, ubi tunc beatus Corbinianus cathedram tenuit pontificalem.

* habens

k

l

m

F

Rari zeli exemplo duci ſuccenſet, & Pilitrude fruſtra obnitente, ei reconciliatur.

39 Quadam verò die vir Dei beatus Corbinianus cum præfato principe recumbens ad prandium, adpoſitâ menſâ ſalutifero Crucis ſigno Chriſti cum Dei laude ſuperpoſitam conſignificavit * alimoniam. Prædictus quoque princeps ex menſa dilecto ſibi cani panem per incuriam projecit. Quod dum Vir Dei conſpexerat, dextro pede tripodi calcem dedit, & menſam dejecit, ita ut argentea vaſcula per pavimenta huc illucque ſpargerentur ; & ex ſcamno proſiliens aiebat, ipſum tantæ benedictionis fore indignum, quam cani non verebatur projicere. Domum illius egreſſus dixit, ſe ab ejus curia omnino abſtrahere, & nequaquam cum eo communem ulteriùs ſumere panem debere *n*. Hoc facto mulier de morte Viri Dei cœpit tractare, invidiæ facibus ſuccenſa, eò quòd à viri inlicito ſui concubitu per verbum Viri Dei fuerat alienata *o*, inceſſanterque in aures viri ſui invidiæ & odii fomitem miniſtravit contra Virum Dei. Dixit etiam, ob principis deſpectum hoc egiſſe Epiſcopum, nihil aliud dignum Epiſcopum eſſe, niſi mortis reum. Quam rem princeps idem diligen-

* conſignavit

n

o

ter

A ter perpendens, patientiæ ſervans cuſtodiam, caſtri aditum claudere juſſit, ne tantus Vir Dei à ſe recederet, furore *p* permotus. Ipſeque cum primatibus ſuis palatium egreſſus, Viri Dei provolvebatur veſtigiis, ſatisfactionem ſpopondit, magniſque precibus, atque blanditiis, nec non & muneribus motum mitigavit Epiſcopum, & tandem vix unquam pacis oſculum à beato promeruit Epiſcopo *q*; & ſic iterum pariter communem ſumpſerunt cibum. Cœperuntque Viri Dei divitiæ, quas non amaverat, creſcere cottidie, & loca augeſcere.

p

q

Ob mira in S. Stephani templo viſa

40 Cùm quadam die in epiſcopio *r* conſediſſet, moleſtia corporis illum concuſſit, ita ut more ſolitò in vicinum montem ad oratorium beati Stephani martyris *ſ* venire nequiverat *, matutinas Deo perſolvere laudes. Clerum ſuſcitans, illuc præcipiens ire *t*. Illiſque aſcendentibus vox pſallentium in eccleſia obviam illis eſt facta, tantaque modulaminis concordia magis ac magis in aures audientium perſtrepebat, quanto eccleſiæ propinquiùs veniebant. Ex feneſtris quoque & tecto tanta vis clari luminis radiabat per latera ejuſdem montis, ut claritatem diei ſuperaret. Hiſque feſtinantibus, eccleſiæ januam introgreſſi * tantus claritatis fulgor evanuit; odor namque incredibili ſuavitate ibi triduo præflagrabat *u*. Clerici quoque nimis timore perterriti, & velut mortui corruerunt in terram, alii ante fores, alii limina ingreſſi eccleſiæ. Qui dum tandem vires receperunt, domi cucurrerunt, & talia Viro Dei referebant.

r

ſ

* nequiret

t

B

* introgreſſis

u

in eo monte domum exſtruit: ibidem fontem elicit.

41 His ille auditis, ſe illuc deferre præcipiens, & ibimet ad manendum domum ſibi conſtruere juſſit exiguam. Cùm autem miniſtri de aquarum penuria propter altitudinem montis, quam ibidem cottidie ferendo laſſaverunt *x*, murmurare cœperunt; idem Vir Dei quâdam die diluculo conſurgens, ſolus montis latera circumiens, in plaga Meridiana ad orationem ſe humo proſtravit. Quâ completâ, baculum *y*, à quo ſuſtentabatur, in terram defixit, cúmque paullulùm perfodiſſet, tantaque * mox ex eadem fovea aquarum emanavit habundantia, ut ad totius cellulæ miniſterium ſufficiebat; ita ut ad uſque ima montis defluxerat, & eo vivente nunquam defuerat *z*.

x

y

* *l.* tanta

z

Præſtigiatricem mirabili zelo invadit & ſpoliat;

C

42 Cùm autem quâdam die idem Vir ſanctus veſpertinâ horâ ad eccleſiam beatæ Mariæ in ipſo caſtro Friſingenſe ad perſolvendas Deo laudes venire voluiſſet, ecce quædam mulier ruſtica cum muneribus obviàm perrexit; quæ maleficii ſuſpicione jam antea Viro Dei fuerat divulgata, cum qua onuſti carnibus ibant viri, & animal vivum ſecum ducebant. Quod Vir Dei cùm conſpexerat, ſubtiliter inquiſivit, quinam illius eſſet adventus? Ad hæc mulier doloſa quendam juventutis flore principis ſubolem *aa* quibuſdam illuſionibus dæmonum aſſerens eſſe commotum, ſeque ſuo carmine, ſuiſque artibus ad ſalutem perduxiſſe gloriabatur, & exinde hæc xenia deportare. Quibus auditis, Vir Dei vehementer expavit, & ex equo proſiliens, in tantum commovebatur furorem, ut ipſe eam propriis non parcebat manibus cædi *bb*, cuncta, quæ cum ea portabantur, xenia ad portam civitatis juſſit pauperibus erogare *. A portaque civitatis domi * revertens, perfidiam principis non ceſſavit deflere.

aa

bb

* erogari

* domum

parricidam à Pilitrude miſſum evadens, Majas fugit

43 Sociaque antiqui hoſtis, ut ſerpens in Paradiſo, mulier ſparſis crinibus, receptis viribus, & cruentata facie, principis ſe offerebat obtu-

tibus; quam cùm ita flentem inceſta uxor principis viderat, diabolico inſtinctu, furore incenſa, vultu mutato, vim veneni, quam in corde tenuit, aſpicientibus demonſtravit: nam vitam auferre Epiſcopo moliebatur: quod tamen viro prodere diſtulit, latenterque ei inſidias ad ſuimet laqueum mortis præparare non diſtulit, cuidam ſecretario ſuo nomine Nino ſilenter præcipiens, ut cum ab eadem villa receſſiſſet Epiſcopus, collectis famulis eum interemiſſet *. Cúmque ad aliam ſe pergere Vir Dei diſponeret villam, quidam ex Deum timentibus homo per fratrem ipſius Epiſcopi, beatæ memoriæ nomine Ermbertum *cc*, ei demandare curavit, quòd eâdem nocte iniquiſſimæ mulieris conſilio deberetur * occidi, nî ſe mutatione loci ſtudiosè ſalvaret.

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

* interimeret

cc

* deberet

Grimoaldi quæ familiæ interitum prædicit

44 His dictis fidem adhibuit, intempeſtæ noctis ſilentio occultè ſe ad aliam contulit villam. Eodemque ſequente crepuſculo ecce prænotatus Ninus collectis famulis domum Viri Dei circumcinxit; quem dum diligentiſſimè perſcrutarentur, ut interficerent, ſed minimè repperierunt *dd*, cuncta ædificia evertentes, vacui & confuſi reverſi ſunt. Epiſcopus autem, ſumpto ſecum clero, locum amiſit, ad Magenſem * caſtrum perrexit. Per quendam ex ſuis principi demandavit, quòd ſub omni celeritate ipſa maligna mulier in foveam, quam ipſo * paraverat, corruere debuiſſet, & ipſe citò vitam finire. Quaſque inſidias dum Grimoaldus cognoviſſet, & abſceſſum Viri Dei, miſit & humili prece eum redire rogavit; ille autem minimè ita fecit, ſed dixit, Jezabelis peſſimæ mulieris inſidias oportere cavere *ee*.

dd

E

* Magenſe

* ipſi

ee

prædictio ab eventu comprobatur.

45 Sed talibus inſidiis qualis foret ſecuta vindicta, ſilentio non eſt opprimenda. Præfatus etiam puer ejus, quem nefando carmine, ut diximus, machinis diaboli mulier præcantabat, rebus exceſſit humanis, eoque mortuo Grimoaldus ab inſidiatoribus interfectus eſt *ff*. Prædictus verò Nino, qui in necem epiſcopi collegium fecit *gg*, probroſa morte vitam finivit; qui cùm ventrem purgare ſedebat, lanceâ percuſſus interiit. Ad ultimum verò Pilitrud prænotata mulier Carolum in Gallias ſequebatur, pro meritis ſuis ab eodem repudiatâ, omnem honorem & gloriam perdidit, propriiſque exuta ſubſtantiis, noviſſimè nihil, niſi unum aſellum ad ſubvectionem poſſidens, in Italiam pergens, vitam finivit *hh*. Natique ejus, qui ex illius prodebant utero, cum multa tribulatione regno privati, vitalem amiſerunt flatum *ii*.

ff

gg

F

hh

ii

ANNOTATA.

a *Boioariæ tetrarchæ, de quo meminimus in Commentario num.* 47.

b *Theodoaldi vidua & inceſta Grimoaldi uxor, ab Aribone vocatur* Pilitrud, *apud Surium* Piltrud, *à Continuatore Fredegarii* Bilitrudis. *Hanc genere Francam fuiſſe, ex dictis colligitur: at quæ ejus fuerit mater, quam à Gallia ſecuta dicitur, ignotum eſt. Hadrianus Valeſius tom.* 3 *Rerum Francicarum lib.* 24 *pene omnia, quæ biographus de Pilitrude refert, in dubium vocans ait:* Quæ ſi vera eſſent (nam Aribonis iſtius auctoritatem non magni facio) exiſtimandum eſſet, Bilitrudem natione Francam potiùs, quàm Baioariam fuiſſe: cùm matrem ſuam, neſcio quam ſecuta, ex Gallia in Baioariam venerit, ibique duobus Theodonis ducis

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

filiis, alteri post alterum nupserit *&c. Nullam tamen sui dubii causam profert. Nescio, an satis sana crisis sit scriptorem penè synchronum absque solida ratione tamque leviter rejicere.*

c *Lege caput* 14 *Euangelii S. Matthæi.*

d *Id est* solante, *sive adjuvante.*

e *Lege:* & extensis brachiis ad pedes ejus.

f *Surius habet:* tam graviter lapsis. *Porrò an hæc sincera fuerit pœnitentia saltem in Pilitrude, meritò dubitatur: videtur enim hæc in aula principis mansisse, aut saltem majori quàm par erat apud illum auctoritate valuisse, ut per decursum videbimus. Fortè etiam post expiata peccata ad vomitum redierunt.*

g *De* Camina *satis prolixè egimus in Commentario num.* 50 *&* 59*q. De duobus rivulis* Timone *&* Finale *hæc in notitiis Mss. notat Roschmannus:* Non ut Meichelbeckius credit, alvei horum rivulorum successu temporum irruentibus per Alpes grandioribus torrentibus absorpti hodie nesciuntur, & nomina non nisi in Aribone & aliorum, qui ex ipso scripsêre, libris supersunt. Finalis enim amnis secundo ferè lapide à Merania in Passyriam vallem euntibus occurrit, aquâ ex lacubus, qui horis minimùm tribus in Longa valle distant, tractâ perlimpidâ & hinc truttis nobilioribus & salmonibus dives: imbrium tamen non rarò procellis auctus ingentes secum lapides volvit, ac viatoribus periculosus est, cujus rei periculum ipsemet equo feci. *Addit eum aquas suas in Passerem exonerare, vallemque per quam fertur, aut potiùs suo alveo facit,* Vallem Finalem *appellari.* Torrens verò alter Ponalis (Timonem *ex dictis intelligat, oportet*) nomen deposuit hodie, & ut audio, Fallmaun-bach vocatur: raris hic aquis, amplo tamen etiam alveo notabilis est, ut imbrium vim possit excipere, & secum in Passerem fluvium, unde valli pertertili nomen, deferre.

h *Erat ea ecclesia S. Mariæ dicata, in qua Sanctus Cathedram suam posuit, estque hodiedum cathedralis. Adi Commentarium num.* 49, *ubi etiam de Frisingensis urbis situ & Isara flumine quædam ex Meichelbeckio notavimus.* Frigisingense *pro* Frisingense *olim dicebatur.*

i *Sacellum hoc non Frisingæ, ut perperam legitur apud Mabillonium in Actis, sed vel in Camina exstructum fuisse, vel in Majensi castro restauratum, ostendimus in Commentario num.* 54 *& sequentibus: à numero autem* 52 *Roschmanni de hoc sacello conjecturas & ratiocinia lectori exposuimus. S. Zeno, de quo hîc, fuit episcopus Veronensis, cujus Acta illustrata sunt tom.* 2 *Aprilis ad diem* 12. *Apud Surium editionis Coloniensis anni* 1618 *perperam* Zunonis *legitur.*

k *De hoc consule Commentarium num.* 57.

l *In Commentario num.* 58 *notavimus ex Meichelbeckio, probabile esse hanc pecuniæ summam ex variis eleemosynis, quas assignavimus, coaluisse.*

m *Suprà* Frigisingense *dicitur. Surius hoc loco legit, in castro* Frisingas.

n *Miraberis haud dubiè, lector, hoc Sancti factum: satis tamen congruum est ejusdem zelo, de quo biographus num.* 10 *ait:* Erat enim Vir Dei ... contra vitia ad irascendum facilis, velox ad ignoscendum conversis.

o *Hæc & sequentia satis indicant, Pilitrudem aut non seriò pœnituisse, aut ad vomitum redire voluisse.*

p *Id est irâ.*

q *Apud Surium legitur:* Et tandem ægrè pacis osculum à beato promeruit Episcopo.

r Episcopium *est palatium seu domus episcopi.*

s *De monte S. Stephani egimus in Commentario num.* 49.

t *Ex præcepto Regulæ Benedictinæ id factum vult Meichelbeckius. Vide dicta in Commentario num.* 24 *& seq.*

u *Lege*, odor verò incredibili suavitate ibi triduo fragrabat.

x *Vitiosa periodus apud Surium sic restituitur:* Cùm autem ministri de aquarum penuria propter altitudinem montis, quòd ibidem quotidie ferendo lassarentur, murmurare cœpissent, Vir Dei quodam die *&c. Erat autem haurienda aqua ex fluvio Mosaco, qui ad prædicti montis radices labitur.*

y *De baculo, quo Sanctus in eliciendo fonte usus est, vide dicta in Commentario num.* 68 *&* 70.

z *In Suriano codice aliisque mox subditur:* Cùm autem Vir Dei obiisset & ejus corpus à nobis ablatum fuisset, per quadraginta annos sine aqua humus arida remansit. Eo à nobis iterum adducto, pristinam abundantiam aquarum fons ipse ministrabat. Huic nostræ assertioni fons ipse intuentium oculis testimonium præbet. Sed ad historiæ narrationem redeamus. *An hæc interpolatori adscribenda sint, ut suspicatur Meichelbeckius, examinavimus in Commentario num.* 64 *&* 65. *De ipso fonte, erectoque super illum sacello, aliisque ad eumdem spectantibus sat multa diximus §* 6 *à num.* 66 *usque ad* 71. *Ceterùm pro* deficiebat, defluxerat *&* defuerat, *lege* sufficeret, deflueret, deesset.

aa *Lege*, quamdam in juventutis flore principis sobolem.

bb *Lege*, ut ipse eam propriis manibus cædere non parceret. *Porrò hoc mirabilis zeli exemplum docet, quàm rectè Aribo suprà num.* 10 *de Sancto dixerit:* Erat ... contra vitia ad irascendum facilis.

cc Ermbertus *seu* Erimbertus S. Corbiniani *frater, ipsi in episcopatum successit, consecratus institutusque à S. Bonifacio, archiepiscopo Moguntino, in cujus Actis tom.* 1 *Junii, pag.* 468 *sic legitur:* Provinciam Baioariorum, Odilone duce consentiente, in quatuor divisit parochias, quatuorque his partibus præsidere fecit episcopos, quos ordinatione scilicet facta in episcopatûs gradum sublevavit: quorum ... secundus Erembrecht, qui Frisingensis ecclesiæ superspeculatoris tenuit principatum. *Meichelbeckius tom.* 1, *parte* 1, *pag.* 73, *Erimbertum Frisingæ olim cultum fuisse censet, quia in quodam instrumento, quod parte* 2, *pag.* 46 *recitat, Albuina donationem quamdam facit* ad sepulchro ipsius confessoris Corbiniani, eorumque Sociis, quorum ibidem venerantur reliquiæ. *Similia legi ait in aliis membranis; nec dubitandum putat, quin inter* socios *Erimbertus designetur. Anno* 1699 *die* 29 *Augusti repertum fuit in ecclesia cathedrali corpus pontificalibus indumentis conspicuum, & in novum melioremque tumulum translatum est. Illud Erimberti esse, putant Frisingenses, teste laudato Meichelbeckio. Idem scriptor ait, in libro Traditionum Frisingensium quarto, seu magno, de Erimberto hoc distichon legi:*

Mundo defunctus, pater Erimberte secundus,
Fratrem consequeris proximus & meritis.

dd *Lege:* Quam dum diligentissimè perscrutarentur,

A tarentur, ut eum interficerent, sed eum minimè reperissent *&c.*

ee *Alludit ad historiam Eliæ, impiæ Jezabelis insidias fugientis, lib. 3 Reg. cap. 19.*

ff *De Grimoaldi cæde, & tempore, quo hæc accidit, egimus in Commentario num. 74 & sequentibus, ubi diximus, eam ad annum 724 vel 725 referendam esse, & posteriori anno pariter illigandam esse Pilitrudis captivitatem.*

gg *Id est, qui parricidas ad necem Sancto inferendam* collegerat. *Ita apud Cangium in Glossario* collegium *pro* exercitu *legitur.*

hh *Manifestum est, hic agi de Caroli Martelli expeditione Boica, anno 725 confecta, ut in Commentario § 7 à num. 75 ostensum est. Utrùm autem Pilitrudis reipsa Carolo nupserit, dubitatum est ibidem num. 77 & 78.*

ii *An hos Pilitrudis ex Theodoaldo, an ex Grimoaldo susceperit, incertum est. Pro* prodebant *lege* prodierant.

CAPUT VI.

B

Reditus Frisingam: mors sanctè obita: sepultura: corporis translatio Majas facta, miraculis clara.

Frisingam redux, mortis præscius, sepeliri Maji postulat: a b

HUcbertus *a* quoque cùm regnare cœperat, cum omni dulcedine, & summo honore virum Dei Corbinianum episcopum ad se revocavit: quem tanto venerabatur honore, ut sanctis meritis dignus erat, eumque sibimet sacro fontis lavacro sociavit *b*. Cúmque exitus Viri Dei adpropinquâsset, tempore * obitûs sui non ignarus, carnalem fratrem suum Ermbertum in Italiam ad Longobardorum direxit principem *c*, postulans firmitatem sui proprii conquestûs in Magies *d*, quod sanctæ Mariæ tradidit, ne exinde auferretur, & ut suum corpusculum ad sepeliendum ibidem recipere præcepisset, quod illic beato Valentino commendavit vivus; quia in eodem castro dominabantur tunc in tempore Longobardi. Hoc igitur octavo ante sui obitûs diem mandare curavit, & horam egressionis suæ prædicens, alium ex suis discipulis ad Hucbertum principem direxit, suum obitum nuntiare, poposcens *, ut cadaver illius deferre juberet *e*, ubi vivus promiserat.

* temporis

c

d

C

* poscens

e

piè moritur, & Frisingæ sepelitur; sed invito Deo:

47 Veniente autem jam exitûs sui die, balneum sibi præparare jussit, & ex more abluens corpus, capillos sibi tondêre fecit, caput & barbam radere: vestibus indutus, Deo sacrificium obtulit, & Viaticum propriis manibus recepit. Missarum quoque solemnitate completa, domum ingressus, post perceptionem Corporis, & Sanguinis Christi, vinum adduci sibi jussit, modicumque degustavit, nihil doloris simulans, signum Crucis Christi in capite impressit, & Deo spiritum reddidit *f*: qui à ministris in beatæ Dei Genitricis Mariæ ecclesiam traditus est sepulturæ *g*. Sed tanta mox pluvia subsecuta est, atque procella triginta diebus & noctibus, ut nec unâ horâ unquam cessavit *: ubi apertè monstrabatur, quòd ibi requiem corporis sui habere nolebat, sed in loco, ubi poposcerat vivus.

f

g

* cessârit

48 Missi verò à principe Hucberto reversi, adtulerunt mandatum, ut beatissimi Viri corpus Magias adportaretur, sicut ipse vivus disponebat; ut ibi in ecclesia sancti Valentini sepeliretur. Qui cùm tricesimo obitus sui die de humo elevabatur, tali repertus est formâ, ut vivus esse à multis putabatur *, & quasi valens dormiret. Confluebat namque ibidem magna multitudo virorum ac mulierum, quasi ad ingens spectaculum, tanti Pontificis lamentabantur abscessum. Cumque corpus ejus plaustro imposuerunt, circumdata multitudine, quædam puella, nomine Magata, non longè inde secretè cum sibi socia stabat, atque inquisivit *h*, quid de episcopo ageretur; nefandum valdè proferebat sermonem, suæ lasciviæ atque immunditiæ socium illum fuisse. Quodque ideo tam improvidè dixit, quia sociam suam deludere voluit. Cui * statim divinæ virtutis est vindicta secuta: nam femur ejus dextrum ita flectebatur, ut calcaneum ejus natitenus rigebatur *i*; quæ in sua claudicatione permansit, usquedum vixit; binis sustentabatur baculis, unius pedis utebatur gressu, tamen in luctu & pœnitentia, & jugi confessione peccatorum suorum, atque sanctæ orationis studio, vitam multis annis duxerat *k*.

* putaretur

h

* quam

i

E

k

Calidum sanguinem è naribus emittit: febricitanti sanatur:

49 Pergentibus itaque, atque deportantibus corpus episcopi, cœpit de nare ejus emanare sanguis tam calidus, ut de corpore vivo solet effluere. Quod * colligentes in vasculum fictile, deportaverunt usque ad castra *l*, ubi cum sancto corpore vigilando illa nocte mansêrunt, & vas plenum ipsius sanguinis in eodem loco effodierunt * in terram & cooperuerunt. Cùm autem venissent partibus Vallenensium *m* cum sancto corpore ejus, quidam nobilis Romanus, nomine Dominicus, Breonensium *n* plebis civis, magnis vexatus febribus ad Viri Dei corpus cùm veniisset, de meritis sancti Viri sanitatem confisus recipere posse, subter corpus ejus se submisit altero quidem latere: surrexit pristinæ sanitati restitutus tam valenter, ut in propriùm prosiliens equum, Dei omnipotentis virtutem, & beati Viri merita collaudans, domi sanus reversus est.

* quem

l

* effoderunt

m

n

rursùm sanguinem emittit: eo sepulto, templum

50 Ministri Viri Dei cùm ad castrum Magensem cum ejus corpore venerunt, ab ipsa porta urbis à custodibus Longobardorum repulsi sunt, dicentibusque, quòd nequaquam corpus Viri Dei fuisset, sed machinis fore insidias, ut urbem capere potuissent. His ita dicentibus, ecce literæ Longobardorum regis à Papia ibidem pervenerunt, qui tanti Viri corpus præcipiebant * cum summo honore recipere. Eo suscepto, vasculum aperuerunt, ut experimento inde dicerent * veritatem. Cúmque pallium super corpus ejus expansum, & sudarium, quod fuerat super caput ejus, abstulerunt, ecce iterum sanguis ex naribus Viri Dei egrediebatur calidus, qui inter tot montium spatia fuerat adportatus, & pulcritudo faciei illius talis inveniebatur coloris, ut priùs erat illo vivente. Tunc omnes una voce magnificabant Deum in Sanctis ejus, & sanctum corpus ejus in ecclesia sancti Valentini confessoris Christi, ut ipse disposuerat, sepulturæ tradiderunt.

F

* præcipiebat

* discerent

splendore ac suavi odore repletur: puer è præcipitio lapsus servatur.

51 Post sepulturam verò tertia nocte media magnæ claritatis lumine cerei ardentes reperti sunt in eadem ecclesia, ita ut diei vincerent fulgorem, & candorem nivis, magnusque ibidem & optimus secutus est odor, qui illic permansit usque ad matutinorum solemnia. Quadam verò die, dum puer parvulus in nocte ipsius Viri Dei

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

quare Majas defertur: puella blasphemans punita.

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSIS.

solemnitate * secus muros civitatis incautè cucurrit, pede lapso, in præcipitium decadebat *. Erat autem ibi tantæ altitudinis spatium, ut intuentes magnus pavor invaserat, atque ad ima montis ipsius Passeris amnis intumescerat fluctibus *o*. Quis enim aliud de ipso arbitrabatur puero, nisi mortuum esse inter saxorum scopula ingentia disruptum, & quamvis ad ima montis perveniisset, nequaquam fluvium evadere potuisse. Qui dum irent cadaver quærendo, amne super pontem transgresso, contemplabantur puerum saxo cuidam inhærentem. Qui arreptis funibus per saxorum ascendebant cavernas, usquedum jacentem ad puerum pervenerunt. Qui ob merita Viri Dei non tantùm vivus, sed etiam inlæsus repertus est *p*: quique etiam divinæ largitatis munere ipso * præerat postea episcopatui multis diebus *q*.

* solemnitatis
* decidit
o
p
* ipsi
q

ANNOTATA.

a *De Hucberto hæc habet Arno archiepiscopus Salisburgensis in Indiculo donationum:* Successor namque filius ejus, (*Theodberti eodem quo Grimoaldus patre geniti*) Huchbertus dux tradidit *&c. Consule etiam, si lubet, Commentarium num.* 79 *&* 80.

B

b *Hæc de Hucberti prole à* S. Corbiniano *baptizata intelligo. Vide dicta num.* 80 *Commentarii.*

c *Erat is Luitprandus, de quo non semel jam facta est mentio. Porrò ex iis, quæ subduntur, liquet, Majas, quæ Grimoaldo parebant, dum Sanctus Româ rediens ab hujus ministris detentus est, ut num.* 33 *vidimus, sub finem vitæ Sancti à Longobardis possessam fuisse.*

d *Id est bonorum acquisitorum in agro Majensi, scilicet Camina &c., de quibus §* 5 *Commentarii. De Majis, temploque S. Valentini consule dicta ad cap.* 4 *Vitæ, lit.* t, *& Commentarium num.* 93 *&* 94.

e *Utriusque principis assensus necessarius erat, ut Sanctus desideratam sepulturam obtineret: Hucberti quidem, ut ipsius funus è ditione sua efferri permitteret, Luitprandi autem, ut in suo Majensi castro sepeliri concederet.*

f *Circa annum* 730, *ex communiori sententia, de qua in Commentario num.* 83. *De Sancti suprema ætate & corporis statura vide ibidem num.* 84.

C

g *Noverant certè Sancti ministri, eum non Frisingæ, sed Majis apud S. Valentinum humari voluisse: Frisingæ tamen sepeliisse videntur, quia missi ad Luitprandum Grimoaldumque nuntii nondum redierant. Fortasse etiam sepulturam maturârunt, ne tam pretioso thesauro cathedralis ecclesia privaretur.*

h *Surius sic habet:* Cúmque corpus ejus plaustro imponerent, in ea hominum multitudine quædam puella, nomine Magata, non longè inde secretè cum socia stabat. Cúmque ex illa socia inquireret, quid de Episcopo ageretur, nefandum *&c.*

i *Id est contraheretur &* rigeret. *Surius hunc locum reddidit his verbis:* Nam femur ejus dextrum ita incurvatum est, ut usque ad pedes obrigesceret.

k *Surius:* Tametsi in luctu & pœnitentia . . . vitam multis duxisset annis.

l *Per* castra *intelligo locum, in quo sacrum agmen pernoctabat.*

m *Lege*, in partes Vallenensium. *Sicut autem* Vallenenses *Vallis OEni incolæ, Germanis* dit Ihnthaler, *in Tyroli, teste sæpe laudato Roschmanno in descriptione Tyrolis, ubi eos Vallenses nuncupat. In Veldidena tamen pag.* 108 *&* 109 *adducens hunc Aribonis locum, ait:* Cùm veniissent partibus Vallensium (meliùs adhuc alius apud Meichelbeckium codex, Vallenensium, hoc est Vall-OEnensium) *&c.*

D

n Breonenses, *sive* Breones *fuere prædictæ vallis OEni incolæ.*

o *Vitiosa periodus significat, puerum illum è quodam præcipitio, cujus altitudo intuentibus horrorem incuteret, & ad cujus radices fluvius Passer, qui tum intumuerat, volvebatur, decidisse; atque adeo illum aut in scopulos illisum, aut fluctibus absorptum creditum fuisse.*

p *Piè quidem biographus hanc pueri incolumitatem Sancto acceptam refert; verumtamen pro certo miraculo haberi non potest; cùm naturaliter & fortuitò fieri potuerit, ut ejusdem vestis alicui acuto scopulo inhæreret.*

q *Hunc puerum, postmodum episcopum, ipsum esse Aribonem, hujus Vitæ scriptorem, meritò censet Meichelbeckius, ut num.* 2 *Commentarii ostendimus.*

E

CAPUT VII.

Corporis reductio Frisingam prodigiis illustrata.

Aribo episcopus in synodo statuit

INterea verò dum à Longobardorum gente corpus beati Valentini confessoris Christi de eodem castro ablatum fuerat, & Tredentinam urbem deportatum, ac postea à venerando Tassilone *a* duce in Pataviam *b* civitatem cum summo evectum honore: cæpi ego Hæres *c*, licèt indignus, ipsius Frisingensis sedis episcopus cogitare, quid de tanti Patris corpore agere debuissem, qui sine honore debito, & absque sancto illic jacebat officio, & exinde debitus ei honor deferri nequiverat. Ad divinum me contuli consilium, atque cum coëpiscopis meis, & cæteris approbatis ecclesiasticis viris tractare cœperam, ut ad suam sedem, uti episcopus erat *d* ad gloriam Dei, & ad sibi debitum perduceretur honorem. Sanctorum Virorum corroboratus consilio, generaliter synodo congregato, & cogitationes, vel consilium beatorum virorum in medium protuli, quomodo sanctum corpus Viri Dei ad suum locum deduceretur *e*. Pariterque tractabamus, ne sanctus Vir nostræ curæ sublatus sine sancto officio, & nobis tantæ absentiæ *f* sine lumine remaneret. Et quòd beati Valentini corpus inde ductum fuerat, per * quem iste Vir Dei suum illuc corpus decrevit perducere.

a b c

F

d

e

f

* ob

Sancti corpus Frisingam reducere:

53 Inito namque generali consilio, triduanum jejunium decrevimus per totam diœcesim illam celebrari, psalmodiamque sine intermissione ab omnibus generaliter agere * atque Missarum celebrationes, cottidie divinam clementiam omnes unanimiter supplicare cum summa devotione & humilitate, ut per suam misericordiam alicui suam inde aliquando dignaretur Christus ostendere voluntatem. Utrùm ad pristinum locum deberet adduci, vel exspectaturus esse * deberet ultimi & magni diei resurrectionem. Et ne

* agi

* exspectare

A ne inprovidè contra divinum hoc ageretur consilium, triduano denique peracto jejunio, antequam ab invicem separemur * corporali præsentia, septem viris ex nostris divinæ largitatis gratiâ in somnis est revelatum, sicut tractavimus, ita perficere, ut ad suum locum Viri Dei corpus reduceretur. Omnesque inde nos humillimè conlaudavimus clementiam Dei, & valedicentes invicem recessimus.

* separaremur

in hunc finem Majas missi, post prodigia

54 Tunc quoque cum consilio omnium coëpiscoporum nostrorum, cæterorumque ecclesiasticorum & ipsius venerandi principis Tassilonis ad repetendum Viri Dei corpus probos atque prudentes ecclesiasticos viros cum aliis sequacibus eorum direximus. Cumque ad prædictam urbem Magensem venerunt, & orationes supplicite impleverunt, die declinato ad vesperam, inito consilio, quosdam in ecclesia demiserunt, alii verò ad percipiendam alimoniam domum ingressi sunt. Et ecce subitò in ecclesia sonus factus magnus, ita ut validi tonitrui vim superare videretur; & universam non solùm ecclesiam, sed etiam urbem commovebat. Tanta namque diei fuerat serenitas, ut nubes minimè apparere videretur: tantusque omnes, qui in ecclesia erant, timor invasit, ut nimio tremore perterriti in terram corruerunt * , & quasi exanimes facti sunt *. Ac post paullulum viribus receptis ostium ecclesiæ conati sunt egredi.

B

* corruerint
* sint

corpus incorruptum solemniter transferunt

55 Et ecce hi, qui erant in domo, obviàm illis pervenerunt, & sic omnes cum ingenti pavore ecclesiam ingressi, cum omni reverentia pernoctaverunt in vigiliis usque in crastinum. Sed quid mirum, si tali sonitu Vir Dei voluisset ostendere, suam ad revocandum corpus ejus fieri voluntatem. Manè autem facto, magna cum supplicatione accedentes & tumulum aperientes, invenerunt sancti Viri corpus tam pulcrum, & optimi coloris, ut etiam leniter dormiens putaretur. Elevatusque de eodem loco cum omni gloria & honore & feretro appositus, cum magna pedestrium virorum religiosorum adducebatur prosperitate, ut equitantes vix eos sequi potuerunt *. Amissis autem transalpinis jugibus, cùm ad portam OEni *g* fluminis cum tantis reliquiis viri religiosi pervenerunt, magna turma clericorum, & laicorum utriusque sexûs ibidem obviàm sancto Viri Dei corpore * facta est, & cum magna letaniarum laude receptus est.

* potuerint
g
* corpori

C

in via manus arida restituta, energumenus curatus:

56 Cúmque inde in quendam campum aptum quieti venerunt, ibique repausantibus quidam vir, manum habens aridam à juventutis suæ flore, accessit & subter feretrum sacri corporis se immisit, confisus in Dei misericordia & in merita Viri Dei; restituta est sanitati manus ejus, sicut altera. Eâdem quoque nocte quidam illuc veniens dæmonio arreptus, tali furore motus, ut vix à fortissimis viris potuit * contineri, qui magnis perturbatisque vocibus perstrepebat, atque clamabat inmaniter. Is dum subter feretrum corporis Viri Dei à fidelibus viris supponeretur, ita suffragante gratiâ Dei & intercessionibus sancti Viri, spiritus ab eo immundus abscessit, ut numquam ulteriùs ei ullo modo nocendi habuit * potestatem.

* posset
* habuerit

in loco sanguinis inventi sacellum exstructum
h

57 Contigit autem, ut adportato sancto corpore ventum est adeundi *h* locum, ubi jam olim, dum de Frisinga cum eodem corpore pergentes castra metati sunt, ibique collectum sanguinem ejus, ut suprà dictum est, in vase fictili tabula superposita suffodierunt *. At sanctæ crucis bajolus super ipsum vasculum ignoranter crucem affixit, inventusque est idem sanguis Viri Dei tali colore, atque decore, ut eodem die à vivente effluxisset corpore. Ibique ymniticam laudem *i* & gloriam Domino Deo nostro suppliciter omnes lætanti animo decantabant: & idem sanguis ibi cum omni honore recondebatur, & magna ibi cum festinatione ecclesia construebatur, ubi innumerabilia Dei omnipotentis clementia ad honorem, & gloriam sancti Nominis ejus operari dignatus est multorum sanitatum miraculâ *k* per intercessiones, & merita beatissimi Viri Dei.

* suffoderunt

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSI.

i

k

Corpus Frisingæ honorificè deponitur.

58 Inde autem moto sancto corpore beati Corbiniani omnis cœtus pontificum & ecclesiasticorum turba inmensa unà cum summo principe eorum Tassilone obviàm currentes, cum omni ecclesiastico dignanter obsequio, cum ymnis, & canticis spiritualibus, omnique laude ab universis & gloria in ecclesia sanctæ Mariæ, ubi primitus erat humatus, ad honorem & gloriam Christi nominis & ad totius Christianæ plebis, ejus suffragia postulantis, est honorificè exaltatus *l*. Pro cujus meritis & precibus magnas ibi virtutes divina virtus cottidie operari dignatur *m*, & multis verè in Deum credentibus & fideliter petentibus opem confert, præstante & miserante Domino Jesu Christo, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto vivit & regnat Deus per omnia sæcula sæculorum, Amen.

l

E

m

ANNOTATA.

a *Fuit is Tassilo II, qui ab anno 748 Boiovariæ ducatum tenuit usque ad 788, quo à Carolo Magno exauctoratus & in monachum attonsus est. Quo autem tempore S. Valentini corpus Majis Tridentum, & Tridento Pataviam translatum fuerit, non constat. Breviarium Patavienſe primam translationem ad annum 723, secundam ad annum circitèr 777 refert: at utrumque falsum est; ut num. 87 in Commentario monuimus. Posteriorem certè non post annum 769 contigisse, liquet ex iis, quæ eodem § de tempore translationis* S. Corbiniani *adduximus.*

b Patavia, *indigenis* Passaw, *urbs est episcopalis sub archiepiscopo Salisburgensi, in inferiori Bavaria sita, ubi OEnus in Danubium confluit.*

F

c *De variis Aribonis nominibus & munitis actum est in Commentario num. 1 & 2. Fuit autem Aribo quartus Frisingensium episcopus, post* S. Corbinianum, *Erimbertum & Josephum anno 764 ad eam cathedram evectus, in qua usque ad annum 784 sedit.*

d *Lege*, ubi episcopus fuerat.

e *Insulsa periodus apud Surium in hunc modum correcta est:* Sanctorum autem virorum corroboratus consilio, generali synodo congregata, cogitationes vel consilium beatorum virorum in medium protuli, visum illis esse, ut sanctum corpus Viri Dei ad suum locum reduceretur.

f *Surius:* Et nobis ob tantam absentiam.

g *Id est, ad locum, ex quo OEnus trajiciendus erat.*

h *Lege:* Ventum esset ad eumdem.

i *Id est* hymnos.

k *De sacello hoc, miraculisque ibidem patratis nihil usquam alibi reperi. Dum verò ait:* Magna ibi cum festinatione ecclesia construebatur, *id ita intelligendum puto, ut sensus sit,*

mox

A. ARIBONE EPISC. FRISINGENSIS.

mox ſacelli initia deſignata fuiſſe, mandatumque, ut quàm primum perficeretur.

l *Annum, quo hæc tranſlatio facta eſt, utcumque ſtatuimus in Commentario, num.* 92.

m *Miracula illa ad me non pervenerunt.*

D

DE S. UGONE EPISCOPO CONF.

VOLATERRIS IN TUSCIA

J. L.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Elogium ex Raphaële Volaterrano; edenda vita & cultus: exhibetur diploma Frederici I imperatoris Sancto injuriosum.

ANNO MCLXXXIV. *Sanctum martyrologis vix notum celebrant Raphaël Volaterranus*

B

Volaterranæ ſatis notæ in Tuſcia urbis epiſcopus S. Ugo *ſtatim à morte ſua miraculis inclareſcere cœpit, cultuque publico honorari, qui etiam nunc perſeverat: ejus tamen memoriam à nullis invenio martyrologis celebratam, præterquam à Ferrario, qui in Catalogo generali Sanctorum noſtrum Præſulem ſub* Hugolini *nomine, quo nemo alius, quòd ſciam, auctor ipſum appellavit, breviter hoc die ita annuntiat:* Volaterris in Tuſcia B. Hugolini epiſcopi. *In Notis citat Raphaëlis Maffæi, qui à patria ſua Volaterranus agnominari ſolet, Commentarios Urbanos, in quorum editione Baſileenſi lib. 5 pag. 52 hæ de* S. Ugone *laudes prædicantur:* Ornavit autem eam cathedram poſt Juſtum (*quem tamen Papebrochius tom. 1 Junii pag. 438 epiſcopum Volaterranum fuiſſe non admittit*) Ugo præſul ſanctiſſimus. Hic ex Agnani vicini caſtri nobili Saladinorum familia, quum Volaterranus ſimul & Paduanus eſſet canonicus, ob vitæ modeſtiam ac juris Pontificii ſcientiam promotus, varios labores & ærumnas ab infeſtis civibus ob eccleſiæ libertatem, & res conſervandas eſt paſſus; quæ omnia patientiâ ſuperando ad ſenectutem ſine querela pervenit. Deceſſit anno MCCCCLXXXIII. Inhumatus diebus X, à populoque adoratus ob viſa ex eo prodigia, deinde conditus in ejus urbis baſilica fuit. *Graviſſimus error chronologicus in* S. Ugonis *emortuali* anno MCCCCLXXXIII *typothetæ imputandus eſt, non ipſi Raphaëli Volaterrano; cui tamen non aſſentior, ſi Sanctum è vivis exceſſiſſe ſcripſerit* anno MCLXXXIII: *nam vetus monumentum, quod poſt Commentarium prævium cap.* 3 *num.* 13 *exhibebitur, quodque Sanctum* MILLESIMO CENTESIMO OCTUAGESIMO QUARTO SALUTIS ANNO AB INCARNATIONE DNI NOSTRI JESU CHRISTI, DIE VERO VIII SEPTEMBRIS, *obiiſſe teſtatur, majoris apud me eſt auctoritatis.*

C

& alii ſcriptores: vita & gloria poſthuma

2 *Annotavit etiam laudatus Ferrarius, in Italico Silvani Razzii Opere de Sanctis ac Beatis Hetruriæ vitam noſtri Præſulis enarrari. Operis iſtius, quod præ manibus eſt, pars prima ſecundæ, pars verò ſecunda ſeu Supplementum primæ eſt editionis Florentinæ. In utraque parte ſancti Epiſcopi Vitam fruſtra quæſivi. In prima tamen Actis S. Galgani eremitæ nonnulla de* S. Ugone *à pag.* 229 *inſeruntur; quæ etiam apud Lombardellum lego & alios recentiores, qui de eodem ſancto eremita ſcripſerunt. De illis ſermo redibit in obſervationibus ad relationem de Sancti noſtri geſtis & gloria poſthuma, inferiùs dandam ex ampliſſimo Commentario Ms., in quem Volaterrani, ſæpe à majoribus noſtris commendati & ceteris urbibus ad imitandum propoſiti, ſacrarum reliquiarum, quas venerantur,* E *recognitionem, ſub finem anni* 1647 *& initium ſequentis factam, aliaſque de Sanctis ſuis notitias, quas ad Operis noſtri inſtitutum pertinere arbitrabantur, per tabellionem publicum retulerunt. Nihil etiam eorum hîc commemoro, quæ Æmilius Feius in Memoriis Volaterranis Mss., ineunte ſeculo* XVII *collectis, Scipio Ammiratus ſenior in Serie antiſtitum Volaterranorum, Florentiæ anno* 1637 *cum Additamentis Scipionis Ammirati junioris excuſa, &, ut ceteros ſileam, Ughellus in Italia ſacra prioris editionis tom.* 1 *col.* * 352 *& ſeq. de* S. Ugonis *vita & cultu tradunt: Illa enim ejuſdem Commentarii Ms. pars edenda complectitur, ſi pauca excipias, quæ opportunè in ſubjiciendis notationibus referri & expendi poterunt.*

edenda ex Ms. Volaterrano authentico.

3 *Initium laudati Commentarii vulgavit Papebrochius tom.* 1 *Junii pag.* 447. *Inveniet ibi lector, Volaterranos famâ Operis noſtri excitatos decreviſſe, ut Sanctorum, ſeu civium ſeu advenarum, memoriæ colligerentur & reliquiæ viſitarentur, publicoque conſignarentur inſtrumento, Antverpiam ad P. Bollandum tranſmittendo; dein totius cleri nomine* XVIII *Decembris anni* 1646 *ad eam rem delectos fuiſſe duos eccleſiæ cathedralis canonicos Franciſcum Brocardum & Alexandrum Riccobaldum Bava, nomine autem populi* XII *Junii anno* 1647 *Raphaëlem Maffæum & Curtium Inghiramium; illuſtriſſimum verò Nicolaum Sacchettum ab illis rogatum, ut tam pio operi præſideret, ſuo in ſpiritualibus provicario generali Frederico Ghetto commiſiſſe, ut ordinaria auctoritate ei aſſiſteret; denique notarium publicum, qui faciendam reliquiarum recognitionem aliaque agenda litteris exciperet, adſcitum fuiſſe Franciſcum Contium. Prolixi Commentarii ſeu inſtrumenti à notario iſto confecti exemplar, quod in muſeo noſtro aſſervatur, non quidem autographum, authenticum tamen eſt: firmatur enim ſolemni ſubſcriptione ejuſdem notarii, fidem ei facientibus Prioribus populi Volaterrani die* XIII *Maii anno* 1648 *per ſuum cancellarium Thomam Franciſci de Broziis, cujus teſtationi propria manu ſcriptæ ſigillum civitatis in cera viridi cernitur appreſſum.*

F

Frederici I imperatoris diploma

4 *Dum attentiùs ſingula conſidero, quæ infrà in Commentario Ms. Volaterrano* S. Ugo*tum*

A *tum archipresbyter tum episcopus egisse narratur, præcipuè mihi laudandus videtur à constanti fortitudine ac studio, quibus jura & bona capituli atque episcopatûs conservare ac defendere conatus fuit; verùm dum Frederici I imperatoris diploma antistiti Ildebrando proximo illius successori anno* 1185 *concessum perlego, in duram necessitatem me video conjectum, vel ut Sanctum bona Ecclesiæ suæ dissipâsse, iisque virtutibus destitutum fuisse concedam, quæ ipsum in recta eorum administratione continuissent, vel ut eum obtrectatorem esse fatear, qui diplomatis auctor fuit. Citat illud Æmilius Feius: idem integrum producunt Ammiratus junior, Ughellus & Orlendius in Orbe sacro & profano part.* 2 *lib.* 3, *à pag.* 1056, *præsulum Volaterranorum Catalogis, ubi de Ildebrando agitur, insertum: sed famam* S. Ugonis, *quæ in eo proscinditur, auctores illi minimè resarciunt, cùm ne verbo quidem indicent, an jure vel injuriâ sanctus Episcopus bonorum ecclesiasticorum perditor traducatur. Neque ab ullo alio diplomatis illius refutationem tentatam fuisse novi. Derelictam Sancti causam defendendam suscipio: sed*

B *antequam rem aggrèdior; diploma ipsum exhibeo, prout exstat apud Orlendium citatum, omissurus tamen posteriorem ejus partem unà cum subjectis testimoniis, è quibus constat, apographum ejusdem exemplar, quod edidit Orlendius, cum ipso autographo concordare.*

5 Federicus Dei gratiâ Romanorum imperator & semper augustus. Inter varia imperatoriæ majestatis vota & opera officium imperialis excellentiæ à Deo nobis creditum postulat & requirit, ut, cùm unicuique fidelium nostrorum, quod suum est, debeamus observare, ecclesiis quidem & ecclesiasticis personis intendere tenemur *, quarum observantiam * nobis commissa est, ad earum prosperitatem & salutem; quatenus dum per solertiam exteriorem viscera pietatis & opem justitiæ clementer eis aperimus, suffragiis & orationibus earum vitam obtinere valeamus æternam juxta illud Dominicum: Eleemosina extinguit peccatum & charitas operit multitudinem peccatorum. Eapropter cognoscat tam præsens ætas fidelium imperii quàm successura posteritas, quòd nos attendentes antiquam

C honestatem & metam libertatem nostræ Vulterranensis ecclesiæ, & animum libenter inclinantes ad sedulas preces dilecti ac fidelis principis nostri Hildebrandini * Pannocchii ejusdem ecclesiæ episcopi, cujus utique devotio plurimùm nobis accepta est & honestas ejus suis commendata meritis; æquum duximus atque necessarium, ut insolentiis & damnis, quæ præscripta ecclesia tum ex ignavia, tum ex prodigalitate, tum etiam ex imprudentia prælatorum suorum substinuit, maturiùs occurramus, ne, si torpore diuturno negligenter senuerint, in oblivionem fortè deveniant, & injuria in res sacras grassantium transeat in aliquem quasi justæ possessionis usum.

6 Habito igitur sapienterque deliberato principum & curiæ nostræ judicum consilio, omnes obpignorationes, beneficia, transmutationes & alias quascumque alienationes, quæ à prædecessoribus prædicti episcopi, & specialiter ab Hugone episcopo proximo prædecessore suo, & à canonaco * sive canonicis ejusdem ecclesiæ aliquo tempore factæ sunt de bonis Vulterranæ ecclesiæ, cassamus & imperiali auctoritate omnino in irritum revocamus, & ut liberè absque omni

proponitur S. Ugonis successori Ildebrando

* *fortè* teneamur.

* *l.* observantia

anno 1185 *concessum,*

* *l.* canonico *vel, ut est apud Ughellum,*

contradictione ad sæpe dictam ecclesiam & episcopatum revertantur, censemus ac districtè præcipimus, nisi evidenti ratione probari possint & oculata fide declarari ad utilitatem ipsius ecclesiæ ea in suum rationabilem contractum accessisse. Ad augmentum quoque nostræ imperialis solertiæ ipsi episcopo plenam damus potestatem & autenticam auctoritatem concedimus confidenter intrandi & possidendi quæcumque alienata, sive concessa, vel infeodata, seu nomine tenimenti collata tam in castris quàm villis aliisque quibuscumque rebus, & eorum possessionem atque usum liberè habendi & pro suæ voluntatis arbitrio salubriter disponendi sine læsione sui juris & Vulterranæ ecclesiæ. Ut autem hoc nostræ majestatis edictum ratum consistat *&c.* Datum apud Cremam in relevatione ipsius anno Dominicæ Incarnationis millesimo centesimo octuagesimo quinto, Indictione quinta, sexto decimo Kal. Junii.

AUCTORE J. L. canonicâ, *id est*, canonicorum collegio.

7 *In Orlendii editione; quâ usus sum, Indictio* quinta *vitiosè notatur pro* tertia, *quæ apud Ammiratum Juniorem & Ughellum exprimitur & ceteris notis chronicis respondet, videlicet diei* XVII *Maii anni* 1185. *Per voces* in relevatione ipsius *urbis Cremensis restaurationem intellige: nam Cremam eodem anno* 1185 *à Frederico I imperatore readificatam fuisse testatur Sicardus episcopus Cremonensis & chronographus synchronus apud Muratorium tom.* VII *Scriptorum rerum Italicarum col.* 603. *In* S. Ugonis *& successoris ejus Ildebrandi nominibus scribendis hactenus secutus sum & deinceps sequar auctores ceteros, litteram aspirantem supprimentes, à qua in solo ferè allato diplomate ista nomina inchoantur. Illud Ildebrando antistiti Volaterrano concessit Fredericus, ut occurreret* insolentiis & damnis, quæ præscripta ecclesia tum ex ignavia, tum ex prodigalitate, tum etiam ex imprudentia prælatorum suorum substinuit. *Hac criminatione imperator nostrum* S. Ugonem *potissimùm impetit; ipsum enim ex episcopis Volaterranis, qui ecclesiæ suæ damna intulerunt, unicè nominat, & bona ab eodem alienata specialiter restitui jubet, plenam dans Ildebrando potestatem eorum possessionem adeundi.* Omnes, *inquit*, obpignorationes, beneficia, transmutationes & alias quascumque alienationes, quæ à prædecessoribus prædicti episcopi, & specialiter ab Hugone episcopo proximo prædecessore ... aliquo tempore factæ sunt de bonis Vulterranæ ecclesiæ, cassamus *&c.* *Itaque imperator non modò episcopatûs Volaterrani utiliter administrati laudem* S. Ugoni *apertè detrahit, verùm etiam non obscurè innuit, ipsum gravioribus quàm alios damnis ecclesiam istam affecisse, idque* ex ignavia, *vel* ex prodigalitate, *vel* ex imprudentia.

quod illum bona ecclesiastica perperam alienâsse indicat.

§ II. Memoratum diploma refutatur.

Probatur; neque S. Ugonis ignaviæ

F *Frederici I diploma, quod Ildebrandi decessores & nominatim* S. Ugonem *bona episcopalia perperam alienâsse seu dissipâsse arguit, in omnes confusim ignaviam, prodigentiam, imprudentiamque ita conjicit, ut fateri quidem cogar, aliquod ex tribus istis vitiis sancto nostro Præsuli imponi, sed discernere nequeam, quodnam*

AUCTORE J. L.

nàm illud sit. Suspicor tamen, diplomatis auctorem ignaviam & prodigentiam in rebus ecclesiasticis alienandis potiùs aliis episcopis, quàm Sancto nostro exprobrare voluisse; cùm certum sit, ipsum ab utroque vitio fuisse alienissimum. Quàm strenuè capituli Volaterrani jus in argenti fodinis Monterientibus contra Senenses & eorum præsulem Raynerium necnon contra suum episcopum Galganum S. Ugo, *cùm archipresbyter esset, propugnârit, hîc non expono, lectorem remittens ad vitam ejus ex Ms. Volaterrano edendam cap. 1 num. 4. Accipe nonnulla, quæ ad episcopatum promotus ibidem à numero 5 dedisse legitur specimina fortitudinis ac curæ, quibus ecclesiæ suæ jura ac bona custodire ac defendere sategit.* Ildebrandum & Suffredum canonicos, quorum nimia in civitate erat potentia, & à quibus orta erat seditio, jus suæque ecclesiæ libertatem servaturus gravissimè punivit. Vulterrè insuper consulibus, se ab episcopali obedientia subtrahere volentibus & in vectigalium *castri* Gabbreti exactione servare jus obstinatè perseverantibus, validissimè obstitit. *Dein* S. Ugonis *proponitur constantia, quâ inter schismaticos & Alexandro III legitimo Pontifici sibique rebelles cives Volaterranos Sedi Apostolicæ adhæsit. Mox subjungitur.* Quæ supradicta in monumentis illius temporis in sacculo signato ✠ notata vidimus.

B

neque prodigentiæ,

9 Pancis interjectis, ita pergitur cap. 2: Alexander tertius amplissima privilegia concessit contra recusantes decimas & reditus feudales illi solvere... A Geminianensibus & à viris sancti Quirici sua humanitate ea vectigalia exegit, quæ episcopis prædefunctis pendere detrectârunt. Feghinam & Gambassium oppida, à Feghinensibus tradita dominis, in episcopale jus & potestatem redegit. Quarum rerum notitiam instrumenta episcopalis archivii originalia, à me lecta, liquido manifestant. *His addo Raphaëlis Volaterrani de Sancto testimonium:* Varios labores & æstumnas ab infestis civibus ob ecclesiæ libertatem & res conservandas est passus; quæ omnia patientiâ superando ad senectutem sine querela pervenit. *Pluribus non opus est, ut* S. Ugonem *ignave vel prodigè episcopatum gessisse perneges, tum quia imperatoris diploma nonnisi obscure & dubie Sanctum alterutrius vitii insimulat, tum quia, licèt aperte hoc fecisset, standum non esset illius auctoritate; cùm hanc sufficienter elidant instrumenta synchrona & certa, è quibus extracta sunt Sancti gesta, quæ statim retuli, atque ipsum juris & rei ecclesiasticæ tenacem fortemque administratorem fuisse probant.*

C

neque etiam imprudentiæ,

10 *Interim non inficior, ecclesiam Volaterranam sub* S. Ugonis *regimine non levem rerum suarum jacturam fecisse. Probe etiam novi, vel ipsum Sancti fortitudinem & constans eas conservandi studium jacturæ istius causam esse potuisse, si virtutes illas omnium moderatrix prudentia non direxerit. Diffiteri insuper non possum, sanctam Præsulem in Frederici I diplomate incusari, quòd ecclesia suæ, si non ex vecordia aut prodigentiâ, saltem ex imprudentia grave damnum attulerit. Sed an per imprudentiam, quæ ibi objectatur, vitium seu veræ prudentiæ defectus intelligi debet? Id nunc inquirendum. Sub Alexandro PP. III & Frederico I imperatore teterrimum schisma Ecclesiam divisit, innumerasque in Italiam invexit calamitates. Præcipuus schismatis, anno 1159 in Victore IV antipapa exorti & in successoribus ejus Paschali III & Callisto III usque ad annum 1177 continuati, auctor fautorque fuit Fredericus; qui quàm impiè atque insolenter potentiâ suâ fuerit abusus ad Ecclesiam in suo legitimo Capite Alexandro III, obedientibusque ei episcopis & Italiæ populis impugnandam, obvii docent scriptores; è quibus in rem nostram solùm memorâsse juvabit, præsules veri Pontificis defensores imperatoris sententiâ non tantùm imprudentes fuisse, sed & schismaticos, quòd pseudo-pontificem, quem ille legitimum Christi Vicarium mentiebatur, non revererentur, imò & perduelles, quòd contra cæsaream majestatem hostilibus Alexandri partibus adhærerent: atque ideo illos etiam variis vexavit modis &, quos potuit, è cathedris suis deturbandos curavit, aliis verè schismaticis in eorum locum subrogatis. Sic in Tuscia Zenobium in Florentinam, Benincasam de Benincasis in Pisanam, & Cunitum in Lucensem sedem, legitimis episcopis dejectis, Frederici operâ vel auctoritate intrusos fuisse lego.*

D

quæ veræ prudentiæ

11 *Ecclesiæ Catholicæ unitati restitutus fuit imperator anno 1177. Schismaticus tunc quidem, sed non Sedi Apostolicæ infestus esse desiit, ipsius jura infringere, bona occupare vel antè occupata retinere pergens; quemadmodum liquet ex Annalibus ecclesiasticis Baronii ad eumdem annum 1177 à num. 89 & ad annum 1186 à num. 3, item ex Sigonii historia de regno Italiæ lib. 14 ad annum 1178, & lib. 15 ad 1184. Pergebant etiam tempore diuturni schismatis enata & in Italiæ perniciem confirmata factiones, quarum altera Pontifici, altera imperatori studebat, mutuis flagrare odiis, in bella & cades sæpe erumpentibus. Quàm memori verò mente retineret imperator, quæ pars Alexandro & Ecclesiæ addicta adversus ipsum aliquando egisset, luculento mihi argumento sunt pleraque in Tuscia civitates. Offensus illis Fredericus post concilium Veronense, anno 1184 declinante habitum, in quo dissidia inter ipsum & Pontificem recruduerant, in apertam exarsit ultionem.* In Etruriam, *inquit laudatus Sigonius ad annum 1185*, per mensem Julium transgressus, omnibus civitatibus, præter Pisas & Pistorium, quia superiore bello cum Ecclesia senserant, totius agri jurisdictionem ademit, atque ibi legatos suos ad jus dicendum præposuit. *Hæc Sigonium contraxisse credo ex cap. 82 Historiæ Florentinæ à Ricordano Malespino, seculi* XIII *auctore, Italicè conscriptæ; ex qua sequentia Latinè reddita subjungo:* Tam insolenter egit *imperator* cum Tusciæ civitatibus, quia non steterant ab eius partibus; ita ut, quamvis cum Ecclesia fuisset reconciliatus & in dicti Pontificis *Alexandri* gratiam rediisset, quemadmodum antè memini, non cessârit pravam suam voluntatem exsequi contra illos, qui Ecclesiæ obediverant. *Jam verò cum Fredericus* XVI *Calendas Junii anni* 1185, *id est, illo ipso tempore, quando recèns exulcèratum & offensorem in Sedem Apostolicam animum gerebat, & civitates Tusciæ, quæ tempore schismatis Alexandro Pontifici faverant, ulturus ibat, dictum diploma Ildebrando concesserit; minimè profectò mirum est, si imprudentem appellârit* S. Ugonem, *qui prioribus episcopatûs sui annis, seu ab anno 1173 vel 1174 usque ad 1177, adversus Volaterranos schisma & factionem Frederici profitentes pro Ecclesia ejusque*

E

F

A *ejuſque Capite firmum ſe murum oppoſuit, & ad mortem uſque ſeu annum* 1184 *Pontificiis partibus devotiſſimus permanſit.*

12 *Verùm, inquies, non tam imperator,* opponitur, *quàm* S. Ugonis *ſucceſſor Ildebrandus imprudentiam objeciſſe cenſendus eſt: hic enim diplomatis, quod ab illo petiit & impetravit, materiem procul dubio ſuggeſſit. Ut argumentum, quod inde aſſumi poteſt, præveniam, rationes ſubjicio, cur minimè etiam mirum videri debeat, ſi Ildebrandus ſanctum noſtrum Præſulem imprudentiæ reprehenderit, quæ ipſi nec vitio nec culpæ danda eſt. Apud Ammiratum juniorem, Ughellum & Orlendium num.* 4 *citatum varia exſtant diplomata vel integrè edita vel in quamdam ſynopſim contracta, quæ Ildebrandus intra quinque priores epiſcopatûs ſui annos tum à Frederico I imperatore & filio ejus Henrico VI Romanorum rege, tum à ſummis Pontificibus obtinuit. Cùm illa perlegerem & ad profuſam imperatoris & filii Henrici erga Ildebrandum liberalitatem animum adverterem; ſequentes mihi inciderunt cogitationes, quibus me veritatem*

B *ipſam aſſecutum credo. Suſcepto epiſcopatu, in eam non modò curam incubuit Ildebrandus, ut alienata bona eccleſiaſtica recuperaret, verùm etiam ut ipſe & ſucceſſores majoribus florerent opibus, ampliorem juriſdictionem exercerent & graviori pollerent auctoritate. Quia verò ad ea conſequenda neceſſaria erat imperatoris benevolentia; hinc prudentiæ politicæ eſſe putavit, illam ſibi conciliare vel antè conciliatam fovere. Ex conſilio iſto omnia ipſi provenerunt, quæ animo deſtinârat. Plenam accepit poteſtatem res eccleſiæ Volaterranæ quoquo modo cum ipſius damno alienatas occupandi, inſignitus fuit titulo principis Romani imperii, auctus ſeculari, ut loquimur, dominatu in urbe & territorio Volaterrano, donatus jure cudendi monetam, ut verbo abſolvam, tot tantiſque à Frederico & filio Henrico cumulatus beneficiis, ut dubitem, an ullus in Italia epiſcopus effuſiorem erga ſe eorum munificentiam fuerit expertus. At ſi Ildebrandus prudentiam eſſe putârit, illos ſibi amicos & benevolos habere, ut propoſitum ſibi finem obtineret; mirum ſane non eſt, ſi* S. Ugonis *imprudentiæ adſcripſerit damna, quæ ſub ipſius regimine paſſa fuit eccleſia Volaterrana, cùm omnium cauſa vel occaſio fuerit conſtans firmitas, quâ tempore ſchiſmatis contra Fredericum ejuſque ſequaces pro vero Pontifice ſtetit, quæque Ildebrando facilè videri potuit exceſſiſſe limites, quos prudentia præſcribit.*

C 13 *Secundum narrationem Sigonii, Ricordani Maleſpini auctoritate ſubnixam & ſuprà num.* XI *allatam, Volaterræ iis Tuſciæ civitatibus accenſendæ ſunt, quæ imperatori, priuſquam ſchiſma anno* 1177 *abjuraret, fuerant adverſatæ: atque ideo negare nolim, ſub epiſcopo* S. Ugone, *qui anno* 1173 *vel ſequente ſedere cœpit, factionem legitimo Pontifici deditam illic ſuperiorem fuiſſe; licèt in edenda Sancti Vita cap.* 1 *num.* 6 *contrarium potiùs hiſce verbis innui videatur:* Vulterrani Friderici imperatoris potentiæ adhærentes â veri Pontificis obedientia receſſerunt; quorum plurimi Ghibellinas (*Vide obſervationem de hac voce ſuo loco dandam*) ſecuti partes Papiam legatos ad imperatorem, ſtudium, favorem cum militum copiis offerentes, miſerunt. Cùm ipſi perſeverarent in conſilio, ... Ugo tamen animi devotionem in verum Pontificem conſervavit; quæ ſu-

damna, ſub illius epiſcopatu

pradicta in monumentis illius temporis in ſaccu- AUCTORE
lo ſignato ✠ notata vidimus. *Si hinc tutò infer-* J. L.
ri nequeat, ſchiſmaticas Frederici partes ſub S. Ugone *Volaterris prævaluiſſe; id ſaltem mihi concedi debet, illas ibi tunc admodum potentes fuiſſe. Nunc ego quæro, quinam fuerint infeſti illi cives, à quibus ſanctus Præſul* varios labores & ærumnas, *teſte Raphaële Volaterrano*, ob Eccleſiæ libertatem & res conſervandas eſt paſſus? *Nonne illi, qui per legatos favorem ſuum auxiliumque Frederico addixerant, vel ſaltem partium ejus ſectatores erant? Mihi certè veriſimillimum apparet, ipſos imperatoris, qui erga fautores adjutoreſque ſuos gratum atque indulgentem ſe præſtare ſolebat, patrocinio animatos vel auctoritate ſuffultos eò inſolentiæ proceſſiſſe, ut epiſcopum ſuum* S. Ugonem *ob ſuſceptam Sedis Apoſtolicæ defenſionem indignis vexârint modis, multumque juris ac rei eccleſiaſticæ eidem ſacrilegè ſubtraxerint. Cùm æmulatio, quâ alii Alexandri, alii imperatoris partes tuebantur, omnium pene inteſtinarum ſeditionum origo fuerit, quibus multæ in Italia urbes calamitoſo illo tempore laborabant; Pontifici rebelles fuiſſe credo auctores ſeditionis, Volaterris, dum ſchiſma ibi fervebat, contra* S. Ugonem *excitatæ; quæ infrà cap.* 1 *num.* 5 *paucis ita perſtringitur:* Ildebrandum & Suffredum canonicos, quorum nimia in civitate erat potentia & à quibus orta erat ſeditio, jus ſuæque eccleſiæ libertatem ſervaturus graviſſimè punivit. *Contigit etiam tempore ſchiſmatis, quod proximè ſequitur:* Vulterræ inſuper conſulibus, ſe ab epiſcopali obedientia ſubtrahere volentibus & in vectigalium *caſtri* Gabbreti exactione ſervare jus obſtinatè perſeverantibus, validiſſimè, *ſed fortè fruſtra*, obſtitit.

14 *Neque quis ſibi perſuadeat,* S. Ugonem, *cùm imperator Eccleſiæ anno* 1177 *reconciliatus eſſet, facilè recuperare potuiſſe jura ac bona, quæ anteà ab epiſcopatu avulſa fuerant, vel tranquillè adminiſtrare, quæ etiamnum poſſidebat: nam uti alibi in Italia, ita etiam Volaterris factioni Frederico addictæ non minùs graves tunc erant ſimultates cum altera, quæ Pontifici adhæſerat & adhærere pergebat. Audi Sigonium in hiſtoria ſuperiùs laudatæ libro* 15 *ad annum* 1184 *ita loquentem:* Italici verò po- F
puli, partes Eccleſiæ imperiique per belli tempus aſſerere conſueti, eoſdem etiam pacatis rebus animos inter ſe retinebant, ita ut quaſi alter alterius temporibus inhiaret, vicinos ſibi quiſque populos ſacramento ad ſui conſervationem, alterius verò perniciem obligaret. Neque verò ſolùm provinciæ hac peſte erant infectæ, ſed ſingulæ civitates ejuſmodi adhuc odiis, familiis eo nomine inter ſe diſſidentibus, laborabant. *Hic addo, variarum urbium incolas armis inter ſe civilibus decertâſſe, victoſque à victoribus fortunis ſuis ſpoliatos & exſulare coactos fuiſſe. Inde colligere licet, quæ fuerit rerum facies in urbe Volaterranâ, contrariis ſtudiis in duas ſciſſa partes, quámque veriſimile ſit, eam, quæ Pontifici &* S. Ugoni *adverſabatur, quæque ibi plurimùm valebat & fortè etiam prævalebat, quemadmodum tempore ſchiſmatis in ſanctum Præſulem reſque ejus juriſdictioni ſubjectas inſurrexerat, ita idem etiam auſum fuiſſe poſt ſchiſma. Certè quæ ſub* S. Ugone *epiſcopatui Volaterrano erepta fuerant, nondum reſtituta erant, cùm illi mortuo ſuccederet gratioſiſſimus imperatori Ildebrandus; ad cujus ipſe preces*

eccleſiæ Volaterranæ illata,

AUCTORE J. L.

per diploma anni 1185 *tandem occurrit* insolentiis & damnis, *ecclesiæ Volaterranæ illatis*, ne, si torpore diuturno negligenter senuerint, in oblivionem fortè deveniant, & injuria in res sacras grassantium transeat in aliquem, quasi justæ possessionis usum.

esse imputanda.

15 *Jam dictis opponi potest, non modò* S. Ugone *invita & resistente, sed etiam volente & sciente, gravia ecclesiam Volaterranam damna tulisse; id enim manifestè indicant, quæ in diplomate sequuntur:* Omnes obpignorationes, beneficia, transmutationes & alias quascumque alienationes, quæ à prædecessoribus prædicti episcopi *Ildebrandi*, & specialiter ab Hugone, proximo prædecessore . . . aliquo tempore factæ sunt de bonis Vulterranæ ecclesiæ, cassamus & imperiali auctoritate omnino in irritum revocamus, & ut liberè absque omni contradictione ad sæpe dictam ecclesiam & episcopatum revertantur, censemus & districtè præcipimus. *Ad hæc repono, ab imperatore absolutè non præcipi bonorum per contractum aliquem alienatorum restitutionem; additur enim:* Nisi evidenti ratione probari possint & oculata fide declarari, ad

B utilitatem ipsius ecclesiæ ea in suum rationabilem contractum accessisse: *præterea non sanctum Præsulem, quòd bona aliqua oppignerârit, permutârit vel aliis modis sine utilitate vel etiam cum ecclesiæ suæ damno alienârit, sed difficillima & episcopis præsertim Sedis Apostolicæ propugnatoribus iniquissima tempora culpanda esse, quæ ipsum ad ejusmodi alienationes faciendas adegerint, sive ut dignitatem suam tueretur, sive ut graviora mala averteret, sive aliis legitimis de causis. Atque ita sentiendum est de sancto Episcopo, nisi obsit alter diplomatis locus, Ildebrandi decessores accusans, quòd* tum ex ignavia, tum ex prodigalitate, tum etiam ex imprudentia *ecclesiæ suæ pernicioſi fuerint. At ut* S. Ugonem *quidquam in ejus detrimentum vel ignavè permisisse vel prodigè fecisse neges, sufficere debent, quæ initio hujus paragraphi attuli. Ex iis, quæ à num.* 10 *disserui, satis etiam intelligitur, admittendum non esse, Sanctum in bonorum episcopalium administratione a veræ prudentiæ regula discessisse, licet ad ipsum referenda sit imprudentia, quam in famoso diplomate objicit imperator, sive, si ita malis, Ildebrandus episcopus. Quo maturiùs supra dicta lector expenderit, eo verisimiliùs ipsi apparebit, neutrius judicio* S. Ugonis *facta esse dimetienda, objectamque ipsi imprudentiam non esse vitium, imò potius veram prudentiam, quæ sancto Episcopo dictabat, viriliter pro Ecclesia ejusque legitimo Capite standum esse adversus imperatorem & cives Volaterranos, majori aut saltem magna ex parte schismaticos, damnaque & incommoda inde oriri nata potiùs permittere, quàm suo officio deesse.* Prudentis fortitudinis *laudem ipsi adscribit Æmilius Feins; atque in Ms. Volaterrano cap.* 2 *num.* 8, prudentiæ lumine rarus, virtutisque vallo munitus, vitam puram ac sanctam *peregisse dicitur: quod etiam Deus post ipsius obitum variis miraculis declaravit, ut infrà videbitur.*

D

VITA
ET CULTUS
Ex authentico instrumento Volaterrano Ms.
CAPUT I.
Visitatio reliquiarum in sacrario ecclesiæ cathedralis Volaterranæ asservatarum; imago argentea, in qua caput S. Ugonis; vitæ pars prior.

E

Reliquiis nonnullis in ecclesiæ cathedralis

a

DIe verò XII Decembris MDCXLVII, præsente suprascripto domino provicario *a* ac D. Ludovico de Minuccis, D. Horatio de Maffeis, & me notario infrascripto & aliis in majoris ecclesiæ sacrario, cùm unà afforent, convenientes, oraverunt D. Bonamicum de Bonamicis, ejusdem ecclesiæ Vulterranæ archipresbyterum, ac D. Bartholomæum Bibbonium canonicum, necnon D. Alexandrum de Feis militum ducem, ac D. Julium de Maffeis, omnes Vulterræ patricios & ad præsens electi sacrarii conservatores; ut insigniores reliquias, quæ sub eorum custodia servabantur, agnoscendas & describendas ostenderent. Ideo pii admodùm prædicti conservatores tam religiosæ annuentes petitioni, presbyterum Paulum de Cortinovis, alterum è sacristis, reliquiarum tabernaculum aperire jusserunt.

sacrario recognitis, exponitur imago argentea, cui inclusum caput S. Ugonis.

F

2 Est tabernaculum altaris instar, medio in sacrario positum, asseribus confectum nuceis, simulacris affabrè incisum inauratis, seris repagulatum duabus, quæ duabus discordibus tamen clavibus recluduntur; quarum altera apud dominum Bartholomæum uti conservatorem ecclesiasticum, altera apud D. Alexandrum uti conservatorem laicum asservantur. Quo iisdem omnibus conservatoribus præsentibus adaperto, cereis tacibus accensis, cùm sacrista fericeum coccinei coloris velarium demisisset, caput sancti Victoris martyris argento inclusum exposuit *b*... Postea presbyter Michaël Leonius, è sacristis alter, unam sancti Octaviani argenteam è sacro abaco extulit imaginem... Inde sacrista insignem ex aurichalco vel ære deaurato arculam, diversis insculptam imaginibus, in qua magna pars capitis unius Infantis de sanctis Innocentibus servabatur, apposuit... Argentea deinde sancti Ugonis episcopi & confessoris imago nobis cernenda proponitur *c*.

b

c

3 Hic Vulterræ è nobilissima Saladinorum *d* urbis familia ortus est. Agnanum *e* oppidum sex mille passibus ab urbe tunc positum possidebat. Ugo hic à primævo pueritiæ flore, ingenii lumine & scientiarum cognitione præcellens, vitæ moribus integerrimus, ad studii Patavini universitatem *f* se contulit. Qua in urbe & laudabilium exemplo morum & honesto vivendi instituto tantum

Natales, mores; scientia: ecclesiæ Volaterranæ ritus factus archipresbyter emendat;

d e f

A tum præbuit ſpecimen ſanctitatis ; ut ille hoſpes & advena ad cathedralis Patavii canonicatum provectus fuerit : & non multò pòſt in Vulterrani capituli collegium canonicus accitur, ut Raphaël Vulterranus in Urbanis Comment. lib. v pag. LII in impreſſo Baſileæ meminit *g*. Subinde archipresbyteralis illi dignitas *h* collata fuit, ut ex inſtrumento antiquo ſub anno MCLXXV *i*, quod aſſervatur in ſecretiori epiſcopali archivio, à me olim viſo & lecto, patet. Quo tempore, anno MCLXXI *k*, Vulterranæ eccleſiæ Ritus edidit, quibus ad meliorem formam ſervandi Officium in tota diœceſi retinendum redegit, quos ego notarius infraſcriptus vidi.

g *h* *i* *k*

acriter defendit & privilegiis à Pontifice impetratis firmat capituli jura ;

4 Cúmque Vulterranum capitulum in ſua argentariæ Monterii *l* parte priùs ab epiſcopo Galgano *m*, pòſt à Rainero *n* Senarum epiſcopo gravaretur, & cùm Senenſes Friderici primi imperatoris opibus freti atque Rinaldi Coloniæ archiepiſcopi & imperii cancellarii *o* auxilio & præſentiâ *p* elati, injuriam & moleſtiam canonicis in ipſis caveis argenteis inferrent ; Ugo ſolus tantæ inhiantium violentiæ obſiſtere auſus fuit. Ipſe namque Monterium contendit, & de vi ſuo capitulo illata Alexandrum tertium Pontificem maximum per litteras certiorem fecit, & tandem ad eum ſe contulit ; cui devoti animi ſigna monſtravit : ab eodemque Pontifice non in dictis argentariis tantùm, ſed in tutando quoque capituli jure, (quod antiquitus in pluribus vicis & oppidis illi contigerat) privilegia humaniter obtinuit, uti liquidò patet ex dicti ſummi Pontificis diplomate olim in anno MCLXXI ; cujus originem in vetuſtis capituli monumentis etiam nunc vigere comperimus.

l *m* *n* *o* *p*

epiſcopalia pariter creatus antiſtes fortiſſimè tuetur ;

5 Cumque omnium ſcientiarum & præcipuè juris canonici cognitione polleret, poſt Galgani Inghiramii Vulterræ epiſcopi obitum *q*, anno MCLXXIII ejuſdem civitatis epiſcopus eligitur : & ſicuti, quando canonicus erat, jurium capitularium extitit defenſor acerrimus, ita epiſcopus in gregis ſibi crediti cuſtodia XI annorum ſpatio, multis defunctus laboribus, inter ærumnas inſenuit, ut narrat Vulterranus lib. v Comment. Ildebrandum & Suffredum canonicos, quorum nimia in civitate erat potentia & à quibus orta erat ſeditio, jus ſuæque eccleſiæ libertatem ſervaturus graviſſimè punivit. Vulterræ inſuper conſulibus, ſe ab epiſcopali obedientia ſubtrahere volentibus & in vectigalium Gabbreti *r* exactione ſervare jus obſtinatè perſeverantibus, validiſſimè obſtitit.

q

r

tempore ſchiſmatis firmiter adhæret vero Pontifici ; adeſt Lateran. Concilio ; jus capituli ſervat.

6 Tunc temporis, quando inter Guelphos & Ghibellinos *ſ* exorta diſcordia eſt, Vulterrani Friderici imperatoris potentiæ adhærentes à veri Pontificis obedientia receſſerunt ; quorum plurimi Ghibellinas ſecuti partes Papiam legatos ad imperatorem, ſtudium, favorem cum militum copiis offerentes, miſerunt. Cùm ipſi perſeverarent in conſilio, ac tota ferè Thuſcia *t* cum ſchiſmaticis fœdus iniiſſet ; Ugo tamen animi devotionem in verum Pontificem conſervavit. Quæ ſupradicta in monumentis illius temporis in ſacculo ſignato ✠ notata vidimus. Non multò pòſt inter ſummum Pontificem & imperatorem, ſublatis odiis, leges pacis initæ *u*. Ugo ad Lateranenſe Concilium *x* accerſitur Romam ; in quo & ingenii acumen & vitæ integritatem demonſtravit. Rogatus etiam ab ipſo Romano Pontifice in proprio Papæ cubiculo, ut Ildebrandino Todini, dicti Pontificis propinquo ac familiari, eccleſiæ Vulterranæ canonicatum conferret, id facere, ne capituli jura infringeret, denegavit *y* ; uti conſtat ex depoſitione teſtium, tempore epiſcopi Pagani anno jam CDXXX *z* facta.

ſ *t*

u *x*

Ex Ms. VOLATERRANO.

y *z*

ANNOTATA.

a *Vide Commentarium prævium num.* 3, *ubi & domini provicarii & eorum nomina exprimuntur, qui ex parte cleri ac populi ad Sanctorum Volaterranorum reliquias memoriaſque perluſtrandas atque operâ notarii publici ſcripto tradendas electi fuerunt. Ad hos referenda ſunt verba, quæ mox occurrent :* Cùm unà afforent, convenientes, oraverunt *&c.*

b *Quæ hìc de S. Victore martyre inſeruntur, examinata ſunt ad diem* 8 *Maii tom.* 2 *& 7 in Appendice. Ampla, quæ ſubſequuntur, notitiæ de S. Octaviano confeſſore diſcuſſa & relata ſunt ad diem* 2 *Septembris.*

c De S. Ugonis *capite huic imagini incluſo recognitoque lege infrà num.* 10.

d *Quos* caſtelli Agnani comites *fuiſſe ajunt Æmilius Feius in memoriis Volaterranis Mſs., Ughellus & Joannes Baptiſta Contius in Catalogo antiſtitum Volaterranorum, teſte Scipione Ammirato juniore.*

e *Addit Feius*, Agnanum *olim ſitum fuiſſe, ubi nunc viſitur* Spedaletto ; *quem locum in tabulis geographicis invenio, ab urbe Volaterrana Piſas verſus tot circiter milliaribus remotum, quot ab illa hìc removetur* Agnanum.

f *Quam ætate* S. Ugonis, *qui in bona ſenectute ad vitam feliciorem anno* 1184 *tranſiit, nondum inſtitutam fuiſſe cenſet Muratorius tom.* 3 *Antiquitatum Italicarum medii ævi col.* 908. Sed quoniam, *inquit*, de Patavina univerſitate injecta eſt mentio, liceat dicere, ante annum MCC illius quidem originem perquiſitam à me fuiſſe, ſed nullo certo teſte adhuc fuiſſe repertam. Neque tamen dubito, quin & ante illum annum literatis viris præſtantiſſima illa civitas abundârit ; ſed qui æmularentur Bononienſis gymnaſii inſtitutum, nuſquam occurrunt, ita ut Sertorius Urſatus lib. III Hiſtor. Patavin. & ante eum Antonius Ricobonus in libr. de Gymnaſ. Patavin. ideo originem academiæ illius vetuſtatis tenebris obliteratam affirmârint, quòd nullum ejus veſtigium in antiquis hiſtoriis ac monumentis oſtendere poſſent. Ego natum Patavinum gymnaſium poſt annum Chriſti MCC reor. Tradunt autem Patavinæ hiſtoriæ quædam, à me editæ, Fridericum II auguſtum, quum anno MCCXXII infenſo foret animo in Bononienſes, jus eis gymnaſii ademiſſe ac Pataviam tranſtuliſſe. Et ne de hac re dubitatio intercedat, vide Hiſtoriam miſcellam Bononienſem, in qua ad annum MCCXXV Fridericus II auguſtus Bononienſibus ſcholis interitum afferre conatus eſt. *Etſi univerſitas ſeu publica omnium ſcientiarum ſchola non priùs quàm ſeculo* 13 *Patavii erecta fuerint, non ideo tamen negare licet*, S. Ugonem *ſtudiorum causâ ad urbem illam ſe contuliſſe.*

g *Elogium, quo Raphaël Volaterranus Sanctum exornat, attuli in Commentarii prævii initio.*

h *Si Feio credas*, S. Ugo *cathedralis eccleſiæ Volaterranæ archipresbyter creatus fuit* circà annum MCXXXIV, *id eſt*, 50 *circiter annis ante ſuam mortem, quam obiit, ut apud eumdem Feium & infrà num.* 8 *legitur*, cùm ad decrepitam perveniſſet ætatem.

i *Hoc tamen anno, quem rectè ſcriptum ſupo-*

Ex Ms. Volaterrano.

pono, non amplius archipresbyter erat, sed episcopatum Volaterranum administrabat.

k *Fortè legendum* MCLXI; *nam quòd hoc loco instrumentum Ms. Volaterranum* anno MCLXXI *illigat, alibi decennio citius factum fuisse tradit hisce verbis, tom. I Septembris pag. 406 relatis:* Antiquioribus immo seculis hujus (*S. Octaviani*) festa dies cum Octava colebatur à clericis, ut sanctus Ugo in ecclesiæ Ritibus, ab eo conscriptis anno Salutis nostræ MCLXI, testatur.

l *Frequens in antiquis chartis fit mentio* argentariæ *seu* argenti fodinæ castri Monterii, *quod, nisi me fallant tabulæ geographicæ, 25 circiter milliaria Italica Volaterris abest & totidem Senis versus mare Hetruscum. Ughellus in Philippo episcopo Volaterrano adfert diploma Caroli IV imperatoris, datum anno 1355, in quo de argenti fodinis* castri Monterii *asseritur*, quòd jam diu defuerint & quasi steriles sint effectæ.

m *Hujus nominis primo, qui Volaterris à medio circiter seculo* XII *sedit, & cui* S. Ugo *proximè successit. Numero sequente cognominatur* Inghiramius; *Feius tamen & Ammiratus senior* B Galganum I *ex familia Pannocchia fuisse tradunt. At non putem, ambos illos scriptores vidisse chartam anni 1163, in cujus fragmento apud Ammiratum juniorem idem* Galganus *dicitur esse filius* Ingirami de Ingiramis.

n Raynerius, Rainerius *vel, ut hic legitur,* Rainerus *è vivis excessit anno 1170, postquam 42 circiter annis ecclesiæ Senensi præfuisset.*

o Rainaldus, Raynaldus, Reinaldus, Reinoldus, Reginoldus *vel* Rinaldus (*sic enim à variis variè scribitur*) *archiepiscopus Colonienſis electus fuit anno 1159, ac vivere desiit anno 1167. Fuit imperatoris per Germaniam cancellarius, per Italiam archicancellarius, in eademque regione legatus, in qua schisma plurimùm promovit. Vide infrà annotationem sub lit.* t.

p *Capitulum Volaterranum in sua argenti fodinarum Monterienſium parte à Senensibus, memorati archiepiscopi auxilio & præsentiâ elatis, injuriam pati potuit anno 1163: nam Muratorius tom. 4 Antiquitatum Italicarum medii ævi col. 573 ejusdem archiepiscopi chartam profert, pro monasterio S. Anthimi datam* Senis in C Kalendis Augusti, anno Dominicæ Incarnationis Domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo sexagesimo tertio, Indictione XI *&c.*

q *Sanctus paulo infrà asseritur episcopatum gessisse* XI annorum spatio, *& postea num.* 8 *in extrema senectute obiisse* anno MCLXXXIV. *Unde colligo, periodum hoc loco interpungendam esse, ut sensus sit, illum electum fuisse episcopum Volaterranum anno 1173, quem etiam determinat Feius: at Contius apud Ammiratum Junioren, Ughellus & Illustrissimus Benedictus Falconcinius antistes Aretinus apud Orlendium in Orbe sacro & profano part. 2 lib. 3 cap. 31 pag. 1055 episcopatus ejus initium affigunt anno 1174. In tomo I Italiæ sacræ Ughellianæ, quem Julius Ambrosius Lucentius Romæ anno 1704 edidit, col. 1646 occurrit Petrus quidam aliis ignotus, præsulum Volaterranorum catalogo insertus* S. Ugonem *inter & Galganum I, cujus episcopatu breviter commemorato, ita pergitur:* Petrus ex tabulario Volaterranensi hujus ecclesiæ principatum tenebat an. MCLXXXI, quo sanè desiit esse. Ugo de Saladinis successit an. MCLXXXI. *Certò fallitur Lucentius, sive error ipsi imputandus sit, sive instrumento, quod secutus fuit: nam subsequens narratio in Ms. nostro Volaterrano, ex vetustis monumentis desumpta, nullum dubio locum relinquit, quin S.* Ugo *sederit ante annum 1181, imò eo tempore, quando Ecclesiam adhuc graviter affligebat schisma, quod anno 1159 in Victore IV antipapa exortum Fredericus I imperator omni conatu fovere non destitit, donec anno 1176 ingenti prælio à Mediolanensibus victus serio cogitare cœpit de pace ineunda cum Alexandro III legitimo Pontifice; cui tandem, schismate abjurato, reconciliatus fuit anno 1177, non ita tamen, ut eâ deinde, quâ debebat, reverentiâ Sedem Apostolicam semper coluerit.*

r Castrum Gabreti *memoratur apud Orlendium citatum pag. 1073 in diplomate Caroli IV imperatoris, anno 1355 episcopi Volaterrani jura & possessiones confirmantis.*

s *Itali quidem sub Frederico I in duas factiones scindebantur, altis Alexandri Pontificis, altis imperatoris partes sectantibus; at neque* Gibellini, *neque illi* Guelphi *eo tempore appellabantur. Sub istis nominibus seculo dumtaxat 13 factiones illæ innotescere cœperunt. Lege eruditam hac super re Muratorii dissertationem tom. 4 Antiquitatum Italicarum a col. 605.* D

t *Ricordanus Malespinus in Commentario prævio num.* XI *citatus & alii scriptores testantur, duas dumtaxat Tusciæ civitates, Pisas & Pistorium, Schismaticis Frederici I partibus adhæsisse, ceteras verò omnes pro Alexandro vero Pontifice stetisse, atque ideo ab imperatore anno 1185 fuisse privatas omnium agrorum suorum jurisdictione. Quomodo agitur, ut hìc assentur,* tota ferè Thuscia cum Schismaticis fœdus iniit? *Ut illa inter se concilientur, dicendum est, omnes Tusciæ civitates, præter Pisas & Pistorium, legitimo Pontifici adhæsisse postremis saltem annis, quibus schismaticus fuit Fredericus imperator; qui propterea offensus illas anno 1185 punierit tamquam rebelles & violati fœderis reas, istius scilicet, quod ut in Ms. nostro legitur,* tota ferè Thuscia cum schismaticis *inierat. Hoc autem factum fuisse credo anno 1163: Certe tunc* tota Thuscia *imperatori fidelitatem jurâsse narratur in Breviario historiæ Pisanæ apud Muratorium tom. 6 Scriptorum rerum Italicarum col. 174. Verba accipe.* Eodem anno (1164, *Pisano scilicet, qui cum vulgari nostro 1163 à die 25 Martii componendus est, ut pluribus dicetur in observatione ad caput 3 sub lit.* c), ante Cal. Aprilis Rainaldus Colonienſis archiepiscopus & Italiæ archicancellarius Pisas venit; & Pisani cum eo miserunt ambasciatores *, ita quòd timore Pisanorum subitò tota Thuscia fidelitatem imperatori Frederico juravit in manus ejusdem sui archicancellarii. *Ad annum quoque 1163 referenda sunt, quæ apud Muratorium citatum col. 1116, scribit Otto Morena auctor synchronus.* Archicancellarius .. suâ solertiâ eximiâ omnes civitates & principes Marchiæ & Tusciæ atque Romaniæ ad imperatoris amorem & obsequium mirabiliter provocavit, & ad honorem domini Papæ Victoris (*quem antipapam appellâsset Otto Morena, si schismaticus non fuisset*) quosdam episcopos rebelles ei deposuit, aliis in locum eorum subrogatis. *Obscurum est, quibus Tusciæ civitatibus Volaterrana sit accensenda, an Pisanæ & Pistoriensi, quæ imperatori usque ad annum 1177 schismatico constanter adhæserunt; an verò ceteris, quæ laudabili ac pia defectione ad Alexandri Pontificis partes transie-* E F

* legatos

A *transierunt : dubitari tamen nequit, quin plurimi ex Volaterranis ſub epiſcopatu* S. Ugonis *ſeu poſterioribus ſchiſmatis annis Eccleſiæ rebelles ejuſque perſecutori Frederico fideles perſtiterint. Adi Commentarium prævium num.* 13.

u *Anno* 1177, *ut jam dictum eſt.*

x *Celebratum fuit anno* 1179 *Concilium generale Lateranenſe III, ad quod Alexander Pontifex Tuſciæ epiſcopos anno præcedente advocârat per litteras, à Labbeo tom.* 10 *Conciliorum col.* 1506 *editas.*

y *Dein Pontifex Ildebrandinum commendavit* Matthæo Feio, Lamberto & Ildebrando Canonicis, qui cum S. Ugone epiſcopo Romam ad Concilium Lateranenſe iverant; *uti docet Æmilius Feius. De jure eligendi canonicos cathedralis eccleſiæ Volaterranæ diu diſceptatum fuit capitulum inter & Paganum epiſcopum, qui* S. Ugoni *poſt Ildebrandum ſucceſſit non ſeriùs quàm anno* 1213. *Vivebat adhuc Paganus anno* 1239 *ſub Gregorio IX, ſummo Pontifice ab anno* 1227; *qui jus eligendi canonicos Volaterranos ad capitulum pertinere pronuntiavit*
B *lib.* 1 *Decretalium tit.* 6 *de Electione & electi poteſtate cap.* 31, *quod incipit :* Cùm eccleſia Vulterana.

z *Id eſt, anno* 1217 *vel* 1218 : *nam ab alterutro incunda eſt annorum* 430 *computatio, cùm horum poſtremus cucurrerit* 12 *Decembris anni* 1647, *cujus diei actis vita* S. Ugonis *in Ms. Volaterrano inſeritur.*

CAPUT II.

Vitæ pars altera; cultus ſtatim poſt mortem inchoatus; inſpectio capitis & mirifici liquoris, qui olim è Sancti ſepulcro manavit.

C *S. Ugonis geſta in utilitatem ſuæ eccleſiæ : ſeminarium clericorum*
a b c d

ALexander tertius *a* ampliſſima privilegia conceſſit contra recuſantes decimas & reditus feudales illi ſolvere, & præcipuè contra Geminianenſes *b*; in quos tamen juſtitiæ rigore procedere noluit : ſed abſque litium armorumque ſtrepitu à Geminianenſibus & à viris ſancti Quirici *c* ea vectigalia anno MCLXXXIII exegit *d*, quæ epiſcopis prædefunctis pendere detrectârunt. Feghinam & Gambaſſium *e* oppida, à Feghinenſibus tradita dominis *f* in epiſcopale jus & poteſtatem redegit. Quarum rerum notitiam inſtrumenta epiſcopalis archivii originalia, à me lecta, liquidò manifeſtant. Amplum clericorum collegium inſtituit, qui unà ejus ſumptibus alerentur, & divinæ legis præſcriptum & eccleſiaſticas diſciplinas ediſcerent, atque matricis & aliarum collegiatarum ſervarent & ſpectarent obſequium. Quod in epiſcopi Pagani ſuccedentis & cum canonicis diſceptantis actis, quæ in capitulo ſervantur apparet.

e
f

& monaſterium S. Galgani fundat; ſanctè moritur.
g h i

8 Sanctus epiſcopus Bononiâ reverſus, audito divi Galgani *g* tugurium fuiſſe incenſum, illico ad puniendos incenſores Cluſdinum *h* petiit, ſancti eremitæ Galgani præſens ſanctitatem veneraturus. Quem cùm mortuum reperiſſet, præſentibus Joanne Maſſetano epiſcopo & abbatibus nonnullis à Deo illuc miſſis *i*, honorificè tumulavit; ibique ex epiſcopatûs redditibus ſuis ſuiſque propriis ſancti Galgani abbatiam *k* erexit; quam in Hetruria primam Ciſtercienſes monachi, è Gallia *l* ab Ugone evocati, poſſederunt. Prudentiæ igitur lumine rarus, virtutiſque vallo munitus, vitam puram ac ſanctam peregit. Qui tandem multis defunctus periculis, cùm ad decrepitam perveniſſet ætatem, in Domino felicitèr obdormivit anno MCLXXXIV *m*, die VIII Septembris. Ex Ms. VOLATERRANO. *k l* *m*

Concurſus populi ad ejus corpus; honorifica ſepultura;
n

9 Corpus ejus, ad quod colendum ingens populi confluxit multitudo, decem *n* diebus in cathedrali jacuit inhumatum : & quæ tanta illius erant prodigia & quæ infinita erat gentis pietas in Paſtorem, è tota diœceſi ad eum viſendum populi convenerant. Is poſtea in buſto marmoreo, ubi primùm Gutfredus & Rogerius *o* epiſcopi jacebant, inſigni pompa & ſolemni luſtratione univerſæ gentis tumulatur : quod clariſſimè probatur ab antiquis lectionibus, quas in dicti Sancti Officio eccleſia Vulterrana legere ſolita fuerat, & quæ in vetuſtis Breviariis & Pſalteriis dictæ eccleſiæ ſcriptæ reperiuntur, & à me infraſcripto notario ſupraſcriptis præſentibus lectæ fuerunt; à priſco monumento *p*, quod in tabula deſcriptum in ſacrario cathedralis conſervatur; à Commentariis Urbanis Raphaëlis Vulterrani : ubi in editis Baſileæ anno MDXLIV notabilis adeſt error impreſſoris; namque ubi ſcribit Ugonem obiiſſe anno MCCCCLXXXIV *q*, ponendum eſt anno MCLXXXIV. *o* E *p* *q*

Officium de Sancto; indulgentiæ olim conceſſæ; recognitio ſacri capitis
r ſ

10 Exinde ipſe Sanctus ab eccleſia Vulterrana ſemper eſt cultus Officio duplici; & modò etiam colitur quinto Nonas Septembris *r*; cùm ſit dies ejuſdem natalis ſanctiſſimæ Virginis nativitate impedita. Immo à Cardinali Pandulpho Moſca, uti Apoſtolicæ Sedis legato à latere, anno MCXCVII *ſ* viginti dierum indulgentia die S. Ugonis feſto cathedralem viſitantibus conceſſa fuit : Paganus verò, qui poſt Ildebrandum Ugoni ſucceſſit, decem dies alios ſupradictæ indulgentiæ addidit; ut de his omnibus archetypa diplomata, in capitulari archivio conſervata & à me viſa, fidem aſtruunt. Caput illius poſtea à montis pietatis Vulterræ præfectis ad majus S. Epiſcopi decus argenteo vultu circumdatur *u* : quod per civitatem ſolemni luſtratione feſtiva illius die circumfertur, antecedente clero, proſequentibus magiſtratibus. Sacra fuit de intortis aciculis imago diſculſa *x* : venerabile caput, multaſque illius partes, quibus etiam nunc inhærebant capilli, magna animi devotione conſpeximus. Clauſas ſanctas reliquias & obſignatas ſacriſta in locum proprium honorificè deportavit. *t* *u* F *x*

& mirabilis liquoris, qui è S. Ugonis ſepulcro profluxit.
y

11 Unde vas, pyramidis inſtar, æneum inauratum oculis noſtris propoſuit, in quo aliud includitur cryſtallinum vaſculum, mirabilem ſervans liquorem *y*, qui jam è S. Ugonis ſepulcro dimanavit anno ab ejus obitu, ex urna marmorea, in qua cum duobus epiſcopis poſitus erat, ſolemni Purificationis beatæ Mariæ die. Mirabilis Deus, ut magis omnibus beati Epiſcopi merita eluceſcerent, fecit, ut à prædicto ſarcophago inſtar balſami humor ſcaturiret : immò optimo balſamo fragrantior & multo pretioſior effluxit; cujus linimentum contracta membra ſanabat, claudos roborabat, lumen cæcis, ſurdis auditum reſtituebat, & morbos curabat inſanabiles. Quibus miraculis Matthæus Feiis cathedralis canonicus permotus, dicti liquoris particulam ad Dei gloriam & ad S. Ugonis memoriam

ex Ms. VOLATERRANO. x

riam pro tam ineffabili beneficio collegit, qui nunc etiam usque ad hanc diem z annorum CDLXIII spatio recens conservatur & purus. De hoc vetus tabella sacrarii prædicti fidem facit: constat ex præcitatis antiquis lectionibus & ex memoria in prisco Breviario notata. Viget etiam antiqua traditio, è dicto lapide, in quo nunc jacent sancti Ugonis episcopi ossa, dictum liquorem rorare multum temporis duravisse, donec ob irreverentiam & ecclesiæ & Sancto à nonnullis habitam Deus indignatus à tantis gratiis se continuit, & redundantis liquoris humorem exsiccavit. Hoc in locum suum relato, ostenditur nobis sancti Candidi martyris caput cum collo, pectore & humeris; cujus Martyrologium Romanum quarto Nonas Februarii meminit. . . .

ANNOTATA.

a *Obiit 27 Augusti anni 1181, postquam 22 ferè annis Ecclesiæ universæ præfuisset.*

b *Haud ita procul Volaterris, versus fluvium Elsam, prope Collem, quæ nunc urbs episcopalis est, visitur* oppidum S. Geminiani, B *de quo plura videri possunt tom. 2 Martii pag. 235.*

c Fanum S. Quirici, S. Quirico, oppidulum Italiæ in colle, in Hetruria & agro Senensi, prope Orciam amnem, III milliaribus distat à Pientia in Austrum, inter Radicofanum & Senas. *Ita Baudrandus.*

d *Consule, si lubet, Ammiratum juniorem nonnulla huc pertinentia proferentem ex instrumento, quod* anno MCLXXXIII Indict. I Kal. Januarii à Galganetto castelli S. Geminiani consule & ab Ubaldo Ugonis episcopi consanguineo datum *fuisse scribit.*

e *Jacet* Gambassium *à Septemtrionali urbis Volaterranæ plaga non longè ab amne Elsa. Historiæ Florentinæ scriptores non rarò meminerunt* Feghinensis, Fighinensis *seu* Figlinensis *oppidi, ad flumen Arnum Florentiam inter & Aretium siti. In tabula geographica territorii Senensis apud Blavium etiam notatur* Figine *inter Clusium & Urbem-veterem, non procul à flumine Clani.*

f *Instrumentum hujus donationis,* anno MCLXXXIII sexto Idus Februarii Ind. prima *confectum, summatim dat Ammiratus junior.* C

g *Hic sanctus eremita & confessor dabitur ad diem 3 Decembris, ad quem Martyrologio Romano inscribitur. De ipsius vita & cultu alibi strictim agitur in Ms. Volaterrano; unde sequentia huc transfero:* Anno MCLXXXI, tertio Nonas Decembris, è terris evolavit ad cælum. Sanctus Ugo tunc Vulterræ episcopus, ut diximus, justa funeri ejus præsens persolvit: ipsum in proprio eremi tugurio humandum, curavit. Cumque mors ejus & vita innumeris miraculis fuisset illustrata, idem sanctus Ugo processum de illius sanctitate instituit. Illum Lucius Pontifex tertius anno MCLXXXV Senensium precibus, episcopo & Vulterrano capitulo instantibus & religionis Cisterciensium postulationibus, in sanctorum Confessorum numerum adscripsit. *Prætter antiquum Officium, in cujus lectionibus, hymnis, antiphonis &c. S. Galgani vita & miracula breviter enarrantur, alia ejusdem sancti Acta apographa* ex biblioth. Medicea Flor. plut. XX *ad 3 Decembris sepositа inveni, è vetustioribus seculo, ni fallor,* XIV *compilata à quodam verisimiliter monacho, nomine Blasio. Neque in hisce Actis, neque in illo Officio quidquam eorum invenio, quæ in* S. Ugonis *vita & S. Galgani elogio instrumentum Ms. Volaterranum de priore commemorat; sed quæ prolixa multisque aliis adjunctis diducta narratione referuntur in utraque Italica sancti eremitæ vita, quam Gregorius Lombardellus anno 1577 & Antonius Libanorius anno 1645 typis Senensibus publicârunt. Silvanus Razzius in Opere de Sanctis ac Beatis Hetruriæ à pag. 216 & alii neoterici vitæ S. Galgani scriptores Lombardellum ducem fuere secuti; sed ex Libanorio contracta videntur, quæ de illo & S. Ugone habet Ms. Volaterranum. Brevem hujus narrationem attulisse satis esse judicavi; postquam perspexi, omnia ferè, quæ Lombardellus & alii recentiores biographi Actis S. Galgani de sancto nostro Præsule inseruerunt, non cohærere cum antiquioribus documentis, quæ in sequentibus ad Ms. nostri relationem notis adducentur. An* S. Ugo *processum instituerit super sanctitate Galgani, anno 1181 mortui, qui dein à Lucio PP. III anno 1185 sanctorum Confessorum catalogo fuerit adscriptus, hic non examino; cum id propiùs ad illum spectet, cui sancti eremitæ Acta & cultus illustranda obtingent.* D E

h *Locus est diœcesis Volaterranæ in territorio Senensi, hanc inter urbem & Massam Veternensem, de cujus episcopo Joanne statim mentio fiet.* Clusdino *vicinus est* mons Sepius, *in quo S. Galganus vitam solitariam duxit. Dicitur hic* S. Ugo, *post reditum ab urbe Bononiensi, de quo alibi nihil lego, illuc iter instituisse ad puniendos, qui sancti eremitæ tugurium incenderant. At illos statim ab admisso crimine divinitus morte punitos fuisse diserte testantur S. Galgani Acta à Blasio, ut opinor, monacho è vetustioribus extracta, & antiquum illius Officium. Non potuit itaque* S. Ugo *ultum ire reos, jam morte mulctatos; nisi supponatur ei crimen innotuisse, sed non pœnam a Deo inflictam: quod verisimile non est.*

i *Lombardellus & alii juniores in vita S. Galgani narrant, duos episcopos, Volaterranum & Massanum, tres abbates Cistercienses, videlicet Casamarii, Fossa-novæ & alterius cujusdam monasterii, multosque monachos abbatum istorum à generalibus Ordinis sui comitiis ex Gallia redeuntium comites, divina providentia eorum iter dirigente, ad sancti eremitæ, recèns nemine præsente defuncti, tugurium adventâsse, atque ejus corpus, quod levatis in cælum manibus & genibus flexis invenerant, perhonorificâ sepulturâ affeciisse. Credant hæc alii: ego laudatis S. Galgani Actis inhæreo, in quibus de morte & sepulturæ ejus sequentia referuntur:* Ipse verò super terram se nudam locavit, & in cælum erectis oculis signo se crucis munivit, & confestim facie clarissimâ illius anima inter adstantium manus clericorum devotè psallentium . . . cælica penetravit. Fideles verò devotione maxima tulerunt corpus ejus, & [in] ipsa ecclesia, quem sibi fecerat fieri, honore maximo tumulârunt. F

k *Vel potiùs prioratum, qui dein creverit in abbatiam, non tamen ante annum* 1201: *nam Jongelinus in Notitia abbatiarum Ordinis Cisterciensis lib. 7 pag. 87 profert chartam Ildebrandi episcopi Volaterrani dicto anno datam, in qua Bonus, qui monasterio S. Galgani tum temporis præerat, solo* Prioris *titulo donatur. Imò ne quidem prioratûs istius fundator propriè dici potest* S. Ugo, *uti patet ex sequentibus litteris*

A *rii Innocentii PP. III, Pagano antiſtiti Volaterrano concedentis facultatem bona aliqua donandi monaſterio S. Galgani.* Innocentius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, venerabili fratri Vulterrano epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Tua nobis fraternitas ſupplicavit, ut cùm bonæ memoriæ I. *(id eſt,* Ildebrandus, *à familia cognominatus Pannocchius, uti & Paganus, ad quem hæ litteræ ſcriptæ fuere,)* prædeceſſor & patruus tuus monaſterium ſancti Galgani fundavit, Ciſtercienſem Ordinem inſtituens in eodem, nec ſicut decuit, ipſum dotare potuit, ac tu, conſiderata ipſius paupertate, in hoc ſupplere deſideres tui prædeceſſoris defectum; tibi dignaremur miſericorditer indulgere, ut non obſtante vinculo juramenti, quod nobis & Apoſtolicæ Sedi feciſtis de non concedendis alicui bonis eccleſiæ abſque licentia & mandato, eidem poſſis monaſterio commodè providere in aquæductibus *&c.* Data Laterani VI Idus Februarii, Pontificatûs noſtri anno octavo decimo, *Chriſti* 1216. *Exſtant hæ litteræ Pontificiæ apud Muratorium tom. 6 Antiquitatum I-*
B *talicarum col. 263; ubi inſeruntur inſtrumento donationis, quam Paganus exeunte Junio ejuſdem anni fecit monaſterio S. Galgani, tunc ex prioratu in abbatiam erecto.*

l *Confirmatur ex charta Henrici VI Romanorum regis apud Jongelinum citatum pag. 83, pro monaſterio S. Galgani anno Chriſti* 1191 *data; quæ monachos Ciſtercienſes, ex Claravallenſi Galliæ abbatia accitos, eo tempore dictum monaſterium incoluiſſe hiſce verbis declarat:* Monachos S. Galgani à Clara-valle in Tuſcia venientes, & omnia ipſorum bona, quæ vel habent in Tuſcia, vel quæ in poſterum juſto acquiſitionis titulo ſunt habituri, pariter quoque ipſorum ac Fratrum ſuorum perſonas in noſtræ majeſtatis protectionem ſuſcipimus. *Sed an monachos iſtos è Gallia in Tuſcium evocavit* S. Ugo, *quemadmodum in Ms. Volaterrano aſſeritur? Non eſt, cur id negem: nam licèt ipſius anno* 1184 *mortui ſucceſſor Ildebrandus cœnobium S. Galgani fundârit & in eo Ordinis Ciſtercienſis religioſos inſtituerit, ut relata Innocentii PP. III litteræ docent; hinc tamen non conſequitur, ut ſanctus noſter Præſul ſub vitæ*
C *finem ex Claravallenſi abbatia illos non accerſiverit & eorum habitationi ac ſuſtentationi fundum in ſua diœceſi non deſtinârit. Unde ſiquis contendat, primam ſaltem memorati cœnobii originem repetendam eſſe à* S. Ugone, *ante monachorum iſtorum è Gallia adventum defuncto, illi ego nihil opponam.*

m *Eumdem annum ſancti Epiſcopi emortualem ſtatuit Feius, & quæ me dubio ab aliis injecto liberat, antiqua inſcriptio, inferiùs num.* 13 *producenda.*

n *Feius habet* ſeptem; *ſed* decem *pariter notant illo antiquior Raphaël Volaterranus & alii.*

o *De utroque præſule ſermo redibit capite ſequente; ubi* Gutfredus *rectiùs ſcribitur* Gunfredus.

p *Antiqua ſcilicet inſcriptione, quam jam monui infrà num.* 13 *referendam eſſe.*

q *In Baſileenſi editione, quæ præ oculis eſt, mendosè legitur* MCCCCLXXXIII.

r *Menſis September non habet* quintum *diem ante* Nonas. *Cùm addatur, diem* S. Ugonis *natalem ſeu* VI *Idus Septembris eſſe impeditum feſto Nativitatis Deiparæ Virginis; judicare pronum eſt, Volaterranos ſancti ſui Præſulis cul-*

tum ad diem ſequentem tranſtuliſſe & pro quinto Nonas Septembris *legendum eſſe* quinto Idus Septembris. *Quia tamen aliunde certum mihi non eſt, vitioſam lectionem ita corrigendam eſſe; viſum fuit de Sancto agere* VI *Idus Septembris, qui ipſius natalis eſt.*

s *Qui certiùs noviſſe deſiderat,* Pandulphum *S. R. E. Cardinalem, anno* 1197 *Pontificii legati munus in Tuſcia obiiſſe, Ammiratum juniorem adeat in Ildebrando epiſcopo Volaterrano pag.* 113 *& in Hiſtoria Florentina lib.* 1 *pag.* 63.

t *Compertum mihi eſt, Ildebrandum Volaterris ſediſſe anno* 1185 *&* 1209, *Paganum verò ejus ſucceſſorem anno* 1213 *&* 1239. *Si Ildebrandum auctorem facias diplomatis in Comment. prævio refutati, quod menſe Maio anni* 1185 *à Frederico I imperatore obtinuit; certè jura ac bona epiſcopalia malè à* S. Ugone *adminiſtrata fuiſſe exiſtimavit: at errorem ſuum procul dubio tunc omnino depoſuit, cùm Sancti merita apud Deum crebris manifeſtarentur miraculis, quæ, ut infrà videbitur, fiebant ad uſum liquoris, quem ejus ſepulcrum* 2 *Februarii anni* 1186 *emittere incepit. Quantam Ildebrandus, illus conſpectis vel auditis, de ſui Deceſſoris ſanctitate opinionem conceperit, inde facillimè colligi poteſt, quòd anno* 1197, *quo idem Ildebrandus epiſcopatu fungebatur, illius veneration-*
E *ni publicæ dies jam conſecratus eſſet, cœptumque de eodem Officium recitari.*

u *Sub quo epiſcopo Volaterrano & quorum præſidum montis pietatis liberalitate id factum fuerit, ex ſequente Æmilii Feii narratione intellige:* Sacrum ejus corpus, ultimò inventum ab epiſcopo Guidone Serguidio, ſingulari cum veneratione ſemper aſſervatum fuit eodem in ſepulcro, ſupra quod eſt altare ſacelli de Barbialla; *de quo vide infrà num.* 12. *Paucis interjectis, ita pergit:* Hiſce temporibus quatuor noſtri cives Michaël Angelus Lottini, Coſmus Feï pater meus, Michaël Liſci & Alexander Guarnacci montis pietatis præſides, erga tam glorioſum Præſulem atque urbis ſuæ civem piè affecti, pretioſum ac pulcrum ornamentum argenteum conficiendum, eique caput ejus includendum curârunt. *Imprimis hic obſerva, ab Æ-*
milio Feio aſſeri, S. Ugonis *corpus* ultimò *inventum fuiſſe à Guidone Serguidio, qui ab anno* F
1574 *uſque ad* 1598 *eccleſiæ Volaterranæ præfuit; ſecundò eumdem Feium, qui ineunte ſeculo ſequente ſcripſit, loqui de Sancti capite, argenteæ imagini incluſo, tamquam de re non diu præterita. Ex hiſce rectè deduces, Guidonem epiſcopum* S. Ugonis *ſepulcrum aperuiſſe & ab invento ejus corpore caput ſeparâſſe, argenteo ornamento imponendum, atque hoc curâ ſumptibuſque nominatorum præſidum montis pietatis veriſimiliùs præſtitum fuiſſe, eodem epiſcopo Guidone nondum è vivis ſublato.*

x *Lege* divulſa *vel* diſcuſſa.

y *Quæ ſequuntur, deſumpta ſunt ex veteri inſcriptione, quæ capite ſequente dabitur.*

z *Videlicet* 12 *Decembris anni* 1647, *quando facta eſt recognitio mirabilis iſtius liquoris: qui, ut ſubjungitur, ad illud uſque tempus recens & purus conſervatus fuerat* annorum CD-LXIII ſpatio. *Huic annum unum detraho; nam ſacer ille liquor, uti dicetur in annotatione ad caput ſequens ſub lit.* e, *primùm viſus fuit ex* S. Ugonis *ſepulcro manare* 2 *Februarii anni* 1186: *à quo tempore uſque ad* 12 *Decembris anni* 1647 *dumtaxat* 462 *ferè anni effluxerunt.*

Ex Ms. Volaterrano.

CAPUT III.

Sacellum S. Ugonis ; antiqua de dicto ſacro liquore inſcriptio ; Corpus Sancti recognitum & è ſepulcro levatum.

In ſacello S. Ugonis aperitur conditorium marmoreum, in quo ipſe a

SUbinde *a* domini deputati ad S. Ugonis cappellam de Barbialla nuncupatam, in eadem cathedrali erectam, ſe contulerunt, ſanctum Epiſcopi corpus viſuri & agnituri. Aderant illuſtriſſimus D. Dionyſius Carduccius pro ſereniſſimo Hetruriæ magno duce Vulterræ adminiſtrans, illuſtriſſimus D. Jacobus Guidius tunc populo & civitati præpoſitus, D. Petrus Tanius operæ cathedralis præfectus, & pariter infraſcripti teſtes &. alii multi ; & hymno CONFESSOR recitato, accenſis facibus, magiſter Octavianus Sylveſtri filius cœmentarius lapidem, qui ejuſdem altaris planities erat, emovit. Interim à me notario infraſcripto ſequens antiquæ tabulæ memoria lecta & exſcripta fuit ; videlicet :

B

13 " Milleſimo centeſimo octuageſimo quar-
& duo alii præſules fuerant depoſiti : inſcriptio de mirabili liquore, qui inde poſt Sancti mortem efflu-xit :
„ to Salutis anno ab Incarnatione Dni noſtri Je-
„ ſu Chriſti, die verò VIII Septembris, in Na-
„ tivitate glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, ſanctæ
„ memoriæ Ugo epiſcopus diem obiit. In ſacro-
„ ſancta Vulterrana eccleſia devotiſſimus clerus
„ quodam marmoreo ſepulcro honorificentiùs ſe-
„ pelivit ; in quo priùs per annos centum qua-
„ draginta ſex Gunfredus *b* epiſcopus quieſcebat,
„ ac etiam poſt eum per annos quinquaginta qua-
„ tuor Rogerius *c* quidam archiepiſcopus eccle-
„ ſiam Vulterranam primùm inſimul & Piſanam
„ cum ea, utramque *d* poſtea diligentiſſimè re-
„ xit, eodem tumulo clauſus eſt. Poſt mortem
„ verò præfati beati Ugonis ; tempore unius an-
„ ni elapſo, IIII Nonas Februarii, videlicet die
„ Purificationis glorioſæ Virginis Mariæ *e*, in-
„ ventum eſt idem ſepulcrum aquam ad inſtar
„ liquoris diffundere ; ad quam multi variis æ-
„ gritudinibus gravati devotiſſimè confluebant.
„ Cujus aquæ unctione, cujus manus contractæ
„ erant, illico ſunt extenſæ, cæci illuminati,
„ ſurdi receperunt auditum, & nonnulla alia
„ mirabilia oſtenſa ſunt, prout Dno placuit ;
„ multi diverſis languoribus doloribuſve libera-
„ ti ſunt. Hanc autem illius aquæ particulam ad
„ laudem & gloriam omnipotentis Dei & beatæ
„ Virginis Mariæ omniumque Sanctorum, & ad
„ perpetuam illius virtutis & gratiæ memoriam
„ retinendam presbiter Matthæus *f*, dictæ ec-
„ cleſiæ Vulterranæ canonicus, diligentiſſimè &
„ accuratiſſimè, omni habita reverentia, recol-
„ ligere curavit. In qua quidem eccleſia hæc o-
„ mnia miracula & ſigna oſtenſa ſunt „.

b
c
d
e
C
f

epiſcoporum Volaterranorum Gunfredi, cujus epitaphium refertur,

14 Ablato igitur altaris lapide longo duobus brachiis & dimidio, in quo deſuper petra conſecrata duri marmoris verſicoloris erat inferta ; lapis alter è duro marmore trium brachiorum repertus eſt, ſed candidus, qui operiebat ſepulcrum ; è quo ſuprà diximus mirabilem dimanaviſſe liquorem. Hic lapis tantus eſt, quantum eſt altare ; in quo infraſcriptæ literæ ſunt inciſæ :
" Omnia diſponit, ſicut Deus omnia novit,
„ In mundo cunctos dirigit & populos.
„ Quos vult, ſublimat : quos vult, ad ima re- D
„ clinat.
„ Hos patriâ retinet, aſt alios aliter,
„ Domnus Gunfredus *g* ſtatuens ad pontificatum *g*
„ Quàm procul à patria *h* non regione ſua. *h*
„ Novariæ natus, Vulterræ eſt intronizatus.
„ Progenie dignus, moribus eximius ;
„ Solers finitimis præbens ſolatia cunctis ;
„ Regnum conſiliis fovit & eloquiis.
„ Eccleſiam Chriſti ſupplevit mente fideli,
„ Augens multiplici cuncta labore ſua
„ Veſtitum nudis, victum donavit egenis,
„ Auxilium miſeris omnibus, & viduis.
„ Nunc rogo te titulum, frater, qui legeris iſtum ;
„ Depoſcas ſemper hìc, miſerere, Pater.
„ Anno Incarnationis Dni noſtri Jeſu Chriſti
„ MXXXVII *i*, Indict. VII. G. epiſcopus ſedit an- *i*
„ nos XXIII. Octavo Calen. Septembris obiit
„ Guido epiſcopus poſuit „.

& Rogerii oſſa inveniuntur cum S. Ugonis corpore, arcæ ligneæ incluſo, quæ è ſepulcro tollitur.

15 Elato & amoto lapide, inventum eſt intra urnam craſſum ex nuce operculum, & ſub ipſo reperta eſt caſſula *, quæ erat pro integumento interioris arcæ inciſæ & cryſtallo tranſlucidæ, longæ cubitum unum addita brachii parte tertia, & altæ dimidium, cum hac inſcriptione : RELIQUIÆ S. UGONIS EPISCOPI ET CONFESSORIS. Et à cryſtallis viſa ſunt ejuſdem oſſa. Cùm verò caſſa * propter contractum uliginis humorem marcida eſſet, non fuit adaperta ; ſed decenti funalium numero à quatuor ſacerdotibus in ſacrarium honorificè delata, ibique depoſita, ut præcitati domini deputati huic ligineo humori opportunè poſſent occurrere. In præcitata marmorea urna inferiùs venerabilium epiſcoporum Gunfredi fundatoris eccleſiarum SS. Juſti & Clementis & inſtitutoris abbatiæ *k*, ab eo in præfatorum Sanctorum * erectæ, cùm poſitum fuerat dictum ſarcophagum cum ſupradicto elogio, oſſa inventa fuerunt, ac etiam oſſa Rogerii epiſcopi Vulterrani & Piſarum archiepiſcopi, qui eccleſiæ Vulterranæ utiliſſimus fuit ; cui multos redditus, jura, caſtellorum dominatus intra & extra agrum & Vulterranam regionem, ſicuti apparet in archivii epiſcopalis inſtrumentis, adauxit, & in propriis epiſcopalis palatii ædibus Caliſtum ſecundum maximum Pontificem cum XII Cardinalibus, epiſcopis ſex, cum tota aulicorum cohorte & famulatu humaniſſimè excepit hoſpitio *l*.

E

k

F

l

* capſula
* capſa
* *Adde* honorem

ANNOTATA.

a *Poſtquam domini deputati caput* S. Ugonis *& mirificum liquorem, qui ex ipſius ſepulcro manârat, ac dein aliorum Sanctorum reliquias die* 12 *Decembris anni* 1647 *recognoviſſent ; varia in urbe & ſuburbiis templa, & in his depoſita ſacra pignora diebus ſequentibus luſtrârunt. Ad cathedralis ſacrarium, à quo exorſi fuerant, regreſſi ſunt* 29 *Decembris ; peractaque viſitatione ceterarum reliquiarum, quibus illud ditatur*, ad divi Octaviani, *ut in Ms. noſtro legitur*, cappellam *devenerunt.* Hæc ad majoris altaris lævam poſita eſt in cathedrali, in qua ſuper altari marmoreo nobilis & ingens è candenti marmore aſſurgit urna, ab illuſtri mirabilis artis ſculptore inciſa, publico ſumptu anno MDXXII erecta. *Apud Feium lego, Ludovicum Incontrium, virum nobilitate ſanguinis, amplis divitiis & pietate inſignem, hæredibus ſuis teſtamento commendâſſe, ut è regione ſepulcri marmorei, S. Octaviano erecti, ſeu ad altaris*

A *altaris majoris dexteram, alterum marmoreum illi ſimile, in quo conderentur oſſa* S. Ugonis, *conficiendum curarent. Præſtitum id fuit ab Attilio Incontrio, uti apparet ex capite ſequente, ubi Sancti noſtri corpus maxima ſolemnitate 9 Februarii anno* 1648 *tranſlatum fuiſſe narratur in urnam marmoream, quæ num.* 16 *dicitur* nobile ſarcophagi depoſitum, quod jam illuſtriſſimus dominus eques Attilius Incontrius, inter divi Stephani equites Auſtriæ Prior, ad altaris majoris dexteram ſub organo faciendum curavit. *Tranſlationem illam præceſſit viſitatio corporis* S. Ugonis, *antè dicto die* 29 *Decembris anni* 1647 *facta, quæ hoc capite narratur.*

b *Obiit Gunfredus* octavo Calen. Septembris *ſeu* 25 *Auguſti, uti in ipſius epitaphio, quod num. ſequente proponetur, teſtatur proximus ſucceſſor Guido vel Wido, qui inter antiſtites Volaterranos iſtius nominis tertius fuiſſe putatur. Hîc verò dicitur* S. Ugo 8 *Septembris anni* 1184 *mortuus ac dein ſepultus fuiſſe in monumento marmoreo, in quo priùs per annos* 146 *jacuerat Gunfredus. Ex quibus omnibus eruitur, emortualem ejuſdem Gunfredi diem* 25
B *Auguſti innectendum eſſe anno* 1038. *Affirmatè tamen pronuntiare non auſim, illum uno anno citiùs vel ſeriùs mortuum non fuiſſe. Vide inferiùs notanda ſub lit.* i. *Sunt, qui Gunfredum ultra annum* 1034 *aut* 1035 *vitam protraxiſſe negant, vel ea adſtruunt, unde alterutrum vel utrumque neceſſariò ſequitur: ſed aberrant; nam in Italia ſacra Ughelliana prioris editionis tom.* 9 *col.* 920 *inter præſules, qui ſynodo Romanæ, menſe Novembri anno* 1036 *in cauſa Andreæ antiſtitis Peruſini habitæ, adfuerunt, memoratur* Gotifredus Volaterrenſis, *corruptè pro* Gonfredus *vel* Gunfredus. *Utroque modo hujus epiſcopi nomen in antiquis chartis expreſſum invenio. Inſtrumento anni* 1029, *quod Muratorius tom.* 6 *Antiquitatum Italiæ col.* 397 *adfert, ita ſubſcripſit:* Ego Gonfredus Volaterrenſis epiſcopus *&c. In charta anni* 1034, *cujus initium dat Ammiratus junior pag.* 81 *legitur* Gunfredus.

c *Annis* 54 *completis non quieverat Rogerius in ſepulcro marmoreo, cùm menſe Septembri in eodem deponeretur* S. Ugo: *nam non priùs quàm anno* MCXXXII Roggerius ven. Piſanorum archi-
C epiſcopus & Vulterrenſis eccleſiæ præſul obiit, *ut veteris Chronici Piſani fragmentum apud Muratorium tom.* 6 *Scriptorum Italiæ col.* 110 *teſtatur. Non ideo tamen inſcriptionem hanc erroris arguere licet, cùm adductum teſtimonium non obſtet, quo minùs verùm ſit,* S. Ugonem *mortuum atque ſepultum fuiſſe currente anno* 54 *à morte & ſepultura Rogerii: exploratum enim mihi eſt, laudati Chronici auctorem uſum fuiſſe calculo Piſanorum, qui annum ab Incarnatione Chriſti ſeu* 25 *Martii auſpicabantur, & vulgarem noſtrum, qui à Calendis Januarii incipit, novem menſibus & aliquot diebus præveniebant; ita ut annus eorum* 1132 *à* 25 *Martii uſque ad* 1 *Januarii concurrerit cum vulgari* 1131. *Obierit itaque Rogerius anno* 1131, *puta menſe Aprili. Dinumera annos inde elapſos uſque ad ſæpe indicatum tempus emortuale* S. Ugonis, *& in annum* 54 *ab obitu Rogerii illud incidiſſe deprehendes. Apud Muratorium tom.* 3 *Antiquitatum Italiæ col.* 1148 *Rogerii viventis fit mentio in Donatione, eccleſiæ Piſanæ facta & litteris conſignata* anno ab Incarnatione *Domini* milleſimo centeſimo trigeſimo primo, duodecimo Kalendas Decembris, Indictione no- Ex Ms.
na. *Hic quoque annus Piſanus adhibetur, com-* VOLATER-
ponendus cum vulgari 1130, *quo Indictio no-* RANO.
na 12 *Calendas Decembris currebat. Franciſcus Contius notarius, inſtrumenti Ms. Volaterrani confector, neque annum vulgarem uſurpavit, neque Piſanum; ſed Florentinum: cujus initium deducitur à die* 25 *Martii, vulgaris noſtri principium ſeu Calendas Januarii ſubſequente, vicinis Piſanis annum ſuum ab eodem die* 25 *Martii, vulgaris exordium præcedente, inchoantibus. Lege obſervationem primam ad caput ſequens.*

d *Non aptè ordinata hîc eſt ſtructura partium orationis, fortè vitio tranſcribentis.*

e *Diem* 2 *Februarii ſeu feſtivitatem Purificationis Deiparæ Virginis ad annum* 1186 *referendam eſſe ſuadent verba præcedentia:* Poſt mortem verò præfati beati Ugonis tempore unius anni elapſo *&c. Quis dicat, feſtivitatem illam, anno* 1185 *illigatam, Sancti morte ſeu* 8 *Septembris anni* 1184 *poſteriorem eſſe* tempore unius anni elapſo; *cùm ne quidem quinque menſibus integris poſterior ſit?*

f *Quem à familia ſua Feium cognominatum fuiſſe aſſerit Æmilius ejuſdem cognomenti ſcriptor, addens, illum* S. Ugonis *ex ſorore nepotem fuiſſe & ipſius ad Concilium Lateranenſe anno* 1179 *proficiſcentis ſocium. Adi obſervationem ad caput* 1 *ſub lit.* y. *Apud Æmilium quoque lego elegans vaſculum, in quo Matthæus canonicus ſacrum liquorem à ſe collectum condiderat, Feianæ familiæ inſignia præferre. Credere licet, eumdem Matthæum eſſe auctorem hujus inſcriptionis, quæ ſuprà num.* 9 *priſcum monumentum appellatur, atque alibi ab antiquitate commendatur.* E

g *Haud difficulter ſenſum aſſequêris, ſi legas* Domnum Gunfredum.

h *Ughellus nonnullos contendere ait, Gunfredum, quem corruptè Gaufridum nominat, origine Saxonem fuiſſe: quod ſi verum ſit, per Gunfredi patriam hoc loco non incongruè Saxoniam intelliges; licèt in verſu ſequente dicatur natus Novariæ, Longobardiæ Tranſpadanæ urbe.*

i *Annus* MXXXVII *non congruit Indictioni* VII, *quæ currere cœpit menſe Septembri anni* MXXXVIII. *Gunfredus, ut mox ſubjungitur,* octavo
F Calen. Septembris obiit: *qui dies ſi fuerit Indictionis* VII, *annus* MXXXVII *emendandus eſt in* MXXXIX; *ſi verò fuerit anni* MXXXVII, *pro Indictione* VII *ſubſtituenda eſt Indictio* V. *Corruptas notas chronologicas alterutro modo corrigendas eſſe arbitrarer, ſi ex antiqua inſcriptione, ut videre eſt in Annotatione ſub lit.* b, *rectè non deduceretur, diem Gunfredi emortualem innectendum eſſe anno* MXXXVIII *& Indictioni* VI.

k *De fundatione abbatiæ SS. Juſti & Clementis vide tom.* 1 *Junii pag.* 440 *& ſeq.; ſed quæ ibi recitatur charta Guidonis epiſcopi Volaterrani, confirmantis donationes eidem abbatiæ à deceſſore Gunfredo factas, vitiosè data notatur* anno MXXXIV, *quo Volaterris nondum ſedebat Gunfredi ſucceſſor Guido, uti liquet ex obſervatione data ſub lit.* b.

l *Anno* 1120, *quemadmodum varia, quæ legi, documenta fidem faciunt.*

Ex Ms. Volaterrano.

CAPUT IV.

Tranſlatio corporis ſummâ celebritate peracta.

Decernitur & promulgatur facienda corporis tranſlatio ;

NOviſſimè *a* autem proponentibus dominis deputatis, reverendiſſimo capitulo & illuſtriſſimæ communitati viſum eſt, eiſdem facultatem augere & amplificare auctoritatem, ut ſcilicet ſancti Ugonis reliquias ab ara cappellæ transferre poſſent ad nobile ſarcophagi depoſitum, quod jam illuſtriſſimus dominus eques Attilius Incontrius, inter divi Stephani equites Auſtriæ Prior, ad altaris majoris dexteram ſub organo faciendum curavit *b*. Hi ergo, habito priùs conſenſu & conſilio illuſtriſſimi domini Nicolai Sacchetti epiſcopi Vulterrani, hanc fieri tranſlationem ſtatuerunt. Ob id litteræ à prædicto epiſcopo in totam diœceſim emittuntur, quibus populi omnes ad ſancti Ugonis celebritatem colendam invitabantur. Tribus antè diebus ad excitandum devotionis ardorem in civitate & ſuburbiis ſtrepitus omnium campanarum inſonuit.

17 Et cùm die x Januarii eædem reliquiæ in eadem depoſitæ caſſa * ad ipſam urnam, è qua IV Calendas Januarii fuerunt eductæ, reportatæ fuiſſent ; manè die VIII Februarii, præſentibus domino provicario, illuſtriſſimis dominis Prioribus domino Baccio Ricciarello equite divi Stephani, domino Gherardo Compagno J. U. D., domino Petro Franciſco Marchio, domino Octavio Minuccio & domino Franciſco Leonorio & iiſdem dominis deputatis & domino Petro Tanio cathedralis operæ præfecto, ex eodem Barbiallæ *c* altari, elato priùs à cœmentariis operculo, ejuſdem Sancti oſſa deducuntur, ſicuti rei geſtæ memoriam domini Franciſci Tanii epiſcopalis curiæ cancellarii manu deſcriptam fuiſſe aſſeritur.

quod ad marmoream, è qua ſublatum fuerat, urnam reportatur, atque inde * capſa

18 Inde ad divi Caroli cappellam deferuntur, ibique è vetuſta emoventur arca, in qua lamiæ duæ plumbeæ cum ſequentibus inſcriptionibus repertæ fuerunt ; in quarum una hæc notata legimus : " MDXL apertum ſepulcrum fuit, & „ ex tribus cadaveribus inibi inventis hoc lig„ neo loculo B. Ugonis oſſa condiderunt : au„ rique * anuli duo ipſius in ſacrario cum ejuſ„ dem liquoris parte honorificè habentur *d* „. Et in altera hæc inciſa ſunt verba : " Anno Salu„ tis MDCXXXI, ſeptimo Cal. Novembris, Ber„ nardo Inghiramio epiſcopo Volaterrano, cùm „ in quartum menſem civitas peſtilentiâ elabo„ raret, B. Ugonis oſſa, è lignea in hanc decen„ tiorem capſulam repoſita, in altari majori ex„ poſita ſunt, univerſo populo venerante & ju„ ſtam Dei iram deprecante „.

ad ſacellum S. Caroli defertur : ubi è vetuſta capſa, in qua duæ de Sancti oſſibus memoriæ inventæ, * *fortè* aureique

19 Sanctæ igitur reliquiæ nova in caſſa * ex nuce, undequaque cryſtallis circumdata, reconduntur, & ſequenti nocte in eadem cappella ſub cuſtodia prædictorum deputatorum relictæ, duabus obſignantur clavibus ; quarum altera domino Franciſco Broccardo uni ex eccleſiaſticis deputatis, altera domino Raphaëli Maffeo uni ex laïcis tradita fuit. Proximo mane in ipſa arca ſupra ſanctas reliquias hæc condita fuit inſcriptio : " D. „ O. M. Innocentio decimo ſummo Pontifice, „ ſereniſſimo Ferdinando ſecundo magno He„ truriæ duce, Nicolao Sacchetto epiſcopo Vul„ terrano, corpus ſancti Ugonis epiſcopi Vul„ terrani è ſinu altaris, in quo diſtinctè cum „ corporibus Gunfredi & Rogerii Vulterrano„ rum antiſtitum jacebat, magno populi con„ curſu ac totius urbis lætitiâ in hunc decen„ tiorem locum ſolemni ritu & pompâ tranſla„ tum fuit v Idus Februarii, anno à Partu Vir„ ginis milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo ſe„ ptimo *e* „.

in decentiorem arcam tranſponitur, quæ cum ſacro depoſito * capſa

e maxima celebritate tranſfertur * capſula

20 Clausâ duabus clavibus caſſulâ *, educuntur reliquiæ, quas confratres ſocietatis ſanctæ Mariæ Magdalenæ, facibus accenſis, comitabantur : in contabulationem nobili apparatu exornatam prope prædictam Barbiallæ cappellam deferuntur ; & cum ipſis inſigne caput argento ornatum & mirabilis ejus liquor, luminibus innumeris accenſis, exponitur. Tota quoque cathedralis intus & extra fronde, imaginibus, ſericis velamentis, elogiis, carminibus, picturiſque in Sancti honorem enitebat. Solemnis Miſſa concentu muſico fuit in ejus laudem decantata, & poſt Offertorium dominus Alexander Bava canonicus luculentiſſimam de ejuſdem S. Epiſcopi geſtis orationem habuit. Poſt meridiem Veſperæ harmonicis modulis feſtiviſſimè concinuntur : quibus completis, ipſæ reliquiæ generali proceſſione, cui ſocietates, confraternitates, congregationes civitatis & plurimæ, quæ de diœceſi confluxerunt, omnes Regulares, & Mendicantes, & monachi, clerus, magiſtratus omnes & generale conſilium aderant, infinito quaſi funalium numero per totam civitatem devehuntur. Viæ omnes erant aulæis, triumphalibus arcubus, columnis, altaribuſque hinc inde diſpoſitis decenter ornatæ : fulgura lætitiæ horribili boatu è bombardis, tormentis, mortariiſque bellicis exploduntur.

ad inſigne monumentum marmoreum, ad altaris majoris dexteram erectum.

21 Sic denique univerſo civitatis applauſu & ingenti animorum devotione in cathedralem reportantur : ubi ab illuſtriſſimo epiſcopo caput S. Ugonis integrum oſtenditur, quo genu flexum populum epiſcopali impertivit benedictione. Tranſlatæ ſunt poſtea ad marmoreum depoſiti buſtum ; & ibi, traditâ alterâ è duabus clavibus domino archidiacono Joanni Maffeo pro reverendiſſimo capitulo, & alterâ domino equiti Baccio Ricciarello vice-præpoſito pro illuſtriſſimis DD. Prioribus populi urbiſque Vulterranæ in præpoſiti abſentia ; in ipſa inciſi marmoris urna, quæ cœmento fuit interlita, conditæ fuere. Rogantes &c. Actum Vulterræ in reſidentia reverendiſſimi capituli & canonicorum eccleſiæ Vulterranæ, poſita in canonica *f* ejuſdem eccleſiæ, præſentibus nobilibus viris domino Franciſco quondam D. Aſcanii de Maffeïs J. U. D., & domino Ludovico quondam domini Petri Antonii alterius domini Ludovici de Minuccis, patriciis Vulterranis, rogatis teſtibus &c. *g*.

Teſtimonia notarii & magiſtratûs Volaterrani, fidem illi faciens per ſuum cancellarium.

22 Ego Franciſcus Contius, olim Sebaſtiani Auguſtini filius, civis ac notarius publicus Volaterranus, ducali auctoritate notarius & judex ordinarius, de ſupraſcripto viſitationis ac recognitionis reliquiarum & de earum atteſtationis inſtrumento & de omnibus & ſingulis in eo contentis rogatus extiti, & in fidem manu propria me ſubſcripſi, & ſolitum mei notariatûs ſignum in margine appoſui ad laudem omnipotentis Dei & Deiparæ Virginis.

In Dei nomine Amen. Nos Priores populi civitatis Volaterrarum univerſis & ſingulis, ad quos

A quòs præſentes pervenerint, fidem facimus & atteſtamur, ſupraſcriptum D. Franciſcum quondam Sebaſtiani Auguſtini de Contis, qui de ſupraſcripto inſtrumento rogatus extitit, fuiſſe & eſſe civem noſtrum, publicum, legalem, fide dignum & autenticum notarium, & talem, qualem ſe facit, ejuſque ſcripturis fuiſſe ſemper adhibitam, ac de præſenti adhiberi publicam fidem: in quorum fidem & teſtimonium has præſentes atteſtationis literas per cancellarium noſtrum infraſcriptum fieri, ſubſcribi, & ſoliti noſtri ſigilli impreſſione muniri juſſimus. Datum Volaterris ex palatio noſtræ ſolitæ reſidentiæ hac die decima tertia Maii anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo octavo, Indictione prima, Innocentio X ſummo Pontifice, & ſereniſſimo Ferdinando II magno Etruriæ duce regnante. Ego Thomas Franciſci de Broziis Sangeminianenſis J. U. D. & ad præſens cancellarius pro S. C. S. civitatis Volaterrarum manu propria ſcripſi atque ſubſcripſi in fidem de mandato.

ANNOTATA.

B a *Corpus* S. Ugonis *ex loco, in quo die 29 Decembris anni 1647 fuerat repertum, in alium decentiorem 9 Februarii anni ſequentis feſtivâ pompâ tranſlatum fuit; quæ hoc capite ex Ms. Volaterrano deſcribitur, omiſſis illis, quæ domini deputati diebus 8, 18 & 23 intermedii menſis Januarii egerunt, & ad noſtram inſtructionem per notarium publicum Franciſcum Contium annotanda cenſuerunt. Actis menſe Decembri & ſubſequente Januario eumdem ille annum 1647 conſtanter adſcripſit more Florentinorum, qui anni principium differebant uſque ad 25 Martii, atque etiam nunc differunt, quemadmodum diſertè teſtatur Muratorius in nuper edito tomo 3 Antiquitatum Italiæ col. 45: Utique fuerunt & ſunt adhuc in Italia populi, ac præcipuè Florentini, qui ſeriùs quàm nos annum novum à die XXV Martii ineunt, ac propterea* AB INCARNATIONE *appellant; quod ſedulo perſpiciendum, utpote indicium diſcriminis non levis ab altera forma, noſtris temporibus ferè ubique uſitata, ſcilicet* A NATIVITATE *ſive, ut rectiùs Regienſes & alii ſcribunt,* A CIRCUMCISIONE, *id eſt à Kalendis Januarii. Aliquibus autem & præſertim Piſanis novus annus* AB INCARNATIONE *novem menſibus antevertebat vulgarem annum noſtrum* A NATIVITATE. *Non tantùm annus 1647, ſed etiam concurrens cum eo Indictio 15 ultra vulgaris anni 1648 & Indictionis primæ exordium uſque ad 25 Martii in Ms. noſtro Volaterrano protrahitur. Variis exemplis id demonſtrarem, ſi operæ pretium mihi videretur.* Ex Ms. VOLATERRANO.

b *Vide obſervationem primam ad caput præcedens.*

c *Ita cognominatur ſacellum* S. Ugonis. *Adi ſuprà num.* 12.

d *Idem ſepulcrum etiam apertum fuit inter annum* 1574 *&* 1598 *ſub Guidone Serguidio epiſcopo Volaterrano, qui à Sancti corpore caput ſeparavit, argenteo ornamento imponendum & publicæ exponendum venerationi. Lege annotationem ad caput* 2 *ſub lit.* u. E

e *Hic annus cùm Florentinus ſit, ſecundum dicta reducendus eſt ad vulgarem noſtrum* 1048.

f *Vox Italica* canonica *ſeu* calonica *ſignificat locum, ubi habitant canonici.*

g *Hic deſinit inſtrumentum noſtrum apographum. Teſtimonia, quæ ſequuntur, autographa ſunt, atque illud authenticum eſſe probant. Adi Comment. prævium num.* 3.

DE B. COMITISSA VIRGINE

VENETIIS

SYLLOGE

C.S. C F

De Cultu & geſtis.

ANNO, UT FERTUR, MCCCVIII. *Cultus Beatæ, martyrologis incognitæ,*

Præclarus ac excellentiſſimus vir, dominus Flaminius Cornelius, ſereniſſimæ reipublicæ Venetæ ſenator, inter varia monumenta, quæ ex laudabili erga ſuos indigenas Cælites affectu collegit, ſingularique in muſeum noſtrum benevolentia nobiſcum communicavit, hoc anno 1748 *quædam tranſmiſit de* B. Comitiſſa, *nobili Veneta, ex patricia Teleapetræ familia oriunda, quæ in tenella admodum ætate humanis rebus erepta, apud cives ſuos jam à quatuor ſeculis cultum obtinuit, eodemque hodiedum frui perſeverat. Libenter fatemur, Virgunculam hanc à nobis penitus ignorandam fuiſſe, niſi prælaudatus Cornelius nos de ea monuiſſet: omnibus enim martyrologis, quos quidem vidi, planè ignota eſt. Verumtamen de cultu ipſius legitimè inchoato continuatoque dubitare nos non ſinunt, quæ tum à prædicto Cornelio tum à quibuſdam Venetarum rerum ſcriptoribus, licèt paucis, afferuntur; quæque propterea me permoverunt, ut* B. Comitiſſæ, *cujus venerationi nulla certa dies aſſignata eſt, hoc die in Opere noſtro inter Cælites locum darem.*

2 *Itaque Flaminius Cornelius poſtquam perpauca de Beatæ geſtis, ejuſdemque felicem anno Chriſti* 1308 *obitum enarravit, de cultu ſic ſtatim proſequitur:* Mox juxta illorum temporum conſuetudinem per populorum conſtantem & unanimem acclamationem Beatorum glorioſo choro eſt adnumerata, corpuſque ejus in S. Joannis ara in ipſo S. Viti templo collocatum, non interrupto ultrà quatuor ſeculorum cultu ſumma veneratione aſſervatum eſt; cujus cultus religionem, utpote immemorabilis temporis continuatione munitam, præſules Veneti in diverſis eccleſiæ viſitationibus comprobaverunt. In ea autem ara ejus corpus, mirabili incorruptione donatum, quievit uſque ad annum MDCCII; *quando intra eamdem eccleſiam tranſlatum eſt, ut infrà videbimus. Unde hæc habeat* *cujus corpus integrum Venetiis ſervatur,*

AUCTORE C. S. *prænobilis dominus, non edicit: quæ tamen de sacro Virginis corpore in ara templi S. Viti asservato refert, rectè congruunt scriptorum quorumdam Venetorum testimoniis, quæ modò recensebimus.*

probatur ex antiquis 3 *Marinus Sanutus Patricius Venetus, vir variis muneribus publicis, teste Ludovico Muratorio, præclarè functus, qui sub finem seculi* XV *& initio* XVI *floruit, in Vitis Venetorum ducum apud eumdem Muratorium tom.* 22 *Rerum Italicarum scriptorum, recensens sacra corpora, quæ Venetiis quiescunt, col.* 438 *sermone Italico, quem Latinum facio, sic scribit:* In S. Viti beata Comitissa (*Italicè* Contessa) virgo: fuit è familia Tagliapietra. In uno altari visitur. *Consonat Franciscus Sansovinus in Civitate Veneta, quam senescente seculo* XVI *Italice concinnavit, libro* 4: *Ecclesia* S. Viti fuit opus familiæ Magni anno DCCCXVII, nobilitata primùm corpore beatæ Comitissæ è familia Tagliapiera. *Similiter & Fidelis Honophrius in Chronologia Veneta, pag.* 196 *editionis item Venetæ anni* 1682 *patrio pariter idiomate ait:* S.

B Viti, dicta S. Vio parochia, condita est anno DCXLVII à familia Magni: in ea requiescit corpus integrum beatæ Comitissæ Taiapeiræ, nobilis Venetæ. *Uter in anno erectæ ecclesiæ erraverit, ad præsens institutum non pertinet.*

& recentioribus historicis. 4 *Denique in Thesauro Antiquitatum & Historiarum Italiæ, studio & operâ Joannis Georgii Grævii & Petri Burmanni, anno* 1722 *Lugduni Batavorum in lucem dato, tom.* 5, *parte* 2, *pàg.* 208 *de eodem S. Viti templo hæc leguntur:* Adest hic corpus beatæ Comitis Tagliapetræ, nobilis Venetæ; reliquiæ sanctorum Viti & Modesti &c. *His adjungit Cornelius Marcum Barbarum accuratissimum, ut ait, nobilium familiarum Venetarum chronologum, quem quia consulere mihi non licuit, ejus verba ex Cornelii Notitiis huc transfero ex Italicis itidem Latinè:* Comitissa filia Nicolai Daleapetra obiit anno MCCCVIII, cujus corpus utpote animæ sanctæ honoratur in ecclesia S. Viti in quodam altari, ad quod vidi velum vetustissimæ texturæ insignitum gentilitio scuto familiæ Taliapetræ, cujus domicilia stabant, ubi nunc est area (S. Viti): verùm à senatu comparata fuêre, & solo æquata, ut duci ac senatui pulchrior pateret conspectus festo die S. Viti, anno MCCCLIV; *quia videlicet prædictum templum eo die à duce senatuque solemniter invisitur. Hæc in laudatis notitiis, in quibus præterea Fulgentius Manfredus in laudibus S. Magni, aliique scriptores laudantur, quos inspiciendi copia mihi non fuit.*

C 5 *Hucusque allata probant*, Comitissam *Taliapetram jam à seculo* XV Beatæ *titulo decoratam, ejusdemque corpus tamquam sacrum cimelium apud Venetos habitum fuisse; cujus veneration*is *initium cùm nemo commemoret, cum Cornelio ad ipsum, qua defuncta est, seculum* XIV *meritò referimus. Modò reliqua ex ejusdem prænobilis viri Mss. notitiis prosequamur.* In ea, inquit, ara (*S. Joannis in templo S. Viti, in qua anno* 1308, *quo obierat, honorificè fuerat depositum*) ejus corpus, mirabili incorruptione donatum, quievit usque ad annum MDCCII, quando approbante ejus temporis patriarchâ & mox Cardinali, Joanne Baduario, fuit à plebano, Paulo Soldati, ex ara S. Joannis ad altare S. Antonii abbatis, in sacello ad dexterum aræ maximæ latus translatum; ubi supra mensam in urna marmorea, piâ fidelium frequentiâ ad ipsius D Virginis opem implorandam accurrente, digno honore asservatur.

prodigiis 6 Novissima autem venerabilis corporis translatio maximis fuit nobilitata prodigiis. Virgo enim quædam, nomine Elisabeth, suprà memorati plebani neptis, dum virgineum Beatæ corpus novo serico vestimento ornare curat, brachia ejus invenit tanta soliditate ad pectus adnexa, ut nullo modo vestimentum eâ, quâ decebat, formâ aptare illi posset: quod ex devotionis sensu dolens plebanus, brevi sed fervenți prece Beatam defunctam exorat, ut se eo indumento tegi patiatur. Quâ oratione vix completâ, in signum obedientiæ rigentia priùs brachia laxantur; unde facilis novæ vestis aptatio subsecuta est.

illustratur. 7 Post hæc aliud mirabilius signum evenit: dum enim in propria lignea capsa, ex qua paulò antè extractum fuerat sacrum corpus, reponeretur, repentè inventum est majoris staturæ proceritate donatum; ex qua corporis admiranda extensione opus fuit novam & ornatiorem facris exuviis deponendis urnam construere: quâ E compactâ & in ea sacro cadavere depositò, novo & admirabiliori portento visum est iterum ad priorem se brevitatem reduxisse. Ex quo manifestè patuit, hoc divina accidisse dispositione, ne ultrà venerandum Virginis corpus in prima urna, jam præ nimia vetustate minùs decente, jacêret. Horum autem portentorum oculares testes, dum hæc scribo anno MDCCXLVI, adhuc in vivis versantur.

Ejusdem status hodiernus: imago cum Beatæ titulo 8 *Hisce subdit, quæ ad hodiernam sacri corporis venerationem situmque spectant.* Hujus quidem corporis præsens status hic est. Jacet integrum in nullo membrorum deficiens, carne verò exsiccatâ in omnibus suis partibus (præter faciei portionem) circumdatum, extensum & decenter compositum, brachiis supra pectus in forma crucis dispositis; in qua forma per aptatas ab anteriori parte crystallos visitur & piè colitur. *Alterum præterea ecclesiastici cultûs argumentum producit in hæc verba:* Ejus etiam imago jussu Joannis Theupuli patriarchæ Veneti depicta, tituloque BEATÆ insignita, colitur in ecclesia S. Christophori, vulgò appellata S. Maria ab Horto, in sacello Nativitatis Dominicæ, F cui olim canonici seculares, Congregationis S. Georgii in Alga, inserviebant, modò verò inserviunt monachi Cistercienses Ordinis.

publicæ veneratiqui à patriarcha expositæ. 9 *Porrò laudatus patriarcha, qui Ughello Italiæ sacræ recusæ tom.* 5, *col.* 1324, Joannes Theupolus *dicitur, ex Primicerio S. Marci factus est patriarcha Venetus anno* 1619, *e vivis decessit anno* 1632, *teste Ughello citato; quo propterea tempore ea* Beatæ Comitissæ *imago publicæ venerationi exponi debuit. Quod sanè cultûs legitimi argumentum est, sive prædictam iconem paulò ante celebre Urbani VIII decretum, anno* 1625 *editum, sive post illud, appensam credimus; cùm in priori casu ea cum* Beatæ *titulo à laudato Patriarcha fidelium veneration*i *minimè exponenda fuisset, aut certè in posteriori ejusdem jussu fuisset sublata, si de legitimo* B. Comitissæ *cultu non constitisset: at ea non modò tum non sublata est, verùm etiam hodiedum post integrum seculum & ultrà in eadem S. Christophori ecclesia publicè honoratur, quemadmodum laudati senatoris Veneti verbis docuimus.*

Corpus dum hoc seculo transferretur 10 *Gesta beatæ nostræ* Comitissæ *scriptorum negli-*

A *Ex nobili familia Tagliapetra*

negligentiâ periiſſe, meritò deplorat idem Flaminius, qui pauca tamen collegit, quæ cum lectore ejuſdem verbis communico. Circa annum Domini MCCXCV ex patricia gente Teleapetra ortum habuit Comitiſſa (Italicè Conteſſa): cujus parentes fuerunt Petrus Teleapetra ex præcipuis Venetæ nobilitatis viris, & Helena, cujus familiæ nomen ignoratur. *Annum Virginis natalem Flaminius veroſimiliter colligit ex emortuali, quem Marcus Barbarus, cujus verba num. 4 dedimus, Chriſti* 1308 *ſtatuit, annoque ætatis ejuſdem Beatæ, quem ipſe decimum tertium fuiſſe ſcribit, ſive id ex corporis tenella ſtatura conjiciat, ſive aliunde didicerit. Quod verò ſpectat ad nobilem* Comitiſſæ *familiam, diſcimus ex Raphaini Careſini, cancellarii Veneti Chronico, quod Andreæ Danduli, Venetiarum ducis Chronicon continuando, ad annum Chriſti* 1388 *perduxit, apud Muratorium Rerum Italicarum tom.* 12: *diſcimus, inquam, anno* 1381 *triginta Venetos eorumque poſteros patricia dignitate donatos fuiſſe & majori, ut vocant, concilio adſcriptos, inter quos* Nicolaus Tajapetra *numeratur.*

B *orta virgunculà;*

11 *Similiter Marinus Sanutus jam num.* 3 *laudatus, recenſens familias nobiles, quæ anno* 1522 *ejuſdem concilii erant, ſic ſcripſit Italicè:* Tagliapietri, adſcripti anno MCCCLXXXI. *Hinc colligimus, Tagliapetram familiam nondum ea dignitate ornatam fuiſſe, dum Beata in vivis verſaretur. Porrò de nomine Tagliapetræ, qui* Comitiſſam *genuit, non convenit Flaminio cum Marco Barbaro, quem ſuprà laudavit; hic enim eum* Nicolaum, *ille verò* Petrum *nominat. Uter rectiùs, ob inſtrumentorum inopiam non perſpicio. Verumtamen ſi* B. Comitiſſa *anno Chriſti* 1308, *ſuæ verò ætatis* 13, *ut volunt, revera obierit, non potuit Nicolaum illum, cujus Raphainus meminit, patrem habuiſſe, niſi hic annos centum aut plures natus magno iſti concilio fuerit adſcriptus. Modò ad Flaminii narrationem redeamus.*

ut ſolitis precibus vacet,

12 Hæc ab infantia à Domino ſupernis benedictionibus præventa in omni virtutum genere ſe exercere, virgineamque ſuam puritatem, quâ Domino placebat, jugi orationis ſtudio exornare conſuevit, in divinorum præcipuè miſteriorum aſſidua frequentatione, quibus per ſingulos dies

C aſſiſtere conſtanter & devotè in deliciis habuit. Unde & in eorum veneratione ſolicita quotidie à paterno palatio, quod in S. Viti confinio ædificatum erat, diſcedens ad eccleſiam S. Mauritii, canalem, qui à Venetis vocatur MAGNUS, trajiciens, ſe conferebat, ut à pio ſacerdote, qui ei erat à confeſſionibus, in via Domini tuto pede decurrenda regeretur & juvaretur. Contigit autem divini diſpoſitione conſilii, ut hujuſmodi tam frequens ad eccleſiam Comitiſſæ acceſſus parentibus ſuis minùs placeret, vel ex infernalis inimici ſuggeſtione, vel potiùs quia quotidianus è paterna habitatione egreſſus minùs convenire nobili Virgini putaretur; indéque famulis, qui ad domeſticam cymbam vehendam conducti erant, ſevero juſſu pater ejus quadam die prohiberet, ne Filiam ampliùs ultra canalem ad dicti Mauritii ædem familiari cymbâ deducerent: Domino ſic diſponente, ut ſanctæ Puellæ virtutis conſtantia in actibus religionis inſigni miraculo corroboraretur. AUCTORE C. S.

veſte pro cymba utitur: defunctæ corpus in altari S. Joannis reponitur & honoratur.

13 Cùm igitur devota Virgo, manè facto, more ſolito, ut ſe ad ſupradictum templum adducerent, cymbæ vectores rogâſſet; renuentibus illis & pleno ore negantibus, ipſa interioris ſpiritûs motione impulſa, ſe Crucis ſigno muniens, veſtem, quæ ex gremio pendebat, quaque ad uſus domeſticos utebatur, ſuper aquas ſternens, timoris neſcia ſuper ipſam deſcendit, E eâque veluti firmiſſimâ tabulâ uſa ad ulteriorem canalis partem illæſa & prorſus intacta proceſſit, magno hominum concurſu ſpectante ſimul & admirante inauditum in tenera Virgine divinæ omnipotentiæ miraculum. Magno igitur virtutum orationiſque exercitio jam cælo matura, mundum, qui eâ non erat dignus, reliquit & evocata à Domino ad cæleſtis gloriæ coronam, conſummata in brevi, placidiſſimè obdormivit in Domino anno Dominicæ Incarnationis MCCCVIII, innocentis verò ejus vitæ XIII, moxque juxta illorum temporum conſuetudinem per populorum conſtantem & unanimem acclamationem Beatorum glorioſo choro eſt adnumerata, corpuſque ejus in S. Joannis ara in ipſo divi Viti templo collocatum, non interrupto ultra quatuor ſeculorum cultu ſumma veneratione aſſervatum eſt. *Hucuſque laudatus vir Flaminius Cornelius, qui, ut monui unde hæc didicerit, non edicit; quapropter ea ipſius fide à me relata lector, velim, accipiat. Quæ de ejuſdem Beatæ cultu ſubjungit, ſuprà jam dedimus.* F

A D

DE B. SERAPHINA VIDUA

ET ABBATISSA ORDINIS S. CLARÆ

PISAURI IN MARCHIA ANCONITANA

J. P.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Beatæ apud Scriptores memoria, elogia, corporis publica ac solemnis expositio, cultus immemorialis.

ANNO MCCCCLXXVIII. *Meminerunt B. Seraphinæ*

B

Pisauri urbe tum antiquitate, tum amplitudine ac elegantia percelebri ad hunc diem celebratur in monasterio monialium Ordinis S. Claræ, cui nomen Corporis Domini, *memoria* B. Seraphinæ Columnæ, *seu, ut scribunt alii,* Seraphinæ Feltriæ, *utroque modo rectè, utpote quæ ex utraque ea illustrissima familia ortum duxerit, sicut patebit inferiùs, ubi de præclara ejus origine suus erit dicendi locus. Præmittenda hîc nonnulla, quæ spectant, ad ejus cultum & venerationem publicam. Annuntiat ipsam ad diem* VIII *Septembris Arturus in Martyrologio Franciscano nec non in Gynæceo suo hisce verbis:* Pisauri in Picæno, Beatæ Seraphinæ à Columna viduæ: quæ illustrissimâ orta prosapiâ habitum Clarissarum induit, & facta Abbatissa sanctissimè vixit ac obiit. *Tum utrobique in Annotationibus adducit insigne elogium, quod de vita ejus ac morte contexuit R. P. Franciscus Gonzaga, parte secunda Operis, quod conscripsit de Origine Seraphicæ Religionis; hoc autem elogium huc etiam transfero.*

eamque elogiis exornârunt

C

2 Beata soror Seraphina, ex nobilissima Columnæ familia originem trahens, cuidam Alexandro, Pisauri olim domino temporali, nupta fuit. Cujus infamem liberioremque vitam dum illa graviùs carperet, ejus odium incurrit, atque post plurima vitæ propriæ superata discrimina sacrum hoc (Corporis Domini) monasterium ingredi ab eodem compulsa est: in quo cum aliquandiu in habitu sæculari, honestissimo tamen, conversata fuisset, religionis tandem habitum induens, in eo per XVIII continuos annos sanctissimè vixit. Quamobrem ex hac vita migrans maximum sui desiderium maximamque sanctitatis opinionem cæteris sororibus reliquit. Ejus simul, atque beatæ sororis Felicis corpus, ex sacristia ad bina mausolæa ex marmore in arcum, ad utrumque chori latus, affabrè ædificata, propriisque sumptibus absoluta transferri curârunt illustrissimi Guidobaldus ejusque legitima uxor Victoria Farnesia Urbini pientissimi duces. *Hæc laudatus Gonzaga. Nos pleraque isto elogio contenta per decursum hujus Commentarii pleniùs explanabimus.*

auctores varii; sed recentiores, quam ut ex ipsis

3 *Meminit item Beatæ nostræ ad eumdem diem Ferrarius in Catalogo in hunc modum:* Pisauri obitus B. Seraphinæ principis Pisauriensis. *Uti & Hucberus in Menologio Franciscano, ad diem* XXV *Decembris: cur autem ejus memoriam ad diem alium rejiciat, rationem non allegat. Exstant præterea præclara* Seraphinæ *nostræ testimonia apud Marcum Ulyssiponensem in Chronico Fratrum Minorum parte 3, lib. 6, cap. 39; Petrum Tossinianum lib. 1 Historiarum Seraphicæ Religionis; Ludovicum Jacobillum de SS. Fulginatibus; Waddingum tomo 14 Annalium, aliosque non paucos, quos enumerat Arturus locis suprà citatis. Atque ii pene omnes eam* Beatæ *titulo insigniunt. Attamen, ut quod in animo est, expromam aperte, nisi alia testimonia accessissent, non sufficissent hæc omnia, ut sine sollicitudine hanc Beatam Operi nostro insererem, quòd per ea non satis constare videretur de immemorabili ejus cultu; maximè cum laudati auctores admodùm recentes sint, & eorum nullus scripserit annis octoginta ante evulgatum Decretum Urbani VIII. Etenim Marcus Ulyssiponensis, qui omnium, quos citavi, antiquissimus est, Opus suum edidit dumtaxat anno* MDLVI, *& is quidem à titulo* Beatæ *abstinuit. Accipe ejus verba in idioma Latinum translata:* In monasterio S. Claræ Pisauri die VIII Septembris obiit soror Seraphina Columna, clara quòd orta esset ex stirpe nobilissima, sed clarior propter sanctitatem. Abbatissa fuit in dicto monasterio.

E

certò probetur immemorialis cultus.

F

4 *Fateor quidem, citat Waddingus in margine Legendas Mss., sed hæ neque ad manum nobis sunt, neque ubi locorum modò lateant compertum est: certè non apud Pisaurenses, qui haud dubiè sicut olim instrumenta alia, etiam hæc ad Majores nostros transmisissent. Unde non satis liquet, quæ dictarum Legendarum sit antiquitas, quantave iis tribui possit auctoritas; nam laudatus Waddingus sicut eas Legendas, sic citat P. Augustinum Gallucium, cujus tamen Opus anno dumtaxat* MDCXXXVII *lucem aspexit. Lubens nihilominus admisero, Legendas, quibus usus est Waddingus, valdè antiquas esse, & quæ in iis narrantur de Beatæ nostræ vitâ piissime transactâ ac felici morte, verissima; sed an præter hæc aliquid referatur, ex quo cultus immemorabilis certò erui possit? Sanè quæcumque de dicto cultu affert Waddingus, adducuntur quoque à Gallucio, & hic insuper ejusmodi adjungit testimonia, quæ visa sunt mihi quodammodo necessaria, quamvis simul sufficientia, ut de immemorabili cultu securi simus. Immò talia sunt laudati scriptoris testimonia, ut non immeritò suspicari liceat, pleraque, quæ de cultu scribit Waddingus, hausta esse ex ipso Gallucii Opere, sicut manifestum fiet considerantibus ea, quibus memoratum cultum præcipuè probare aggredior.*

5 *Lau-*

A *Teſte Auguſtino Gallucio corpora BB. Seraphinæ & Felicis Medæ*

§ *Laudatus itaque laudandusque ſæpiùs per decurſum R. P. Auguſtinus Gallucius de Mondulfo, provinciæ Picentinæ Minorum obſervantiæ quondam commiſſarius generalis Apoſtolicus & provinciarum Bavariæ & Tyrolis viſitator; anno ſeculi proximè elapſi* XXXVII *Italico idiomate librum edidit, diviſum in tres partes, quarum prima complectitur geſta B. Felicis Medæ, fundatricis ſuprà memorati monaſterii Clariſſarum Piſaurenſium; altera Vitam & miracula* B. Seraphinæ; *tertia verò in communi utriuſque Beatæ gloriam poſthumam. In hac verò poſtrema parte, præmiſſis miraculis nonnullis,* cap. § *narrare incipit ex Chronicis, (an Piſaurenſibus, an ſui Ordinis, non indicat) quomodo ab initio corpora BB. Felicis ac* Seraphinæ, *quæ, ut poſtea comprobabitur, ad noſtra uſque tempora incorrupta ſervantur, repoſita fuerint in arcis ligneis, in iiſque devoto populo per cancellos ſacriſtiæ oſtenſa. Addit dein, dicta corpora arcis marmoreis impoſita & ad locum honoriſicentiorem tranſlata populo oſtendi perrexiſſe ad ipſum ferè tempus, quo ſcriberet: tum denique procedit ad enarrationem eorum,*

B *quæ ſua ætate contigerunt, quæque ex Italico mox Latinè interpretabor. Præmonendus etenim nonnihil ſtudioſus lector de ipſius ſtylo. Hic prolixus eſt admodùm & unicâ ſæpe periodo tam multa, quaſi ex inſtituto coacervata, non obſervatis interpunctionibus, complectitur; ut multam mihi moleſtiam ac tædium creârit. Cùm tamen narrata vel ipſemet viderit, vel ex teſte oculato perceperit auctor, ſtylo Italico Latinum adaptavi, ut ejus ſenſui arctiùs inſiſterem, maluique verſionem meam inconcinnam & fortaſſe injucundam inveniri, quàm minùs fidelem.*

anno 1628, uti antè moris fuerat,

6 Dictum eſt, quòd oſtenſio horum beatorum corporum ad hoc uſque ferè tempus continuata fuerit; quia nonnullæ ex præcedentibus Abbatiſſis eam intermiſerunt per annos XVIII, ut ad ejus deſiderium excitarent populum; ſicut reipſa accidit, (fortaſſe ex timore alicujus punitionis, quam Deus minabatur mundo per cometas aliaque ſigna non ordinaria.) Mater ſoror Maura Giordani, multæ virtutis ac magni judicii abbatiſſa, anno MDCXXVIII magnopere inſtitit apud P. Miniſtrum Marchiæ, F. Marcum

C Anticum, (virum inter eos, quos habuit Religio noſtra, litteris & moderamine eximium) ut dignaretur concedere facultatem exponendi ea publicè; atque hanc ipſe conceſſit ſub conditione, ut perpenderentur, ac plenè obſervarentur verba Decreti D. N. Urbani VIII in congregatione ſacri Officii habita die XIII Martii MDCXXV.

poſt maturum examen

7 Poſthæc, eadem mater abbatiſſa petivit ſimiliter licentiam ab illuſtriſſimo ac reverendiſſimo domino Malateſta, civitatis epiſcopo, qui præſenti tempore nuntius eſt Apoſtolicus apud Cæſaream Majeſtatem: is poſtquam examinâſſet atque examinari curâſſet dictum Decretum, comperiſſetque nihil in eo eſſe contrarium, requiſitam licentiam conceſſit non minori voluntatis promptitudine, quam magnæ devotionis demonſtratione, ita quidem, ut ad id rogatus aſſiſtere voluerit huic ſolemnitati, quam mater abbatiſſa conſentientibus patre earum (*monialium*) confeſſario, F. Fauſtino de Montelboddo, omnibus monialibus & monaſterii ſyndicis; erant ii DD. Antonius Pauli, Troianus Mainardi, Stephanus Montanari & Dominicus de Oddis, decrevit in diem ſecundum Auguſti, ſeſtum Ordinis propter indulgentias Aſſiſias, dictas de Portiuncula.

AUCTORE J. P.

ſolemni apparatu, & aſſiſtentibus

8 Ad ſtatutum itaque diem, erecto priùs ſummo cum apparatu ad fores interioris eccleſiæ peginate, ſublatoque ex ara principe tabernaculo, nè conſpectum impediret per majores cancellos, per quos Sorores ponè altare Miſſam audiunt, & elevatum SS. Euchariſtiæ Sacramentum intuentur, inter ardentes magno numero candelas, interque ſuaviſſimos cantus, ad concentum muſicalium inſtrumentorum repetitos per vices ac renovatos à monialibus, expoſita ſunt ſacra corpora. Induta fuerant à Sororibus veſtibus bombycinis coloris cinerei, in capite velis nigris, diademate, ac radiis. Dextrâ geſtabat B. Felix illium, virginitatis inſigne; beata verò Seraphina, quæ juncta fuerat matrimonio, Chriſti crucifixi minorem effigiem; majorem enim, quæ ipſam alloquens conſolata fuerat & ad patientiam exhortata, mediam inter eas, proximè ad utriuſque caput, collocaverant.

cum clero epiſcopis ac magiſtratu; publicæ veneration expoſita ſunt.

E 9 Dies erat Mercurii manè ſub horam decimam tertiam, quando illuſtriſſimus antiſtes, cum multis è ſuis canonicis ac presbyteris, uti & civitatis moderatores; comitante nobilium magna multitudine, eò ſe contulerunt ad venerandas honorandaſque pretioſas reliquias, & preces, prout cujuſque affectus dictabat, effundendas. Poſthæc, epiſcopus ibidem celebravit Miſſam de dedicatione eccleſiæ juxta Officium in Ordine S. Franciſci eo die proprium. Tum verò illuſtriſſimus D. Campegius Bononienſis, hodiedum nuncius Apoſtolicus apud regem Catholicum; quique eo tempore (ſuperſtite adhuc duce Franciſco Maria II) Urbinum ejuſque dominia gubernabat; magno non aulicorum modò, ſed & civium ſuorum comitatu, ad dictam ſolemnitatem acceſſit, ibidemque à ſuo ſacerdote Miſſæ ſacrificium celebrari voluit. Tantus autem fuit populi concurſus, ut diſtincta ejus notitia dari nequeat; ſufficiat dixiſſe, quod toto eo die numquam viſa ſit eccleſia ſine ingenti hominum multitudine. Omnia ad divinæ Majeſtatis gloriam, ad honorem Beatarum, & ad ſalutem noſtram. Amen.

Hinc cultus antiquitus

F 10 *Quæ omnia ſi attenta mente conſideremus, perpendamuſque adjuncta perſonarum, quæ huic ſolemnitati intervenerunt, ac temporis, quo habita eſt; ad ulteriora teſtimonia pro immemorabili cultu non judicabimus recurrendum. Habita enim eſt dicta ſolemnis beatorum corporum expoſitio ac veneratio, atque per P. Gallucium, qui Opus ſuum eidem illuſtriſſimo Malateſtæ dedicavit, paulò poſt litteris ac prelo commiſſa, iis temporibus, quibus in hac materia potiſſimùm ſummâ opus erat cautelâ ac prudentiâ: iis ſcilicet, quibus ab Urbano VIII Pontifice emanârant decreta ad tollendos præcidendoſque abuſus in Sanctorum aut Beatorum cultu vel jam commiſſos, vel in futurum committi natos, quibuſque cura dictorum decretorum obſervandorum, atque in ejuſmodi abuſus inveſtigandi diligens vigilantia, maximè locorum ordinariis erat commendata.*

non obſcura eruitur.

11 *Quis itaque vel ſuſpicari auſit, illuſtriſſimum Malateſtam Baleonem, virum, teſte Ughello in Italia ſacra, nobilitate & moribus clarum, qui ſumma cum laude prudentia ab anno* 1612, *ad annum uſque* 1641 *eccleſiam Piſaurenſem adminiſtravit, quique pro Urbano VIII apud Cæſaream Majeſtatem legationis munere functus eſt; quis, inquam, auſit ſuſpicari, virum talem,*

AUCTORE J. P.

talem talibus temporibus permissurum fuisse non tantùm, ut eo apparatu, ea solemnitate BB. Seraphinæ *& Felicis corpora publicæ veneration exponerentur; verum etiam ad ea honoranda & colenda suo exemplo alios excitaturum; nisi de immemorabili cultu, certò & citra ullum à memoratis decretis periculum constitisset? Idem esto judicium de tot piis ac eruditis ex ecclesiastico & seculari ordine Pisaurensibus. Idem de illustrissimo Laurentio Campegio origine Bononiensi, quem mox memoratus summus Pontifex primùm ad Cæsenatem, deinde ad Senogalliensem cathedram evexit, cujusque tum ipse, tum ejus decessor Paulus V, non semel usi sunt operâ, & in rebus pertractandis prudentiâ; sicut latiùs videre est apud laudatum Ughellum tom. 2 col.* 880.

§ II. Altera corporum BB. Seraphinæ & Felicis publica ac solemnis expositio, & duarum fenestrarum, per quas semper conspici ac honorari queant, constructio.

Anno 1630 *in publica calamitate*

Quamvis ea, quæ precedente § ex P. Gallucio attulimus, abundè probent legitimum B. Seraphinæ *cultum, juvat tamen his superaddere, quæ duobus sequentibus capitibus ibidem memorat laudatus auctor de altera beatorum corporum expositione; factâ biennio circiter post primam. Ita enim non tantùm hactenus dicta confirmabuntur; sed & luculentiùs apparebit, quanta sit in Pisaurensi civitate erga Beatas veneratio, quantaque omnis ordinis hominum fiducia in earum patrocinio. Narrationem suam mox incipit describendo calamitates varias belli, pestis, famis ac terræ motuum, queis circa illa tempora pressa fuerunt Italiæ civitates & provinciæ præcipuæ; tum ordine recenset remedia ab incolis adhibita ad placandum sibi meritò iratum Deum, ac denique exponit, quo pacto Pisaurenses, post longas ad vælum preces, post publicas supplicationes, postque alia pietatis ac pœnitentiæ exercitia, ad* BB. Seraphinæ *& Felicis patrocinia sibi recurrendum judicaverint. Verba, quibus totam rei seriem enarrat, latinè reddita hîc rursus transcribo.*

corpora de nuo solemniter exponuntur.

13 Nec prætermiserunt (*Pisaurenses*) instare apud matrem abbatissam, sororem Elizabetham Pucci & apud moniales cœnobii Corporis Domini, ut exponerentur BB. Felicis & Seraphinæ corpora. Consentiente domino Alexandro Pace, episcopatûs vicario generali (in absentia illustrissimi episcopi, qui Romæ degebat) & patre custode Reformationis ipsarum (*monialium*) superiore, F. Josepho de Puzzuolo, propositum id fuit à domino Terentio Alberti communitatis cancellario. Postulatis ipsæ assenserunt, & mox votis (cum præcedente apparatu) satisfecerunt die festo sanctis Petro & Paulo. Incidebat is anno MDCXXX in diem Sabbati: huic additus est & dies Dominicus. Nam cùm D. Vicarius in territorio Pisaurensi, & Communitas in locis & oppidis jurisdictioni suæ subjectis per parochos invitari populum curâssent ad eam solemnitatem, ac præterea intra civitatem tum in pulpitis ecclesiæ cathedralis & S. Dominici, tum etiam in aliis ecclesiis parochi ardentissimis exhortationibus solemnitatem promulgâssent, adeo frequens confluxit populus, ut dies duo prorsus essent necessarii.

Accurrit cum civitatis moderatoribus populus innumerabilis,

14 Et sanè nisi suâ diligentiâ occurrisset pater Sanct' Agata, tum temporis ipsarum confessarius, qui unà cum DD. monasterii procuratoribus Troiano Mainardi, Troiano Archangeli, Hieronymo Ubaldi, & Domitiano Buffa, cuncta in templo in eum modum disposuerat, ut omnis evitaretur confusio, inventi fuissent, quibus non satis ex animi sententia eveniisset: ubi tamen è contrario omnibus pleniſſimè satisfactum est; tum quòd commodè suas preces persolvere, tum quòd propiùs hos pretiosos thesauros oculis contrectare licuisset. *Interrumpens hîc narrationem suam Gallucius mirabilem sanationem memorati suprà patris Sanct' Agatæ interserit, quam ipse præsenti Dei auxilio, ac Beatarum patrocinio adscribit. Hoc beneficium cum miraculis aliis subnectam Commentario. Tandem ubi repetiit nonnulla ex antè dictis, prosequitur in hunc modum.* Die XXIX Junii, festo SS. apostolorum Petri & Pauli sub horam XII adfuerunt civitatis moderatores; hos inter erant DD. Antonius Pauli vexillifer *, Dominicus de Oddis, Vincentius Cacciamali & Ascanius Barzanini, concomitante magna nobilium ac civium multitudine. Ad eorum adventum sublata sunt velamina, ac beata corpora, circumlucentibus ingenti numero cereis, uniuscujusque conspectui exposita, tantâ jucunditate ac voluptate animorum, ut plures præ affectûs teneritudine lacrymas non tenerent. Postquam ea debitè venerati essent, precesque pro arbitrio singuli fudissent, discessuri accedebant ad altare propiùs, & pretiosos thesauros contemplabantur. Neque id hac vice solùm factum est, sed utroque die, quoties manè ac vesperi redibant.

* *Italicè* Confaloniere

clerus omnis & religiosi Ordines.

15 Idem verò, quod ab urbis moderatoribus, &, qui cum iis erant, nobilibus ac civibus factum fuit, præstiterunt etiam eò accurrentes cujuscumque conditionis & statûs homines, viri & mulieres, indigenæ & peregrini, ecclesiastici & laici. Ex ecclesiasticis adfuit episcopatûs generalis vicarius cum omni clero civitatis, ritu supplicantium compositio agmine, sub cruce lignea, sine pompa, sed in humilitate potiùs ac pœnitentia. Non cantabatur, at submissiori voce, & magno pietatis affectu litaniæ & psalmi, in similibus casibus usurpari soliti, à choro recitabantur. Ædem sacram ingressi, prostraverunt se omnes in genua, & preces suas pro arbitrio & in silentio persolverunt. Postea autem dictis tono, quo in choro utuntur, aliquot versiculis cum subnexis orationibus, abituri eodem similiter conspectu gavisi sunt. Id ipsum factitârunt religiosi Ordines universi, ac congregationes singulæ seorsum, & tempore cuique maximè accommodato. Et quidem ex religiosis Ordinibus utroque die post Vesperas comparuerunt PP. Dominicani, conducentes cœtum omnium sodalium SS. Rosarii. Hoc autem recitabant alternatim religiosi & seculares, incipientes à sua ecclesia & absolventes in templo Corporis Domini ante Beatarum corpora. Ubi porrò post debitam venerationem, orationem & honoris exhibitionem, is, qui ad eos moderandos superioris vices implebat, P. F. Thomas de Camurano, hodie Romandiolæ provinciæ inquisitor gene-

A generalis, brevi quidem, at pio ſermone in laudem Beatarum, exhortatus eſt omnes ad earumdem venerationem, animavitque ad implorandum cælitus auxilium. Idipſum ambobus diebus præſtitit P. F. Nicolaus de Cattaro Guardianus in S. Joannis, qui illuc ſe contulit cum omnibus fratribus monaſterii ſui Minorum Obſervantiæ reformatæ, cumque tertii Ordinis congregatione.

Duæ feneſtræ, per quas Beatarum corpora quovis tempore

16 *Hìc rurſus interſerit nonnulla laudatus auctor, quibus jam aliquoties memorati patris Sanct' Agatæ ac monialium curam, ut cuncta ſummo ſplendore peragerentur, ac diligentiam commendat, oſtenditque, quanto ſemper, etiam à primis Eccleſiæ temporibus, Sanctorum reliquiæ in pretio habitæ fuerint, ac denique narrationem ita reſumit:* Addamus nos hiſce de civitate Piſaurenſi, quòd ubi jam in dicta ſolemnitate datum fuiſſet frui & gaudere conſpectu beatorum corporum, atque inde ortum deſiderium eodem fruendi faciliùs & frequentiùs, domini tum qui ſanitati, tum qui civitatis regimini præerant, modum ejus rei obtinendæ meditati ſint: (contigit iſtud exeunte eodem anno MDCXXX, ſub finem ſcilicet menſis Decembris.)

B Inſtitutâ conſultatione electi ſunt viri nobiles duo D. Pirrus Pucci, & D. Camillus Giordani, qui omnium nomine agerent cum monialibus, cum ſuperioribus Ordinis, cum epiſcopo, aliiſque, quibuſcum neceſſe erat, ut iis corporibus collocandis ex utroque aræ principis latere feneſtræ conſtruerentur, adhibitâ cautelâ pro clauſtri ſecuritate & monialium commodo: utque præterea, quamdiu lues graſſari pergeret, binæ lampades ante eas continuò arderent, atque hæc omnia publicis ſumptibus. Id autem abbatiſſæ ac ſororibus denunciandi dictæ communitatis cancellario cura impoſita eſt.

conſpici & à populo honorari queant,

17 His quidem volupe fuit talia intelligere; at quandoquidem gravioris momenti res eſſet, opus eſſe reſponderunt ſuper ea deliberari in ſuo collegio. Convocatum hoc eſt v Januarii MDCXXXI, eique interfuerunt pater Sanct' Agata vices ſupplens P. Cuſtodis, P. F. Cattaro Guardianus in S. Joannis; P. F. Julius de Mondolfo prædicator generalis, qui in ea domo per adventantis Chriſti dies verba fecerat; ac duo ſacræ Theologiæ profeſſores. Res omnium ſuffragiis impetrata eſt, atque id intelligenti Magiſtratui magno fuit ſolatio. Super hac obtenta licentia egerunt ſtatim ad id deputati cum D. Alexandro Pace canonico, & (ut ſuprà dictum eſt) Vicario generali. Verùm is nec potens nec volens rem quampiam ſuaptè ſponte definire, ſæpiùs ſcripſit ad illuſtriſſimum epiſcopum, qui, relictâ Româ, Marchiæ provinciæ præfectus fuerat gubernator, & id temporis verſabatur Maceratæ: hic verò ſingulis vicibus reſcripſit, negotium iſtud, quòd grave eſſet, omni maturitate ac prudentia examinandum, inſtituendam ſuper eo theologorum congregationem, ſtatuendumque juxta ipſorum arbitrium.

præhabitâ Theologorum conſultatione & approbatione,

18 Bis autem inſtituta eſt congregatio, cui interfuerunt prædictus Vicarius; D. Joannes Baptiſta Montanus, tum archidiaconus Piſaurenſis, nunc epiſcopus Oppidenſis in Calabria; DD. Michaël Angelus Lepidi, & Valerius Zuchelli uterque canonicus eccleſiæ cathedralis; P. Bartholomæus de Sartina præpoſitus clericorum Minorum in S. Caroli; P. S. Agata confeſſarius, & alii ex aliis Ordinibus religioſis. Illi omnes in duplici congregatione habita intra dies decem perſpectis, ponderatis ac conſideratis, quæ perſpicienda, ponderanda & conſideranda erant, atque inprimis Decreto, quod à ſacra congregatione S. Officii Romæ coram D. N. Papa Urbano VIII feriâ v die 2 Octobris MDCXXV latum eſt ſupra veneratione beatorum corporum, reſolverunt communi conſenſu, civitatis deſiderio faciendum eſſe ſatis, dictaſque cum lampadibus exſtruendas feneſtras, per quas veneranda iſta corpora videri, honorari, coli atque eorum interceſſio implorari poſſet, publicè & privatim, hoc & omni alio caſu venturis temporibus, ſecundum antiquam præteritorum temporum conſuetudinem; idque cum omni magnificentia luminum, apparatûs & ſimilium ornamentorum, quâ deceret beata corpora; exceptis aris, Miſsâ, officio divino & ejuſmodi aliis, quæ ipſis deferri non licet abſque ſpeciali S. Sedis Apoſtolicæ licentia. AUCTORE J. P.

publico civitatis ſumptu conſtruuntur.

19 Huic datæ licentiæ ſubſecutus eſt effectus; conſtructæ feneſtræ & clathri utrimque ferrei cum cancellis duplicatis ex filo æneo tenuiter contexto. Adaptatæ & in medio collocatæ arcæ, iiſque demum impoſita veneranda corpora die XVI Maii MDCXXXII. Affixæ etiam illis tum à parte interiori (*qua moniales reſpiciunt*) tum exteriori (*qua templum ſeu populum*) valvæ ligneæ, quæ clavibus obſerantur, interiores unicâ, quam ſervat mater Abbatiſſa, exteriores verò duplici, quarum item altera ſervatur apud matrem abbatiſſam, altera apud P. confeſſarium. Quando autem hæ (*valvæ exteriores*) reſerantur (quod non fit ſine interventu P. confeſſarii, ſuperpelliceo & ſtolâ induti) ſemper illæ (*valvæ interiores*) clauſæ ſervantur; ſicut etiam obſeratæ manent hæ, cùm aperiuntur illæ; atque ita nullum clauſura patitur detrimentum, & devotis fit copia commodè exercendi pietatem ſuam ad Dei gloriam & bonum animarum. E

Ex his pro immemorabili cultu argumentum deducitur.

20 *Hactenus laudatus Gallucius, ſingula etiam minutiſſima diſtincte adeo & accurate exponens, ut, ſi præſens ipſe non interfuerit, ea ſaltem cenſeri poſſit didiciſſe ex oculato teſte P. S. Agatha, ad cujus & Monialium inſtantiam, ſicut liquet ex litteris libro præfixis, ea preto commiſit quadriennio circiter poſtquam peracta eſſent. Jam verò, præterquam quod iſta, ut ante monuimus, mirè probent fiduciam Piſaurenſium in* BB. Seraphinæ *& Felicis auxilio, atque erga eaſdem venerationem, haud parum confirmant cultum immemorabilem: quin dico certum reddunt? Enimverò quid portendunt aliud iſta à Vicario generali, & bis convocatis theologis data ſententiæ verba:* Atque earum interceſſio implorari poſſet publicè & privatim, hoc & omni alio caſu venturis temporibus SECUNDUM ANTIQUAM PRÆTERITORUM TEMPORUM CONSUETUDINEM? *Scio equidem mox ſubdi,* exceptis aris, Miſſa, officio divino *&c.; at non in his tantùm conſiſtit publicus cultus, ut nôrunt eruditi, & pulchrè oſtendit Eminentiſſimus Proſper de Lambertinis, olim archiepiſcopus Bononienſis, nunc verò per Eccleſiam univerſam Chriſti in terris Vicarius, lib.* 2 *eximii Operis de Servorum Dei beatificatione & beatorum canonizatione cap.* 23, *num.* 9. *Ea igitur exceptio immemorabilem cultum confirmat potiùs, quàm infirmet. Ideo enim cenſendi ſunt illam feciſſe dicti cum generali vicario theologi, quia talem in particulari cultum beatis corporibus delatum fuiſſe tempore præterito non con-* F

AUCTORE J. P.

ſtabat; ideoque contrà ſtatuiſſe, ut, ſalva Urbani VIII conſtitutione, exponi poſſent publicè BB. Seraphinæ *& Felicis corpora, ante ea lumina accendi, aliique, quos recenſet Gallucius, venerationis actus continuari* ſecundum antiquam præteritorum temporum conſuetudinem, *quia ea conſuetudo immemorabilis ſufficienter illis erat probata.*

Corpora BB. Seraphinæ

21 *Porrò vix dubitare quis meritò poteſt, quin* Seraphinam *noſtram tum moniales, tum Piſaurenſes reliqui ab ipſo obitu uti* Beatam *venerati ſint, quam in vita ſua tot tantiſque virtutibus ornatam ſuſpexerant, maximè cùm examine ejus corpus per tres dies, queis jacuit inſepultum, ſuaviſſimum odorem ſpirare comperiſſent: ſicut conſtanter aſſerunt ii, qui Acta ejus literis mandârunt, & de quibus recurret ſermo § ſequenti. Hæc autem veneratio non potuit non ſummum cepiſſe incrementum, quando idem ejus corpus poſt multos annos exhumatum, ac in putrefacto loculo inventum integrum, manifeſtis cœpit clarere miraculis, quæ ejus integritas ad noſtra uſque tempora perſeverat, uti ex ſapiùs laudato Gallucio colligitur atque ex*

B *alio teſte oculato jam ulteriùs probo.*

& Felicis ad hoc uſque tempus incorrupta ſervantur.

22 *Papebrochius noſter in Diario ſuo Ms. itineris Romani, quod unà cum P. Henſchenio inſtituit anno* 1660, *inter alia non pauca ad Piſaurenſes ſpectantia, hæc notat:* Adiimus (*die* XXIX *Decembris*) D. Claræ monaſterium, cujus ſacellum quadratum ſub eleganti laqueari circumquaque picturis & auleis veſtitur, tribus ornatur altaribus, tamquam ſi ex vario forent marmore, eleganter depictis: ad utrumque majoris altaris latus gypſeum eſt monumentum pulchrum, feneſtellam in medio pictam habens, ſub ea porphyreticæ tumbulæ ſimilitudinem, ſupernè hinc B. Seraphinæ, inde B. Felicis, quæ eum conventum fundavit, effigiem cum circumpenſis anathematis: his autem feneſtellis, in quibus aliquod earumdem miraculum depictum erat, reſeratis, vidimus per clathros utriuſque Beatæ corpus in veſte Ordinis ſerica, facie verſus altare, manibus decenter compoſitis integrum: earumque Vitæ nobis ab abbatiſſa matre fuerunt promiſſæ. *Et hæc quidem promiſſis ſtetit, uti videbimus § proximè ſequenti. Ceterum quæ de anathematis hîc memorat Papebrochius, eorumdem ante meminerat Gallucius laudati Operis parte* 2, *in fine capitis* 12, *uti & Waddingus in Annalibus:* Multa, *inquit hic auctor*, pro beneficiis acceptis illic conſpiciuntur donaria & tabellæ votivæ.

C

§ III. Perſonarum illuſtrium in Beatas veneratio; Acta B. Seraphinæ à quibus conſcripta.

Perſonæ generis claritudine & dignitate eminentes

QUod ſuprà notavimus quoad ſufficienter probatum cultum in primo paragrapho, id potiore jure hîc poſſet notari, ſi inſtituti noſtri ratio poſtularet, oſtendere dumtaxat eſſe cultum aliquem, & reliqua prætermittere, quæ ad ejus ſplendoris augmentum quomodocumque conducunt. At cum illa hujuſmodi terminis non coarctetur, & æquum videatur non privare lectorem notitiâ eorum, quæ Beatos aut Sanctos non parum illuſtrant; etiam in hoc tertio § quædam D *in medium proferenda cenſui, ex quibus cognoſcatur, quantâ veneratione & pietate erga* BB. Seraphinam *& Felicem affectæ fuerint perſonæ generis claritudine, & dignitatum excellentiâ illuſtriſſimæ; atque ex iiſdem ſimul colligetur dictam venerationem & cultum non intra unius civitatis Piſaurenſis ejuſve territorii limites permanſiſſe, verùm etiam ad alias penetrâſſe Italiæ partes præcipuas. De illuſtriſſimis Malateſta Balleoneo Piſaurenſium antiſtite ac Laurentio Campegio Urbinatium gubernatore diximus num.* 10 *&* 11, *de aliis audiendus iterum ſæpe laudatus Gallucius, cujus verba Latinè interpretor, omiſſis tamen nonnullis, quæ narrationem abſque fructu prolixiorem redderent.*

principes & duces

24 *Is auctor partis tertiæ caput nonum & ultimum ità ferè incipit:* Quod pertinet ad devotionem, diximus, quòd hujus civitatis principes illis (*Beatis*) ſemper fuerint addictiſſimi. Hos inter ſereniſſima Domina D. Claudia de Medicis, archidux Auſtriæ, ... quo tempore fuit princeps Urbini & Piſauri domina, non deſiit unquam ſeſe erga eas peculiariter devotam exhibere..., Sereniſſimus Magnus Etruriæ E dux Coſmus II ejuſdem germanus frater ... in reditu itineris Lauretani, ubi ſacram ædem inviſerat, Piſauro tranſiens à prædicta Duce omni honoris exhibitione & congratulatione receptus fuit, atque ex devotionis affectu non intueri modò, ſed & revereri voluit illa benedicta corpora; quem in finem cum magna totius urbis voluptate & ſingulari pietatis documento ſeſe ad monaſterium contulit.

Cardinales & epiſcopi

25 Eminentiſſimus D. Cardinalis Sacchettus, epiſcopus Fanenſis, die IV Octobris MDCXXXII, feſto ſeraphici patris S. Franciſci Piſaurum ſe contulit, & cum illuſtriſſimo Mathei vice legato eminentiſſimi Barberini, atque omnibus utriuſque aulæ domeſticis, nec minori virorum nobilium, quàm civium, qui eum comitabantur, numero ivit ad monaſterium, illic Miſſæ interfuit, & cùm ea finita eſſet, reſeratis feneſtellis, hos pretioſos theſauros ſumma cum devotione, animi conſolatione ac reverentiâ contemplatus eſt. Eminentiſſimus D. Cardinalis Colonna ad archiepiſcopatum ſuum Bononienſem proficiſcens, cùm Piſaurum perveniſſet die VII Martii MDCXXXV, non potuit continere ſe, quin iret F veneraturus eas ſacras reliquias: & fortaſſe cum devotione conjunctum habuit deſiderium videndi conſanguineam (B. SERAPHINAM.) Eo ipſo anno menſis ejuſdem die 2, illuſtriſſimus dominus Cencius epiſcopus Æſinus eò properavit etiam ad eaſdem venerandas videndaſque, præſente ſemper illuſtriſſimo domino Mathei vice legato, cujus id indicium fuit non leve eximiæ pietatis ac devotionis erga Beatas.

Beatarum corpora, marmoreis mauſoleis

26 Hoc ipſum fecerunt perſonæ aliæ eminentes & præſules magni, quorum enarratio longior foret ac fortè tædioſa; verumtamen nolo hîc prætermittere, quin redeam ad dominam Victoriam Farneſiam ejuſque conſortem Guidobaldum ducem, qui ex affectu ardentis devotionis illic ſibi ac filiabus ſuis ſepulturam elegerunt. *Hi ſunt, qui, uti vidimus ex Franciſco Gonzaga num.* 2, BB. Seraphinæ *& Felicis corpora ex ſacrario ad utrumque chori latus transferri, marmoreiſque mauſoleis recondi curaverunt. Idem etiam narrat Gallucius cap.* 5 *partis* 3, *ubi tum hos principes, tum eminentiſſimum D. Cardinalem Franciſcum Mariam de Monte,*

A *Monte, atque integras hujus & illorum illustrissimas familias summopere laudat ab eximia & constanti in Beatas veneratione ac pietate, cujus specimina asserit esse donaria ac ornamenta varia, queis dicta mausolea olim decorârunt. Quo autem præcisè anno exstructa sint hæc mausolea, quove iis imposita Beatarum corpora, nullibi reperio.*

medio circiter seculo XVI decorata,

27 *Attamen rationes non paucæ sat verisimiles suadent, ut existimem hæc facta non esse ante medium seculum* XVI. *Nam Guidobaldus Roboreus, de quo hîc sermo est, patri Francisco Mariæ Roboreo, Urbinatium duci, successit circa annum* 1538, *teste Vincentio Cimarelli cap.* 2, *lib.* 2 *Historiæ Urbinatium, & defunctâ primâ conjuge Juliâ Varanâ, Camerini ducis filiâ, ad secundas nuptias transiens, ut refert Morerius, & insinuat laudatus Cimarellus, circa annum* 1547, *duxit memoratam Victoriam Farnesiam, Pauli tertii Pontificis neptem, ac tandem juxta eosdem scriptores fatis cessit anno* 1574. *Franciscus Sansovinus in Opere, quod de Originibus familiarum illustrium Italiæ conscripsit, mortem Guidobaldi quadriennio serius fixit. Accipe studiose lector verba ejus ex Italico idiomate Latinè reddita:* Mortem obiit (*Guidobaldus*) Pisauri MDLXXVIII, XXIX Septembris ac sepultus fuit in monasterio Corporis Christi. *Parùm ad præsentem rem interest, uter rectiùs annum ejus emortualem notaverit; malim tamen Sansovino adhærere scriptori coævo, utpote qui anno* MDLXXXII, *sicut patet ex Epistola dedicatoria libro præfixa, Opus suum absolverat; ac proinde superstite adhuc Victoria Farnesia Guidobaldi conjuge; licèt enim nobis ignotum sit, quo anno illa diem ultimum obierit, constat tamen ex Gallucio, eam prorogâsse vitam certè ad annum usque* 1598; *quando gravibus doloribus ex lapsu contractis,* B. Seraphinæ *beneficio liberata dicitur, ut videbimus, ubi ad miracula perventum fuerit.*

singulari pietate veneratur.

28 *Denique laudatus Gallucius narrationem suam de personis illustribus in beatas has Clarissas peculiariter devotis concludens, eam esse, inquit, Pisauri cujuscumque statûs aut conditionis hominum erga ipsas venerationem, adeoque universalem, ut antonomastica expressione*

C Pisaurenses Beatæ *appellari consueverint. Porrò advertit procul dubio studiosus lector, multa, imò pleraque hactenus allata pro cultu* B. Seraphinæ, *etiam ad B. Felicis, cujus Acta illustranda venient hujus mensis die* XXX, *cultum stabiliendum pertinere; hîc enim utrique omnia ita communia sunt, ut qui de unius cultu scribit, simul de alterius agere necessitate quadam compellatur. Nunc ad alia progredimur.*

Vitæ compendium Ms. Pisauro nobis submissum

29 *Diximus num.* 22, *quòd mater abbatissa Clarissarum Pisaurensium, quæ anno* 1660 *P. Papebrochio promiserat fore, ut Vitas* BB. Seraphinæ *& Felicis transmitti nobis curaret, promissis fideliter steterit. Id præstitit anno proximè sequenti, quando dictas Vitas ad illustrissimum Joannem Lucidum Palumbaram, Pisaurensium antistitem, tum Romæ degentem direxit; hic verò officiosissimus præsul, qui procurando alia etiam ad Opus nostrum spectantia, de nostris studiis meritus fuit optimè, eas ipsi Papebrochio in manus tradidit, uti colligo ex hujus diario Ms., quod nobis reliquit de sua in Urbe mora.* Post meridiem, *inquit die* XXIV *Martii* 1661, reverendissimum Pisaurensem adivimus, qui nobis curaverat significari, accepisse se, quæ desiderabamus scripta, in quibus BB. Seraphinæ & Felicis Vitæ cum attestatione authentica abbatissæ. *Duo hæc Manuscripta penes me habeo.* AUCTORE J. P.

30 *Quod spectat ad Vitam Beatæ nostræ, compendium est complectens gesta ferè omnia, quæ apud alios scriptores exarata reperias; at de miraculis & gloria posthuma pauca admodum, pro eorumque ampliori notitia, qui dictum compendium concinnavit, lectorem remittit ad laudatos Annales Minorum, ac Vitam Italicè conscriptam à P. Gallucio; ipse verò ex quibus monumentis sua hauserit, non manifestat. Satis consonant tamen, si excipias pauca, cum iis, quæ de Beata nostra Waddingus ex Legendis antiquioribus Mss., sicut notat in margine, Annalibus suis inseruit; neque multùm discrepant à laudati Gallucii Vita, cujus duplex habemus apographum aliud manuscriptum, & ab illustrissimo Palumbara nobis communicatum, aliud verò typis Ingolstadiensibus impressum ac dono missum ad Majores nostros à D. Salvatore Salvatorio Pisaurensi, juris utriusque doctore, de Opere nostro item benè merito.* & *Actis, à Waddingo & Gallucio*

E

evulgatis, in omnibus ferè consonum,

31 *Non adducit etiam P. Gallucius documenta, ex quibus aeprompsit præcipua Beatæ nostræ gesta; verisimillimum mihi fit tamen, iisdem ipsum nullatenus caruisse; nam Waddingus, qui illum secutus est penè in omnibus, de ejus libro tale fert testimonium:* Augustinus Gallucius ... utriusque, BB. Seraphinæ *& Felicis*, Vitas exactè scripsit; *si* exactè, *utique conformiter ad Legendas Mss. aliaque antiquiora documenta, quæ se habuisse profitetur ipse Waddingus, quæque ubi modò lateant incompertum nobis esse, memoravimus suprà. Verumtamen Beatæ nostræ Vitam, nec Waddingi nec Gallucii operâ concinnatam visum est recudere; illè namque in eruditorum bibliothecis prostat non paucis, & adiri facilè potest; hic autem eum scribendi modum amplexus est, qui oratorem asceticum potiùs quàm historicum sapiat. Narrationi suæ immiscet non rarò exhortationes, viriorum ac virtutum descriptiones, non tantùm Scripturæ sacræ & patrum textus; sed & gentilium scriptorum sententias bene longas, aliaque id genus oratoria ornamenta.*

F

hîc edendum.

32 *Unde sicut jam monui, facilè credidero non caruisse ipsum instrumentis antiquioribus, & ex iis gesta, quæ narrat, fideliter & exactè desumpsisse, quoad rerum substantiam; at verò adjuncta plurima fœtum esse arbitror ingenii ipsius, intendentis sic monialium, pro quibus scribit potissimùm, excitare animos ad imitanda Beatarum vestigia: atque id ipsemet pag.* 41 *in epistola ad lectorem sat apertè insinuat. Hæc itaque me ratio movit, ut ab eo recudendo abstinerem, & Compendiosam Beatæ nostræ Vitam, de quâ num.* 30 *factæ est mentio, typis committerem; quæ tamen propter ejus brevitatem obscuriora sunt, sequenti §., & in Annotatis supplebo ex laudatis scriptoribus. Miracula verò tum* B. Seraphinæ *propria, tum ipsi & B. Felici communia, quæ non habet Compendii auctor, subnectam Latinè translata ex dicto Gallucii Opere Italico parte* 2 *cap.* 13, *& parte* 3 *cap.* 1. *Sunt autem ea miracula recentia admodum, ut, si fortè primum excipias, cui annus non additur, nullum sit, quod contigerit ante seculum* XVI.

AUCTORE J. P.

§ IV. Beatæ illuſtres parentes, patria, nativitas, nuptiæ, ſeceſſus in monaſterium.

Pater Beatæ Guido Antonius Montisferetri & Urbini comes, mater Catharina Columna.

Patrem habuit B. Seraphina *Guidum ſeu Guidonem Antonium, ſunt qui Guidantonium ſcribunt, Montisferetri & Urbini comitem, atque Eugubii dominum, cujus in bello fortitudinem, in rebus gerendis prudentiam, & reliquas inſignes virtutes egregiè ſcriptis ſuis commendârunt Sanſovinus in Opere ſuperiùs memorato pag. 213 versâ, Leander Albertus in Deſcriptione Italiæ, Guarnerius Bernius in Chronico Eugubino, quod exſtat apud Muratorium tomo* XXI *Scriptorum rerum Italicarum col. 924, & alii non pauci. Gallucius verò maximè ipſum laudat à pietate ac religione, quibus ceteras animi dotes longè ſuperavit. Duxerat is in primis nuptiis anno 1397 Ringardam, Galeotti Malateſtæ filiam, quam cum poſt annos aliquot, nullâ relictâ prole ſaltem maſculâ, mors ei abſtuliſſet, adiit ſecundas nuptias anno 1421 cum Catharina Columna, Martini V tum temporis Pontificis maximi ex fratre nepte: ita ferè auctores mox citati.*

B

Quamvis de reliqua Guidonis Antonii progenie

34 *Ex hac autem lectiſſima conjuge prognatam ipſi eſſe Beatam noſtram aſſerunt Waddingus & Compendii noſtri Ms. auctor; sed & Gallucius, ſed hic præter* Seraphinam *ipſis prolem adhuc duplicem aſſignat, Fredericum ſcilicet, poſtea Urbinatium ducem, & Agneſinam filiam, quæ junior ſtatum religioſum amplexa eſt. Verumtamen ſi omnem hujus illuſtriſſimi conjugii progeniem hîc expreſſam voluerit, non illud ſatis accuratè præſtitit. Etenim juxta auctores iis temporibus proximiores, qualis procul dubio fuit Guarnerius Bernius, qui eidem Frederico, tum principi ſuo, Chronicum memoratum dedicavit, conſtat Guido Antonio ex eadem conjuge progenitum eſſe (anno inquit Sanſovinus 1424) filium nomine Odonem Antonium: & hic quidem patri demortuo heres ſucceſſit, ejuſque ſtatus per annos circiter duos gubernavit. Audi Guarnerium, qui col. 981 ita Fredericum alloquitur:* Die XX Februarii dicti anni (MCCCCXLII) obiit illuſtriſſimus dominus comes Guidus pater tuus, relicto Oddone Antonio domino comite poſt ipſum Urbinatium duce: *& Col. 982:* Anno MCCCCXLIV, die XXII Julii obiit Urbini Oddo Antonius Urbinatium dux, & dominus Fredericus frater ejus ... ſine ulla oppoſitione ab omnibus populi ordinibus Urbini dominus renunciatus eſt.

C

varia ſit ſcriptorum opinio;

35 *His adde, quòd, ut minimum, dubium ſit, an ipſe Fredericus Guidum & Catharinam genitores habuerit: nam Leander Albertus de ipſo ita ſcribit:* Is (*Guidus*) ex conjuge nobilis Columnanæ ſtirpis filium ſuſcepit unicum: ſed jam priùs tam vehementer Fredericum, Bernardini Ubaldini filium, ob inſignem indolem, ſummaſque dotes animi diligere cœperat, ut veluti ſuum filium educari curaret. *Alii dicunt, quòd Guidus, cùm ſpem nullam de obtinendo herede ſupereſſe cerneret, Fredericum adoptârit. Sanſovinus verò eum ſanciviſſe teſtamento ait, ut deficiente Oddone Antonio, Fredericus Urbini aliorumque locorum dominia obtineret, uti reipſa accidit. Atque ita facilè intelligitur, quo ſenſu Guidus Antonius pater, & Oddo frater Frederici à Bernio appellati fuerint. Plura in hanc rem diſputat Sanſovinus ultimo loco citatus, quem adire poteſt curioſus lector. Nullam tamen apud ipſum aut apud laudatos Leandrum & Bernium* Seraphinæ *noſtræ vel ejuſdem ſororis Agneſinæ mentionem reperiet. Silentii hujus cauſam non aſſequor, niſi fortè, quod utriuſque in monaſterio demortuæ notitia ad eos ſcriptores non pervenerit.* D

de Beata tamen noſtra ex inſtrumento

36 *Nam præterquam, quòd Waddingus & Compendii Ms. auctor, ſicut mox dixeram, diſertè aſſerant,* Seraphinam *fuiſſe Guidi Antonii & Catharinæ Columnæ filiam, probat id, ſaltem de patre, laudatus Gallucius ex duplici inſtrumento perantiquo, quòd Beatæ noſtræ Actis ſubnectit. Horum primum continet acta emptionis quorumdam bonorum facta per Chariſſas Piſaurenſes pro ſuo monaſterio, atque ita incipit.* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti. Amen. Anno à nativitate ejuſdem Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo, Indictione III, tempore Sanctiſſimi in Chriſto Patris D. N. D. Pauli divina providentia Papæ II, die quinta menſis Octobris *&c. Tum teſtium nomina exprimuntur, aliaque huc non ſpectantia, ac tandem moniales omnes & has inter* Seraphina, *addita patris nomine, ordine recenſentur. Accipe iterum verba:* In qua quidem congregatione & coadunatione, & in dicto loco capitulari interfuerunt, videlicet I. Venerabilis D. ſoror Paulina Joannis de Loppis de Piſauro Abbatiſſa Monaſterii. II. Soror Margarita Joannis de Mediolano Vicaria. III. D. Soror Seraphina, filia quondam illuſtris domini Guidi Antonii, olim comitis Urbini. IV. Soror Franciſca de Fano *&c. Totum inſtrumentum clauditur hac formula:* Et ego Sepulcrus quondam Petri de Burgo S. Sepulchri civis & habitator Piſauri publicus Imperiali authoritate notarius his omnibus & ſingulis ſupradictis præſens fui, eaque rogatus ſcribere ſcripſi & publicavi, ſignumque meum appoſui. E

duplici

37 *Alterum inſtrumentum a Sepulcro notario confectum eſt anni proximè ſequentis die 2 Octobris, Indictione* IV, *Pontifice Sixto IV. Per hoc autem Alexander Sfortia* Seraphinæ *quondam conjugi ſuæ facultatem cedit, ut ſuo vel monaſterii nomine agat cum Frederico Urbinatium comite ſuper dote aliiſque bonis Alexandro ratione matrimonii,* Seraphinæ *verò hereditario jure debitis: uti colligitur ex ejus fragmenta, quod ſubjicio.* Illuſtriſſimus princeps & dominus Alexander Sfortia comes Cotignolæ, Piſauri dominus, ac regni Siciliæ magnus comeſtabulus, omni meliori modo, via, jure & formâ, quibus magis & meliùs de jure fieri potuit & poteſt, ex certa ſcientia, & non per errorem juris vel facti, dedit licentiam, mandatum, & poteſtatem liberam venerabili ſorori Seraphinæ, natæ quondam illuſtriſſ. domini Guidi Antonii comitis Montisferetri, & quibuſcumque ejus procuratoribus, abſentibus tamquam præſentibus, & mihi Sepulcro notario infraſcripto pro præfata ſorore Seraphina, & ejus procuratoribus, ac quibuſcumque aliis, quorum intereſt, vel intereſſe poſſet, ſtipulanti, & recipienti, petendi omnia & ſingula bona, tam paterna, quam materna; & petendi & exigendi omnem quantitatem pro dotibus, ſibi, vel præfato illuſtri domino Alexandro pro eadem ſorore Seraphina debitis, tam ex ſucceſſione paterna, F

A terna, materna, & fraterna, quam ex ſucceſſione ſororis ejuſdem quondam dominæ Agneſinæ, vel alia quacumque cauſa, ab illuſtri domino D. Federico Montis Feretri & Durantis comite *&c.*

certò conſtat. 38 *Poſt aliqua ejuſdem tenoris, proſequitur in hunc modum:* Cum plena & libera poteſtate & adminiſtratione generali & ſpeciali ſingula faciendi, quæ præfatus illuſtris D. Alexander facere poſſet, ſi adeſſet; quibus omnibus & ſingulis per dictam venerabilem ſororem Seraphinam, vel ejus procuratores, tam nomine ſuo, quàm nomine monaſterii, conventûs & eccleſiæ, in qua degit, gerendi cum præfato illuſtri domino comite Urbini, vel ejus procuratore & mandatario ex nunc, prout ex tunc liberum conſenſum præſtitit, eaque omnia & ſingula approbavit & confirmavit, dando etiam omnimodam & liberam poteſtatem, & aſſenſum eidem ſorori Seraphinæ quocumque titulo cedendi, & transferendi in præfatum illuſtrem comitem, omnia & ſingula jura, ſibi & præfato domino Alexandro ſimul, & diviſim competentia ex cauſis & rationibus prædictis *&c. Talem autem, uti apparet ex integro contextu, facultatem à ſuo quondam marito obtinuit* Seraphina, *ut ipſa ſecurior Deo ſervire poſſet, præcideretque radicem omnis moleſtiæ, quæ Frederico, fratri ſaltem ex adoptione, in futurum creari poſſet, vel ab ipſo Alexandro, vel ab hujus heredibus. Quidquid de re ſit: non obſcurè ſaltem ex allatis inſtrumenti verbis conſequuntur ea, quæ de Beata ſtirpe ac familia diſputavimus.*

Nata eſt Urbini 39 *Waddingus in Annalibus Minorum, auctor Vitæ compendioſæ, & Gallucius Urbinum civitatem Italiæ in ſtatu Eccleſiaſtico celeberrimam, archiepiſcopalem ac ducatûs cognominis metropolim Beatæ noſtræ patriam deſignant: annum natalem non denotant; nec eſt etiam alibi, unde eum ſtrictè eruamus; eſt, unde latiùs. Nam laudati biographi eam* tenerâ adhuc ætate *orbatam parentibus eſſe ſcribunt, ac Romam in Columnenſium conſanguineorum domum tranſlatam, ibidemque educatam fuiſſe, donec ad nuptias cum Alexandro Sforzia celebrandas Piſaurum deducta ſit. Unde ſi per* ætatem teneram *ſeptennium intellexeris, in lucem prodiit anno circiter* 1434: *quandoquidem mater ejus Catharina Columna vivere deſiit, teſte Sanſovino,* IX *Octobris anni* 1438, *& Guidus Antonius pater anno* 1442, *die* XX *Februarii ſecundum Guarnerium Bernium, cujus verba dedimus num.* 34, *cuique aſſentitur etiam Sanſovinus; Gallucius tamen Guido Antonio mortem obveniſſe ait, anno* 1443, *die* XXI *Februarii. Equidem in hac materia malim adhærere Guarnerio ſcriptori ſynchrono.*

verisimiliùs circa annum 1434. 40 *Neque Beatæ noſtræ nativitatem multo ſeriùs collocari poſſe, inde colligere eſt, quòd, ſi rectè notat Gallucius, nuptiarum cauſâ Româ Piſaurum profecta ſit anno* 1448, *quando veriſimiliter attigerat ætatis annum* 13 *aut* 14. *Sicui tamen ejuſdem nativitatem anticipare placuerit, equidem non repugnavero; verùm & iſtud moderatè faciendum videtur, ne nimiùm extrahatur ſignificatio vocum* tenerâ ætate, *quâ poſt obitum parentum, utique non ante annum* 1442, *Romam deducta dicitur, ibique permanſiſſe ad annum uſque* 1448. *Notant hic Waddingus, Gallucius, & Compendii manuſcripti auctor, illam Beatæ noſtræ à teneris annis in Urbe apud Columnenſes conſanguineos moram, multorum errori anſam præbuiſſe, exiſtimantium, patre eam Columnenſi atque in ipſa urbe Romana progenitam fuiſſe; & ſanè à paucis* Seraphina Feltria *ſeu* de Monteferetro *nuncupatur, à pleriſque* Columnæ *cognomento diſtinguitur. Verba aliquorum dedimus § primo, unum his jungo Petrum Toſſinianum, qui* Romanam *inſuper appellat lib.* 1 *Hiſtoriarum Seraphicæ religionis:* B. Seraphina, *inquit,* Columnenſis Romana Piſauri in monaſterio Corporis Chriſti clara. *Primus de patre Columnenſi error mox evaneſcit ex inſtrumentis, quorum fragmenta dedimus num.* 37 *& ſeqq. Secundum verò errorem de patria ex primo profluxiſſe pronum eſt colligere, proindeque nil video, quod nos moretur, quominus eam Urbini natam eſſe credamus, affirmantibus adeo indubitanter Waddingo & aliis primo loco nominatis ſcriptoribus.*

AUCTORE J. P.

Nuptiæ ejus cum Alexandro Sforzia Piſauri domino

41 *Præter hæc de geſtis Beatæ nihil obſervandum occurrit uſque ad tempus nuptiarum; de quibus ita Waddingus:* Abſens deſponſata eſt Alexandro Sforziæ Cotinoliæ comiti, Piſauri domino, regni Siciliæ magno comiti ſtabuli, cui ex prima conjuge Conſtantia Varana, Gentilis Camerttum principis filia, duo erant ſuperſtites filii, Galeatius & Conſtantius. *His conſona habet Compendii Ms. auctor; uti & Gallucius, qui parte* 2 *cap.* 2 *eaſdem nuptias prolixiore oratione deſcribens initas eſſe aſſerit anno* 1448, *idque ſe habere ex monumentis Piſauri exſtantibus. Priorem conjugem amiſerat Alexander anno proximè præcedente, ut refert Laurentius Boninconstrius, auctor coætaneus, cujus Annales in lucem edidit Muratorius tom.* 21 *Scriptorum rerum Italicarum:* Eodem anno (1447 *inquit laudatus Boninconstrius*) Conſtantinus Sforzia naſcitur ex Alexandro patre & Conſtantia Veronenſi ejus conſorte, die V Julii circa ſolis occaſum, Piſauri. Cujus mater tredecim poſt ejuſdem menſis dies illo partu interiit.

initio ſatis felices fuerunt, 42 *Satis feliciter fluxiſſe priores conjugii* Seraphinæ *cum Alexandro annos, colligo ex biographis, quorum narrationem compendio hîc exprimo. Profecturus ad bellum Alexander* Seraphinam *rebus non domeſticis modò ac privatis, ſed & externis ac publicis ſumma authoritate præfecit: ſuſpiciebat enim multùm Conjugis ſuæ prudentiam & ſingulares animi dotes, maximè pietatem in Deum, atque amorem juſtitiæ, fidebatque fore, ut, ipſâ gubernante, cuncta ſecurè & quietè Piſauri tranſigerentur; neque ipſum ſua fefellit opinio, expertus quippe poſtmodum eſt, quanto Dominam ſuam ſubditi amore proſequerentur, quantoque affectu Galeatius & Conſtantius filii prævigni, non ſecus ac propriam parentem, diligerent. Iſtud regimen* illa prudentiſſimè exercuit, *verba ſunt Compendiatoris ſæpe nominati,* ab anno MCCCCLVI uſque ad annum MCCCCLXII. *Idem aſſerit Waddingus.*

Sed, Alexander alterius amore captus 43 *Equidem haud perſpicio, quo ſenſu id intellectum voluerint. An quòd tamdiu, abſente marito, ſola gubernârit? Nil aliud tum verba ipſa, tum integer relationis contextus præ ſe ferunt. Sed profectò ſic ſecum ipſi pugnant: nam primò, laudatus Waddingus, cui præiverat Gallucius partis* 2 *cap.* 5, *diſertè affirmat, quòd Alexander è bello Piſaurum reverſus, captuſque amore cujuſdam mulierculæ, cui nomen erat Pacificæ,* Seraphinam *legitimam uxorem cœperit faſtidire, indignis modis tractare, vitæ ejus inſidiari; cùmque nec veneno, nec laqueo, quo*

AUCTORE J. P. *quo ipſam ſtrangulare tentaverat, profeciſſet quidquam, tandem crinibus pertractam, multoque verbere affectam domo ejeciſſe ait, compuliſſeque, ut ſeſe in Clariſſarum monaſterium reciperet anno* MCCCCLX. *Verba ejus accipe:* Anno MCCCCLX infelicis conjugii XII (*ab anno ſcilicet* 1448) ingreſſa eſt clauſtrum monaſterii Corporis Chriſti. *Nequeunt ſanè hæc ſimul conſiſtere: Gubernavit* Seraphina, *abſente marito, ad annum uſque* MCCCCLXII, *&, eadem* Seraphina *à marito domum reverſo injuriis multis coacta monaſterium ingreſſa eſt anno* MCCCCLX.

anno 1460 eam in monaſterium detrudit.

44 *Nec diſſolvi poteſt difficultas iſta dicendo, quòd fortaſſe eodem anno* MCCCCLX, *compoſitis inter conjuges diſſidiis, Beata è monaſterio domum repetierit, reſumpſerit regimen, illudque prorogaverit ad annum* MCCCCLXII, *quo rurſum abalienatus ab uxore Alexander eam ad monaſterium redire coëgerit. Nam præterquam quòd hujus nullibi fiat mentio, neque id factum fuiſſe ullatenus veriſimile appareat, obſtat denuò Waddingus ipſe, obſtat compendiator noſter & cum his Gallucius aliique, quorum concors eſt ſententia, Beatam evolâſſe ad ſuperos anno* MCCCCLXXVIII poſt annos decem & octo ſanctiſſimè in religione tranſactos, *qui reperiri nequeunt, niſi in monaſterio ab anno* MCCCCLX *conſtans permanſerit. Scio equidem, eam non ſtatim ab ipſo ingreſſu in monaſterium amplexam eſſe vitam regularem, ſed ibidem* aliquamdiu, *verba ſunt Franciſci Gonzagæ laudati num.* 2, in habitu fæculari, honeſtiſſimo tamen, converſatam fuiſſe. *At quis credat, ipſi exiſtenti in monaſterio per biennium relictam fuiſſe à furente marito urbis rerumque omnium ſummâ authoritate adminiſtrationem? Præſertim cum Waddingus ipſe, ubi ejus ad monaſterium acceſſum retulit, ad hujus fores tres cuſtodes collocatos fuiſſe ſubdat*, qui Seraphinæ regreſſum, adventantium colloquium, omnium litteras impedirent. *Atque hæc, quæ minùs clara erant, diſcuſſiſſe ſufficiat, alia, quæ hîc addi poſſent, puta, quam perfectè ac piè vixerit Beata noſtra in monaſterio, quantâ prudentiâ & quamdiu illud abbatiſſa gubernaverit, quàm ſanctè & quo anno mortem obierit, & his ſimilia diſcere poterit lector ex Vitæ compendio & ſubnexis ei annotationibus.*

B

C

VITÆ
COMPENDIUM
auctore anonymo,

Ex monaſterio Corporis Domini Clariſſarum Piſaurenſium ad nos tranſmiſſum.

Beatæ natales & nuptiæ.

SEraphina clariſſimis eſt orta natalibus Urbini, fuit enim filia Guidi Antonii comitis Montis-feretri *a*, & Catharinæ Columnæ, Martini *b* quinti ex fratre neptis. In baptiſmo à parentibus Sueva nuncupata fuit. Quæ tenera adhuc ætate parentibus orbata Romam in Columnenſium domo tranſlata ibidem educata fuit. Ex qua educatione errorem ſumpſere, qui aſſerunt, Seraphinam Romæ natam ex Columnis. Adultâ juncta fuit in matrimonium Alexandro Sfortiæ *c* Piſauri Domino, cui ex prima conjuge Conſtantia Varana, Camerini principis filia, ſuperſtites erant duo filii Galeatius & Conſtantius, quos Sueva dilexit ac ex ſe natos.

a
b
c

D

Monaſterium ingredi à marito compellitur, d

2 Diſceſſurus poſteà Alexander Mediolanum, ut Franciſco Sfortiæ *d* germano fratri, Mediolanenſium duci opem ferret, ſceptrum gubernii totius Suevæ commiſit, quod illa prudentiſſimè exercuit ab anno MCCCCLVI uſque ad annum MCCCCLXII *e*. E bello reverſus Alexander cecidit in bellum amoris, & captus amore cujuſdam mulieris Piſaurenſis, nomine Pacificæ, Suevam cœpit deſpicere, utpote, quæ non erat ſtatura grandis, ſed puſilla, nec vultu decoro, reddens mala pro bonis. Creſcentibus amoris focis erga Pacificam in Alexandro, odium augebatur erga Suevam. Unde non valens princeps amplius impetus impudicæ fœminæ ſuſtinere, in hos prorupit exceſſus, quòd Suevam bis veneno perimere *f*, ſemel jugulare fruſtra tentaverit *g*, ac tandem crinibus in exteriorem aulam, publicum ſervorum receptaculum, pertractam ac verberibus onuſtam furibundus domo juſſerit exire ac ad Clariſſarum conſortium tranſire. Quod & illa humiliter executa eſt *h*.

d
e
f *g*
E
h

& infamiâ oneratur.

3 Reclamant Romani conſanguinei ad hæc convitia. Alexander, ut ſe honeſtè defendat, exponit ſe hoc feciſſe honoris causâ, quia invenit eam adulteram, & promittit ex ore proprio delicti confeſſionem. Pergunt *i* unà cum Alexandro conſanguinei ad monaſterium, & cum eis ſcriba, ut accipiat juridicè calumniam, & faciat iniquè veritatem. Vocant ad crates Suevam. Interrogat Alexander uxorem de crimine, loco & tempore perpetrato. Sueva non reſpondet *k*, & à ſcriba ſilentium ponitur pro confeſſione. Victor diſcedit princeps; ſed victi à dolore diſcedunt conſanguinei.

i
k

Dolentem conſolatur Chriſtus

4 Sueva coram Crucifixi ſimulacro genua flectit, amarè plangit, & dolet, quod in tanta calumnia ſit ab eo deſtituta adjutorio. Chriſtus è cruce *l* blandè ſibi alloquitur, & jubet, ut levia iſta gravamina æquo ferat animo ob amorem illius, qui innocenter pro omnibus verbera & contumelioſa verba ac calumnias cum turpiſſima morte ſuſtinuit: hoc refecta conſolationis pabulo. Punitus divinitus ſcriba, cujus manus, quæ formavit in cartâ calumniam, ſubjecta fuit morſibus aſelli, qui numquam deſtitit à morſibus, quouſque ſcriba confiteretur, hoc fuiſſe in culpam ſui delicti *m*.

l
F
m

habitum Clariſſarum induit.

5 Proſequitur Alexander ſuos impudicos amores *n*; Sueva divinitus vocatur ad Religionem *o*; hinc habito conſenſu principis (fabula enim eſt, quòd Alexander deſponſaverit Pacificam, cùm eſſet uxor cujuſdam medici, & in hoc errant omnes ſcriptores, ut patet ex ſcripturis *p*, quæ conſervantur apud D. Joannem Baptiſtam de Almericis, nobilem Piſaurenſem) habitum Clariſſarum induta eſt, & Seraphina vocata. Alexandrum paulò pòſt cœpit tædere conſortii, & verberibus & duris verbis affligere Pacificam, unde brevi in ſe reverſa *q*, biennio pòſt deceſſit è vita.

n
o
p
q

Maritum illatæ ipſi injuriæ pœnitet.

6 Princeps interim tactus dolore cordis ad meliora convertitur, & qui priùs erat lupus rapax, inde convertitur in agnum. Diligit uxorem jam ad clauſtra vocatam, piis ſe exercet in operibus, multa beneficia confert monaſterio,

&c

A & poſt hæc omnia piè acta, anno ſuæ converſionis nono, die tertia Aprilis MCCCCLXXIII fatis ceſſit & hæredem principatûs filium Conſtantium reliquit. Seraphina conſulens dilecti animæ maritî plura præſtitit ſuffragia, poſtea totam ſe dedit pietatis officiis, ſuamque animam multis excoluit virtutibus.

Omni virtutum genere ornata abbatiſſa eligitur, & ſanctè moritur.

7 Humilitate fuit inſignis, charitate erga infirmos præluxit, pauperibus proſpexit. Vilia exercuit opera monaſterii, corpus mirâ pœnitentiâ afflixit, & in oratione fuit aſſidua. Omnium votis, quia erat omnibus gratiſſima, eligitur Abbatiſſa poſt tredecim annos monachatûs, ſicque domum illam rexit, ut non ſolùm eamdem materialiter refecerit, ſed mira regulari obſervantia firmaverit *r*. Tandem tantis meritis & virtutibus ornata poſt XVIII annos in Religione ſanctiſſimè tranſactos obdormivit in Domino, ac eo die naſci meruit in cælis, quo B. Virgo in terris nata eſt *ſ*, anno MCCCCLXXVIII.

Corpus ſuaviter redolet & incorruptum ſervatur.

8 Tres dies jacuit inſepulta, quo tempore ſemper ſuaviſſimum emiſit odorem, & poſt multos annos exhumata, ac in putrefacto loculo integra inventa, manifeſtis cœpit clarere miraculis, quæ ex integro leguntur in Annalibus Minorum tom. VII ad annum MCCCCLXXVIII, & apud P. Gallutium in Vita B. Seraphinæ Italicè ſcripta cap. XIII. Corpus hodie integrum conſervatur *t* in arca marmorea à dextris altaris majoris, ibique pia veneratione colitur. Qui plura deſiderat, adeat Annales loco citato ubi pulcra notantur *u*.

ANNOTATA.

a *Hujus comitatûs notitiam ſic dat Baudrandus*: Mons-Feretranus, il Monte Feltre, regiuncula Italiæ, in ducatu Urbinate & ditione Eccleſiaſtica, ad radices Apennini, juxta Ariminum fluvium & confinia Romandiolæ. Ejus caput eſt Leopolis ſeu Fanum S. Leonis, urbs epiſcopalis in monte excelſo. *De Beatæ patria, parentibus, genere ac nativitate egimus* § 4.

b *Martinus V, dictus ante Oddo Columna, Pontifex electus eſt in concilio Conſtantienſi* XI *Novembris anni* 1118, *& poſtquam ſediſſet annis* 13, *ménſibus* 3, *diebus* 12, *obiit* XX *die Februarii anni* 1431, *ætatis ſuæ* 63.

C c *Patrem is habuit Muzzum, ſeu Mutium Attendulum illuſtriſſimæ Sfortianæ domûs auctorem, de quo plura vide apud ſcriptores Italos paſſim obvios.*

d *Ab eo propter ſtrenuam aliàs navatam in bello operam Piſauri Dominium acceperat Alexander. Porrò Franciſci Sfortiæ bellatoris egregii ortum & res præclarè geſtas, præter ſcriptores alios non paucos, memoriæ poſterorum tranſmiſit libris triginta & uno Joannes Simonetta domeſticus ejus ac familiaris. Exſtant apud Muratorium tom.* 21 *de Scriptoribus rerum Italicarum.*

e *Conſule Comment. num.* 43 *& ſeqq.*

f *Gallucius cap.* 3, 4 *&* 5 *more ſuo tum Alexandri duritiem erga Conjugem, tum hujus in tolerandis rebus adverſis conſtantiam atque fiduciam in Deum longiore ſtylo deſcribens, tertiò ei venenum propinatum fuiſſe, indeque uno latere contractam permanſiſſe aſſerit.*

g *Facinus iſtud laudatus Gallucius refert in hunc ferè modum: Cernens Alexander rem veneno minimè ſucceſſiſſe, nocte quadam Conjugis cubile furore percitus ingreſſus eſt, eamque compreſſo gutture ſuffocâſſet, niſi clamore excitatæ ancillæ cum aliis domeſticis accurriſſent. His autem mœſti ejus clamoris cauſam ſciſcitantibus reſpondit* Sueva, *purâſſe ſe audire latrones in cubiculo. Mox illæ angulos omnes perſcrutatæ nihil repererunt præter pileum nocturnum, qui ex aufugientis ad ipſarum adventum Alexandri capite deciderat, atque inde omnibus innotuit, quiſnam is fuiſſet latro.* A. ANONYMO.

h *Prolixiùs iſta deinùo enarrans Gallucius*, Seraphinam *in publico ſervorum receptaculo ex verberibus lividam, undique contuſam ac penè exanimem jacuiſſe ait, ac demum, ubi ad ſeſe rediiſſet, ulterioribus mariti minis fuiſſe eo redactam, ut, niſi mori mallet, ad cœnobium pergeret. Quæ facta eſſe addit non ſine ingenti doloris ſenſu privignorum Galeatii & Conſtantii, quos ut ſuos ipſa dilexerat; nec ſine commiſeratione & querelis aulicorum & civium, uſque adeo, ut multi palàm inveherentur in tot malorum amantiſſimæ Dominæ ſuæ auctorem.*

i Præmiſſis, *inquit Waddingus*, (*ab Alexandro*) qui mortem illi (Seraphinæ,) monaſterio incendium pronunciarent, niſi mox adventuri principis interrogatis ad placitum reſponderet. *Idem habet Gallucius dicens præterea, moniales tali nuncio perculſas precibus ac lacrymis apud eam inſtitiſſe, uti mariti mandatis acquieſceret, eâ fortaſſe viâ pacem & concordiam obtinendam.* E

k Ne ſi negaret, *addit laudatus Waddingus*, monaſterio perniciem adveheret. *Cauſam ſilentii aliam aſſignat Gallucius, dicitque*, Seraphinam *objectæ calumniæ atrocitate adeo perturbatam fuiſſe, ut penè exanimata loquendi facultatem amiſerit, reſponſura alioquin & honorem ſuum defenſura, non obſtante vitæ ac monaſterii periculo.*

l *Gallucius de hac Chriſti imagine ſcribit ferè in hunc modum: Caput prius ad ſiniſtram inclinatum, cùm* Seraphinam *alloqueretur, verſum eſt ad dexteram, atque hoc ſitu & ore aperto deinceps permanſit. Servatur autem hodiedum in odeo monialium, multâ veneratione colitur, ac pluribus illuſtratur miraculis. Hac eadem ſacra imago eſt, quæ, dum beata* Seraphinæ *& Felicis corpora anno* 1628 *publicæ veneration exponerentur, media inter utrumque collocata fuit. Vide Comment. num.* 8. F

m *Id ſcribæ obveniſſe ait Gallucius in publica platea, coram ingenti hominum multitudine, & quidem ipſo die, quo iniquum inſtrumentum confecerat, jamque ab Alexandro domum redibat.*

n *Plura his interſert Gallucius, quæ verbis paucioribus etiam à Waddingo relata huc transfero.* Nihil inde (*pœnâ ſcribæ divinitus inflictâ*) commotus Alexander, ultro progreſſus eſt, nec à quoquam contineri potuit, quin continuis cruciaret Suevam moleſtiis. Concupiſcentiæ ardor nonniſi Pacificæ nuptiis potuit expleri: miſit itaque ad Suevam, qui ſponſalitium annulum repeteret, & comminatoriè præciperet, vitam aſſumeret regularem. Hoc territa nuncio, poſt expetitum Abbatiſſæ conſilium, liberè reſpondit, ſe nolle, remiſſo annulo, exemplum hoc relinquere poſteris, quo & ſacroſanctum matrimonium poſſit contemni, & aperiri oſtium faſcinatis maritis repellendi conjuges, ut pellices introducant. Vitam etiam regularem ſe libenter amplexuram, quando Deus votum inſpiraret; nolle tamen invitam compelli. Perſtitit ille in

A. ANNO. Sueva terrenda, & monialibus rogandis, ut persuaderent, istud vitæ genus obiret, & illa in repellendis importunis consiliariis. *Ita ille, ita ante illum Gallucius: sed non satverisimiliter: nam ad quid ista annuli sponsalitii repetitio? Nempe, ut Pacificam duceret:* Concupiscentiæ *enim* ardor non nisi Pacificæ nuptiis potuit expleri. *Verum & ipsa viro alteri nupta erat, ut inferiùs testatur Compendii auctor. Demus tamen, libera fuerit. An recipiendo annulum liber evasisset Alexander, vivente comparte? Etenim matrimonium ejus cum* Sueva *certè erat validum, alioqui contrarium probare necesse erat, & sufficiebat; annulum repetere supervacaneum. Nec verisimile est, matrimonium non fuisse consummatum duodecim annorum spatio; maximè cum, uti notavimus in Comment. num.* 42, *primis annis matrimonii optimè inter conjuges convenerit, & Alexander* Suevam paulatim *dumtaxat, teste Waddingo, cœperit* fastidire. *Ac proinde nihil annuli recepto, nihil legitimæ Conjugis religiosa professio Alexandrum juvisset, ut aliam ducere potuisset. Quandoquidem fide certum sit, ejusmodi matrimonii vinculum esse indissolubile, atque hoc ipsum paulò antè solemniter fuisset declaratum in Concilio generali, ab anno* 1439 *usque ad* 1443 *Florentiæ celebrato. At inquis, non curabat ista homo à passione sua obcæcatus. Curâsse eum ista indicant ipsi Waddingus & Gallucius, dum tanto conatu annulum repetiisse, & ad Religionem legitimam Conjugem impulisse scribunt; scilicet non in finem alium, quàm, ut cum Pacifica tutò contraheret. Neque dicas, ignorâsse ipsum, matrimonii vinculum usque adeo esse indissolubile; nam id gratis supponitur, non probatur. Unde equidem hæc omnia miserè conficta esse existimo, nec minùs fabulosa, quàm ipsum, quod narrant, ejus cum Pacifica matrimonium, uti probat Compendii nostri auctor.*

o Præmissâ multâ prece, *inquit Waddingus,* vocatisque in auxilium, qui apud Deum intercederent, apparuit ei beata Virgo Maria, sanctumque instillavit religionis propositum, quod mox monialibus aperuit, & absque mora voluit exercere. *Pluribus hæc describit Gallucius.*

p *Hoc testimonio confirmantur ea, quæ observavi ad lit.* n.

q *Post actum errati condignam pœnitentiam, piè defunctam esse scribunt Gallucius & Waddingus.*

r *De Beatæ nostræ virtutibus, de beneficiis tum ab ipsa, tum ab Alexandro in monasterium collatis, deque aliis hîc enumeratis multa apud Gallucium parte* 2, *cap.* XI *&* 12; *ea huc transferenda non judicavi, propter id, quod dixi in Commentario num.* 32.

s *Waddingus diem obitûs ita exprimit:* Eo die nasci meruit in cælis, quo Deus de beata Virgine in terris oriri dignatus est. *Verùm, cùm scriptores laudati in Comment. num.* 1 *& seqq. constanter* 8 *Septembris assignent, facilè crediderim, Waddingo hunc errorem elapsum esse, auctorum antiquiorum phrasim non satis attente transponenti; indeque etiam contigisse, ut Hueberus Waddingum secutus* B. Seraphinam *ad diem* 25 *Decembris annuntiaverit.*

t *Vide Comment. num.* 21 *&* 22.

u *Ad calcem manuscripti sigillum suum apposuit mater abbatissa & manu propria addidit sequens testimonium, quod ex Italico Latinum reddo:* Ego soror Clelia Thieni in præsentia-

rum abbatissa monasterii Corporis Domini, verum esse affero & solidum, quodcumque hîc de Beata nostra scriptum est. *Quæ cùm de omnibus universaliter dicta sint, fundamentum præbent prudenter saltem existimandi, quòd Vitæ compendium, quamvis non dudum antequam ad nos mitteretur, ex antiquis tamen & authenticis monumentis desumptum atque compactum fuerit: id autem mihi verisimilius inde fit, primò, quòd Compendii auctor num.* 8 *pro notitia eorum, quæ recentiora sunt, puta miracula & similia, lectorem remittat ad Waddingum & Gallucium. Secundò, quod num.* 5, *ubi recedit ab aliorum scriptorum opinione quoad pretensum Alexandri cum Pacifica conjugium, mox instrumentum alleget, quo errorem istum manifestet.*

MIRACULA

Ex P. Augustini Gallucii libro Italico desumpta, & Latinè reddita.

Beata apparet nobili consanguineæ, eamque impactâ alapâ de injusta censura graviter corripit.

Sicut Deus se Beatæ, dum viveret, tutorem exhibuit ac protectorem, ita ejus post mortem ostendit se defensorem & patronum. Hoc fecit præsertim, cùm duæ nobiles feminæ consanguineæ ipsius, causâ itineris Pisauro transeuntes, invisissent monasterium Corporis Christi, quarum una, differentibus monialibus de prudentia, patientia ac sanctitate Servæ Dei dixisset: Videtur mihi Sueva in omnibus rectè processisse, præterquam dum sustinuit famæ suæ à marito inustam injuriam, quam vindicâsse debuerat. Nam quantumcumque fuerit innocens, non omnes talem fuisse judicabunt. Unde per ipsam hæc familiæ suæ relicta est infamiæ nota, deque ea semper remanebit sermo. Cùm ambæ nobiles istæ dominæ hospitium suum repetiissent, apparuit nocte insequenti B. Seraphina illi, quæ eam coarguerat, inflictâque ipsi gravi alapâ dixit: Qui quærit honores in hoc mundo, paradisum non obtinet. Fortasse æternâ beatitudine jam non fruerer, si innocentiam meam indicâssem, & maritum mendacem fuisse probâssem, & eo dicto disparuit. Hæc domina cùm valdè manè surrexisset, ad monasterium reversa est, rogavitque abbatissam, ut convenire juberet moniales omnes eo loco, ubi in theca servatur Beatæ corpus: quo facto, funem ad collum alligavit, & coram ipsam se projiciens in genua dixit: Condemno memetipsam beata & glorioſa soror Seraphina, quòd dixerim heri, non rectè à te factum fuisse, dum adversus maritum ulta non es injuriam honori tuo illatam. Revoco dictum, precorque, ut mihi condones. Narravit postmodum aliis rem, uti sibi contigerat, qui inde ingenti consolatione affecti sunt, magnificantes & laudantes Dominum, quòd hoc modo non solùm confirmâsset Servæ suæ integritatem, verùm etiam peculiariter docuisset, gratissimam sibi esse injuriarum offensarumque remissionem.

Digitus putrescens & brevi amputandus,

2 Anno MDLXXX missum est dicto monasterio in eleemosynam frustum carnis, cujus os digitum monachæ, quæ illud in partes dividere debebat, inter unguem & carnem penetravit tanto

A tanto dolore ac periculo, ut poſt multorum dierum operam medici, non invento alio remedio, abſcindendum decernerent, quo illa audito, B. Seraphinæ opem imploravit, votumque fecit, fore, ut ipſi digitum argenteum offerret, ſi ſanaretur: tum pulverem ſumpſit, qui ſupra ejus corpus jacebat, digito malè affecto applicuit, & invocans ejus auxilium, omnibus admirantibus, ſubitò ſanata eſt.

item crus confractum ſubitò ſanatur: a

3 Similiter duci *a* Nicolao Saiano Piſaurenſi, dictæ monachæ parenti, ex ictu, quo impegerat in lapidem marmoreum, uſque adeò confractum erat crus unum, ut medici amputandum judicarent. Verùm ipſe ſe in tanta calamitate conſtitutum cernens, juvante filiâ jam malo liberatâ, ad B. Seraphinam toto corde confugit, atque eodem pulvere, quo ipſa uſa fuerat, quique ejus vulneri etiamnum adhærebat, mox ſe incolumem comperit, obſtupentibus medicis, chirurgis & cunctis, qui ejus malum cognoverant: neque ipſe Deo ac Soſpitatrici ſuæ gratias agere prætermiſit.

B *monialis graviſſimo malè affectæ manûs,*

4 Anno MDLXXXV Monialis altera dicti monaſterii ex manu malè affectâ dolore adeo immoderato afficiebatur, ut convulſiones pateretur. Ubi ſeſe Beatæ commendâſſet, applicuiſſetque paululum è ſupradicto pulvere, perfectè ſanata eſt, ac grates egit divinæ bonitati, atque illi, per quam integritatem impetraverat.

illuſtris matrona coxendicis dolore, b

5 Anno MDLXXXVIII ſereniſſima domina Victoria Farneſia *b*, Urbini dux, degens in aula Piſaurenſi, imprudenter in cubiculo ſuo cecidit, idque adeò infeliciter, ut oppreſſæ graviſſimo coxendicis cruciatu nullum ei ſublevando remedium ſupereſſe videretur, neque leniendo concederetur ulla quies. Quarè cum fiducia invocans opem B. Seraphinæ, cui erat fueratque ſemper devotiſſima, digna fuit mox gratiam obtinere.

& monialis altera gravi tentatione, c

6 Domina quædam nomine Liberata, origine Hebræa, ab ætatis anno quinto converſa fuerat ad fidem Chriſtianam, & procurante illuſtriſſimo Simonetta *c* tum temporis Piſaurenſium epiſcopo, in præfato monaſterio educata. Ipſa jam ætate major ſeraphicæ Religionis habitum aſſumpſit, in eaque piè ac devotè vixit. At infernalis hoſtis ejus virtutibus invidens, ac inſidians ſaluti, menti ejus immiſit cogitationem turpiſſimam, in eâque illam tam conſtanter occupavit, ut eâ liberari non poſſet quantamcumque ſibi vim inferret aut diligentiam adhiberet; id factum eſt anno MDLXXXXIX. Accidit nocte quadam circa horam quartam aut quintam, ut incitante devotione erga Beatam, ac Deo inſpirante, ad templum ſe conferret, proſterneretque in genua ante thecam, cui incluſum erat ſacrum ejus corpus: dum autem oraret, ut per ejus merita liberaretur hac tentatione, incidit in ſomnum leviſſimum, quo tempore viſa eſt ei aperiri theca, ac B. Seraphina emiſſo brachio eam tangere, dicens: Quam ob rem dubitas? Expergefacta ſe liberam ſenſit, nec poſthac ullam umquam moleſtiam experta eſt; hoc publicè teſtata eſt, Deo ejuſque Servæ gratias agens.

C

ac tertia carnis in gutture excreſcentis periculo liberantur.

7 Eodem anno MDLXXXXIX caro adnata eſt gutturi monialis ejuſdem monaſterii, ut nil diglutire poſſet ſine ſuffocationis periculo, dictaque caro accrevit continuò cum exigua ſpe ſalutis. Quapropter ipſa ſe convertens ad S. Blaſium & beatam Seraphinam; eorumque meritis ſe commendans, ſanitatem conſecuta eſt, & grates egit Domino.

ANNOTATA.

a *Italicè habetur* al capitano, *quam vocem, cùm variam patiatur expoſitionem, nomine generico expreſſi.*

b *Conſule Commentarium num. 26 & ſeqq.*

c *Tres habuit Piſaurum ſeculo* XVI *ejus nominis antiſtites, Jacobum, Ludovicum, & Julium Simonettam: poſtremum hic deſignari veriſimiliùs mihi apparet ex anno, quo id miraculum contigiſſe notatur inferiùs, & ex Ughello in Italia ſacra, ubi ita ſcribit:* Julius Simonetta Ludovici nepos, Piſaurenſi ſede nobilitatus eſt MDLX, die IX Julii, Tridentino concilio interfuit, deceſſitque MDLXXVI.

A. Augus. Gallucio.

MIRACULA

ALIA, COMMUNIA

B. Seraphinæ cum B. Felice Meda, ex eodem Gallucio Latinè tranſlata.

E

Apparentes Beatæ cum S. Terentio Piſaurum contra hoſtes protegunt, a

QUo tempore *a* Franciſcus Maria Urbinatium dux ejus nominis primus poſſeſſione ſua depulſus fuerat, bella erant in omnibus ducatûs civitatibus gravia & tumultuoſa. Piſauri præſertim continuæ agebantur excubiæ non à militibus modò ac ducibus extraneis; ſed & ab incolis, civibus, & ab ipſiſmet viris nobilibus: horum aliqui quâdam nocte, vigilantiâ præter morem majore, quòd periculum ordinario gravius immineret, muneri ſuo intenti viderunt duas moniales S. Claræ cum ignoto milite inſtar excubitorum urbis mœnia obambulantes; quod ſummopere admirati ſunt. Cùm autem eas eſſe crederent ex monaſterio Corporis Chriſti, illud ſummo mane adierunt, & vocari juſſam matrem abbatiſſam rogaverunt, quamobrem (contra earum profeſſionem) ſorores ſuas exire permiſiſſet. Obſtupuit ad hanc interrogationem abbatiſſa, & ſciens, quòd monialium nulla inde pedem extuliſſet, aut porrò efferre potuiſſet, ejus rei teſtimonium ab Officialibus ſuis atque omnibus monialibus dari voluit. Ex quo, uti & ex effectu in ipſorum ſecuritatem tum ſecuto, evidenter compertum eſt, militem fuiſſe S. Terentium *b* martyrem, urbis patronum; duas autem monachas, beatas Felicem & Seraphinam, cuſtodes ac tutrices diligentiſſimas dilecti ſibi populi.

F

b

matronam partûs anguſtiis liberant,

2 Anno MDLV domina Maria Hondedea partûs anguſtiis ad extrema penè deducta erat: ſed ex animo ſe commendans divinæ majeſtati, Virgini ſanctiſſimæ & his duabus Beatis, merita eſt per earum interceſſionem obtinere gratiam. Eæ ipſi apparuerunt manè ſub auroram, dixitque ipſi B. Seraphina: Maria, exaudivit Deus preces tuas. Secura eſto, quòd intra dies tres prolem maſculam paritura ſis, ac ſanitatem recuperatura. Hæc omnia ita contigerunt ſummo cum ſolatio moribundæ totiuſque ejus familiæ; quapropter unanimiter omnes Domino, Matri ejus glorioſæ, ac Beatis gratias perſolverunt.

A. Augus. Gallucio.

hominem desperantem ad fiduciam reducunt

3 Anno MDLXXXVII in eadem urbe Pisaurensi vir nobilis, nomine Julius Mancinus, laborans molesta infirmitate, cui remedium non inveniebatur, dæmonem subinde invocabat ex desperatione & impatientia. Verùm quia fuerat semper, eratque etiam tum erga Beatas devotissimus, tali tempore apparuerunt ipsi, & eum adhortantes ad patientiam, excitantesque, ut à divina manu calamitates omnes susciperet, ad majorem ejus consolationem subdiderunt; Sumus nos sorores Felix & Seraphina tibi addictæ: ut autem verbis fidem haberet, rogârunt eum, ut significari curaret duabus monialibus monasterii sui, Deodatæ & Magdalenæ, fore ut intra breve tempus molestiæ quædam ipsis obvenirent; ac proinde pararent se ad constantiam & ad Dei beneplacitum, quo dicto disparuerunt. Nobilis autem eodem instanti temporis infundi sibi sensit veram contritionem, atque ad frugem rediens Domino grates egit de collato sibi per Servarum suarum intercessionem beneficio, quo manibus inimici ereptus esset. Convaluit, ac multo tempore supervixit bene Chri-

B stianus & erga Liberatrices suas devotissimus.

& duabus monialibus imminentes tribulationes prænuntiant,

4 Verùm priusquàm sanitati restitueretur, eodem videlicet die, quo ea visione gavisus fuerat, ad lectum suum vocari jussit monacharum confessarium; huic quæcumque contigerant, ordine exposuit, petitque, ut duas sorores certiores faceret de iis, quæ sibi à duabus Beatis prædicta fuerant. Præstitit mox confessarius, quod sibi injunctam erat; & non multo pòst tempore mater soror Magdalena maximis tribulationibus afflicta fuit, quas memor prædictionis patienter tulit: at mater soror Deodata in gravem morbum incidit, ex quo divinæ voluntati perfectè acquiescens, gratiasque continuò agens Beatis, quæ ei tanti momenti rem prænuntiari curâssent, in Domino obdormivit.

hominem præsenti mortis periculo eripiunt,

5 Anno MDLXXXVIII pauper cæmentarius, qui sæpiùs monasterio operam collocaverat, artificii sui causâ incedens per civitatem, in terram prolapsus est, tamque subitò oppressus fuit curru valdè onusto, ut eum omnes mortuum existimarent. Verùm ipse, cùm statim implorâsset Beatarum opem, incolumis evasit adeò, ut, si-

C mulac pertransisset currus, sponte se in pedes erigeret, Deo ejusque Ancillis gratias multas ageret, & iter suum prosequeretur.

alium dolore capitis

6 Eodem anno, cùm thecæ novæ ex ligno construerentur recondendis venerandis Beatarum corporibus, unus ex fabri lignarii famulis ob continuum, quo non parùm cruciabatur, capitis dolorem, imparem se sensit, qui eò iret ad laborandum: ivit tamen devotione suâ incensus, seque operi accingens, earum auxilium imploravit, pollicitusque est eis in eleemosynam medium laboris pretium; quo dicto, se dolore liberum expertus est, &, quod promiserat, adimplevit.

& ipsum P. Gallucium biennali febre liberant.

c

7 Multa sunt miracula, quæ Deus per Servarum suarum merita operatus est; quapropter tam pretiosis gemmis meritò gloriatur urbs Pisaurensis. Liceat & mihi hîc testimonium perhibere de me ipso. Anno MDCXIII, mense Julio, Mantuâ rediens in Marchiam, Arimini c, quò salutatum iveram P. S. Agatham tum Minorum observantiæ reformatæ in provincia Bononiensi commissarium, nunc totius Observantiæ Vicarium Generalem, (accidit hoc cùm essem à secretis P. Rotundo in provincia S. Antonii) febre correptus fui, quæ mihi, annis paulò minùs duobus, adhæsit tantâ virium mearum de- D fectione, ut in phthisin incidisse crederer. Cùm Pisauri mihi esset assignata habitatio, quædam ad Beatas spectantia scribendi fuit occasio, commendavi me earum apud Deum intercessioni, & paulò pòst perfectam sanitatem consecutus sum. Quapropter sicut me plurimùm eis obstrictum profiteor, sic nec desino, nec porrò desinam, ipsas peculiari affectu revereri.

ANNOTATA.

a *Franciscus Maria ducatu Urbinate expulsus fuit à Leone Papa X circa annum* 1516, *& ab Adriano VI hujus successore restitutus sub annum* 1522; *intra dictos igitur annos contigerunt, quæ hîc narrantur.*

b *Hujus sancti martyris Vita compendium dat Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad diem* 24 *Septembris, quo occisus dicitur.*

c *Auctor sic scribit Italicè*: Tornando da Mantoa alla Marca l'anno 1613 nel mese di Luglio, à Rimini, ò più tosto alla Villa di Ver- E ruchio *&c. Sed quem locum per ò* Villa di Verruchio *designare voluerit, an villam aut prædium rusticum, an pagum eo nomine, an oppidum, assequi non potui & per consequens nec Latinè interpretari.*

APPENDIX.

Captus apud maiuros, Beatarum patrocinio,

PRæter allata superiùs beneficia refert P. Gallucius alia duo earumdem Beatarum patrocinio impetrata: sed stylo admodùm prolixo, ut ea interpretari supervacaneum judicârim. Ubi enim enarrat primum, tam multa immiscet ad rem præsentem nullatenus spectantia, ut iis duo integra capita adimpleat; quapropter recisis inutilibus reliqua in compendium contracta accipe. Philippus Terzi, nobilis Pisaurensis, olim curantibus Urbinatium ducibus, & Francisco Maria de Monte, sacra Romanæ Ecclesiæ Cardinale, operam & industriam impenderat construendis ornandisque BB. Felicis & Seraphinæ mausoleis. Consule Commentarium num. 26. Postea verò sub annum 1578, Sebastiani Lusitaniæ regis contra Mauros Africanos secutus insignia, acceptoque in prælio vulnere, captus fuit ac venditus Judæis.

fugâ elabitur.

2 Tandem persoluto pro libertate pretio ad reditum in Lusitaniam se accingebat; at secundò in Maurorum manus incidit, & arctæ custodiæ traditus, omni recuperandæ umquam libertatis spe destitutus videbatur. Itaque cum duobus mancipiis clàm fugam meditatus est; sed, ubi statutus fugæ dies illuxerat, miserè cœpit angi, urgente hinc amore libertatis, inde deterrente ipsum certâ & cruentâ morte, si res malè succederet. Sic agitato apparuerunt BB. Seraphina & Felix, dixeruntque: Perfice quod animo conceperas, nunc demum mercedem accipies beneficii quondam præstiti Pisaurensi monasterio. Hisce animatus cum sociis se fugæ commisit, superatisque feliciter pluribus periculis, Lusitaniam attigit. Litteræ, quibus totam rei seriem abbatissæ ac monialibus Pisaurensibus ipse exposuit, exstant apud Gallucium, quem adire potest curiosus lector.

Alter gravi viter vulneratus subitò sanatur.

3 Anno 1630 *in pervigilio SS. Petri & Pauli* memoratus aliquoties P. Sanctæ Agatæ impigrè laborârat exornando Clarissarum Pisaurensium templo,

templo, ac ceteris disponendis ad solemnitatem sequentis diei, quo ut in Commentario diximus num. 13, publicæ venerationi exponenda erant corpora BB. Felicis & Seraphinæ. Verùm reduci ad monasterium suum, cùm fenestræ valvas, quadraginta circiter libris graves, occludere tentaret, ea subitò à suis postibus avulsa ingens vulnus inflixerunt, ex quo magnam sanguinis copiam amisit. Accersitus mox chirurgus, postquam vulnus inspexisset, & applicuisset remedium, prospicere eum sibi jussit; fore etenim, ut febris accederet. At ipse se Deo ac BB. Seraphinæ & Felici commendans postero die ad monialium ecclesiam perrexit, à nullo labore abstinuit, sacrum Missæ sacrificium celebravit, confessiones excepit, SS. Eucharistiam devoto populo distribuit, & finita solemnitate se omnino sanatum comperit. AUCTORE J. P.

DIES NONA SEPTEMBRIS.

SANCTI, QUI V IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

SAnctus Theophanes confessor.

S. Dorotheus M. } Nicomediæ
B S. Gorgonius M. } in Bithynia.

S. Severianus Mart. Sebastiæ in Armenia Minore.

S. Hyacinthus M. }
S. Alexander M. } in Sabinis.
S. Tiburtius M. }

S. Rufus } fratres MM.
S. Rufianus }

S. Severus martyr.

S. Straton martyr.

S. Chariton martyr.

S. Artemidorus martyr.

S. Donatus }
S. Cleasus aut Eleassus } martyres Cæsareæ in Cappa-
S. Fortunatus } docia.
C S. Ammonius }

S. Marcus & Socii, fortè duo, martyres.

S. Gregorius confessor, qui colitur in Alcala del Rio in Andaluzia.

S. Ulfacius anachoreta, ac forsan presbyter & abbas, in vico cognomine Cenomanensis provinciæ in Gallia.

S. Kieranus seu Queranus abbas Cluain-mic-noisensis in Hibernia. E

S. Audomarus episcopus conf. in Waurant villa prope Audomaropolim in Artesia.

S. Osmanna Virgo, quæ colitur in abbatia S. Dionysii prope Parisios.

S. Sergius I Papa confessor Romæ.

S. Bertellinus seu Beccelinus eremita in Anglia.

S. Tutius eremita in territorio Aquilano in Italia.

S. Onnenus confessor Ordinis S. Benedicti, ut creditur, Maclovii in Britannia Armorica. F

S. Wilfrida vel Vulfridis abbatissa in Anglia.

S. Petrus de Chavanon, canonicus Regularis Ordinis S. Augustini, Piperaci in Arvernia.

PRÆTERMISSI ET AD ALIOS DIES RELATI.

SAncti Marcelli *Papæ & Martyris inventio in Alto monte Hannoniæ monasterio apud Molanum hodie annuntiatur. Data est ea Inventio cum aliis S. Marcelli Actis ad* XVI Jan.

S. Boisilus *presbyter in monasterio Mailros hoc die memoratur apud Menardum & Castellanum. At de eo actum est* XXIII Januarii.

SS. Berlendis, Celsæ & Nonæ *translatio apud Grevenum, Molanum & alios celebratur. Consule dicta de iis ad* III Februarii.

A S. Silvani *monachi Claravallensis canonizatio. Kalendarium Cisterciense editum Divione, & Chrysostomus Henriquez in Menolog. Nos de eo egimus* XVIII Februarii.

S. Cunegundis *imperatricis translatio à variis martyrologis memoratur. Ferrarius in Catalogo generali & Arturus in Gynaceo quasi aliam annuntiant; sed certò eadem est. Adi Acta data ad* III Martii.

S. Gorgonium *cum Sociis nominatim recensitis, qui passi sunt* temporibus Licinii imperatoris, & Agricolai præsidis, & Lysiæ ducis, *Romæ hodie annuntiat Rabanus. Verùm hi Martyres non Romæ passi sunt, sed Sebastiæ in Armenia. De hisce vero actum est apud nos die, quo coluntur in Ecclesia,* X Martii.

SS. Joachim & Annæ *memoria hodie est in Fastis Græcis. De S. Joachimo actum est ad* XX Martii.

De S. Anna *ad* XXVI Julii.

S. Secundi *episcopi & martyris translatio Abulæ memoratur à Ferrario ex Marietta. De* S. Secundo *actum est* II Maii.

B S. Dorotheus *Thebanus, abbas in Ægypto, hodie memoratur à Ferrario & aliis quibusdam, quòd Petrus de Natalibus in Catalogo lib.* 8 *cap.* 56 *asserat eum obiisse* V Idus Septembris. *At ejus Acta apud nos data sunt ad* V Junii.

S. Babolenus *abbas Fossatensis hodie annuntiatur à Camerario. De eo actum est ad* XXVI Junii.

S. Brittius *episcopus Spoletinus annuntiatur hodie in Catalogo generali apud Ferrarium; sed in Annotatis indicat eumdem esse cum* S. Brictio, *episcopo, quem Martyrologio Romano adscriptum habemus die* IX *Julii. Jacobillus quidem conatus est duos distinguere Brictios, sed tam opinionem jam refutatam vide tom.* I *Julii in Tractatu præliminari pag.* 21. *De* S. Brictio *breviter actum est* IX Julii.

S. Jacobi fratris Johannis evangelistæ *mentio est hodie in Martyrologio Ottoboniano apud Georgium. Egimus de S. Jacobo apostolo & fratre S. Joannis ad* XXV Julii.

S. Hyacinthus *diaconus M. hodie annuntiatur apud Rabanum* in Sabinis; *sed ille ab aliis passus dicitur* in Portu Romano, *datusque est* XXVI Julii.

C SS. Ammianus, Theodorus & Julianus MM. *hodie in Menæis Græcorum & in Menologio Sirletiano leguntur; indeque adoptati sunt à Galesinio & Ferrario. Verum eorum Acta data sunt cum Martyrologio Romano, ubi &* Oceanus *iisdem adjungitur, ad diem* IV Sept.

S. Memorii *& Sociorum MM. in agro Tricassino memoria recurrit hodie in codice Usuardino Herivensi. Actum est de his Martyribus ad* VII Septembris.

S. Vidianus *martyr, quem hodie annuntiat Saussayus, cum aliis Fastis datus est heri* VIII Sept.

Popponis Trevirensis archiepiscopi translatio *ad hunc diem remittitur in indice Florarii nostri Ms.; sed ibidem in textu legitur* Trajectensis, *mendosè, quantùm existimo, cùm* Popponem *inter antistites Trajectenses non reperiam. Itaque auctor voluit designare translationem* Popponis *Trevirensis archiepiscopi. Elevatum quidem est anno* 1517 *corpus* Popponis *Trevirensis, eaque elevatio apud nos data est tom.* I *Junii pag.* 104; *sed illam designare non potuit auctor Florarii, cùm ea alio die facta sit, & auctor scripserit ante istam elevationem. Quare non dubito, quin à vero aberraverit, &* Popponem *Trevirensem confuderit cum alio synonymo: nam ad* XVI *Junii* Popponem *Trevirensem clarè confundit cum eo* Poppone, *qui seculo* X *Haraldum Danorum regem convertit, ferrum ignitum manu illæsa contrectans, ut habet Ditmarus lib.* 2 *& alii, ita ut suspicio oriatur de corpore illius* Popponis *translato.* D

Josephus hegumenus *hodie occurrit in Synaxario Ruthenorum, quod nobis Latinum fecit Georgius David S. J. Verùm in nullis aliis Fastis eumdem invenio, nec mihi constat de fide ejus Catholica.*

Aflachus & Socii *hodie notantur in Fastis Coptitarum, quos Latinos fecit Jobus Ludolfus. Suspicor Martyres esse, sed plura de iis non novi.*

Thomas discipulus *ibidem sequitur, nobis aquè incognitus.*

S. Transpadanus *martyr hoc die ritu duplici colitur Palmæ in Sicilia. Hujus Sancti Martyris corpus, cum signis martyrii inventum fuit in cœmeterio Priscillæ, missumque in Siciliam ad ducem Palmæ à Cardinali Palavicino anno* 1666, *ac sequenti anno solemniter Palmæ translatum per episcopum Agrigentinum; ejusque festivitas huic diei affixa, ut latissimè narratur & probatur in instrumentis authenticis, quæ nobis transmissa fuerunt ex Sicilia.* E

SS. Alexander & Faustina *MM. in ecclesia Fratrum Minorum Thenis in Brabantia celebrantur Dominicâ secundâ Septembris ritu solemni. Martyres sunt ignoti, quorum corpora cum signis martyrii reperta fuerunt in cœmeterio S. Cyriaci, indeque extracta anno* 1654: *deinde verò donata sunt R. P. Petro de Hullegarde, qui eadem donavit ecclesiæ sui Ordinis Thenensi, ubi exaltata sunt anno* 1656. *Hæc omnia fusiùs leguntur in libello Gallico, de hisce conscripto, & impresso Lovanii anno* 1657.

Conallus filius Ængussii, nempe vates sive antiquarius: *verba sunt Martyrologii Tamlactensis ad hunc diem* 9 *Septembris, ut asserit Colganus die* VIII *Februarii* in Onchuone confessore *pag.* 277. *Dubitat Colganus, utrùm* Onchuo, *qui reperitur in Prætermissis apud nos ad* VIII *Februarii, non sit idem cum hoc* Conallo. *Nos non solùm de eo dubitamus, sed neutrum satis novimus ad cultum alterutrius asserendum.* F

Odo *abbas Ursi-Campi, &* Violantia *abbatissa,* Beatorum *titulo ornantur apud Chrysostomum Henriquez. Posterior etiam est apud Arturum in Gynæceo. At cùm eos coli non inveniam, eò lectorem remitto.*

Maria (*aliis* Marina) à Turribus, *abbatissa Ordinis S. Claræ, memoratur apud Arturum à Monasterio cum titulo* Beatæ *in Gynæceo, & in Martyrologio Franciscano, ubi & alii quidam recensentur, ac* beati *vocantur. At nullum inter eos reperio, qui cultum ecclesiasticum habeat: & Hueberus in Menologio Franciscano omnes recenset sine titulo* Beati.

Tancredus Senensis *aut* de Tancredis *Ordinis Prædicatorum cum titulo* Beati *celebratur hodie apud Carolum de S. Vincentio in Anno Dominicano, & die præcedenti apud Marchesium in Diario. Neuter tamen legitimum cultum probat: & Echardus in Bibliotheca Prædicatorum tom.* I *pag.* 91 *& seq. accuratiùs agens de Tancredo,* Beatum *non nominat.*

Quare

A *Quare tam de* Tancredo *quàm de pluribus venerabilibus Ordinis Prædicatorum videri poſſunt ſcriptores laudati.*

Sabina *converſa Ord. Prædicatorum Valliſoleti in Hiſpania annuntiatur cum titulo* Beatæ *ab Arturo in Gynæceo ; ſed ſcriptor ille nimis facilè titulum illum piis mulieribus attribuit.*

Thomas Riocan, Ludovicus Catuen & Dionyſius Yamanoto, *Japones Societatis Jeſu, memorantur hodie in Menologio Ms. Societatis, quia anno 1633, hoc menſe, ſed die incerto, in Japonia lento igne combuſti ſunt in odium fidei.*

S. Veranus *epiſcopus Vencienſis hodie annuntiatur à Caſtellano. Quin & Bailletus in Vita aſſerit eum hac die coli. Attamen exiſtimamus eum potiùs coli ſequenti die, quo memoratur ab aliis martyrologis,* x Septembr. D

Liberius *Papa hodie eſt apud Ferrarium, apud plures verò martyrologos die, ad quem jam dilatus eſt apud nos,* XXIII Septemb.

S. Nymphæ *V. M. capitis tranſlatio memoratur apud Octavium Cajetanum. De Nympha agitur in Martyrologio Romano cum Tryphone & Reſpicio die* x Novembris.

S. Anaſtaſia *abbatiſſa Horreenſis Treviris hodie annuntiatur apud Wionem, Menardum, Ferrarium & Dorganium. At plures & inter illos aliqui antiquiores eamdem referunt cum Breviario Trevirenſi ad* IX Decemb.

DE S. THEOPHANE CONFESSORE

Ex Faſtis Græcis.

§. 5.

B CIRCA AN. CCC, UT FERTUR. *Memoria Sancti in Faſtis Græcis:*

Menologium Sirletianum ad hunc diem meminit de Theophane *confeſſore his verbis:* Eodem die commemoratio ſancti patris noſtri Theophanis, qui imperatoris Diocletiani temporibus vitam monachi exercuit. *Menæa Græcè eadem planè habent verba, addita tantùm voce* confeſſoris *poſt nomen Sancti. At ibidem poſt hanc annuntiationem prolixius ſubjungitur elogium. Illud cùm Græcè ibi legi poſſit, Latinum faciam, atque huc transferam. An verò accuratum ſit, & verum in omnibus, definire non poſſum, cùm neſciam, unde Menæorum auctor geſta* Theophanis *hauſerit. Quare judicium lectori permitto, & verba Græca Latinè fideliter reddo.*

ELOGIUM.

elogium ipſius

C Hic ex gentilibus erat parentibus natus. Cùm autem Chriſtianam religionem ſuſcepiſſet ab ætate tenera; Parvulus vidit puerum ex frigore periclitantem, quem ſuis induit veſtimentis. Interrogante verò patre ipſius, Ubi ſunt, fili, veſtimenta tua? reſpondit: Chriſtum ego indui. Tum pater, Quis eſt Chriſtus? inquit: nos enim Mercurium & Apollinem colimus. Tunc Puerum, patri ſuo renuntiantem, rapuit angelus Domini, & duxit in montem Diabenum *a*, & commiſit viro ſolitario, qui annos ſeptuaginta & quinque vitam ſolitariam exercuerat. Illum excipiens ſenex in ſtatu monaſtico *b* ſacras litteras docuit. Ambo verò nutriebantur à divino angelo. Cùm autem ſenex labente tempore moreretur, Puer *c* in ſpelunca ſolitariæ vitæ inſiſtebat ad annos quinquaginta & octo.

a *b* *c*

ex Menæis. 3 Deinde, angelo ducente, exiit è ſpelunca ſua, inſidens leoni per ſtadia ſexaginta: & fidem Chriſti undique prædicabat. Cùm autem ipſum apprehendiſſent imperatores Carus, Carinus & Numerianus *d*; dederunt ipſi κέντρα *e* centum: ac deinde varios ipſi intulerunt cruciatus. Ubi verò viderunt, non exiguam hominum multitudinem ob miracula, quæ patrabat, ad Chriſtum accedere, atque ab eo baptizari; pudore affecti dimiſerunt ipſum, ut vitam aſceticam exerceret. Rediit igitur ad priorem ſpeluncam ſuam, aliiſque annis ſeptemdecim *f* in exercitatione monaſtica peractis, ut jam anni omnino eſſent ſeptuaginta & quinque exercitationis ipſius aſceticæ, diſceſſit ad Dominum.

d *e*

E

f

ANNOTATA.

a *Quis fuerit hic mons* Diabenus, *ignorare malim, quàm incertas adferre conjecturas.*

b Monaſtico *idem hîc eſt ac ſolitario. Si vera ſunt, quæ hic narrantur,* Theophanes *ille ſolitariam vitam amplexus eſt annis non paucis ante S. Paulum primum eremitam vulgò creditum. At id incredibile non eſt de vita ſolitaria.*

c *Quamvis* Puer *vocetur, quia id nomen ei antea tribuerat auctor; veriſimiliter annos puerileſ tranſegerat ante mortem ſenis.*

d *Carus imperator factus, filios ſuos, Carinum & Numerianum, aggregavit imperio. Si autem vera narrantur, circa annum* 283, *quo ſimul præerant, captus fuit* S. Theophanes. *Itaque, ſi antea in ſolitudine vixerat annis quinquaginta & octo, circa annum* 225 *ad ſenem magiſtrum ſuum pervenit. Porrò Sancti comprehenſio ipſis imperatoribus incongruè attribuitur: at comprehendi potuit per quemdam illorum præfectum; ac per eumdem dimitti, quòd aperta non eſſet perſecutio.*

e *Vox* κέντρα *aut mendosè ſcripta eſt, aut mihi prorſus incognita. Hinc Latinam facere nolui. Attamen contextus innuit verbera Sancto fuiſſe inflicta.*

f *Si poſt annum* 283, *quo vexationem à gentilibus pertuliſſe dicitur, vixerit annis ſeptemdecim, mortuus fuerit circa annum* 300. *At vellem omnia, quæ de Sancto narrantur, meliori auctoritate niterentur, quàm ſint Menæa Græca. Diſplicebunt variis, quæ dicuntur de angelo Puerum rapiente, de leone ipſum vehente; de angelis ipſum cum magiſtro nutrientibus, & alia haud dubiè plura. Mihi maximè diſplicet, quòd res tam memorabiles apud nullum inveniam ſcriptorem antiquum.*

DE

A D

DE SS. DOROTHEO ET GORGONIO MARTYRIBUS

NICOMEDIÆ IN BITHYNIA,

C. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Memoria in Martyrologiis ad hunc diem & ad XII Martii : Acta edenda : alia planè fabulosa rejiciuntur : Translatio cum miraculis danda.

B

ANNO CCCIII. *Hi Sancti, qui hodie annuntiantur,*

Martyrologium Romanum duos celebratissimos Athletas, qui in persecutione Diocletiani illustri martyrio Nicomediæ coronati sunt, hac die cum sequenti elogio commemorat : Nicomediæ, passio sanctorum martyrum Dorothei & Gorgonii, qui apud Diocletianum Augustum honores amplissimos consecuti, cùm persecutionem, quam ille Christianis inferebat, detestarentur, præsente eo jussi sunt primò appendi & flagris toto corpore laniari ; deinde visceribus pelle nudatis, aceto & sale perfundi, sicque in craticula assari atque ad ultimum laqueo necari. Interjecto autem tempore, beati Gorgonii corpus Romam delatum fuit ac viâ Latinâ positum, & inde in basilicam sancti Petri translatum. *Romani auctori præiverunt Ado & Usuardus, quorum prior ad eumdem diem paulò prolixiùs scribit in hunc modum :* Passio beatorum martyrum Dorothei & Gorgonii apud Nicomediam, sub Diocletiano imperatore. Horum prior Dorotheus magister in officiis, quæ intra palatium exhibebantur, erat cubiculi regii præpositus, habens secum officio, fide & magnanimitate parem Gorgonium. Quorum institutionibus optimis omnes penè cubiculi ministri in fide Dei vigilanter & liberè persistebant. Hi denique cùm viderent quemdam martyrem crudelibus atque immanibus suppliciis cruciari, constanter & liberè aiunt : Cur, imperator, in hoc solo punis sententiam, quæ in nobis omnibus viget ? Ut quid in illo crimen ducitur, quod à nobis omnibus confitetur ? Hæc nobis fides, hic cultus & unanimis, eademque sententia.

C

2 Quos ille cùm in medium nihilominus venire jussisset, jussit eos appendi, & flagellis toto corpore laniari, & viscera jam pelle nudatis, jubentur aceto & sale perfundi. Cúmque etiam hoc tormenti genus constanter & fortiter toleràssent, craticula prunis subterstrata poni jubetur in medio, ibique, quod reliquum fuerat in verberibus absumpti corporis, superponi, & non ad subitum, sed sensim paulatimque succendi. Ad ultimum laqueo appensos jussit necari. Interjecto tempore beatus Gorgonius Romam transfertur, positusque est venerabiliter viâ Latinâ inter duas lauros. Compleverunt autem martyrium suum quinto Idus Septembris. *Similia habet Usuardus, omissâ tamen postremâ periodo de consummati martyrii die. Unde hæc Adonis discere potuerit, infrà dicemus. Porrò Solerius noster in Usuardo meritò dubitat, an sancti hi Martyres satis opportunè ad præsentem diem referantur ; cùm haud dubiè iidem sint, qui cum SS. Petro, Migdonio & pluribus aliis in Hieronymianis apographis annuntiantur ad diem* XII *Martii. Hi verò aut mense Februario passi sunt, ut colligere licèt ex iis, quæ ad diem* VII *hujus mensis Septembris de S. Joanne, pariter Nicomediæ coronato, dicta sunt ; aut certè mense Martio, quo eos Hieronymiana annuntiant.*

in Hieronymianis ad XII *Martii memorantur.*

E

3 *Majores nostri Hieronymiana secuti, ad prædictum Martii diem egerunt de sanctis Martyribus Nicomediensibus, inter quos etiam* SS. Dorotheus & Gorgonius, *ut dixi, recensentur : monuerunt tamen hosce duos solenni & propria veneratione ad diem* IX *Septembris gaudere ; ac propterea eorumdem Acta ad hodiernum diem remiserunt. Exstant in Museo nostro tres codices Mss., notati* ✠ Ms. 74, O. Ms. 19 & P. Ms. 19, *qui* SS. Gorgonii & Dorothei *Acta exhibent, sed sibi simillima & ab eodem auctore conscripta. Exstant etiam quædam alia apographa, unum scilicet ex Ms. codice Remensi à P. Chiffletio submissum, alterum ex Ms. S. Trudonis collato cum Ms. S. Maximini Trevirensis, ac tertium denique à P. Gamansio nobiscum communicatum ; sed & illa à nostris codicibus minimè discrepant. Actorum auctor anonymus desumpsit ea ex Historia Ecclesiastica Eusebii à Rufino versa & interpolata, lib.* 8, *cap.* 6, *& pro suo ingenio auxit & commentatus est. Eusebius lib.* 8, *cap.* 6, *postquam martyrium S. Petri enucleatiùs enarravit,* SS. Dorothei & Gorgonii *certamen hisce tantummodo verbis perstrinxit :* Reliquorum verò martyria nihilo inferiora, tamen brevitatis studio hìc omittemus. Id tantùm retulisse sufficiet, quòd Dorotheus & Gorgonius unà cum aliis pluribus, qui in palatio ministrabant, post cujusquemodi certamina (*Græcè est* μετὰ τὰς πολυτρόπους ἀγῶνας post multimoda certamina) elisis laqueo faucibus, divinæ victoriæ præmium adepti sunt.

Acta edenda desumpta sunt ex Rufino,

F

4 *Hunc Eusebii textum Rufinus loco citato ita ampliavit :* Hujus (*Petri*) institutor in disciplina & magister in officiis, quæ intra palatium exhibebantur, Dorotheus erat, cubiculi regis præpositus, habens secum officio, fide & magnanimitate parem Gorgonium. Dorotheus igitur & Gorgonius cùm Petrum tam crudelibus viderent

& ab anonymo interpolata

derent atque immanibus ſuppliciis cruciari, conſtanter & liberè, Cur, aiunt, imperator, punis in Petro mentis ſententiam, quæ in nobis omnibus viget? Ut quid in illo crimen ducitur, quod à nobis omnibus confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus & unanimis eademque ſententia. Quos ille cùm in medio nichilo minùs venire juſſiſſet, ſimilibus penè, ut priores ſuppliciis affectos, ad ultimum laqueo appenſos necari juſſit. *Hæc Ruſinus, verba Græca mox allata de ſimilibus penè ſuppliciis non incongruè accipiens. Ruſinum ſecutus eſt Actorum ſcriptor, & eadem tormenta, quibus S. Petrus ibidem tortus dicitur, Martyribus noſtris pariter inflicta ſcripſit. Nec aliter fecit Ado in elogio ſuprà recitato, quod ex Ruſini verbis, quæ partim de S. Petro, partim de* SS. Dorotheo & Gorgonio *agunt, totum concinnavit, excepta poſtrema periodo de tranſlatione Romam inſtituta, quam fortè ex Romano parvo didicit.*

& aucta non ante ſeculum VIII.

5 *Laudata Acta quædam præterea addunt, quæ nec in Euſebio, nec Ruſino, nec in Adone reperiuntur: videlicet ſanctorum Martyrum corpora canibus ac lupis dilanianda per vias projecta fuiſſe, ſed divino nutu intacta à Chriſtianis humo honorificè condita, miraculis claruiſſe. Hæc unde ſcriptor didicerit, ignoro: at non ſatis congrua ſunt narrationi Euſebii & Ruſini, prout ex* § 3 *apparebit. Denique in fine omnium apographorum triplex* S. Gorgonii *memoratur tranſlatio; ac primò quidem ipſius corpus Romam tranſlatum dicitur; deinde ejuſdem reliquiæ per S. Godegrandum, epiſcopum Metenſem, ad monaſterium Gorzienſe in Gallia, ac denique harum pars aliqua Mindam in Saxonia deportata narrantur. Secunda harum tranſlationum poſt medium ſeculi* VIII *facta eſt, tertia incertum, quo tempore, non tamen ſeriùs quam ſeculo* X, *quo conſequenter tempore antiquiora non ſunt laudata Acta, niſi quis ſine fundamento ſuſpicari velit, tranſlationes illas Actis poſtmodum additas fuiſſe. Hinc præterea diſcimus, quòd quæcumque in iiſdem de* SS. Dorothei & Gorgonii *martyrio referuntur, præter ea, quæ apud Euſebium ac Ruſinum legimus, exiguam fidem mereantur; quippe ab auctore quinque aut ſex ſeculis ſanctis Martyribus juniore conſcripta. Dabimus tamen ea, prout Majores noſtri promiſerunt, & debitis annotationibus certa ab incertis diſcernemus.*

Alia Acta fabuloſa,

6 *Ab omnibus hucuſque recenſitis planè diverſum eſt aliud apographum, quod ad manum pariter habeo, notatum:* Ex cod. bibl. Vatic. nº. 6413. *Hoc alium prorſus* Gorgonium, *ceteris omnibus ignotum, & Nicomediæ quidem ſub Diocletiano & Maximiano paſſum, ſed Romæ tamen mortuum, exhibet. A fabulatore confictum, preloque indignum nemo ambiget, qui legerit: quare ſufficere ratus ſum, ſi rerum capita compendio exponam. Sanctus ille* Gorgonius *inſigni ſanctimoniâ, doctrinâque celebris, ac ſingulari quoſlibet morbos ſanandi facultate divinitus inſtructus, multos ab inanium deorum cultu ad Chriſti ſacra traducebat, claudoſque ac cæcos, leproſos & energumenos, qui* de longinquis & proximis regionibus *ad eum confluebant, manuum impoſitione curabat. Hinc* offerebant ei veſtes regales & dona ampliſſima, *quæ ipſe modeſtè reſpuens, egenis jubebat erogari. Hæc cùm ageret, ad Maximianum, qui tum Nicomediæ verſabatur, adductus & ſacrificare renuens, carceri mancipatur. Inde edu-*

ctus denuò tentatur, ſed fruſtra: quare poſt contuſas maxillas in ergaſtulum moriturus retruditur. Per viam cæleſti voce, in ipſo carcere ab angelo & prodigioſa luce recreatus, ſenſit ſe vinculis, quibus conſtrictus fuerat, mirabiliter ſolutum. AUCTORE C. S.

7 *Poſtero die iterum ſiſtitur imperatori, qui Martyris conſtantiâ denuò nequicquam tentatâ, candentes igne lanceas ejuſdem plantis ſubjici imperat; ſed iis mox divinitus exſtinctis, capitalem protulit ſententiam, dicens:* Ligate ei manus & pedes, & adducite ſaxum magnum, & ſuper ipſum ponite, & in profundum maris projicite. Feceruntque miniſtri, ſicut præceperat eis Dioclitianus *(ſuprà ſolum Maximianum ſemper nominavit)* & apprehenderunt beatum Gorgonium, & ſuper ipſum ſaxum ligaverunt, & impetum fecerunt, & in mare projecerunt eum. Angelus autem Domini apprehendit eum, & portavit eum ut penna * leviter ſuper undas maris; ipſe verò beatus Gorgonius gaudebat & hymnos Deo dicebat, qui tantam gloriam ſervis ſuis oſtendere dignatus eſt. Angelus autem Domini deduxit eum ad portum & dimiſit eum. *Hucuſque Nicomediæ verſati ſumus, nunc Romam proficiſcendum eſt.* quorum compendium. * pennam E

8 Ipſe autem per opinionem & revelationem Domini urbi Romæ tranſlatus eſt, ibique lectionibus & orationibus diè & nocte vacabat; poſt paucos verò dies lætus migravit ad Dominum. Populi autem tulerunt corpus ejus cum hymnis & laudibus, condiderunt aromatibus & ſepelierunt illud quinto Idus Septembris in cimiterio inter duos lauros, viâ Lavicanâ. Commendet nos ſuis precibus Domino. Gratias Deo, qui tanta miracula oſtendere dignatus eſt Sanctis ſuis: ipſi gloria nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum, Amen. *Hæc ibi; quæ mihi quidem fœtus videntur ſcriptoris cujuſdam, qui cùm* Gorgonii *Nicomedienſis martyris corpus Romæ inter duas lauros ſervari ſciret, pro libitu ſuo ejus Acta concinnavit; utque Martyris palæſtram cum ſepulturæ loco faciliùs conciliaret, illum Nicomediæ paſſum, Romæ defunctum ſcripſit. Sanè incertus ille ſcriptor numquam mihi perſuadebit, ut credam novum illum* Gorgonium *& mirabilia geſta, ceteris auctoribus planè ignota. In Actis SS. Indes & Domnæ apud Surium die* XXVI *Decembris ex Metaphraſte editis, dicitur* S. Gorgonius *unà cum S. Petro & Inde ſaxis molaribus ad colla ligatis in mare dejectus, indeque à S. Domna piſcatorum operâ ſublatus: ſed quàm fidem ea Acta mereantur, ad citatum diem examinabitur: interim vide Papebrochii noſtri judicium tom.* VII *Maii, pag.* 238, *lit.* d. *Ego* Gorgonium *illum eumdem puto, de quo aguni Euſebius & Ruſinus, ſed ab inſulſo auctore iis veſtitum adjunctis, quæ inter fabellas, de quibus Papebrochius ibidem conqueritur, meritò cenſeantur.* exhibetur. F

Tranſlatio & miracula excudenda.

9 *Actis ſubjiciemus Tranſlationem corporis ſeu reliquiarum* S. Gorgonii *ex urbe Romana ad monaſterium Gorzienſe in Gallia poſt medium ſeculi* VIII *factam per S. Godegrandum, Metenſem epiſcopum, cujus Acta apud nos data ſunt ad diem* VI *Martii, ubi etiam pag.* 454 *& ſeq. de hac tranſlatione actum eſt. Auctor ea ſcripſit poſt medium ſeculi* X, *ut liquet ex Milone epiſcopo Metenſi, qui id temporis floruit, & cui ſe contemporaneum oſtendit. Inter ea autem, quæ ante ſua tempora ſive in ipſa tranſlatione, facta fuiſſe narrat, aliqua ſunt, quæ*

AUCTORE C. S. *certam fidem non facilè invenient, quemadmodum ex Annotatis patebit. Multa etiam miracula ſuo tempore ſeſeque ſpectante facta prætermiſit, eaque præſertim ſtuduit exponere, ex quibus monaſterio ſuo Gorzienſi aut emolumentum aliquod acceſſerat, aut damnum fuerat averſum. Exſtat ea Tranſlatio apud Mabillonium in Actis Sanctorum ſui Ordinis ſec. III, parte 2, excuſa ex Ms. codice bibliothecæ Remigianæ apud Remos, eſtque ferè conformis apographo, quod ex eadem bibliotheca habemus à P. Chifletio tranſmiſſum, quod nos recudemus.*

§ II. S. Gorgonius antiquitus Romæ cultus: ejuſdem corpus à Gregorio IV in baſilicam Vaticanam tranſlatum: Miſſa de eodem in Sacramentario S. Gelaſii.

B

Oſtenditur aliquis Gorgonius Romæ

DE S. Dorotheo *prater ea, quæ in Actis referuntur, nihil ſingulare habemus, quod dicamus: ſed de* S. Gorgonio *quædam hic examinanda veniunt. Ac primò quidem de celebri ac antiquo alicujus* Gorgonii *in urbe Romana cultu agemus; ſecundò inquiremus, utrùm is idem ſit cum Nicomedienſi Martyre, prout in Martyrologiis Adonianis, Uſuardinis, ac hodierno Romano, nec non in Actis aſſeritur: ac tertiò denique de tranſlationibus ſacri corporis vel reliquiarum in Galliam ac Saxoniam, earumdemque in iis locis veneratione tractabimus. Antiquiſſimum alicujus* S. Gorgonii *martyris Romæ cultum probant veterrima Martyrologia, quæ exſtare noſcuntur. Inter hæc vetuſtiſſimum Bucherii ad diem* IX *Septembris ſic habet:* Quinto Idus Gorgonii in Lavicana: *Hieronymianum Florentinii ad eumdem diem:* Romæ viâ Lavicanâ intra duos lauros in cimiterio ejuſdem, natalis Gorgoni. *Nec alium procul dubio deſignavit Beda, in Opere noſtro tomo 2 Martii præfixus, ubi ad eumdem diem, abſque loco tamen, ait:* V Idus natale S. Gregorii; *pro quo Sollerius in Uſuardo monet legendum* Gorgonii, *ut revera in codice Palatino-vaticano* 834 *Dominicus Georgius in annotatis ad Martyrologium Adonis ad hunc diem, & editor noviſſimus Anaſtaſii Bibliothecarii tom.* 4, *pag.* LXXXIII, *in codice Veronenſi, legi teſtantur.*

C

antiquitus cultus fuiſſe in via Lavicana

11 *Romani parvi Roſweydiani magis dubia eſt annuntiatio:* Nicomediæ, Dorothei & Gorgonii martyrum, quorum unus, Gorgonius, Romam transfertur. *Neſcias enim, utrùm his verbis eorum paſſio hodie Nicomediæ, an* Gorgonii *tranſlatio Romæ annuntietur. Pro priori ſtat tum verborum tenor, tum ſuſpicio ex eo, quòd Martyrologii auctor illos Martyres cum reliquis martyrologis non annuntiet ad diem* XII *Martii, quo S. Petrum, eorumdem ſocium commemorat. Sed poſterius veriſimilius ſit tum ex mox recenſitis Faſtis, tum ex cultu, quem Romæ ob tranſlatum, ut apparet, eò corpus antiquitus obtinuit. Exiſtimo igitur, relatis Martyrologii verbis cultum, qui* V *Idus Septembris* S. Gorgonio *exhibebatur, primariò deſignari, ſecundario autem Nicomediam, velut palæſtram, in qua tam ipſe quàm* Dorotheus *certârunt. Utut eſt, non videntur hoc die paſſi, ut num.* 2 *jam monuimus.* D

12 *Inter martyrologos, qui* S. Gorgonium *hodie Romæ annuntiant, alii ſepulcrum ejus ſtatuunt in* Via Lavicana *vel* Labicana, *alii in* Via Latina. *Lavicanam aſſignant vetuſtiſſimum Bucherii, Hieronymiana Florentinii & Breviarium Romanum, juſſu Pii V PP. editum, impreſſumque Antverpiæ typis Plantinianis anno* 1569, *in quo ad præſentem diem legitur* Sancti Gorgonii corpus aliquando Romam portatum, inter duas laurus Via Lavicanâ ſepultum. *aut forte Latina*

Contrà pro Latina *ſtant Ado, & Uſuardus, Martyrologium Romanum hodiernum & Breviaria Romana recentiora, in quibus pro* Viâ Lavicanâ *ſubſtitutum eſt* viâ Latinâ. *Eamdem pariter viam notant omnia noſtra Actorum apographa, uti & Acta in codice Vaticano, teſte Paulo Aringho Romæ ſubterraneæ tom.* 2, *lib.* 4, *cap.* 6. *De utraque via conſuli poteſt laudatus Aringhus cap.* 1 *&* 8: *hîc verò inquirendum eſt, in utra è duabus Sanctus tumulum habuerit. Res magis dubia eſſet, ſi ſola via in prædictis Faſtis Actiſque nominaretur; verùm* E *cùm eorum pleraque ſive Latinam ſive Lavicanam viam ſignent, diſertè addant* inter duas lauros, *vehemens mihi ſuſpicio eſt, cum vetuſtiſſimis Bucherii ac Hieronymianis Martyrologiis, & antiquiori Breviario Romano legendum eſſe* Viâ Lavicana. *Notiſſimum quippe eſt, cœmeterium* inter duas lauros *in Via Lavicana ſitum fuiſſe.*

inter duas lauros.

13 *Hinc Florentinius in Annotatis ad Hieronymiana non omnino inaniter ſuſpicatur, in vetuſtioribus codicibus fortè ſcriptum fuiſſe, tamquam de loco vulgo notiſſimo,* Via L., *quam alii* viam Latinam, *alii rectiùs* Viam Lavicanam *interpretati ſint. At Aringhus cap.* 6 *non improbabile cenſet, cognominem locum etiam in Via Latina olim exſtitiſſe. Sic enim ait:* Quamvis autem locus, qui INTER DUAS LAUROS nuncupatur, viâ Lavicanâ procul dubio exiſtat, ... nihilominus haud omninò improbabile eſt, Latinâ quoque viâ locum quempiam ejuſmodi nuncupatum vocabulo extitiſſe, ubi quàmplures id genus arbores ſubſiſterent. *Ita ipſe, qui Sancti tumulum in Via Latina etiam collocat. Verùm hæc tantùm conjectura eſt, ex adductis martyrologis Actiſque formata, quæ nullo ceteroquin veterum teſtimonio confirmatur; ac proinde præſentem controverſiam dirimere nequit, reclamantibus vetuſtioribus Martyrologiis, communique loci* inter duas lauros *notitiâ. Cùm tamen eminentiſſimus Baronius, antiquitatum Romanarum ſanè gnarus, in Martyrologio* Viam Latinam *cum Adone & Uſuardo retinendam cenſuerit, & Romani Breviarii reviſores in poſterioribus editionibus eamdem pro* Lavicana *ſubſtituerint, controverſiam hanc judicio eruditorum relinquo.* F

Verſus à S. Damaſo inſcripti tumulo.

14 *Certiora ſunt, quæ de verſibus Martyris tumulo, ſive is viâ Lavicanâ, ſive Latinâ fuerit, ſeculo* IV *per S. Damaſum PP. inſcriptis ibidem Aringhus ſubjungit:* Quòd autem eodem loco cœmeterium extiterit, ubi S. Gorgonii corpus conditum eſt, ſatis apertè ex lapide quodam convincitur, quem S. Damaſus ipſius monumento piis admodùm exaratis carminibus inſcripſit, qui ad hanc uſque diem in Equitii titulo, ſeu eccleſiæ beati Martini in montibus, unà cum pluribus aliis ſepulchralibus titulis, quos illuc è cœmeteriis transferri contigit, tenoris huiuſmodi ſuſpicitur.

MAR-

A MARTYRIS HIC TUMULUS MAGNO SUB VERTICE MONTIS
GORGONIUM RETINET, SERVAT QUI ALTARIA CHRISTI.
HIC QUICUMQUE VENIT, SANCTORUM LIMINA QUÆRAT,
INVENIET VICINA IN SEDE HABITARE BEATOS,
AD CÆLUM PARITER PIETAS QUOS VEXIT EUNTES.

DAMASI EPISCOPI.

Idem epigramma, quòd de S. Gorgonio *noſtro vulgò intelligitur, legere eſt in Annalibus Baronii ad annum* 384, *num.* 5, *uti & inter S. Damaſi Opera à Martio Mileſio Sarazanio edita.*

Corpus à Gregorio IV PP. transfertur

15 *In hoc cœmeterio ſacrum Martyris corpus jacuit partim uſque poſt medium ſeculi* VIII, *quo ipſius magnam portionem in Galliam tranſlatam fuiſſe* § 4 *dicemus, partim uſque ad ſeculum* IX, *quo à Gregorio IV PP., quod ex eo reliquum erat, in baſilicam S. Petri Apoſtolorum principis honorificè illatum eſt. Ita docet Breviarium Romanum, quod ad diem* IX *Septembris ſic habet:* Sancti Gorgonii corpus aliquando Romam portatum, inter duas lauros viâ Latinâ (*in antiquiori eſt* viâ Lavicanâ) ſepultum, poſtea Gregorio quarto ſummo Pontifice, in baſilicam Principis Apoſtolorum tranſlatum eſt. *Hauſta hæc ſunt ex Anaſtaſio bibliothecario, ejuſdem ſeculi ſcriptore, in Vita Gregorii IV, cujus verba huc transfero.* Et quoniam tunc divino amore ſuccenſus corpus beati Gregorii (*ejus nominis primi*) hujus univerſalis Eccleſiæ Præſulis, per quem ſancti Spiritûs gratia toto orbe terrarum inextinguibile ſapientiæ munus induxit, ex loco ſepultus * quo priùs fuerat, tulit & non longè ab eo in alium noviter conſtructum infra eccleſiam beati Petri Apoſtoli ſummo honore perduxit, ejuſque ſacrum altare argenteis tabulis undique perornavit & oratorium ſuo ſancto nomine titulavit, abſidamque ejuſdem ſuper aurato muſivo depinxit. In quo ſcilicet oratorio Sanctorum corpora, beatorum martyrum Sebaſtiani, Gorgonii ac Tiburtii ex cœmeteriis, in quibus antè jacebant, perduxit, & unumquodque eorum ſeparatis altaribus collocavit. Pro quibus denique Pontificatûs ſui tempore decrevit, ut monachi, qui ad Officium perſolvendum in eccleſia beati Petri Apoſtoli ſunt conſtituti, omnibus diebus ibidem laudes omnipotenti Domino canere non deſiſtant.

* *al.* ſepultum *al.* ſepulturæ

B

C

in eccleſiam Vaticanam:

16 Obtulit autem in eodem oratorio vela majora, vel modica ſerica decem & octo. Veſtes ſuper altare, ſub quo ſanctiſſimi Gregorii corpus quieſcit, tres: unam cum chryſoclavo (*aurata purpura*) habentem hiſtoriam .... & ſuper unumquodque altare prædictorum Martyrum veſtem de fundato (*genus quoddam panni eſt*) unam. Imagines denique deſuper deargentatas, necnon auro perfuſas tres, habentes vultum Domini & eorum depictos, quorum ſpecialia ibidem corpora humata, miraculis ac virtutibus pollent. *Eminentiſſimus Baronius ad annum* 827, *num.* 33 *putat, prædictam S. Gregorii tranſlationem primo anno Pontificatûs Gregorii IV peractam fuiſſe, ideoque ad eumdem refert, quæ nos ex Anaſtaſio mox retulimus. Ita autem arbitrari videtur, quia laudatus Anaſtaſius ſcribit, Gregorium* poſt electionem ſimul & conſecrationem præſulatûs ſui *animum advertiſſe ad eccleſias reſtaurandas; ac primò quidem templum S. Saturnini martyris extra portam Salariam, vetuſtate collapſum, à fundamentis reſuſcitâſſe, eumdemque, dum illud perficeretur, oratorium S. Gregorii ædificandum ceteraque, quæ diximus, curâſſe. Verùm hæc non evincunt, ea anno* 827, *poſt cujus medium electus eſt Pontifex, peracta fuiſſe.*

AUCTORE C. S.

17 *De eadem S. Gregorii tranſlatione agit Joannes diaconus, ejuſdem ſeculi quoque ſcriptor, lib.* 4 *Vitæ S. Gregorii I, apud nos ad diem* XII *Martii, pag.* 205, *num.* 80; *ſed nullum certum tempus aſſignans, tantùm notat, eam contigiſſe* poſt annos plurimos *ab obitu. In Annotatis autem advertitur, in excuſo perperam legi* poſt annos circitèr quinquaginta, *cùm inter iſtius ſancti Pontificis obitum, ſive annum* 604, *uſque ad initium Pontificatûs Gregorii IV anni* 223 *elapſi ſint. Eminentiſſimus Baronius loco citato, num.* 35 *legit,* poſt annos circitèr ducentos quinquaginta, *notatque in margine* ducentos viginti: *ſed horum primus calculus deducit ad annum* 854, *quo Gregorius IV jam ferè à ſexennio obierat, alter verò ad annum* 824, *quo nondum fuerat ad S. Petri cathedram evectus. Itaque certum tranſlationis S. Gregorii annum determinare non poſſumus, adeoque nec* Gorgonii, *ſive ea eodem anno, ſive uno aut altero ſeriùs contigerit. Ceterùm ejuſdem ſancti Martyris corpus ſuo tempore etiam* in baſilica Vaticana in confeſſione S. Gregorii *reconditum fuiſſe, teſtatur laudatus eminentiſſimus Annaliſta ad annum* 764. *Idem de ſuo ſeculo, ſcilicet* XVII *aſſerit Sarazanius in Annotatis ad ſuprà recitatum Damaſi epigramma, addens, ejuſdem reliquias feriâ ſecundâ Paſchatis ibidem populo exhiberi. His accedit Aringhus in Roma ſubterranea, lib.* 4, *cap.* 6, *& Carolus Bartholomæus Piazza in Hemerologio ſacro Romano parte* 2, *ad diem* IX *Septembris. Quo autem pacto hæc omnia ſtare poſſint cum tranſlatione ejuſdem ſeculo* VIII *in Gallias inſtituta,* § 4 *dicemus.*

at incertum, quo anno.

Miſſa Sancti in Sacramentario Gelaſii.

18 *Alterum antiqui in urbe Romana Sancti cultûs documentum habemus ex Sacramentario Romanæ Eccleſiæ, quod S. Gelaſio I adſcribitur, editumque eſt à Joſepho Thomaſio ex codice ſereniſſimæ Reginæ Sueciæ, quæ illud publici juris fieri permiſit. In hoc Sacramentario lib.* 2, *qui inſcribitur,* Orationes & preces de natalitiis Sanctorum, *pro Miſſa* S. Gorgonii *ſequentia leguntur:*

F

In nat. ſancti Gurgoni, V Id. Septemb.

Sanctus, Domine, Gurgonius ſua nos interceſſione lætificet, & pia faciat ſolemnitate gaudere. Per Dominum.

Grata ſit tibi, Domine, noſtræ ſervitutis oblatio, quâ ſanctus Gurgonius martyr intervenit. Per.

Familiam tuam, Deus, ſuavitas illa contingat & vegetet, quâ in martyre tuo Gurgonio Chriſti tui bono jugiter odore paſcatur. Per Dñm. *Ex his liquet, ſeculo* V, *quo S. Gelaſius floruit, Miſſam de* S. Gorgonio *Romæ celebrari ſolitam fuiſſe. Porrò* Gelaſianum codicem de Miſſarum ſolenniis, multa ſubtrahens, pauca convertens, nonnulla adjiciens pro exponendis Euangelicis lectionibus, in unius libri volumine coarctavit *S. Gregorius I, inquit Joannes diaconus in hujus Sancti Vita, apud nos tom.* 2 *Martii, pag.* 150, *num.* 17. *Hunc Gregorianum codicem edidit Hugo Menardus, & poſt illum Benedictini, Congregationis S. Mauri, tom.* 3 *Operum S. Gregorii: verùm in eo prædictæ orationes non reperiuntur; monent tamen hi in edito Vaticano poſt feſtum S. Adriani legi:* VI-

AUCTORE C. S.

dus Septembris nat. S. Gorgonii mart.: *& huic lectioni favere Ms. codicem Gemeticenſem, uti & alium monaſterii S. Theodorici prope Remos, quem ſeculo* VIII *exeunte, aut ineunte* IX *ſcriptum autumant; Menardus quoque in Obſervationibus notat eadem haberi in codice Ratoldi, quem anno* 986 *obiiſſe ſtatuit. Hæc de Sancti apud Romanos cultu ſufficiant.*

§ III. Gorgonius Romæ cultus idem videtur cum martyre Nicomedienſi, cujus corpus Romam tranſlatum fuiſſe defenditur.

Proponuntur rationes, quæ contra quoſdam

B

EX dictis manifeſtum eſt, ſanctum aliquem Gorgonium *Romæ antiquitus cultum fuiſſe: & hunc quidem Nicomedienſem martyrem eſſe, tradit Romanum Breviarium, idemque cenſent Mabillonius in Actis Sanctorum ſui Ordinis ſec.* 3, *parte* 2, *pag.* 204, *Sarazanius in Annotatis ad Opera S. Damaſi, Aringhus ſæpe laudatus, aliique: quibus favent omnes martyrologi, qui* Gorgonii *corpus Nicomediâ Romam tranſlatum memorant. At Tillemontius tom.* 5 *Monumentorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, annotatione* 6, *quamquam nihil definiat, eò tamen propendere videtur, ut credat,* Gorgonium *Romæ cultum, alium fuiſſe à Martyre Nicomedienſi. Tillemontium ſecutus eſt Bailletus in Vitis Sanctorum tom.* 3, *paulò tamen confidentiùs ſcribens, eamque tranſlationem* prætenſam *appellans. Dubitat pariter Florentinius in Martyrologio Hieronymiano & Caſtellanus in Martyrologio Univerſali. Sollerius autem in ſuo Uſuardo hanc quæſtionem ad præſentem diem remiſit.*

ſuadent, Gorgonium, Romæ cultum,

C

20 *Mihi verò, etſi fatear, nihil certi ſtatui poſſe, veriſimiliùs apparet,* S. Gorgonium, *quem hodie Romæ cultum conſtat ex dictis, non alium eſſe, quàm Nicomedienſem Martyrem, qui in Hieronymianis ad diem* XII *Martii unà cum Sociis commemoratur. Ratio eſt, quòd nullum ex argumentis, quæ huic ſententiæ opponuntur, nos cogat contra antiquorum Martyrologiorum ac Romani Breviarii auctoritatem alium Gorgonium, ceteris omnibus planè ignotum fingere. Certè Romanum parvum Roſweydi diſertè id docet, quando ad hunc diem ſic habet:* Nicomediæ, Dorothei & Gorgonii martyrum, quorum unus, Gorgonius, Romam transfertur. *Dubium non eſt, quin de eo* Gorgonio *agat, qui illo die Romæ colebatur. Ad* XII *autem Martii, quo* S. Gorgonii, *ejuſque Sociorum martyrium Nicomediæ à reliquis martyrologis celebratur, ſolum Petrum annuntiat, ſed eumdem tamen* SS. Dorothei & Gorgonii *ſodalem fuiſſe ſtudiosè admonet. Verba accipe:* Nicomediæ, Petri martyris, Dorothei & Gorgonii martyrum ſodalis. *Cur, quæſo, non ſimul cum Petro duos ejus ſodales annuntiavit, niſi quia auctor illos eoſdem cenſuit, quos ob unius tranſlationem ad* IX *Septembris volebat referre? Cur etiam dum S. Petrum ſolum celebrat, tam ſtudiosè meminit ejuſdem Sodalium, niſi quia hi ob* S. Gorgonii *tranſlationem Romæ noti erant & celebres, ideoque horum mentio æſtimationem illius poterat ingerere? Secus erat de Petro, cujus propterea, opinor, non meminit, dum de iſtis agit ad præſentem diem.*

D

eſſe Martyrem Nicomedienſem.

21 *Romanum parvum imitandum cenſuerunt Ado & Uſuardus, qui ad* XII *Martii ſolum Petrum,* Dorotheum *verò &* Gorgonium, *aſſumpto aliunde martyrii compendio, & facta pariter ex eorumdem Actis tranſlationis* Gorgonii *mentione, ad hunc diem retulerunt, ut num.* 1 *& 2 oſtenſum eſt.* Interjecto tempore, *inquit Ado,* beatus Gorgonius Romam transfertur, poſituſque eſt venerabiliter viâ Latinâ inter duas lauros. *Eadem habet Uſuardus, omiſſis tamen iſtis,* inter duas lauros. *Obſervandum autem eſt, Romani parvi auctoritatem non exigui in hac controverſia ponderis eſſe: negari enim nequit,* Gorgonium, *cujus meminit vetuſtiſſimum Martyrologium Bucherii, Romæ celebrem fuiſſe, ut conſtat ex verſibus Damaſi, Sacramentario Gelaſii & honorifica tranſlatione per Gregorium IV facta. Hinc non ſatis veriſimile fit, eumdem illum Martyrem ſeculo* VIII, *tam obſcuri nominis ibidem fuiſſe, ut Romani parvi auctor, qui tum ſcripſit, neceſſe habuerit eum per fictitiam tranſlationem Nicomediâ Romam accerſere, atque ita ex Romano martyre, ut quidam volunt, Nicomedienſem facere. Nonne Martyrologii auctor, qui illud ad Romanæ eccleſiæ uſum concinnabat, ei in Romanorum gratiam Romam potiùs pro palæſtra aſſignâſſet, ſi ea de re tum dubitatum fuiſſet. Eadem ſeculo* IX, *quo Sancti corpus à Gregorio IV tranſlatum diximus, videtur fuiſſe opinio; cùm eo tempore triginta circiter poſt prædictam tranſlationem annis ſcripſerit Ado, qui* Gorgonium *illum diſertè Nicomedienſem martyrem eſſe teſtatur.*

E

Reſpondetur ad objectiones Tillemontii

22 *Jam verò, quid opinioni noſtræ opponant alii, videamus. Laudatus Tillemontius præcipuum argumentum ſuum deſumit ex Euſebio, qui lib.* 8 *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap.* 6, *interprete Valeſio, SS. Petri,* Dorothei, Gorgonii, *aliorumque relato martyrio, de Diocletiani ac Maximiani impietate ita proſequitur:* Sed & corpora regiorum cubiculariorum, quæ poſt mortem convenienti tradita fuerant ſepulturæ, ipſi eorum legitimi domini erui ex ſepulcro & in mare projici oportere cenſuerunt, ne quis illos ſepulcris conditos, pro diis, ut ipſi quidem opinabantur, reputans, inpoſterum adoraret. *Hinc ita ferè ratiocinatur Tillemontius: Dubitari nequit, quin Euſebius ſignificet,* S. Gorgonii, *quem ſuprà inter aulæ miniſtros numeraverat, aliorumque corpora in mare projecta fuiſſe. Certum quoque eſt, nuſquam ab eodem tradi ejuſdem aut ſociorum corpora inde educta fuiſſe: unde dicendum putat,* S. Gorgonii *Nicomedienſis corpus transferri Romam nequiiſſe, atque adeò alterius eſſe, quod viâ Lavicanâ conditum honoratumque legitur. Addit, Rufinum nihil aut de erepto mari corpore, aut de eo Romam tranſlato memorare, quamvis ſcire potuerit, ſanctum aliquem Gorgonium ſuo tempore in ſacra veneratione Romæ haberi.*

F

ex Euſebio.

23 *Sic eſt; Euſebii ſententia eſt, regiorum cubiculariorum corpora, è ſepulcris effoſſa, imperatorum juſſu mari injecta fuiſſe, prout eumdem locum etiam interpretatus eſt Rufinus his verbis:* In tantum verò apud eos rabies crudelitatis exarſit, ut regios pueros martyres effectos, cùm ſecundum humanitatis ordinem fuiſſent ſepulturæ mandati, effoderent denuo, & corpora eorum projicerent in mare. *Verùm hæc non*

A *non evincunt, pro fictitia habendam esse supe dictam* S. Gorgonii *translationem. Neque enim Eusebius asserit, eam Augustorum sententiam etiam in* Gorgonio *executioni mandatam fuisse; multò minùs negat, ejusdem corpus è mari fuisse eductum. Potuit igitur fieri, ut sacrum illud pignus è tumulo jam sublatum esset à fidelibus, antequam istud impium mandatum emanâsset, aut eorumdem pecuniâ à ministris redemptum, aut religiosâ curâ è mari fuerit extractum, quemadmodum per divinam providentiam in aliorum martyrum exuviis non semel legimus contigisse. Neque his obstat Eusebii silentium, qui cùm totus ibi esset in Augustorum immani ferociâ exponenda, enumerandisque, quæ in Oriente tum temporis cumulabantur, martyriis, non tam accuratè singula adjuncta exposuit, ut nihil omisisse censendus sit.*

24 *Ne verò id gratis dixisse videar, eo ipso capite post narratum Petri certamen ita prosequitur:* Reliquorum verò martyria nihilo inferiora, tamen brevitatis studio hîc omittemus. Id tantùm retulisse sufficiet, quòd Dorotheus B & Gorgonius, unà cum aliis pluribus, qui in palatio ministrabant, post cujusquemodi certamina, elisis laqueo faucibus, divinæ victoriæ præmium adepti sunt. *Quid mirum, si piam fidelium pro servando Martyris corpore curam præterierit is, qui insigne duorum illustrium Virorum certamen* brevitatis studio *leviter tantùm perstrinxit, atque aliorum plurium, qui pariter in aula ministrabant, martyrium penitus prætermisit? Utro autem modo sacræ Martyris exuviæ servatæ, & an revera in mare dejectæ sint, non divino: sed sufficit ostendisse, eas salvâ Eusebii & Rufini auctoritate, servari ac deinde Romam deferri potuisse. Sed nec translationem istam summopere mirabimur, si consideremus,* Gorgonium *ex præcipuis aulæ ministris fuisse, ac fortè Romanum, Romæque notissimum. Certè Eusebius illum* celeberrimum *appellat, dum lib.* 8, *cap.* 1 *de illustribus, & qui ceteris præminebant, aulæ ministris agens, scribit:* Cujusmodi fuit Dorotheus ille, qui summam erga ipsos (*Christianos*) benevolentiam ac fidem declaravit, eamque ob causam præ cunctis magistratibus & provinciarum rectoribus magnum honorem promeruit. Huic adjungendus est celeberrimus ille Gorgonius *&c. Potuit itaque ea translatio curari vel à consanguineis, quos fortè Romæ habuit, vel à reliquis fidelibus Romanis ob insignia in Christianam rempublicam merita. Porrò silentium Rufini, quod à Tillemontio præterea objicitur, nihil evincit; cùm ipse tantùm agat interpretem Eusebii, adeoque non debuerit singula, quæ de sanctorum Martyrum cultu noverat, suo Operi inserere.*

Rufino,

C 25 *Deinde objicit Tillemontius Wandelbertum, seculi* IX *scriptorem, qui in Martyrologio suo metrico disertè, ut putat, asserit,* S. Gorgonium, *qui* IX *Septembris Romæ celebratur, Romæ etiam passum esse. Wandelberti verba, quemadmodum in Spicilegio Acherii anno* 1723 *Parisiis recuso, leguntur, subnecto.*

Wandelberto & S. Damasi versibus depromptas.

Gorgonius quinas famâ meritisque retentat,
Romæ quem passum venerans nunc Gallia poscit.

Vel ut ibidem etiam legi asseritur:

Romæ quem passum nunc Gallia poscit adorans.

Denique ex versibus Sancti tumulo à Damaso inscriptis, quos num. 13 *recitavimus, statuit, socios* Gorgonii *Romæ culti ibidem pariter cum eo fuisse sepultos, indéque videri posse, hosce martyres à Nicomediensibus esse distinctos. Quod spectat ad Wandelbertum, nihil ex eo certi statui potest. Nam primò Sollerius noster in Usuardo & Lucas Acherius tom.* 5 *Spicilegii prioris editionis Parisinæ, anni scilicet* 1661, *versus illos omnino aliter interpungunt in hunc modum:*

Gorgonius quinas famâ meritisque retentat
Romæ; quem passum venerans nunc Gallia poscit.

Si ita legendum sit, manifestum est, Romam *non pro palæstra, sed pro cultûs loco à Wandelberto assignari,* passum *verò adhiberi pro voce* martyrem. *Secundò Wandelberti auctoritas frustra hîc objicitur, quippe qui Romani parvi auctore integro seculo est posterior & à loco cultûs remotior. Ex Damasi versibus ad summum concludi potest, in vicina sede sepultos fuisse martyres socios; sed eosdem fuisse* Gorgonii *socios, ne insinuatur quidem.*

AUCTORE C. S.

26 *Præter hæc Bailletus quædam alia objicit, sed multò minoris momenti. Hujusmodi sunt, quòd jam à seculo* IV, *quo ineunte Nicomediensis Martyr coronatus est,* Gorgonius *aliquis Romæ Viâ Lavicanâ inter duas lauros requieverit, quódque ejusdem festum die* IX *Septembris vetustissimo Martyrologio Romano, Bucherii videlicet, tempore Liberii concinnato, insertum legatur. Hieronymiana quoque, Bedæ & Rabani Martyrologia sibi favere existimat; quia priora duo* Gorgonium *sine sociis ad hanc diem Romæ annuntiant, posterius verò, licet multos ei socios adjungat, nullum tamen inter eos recenset ex iis, qui Nicomediensis Martyris socii perhibentur. Hinc opinatur, Officium, quod in vetustissimo Sacramentario S. Gelasii proponitur, pro* S. Gorgonio *Romano scriptum fuisse, cúmque illius Officii usus per Sacramentarium S. Gregorii exolevisset, ac deinde renovatus esset, tum antiquis orationibus* S. Gorgonii *Romani additas fuisse lectiones de cognomine Martyre Nicomediensi.*

Refelluntur Bailleti E

27 *Verùm Bailletus Hieronymiana ac Bedam pro Romana palæstra perperam laudat: nam in vetustissimo Florentinii locus cultûs, non palæstra Romæ assignatur:* Romæ, *inquit,* viâ Lavicanâ intra duos lauros in cimiterio ejusdem, F natalis Gorgoni: *genuinus autem Beda, omisso tam certaminis, quàm venerationis loco, tantùm habet:* V Idus natale S. Gorgonii. *Quis hinc Romanam Sancti palæstram excudat? Nec refert, quòd* Gorgonium *sine sociis memorent: is enim solus ob translatum eò corpus, Romæ colebatur. Apud Rabanum verò* Dorotheum *aut alium quemvis ex* Gorgonii *Nicomediensis sociis frustra desiderat: is enim quadraginta martyres Sebastenos in Armenia passos, inter quos unus Gorgonius est, quosque ad diem* IX *Martii jam commemorârat, hîc rursum repetit & Romæ perperam annuntiat, prout Rabanum cum Actis nostris ad diem* X *Martii conferenti patebit. Denique quod addit de lectionibus* Gorgonii *Nicomediensis Martyris post tempora S. Gregorii I. vetustis orationibus per errorem adjectis, Bailleti conjectura est, non aliis nixa rationibus, quàm quas jam discussimus.*

argumenta,

28 *Ad argumentum, quod peti posset ex eo, quòd* S. Gorgonii *Nicomediensis Martyris corpus* viâ Latinâ *depositum fuisse dicatur in Actis & quibusdam Martyrologiis, in aliis verò uti & in vetustissimo Bucherii* Gorgonius *Romæ cul-*

& alia quædam.

AUCTORE C. S.

tus in Via Lavicana *hodie annuntietur, respondimus num.* 12 *&* 14. *In Martyrologio Fuldenſi, quòd Dominicus Georgius Adoniano ſubjunxit, quodque ſeculo* x *ſcriptum putat, peculiaris eſt hodie annuntiatio his verbis concepta:* v Id. Romæ, natalis ſancti Gorgonii martyris. Eodem die, ſanctorum Dorothei & Gorgoni, apud Nicomediam ſub Diocletiano imperatore *&c. Dubium non eſt, quin laudati Martyrologii auctor duos hoc loco martyres agnoſcat,* Gorgonium *ſcilicet &* Gorgonum *& eorum unum Romæ, alterum Nicomediæ adſcribat: verùm cùm idem ſcriptor poſt recenſita eadem tormenta, quæ jam ex aliis retulimus, mox ſubdat:* Corpus beati Gorgoni, interjecto tempore, Romam transfertur, *ſatis liquet, eum* Gorgonium *malè in duos diſtraxiſſe, feciſſeque* Gorgonium *&* Gorgonum. *Ex dictis concludo, hucuſque nihil adductum eſſe, quod nos cogat à Martyrologio Romano parvo, Adone, Uſuardo, Romanis Breviario ac Martyrologio hodierno Actiſque recedere, ut Gorgonium aliquem Romæ paſſum, ſcriptoribus omnibus ignotum, hac die antiquitus Romæ cultum & hodie annuntiari credamus.*

B

§ IV. Corporis pars à S. Godegrando Metenſium epiſcopo Româ in Galliam defertur & in monaſterio Gorzienſi deponitur: reliqua ad eaſdem reliquias ſpectantia.

Corpus à S. Godegrando epiſcopo Metenſi

Frequens eſt apud chronologos mentio tranſlati corporis S. Gorgonii, *quod S. Godegrandus ſeu Chrodegangus Metenſis epiſcopus unà cum corporibus SS. Naboris & Nazarii Româ in Galliam detulit. Paulus diaconus Forojulienſis in libro de Epiſcopis Metenſis eccleſiæ, conſcripto ad preces Angilramni, qui S. Godegrando in epiſcopatum immediatè ſucceſſerat, hæc habet:* Expetiit denique (*Godegrandus*) à Paulo Romano Pontifice tria corpora ſanctorum Martyrum, id eſt, B. Gorgonii, quod in Gorzia requieſcit, & B. Naboris, quod in Hilariaco monaſterio conditum eſt, & B. Nazarii, quod ultra fluvium Rhenum in monaſterio, quod vocatur Lorishaim, ædificatâ in honorem ipſius martyris miri decoris baſilicâ, collocavit. *Tempus hujus tranſlationis ſignant varia Chronica, ex quibus aliquot produco. Annales Francorum Maſciacenſes, ab anno* 726 *uſque ad* 796 *perducti, apud Labbeum in Bibliotheca Ms. tom.* 2 *ſic aiunt:* DCCLXV Venerunt corpora ſanctorum ab urbe Roma in Franciam, Gorgonius, Naborius & Nazarius. *Annales Petaviani ab anno* 708 *uſque ad* 800 *texti, apud Cheſnium tom.* 2 *Hiſt. Franc. ſcript.:* DCCLXV Veneruntque corpora ſanctorum ab urbe Roma in Franciam, Gorgonii, Naboris, Nazarii. *Eumdem annum notant Fuldenſes ab anno* 714 *uſque ad* 900 *apud laudatum Cheſnium:* DCCLXV Hruodgangus Metenſis urbis epiſcopus poſtulavit à Paulo, Romanæ Sedis Apoſtolico, corpora ſanctorum martyrum, Gorgonii, Naboris & Nazarii, & impetravit, adduxitque cum honore ab urbe Roma & in Franciam tranſtulit. *Et rurſus:* DCCLXVI Corpus ſancti Gorgonii condidit in monaſterio ſuo, quod ipſe à novo ædificaverat,

C

cui vocabulum eſt Gorzia; ſanctum Naborem in monaſterio alio, quod dicitur Nova-cella; ſanctum verò Nazarium in monaſterio Laureshaim, quod eſt in Germania; in quibus locis miraculis vivunt & glorià.

D

ad monaſterium Gorzienſe in Gallia tránsfertur:

30 *His accedit Hermannus Contractus in Chronico ad annum* 765 *ſcribens:* Corpora ſanctorum Gorganii, Naboris & Nazarii in Franciam deferuntur. *Lambertus Schafnaburgenſis de Rebus geſtis Germanorum:* DCCLXV Ruotgangus epiſcopus corpora ſanctorum Gorgonii, Naboris & Nazarii Româ advexit. *Marianus Scotus eamdem tranſlationem, prætermiſſo tamen* Gorgonio, *ad hunc pariter annum refert, ſic inquiens:* Hoc anno Ruggandus Metenſis archiepiſcopus corpora ſanctorum Naboris & Nazarii de urbe Româ in Franciam tranſtulit. *Denique monachus Gorzienſis in Tranſlationis hiſtoria, quam ſeculo* x *conſcripſit, quamque infra dabimus, diſertè ait* · Beatum . . Gorgonium, *quem Româ attuliſſe præmiſerat,* penes ſe ſtatuit in loco, qui dicitur Gorzia, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto. *Inter hos omnes de tranſlationis anno rectè convenit: verùm Sigebertus in Chronico annum* 764 *aſſignat:* DCCLXIV, *inquit,* Chrodogandus corpora martyrum, Gorgonii, Naboris, Nazarii Româ ad Gallias tranſtulit: & Gorgonium quidem in Gorzia, Naborem in Hilliriaco, Nazarium autem repoſuit in cœnobio Lorisham. *Quid de hac diſcrepantia cenſendum ſit, mox videbimus.*

E

hujus tranſlationis memoria

31 *Martyrologis quoque non ignota eſt ea tranſlatio. Rabanus ad* XII *Junii de illa ſic meminit:* Romæ Viâ Aureliâ, miliario V, paſſio martyris Baſilidis, Cyrini, Naboris & Nazarii; quorum Naborem & Nazarium ſimul cum Gorgone (*ſeu* Gorgonio) martyre tranſtulit à Roma in Galliam Hruocgangus Metenſis epiſcopus, permittente Paulo Papâ Romano, anno Dominicæ Incarnationis DCCLXV, & collocavit prædictus epiſcopus S. Gorgonem in monaſterio, quod dicitur Gorzia *&c. Rabanum ſecutus eſt Notkerus, & Molanus in Auctariis Uſuardi. In Ms. noſtro Florario de ea quoque mentio fit ad diem* VI *Martii, occaſione S. Godegrandi, de quo ibidem dicitur:* Hic corpora ſanctorum martyrum, Gorgonii, Naboris & Nazarii à Roma ad Gallias tranſtulit anno Salutis DCCLXIV. *Porrò dies, quo ſacræ* Gorgonii *reliquiæ in Gorzienſi monaſterio receptæ ſunt, fuit* XII *Martii, ut diſcimus ex tom.* I *ejuſdem menſis, ubi ad diem* VI *in Actis S. Godegrandi, ex antiquis monumentis Gorzienſibus dicitur:* Corpus (S. Gorgonii) advexit S. Godegrandus ad Gorziam anno ab Incarnatione Domini DCCLXV, Indictione tertia, quarto Idus Martii. *Eâdem die Grevenus in Auctariis Uſuardinis ait:* Item juxta Methis, Tranſlatio ſancti Gorgonii martyris. *Similiter auctor Martyrologii Germanici, Caniſio adſcripti:* Item prope Metas tranſlatio ſancti martyris Gorgonii. *Quare neſcio, unde didicerit Bailletus, receptionem illam* XI *Martii factam eſſe: fortè ita arbitratus eſt, quia, ut ait, eo die Receptionis feſtum Gorziæ celebrabatur: verùm id fieri potuit, quia dies* XII *impedita erat feſto S. Gregorii I Papæ.*

F

in Martyrologiis.

32 *Accedit Ferrarius in Catalogo generali prædictum Martyrologium ſecutus; at Sauſſayus in Supplemento Gallicani ſic ſcribit:* Metis ſuſceptio corporum ſanctorum martyrum, Gorgonii,

A gonii, Naboris & Nazarii, quæ beatus Godegrandus, Metenſis antiſtes, Romam ſecunda vice profectus, ſacro munere à Paulo primo Papa accepit, hincque in Galliam ad ſedem ſuam advexit; poſtea verò ad potiorem cultum ſic ſingula diſpertivit, ut Gorgonii ſacra pignora ad cœnobium de Gorzia detulerit, perpetuo cultu aſſervanda; Naboris honorandas exuvias in monaſterio, quod in ejus memoriam extruxit in fundo Hilariaco, collocaverit; Nazarii autem veneranda ſpolia in abbatia de Laurisham extra Rhenum dignè repoſuerit. Attamen Gorgonii venerabile caput Metis manere voluit in cathedratico templo, ubi in hunc uſque diem magnâ reverentiâ conſervatur. *Exiſtimavit itaque Sauſſayus, die* XII *Martii receptionem trium martyrum corporum Metis, non* S. Gorgonii *Gorziæ contigiſſe; ſed poſtremum dicendum fuiſſe liquet ex dictis. Quod autem de* S. Gorgonii *capite Metis in cathedrali eccleſia aſſervato ait, infrà examinabimus.*

33 *Porrò cùm alii tranſlationem vel receptionem ſacrorum pignorum anno 764, alii communiter anno 765, non nemo etiam annis 765* Facta eſt ea tranſlatio
B *& 766 illigent, inquirendum hîc in primis eſt, ad quem annum ea ſit referenda. Qui ex his annum 764 ſtatuunt, facilè conciliari poſſunt cum illis, qui annum 765 aſſignant: facilè, inquam, conciliari poſſunt dicendo, priores annum auſpicatos fuiſſe à Paſchate, poſteriores à Januario. Paſcha enim anno 765 incidit in diem* XIV *Aprilis, receptio autem reliquiarum, ut oſtendimus, facta eſt Gorziæ* XII *Martii, qui dies pro vario annum ordiendi modo ad utrumque annum ſpectabat. Quod autem Sigebertus & Florarii auctor, à quibus tranſlatio anno 764 aſſigitur, annum à Paſchate auſpicati ſint; veriſimile ſit ex eo, quòd iidem mortem S. Godegrandi referant ad annum 765, cùm Sanctus ille apud alios obiiſſe dicatur & revera obierit anno 766,* VI *Martii, qui dies utrique pariter anno poterat annumerari, incidente tum Paſchate in* VI *Aprilis. Si cui hæc expoſitio minùs arrideat, is dicere poteſt, laudatos auctores annum 764 aſſignâſſe, quia tum ſacra illa pignora reipſa Româ tranſlata ſunt, licèt eodem anno ad monaſterium Gorzienſe non pervenerint, quemadmodum ex ſequentibus patebit.*

C 34 *Annales Fuldenſes, qui ſacras reliquias anno 765 in Galliam quidem delatas, ſed primùm anno 766 per eumdem ſanctum Godegrandum Gorziæ depoſitas fuiſſe aiunt, corrigendi ſunt: conſtat enim, eas Gorziæ receptas fuiſſe* XII *Martii, ſanctum verò Godegrandum die* VI *ejuſdem menſis anni 766 defunctum eſſe: adeoque non potuit is* XII *Martii ejuſdem anni illas ibidem condidiſſe. Vitioſi quoque ſunt Hugonis Flaviniacenſis calculi in Chronico Virdunenſi, ubi ad annum 765 ſcribit ſequentia:* Delata ſunt ab urbe Roma per venerabilem Godegrandum Mettenſem archiepiſcopum corpora ſanctorum Gorgonii, Naboris & Nazarii, à ſucceſſore Stephani, Paulo Papâ, ſibi conceſſa nono Papatûs ſui anno, & ſequenti anno uterque deceſſit à ſeculo, Indictione quinta, & Godegrandus in monaſterio, quod Gorzia dicitur, quod ipſe conſtruxerat, tumulatus veneratur, ubi poſtea poſitum eſt corpus ſancti Gorgonii anno poſt obitum ejus quarto, videlicet anno Incar Dom. DCCLXVIII, regnantibus poſt Pippinum filiis ejus Carlomanno & Carolo. *Vitioſi, inquam, iſti ſunt calculi: nam primò anno 765, cui tranſlationem rectè illigat,* XII *Martii currebat tantùm annus* VIII *Pontificatûs S. Pauli I, qui Stephano die* XXVI *Aprilis anni 757 defuncto ſuſfectus eſt. Secundò obiit quidem S. Godegrandus anno proximo poſt tranſlationem, id eſt, 766, at non S. Paulus, qui anno 767, Indictione, ut notat, quinta primùm defunctus eſt. Tertiò S. Godegrandus corpus* S. Gorgonii *Gorziæ ipſe depoſuit. Denique annus Chriſti 768 regnantibus jam Carlomanno & Carolo, id eſt menſe Septembri vel Octobri, non erat quartus à ſancti epiſcopi obitu, ſed tertius.* AUCTORE C. S.

35 *Alteram difficultatem hîc movet fragmentum Chronici Laureshamenſis apud ſæpe laudatum Cheſnium tom.* 3: *cùm enim reliqua monumenta paſſim tradant, ſacra trium Martyrum pignora ab ipſo Godegrando Româ in Galliam fuiſſe tranſlata, illud diſertè affirmat, id quidem factum eſſe eo poſtulante, ſed per legatos, & tranſferente Willihario epiſcopo Seduneuſi. Verba accipe:* Reverendus pontifex Rutgangus ... interim miſſis ad Apoſtolicam Sedem legatis, pro cujus liberatione ab oppreſſione Haiſtulfi regis Longobardorum multâ inſtantiâ E laboraverat, expetivit à Paulo Papa corpora ſanctorum Martyrum, in quorum honore conſtructas à ſe monaſteriorum confecraret eccleſias. Cujus devotionem ac meritum erga Romanam Eccleſiam Apoſtolicus Pontifex debito favore proſequens, tranſmiſit ei ſanctum Nazarium, Naborem & Gorgonium, per Williharium Sedunenſem epiſcopum delatos ad Gorzienſe monaſterium. Evoluto deinc anni circulo, in eccleſia Gorzienſi ſanctum Gorgonium, in eccleſia Hilariacenſi ſanctum Naborem collocavit. *Hoſce Annales ſecutus eſt Jacobus Longuevallius è Societate Jeſu, in Hiſtoria eccleſiæ Gallicanæ, Gallicè conſcripta, tom.* 4, *ad annum 765, pag.* 444. per S Godegrandum,

36 *Mabillonius autem in Annalibus ad annum 765, num. 6 obſervat ſequentia:* Huic ſententiæ illud favet, quòd, cùm Attiniacenſi conventui, paulò poſt Paſcha hujus anni habito, interfuerit Chrodegangus, hanc tranſlationem eodem anno ipſe procurare vix potuit. Quamquam cùm hæc in Gorzienſibus monumentis IV Idus Martii facta dicatur, ex Romano itinere opportunè reverti potuit epiſcopus, ut eidem conventui adeſſet. Porrò eadem eſt de Willihario Sedunenſi epiſcopo difficultas, ſi idem eſt cum Wilicario epiſcopo ex monaſterio ſancti Mauricii, qui itidem eidem conventui præſens fuit. At nihil obſtat, quo minùs duos eſſe quis ſentiat; cùm parùm veriſimile ſit, Wilicarium epiſcopum ceſſiſſe epiſcopatu Viennenſi, ut alterius eccleſiæ regimen ſuſciperet. Verùm de his ſentiat quiſque, ut lubet. *At Cointius tom.* 5 *Annal Eccl Franc. ad annum 765, num.* 56 *non dubitat fidem potiùs habere Rabano, Annaliſtæ Fuldenſi, monacho Gorzienſi, Mariano Scoto, Sigeberto Gemblacenſi, monumentis Gorzienſibus &c.: ex his enim omnibus nullus id factum dicit per legatos aut Williharium Sedunenſem epiſcopum, imò aliqui id S. Godegrando diſertè adſcribunt: & licèt quidam eorum commodè explicari poſſent, ea ſententia conciliari nequit cum auctore Tranſlationis, ut legenti manifeſtum fiet. Neque ab auctoritate laudati Fragmenti Chronici quidquam ei roboris accedit, cùm ipſius auctor fortè multo junior ſit auctore Tranſlationis, cùm ad finem imperii Henrici Aucupis perveniat, & certè poſt aliquos Ottones* qui ſacrum corpus ipſe a S Paulo PP.

AUCTORE C. S. *Ottones vixerit : ſub finem enim fragmenti legitur :* Poſt Cunradum regem generali principum habito conventu , Heinricus cognomento Saxo , filius Ottonis ducis Saxonici , in regnum ſublimatur ; ex quo diva Ottonum genealogia proceſſit. *Quouſque autem Chronicon ſuum perduxerit , quia mutilum eſt , divinare non lubet.*

acceptum Româ attulerat

37 *Animadverſio quoque Mabillonii nihil obſtat , quominus cum Cointio auctorem Tranſlationis reliquoſque recenſitos abſque ullo ſcrupulo ſequamur. Hoc autem ex laudato Tranſlationis ſcriptore ſic oſtendo : Scribit is , S. Godegrandum Romam profectum , à Paulo Romano Pontifice aliqua Sanctorum pignora poſtulâſſe , impetrâſſeque corpora* SS. Gorgonii , *Naboris & Nazarii : cùmque cum his Galliam repeteret , per viam in Agaunenſi S. Mauritii cœnobio , quod in Valeſia ſitum erat , hoſpitatum fuiſſe , cujus loci monachi , apertâ clam thecâ , ſubdoléque rurſus clausâ , ſacra pignora furati ſunt. Deinde ſubdit , Godegrandum , compertâ Agaunenſium fraude , de illata injuria apud Pippinum expoſtulâſſe , ab eoque hoc recepiſſe reſponſi :*

B Nunc hyems horrida imminens tentare quid prohibet : tranſactâ hyeme , ſumptis fratribus veſtris coëpiſcopis , Trevirenſe , Virdunenſe , Tullenſe ac duce regni , adite præfatum locum , jubendo vobis reddi , quæ veſtra ſunt. Si contempſerit , ſumite ſanctum Mauricium cum Sociis ſuis ac repedate in patriam , ovantes habendo eos. Factum eſt , ut rex juſſerat , reditumque eſt ad ſanctum Mauricium cum manu valida , *atque ita receptæ reliquiæ Gorziam allatæ ſunt anno , ut præmiſerat , 765 , idque* XII *Martii , prout ſuprà oſtendimus.*

anno proximè præcedenti.

38 *Nemo non videt , quædam ex dictis anno* 764 , *quædam* 765 *contigiſſe , ſanctumque Godegrandum ſub illius anni finem , vel hujus initium in Galliam jam reducem fuiſſe , unde* tranſacta hieme *ad Agaunenſes reverſus eſt , receptaſque ſacras reliquias inde tranſtulit Gorziam , ubi* XII *Martii anno* 765 *depoſitæ fuerunt. Jam verò conventus Attiniacenſis habitus tantùm eſt poſt Paſcha , ut oſtendit Cointius ad annum* 765 *num.* 1 , *& fatetur Mabillonius : cúmque Paſcha eo anno in* XIV *Aprilis inciderit , liquet utique , S. Godegrandi in laudato conventu præſentiam minimè obſtare , quominus anno præcedenti ſacras illas reliquias ipſe Româ deferre , annoque* 765 *Gorziæ deponere potuerit. Ceterùm Cointius exiſtimat , Willibarium , qui Viennenſi epiſcopatu relicto ad Agaunenſe monaſterium ſeceſſerat , in citatis Annalibus Laureshamenſibus minùs accuratè dici epiſcopum Sedunenſem , cùm primùm poſt conventum Attiniacenſem , cui ut abbas Agaunenſis interfuerat , eam ſedem acceperit , ideoque ſubſcriptus legatur :* Epiſcop. de monaſterio Mauricii. *Verùm hæc , cùm ad propoſitum nihil faciant , non examino.*

C

Alia ejus corporis depoſitio :

39 *Fragmentum Annalium ab anno , ut notatur ,* 769 *uſque ad* 806 , *apud Cheſnium tom.* 2 *editum , memorat ,* S. Gorgonii *corpus anno* 769 *in eccleſia Gorzienſi depoſitum eſſe.* Anno, *inquit ,* DCCLXVIII poſitum eſt corpus ſancti Gorgonii in baſilica , quæ eſt conſtructa in Gorzia monaſterio. Et obiit Droëgangus abba. *Pro* anno DCCLXVIII *legendum videtur* DCCLXVIIII , *tum quia ita in titulo ponitur , tum quia mox ſequitur annus* 770 *& reliqui ſine interruptione , tum denique ob dicenda. Hiſce conſonant Annales Petaviani , num.* 28 *laudati , in quibus ad annum* 769 *ſic legitur :* Corpus S. Gorgonii poſitum fuit Gorzia monaſterio. *Quominus autem hæc de primo iſtius ſacri corporis in Galliam adventu intelligas , obſtant hi ipſi Annales Petaviani , dum ad annum* 765 *diſertè aiunt :* Veneruntque corpora ſanctorum ab urbe Roma in Franciam , Gorgonii , Naboris & Nazarii , *prout jam obſervavit Cointius. Huc etiam reſpexiſſe videtur Hugo Flaviniacenſis , verbis num.* 34 *recitatis , quibus primùm aſſerit , prædictorum Martyrum corpora anno* 765 *in Franciam delata fuiſſe , deinde verò ſubdit , poſtea* S. Gorgonii *corpus anno quarto poſt obitum S. Godegrandi , Chriſti autem* 768 *in monaſterio Gorziæ conditum fuiſſe. Quippe ſi pro anno* 768 *ſubſtituas* 769 , *à cujus* VI *Martii annus quartus à ſancti epiſcopi obitu currere incipiebat , Hugonis dicta rectè intelligentur de depoſitione , cujus prædicti Annales meminerunt. Fortè tum facta fuit quædam corporis elevatio ſeu in pretioſiorem lipſanothecam depoſitio. Mabillonius tamen in Annalibus ad hunc annum num.* 26 , *ad quem etiam Droëgangi abbatis mortem refert , ſuſpicatur Gorzienſem eccleſiam hoc tempore primùm perfectam fuiſſe , ideoque hucuſque exſpectatum , ut ſacrum pignus in ea deponeretur.*

D

E

reliquiæ examinantur , Muſſipontem portantur , referuntur.

40 *Idem eruditus Benedictinus in Actis Sanctorum ſui Ordinis , parte* 2 , *pag.* 211 , *lit.* b *notat , lipſanothecam* S. Gorgonii *anno* 1088 *per Henricum ejuſdem loci abbatem reſeratam fuiſſe , inventumque ſancti Martyris caput & præcipuas corporis ejus partes , quæ laudatus abbas in pretioſiorem thecam recondidit. Hoc ſi ita ſit , quo pacto igitur Sauſſayus , num.* 32 *relatus , ait ,* S. Gorgonii *caput à S. Godegrando in cathedrali eccleſia Metenſi depoſitum in hunc uſque diem aſſervari ? An fortè ſacrum iſtud cimelium ex Gorzienſi eccleſia eò poſtea tranſlatum eſt , aut alterius Gorgonii caput ibidem honoratur , & horum alterutrum à S. Godegrando eidem eccleſiæ donatum fuiſſe , perperam exiſtimavit Sauſſayus ? Certè præter ipſum legi neminem , qui id aſſerat. Denique laudatus Mabillonius de celebri abbatia Gorzienſi , quæ* S. Gorgonii *nomine diu fuerat nuncupata , deque ejuſdem Sancti reliquiis pag.* 205 *hæc habet :* Abbatia illa Gorzienſis , quæ ſanctorum monachorum ſeminarium fuerat , in ſuperioris ſæculi motibus primùm quidem ab hæreticis infeſſa anno MDXLII ; tum anno inſequenti à Theodonis-villæ præſidiariis militibus direpta & cremata ; dein anno MDLII ab Henrici II Francorum regis copiis ad ſolum pænè ſubverſa ; demum anno MDLXXX in collegium duodecim canonicorum redacta eſt , S. Gorgonii reliquiis , quæ Muſſipontem , thecâ ſpoliatâ , delatæ fuerant , Gorziæ reſtitutis anno MDXCV , uti fuſiùs in Chronicis Benedictinis refertur ad annum DCCLII. *Similia habet Bailletus , qui tamen ait , ſancti Martyris reliquias dici Muſſipontem delatas ante monaſterii direptionem , ne militum hæreticorumque furori , quem monachi non inaniter prævidebant , exponerentur.*

F

Gorziæ non fuit totum Sancti corpus ,

41 *Porrò cum Gorzienſium conſtans opinio ſit,* S. Gorgonii *corpus , quod à S. Godegrando acceperunt , eſſe* Gorgonii *martyris Nicomedienſis, quem Romæ antiquitus cultum diximus , quærat hîc aliquis , quî illud anno* 765 *in Franciam potuerit deferri , cùm num.* 15 *& ſequentibus oſtenderimus , iſtius Martyris corpus ſeculo* IX *à Gregorio IV Pontifice Romæ elevatum fuiſſe. Hoc ipſum jam advertit eminentiſſimus Baronius , tom.* 9 *Annalium ad annum Chriſti* 764 *ſic ſcribens*

AUCTORE C. S.

§ V. S. Gorgonii reliquiæ aliquæ Mindam tranſlatæ; Sancti cultus in eo epiſcopatu.

Reliquiarum pars Mindam tranſlata

Acta, quæ edituri ſumus, priori tranſlationi aliam hiſce verbis ſubnectunt: Poſt hæc iterum longo intervallo temporum reliquiæ ſancti Gorgonii per Grodegangum venerabilem eccleſiæ Metenſis epiſcopum transferuntur ad Gorzienſe cœnobium: inde poſtea, creſcente in Saxoniæ partibus Chriſtiana religione, pars earumdem reliquiarum in Saxoniam attribuitur; ubi idem ſanctus Gorgonius genti Saxonum & eccleſiæ Mindonenſi patrocinatur. *Eſt autem Minda urbs Germaniæ in Weſtphalia ad Viſurgim fluvium ſita; imperialis & libera, epiſcopali cathedra ſeculo* VIII *ſeneſcente inſignita, cujus antiſtiti Mindenſis principatus olim paruit: at ſeculo* XVII *per pacem Weſtphalicam epiſcopatus exſtinctus eſt, ejuſque principatus electori Brandeburgico ceſſit. Breviarium Mindenſe, anno* 1516 *Moguntiæ editum*, Adventum reliquiarum ſancti Gorgonii V *Idus Martias recolendum proponens, veriſimiliùs agit de reliquiis tum Mindæ exceptis: ſed quo anno quove ſeculo id contigerit nec ibi nec alibi reperio. Mabillonius tom.* 3 *Annalium cenſuit, factum id eſſe circa annum* 978 *aut ſaltem ſub epiſcopo Milone, quem in Sec. Benedictino* 3, *parte* 2, *pag.* 205 *Mindenſi eccleſiæ ab anno* 974 *uſque ad* 996 *præfuiſſe ſcribit. Mabillonii verba ad prædictum annum in Annalibus accipe:* Gorzienſe monaſterium tunc adminiſtrabat Immo abbas ... Is Milonem epiſcopum Mindenſem honorificè in ſuo monaſterio excepit, eique partem reliquiarum ſancti Gorgonii martyris in Saxoniam aſportandam conceſſit. Milo verò viciſſim ad eum tranſmiſit librum de paſſione ſancti Gorgonii, quæ apud Gorzienſes deſiderabatur, præmiſsâ epiſtolâ, quæ ſic habet *&c.*

diu ante annum 978

45 *Dubium non eſt, quin hîc loquatur de ea tranſlatione, de qua agitur in Actis, initio præcedentis numeri citatis; cùm ipſe laudato Seculo Benedictino, pagina* 204 *ſcribat:* Procedente tempore pars reliquiarum S. Gorgonii in Saxoniam tranſlata eſt in eccleſiam Mindonenſem: cujus urbis epiſcopus Milo Vitam S. Gorgonii à ſe repertam Gorzienſibus monachis direxit: *quam tranſlationem paginâ ſequenti probat ex iiſdem Actis, epiſtola Milonis, quam cum iis miſſam dixerat, inſertis. Verùm hæc Mabillonii aſſertio ne probabilis quidem mihi apparet, & cum ipſo in primis pugnat Mabillonio. Certè monachus Gorzienſis Tranſlationis edendæ auctor inter cetera de ſuo tempore ait:* Fama volans populos ſermone replebat, quòd ſanctus Gorgonius hîc (*Gorziæ*) minimè totus haberetur, ſed potiùs ultra Rhenum in epiſcopio, ſuo nomine decentiſſimè inſignito, medietas haberetur. Quâ ſollicitudine ſtimulati, præſul videlicet Adalbero, abbas loci, aliique ſeniores quamplurimi, quærebant ſi fortè Deo placitum eſſet dignoſcere veritatem. *Subdit, eos ab inſpiciendo ſacro pignore divinitus fuiſſe prohibitos. Verba hæc:* Ultra Rhenum in epiſcopio, ſuo nomine decentiſſimè inſignito, *Mabillonius ibidem pag.* 211, *lit.* a *ſic excipit:* Nempe in eccleſia Mindonenſi,

A *bens:* Cùm jam fama increbuiſſet in Galliis, per ſanctiſſimum Pontificem Paulum plurima Sanctorum corpora eſſe è cœmeteriis in Urbem tranſlata, eorum cupidi Franci, Sanctorum cultûs ſtudioſiſſimi, mittunt legatum Romam ad eum Pontificem, rogantes, ut aliqua ex Sanctorum corporibus recèns inventis darentur in Gallias transferenda. Functum tradunt hâc legatione Crodogangum religioſiſſimum virum, Metenſem epiſcopum, atque accepiſſe ab eo corpora ſanctorum martyrum Gorgonii, Naboris & Nazarii. Verùm potiùs dixerimus, ex eis partem, quàm ipſa integra accepiſſe corpora: ſiquidem ut taceamus de ceteris, ipſius Gorgonii corpus uſque hodie reconditum habetur in baſilica Vaticana in confeſſione S. Gregorii Papæ.

ſed tantùm magna pars:

42 *Cenſet igitur eminentiſſimus annaliſta, partem corporis* S. Gorgonii *Romæ ſuo tempore etiam ſervatam fuiſſe in baſilica Vaticana, in quam Gregorius IV, ut præmiſimus, eam intulerat. Huic aſſertioni favent, quæ num.* 40 *de inſpectione reliquiarum ſeculo* XI *jam decrepito facta ex Mabillonio retulimus: videlicet non to-*

B *tum corpus, ſed tantùm* caput & præcipuas corporis ejus partes *inventa fuiſſe. Favent etiam Acta, num.* 44 *referenda, in quibus non corpus, ſed* reliquiæ S. Gorgonii *in Galliam delata dicuntur. Fuerat quidem jam tum pars earum aliqua Mindam in Saxonia tranſlata, ſed ea non videtur tanta fuiſſe, ut reliquum totius corporis dici queat. Neque propterea arguendus eſt Anaſtaſius Bibliothecarius aut adducti à nobis ſcriptores, quòd hi reliquias Gorzienſes, ille Romanas* corpus S. Gorgonii *appellent, cùm is fuerit antiquorum loquendi uſus. Audi rurſum eminentiſſimum Baronium eodem tomo, ad annum* 827, *num.* 38 *occaſione corporis S. Sebaſtiani, quod in Gallias priùs avectum dixerat, & deinde unà cum* S. Gorgonio, *quem mendosè* Gregorium *ſcripſit, in eccleſiam Vaticanam tranſlatum narrat, audi, inquam, eum hac ſuper re differentem. Poſtquam enim dixiſſet, nonniſi partem ejuſdem ſancti martyris in Gallias tranſlatam dici poſſe, ſic proſequitur:* Sed &

C nos ſæpe ſumus experti, quòd, cùm ſunt factæ in Urbe elevationes atque tranſlationes, non ipſa integra eſſe corpora Sanctorum inventa, immò in nonnullis neque dimidiam ipſorum partem, reliquam verò aliò deportatam.

quâ ratione hæc corpus dicta ſit.

43 Verùm nequaquam dolo malo & fallendi animo per impoſturam pietas fidelium poſſidere ſe Sanctorum corpora profiteri conſuevit, quorum non niſi partem acceperit: cùm in eis non dimidiatum, vel diminutum aliquo modo ſe ſentiant poſſidere in operatione virtutum, ſed planè integrum atque perfectum; ut qui reliquias acceperint ſancti martyris Sebaſtiani, (*idem ſtatue de reliquiis* S. Gorgonii) non mentiantur, ſi ſecum habere ipſum dixerint Sebaſtianum, teſtante præſertim ipſo Theologo ſuâ invectivâ in Julianum, quælibet paſſionum ſigna idem præſtare, quod integra ipſorum corpora, & quòd corpora idem poſſint, quod animæ in cælo beatæ: adeo ut idem martyr in quolibet corporis ſui tenui pulvere integer perſeveret, oblatrent licèt dæmones & blaſphement hæretici hagiomachi. *Ita eminentiſſimus.*

E

F

AUCTORE C. S. ut dictum eſt in prævíis obſervationibus num. IV, *remittens ſcilicet ad ea, quæ ex illo mox retulimus. Et rectè quidem: etenim per epiſcopium*, S. Gorgonii *nomine inſignitum non videtur deſignari, niſi eccleſia Mindenſis, quæ, ut infrà oſtendemus, in ejuſdem Sancti honorem antè dedicata jam fuerat.*

& ante epiſcopatum tenuit?

46 *Jam verò, teſte eodem Mabillonio, Adalbero, cujus Gorzienſis monachus ibidem meminit, fuit ejus nominis primus Metenſium epiſcopus, obiitque anno 964, quem etiam Gabriel Bucelinus Germaniæ ſacræ & profanæ tom. 1, in iſtius ſedis epiſcopis emortualem ipſi ſtatuit. Qui potuit igitur Milo, quem tam ipſe, quàm Mindenſia Chronica non ante annum 974 Mindenſi epiſcopatu initiatum ſcribunt, eas* S. Gorgonii *reliquias ad ſuam ſedem tranſtuliſſe, quas ante ejuſdem epiſcopatum eò jam delatas fuiſſe affirmat? Porrò licet fama illa, medium Martyris corpus Mindenſibus aſſerendo, verum, ut aſſolet, nonnihil auxerit, eam tamen non omnino falſam fuiſſe, ſi de aliqua corporis portione accipiatur, eruimus ex Sanctorum Actis,* B *quæ Milo à ſe reperta Gorzienſibus tranſmiſit, ex quibus Mabillonius eadem verba recitat, quæ nos num. 44 ex iiſdem adduximus. Unum, quod hìc opponi poſſet, eſt, quòd Milo poſt acceptas reliquias ea verba Actis forſitan addiderit: ſed præterquam quòd id gratis aſſereretur, quid cauſabimur, quod epiſcopus ille nec ſe nec Immonem nominet, ſi hujus beneficio & illius curâ ſacrum illud cimelium Mindenſi eccleſiæ obtigerit? Adde, quòd in tota illa epiſtola, quam Mabillonius integram recitat, nulla prorſus fiat de acceptis reliquiis mentio. In ea quidem magnas Immoni gratias agit de benigniſſima hoſpitalitate, quâ apud eum fuerat uſus; at de reliquiarum donatione verbum nullum.*

ſed incertum, quo tempore.

47 *Ex dictis colligo*, S. Gorgonii *reliquias ante Milonis epiſcoparum Mindæ honoratas jam fuiſſe. Imò verò neceſſe eſt, eas diu antè eò fuiſſe delatas, cum Milonis tempore Gorzienſes monachi ex fama tantummodò habuerint, quòd* ultra Rhenum in epiſcopio *Sancti* nomine decentiſſimè inſignito, medietas *ſacri corporis requieſceret, ideoque ipſi cum Adalberone epiſcopo decreverint explorandum, verane, an falſa, ea fama referret. Sanè ſi à paucis annis aut etiam eo ſeculo* X *pars aliqua ex Gorzienſibus reliquiis Mindam tranſlata fuiſſet, non ſatis veriſimile apparet, ejus rei memoriam circa ejuſdem ſeculi medium uſque adeo obliterandam fuiſſe, ut nullus Gorzienſium ſciret, an aut quales reliquias Mindenſibus conceſſiſſent. Potuerunt itaque Mindenſes jam à ſeculo* IX *aliquam* S. Gorgonii *portionem poſſediſſe, quamvis quo tempore acceperint, omnino incertum ſit.*

De reliquiæ communi eccleſiæ incendio

48 *Chronicon Mindenſe tom.* 3. *Rerum Germanicarum à Piſtorio editum memorat incendium, quo cathedralis eccleſia ejuſdem urbis poſt medium ſeculi* XI *ſub Egilberto vel Engelberto epiſcopo in cineres redacta eſt.* Tempore iſtius, *ait*, major eccleſia Mindenſis anno Domini MXII, in die S. Vincentii martyris per incendium deſtructa eſt, & armarium combuſtum: ita ut quidquid priùs imperator Carolus & Wedekindus, rex Mindenſium & Angarorum, ex magnificentia regia in ornamentis & donariis plurimis reliquerant ad honorem & decorem ſæpe dictæ eccleſiæ, per flammam ignis conſumptum & deletum ſit. *Reſtaurata quidem eſt ab eodem Egilberto eccleſia: verùm theſauri jactura non facilè potuit reſarciri. Certè integro ſeculo poſt,* D *XII ſcilicet ſeneſcente, ejuſdem ſedis epiſcopus* XXVI, *Anno nomine, in epiſtola ad Conradum abbatem Corbeienſem deplorat irreparabile damnum ſacrarum reliquiarum, quæ ferali illo incendio perierant, rogatque, ut ſibi aliquas è monaſterio ſuo tranſmittere dignetur.*

periiſſe videntur.

49 *Exſtat ea epiſtola in Chronico Buſſonis Watenſtedii apud Paullinum in Syntagmatis, unde ſequentia delibo.* Anno Dei gratiâ epiſcopus in Minden, Rev. abbati totique congregationi ſanctorum martyrum Stephani & Viti in Corbeia ſalutem & gratiam in Domino ſempiternam. Noverit caritas veſtra, dilecti fratres, quàm irreparabile damnum eccleſia noſtra ex incendio ſub anteceſſore meo bonæ memoriæ Engelberto paſſa ſit, in quo non tantùm omnia ornamenta, cleinodia & donaria, ab ipſo fundationis tempore fideliter cuſtodita, uno die perierunt; ſed (quod magis dolemus & deflemus) tot Sanctorum reliquiæ, numquam reparandæ. Magna profectò jactura! Cùm ergo nos damnum hoc aliqualiter reſarcituri paternâ curâ ſollicitè ſtudeamus, & compertum habeamus, magnum rarumque theſaurum in veſtra poteſtate eſſe, amicè rogabimus, ut ad excitandam majorem devotionem, eccleſiæ ornamentum, damnique noſtri levamentum, aliquot nobis elargiri dignemini *&c. Iiſdem flammis Mindenſes* S. Gorgonii *reliquias periiſſe, colligimus ex Watenſtedio in Annone, dum* notabile *obſervat*, reliquias B. Mariæ Magdalenæ tot inter exuſtas manſiſſe illæſas. *Similiter Lerbeccius in Chronico apud Leibnitium tom. 2 ſcript. Brunſvic. ait:* Ceteris (*reliquiis*) tempore Engelberti per ignem abſumptis, ſolæ Mariæ Magdalenæ ex igne intactæ manentes inveniuntur. *Apud Piſtorium paulò obſcurius legitur:* Tempore autem incendii reliquiæ B. Mariæ Magdalenæ inter alias reliquias igne attactas intactæ permanſerunt. *Eodem itaque incendio* S. Gorgonii *pignora abſumpta videntur, niſi ea forte flammis in tempore fuerint ſubducta.*

Brachium Sancti pretiosè ornatum,

50 *In Chronico Mindenſi apud Piſtorium mentio fit brachii ſancti Martyris, pretiosâ ſhecâ incluſi.* Tempore iſtius epiſcopi (*Sigewardi, qui anno* 1124 *conſecratus, uſque ad annum* 1140 *eam ſedem tenuiſſe ibidem dicitur*) Henricus dux Brunſvicenſis contulit eccleſiæ brachium S. Gorgonii pretiosè adornatum. *Conſonat Lerbeccius:* Tempore hujus Henricus Leo dux brachium S. Gorgonii pulchrè adornatum eccleſiæ contulit. *Idem quoque refert Watenſtedius: verùm alii hanc donationem aliquot annis ſeriùs ſtatuunt. Inter hos auctor Chronici Mindenſis ab Henrico Meibomio tom. 1 Rerum Germanicarum editi, annum* 1174 *aſſignat his verbis:* Poſt obitum verò iſtius epiſcopi (*Werneri anno* 1173, *ut ait, defuncti*) anno ſequenti Kalend. Februarii, Henricus dux Saxoniæ curiam in Lothen cum omnibus bonis & ſuis attinentiis dedit eccleſiæ Mindenſi; item S. Gorgonii brachium preciosè adornatum. *In Oſnabrugenſi autem Chronico apud laudatum Meibomium tom. 2 ſic legitur:* Circa hæc tempora, videlicet de anno Domini MCLXIX, dux Henricus Brunſvicenſis, dictus Leo, curiam & bona Lothen vel Lode Mindenſis diœceſis, & brachium S. Gorgonii martyris pretiosè adornatum dedit eccleſiæ Mindenſi ad honorem Dei, quia filia regis Angliæ Mechtildis ſibi in eccleſia præfata ante altare beati Petri matrimonialiter fuerat copulata.

A pulata. *Parùm refert, quo anno ea facta donatio ſit, poſteriores tamen duo ad verum proximiùs videntur accedere. Fuit autem Henricus ille Brunſvicenſis ejus nominis III Bavariæ & Saxoniæ dux, de quo conſuli poſſunt Saxoniæ ſcriptores.*

aliæque reliquiæ ibidem honoratæ.

51 *Porrò ex adductis verbis non omnino liquet, an Henricus ſacrum* Gorgonii *brachium, ſeu reliquias pretioſâ incluſas thecâ eccleſiæ Mindenſi tum donaverit, an verò eaſdem ibidem aſſervatas hujuſmodi thecâ ornari tantùm curaverit. Eadem Chronica tradunt, Annonem ſuprà laudatum variis reliquiis eccleſiam ſuam ditâſſe.* Iſte ſanctus epiſcopus *(dicitur apud Piſtorium)* videns majorem eccleſiam Mindenſem miſerabiliter Sanctorum reliquiis orbatam per incendium, collegit de locis diverſis corpora & reliquias Sanctorum, & ad prædictam eccleſiam tranſvexit. *Deinde inter Sanctos, quorum* maxima pars *(Meibomius habet* magna pars*)* corporum *tum temporis ibidem aſſervata dicitur,* S. Gorgonius *numeratur, ac poſt pauca rurſum brachium* S. Gorgonii *precioſum (Piſtorius habet* Georgii*)*

B *recenſetur. Veriſimile eſt, eas ſancti Martyris noſtri reliquias, aut earum aliquas, à Gorzienſibus Annoni donatas fuiſſe. Suſpicionem hanc mihi movet Lerbeccius, dum de eo hæc ait:* Gorgocienſe cœnobium, ubi ſanctus Gorgonius quieſcit, causâ devotionis viſitans, fraternitatem inter eccleſiam Mindenſem & dictum monaſterium pridem habitam renovavit. *Nulla quidem hîc de acceptis reliquiis mentio: ſed cùm Anno dicatur Sanctorum reliquias tam ſtudiosè conquiſiviſſe, ut damnum ab incendio pridem illatum repararet, cùmque ex dictis veriſimile ſit,* S. Gorgonii *pignora eodem caſu periiſſe, veriſimile quoque eſt, Gorzienſe iter ab eodem ſuſceptum fuiſſe, ut aliquid ex ſancti eccleſiæ ſuæ Patroni oſſibus impetraret.*

Eccleſia ipſi dicata reſtauratur:

52 *Accipe reliqua ad Sancti cultum apud Mindenſes ſpectantia. Cathedralis eccleſia, quam anno* 1062 *conflagrâſſe diximus, inter Sanctos tutelares ſuos* Gorgonium *venerabatur. Ita diſcimus ex vetuſtis diplomatibus & donationum inſtrumentis, in quibus ea in honorem S. Petri Apoſtoli ſanctique* Gorgonii *martyris conſtructa legitur. Exſtant illa in Spicilegio eccleſiaſtico Germaniæ tom.* 3. *In Chronicis verò ſæpe memoratis, quorum unius verba ex editione Paullini adduco, hæc habentur:* Helmwardus, Helinwardus, Helmwerdus, monachus Ordinis Benedictini *(& epiſcopus decimus Mindenſis)* dubitans de conſecratione majoris templi, anno DCCCCLII Dudonem Paderbornenſem & Drogonem I Oſſenbergenſem Mindam evocavit ad dedicationem baſilicæ hujus in honorem ſanctorum Gorgonii, Laurentii & Alexandri martyrum. *Dicitur quidem in iiſdem Chronicis Engelbertus epiſcopus reſtauratam poſt incendium eccleſiam ſeculo* XI *ſeneſcente* in honorem S. Trinitatis, S. Crucis, Virginis glorioſæ & omnium Sanctorum *dedicâſſe: at in donationum inſtrumentis nihil tale reperire eſt, & ex dicendis patebit, ſanctum Martyrem noſtrum ejuſdem eccleſiæ tutelarem ſemper habitum fuiſſe.*

C

aulæum martyrium referens:

53 *Variæ donationes, quas apud memoratos ſcriptores legere eſt, propenſam ſanè erga Patronum ſuum Mindenſium pietatem declarant. Eas ego huc minimè transferendas cenſui præter unam, quæ docet,* Gorgonium, *quem ipſi venerabantur, ex eorum quoque judicio non alium, quàm Martyrem Nicomedienſem fuiſſe. Lerbeccius in Annone, cujus epiſcopatum ſeculo* XII *ſeneſcenti illigat, tradit, Odam, Annonis matrem,* duo dorſalia, *ſive aulæa,* pro utroque choro *eccleſiæ Mindenſis,* Paſſiones Petri & Gorgonii continentes, de opere textili *donâſſe. Aulæorum alterum hos verſus exhibebat:*

Sis benedicte Deus, Gorgonius & Dorotheus,
Pro quo tormentis plectuntur, nec monumentis
Regis flectuntur; ſed Chriſtum morte ſequuntur,
Pœnarumque metum derident, ſal & acetum
Spernunt, aſſantur, laqueis demum cruciantur.
Confeſſor fidei ſacræ Socius Dorothei
Sprevit tortorem, mundi contempſit honorem,
Ut ſic cum Chriſto mundo ſalvetur in iſto,
Conſilietque Deo cum conſocio Dorotheo.

infelix Folmari epiſcopi

54 *Mirabile eſt, quod apud Piſtorium in Chronico de cæde Folmari epiſcopi refertur in hunc modum:* Folmarus vel Volmarus decimus nonus epiſcopus Mindenſis. Iſte epiſcopus propter frivolam invaſionem epiſcopalis ſedis, ut veraciter aſſeritur, à S. Gorgonio martyre & patrono hujus eccleſiæ eſt occiſus circa annum Domini MXCIV; & ideo memoria iſtius fieri non conſuevit. Accidit enim, ut eâdem, quâ dictus E
Folmarus occiſus eſt nocte, beatus Gorgonius cuſtodibus majoris eccleſiæ appareret, imperans, ut ſignum pro mortuo epiſcopo facerent. Illis autem credere nolentibus, oſtendit eis pro interſignio palam altaris cruentatam & ſanguinolentam, in qua gladium occiſionis abſtergerat; quæ multis annis poſtea pro miraculo ſervabatur. Qui ſtatim ſurgentes, omnia eis imperata obedienter & cum timore perfecerunt. Obiit autem in die Decollationis Joannis Baptiſtæ, anno, quo ſuprà, Indictione ſecunda. *Eadem habentur in reliquis Chronicis; Lerbeccius addit, ejuſdem corpus cùm in eccleſia cathedrali ſepultum fuiſſet, inde poſtea erutum & profano loco humatum fuiſſe.*

obitus ejus

55 *Nicolaus Schatenius parte* 1 *Annalium Paderbornenſium, ad annum* 1089, *Folmarum hunc recenſet inter ſchiſmaticos præſules, quos Henricus IV, aliàs III, in Germaniæ epiſcopatus intruſit.* Hoc anno *(Schatenii verba ſunt)* poſt obitum Reinwarci, Mindenſium epiſcopi acerrimique Catholicarum partium propugnatoris, ab Henrico rege Mindenſi eccleſiæ vi armorum impoſitus eſt Volcmarus Hildeſienſis canonicus, qui jam antè à pſeudo-ſynodo Moguntina, vivente adhuc Reinwardo, intrudi cœperat. *Idem annaliſta ad annum* 1094 *eodem quidem modo narrat tragicam Folmari mortem, ſed meritò dubitanter,* ſi quidem vera eſt, *inquiens,* narratio. *Adjicit tamen:* Verùm ſi quis aliorum ſchiſmaticorum epiſcoporum miſerabiles ex hac vita exceſſus recolat, haud incredibile, Volcmarum quoque aliquo miſerabili mortis genere obiiſſe; ſed quoquo ſe iſta modo habeant, fallit certè nos Mindenſe hoc Chronicon, quod eum hoc anno mortuum tradit; cùm litteris à nobis producendis, anno MXCVII adhuc ſuperſtes ſubſcripſerit *&c. Hæc Schatenius: nec ego narrationem iſtam pro certa admitto: viſum tamen fuit eam, relictâ penes Chronica fide, hîc referre. Ad Sancti cultum redeamus.* F

varia Sancti in Breviario Mindenſi

56 *Ad manum mihi eſt Mindenſe Breviarium, anno* 1516 *Moguntiæ excuſum, in cujus prima pagina SS. Petrus Apoſtolus &* Gorgonius, *velut eccleſiæ patroni exhibentur. In hoc Breviario geminum Officium novem lectionum de ſancto Martyre noſtro celebrandum præſcribi-*

AUCTORE C. S.

tur. Primum, quod est Adventûs reliquiarum sancti Gorgonii, *proponitur ad diem* XI *Martii, habetque omnia fere propria, ex Actis maximam partem concinnata: in tertio Nocturno homilia in Euangelium* Nolite arbitrari *præscribitur. Non vacat huc singula referre: unum & alterum versum, in quo de ejusdem Sancti tum Romæ tum Mindæ patrocinio fit mentio, proderit recitâsse. Responsorium* IV *sic habet:* Gorgonius Romæ positus subvenit ad se clamantibus, ejusque meritum latè diffunditur, qui etiam genti Saxonum patrocinatur. ℣. O verè ineffabilem Deum in Sanctis suis, tanta beneficia præstat servis suis! *Quintum verò est hujusmodi:* Per beatum Gorgonium fiunt hîc divina misteria, per orationes ejus ceci illuminantur & infirmi sanantur.

memoria.

57 *Alterum Officium, ex iisdem Actis pariter compositum, cum Octava celebrandum proponitur die* IX *Septembris, nisi incidat in festum Dedicationis ecclesiæ cathedralis: tum enim per diœcesim quidem* Gorgonii festum celebre *agebatur, sed in ipsa cathedrali Dedicatio erat recolenda. Præter hæc singulis quintis feriis vacantibus ab Octava Corporis Christi usque ad Adventum Domini, & ab Octava Epiphaniæ usque ad Quinquagesimam, recitari præcipitur Officium trium lectionum de eodem Sancto, à primis Vesperis inchoandum, quemadmodum feriis tertiis de S. Petro Apostolo, & Sabbathis de sanctissima Dei Genitrice celebrabatur. Denique inter communia Sanctorum suffragia orationes ad eumdem Sanctum leguntur, qui etiam Litaniis immediatè post S. Stephani nomen insertus est.*

B

PASSIO *a*,

a

auctore anonymo,

Ex vetusto codice membranaceo musei nostri, notato O Ms. 19.

C

Auctoris prologus.

MAgnum *b* summopere studium in perquirendis Sanctorum Passionibus nobis est habendum, quia pretiosa est in conspectu Domini mors eorum. Non enim obest *c*, si à nobis nesciantur, sed pro maximo dampno nobis reputabitur, si fideliter & utiliter à nobis minimè perquirantur. Scimus quidem, illos temporalia pro Deo tormenta pertulisse, sicque expleto sui agonis certamine, divina suffragante clementia, ad cælestem gloriam transmigrâsse; quia secundùm sacræ Scripturæ testimonium, fulgebunt Justi sicut sol in regno Patris eorum. Auditores quippe divini eloquii, in quo dicitur, Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, Deo se ad hoc animante, nulla temporalis vitæ supplicia timuerunt subire. Sancti igitur martyres sic à nobis sunt venerandi, ut interventionibus eorum gloriæ, quam perceperunt, mereamur consortes inveniri. Certamina siquidem eorum, dum à fidelibus leguntur, incitamentum fidei præstant, & ne à via Dei desciscamus, exemplis suis animos nostros tangunt & admonent, ne pro Dei labore pigrescant *d*.

b

c

D

d

Exorta persecutione Nicomediæ,

2 Diocletiano igitur in rebus publicis agente, tam sæva in Christianos *e* tempestas exorta est *f*, ne *g* quis se auderet profiteri Christianum, ne suppliciis intolerabilibusque tormentis succumberet. Pater quidem filium, frater fratrem, si illius sectæ inveniretur, velut inimicum manifesta inquisitione prodebat; & ideo quisque, prout poterat, se in speluncis aut latibulis abscondebat; nec parenti aut alicui proximorum Christicolam se esse confiteri præsumebat. Eo namque tempore Diocletiano in Orientis partibus commorante, eadem tempestas in Christianos apud Nichomediam solito gravior exarsit; & quarumcumque civitatum habitatores ad perquirendos Christianos, ubicumque invenirentur, imperatoria majestas velut ignis exurens inflammavit. Tunc beatus Gorgonius clàm & abscondità Christianus *h* cum consorte suo Dorotheo diutius latêre non valens, velut cæleste sidus emicuit, & quid intus ageret, luce manifestiùs aperuit. Erat quidem regii cubiculi præpositus & magister in officiis, quæ intra palatium exhibebantur: cui beatus Dorotheus in eodem officio fide & magnanimitate non impar, strenuè & non segniter obsequebatur.

e

f g

h

E

SS. Dorotheus & Gorgonius

3 Erant quoque Dei cultores eximii, & ad viam veritatis docendam prædicatores & testes idonei: nam intra palatium velut magna luminaria lucebant, omnesque penè cubiculi ministros, ut in fide Dei vigilanter ac liberè persisterent, salutaribus monitis erudiebant; ut in illis impleri videatur illud Davidicum: Ecce quàm bonum & quàm jocundum habitare fratres in unum. Diocletianus igitur in Servos Dei velut leo rugiens, in consistorio palatii jussit sibi solium parari, & Confessores, qui in vinculis & in carceribus habebantur, suis aspectibus præsentari. Statuas etiam vel effigies deorum suorum jussit apponi, quibus thura deberent incendi; sed sancti Martyres spem suam in Domino ponentes & ejus machinas quasi stercora despicientes, constanter clamabant, dicentes: Dii gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit.

Christianos se sponte confitentur;

4 Ad hæc Diocletianus indignatus, quosdam eorum taureis jussit & plumbatis cædi, quosdam verò suspensos ungulis lacerari, alios vivos decoriari. Unum *i* tamen, quem constantiùs & fortiùs suæ vesaniæ resistentem videbat, hunc præ cæteris crudelioribus suppliciis cruciari præcipiebat. Tunc beatus Gorgonius constanter & liberè prorupit in hanc vocem, dicens: Cur, imperator, crudeliùs & sæviùs in hoc solo punis sententiam, quæ viget in omnibus nobis? ut quid in illo crimen dicitur, quod à nobis firmiter confitetur? Hæc nobis fides, hic cultus & unanimis eademque sententia. Hactenus, imperator, tibi militavimus; jam nunc permitte, ut Deo serviamus, cujus creatura sumus: hactenus tui eramus, jam deinceps, velis, nolis, Dei erimus. Ipsi militiam devovimus & militiæ illius signaculum accepimus: tolle militiæ tuæ cingulum, ut absolutè sequamur Christum Regem nostrum. Resipisce miser ab hac, quâ teneris insania, ne perducaris ad æterna tormenta: hæc enim supplicia, quibus Dei Servos affligis, finem habent; illa verò æternaliter permansura nullum finem inveniunt *k*.

F

i

k

quos Diocletianus, frustra primùm blanditus,

5 Igitur ad beati Viri Gorgonii *l* constantissimam professionem Diocletianus mente confunditur, & quò se verteret, nescius, rabidissimâ irâ

l

A irâ ſuccenditur ; anxiè tamen ſecum deliberat, quid de Viro ſibi tam familiari, quippe infra palatium nutrito, agere debeat. Ægrè ſiquidem talem Virum perdendum eſſe diſpoſuit, quem diſciplina morum & generis nobilitas adornavit. Tunc ad ſe deductum cum conſorte ſuo Dorotheo blanditiis, ut ad ſua ſacra redeant, demulcebat, & ampliores illis militiæ honores accumulandos eſſe promittebat. Sed beati Viri reſpectu mentis intimæ Deo ſuſpirantes, illius ſe clementiæ committebant, dicentes : Fiat miſericordia tua, Domine, ſuper nos, quemadmodum ſperavimus in te. Et beati Martyres converſi ad imperatorem, dixerunt : Noli, imperator, fruſtra errare, ut contingat nobis à via Dei declinare : non enim ab illo deficiemus, cui nos militaturos eſſe deſtinavimus : tu nobis temporalem & corporalem nobilitatem opponis, æternos verò faſces & generoſitatem, quâ animæ nobilitantur, quoniam, quid ſint, ignoras, poſtponis. Abſint blanditiæ tuæ, abſint minæ tuæ : nuſquam enim aberit, qui regni ſui participatum in ſimplicitate ſibi ſervientibus promittit.

B 6 Tunc iracundiâ repletus Diocletianus, juſſit eos cuſtodiæ mancipari & catenis vinctos carceralibus tenebris includi, quouſque ſecum decerneret, quid de eis agere deberet. In craſtinum juſſit iterum imperator pro tribunali judiciariam ſibi ſedem conſtrui & quæſtionarios ac carnifices cum diverſis ſuppliciorum inſtrumentis adſiſti. Tunc beati viri, Gorgonius & Dorotheus, deducuntur ad medium, & ut ſuæ ſaluti conſulant, admonentur. Conſulite, inquit imperator, vitæ veſtræ & nobilitati, quia aut glorioſè vivere, aut ignobiliter debetis mori. Si vivere diſponitis, plurimos honores adepturi, inter regni proceres ſemper gaudebitis : ſi verò mori eligitis, non qualicumque, ſed peſſima morte, peribitis. Nam ſi perſtiteritis in contumacia veſtra, proculdubio vindicanda erit deorum injuria. Tunc ſanctus Gorgonius reſpondit pro ambobus : Chriſtus, qui nos ad ſuam fidem vocavit, ne deficiamus in tormentis, ſuâ nos gratiâ confortabit : tu verò, fili diaboli, fac opera patris tui. Chriſtus ſtat ante januam, qui nos perducet ad æternam gloriam : in brevi quidem tranſibit tormentorum tuorum pæna, ſed æternaliter permanebunt promiſſa laborum noſtrorum præmia.

carceri mancipat, & conſtantes in fide

C 7 Tunc juſſit eos in eculeo appendi *m* & flagris & ungulis toto corpore laniari & viſceribus jam pelle nudatis jubentur aceto & ſale perfundi. Inter hæc ſancti Martyres læto vultu ad Dominum ſuſpicientes, dixerunt : Gratias tibi agimus, Domine Jeſu Chriſte, qui nos in tormentis dignatus es confortare : jam tibi toto corde ſuſpiramus, quia citiùs nos te viſuros eſſe ſperamus : tua viſio, quâ angeli gaudent in te aſpicere, æterna ſatietas & æterna vita eſt ; quia temporalis hæc, quæ tranſibit, egeſtas & mors eſt dicenda potiùs quàm vita. Videns itaque Diocletianus beatorum martyrum Gorgonii & Dorothei lætitiam & exultationem, maximam cœpit habere anxietatem & indignationem, quia ſui carnifices ſanctos Martyres laniando deficiebant ; ipſique inter tormenta lætiores effecti, in Chriſti laudibus exultabant.

m poſt equuleum & varia

tormenta, in craticula torreri juber.

8 Tunc cœpit anxiè cogitare, quâ eos poſſet pœnâ multare. Conſtanter quidem ac fortiter tormentorum genera, quæ ingerebantur, tolerabant & quaſi nichil doloris ſentirent, in Domino gaudebant. Aceto nudatis viſceribus infuſum pro Chriſto ſuſtinebant, quem in cruce ſuſpenſum, aceto pro ſe potatum credebant : ſal crudis viſceribus aſperſum non dolebant, quia ſale cæleſtis ſapientiæ ſe imbutos eſſe ſciebant. Ad ultimum igitur à carnificibus deliberato concilio craticula prunis ſubterſtrata ponitur, & quod reliquum fuerat verberibus & ungulis abſumptorum corporum, ſupponitur, & non ad ſubitum, ſed ſenſim paulatimque ſuccenditur, ut martyrii labor tanto fieret crudelior, quanto fuerat inter moras incendii prolixior. A. ANONYMO.

9 Tunc ſancti Martyres, læto ad Dominum animo converſi, dixerunt : Gloria tibi, Domine, quia nos famulos tuos tibi hoſtiam vivam dignatus es efficere : vapor fumi de noſtris ad te corporibus aſcendens nos tibi reconciliet, & in paradiſi ſedibus nos numero ſervorum tuorum aſſocict ; ut quos paſſionibus imitamur, eorum conventibus intereſſe mereamur. Beati igitur, Domine, qui habitant in domo tua ; quia te laudabunt in æterna ſecula : accipe, Domine, ſacrificium paſſionis noſtræ, & ut ſuavis odor aſcendat in conſpectu Divinæ Majeſtatis tuæ. Tuum, Domine, ſi perſtiterimus, noſtrum verò, ſi in tormentis caſum fecerimus ; memento, Domine, fragilitatis noſtræ & miſericordiæ tuæ, & conforta nos in hac paſſione : erigat nos, Domine, dextera tua & protegat nos contra diaboli temptamenta : exurge, Domine, adjuva nos, & propter nomen tuum libera nos. Factâ autem hâc oratione, omnis prunarum calor refriguit, & facies beatorum Martyrum quaſi candor ſolis emicuit, viſumque eſt omnibus, quaſi in florido lecto jacêrent, nichilque doloris ac mali ſentirent. Iterum beati martyres, Gorgonius & Dorotheus, ad ſolitâ precum & gratiarum munia converſi, dixerunt : Salvaſti nos, Domine, de affligentibus nos, & confudiſti omnes, qui oderant nos : confundantur, Domine, omnes iniqua agentes ; quia tu ſalvas omnes in te ſperantes. *His conſtantiſſimè toleratis,* E

10 hiis dictis, de craticula eriguntur & fideles quique aſtantes, qui adhuc timore latuerant, paſſionis eorum certamine ad meliora opera incitantur & confortantur. Iterum verò ſancti Martyres pſallentes Deo dixerunt : Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus. Tunc Diocletianus conſtantiâ Martyrum devictum ſe dolens, nichilque ampliùs ſe in eos prævalere perpendens, datâ ſententiâ Gorgonium & Dorotheum, rebelles culturæ deorum & imperatoriæ juſſioni, laqueo ſuſpenſos juſſit interimi : qui à carnificibus extracti & ad locum certaminis educti, orationis faciendæ moras ab ipſis optinuerunt, ſicque ad Deum converſi dixerunt : Gratia & gloria tibi, Domine Jeſu Chriſte, qui nos uſque ad hanc horam dignatus es confortare : nunc verò toto corde anhelamus, & quàm citiùs tuæ Majeſtatis gloriam videre deſideramus. Perfice, Domine, curſum noſtrum, quia in manus tuas commendamus ſpiritum noſtrum. Expletâ autem oratione, ſurgentes & fidelibus Chriſtianis, qui aſtiterant, oſculum pacis & ſalutis offerentes, à carnificibus ligantur & laqueorum nodis appenſi crudeliter interimuntur. *laqueo necantur.* F

11 Poſt quorum felicem obitum Diocletianus infelix juſſit canibus projici devoranda corpora eorum : Ne ſibi, inquit, Chriſtiani in corporibus illudant & ex illis ſibi nobis inſultando, Martyres faciant, canum morſibus corpora eo- *Corpora à Chriſtianis ſepulta clarent miraculis.*

A. ANONYMO.

eorum laniata dispereant & per omnes plateas numquam in unum colligenda canes & lupi distrahant. Sed longè aliter evenit, quàm ille truculentus tyrannus suæ malitiæ præluserit: nam in sequenti nocte fideles Christiani corpora eorum à canibus & lupis intacta *n* rapuerunt & condigno honore sepelierunt; ubi ad laudem & gloriam Christi præstantur innumera beneficia & in dæmoniacis aliisque infirmis, patrocinantibus eisdem Martyribus, divina fiunt miracula, ut omnibus liquidò patefiat, quanti meriti martyrium eorum apud clementiam divinam existat.

n

12 Interjectis dehinc aliquot annorum curriculis, beati Gorgonii corpus ad Romanam *o* transfertur, positumque Viâ Latinâ *p* inter duas lauros, honorabiliter & gloriosè veneratur: magnum quippe in sanctis Martyribus suis fidelibus Christus patrocinium præparavit, qui post ingressum vitæ æternæ corpora eorum *q* divisit, ut unus patrocinetur Græciæ *r*, alter sanctæ Romanæ Ecclesiæ: sed licèt corpora eorum sint divisa, utriusque tamen patrocinia, cùm ad unius tumulum accubuerimus, præsentia sunt & conjuncta. O verè mirabilem Deum in Sanctis suis, qui tanta beneficia præstat servis suis! Dorotheus in Græcia exoratur, ut interveniat, & sanctus Gorgonius, Romæ positus, cum Collega suo se exhibet, ut subveniat: & cùm Romani deflent ad tumulum sancti Gorgonii, non abest consensus & auxilium beati Dorothei.

Corpus S. Gorgonii Romam,

o

p

q

r

B

13 Post hæc iterum longo intervallo temporum reliquiæ sancti Gorgonii per Grodegangum, venerabilem ecclesiæ Metensis episcopum, transferuntur ad Gorziense cœnobium *s*: inde postea crescente in Saxoniæ partibus Christiana Religione pars earumdem reliquiarum in Saxoniam attribuitur, ubi idem sanctus Gorgonius genti Saxonum & ecclesiæ Mindonensi *t* patrocinatur, regnante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & gloriatur Deus per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Inde pars aliqua Gorziam, & hinc aliqua Mindam transfertur.

s

t

ANNOTATA.

C

a *In codice nostro vetustissimo, unde hæc Acta excudimus, hic titulus præfertur:* Passio sancti Gorgonii martyris, *nullâ facta mentione de* S. Dorotheo: *ita etiam habet alius vetustus codex musei nostri notatus* ✠ *Ms. 74: quod factum puto, quia* S. Gorgonius *in Ecclesia Occidentali præ* S. Dorotheo *singularem cultum obtinuit. Tertius tamen codex præcedentibus multo recentior, signatus* P. Ms. 19, *utriusque Martyris sic meminit:* Die Septembris nona. Passio sanctorum Gorgonii & Dorothei.

b *In codice* ✠ Ms. 74 *præfigitur:* Incipit præfatio: *in codice* P. Ms. 19: Incipit prologus in Passionem sanctorum martyrum Gorgonii & Dorothei.

c *Id est, Sanctorum in cælis gloriæ non obest.*

d *In duobus codicibus lit.* b *memoratis leguntur tituli, quos ad lit.* a *recitavimus.*

e *Codex* P. Ms. 19 *habet:* Tum sæva Christianis: *verùm hujusmodi minutias, quia codex recentior est, imposterum non observabo.*

f *Suscitata est hæc persecutio anno Christi* 303, *ut videre est ad diem* 7 *hujus mensis, ubi de S. Joanne martyre actum est.*

g *In duobus codicibus suprà laudatis legitur* Ut non aliquis se profiteri auderet *&c.*

h *Hallucinatus est auctor, dum credidit,* SS. Dorotheum *ac* Gorgonium *clàm Christianos fuisse: contrarium enim diserte tradit Eusebius lib.* 8 *Historiæ Ecclesiasticæ cap.* 1, *ubi inter cetera ait:* Quid opus est dicere de iis, qui in imperatorum palatiis versabantur, quid de imperatoribus ipsis, qui domesticis suis eorumque uxoribus, liberis ac servis, ea quæ religionis suæ erant, tam verbis quàm factis liberè exsequendi coram semetipsis potestatem dederunt: ipsis ob hanc fidei suæ libertatem gloriari ac se ostentare quodammodo permittentes; eosque præ ceteris omnibus ministris præcipuo quodam amore complectebantur. Cujusmodi fuit Dorotheus ille, qui summam erga ipsos benevolentiam ac fidem declaravit, eamque ob causam præ cunctis magistratibus & provinciarum rectoribus magnum honorem promeruit. Huic adjungendus est celeberrimus ille Gorgonius, & quicumque alii ob sermonem Dei eamdem cum istis gloriam sunt consecuti.

D

i *S Petrum significat, cujus martyrium Eusebius describit lib.* 8, *cap.* 6, *quodque in Opere nostro tom.* 2 *Martii, die* 12 *lector reperiet. Consule etiam Commentarium nostrum prævium num.* 4.

E

k *Hæc* Gorgonii *ad Diocletianum apostrophe partim desumpta est ex Rufino (vide num.* 4 *Commentarii) partim aliunde, aut ab ipso auctore composita.*

l *Alii duo codices habent:* Ad hanc sancti Viri constantissimam *&c.*

m *Quid de hoc & reliquis tormentis censendum sit, consule Comment. num.* 3 *&* 4.

n *Unde hæc omnia didicerit auctor, penitus ignoro: vide dicta in Comment. num.* 5.

o Urbem *addunt duo codices sæpe memorati. Quid porrò de* S. Gorgonii *corpore Romam translato censendum sit, examinavimus in Comment.* § 3: § *verò* 2 *ejusdem in urbe Romana antiquum cultum ostendimus.*

p *Nonne legendum:* Viâ Lavicanâ? *Adi Comment num.* 12 *&* 13.

q *Laudati codices legunt,* ita divisit.

r *Ubi in Græcia* S. Dorothei *corpus quiescat, nusquam reperi.*

s *Adi Commentarium* § 4.

t *Consule Commentarium* § 5.

F

TRANS-

TRANSLATIO

ET MIRACULA S. GORGONII

auctore monacho Gorzienſi, ſeculi x ſcriptore *a*.

Ex Ms. Remenſi, collato cum editione Mabillonii ſec. 3 *Benedictino, parte* 2.

CAPUT I.

S. Godegrandus Metenſis epiſcopus corpora SS. Gorgonii, Nazarii & Naboris MM. Româ in Galliam defert: S. Gorgonii corpus ab Agaunenſibus furto ſublatum repetit & Gorziæ deponit.

Divinæ opis invocatio & ratio ſcribendi.

DEſcripturus miracula patroni noſtri, beati Gorgonii, quæ viſu & auditu comperi, ineffabilem Dei omnipotentis clementiam mecum hortor ut exorent, qui ſuaſores hujuſcemodi exſtiterunt rei; ut ſcilicet ipſe, qui linguas infantium facit diſertas, & per Prophetam dicit, Aperi os tuum, & ego adimplebo illud; aperiat cordis mei plenarium intellectum, & repleat ſecundùm jam memoratum Prophetam omnia interiora mea ſuæ dono affluentiæ. Quod me conſequi non diffido tam meritis eximii Patroni noſtri, quàm precibus eorum, quos præfatus ſum: quoniam, ut ait beatus Ambroſius, difficile eſt multorum preces non exaudiri. Nemo ergo captus lepore ſæcularis eloquentiæ huc adeat ob hoc, ut hîc quid ſimile quæſitet, quoniam non inveniet, eo quòd ignorem eam: & ſi utique ad plenum illam comprehendiſſem, hîc inſerere detrectâſſem, pro eo, quòd à Domino improbetur, dicente Scripturâ: Perdam prudentiam prudentium, & ſapientiam ſapientium reprobabo: itemque beato Paulo Apoſtolo hoc ipſum comprobante: Si quis vult, inquiens, inter nos ſapiens eſſe, ſtultus fiat, ut ſit ſapiens *b*. Solùm ille accedat, qui ferventi corde Patronum noſtrum collaudare ſatagit, ac velut apis prudentiſſima, floſculos virtutum, quibus proficere queat, ad augmentationem animæ ſuæ colligere curat. Si quis igitur quidpiam utilitatis repererit, meritis ſancti Gorgonii adſcribat: ſi quid ignaviæ, errori meo ignoſcat. Non enim exorſus ſum opus hoc animo temerario, ſed ferventi in ejus amore laudis præconio, cujus pia interceſſio ſit apud Dominum omnium noſtrorum optata remiſſio peccaminum. Amen.

S. Godegrandus Gorziæ conditor.

2 Aggrediar ergo tandem cum Dei adjutorio, atque ipſius prece evolvere quædam ejus geſta, quæ nobis oſtendere dignatus eſt mirifica. Temporibus Childerici *c* regis, exſtitit quidam Mediomatricæ *d* civitatis epiſcopus, nomine Chrodegangus *e*. Hic repletus amore illo, de quo dicit beatus Gregorius, Numquam eſt amor Dei otioſus, operatur enim magna, ſi eſt; plurima & laudabilia patravit opera, quæ ſcire qui cupit, geſta pontificum legat Mettenſium, ibique pleniùs inſtruetur. Ut ergo illud Pſalmiſtæ compleret, Adjiciam, Deus, ſuper omnem laudem tuam, monaſterium conſtruxit in loco, qui vocatur Gorzia *f*: prædiiſque quamplurimis non modici pretii ditavit ob remiſſionem ſuorum criminum, ut idem in apologiis *g* ſuis ſcribit, quæ penes nos hactenus diligenti cuſtodia ſervantur. In quibus non ſolùm laicis, verùm & fratribus ſuis coëpiſcopis omnem prorſus abſtulit facultatem ſub horribili omnipotentis Dei interminatione, quicquam monachis Gorzienſibus auferendi eorum, quæ ipſe dederat, vel in futurum prædicti monachi valerent adquirere, ſeu Fideles pro remedio animarum ſuarum illuc collaturi erant; quique quietem eorum in Dei ſervitio perturbare molirentur. Dixit autem illis *h*, qui contrarii ejus ſententiæ eſſent, dummodò neminem vellet aut deberet maledicere, invitandos ante tribunal metuendi Judicis, ut ibi conquiratur unà cum beato Petro Apoſtolorum Principe ac ſancto Gorgonio de his, qui dehoneſtantes Deum & Sanctos ejus præfatos, in quorum tutela eumdem dedit locum, perturbatores atque deſtructores ſanctæ religionis fuêre. Quod ſucceſſores ejus præſules aliqui parùm, proh dolor, caverunt, qui exſtirpatores (ut ita dixerim) totius religionis exſtiterunt. Qui pœnas quidem in oculis hominum partim luêre; qualiter verò in futuro ſint ſæculo, novit ſupernus Arbiter: de quorum miſerrima converſatione melius eſt ſilere quàm loqui. Sed redeamus, hoc triſte deponentes, ad priorem piæ recordationis virum.

tria corpora Sanctorum Româ defert:

3 Cùm omnia impleſſet memoratus Chrodegangus antiſtes erga religionis opera, quæ ſancto ejus volvebantur deſiderio, cupiens ſæpe dictum locum abundantiùs cæleſtibus ditare theſauris, quem affluenter terrenis repleverat; Romanum adiit Apoſtolicum, Paulum *i* nomine, poſcens ſibi dari pignora aliqua Sanctorum, quæ has inſignirent partes regionis. Qui concitus volente Deo ejus annuens precibus, tradidit ei tria corpora ſanctorum Martyrum, Gorgonii, Naboris, & Nazarii *k*. Sanctum Naborem martyrem Hilariaco *l* delegavit monaſterio; ſanctum autem Nazarium cuidam religioſæ feminæ tradidit, quæ in prædio ſuo ultra Rhenum, quod dicitur Lorſan *m*, collocavit, eo quòd idem prædium ſuum unà cum filio ſuo, ſancto Stephano tradidiſſet; beatum verò Gorgonium penes ſe ſtatuit in loco, qui dicitur Gorzia, anno ab Incarnatione Domini ſeptingenteſimo ſexageſimo quinto *n*, ubi ſe quoque, cùm vocaretur à Domino ex hac ærumnoſa vita, ſepeliri fecit.

Agaunenſes corpus S. Gorgonii furantur; * *l.* deferretur

4 Igitur beatus Gorgonius miraculorum quid egiſſet priſcis temporibus, ignotum eſt, eo quòd ſimus juniores tempore: ſed hoc ſolùm nobis volans fama detulit, quia cùm deferreretur * à ſancto pontifice Chrodegango, tranſitâ Aufoniâ *o*, per quam eum Dominus multis virtutum glorificaverat portentis, in qua etiam villas prædiaque adquiſierat quàmplurima, cives acciti famâ deſiderioque ejus accenſi, qui hæc illi contulerant, venerit plebs Fidelium eum comitantium ad S. Mauricii collegium *p*. Quo cùm hoſpitarentur

A. ANONYMO. ſpitarentur aliquamdiu, clerici famâ ſublimi, quæ longè latèque protelata erat, Martyris Chriſti ineretiti, acceſſerunt clanculò ad ſcrinium, quo tegebantur pretioſa oſſa, aperienteſque eum *, ſigillum cum omni diligentia ingeniosè, ne perpendi poſſet, inciderunt, furantes eum, ſigillumque ipſum continuò reſtituerunt in loco ſuo. Igitur poſtquam requieverant adventantes *q*, quantum ſibi viſum fuerat, ſublatis pignoribus ſacris, diſceſſum eſt. Confecto itinere diei unius, nihil miraculi accidit, ſimiliter ſecundo addito & tertio. Archicapellanus hoc videns, dixit ſociis: Quid eſt, fratres, quod agitur? Fortè Deum unà cum Patrono noſtro offendimus, qui lætificabat nos aſſiduè ſuis jucundis miraculis. Redeamus ſubtiliter noſtras ad conſcientias, confiteamur alterutrùm humiliter, ſi quid deliquimus negligenter, pro quo beneficiis ſuetis forſan caremus dolentes. Diligenter autem exquirentes ſe mutuò, minimè invenerunt accidiſſe culpæ ſuæ nævo.

* id

q

quod ipſe repetit:

B

5 Accedentes igitur, aperto ſcrinio, ſigillum mox diſſiliit haud ab illis tactum, ſuoque ſe invenerunt fraudatos peculio. Indicantur lacrimabiliter epiſcopo, quæ acciderant: at ille graviter gemens, Pippinum regem *r* tunc temporis mæſtus adiit, auribus regiæ majeſtatis ingerens, quæ ſibi accidiſſent non ſperata incommoda. Cui rex ait: Nunc hiems horrida imminens tentare quid prohibet: tranſacta hyeme, ſumtis fratribus veſtris coepiſcopis, Trevirenſe *ſ*, Virdunenſe *t*, Tullenſe *u*, ac duce regni, adite præfatum locum, jubendo vobis reddi, quæ veſtra ſunt: ſi contempſerint, ſumite ſanctum Mauricium cum ſociis ſuis, ac repedate in patriam ovantes habendo eos. Factum eſt, ut rex juſſerat, reditumque eſt ad ſanctum Mauricium cum manu valida. Panduntur edicta regis, inquiſitum eſt diligenter, negatum fortiter. Tunc venerabilis præſul ſic concionatus eſt ad eos: Quia intuliſtis mihi prolixè * diſpendium viæ confectæ, inſuper ſancita regis contemnitis; faceſſo, quæ mihi idem rex imperavit. Continuòque arreptâ ſecuri, cum ſociis, qui ſecum venerant, pavimentum eccleſiæ cœpit confringere; quod illi minimè autumabant eos audere agere. Cernentes verò hoc, ſubmiſſis vocibus humiliter petiêre inducias, ſe licere inquirere *x*.

r

ſ t u

* *Mabil.* nimis prolixæ

x

C Votis autem eorum devotus pontifex prompto annuens animo, intermiſit, quod cœperat. Manè facto, reddunt theſaurum furattum: quem ſuſcipiens præſul, cum grandi tripudio ab eadem egreditur eccleſia. Mox igitur ut valvas eccleſiæ attigit, cæco oculos amiſſos reddidit.

nec ſine miraculis

y

6 Dehinc multis emenſis terrarum ſpatiis, perveniunt ad villam, Waringîi nomine nuncupatam *y*. Cúmque adveniſſet tempus ſomnii, locaverunt ſancti Martyris glebam in medio campo, ubi ad caput ejus una tantùm ſpina menſurâ cubiti erat, in quo lignum Domini, quod clerus ſecum vehebat, ſuſpenderunt. Quæ ſpina tantæ altitudinis unâ eâdemque nocte excrevit, ut revertentes clerici ob lignum Domini, quod ibidem obliti fuerant, nullo modo valerent ſtantes * ad terram culmen altitudinis ejus attingere, ſed potiùs quibuſdam machinis factis ad ipſam ſcanderent. Cujus miraculi devotione in eodem loco eccleſiam conſtruunt *z*, atque ex nomine ſancti Gorgonii ædificatam dedicant; ubi virtutes ipſius hactenus pollent. Nec dubitandum eſt, eum pluribus his effulſiſſe prodigiis per tot annorum curricula, qui tam brevi ſpatio temporis diebus noſtris tot enituit ſignis: ſed vecordiâ eorum & incuriâ, ut reor, qui, proh dolor, ingrati fuêre tam Deo, quàm proprio Patrono, receſſit à memoria poſterorum: adeo ut nec veſtigium alicujus indicii poſſit inveniri. At nos imitatores illorum eſſe formidantes, quædam cudimus *, licèt inculto eloquio.

* *idem* ſtantis

z

D

* *idem* audemus *per viam*

7 Igitur poſt hæc dum delata fuiſſent ejuſdem beatiſſimi martyris Gorgonii reverenda oſſa in prædium duorum fratrum illuſtrium, vocitatum Mons-Vironis *aa*, locata ſunt in prato, quod tunc temporis exſtiterat, in quo nunc eccleſia eſt fundata ob pretioſam memoriam ipſius. Itaque ſacræ excubiæ celebratæ ſunt nocte, ut decebat, devotè. Caſu verò acciderat, & magìs (ut credi poteſt) diſponente Deo, fratres adeſſe utroſque. Laborabatur, ut ſurgeret, ſed potis non erat levari illum. Quod prudenter advertens unus fratrum: Hæreditarius, inquit, iſte Vir ſanctus * Dei noſter vult eſſe; & ego libens aſſentio ac auctoritate mea confirmo. Interim quidem dum vivo, honore prædii mei fruar; poſt mortem verò meam portionis meæ hæreditarius feliciter exſtet. Reſpondens alter dixit: Quamdiu vult, jaceat ſibi; meus numquam particeps erit. Vix verba finierat, moxque à dæmone tàmdiu tortus in terram volutatus eſt, quouſque invitus daret, quod priùs ſponte dare detrectaverat. Tum demùm liberato eo à dæmonio, illicò levi motu etiam Martyr Chriſti elevatus eſt, gaudentium humeris ad locum deſtinatum vehendus.

aa

* *ibid.* ſocius

E

factis

8 Erat equidem ſæpe fatus Vir Dei immitium & duricordium caſtigator citiſſimus, ac poſt correctionem reparator eximius. In eodem ſiquidem itinere, quod ſubnectimus, ſtupendum accidit miraculum. Dum devenirent latores ſancti pignoris ad locum Noviantum *bb* nomine, depoſuerunt ibidem onus pretioſum. Inerat autem huic ſancto Martyri moris, ut quemcumque affectâſſet locum, non priùs levari poſſet venerabile corpus ejus, quouſque idem locus cum omnibus appenditiis ejus ditioni ſubjiceretur. Igitur advenientes manè, quo cœptum carperent iter, glebam levare fatagebant ſancti Martyris; ſed nullius ſequebatur efficacia conaminis. Gnari autem hujus difficultatis, protinus adeunt loci dominum, qui fortè illis diebus ibidem morabatur: morem pandunt, voluntatem propalant, quid tali recubitu ſuo beatus Martyr portenderet, inſtruunt. At ille vento ſuperbiæ turgidus, reſpondit, ſe nihili pendere, quamdiu jacêret; nec hac occaſione quicquam illi ullo modo cedendum eorum, quæ ſui juris erant.

bb

F

Gorziæ deponit.

9 Continuò effrænatum os ultio divina inſequitur. Nam ut hæc verba finivit, os ipſius horribiliter ac turpiter diſtortum eſt, adeo ut auribus ejus videretur proximare. Sentit tunc miſer, quem concitâſſet ad perniciem ſui. Statim autem beluina mens ejus propriam reſumens conſcientiam, humiliter obtulit pretioſo Martyri, quæ priùs inani gloriâ elatus pertinaciter negaverat: moxque incolumitati priſtinæ reſtitutus, gratiarum rependit actiones, Sanctuſque cum omni facilitate aſſumptus ad deſtinatum perfertur cœnobium. Hæc ſunt jucunda & mirifica omnipotentis Dei opera, per quæ dignatur glorificare Servos ſuos in hujus vitæ politio *cc*, comprehendendo ſapientes in aſtutia eorum. Vir enim iſte putavit, ſe Servo Dei, utpote defuncto poſſe reſiſtere; ſed vigil de cælo Cuſtos ejus, immò omnium fidelium, verbere proprii corporis hunc

cc

A hunc non ſolùm mulctavit, verùm etiam bonum, quod ſponte non curavit impendere, coactivè compulit gerere.

ANNOTATA.

a *De auctore actum eſt in Commentario num.* 9. *In Ms. Remenſi præfigitur hic titulus :* De tranſlatione & miraculis ſancti Gorgonii martyris. *Mabillonius primum hujus capitis numerum auctoris Prologum rectè vocavit, nos Ms. ſecuti Tranſlationem in capita diviſimus, non eamdem partitionem obſervavimus.*

b *Quid Apoſtolus adductis ſententiis intendat, videri poteſt apud interpretes : tutò tamen poterat auctor Tranſlationem hanc elegantiori ſtylo conſcribere, nec omnino abſono conſcripſit. Porrò Mabillonius legit :* Itemque Apoſtolus hoc ipſum comprobavit *&c. : ſed ejuſmodi minutias inpoſterum inobſervatas præteribo.*

c Childericum III *& ultimum ſtirpis Merovingicæ deſignat, quo exauctorato, Francorum regnum in Pippinum Brevem tranſlatum eſt.*

B d Mediomatricum *nunc* Metæ, *vulgò* Mets, *Mediomatricorum caput, nota eſt olim Belgicæ primæ urbs, & antiquo epiſcopatu ſedis Trevirenſis ſuffraganeo nobilis.*

e *De* S. Godegrando *ſeu* Chrodegango *Metenſi epiſcopo actum eſt in Opere noſtro tom.* 1 *Martii ad diem* 6 ; *ubi oſtenditur conſecratus fuiſſe epiſcopus anno* 742, *obiiſſeque anno* 766.

f *Celeberrimi Gorzienſis monaſterii à S. Godegrando fundati ſitus & reliqua eò ſpectantia ſtudioſus lector reperiet in Commentario prævio ad Acta B. Joannis ejuſdem loci abbatis, tom.* 3 *Februarii, die* 27, *ubi ea* § 1 *ſatis prolixè ſunt tradita. Hìc ſufficerit annotâſſe, monaſterium illud in Mediomatricum regione cis Moſellam conditum fuiſſe, & à rivo, cui adjacebat,* Gorziam *appellatum. De poſtrema hujus loci fortuna videri poteſt Commentarius num.* 40.

g *Fundationis literas videtur denotare, ex quibus aliqua delibantur in Comment. prævio ad Acta B. Joannis mox laudata.*

h *Mabillonius legit :* Dixit quoque, illos *&c. : & paulò inferiùs :* Ut ſibi conqueratur cum beato Petro *&c.*

C i *Fuit is S. Paulus PP., ejus nominis* I, *cujus Acta illuſtrata ſunt tom.* 5 *Junii, ad diem* 27. *Sunt, qui velint, quòd S. Godegrandus laudatum ſanctum Pontificem ipſe non adierit, ſed per legatos ad eumdem miſſos aliquot ab illo Sanctorum reliquias petierit, quas Paulum ipſi per Williharium Sedunenſem epiſcopum miſiſſe arbitrantur. Vide dicta in Commentario num.* 35 *& ſequentibus.*

k *Acta* SS. Naboris *&* Nazarii, *qui unà cum SS. Baſilide & Cyrino ſub Diocletiano Romæ paſſi ſunt, illuſtrata reperies tom.* 2 *Junii, die* 12, *quâ coluntur, ibique etiam actum eſt de priorum tranſlatione.*

l De Hilariaco *monaſterio, apud Lotharingos per S. Fridolinum fundato, conſule Acta ad lit.* k *mox laudata, ubi etiam* Nova-cella *&* Helera, *ac poſtmodum* S. Naboris *ab ejus corpore eò tranſlato nuncupatum dicitur. Neſcio, quid ſibi velit Mabillonius, dum tom.* 1 *Annalium ad annum* 590, *num.* 27 Heleram *ab* Hilariaco *ſeu* Nova-cella *diſtingui contendit, & Heleram quidem à S. Fridolino ad Moſellam in honorem S. Hilarii ſeculo* 6 *conditam ſuiſſe, Hilariacum verò ſeu Novæ-cellæ monaſterium prope Saram fluvium longè à Moſella ſeculo* 8 *per Sigivaldum Metenſem epiſcopum conſtructum fuiſſe in honorem S. Pauli Apoſtoli, quod deinde* S. Naboris *ob delatum eò corpus vocitatum ſit. Ita ibi exiſtimat, erroris arguens, qui aliter ſentiunt : & tamen tom.* 2 *ejuſdem Operis, ad annum* 734, *num.* 23 *hæc ſcribit :* Tunc temporis florebat Sigibaldus epiſcopus Mettenſis, qui . . . duo monaſteria condidiſſe perhibetur à Paulo diacono, quorum unum Hilariacum ſeu Novæcella . . . in Mettenſi diœceſi. . . Auctor primus ſanctus Fridolinus abbas, qui illud in honorem S. Hilarii, unde Hilariacum dictum, conſecravit, ſancti Naboris etiam appellatum, de quo aliàs diximus. Ejus veluti conconditor habitus eſt Sigibaldus, qui illud à fundamentis hoc anno inſtaurâſſe memoratur. *Neſcio, an hoc loco eorum, quæ primo tomo tam aſſeveranter dixerat, fuerit oblitus, an eadem tacitè retractârit.* A. ANONYMO.

m Lorſan *etiam legitur in editione Mabillonii : deſignatur autem monaſterium Laureshamenſe, ſitum in inſula diœceſis Moguntinæ,* E *poſtmodum* Aldenmunſter *appellata, teſte Mabillonio tom.* 2 *Annal. ad annum* 764, *num.* 70. *De ejuſdem fundatione agitur etiam in Commentario hiſtorico de S. Godegrando ad diem* 6 *Martii,* § 3, *num.* 10, *ubi ex Chronico Laureshamenſi illud anno* 764 *fundâſſe dicitur* Cancor illuſtris Rhemenſis pagi comes cum matre ſua religioſa & Deo acceptabili Williſwinda, vidua Ruperti comitis. *Hinc patet, quos Tranſlationis auctor per religioſam feminam, ejuſque, de quo mox, filium indicare voluerit.*

n *Toto* § 4 *Commentarii prævii diſputavimus de hac tranſlatione, & de anno, quo contigit.*

o *Id eſt* Italia.

p *Denotat Agaunenſe S. Mauricii ſociorumque ejus celebre olim monaſterium, quod Sigiſmundus Burgundiæ rex ad prædictorum martyrum ſepulcrum in Valeſia ad Rhodanum flumen, jam auctum Drantiâ, lacum Lemanum verſus condidit. Quod verò Tranſlationis auctor, qui ſeculo* X *ſcripſit, Agaunum* collegium, *ejuſque incolas mox infrà* clericos, *non monachos appellet, id Cointius tom.* 5 *Annalium Francorum ad annum* 764, *num.* 15 *per errorem factum* F *putat ; quia ſcilicet diu poſt hanc tranſlationem, ſeculo nempe* IX *ſub Ludovico Pio imperatore, & Adalongo abbate monachis ſubſtituti ſunt canonici, ut habent Sammarthani tom.* 4 *Galliæ Chriſtianæ in catalogo abbatum Agaunenſium, & Mabillonius tom.* 2 *Annal. ad annum* 824, *num.* 68.

q *Apud Mabillonium eſt* advertentes : *at noſtra lectio eſt clarior.*

r *Scilicet Pippinum cognomento* Brevem, *qui depoſito Childerico, Francorum regnum obtinuerat.*

ſ Trevirenſe *deſideratur in editione Mabillonii. In catalogo archiepiſcoporum Trevirenſium apud Calmetum tom.* 1 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ Lotharingicæ præfixo tum ſediſſe dicitur* Veomadus, *quem Sammarthani fratres Galliæ Chriſtianæ tom.* 1 Wiemadum *appellant.*

t *Cointius tom.* 5 *Annal. ad annum* 764, *num.* 15 *notat, Virdunenſi eccleſiæ tum præfuiſſe* S. Madelveum : *conſentit Calmeti catalogus, ubi* Magdalveus *dicitur.*

u *Laudatus Cointius putat, hunc fuiſſe* Go-

A. ANONYMO.

donem : *at in catalogo epiſcoporum Tullenſium apud Calmetum in citato Opere ſub id tempus* Jacob *&* Borno *leguntur : uter rectiùs, non vacat inquirere.*

x *Id eſt :* Ut ſibi liceret inquirere.

y *Hadrianus Valeſius in Notitia Galliarum de eo loco hæc habet :* " Eſt alia cella ſita in Wa-„ rengiſi Villa, quam etiam monachi ſine licen-„ tia mea inhabitare noſcuntur „ : ut ait Frotharius Tullenſis epiſcopus in epiſtola ad Drogonem Mettenſem epiſcopum. Warengiſi Villa igitur ad Tullenſem diœceſim pertinebat, quæ hodieque Warangeville nuncupatur, poſitaque eſt ad ripam Mortæ fluminis in Lotharienſium finibus, inter Roſaria (Roſieres) & Nanceium, etiamnum cellâ ſeu Prioratu clara, à domino quondam ſuo cognominata. *Verùm hunc locum ſaltem ſeculo* x *ad Metenſem epiſcopatum pertinuiſſe, infrà videbimus.*

z *Huic eccleſiæ ſive tum, ſive poſtea quædam cella addita fuiſſe videtur, de qua Frotharius, quem Calmetus in Catalogo Tullenſium epiſcoporum anno* 846 *obiiſſe notat, in Annotatis ad litteram præcedentem ſcribit. De eodem loco ſermo infrà recurret.*

B aa *Godefridus abbas Gottwicenſis in Charta geographica Germaniæ medii ævi, quam parti* 2 *tom.* 1 *Chronici Gottwicenſis inſeruit,* Montem-Vironis *collocat inter Moſellam & Salam fluvios, haud procul ab hujus ripa, æquali ferè diſtantiâ à Nanceio & Muſſiponto. Hic ſitus rectè convenit itineri, quod hic deſcribitur.*

bb *Mabillonius legit* Nomantum : *at* Noviantum *legendum arbitror ; videturque fuiſſe locus ille, quem Calmetus in charta geographica diœceſis Metenſis, tomo* 1 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ & civilis Lotharingiæ præfixa, vocat* Noveant : *hic enim inter Gorziam & Montem-Vironis interjacet, quemadmodum inſtituti itineris, de quo hic agitur, ratio poſtulat.*

cc *Apud Mabillonium rectiùs legitur* politia, *quæ vox hîc pro* regimine *uſurpatur.*

CAPUT II.

C *Hungarorum metu reliquiæ Metas deferuntur : earum partem donare monachus divinitus prohibitus : Gorzia inſtauratur, & quædam prædia recuperantur.*

Reliquiæ Metas delatæ : earum portio donari prohibita: a b

EA tempeſtate, quâ Ungarii pervagabantur has regiones *a*, Wigerico *b* præſule civitati Mettenſi præſidente, fugerunt monachi ad civitatem eamdem, ſua omnia ſecum tollentes : inter quæ pretioſiſſimum pignus ſancti Gorgonii evehentes, locaverunt in eccleſia S. Salvatoris, eo quòd ſeptione murorum necdum munitus eſſet ambitus monaſterii. Erat tunc temporis quidam venerabilis ac religioſus ſacerdos, rector & cuſtos ejuſdem eccleſiæ. Hic accenſus ſancto deſiderio, aggreſſus eſt quemdam monachum, quem ego ipſe puerulus *c* valdè ſenem vidi centenarius *, ut ferebatur, poſcens ſibi dari reliquias de eodem corpore, quò dignus mereretur fieri benedictione tam grandi ; quod illicò ſpondere illi non diſtulit. Venientes autem ambo ſimul conſtituta die, quò pactionem mutuò firmatam clanculò gererent ; confeſtim ut glebam *d* attigerunt ſancti Martyris, quaſi exanimes effecti ceciderunt in terram pænè mortui, nullum penitus ſenſum aut valorem * aliquem habentes. Cùmque poſt trium vel quatuor horarum ſpatium in ſe reverſi fuiſſent, experti ſunt in ſe virtutem Martyris. Iterum autem poſt paululum, cùm jam convaluiſſent, quaſi immemores priſtinæ caſtigationis, rurſus venerabilis presbyter ait ad præfatum monachum : Ecce ſacrorum membrorum ejus benedictione perfrui dignus non fui : ſaltem nunc *e* vel aliquam portionem ſcrinii, quo ejus ſacra continentur oſſa, dare non differas. At ille, ut reor, vile æſtimans fore, quod petebatur, rurſus idem adiit ſcrinium, admovenſque manus tangere jam dictum ſcrinium, eodem modo, ut priùs, in terram ceciderunt, & facti ſunt velut mortui. Quo facto, ſanctus Martyr talem cæteris incuſſit terrorem, ut nullus deinceps eum inquietare præſumeret.

c * *Mabil.* centenarium

D *d* * *ibid.* calorem *e*

E *Adeldebero locum reſtaurat : cæcus curatur.* F *f* * *ibid.* perluſtrans *g*

11 Temporibus itidem memorati præſulis Mettenſium, cùm domnus Adelbero *f* juvenili adhuc vernaret ætate, tactus divino inſtinctu nudis pedibus ab civitate monaſterium Gorzienſe gratiâ orandi adiit : qui altaria cuncta perluſtraret *, ſagaci induſtria invenit, ſimum tam aſinorum, quàm reliquorum animalium in circuitu altarium. Tunc ſuſpirans graviter & ingemiſcens amarè, cum lacrymis pergit ad tumulum beati martyris Gorgonii, proſtratuſque in terram, oravit cum lacrymis diutiſſimè, inter quas orationes hanc ultimam dixit : Deus omnipotens, ſi umquam promeritus fuero habere pontificatûs honorem, hunc locum deſertum & horribiliter prophanatum reparare in priſtinum tentabo ſtatum. Quod fidelis ſponſor ac verax qualiter impleverit, facilius eſt oculis deprehendere, quàm linguâ perſtringere *g*. Exaudivit tamen has preces omnipotens Deus, & ſuffragantibus meritis prædicti Martyris, adeptus eſt cathedram epiſcopalem. Poſt non multum autem temporis erat anniverſaria ſolemnitas ejuſdem Martyris, & ipſe domnus Adelbero, favente Deo jam præſul, venit intereſſe ſacris ſolemniis. Surgentibus verò monachis, ut laudes perſolverent nocturnales, quidam cæcus, qui lumine oculorum caruerat jam duodecim annis, ſanctum poſcebat Gorgonium miſereri ſibi. Et ecce, dum ſumitur antiphona ad Invitatorium canendum, cæco reparantur lumina diu negata. Quod cernens epiſcopus, in gaudium attollitur maximum, laudes Deo perſolvens ac ſancto Gorgonio ; ſumenſque pallium, quod ſecum detulerat, ſancto ſuperponit tumulo.

Idem Adelbero prædia quædam

12 Inſtigante humani generis inimico, qui felicibus omnium invidet actibus, maximè bonorum ; accendit in ira gravi præfatum præſulem Adelberonem adverſus locum Gorzienſem. Dolebat enim ſe quàm maximè à loco diu poſſeſſo ac prævalidè ſibi ſociato eminus fugari. Unde fatagebat verſipellis, cunctarum perſecutor virtutum, multipliciter tenerarum plantas arborum, antequam radicarentur profundiùs, radicitus evellere : fuiſſetque voti ſui compos effectus, nî clementiſſimus Dominus, bonorum omnium dator & fautor, manum ereptionis ſuæ quàm primùm ſibi ſervientibus porrexiſſet. Jam enim tranſactis tribus fermè annis, ex quo exoſum habere cœperat eumdem locum, adeò ut monaſterium ſaltem videre ac ipſos Fratres faſtidiret ; deliberа-

A liberaverant iidem ipſi, relicto loco, Treverim uſque maturatum iri *h*. Quod illicò contigiſſet, niſi eiſdem omnipotens Deus ſeculum fugientibus portumque monaſterii tutum quærentibus reſtitiſſet, atque ad famulandum ſibi ſanctoque Gorgonio habilem concederet facultatem. Odii autem ac diſcidii hæc cauſa fuit: petierant ſæpedicti monachi, reddi ſibi villam, Waringiſi dictam, cum appenditiis ejus, quam olim ſibi famulantibus ſanctus adquiſierat *i* Gorgonius. Prædones enim & vaſtatores ſanctæ Dei Eccleſiæ locum eumdem, velut crudeles lupi ovem arreptam in fruſta; ſic ipſi omnia monachis à ſanctis Dei viris pro fructu animarum ſuarum collatis in varia ſciderant. Tenebat igitur villam illam unus fratrum *k* ejus, carior ceteris: quapropter audire non poterat, ut quis eam requireret.

h *i* *k*

divinitus admonitus,

13 Hujuſcemodi ergo dum agitantur perturbationibus, ecce intempeſtæ noctis ſilentio quidam eum adiit Vir venerando habitu, pulcherrimo adſpectu, ſplendore mirifico, & talibus aggreditur dictis: Bonum quidem bene cœpiſti, ſed laſſus properè * defeciſti. Sit ergo tibi ſolers cura emendandi, ne ſit tui cauſa excidii. Profectò niſi te correxeris, in lapſus alios, unde te eximere non poteris, invehêris: his dictis, evanuit. At ille cœpit paveſcere, palleſcere, tremere. Convocato itaque camerario *l* ſibi fidiſſimo, orto die ait ad eum vultu mæſtiſſimo: I fidentiſſime feſtinantiſſimus Gorziam, & adſciſce abbatem *m* citiſſimè: qui dictis ſenioris ſui parens, celerrimè aſſcenſo equo, properare volebat verſus Gorziam; cùm repentè invenit eum & quoſdam Fratrum ad portam civitatis, præſtolantes exitum civitatis, eo quòd claves detinerentur adhuc penes cuſtodem urbis. Qui lætus admodùm factus, Eia, inquit, congratulor vobis, quia laborem meum, qui mihi nunc contingeret, relevâſtis. Debebam enim verſus vos tendere: ergo adite ſeniorem meum citiſſimè, quia vos expectat, deſiderans videre cupidè. Mandatum igitur ſibi deſtinatum cùm implêſſet camerarius, ſtudioſiſſimè rediit abbas. Illo introgreſſo, ruens epiſcopus ad pedes ejus, ſe reum, ſe culpabilem proclamans, Deum offendiſſe, patronorum iram liberaliſſimorum, ſanctorum videlicet Petri, Pauli, Gorgonii, incurriſſe, cum fletibus ingeminabat. Poſt hæc inquit: Præcedite iter meum, quod abſque ſcrupulo horâ diei tertiâ ſubſequetur, præſtolantes me communiter cum omni Fratrum agmine. Nolite, abbas inquit, hodie iter arripere, quia dies jejuniorum ſunt præcipui, quos violare non eſt poſſibile *n*. Qui reſpondens, Nequaquam, ait, retardari valet mea ſubſecutio, quia divina urget juſſio.

B * *ibid.* propè

l *m* C *n*

Gorzienſi monaſterio o

14 Proficiſcitur ergo ad monaſterium, ut ſtatutum fuerat. Veniens autem uſque ad locum, qui Crucis *o* dicitur, diſcalceatus venit uſque ad locum nudis pedibus incedens, atque in conventu Fratrum pedibus cunctorum provolutus, pro obſtinatione ſua ſe culpabilem reddidit. Statimque baculo ſuo *p* villam cum omnibus appenditiis ſuis reddidit *q*: ac continuò advocans miniſterialem ſuum ſub interminatione divinæ animadverſionis obſtrinxit, ut, ſi non vellet percelli maledictione & ultione Dathan & Abiron, Ananiæ quoque & Saphiræ, omnimodis tangere non præſumeret, quicquid ibidem collectum fuerat uſibus diverſis profuturum: quod juſtum ipſe fideliter complevit. Denique impleta eſt ſententia ſapientis Salomonis, dicentis: Cùm placuerint Deo viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem. Verè enim ſeniorum illorum viæ Domino complacuerant, qui precibus crebris Deum ſic pulſabant, ut inimicos eorum converteret ad pacem tam perfectam, ut qui priùs nec reddere, quæ illorum erant, voluerant, neque audire ſaltem, ſi quis eos neceſſitatis ſuæ cauſâ interpellare præſumeret; ipſis jam diffiſis, utrumque Domino imperante abſque dilatione annuerent.

p *q*

A. ANONYMO.

reſtituit.

15 Aliâ item vice importuni valdè crebrò inſtabant præfato epiſcopo ſeniores monaſterii ſæpedicti, quoniam urgebat eos penuria ſibi inſita, poſcentes obnixis precibus, reddi ſibi Langei villam ad ea, quæ Molins *r* ſui juris erant. At ille, ut ſilex duriſſimus, nullis movebatur ſermocinationibus. Videntes ergo, ſe nihil proficere, reliquerunt eum, ſuam omnem querelam commendantes Altiſſimo. Aliquantulum temporis fluxerat, & accerſiens abbatem ac quoſdam primores Fratrum, Tenete, inquit, quod diu requiſiſtis attentiùs ſine ulla efficacia. Gratias mihi nullas rependite, ſed S. Petro, qui mihi hâc nocte cum horrore vehementi hæc ingeſſit dicta: Bonum quidem cœpiſti, ſed minimè perfeciſti; ideóque divina ultione, ſi te non proficuè correxeris, citiſſimè feriêris. Iſta vobis indicavi, ut ſciatis, cui rependere gratias debeatis: hîc finem loquendi fecit. Verè Dominus memor promiſſorum ſuorum compleverat, quod dixit: Primùm quærite regnum Dei & juſtitiam ejus, & hæc omnia adjicientur vobis.

r E

Boſo comes ſimile prædium detinens

16 Comes quidam, Boſo *ſ* nomine, ampla perſona, nobilis genere, villam noſtram in Campania, nomine Waſnau, invaſerat, ad quem quidam *t* ſeniorum noſtrorum ierat in Vitrei caſtello *u* conſtitutum pro eadem cauſa interpellandum. Deductus igitur in ejus præſentia, expoſuit indigentiam, quam patiebantur Fratres maximam, putans compati illum debere. Sed ille è contrario obduruit intrinſecùs, factus velut lapideus. Dixit itaque legatus comiti: Si nobis non reddideritis, clamabimus nos. At ille reſpondit: Ad quem? num ad regem? In veritate mihi rex pro minimo eſt: dux Giſlebertus *x* ſic mihi eſt, acſi ſervus meus viliſſimus. Cui ſenior: Si caremus terreno auxilio, convertemur ad majus ſupplementum. Qui ait: Quod eſt illud? Reſpondit ſenior: Deus omnipotens, factor & refactor meus, ut veſter, æquè accipiens perſonam veſtram, ut meam. At ille ſubjunxit: Tace & feſtina ociùs repedare, ne cum magno dedecore faciam te vitam tuam tranſigere. Reſpondens autem uxor illius, Abſit, ait, abſit, ut hanc umquam incurratis infamiam, & generi veſtro hoc dedecus inuratis, ut aliquam ſervo Dei injuriam inferatis: quin potiùs ſinite eum ſalvum & incolumem, ut venit, diſcedere. Ergo his dictis, diſceſſum eſt. Ille itaque * gravi infirmitate invaſus eſt per octo dies continuos, ſublatâ ei facultate omni manducandi, bibendi, dormiendi. Fecit autem ſe deferri Lingonas *y*, medendi gratiâ; ſed infirmitas divinitus immiſſa non minuebatur, quinimò augebatur.

ſ *t* *u* F *x*

* *Mabil.* utrâque

y

morbo correptus, reddit.

17 Tunc pro legato ſibi nuper directo dirigit ocyùs, ut ad ſe accelerare feſtinet: qui ſtatim miſſus eſt, addito ſibi ſocio alio ſeniore. Cúmque veniſſent corâm, dixit ad legatum priùs miſſum: In proximo cùm me adiiſſes, minimè poteram credere petitionem tuam tam citiùs affuturam.

A. ANONYMO. z futuram. Tene ergo (porrigens illi baculum) z sine cunctatione, quod nuper tantoties te expetente expetitum, pro humilibus ac votis supplicibus contumeliosa verba rependimus, immò injuriosa inferre facta machinati sumus. Dixit, & illos gratulabundos reddidit, sibi autem invaletudinem pedetentim allevari gavisus est: ac redeunte salutifera esurie, quâ diebus octo mœstus (ut suprà diximus) caruerat, cibos sibi deferri petiit: quibus aliquantulùm refectus, cubitum se collocavit, atque somno diu negato aliquantisper incubuit, mane quoque usque in horam fermè tertiam somnum protelavit. Cùmque excitatus requisisset, si monachi jam venissent, responsum est à manè præstolari utrosque: & ille absque retardatione jussit eos pariter introduci. Quibus introductis, sic eos prior alloquitur: In veritate comperi, sanctum Gorgonium apud Deum majoris esse potentiæ, quàm meæ in terris fastus superbiæ. Unde deinceps me advocatum habetote, si placet, fidissimum, quem hactenus habuistis pervaforem atrocissimum; & quicquid perdideritis, ego cocto auro restaurabo. Dixit veraciter, & adimplevit B usque in diem obitûs sui valenter, adimpletâ Psalmistæ sententiâ dicentis: Hæc mutatio dexteræ Excelsi.

ANNOTATA.

a *Huc spectant, quæ Frodoardus presbyter ecclesiæ Remensis scribit in Chronico:* Anno Incarnationis Domini nostri Jesu Christi DCCCCXIX ... Hungari Italiam, partemque Franciæ, regnum scilicet Lotharii, deprædantur. *Calmetus tom.* I *Historiæ ecclesiasticæ & civilis Lotharingiæ in Dissertatione de episcopis Metensibus pag.* XXIII *primam Hungarorum irruptionem ex Chronico brevi S. Vincentii Metensis refert ad annum* 917, *secundam ad annum* 926: *de alterutra hîc agi mox patebit.*

b *Laudatus Calmetus* Wigericum *seu* Widericum, Roberto *sive* Ruperto *anno* 916 *vitâ functo successisse, annoque* 927 *obiisse scribit.*

c *Hinc disce ætatem scriptoris.*

d *Id est*, corpus *vel* lipsanothecam.

e *Apud Mabillonium est*, omne: *sed perperam; credibile enim non est, presbyterum illum totam thecam petiisse.* C

f *Fuit is* Adelbero *ejus nominis* I *episcopus Metensis, qui in Actis B. Joannis Gorziensis abbatis, tom.* 3 *Februarii ad diem* 27 *Bennoni successisse dicitur: quod Frodoardus in Chronico ad annum* 929 *refert. De ejusdem obitu ac successore scribit Sigebertus in Chronico ad annum* 964: Adelberone Metensium episcopo mortuo, Deodericus consobrinus Ottonis imperatoris episcopus subrogatur.

g *In Commentario prævio ad Acta mox laudata § 2 de collapsa armorum tumultibus Gorziæ disciplina domestica, eâdemque per Adelberonem* I *Metensem episcopum restituta multis agitur. In ejusdem Beati Actis cap.* 5 *eadem ferè, quæ hîc, narrantur. Verba accipe:* Tempore Wigirici prædecessoris sui (*Adelbero*) cùm quâdam dierum populo admixtus, qui ab urbe ad idem monasterium (*Gorziense*,) angustiâ siccitatis compellente, pedibus nudis processerat, ipse quoque ad martyris ibi quiescentis B. Gorgonii sepulchrum usque veniisset, horrentemque loci situm vidisset, ita ut juxtà altaria ipsa vestigia fœda animalium deprehenderet, ubi se ad orandum prostravit, altiùs præ tanta præ- D latorum incuria circa loca Sanctorum ingemiscens, in hæc, ut ipse postea referre consueverat, verba inter orandum prorupit. Si indignum me, inquit, ô pietas Christi, & tuum, qui hîc ades, Testis Domini, pium auxilium, hujus sanctæ sedis tuæ ministrum umquam promovere dignaberis, hanc loci hujus miserabilem, quam cerno oculis, faciem in aliam ab hac habitudinem, te mihi adjutore facto propitio, commutabo. *Deinde subditur, eum prater omnium spem voti compotem, promissis stetisse. Quàm luctuosus autem fuerit Gorziæ status, antequam Adelbero eam B. Joanni & Einoldo restaurandam traderet, colliges ex iisdem Actis, cap.* 4, *ubi dicitur:* Erat locus idem, ex qua olim fuerat, specie præstantissima, longo jam situ penè præferens solitudinem, & præter paucos in veste monachi inibi habitantes, quibus diurnæ stipis vix modicum quid inferebatur, cetera ornatu omni submoto, fœda locum facies obsidebat. Possessionem quidquid exteriùs fuerat, Adelbertus comes, vir genere quidem clarus, ingenio autem ferox ac violentus, nec bono cuiquam ferè umquam morum E probitate probabilis, ex beneficio episcopi, cui militabat, gratiâ sanè ingratâ tenebat.

h *Nempe ad monasterium S. Maximini, ut dicitur in Actis mox laudatis cap* XI: *verùm commigrandi causa ibidem non rejicitur in aversum Adelberonis animum, sed in monachorum frequentiam, quibus ipse tum non poterat subvenire.* Ad hoc & idem vir sanctus Adelbero, regno tunc diversis perturbationibus concitato, circa plurimas curas distentus, minus eis solitò prospicere poterat: inde compulsi jam aliena solatia penè quærere destinaverant *&c. Elanguisse tamen Adelberonis erga Gorzienses benevolentiam ibidem etiam innuitur, dum dicitur* jam fermè biennio episcopus loco abstinuisse. *Vide etiam Annotata sequentia.*

i *Adi dicta ad cap.* 1, *lit.* y.

k *In iisdem B. Joannis Actis cap.* XI *is dicitur* germanus ipsius (*Adelberonis*) Gozilinus. *Vide ibidem annotata lit.* c.

l *In laudatis Actis* cubicularius Matzilinus *vocatur.*

m *Erat is* Einoldus, *ut ibidem videre est.* F

n *Id est, nequaquam licet.*

o *In iisdem Actis habetur:* Qui dicebatur ad Crucem.

p *Hic locus morem antiquorum docet, qui baculo aut aliâ quâpiam re pro traditionum aut donationum instrumento utebantur. Audi hac de re Jacobum Sirmondum in Annotatis ad Gofridi abbatis Vindocinensis lib.* 1, *Epist.* 6, *lit.* c, *ubi hæc verba:* Qui (*Archembaldus*) me præsente in capitulo suo inter manus Andegavensis episcopi cum Regula S. Benedicti abbatiam penitus antè dimiserat; quia, sicut ipsemet & omnis congregatio cum eo publicè confitebatur, præ animi & corporis infirmitate tantum onus ferre non poterat; *ubi, inquam, hæc verba sic excipit:* Hoc est librum porrigens Regulæ, abbatiam abdicârat. Ductum è prisca illorum temporum consuetudine, quâ ad sanciendas firmandasque cessionum & investiturarum actiones, baculum, cultellum, aliudve quippiam ejusmodi adhibebant; interdum etiam librum Regulæ S. Benedicti, apud monachos nimirum. *Deinde adducto gemino exemplo, prosequitur:* Ut in his librum Regulæ, sic in aliis tabulis cultellum, bacu-

A baculum, chirothecas in manum missas, altarique impositas legimus : quia exstant hodiéque in eodem S. Albini cœnobio (*Juliomagi Andegavorum*) & in aliis plerisque, veteris moris monimenta ; baculi, inquam, & chirothecæ & alia, investiturarum, traditionumque, quas signârant, titulis inscripta. *Videri etiam potest Mabillonius de Re diplomatica lib. 2 cap. 5, lib. 3, cap. 4 &c.*

q *Quæ hucusque de reddita Villa Waringisi dicta sunt, eodem ferè modo refert auctor Actorum B. Joannis cap.* XI, *præterquam quòd dissidii causam non repetat à repetita Waringisi Villa. Consule, si lubet locum citatum.*

r *Acta sæpe memorata, suppresso locorum nomine, aiunt, Gorzienses apud Adelberonem instituisse* pro quadam proxima sibi possessione. *Fortè* Molins *est* Moulin, Langæi *autem* villa Longeville, *quæ loca Carta geographica, tom.* 1 *Historiæ Lotharingiæ Calmeti inserta, in Mosellæ ripa exiguâ ab invicem distantiâ exhibet : verùm* Moulin *ibidem paulò plùs tribus milliaribus Gallicis communibus,* Longeville *verò tribus cum dimidio* Gorziâ *distant.*

B s *De* Bosone *hæc habent Acta B. Joannis, cap.* 12 : Bofo quidam, filius dudum principis Burgundiorum Richardi, partem aliquam regni sibi evindicans, castrisque se continens munitissimis, dominatum cujusquam prorsus respuerat. Victoriacum Campaniæ castrum obtinens, inter reliqua circumpositorum, possessiones quasdam monasterii Gorziensis, acsi jure hæreditario, usurpârat. *Adi Annotata ibidem, quæ hîc repetenda non sunt.*

t *B. Joannes is fuisse dicitur in Actis ejus, missusque ab abbate Einoldo & Fratribus.*

u *Apud Mabillonium est* Vitry : *Latinè* Victoriacum, Victuriacum & Vitriacum *scribitur. Fuit vetus Campaniæ oppidum, ad Saltum amnem, at nunc tantùm vicus, Gallicè* Vitry le Brulé, *Latinè* Victoriacum incensum *dictus. Haud procul inde* Victoriacum Francisci regis, *Gallicè* Vitry le François *novum oppidum ad Matronam fluvium, post alterius ruinas exstructum est.*

x *Mabillonius legit* Gillebertus : *at Sigebertus ad annum* 927 *& alibi eum cum apographo nostro* Gislebertum *appellat : idem facit auctor Vitæ B. Joannis cap.* XI, *ubi vide annotata ad lit.* a, *uti etiam lit.* g *ad cap.* 8. *Suffecerit hic observâsse, Gislebertum fuisse Ragineri Hannoniæ comitis filium & ducem Lotharingiæ.*

C y Lingones, *vulgò* Langres, *vetusta Galliæ Celticæ urbs, in provincia Campaniæ ad Matronam fluvium sedet, episcopalis sub archiepiscopo Lugdunensi.*

z *Consule annotata ad hoc caput lit.* p.



A. ANONYMO.

CAPUT III.

Gorzienses explorare divinitus prohibentur, an S. Gorgonii corpus integrum haberent : muto loquela data : prædium monasterio restitutum : energumeni liberati : febricitans sanatus : apostasiam meditans castigatus.

FAma volans populos fermone replebat, quòd sanctus Gorgonius hîc minimè totus haberetur, sed potiùs ultra Rhenum in Episcopio, suo nomine decentissimè insignito *a*, medietas haberetur. Qua sollicitudine stimulati, præsul videlicet Adelbero, abbas *b* loci, aliique seniores quàmplurimi, quærebant si Deo forsitan placitum esset dignoscere veritatem. Quapropter pariter conglobati, communi decreverunt consilio, quatinus triduano jejunio panis & aquæ affligentes corpora sua, notitiam abditæ sibi rei explorarent, statuentes insuper tempus & diem, quo hæc adorirentur. Factumque est : veniente tempore constituto, post Completorium, recedentibus omnibus aliis, nominatæ tantùm personæ conveniunt, albis se induunt : post hæc omnibus seris diligenter obstructis, luminaribus toto monasterio accensis, altario appropiant : deinde incipientes summa cum devotione letanias ad finem usque explent. Omnibus ritè completis, accedens episcopus ad scrinium, primùm extulit illud, secundò autem admovens manus prædicto scrinio, quo tegebantur pretiosa pignora, quodque sigillis plurimis (ut audivimus) insignitur ; cùm sumpsisset cultellum, ut primum incideret sigillum, tantus pavor omnes invasit ac tremor, ut putarent, se illicò mori. *An Sancti corpus integrum haberent,* a E b

19 Recessit ab illis omnis fortitudo, consilium, fiducia : nec poterat quisquam aliis dare audaciam præsumendi, cùm penitus cunctos pariter involveret calamitatis formido & anxietudinis. Sigillum, ut fuerat ex parte dissolutum, præ timore, ut dictum est, sic dimittentes, ocyùs studuerunt resignare, ut invenerant, putantes se continuò ibidem examinari. Fugerunt ergo, minimè valentes scire, quod Deo placuit esse occultum *c*. Hoc tantùm deprehenderunt, depositum ibi thesaurum Christo carum, quem humanus oculus non est dignus habere intuitu. Verùm etiam recognoverunt suæ miseriæ imbecillitatem, attendentes illud, quod beatus Gregorius dicit, in tanta nos dejectione heu dirutos, ut hoc, ad quod creati sumus, nec cernere saltem valeamus. Sed utinam succurrant, sicut expedit, merita & preces ejus miseriæ nostræ, quem nobis Deus dare dignatus est in hoc ærumnoso seculo Patronum ac defensorem, Amen. *divinitus prohibentur explorare.* F c

20 Extitit quidam ab ineunte ætate mutus de Augustidunensi *d* civitate, qui sæpissimè Sanctorum perlustraverat loca multorum, poscens suffragiis illorum & meritis tandem jam sibi opitulari. Inter quæ ad ultimum venit ad sanctum Gingulfum *e* : cui nocte indicatum est, ut ad sanctum *Muto loquela bis data :* d e

A. ANONYMO.

sanctum Gorgonium properaret. Qui manè facto ſciſcitando, ut moris eſt ignaris viarum, iter acceleravit verſus Gorziam, quemadmodum ei fuerat revelatum. Quò * demorans aliquantis diebus, cuſtodi religioſo viro plurimùm quotidianis diebus importunus extitit, ut valebat, nutibus ſignorum, quò ſibi liceret aliqua nocte jacêre in eccleſia: qui tandem tædio victus permiſit eum jacêre ſub gradibus, quibus ad altare aſſcenditur. Ecce autem intempeſtæ noctis ſilentio, dormientibus cunctis, inſonuit fragore miro ſcrinium beati Martyris, adeò ut idem cuſtos à ſonitu illo timore perculſus, expergefactus fuerit. Tum, ſicut pòſt mutus retulit, videbatur ei, quaſi quidam tyrunculus à lecto beati Martyris veniens mitteret in ore ejus digitum indicis, eique linguam ſcinderet à palato: cui plurimum ſanguinis profluxit ab ore ſuper eoſdem gradus, videntibus cunctis Fratribus: ac deinceps Deum glorificans & patronum noſtrum ſanctum Gorgonium, liberam habuit loquendi facultatem. Qui redire cùm vellet in propria, veniens ad Arnoldi-villam *f*, iræ ſtimulis accenſus, ſervum ſuum, neſcio quâ de cauſa, durè verberibus afflixit. Confeſtim igitur, ut priùs, poteſtate loquendi privatus eſt: ſed citò ſalubri conſilio reperto, rediit ad miſericordiam præfati Martyris, & denuò reddita eſt ei loquela. Deinde gratanter ad ſua revertens, nobis poſtea viſus non eſt.

* *i. e.* ubi

f

B

Adelbero villam quamdam

g

21 Sub eiſdem fermè temporibus erat quidam veteranus miles *g* ſenioris noſtri domini Adelberonis præſulis, infeſtus valdè religioni noſtræ, eo quòd teneret plurimum terræ de abbatia noſtra. Accidit ergo, ut appropinquante vitæ ejus termino, migraret ex hoc mundo. Caſu autem accidente, quin potiùs, ut credimus, Deo volente, erat tunc penes nos iſdem ſenior *h* noſter: erat verò jam veſpera, cùm ei nuntiata fuerat mors militis, cænaque ejus jam parata: quem illicò adiit quidam *i* ſeniorum noſtrorum pro quadam villa noſtra optima, quam inter alia plurima idem miles tenuerat. Sed ille mirificè iratus, miréque præ ira (ut ſibi moris erat) in nigredinem verſus, (ſicut enim plerique ab ira rubent, ita plerique nigreſcunt), non ſolùm nullum petenti reddidit reſponſum, verùm etiam omnibus ſenioribus petentibus, ut poſtpoſitâ irâ dignaretur aliquid guſtare; ita contra omnes poſcentes obduruit, ut nullum prorſus audire vellet, ſed incænatus, frendens irâ, dormitum iret. Contriſtatis igitur omnibus nobis de ejus triſtitia; (mallemus enim deſpendium habere maximum, quàm ejus contriſtatum videre ſpiritum, timentes ne fortè ob hoc odio haberet locum, quem multùm antè dilexerat), ſanctus Gorgonius ſolita ſibi pietate nos abſque meritis noſtris conſolatus eſt. Nam ſenior noſter tota nocte in lecto decubans, neutrum facere poterat, nec vigilare bene, nec dormire. Torquebatur, anxiabatur, phantaſmaticis viſionibus inquietabatur, in lecto huc illucque vertebatur, repauſationis quies nulla dabatur.

h

i

C

Gorzienſibus reſtituit.

k

22 Tandem in ſe reverſus ſurrexit à lecto, aſſumptoque baculo ſuo, perrexit in monaſterium, reddens villam per eumdem baculum *k* ſancto Gorgonio: & procidens in terram, veniam poſtulabat à Sancto, ut ſibi ignoſceret, quòd tam obſtinato animo petentibus reſtitiſſet. Demiſſo ergo baculo ad caput ſancti Gorgonii, ad proprium rediit ſtratum: deinde reliquum noctis in ſumma quiete peregit dormiendo, nullâ re penitus inquietante. Facto itaque manè, accito eodem ſeniore, qui priùs eum de præfata villa interpellaverat, unà cum abbate, juſſit ſibi deferri baculum ſuum, quem ad caput ſancti Gorgonii poſuerat: qui cùm delatus fuiſſet, accipiens illum dedit abbati monaſterii dicens: Ecce habetote villam, pro qua ſerò petieratis: gratiaſque rependite ſancto Martyri, non mihi, quoniam non ſponte mea, ſed ipſius cogente impulſu, hoc ago. Itaque præfatus ſenior, qui plurimis verborum contumeliis ſe arbitrabatur impeti, talem dumtaxat audivit contumeliam. In tantum denique noſtrum dilexit locum, ut cùm omnis penè civitas infeſta ei eſſet pro nobis, ipſum tamen, meritis Patroni noſtri ſuffragantibus, à propoſito caritatis amore numquam ſolverit; ſed inſuper omnibus invincibilem præbuit: cui, ut petimus die ac nocte, tribuat Dominus ſummæ gaudia vitæ. Amen.

D

Energumeni

l

23 Quidam juvenis de Monte-falconis *l* atrociſſimo vexabatur dæmonio. Hic per loca Sanctorum diverſa deductus, minimè liberatus eſt: non quòd merita Juſtorum impetrare hoc digna non eſſent; ſed potiùs illi ſervabatur, cui Deus annuerat, juxta illud Apoſtoli: Unicuique noſtrûm data eſt gratia ſecundùm menſuram donationis Chriſti. Ita ſancto Gorgonio hoc peculiariùs datum eſt ſignum. Venerat quidem diebus Quinquageſimæ * ad memoriam Martyris Chriſti, à dæmone terribiliter tortus, hebdomadâ fermè integrâ penes nos immorans. Tollebat voces, quin potiùs clamores, ad cælum truces, horrendas, confuſas diebus ac noctibus: Deum non reverebatur nec in eccleſia, dum ſolvere debitum Fratres conveniebant penſum: quin immò augebat clamores vocum, fremere dentibus, quoſque mordere, dilaniare, ferire, & ſpuere contra ipſa verenda altaria non ceſſabat. Proſtratus toto in terram corpore, verrebat tam fortiter pavimentum eccleſiæ manibus propriis, quaſi eſſent lapideæ. Surgente eo à terra, debacchante in ſe maligno ſpiritu, confringebatur & convolvebatur, quaſi anguilla vel murænula, adeo ut plerùmque videretur quaſi cervix natibus illius adhærere. Erat miſeriæ videre, quomodò furiis infeſtantis inimici repletus, cruciamenta, quæ corpori ſuo miſer ingerebat, minimè quaſi ſentiret. An ſentiebat, qui dolores plurimos corpori ſuo irrogans, ut alterius delirans repudiabat augendo? Quid multa? Replentur in his cruciatibus dies hebdomadæ, reſtante uno: tandem miſertus Dominus, orationibus ſancti Gorgonii annuendo, ſanavit miſerum.

E

* *Mabil.* Quadrageſimæ

liberati ſ

24 Nam die quâdam Miſsâ celebratâ, Fratribus aliquibus abeuntibus, pleriſque reſtantibus, ille veſanus hac illacque bacchando, per eccleſiam dum diſcurreret, pervenit demum ad ſtationem abbatis, ubi ex more dependebat coronula argentea cum candela; quam arripiens, ruptâ catenulâ argenteâ, inter manus ſuas, acſi plumbum, complicavit, pedibuſque ſuis conculcandam projecit, quouſque ei de manibus vi auferretur: ſtatimque ſanctus Martyr, quaſi diceret, Reddam bona pro malis; qui ſi non dixit verbis, factis comprobavit, adimplens juſſa Domini dicentis, Orate pro perſequentibus, benefacite his, qui oderunt vos, reſtituit eum integræ incolumitati. Liberatus dæmone, dolores corporeos, quos illi contrahere hoſtis humani generis impulerat, acerrimè ſentiebat: unde & planctus tantos emittebat, qui proderent incommoditatis, quam pertulerat, immanitatem. Gratias

F

A tias ergo Liberatori ſuo rependens, reverſus in ſua, nobis ulteriùs minimè paruit. Alius itidem dæmoniacus à proviſoribus ſuis monaſterio ſæpè dicto deductus eſt, qui ſibilis diebus ac noctibus perſtrepebat horrificis, illum nimirum imitans ſerpentem lubricum, qui Adam protoplaſtum in paradiſo devicit, atque corporeæ mortis ſententiam cum omni ſtirpe ſua, Domino juſtè inferente, ſuſcepit. Hic poſt biduum curatus eſt. Non immemor itaque ſui, corrigiâ diſcinctus collum ſuum circumdedit, atque per eumdem ſe ſancto Gorgonio famulum contradidit *m*, multò ſuavius jugum Domini ferre * ſentiens, quàm ſatanæ atrociſſimi, qui priùs eum cruciaverat tortionibus ſæviſſimis. Hic ergo ſedulè, quamdiu in hac carne deguit, debitum tot annis penſum ſuo exſolvit benigniſſimo Adjutori.

m

* *ibid.* fore

monachus febricitans ſanatus: alter ſecundò apoſtatare meditans,

25 Duo hîc adnecto exemplaria, ut manifeſtem, quantam ſollicitudinis largitatem circa clientes ſuos exercuerunt ſancti Dei Viri, beatus videlicet Petrus Apoſtolorum Princeps ac ſanctus Martyr Gorgonius; unum mulcendo devotos, aliud terrendo reprobos. Quidam Fratrum ejuſdem cœnobii gravi torquebatur febrium æſtu. Deficiens autem tam ſomno, quàm ægritudine, in terram procidit ante gradus altaris, omnipotentem Dominum pro ſua infirmitate ſupplicaturus, tum quoque intereeſſorem ſanctum advocans Martyrem. Qui inter ipſa verba orationis dum obdormiſſet, vidit in ſomnis quaſi urſum ab ore ſuo egredientem. Illicò expergefactus viſum Fratribus indicavit, ſe autem ardore illo febrium carere gaviſus eſt. Alius item Frater machinamenta fugæ diu meditans, iter aggreſſus eſt, duo damna monaſterio inferens, primum, quòd Deo ſe ſubducens, apoſtatavit ab ipſo; ſecundum, quòd equum optimum ſecum abduxit. Qui aliquandiu foris moratus, ignoratur, utrùm inſpirante Deo, an neceſſitate cogente, ad monaſterium repedavit. Receptus igitur juxta præceptum Regulæ, non ex animo, ut adverti poterat atque pòſt patuit, de priori tranſgreſſione, ac irritæ ſponſionis fide * pœnitudinem gerebat: verùm laſſitudine refocillatus, iterum argumenta fugæ cum amaritudine animæ ſuæ diutiſſimè, ut perpendebatur nutibus illius diverſis confabulatûs, moliebatur. His factionibus pravis diebus ac noctibus cogitationum ſuarum cumulos augmentabat; cùm ecce fluxerant dies ſolemnitatis Martyris Chriſti. Tertiâ verò die jam tranſactâ, unâ noctium, cùm ſe ſopori dediſſet, videbatur ei, quaſi ſtaret in eccleſia ſancti Petri in choro: & repentè vidit per principalem feneſtram quaſi introeuntem ſenem venerandi vultûs, quem antecedebat juvenili ætate florens quidam quaſi miniſter *n*.

* *ibid. abeſt* fide

B

C

n

à Sanctis apparentibus caſtigatus.

26 Quem adorſus prior ſenex: Tu, inquit, ſerve nequam, quid nunc fraudulenta iterum machinaris conamina? Jam pridem hinc fugiſti & tibi peperci: & nunc iterum eadem meditaris? Abſit, abſit, ut tibi nunc impune ignoſcatur. At ille reſpondit: Non, ſenior, non iſta tractavi nec volui patrare: quid mihi imputatur, unde inculpabilis ſum? At ille ſubjunxit: Quid infelix verba mendoſa proſequeris: Nonne intuitus meus cordis tui ſecreta videt & rimatur? Hæc enim nunc corde volutas, ut fugere valeas: ſed nequaquam tibi cedet in proſperum: unde terræ provolutus, lue tibi pœnas pro hoc flagitio inrogandas; quoniam non poteſt remanere inultum: priùs enim tibi indulſi, ſed modò nequaquam parco. Hæc dicens præcepit ſibi adſtanti ſcuticam accipere, quod eſt verber ex corio factum: atque illo proſtrato, plagas multas inferre. Illo fortiter clamante, ſe numquam ampliùs talia cogitare aut opere patrare, in his clamoribus viſio diſceſſit, & quæ putabatur phantaſma eſſe, vera inventa eſt. Facto manè advocans theſaurarium, Audite, inquit, qualia ludibria hac nocte paſſus ſim: & incipiens omnem revelationis viſum ex ordine prodidit, ut ſuprà texuimus, ſubnectens ad ſingula irriſoriè: O qualia deliramenta phantaſmatum, quæ nobis communis ingerit inimicus! His dictis, languor eum pariter & mors invaſit; tribulatus enim quatuor menſibus, in fine quarti menſis, cùm jam imminere cerneret diem obitûs ſui, neceſſitate compulſus indicavit abbati omnia, tandemque finem vitæ fecit. Hæc dixi pro his, qui Dominum curare & appendere cogitationes noſtras omnes, aut non credunt, aut minimè pavent.

A. ANONYMO.

ANNOTATA.

D

a *Nempe Mindæ in Saxonia, de qua conſule § 5 Commentarii, ubi de eo epiſcopatu, Sancti reliquiis ibidem aſſervatis, & antiquo ejuſdem cultu diſſeruimus.*

E

b *Tempore epiſcopatûs Adelberonis, qui ab anno 929 uſque ad annum 964 Metenſem cathedram tenuiſſe dicitur, abbatiæ Gorzienſi præfuêre Einoldus ſive Eginoldus, B. Joannes I, & Giboldus, ut in Commentario Vitæ B. Joannis prævio § 2 videre eſt: unus igitur ex his tribus hîc deſignatur; cúmque in B. Joannis Actis, quibus Einoldi geſta ſatis arctè connexa ſunt, de hac reliquiarum exploratione divinitus prohibita nihil reperiam, ſuſpicor eam ſub Giboldo contigiſſe. Si tamen rerum ordo à ſcriptore noſtro obſervatus ſit, ſub Einoldo accidiſſe dicendum eſt.*

c *Notat hîc Mabillonius ſequentia:* Poſtea tamen Henricus abbas idem ſcrinium reſeravit anno MLXXXVIII, in eoque invenit S. Gorgonii caput & præcipuas corporis ejus partes, quas in pretioſiorem thecam recondidit. *Non igitur totum ſancti Martyris corpus habebant Gorzienſes. Vide dicta in Comment. num.* 41 *& duobus ſequentibus.*

F

d Auguſtodunum, *Gallis* Autun, *vetuſta eſt in Æduis Galliæ Celticæ, nunc ducatûs Burgundiæ urbs, epiſcopatu inſignita ſuffraganeo archiepiſcopi Lugdunenſis.*

e Gingulfum *etiam habet Mabillonius: deſignari puto* S. Gengulphum *martyrem, qui Varennis in Burgundia miraculis claruit. Acta ejus apud nos illuſtrata ſunt tom.* 2 *Maii ad diem* XI.

f *In tabula diœceſis Metenſis apud Calmetum ſuprà laudatum reperio* Arnaville *una cum dimidia leuca communi Gallica à monaſterio Gorzia Muſſipontum verſus diſtans. An is locus* Arnoldi-villa *fuit? Certe Gorziâ Auguſtodunum revertens non incommodè per illum potuit iter capeſſere.*

g *In Actis B. Joannis cap.* 12 *is* Hamedeus *vocatur.* Poſſeſſio, *inquit auctor*, erat monaſterii longo jam retrò tempore beneficii nomine ad comitem quemdam palatii Hamedeum devoluta, qui ſimul bona monaſterii ſub precaria vel præſtaria, quam dicunt, obtinebat. *Plura ibidem num.* 110.

h *Vox*

A. ANONYMO.

h *Vox* Senior *olim pro* Domino *ſæpe uſurpabatur, hîc* epiſcopum *denotat.*

i *In Actis ſæpe memoratis cap.* 12 *dicitur abbas, ſcilicet Einoldus, ſuadente B. Joanne, pro iis prædiis repetendis Adelberonem acceſſiſſe, petiiſſeque, ut quod Hamedeus ſub precaria detinuerat, monaſterio redderetur, quod & ipſe libenter præſtitit. Deinde addit abbatem à B. Joanne admonitum, repetendum fuiſſe ipſum beneficium, ad epiſcopum rediiſſe, ab eoque cum ſtomacho fuiſſe repulſum. Reliqua etiam paulò aliter enarrat, quæ tamen ad rei ſubſtantiam nil faciunt; quemadmodum curioſus lector ibidem deprehendet.*

k *Conſule Annotata ad cap.* 2, *lit.* p.

l Mons-Falconis, *de quo hîc, eſt oppidulum Galliæ in Campania provincia: Gallicè* Mont-Faucon.

m *De variis modis, quibus perſonæ liberæ monaſteriis ſe ſervos olim mancipabant, conſuli poteſt eruditus Mabillonius in Præfatione Seculi* VI *Benedictini, & Cangius in Gloſſario, verbo* Oblati monaſteriorum.

B n *Patroni Gorzienſis monaſterii erant S. Petrus Apoſtolus &* S. Gorgonius: *itaque venerandi vultûs ſenex S. Petrus, alter* S. Gorgonius *fuiſſe inſinuatur.*

CAPUT IV.

Hungari & miles quidam à Gorziæ direptione divinitus prohibiti: contractus erectus: Francorum dux ſanatus: alia quædam miracula: auctoris apoſtrophe ad Gorzienſes ſuos.

Hungari à Gorzia diripienda

a

C ORta aliquando tempeſtate ſeditionum inter principes hujus regni, quidam contra fidem ſuam, id eſt Chriſtiani nominis agens, miſit legatos, & adduxit Hungariorum gentem *a*. Quæ gens perfida, dum regiones circumquaque ſitas pervagaretur, devenit tandem noſtrum ad locum. Erat tum fortè muri tertia pars diruta, pro eo, quòd caſtelli exiguitas à ſenioribus ampliabatur: altitudo muri novi paululùm furrexerat; interruptio tamen murorum vaſta patebat aliquibus in locis, adeo ut equitando uſque ad fores monaſterii abſque obſtaculo aliquo currere valerent. Hebdomadâ ferè integrâ perſpicaciter ab illis in circuitu quotidie luſtrabatur manè, meridie, veſpere: ſed tamquam grande piaculum, ſi proximè accederent, peractum cavebant, aut quaſi columnam ardentem, in qua ipſi arderentur continuò, ſi approximarent, vitabant. Dubium nullo modo erat, quia ſi venirent, & litem ponere vellent, abſque recraſtinatione illud caperent, ni impediret ejus oratio, cujus & illa fuit repulſio. Abbas loci torquebatur, anxiabatur, pavebat, manibus plodebat *, mæſtus querebatur dicendo: Perdidi omnes Fratres juvenes, quos Deo nutrivi: utinam pridem induxiſſem illos ſeptionibus murorum Mettenſium, ut remanerent poſt nos Chriſto ſervientes! Si nos ſenes ſoli trucidaremur, nil eſſet diſpendii *b*.

D

b

28 Exaudivit omnipotens Deus has voces lacrymabiles, & nos à communibus hoſtibus eripuit non aliter, quàm ſi eſſemus in * campo locati, ac illi in circuitu noſtro minimè nobis auderent propinquare. Hæc dixi, ut oſtenderem, orationes defenſionum ſancti Gorgonii præſtantiores eſſe illis munitionibus maceriarum, etiamſi ferreæ eſſent. Et revera prævius illorum deducens eos, dux *c* videlicet Lotharii regni illius temporis, infeſtiſſimus nobis erat: qui nullatenus nos impune reliquiſſet, ſi non eum divina manus, intercedentibus Patroni noſtri martyris Chriſti meritis, à nobis eum arceret. Recedentibus illis, ut Dominus propalaret & ducis illius in nos odium, & defenſionem noſtram ſpiculis orationum ſancti Gorgonii, tertiò exercitum ſuum omnem adunari fecit, ut ſuper nos repentè inſciis nobis irrueret: qui quoties veſperi talia videbat, ut ſine cunctatione diluculo nos obſidendos nôſſent, veniente manè acrior illum adeo cura coërcebat, ut funditus noſtri oblivi-ceretur. Quod nos tempore vitæ ipſius latuit; E ſed Deus occultorum cognitor perpetuò eſſe incognitum noluit. Nam unus militum ipſius, præ cæteris dilectus eidem, nos adiens, cùm ſuffragia peteret tam ſpiritualia quàm carnalia, hæc eadem confeſſus eſt, pronuntians verè, quòd Deus illo in loco eſſet, ubi tantum defenſionis tutamen requieſceret. Quod, ut dixi, omninò antea neſciebatur: & ſi ſciretur, non facilè crederetur.

mirabiliter coërciti:

* *ibid. additur* medio

29 In eiſdem quoque diebus extitit alius quidam miles præfati ducis, inſidiari nobis fatagens: cujus nequitiam tutamina ſancti Martyris more ſolito repulerunt. Nam poſthabitâ murorum cuſtodiâ, quâ jam bene munitum erat, & aliquantulùm ſeditione frigente, præſertim etiam cùm de præfato milite nulla ſuſpicio haberetur, nec de aliquibus aliis; venit ipſe clanculò intempeſtæ noctis ſilentio, nullo penitus in muro ſtante, nec uno ſaltim puerulo, ut per ſcalas conſcenderet murum, facturus mala, quæ corde volutaverat perverſo, ſi Dominus ſineret. Cúmque medium jam valli tranſcenderet, vidit equus & eques tale quid, ut ampliùs inantea ire nec valeret, nec vellet. Nam equus calcaribus F vehementer exagitatus moveri loco non poterat: ipſe quoque feſtinavit retrò repedare velociter, quia illud ſolum poterat, qui muro propinquare nequibat: eo quòd videretur ei, quaſi deſuper à muro ſaxa crepitantia minitarentur. Quo pavore perterritus, ſub omni feſtinatione Venderiis *d* fugit, & languore correptus in lectum decidit, atque humiliter petiit propter Deum mitti ſibi, cui ſua panderet. Miſſus eſt continuò unus è Fratribus, cui omnia, quæ ſuprà retulimus confeſſus eſt, quæ penitus nos latebant; ſubjungens manifeſta ſibi revelatione indicatum, quia niſi benedictionem ex parte monaſterii ſumeret, ſanitatem omninò promereri nequiret. Quod & factum eſt: mox enim ut benedictio miſſa eſt, panis videlicet, caſei ac vini; confeſtim cibo ſumpto, recuperatis viribus, languore diſcedente, in priſtinum robur convaluit, ac deinceps profeſſus eſt, illi loco fidelem perpetuò ſe futurum.

item miles prohibitus:

d

30 Eccleſiaſtica refert Hiſtoria res his penè ſimillimas. Refert enim, quòd in confinio Perſidis Romanique imperii civitas inſignis haberetur *e*. Erat tunc temporis diſcidium inter Romanos

adducitur exemplum

e

* *Mabil.* plaudebat

A manos & Perſas pro eo, quòd ſubjici Perſæ Romanis vitabant. Cives illius urbis Dominus omnipotens mirabiliter perculit, & mirabiliùs extemplo lætificavit. Convenerant Perſæ Romanis eandem urbem auferre, ſuæque ditioni ſubjugare. Facto itaque veſpere, quo mane obſidenda erat, *f* murus omnis *f* civitatis funditus corruit: quo periculo viſo, cunctus populus unà cum epiſcopo preces ad Deum cum lacrymis fudit. Poſtquam diu clamatum eſt, adveniente nocte, recedente plebium multitudine, toto ſe corde ad Deum ſupplicandum contulit: & ecce diluculo ſurgente, repererunt omnem muri ambitum reſtitutum *g*. Gaviſi ergo plurimùm, omnipotentem Dominum pro impenſa miſericordia glorificaverunt. Phalanx igitur hoſtium quantociùs ad obſidendam urbem properabat: quâ per gyrum obſeſsâ, cunctipotens Chriſtus, qui miſericordiæ ſuæ donum illis ſtillare cœperat, perfecit uſque ad ultimum. Nam elephantorum nares tanta culicum replevit copioſitas, ut omnino ſtare ibidem nequirent, ſed potiùs fugarentur hàc & illac.

B 31 Ipſi etiam regi *h* Perſarum viſus eſt homo, armis aureis terribiliter fulgens, ſuper murum ſtare, urbemque defendere. Erat enim nuntius ſummi Dei ad tuitionem miſſus fidelis populi. Ille autem rex contrariæ partis Romanum ratus eſſe principem *i*, Fugiamus, inquit commilitonibus ſuis, quia conduxerunt adverſum nos imperatorem Romanum. Quibus hoc modo fugatis, Dominus ſuos mirabiliter ac miſericorditer ab angoribus exèmit. Illos ergo ſine muri obſtaculo, dum libuit, protexit: nos etiam ſimiliter vallo precum ſancti Gorgonii abſque lapideis parietibus potentes ſepſit. Nonne ſatis ſine muro, qui tertiâ illius parte carebamus, præſertim quoque interruptionibus apertis bipatentibus maximis? Elephantos illos agitatione culicum fugavit: equitem inſidiari nobis cupientem non diſſimili modo repulit, cùm videretur ei, quaſi conquaſſaretur à muro injectis lapidibus; cùm, ut ſuprà diximus, nec unus ſaltem in muro ſtaret puerulus. Mirabilis prorſus Deus in Sanctis ſuis, miſericordiſſimus in peccatoribus mihi ſimillimis.

ex Hiſtoria Eccleſiaſtica.

h

i

C 32 Alio tempore extitit quidam contractus, qui non aliter ire poterat, niſi cum ſcamellis *k*, quæ hucuſque nunc in teſtimonium miraculi foribus appendent monaſterii affixa. Hic taliter curatus eſt. Advenerat feſtivitas ſenioris noſtri, & præfatus contractus cum reliqua vulgi multitudine confluxerat, Dominum pro ſui incommoditate interventu beati Martyris ſupplicaturus. Factumque eſt: & ecce Fratribus nocturnalem ſynaxim *l* inchoantibus, jam dictus æger magnis cœpit vocibus clamare: Sciſcitantur Fratres nutu ſignorum, quid ſibi vellet illa ipſius tam gravis exclamatio. Reſpondit: Nonne videtis, quomodò mihi nervi extenduntur, qui gravem nimis & intolerabilem penè mihi ingerunt cruciatum? Nec mirum: priori enim ſtatui reparandi nervi abſque tortionibus ipſius fieri nequibat, quoniam diutina curvatione fuerant marcidi. Quem amore factæ in ſe virtutis abbas aliquandiu tenuit, eumque acſi conſanguineum fovit proprium. Qui infelix loco aſſuefactus, horrea Fratrum noctibus ingreſſus, furtum continuare maturavit. Quod audiens abbas, eum abjecit cum magno dedecore, quem priùs tenuerat & aluerat paterno amore. Adimpletum eſt in eo Pſalmiſtæ præconium dicentis: Homo cùm in

Contracto membrorum uſus reſtitutus:

k

l

honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc ergo ideo inſerui, ut ſignificarem, in quantam humanum genus heu devolutum eſt fæcem: cùm enim beneficiis reſpondere debuiſſet divinis, quæ tam per ſe quàm per famulos ſuos dignatur exhibere, hoc miſerabile non facit: ſed potiùs pro benevolentia malitiam exhibet, inobedientiam ſcilicet, contemptum & ſuperbiam. Cinis quoque ac pulvis viliſſimi irritare Deum altiſſimum ac magnitudine immenſum minimè formidant, molibus ſuorum irretiti criminum: quin potiùs augent contemptum in Dominum, ut & hic, qui pro ſanitate ſibi reddita latrocinii intulit ſtipendia *. Quapropter omnes hortamur, caveant illud ſapientiſſimi Salomonis dictum: Qui reddunt mala pro bonis, non recedet malum à domo eorum.

A. ANONYMO.

* *Mabil.* diſpendium

33 Recenti præterea tempore dux *m* Francorum validam incurrit ægritudinem. Hebdomadâ nempe integrâ & eo ampliùs graviter febri vexatus ac diſſenteriâ, omnem amiſerat facultatem alicujus ſumendi edulii, mortem ſibi imminere pavitans. Hâc neceſſitate urgente, diebus Epiphaniorum merita ſancti adiit Gorgonii, petens humiliter ſibi ſubveniri. Votis his ſanctus Gorgonius aurem accommodans, interventu ſuo dedit ei veſperi poſſe cibum cum delectatione ſumere, quod priùs multis poſſe diebus deſtiterat, ut dictum eſt: & continuò repletus cibo, quod ſubſequens eſt, complevit, ſcilicet dormiendi copiam. Cùm ſubitò manè conſurgens totus validus ac incolumis, gratias reddidit omnipotenti Deo: quin etiam non ſui oblitus, pallium ſancto tradidit Gorgonio conſpicuum ob memoriam præſtitæ ſibi ſanitatis: alacer denique & incolumis in craſtino ad domum propriam repedavit.

Francorum duci ſanitas reddita.

m

E

34 Longum eſt per ſingula diſſerere, quæ & quanta Deus per Patronum noſtrum virtutum propalavit prodigia. Hoc tantùm ſubnectimus, quia nobis cernentibus, cæcis plurimis viſum reddidit, claudis greſſum, mancis manuum reſtaurationem, dæmoniacis liberationem, phreneticis, caducis, ſenſu fraudatis priſtinam ſanitatem ac celerem morborum omnium curationem: quam prolixitatem faſtidii causâ devitamus, cùm eadem eodem modo toties repetere naſeæ ſit legentibus & audientibus, licèt ſanatis ſit exhilarationis tripudium. Sed etſi nihil horum feciſſet athleta Dei Gorgonius, ſufficeret ſuperque abundaret, quæ potior & carior Domino eſt, curatio videlicet animarum, quam hîc perſtringere pro tempore ratum duximus: ut, qui aliqua medicamina carnalia enodavimus, ſaltem aliqua ſpiritualia ſuccinctè tranſcurrere non differamus.

Perſtringuntur varia miracula.

F

35 Cùm enim hic locus eſſet ſpoliatus omnibus ſubſidiis tam ſpiritualibus, quàm corporalibus, & cùm exterminaret aper ferus ac ſingularis depaſceret; Deus virtutum omnium, converſus reſpexit de cælo, & vidit & viſitavit vineam iſtam, atque de omnibus ſeculis iſtuc congregavit, de Græcia videlicet, Burgundia, ac de penitus toto diviſis orbe Britannis, Mettenſibus *n*, Tullenſibus *o*, Verdunenſibus *p*: atque unam fidelium turmam conſocians, fecit fratres non ſolùm carne, ſed & ſpiritu, cor unum & animam unam retinentes in Deo. Cùm eſſent pauci numero, pauca eis ſuffecerunt, quia & pauca habuerunt: quando verò crevit multitudo, auxit etiam Deus meritis ſancti Pe-

Bonorum præmia & malorum pœnas proponens,

n o p

A. ANONYMO.

tri atque Gorgonii facultates non solùm in possessionibus extrinsecùs, verùm etiam in thesauris diversis intrinsecùs. Altaria, quæ diu prophanata fuerant asinorum porcorumque stabulis *q*, muri quoque quondam fictiles absque coopertura, insigniti sunt venustate *r*, honore, prout Domino placuit. Viri pauperes Dominum pauperem sequentes, simpliciter ambulantes ditati sunt virtutibus, quod Deus magis acceptat, spiritualibus. Plerique etiam curationes corporum in meritis susceperunt: qui autem fraudulenter incedentes depravaverunt vias suas, nec sancto Dei famulo Gorgonio condignam exhibuerunt servitutem, diversis mulctati sunt flagellis. Alii dæmonibus coërciti, alii intestinis ruptis, alii sanitate medii corporis amissa, alii à lumbis deorsum incensi igne incorporali. Bonitatis verò sectatores ante diem sui exitûs promeruerunt à Domino vocari, audientibus illis Fratribus, qui digni inventi sunt audire: alii verò in secreto mentis suæ dicerunt, quando ex hoc carnis ergastulo educerentur. Vidimus eos verè solum Dominum desiderantes, æterna vocibus moribusque inquirere, diebus ac noctibus illò suspirare, caduca omnia nihili pendere, vilissima quæque, & quæ nos modò respicere vix (ut ita dicam) volumus, illi pro magno suscipere, veneranter adimplere, acsi ipse Deus visibiliter consignaret, illud fideliter memoriæ commendantes ac opere exercentes: Qui se humiliat, exaltabitur: & illud: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies requiem.

q

r

B

auctor Gorziensis ad virtutem exstimulat.

36 At nos, prô dolor, interiùs tumentes, magnosque nos arbitrantes, volumus in futuro exaltari à Domino, cùm nolimus pro eo vel ad modicum humiliari. Sed caveamus illud nobis tempore uniusc ujusque vocationis nostræ à Domino dici: Non fecisti, quod jussi, quid imprudenti * fronte requiris, quod promisi? Locus enim hic, sicut & alia loca omnia, humilitate crevit; nec destruetur nisi superbiâ: quia revera per eamdem priùs destructus est. Ergo Dei omnipotentis clementiam, interventu Sanctorum atque omnium fidelium Christo famulantium humiliter imploremus, ut qui stillam inenarrabilis misericordiæ suæ super hunc irroravit locum tam gratuito suæ affluentiæ dono, quàm labore prædecessorum nostrorum, ne molibus depereat nostrorum peccaminum, sed magis augeat & dilatet in dies terrenis affluentiis, quodque est optabilius, spiritualibus deliciis, sicut scit ipse: nec provocatus malis nostris se subtrahat nobis fons misericordiæ, Dominus noster Jesus Christus, in ablutione peccatoris & menstruæ, ut continens in via misericordias suas, quicquid delinquimus, deleat & extergat flagello disciplinæ paternæ, neque ut nequissimos servos perpetuam tradat ad pœnam; sed misereatur ut filiis, de quibus ipse per Scripturas suas dignatus est dicere: Quem diligit Dominus corripit; flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ita nos quoque in hac ærumnosa vita Dominus corripiat flagellando, ut excussis ab anima nostra omnium nævis sordium, velut secernuntur grana, cùm excutiuntur fortiter aristæ; & quasi aurum in fornace probatum & purgatum facti, mereamur in illo desiderabili Beatorum collegio ovantes ascisci, ubi absterso omnibus lacrymis, mors, clamor & luctus ultrà non erunt, sed pax perpetua, lux indeficiens, gaudium ineffabile de perpeti contemplatione piissimi Redemptoris nostri Jesu Christi & sanctorum angelorum atque omnium electorum, qui ab initio mundi creati sunt; ad quos nos citiùs perducere dignetur Deus omnipotens, qui in Trinitate perfecta vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen *s*.

C

D

E

F

s

* *ibid.* imprudenti

ANNOTATA.

a *Mabillonius hîc notat sequentia:* Id factum videtur anno DCCCCXXXVII, *laudatque Frodoardi Chronicon, quod apud Chesnium tom.* 2 *Historiæ Francorum, ad dictum annum sic habet:* Cæli pars ardere visa & Hungarorum persecutio ab eadem parte per Franciam insecuta est: quâ villæ & agri depopulati, domus basilicæque conflagratæ, captivorum abducta multitudo *&c. Verùm ex sæpe laudatis B. Joannis Actis cap.* 8 *liquet hæc multò seriùs contigisse: ibi enim dicitur* dissensio .. inter domnum & glorioſissimum tunc adhuc regem, postmodum Cæsarem Othonem & filium ejus Liuthulfum & generum Conradum exorta, *quæ* ad gentis inimicæ Deo Hungarorum in nos eruptionem desæviit. *Hæc procul dubio eadem est dissensio, eademque Hungarorum irruptio, de qua auctor noster agit. Porrò de prædicta dissensione, prout Bollandus noster ad citatum caput annotavit, Sigebertus in Chronico ad annum* 952 *sic habet:* Liudulphus filius imperatoris Ottonis, instinctu Conradi ducis, cum eo contra patrem suum rebellavit *&c. De accitis verò per Conradum Hungaris ad annum* 955 *scribit:* Conradus dux, Dei & imperatoris transfuga ad Hungaros se transferens, eos in Lotharingiam usque ad Carbonariam sylvam perduxit, & virtute Dei apud Lobias contra eos ostensa, ultrà procìr prohibiti, impunè redeunt. *Similia habet Frodoardus mox laudatus ad annum* 954.

b *Ita correxi ex editione Mabillonii; in nostro enim apographo perperam legitur* stipendii.

c *Ex dictis is fuit Conradus. Mabillonius, qui irruptionem aliquot annis citiùs statuit, Gislebertum credidit, qui anno* 939 *secundum Frodoardi chronicon, secundum Sigebertum verò anno* 943 *Rheno submersus est.*

d *In editione Mabillonii est:* Venderas fugit. *De hoc loco, qui B. Joanni Gorziæ abbati natalis fuit, ejusdem biographus cap.* 2 *hæc ait:* Oriundus itaque hic Joannes ex territorio fuit partim Metensi partim Tullensi, villâ olim regiâ, vocabulo Vinderiâ. *Calmetus tom.* 1 *Historiæ Lotharingiæ col.* 860 *Gallicè* Vendieres *appellat, unaque cum dimidiâ leucâ Galliæ Mussiponto Metas versus statuit, quemadmodum etiam collocatur in chartis geographicis eidem Operi insertis, in quibus* Vandiere *scribitur. Alius hic locus est ab eo, quem Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum* Venderas *hodiéque* Vendieres *appellatum ad flumen Matronam situm affirmat.*

e Nisibis *videlicet. Totam hanc historiam ex Theodoreto relatam habes tom.* 4 *Julii ad diem* 15, *in Actis S. Jacobi, ejusdem urbis episcopi, sub quo ea contigit.*

f *Auxesis est; neque enim omnis murus corruerat: vide laudata Acta, cap.* 2, *num.* 13.

g *Videtur hic auctor significare, murum illum absque hominum operâ divinitus restitutum fuisse: verùm id non ita est, ut liquet ex laudatis Actis num.* 14.

h *Erat is Sapor ejus nominis II.*

i *Constantium imperatorem intelligit.*

k Sca-

A k Scamellum, scamella, scammellum *est* scabellum; sed propriè usurpatur pro iis scabellis, quibus repentes manibus innituntur, *inquit Cangius in Glossario, ubi id variis exemplis probat. Suffecerit versus Rodulphi Tortarii de Miraculis S. Benedicti hìc recitâsse: sunt autem hujusmodi:*

At puer assuetis pronus reptando scamellis,
Floriacum petiit, sospes & inde redit.

l Synaxis *est Officii divini recitatio.*

m *Mabillonius suspicatur hunc fuisse* Everardum, *de quo biographus B. Joannis Gorziensis abbatis cap.* 12 *ait:* Everardus *ducatum* Franciæ, Austrasiæ & quorumdam trans Rhenum tenebat locorum. *Continuator quoque Chronici Reginonis ad annum* 937 Eberhardum ducem Francorum *appellat, eumque anno* 939 *juxta Andernacum in prælio occisum scribit: at Sigebertus ejusdem cædem anno* 943 *affigit.*

n *Adi Annotata ad cap.* 1, *lit.* d.

o Tullum *vulgò* Toul *vetusta urbs Galliæ inserta Lotharingiæ, ad cujus tamen ducatum non spectat, ad Mosellam condita, caput est Tullensis agri, &* B *antiquo episcopatu celebris sub archiepiscopatu Trevirensi.*

p Verodunum, *Gallis* Verdun, *urbs pariter Galliæ intra eumdem Lotharingiæ ducatum, à quo non dependet, ad Mosam flumen sita, episcopalis sub eodem archiepiscopo Trevirensi, estque Verodunensis tractûs caput. Porrò in laudata B. Joannis Vita, cap.* 6, 7 & 8 *aliquot illustres Gorziæ monachos lector recensitos reperiet.* A. Anonymo.

q *Adi caput* 2, *à num.* 11, *uti & Annotata ibidem.*

r *Hæc Gorziæ restauratio facta est curâ & industriâ B. Joannis sub abbate Einoldo, quemadmodum in ejusdem Beati Vita, cap.* 10 *legere est. De muro, quo monasterium cinxit, num.* 90 *hæc habentur:* Magistris artium diversarum undecumque conductis, primum claustrum muro in modum castri undique circumsepsit; quod hodieque non modò munitioni, sed & si opus sit, oppugnationi adesse conspicitur.

s *In Ms. nostro subjicitur hæc clausula:* Explicit libellus miraculorum sancti Gorgonii martyris glorioši. E

DE S. SEVERIANO MARTYRE

SEBASTIÆ IN ARMENIA MINORE.

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. S.

§ I. Memoria in Fastis & cultus Sancti: Acta Græca Metaphrastis jam Latinè edita: altera antiquiora & meliora, quæ dabuntur.

Sub Licinio. *Memoria Sancti in Fastis sacris, & cultus:* C

Nclytum martyrem Severianum *hodie Fasti Græcorum, cùm editi tum inediti, longis celebrant elogiis. Mosci quoque* Severianum *Fastis suis inseruerunt. Ex Græcis eumdem accepit Galesinius, quem secutus est Baronius in Martyrologio Romano, ubi ita habet:* Sebastæ S. Severiani militis Licinii imperatoris, qui cùm quadraginta martyres in carcere detentos frequens visitaret, jussu Lysiæ præsidis saxo ad pedes ligato suspensus, ac verberibus cæsus, & flagris laniatus, in tormentis reddidit spiritum. *Accuratum non est istud elogium, cùm nec causa martyrii, nec genus mortis rectè explicetur, ut patebit ex Actis. Porrò Græci in Menæis suis Officium hac die præcipuè peragunt de sanctis Joachimo & Anna, parentibus Sanctissimæ Virginis, sic tamen, ut partem tribuant* S. Severiano *martyri. Eorum elogia huc non transfero, quia pleraque ex Actis sumpta sunt; sed quæ in iis contraria videntur Actis, aut certè Actis superaddita, examinabo inferiùs.*

2 *Acta Græca* S. Severiani, *à Metaphraste conscripta, memorat Leo Allatius in Diatriba de Symeonum scriptis pag.* 127, *illorum tale dicens esse initium:* Λικιν῀ε ξ δυσσεβ῀ε βασιλε῀ον-τ@, Λυσίας τὸ τ῀ωικαῦτα δ῀ξ ὢν. Licinio impio imperante, Lysias, qui tunc erat dux *&c. Græcum horum Actorum apographum habeo, ex codice Medicæo olim Majoribus nostris communicatum. Eadem Acta Latinè reddita edidit Lipomanus tom.* 6, *&* Surius *ad* IX *Septembris. Tillemontius tom.* 5 *in Persecutione Licinii aliqua ex his Actis, in Surio visis, adducit; eaque benigniùs tractat, quàm aliàs solet tractare* F *Acta per Metaphrastem scripta, licèt eum pro horum auctore agnoscat. Ait enim Acta non mala videri, quantùm ad facta usque ad mortem; sed miracula, quæ post mortem patrata narrantur, utcumque videri suspecta. De sermocinationibus, quæ hisce Actis insertæ sunt & multæ & satis prolixæ, verbum nullum adjungit; sed eas solùm omittit.*

Acta à Metaphraste scripta, quæ quantum ad facta,

satis accurata sunt, nævis tamen non carent.

3 *Itaque in hisce Actis facta pro veris haberi possunt, judice Tillemontio, etiamsi non credamus dicta Actis inserta Martyris esse, & rectè quidem: nam tormenta Martyri illata satis bene expressit Metaphrastes, & certè meliùs quàm ea ex Metaphraste excerpsit ipse Tillemontius, ut patebit ex aliis Actis dandis, & ex disputandis inferiùs. Verumtamen nævis non caret lucubratio illa Metaphrastis, cùm verba, à* S. Severiano *& à duce Lysia tempore martyrii prolata, passim pro suo arbitrio mutaverit Metaphrastes, variaque circa initium & finem Actorum adjecerit, quæ deinde discutiemus. Præterea ex conjecturis, quantùm apparet, multa Actis inserta sunt, quibus animi affectiones & consilia ducis Lysiæ exponuntur. At, cùm ea in*

AUCTORE J. S. *Actis antiquioribus non legantur, pro incertis solùm haberi debent. Ceterùm Acta illa non recudam, cùm meliora habeamus: attamen quædam ex iis recitabo & examinabo inferiùs.*

Alia Acta Græca bonæ notæ,

4 *Acta alia Græca, quibus Metaphrastem ad sua conscribenda usum existimo, nobis ex codice Ms. bibliothecæ regiæ Parisiensis exscribenda curavit, & humanissimè nuper transmisit Vir Clarissimus, D. Claudius Sallier, custos laudatæ bibliothecæ, ubi habentur in duobus codicibus Mss. Apographum nostrum est codicis* 1506 *inter Græcos; sed eidem adjectæ sunt lectiones variantes ex codice* 1519, *in quo eadem Acta habentur, & aliqua leguntur correctiùs. Diversas hasce lectiones ad marginem assignabo, aut in Annotatis ad Acta, ubi videbitur operæ pretium. Jam verò quod spectat ad fidem horum Actorum: ego certè nihil in illis invenio, quod meritò possit videri suspectum, aut fide indignum. Omnia exponuntur accuratè: nihil exaggeratum videtur, nihil absonum, nihil Christianorum aut gentilium Romanorum moribus contrarium.*

B *& scriptoris bene instructi, quantùm apparet.*

5 *Præterea, etsi hæc Acta non ita sint conscripta à notariis jussu ducis Lysiæ, omnia tamen insinuant scriptoris esse contemporanei; nec improbabile est, Acta notariorum auctori præluxisse, atque hisce pro majori parte fuisse inserta: accuratè enim scripta videntur dicta omnia cùm* S. Severiani *tum ducis Lysiæ, imò & accusationes initio contra Sanctum allatæ: tormenta verò breviter tantùm referuntur. Attamen omnia quoque ita scribi potuerunt ab aliquo, qui rebus gestis adfuerat, aut ab iis, qui præsentes fuerant, singula didicerat: nam in gravissimis quoque persecutionibus Christiani aliqui se turbæ miscebant, ut martyrum certamina intuerentur. Verùm sive ex Actis notariorum, sive ab aliquo teste oculato, sive ex relatione eorum, qui præsentes fuerint, sive alio quopiam modo conscripta sint Acta; omnia persuadent auctorem Actorum satis fuisse de singulis instructum.*

§ II. Examinantur, quæ à Metaphraste & martyrologis Græcis adjecta sunt Actis, & alia quædam dubia.

C *Sanctus non videtur fuisse patriâ Sebastenus;*

Acta nullibi exprimunt, ubi natus sit S. Severianus, *& ne Metaphrastes quidem. Attamen Menologia Græcorum & Ms. eorum Synaxarium habent, patriâ fuisse Sebastenum, non alio fortasse fundamento, quàm quòd passus sit Sebastiæ. Verùm ea conjectura nullius est momenti, cùm* Severianus *miles esset, & milites frequenter longè absint à patria sua. Metaphrastes clarè patriam* S. Severiani *distinguit ab urbe Sebastia, cùm dicit corpus defuncti à quibusdam delatum* in patriam Martyris. *At ejus patriam fortasse scriptor ille ignoravit, cùm nullibi eam nominet: nec fidere multùm possumus assertæ ab eo translationi. Verumtamen existimo* Severianum *non fuisse patriâ Sebastenum, nec corpus ipsius Sebastiæ mansisse, quia in Actis num.* 1 *dicitur mandâsse quibusdam præsentibus,* qui erant ex ejus patria, *ut corporis sui curam haberent. Etenim videntur illi, qui erant ex ejus patria, illo loquendi modo distingui à Sebastenis. Per illos verò corpus Sancti acceptum fuisse, & verisimiliter aliò asportatum, circa finem Actorum ostendam in Annotatis.* D

nec comprehensus est statim post martyrum quadraginta mortem,

7 *Secundò in Actis Sanctus dicitur passus die* IX *Septembris, & quinque tantùm diebus in carcere detentus fuisse videtur. Itaque secundum Acta comprehensus fuit die* III *aut* IV *Septembris. Metaphrastes verò ita orditur Acta, ut facilè persuadere possit, & revera quibusdam persuaserit,* Severianum *fuisse captum statim aut non diu post martyrium quadraginta martyrum Sebastenorum, de quibus apud nos actum ad diem* X *Martii. Verba Metaphrastis Latinè reddita apud Lipomanum hæc sunt:* Licinio impio imperante, Lysias, qui tunc erat dux, properabat è Cæsarea venire Sebasten. Eum enim vocabat tempus martyrum Christi; illorum, inquam, victoriâ insignium quadraginta. Postquam autem illis ad finem pervenit martyrium, Severianus quoque ad ducem defertur. *Et mox inter accusationes, quas delatores contra* Severianum *intentabant, hanc recenset;* nempè quòd quadraginta illorum, qui paulò antè viriliter decertaverant, ... Severianus fuerit præcipua causa eorum tolerantiæ *&c.* E

sed ferè sex mensibus seriùs:

8 *Exiguum tempus intercurrisse inter mortem quadraginta martyrum & comprehensionem* S. Severiani, *allata verba prorsus innuunt. Hinc Baronius, cujus verba dedi num.* 1, *credidit comprehensum fuisse* Severianum, cùm quadraginta martyres in carcere detentos frequens visitaret. *Verùm in hisce sequendus non est Metaphrastes, sed corrigendus; cùm quadraginta illi Martyres passi sint mense Martio,* Severianus *mense Septembri, ita ut ferè sex menses inter martyrium utrorumque intercurrerint: nam ipse quoque Metaphrastes habet,* IX *Septembris passum esse* S. Severianum, *nec diutiùs eum in carcere servatum voluit, quàm Acta nostra. Suspicor igitur Metaphrastem initio Actorum nostrorum fuisse deceptum, quia id revera sic intelligi potest, sicut ipse videtur intellexisse, si solum consideretur: at ita necessariò exponendum non est, cùm dicatur quidem renovata fuisse persecutio* post certamina & martyrium sanctorum quadraginta martyrum, *sed nullibi asseratur id contigisse* statim *post illorum martyrium. Quare consideranda etiam sunt, quæ deinde in Actis sequuntur, & vel maximè dies martyrii; indeque statuendum, Sanctum nostrum fuisse coronatum sex ferè mensibus post celebres illos quadraginta martyres.* F

Translatio corporis, & mortui resuscitatio,

10 *Priusquam Acta subjiciam, huc transfero, quæ Actis adjecta sunt à Metaphraste, de corporis translatione gemina, miraculisque tunc factis.* Sequenti autem die quidam ex piis, quibus Martyr vivus suam mandârat sepulturam, simul convenientes, cùm martyricum illud corpus magnificè composuissent, & super id hymnos cecinissent, & quæcumque solent Christiani, peregissent, desiderantibus simul & colentibus manibus elatum, media nocte tulerunt in patriam Martyris. Cùm autem veniissent in quendam locum, illinc quidem patriæ significatur adventus reliquiarum. Cogitabat verò unusquisque eis ire obviàm: & omnes simul egressi sunt, neque fuit ullus, qui non venerit, non senex, non puer, non infirmus, non naturâ tardus: sed existimabat unusquisque se prærepturum esse benedictionem, si modò priùs occurrisset reliquiis. Sic ergo omnibus alacriter festinantibus,

mortui

AUCTORE J. S.

A mortui ſervi conjunx ſola relicta fuerat, (deceſſerat enim eo tempore quidam ex ſervis Martyris) erantque uxori acerba omnia, mariti damnum, & ejus, qui eam conſolaretur, ſolitudo: & quòd neſciret quonam modo poſſet ire obviàm Martyri. Sola ergo intus relicta, quoniam quæſiit, qui eam conſolaretur, & non fuit, & qui ſimul doleret, & non invenit: mortui conjugis corpore appoſito, plangebat, gemebat, lamentabatur, mortuum perinde ac vivum alloquebatur. Surge, ô marite, ſurge, dicens, eamus obviam Domino noſtro, ne videamur ſoli pigri & deſides, neque quiſpiam nos negligentiæ accuſet in noſtrum Dominum. Senſim autem & tangebat tunicam, & lachrymas cum voce emittebat. Hæc poſtquam brevi tempore ſuggeſſit, & dixit conjugi, etiam corpus Martyris mox erat adventurum: repentè (ô miraculum) vivus cernitur, qui erat mortuus, & iis abjectis, quæ erant ei impoſita, cùm ſe protinus cinxiſſet, ipſe quoque vadit obviàm Martyri. Quod inſigne miraculum, & tulit Athletæ teſtimonium de majore ejus fiducia ad Dominum, & ad ma-
B jùs deſiderium accendit omnium animos. Non enim quod factum fuerat, erat ejuſmodi, ut poſſet rejici, neque de eo poterat eſſe ulla dubitatio: ſed quos deceſsûs habuit ſpectatores, & qui curam geſſerant funeris, fuerunt ii quoque teſtes reſurrectionis.

altera quoque tranſlatio aſſerta.

11 Cùm longo autem tempore aſſediſſet famulus ſepulchro Martyris, decimo quinto anno ab illo tempore, & paulò plus, ipſe quoque exceſſit è vita. Atque tunc quidem conſiderantibus omnibus, qui ad hoc congregati fuerant, ubinam ab eis martyricum corpus deponeretur, quoniam dubitationis non dabatur ſolutio, meliori & diviniori providentiæ id ſtatuendum reliquerunt, & coronam ex floribus contextam imponunt reliquiis. Protinus autem, tanquam ab aliquo miſſa, deſuper advolans aquila, accepit coronam, & ſenſim movit pennas, & eas minùs pernices habuit ad volandum. Sed illam quidem ſtatim ſequebatur populus. Ipſa autem quodam modo eum ducebat, tantùm ante eos volans, ut non eſſet multùm remota ab oculis. Et cùm veniſſet ad propinquam ſylvam, & deinde coronam ex alto demiſiſſet in pulchro loco mon-
C tis, & volare cœpit celeriùs, & profecta eſt ad ſuam habitationem. Hoc illi conjicientes divinam eſſe indicationem, cum voluptate & magno ſtudio concurrentes, ſacrum illud & divinum corpus illic ſanctè & divinè deponunt. Quo in loco in hodiernum uſque diem Sanctus illic frequentes operatur curationes, & multa miracula, cuilibet roganti benignè apparens, & ejus curam gerens, in Chriſto Jeſu Domino noſtro. *Hactenus Metaphraſtes, qui unde hæc acceperit, ignoramus. Suſpectæ utcumque fidei hæc eſſe, advertit Tillemontius, cui lubens aſſentior. Non quidem exiſtimo, à Metaphraſte conficta eſſe; ſed ex monumento quopiam vetuſtiore deſumpta ſuſpicor: at cùm ignoremus, quantæ fidei fuerint ſcripturæ, quas hîc veriſimiliter ſecutus eſt Metaphraſtes, dubitare etiam cogimur de veritate ipſius relationis, & omnia ipſius fidei permittere. Ceterùm, ſi vera ſunt, quæ de corporis tranſlationibus dicuntur, patria Sancti in ipſa Armenia minori fuerit, aut certè in provincia vicina.*

§ III. Appendix de loco, in quo gelu expoſiti fuerunt quadraginta martyres, quorum hæc Acta meminerunt.

Quadraginta martyres Sebaſteni in ſtagno paſſi creduntur:

M*Ajores noſtri ad* x *Martii diligenter egerunt de quadraginta martyribus Sebaſtenis, de quibus meminerunt Acta* S. Severiani, *luculenterque probârunt, eos paſſos fuiſſe in ſtagno prope Sebaſtiam, prout habet traditio vetuſtiſſima, & ab omnibus ferè omnium ſeculorum ſcriptoribus, qui de illis tractârunt, confirmata à ſeculo* IV, *quo coronati ſunt, uſque ad noſtrum. Utcumque tamen dubitâſſe videntur, utrùm aquis ſtagni fuerint immerſi, an ſupra ſtagnum congelatum ſtare juſſi, quia S. Baſilius multus eſt in glacie ſtagni deſcribenda, & de ea etiam loquitur Nyſſenus. Verùm cùm S. Ephræm Actaque, & plura alia monumenta clarè tradant, aquis fuiſſe impoſitos martyres; ſatis inſinuârunt ſe hanc ſententiam præferre, ſaltem ut probabiliorem. Et ſanè, etiamſi ſtagnum ſolidiſſima fuerit glacie obtectum, vel ſic aquis partim imponi potuerant, partim glaciei, modò ſingulis aptum foramen, perrupta ſecuribus glacie, componeretur: nolo tamen hanc dubitationem qualemcumque hîc ulteriùs examinare, contentus dixiſſe, quo modo S. Baſilius, S. Gregorius Nyſſenus, S. Ephræm, aliique inter ſe & cum Actis conciliari poſſint.*

at eam traditionem refutare voluit Tillemontius.

13 *Verùm Tillemontius tom.* 5 *Monum. eccl., notâ* 3 *in Quadraginta martyres, conatus eſt receptiſſimam traditionem de Sanctis hiſce in ſtagno paſſis prorſus everſere, voluitque oſtendere eos potiùs in media urbe nudos fuiſſe conſtitutos, atque aëri frigidiſſimo expoſitos. Cùm autem viderem, ſententiam illam jam utcumque placuiſſe ſcriptoribus aliquot neotericis, fundamenta illius examinare ſine præjudicio volui, conferens ſcriptores à Tillemontio allegatos cum verbis, quæ ipſis attribuit. Hoc porrò examine ulteriùs inductus ſum ad novam illam opinionem, ne ſerpat longiùs, hoc loco refutandam,* F *cùm mihi non modò falſa appareat; ſed etiam S. Baſilium amico ſuo S. Ephræmo contrarium faciat, & S. Gregorium Nyſſenum utrique repugnantem. Quippe, ſi credimus Tillemontio, ſecundum Baſilium hi Sancti in media urbe nudi fuerunt poſiti, ſecundum Ephræmum in ſtagno urbi vicino, & ſecundum Nyſſenum in balneis publicis. Audiamus argumenta, quibus ad id probandum utitur Tillemontius.*

Primum ipſius argumentum ex loco ambiguo S. Baſilii,

14 *Primò aſſerit, SS. Baſilium & Gregorium Nyſſenum dumtaxat dicere, Sanctos illos fuiſſe nudos gelu expoſitos, non verò addere, id factum eſſe in ſtagno, quemadmodum à S. Ephræmo, in Actis omnibus, & à ſcriptoribus recentioribus, rem narrari fatetur. Imò etiam adjungit, videri S. Baſilium idem dicere, indeque non unum ſed plures Baſilii interpretes fuiſſe deceptos: contendit enim locum S. Baſilii, ubi de ſtagno meminit, non rectè fuiſſe Latinè expoſitum ab interpretibus. Tillemontio aſſenſus eſt noviſſimus editor Operum S. Baſilii, Julianus Garnier, locumque ab aliis de ſtagno expoſitum tom.* 2 *pag.* 152 *interpretatus eſt de urbe. Locus ille revera eſt ambiguus, poſſeque æquè de*

AUCTORE J. S.

urbe exponi quàm de ſtagno, ſi ea expoſitione Baſilius eſſet conciliandus cum Ephræmo & Nyſſeno: at æquè etiam intelligi poteſt de ſtagno quàm de urbe, ideoque ſic intelligendus eſt, ut S. Baſilius concilietur cum amico ſuo S. Ephræmo, cui ipſe martyrum illorum res geſtas narravit.

cui longè præferenda ſunt clara verba S. Ephræmi:

15 *Audiamus S. Ephræmum ipſum, & conſideremus, an prudenter ipſum in re præſenti S. Baſilio contrarium credere poſſimus. In Encomio S. Baſilii tom. 2 Græcorum Operum nuperrimæ editionis Romanæ pag. 293 ita habet, narrans ſuum cum S. Baſilio congreſſum:* Tunc concepit venter meus prudentiam, ut pararet quadraginta martyrum laudes: omnem enim tolerantiæ ipſorum modum meis adjunxit auribus egregius vir; quemadmodum ſcilicet elegerunt mori pro Chriſto, quantaque pericula contemſerint, ut ipſum lucrifacerent *&c. Et paulo inferiùs comparans Baſilium cum iſtis martyribus, de hiſce ait:* Illi in ſtagno *&c. & rurſum:* Illi inter aquas *&c. Ita in Oratione de quadraginta martyribus, de ſtagno & de aquis clariſſimè loquitur, fatente Tillemontio. Quis igitur prudenter credat ob locum Baſilii ambiguum, duos hoſce Sanctos de loco certaminis non conſentire, cùm alter alterum docuerit? Nam quod dicit Tillemontius, nos tantùm habere Opera S. Ephræmi, prout Græcè reddita ſunt & Latinè, exigui momenti eſt, cùm nullo modo veriſimile ſit, interpretem Græcum errâſſe tot locis, quot ille de ſtagno & aquis loquitur, dum quadraginta martyrum laudes celebrat. Nihilo melius eſt, quod aſſerit, Ephræmum viva tantùm voce, & quidem per interpretem, ex Baſilio didiciſſe, quæ de laudatis martyribus ſcribit. Etenim, etſi Baſilius ipſum initio allocutus ſit per interpretem, numquam oſtendetur, ipſis interpretem ſemper fuiſſe neceſſarium. Si verò omnia per interpretem locuti ſunt; id non oberit, quo minùs mentem Baſilii rectè percipere potuerit Ephræm.*

nam locus Baſilii rectè exponi poteſt pro ſtagno:

B C

16 *Nunc ipſum locum S. Baſilii conſideremus, ut pateat quàm ſit ambiguus, aut potiùs de ſtagno quàm de urbe explicandus. Affirmat condemnatos fuiſſe martyres ad pernoctandum ſub dio,* ὅτε λίμνη μὲν, περὶ ἣν ἡ πόλις κατῴκισται, ἐν ᾗ ταῦτα διήθλησαν οἱ ἅγιοι, ὅλον τι πεδίον ἱππήλατον ἦν; quando ſtagnum, circa quod condita erat civitas, in qua (*vel* in quo) Sancti decertabant, erat velut quidam campus equitabilis. *Voces* ἐν ᾗ *referri poſſunt ad vocem* πόλις urbs, *ad quam neceſſariò referendas vult Tillemontius, quia hæc propinquior eſt, aut ad vocem* λίμνη ſtagnum, *licèt hæc remotior ſit: nam illæ voces,* circa quod civitas erat condita, *includendæ videntur parentheſi, quia Baſilius mox pergit loqui de ſtagno, non de urbe. Itaque locus eſt ambiguus, & ideo ſic explicandus, ut non pugnet cum aliis Patribus, præſertim cum S. Ephræmo, qui geſta horum martyrum ex Baſilio didicit. At, inquit Tillemontius, locum de urbe intellexit & explicuit S. Gaudentius in tractatu dicto in dedicatione baſilicæ horum & aliorum martyrum. Reſpondeo id quidem verum videri: nam ita habet:* Stagnum quoque urbi, in qua iſta gerebantur, ſubjacens longè latéque diffuſum, validiſſimo gelu durante, iter ſolidum plauſtris gementibus commodabat. *Attamen vel ſic videtur Gaudentius loci ambiguitatem vidiſſe, atque ea de cauſa nullibi expreſſiſſe, utrùm in urbe, an in ſtagno frigori fuerint expoſiti martyres, quòd de illis plura non legiſſet, quàm habet S. Baſilius.*

D

nec repugnat communi ſententiæ, etſi aliter explicetur.

17 *Præterea auctoritas S. Gaudentii in hiſce nequit eſſe tanta, quanta eſt S. Ephræmi; præſertim cùm omnia Acta monumentaque poſteriora huic conſentiant; cúmque Gaudentius longiſſimè abfuerit à martyrum palæſtra, Ephræm verò ſatis propinquus, ita ut martyrii adjuncta potuerit diſcere non ſolùm verbis & ſcriptis S. Baſilii, ſed etiam per alios, qui erant magis loco vicini. Quapropter ipſi Baſilio præferendus eſſet Ephræm, ſi nullo modo poſſent conciliari: nam, cùm poſteriùs ſcripſerit Ephræm, incredibile eſt, eum voluiſſe Baſilio contraria ſcribere, niſi certus eſſet, aliquid ei erroris obrepſiſſe. Verùm, ſi omnino Baſilii locus ita eſſet intelligendus, prout eum videtur intellexiſſe S. Gaudentius, contrarius non eſſet Baſilius Ephræmo, quemadmodum eidem non repugnat S. Gaudentius; ſed ſolùm omitteret locum martyrii: nam voces Gaudentii,* in qua iſta gerebantur, *de certamine priore & condemnatione martyrum clariſſimè proferuntur, atque eodem ſenſu explicanda ſunt verba S. Baſilii, ſi vocibus iſtis, quas dubias oſtendi, urbem deſignatam voluerit.*

E

Aliud argumentum Tillemontii ex alio S. Baſilii loco,

18 *Ex aliis tamen Baſilii locis ulteriùs ſententiam ſuam probare voluit Tillemontius. Paulò ante verba mox data in editis S. Baſilii Operibus hæc leguntur:* Denudatos omnes juſſit ſub dio in media civitate congelatos mori. *Hæc verba, ſi genuina ſint S. Baſilii, hunc S. Ephræmo revera repugnantem faciunt. At Voſſius in Annotatis ad Opera S. Ephræmi pag. 736 teſtatur, in Vetuſtiſſimo codice Ms. Cryptaferratenſi Operum S. Baſilii non legi* in media civitate, *ſed,* in medio ſtagno, *unica tantùm voce mutata: nam pro* πόλει *; habetur* λίμνῃ. *Lectionem hanc longè præferendam eſſe, oſtendere nititur Voſſius ex communi conſenſu ſcriptorum, qui tradiderunt quadraginta martyres in ſtagno fuiſſe paſſos, non verò in media urbe. Tillemontius autem aliique pro lectione ſua allegant codicum multitudinem. Non inficior, codicum multorum conſenſum uni paſſim præferendum eſſe: at nec adverſarii meritò negare poſſunt, ex uno codice multos ſæpè corrigi poſſe, dum adjuncta perſuadent, locum aliquem in multis eſſe mendoſum.*

F

quem veriſimiliter corruptum, & alio modo legendum oſtendimus.

19 *Sic Tillemontius notâ 4 ſuſpicatur, alium locum Baſilii in hac eadem Oratione mendoſum eſſe, quia illum componere nequit cum dictis SS. Nyſſeni, Ephræmi & Gaudentii; licèt nullum aſſignet codicem ſibi faventem. Quanto igitur majori jure Voſſius exiſtimat, locum hunc, quem pluribus ſcriptoribus repugnare oſtendit, in pleriſque codicibus vitioſum eſſe, cùm ſaltem unum ſibi habeat faventem? Porrò non ſolùm aliorum ſcriptorum auctoritas, ſed etiam orationis conſequentia oſtendit, legendum potiùs eſſe* in medio ſtagno, *quàm* in media civitate. *Accipe præcedentia Baſilii verba:* Cùm enim (*tyrannus*) conſiderâſſet regionis naturam, quòd frigida eſſet, & anni tempus, quòd hibernum, obſervata nocte, in qua maximè malum augebatur, præſertim cùm boreas in ipſa tunc ſpiraret; *tum ſequitur;* denudatos omnes juſſit *&c. Si tam multa obſervaverit tyrannus, ut Sanctos maximo frigori exponeret; quis dubitet, quin & locum elegerit frigidiſſimum? Atqui ſtagnum undique apertum, ventiſque expoſitum & glacie contectum, locus erat frigidior, quàm urbis meditullium. Conſequentia igitur orationis perſuadet, genuinam eſſe lectionem,* in medio ſtagno,

A ſtagno, *& ſic Baſilium habemus communi ſententiæ faventem.*

Tertium ex Baſilio argumentum, quod frivolum eſt.

20 *Ultimam itaque ex Baſilio objectionem audiamus. Etenim relata Sanctorum morte, hæc ſubdit:* Decertârunt in terra, tolerantiam oſtenderunt in aëre, traditi igni ſunt, aqua ipſos excepit. *Hæc Baſilius, ut oſtenderet omnia elementa concurriſſe ad Sanctorum martyrium: nam in terra ſuſtinuerant priora, frigus in aere, igni injecta ſunt mortuorum corpora, & demum cineres in aquam. At rogat Tillemontius, an non potiùs Baſilius protuliſſet*, quæ viventes paſſi erant ſuper aquam, *ſi in ſtagno aut ſupra ſtagnum ſunt paſſi, quàm quæ dixit de cineribus aquæ injectis. Reſpondeo, voluiſſe Baſilium ſingulis elementis aliquid diverſum attribuere, idque eum rectè feciſſe, quia frigus priùs eſt in aëre quàm in aqua, & ab aëre aqua communicatur: gelu autem non ab aqua producitur, ſed ab aëre. Præterea ſi in glacie ſteterint, non ſunt omnino paſſi in aquis. Si medio corpore aquis ſint immerſi, ne vel ſic quidem congelati ſunt ab aqua, ſed ab aëre. Quare nihil eſt,*

B *quod cogat Baſilium Ephræmo contrarium credere hac ſaltem ex parte. Cotelerius tom. 2 Monumentorum eccleſiæ Græcæ pag. 97 & ſeq. edidit epiſtolam Baſilii ad Theodoſium imperatorem, dubitans tamen, an verè ſit Baſilii Magni. At ſive epiſtola ſit Baſilii, ſive alterius, qui tempore Theodoſii in Cappadocia floruit; auctor in ea memorat* ſacratiſſimum lacum Sebaſtenorum, in quem verè nominati ac generoſi quadraginta Chriſti milites, gravi borea flante, infixi ſunt.

Nyſſenum laudans Tillemontius, primum locum corrupit,

21 *Cum Baſilio Nyſſenum vel invitum voluit Tillemontius contra Ephræmum producere, ſed infeliciter, cùm non habeat Nyſſenus, quæ eidem attribuit.* S. Gregorius Nyſſenus, *inquit*, ſatis clarè dicit, eos gelu fuiſſe expoſitos in balneis publicis; & clariùs etiam, eccleſiam, in qua ad concionem dicebat, fuiſſe ædificatam in ipſo loco, ubi Sancti illi erant paſſi. *Reſpondeo, neutrum dici à Nyſſeno. Verba Nyſſeni, quæ pro balneis publicis aſſignat in margine, hæc ſunt Oratione 2 de Quadraginta martyribus:* Ἀλλ' ὁμοθυμαδὸν ἅπαντες τόπον λαμβάνοντες τὸν τόπον, ὥσπερ δημοσίοις τότε λετροῖς χολάζοντα, ὡς καὶ αὐτοὶ μέλλοντες τῷ λετρῷ καταφαιδρύνειν τὰ σώματα. *Quæ ſic reddo Latinè, verbum de verbo exprimens:* Sed unanimiter omnes hunc

C occupantes locum, quaſi publicis tunc balneis vacantem, quaſi & ipſi eſſent balneo recreaturi corpora. *Si quis ex hoc loco concludere velit, Sanctos in publicis balneis fuiſſe poſitos, eadem facilitate inferre poterit, illuc eos iviſſe, ut corpora recrearent: tam abſona & improbabilis eſt explicatio Tillemontii. Rectiùs igitur dicemus, ſtagnum cum balneis publicis comparari ob multitudinem illud ſimul intrantium: Sanctorumque introitum in ſtagnum conferri cum corporum curatione in balneis, quia libenter & alacriter aquam ingrediebantur.*

uti & ſecundum: Nyſſenus enim non habet

22 *Pro ſequenti ſententia de eccleſia in ipſo martyrii loco ædificata aſſignat Orationem 1 Nyſſeni de Quadraginta. At ibi non dicit Nyſſenus, martyrii locum fuiſſe illum ipſum locum, in quo concionabatur, ſed ab illo non longè abfuiſſe. Satis erit verba Latina hùc transferre, ut id quilibet perſpiciat:* Videte, *inquit*, ſacrum hoc arvum: hinc martyrum manipuli collecti ſunt. Quod ſi ſcire deſideras, de quo arvo dicam; ne procul ab eo, quod adeſt, circumſpicias. Quis eſt iſte locus, qui amplectitur conventum? Quid tibi dicit anniverſarius circuli ambitus? .. Si locum intuearis, ipſe martyrum ſtadium eſſe ait *&c. Nullo modo ex his inferri legitimè poteſt, orationem hanc dictam eſſe, in ipſo loco, in quo paſſi ſunt martyres; ſed rectè inferetur, dictam eſſe prope illum locum: nam id ſequitur ex illis*, ne procul ab eo, quod adeſt, circumſpicias, *modò adjungamus ſequentia. Nihilo magis ex tota Oratione oſtendi poteſt, in eccleſia aliqua tunc perorâſſe Nyſſenum, cùm varia potiùs innuant, in loco aperto Orationem illam fuiſſe dictam.* AUCTORE J. S.

ſententias à Tillemontio citatas;

23 *Etenim ab initio dicit Nyſſenus, ſe comprimi nimia populi multitudine, nec ullibi de eccleſia loquitur, ſed ſæpè de conventu numeroſiſſimo: deinde circa finem conqueritur, ſe audiri non poſſe præ nimio tantæ multitudinis ſtrepitu, ac tandem ea de cauſa Orationem imperfectam abrumpit. Præterea die ſequenti ſecundam Orationem ita exorditur:* Heri martyres E ad ſeſe populum vocabant: nunc hoſpitio eccleſiæ ipſi ſeſe offerentes excipiuntur. *Hæc verba planè innuunt, priorem Orationem non fuiſſe dictam in eccleſia; aut certè non in eadem eccleſia, in qua poſtridie habita eſt ſecunda. Qua de cauſa veriſimile eſt, primam Nyſſeni Orationem in loco aperto dictam eſſe prope ſtagnum: & longè certiſſimum eſt, verba Nyſſeni, à Tillemontio allegata, nullo modo ipſi favere, niſi corrumpantur, ſicut ab eo corrupta ſunt; ſed verbis num. 21 allegatis opinionem ipſius potiùs refutari.*

ſed communem ſententiam ſatis inſinuat.

24 *Quippe ait Nyſſenus, locum, in quo Sancti gelu fuerunt expoſiti, quaſi publicis balneis tunc vacâſſe, Sanctoſque tam alacriter ad eum locum ſe contuliſſe, acſi irent lavacro corpora recreaturi. Tam comparatio loci cum balneis publicis, quàm Sanctorum cum utentibus balneo, exigit, ut credamus, aquam in illo loco fuiſſe, & Sanctos aqua fuiſſe impoſitos: quod tam conſonum eſt dictis S. Ephræmi, quàm contrarium ſententiæ Tillemontii. Deinde ex Nyſſeni dictis clarè conſequitur, locum fuiſſe diſtinctum à balneis; ſed tantùm aliquid ſimile habuiſſe cum balneis publicis in illo actu: nam ideo additur particula* ὥσπερ quaſi; *mox rurſus additur* ὡς ſicut, *dum martyres ob alacritatem comparantur cum intrantibus balneum ad corpora recreanda. Itaque hic locus apertiſſimè favet communi ſententiæ, oſtenditque in ſtagno paſſos fuiſſe Sanctos, & probabiliùs aquis partim fuiſſe immerſos, ut habet S. Ephræm cum Actis & aliis pleriſque ſcriptoribus. Demum ſi quis velit objicere, nullibi clarè dici à Nyſſeno, Sanctos paſſos eſſe in ſtagno: reſpondebo nec Nyſſenum, nec Baſilium, Sanctorum illorum Acta ſcripſiſſe, ideoque prætermiſiſſe multa alia, quæ nota erant auditoribus: nam ne nomina quidem Sanctorum recenſuerunt, ita ut ſilentium unius aut alterius de re tali obeſſe nequeat, cùm loquantur alii.* F

ACTA

auctore anonymo

Ex codice Ms. Græco 1506 bibliothecæ regiæ Parisiensis, collato cum codice 1519 ejusdem bibliothecæ.

Interprete. J. Stiltingo.

Cùm Sanctus Christianis piè succurreret, argueretque gentiles,

POst certamina & martyrium sanctorum quadraginta martyrum, qui occubuerunt Sebastiæ *a* in Armenia, Licinio imperante, iterum malorum auctor diabolus contra pios insurrexit, & quoldam operarios suos constituit, ut invidiâ cædeque commoverentur contra Christianos *b*. Sanctissimus verò martyr Severianus eodem tempore florebat religione, ac Dei amore fulgebat, ita ut omnes fiduciam sancti Martyris admirarentur. Multis enim hortantibus, ut fugeret occasionem, ne loquendi libertate in apertum incideret periculum, dixit Sanctus: Non utor simulatione circa deos gentilium, nec faciam ut de me glorientur impii; arguam verò impium ipsorum errorem *c*, quia miles Christi potentior est imperatore impio. Quando hæc dicebat publicè in urbe Sebastia, mandavit quibusdam ibi præsentibus, qui erant ex ejus patria, ut, absoluto martyrio suo, reliquias suas colligerent.

a
b
B
c

defertur ad ducem, quæsitusque ultro adest:

2 Defertur igitur duci Lysiæ *d* à quibusdam dicentibus: Severianus miles tuæ potestatis, qui est ordinis senatorii, contempsit mandata imperatoris & potestatem tuam, se Christianum dicens: qui etiam auctor fuit mortis quadraginta illorum fortium militum *e*, quandoquidem illos instigavit ad non parendum mandatis imperatorum. Præterea, cùm dives sit, nutrivit tam ipsos quàm alios, jussu potestatis tuæ carceri inclusos. Ubi hæc audivit dux, fremens furoris sui ministros emisit, capitalem ipsis minatus pœnam, nisi citò adducerent Severianum. Postquam verò rem intellexit S. Severianus, generoso consilio ipse ultro obviàm venit: atque in prætorium ingressus, dixit ad ducem: Ecce, qui quæror, adsum, ut vobis ostendam, non esse opus rationibus ad demonstrandam impietatis vestræ inordinationem. Redarguit enim vos experientia martyrum, qui præcesserunt, ita ut omnes machinæ vestræ disruptæ sint à militibus Christi, cùm non potueritis ipsis persuadere, ut piam mutarent sententiam; quamtumvis ipsis intuleritis tot cruciatus amaros. Verùm vos quidem, & qui dæmones vestros adorant, confusi estis; illi verò à Christo sunt coronati *g*.

d
e
C
g

liberè respondens, graviter cæditur,

3 Tunc dux, non ferens ipsius libertatem in loquendo, &, quòd protervè injuriâ afficeretur, rugiens ut leo, jussit ipsum nudari & extendi *h*, aridisque cædi nervis. Ille verò *i*, dum cædebatur, dicebat: Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem suam. Postquam ministri multùm erant defatigati & deficiebant; dux ipsum jussit è terra elevari, eique dicit: Vidisti, Severiane, quid tibi attulerit importuna tua audacia & fiducia de Christo tuo. Dicit martyr Severianus *k*: Si oculos haberes, ostende-

h
i
k

Μετὰ τὰς ἀγῶνας καὶ τὴν ἄθλησιν τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων, τῶν τελευτησάντων ἐν πόλει Σεβαστίᾳ *a* τῆς Ἀρμενίας, ἐπὶ Λικινίου τοῦ βασιλέως· πάλιν ἐφυτεύσατο ὁ ἀρχέκακος δαίμων κατὰ τῶν εὐσεβούντων, καὶ ἐποτίθετο πᾶσιν ἑαυτῷ ἐργάτας φόνῳ καὶ φόνῳ κινηθῆναι κατὰ τῶν Χριστιανῶν· ἦν δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὁ ὁσιώτατος μάρτυς Σεβηριανὸς ἐν θεοσεβείᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸν Θεὸν ἀγάπῃ ἐνεφαιδρύνετο, ὡς ἔκπληξιν ἔχειν πάντας ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ ἁγίου μάρτυρος *. Πολλῶν γὰρ παρακινούντων αὐτῷ φυγεῖν τὸν καιρὸν, ἵνα μὴ παῤῥησίᾳ χρησάμενον * εἰς φανερὰν κίνδυνον ἐμπεσεῖν, ἔλεγεν ὁ ἅγιος· ἐγὼ μὴ ὑποκρίνομαι τοὺς θεοὺς τῶν ἐθνῶν, οὐδὲ μὴ καυχᾶσθαι ἐπ' ἐμὲ τοὺς ἀσεβεῖς παρακινδύνευσω, ἐλέγχω δὲ αὐτῶν τὴν ἄγνοιαν πλανίων, ὅτι σεσηπώτης Χριστοῦ δυνατώτερός ἐστιν ἀσεβοῦς βασιλέως. Ταῦτην δὲ λέγων τὴν φωνὴν δημοσίᾳ ἐν τῇ πόλει Σεβαστίᾳ, ἐνετείλατο πᾶσιν ὅσοι τὸν χώρας αὐτοῦ ἐκεῖ ὄντες ἵνα μὴ τὴν τελείωσιν τοῦ μαρτυρίου αὐτοῦ τὰ λείψανα αὐτοῦ κομίσωνται.

a
E
* *al.* ἀνδρὸς, viri
* *al.* χρώμενον
* *al.* ἐν ἐμοὶ

2 Διαβάλλεται δὲ τῷ δικὶ Λυσίᾳ ὑπό τινων λεγόντων· Σεβηριανὸς ὁ στρατώτης τοῦ ὑμετέρας ἐξουσίας, ὁ ἐν τάξει στενατόρων ὑπάρχων κατεφρόνησεν τοῦ βασιλέως προσαγμάτων καὶ τοῦ ὑμετέρας ἐξουσίας, λέγων ἑαυτὸν Χριστιανὸν· ὃς καὶ αἴτιος γέγονεν θανάτου τεσσαράκοντα γυναίων στρατιωτῶν, ἀνασατώσας αὐτοὺς μὴ πειθαρχῆσαι τοῖς τοῦ βασιλέως προσάγμασιν, ἀλλ' ὥστε * καὶ ἐνέσιος ὑπάρχων διέτρεφεν αὐτούς τε καὶ ἑτέρους ὄντας ἐγκατακλείστους προσάγματι τοῦ τῆς ἐξουσίας. Ταῦτα δὲ ἀκούσας ὁ Δοὺξ βελίξας * ἐξαπέστειλεν ὑπηρέτας τοῦ ἑαυτοῦ μανίας, κεφαλικῶν αὐτοῖς ἀπειλήσας τιμωρίαν, εἰ μὴ τύχοιεν * φέρασήσωσιν τὸν Σεβηριανόν. Ἀκούσας δὲ ὁ ἅγιος· Σεβηριανὸς γυναίῳ φρονήματι αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ ἀπήντησεν καὶ εἰσελθὼν εἰς τὸ Περιτώριον λέγει πρὸς τὸν Δοῦκα· ἰδοὺ ζητούμενός παρειμι, ἵνα ὑποδείξαι ὑμῖν ὅτι οὐκ ἐστιν χρεία λόγων πρὸς τὸ ὑποδεῖξαι τοῦ ἀσεβείας ὑμῶν τὴν ἀταξίαν· ἤλεγξεν γὰρ ὑμᾶς ἡ πεῖρα τῶν πρώην μαρτυρησάντων, ὡς καὶ πᾶσαι αἱ μηχαναὶ ὑμῶν f κατήργηνται ὑπὸ τῶν τοῦ Χριστοῦ στρατιωτῶν, μὴ * ἰσχυσάντων ὑμῶν μεταπεῖσαι αὐτῶν τὸν εὐσεβῆ λογισμὸν· καίπερ προσαγαγόντες αὐτοῖς τοσαύτας πικρὰς βασάνους. Ἀλλ' ὑμεῖς μᾶλλον καὶ οἱ προσκυνούμενοι παρ' ὑμῶν δαίμονες κατηχρώσθητε, ἐκεῖνοι δὲ ἐσεφανώθησαν ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ.

l. cum alio Ms. ἄλλως τε
* *l. cum eod.* Ερύξας
* *item l.* τάχιον
F
* *ibid. rectè* ἐστὶ χρεία
f
* *al.* μηδ' ὅλως

3 Τότε ὁ Δοὺξ μὴ φέρων αὐτοῦ τὴν παῤῥησίαν, καὶ ὅτι * προπετῶς ὕβρισεν αὐτὸν, θελίξας * ὡς λέων ἐκέλευσεν αὐτὸν ὑποδεθῆναι καὶ διατεθλιῶσαι καὶ νεύροις ξηροῖς τύπτεσθαι αὐτόν. Ὁ δὲ τυπτόμενος ἔλεγεν· ὅτι μοι νῦν * μὴ ἐτέκτανον οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν. Μετὰ δὲ τὸ ἱκανῶς καμεῖν τοὺς ὑπηρέτας καὶ ἀπονῆσαι, ἐκέλευσεν ὁ Δοὺξ ἐπερθῆναι αὐτὸν ὑπὸ τῆς γῆς καὶ λέγει πρὸς αὐτόν· Ἴδες Σευηριανὲ τί σοι προεξένισεν * ἡ ἀκαιρός σου θρασύτης καὶ ἡ παῤῥησία τοῦ Χριστοῦ σου. Ὁ μάρτυς Σευηριανὸς λέγει· εἰ εἶχες ὀφθαλμοὺς, ἐδείκνυόν σοι τί μοι

* *al.* δι' ὅτι
* *l.* Βρύξας.
* *al.* τὸ νεύτων
* *in alio Ms.* προεξένησεν

A μοι προεξένησεν ἡ ἄκαιρός σου θρασύτης ἰδὼν σὺ λέγεις, νυῦ ὢν τυφλὸς εἰ καὶ ἰδεῖν τὰ προκείμενά μοι βασίλεια ἠδύνασαι, ἐντεῦθεν ὢν σύχασαι ὅτι βλέπων ἐκεῖνα μετάρσιος γίνομαι τῇ ψυχῇ, καὶ τὸ σῶμα * νεκρὸν βασανίζεις, τὴν ψυχῆς μου ἀποδημίας, καὶ τὴν προφητείας τῶν ἐπαγγελιῶν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προσκαιρολεμβούσης.

* *al.* addi-tur μοὶ

4 Λυσίας ὁ δοὺξ λέγει· Κομπάζεις, Σευηριανὲ, ἀπάξεις τοὺς ἀνοήτους, ἐμὲ δὲ οὐ δυνάσαι συναρπάσαι· ἕως τοσοῦτον δέ σε αἰκισμοῖς βασανίσω, ἕως ἂν ὁμολογήσῃς τὴν θεῶν τιμὴν δεσποτείαν. Ὁ ἅγιος Σευηριανὸς λέγει· περίβλε ὅσα ἂν βάλῃ καὶ προσάγαγε τὰς μιαρὰς σου θυσίας, καὶ μαθήσῃ τοῦ Κυρίου μου τὴν δύναμιν· μᾶλλον σὺ ἀτονήσεις θλινοῦν τὰ κολαστήρια ἢ ἐγὼ ὑφισάμενος τὰ παρά σοι θλιβερόμενά μοι βασανιστήρια. Ὁ δοὺξ λέγει· ἀγνοεῖς τεισάθλιε * ὅτι στρατιώτης ὢν ἄρχοντι ἀμαλέγει *; ὁ ἅγιος Σευηριανὸς λέγει· παῤῥησίαν μοι δίδωσιν ἡ εὐσέβεια τοῦ Χριστοῦ μου. Τοιούτῳ γὰρ λατρεύω Θεῷ, ὃς καὶ βασιλέων ἀσεβῶν καταφρονεῖν με ποιεῖ καὶ ἄρχοντας εἰς οὐδὲν ἡγεῖσθαι τοὺς μὴ κατὰ νόμους * πολιτευομένους. Ὀνειδίζεις γάρ μοι τὸ θλιπτόμενα * ὅτι στρατιώτης εἰμὶ, ἀλλὰ μάθε καὶ τὴν ἐν Χριστῷ μου εὐγένειαν, ὃς ἀνεγέννησέν με ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ καὶ βασιλέων με ἐποίησε βασιλικώτερον καὶ ἀρχόντων δυνατώτερον· ὅθεν νυῦν ὡς ἀνδραποδώδη σοι ἀμαλέγομαι, ἀπὸ τοῦ κατὰ Χριστόν μου ἐλπίδος, ὃς πᾶσαν τὴν βίου τέρψιν ὡς κόπρον ἔπτυσεν ἡμᾶς ἡγήσασθαι *· μὴ ἓν νομίσῃς ἐκ τοῦ φόβου σε φαντασίας καταπλῆξαί με. Ὁ Χριστὸς γάρ ἐστιν ὑπερασπιστής μου.

A

* *al.* ἄθλιε

* *al.* ἀμαλέγῃ

* *al.* νόμον

* *al.* τὴν τύχην fortunam

B

* *al.* ἡγεῖσθαι

5 Περιζέσας δὲ * τῷ θυμῷ ὁ δοὺξ ἐκέλευσεν αὐτὸν κρεμασθέντα ξέεσθαι· οἱ δὲ ὑπηρέται πανταχόθεν αὐτὸν ὡς θῆρες περικυκλώσαντες ἀνήρτησαν ἐπὶ τοῦ ξύλου καὶ τὰς πλευρὰς αὐτοῦ ἔξεον· ὁ δὲ ἅγιος βασανιζόμενος ἔλεγε· κύριέ μου Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ τὸν ἀοράτου καὶ ὁρατῆς κτίσεως δημιουργὸς, ὁ αἰχμαλωτεύσας τὸν ᾅδην, ὁ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ θριαμβεύσας τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ παραδειγματίσας τὸν ἄρχοντα τοῦ αἰῶνος τούτου, ὁ τοῖς ἁγίοις ἀποστόλοις δεδωκὼς δύναμιν ἐξ ὕψους καὶ πολλοῖς λύκοις ἀνεπηρεάστους * διατηρήσας, ὁ ἐπὶ τῆς βαβυλωνίας καμίνου τὴν φλόγα χαλινώσας, καὶ τὰ σώματα τῶν παίδων ἄσπιλα διατηρήσας *, δυνάμωσόν με κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ τὴν ἐνίσχυσόν με κύριε· σὺ γὰρ γινώσκεις τὴν ἀνθρωπίνης φύσεως τὴν ἀσθένειαν· ὅτι χόρτου ξηροῦ ἀτελεστέρα ἡ δυνάμις μου καὶ ἄνθους πρόσκαιρος ὀλιγοχρονιωτέρα ἐστὶν ἡ ζωὴ ἡμῶν, δὸς δόξαν τῷ ὀνόματί σου καταλύσας τὴν δυναστείαν τῶν ἐπανισταμένων τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, ἵνα γνῷ πᾶσα ἡ γῆ ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς μόνος. Ὡς δὲ ἐπαύσατο προσευχόμενος, ἐκέλευσεν ὁ δοὺξ κατενεχθῆναι αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ξύλου καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ἐν τῇ φυλακῇ ἀπειλήσας αὐτὸν ὅτι ἐὰν μὴ εὐπειθέστερος ἔλθοις εἰς ἑτέραν ἐξέτασιν, σωφρονισθήσῃ δι' ἐλείονων βασάνων.

* *al.* ἀνεπηρεάστους

* *al.* διαφυλάξας

C

6 Ἀπαγομένου δὲ τοῦ ἁγίου εἰς τὸ δεσμωτήριον, διὰ πάσης τῆς πόλεως ἐβόα λέγων· οἱ τῶν ἀποτροπαιομένων εἰς τὸ τοῦ Χριστοῦ στάδιον ἀγωνισῶν τὰ θαύματα βλέποντες, ἐννοήσατε καὶ τὸν πόνων τὰ ἔπαθλα. Εἰ γὰρ βασιλεὺς τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανόντων [καὶ] εἰς τιμὴν ἀνδριαντομένων λαμπραῖς δωρεαῖς τιμᾷ τοὺς ἐκείνων συγγενεῖς, πῶς οὐχὶ μᾶλλον ὁ ἡμέτερος ἀγωνοθέτης Χριστὸς ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι μετόχους ἀναδείξει τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀγωνιζομένους; ἠθελήθη οὖν αὐτῷ ὄχλος πολὺς ἕως τῆς φυλακῆς, καὶ συνταξάμενος αὐτοῖς εἰσῆλθεν χαίρων καὶ δοξάζων τὸν Θεόν.

7 Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας ἐκέλευσεν ὁ δοὺξ ἀχθῆναι αὐτὸν, καὶ λέγει πρὸς αὐτὸν· ἐγὼ μὲν οἶμαι μὴ χρήζειν σε προμνήσεως, ἀλλ' αὐτὸς ἑαυτῷ τὰ συμφέρον γνοὺς, θῦσον τοῖς θεοῖς καὶ μὴ θελήσῃς τῇ πρώτερᾳ χρήσασθαι φιλονεικίᾳ ὅπως με μὴ ποιήσῃς

rem tibi, quid mihi conciliaverit importuna hæc, ut loqueris, audacia: at nunc cæcus es, nec potes videre præmia regia, quæ mihi futura sunt. Hinc verò conjice, me ista videntem animâ transferri ad sublimia, & te cruciare corpus mortuum, anima mea absente & definitione promissionum Servatoris nostri Jesu Christi ipsam occupante *l*.

A. ANONYMO.

l

4 Lysias dux reponit: Gloriaris magnificè, Severiane, seduces insensatos *m*; sed me simul trahere non potes. Ego verò tamdiu te contumeliosis cruciatibus urgebo, donec agnoscas deorum dominatum. Respondet S. Severianus: Fac, quod volueris, & affer polluta tua sacrificia *n*, & discès Domini mei potestatem: tu potiùs deficies *o* excogitans punitiones, quàm ego sustinens illata mihi à te tormenta. Dicit dux: Ignoras, miserrime, te militem cum duce loqui? Dicit S. Severianus: Loquendi libertatem mihi præbet cultus Christi mei: talí enim servio Deo, qui facit, ut & imperatores impios contemnam, & nihili faciam duces, qui secundùm leges non vivunt. Improperas mihi vitæ institutum, quia miles sum: sed discè etiam nobilitatem meam in Christo, qui regeneravit me in sanguine suo, atque imperatoribus me magis imperatorem fecit, & ducibus potentiorem. Unde tibi nunc loquor tamquam mancipio propter spem meam in Christo, qui omnem vitæ delectationem pro stercore *p* habere nos docuit. Noli igitur existimare, me fastu tuo à te perturbandum: nam propugnator meus est Christus *q*.

nihil hisce mutatus, *m*

n

o

E

p

q

5 Dux verò supra modum irâ exæstuans, jussit ipsum pendentem *r* ferreis laniari ungulis. Ministri autem undique ipsum, ut feræ bestiæ *s*, circumdantes, elevârunt in lignum, & latera ipsius laniabant. Sanctus verò tortus dixit: Domine mi Jesu Christe, invisibilis visibilisque creaturæ conditor, qui captivum duxisti infernum, qui in cruce triumphâsti de principibus & potestatibus, atque ignominiâ affecisti principem hujus seculi, qui sanctis Apostolis ex alto virtutem dedisti, eosque contra luporum violentiam invictos servâsti, qui in camino Babylonis flammas frenâsti, & corpora trium puerorum inviolata custodîsti; robora me, Domine Jesu Christe, & vires mihi largire, Domine: probè enim nôsti humanæ naturæ infirmitatem, quia feno arido infirmior est virtus mea, & flore temporario brevior est vita nostra. Da *t* gloriam nomini tuo, dissolvens imperium illorum, qui insurgunt in gregem tuum sanctum, ut noscat omnis terra, quòd solus es Deus *u*. Postquam orare desiit, ipsum è ligno dimitti dux jussit, & ad carcerem abduci, interminans ei: Nisi obedientior ad alteram venias interrogationem, pluribus tormentis ad prudentiam redigêris.

ungulis laniatur: *r*

s

F

t

u

6 Sanctus verò dum abducebatur ad carcerem, per totam clamabat civitatem, dicens: Qui certatis vulnera athletarum, qui in stadium Christi nomen dederunt, considerate & laborum præmia. Si enim imperator splendidis muneribus honorat consanguineos eorum, qui pro ipso occubuerunt, dum ad ejus honorem viriliter decertârunt, quomodo non magis agonotheta noster Christus in futuro seculo participes regni sui ostendet illos, qui pro ipso decertârunt? Ipsum verò ingens hominum sequebatur turba usque ad carcerem; & instituens eos, ingressus est lætus, & glorificans Deum.

deinde ad carcerem ducitur.

7 Post dies autem quinque adduci *x* eum dux jussit. Tum ipsi dicit: Ego quidem existimo, te nulla egere monitione: at, cùm ipse noveris, quid tibi expediat, sacrifica diis, & noli pristina uti contentione, ne efficias, ut amarioribus *y* cruciatibus

Reductus ad tribunal, *x*

y

A. ANONYMO.

te perdam. Dicit S. Severianus : Amens & miser, tantas mihi intuilisti plagas, nec tamen me decepisti, & verbis tentare me aggrederis? At si vepisti, & verbis tentare me aggrederis? At si vebementiùs me cruciabis, nequaquam negabo Dominum meum Jesum. Tunc jussit dux os ejus verberari lapidibus, dicens : Ne memineris hîc Crucifixi z : maculas enim prætorium meum. At Chri-

z
aa
bb

sti Athleta subridens dicit *aa*. Plene omni iniquitate, quando deos tuos *bb* memoras, non credis te contaminare prætorium, & de Rege Christo hoc dicis? Insanis verò & irasceris, non quia prætorium tuum maculatur, sed quia audiens tremendum illud nomen cruciaris, & in anima flagellaris.

cc Dicit dux : Suspendite ipsum in ligno, & latera ipsius consumite : nam video eum stultitiæ inhærere. Quando autem ipsum suspenderant, dicit ei dux Promitte te diis sacrificaturum, priusquam torquere te incipiam : contemplare latera tua, & tui miserere cruciatibus absumpti. Sanctus dicit : Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Quapropter festino & te, ut nihil utilitatis afferentem, confundere, & æternam hæreditatem assequi *cc*.

iterumque laniatus, suspenditur cum saxo ad collum & altero ad pedes,

B Dux verò iratus, quòd nihil impetraret, jussit ipsum in murum sustolli & divelli *dd*. Alligantes igitur collo ipsius ingentem lapidem, & pedibus similiter alterum, è muro ipsum suspenderunt *ee*. Cùm autem sic membra divellerentur, dixit ipsi dux, volens eum irridere *ff* : Certa fortiter, Severiane, ut majorem accipias mercedem. Sanctus verò post gemitum, elevata in cælum mente *gg*, orabat & dicebat : Deus omnium Creator, spes in te credentium, exaudi me, Domine Deus ; & vitam æternam mihi clementer tribue, ut non glorietur de me nocens ille *hh*. Post fusas preces, intuens Lysiam, dicit : Si scires, miser, donum Dei, qui est in cælis, quòd temporariis hisce cruciatibus æternam effugiamus pœnam, & quòd regnaturi simus cum Christo, qui in ipso speravimus ; omninò desiderares pati, quæ nunc mihi infers tormenta.

dd
ee
ff
gg
hh

9 Hæc Sancto dicente in muro pendulo, mirabatur dux *ii*, eique dicit : Omnes mihi dixerunt, te idiotam esse & indoctum : ego verò vim rhetoris in te video. Sanctus dicit : Et quis rhetor loquenti in me Christo comparari poterit? Noli igitur existimare me loqui : nam idiota sum, ut didicisti : sed gratia est, quæ mecum pugnat, quæque me ista loquentem fecit. His dictis, orabat Dominum, & dicebat : Gratias tibi ago, Domine Deus, quia eruisti me de laqueo venantium, & liberâsti me à quærentibus animam meam, & humiliâsti sub me omnes, qui insurrexerunt in me ; quia vivere mihi Christus & mori lucrum. Tibi, Christe, servandos commendo, qui propter nomen tuum patiuntur persecutionem : esto securus eorum propugnator, & demerge *kk* eos, qui in gregem tuum sanctum insurgunt, quia tibi est regnum & gloria in secula seculorum. Amen.

ut membra divellantur: quod fortiter perferens,
ii
C

kk

10 Absoluta oratione, tradidit spiritum *ll*. Sequenti autem die congregati viri pii, quibus id etiam Sanctus prædixerat, collegerunt venerandum ipsius corpus. Itaque martyrio coronatus est sanctus martyr Severianus mense Septembri, die IX, imperante Licinio, apud nos verò regnante Domino nostro Jesu Christo, quocum Deo Patri, & simul bono ac vivifico ipsius Spiritui gloria, potestas, honor & adoratio nunc & semper & in secula seculorum. Amen.

moritur : corpus à Christianis sublatum.
ll

ἐν πικροτέρῃς βασάνοις σε ἀπολέσω. Ὁ ἅγιος Σεβηριανὸς λέγει· ἀνόητε καὶ τετισάθλιε τοσαύτας πληγάς μοι ἐπήγαγες καὶ οὐκ ἐπλάνησάς * με, καὶ λόγοις με ἔχεις πεῖσαι; εἰ δὲ καὶ σφοδροτέρως αἰκίσεις * με, ἀ μὴ ἀρνήσωμαι τὸν κύριόν μου Ἰησοῦν. Τότε ὁ Δὰξ ἐκέλευσεν τύπτεσθαι αὐτοῦ τὸ σῶμα λίθοις, λέγων· μὴ μνημόνευε ἐνταῦθα ὧν ἐσωφρόνεις, μαίνεις γάρ μοι τὸ Πραιτώριον· ὁ δὲ ἀθλητὴς ὧν Χριστοῦ σε μιαίνουσαν, λέγει· πάσης ἀνομίας μεστὲ, καὶ θεῶν σὺ μνημονεύων ἃ δοκεῖς μιαίνειν τὸ Πραιτώριον καὶ τῆς βασιλέως Χριστοῦ λέγεις τοῦτο; μαίνει * δὲ καὶ δυσφορεῖς ὅτι μιαίνεταί σε τὸ Πραιτώριον, ἀλλ' ὅτι μὴ ἀκούων ὧν φοβερῶς ὀνόματος ἀδικᾶσαι μαίζει * τὴν ψυχήν.

D

** al. ἡπάτησάς*
** al. αἰκίσης*
** al. addit. Χριστόν.*
** cum alio Ms. lege μαίνη*
** item μαίζῃ*

8 Ὁ δὲ Δὰξ λέγει· κρεμάσατε αὐτὸν ἐπὶ ξύλου καὶ τὰς πλευρὰς αὐτοῦ κατάθησατε· αὐτὸν γὰρ ὁρῶ ἐπιμαίνοντα τῇ μωρίᾳ. Ὡς δὲ ἀνήρθησαν αὐτὸν, λέγει αὐτῷ ὁ Δὰξ· ὁμολόγησον ὧν θῦσαι τοῖς θεοῖς, πρὶν ἄρξωμαί σε κατὰ σὰ βασάνων, θεώρησον τὰς πλευράς σου καὶ ἑαυτὸν ἐλέησον αἰκισμοῖς κατατραπαινόμενον. Ὁ δὲ ἅγιος λέγει· οὐκ ἄξια τὰ παθήματά ὧν νῦν καιρὸς πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς. Διὰ τοῦτο ἕν ἀποδύω καί σε ὡς μηδὲν ὠφελήσαντα καταισχύναι καὶ αἰώνια κληρονομῆσαι. Ὁ δὲ Δὰξ ὀργισθεὶς ὡς μηδὲν ἀνύων ἐκέλευσεν αὐτὸν ἐπὶ ὧν τείχους ἀναχθῆναι [καὶ] ἀφεστάναι θλῶσαι· καὶ ἀποδήσαντες ἀπὸ ὧν τραχήλου αὐτοῦ λίθον παμμεγέθη, ὁμοίως δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ποδῶν, ἐκρέμασαν αὐτὸν ἐν τῷ τείχει· ἀφαπωμένου δὲ αὐτοῦ ἔλεγεν αὐτῷ ὁ Δὰξ νομίζων χλευάζειν αὐτόν· ἀγωνίζου Σευηριανὲ, ἵνα μείζονα μίσθον λάβῃς. Ὁ δὲ ἅγιος σεναίξας καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατείνας τὸν θρόνον ηὔξατο καὶ εἶπεν· ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ἡ ἐλπὶς τῶν ἀπὸ σοι πεποιθότων, εἰσάκουσόν μου κύριε ὁ Θεός μου, καὶ χάρισαί μοι τὸν ἐπουράνιον ζωὸν, ὅπως μὴ καυχήσηται ἐπ' ἐμοὶ * ὁ λυμεὼν ὅτι· καὶ πεποιθὼς ἐμβλέψας τῷ Λυσίᾳ λέγει· εἰ ἐγίνωσκες ἄθλιε τὸν δωρεὰν ὧν ἐπουράνιος Θεὸς, ὅτι ἀφ' ὧν πεσκαίρων τούτων βασάνων αἰωνίας ἐκφευξόμεθα κολάσεως καὶ ὅτι συμβασιλεύσομεν Χριστῷ οἱ ἐπ' αὐτῷ * ἠλπικότες, παντελῶς οὐκ ἂν παθεῖν σε νῦν πεποιάζεις μοι κολασίαν.

E

** al. ἐν ἐμοὶ.*
** al. ἐν αὐτῷ*

9 Ταῦτα δὲ ἁγίου λέγοντος κρεμαμένου ἐπὶ ὧν τείχους, ἐθαύμαζεν ὁ Δὰξ καὶ λέγει αὐτῷ· ἔλεγόν μοι πάντες ὅτι ἰδιώτης εἶ καὶ ἀπαίδευτος, ἐγὼ δὲ ῥήτορος δεινότητα ὁρῶ ἐν σοί. Ὁ ἅγιος λέγει· καὶ ποῖος ῥήτωρ τῷ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντι Χριστῷ ἰσωθῆναι δυνήσεται; μὴ ὧν νομίσῃς ἐμὲ φθέγγεσθαι, ἰδιώτης γάρ εἰμι ὡς ἔμαθες, ἀλλ' ἡ χάρις ἐστὶν ἡ συναγωνιζομένη μοι, καὶ λαλεῖν με ταῦτα παρασκευάσασα. Καὶ ταῦτα εἰπὼν προσηύξατο πρὸς Κύριον καὶ εἶπεν· εὐχαριστῶ σοι δέσποτα ὁ Θεὸς, ὅτι ἐρύσω με ἐκ παγίδος θηρευτῶν καὶ ἐλυτρώσω με ἐκ τῶν ζητούντων τὴν ψυχήν μου καὶ ταπείνωσας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου, ὅτι ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστὸς καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος· παρατίθημί σοι Χριστὲ τοὺς διὰ τὸ ὄνομά σου διωκομένους, γνῶθι αὐτοὺς ὑπέρμαχος ἀσφαλής. Καὶ βύθισον τοὺς ἐπανισταμένους τῇ ἁγίᾳ σου ποίμνῃ, ὅτι σὸν ἔστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

10 Καὶ πληρώσας τὴν προσευχὴν παρέδωκεν τὸ πνεῦμα. Τῇ δὲ ἐπαύριον συναχθέντες ἄνδρες εὐλαβεῖς, οἷς καὶ προεῖπεν ὁ ἅγιος, συνέλεξαν τὸ τίμιον αὐτοῦ λείψανον· ἐμαρτύρησεν δὲ ὁ ἅγιος μάρτυς Σευηριανὸς μηνὶ Σεπτεμβρίῳ *mm* θ', βασιλεύοντος Λικινίου, κῦ δὲ ἡμῶν βασιλεύοντος Ἰησοῦ Χριστοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· μεθ' οὗ τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγαθῷ καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ Πνεύματι δόξα, κράτος, τιμὴ καὶ προσκύνησις νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

mm

ANNO-

A

ANNOTATA.

A. ANONYMO.

a *In codice* 1519 *ſcribitur* Σεβαξεία, *hîc* Σεβαςία. *Alii hanc Sebaſtiam Cappadociæ attribuunt, alii Ponto; ſed ſcriptores eccleſiaſtici eam paſſim collocant in Armenia minore, cujus termini ab aliis magis, ab aliis minùs extenduntur.*

b *In codice* 1519 *Græcè legitur:* Φθόνῳ κινηθῆναι κ τ Χριςιανῶν ἐν φόνῳ : *id eſt*, ut invidiâ commoverentur contra Chriſtianos ad cædem. *Et mox ita ſequitur:* Ὅθεν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἤνθει ἐν ὁσιότητι κὴ δικαιοσύνῃ ὁ μάρτυς ⸗ Χριςῦ Σευηριανός. Unde eodem tempore florebat ſanctitate & juſtitiâ martyr Chriſti Severianus. *Et tunc ſequuntur, quæ dicuntur hic de ejus amore in Deum, ac tandem de religione* ἐν θεοσεβείᾳ *ultimo loco; ita ut ibidem laudentur ejus ſanctitas, juſtitia, amor in Deum, ac religio.*

c *In eodem codice ſic habetur:* τῷ μάταιον κὴ ἀδεφανῆ πλάνῳ, κὴ δείξω ὅτι εἶς, vanum & infirmum errorem, & oſtendam quòd unus *miles &c. ut hîc.*

d *Lyſias dux erat militum in minore Armenia ſub Diocletiano, ibique manſit tempore Licinii, multoſque alios martyres condemnavit. Vox* δὲξ, *licèt Latina potiùs ſit quàm Græca, tamen Græcis quoque uſitata fuit à tempore, quo paſſus eſt* Severianus; *ut colligitur ex ſcriptoribus ejuſdem ſeculi.*

e *De hiſce quadraginta martyribus actum eſt apud nos ad* 10 *Martii. De iis etiam conſule hîc Commentarium prævium* § 3.

f *In codice* 1519: ὡς κὴ πᾶσι κὴ δειναῖς κὴ πονηραῖς ὑμῶν μηχαναῖς, ita ut omnes & terribiles & malæ machinæ veſtræ *&c.*

g *Hîc in laudato codice adduntur ſequentia:* κὴ μόνοις ἐν ἀφανοῖς ἀϊδίως ἀγαλλόμενοι· ὅθεν κἀγὼ σπεύδω τούτοις ἐναρίθμιος κὴ συγκληρονόμος γένεσθαι. : & manent in cælis perpetuò exultantes: unde & ego feſtino ipſis annumerari & cohæres fieri. B

h *Ibidem additur:* ἐν τῇ γῇ, in terra.

i *Rurſum hîc inſeritur vox* μακαρίος, beatus.

k *Ibidem iterum additur:* ὄντως, ἄθλιε, Sanè miſer *&c.*

l *Nonnulla aliter leguntur in Ms.* 1519 *& quædam adduntur hoc modo:* Ταῖς ἢ ἐπαγγελίαις . . . . περισπασμένος, ἐδ' ὅλως τ ἀλγεινῶν ἀσθένομαι. *Hæc verò verba cum interjectis ſic Latinè reddo:* Delinimentis verò promiſſionum Servatoris noſtri Jeſu Chriſti occupatus, dolores omnino non ſentio.

m *In dicto Ms.* κὴ συναρπάζεις τὰς ὁμοίας σοι ἀνοήτας, & tecum trahis ſimiles tui inſenſatos.

n *Ibidem:* πάντα σε τὰ βασανιςήρια· κὴ τότε, omnes cruciatus tuos: & tunc *diſces &c.*

o *Ibidem:* σὺ γὰ μᾶλλον ἀτονήσεις, tu enim magis defeceris *&c.*

p *Ibidem additur* κὴ πηλὸν & luto.

q *Ibidem Græcè:* ἐμοὶ γὰ ὁ Χριςός μὸ ἐςιν ὑπερασπις κὴ βοηθός. Mihi enim Chriſtus eſt propugnator & adjutor.

r *Hîc in dicto Ms. inſeritur* ἐπὶ ⸗ ξύλε, in ligno.

ſ *Voces*, ὡς θῆρες, ut feræ beſtiæ, *non ſunt in altero Ms.*

t *Hîc ita in eodem Ms.:* Ναὶ Κυριέ μὸ Ἰησῦ Χριςὲ δὸς, Sanè, Domine mi Jeſu Chriſte, da *&c.*

u *Ibidem additur:* καί σοι πρέπει ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. & te decet gloria in ſecula, amen.

x *Rurſum ibi additur:* ἐπὶ ⸗ βήματος, ad tribunal.

y *Ibidem:* ἐν δειναῖς κὴ πικροτέραις, gravibus & amarioribus *&c.*

z *Ibidem:* τὸ ὄνομα ⸗ ἐςαυρωμένε, nomen Crucifixi.

aa *Hîc ſequentes inſertæ ſunt voces:* πρὸς αὐτόν· Δόλιε κὴ φονεῦ κὴ, ad ipſum: Doloſe & homicida & *&c.* C

bb *Laudatum Ms.:* τ ματαίων κὴ πλεδήλων σε θεῶν, quando vanos & fucatos tuos deos *&c.*

cc *Ibidem additur*, ἀγαθά, bona: *quod in idem recidit.*

dd *In laudato Ms. ita legitur:* ἐπὶ ⸗ τείχους ἀναχθέντα ἀφεσπάσθῆναι· in murum (*juſſit*) ſublatum divelli. *Et mox ſequitur:* κὴ ἀναβιβάσαντες αὐτὸν ἐπὶ τὸ τεῖχος· & ipſum in murum attollentes, *& alligantes &c.*

ee *Metaphraſtes apud Surium hoc ultimum Sancti tormentum, quo defunctus eſt, hoc modo expoſuit:* Deducit ad murum: cúmque duos lapides maximos & graviſſimos, unum quidem collo, alterum autem alligâſſet pedibus, & Martyrem fune cinxiſſet, dimittit è muro ſublime pendentem, ut lapidum pondere membris ei divulſis, violenter abrumpat animam. *Non dubito de hac expoſitione, cùm optimè congruat cum Actis. Figuram martyris ita pendentis exhibet Gallonius in Opere Italico de Inſtrumentis martyrii pag.* 17 *lit.* b. *Verùm exacta non eſt figura S.* Severiani *è muro pendentis, quæ data eſt in nupera editione Menologii Baſiliani ad* 9 *Septembris, quemadmodum nec mors Sancti rectè ibi exponitur, quia omittitur ſaxum, quod collo ipſius alligatum fuit, indeque alia prorſus figura pendentis exhibetur. Tillemontius quoque* (*tom.* 5 *pag.* 511 *ſecundæ editionis*) *longè aberravit à vero, dum ita de morte Sancti ſcripſit.* Tandem (*dux*) juſſit ſaxum collo ejus alligari, & alterum pedibus, atque eo in ſtatu è ſummitate cujuſdam muri deorſum præcipitari juſſit. *Conferat hæc quiſquis voluerit cum datis è Surio verbis, quæ tamen aſſignantur in margine; & conſideret, quàm parùm fidere poſſimus interpretationibus iſtius ſcriptoris, dum ſphalmata ſimilia frequenter in eo deprehendimus.*

ff *In codice ſæpè laudato hæc ita exprimuntur:* ἐπιπολὺ ⸗ αὐτὸ κρεμαμένε κὴ ἀφεσπωμένε τῶν μέλεσιν, ἔλεγλε αὐτῷ ὁ δὲξ, ὡς δῆθεν χλευάζων αὐτόν. Cum verò diu pependiſſet, & membra ei eſſent diſſoluta, dixit ei dux, quaſi ipſum irridens.

gg *Ibidem additur:* τὸν ἀφόνοιαν, *quod etiam expreſſi.*

A. ANONYMO.

hh *Ibidem hæ voces adduntur :* ὴ βάσκανον ἐχθρὸς · καὶ ταῦτα *&c. Nocens ille* & invidus inimicus, & hæc *precatus &c.* D

ii *Adde ex eodem Ms. :* τὴν σοφίαν αὐτοῦ καὶ ὑπομονὴν , ſapientiam ipſius & tolerantiam.

kk *In dicto Ms. :* καὶ καταίσχυνον καὶ ὄλεσον τὰς *&c. :* & confunde & perde eos *&c.*

ll *Ibidem additur :* αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ , *ſpiritum* ſuum Domino.

mm *In altero Ms. legitur :* Νοεμβρίῳ , Novembri : *quo dubius fit martyrii menſis. At Metaphraſtes, omneſque Faſti Græci ſtant pro menſe Septembri ; ideoque præferendum putem manuſcriptum, quod edidi, licèt aliud variis locis ſit elegantius & correctius, quantùm ex variantibus colligere poſſum. Suſpicor prioris Ms. dictionem in ſecundo fuiſſe expolitam, & menda quædam grammaticalia correcta. Mutata demum eſt concluſio, ſed non eſt operæ pretium de ea aliquid addere.*

DE SS. HYACINTHO, ALEXANDRO ET TIBURTIO MARTYRIBUS

IN SABINIS

J. P. Ex Faſtis ſacris & Martyrologio Romano.

B E

Annuntiatio ex variis

Memoria horum trium Pugilum eſt hodie in Martyrologiis non tantùm recentioribus ; ſed & in antiquiſſimis penè omnibus ; in his tamen nec ubique ſinguli ſimul, nec eodem ordine ac modo recenſentur. Ex iis, quæ S. Hieronymi nomine inſigniuntur, quæque, ut nôrunt eruditi, locis pluribus perturbata ſunt, præmitto Martyrologium vetuſtius, editum & Notis illuſtratum à Florentinio, quia iſtud, quæ in aliis Hieronymianis ſeu Mss., ſeu excuſis de Sanctis noſtris produntur, diſtinctiùs & exactiùs pleraque enuntiat. Sic igitur habet ad hunc diem : In Sabinis miliario ab Urbe xxx natalis ſanctorum Jacenti, Alexandri, Tiburti. In Cæſarea Cappadociæ natalis ſanctorum Donati *&c. Ad hoc proximè accedit apographum alterum è codice Corbeienſi, ſub vetuſtiſſimi Hieronymiani titulo vulgatum ab Acherio tom. 4 Spicilegii ; ubi hujuſmodi eſt annuntiatio :* In Sabinis, miliario ab Urbe, natalis ſanctorum Hiacynthi, C Alexandri, Tiburtii, Juvini, Silvani. In Cæſaria Cappadociæ &c. *Sed, uti apparet, mendosè diſtantiam ab Urbe imminuit, augetque ſanctorum Martyrum numerum.*

Hieronymianis,

2 *Nam, ſicut infrà patebit, in Faſtis auctioribus additur ubique* milliario trigeſimo, *nullibi autem hodie fit mentio SS. Juvini & Silvani, quos idcirco non expreſſi in titulo, exiſtimans, iſta nomina ex aliis diebus errore vel oſcitantiâ librarii in præſentem diem irrepſiſſe. Et ſanè ea mihi ſuſpicio prorſus fundata videbatur, cùm adverterem, memorari ibidem die præcedenti* S. Sabinum, *apud Florentinium verò* Savinum, *quæ vox facile in* Juvinum *tranſierit ; Sylvanum autem notari tum præcedenti tum proximè ſequenti die non ſemel. Contractiora ſunt paſſim reliqua S. Hieronymi exemplaria, nec minùs ab his & ab invicem diſcrepantia. Rhinovienſe ac Richenovienſe, à nobis prelo commiſſa poſt tomum 7 Junii, nuda loci & Sanctorum nomina indicant hoc modo :* Sabinis, Jacinti, Alexandri, Tiburtii. *Labbeanum ibidem, & Gellonenſe apud laudatum Acherium tomo 13, non modò locum ſupprimunt, ſed, intermixtis Sanctis alibi paſſis, ordinem etiam turbant. Accipe textum integrum :* v Idus Septembris. Romæ Gorgonii, Alexandri, Hyacinthi *, Donati, Fortunati, Tiburti *, Proti. *Conſonat Auguſtanum item apud nos ; at omiſſo Proto, & auctio nomine* Alexandri, *pro quo* Alexandria *legitur, mendosè procul dubio, ſeu urbem, ſeu ſanctam mulierem intellexerit. Mitto alia jam enumeratis vel affinia, vel hoc loco magis luxata, quale eſt vetuſtiſſimum illud, quod citat Florentinius in Annotatis ſuis, quodque ita habet :* v Idus Septembris. Romæ Gorgonii & in Sabinis Jacinti. In Alexandria Tiburi. *Subnexuit editioni ſuæ laudatus auctor apographum alterum, Hieronymianum Lucenſe appellatur, in quo nil reperio præter ſequentia :* v Id. Gorgonii & Tiburtii. *Conſulamus modò reliquos martyrologos claſſicos.* * *Gellon.* Jacyinti. * *ibid.* Tiburtii.

ex Notkero, Adone & Uſuardo,

3 *Sanctorum noſtrorum memoria invenitur dumtaxat in Additionibus quibuſdam venerabilis Bedæ, nulla in Martyrologio Rabani ; in hoc recolitur quidem hodie & fusè deſcribitur paſſio S. Jacynthi diaconi ; ſed alius is eſt à noſtro, eumque inter Prætermiſſos hujus diei retulimus. Notkerus hoc loco, ceteris hactenus laudatis exactior, ita illos annuntiat :* In Sabinis, miliario ab Urbe triceſimo natalis ſanctorum Hyacinthi, Alexandri, Tiburtii martyrum. *A Notkero non diſſonant Ado & Uſuardus, niſi in voce* martyrum, *quam omittunt. Eam rectè adjecit, quiſquis Uſuardum auxerit, in editione Lubeco-Colonienſi, at errore inſigni ſubdidit ſequentia :* E quibus beatus Jacinctus tortori ſuo prædixit, hodie coluber te comedet, ignis verò & aqua, quibus me puniri feciſti, nihil mihi nocebunt ; tandem decollatur. *Deceptus quippe fuit textu Rabani, & quæ hujus Hyacintho erant propria, noſtro applicuit.* F

& ex Martyrologio Romano.

4 *Porrò quantumvis nec Hieronymiana, quod iis frequentiſſimum eſt, nec Romanum vetus, cujus hæc annuntiatio :* In Sabinis Hyacinthi, Alexandri, Tiburtii, *nec allata antiqua Martyrologia Sanctos noſtros martyrum titulo condecorent, eo tamen nequaquam abſtinendum judicavi, quòd is ipſis attribuatur expreſsè à Notkero, à recentioribus pleriſque, & præ ceteris à Martyrologio Romano in hæc verba :* In Sabinis, trigeſimo ab Urbe milliario, ſanctorum marty-

martyrum Hyacinthi, Alexandri & Tiburtii. *Petrus de Natalibus, qui, quæcumque de plurimis Sanctis refert libro* XI, *hausisse se testatur ex Martyrologio Hieronymi, Usuardi vel Adonis, etiam nostros* martyres *vocat, ac præterea* Hyacinthum *episcopum dicit; sed cùm hujus dignitatis alibi non majora quàm temporis, quo & sub quibus principibus passi sunt Sancti nostri, exstent vestigia, nihil circa eam certi determinare ausim; fides sit penes auctorem.* AUCTORE J. P.

DE SS. RUFO ET RUFIANO FRATRIBUS MARTYRIBUS.

Ex Fastis Græcis & Latinis. J. S.

Horum Sanctorum memoria

DE SS. martyribus Rufo & Rufiano *pauca tradunt Græci, eaque adoptavit Baronius in Martyrologio Romano post Galesinium. Menæa impressa Sanctos illos annuntiant ad* VIII *Septembris hoc modo:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ οἱ ἅγιοι αὐτάδελφοι, Ῥοῦφος καὶ Ῥουφιανὸς ξίφει τελειοῦνται. Eodem die Sancti fratres germani, Rufus & Rufianus, gladio coronantur. *Mox sequuntur hi versiculi:*

B Κλίνων ἑαυτὸν Ῥουφιανὸς τῷ ξίφει,
Μένω σε, φησὶ, Ῥοῦφε· μὴ μέλλης ἔτι.
Inclinans se ipse Rufianus gladio,
Exspecto te, inquit, Rufe: ne tardaveris quomodocumque.

2 *In Menologio Sirletiano ad* IX *Septembris hæc leguntur:* Eodem die certamen sanctorum Rufi & Rufiani, qui cùm essent germani fratres, pro Christianæ fidei confessione gladio percussi sunt. *Hinc Baronius eodem die in Martyrologio Romano:* Item sanctorum martyrum Ruffini & Ruffiniani fratrum. *Corrupta nonnihil à Baronio sunt nomina horum Sanctorum: atque ea de causa utcumque dubitat Ferrarius die præcedenti, an Baronius eosdem voluerit designare. Verùm id est dubitare de rè clara & certa, cùm ipse Baronius notet eos eodem die haberi in Menologio.* *in Fastis Græcis & Latinis.* F

DE S. SEVERO MARTYRE

Ex Fastis Græcis. J. S.

MEnæa Græcorum impressa Martyrem hunc nobis exhibent præcedentibus aliquot nihilo magis cognitum: nam ad VIII *Septembris ita habent:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Σεβῆρος ξίφει τελειοῦται. Eodem die sanctus Severus gladio pe-
C rimitur. *Deinde subduntur tales versiculi:*

Ἕτοιμος εἰμὶ πρὸς τὸ πᾶν οἱστὶν πάθος,
Σεβῆρος εἶπε· καὶ τί πρός με τὸ ξίφος;
Paratus sum ad omne ferendum tormentum,
Dixit Severus: & quid ad me gladius?

Menologium Sirletianum ad IX *Septembris* Severum *quasi jungit duobus præcedentibus Martyribus, Rufo & Rufiano, dum, dato illorum elogio, consequenter ita subjungit:* Idem passus est & sanctus Severus. *Menæa tamen insinuant, eum seorsum ab aliis fuisse passum. At nulla suppetunt monumenta, ex quibus aliquid certi possit colligi. Nihilo magis certò dici potest, an hic* Severus *distinctus sit ab omnibus synonymis, qui aliis diebus celebrantur. Distinctum credidit Galesinius, dum ad* VIII *Septembris eumdem liberaliter hoc exornavit elogio:* Sancti præterea Severi martyris, qui pro Christo omnem cruciatum perpessus, demum constantis animi virtute cervices præbuit. *Poterat fileri de aliis cruciatibus, & sola mors memorari. Baronius omnino silere maluit.* F

DE S. STRATONE MARTYRE

Ex Martyrologiis. J. S.

Sanctus in Fastis memoratus:

HUnc Martyrem eodem die IX *Septembris annuntiant Menæa impressa, & Menologium Sirletianum. Menæa:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος μάρτυς Στράτων, ὃν δυσὶ κέδροις δεθεὶς ἐν Δάμασκῷ τελειοῦται. Eodem die sanctus martyr Straton, in duobus cedris ligatus, & discerptus consummatur. *Versiculi mox sequuntur, idemque martyrium exprimunt hoc modo:*

Κέδροις δὲ μάρτυς προσδεθεὶς Στράτων δύο,
Εἷς ὢν τὸ σῶμα, δείκνηται μέρη δύο.
Cedris martyr alligatus Straton duobus,
Cùm unus esset corpore, duæ ostenduntur partes.

Menologium prædictis consonat: Eodem die natalis

AUCTORE J. S

talis beati martyris Stratonis, qui in duobus cedris ligatus, & in duas partes fectus pro Christi confessione, cum cælestibus conjunctus est. *Baronius hæc adoptavit; at pro cedris* arbores *generatim substituit, ita scribens in Martyrologio Romano:* Eodem die passio S. Stratonis, qui pro Christo ad duas arbores ligatus, atque discerptus, martyrium consummavit.

tam hic quàm alii quatuor perperam Hispaniæ à quibusdam adscripti.

2 *Plura de* Stratone *memoranda non habeo. At breviter aliqua dicere oportet de Martyrologio Hispano, in quo hodie non modò hic* Straton *annuntiatur, sed subduntur etiam quatuor alii, de quibus hodie, nimirum* Rufus, Rufianus, Severus & Artemidorus. *Hosce omnes partim in Martyrologio Romano Baronii, partim apud Galesinium, annuntiatos sine loco & tempore invenerunt fabulatores illi, qui Fastos Hispanicos alienis Sanctis implere infeliciter studuerunt. Quare omnes attribuerunt Hispaniæ suæ, in eaque mox invenerunt urbem antiquam* Bæte *dictam, in qua quinque Martyres jam dictos, quos &* fratres *faciunt, passos fuisse fabulantur. Verùm doctiores ac prudentiores Hispani nugas istas explodunt modò & oderunt. Inter hos Nicolaus Antonius in Opere Ms., nobis per heredem ipsius communicato, de quinque his Sanctis sat longam instituit dissertationem, in qua ostendit, nec Sanctos hosce in Hispania passos esse, nec urbem* Bæte *aut* Bætim *umquam in Hispania fuisse cognitam. Mihi satis erit observâsse, laudatos Sanctos non aliunde assertos esse Hispaniæ, quàm ex fictitiis Chronicis, quorum nulla est auctoritas. Itaque, cùm olim à solis Græcis fuerint annuntiati, credibile non est eos fuisse Hispanos.* D

DE S. CHARITONE MARTYRE

Ex Menæis & Menologio.

J. S. B

Sancti memoria in Fastis,

Sanctum Charitonem *martyrem hodie brevissimè annuntiant Fasti Græci; nec ullibi expressum invenio, quo loco quóve tempore fuerit passus. Ex tanta brevitate oriri potest suspicio,* Charitonem *hunc alio die coli, aut solum, aut cum aliis; hoc verò die solum fuisse memoratum, quòd hodie coleretur in ecclesia aliqua particulari. Verùm non invenio ullum* Charitonem, *de quo probabiliter dici possit eumdem esse cum hodierno. Hac de causa hùc transferam, quæ de eo leguntur in Fastis Græcis. Menologium Sirletianum ad* IX *Septembris ita habet:* Eodem die natalis B. Charitonis ense consummati. *Menæa impressa.* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Χαρίτων ξίφει τελειοῦται. Eodem die sanctus Chariton ense consummatur; *id est, occiditur. Deinde subjunguntur hi duo versiculi:*

Πολλή σοι χάρις χαιρομάρτυς Χαρίτων,
Χριστῷ χάριν τεμόντι ἐγκεκραμμένῳ.
Multa tibi est gratia, Christi martyr Chariton,
Cui propter Christum cervix resecta est.

C

Alludit poeta ad nomen Sancti Chariton, *quod à* χάρις gratia *derivatur.*

2 *In Synaxario Sirmondiano Ms. de* S. Charitone *hæc reperiuntur ad eumdem diem:* Ἀθλησις ἁγίου μάρτυρος Χαρίτωνος· τελειοῦται ἡ αὐτοῦ σύναξις ἐν τῷ Δευτέρῳ. Certamen sancti martyris Charitonis: celebratur verò synaxis ipsius in Deutero. *Cùm* Deuterum *sit tractus urbis Constantinopolitanæ, in quo variæ erant ecclesiæ, ut pluribus ostendit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 2 *pag.* 170; *clarum est ex allatis verbis, festivitatem* S. Charitonis *Constantinopoli celebratam fuisse, non quidem per totam urbem, sed in aliqua illius parte. Vox* σύναξις, *quam Latinam non feci, quia varia significat, & Latinis ignota non est, hìc pro ipsa festivitate sumi potest, aut pro Officio ecclesiastico, ut sæpe sumitur apud Latinos. Certè incongruè hìc redderetur* collecta, *licèt aliqui, litteræ inhærentes, vocem passim sic exponant. Plura de* S. Charitone *memoranda non habeo.* *& cultus Constantinopoli.* E F

DE S. ARTEMIDORO MARTYRE

Ex Fastis Græcis.

J. S.

Memoria in Fastis.

Artemidorum *quoque martyrem annuntiant Fasti Græci sine loco & tempore. Menæa ad* VIII *Septembris sic habent:* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ὁ ἅγιος Ἀρτεμίδωρος πυρὶ τελειοῦται. Eodem die sanctus Artemidorus igne consummatur. *Sequuntur duo versiculi:*

Ἀρτεμίδωρος ὡς καθάλλεται θέαν,
Καὶ ἐκ πυρὸς φλέγοντος ἔργα * δείκνυσι.
Artemidorus quasi vi desilit,
Et ignis flagrantis opera ostendit.

* *l.* ἔργα

Frigidus est planè versiculus uterque, ita ut vix intelligatur, quid velit poëta. Ex Menæis Artemidorum *eodem die memorat Galesinius his verbis:* Sancti item Artemidori martyris. Hic in flammam conjectus, admirandæ pietatis suæ ac fidei testimonium præclarum dedit. *Menologium Sirletianum ad* IX *Septembris de eodem pauca hæc habet:* Eodem die sanctus Artemidorus igne consummatus est. *Utro die rectiùs ponatur, prorsus ignoro; sed Sanctum ad hunc diem refero, quia alios cum eadem diei diversitate à Græcis memoratos hoc die fixit Baronius, qui* Artemidorum *prætermisit.*

DE

A D

DE SS. DONATO, CLEASO AUT ELEASSO, FORTUNATO ET AMMONIO MM.

CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

Ex Martyrologiis. J. S.

Hi Martyres

Quatuor Martyres annuntiantur hodie in Faſtis Hieronymianis, ac Cæſareæ in Cappadocia attribuuntur, ſed confusè admodùm in quibuſdam, ut paſſim contingit in apographis illis non parùm mendoſis. Florentinius in Hieronymiano ſuo edidit: In Cæſarea Cappadociæ natalis ſanctorum Donati. Cleaſi. Fortunati. Ammoni. *In Annotatis ipſius codex Corbeienſis ſic habet:* In Cæſaria Cappadociæ natalis SS. Donati, Eleaſſi, Fortunati, Ammonii. *Poſtremus omittitur ibidem in vetuſtiſſimo Antverpienſi, quod habet:* Cæſarea Cappadociæ Donati, Cleaſi, Fortunati. *In apographis contractioribus unus tantùm aut duo recenſentur, & in pleriſque hi aliis ſunt immixti, in aliis mendosè expreſſi. Ita apud nos poſt tomum* VII *Junii in Rhinovienſi legitur:* In Cæſarea, Donatæ, *pro* Donati. *In Richenovienſi:* In Cæſarea Cappadociæ, Donatæ, Ammonii. *In Auguſtano & in Labbeano exprimuntur* Donatus & Fortunatus, *ſed ſine loco, & aliis immixti; uti etiam ſit in Gellonenſi apud Acherium, & in Antiquiſſimo, ut vocat, apud Martenium tom.* 3 *Anecdotorum, & in altero, quod primo loco edidit tom.* 6 *Collectionis ampliſſimæ. In alio etiam apud eumdem video ſolum memorari* Donatum.

2 Florentinius in Annotatis ſuis monet, Latinos de his Martyribus ſilere. Attamen tres ex iis memoratos invenio apud Grevenum hoc modo: Apud Cæſaream Cappadociæ, natalis ſanctorum Donati, Fortunati, Ammonii. *Et in additionibus ad Bedam apud nos ante tomum* 2 *Martii legitur:* In Cæſarea Cappadociæ natale SS. Fortunati, Ammonii. *Apud Georgium poſt Martyrologium Adonis in Ottoboniano hæc invenio:* In Cæſarea Cappadociæ, Fortunati & Ammonii. *Ex hac Faſtorum collectione inferre licet, non videri dubitandum, quin Cæſareæ in Cappadocia paſſi ſint* Donatus, Fortunatus, & Ammonius, *nec* Cleaſum *aut* Eleaſſum *ab eorum numero excludendum videri, cùm in tribus conſtanter memoretur, licèt omittatur in contractioribus. De tempore verò aliiſque martyrii adjunctis nihil uſpiam reperio.*

in variis Faſtis memorati.

B E

DE S. MARCO ET SOCIIS FORTE DUOBUS MM.

C F

Ex Faſtis Hieronymianis. J. S.

Hieronymiana apud Florentinium hodie etiam memorant S. Marcum, *nunc ſolum, aliàs cum uno aut cum duobus Sociis. Textus ita habet:* In Peritis natalis ſancti Marci. Lebrati. *In Annotatis verò codex Corbeienſis:* In Parthis natalis SS. Marci, Libratis, Julii. *Codex Vetuſtiſſimus:* In Ponticis Marci. *Unus quoque* S. Marcus *apud nos eſt in Richenovienſi; ſed plura de his non invenio: nec divinare lubet, utrùm apud Parthos paſſi ſint, an alio loco,*

DE

DE S. GREGORIO CONFESSORE,

QUI COLITUR IN ALCALA DEL RIO, IN ANDALUZIA.

J. S.

PROBABILIUS AN. DIV. *Locus, in quo colitur Sanctus: ætas ex epitaphio assignata:*

Locus, in quo Sanctus hic ecclesiam sibi dicatam habet, vicus est ad Batim flumen, inter Hispalim & Cordubam situs, sed Hispali vicinior. Hinc Ferrarius Catalogo generali eum hodie ita memorat: Alcalæ in Hispania apud Hispalim S. Gregorii confessoris. *Marietta in Historia de Sanctis Hispaniæ lib. 6 cap. 43 de eo Hispanicè scribit, quæ reddo Latinè:* Anno DIV mortuus est sanctus hic Hispanus Gregorius, qui colitur in Alcala del Rio: locus est duobus milliaribus supra Hispalim, ducatûs titulo insignitus. Habet ibidem ecclesiam, quam exstruendam curârunt Catholici reges Ferdinandus & Isabella, multorum miraculorum, quæ Sanctus ille patraverat, famâ permoti, magnaque totius illius regionis erga ipsum devotione. In ea deponi jusserunt hi reges ossa istius Sancti, inclusa arcæ inauratæ cum chlatris ferreis. Verumtamen ibidem ostenditur sepulcrum, in quo Sanctus ille à multis annis fuit inventus, cum saxo superiore, quod etiamnum est ibi in ecclesia, & continet hoc epitaphium Latinum. IN HOC TUMULO JACET FAMULUS DEI GREGORIUS, QUI VIXIT ANNOS PLUS MINUS LXX, RECESSIT IN PACE, DIE NONA SEPTEMBRIS HÆRA DXLII.

2 *Addit auctor æram illam congruere cum anno Domini* 504; *seque plura de* S. Gregorio *non inveniſſe. Eadem planè de* S. Gregorio *refert Ambrosius Morales in Chronico Generali Hispaniæ lib.* XI *cap.* 41. *Addit tamen primò, constare ex quadam inscriptione de ædificata* S. Gregorii *ecclesia à Ferdinando & Isabella. Secundò observat, litteras dati epitaphii ita extritas esse, ut sibi non certò constaret de die & anno emortuali, cùm & legi possit* die quinta Septembris; *sicut etiam ara ità legi potest, ut congruat cum anno* 554. *Monet tamen probabiliùs legendum esse, sicut supra dedi. Eamdem sententiam sequitur Joannes Ferreras in Historia Hispaniæ ad annum* 504, *ubi compendio narrat eadem, dicitque plura non esse nota de* S. Gregorio. *Observat tertiò Morales saxo sepulcrali insculptum fuisse signum antiquum labari cum nomine Christi inserto, & ad latera fuisse litteras* A & O, *sive*, Alpha & Omega. *Deinde idem scriptor prolixè disputat, ut ostendat illud fuisse signum Catholicorum, quia tempore hujus sancti* Gregorii *Gothi Ariani dominabantur in Hispania. Ceterùm necesse non est huc transferre pauca illa, quæ ex pseudochronico Maximi prædictis adduntur in Martyrologio Hispanico Joannis Tamayi Salazar, cum illa nullam habeant auctoritatem.*

quædam de illis observationes,

DE S. ULFACIO ANACHORETA, FORTE ETIAM PRESBYTERO ET ABBATE,

IN VICO COGNOMINE CENOMANENSIS PROVINCIÆ *IN GALLIA.*

J. S.

SYLLOGE

De cultu, ætate & gestis Sancti, qui idem videtur cum S. Ulfardo.

SEC. VI. *Memoria Sancti & locus, in quo vixit:*

Astellanus in Martyrologio suo universali hodie nobis annuntiat sanctum Anachoretam ab aliis præteritum, de quo sic habet: Ad confinia Perticensis & Cenomanensis provinciarum inter Montem-mirabilem * & Firmitatem-Bernardi *, S. Ulfacii anachoretæ Socii S. Baumadi (*aut* Boamiri) insignis catechistæ. *Vicus, Gallico* S. Ulfacii *nomine insignitus (S. Ulface) in variis tabulis geographicis reperitur in Cenomanensi territorio prope confinium Pertici ad* Brigiam *fluviolum, vulgò* Braye *dictum. Hic ipse est locus, in quo Sanctus vitam duxit solitariam, & de quo mentio fit in Gestis episcoporum Cenomanensium apud Mabillonium in Veteribus Analectis cap.* 19, *& rursum cap.* 21, *ubi Carolus Magnus Imperator Franconi episco-*

* Monmirail
* Fertè-Bernard

po

A *po Cenomanenſi cum aliis committit*, cellulam ſancti Almiri, & cellulam ſancti Ulfacii, & cellulam S. Baomadi *&c. Vita S. Almiri, quæ danda eſt ad* XI *Septembris, oſtendit* S. Ulfacium *ſeculo* VI *cum SS. Almiro, Boamiro aliiſque monachis vixiſſe in Cenomanenſi pago: nec alia habemus monumenta, ex quibus* S. Ulfacii *geſta & ætas magis innoteſcunt.*

natus fuiſſe videtur in Arvernia ſub finem ſeculi 5,

2 *Porrò cùm huic ipſi tomo inſerenda ſit laudata Vita, quæ ſcriptoris eſt antiqui & ferè contemporanei; ex ea ſolùm breviter colligam ſumma rerum capita, quibus Vita* S. Ulfacii *utcumque innoteſcet. Primò ex hac Vita habemus*, S. Ulfacium *veriſimiliter natum fuiſſe in Arvernia, currente ad finem ſeculo* V: *nam ex Arvernia ad monaſterium Miciacenſe veniſſe dicuntur tempore S. Maximini abbatis S. Avitus & S. Carilefus, idemque ſatis clarè videtur dici de SS. Almiro*, Ulfacio, *Boamiro & Senardo. In Vita quidem S. Maximini Miciacenſis de hiſce quatuor nihil dicitur, ſed adventus SS. Aviti & Carileſi ibidem narratur, nulla de eorum Socius mentione facta. At id ſolùm contigiſſe videtur, quia hi minùs inclaruerunt quàm Avitus & Carilefus. Certè ſcriptor Vitæ S. Almiri de omnibus generatim dicit:* Præfati ſancti Viri ab Aquitania (*latè ſumpta*) exeuntes, & maximè de pago Arvernico pro Chriſto exules facti, Aurelianis veniunt, ibique cum S. Maximino haud longè ab urbe prædicta eo tempore ſub ſancta regula orantes *&c. Paulò antè omnes etiam dicuntur reliquiſſe* patriam ſuam, parentes, prædia, & omnia, atque propria monaſteria *deſeruiſſe. Quapropter* S. Ulfacium *non minus quam* SS. Avitum & Carilefum *ex Arvernia Miciacum veniſſe exiſtimo. Cùm autem venerint tempore aliquo ante mortem S. Maximini, quæ à Mabillonio figitur circa annum* 520, *natum in Arvernia* Ulfacium *exiſtimo ante finem ſeculi* V.

monachus fuit ac deinde anachoreta.

3 *Secundò cùm habeamus ex Actis S. Aviti, quæ data ſunt ad* XVII *Junii, & ex Actis S. Carileſi, ad* I *Julii editus, ambos vitam monaſticam exorſos in monaſterio Menatenſi, quod etiamnum exſtat in Arvernia; vix dubitare poſſumus, quin eorum ſocii, inter quos eſt* S. Ulfacius, *ibidem quoque fuerint monachi. Quod igitur dicitur de relictis propriis monaſteriis, id hos omnes primùm feciſſe de Menatenſi exiſtimo, ſicut deinde & Miciacenſe deſeruerunt, ut anachoreticam amplecterentur vitam. Hanc autem amplexus eſt* S. Ulfacius *cum quibuſdam aliis Sanctis mox dictis in diœceſi Cenomanenſi tempore S. Innocentis aut Innocentii epiſcopi Cenomanenſis, à quo benignè dicuntur excepti. Permittente autem S. Innocente & opem non modicam præſtante, ſinguli ſeparatas ſibi cellulas cum oratoriis conſtruxerunt, ubi vixerunt, magiſtrum habentes S. Avitum, quem ſubinde adibant, & ibidem demum defuncti ſunt & ſepulti. Varii quoque presbyteri fuerunt conſecrati & diſcipulos congregârunt, ita ut abbates dici poſſint. At utrumque incertum eſt de* S. Ulfacio. *Hæc omnia latiùs videri poſſunt in Actis S. Almiri, edendis ad* XI *Septembris. Obitus ejus latè figitur ſeculo* VI, *quia neſcimus quamdiu vixerit in cella ſua.*

S. Ulfacius idem videtur cum S. Ulfardo, cujus reliquiæ Tutelam delatæ:

4 *Caſtellanus ad diem* IV *Auguſti annuntians S. Baumadum, affirmat reliquias* S. Ulfacii *unà cum reliquiis S. Baumadi tempore incurſionum Normannicarum tranſlatas eſſe Tutelam, Lemovicenſis provinciæ civitatem. Supponit igitur* Caſtellanus Ulfardum, *qui Tutelæ colitur, eumdem eſſe cum* Ulfacio, *quo de agimus; idemque veriſimile apparuit Sollerio noſtro in Prætermiſſis ad* V *Auguſti. Stephanus Baluzius in Hiſtoria Tutelenſi in eamdem propendet ſententiam, quam ipſe quoque ſequendam exiſtimo. Laudatus Baluzius jam aliqua dixerat de* S. Ulfardo *in Diſſertatione anno* 1656 *edita de SS. Claro, Laudo, Ulfardo, Baumado, in qua pag.* 26 *ita loquitur:* Quis, cujaſve fuerit hic ſanctus (Ulfardus,) ignotum eſt mihi. Illud tantùm ſcio, corpus illius eſſe delatum Tutelam ex Juliomago Andium metropoli. Utrùm autem confundendus ſit cum S. Lyphardo, quod quibuſdam placere video, nondum mihi perſuaſum eſt, & expecto, qui perſuadeat. Certè nullum inveni, à quo Ulfardus appelletur Lyphardus præter unicum Turrianum. Alibi ſemper nominatur Ulfardus. Feſtus ejus dies in veteri Breviario Tutelenſi notatus reperitur III Nonas Junii, & iterum Nonis Auguſti; ubi ſemper appellatur confeſſor. In ſacello beatæ Mariæ, quod eſt in clauſtro eccleſiæ cathedralis, ſanctus Ulfardus pictus eſt habitu Benedictini, picturâ ſanè antiquâ. *Attamen Benedictinus non fuit, ut liquet ex ætate.*

nam Ulfardus non videtur idem cum Liphardo.

5 *In Hiſtoria Tutelenſi lib.* I *cap.* 10 *aliquâ ſcribit præmiſſis contraria, quia novo examini, opinor, dicta de* Ulfardo *ſubjecerat. Primò* Ulfardum *indubitanter diſtinguit à S. Liphardo his verbis:* Vehementiùs errant, qui Ulfardum confundunt cum beato Liphardo fratre celeberrimi ſancti Leonardi: nulla enim Liphardi mentio reperitur apud nos ante hos centum annos. *Secundò, ubi dixerat Baluzius non memorari expreſſis verbis in Kalendario Tutelenſi tranſlationem* S. Ulfardi, *hæc ſubdit:* Verùm cùm in eodem Kalendario & in Miſſali Lemovicenſi... dies feſtus ſancti Ulfardi notetur III Non. Julii, probabile eſt veteres credidiſſe illum ea die ſublatum eſſe in cælum: adeoque Nonæ menſis Auguſti, quo die notatur etiam dies feſtus ſancti Ulfardi in eodem Kalendario veteri, videntur notare diem, quo ſacræ ejus reliquiæ è pago Cenomanico delatæ ſunt in monaſterium noſtrum. Falluntur enim vehementer, qui putant reliquias ſancti Baumadi & ſancti Ulfardi huc delatas eſſe ex urbe Andegavenſe, cùm ex laudata toties membrana Tutelenſi conſtet Baumadi corpus ad nos perveniſſe ex pago Cenomannico. *Ita Baluzius, hîc* III *Nonas Julii, ſeu diem* V *Julii feſtivitati alterutri* S. Ulfardi *adſcribens, quam antè fixerat* III *Nonas Junii, ſeu die* III *ejuſdem menſis: nec ſatis ſciò, utro loco rectiùs ſcribat, cùm monumenta ab ipſo laudata mihi ad manum non ſint.*

S. Ulfardi reliquiæ à ſeculo 10 *habentur Tutelæ.*

6 *Ita antè aſſeruit* ex Juliomago Andium metropoli *delatas Tutelam eſſe* S. Ulfardi *reliquias; quod hîc mutatis vocibus negat & quidem rectiùs, ut mox oſtendam. At priùs probanda eſt antiqua Tutelenſium poſſeſſio, ipſaque illarum reliquiarum tranſlatio. In Appendice laudati Operis col.* 353 *adducit cartam donationis factæ ſeculo* X *Tutelenſi eccleſiæ. In illa autem de eccleſiâ cœnobii Tutelenſis hæc leguntur:* Ubi corpora ſanctorum Clari, Laudi, Baumadi atque Ulfardi. *Itaque jam anno* 934, *quo cartam datam notat Baluzius, in cœnobio Tutelenſi ſervari dicebantur* S. Ulfardi *reliquiæ. Aliud inſtrumentum, anno* 1153 *conſcriptum, adducit col.* 481 *& ſequentibus, atque illud*

AUCTORE J. S. *ipſum eſt, ex quo Baluzius argumenta ſua deſumit. Narratur in iſto inſtrumento, corpora SS. Laudi, Baumadi &* Ulfardi *in novas thecas fuiſſe tranſlata.*

quò tempore incurſionum Normannorum ex pago Cenomanenſi creduntur veniſſe:

7 *De* Ulfardo *autem hæc habentur:* Tunc etiam ſanctiſſimi Ulfardi corpus, quod ab iiſdem partibus allatum hîc requieſcit, in capſa nova repoſitum eſt. *Illud* ab iiſdem partibus *refertur ad locum, unde Tutelam pervenerat corpus S. Baumadi. Hic verò ibi dicitur ſolitariam vitam duxiſſe* in pago Cenomannenſi, *ibique obiiſſe.* Prædicta verò gentilium (*nimirum Normannorum*) invaleſcente perſecutione, ab ipſius eccleſiæ rectoribus corpus ipſius divina diſpoſitione hoc in loco deportatum eſt. *Ex hiſce Baluzius pag.* 45 *rectè ita ratiocinatur:* Cùm vetus illa membrana Tutelenſis indicare videatur, ejus reliquias huc delatas ab iiſdem partibus, è quibus iſtuc pervenit corpus S. Baumadi, non invitus trahor in eam ſententiam, ut exiſtimem eum non eſſe diverſum ab Ulfario monacho Cenomannenſi, quem vixiſſe conſtat ſub eodem Innocentio epiſcopo... Venerat autem ex pago Arvernico in Cenomannicum, ut docent vetera monumenta illius eccleſiæ, & conſentiente eodem epiſcopo cellam ſibi erexit in villa Apiaco ſuper rivum Brigiæ: & cùm illic mortuus eſſet, ſepultus eſt in eccleſia ejuſdem villæ, quæ nunc ex nomine ſancti Ulfarii nominatur. Obiit autem III Nonas Julii. *Cetera rectè. At de die emortuali dubito, cùm ſuprà ex conjectura ſolùm videatur deduci à Baluzio.* D

S. Ulfardus eſt inter patronos Tutelenſes.

8 S. Ulfardus *inter patronos Tutelenſes recenſetur à Gaufredo Priore Voſienſi & à Bernardo Guidonis, quorum verba dedit Henſchenius tom.* 1 *Junii pag.* 9. *Anno* 1532, *cùm ob continuos imbres meſſi timeretur, corpus* S. Ulfardi *cum corporibus SS. Clari, Laudi & Baumadi à ſupplicantibus circumlatum eſt Tutelæ die* VII *Aprilis, quæ incidebat in Dominicam* Quaſi modo, *ſecutaque eſt maxima frugum abundantia, & etiam Sollerius noſter paulò pluribus verbis dixit in S. Baumado ad* IV *Auguſti. Annus & dies notatur in Inſtrumento per Baluzium edito in fine Diſſertationis. Tamen laudatus ſcriptor in Hiſtoria Tutelenſi factum retulit ad annum* 1533, *ſed perperam: nam illo anno Dominica* Quaſi modo *non incidebat in* VII *Aprilis. Ceterùm an S. Baumadus, qui Tutelæ colitur, idem ſit cum S. Baomiro, qui in Faſtis quibuſdam memoratur ad* III *Novembris, ibidem inveſtigari poterit. Sanctum* Ulfacium, *etſi eumdem probabiliùs credam cum* S. Ulfardo, *quem Tutelæ alio die coli vidimus, hac die* IX *Septembris in propria celebrari eccleſia ob Caſtellani annuntiationem ſuſpicor: at id certò nuſpiam inveni.* E

DE S. KIERANO SEU QUERANO

ABBATE CLUAIN-MIC-NOISENSI

IN MEDIA HIBERNIÆ PROVINCIA,

COMMENTARIUS HISTORICUS.

C. S.

§ I. Cultus ex Martyrologiis: qualiacumque Sancti geſta unde eruenda.

C

ANNO DXLVIII VEL DXLIX. *Memoria*

Inter Sanctos, qui ſeculo VI *antiquam Scotiam ſeu hodiernam Hiberniam vitæ ſanctimoniâ illuſtrârunt, hoc die memorandus venit* S. Kieranus *ſeu* Queranus, *Cluain-mic-noiſenſis aliàs Cluanenſis, olim nobilis monaſterii fundatione & præſcriptâ ſuis Regulâ celebris. De eo Martyrologium Romanum ad præſentem diem breviter ita memorat:* In Scotia ſancti Querani abbatis. *Baronium præiverat Uſuardus, in cujus genuino textu legitur:* In Scotia, Querani abbatis. *Apud antiquiores nulla ejuſdem fit mentio: unde colligit ibidem Sollerius noſter, ſanctum illum Abbatem ſingulari Uſuardi diligentiâ in ſacris Tabulis locum obtinuiſſe. Eumdem etiam memorat Martyrologium Hieronymianum Richenovienſe, ſive Augiæ divitis, in Opere noſtro poſt tomum* VII *menſis Junii à Sollerio editum, quod ad* V *Idus Septembris, omiſſo* Abbatis *titulo certoque cultûs loco, ſic habet:* Alibi, ſancti Kerani confeſſ. *In Florario quoque noſtro Ms. ſequens elogium, ex Epiſtola B. Pauli ad Epheſeos cap.* 3 *mutuatum, ad eumdem diem ipſi texitur:* In Scotia, natale ſancti Querani abbatis. Hic Vir ſanctus, in caritate radicatus & fundatus, didicit, quæ ſit latitudo, quæ longitudo & ſublimitas & profundum: ſcire etiam ſupereminentem ſcientiæ caritatem Chriſti, impletus in omnem Dei plenitudinem. F

in Martyrologiis.

2 *Inter recentiores Caſtellanus & auctor Martyrologii Pariſienſis ad eamdem diem illum* Kierianum *appellant; Wionius in Ligno Vitæ, Menardus in Martyrologio & Bucelinus in Menologio Benedictino Sanctis ſui Ordinis adſcribunt: ſed Mabillonio tam in Actis, quàm in Annalibus rectiùs ignotus eſt. Joannes Wilſonius in Martyrologio Anglicano, quod anno* 1608 *patrio idiomate vulgavit, annoque ejuſdem ſeculi* 40 *recognitum iteratis typis ſubjecit, geminum nectit elogium, neutrum ſine mendis. In priore editione habet Anglicè, quæ Latinè ſubjungo:* In Scotia depoſitio S. Querani abbatis & confeſſoris, qui ortus ex nobili familia in iſto regno, contempſit vanitates mundi, & ingreſſus monaſterium factus eſt monachus venerabilis Ordinis S. Benedicti & poſtea abbas ejuſdem: cujus ſingularis vita & miracula abunde manifeſtata ſunt mundo domi foriſque. *In poſteriori verò editione ſic:* In Scotia depoſitio S. Querani

A rani abbatis & confeſſoris, qui primo factus eſt monachus, deinde abbas monaſterii S. Columbæ in eodem regno; cujus ſancta vita & miracula apud poſteros celebrantur. Obiit circa annum Chriſti DCL, & in Scotia ſepultus eſt. *Ex his ad minimum dubia eſt Sancti familia nobilis, cùm in variis Actis* Artificis *vel* fabri filius *cognominetur. Ordinis S. Benedicti fuiſſe non credimus; multò minùs fuiſſe S. Columbæ diſcipulum aut in ejuſdem monaſterio abbatem: primum enim ſine fundamento aſſeritur; poſteriora falſitatis convincuntur tum ex dicendis, tum ex eo, quòd S. Columba plus quàm quinquaginta annos* S. Kierano *ſupervixerit; nam dum hunc anno Chriſti* 650 *obiiſſe aſſerit, toto ſeculo à vero aberrat.*

Miſſa, quæ habetur in Miſſali Hibernico

3 *Inter Miſſas proprias Sanctorum Patronorum Franciæ & Hiberniæ, juſſu Clementis XII PP. editas, una præſcribitur ad diem* XI *Septembris*, in feſto ſancti Kirani, abbatis Foilenſis & patroni. *Hunc ego eumdem cum ſancto Abbate noſtro eſſe pro certo haberem, niſi* Foilenſis *cœnobii vocabulum ſubdubium redderet:*

B *nuſquam enim aſſequi potui, Cluanenſe aut Anginenſe monaſterium, quorum Sanctus fundator & abbas fuit,* Foilenſe *fuiſſe nuncupatum. Multa tamen ſuadent, ut idem ipſe credatur. Nam primò perſcrutanti mihi varios Sanctorum Hiberniæ & Scotiæ Catalogos, auctoreſque qui de iſtarum regionum Sanctis ſcripſerunt, nullus* Kirianus Foilenſis abbas, *aut alius ejuſdem nominis occurrit, in cujus honorem hæc Miſſa concinnata poſſit videri. Breviarium quoque Aberdonenſe noſtrum Ms. ſolum* Queranum *noſtrum, nec alio quam die* IX *Septembris agnoſcit. Secundò Auguſtinus Lubinus in Tabulis geographicis ad Martyrologium Romanum, ad hunc diem expreſsè notat:* Erat abbas Foilenſis in Scotia. *Idem cenſet Camerarius lib.* 3 *de Scotorum pietate, ubi ipſe inter martyrologos ſolus* Kieranum *ad diem* XI *hujus menſis commemorat, ſic tamen, ut eumdem velit cum eo, qui à reliquis ad diem* IX *refertur. Verba accipe:* Sanctus Queranus abbas Foillenſis in Scotia. De ipſo vide Martyrologium Romanum ad IX Septembris; Wionem lib. III Ligni Vitæ, Uſuardum & alios.

C *ad diem* XI *hujus menſis,*

4 *Nec aliter ſenſit Colganus, qui ad* V *Martii, pag.* 470 *Camerarium arguens, hæc ſcribit:* Poſtquam aſſeruerit, celebrari natalem S. Kierani, ſive ut ipſe loquitur, Querani abbatis, die XI Septembris; poſtea ad XXII Octobris inter ſuos colloçat Sanctos alium Kieranum, dicens: " XXII die S. Kieranus; de eo vide Vi„ tam S. Patricii per Jocelinum, cap. CXIII & „ alios „. Verùm Jocelinus non de alio Kierano ibi agit, quàm de noſtro Kierano abbate Cluanenſi; de quo Camerarius ipſe perperam egit XI Septembris, Martyrologium verò Romanum rectè, uti & alii, ad IX ejuſdem menſis. Nec alius author tradit, memoriam hujus (*Cluanenſis*) vel illius (*Sagirienſis*) vel alterius Kierani, alterutro die (XI *Septembris, vel* XXII *Octobris*) celebrari *&c. Ignotus itaque Colgano fuit* Kiranus, *abbas Foilenſis, vel quicumque alius, qui ab Abbate noſtro diverſus ſit, cujus feſtum die* XI *Septembris celebretur.*

de Sancto noſtro eſſe

5 *Denique memorati Miſſalis Hibernici editor in præfatione teſtatur, non ignoti aut incerti nominis Sanctos in eo referri*; ſed quos celebrant præconiis & laudibus efferunt ipſa Martyrologia, & quorum memoriam celebrare uſus fuit olim, ut atteſtatur tum Uſuardi Martyrologium, tum Hiſtoria Bedæ, tum denique eccleſiarum aut Ordinum & Congregationum Miſſalia antiqua æquè ac recentiora. *Hinc rurſum collige, per* Kirianum, *cujus Miſſa præſcribitur, Abbatem Cluanenſem deſignari, hunc enim Martyrologia poſt Uſuardum memorant, hunc Breviarium Aberdonenſe celebrat, hunc velut fundatorem patremque ſuum ipſius Regulæ ſectatores haud dubiè venerati ſunt: Foilenſem verò abbatem à Cluanenſi diſtinctum ſcriptores, quos vidi, ignorant præter Camerarium & Lubinum, ſed & hi idum ab hodierno minimè diſtinguendum monent. At, inquies, cur igitur* Foilenſis abbas *in prædicto Miſſali dicitur, cur ad diem* XI *colitur? Primum, ut verum fatear, edicere non poſſum, niſi fortè ex monaſteriis, quæ ipſius Regulâ utebantur, aliquod fuerit ejus nominis: verùm id divinare eſt. Fortè editor Miſſalis ſecutus eſt Lubinum vel Camerarium; qui unde id didicerint, omnino me latet. Alterius cauſa in promptu eſt: factum id enim videtur, quia dies* IX *etiam ſacra eſt S. Oſmannæ, virgini Hibernicæ, quæ quia in* E *Galliis ſupremos Vitæ annos tranſegit obiitque, utrique genti in veneratione eſt, ideoque loco ſuo minimè erat movenda. Cùmque in Miſſali Romano, quo etiam Hiberni utuntur, dies* X *feſto duplici S. Nicolai Tolentinatis impediatur, dies autem* XI *vacet, non potuit magis commodè, quàm hâc die* S. Kierani *feſtivitas præſcribi.*

AUCTORE C. S.

oſtenditur.

6 *Miſſa autem hæc eſt:* Introitus. Ego ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei mei, & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt ante conſpectum Sanctorum tuorum. *Pſalmus:* Benedicam Domino in omni tempore; ſemper laus ejus in ore meo. *Oratio:* Interventio Domine, beati Kirani abbatis tuam nobis non deſinat placare Majeſtatem, noſtrumque tibi devotum jugiter efficiat famulatum. Per Dominum *&c. Lectio Epiſtolæ ex cap.* 2 *Eccleſiaſtici à* ℣. 19: Qui timent Dominum. *Graduale:* Quis habitabit in tabernaculo tuo, Domine, aut requieſcet in monte ſancto tuo? ℣. Qui ingreditur ſine maculâ, & operatur juſtitiam. Alleluia, alleluia. ℣. Portio mea, Domine, dixi, cuſtodire legem tuam. *Euangelium ſecundùm Lucam cap.* 6, *à* ℣. 47. Omnis, qui venit ad me. *Offertorium:* Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitiis & concupiſcentiis. *Secreta:* Fac nos, quæſumus Domine, ſancti Kirani abbatis exempla ſectantes, mala noſtra toto corde reſpuere, ut bona tua capere valeamus. Per Dominum *&c. Communio:* Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam: intra in gaudium Domini tui. *Denique Poſtcommunio:* Sanctificet nos, quæſumus, Domine, tui perceptio Sacramenti, & interceſſio ſancti Kirani abbatis nos tibi reddat acceptos. Qui vivis *&c. Sed de his ſatis.*

F

Inter Hiberniæ apoſtolos & fundatores numeratur;

7 *Sanctum* Kieranum *noſtrum inter præcipuos Hiberniæ Sanctos celebratum fuiſſe, ex variis apud Colganum locis diximus: quippe in Annotatis ad Vitam S. Finniani, pag.* 398, *num.* 24 *aſſerit, illum in quibuſdam codicibus inter duodecim Hiberniæ apoſtolos numerari: idem habet pag.* 402, *num.* 4: *in Actis verò S. Patricii pag.* 214 *eumdem inter octo præcipuos conditores monaſticarum Regularum recenſet. In hunc etiam ſenſum Thomas Sirinus, Minorita pariter Hibernus in Diſſertatione de S. Columbani*

AUCTORE C. S.

bani monachatu art. 3, § 2 *adducit Alcuinum, carmine* 246 *canentem :*

Patricius, Cheranus, Scotorum gloria gentis,
Atque Columbanus, Comgallus, Adamnanus atque
Præclari patres morum, vitæque magistri :
Hinc pietas, precibus horum nos adjuvet omnes.

Alterum præterea testimonium profert Colganus in Triade thaumaturga, pag. 471 *& sequenti ex Sancti Vita cap.* 26 *hæc delibans :* Unus ex præcipuis Hiberniæ est & meritò habetur Apostolus, juxta quod de ipso cecinit ejus condiscipulus & coapostolus sanctissimus Columba in hymno quodam, quem in ejus composuit laudem, dicens :

Quantum Christe ô apostolum
Mundo misisti hominem !
Lucerna hujus insulæ,
Lucens lucerna mirabilis &c.

ejus nomen variè scriptum, & quare.

B

8 *Porrò sancti Abbatis nomen apud varios variè scriptum legimus. Usuardus, Baronius, aliique, ut vidimus, illum* Queranum *appellant ; Castellanus & auctor Martyrologii Parisiensis* Kiaranum. *Apud Colganum in Vita S. Munis episcopi, pag.* 266, *S. Aidi pag.* 420, *& in Triade thaumaturga, Vita S. Patricii pag.* 136, *& in Vita S. Columbæ pag.* 392 *& alibi* Kieranus *scribitur : in Actis autem S. Finniani pag.* 395, *Vitaque S. Senani metrica* Kyeranus, *denique in S. Endei Vita pag.* 708 Keranus, *ab Alcuino verò mox laudato* Cheranus *nuncupatur. Variæ hujus scriptionis causam explicat suprà memoratus Colganus in Vita cognominis sancti, Kierani scilicet Sagirienſis abbatis & episcopi pag.* 463, *ubi ait :* Hibernis, qui non habent litteram K vel Q, sed utriusque loco utuntur C, CIARAN & CIERAN (quæ dictio ipsis dissyllaba est) vocatur. Pronuntiant enim litteram C, etiam ante E & I, eodem modo, quo alii K... Hinc hoc nomen Latinè expressum nunc KIERANUS, KIARANUS, KERANUS, & Martyrologio Romano QUERANUS ; Britannis etiam, qui loco C & Q pronuntiant P, PIRANUS scribitur. *Hæc ibi : ego cum Colgano aliisque eum* Kieranum *appellabo.*

C

Cur Vitam non exhibeamus :

9 *Dolemus sanè, quòd hujus sancti Viri Vitam nullam habeamus, quam studioso lectori utiliter exhibere possimus. Habemus quidem aliquam auctoris anonymi in codice nostro Ms. Salmanticensi notato P Ms.* 11, *de qua Bollandus tom.* 2 *Februarii in Commentario historico de sanctis episcopis Mele, Melcho, Mune & Rioco,* § III *meminit : verùm ea hujusmodi est, ut laudatus Bollandus illam* imperitè & negligenter scriptam *meritò dixerit, ego verò prorsus indignam prelo judicem. Etenim in ea vix quidquam reperias præter prodigia, eaque partim ex aliis Vitis mutuata, partim tam insulsè relata, ut fidem apud eruditos non mereantur, nisi à peritiore certioreque, quàm anonymus ille fuerit, scriptore tradantur. Specimen aliquod infrà dabimus. Exstare tamen alia Sancti Acta, discimus ex Colgano, qui tum in Actis Sanctorum Hiberniæ, tum in Triade thaumaturga frequenter laudat* S. Kierani *Vitam, spondens se eam ad diem* IX *Septembris editurum ; quòd tamen, forsan morte præpeditus, non præstitit. Hanc Vitam diversam esse à nostra liquet ex eo, quòd tam Colganus, quàm Usserius in Antiquitatibus Britannicarum ecclesiarum, quædam ex illa recitent, quæ in hac desiderantur. Fortè tamen eadem est, quam Sirinus num.* 7 *citatus Vitam Ms. Hibernicam vocat, asseritque ab ipsius Sancti discipulis compilatam fuisse : quod an verum sit, exemplaris inopia vetat inquirere.*

D

Sancti gesta unde eruenda.

10 *Hujus itaque defectu cogor ad aliorum Hiberniæ Sanctorum, quæ exstant, Vitas recurrere, quæque in his sparsim narrantur, colligere & ad suum utcumque tempus referre. At priusquam id agam, lectorem duo universim monitum velim : primum est, quod Hibernorum Sanctorum Acta passim dubiæ sint fidei, & à scriptoribus minimè accuratis ac ætate longè posterioribus conscripta. Alterum est, quòd in iisdem frequens occurrat rerum simillimarum narratio, quas variis Sanctis adscribunt ; ita ut nescias, cui tutò adscribi possint. Hisce prænotatis ad Sancti gesta progrediar.*

§ II. Sancti nativitas prædicta à S. Patricio, parentes, patria, baptismus ipsi collatus.

E

Sancti nativitas

SAncti Kierani *nativitatem multis, antequam in lucem ederetur, annis à S. Patricio, Hiberniæ apostolo, prædictam fuisse, auctor est Joscelinus, scriptor Vitæ S. Patricii tom.* 2 *Martii ad diem* XVII, *ubi cap.* 12, *num.* 98 *cum narrâsset S. Munem corpus cujusdem leprosi, à S. Patricio olim sepulti, ob cælestem quamdam visionem tollere voluisse, subdit :* S. Patricius prohibuit hoc fieri, prædicens ibidem habitaturum quendam filium vitæ nondum natum, Kieranum nomine, qui locum illum repleret præclaro Sanctorum agmine, & corpus illud sanctum multo sublimaret honore. Quod enim prædixit, processu temporis evenit : est enim locus ille inter Midiam & Connactiam, in quo sita est civitas Cluanensis, in qua habetur hodie sedes episcopalis. *Auctor Vitæ tripartitæ S. Patricii apud Colganum pag.* 132 *cap.* 25 *hæc paulò aliter refert in hunc modum :* Cùm autem S. Munis Româ reverteretur, & nocte præventus ibi pernoctaret, angelorum apparitione circa locum volitantium attonitus, ait : Est homo Dei hìc sepultus ; video enim ibi angelorum ministeria. Depositi autem suam thecam cum inclusis reliquiis in vicinæ arboris concavo sinu ; quam & arbor ambiisse, obductáque cortice, omni cavitate abjecta, undique concluſa crastino manè reperta est.

F

à S. Patricio

12 Mira miraculi novitate attoniti fecures aliaque ferramenta arripiunt, arborem discindere cassò conantur labore : & cùm fatigati nihil proficerent, quæ contigerunt, S. Patricio referunt. Patricius ad eos ait : Est quidam filius vitæ nondum natus, qui illis reliquiis indigebit, nempe S. Kieranus fabri filius, cui divinæ providentiæ speciali favore ita reservatæ, sunt idcirco relinquendæ. *Colganus ad diem* VI *Februarii in Vita S. Munis cap.* 9, *similia narrat ex cap.* 2 *Supplementi ad Acta* S. Kierani, *ex quo post relatum sacrarum reliquiarum prodigium hæc recitat :* Miraculo motus (*S. Munis*) pergit ad magistrum (*S. Patricium*) in vertice, ut diximus, montis de Cruachan-aighle divinæ contemplationi vacantem ; cui modum aperuit, quo sacras perdidit reliquias. Quem Patricius jubet bono esse animo, admonens, locum istum

&

A & reliquias ex divinæ voluntatis ita præordinantis decreto reſervari viro magno poſt triginta annos naſcendo, nomine Kierano, cujus ibi erigenda eſſet eccleſia, & nomen per Hiberniam & Albaniam longè celeberrimum.

prædicitur: magi cujuſdam vaticinium explo-ditur:

13 *In Vita quoque apocrypha, de qua num.* 9 *egimus, hujus vaticinii breviter fit mentio:* Hic Vir Dei quinquaginta annis ante nativitatem ejus à S. Patricio prævaticinatus eſt. *Subdit & aliud cujuſdam magi vaticinium.* Mater quoque ejus, *inquit*, cùm in quadam die in curru ſedens prope domum cujuſdam magi tranſiret, ſtridorem currûs magus audiens, prophetando dixit: Currus ſonat ſub rege. Cúmque homines ſui præ admiratione irent ad videndum rei veritatem, & neminem niſi uxorem Boëi viderent in curru, illudendo dixerunt: Ecce conjux Beord ſedet in curru: quibus magus ait: Non illam dico, ſed filium, quem habet in utero, qui rex magnus erit, & ſicut ſol fulget in Meridie, ita ille miraculis coruſcabit & hanc inſulam illuſtrabit. *Verùm hæc fabulam ſapiunt, & ex Actis S. Comgalli, abbatis Benchorenſis, deprompta*

B *ac pro ſcriptoris ingenio mutata videntur. In hiſce enim tom.* 2 *Maii, pag.* 580 *hæc lego:* Beatus ac venerabilis abbas Comgallus, nobiliſſimo Aradenſium genere ortus, patre Sedneo, matre Brigâ, editus eſt. De quo pridie quàm naſceretur, S. Macniſeus Connerenſis epiſcopus, Spiritu ſancto ei revelante, prophetavit. Audiens namque equorum & currûs tranſeuntis ſonitum, aſſiſtentibus ait: Currus iſte regem portat. Hoc illi audito, gradu concito videre regem exeunt: ſed cùm neminem ibi præter Sednèum ejuſque uxorem Brigam, quos antea ſatis noverant, invenirent, ad virum Dei redeunt ſtupefacti, dicentes: Pater ſancte, Sedneus & ejus uxor in curru ſoli ſedent. Tunc epiſcopus; Filii, inquit, ne me in hoc, quod dixi, mendacem exiſtimetis: illa enim ventre regem portat, quem craſtina die orto jam ſole pariet, qui virtutibus cor, miraculorum claritate mundum decorabit *&c. Non dubito, quin ineptus compilator noſter hoc S. Macniſcii vaticinium hinc mutuatus, mago adſcripſerit.*

Sancti parentes,

C 14 Kierani *patrem* Beoanum *ſeu* Beoadum *nomine fuiſſe, ſcribit Colganus ad diem* XV *Januarii, annotatione* 15 *ad Vitam S. Itæ virginis; addens, eum artificem ſeu fabrum fuiſſe. Auctor Vitæ ineptæ, ſuprà memoratæ, Sanctum ex nobili & religioſa ſtirpe, patre* Beord *ſeu* Boëo, *quem curruum artificem facit, matre* Darectâ *ortum ait. Colganus quoque mox citandus eum ejuſdemque parentes* ex domo Rodericiorum in Ultonia *oriundos affirmat. Quàm rectè hæc generis nobilitas cum memorato opificio conveniat, non inquiro; at Sancti patrem artificem fuiſſe, ex variorum Sanctorum Vitis, à Colgano editis, liquet. Utque unum ex multis exemplum adducam, in Triade thaumaturga, cap.* 18 *Vitæ quintæ S. Columbæ, mentio fit de* Kierano filio Saoir: *quæ verba Colganus inter annotata num.* 75 *ſic excipit:* Eſt hic ſanctus Kieranus abbas de Cluain-muc-nois, qui agnomine patronimico filius Saoir, id eſt, fabri appellatur, ut conſtat ex ejus Vita exhibenda ad IX Septembris. *Plura exempla per decurſum occurrent.*

& patria:

15 *Quod ad Sancti patriam ſpectat, auctor Vitæ tripartitæ apud Colganum in Triade, pag.* 145 *cap.* 123 *S. Patricium vaticinantem induxit de* S. Kierano in partibus Auſtralibus *Hiberniæ naſcituro. Ad hæc Colganus in annotatis pag.* 181, *num.* 182 *&* 183 *obſervat,* S. Kieranum, filium fabri, abbatem Cluanenſem in Media, licèt ipſe ejuſque parentes fuerint ex domo Rodericiorum in Ultonia oriundi, eum tamen in regione Mediæ fuiſſe natum, ut habet ejus Vita cap. 1, & hinc dici ipſum in partibus Auſtralibus naſcendum. *Porrò* Media *vel* Midia, *Anglis* Meth *vel* Meath, *olim regnum & quinta Hiberniæ portio, teſte Guilielmo Camdeno, in ipſo antiquæ Scotiæ, ſeu hodiernæ Hiberniæ meditullio, ſita eſt, dividiturque in comitatum* Meth *ſive Midiam Orientalem & comitatum* Weſt-Meth *ſive Midiam Occidentalem, ut apud ipſum pluribus videre eſt. In Vita tamen noſtra Ms. natus dicitur in Connactia, indigenis* Conaghty, *quæ Camdeno eſt pars quarta Hiberniæ Oceano Occidentali & Sineo fluvio incluſa. Verba biographi accipe:* Cùm pater ejus ſub tributis regis Anmerei, id eſt, Anmirets premeretur, relinquens patriam ſuam, abiit in regionem Conacteorum, ibique in campo Rii genuit filium benedictum Queranum. Anmereus *ſive* Anmirets *videtur is fuiſſe, qui in Vita S. Columbæ in Triade pag.* 341 Ainmerius filius E Setni, *& in Actis S. Gildæ Badonici* Anmericus *appellatur: verùm is ante nativitatem* S. Kierani *nondum rex fuit, ut colligere licet ex laudata Vita S. Columbæ, & Colgani annotatis pag.* 374 *num.* 39 *&* 40: *at non eſt, quòd ineptus ille compilator nos moretur.*

Baptiſmus à quo collatus dicatur.

16 *Idem biographus Sanctum noſtrum* à ſancto viro quodam, Dermitio nomine, *baptizatum eruditumque aſſerit: contrà auctor Vitæ tripartitæ, jam ſæpiùs laudatæ, pag.* 136, *cap.* 49 *eum ſacro iſto lavacro a quodam S. Patricii diſcipulo, re & nomine* Juſto, *ablutum ait.* Fuit is Juſtus, *inquit*, vir non tam eximiæ ſanctitatis, quàm mirandæ longævitatis: fertur enim ex libro illo Rituali, quem ei S. Patricius reliquit, prælegiſſe Baptiſmi formam ritumque miniſterii, dum anno ætatis ſuæ quadrageſimo ſupra centeſimum S. Kieranum Cluanenſem ſalutari lavacro regenerâſſet. *Uter horum verum ſcribat, divinare non lubet. In Actis S. Columbæ abbatis Hienſis, apud nos ad diem* IX *Junii illuſtratis,* Diermitius *aliquis, prædicti abbatis miniſter memoratur; verùm is* S. Kierano *haud dubiè fuit junior, cùm S. Columba anno* 597 *obiiſſe,* Kieranus *verò anno* 516 *natus dicatur. In Vita autem S. Patricii, ad* XVII *Martii data, ſanctus quidam eremita* Juſtus *nomine, ſanctum Hiberniæ apoſtolum benignè ſuſcepiſſe ſcribitur: ſed an is ſit, de quo auctor Tripartitæ hîc loquitur, quis edicat? Certè tam longæva Juſti ætas mihi non poteſt non eſſe ſuſpecta, præſertim cùm eam ex traditione aliqua, fortè populari, didiciſſe videatur, ut indicat verbum* fertur. *Neque firmiore fortè fundamento collatus ab ipſo Baptiſmus nititur: ut tamen admittamus, ſanctum Abbatem ab aliquo è Patricii diſcipulis eo Sacramento initiatum fuiſſe, non propterea neceſſe eſt tam ſingularem in eo longævitatem adſtruere: quippe cùm magnus ille Hibernorum apoſtolus anno* 460, *ut in ipſius Actis oſtendit Papebrockius, ad Superos emigraverit, ſanctus verò* Kieranus *anno* 516 *natus perhibeatur, intelligitur, hunc baptizari potuiſſe ab illius diſcipulo, qui octogenario non eſſet major.*

AUCTORE C. S.

§ III. Tranſit in diſciplinam S. Finniani, deinde primùm ſub Ninnidio, poſtea ſub S. Endeo abbatibus monaſticam vitam ducit.

A S. Finniano inſtitutus

AUctor *Vitæ S. Finniani, ſeu Finneni abbatis, apud Colganum die* XXIII *Februarii, pag.* 395 *cap.* 19 *tradit,* S. Kieranum *noſtrum ſub hujus abbatis diſciplina, in monaſterio Cluain-erardenſi, quod Colganus in annotatis hodie* Clonardiam *dictum & in confiniis Lageniæ & Midiæ ſitum ait, eruditum fuiſſe.* In hoc ergo loco, *inquit biographus,* velut ſol in medio cæli, radios virtutum & ſalutaris doctrinæ atque miraculorum illuſtrando mundum (*Finnianus*) emiſit. Fama enim bonorum operum ejus ex diverſæ terræ partibus viros illuſtres partim ad Scripturam ſacram addiſcendam, partim ad eccleſiaſticam inſtitutionem percipiendam, quaſi ad quoddam totius ſapientiæ admirabile ſacrarium attraxit. Quorum nomina ſunt duo Kyerani; Kyeranus filius artificis, qui Mac-an-tſoir dicitur, & Kyeranus Saighre... Et hi omnes ſancti viri ac virtutibus pleni erant. *Acta S. Finniani, inter Prætermiſſos relati ad diem* XXIII *Februarii, Majores noſtri ad* XII *Decembris diſtulerunt: interim in Commentario prævio ad Vitam S. Kierani Sagirienſis die* V *Martii,* § 2 *oſtenſum eſt, nullam chronologicam rationem vetare, quominus Sanctus noſter S. Finnianum diſcipulus audierit.*

dicitur ipſi Clonardiam dediſſe;

18 *Jacobus Uſſerius in Britannicarum eccleſiarum antiquitatibus pag.* 909 *ex Midenſis eccleſiæ tabulis hæc recitat:* Dominium de Clonard cum ſuis villulis ſibi annexis dedit ſanctus Keranus ſancto Finiano doctori ſuo & ſuis ſucceſſoribus; *putatque ea de* S. Kierano *noſtro intelligenda eſſe. In eamdem ſententiam inclinavit Papebrochius in Commentario S. Kierani Sagirienſis* § 2, *num.* 12, *ubi ita diſſeruit:* Sufficit, ſi ante finem ſeculi V redierit Finnianus (*in Hiberniam,*) & ſeculi VI initio cœperit diſcipulos erudiendos admittere: ſic enim uterque Kieranus potuit eum audiſſe docentem, quamvis non in Cluain-erardenſi cœnobio: hujus enim à diſcipulo ſuo juniore Kierano tum demum accepit poſſeſſionem, cùm is ſanctitate & auctoritate ſpectabilis abbas, ſi non in Cluanenſi, ſaltem in Anginenſi cœnobio ſuo, tantùm liberalitate principum profeciſſet, ut de eo, quod ſibi abundabat, tam amplos fundos poſſet magiſtro ſuo velut pro minervali rependere.

quod valdè incertum eſt.

19 Quod ſi non eſt factum poſt regis Thuatalii mortem, Dermitio jam regnante circa annum DXL, cùm jam nonagenarius eſſet Finnianus; non id tamen multo citiùs factum eſſe potuit: niſi dicere velimus contra Uſſerii mentem & producta ab eo teſtimonia, Kierani Sagirienſis, non Cluanenſis, liberalitate fundos eos fuiſſe Finniano donatos: ſed cùm hic ad annum DLXV ſuperfuerit, ut ex S. Columbæ Actis conſtat, annum centeſimum decennio & ampliùs ſupergreſſus, nihil nos cogit alienæ ſententiæ nonnullâ nixæ auctoritate contraire. *Verùm ſi ea donatio ab alterutro Kierano reapſe facta ſit, Sagirienſis munificentiæ potiùs adſcribenda videtur. Nam licèt non admittamus ſententiam eorum, qui* Kieranum *noſtrum anno ætatis ſuæ* 33 *mortuum ſtatuunt, ſecundùm quam contra biographi aſſertum Sagirienſis abbas, quem Papebrochius circa annum* 520 *obiiſſe credit, ſcholam Finniani in cœnobio Cluain-erardenſi non potuiſſet frequentare cum* Kierano *noſtro, qui in ea ſententia pueritiam nondum exceſſerat; tanta fundorum abundantia ante Diermitii regnum ſine ſufficienti fundamento juniori* Kierano *adſcribitur. Neque his obſtat adductum ab Uſſerio eccleſiæ Midenſis inſtrumentum, quod neutrum* Kieranum *determinat, quemadmodum liquet ex dictis.*

Angelus pro eo molam verſat:

20 *Geſta Sancti ſub diſciplina Finniani memoriæ prodita non reperi, præter unum, quod Colganus in Actis S. Columbæ pag.* 457, *num.* 12 *ex* Kierani *biographo refert his verbis:* In ſchola enim beatiſſimi Finniani plures Sancti Hiberniæ erant; id eſt, duo ſancti Kierani, duo ſancti Brendani, S. Columba, aliique multi: & unuſquiſque eorum in die ſuo molam propriis manibus molebat; ſed angeli Dei pro S. Kyerano molebant, ſicut ei fecerunt in ſua captivitate apud regem Furbithi. *Non habeo quidem, quo memoratum prodigium infirmem; verumtamen cùm biographi, cujus lucubrationem videre mihi non licuit, ætatem ignorem, ſuſpectum mihi eſt, vereorque, ne hîc contigerit, quod in aliis Vitis Hibernicis Majores mei crebrò obſervârunt, videlicet ne alterius Sancti miraculum ad* Kieranum *tranſtulerit. Etenim ſimile prodigium angeli pro S. Senano molam verſantis legere eſt in hujus Actis tom.* I *Martii, pag.* 771 *num.* 13 *& ſequentibus. De captivitate ſub Turbitho rege, de qua nihil hîc addit Colganus, agitur tum in Vita noſtra apocrypha, tum in Actis S. Kierani Sagirienſis tom.* I *Martii, pag.* 396 *& ſequenti: verùm quæ ibi narrantur, tam fabuloſa ſunt, ut ea huc minimè transferenda putârim, ſatiſque duxerim, ſi curioſos ſimilium mirabilium lectores eò remitterem.*

inde varios Sanctos adit,

21 *Laudatus Uſſerius in Appendice inter addenda pag.* 1064 *& ſequenti ex ſancti Abbatis noſtri Actis delibat ſequentia:* Acceptâ Finiani licentiâ, properavit ad S. Ninnidium, in ſylva ſtagni Erne commorantem, abbatem monaſterii. Pòſt profectus ad S. Endeum Arnenſem abbatem, à quo acceptus benignè: inde ad S. Senanum ad inſulam Cathai, ad flumen Sinan, ubi magiſter hoſpitum factus: ſed invidiâ monachorum, quibus diſplicuit tanta Kerani liberalitas erga pauperes, feceſſit ad quandam aliam inſulam, nomine Anginam, in qua fundato cœnobio maximam collegit multitudinem monachorum optimorum, & reditus acquiſivit ampliſſimos ad uſus pauperum: cui pòſt abbas ibidem ſucceſſit S. Adompnanus, Momonienſis genere. Tandem inde deceſſit ad conſtruendum cœnobium Cluaynenſe ſeu Cluayn-mac-nois in Midia. *Varias haſce in diverſis cœnobiis Sancti commorationes paululum elucidemus.*

& primò diſcit S. Ninnidii, tranſit,

22 *Sancti Ninnidii, ſeu Nennidhii vel Nennii, abbatis & epiſcopi Vitam ex aliorum Sanctorum Actis concinnavit Colganus ad diem* XVIII *Januarii, ubi pag.* 113, *num.* 8 *in rem noſtram de eo hæc habet:* Extruxit nobile monaſterium in inſula ſtagni Ernenſis in Ultonia, vulgò Iniſ-mhuige Samh dicta, in quo multos in pietate ac litteris ſingularique vitæ continentia & innocentia egregiè inſtitutos, præclaros habuit diſcipulos; & quidem inter hos, velut inter

A ter faces luna minores, magnum illud Hiberniæ lumen S. Kieranum Cluanenſem, ſuum quondam in ſchola Cluain-erardenſi condiſcipulum, diſcipulum habuit. *Pro hac ſententia laudat caput 7 Vitæ ſancti Abbatis noſtri per Auguſtinum Graidin conſcriptæ, ex qua recenſet ſequentia:* S. Kieranus tranſacto temporis ſpatio, acceptâ magiſtri ſui licentiâ & benedictione, ad S. Ninnidium, in quadam ſylva ſtagni Erne commorantem, properavit, & cùm illuc perveniſſet, cum magno gaudio & charitate non ficta ſuſceptus eſt.

ubi tres capite truncatos

23 Cúmque ibidem in morum & virtutum diſciplina quotidie proficeret, quâdam die ad nemora vicina cum Fratribus ad ſcindenda ligna properavit verus obediens: erat enim conſuetudo in ſacro illo collegio, ut tres monachi cum ſeniore ad ligna deportanda ſecundum ordinem temporis ſemper irent. Cædentibus verò cæteris ligna, ipſe ſeorſum Deum, ut moris erat ſibi, attentè orabat: interea quidam nefarii latrones, rate ad inſulam tranſvecti, in præfatos monachos irruerunt atque eos occiderunt, eorumque capita ſecum detulerunt. Kieranus verò, dum ſtrepitum ſociorum percutientium non audiret, mirabatur; & propter admirationem feſtinè pervenit ad locum, ubi eos laborantes reliquit. Viſo quoque, quod de Fratribus factum eſt, alta trahit ipſe ſuſpiria & vehementer contriſtatus eſt. Sequutus eſt quoque è veſtigio homicidas illos, atque eos in portu, ut ſuam naviculam ad aquas deducerent, deſudantes, ſed hoc minimè valentes, invenit. Sic enim Deus ſcapham eorum terræ conglutinavit, ut nequaquam eam amovere potuerint; & cùm voluntati Cunctipotentis contraire non poſſent, à Viro Dei tunc pœnitentes veniam ſuppliciter poſtulant: qui memor ſui Magiſtri, pro Judæis eum crucifigentibus orantis, factis pro illis licèt indignis precibus, ratem ſuam facillimè ad aquam ducere potuerunt.

B

ad vitam revocâſſe narratur,

24 Pro munere verò hujus beneficii petiit à latronibus capita ſuorum Fratrum: acceptis verò his, ad locum, ubi corpora jacuerant, deveniens Dominum devotè rogavit, ut omnipotentiam ſuam oſtenderet in ſervorum ſuorum reſuſcitatione. Mirum valdè, quod narro, ſed veritatem facti evidentiſſimam. Capita corporibus coaptavit, & illos virtute orationis ſacræ ad vitam revocavit. Hi quoque ſic mirabiliter reſuſcitati ligna ſecum ad monaſterium deportârunt: quamdiu tamen vixerant, cicatrices vulnerum in collis ſuis portaverunt. *Memorabile ſanè prodigium: ſed ut ſine ſcrupulo pro vero admitti poſſit, velim ut ab antiquiori ſcriptore traditum fuiſſet. Auguſtinus Graidin is eſt, quem Jacobus Waræus lib.* 1 *de Scriptoribus Hiberniæ, cap.* XI, *Auguſtinum Magraidin canonicum Auguſtinianum, virum doctum, & prudentem vocat, & obiiſſe ſtatuit anno* 1405, *inter ejuſdem opera recenſens* Vitas Sanctorum Hiberniæ.

C

ſatis mirabiliter, ſi ſat verè.

25 *Secundum hæc fuit ſcriptor ille multis quidem ſeculis Sancto poſterior, ſed doctus tamen & prudens: verùm aliter de eo cenſuit Papebrochius tom.* III *Martii, pag.* 268, *num.* 5, *ubi de Actis S. Endei abbatis Aranienſis ex codice Ms. Inſulenſi ſecum communicatis ſcripſit in hæc verba:* Qui codicem illum Inſulenſem conſcripſit Auguſtinus Magraidin ſub annum MCCCXC in inſula Rienſis lacûs, dicta Sanctorum omnium, inſtituti canonicorum Regularium monachus, is non quidem ſuo ſtylo Vitam conſcripſit; ſed ex duabus vetuſtioribus tam exiguo judicio conſarcinavit, ut quæ ad S. Kieranum ſpectant, & mutatis non parùm circumſtantiis in utraque illa diverſimodè narrabantur, retulerit tamquam eventus in ſubſtantia diverſos: circa res quoque in Romana peregrinatione atque à reditu geſtas geminam narrationem conjungit, quarum altera tam eſt ab initio ad finem fabuloſa, ut Colganus diverſo eam caractere impreſſerit & apocrypham videri notârit in margine. *Ex hiſce habemus quidem, ſcriptorem laudatæ Vitæ, quemadmodum in S. Endei Actis habuit, ita etiam potuiſſe præ manibus habere vetuſtiora Acta, ex quibus memoratum prodigium deprompſerit; ſed cùm in iſtis concinnandis tam exiguo uſus fuerit judicio, ut modò eadem tamquam diverſa geſta retulerit, modò etiam penitus fabuloſa immiſcuerit, verendum pariter eſt, ne etiam hîc aut commentitia aut recentiora Acta pro indubitatis vetuſtiſque adoptârit. Nolim tamen hinc inferre, hæc aut quæcumque alia ad fabulas cerò eſſe rejicienda, cùm antiquis monumentis revera hinc inde potuerit uſus fuiſſe.*

AUCTORE C. S.

D

Deinde ad S. Endeum ſecedit: viſio

26 *Porrò idem Auguſtinus in Actis S. Endei mox memoratis, de* S. Kierani *in Aranienſi cœnobio commoratione ex duabus vetuſtioribus Vitis, cap.* 4 *num.* 18 *& ſeq. hæc habet:* Ad hunc quoque virum Dei (*S. Endeum*) S. Kieranus filius fabri perveniens, ſeptem annis in monaſterii territorio * fideliter ſerviens manſit. In his quoque ſeptem annis ſic diligenter exercebat trituratoris officium, ut in paleario territorii non poſſet granum, quod culmen faceret, inveniri. Unde uſque hodie manent muri territorii ſui apud Arann. Poſt hæc S. Keranus ſomnium vidit, quod ſuo magiſtro enarrare curavit. Nocte enim ſomniavit, ſe juxta ripam magni fluminis, quod Synnam dicitur eſſe, & arborem magnam ac frondoſam atque fructiferam vidiſſe, & hæc arbor totam inſulam Hiberniæ obumbravit. Somnium itaque ſancto Endeo enarravit. Ait ille: Arbor illa fructifera tu es, qui coram Deo & hominibus magnus eris & fructum dulciſſimum boni operis præbebis & per totam Hiberniam honoraberis. Et addidit Endeus: Nunc igitur accede & Dei voluntatem implens, ædifica ibi monaſterium.

E

* *forte* territorio

F

ibi oblata præmaturè refertur

27 *Ita ipſe per monaſterium deſignans Cluanenſe, ſive Cluain-mic-nois, ad cujus fundationem Sanctum ſe mox accinxiſſe ſubjungit. At Papebrochius ibidem lit.* b *notat, hunc locum de remota præparatione ad memoratum cœnobium condendum, non verò de proxima intelligendum eſſe; cùm antequam iſtud aggrederetur, in Iniſ-cathenſi primùm monaſterio ſub S. Senani diſciplina aliquamdiu vixiſſe, ac deinde Anginenſe cœnobium fundâſſe dicatur. Quare mihi veriſimilius apparet, Magraidinum geminum Sancti ad Endeum acceſſum confudiſſe, indéque factum, ut Cluanenſis monaſterii exſtructionem alieno tempori affixerit. Ut ita autumem, facit ipſe Magraidinus, qui eamdem, quam modò retulimus viſionem, ſed aliis omnino veſtitam adjunctis, ac propterea tamquam diverſam à priori, narraturus, ſic orditur:* Alio quoque tempore idem Keranus ad inſulam iterum redivit, ut & ipſe profeſſionem monachi ibi faceret, atque ibi finem vitæ expectaret. *Jam verò cùm, teſte Papebrochio in Commentario num.* 4, *Magraidinus Vitam S. Endei ex duabus*

AUCTORE C. S.

bus vetuſtioribus conſarcinaverit ; veriſimillimum eſt, eamdem viſionem in iſtis duobus exemplaribus variè deſcriptam fuiſſe, quam ipſe propterea diverſam credens, ad diverſa quoque tempora referendam arbitratus eſt.

à Magraidino.

28 *Porrò ſi poſteriorem narrationem tamquam veriorem admittamus, objectam difficultatem probabili ratione enodabimus. Dicemus enim*, S. Kieranum, *cùm Iniſ-cathenſium monachorum invidiam declinaret, ad priſtinum abbatem ſuum, S. Endeum, rediiſſe, ut* profeſſionem monachi ibi faceret, *id eſt, ut ſub illius moderamine in monaſticis exercitationibus reliquum vitæ exigeret ; ſed prohibitum fuiſſe ab eodem Endeo, tum per ſomnium edocto, illum ad celebre cœnobium fundandum divinitus deſtinatum eſſe. Obſervandum quoque eſt, in poſteriori relatione expreſſam Cluanenſis monaſterii mentionem nullam fieri ; ſed tantùm dici*, Kieranum *debere* ad locum cælitus oſtenſum properare & juxta ripam præfati fluminis (*Synani*) monaſterium fundare : *unde ſi Anginenſe cœnobium juxta prædictum fluvium exſtiterit, omnia ſæ rectè habent : ſin verò ab eo longè abfuerit, credibile eſt, vel Magraidinum vel ex quo ea tranſcripſit, biographum memoratam viſionem de Cluanenſi tamquam monaſterio principe & à quo Sanctus* Cluanenſis *nomen acceperit, præmaturatò interpretatum fuiſſe. Hiſce obſervatis, cetera Sancti geſta ſequentibus § § exponemus.*

B

§ IV. Relicto Aranienſi cœnobio, S. Senanum accedit : inde ad Endeum redit : condit Anginenſe monaſterium.

Viſio S. Endei, diſcedente Kierano

C

EX *Sancti Vita, num.* 21 *ab Uſſerio relata, vidimus, eum, relicto Aranienſi cœnobio, ad S. Senanum epiſcopum & abbatem Iniſ-Cathenſem ſe receſſiſſe, ibidemque magiſtri hoſpitum munere aliquamdiu functum eſſe. Ad hunc diſceſſum referenda puto, quæ Magraidinus in Vita S. Endei ſuprà laudata, cap.* 4, *num.* 24 *ex antiquoribus Actis enarrat hoc modo :* Quod autem de S. Kerano prætermiſimus, hîc addamus. Cùm enim de licentia S. Endei de inſula exiſſet, videt Endeus in ſpiritu omnes angelos, qui ſanctis de Arainn pabulum vitæ ſpiritualis miniſtrabant, cum S. Kerano recedere. Ex qua viſione mœſtus factus eſt Endeus, putans, quòd cæleſtes ſpiritus iterum non redirent ; cúmque jejunio & orationi ſe dediſſet ultra vires, angelus Domini apparuit ei, dicens : Quâ de re triſtis es, homo Dei, & cur te nimis affligis ? Dixit Endeus : Cauſa triſtitiæ meæ eſt, quòd omnes angeli nos reliquerunt, & cùm Kerano perrexerunt. Reſpondit angelus : Quoniam S. Keranus cariſſimus Deo eſt, ideo miſit angelos ſuos in comitatu ejus : noli ergo ampliùs te nimis affligere ; quoniam ad vos iterum revertentur : ſolve ergo jejunium in nomine Domini. *Honorifica ſanè hæc Sancto noſtro ſunt ; ſed quâ auctoritate nitantur, ut jam monui, non ſatis conſtat.*

30 *Acta S. Senani gemina habes tom.* I *Martii, ad diem* VIII, *altera metrica, quæ ſub finem ſeculi* XII *aut initium* XIII *ibidem pag.* 761, *num.* 7 *ſcripta videri dicuntur ; altera proſaica, poſt ſeculum* XII *concinnata. Utrorumque auctori fortè præluxit S. Colmanus, filius Lenini, qui ejuſdem Senani Vitam patrio carmine ante finem ſeculi* VI, *quo ille floruit, conſcripſiſſe ibidem perhibetur. In hiſce Actis ſemel & iterum de* Kierano *cum laude memoratur, & quamvis nuſquam expreſsè dicatur ſub S. Senani diſciplina in ipſius cœnobio vixiſſe, id tamen non obſcurè inſinuatur in Vita metrica, dum dicitur :*

D *ad S. Senanum*

Quodam deinde tempore, conſedente in littore
Kierano ſanctiſſimo, nuntiatur epiſcopo,
Quòd ejus individuus comes ſemper & ſocius
Adeſſet cum diſcipulis ſedens in ripa fluminis.

Quòd enim hîc S. Senani individuus comes & ſocius *appelletur, intelligendum videtur de familiari conſuetudine olim inita, dum ibidem ſub ejus moderamine monachus degebat : nam eo tempore, quo geſta ſunt, quæ poeta hoc loco exponit, ſuos, ut patet, diſcipulos* Kieranus *jam habebat, adeoque Senani monaſterium jam deſeruerat.*

E *abbatem Iniſ cathenſem ; ad Endeum rediens*

31 *Situm* Iniſ-cathaig, *quam vocem Papebrochius Latinè* inſulam feræ *vel* Belluæ *interpretatur, diſcimus ex Senani Vita proſaica cap.* 5, *ubi dicitur fuiſſe* in Sinenno ſinu, ubi vaſto alveo in Occidentalem Oceanum ſolvitur : *in Vita verò* S. Kierani *ibidem in Annotatis lit.* a *laudata legitur :* Inſula Cathi, quæ eſt in oſtio Oceani contra Occaſum, in freto ſcilicet Luimnich, inter regiones Kier-raighi & Corcobaskind poſita. *Conditum igitur erat Iniſ-cathenſe cœnobium in hodierna Connactia in comitatu* Twomond *ſive* Clare, *ubi Sineus, accolis* Shannon, *totius Hiberniæ nobiliſſimum flumen, vaſto oſtio in Oceanum Occidentalem evolvitur, ut in Camdeni Hibernia videre eſt. Quamdiu in hoc monaſterio Sanctus moratus fuerit, incertum eſt. Uſſerius in Indice chronologico putat, eum non niſi poſt S. Senani mortem, quam cum aliis anno* 544 *affigit, inde diſceſſiſſe, ut Anginenſe monaſterium conderet : at Papebrochius in Commentario Actis S. Senani prævio num.* 3 *verius hæc ante annum* 540 *facta credit. Etenim ex utraque S. Senani Vita manifeſtum eſt*, S. Kieranum, *vivo illo, ſuos diſcipulos, adeoque & ſuum, cui præerat, monaſterium habuiſſe, quod non aliud quam Anginenſe potuit fuiſſe. Verba aliqua numero præcedenti dedimus, reliqua mox proferemus.*

F

32 *Exiſtimamus itaque* Kieranum, *ut Iniſcathenſium monachorum invidiæ cederet, circa annum* 540, *Senano etiam tum in vivis ſuperſtite, ex ea inſula egreſſum, & ſecundum dicta § præcedenti ad S. Endeum, ſuum olim magiſtrum rediiſſe. Quam ob rem hæc ſpectare credimus, quæ in hujus Sancti Actis tom.* III *Martii, pag.* 273 *in Appendice narrantur, quæque totidem verbis huc transfero.* Alio quoque tempore idem Keranus ad inſulam (*Aranienſem*) iterum redivit, ut & ipſe profeſſionem monachi ibi faceret, atque ibi finem vitæ expectaret. Erant tunc quoque in præfata inſula ſanctiſſimæ vitæ abbates & fundatores, S. Endeus videlicet & Finnianus ſenex. Eo verò tempore, quo ad inſulam venit, S. Endeus vidit ſomnium interpretatione dignum. Viderat enim arborem quamdam in medio inſulæ creſcere in altum, quæ protenſis ramis uſque ad mare pertingebat. Deinde viderat multos viros ad arborem accedentes,

jubetur ab eo

A tes, qui radicitus eam effoderunt, & tandem secum in aëra sublevantes, usque ad ripam magni fluminis, Synan nomine, reportaverunt atque ibi iterum plantaverunt. Viderat quoque eamdem arborem ibi in nimia altitudine crescere, ita ut rami pertingerent usque ad mare.

monasterium Anginense condere:

33 Hanc visionem mirabilem S. Endeus coram S. Finniano sene ac aliis fide dignis enarrans, ait: Hæc visio, quam modò audistis carissimi, ad fratrem nostrum Keranum pertinet, qui multorum cœnobiorum pater erit. Itaque cum benedictione nostra debet ad locum cælitus ostensum properare, & juxta ripam præfati fluminis monasterium fundare, ex quo multa alia monasteria tamquam rami pullulabunt fructiferæ arboris. His quoque sermonibus patris Endei auditis, qui præsentes fuerant, lacrymas ubertim effuderunt; similiter & ipse Keranus, qui præsens erat, amarè flevit. Cùm navis ad iter suum sibi pararetur, sancti abbates, scilicet Endeus & Finnianus cum monachorum multitudine usque ad portum eum comitantur. *Hæc ibi: sed priusquam ulteriùs progrediamur, quædam observanda sunt. In primis dubitari nequit,*

B *quin hæc visio eadem sit cum relata num. 26, quam Magraidinus, ut jam monuimus, ob alia adjuncta diversam credidit. Secundò in eadem Appendice mox subditur, S. Endeum, discedente* Kierano, *ad monasterium suum reducem supremum diem suum obiisse: quod cùm circa annum* 540 *contigisse perhibeatur, sententiam nostram de condito circa id tempus Anginensi monasterio confirmat.*

hic jussis obtemperans

34 *Ad eumdem discessum spectare autumo, quæ laudatus Magraidinus narrat post visionem num. 26 relatam.* Post hæc S. Keranus accepta benedictione sui abbatis Endei, ad construendum monasterium de Cluain-mhic-nois (*imò Anginense*) se præparavit. Cúmque se orationibus Sanctorum recommendaret, coram omnibus S. Endeo dixit: Accipe me, pater, cum parochia mea sub protectione tua, ut sint omnes discipuli mei etiam tui. Et respondit Endeus: Non ita de te ordinavit Deus, ut omnes in hac angusta insula sub mea disciplina viveremus; sed propter tuam miram humilitatem atque perfectam caritatem tibi tradet Christus Dominus

C tuus dimidiam Hiberniæ partem in hæreditatis sortem. Et ubi hæc ad invicem dixerunt, crux erecta est in signum fraternitatis mutuæ, quam inter se & posteros suos contraxerunt ibi, & dixerunt: Quicumque unitatem fraternitatis nostræ post nos violaverit in terris, careat ipse fraternitate & societate nostra in cælis.

& ab Endeo deductus, feræ fugam imperat.

35 Post hæc venit S. Endeus in terram, quæ Medraighe dicitur (*regiuncula maritima Australis Connactiæ in comitatu Galvienſi, inquit Colganus*), ad portum unum, qui portus Luaban dicitur; & ibi S. Endeus rogavit Keranum, ut accederet ad locum vicinum, qui Acahd-Draighnich dicitur, & de illo ejiceret bestiam, quæ totam terram in circuitu loci præfati devastaverat: unus enim de discipulis S. Endei, qui Gigneus vocabatur, ibi habitabat... De præfato ergo loco expellentes bestiam, eremitorium suum in pace possederunt. *Ita quidem ille: at mihi suspecta est ista narratio, tum quòd ea, quæ num. 32 & 33 ex Appendice recensuimus, non paulò verisimiliora appareant, tum quòd verear, ne scriptor istam bestiæ expulsionem mutuatus fuerit ex Actis S. Senani, qui in Opere nostro cap. 5 similem belluam ex insula Inis-cathensi ejeci-*

se narratur. Suspicionem auget Papebrochius, AUCTORE *qui in Annotatis ad cap. 4 Vitæ S. Endei, si-* C. S. *milia plagia in discipulorum & magistrorum Actis apud Hibernos facta observat.*

Anginensis monasterii situs.

36 *Memoratum monasterium, seu insula Anginensis, de qua nusquam alibi quidquam traditum reperi, sita fuisse videtur in Midia, ac in hujus forte tractu, qui* Breaghmuid *appellatur. Ita colligimus ex Usserio, qui laudans librum Navanensem, asserit, Sanctum* Cluainmac-nois & insulam Inis-Aingean dictam, unà cum centum ecclesiis seu cellis in Midia & Breaghmuid *à Diermitio Hiberniæ rege dono accepisse. Videtur autem* Breaghmuid *is tractus esse, quem Colganus in Actis B. Dunchadi, Cluanensis abbatis, pag.* 105, *num.* 5 Breghmuine, *in Indice verò topographico Latinè* Bregmaniam *appellat, aitque regiunculam esse ad stagnum Rivense in Midia Occidentali. Hisce consonat Ludovicus Allemand in Historia monastica Hiberniæ Gallicè edita Parisiis anno* 1690, *in qua pag.* 48 *monasterium illud in hodierno comitatu Longofordiensi, in lacu Rivensi collocat. Papebrochius quoque in Annotatis ad cap.* 4 *Vitæ S.* E *Endei lit.* b *sanctum Abbatem nostrum Anginensis monasterii conditorem rectoremque agnovit; quin & verbis num.* 18 *recitatis suspicatus est, illum ibidem ex munificentia principum tantùm profecisse, ut etiam amplos fundos magistro suo S. Finniano, velut pro minervali rependere potuerit. Potuit hac hausisse ex laudato Usserio, & ex Vita Sancti, quam subinde laudat; sed quæ in Musæo nostro non supersunt. Plura de eo cœnobio non reperi; nec S. Adompnanus, quem Usserius ejusdem loci post* S. Kieranum *abbatem facit, quemque Colganus ad diem* XXIX *Januarii, pag.* 191 *rectiùs* Donnanum *scribendum monet, aliunde mihi est cognitus. De Diermitii donatione sermo sequenti* § *recurret, ubi de Cluanensis monasterii fundatione agemus.*

Dapibus, à principe divinitus monito,

37 *Porrò* Kieranus, *dum in suo Anginensi monasterio jam ipse abbas præesset, S. Senanum frequenter adiisse videtur, sive ut apud ipsum animæ suæ noxas, quibus humana non caret fragilitas, expiaret, sive ut dilecti olim magistri, quem ut patrem venerabatur, pio colloquio frueretur. Ita discimus ex Vita metrica S. Senani cap.* 4 *num.* 27, *unde sequentia excerpsi:* F

Kieranus interea & Brendanus præterea
Adveniunt angelico admoniti oraculo,
Ut sancto caussas omnium faterentur excessuum.
At illis honorificè susceptis à pontifice
Atque confessis omnibus illis * suis excessibus, * *fortè* illi
Refert custos cellarii, nihil esse residui,
Quo vel Fratres vel hospites pascerentur vel inopes.
Nihil, ait, episcopus, deest Deum timentibus;
Unde spera in Domino & æquo esto animo:
Nobis enim & Fratribus dabit annonam Dominus.
Interea divinitus princeps quidam commonitus
Ad viri Dei cellulam in Belluanam insulam * * *i. e.* Inis-
In navi oneraria fert Sanctis necessaria: cathaig
Quem hac de causa pontifex advenisse conspiciens,
Cum præfatis hospitibus occurrit ei obvius;
Accepit alimoniam, & multùm egit gratiam,
Ac spiritu prophetico plenus prædixit illico,
Sibi & suo semini per voluntatem Domini
Datam esse provinciam, ut regnaret super eam.

AUCTORE C. S. Sicque dimisso principe à beato pontifice,
Instante horâ prandii cum prædictis Servis Dei
Discumbens, sumpsit pariter dona Dei sanctus
pater.

Mox subditur prodigium de tintinnabulo è cælis delapso : verùm si id fabulosum non est, ad S. Senanum propriè spectat, & ibidem legi potest.

missis apud S. Senanum refertur : 38 *Vita prosaica, priori recentior, pag.* 775, *num.* 41 *de eodem* Kierani *adventu missisque per principem dapibus similia enarrat his verbis :* Cùm quâdam die S. Brendanus & Kieranus ad S. Senanum venirent, ut eum tamquam annis & dignitate superiorem (erat enim episcopus, ipsi verò presbyteri) in patrem spiritualem & confessarium valerent accipere ; contigit coquum nihil habere, unde vel hospites vel domesticos Fratres reficeret. Quod cùm intelligeret Nectanus Kenn-shoda, princeps de Y-figinte, suo mandat œconomo, ut omnem, quem pro mensa regia habebat, cibi & potûs apparatum ex tempore deferat ad S. Senanum aliosque famulos Dei in Inis-cataig. Jussa exequitur œconomus, & princeps ipse mox subsequitur ad insulæ portum, ibique S. Senano famulisque Christi sua suæque posteritatis obsequia & clientelam offert & consecrat, & ab eis humiliter petitam, largam reportat benedictionem.

B

navi pertusâ vectus ab eodem excipitur : 39 *Vita metrica cap.* 5, *num.* 34 *alium rursus sancti Abbatis ad Senanum accessum tradit, simulque singularem illius in Deum fiduciam & eximiam in pauperes misericordiam celebrat.*

Quodam deinde tempore, confedente in littore
Kierano sanctissimo, nuntiatur episcopo,
Quòd ejus individuus comes semper & socius
Adesset cum discipulis, sedens in ripa fluminis.
Gavisus est, & properè jubens ministrum affore,
Tollens, inquit, naviculam, hunc transpone Christicolam.
Cui nullam esse aliam navem, nisi vimineam
Scapham, nec aptam usibus, ut audivit episcopus ;
Vel hanc, inquit, ingredere, ut valeas transvehere
Diu in ripa fluvii præstolantem Virum Dei.
Scapham igitur ingreditur, & securus allabitur;
C Quia qualis didascalus, talis erat discipulus.
Quem ut conspexit eminus, ait suis Kieranus :
Tentat nos sanctus Domini, si audeamus ingredi.
Scapham in Dei nomine, freti ejus oramine.
Ingrediamur itaque ; nam valet Christus utique
In hac per ejus merita nos servare naviculâ.
Ingredientes itaque enavigabant prosperè ;
Scapha rimis patentibus non est infusa fluctibus.

misericordiæ in egenum memorabile exemplum. 40 Sic acceptum à Fratribus cappâ vestiri protinus
Jussit sanctum Kieranum, quia novit per spiritum,
Eum in eleëmosynam jam expendisse propriam.
Dein ad oratorium manu deducens Socium,
Post hæc & his similia caritatis obsequia,
Demum eum cum Fratribus cibo refecit lautiùs.

Posterioribus versibus, qui paulò obscuriores sunt, lucem afferet auctor Vitæ prosaicæ, qui pag. 776, *num.* 43 *hæc habet :* Quodam die S. Kierano, ad S. Senanum visendum iter agenti, obviam factus fuit quidam lacer & nudus mendicus, summis & importunis obsecrationibus eleëmosynam ab eo postulans : cui Vir pientissimus, cùm aliud ad manum non haberet, propriam, quâ vestiebatur, exuens elargitus est calculam seu togam monasticam ; & sic ipse nudus ad insulam pergit. Quod cùm in spiritu S. Senanus cognosceret, mandat monachis, ut in quadam tracta & aquis pervia navicula (aliam enim tunc nullam in insula habebant) S. Kieranum in objecto littore stantem advehant. Quod cùm fecissent, ipse ad sanctum Virum accurrit, secum sub sinu tectam ferens togam, eâque vestitum lætus ad cœnobium conduxit. D

Tempus conditi monasterii confirmatur. 41 *Ex hisce liquet*, S. Kieranum *id temporis sub Senani disciplina in Inis-cathensi insula non habitâsse, sed eò tantummodò adventare solitum, ut isto sancto episcopo sua moderatore conscientiæ, aut in dubiis doctore uteretur. Cúmque suos jam tum discipulos habuisse dicatur, contra Usserium omnino dicendum est, Anginense cœnobium ante Senani mortem fundatum fuisse. Hoc ipsum rursus probat eadem Vita prosaica, in qua cap.* 3, *num.* 20 *&* 21 *dicuntur quinquaginta monachi in Hiberniam appulisse, quorum aliqui, ut in votis habebant, à S. Senano ad* S. Kieranum, *jam utique Anginensium abbatem, dimissi sunt.* E

§ V. Monasterium Cluain-micnoisense conditum.

Situs monasterii, civitatis PRæcipuum S. Kierani *cœnobium Cluain-micnoisense seu Cluanense dictum, à quo &* Cluanensis *ad distinctionem alterius* S. Kierani, *abbatis & episcopi Sagirienſis, solet appellari, conditum fuit in Occidentali Midia ad Senum, indigenis* Shannon, *flumen, quod inter hanc provinciam & Connactiam labitur. Temporum lapsu crevit in urbem proprio episcopatu insignem, qui post Anglorum schisma à supremo regni senatu, quem* Parlamentum *vocant, Midensi adjectus est. Jacobus Waræus in Commentario de præsulibus Hiberniæ, pag.* 95 *de hujus loci primordiis, incrementis ac ruina hæc scribit :* S. Kiaranus, sive Ciaranus junior, ex Aradensium familia ortus, sed Boëtii, aliàs Beonandi fabri lignarii filius, unde & vulgò dictus est Maciteir, sive filius artificis, cœnobium condidit Clonmacnoisæ, priùs Tipraic dictæ, in ipso quasi Hiberniæ umbilico sive meditullio, anno Domini DXLVIII, locum concedente Dermitio Cervalli filio, rege Hiberniæ. Huic cœnobio secundum plurimos Kiaranus unico solùm anno, secundum nonnullos (perperam opinor) annis septem præfuit abbas, morte ibi ereptus V Idus Septembris, anno Salutis per Christum DXLIX, in ipso ætatis flore, cùm annos vixisset solùm triginta tres. F

& episcopatûs Cluain-mic-noisensis. 43 Hujus cœnobii ecclesia postea, sed quo tempore, me latet, in ecclesiam cathedralem commutata est. Non desunt quidem, qui S Kiaranum episcopum fuisse Clonomacnoisensem disertè tradant. Hoc si verum, de ecclesiæ cathedralis initio non est cur ulteriùs disquiramus. Utut fuerit, posteriora tempora novem alias ecclesias, in uno quasi eodemque cœmeterio, duo plùs minùs jugera Hibernica ambitu colligente, ei subjecerunt. Ad Occasum hujus loci præsules ædes postea episcopales ædificârunt. Ecclesia ipsa cathedralis multis certè olim possessionibus ditata fuit : magnatum præterea ac episcoporum

porum ſepulturâ, necnon monumentis aliquot & inſcriptionibus, partim Hibernicè, partim Hebraicè inciſis, imprimis inſignis. Paulatim attamen decrevit, & ad pudendam tandem redacta eſt paupertatem. *Hucuſque Waræus: quæ an omnia vera ſint, mox diſcutiemus. Colganus ad diem* xx *Januarii in Annotatis ad Vitam S. Molaggæ pag.* 150 *de eodem loco brevius ita meminit:* Fuit hæc olim nobilis civitas, ex celebri monaſterio S. Kierani excitata, in Occidentali Midia ad ripam Sinannii fluminis; hodie humile oppidum ſolis ruinis & ruderibus priſtinum indicans ſplendorem.

Diermitius, cui Sanctus regnum prædixerat,

44 *Sancti Patricii vaticinium de celebri hoc monaſterio per* Kieranum *fundando jam retulimus initio § 2: fundationem ipſam enarrat auctor Vitæ tripartitæ, parte 2, num.* 28 *apud Colganum in Triade thaumaturga, unde ſequentia huc transfero.* Tuathalius autem ex Corbmaco filio, Carbrei ſuprà memorati nepos, juxta viri Dei vaticinium univerſæ Hiberniæ poſtea factus eſt monarcha, & Diermitium, Kervalli filium, ſuum compatruelem, ſceptri æmulum & competitorem, ita perſecutus eſt, quòd debuerit fugæ latibulorumque præſidiis vitæ conſulere; & hinc diebus multis in Senannii fluminis lacuumque Rieni & Derg-dherc inſulis latitare. Die quadam dum ab una inſula ex prædictis in aliam migraret, navigium, in quo erat, tranſibat juxta Cluain-muc-nois, ubi S. Kieranus eodem die volebat jacere fundamenta celebris illius monaſterii Cluanenſis, quod in Diermitii patrimonio erigebatur.

condendo monaſterio fundos donat:

45 Hoc intelligens Vir ſanctus, curavit eum advocari, dicens: Filius es regum, rege & reginâ genitus, juris tui locus iſte eſt, eum in uſum domûs Dei extruendæ concede eccleſiæ locum, menſuramque ipſe deſigna, primumque jace fundamentum. Cui dixit Diermitius: Non ſum rex. Cui Kieranus dixit: Rex eris cras. Dum hæc fierent, rex Thuatalius intelligens, Diermitium æmulum ſuum in illis partibus degiſſe, eodem die cum manu forti venit contra eum, & conflictu inito, Moelmorus Diermitii collactaneus regi Tuathalio vulnus lethale inflixit, quo & mox extinctus eſt... Diermitius autem interfecto Tuathalio in regnum ſucceſſit, ut S. Kieranus prædixit, jaciendo fundamenta eccleſiæ Cluanenſis, quæ parva appellatur; & inde progrediens Temoriam, in tribus diverſis locis ex equo deſcendit, illaque tria loca cum prædio de Druim-reuthe Deo & S. Kierano in perpetuum conſecravit. *Ne longis obſervationibus lectorem demorer, ea dumtaxat illuſtrabo, quæ ad præſens propoſitum noſtrum, ſeu Cluanenſis cœnobii fundationem pertinent.*

hujus fundationis tempus

46 *Diermitium hunc, Kervalli filium, ejus nominis I fuiſſe Hiberniæ regem convenit inter hiſtoricos; at de anno, quo regnum obtinuit, nonnihil diſcrepant, unde & fundati cœnobii annus in dubium revocatur. Uſſerius in Britannicarum eccleſiarum antiquitatibus ſeu primordiis, pag.* 947 *ex Ultonienſibus Annalibus exhibet regum Hiberniæ ſeu potiùs Midiæ catalogum, ab anno Chriſti* 433 *uſque ad* 665 *deductum, quem Papebrochius Commentario prævio ad Acta Patriciana tom.* 2 *Martii, pag.* 523 *inſeruit. In hoc catalogo ad annum Chriſti* 544 *ſic legitur:* VI. Dermitius I, Cervailli filius; annis XXI. *Hinc laudatus Uſſerius in Indice chronologico initium regni Diermitii I anno* 544, *finem anno* 565 *innectit. At Colganus in Septembris Tomus III. Annotatis ad Vitam* 5 *S. Columbæ, pag.* 447 *in Triade, ſimilem regum ſeriem proponit ex* quatuor Magiſtris in catalogo regum Hiberniæ, quorum, *inquit*, fidei tribui debet, ſi qua occurrerit diſcrepantia vel lapſus in annis horum regum. *Hæc ſeries in multis diſcrepat ab Ultonienſi, utque reliqua, quæ huc non ſpectant, præteream, Tuathalii cædem ad annum* 538 *refert, Diermitii verò regnum annis viginti concludens, anno* 558 *terminat. Initium autem regni Diermitii iidem quatuor Magiſtri in Annalibus à Colgano laudatis pag.* 6, *num.* 16 *cum anno* 539 *componunt.* AUCTORE C. S.

47 *Verùm hæc Magiſtrorum ſententia mihi inquirtur, improbabilis videtur præ alia, ſive viginti dumtaxat cum ipſis annos, ſive viginti & unum cum Uſſerii catalogo, ejuſdem regno adſcribas: cùm ipſe famoſum Culedreibnenſe prælium anno* 561 *cum Conalliis conſeruerit, eique ſuperfuerit, ut tom.* 2 *Junii ad diem* IX *in Actis S. Columbæ abbatis, pag.* 194, *num.* 19, *& pag.* 196, *num.* 28 *dictum eſt, & ipſe quoque tenet Colganus in Annotatis ad librum ſecundum Vitæ quintæ S. Columbæ, pag.* 452, *num.* 3, *ubi Magiſtros in hac parte corrigendos monet, qui memoratum prælium anno* 555 *præmaturè illigant. Eadem de cauſa laudatus ſcriptor annotatione* 80 *ad Vitam quartam, pag.* 379 *eos erroris inſimulat, quòd Diermitium anno Chriſti* 558 *interfectum ſcribant, quem anno* 563, *quo S. Columba in Britanniam ſeceſſit, etiam regnâſſe contendit.*

annoque 544 *illigatur: oſtenditur, diutiùs*

48 *Itaque cùm ex dictis num.* 45 *Cluain-mic-noiſenſis cœnobii primordia cum Diermitii regni initio concurrerint, colligimus, hujus loci fundamenta anno* 544 *jacta fuiſſe. Adverſatur nobis hac in parte Uſſerius in Indice chronologico, ubi licèt pag.* 1139 *regiam fundi donationem regnique exordium ad idem nobiſcum tempus referat, nihilominus pag.* 1140 *ipſum monaſterium anno primùm* 548 *condi cœptum fuiſſe cenſet. Ratio ipſius haud dubiè eſt, quòd in ejuſdem Sancti Vita, quam pag.* 909 *laudaverat, is* anno ætatis XXXIII, cùm uno tantùm anno vixiſſet in civitate ſua Cluain-mic-nois, oppetiiſſe *dicatur, & hunc annum Annales Ultonienſes cum æræ noſtræ* 549 *componant. Verùm is Vitæ locus magnas patitur difficultates, quæ eam opinionem miki minùs veriſimilem reddunt. Nam ut præteream, quod infrà probaturi ſumus, Sanctum veriſimiliùs in provectiori ætate obiiſſe, Vita S. Kellaci epiſcopi in Hibernia, quam tom.* 1 *Maii à pag.* 104 *illuſtratam habes, manifeſtè innuit, ſanctum Abbatem diutiùs, quàm unico anno ſuo monaſterio Cluanenſi præfuiſſe: cùmque nihil vetet, quominus ejuſdem mors in annum* 549 *aut fortè* 548 *incidiſſe dicatur, neceſſe pariter eſt, ut Cluain-mic-noiſia prius condita fuiſſe credatur.*

quàm tuno anno præfuiſſe.

49 *In laudata enim Vita dicitur S. Kellacus, Eugenii Bèl Connactiæ regis filius, cùm in memorato monaſterio ſub* S. Kierani *diſciplina monaſticam vitam ageret, defuncto patre à regni optimatibus inductus, clam invitoque* Kierano *fugiſſe, ut in paternum regnum ſuccederet: eoque aliquamdiu potitus, cùm præſentiſſimum vitæ diſcrimen fugâ vix evaſiſſet, ad ſaniora conſilia converſus, relictâ regiâ & abjecta regnandi cupiditate, in ſolitariam ſilvam ſeceſſiſſe, unde poſt annum integrum in luctu ac pœnitentia tranſactum Cluain-mic-noiſiam rediit & à* S. Kierano *benignè receptus, ſub ejuſ-*

AUCTORE C. S.

dem moderamine ſanctiſſimè vixit & ſacerdotio initiatus eſt. Hæc autem omnia duos ad minimum aut tres annos exigunt, & certè unico fieri non potuerunt. Ex eadem Vita certius argumentum haberemus, ſi de Eugenii emortuali anno, quo S. Kellacus monachum Cluain-mic-noiſiæ jam profitebatur, certò conſtaret. Aſſerunt quidem quatuor Magiſtri in Annalibus apud Colganum ad diem XXVI *Martii pag.* 755, *annotatione* 10, *eum anno Chriſti* 537 *defunctum eſſe: at quàm parùm accurati ii ſint in ſuis calculis, liquet ex dictis num.* 47: *quare quemadmodum regnum Tuathalii ac Diermitii quinque annis præmaturârunt, ita & Eugenii mortem aliquot potuerunt prævertere. Ceterùm ut ad Uſſerium redeamus; hic monaſterium aliquod anno* 544 *à* Kierano *conditum agnoſcit, ſed iſtud Anginenſe fuiſſe arbitratur, quod cùm nos citiùs ab eodem exſtructum oſtenderimus, non eſt, cur ab opinione noſtra ob adductum ab Uſſerio ignotæ mihi ætatis biographum diſcedamus.*

Adducuntur varia de illuſtri

B

50 *Thomas Sirinus in Diſſertatione de S. Columbani monachatu, art.* 3, § 2 *de memorata fundatione Sancti biographum ſic ſcribentem profert:* Venit S. Kiaranus ad locum, qui quondam dicebatur Typrait, modò autem Cluainmac-nois vocatur; & veniens ad ipſum locum, dixit: Hîc habitabo, multæ enim animæ in hoc loco exibunt ad regnum Dei, & in hoc loco mea reſurrectio erit. Deinde beatiſſimus Kieranus cum ſuis habitavit & cœpit magnum monaſterium ibi fundare, & multi undique veniebant ad eum, & parochia ejus per circuitum multùm dilatata eſt, & nomen S. Kiarani per totam Hiberniam multùm celebrabatur, & clara civitas & ſancta in ipſo loco in honore S. Kiarani crevit, cujus nomen Cluain-mic-nois vocatur, quæ eſt in Occidentali plaga regionis nepotum Neill, ſuper ripam Orientalem fluminis Sinna, contra provinciam Connachtorum, in qua ſive reges ſive duces nepotum Neill & Connachtorum apud S. Kiaranum ſepeliuntur.

hoc monaſterio

C

51 *Porrò illuſtre fuiſſe hoc Sancti cœnobium & aliorum plurium caput, diſcimus ex variis Sanctorum Hiberniæ Vitis, in quibus quædam de illius opulentia & multitudine monaſteriorum, quæ ab illo dependebant, hinc inde recitantur vaticinia, quæ ſive ut talia admittamus, ſive à biographis conficta reputemus, antiquorum communem ſenſum de ejuſdem loci amplitudine ſatis declarant. S. Endei viſionem ac vaticinium num.* 32 *jam retulimus; adjungo & alteram ex Vita* 5 *S. Columbæ apud Colganum pag.* 403, *num.* 88, *ubi hæc lego:* Sacrum aliquando Euangeliorum codicem exſcribenti Columbæ S. Kieranus, quem fabri filium appellant, rogatus promiſit, ſe illi mediam libri partem perſcripturum: cui gratificans Columba, Et ego, inquit, tibi ex parte Dei promitto prænuncioque, Hiberniæ regiones pro media parte à te nominis appellationem ſumpturas, futuras monaſterio tuo vectigales ſeu penſionarias.

teſtimonia & vaticinia:

52 *Huc etiam ſpectant, quæ Colganus ad Vitam S. Gildæ Badonici pag.* 191 *notat his verbis:* Hoc monaſterium extitit poſtea tam nobile & à principibus Hiberniæ tam honoratum & dotatum, ut in diverſis regni partibus habuerit plurima prædia & alias cellas & cœnobia ſibi ſubjecta, ut hinc dictum ſit, poſſediſſe dimidiam Hiberniam ſub ſua parrochia, ut de ipſo antè prædixit S. Finnianus, S. Kierani magiſter, ut conſtat ex ejuſdem Sancti Vita, in qua cum inſigni elogio hujus ſanctiſſimi Viri hæc legimus: D S. Kieranus Euangelium Matthæi apud S. Finnianum cum aliis legebat, & cum perveniſſet in medio libri ad locum ubi dicitur: Omnia, quæ vultis, ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis; dixit S. Kieranus ad S. Finnianum: Pater, ſufficit mihi hoc dimidium hujus libri, quod legi, ut opere compleam, & verè ſufficit mihi adhuc hæc ſola ſententia. Tunc unus de ſchola ait ad omnes: Ex hac hora congruum nomen eſt Kierano LETH MATHA: id eſt, DIMIDIUM MATTHÆI. Cui S. Finnianus: Non, ſed congruum nomen ei eſt, LEATH NERIONN, id eſt, DIMIDIUM HIBERNIÆ: parrochia enim ejus per medium Hiberniæ dilatabitur. *Hiſce conſonant, quæ num.* 36 *Uſſerius ex libro Navanenſi enarrat.*

monaſterium virginum ipſi ſubjectum:

53 *Inter cetera autem monaſteria, quæ ſancto Abbati noſtro parebant, unum virginum fuiſſe dicitur in Vita S. Aidi ſeu Aedi apud ſæpe laudatum Colganum pag.* 420, *ubi biographus hæc habet:* Venit S. Aedus epiſcopus ad quaſdam virgines beatas, quæ fuerant ſub cura S. Kierani abbatis. Illæ virgines habuerunt cœnam paratam B. Kierano patrono ſuo, quam dederant B. Aedo epiſcopo. Sciens autem epiſcopus, E virgines eſſe in anguſtia, cùm eſſet S. Kieranus propè, dicit eis: Ponite vaſa cibi veſtri & potûs, ſicut fuerant antea, & erunt plena ſimili modo. Et ſic inventa ſunt, & cœna reparata eſt à Domino Deo per gratiam S. Aedi epiſcopi, & iterum tradita eſt B. Kierano à beatis virginibus. *Notat autem Colganus num.* 18, Kieranum, *de quo hîc, in codice Inſulenſi* Kieranum Cluanenſem *appellari.*

Regula ab ipſo conſcripta.

54 *Quam porrò Regulam Sanctus ſuis obſervandam dederit, incompertum mihi eſt; at propriam præſcripſiſſe auctor Vitæ ipſius ſecundæ apud Colganum in Actis S. Patricii pag.* 214 *affirmat:* Numeratur, *inquit*, S. Kieranus inter octo præcipuos conditores Regularum, quibus monaſteria propè innumera regni Hiberniæ regebantur. Prima enim Regula fuit S. Patricii, ſecunda S. Brigidæ, tertia S. Brendani, quarta S. Kierani *&c. Ejuſdem quoque Regulæ meminit Uſſerius jam ſæpe laudatus: & primò pag.* 914 *exhibens vetuſtum Sanctorum Hiberniæ catalogum, inter Sanctos ſecundi ordinis, qui diverſas Regulas obſervabant,* S. Ciaranum, *alias, ut notat in margine,* Queranum *recenſet: deinde inter addenda pag.* 1050 *ait:* Kieranus filius artificis, à quo Regulam monaſticam conſcriptam fuiſſe, liber Navanenſis indicat... Neque alia eſt illa lex Ciarani, .. cujus amplificatum uſum ad annum DCCXLIII in Annalibus Ultonienſibus obſervavimus. *Similiter in Indice chronologico pag.* 1170 *ad eumdem annum ſcribit:* Regulæ monaſticæ Kiarani, filii artificis, & Brendani, filii Findlogæ in Hibernia uſus propagatus eſt. *Eadem habet Jacobus Waræus de Scriptoribus Hiberniæ lib.* 1 *cap.* 2, *Thomas Sirinus Minorita Hibernus in Diſſertatione de monachatu S. Columbani* § 2, *aliique, qui res Hibernicas ſacras tractârunt.*

F

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

§ VI.

A

§ VI. Sancti mors & sepultura : hymnus in ejus laudem compositus à S. Columba, qui ejus ope naufragium evadit : vitæ chronotaxis examinata, episcopalis dignitas abjudicata.

Præsente funeri Coëmgeno,

DE beata Kierani *morte ac sepultura mirabilia narrat auctor Vitæ suspectæ fidei S. Coëmgeni abbatis datæ apud nos ad diem* III *Junii, cap.* 4, *unde sequentia excerpo :* Alio quoque tempore beatissimus Coëmgenus ad visitandum sanctissimum Kyeranum abbatem, qui instituit civitatem suam scilicet Cluain-muc-noys, quæ est in Occidentali plaga regionis Midæ, super ripam fluminis Synna contra provinciam Connactorum, perrexit : sed S. Kyeranus, antequam
B S. Coëmgenus ad se veniſſet, tertio die de hoc seculo ad Christum migravit ; & corpus ejus in quadam basilica super feretrum constitutum est ; donec S. Coëmgenus & alii Sancti ad illud sepeliendum pervenirent. Pervenienſque S. Coëmgenus ferò ad monasterium Kyerani, intravit basilicam, in qua erat sanctum corpus, & imperavit omnibus Fratribus foràs exire, volens ipse illâ nocte solus commorari ibi juxta sanctum cadaver. Et exeuntes omnes Fratres foràs, S. Coëmgenus ostium illius basilicæ clausit diligenter, & mansit ibi solus usque ad crastinum ; sed quidam de Fratribus ante fores basilicæ vigilabant usque manè.

fertur Sanctus paululum

56 Oranſque ibi S. Coëmgenus, beatissima anima S. Kyerani reversa est ad corpus suum ; & ipse surgens cœpit loqui salutiferis verbis ad S. Coëmgenum, & voces utriusque liquidò audiebant Fratres foris manentes. Rogavitque S. Kyeranus S. Coëmgenum, ut in signum æternæ societatis uterque vestem suam commutaret invicem ; & sic fecerunt. Apertoque crastino die basilicæ ostio, invenerunt Fratres S. Coëmgenum vestibus S Kyerani indutum & S. Kyeranum vestibus S. Coëmgeni circumdatum : &
C corpus Kyerani calidum erat, habens rubicunditatem in facie, indicavitque S. Coëmgenus monachis S. Kyerani fraternitatem & societatem, quas ipse & S. Kyeranus inter se & sua loca & monachos suos semper firmaverunt : & Fratres, qui vigilabant illâ nocte ante basilicam illam, hæc testificabantur. Traditoque S. Kyerani corpore honorificè humo, S. Coëmgenus ad suam reversus est civitatem.

revixisse : ejus sepultura :

57 *Hucusque memorata Vita, quam fabulosam meritò loco citato pag.* 311, *num.* 3 *reputat Baertius noster : quia tamen fabulis nonnumquam vera permixta sunt, ea huc transferenda putavi : non quòd mirabilem illam vestium commutationem veram esse suspicer ; sed quòd sub fabulosis istis circumstantiis veri aliquid possit latêre : neque enim incredibile est,* Coëmgenum S. Kierani *funeri interfuisse, ac fortè etiam aliquam ex ipsius vestibus religionis ergo à monachis impetrâsse ; unde quidam malè feriatus mirabilem illam contexuerit historiam. Porrò* S. Kieranum *in sua, quam ipse Cluain-mic-noisiæ exstruxerat, ecclesia humatum fuisse tradit Colganus in Actis S. Munis pag.* 266 *ex Supplemento Vitæ Sancti nostri recensens sequentia :* Corpus sanctissimi Viri reconditum est in ecclesia Cluanensi à se antè fundata, quæ comparatione majoris cathedralis parva appellatur ; in qua & innumeræ aliæ asservantur reliquiæ. *In quinta quoque Vita S. Columbæ, pag.* 434 monasterium cluanense S. Kierani incolatu & sepulturâ nobile ac venerabile *vocitatur. Quamdiu verò sacrum istud depositum ibidem permanserit, non legi : at cùm Colganus in Appendice* 5 *ad Vitam S. Brigidæ, pag.* 633 *scribat, Cluain-mic-noisiam ab anno* 719 *usque ad* 1155 *quater & trigesies seu combustam seu spoliatam fuisse, verendum est, ut tam multiplici cladi superfuerit.* AUCTORE C. S.

quid de S. Columbæ hymno

58 *Idem auctor in Appendice* 2 *ad Acta S. Columbæ pag.* 457 *& sequenti, ex Vita* S. Kierani *cap.* 33 *ad propositum nostrum hæc habet :* Audiens S. Columba obitum S. Kierani, dixit : Benedictus Deus, qui sanctissimum Kieranum de hoc sæculo in juventute sua ad se vocavit : si enim vivus esset ad senectutem, invidia multorum esset contra eum ; valdè enim parrochiam Hiberniæ apprehenderet. Et fecit S. Columba E hymnum S. Kierano, & demonstrans ipse illum in civitate Cluain, ait ei successor S. Kierani : Clarus & laudabilis est iste hymnus : quæ igitur merces tibi, Pater, reddetur ? Respondit S. Columba : Date mihi duas manus meas plenas de humo sepulchri sancti patris Kierani : illud enim ego plus volo & diligo, puro auro & gemmis pretiosis. Accipienſque S. Columba humum de sepulchro S. Kierani perrexit ad suam insulam Hyam.

& naufragio superato

59 Cúmque S. Columba in mari navigâsset, orta est tempestas in mari, & navis trusa est ad Charibdem, qui locus Corebreacayn dicitur, in quo est vorago periculosissima marina, in qua si qua navis intrat, non evadit. Et incipiens vorago navem ad se trahere, S. Columbanus partem de humo S. Kierani projecit in mare. Mirum valdè dictu ! illico tempestas aëris, motio fluctuum, vorago circuire, simul omnes * ceſ- * omnia
saverunt, donec navis inde longè exivit. Tunc S. Columba gratias agens Deo, dixit ad suos : Videte Fratres, quantam gratiam attulit nobis humus beatissimi Kierani. *Ad hæc biographi verba nonnulla observemus. Colganus in Appendice* F 3 *ad Acta S. Columbæ pag.* 471, *inter hujus sancti abbatis scriptæ quatuor hymnos Latino sermone compositos recenset, quorum primum de laudibus* S. Kierani *fuisse affirmat, laudans Sancti biographum cap.* 26, *cujus verba dedimus num.* 7 : *at reliquum hymni ad manus meas non pervenit.*

censendum sit.

60 *Citat etiam Odonellum lib.* 1, *cap.* 70 *in Vita S. Columbæ : at perperam ; ibi enim dicitur Sanctus ille* Kierano *tum etiam inter vivos degenti hymnum quemdam, quem in Dei laudem composuerat, legendum dedisse.* Divertit, *inquit*, ad monasterium de Cluain-muc-nois, ubi S. Kierano loci abbati ostendit & perlegendum exhibuit quemdam hymnum, quem antè in Dei laudem composuit. *Nolim tamen inficiari, hujusmodi hymnum de Sancti laudibus ab eodem concinnatum & Cluanensibus donatum fuisse. Quod verò ad sedatam tempestatem coërcitumque vorticis impetum spectat, observo, simile quid narrari in Vita* 5 *S. Columbæ pag.* 434, *sed cum aliis adjunctis, minúsque credibilibus. Ibi enim dicitur S. Columbæ navem, cum ex Hibernia in Britanniam trajiceret, in*

AUCTORE C. S.

vorticem, quem ab absorpto ante multos annos Brecano, magni Nielli Hiberniæ regis nepote, Core Brecain, *id est* Charybdim Brecani, *vocitabant, abreptam fuisse, dumque id fieret, mox Brecani ossa in fluctibus apparuisse: Columbam verò iis agnitis, post fusas preces illius animam piacularibus purgatorii flammis, seque suosque præsenti naufragio subduxisse. Nulla hîc de sepulcrali* S. Kierani *pulvere fit mentio, quamvis de eodem naufragii periculo agi videatur: at prior narratio simplicior & vero similior apparet.*

Vitæ chronotaxis ab Usserio assertæ

61 *Ad hunc usque locum de Sancti tempore natali ac emortuali agere distuli, quia utriusque notitia multùm pendet à variis ipsius gestis, quæ recensuimus, & aliorum Sanctorum ætate, quibuscum vixisse perhibetur. Usserius vitæ ipsius chronotaxim in Indice chronologico ordinat in hunc modum. Anno Christi* 516 *in lucem editus* Kieranus, *in S. Finniani disciplinam concessit. Inde anno* 530, *obtentâ ab eo licentiâ,* B *ad S. Ninnidium primùm abbatem Ernensem, deinde ad S. Endeum, qui in Aranienſi insula abbas præerat, profectus est; ubi & septem annos commoratus est. His expletis, S. Senanum, Iniscathensis monasterii præsulem, anno* 538 *vel* 539 *accessit, a quo magister hospitum constitutus est: defuncto Senano, invidiæ monachorum, quibus Sancti erga pauperes liberalitas displicebat, anno* 544 *cedens, Cluain-mic-noisiam & insulam Anginam, cum centum ecclesiis sive cellis in Midia & Breaghmuid à Diermitio rege dono accepit, & Clonardensi civitate cum suis villulis S. Finniano olim magistro suo donatâ, ipse in Angina insula maximum fundavit monasterium & ad usus pauperum reditus acquisivit amplissimos. Anno denique* 548 *Dompnanum seu Adomnanum sibi sufficiens, Cluain-mic-noisense cœnobium condidit, in quo proximè subsecuto anno, Christi scilicet* 549, *ætatis autem suæ* 33 *ad cœlestem patriam evocatus est.*

examinatur: obiit anno Christi 548 *vel* 549;

62 *Nititur hæc chronotaxis auctoritate biographi, cujusdam libri Navanensis & Annalium Ultoniensium, quos laudat Usserius, quorum duo priores vitæ annos tantummodo triginta tres ipsi tribuunt, primus obiisse statuit,* C quum uno tantùm anno vixisset in civitate sua Cluain-mic-nois; *ac Annales denique Ultonienses mortem ejusdem illigant anno Christi* 549. *Eosdem ætatis annos adscribit ipsi Colganus ad diem* VI *Februarii, pag.* 267, *sed anno* 548 *defunctum opinatur, laudans Annales Dungallenses: idem pag.* 150 *in Annotatis ad Vitam S. Molaggæ, num.* 31 *eum ex peste obiisse scribit:* Desæviit, *inquit,* mortalitas in Hibernia anno DXLVIII, Cronchonnuill, aliis Cromchonnail dicta, quâ citati nostri Annales inter plures alios memorant interiisse S. Kieranum Cluanensem. *Citaverat autem paulò superiùs* Annales communes, *scilicet Hibernicos, qui fortè sunt* Cluanenses, Senatenses *&* quatuor Magistri, *quos pag.* 466 *pro iisdem ætatis ac obitûs annis laudat. Waræus de Scriptoribus Hiberniæ lib.* 1, *cap.* 2 *quoad annum ætatis & obitûs Usserio consentit, addit tamen, sanctum Abbatem secundum ipsius biographum uno dumtaxat anno, secundum Annales verò Tigernenses circiter septem Cluanensi monasterio præfuisse. Ex his omnino probabile fit,* Kieranum *anno* 549 *obiisse; cùm in eum annum omnes conspirent, nec quidquam occurrat, ex quo erroris arguantur. Neque obstant adducti à Colgano* D *Annales; eorum enim sensus esse potest, memoratam luem, quâ Sanctus exstinctus dicitur, anno* 548 *exortam fuisse: quod non obest, quo minùs in sequentem annum, perseverante etiam peste, Sanctus obierit. Corrigendum itaque est Martyrologium Parisiense, quod Sancti mortem plùs integro seculo seriùs statuit, scilicet circa annum* 669.

at multò seriùs,

63 *Non tam facilè in reliquam Usserii chronotaxim possumus consentire, eò quòd tam brevis ætas rebus à Sancto gestis non satis commodè cohæreat. Secundum illam enim anno vitæ suæ* 21. *S. Senanum adiisset, ab eoque hospitum magister fuisset constitutus, & annum ætatis agens quartum decimum sub S. Ninnidii primùm in Ernensi ac deinde sub S. Endei in Aranienſi cœnobio disciplina, in tenera ætate molitoris officio fungens vixisset, & tamen ante hæc, videlicet ante annum* 530, *S. Finnianum magistrum habuisset: quæ omnia tam exiguo annorum spatio & tam tenera ætate non satis sunt verisimilia. Ex Kierani quoque Sagirienſis abbatis & epi-* E *scopi ætate, cui Sanctus noster, si prioris biographo credimus, ad minimum jam maturus adolescens convixit, contra Usserium difficultas exoritur; etenim si Sagirienſis episcopus circa annum* 520 *obierit, ut in ejus Vita existimavit Papebrochius, quî potuit Sanctus noster tum id ætatis eidem convivere? Denique S. Patricii de* Kierani *nostri nativitate oraculum, quod à num.* XI *retulimus, memoratæ chronotaxi refragatur. Papebrochius enim in Actis Patricianis tom.* 2 *Martii, pag.* 523 *illud circa annum* 453 *editum censet.* Anno, *inquit,* CCCCLIII, aut circitèr, *S. Patricius* quadragenarium in monte Cruachan-aichle jejunium instituit, S. Munem Româ revertentem cum reliquiis excipit, ac S. Kieranum, Cluanmicnosiæ fundatorem prædicit.

quàm anno Vitæ 33;

64 *Jam verò, sive cum* S. Kierani *biographo, num.* 12 *laudato, triginta tantummodò annos, sive cum alia Vita num.* 13 *citata, quinquaginta inter prædictum vaticinium Sanctique natalem numeres, trigesimum tertium ejusdem ætatis annum cum Christi* 549 *frustra laborabis componere; & secundum priorem quidem calculum* Kierani *nativitas anno circitèr* 483, *secundùm posteriorem verò circitèr* 503 F *affigenda erit, atque ita extrema ejusdem ætas fuerit* 66 *vel* 46 *annorum. Novi equidem, hujsmodi annorum numerum, quem aliæ Vitæ non determinant, à quodam sciolo addi potuisse; sed quidni idem de ætatis anno liceat suspicari; præsertim dum is cum rerum gestarum serie pugnare videtur. Mihi certè multò probabilius apparet, sanctum Abbatem anno vitæ* 66, *imò etiam in provectiori ætate obiisse, quàm trigesimo tertio: ita enim aptiùs cohærebunt, quæ ex aliorum Vitis hucusque produximus, neque Sanctum tam juvenem tot monasteriorum seu cellarum patrem credere oportebit. De tempore conditi monasterii Anginensis jam egimus num.* 31 *&* 32, *de Cluain-mic-noisensis verò num.* 40 *& sequentibus, ibique ostendimus, utriusque fundationem justo seriùs ab Usserio statui.*

nota Allemandi hallucinationes.

65 *Multò longiùs à vero aberravit Ludovicus Augustinus Allemand in Historia monastica Hiberniæ, Gallicè edita Parisiis anno* 1690, *in qua pag.* 40 *Cluain-mic-noisiam & pag.* 48 *Anginam seculo quinto condita contendit, & anachronismi arguit Usserium, quòd is hæc duo monasteria ad medium seculi* VI *retulerit, licèt eorum-*

A *eorumdem conditorem*, S. Kieranum, *in Clera insula anno* 352 *natum, alibi meminerit. Verùm Allemandus ipse hîc hallucinatus est, S. Kieranum Sagirienſem epiſcopum & abbatem cum* S. Kierano *Cluain-mic-noiſenſi pariter ab bate confundens, licèt utrumque pag.* 40 *rectè diſtinxiſſet. Sagirienſi Cleram inſulam anno* 352 *natalem obtigiſſe tradit Uſſerius de Britannicarum eccleſiarum antiquitatibus pag.* 78, 785, 788 *& in Indice chronologico pag.* 1085, *de qua prodigioſa ætate quid ſtatuendum ſit, reperiet lector in ejuſdem Actis tom.* I *Martii, pag.* 390 *à num.* 5: *at ſanctum Abbatem noſtrum in eodem Indice pag.* 1126 *anno* 516 *natum fuiſſe ſcribit, ut ſuprà dictum eſt. Neſcio, unde idem ſcriptor didicerit, quod habet pag.* 20 *Introductionis ad laudatam Hiſtoriam, videlicet monaſterium* Seir-Keiran, *in Orientali Midia ſitum, alterum è duobus præcipuis fuiſſe, quæ* S. Kierani *Regulam ſectabantur: & quod in ipſa Hiſtoria pag.* 48 *ait; monaſterium* Iniſenſe *ſeu Inſulenſe in omnium Sanctorum inſula ab eodem, qui Anginenſe condidit,* Kierano *ſeculo* IV *fundatum fuiſſe. An hîc iterum priori*

B *hallucinationi inhæſit?*

Non fuit epiſcopus,

66 *Supereſt, ut verbum addamus de prætenſo epiſcopatu, quem nonnulli ipſi adſcribunt. Jacobus Waræus in Commentario, quem de Præſulibus Hiberniæ inſcripſit, pag.* 95 *agens de Cloinmacnoiſenſi primùm monaſterio, deinde epiſcopatu, ſubdubitat, an non iſtius ſedis exordia ad ipſum* Kieranum *referenda ſint.* Hujus, *inquit*, cœnobii eccleſia poſtea, ſed quo tempore, me latet, in eccleſiam cathedralem commutata eſt. Non deſunt quidem, qui S. Kiaranum epiſcopum fuiſſe Cloinmacnoiſenſem, diſertè tradant. Hoc ſi verum, de eccleſiæ cathedralis initio, non eſt quod ulteriùs diſquiramus. *Nec plura de hac controverſia addens, poſt aliqua primum, quem novit, Baitanum abbatem & epiſcopum collocat, eumque* 1 *Martii anno* 663 *obiiſſe notat. Utrùm rectè, non inquiro: at velim, ſaltem paucis recenſuiſſet ſcriptores, à quibus Sancti epiſcopatum Cluain-mic-noiſenſem diſertè traditum reperit.*

ut quidam

67 *Allemandus, Waræo poſterior, in laudato Opuſculo pag.* 40 *memoratam Sancti dignitatem epiſcopalem pro minimè dubia habet,*

C *laudans Uſſerium & Colganum, quaſi illi dicerent,* S. Kieranum *noſtrum ab hiſtoricis* epiſcopum Colonienſem *pro* Clonienſem *dictum legi: verùm neuter ex his duobus id apertè edicit. Uſſerius in Sylloge veterum epiſtolarum Hibernicarum num.* XI *edidit Epiſtolam Cummiani ad Segienum Huenſem abbatem de controverſia Paſchali, ſeculo* VII *ſcriptam, in qua inter cetera hæc ait:* Juxta Deuteronomion, interrogavi patres meos, ut annuntiarent mihi, ſucceſſores videlicet noſtrorum patrum priorum, Ailbei epiſcopi, Querani Colonienſis, Brendini, Neſſani, Lugidi, *&c. Hunc textum in ſæpe memoratis Antiquitatibus pag.* 935 *ſic excipit Uſſerius:* Qui COLONIENSIS hîc ſcriptus eſt, CLONENSIS dici debuerat: ea enim Querani ſive Kerani, (idem enim nomen eſt...), quem à noſtris filium artificis cognominatum fuiſſe notavimus, ſedes fuit, vulgò Cluan-mic-nois vel Clon-mac-nosh, in vetere Provinciali Romano Dunckeranenſis (quæ collem Kerani denotat) appellata. AUCTORE J. S.

68 *Ubi quæſo hîc* Queranus *à Cummiano vel Uſſerio* epiſcopus Colonienſis *ſeu* Clonenſis *appellatur? Profectò horum prior, dum ſolum Ailbeum* epiſcopum *nuncupat, contrarium potiùs innuere mihi videtur: alter verò eatenus tantùm favet, quod Cluain-mic-nois* ſedem S. Kierani *vocitet: ſed ita vocare potuit, vel quia Sanctus ille ibidem abbas præfuit, vel quia Clonenſis epiſcopatus poſtmodum erectus primordia ſua debet monaſterio* Kierani, *cujus propterea nomine potuit inſigniri. Multò minùs faventem ſibi habet Colganum: hic enim in Annotatis ad* E *Vitam S. Cuminei die* XXIV *Februarii, pag.* 411 *eumdem Cummiani locum explicans, ſucceſſorem Ailbei diſertè dicit fuiſſe epiſcopum vel archiepiſcopum Imlecenſem in Momonia, ſucceſſorem Neſſani, vel epiſcopum Corcagienſem, vel abbatem de Inis-Domblè; at* Kierani *noſtri ſucceſſorem non niſi abbatem agnoſcit:* Succeſſor, *inquiens*, Querani Colonienſis, vel rectiùs... Kierani Clonenſis, ſeu Cluanenſis, abbas de Cluain, aliàs Cluain-mic-nois, in limite Mediæ. *ſine fundamento*

opinati ſunt.

69 *Denique ne æquo longior ſim, prætenſa epiſcopalis dignitas* S. Kierano *abjudicanda videtur. Ut ita ſentiam, ſuadet omnium, quos quidem viderim, veterum ſcriptorum ſilentium, qui omnes* Kieranum *noſtrum abbatem fuiſſe frequenter tradunt, epiſcopum numquam. Idem faciunt martyrologi, qui eum non alio quàm* abbatis *titulo condecorant. Adde, quòd auctor Vitæ proſaicæ S. Senani, cujus verba num.* 38 *recitavimus, diſertè moneat, Sanctum noſtrum tantummodò presbyterum fuiſſe, dum S. Senanum accederet; nec alibunde diſcimus quidquam de ſuſcepto poſtea epiſcopatu. Quare ego vehe-* F *menter ſuſpicor, contrariam opinionem natam eſſe vel ex errore, quo cognominem ſanctum abbatem & epiſcopum Sagirienſem cum Cluanenſi Abbate quidam confuaerunt, vel ex eo, quòd Cluanenſis epiſcopatûs erectionem ad ejuſdem cœnobii Fundatorem referendam arbitrati ſint, non aliâ ducti ratione, quàm quòd illius epiſcopatûs initia neſcirent.*

DE

A D

DE S. AUDOMARO EPISC. CONF.

IN WAURANT VILLA PROPE AUDOMAROPOLIM *IN ARTESIA.*

J. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Variæ S. Audomari Vitæ: quænam ex hiſce antiquiſſima videatur, & ceteris præferenda.

CIRCA AN. DCLXX. *Vita S. Audomari à ſcriptore ferè ſuppare exarata:* B

DUm *S. Bertini abbatis Acta ad diem* v *hujus menſis illuſtravimus, non pauca ad Vitam* S. Audomari, *ejuſque hiſtoriam ſpectantia breviter attigimus, & nonnulla quoque elucidavimus prolixiùs, quia cum Actis S. Bertini erant connexa. Illa igitur, quæ ſatis ibidem diſputata ſunt, hîc novo examini non ſubjiciemus, ſed tantùm breviter aſſignabimus. De Vita* S. Audomari, *per Mabillonium edita in Actis Sanctorum Benedictinorum ſec.* 2 *pag.* 559, *egi illic in Commentario prævio* § 2; *oſtendique non eſſe ſcriptam ab auctore contemporaneo, ſed fortaſſe integro ſeculo aut etiam diutiùs poſt mortem ſancti* Audomari, *nimirum ſeculo* VIII *poſt medium, aut certè ante medium ſeculi* IX: *addidi tamen in ea non alia apparere vitia, niſi quòd Sancti geſta non ſatis enucleatè, nec omnia enarrentur. In eodem Commentario num.* 82 *obſervavi, Vitam illam accuſari ab aliquo, acſi interpolata eſſet: at oſtendi id ex errore dictum fuiſſe, & ſine ullo fundamento; cùm nulla interpolationis habeat indicia; cúmque à Mabillonio ex apographo Corbeienſi edita ſit ut pura, & in codice noſtro Ms., qui valde vetuſtus eſt, eodem modo habeatur ſine ulla mutatione notabili, ut patebit infrà, ubi hanc Vitam primo loco edemus, & manuſcriptum noſtrum cum editione Mabillonii conferemus.*

C

2 *Huic* S. Audomari *Vitæ, quæ reliquis omnibus longè vetuſtior eſt & melior, aliæ quædam ſic congruunt, ut omnia contineant facta, quæ in hac narrantur; ſed alia etiam habeant adjuncta, præſertim miracula poſt Sancti mortem facta. Talis præ ceteris eſt, cujus apographum habeo ex codice Cameracenſi, hoc inſignitum titulo:* Vita S. Audomari epiſcopi & confeſſoris, extracta ex codice Ms. membraneo eccleſiæ metropolitanæ Cameracenſis, qui videtur eſſe ſeculi XII poſt medium. *Nam facta ibidem nulla invenio, quæ in prima Vita non leguntur, præter miracula aliqua in fine addita: ordinem tamen uno loco mutatum video, quemadmodum obſervabo in Annotatis. Præterea Voces quædam non rarò aliæ ſunt, ac pauculæ etiam ſubinde additæ, ita ut hæc Vita poſſit dici, prima interpolata & in fine aucta. Quare ex hoc Ms. ſolùm annotabo ad primam Vitam ea, quæ videbuntur notatu digna: miracula enim, quæ in fine hujus leguntur, dabuntur in alia poſteriori, ut ad illam obſervabo.*

eadem in Ms. Cameracenſi leviter interpolata, & in fine aucta.

3 *Tertia Vita* S. Audomari *multo magis differt à prima, ſic tamen ut & illius ſcriptor primam viderit, ſed minùs eam voluerit ſequi: multa enim facta omittit, videlicet illa omnia, quæ cum S. Bertino hujuſque ſociis geſſit* Audomarus, *ita ut Bertinus ne quidem nominetur in hac Vita, niſi in ſepultura* Audomari. *Contra factum aliquod notabile præter minutias alias in hac Vita additum eſt. Eadem quoque in fine continet miracula, quæ ſunt in codice Cameracenſi. Porrò hujus Vitæ quatuor habeo apographa. Primum ex codice Ms. monaſterii Accinctini olim Majoribus meis tranſmiſit Chiffletius noſter. Alterum ex codice quodam Ciſtercienſi propria manu tranſcripſit Papebrochius noſter. Tertium & quartum accepi per amicum Audomaropolitanum, alterum ex codice bibliothecæ Feulienſium Pariſiis, alterum ex codice bibliothecæ Bertinianæ. Habet illa Vita aliquid, quo ſcriptoris coævi primo intuitu credi poſſit, idque vel ea de cauſa expendendum eſt, quod in omnibus apographis ad marginem notatum ſit.*

Altera Vita à priori diverſa; ex ea tamen compoſita: E

4 *Ubi auctor primæ Vitæ num.* 15 *narrat, in morte* S. Audomari *ſuavem odorem fuiſſe perceptum, allegat teſtimonium eorum, qui morienti adfuerant, his verbis:* Hi verò, qui in eadem hora in ea domo præſentes fuêre, teſtati ſunt *&c. Ex hoc loco non ſequitur, ſcriptorem illum fuiſſe contemporaneum, ut obſervavi in S. Bertino, quia auctor non dicit, illos, qui præſentes fuerant, id ſibi teſtatos eſſe. Verùm auctor Vitæ tertiæ, qua de nunc agimus, ita de eadem re loquitur:* Teſtatique ſunt NOBIS, qui eo tempore aderant *&c. Illud autem* nobis *videtur evincere, auctorem illius Vitæ vixiſſe cum iis, qui morienti adfuerant* Audomaro. *Fateor lubens, id voce* nobis *inſinuatum videri; idque omnino exiſtimarem, ſi falſitas illius opinionis aliunde non appareret clariùs. At dubitare nequeo, quin ſcriptor illius Vitæ aliquot ſeculis* S. Audomaro *ſit poſterior, cùm quia varia refert miracula diu poſt mortem Sancti facta, tum quia in epilogo ita loquitur:* Hæc de converſatione & virtutibus ſanctiſſimi præſulis Audomari brevi perſtrinximus oratione. Ceterùm lectori ſciendum, quàm plurimam virtutum ejus nobis latêre ſilvam, quæ partim priorum negligentia ſcriptorum, quædam autem modernorum ratio reticuit propter faſtidium lectorum. *Hæc verba omnino evincunt, ſcriptorem poſt alios quoſdam de* S. Audomaro *ſcripſiſſe, eoque aliquot ſeculis poſteriorem eſſe.*

hæc quidem habet dictum aliquod quaſi auctoris ſynchroni: attamen ſcriptoris coævi non eſt, F

5 *At, inquiet aliquis, poſteriora miracula cum*

A *cum epilogo Vitæ ab interpolatore fuerunt addita. Reſpondeo id dici ſine ullo fundamento: nam auctor ipſe in epilogo ſibi omnia attribuit. Si conjecturis agendum eſſet, crederem non alium probabiliùs hujus Vitæ auctorem dici poſſe, quàm anonymum illum Sithienſem, qui Vitam S. Bertini ſecundo loco à nobis editam conſcripſit. Certè ſtylus jejunus illius cum ſtylo hujus Vitæ congruit; ſatiſque credibile eſt, eum de* S. Audomaro *ſcribere voluiſſe, licèt jam alia exſtaret illius Sancti Vita, quemadmodum poſt alium ſcripſit de S. Bertino. Præterea ſic facilè intelligi poteſt, cur omiſſa ſint geſta* S. Audomari *cum S. Bertino: cùm enim anonymus ille ea narraverit in Vita S. Bertini; credere potuit non eſſe neceſſe, ut eadem in Vita* S. Audomari *repeteret. At eo ratiocinio uti non poterat alius, qui non ſcripſerat S. Bertini Vitam. Porrò anonymum illum ſcripſiſſe circa initium ſeculi* x, *dixi in Bertino num.* 17. *Mabillonius ex Surio ſuſpicatus eſt, primam* S. Audomari *Vitam à Folcardo contractam fuiſſe & interpolatam; ſed loquitur de Vita* Audomari *apud Surium edita,*

B *quæ ab hac eſt diverſa, quia geſta* S. Audomari *cum Bertino illic relata ſunt, hîc verò omiſſa. Quare nec ipſe Folcardum Vitæ à nobis ſecundo loco edendæ auctorem aut interpolatorem ſtatuit, nec ego exiſtimo hanc Folcardo probabiliter attribui poſſe, quia ſcriptor ille ſtylum habet magis floridum, aut, ſi malis, turgidum, & plura mutavit in Vita S. Bertini, quam mutata ſunt in hac* Audomari *Vita; quæ optimè congruit anonymo jam dicto, qui ſcripſit eodem modo de Bertino.*

edenda hæc tamen ſecundo loco: Vita à Surio edita:

6 *Verùm quiſcumque fuerit hujus Vitæ auctor, ſive anonymus ille, ut mihi veriſimile eſt, ſive alius quiſpiam, fuit ille longè poſterior* S. Audomaro, *longéque minoris eſſe debet auctoritatis quàm primæ Vitæ ſcriptor, quandocumque diſſentiunt. Neque obſtare huic judicio debent verba ſuprà data,* Teſtatique ſunt nobis; *quia illa verba nequeunt ſic intelligi, ut biographus ille cenſendus ſit vixiſſe cum illis, qui* Audomaro *adfuerant morienti. Fortaſſe enim verba illa ab aliquo contemporaneo de morte* S. Audomari *conſcripta reperit, & ſine mutatione adoptavit, quemadmodum faciunt aliqui ſcriptores minùs accurati. Fortaſſe voce* nobis *monachos ſui cœnobii deſignatos voluit. Quocumque demum de cauſa ita ſcripſerit, auctor nullo alio ſigno indicat ſe contemporaneum, multóque jejuniùs de* S. Audomaro *ſcripſit, quàm feciſſet ſcriptor ſynchronus. Hanc tamen Vitam ſecundo loco edam, ut ipſi lectores eruditi de ea judicare poſſint. At Acta apud Surium edita huc non transferam, cùm nihil magni momenti contineant, quod non legatur in Vita prima aut ſecunda. Illud ſolùm obſervo, illam non videri ſcriptam à Folcardo monacho, cui eam Surius aliique attribuunt: obſervavi enim quædam in illa Vita haberi, quæ non ſatis conformia ſunt ſcriptis à Folcardo in Vita S. Bertini.*

C

Vita tertia prolixior etiam danda:

7 *Ne quis tamen aliquid de geſtis* S. Audomari *deſiderare poſſit; tertiam quoque Vitam dabo præcedentibus prolixiorem, in qua leguntur facta varia, in prioribus omiſſa, aut certè in iis non relata. Vitam hanc habemus in codice noſtro Ms., qui continet Vitas Sanctorum menſis Septembris, & notatus apud nos eſt* P. Ms. 158. *Auctor ille ſcripſiſſe videtur ſeculo* XII *aut* XIII: *adoptavit omnia, quæ apud antiquiores leguntur, iiſque adjunxit alia facta, quæ in a-*

ſed veriſimiliter anonymi, qui ſcripſit circa initium ſeculi 10:

liis monumentis partim invenit, & partim fortaſſe ex fama & traditione populari hauſit. Vita hæc plenior eſt præcedentibus, ſed facta, huic addita, minùs ſunt certa quàm quæ leguntur in Vita prima: pleraque tamen ſunt ſaltem probabilia. Varia quoque ſub finem de corporis tranſlationibus & recentioribus miraculis habet hic auctor, quæ biographo primo poſteriora ſunt. Porrò præter codicem, in quo Vita hæc habetur, duo alia ejuſdem habeo apographa, Audomaropoli, opinor, accepta, quæ cum codice conferam. AUCTORE J. S.

alii ſcriptores præcipui, qui de Sancto olim egerunt.

8 *Demum præter has Vitas aliud Vitæ compendium dedit Vincentius Bellovacenſis in Speculo Hiſtoriali lib.* 23 *cap.* 108 *&* 109; *aliud iterum Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib.* 8 *cap.* 58; *ſed hi nihil afferunt, quod in Vitis non legatur uberiùs. Præterea de* S. Audomaro *multa leguntur in Breviario Audomaropolitanæ eccleſiæ, quod impreſſum eſt anno* 1518; *multa in aliis, quorum tantùm habemus apographa. Attamen in iis plura de* Audomaro *non reperio quàm in Vita tertia, in qua omnia, quæ in Breviariis, videntur collecta, ideoque neceſſe non eſt ex Breviariis aliquid edere,* E *ut ſtudioſus lector habeat omnia, quæ de* S. Audomaro *ſe offerunt: nam quæ ex Chronico Joannis Iperii, aut ex aliis hiſtoriis dicenda occurrent, excutientur in hoc Commentario prævio, ubi videbitur opera pretium.*

§ II. Geſta Sancti ad qualemcumque chronotaxim revocata & examinata.

Sanctus prope Conſtantiam nobili genere natus:

NAtum *fuiſſe* S. Audomarum *ſub finem ſeculi* VI *vel circa initium ſeculi* VII, *colligitur ex iis, quæ infrà dicemus de initio vitæ monaſticæ ſub Euſtaſio abbate, & de initio epiſcopatûs regnante Dagoberto. At annus ipſe natalis ex iis nequit certò figi, nec aliunde innotuit. Locus natalis* Aurea-Vallis *prope Conſtantiam Alemannicam clarè in Vitis aſſeritur. Vulgare loci nomen additur ab Iperio apud Edmundum Martene tom.* 3 *Theſauri Anecdotorum col.* 449, *ubi ſcribitur* Guldindal; *at nunc diceretur* Gulden-dal, *quod idem eſt Belgicè ac* Aurea-Vallis. *Nobilibus parentibus ortum fuiſſe* S. Audomarum, *conſentiunt biographi, nec ea de re dubitamus. Verùm tam certa non credimus, quæ Vitis addidit Iperius de conſanguinitate* SS. Audomari *&* Bertini, *& de horum communi genere cum ducibus Franciæ & regibus ſecundæ ſtirpis. Cùm tamen opinio Iperii Malbranco placuerit & Cointio; laudati ſcriptoris verba huc transferam.* F

aſſerta Iperii de genealogia SS. Audomari & Bertini,

10 *Apud Martenium col.* 449 *ita habet:* In eadem etiam regionis parte, & ſpecialiter in loco, qui AUREA-VALLIS dicitur, vulgariter autem GULDINDAL, natus eſt beatus Audomarus, eâdem ambo ſtirpe progeniti, de genere ſcilicet regum & ducum Auſtraſiorum, Lotharingorum & Brabantinorum, magni videlicet Arnulfi, ſanctique Arnulfi, Anſegiſi, Pipini majoris & minoris, Caroli Tuditis, & Caroli Magni, ut teſtatur iſdem Carolus Magnus in quodam Privilegio, in quo Sanctum ipſum nominans, dicit: Et quoniam idem Sanctus de genere noſtro fuiſſe dignoſcitur &c. *Col.* 456 *de hiſce iterum*

AUCTORE J. S. *sic loquitur :* Erat tum (*ſub Clotario II*) major-domus Pipinus filius Karlomanni, cui in diſpenſanda republica cooperabatur ſanctus Arnulfus, filius Arnoldi, filii Ansberti ex Blitilde filia regis Clotharii primi. Hæc eſt beatorum Chriſti confeſſorum Audomari atque Bertini generoſa propago : nam ex iſtius Ansberti genere proceſſerunt (qui ſenator fuit Auſtraſiorum) cui rex dignum duceret filiam ſuam matrimonio copulare. Hic ex Blitilde regis filia genuit Arnoldum, ducem ita magnificum, ut regum & principum filii ad ejus curam mitterentur in omni genere nobilitatis armis & moribus inſtruendi. Arnoldus filium habuit ſanctum Arnulfum, qui cum Pipino major-domus hujus Clotharii regis, ac poſtea Metenſis epiſcopus : hic filios habuit Anſegiſum *&c. Si verè hæc eſt* S. Audomari *genealogia, quam auctor uſque ad Carolum Magnum pertexit, fuerit* S. Audomarus *S. Arnulfi conſanguineus in ſecundo aut tertio gradu, & Caroli Magni in gradu ſeptimo.*

B *quibus adſtipulatur Malbrancus, non modò incerta ſunt,*

11 *Malbrancus lib. 3 de Morinis cap. 1 totam genealogiam ordinat, mavultque maternum* S. Audomari *genus ab Ansberto & Blitilde deducere quàm paternum : nam Ansbertum facit avum Domittæ & S. Arnulfi. Non negaverim omnia fieri potuiſſe, ſicut ordinata ſunt apud Malbrancum ex mente Iperii. Verùm nec Malbranci conjecturæ tam veriſimiles aut firmæ, nec auctoritas Iperii in rebus vetuſtis tam ſolida eſt, ut exiſtimem de genere* S. Audomari *aliquid ſtatui poſſe certi. Etenim tota Iperii probatio reduci videtur ad diploma aliquod Caroli Magni, qui dicitur in eo agnoſcere* S. Audomarum *fuiſſe ex genere ſuo. At ignoramus, utrùm iſtud diploma ſincerum ſit, an adulteratum aut etiam ſuppoſititium. Ignoramus, an diploma Caroli clarè habeat, quod ei attribuit Iperius ; an rectè ab Iperio fuerit intellectum ; an de* Audomaro *dictum fuerit, quod ille de* Audomaro *explicuit. Ignoramus, unde hauſerit, quod affirmat de conſanguinitate* Audomari *& Bertini cum Ansberto, S. Arnulfo, aliiſque progenitoribus Caroli Magni : nam poterat* Audomarus *Caroli conſanguineus eſſe, quia mater Caroli ex genere erat eodem cum* S. Audomaro. *Non poteſt igitur ex verbis Caroli deduci,* Audomarum *ex*

C *paterno genere Caroli Magni ortum eſſe, nedum ex Ansberto.*

ſed etiam non ſatis probabilia.

12 *Hiſce de cauſis ſuſpicamur, Iperium multa deduxiſſe ex ſolis conjecturis : cúmque in conjecturis ſuis non ubique ſatis fuerit felix ; totam illam genealogiam pro incerta habemus, ne dicam improbabili. Quippe non intelligo, cur omnes ſcriptores Vitarum* S. Audomari *& S. Bertini ne verbo quidem de iis aliquid inſinuaverint, præſertim cùm aliqui ex illis videantur floruiſſe tempore Caroli Magni. Non video, cur illud Caroli diploma ſoli innotuerit Iperio, ac nulli ex ſcriptoribus anterioribus, qui de genere tam illuſtri Sanctorum non tacuiſſent, ſi illud noviſſent. Accedit hiſce omnibus aliorum quoque omnium antiquorum ſilentium : nam multi alii de hiſce meminiſſe poterant, ſi vera eſſent ; nec tamen quidquam de illo genere* S. Audomari *ante Iperii tempora ſcriptum reperio. Itaque omnino incertum credo, an ex genere Caroli Magni fuerit* Audomarus ; *nec plura de his addo, quia non ſatis probabilia videntur.*

13 *Educatus in paternis ædibus* Audomarus, *unà cum patre ſuo Friulfo vitam monaſticam amplexus eſt in abbatia Luxovienſi, quando huic præerat S. Euſtaſius, ſucceſſor S. Columbani, ut in Vitis legitur. Verùm Cointius in Annalibus Francorum ad annum* 608 *num.* 2 *exiſtimat,* Audomarum *jam circa illum annum ſub S. Columbano monachum eſſe factum. Pro illa opinione laudat Vitam S. Agili abbatis, apud nos editam ad* XXX *Auguſti, in qua num.* 5 *hæc leguntur :* Sicque ingrediens Agilus ævum pueritiæ committitur Euſtaſio ſacris litteris erudiendus cum aliis nobilium virorum filiis, qui poſtea eccleſiarum præſules extiterunt, Agnoaldo ſcilicet & Waldeberto, ... Achario, qui Virmandorum Noviomenſis ac Tornacenſis antiſtes fuit, Rachnachario, qui Auguſtodunenſis eccleſiæ pontifex egregius emicuit, Audomaro, qui Bononiæ & Taruanenſis oppidi laudabilis paſtor floruit. *Ex hoc autem loco tale format argumentum : Agilus aliique, qui hic recenſentur, S. Euſtaſio inſtituendi à S. Columbano ſunt traditi. Itaque* Audomarus *etiam ingreſſus eſt ſub S. Columbano.*

D *Monaſticam vitam amplexus eſt ſub abbate Euſtaſio, non ſub Columbano,*

14 *Reſpondeo, ſcriptorem illum recenſuiſſe præcipuos S. Euſtaſii diſcipulos, quibuſcum Luxovii converſatus eſt Agilus ; at minimè dicere eos omnes Euſtaſii diſcipulos fuiſſe tempore Columbani. Quatuor præcipui etiam recenſentur in Vita S. Euſtaſii, à Jona coævo ſcripta, & apud nos data ad* XXIX *Martii, num.* 7. *At ibi non dicuntur à Columbano commiſſi Euſtaſio, ſed ab hoc jam abbate inſtituti, & poſtmodùm ad epiſcopatum promoti.* Audomarus *ibi quoque ultimus memoratur his verbis :* Audomarus Bononiæ Taroanenſis oppidi epiſcopus fuit. *Ita locum in ſua quoque opinione explicare debuit Cointius, cùm Agilus plurimis annis ante* Audomarum *monachus ſit factus. Quare, dum ille à Columbano traditus eſt Euſtaſio erudiendus, alii & præſertim* Audomarus, *necdum erant Luxovii. Nihil igitur de tempore ingreſſûs* S. Audomari *hauriri poteſt ex eo, quod fuit condiſcipulus S. Agili, aut aliorum, cùm hi omnes diſcipuli manſerint ſub abbate Euſtaſio, & aliqui etiam ſub ejus ſucceſſore, donec ſinguli ad dignitatem aliquam promoverentur. Hac de cauſa dicimus cum Vitis,* S. Audomarum *factum eſſe monachum ſub S. Euſtaſio, ſed anno aliquo incerto, fortè circa annum* 612 *aut* 615, *fortè etiam ſeriùs.*

ut vult Cointius, cujus ratio refutatur :

E

F *epiſcopus factus eſt nec poſt annum* 637,

15 *Annis non paucis Luxovii manſiſſe Sanctum, antequam ad epiſcopatum promoveretur, habet Vita num.* 5, *ubi ſimul docet epiſcopum fuiſſe creatum tempore Dagoberti regis, qui ſecundum probabiliorem ſententiam defunctus eſt anno* 638, *& quidem menſe Januario. Cointius ad annum* 637 *num.* 6 Audomarum *dicit epiſcopum creatum exeunte anno* 637, *quod Vitæ non eſt contrarium, ſed nullo modo certum, cùm ratio à triginta epiſcopatûs annis, & annò emortuali, quem ſtatuit* 668, *petita non valeat : nam & ſeriùs ſediſſe* Audomarum, *& pluribus annis epiſcopatum adminiſtrâſſe oſtendemus. Fecit tamen aut ratio aut auctoritas Cointii, quantùm exiſtimo, ut & Mabillonius in Annalibus Benedictinis, & Longevallius in Hiſtoria eccleſiæ Gallicanæ initium epiſcopatûs* S. Audomari *ad eumdem referant annum. At Bailletus ad* IX *Septembris in* Audomaro *epiſcopatûs initium maluit referre ad finem anni* 636, *ſed nulla chronotaxis ſuæ allegata ratione. Id certum eſt, ſeriùs ſtatui non poſſe initium epiſcopatûs* Audomari, *quàm illud à Cointio & aliis ſtatutum dixi ; ſed æquè certum eſt, epiſcopum*

A *ſcopum eſſe potuiſſe aliquot annis citiùs.*

16 *Malbrancus lib.* 3 *de Morinis cap.* XI, *& deinde in Scholio ad idem caput exiſtimat*, Audomarum *epiſcopum fuiſſe creatum ab anno* 624, *& biennio poſt ad eum veniſſe S. Bertinum cum ſociis. Secutus eſt in iis Iperium, qui eadem de adventu Bertini tradit in Chronico cap.* 1 *part.* 5 *&* 6. *Verùm hæc opinio omnino diſplicet, quia non videtur* Audomarus *epiſcopus factus ante mortem Clotarii II, qui obiit anno* 628, *cùm nulla de Clotario in Vita fiat mentio; promotio autem* Audomari *ſic attribuatur Dagoberto, ut tunc ſolus videatur regnâſſe: nam dicitur* Audomarus *ad epiſcopatum vocatus non ſolùm à* Dagoberto, *ſed etiam* ab omni Francorum populo: *quo innuitur, Dagoberto omnes tunc paruiſſe Francos. Itaque initium epiſcopatûs neceſſariò figendum eſt inter annum* 628 *&* 638, *ſive ſub monarchia Dagoberti. Verùm cùm in promotione Sancti nominentur ſoli Dagobertus rex & Acharius Noviomenſis epiſcopus, qui jam ante monarchiam Dagoberti ſedebat, eidemque ſupervixiſſe creditur; idonea ratio non occurrit, cur potiùs anno* 637, *quàm circa annum* 630 *aut* 634 *epiſcopus creatus ſit* Audomarus: *nam ratio Cointii, ab annis epiſcopatûs petita, ad id nihil valet, cùm anni illi ſint incerti, ut oſtendemus.*

nec ante 628; ſed anno incerto ſub Dagoberto.

B

§ III. Utrùm S. Audomarus ſit primus Morinorum epiſcopus.

Audomarus, ut in Vita innuitur, primus videtur Morinorum epiſcopus:

Quæri hîc poteſt, *utrùm primus Morinorum, ſive Teruannenſis & Bononienſis epiſcopus fuerit* S. Audomarus, *quemadmodum Vita ipſius omnino inſinuat. Quippe Malbrancus in Opere de Morinis lib.* 2 *duos ante* Audomarum *producit Morinorum epiſcopos, Antimundum videlicet vel Aumondum, & Athalbertum, quos item* Audomaro *præmiſerunt Sammarthani, Malbrancum ſecuti. Primus tamen non fuit Malbrancus, qui Antimundum ac Athalbertum Morinis daret epiſcopos; ſed patronum hujus opinionis laudat Matthæum Deſprets in Chronico Morinorum, quod mihi ad manum non eſt. Verùm tanto diligentiùs quæſivi, an duo illi Morinorum epiſcopi firmis niterentur fundamentis; at nihil reperire potui in Malbranco aut alibi, quo epiſcopatum illorum firmiter ſtabiliam. Contrà non pauca occurrunt, ex quibus res tota maximè fit ſuſpecta: multas enim video leviter afferri conjecturas, eaſque parùm probabiles; monumenta antiqua aut pauca aut nulla, de quorum veritate non ſit dubitandum.*

C

nam Antimundus & Athalbertus, quos aliqui volunt ſeculo VI *ſediſſe,*

18 *Antimundum lib.* 2 *cap.* 39 *fuiſſe dicit ſolitarium in territorio Remenſi, indeque à S. Remigio evocatum ac epiſcopum conſecratum, ut Morinos converteret; Antimundum non fuiſſe nomen ejus primum, ſed eo nomine vocatum à Remigio, ut mundum proſterneret. Idem cap.* 43 *Antimundum, qui epiſcopus creatus dicitur Morinorum, perducit in Helvetiam, ut ibi inveniat corpora SS. Victoris & Urſi martyrum, quorum inventio ad ſeculi* VII *initium eſt referenda, cùm tamen Antimundus ex calculo Malbranci epiſcopus fuerit toto ſeculo citiùs. Uti hoc ne probabile quidem eſt, ita incerta, ut mini-*

mùm, ſunt, quæ de condito monaſterio refert, omniaque quæ deinde de Athalberto proſequitur. Nolim tamen negare, Antimundum & Athalbertum apud Morinos fuiſſe, & laborâſſe ad eorum converſionem, ſi quis id idoneis monumentis probare poſſit; ſed primos fuiſſe Morinorum epiſcopos ſeculo VI, *pro certo non habebo, niſi longè melioribus rationibus probetur, quàm adductas invenio apud Malbrancum. Adducit quidem cap.* 44 *epiſtolam Clotarii regis ad Athalbertum, & cap.* 46 *epiſtolam Joannis Papæ II ad eumdem, ac demum cap.* 49 *verſus quoſdam Venantii Fortunati de Athalberto. At nec prima epiſtola videtur congruere Clotario, nec ſecunda Joanni Papæ, nec laudatos verſus apud Fortunatum invenire potui.* AUCTORE J. S.

probabiliùs non fuerunt Morinorum epiſcopi:

19 *Jam verò ſi conſideremus rationes, quæ opponi poſſunt monumentis tam ſuſpectis, ex Chronico Morinenſi productis, facilè videbimus duorum illorum epiſcopatum non eſſe admodùm veriſimilem. Si credimus Malbranco, ſederunt illi ab anno* 500 *uſque ad* 552. *Habita ſunt illo tempore in Galliis concilia varia; neuter ulli concilio ſubſcriptus legitur. Nec S. Gregorius Turonenſis nec ullus ſcriptor antiquus de alterutro meminiſſe ſcitur. Nihil in Vita S. Remigii, qui epiſcopatum erexiſſet; nihil in Vita S. Radegundis, quæ curæ Athalberti commiſſa fuiſſe dicitur, eumque ſepeliviſſe; nihil in Vita S. Vedaſti, qui utrique convixiſſet; nihil demum in ullo monumento fide in hiſce digno reperire potui de Antimundo aut Athalberto, tamquam primis epiſcopis Morinenſibus ſeculo* VI. *Malim igitur credere Vitæ* S. Audomari, *cui reliqua conſentiunt monumenta Audomaropolitana, clarè indicanti nullos fuiſſe eo tempore Morinorum epiſcopos; præſertim cum pagus Morinorum ſeculo* VI *eſſet ſub Catholicis Francorum regibus, ita ut nullum eſſet impedimentum, quominus primis illis epiſcopis, ſi revera ſediſſent, alii ſufficerentur.*

E

quod verò dicit Hincmarus de cathedra Bononienſi ante Laudunenſem,

20 *Ægidius Bucherius in Belgio Romano lib.* 8 *cap.* 15 *alio argumento contendit, Bononienſem epiſcopatum fuiſſe erectum diu ante* Audomarum, *non ſeculo* VI, *ſed* IV. *Auctoritas Hincmari Remenſis epiſcopi, qui ſeculo* IX *floruit, id perſuaſit viro erudito, nec planè immerito. Etenim Hincmarus in Opuſculo ad Hincmarum Laudunenſem cap.* 1 *ita ſcribit:* Nam Atrebatis, Viromandis, & Bononia, ex cujus territorio es nativus, antiquiores ſedes cum epiſcopis propriis in Remorum provincia extiterunt, quàm caſtrum Montis Lauduni inter ſedes computaretur, in quo es ordinatus epiſcopus. Sed quoniam à longo tempore certis eventuum ac neceſſitatum cauſis accidentibus, ſicut & de pluribus civitatibus in quibuſdam provinciis legimus, illæ aliis ſubjectæ civitatibus ſuum privilegium perdiderunt; *&c. Hinc Bucherius obſervat, Bononienſem epiſcopum ab Hincmaro dici* Laudunenſi vetuſtiorem, quem tamen, *inquit*, S. Remigius circa annum Chriſti D inſtituit. Prorſus ut ſub Romanis quoque, ac ſub ipſo etiam Conſtantino aut filiis ſedem epiſcopalem fuiſſe Bononiam neceſſe ſit: nec immeritò notitia provinciarum ac civitatum Galliæ, ultra Taruanam Morinorum caput, Bononienſem quoque ſigillatim accenſuerit: civitas enim nulla propriè, niſi epiſcopalis appellabatur. *Fateor totum hoc argumentum probabiliter deductum eſſe.*

F

21 *Verùm dubito, an Hincmaro tantum ſit tribuen-*

AUCTORE J. S.

neque tam certum est aut tam firmo nixum fundamento,

tribuendum, ut ejus auctoritas sufficere possit ad amovendum omne dubium. Sanè in toto illo Opusculo Hincmarus vehementer causam suam urget contra Hincmarum Laudunensem, atque auctoritatem ecclesiæ Remensis mirè extollit, Laudunensis verò cathedræ decora deprimit, quantùm potest. Si quis igitur suspicaretur, præfervore disputationis aliqua Hincmaro excidisse, quæ cum accurata veritate non omnino congruunt; non adferret ille suspicionem omni fundamento destitutam. Invenit Hincmarus episcopos Bononienses seculo VII, *æquè ac Taruannenses aut Morinenses; potuit inde existimare illos longè antiquiores esse; sed postea desisse, quod Bononia Taruannæ episcopo fuisset subjecta. Certè Bononiam inter eas recenset civitates, quæ deinde aliis subjectæ fuerunt. At illa subjectio videtur posterior* S. Audomaro, *qui Taruannæ simul & Bononiæ erat episcopus. Videtur igitur Hincmarus eatenus de Bononia rectè loqui, quòd olim proprium habuisset episcopum; sed vehemens suspicio est, eum sine idoneo fundamento asserere, Bononiensem Laudunensi esse antiquiorem.*

B *ut contrariæ rationes non præponderent.*

22 *Gravis sanè ratio nos credere cogit, nec seculo* IV *nec* V *aut* VI *ullum fuisse Bononiæ episcopum. S. Victricius Rotomagensis episcopus fidem promulgavit apud Morinos circa finem seculi* IV, *ut constat ex epistola* 18 *S. Paulini ad eumdem data; nec video, cur ibi prædicâsset Victricius, si tunc proprium illi habuissent episcopum. Si autem exeunte seculo* IV *episcopum non habebant; verisimile non est ullam eo seculo sedem episcopalem fuisse ibi fixam: nam si episcopum Morini proprium habuissent seculo* IV, *habere verisimiliter perrexissent, & plures ibi Victricius invenisset Christianos, quam ab eo inventos insinuat Paulini epistola. Accedit silentium omnium scriptorum de Morinensibus episcopis ante* S. Audomarum, *quo eosdem nec seculo* V *aut* VI *exstitisse credimus. Itaque fidem quidem Morinis prædicatam fuisse à seculo* III *per SS. Fuscianum & Victoricum, ac sequentibus seculis subinde per alios libenter agnoscimus; sed ullum fuisse proprium Morinorum episcopum ante* S. Audomarum *non existimamus. Hinc item credimus paucos admodùm Christianos in pago Morinensi inventos fuisse ab* Audomaro, *præsertim cùm illa provincia seculo* V *vastata esset à Wandalis & postea à Francis tum paganis occupata: nam sic non potuerunt crescere jacta ibidem fidei semina.*

C

§ IV. Gesta ab Audomaro in episcopatu utcumque ordinata: tempus mortis incertum.

S. Audomarus ad Morinos veniens socium non habuit S. Agilum,

S*Ocios aliquot fuisse* S. Audomaro, *quando dignitate episcopali ornatus ad Morinos primùm venit, facilè credimus, sive illi ipsum comitati sint ex cœnobio Luxovienſi, sive alibi se adjunxerint, sive à S. Achario Noviomensi aut à S. Autberto Cameracensi fuerint* S. Audomaro *concessi, aut jam ante ipsum ad Morinos destinati. At non facilè crediderim, inter hosce* S. Audomari *primos adjutores fuisse S. Agilum abbatem Resbacensem, quem Malbrancus* Audomaro *additum fuisse existimat lib.* 3 *cap.* 6, *quia S. Agilus alias id genus expeditiones cum S. Eustasio suscepit. Conjectura enim isthæc nequit conciliari cum aliis gestis S. Agili, qui abbas electus est anno* 636, *& ante hanc electionem præcipuè laborabat in vinea Domini apud Metenses, Lingonenses & Vesontionenses, ut legi potest in Vita ipsius, ad* XXX *Augusti data & illustrata. Itaque cùm* Audomarus *creatus sit episcopus aut aliquot annis antè, aut eodem ferè anno, quo abbas factus est Agilus, non videtur hunc inter primos habuisse socios.*

D

convertit Adroaldum ecclesiam in Sithiu condit: Bertinum cum sociis excipit:

24 *Prima sancti Antistitis cura versata est in convertendis paganis, in colligendis instruendisque Christianis, si quos apud Morinos invenerit, ut verisimile est; in erigendis Teruannæ ac Bononiæ ecclesiis ad sacra administranda. Inter nobiles, qui ab eo primis annis è gentilium superstitione conversi sunt, fuit Adroaldus vir divitiis præstans & potens. Hic statim opibus suis* Audomarum *juvare cœpit, ut in Vita legitur num.* 12; *& villam* Sithiu *eidem obtulit. Sanctus verò mox ibidem exstruxit ecclesiam, aut saltem sacellum, ac verisimiliter illi præfecit presbyterum, qui sacra Christianis in eo tractu degentibus administraret, & gentiles conaretur convertere. Quidam non modò presbyterum ibi collocârunt, sed plures etiam clericos, acsi collegiata fuisset ecclesia. At argumenta, quæ attulerunt, nullius sunt momenti. Porrò annus, quo illa contigerunt, non innotuit; sed omnia fieri potuerunt circa annum* 634, *si* Audomarus *jam circa* 630 *aut* 632 *fuerit episcopus; aut circa* 636 *aut* 638, *si aliquot annis seriùs creatus est episcopus. Deinde anno forsan uno alterove pòst ad* Audomarum *venerunt SS. Mummolinus, Bertinus & Ebertramnus, quibus item in possessionibus ab Adroaldo acceptis locum assignavit ad condendum monasterium, ut dictum est in S. Bertino ad* V *Septembris. Suspicor eos à Sancto fuisse invitatos ad monasterium erigendum apud Morinos, ut sic Morinorum conversionem citiùs perficeret, ac stabiliorem faceret.*

E

S. Wandregisilum ordinat presbyterum:

25 *Dum illi in primo illo monasterio, quod* vetus monasterium *postea vocârunt, degebant, & sedulam cum* S. Audomaro *ad gentilium conversionem dabant operam; celebrior paulatim facta est sancti Episcopi fama, ut vel ex uno facto, quod passim anno* 646 *illigatur, colligere licet. Venerat Rotomagum ad S. Audoënum illius urbis episcopum S. Wandregisilus, primus deinde abbas Fontanellensis in Normannia. Hunc S. Audoënus sacris ordinibus initiavit, ac diaconum consecravit; presbyterum verò consecrari voluit per* Audomarum. *Testatur id utraque Vita S. Wandregisili, data apud nos ad* XXII *Julii. Prima quidem num.* 19 *his verbis:* Deinde *(Wandregisilum Audoënus)* ad sacerdotium per manus domni Audomari conscendere fecit. *Secunda verò num.* 13 *sic habet:* Non multò pòst ad sacerdotium, licèt renuens, jussu ejusdem beatissimi præsulis Audoëni, à venerabili Audomaro pontifice urbis Taruennæ consecratus est. *Hunc honorem ob eximiam sanctitatem delatum* Audomaro *existimo, quia S. Audoëno non deerant viciniores episcopi, interque eos erat amicissimus Eligius Noviomensis, si virum Sanctum consecrandi honorem alteri omnino deferre vellet.*

F

cœnobio Sithiensi Mummolinum præfecit abbatem:

26 *Anno* 648 *fundatum est monasterium Sithiense, suadente* Audomaro, *& libenter permittente, ut Adroaldus bona, sibi aut oblata aut*

A *aut tradita, hunc in finem perpetua donatione conferret SS. Mummolino, Bertino & Ebertramno, quibus jam tum alii accesserant, quantùm existimo. Hæc latiùs disputata videri possunt in S. Bertino § 5 & 6, ubi etiam ostendi primum istius cœnobii abbatem ab* Audomaro *constitutum esse S. Mummolinum, cui deinde successit S. Bertinus, promoto ad episcopatum Noviomensem Mummolino. Malbrancus lib. 3 cap. 20 & Cointius ad annum 648 num. 38 eidem quoque anno innectunt insignia charitatis officia, quæ* S. Audomarus *præstitit S. Austrebertæ virgini. Eamdem chronotaxim sequuntur Mabillonius in Annalibus Benedictinis tom. 1 pag. 469, & Pagius ad annum 695 num. 5: nam ambo asserunt Austrebertam circa annum 662 factam esse abbatissam Pauliniacensem, postquam annos quatuordecim transegerat in cœnobio Portensi ad Suminam, ubi primùm exorsa est Vitam monasticam.*

27 *Bollandus noster de S. Austrebertæ egit ad* x *Februarii, ibique in Commentario prævio aliqua de chronotaxi Vitæ* S. Audomari *statuit ex Vita per Surium data. At illa non ampliùs sequenda putamus, uti nec epocham regni Dagoberti dudum mutatam. At non aquè deserenda existimo, quæ ibidem statuit de tempore veli ab Austreberta accepti, quod existimat contigisse circa annum 655 aut 656. Nolim quidem contendere hanc opinionem esse omnino certam. At saltem longè probabilior apparet, quàm sit aliorum opinio. Innotescit tempus velationis ex tempore, quo Sancta à S. Filiberto abbate evocata est ad monasterium Pauliniacense, cùm utrimque constet, velationem quatuordecim annis præcessisse. Atqui verisimile est, non multis annis ante carcerem & exsilium S. Filiberti evocatam fuisse Austrebertam, cùm scriptor Vitæ S. Filiberti inter constructionem cœnobii Pauliniacensis & carcerem S. Filiberti nihil ferè interponat, ut videri potest apud nos ad* xx *Augusti, ubi Vita est data. Itaque, cùm exsilium Filiberti innectatur passim anno 674; evocatio S. Austrebertæ probabiliter figitur circa annum 669 aut 670.*

circa annum 655 aut 656,
B

28 *Contrà non potest satis probabiliter figi circa annum 662, ut facilè ostendam. S. Filibertus locum ad condendum Gemmeticense monasterium accepit non diu ante mortem Clodovei II anno 655 aut 656. Deinde locum paravit, & monasterium amplum construxit. At id opus non uno alterove anno perfectum videtur, præsertim cùm Filibertus longè abesset, utpote abbas Resbacensis in Bria. Deinde, structo cœnobio Gemmeticensi, non statim inchoatum est Pauliniacense: nam biographus S. Filiberti inter constructionem utriusque monasterii alia non pauca interponit, & in Vita num. 16 diserè ait:* Cùm igitur virorum increvisset in monasterio (*Gemmeticensi*) multitudo, aliud construxit cœnobium, nomine Pauliacum. *Aliquot igitur anni inter utriusque monasterii constructionem intercurrerunt. Demum aliquid etiam temporis dandum est hujus monasterii structuræ: nam Austreberta tantum evocata est, quando jam inhabitabatur, ut liquet ex ejus Vita cap. 3. Nemo prudens judicare poterit hæc omnia sex annis fuisse peracta. Ego certè malim credere duodecim aut quatuordecim annos illis facilè insumi potuisse; & sic pervenio ad tempus à Bollando assignatum.*

non anno 648, ut probatur,
C

29 *Itaque circa 655 aut 656 probabiliter figuntur, quæ refert Vita S. Austrebertæ de fuga ipsius ad* S. Audomarum. *Causa fugiendi erat, quòd Austrebertam parentes nuptiis illigare vellent invitam. Deus fugientem miraculo juvisse dicitur, ut in Vita videri potest, ubi spectantia ad* Audomarum *sic referuntur:* Erat his temporibus vir sanctus, magni apud Deum meriti, Audomarus nomine, Taruanensis urbis pontifex, in cujus diœcesi puella nobilis originem traxerat. Ad hunc ipsa tunc properabat, sacro velamine consecranda.. Amne verò transmisso, quantocyus properantes, perveniunt ad Hominem Dei, provolutaque puella ad pedes ejus, quod desiderabat, obtinuit: consecrata namque est Christo, & accepto velamine, adhæsit anima ejus post ipsum, ipsamque suscepit dextera Christi... Vir autem Dei cùm cognovisset parentes ejus hac re esse perturbatos, assumptâ secum Dei famulâ, consolandi gratiâ eos visitare studuit, eorumque commotos animos verbis pacificis delinivit, eosdemque mansuetos & mites redditos ad caritatem pristinam revocavit. Pater filiam, fratres amplectuntur sororem, deosculanturque eam singuli, Deum in commune glorificantes. Divina quippe dispensatione actum est, ut qui priùs illudentes eam despexerant, summa post devotione venerarentur. *Deinde subdit auctor, quomodo à suis perducta sit ad monasterium Portense. Hactenus de hoc facto, cujus epocham studiosiùs illustravi, quia simul spectat ad S. Austrebertam.*

AUCTORE J. S. *S. Austrebertam velat & parentibus reconciliat.*

E

30 *Deinde* S. Audomarus *unà cum S. Bertino, qui in hisce præcipuam videtur partem habuisse, ædificare cœpit monasterium & ecclesiam S. Mariæ virginis, ubi cum monachis Sithiensibus sepeliri voluit, & revera post obitum sepultus est. Etenim ecclesiam illam cum monasterio donavit S. Bertino ejusque monachis. Facta autem est donatio anno* VI *Clotarii III, id est, anno 661 vel 662. Videri possunt ipsæ donationis litteræ in S. Bertino § 6, nostrumque de litteris & subscriptionibus judicium ibidem § 7. Unum hîc tantùm observo, in litteris illis, basilicam illam* communi opere *perfectam dici per* SS. Audomarum *& Bertinum. Hinc autem, & ex ipsa quoque donatione, colligitur aut certè confirmatur illud ipsum, quod asseritur in Vita 1 num. 12, nimirum ecclesiam aliquam in eodem loco antea constructam fuisse ab* Audomaro: *nam si* Audomarus *pecuniâ solùm juvisset S. Bertinum, qui posteriora ædificia præcipuè erexisse videtur, non ita necessaria fuisset donatio, nec propriè* communi opere *locus fuisset constructus; sed omnia optimè intelliguntur, si ecclesiam ibi antè construxit* Audomarus, *reliquaque deinde adjecit Bertinus. Porrò non ignoro, in nupero quodam libello, qui nomine Capituli Audomarensis in lucem datus est contra Bertinianos, negari pleraque hîc dicta. At in Annotatis ad singulos Vitarum textus, quos allegant, opinionem illam refutabo.*

ecclesiam B. Mariæ donat Sithiensibus:

F

31 *Porrò ex subscriptionibus mox laudatarum litterarum* S. Audomari, *si legitimæ sunt, rectè etiam colligetur, Sanctum anno 662 fuisse cæcum. Nam talis ibi legitur subscriptio:* In Christi nomine, quamvis peccator, ego Audomarus nomine absque merito episcopus, hanc epistolam voluntarius dictavi & recensere audivi, & qui subteriùs scribere deberent, rogavi. Hæc abocellis feci, & alius manum meam tenens scripsit, & subscripsit. *Mabillonius lib. 2 de Re diplomatica cap. 20 & rursum cap. 22*

tunc probabiliùs non erat cæcus.

AUCTORE J. S.

hanc ſubſcriptionem allegat tamquam idoneam ad propoſitum ſuum. Priorem locum dedi in Bertino. At cap. 22 *num.* 4 *ſic habet :* Sic ſanctus Audomarus Morinorum epiſcopus, cùm ſub finem vitæ ſuæ in cæcitatem incidiſſet, teſtamento ſuo ita ſubſcribit : HÆC ABOCELLIS FECI *&c. Lubens igitur fateor, ſubſcriptiones litterarum* S. Audomari, *quæ perperam* teſtamentum *vocantur, probari potuiſſe à Mabillonio, & probatas fuiſſe. Verùm ipſe eas probare auſus non fui in S. Bertino, ubi* § 8 *varias propoſui difficultates, quibus ſubſcriptiones illæ, ſi non commentitiæ, certè vehementer fiunt ſuſpectæ. Quare, etſi cæcitas* S. Audomari *certa ſit, non modò incertum, ſed minùs etiam probabile exiſtimo, cæcum jam fuiſſe anno* 662 ; *cùm in Bertino oſtenderim cæcitatem ipſi veriſimiliter aliquot annis ſeriùs accidiſſe. Vide notanda ad caput* 2 *Vitæ* 1 *lit.* g.

Bertefridi litteræ ad Sanctum directæ : in tranſlatione S. Vedaſti, B

32 *Anno ſequenti, ſive ſeptimo Clotarii, & æræ Chriſtianæ* 662 *aut* 663 *Bertefridus epiſcopus legitur dediſſe aliquod privilegium abbatiæ Corbeienſi, illudque direxiſſe ad varios epiſcopos, inter quos eſt* S. Audomarus, *qui tamen inter ſubſcribentes non reperitur. Totum privilegium legi poteſt apud Cointium ad annum* 662 *num.* 20, *ubi etiam recenſentur difficultates eidem objectæ, quæ ad propoſitum meum non ſpectant. Circa vitæ finem, cum cæcus erat* Audomarus, *interfuit tranſlationi corporis S. Vedaſti Cameracenſis epiſcopi. De tempore iſtius tranſlationis non conſentiunt ſcriptores. Mabillonius tom.* 1 *pag.* 483 *eam collocat circa annum* 666, *uti & Cointius ibidem num.* 1. *Henſchenius noſter in S. Vedaſto tom.* 1 *Februarii pag.* 791 *ſtatuit annum* 667. *Alii multo ſeriùs aut citiùs tranſlationem contigiſſe exiſtimant : nam Iperius in Chronico cap.* 1 *part.* 12 *uſque ad annum* 680 *tranſlationem differt. Martenius verò editor in Annotatis ſcribit, eam eſſe factam anno* 658, *niſi ſit mendum impreſſionis. Demum, ut alios præteream, Vita tertia num.* 21 *habet, tranſlationem contigiſſe anno* 694.

cui adeſt circa annum 667 *cæcus Audomarus,* C

33 *Vix dubito, quin ſententia Henſchenii ex omnibus vero ſit proxima, nec tamen omnino certam dico, cùm etiam uno alterove anno citiùs aut ſeriùs contingere potuerit. Nam Henſchenius mortem S. Vedaſti collocat circa annum* 540, *aliqui verò biennio citiùs. Corpus autem in ſepulturæ loco manſiſſe dicitur, ut etiam obſervat*, circitèr centum viginti & octo annos. *Facta verò tranſlatio* Kalendis Octobris. *Quare ſi Sanctus ipſo anno* 540, VI *Februarii, ſit defunctus ; annique illi* 128 *non fuerint completi, ut innuitur ; planè exactus eſt Henſchenii calculus ; ſi verò completi fuerint, tranſlatio contigit anno* 668, *modò mors in annum* 540 *inciderit. Jam verò quidquid ſit de anno uno alterove tranſlationis ; Alcuinus in Vita S. Vedaſti, apud nos data, cap.* 5 *refert S. Autbertum divina viſione monitum fuiſſe de loco, ad quem S. Vedaſti corpus erat transferendum. Deinde hæc ſubdit :* Qua revelatione certior factus, invitavit ad tantum opus B. Audomarum, qui ea tempeſtate Taruennæ Morinorum urbis epiſcopus in Dei rebus magnificus habebatur. Qui, licèt jam ſenio preſſus, & amiſſione luminum videretur debilior factus, animum tamen ut arcum habens ſpiritali ſtudio intentum, illico promptus, Chriſto greſſus regente, feſtinus ad venerabilem pervenit Autbertum. At ille, quid animo gereret, & quid ſibi divinitus eſſet oſtenſum, referens, pari voto communique conſilio, cum magno populorum gaudio, qui undique confluxerant, ad locum deſignatum beatiſſimum tranſtulerunt Vedaſtum. D

viſum divinitus impetrat : ſed precibus obtinet, ut redeat cæcitas :

34 In qua tranſlatione perhibetur B. Audomarus lumen recuperâſſe oculorum, ſed illico precibus eamdem, quam ultroneus ferebat, reimpetrâſſe cæcitatem. Parvipendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen meruit civium ſupernorum. *Eadem tranſlatio narratur in Vita S. Autberti per Fulbertum, qui de ceteris quoque conſentiens, de viſu per* S. Audomarum *recuperato ita loquitur :* Cùm jam ſuburbanos fines contingerent (*in tranſlatione,*) & B. Audomarus S. Autberti veſtigia pedetentim proſequeretur, ſtatim ſupernæ operationis in ſe agnovit virtutem ; ut ei apertè daretur intelligi, quanti eſſent meriti, & is, qui portabatur, & is, quem portando ſequebatur. Nam depulſa longæ cæcitatis nocte, ſtatim oculorum lumen recipit, in loco videlicet, ubi in memoriam B. Autberti eccleſia conſtructa à præſentibus adhuc cernitur in memoriam præſentis miraculi. Sed quia venerabilis vir Audomarus parvipendebat lumen carnalium oculorum, qui lumen certè civium deſiderabat ſupernorum, illico precibus eamdem, quam ultroneus ferebat, rurſus impetravit cæcitatem. *Eadem de viſu per* Audomarum *recuperato, & de cæcitate rurſum precibus obtenta habent Sigibertus ab Henſchenio citatus, Vita* 3 *num.* 20, *& Iperius cap.* 1 *part.* 12. *Hiſce potiùs acquieſcere debebat Bailletus, quàm ridicula explicatione uti, dicereque* Audomarum *potuiſſe ſanari, ſi voluiſſet, ſed ſanationem petere noluiſſe. Unde didicit, Sanctum ſanari potuiſſe, ſi ſanatus non fuit ?* E

qui Audomaro dicuntur à quibuſdam fuiſſe coadjutores, ſunt ſucceſſores.

35 *Laudatus Iperius, qui perperam vitam* S. Audomari *produxit uſque ad annum* 695, *hæc præcedentibus adjungit :* Propter hoc corporalis cæcitatis impedimentum B. Audomaro dati ſunt coadjutores ſucceſſivè Draricius (*aliàs* Drantius) Baynus & Ravengerus. *Verùm hi potiùs fuerunt ſucceſſores* S. Audomari *quàm coadjutores, ut oſtendi in S. Bertino num.* 89. *Quare de ſolo Drantio dubitari poteſt, an forte coadjutor non fuerit, & deinde ſucceſſor. Porrò ſupervixiſſe videtur* S. Audomarus *uno ſaltem alterove anno poſt tranſlationem S. Vedaſti : nam Drauſius Sueſſionenſis epiſcopus litteras ſuas, quæ datæ notantur* ſexto Kalendas Julii, anno XIV regni Clotarii, *ad* Audomarum *alioſque epiſcopos direxit, ut obſervavi in Bertino num.* 86. *Idem obſervaverunt Cointius & Pagius ; ſed non eodem modo ex illa epocha de anno emortuali* S. Audomari *diſſeruerunt.* F

Diverſæ opiniones de anno mortis S. Audomari :

36 *Cointius mortuum* Audomarum *ſtatuit anno* 668, V *Idus Septembris, quia non plures quàm* triginta *epiſcopatûs annos eidem audet attribuere, & vel ſic tamen eidem attribuit ferè annos triginta & unum, cùm ipſius epiſcopatum ordiatur ab anno* 637. *Idem quoque admittit litteras Drauſii anno* 14 *Clotarii ad* Audomarum *directas ; cùm autem ad annum* 655 *num.* 8 *velit Clodoveum II mortuum eſſe* exeunte anno 655, *necdum annum* 14 *Clotarii in calculo ſuo habere poteſt anno* 668, *ſed ſolùm anno* 669 ; *ideoque ante hunc annum non debuit mortem* S. Audomari *figere. Mabillonius in Annalibus tom.* 1 *pag.* 482 *litteras Drauſii recitat cum hac epocha* VI *Kalendas Julii*, anno decimo Chlotharii glorioſiſſimi regis. *Neſcio, utrùm ſolo errore vox* quarto *omiſſa ſit apud Mabil-*

A *Mabillonium, an verò eam de induſtria omiſerit: at cùm nullas omiſſæ vocis aut mutatæ epochæ rationes inveniam allegatas, malim ſuſpicari feſtinantis eſſe lapſum, quàm correctionem ſtudio adhibitam. Quare opinionis Mabillonii de tempore mortis* S. Audomari, *quam conſignat circa annum* 667, *nullam mihi rationem habendam video; illudque ſolum obſervo, litteras Drauſii ab eo referri debuiſſe ad annum* 670, *ſi epocham rectè dediſſet.*

at mortuus, non eſt ante annum 670;

37 *Pagius ad annum* 682 *num.* 10 *de hiſce rectè diſſerit. Rejectis enim ſententiis Cointii & Mabillonii, ita loquitur:* Hæc verba: " Re-„ xit eccleſiam per ſpatia triginta annorum „ non ſolùm non leguntur in Vita S. Audomari, & interpolata ſunt, ut rectè animadvertit Mabillonius, ſed etiam à veritate aliena. Audomarus enim ſubſcripſit privilegio à Drauſione epiſcopo Sueſſionenſi monaſterio puellarum extra muros Sueſſionenſes conſtructo, quod eiſdem Drauſius conceſſit diplomate dato Auguſtæ Sueſſionum, ſexto Kalendas Julii, anno decimo quarto regni Clotarii glorioſiſſimi regis, ideoque anno Chriſti ſexcenteſimo ſeptuageſimo, ut

B ſuo loco oſtendimus. Auctor Vitæ S. Audomari diem emortualem ejus non memorat, ſed interpolator affirmat, eum migrâſſe ad Chriſtum v Idus Septemb., quia ſcilicet videbat eo die fieri Officium eccleſiaſticum. Sed quidquid de die emortuali ſit, cùm renuntiatus fuerit epiſcopus Teruanenſis urbis regnante Dagoberto, & ſancto Achario Noviomenſi epiſcopo opitulante, ut inquit anonymus, ideoque ante Dagoberti regis mortem, quo tempore Acharius Noviomenſis epiſcopus erat ab anno circitèr DCXXI, manifeſtum eſt ſanctum Audomarum anno ſexcenteſimo ſeptuageſimo adhuc in vivis fuiſſe; anno incerto vitam cum morte commutâſſe, & annos ad minus XXXIII epiſcopatum geſſiſſe. *Hactenus Pagius.*

ſed circa illum annum mors figenda:

38 *Hic autem ita ratiocinatur, quia regnum Clotarii III orditur poſt hebdomadam ſecundam Novembris anni* 656, *ut inchoandum probat ibidem num.* 17: *nam ſic annus* XIV *Clotarii neceſſariò currebat ſexto Kalendas Julii anni* 670. *Hinc rectè quoque dicit, mortuum eſſe* anno incerto. *Attamen veriſimile eſt, ſanctum Antiſtitem non diu ſuperfuiſſe poſt annum* 670, *ſed vel eodem anno defunctum eſſe, vel non diu pòſt, cùm nulla deinde de eo vivente fiat mentio, & maximè quia mors ipſius in Vita* 1 *num.* 15 *figitur paucis annis poſt contractam cæcitatem, quâ jam laborabat, quando circa* 667 *tranſlatum eſt S. Vedaſti corpus. Hiſce de cauſis Sancti mortem ſignavi circa annum* 670. *De die emortuali non video multùm eſſe dubitandum, quia Sancti plerumque coluntur ipſo die emortuali, præſertim in locis, ubi vixerunt aut obierunt, niſi ſingularis aliqua ſit ratio diem mutandi. Præfuiſſe epiſcopatui annis, ut minimùm,* XXXIII, *ſaltem incompletis, rectè dicitur; ſed, ſi circa annum* 630 *creatus eſt epiſcopus, totis quadraginta annis adminiſtraverit cathedram ſuam: quod eſt incertum.*

C

locus mortis & ſepultura.

39 *Iperius cap.* 1 *part.* 14 *de loco mortis & ſepultura ſic habet:* Dominus ſanctus Audomarus poſt multos diutinoſque labores lecto decubans in villa Waurantis, quæ à Sithiu tribus ferè diſtat millibus, accerſito beato ſodali ſuo Bertino cum monachis ſuis dilectis in Chriſto filiis, valedicens & Fratribus, cælo ſpiritum reddidit. Cujus corpus beatus Bertinus devotè recolligens, de Waurante ad Sithiu, comitante toto ſuo collegio, populique ac cleri frequentiâ attulit, & in capella beatæ Virginis, quam ipſe beato Bertino dedicaverat, inter monachorum corpora ſepelivit anno DCXCV. *Cetera rectè: at duo hîc ſunt errores, alter videlicet in anno emortuali, de quo jam actum. Alter eſt, quòd inſinuet S. Bertinum morienti* Audomaro *adfuiſſe: nam id repugnat Vitæ num.* 15, *& in nulla* S. Audomari *aut S. Bertini Vita aſſeritur. Ceterùm* capella beatæ Virginis, *in qua corpus Sancti ſepultum eſt à Bertino, eſt hodierna eccleſia cathedralis Audomarenſis, quæ abbatiæ Bertinianæ tunc erat ſecundaria, ut oſtendi in Bertino* § 9.

AUCTORE J. S.

§ V. Antiquiſſimus Sancti cultus: memoria in Faſtis: variæ feſtivitates, & corporis tranſlationes.

E

Vetuſtiſſimus eſt Sancti cultus:

V*Etuſtum eſſe* S. Audomari *cultum, clarè colligitur ex Vita, aliiſque ſcriptoribus in hoc Commentario laudatis, quorum aliqui ſeculo* VIII *aut* IX *floruerunt: omnes enim* Beati *aut* Sancti *titulum eidem conſtanter attribuunt. Miraculum, quod in Vita* 1 *num.* 17 *narratur, inſinuat, jam agnitam & cultam fuiſſe* S. Audomari *ſanctitatem, quando illud contigit,* parvo *nimirum* poſt B. Audomari obitum ſpatio, *ita ut videatur cultus fuiſſe ipſo, quo obiit ſeculo* VII: *nam de cultu ipſius ſeculo* VIII *&* IX *nullum eſt dubium ex Vita ipſa. Quæ dixi in S. Bertino* § 13 *de cultu ipſius cœpto annis non multis poſt mortem, de* S. Audomaro *æquè veriſimiliter dici poſſunt; attamen oſtendi nequit, quo præcisè anno Audomarenſes aut Taruannenſes Patronum ſuum cultu verè eccleſiaſtico publicè honorare cœperint.*

memoria ejus annuntiata in variis Faſtis ſeculi IX;

F

41 *Mabillonius in Annalibus tom.* 1 *pag.* 486, *aliique aſſerunt, memoriam* S. Audomari *ad* IX *Septembris annuntiari* in Martyrologiis Uſuardi & Adonis. *At in ſincero Adonis Martyrologio* Audomarus *non legitur. Hinc Sollerius noſter in Obſervationibus ad Uſuardum* IX *Septembris exiſtimat, Uſuardum non inveniſſe nomen* Audomari *in aliis Faſtis relatum. Eum ille ita annuntiat:* In territorio Taruanenſi, ſancti Autmari epiſcopi & confeſſoris. *Legitur quidem in quibuſdam codicibus Floro adſcriptis memoria* S. Audomari, *& in duobus ex illis apud nos ante tom.* 2 *Martii tale reperitur elogium:* Ipſo die Tarvennæ depoſitio S. Audomari epiſcopi & confeſſoris, qui mundo mortuus, Deo vivens, plurimarumque virtutum ſignis pollens Tarvennis urbis populum ad cultum convertit divinum. *Verùm hæc non videntur eſſe Flori, ſed cujuſdam poſterioris, ut ipſe Sollerius probavit in præfatione ad Uſuardum. Potuit tamen Uſuardus memoriam* S. Audomari *reperire in Calendario Corbeienſi, quod edidit Acherius tom.* 2 *Spicilegii recuſi, ubi pag.* 67 *ita ad* IX *Septembris annuntiatur:* Et depoſitio S. Audomari epiſcopi. *Calendarium illud anno* 826 *ſcriptum probatur. Eodem modo Sancti* depoſitio *annuntiatur* IX *Septembris in alio vetuſto Calendario Corbeienſi apud Martenium & Durandum tom.* 3 *Theſauri Anecdotorum col.* 1601.

Apud

AUCTORE J. S.

Apud eoſdem tom. 6 Collect. amp. Audomarus *eodem die habetur in Martyrologio Stabulenſi & in Antiſſiodorenſi.*

& paſſim in recentioribus ad 9 Septembris, quo feſtivitas celebratur :

42 *Longiora elogia* S. Audomaro *texuntur in variis Auctariis Uſuardi apud Sollerium noſtrum. Unum profero ex codice Bruxellenſi :* In territorio Teruanenſi ſeu Morinenſi, depoſitio ſancti Audomari epiſcopi & confeſſoris. Qui cæcus exiſtens, & in elevatione corporis beati Vedaſti illuminatus, ut rediret cæcitas, petiit & impetravit. *In auctis quoque Adonis codicibus* Audomarum *eodem die invenit Georgius, qui & alia quædam in Annotatis ad hunc diem Martyrologia aſſignat. Prolixum Sancti elogium contexuit hodie auctor Florarii noſtri Ms., & prolixius etiam Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ; ſed neuter quidquam addit jam dictis, aut legendis in Vita, præter errores aliquot Sauſſayi elogio inſertos. Eumdem denique cum hodierno Martyrologio Romano omnes paſſim recentiores martyrologi annuntiant, ſed aliqui mutato nonnihil nomine : nam Maurolycus* Autmarium *vocat, Felicius* Authenarium ; *& uterque pro* Ta-

B ruanenſi *epiſcopatu* Taruarenſem *mendosè ſubſtituit. Rectiùs Romanum :* In territorio Taruanenſi ſancti Audomari epiſcopi. *Verùm longè uberiùs Pariſienſe hoc modo :* In territorio Tervannenſi, ſancti Audomari è monacho Luxovienſi Tervannenſis epiſcopi, qui gentem illam, ad idolorum cultum magna ex parte reverſam, revocavit ad Chriſti fidem : corpus ejus in eccleſia Sithivenſi ab ipſo conſtructa ſepultum fuit, quæ poſt exciſam Tervannam, diviſo in tres diœceſes epiſcopatu, unius ex illis ſub ipſo Audomari nomine cathedralis facta eſt. *Hæc* S. Audomari *feſtivitas ritu ſolemniſſimo cum feriatione ab opere & cum Octava celebratur.*

alia ipſius feſtivitas ſeculo IX celebrata die 1 Novembris,

43 *Alia* S. Audomari *feſtivitas etiam annuntiatur ſeculo* IX *ad diem* 1 *Novembris, quo celebrata eſt, priuſquam feſtum Omnium Sanctorum commune erat toti Eccleſiæ. Laudatum Calendarium anni* 826 *apud Acherium die* 1 *Novembris poſt natalem S. Cæſarii ſic habet :* Et ſancti Audomari epiſcopi, ſive Omnium Sanctorum. *Locus ſecundus* Audomaro *datus eſt ante feſtivitatem Omnium Sanctorum, quia hæc necdum anno* 826 *communis erat. In Hieronymiano Corbeienſi apud eumdem Acherium ad* 1 *Novembris recentiori manu hæc leguntur addita :* Sitio monaſterio, depoſitio ſancti Audomari epiſcopi & confeſſoris. *In alio codice Corbeienſi, longè contractiori, edito apud nos poſt tomum* VII *Junii, ad* 2 *Novembris ita habetur :* Sitio monaſterio, depoſitio ſancti Audomari epiſcopi. *Perperam utroque loco habetur* depoſitio, *cùm* elevatio *corporis olim celebrata fuerit die* 1 *Novembris, & etiamnum annuntietur illo die poſt feſtum Omnium Sanctorum in Breviario Audomarenſi, quod habemus anno* 1518 *impreſſum.*

C

ex quo ſequi videtur, aliquam corporis elevationem fuiſſe factam ante annum 826:

44 *Porrò ex hac feſtivitate colligo, corpus* S. Audomari *elevatum fuiſſe ante annum* 826 ; *feſtumque illius elevationis celebratum fuiſſe* 1 *Novembris. Nihil quidem de prima illa elevatione ſcriptis mandatum reperio : elevatio tamen etiam veriſimilis ſit ex facto mox referendo : videbimus enim Sancti corpus anno* 843 *furtim fuiſſe ablatum ab Hugone abbate, agente maximè Moro adituo. At illa ablatio non fuiſſet tam facilis, ſi ſemper uſque ad illud tempus in primo ſepulcro ſub terra manſiſſet abſconditum. Quapropter dubitare nequeo, quin* S. Audomari *corpus elevatum fuerit, ſive id factum ſit ſeculo* VIII, *ſive ineunte ſeculo* IX. *Ita in S. Bertino num.* 156 *probabiliter oſtendimus, aliquam elevationis S. Bertini feſtivitatem ſeculo* X *fuiſſe uſitatam, quæ celebrabatur die* 2 *Novembris. Hinc ſuſpicari licet, Sanctorum illorum corpora duobus conſequentibus diebus elevata fuiſſe ; ſed elevationis monumenta periiſſe, cùm nullibi compareant. Certè illa feſtivitas* S. Audomari, *quæ deinde omiſſa eſt, antiquior eſt omnibus elevationibus & tranſlationibus modò notis ; videturque omiſſa ob feſtum Omnium Sanctorum, poſtquam aliæ ſimiles* S. Audomari *feſtivitates erant inſtitutæ.* D

Relatio corporis feſto celebratur 8 Junii :

45 *Ex hiſce prior eſt* Relatio, *ſeu feſtum relati anno* 843 *corporis, de quo ita ad* VIII *Junii Molanus :* Monaſterio Sithiu, Relatio ſive tranſlatio S. Audomari epiſcopi, quando Folquinus corpus ejus, fugato Hugone abbate, à Lisbourch retulit anno DCCCXLIII, & in Sithiu juxta corpus beati Bertini ſub terra recondidit. Ubi per multos annos homines quidem latuit ; at revelatus eſt, ubi Dominus voluit. *Eadem tranſlatio breviter annuntiatur in Uſuardi codice Aquicinctino apud Sollerium noſtrum, & à pluribus recentioribus, ut dictum eſt in Prætermiſſis ad* VIII *Junii. De eadem agitur apud Grevenum ad* XI *Junii, & ad* VII *ejuſdem menſis eadem in aliquo Miſſali occurrit feſtivitas, ut videri poteſt in Prætermiſſis ad illos dies. Occaſio hujus feſtivitatis, quæ olim celebrata fuit cum ceſſatione operis, ut liquet ex duobus ultimis miraculis Vitæ* 3, *fusè narratur in Vita tertia cap.* 4, *factumque ibi rectè innectitur anno* 843 : *nam contigit Indictione* 6, *menſe Junio, & tempore Hugonis abbatis, qui anno* 844 *occiſus eſt in pugna prope Toloſam, nec Sithienſi abbatiæ tamdiu præfuit, ut umquam ipſius tempore fuerit Indictio* 6 *menſe Junio, præterquam aſſignato anno* 843. *Folquinus Levita Bertinianus qui in Chartulario ſuo hiſtorico Ms. cauſam prædictæ feſtivitatis primus narravit, de anno conſentit, ita ſcribens :* Sub hac tempeſtate invenimus ita adnotatum in Decemnovænalibus annorum Dominicæ Incarnationis, quod eſt DCCCXLVI, Indictione VI, ſancti Audomari corpus de villa Lieſgesborch refertur ad locum ſuum, ſolemnitaſque illius tranſlationis in menſe Junio devotè à populo celebratur Tarvennico. *Addit, originem iſtius feſtivitatis pleriſque ſuo tempore necdum notam fuiſſe ; ideoque ſe ſcribere velle iſtam tranſlationem, prout ex ſenioribus intelligeret factam fuiſſe. Primus igitur factum iſtud ex traditione ſcripſit Folquinus ; ex eo autem hauſerunt alii, ut patet ex collatione.* E

quia dum Hugo abbas corpus furtim abſtulerat,

46 *Quapropter totam Folquini relationem, prout mihi ex Ms. Chartulario ab amico fideli communicata eſt, huc transfero, ut conferri poſſit cum relationibus ſcriptorum poſteriorum.* Igitur Hugo abbas jam memoratus, exceptâ cauſâ, quam refero, vir per cuncta laudabilis, poſtquam locum hunc ſua conſtitutione laudabiliter ſtabilivit, quâ & canonicos ſancti Audomari monachis ſancti Bertini etiam per deſcriptionem capitularem juſtè ſubjugavit, monachumque ab inferius monaſterium * ad ſancti Audomari cuſtodiam deputavit, diabolicâ ſagittâ jaculatus, cœpit excogitare, qualiter ſancti Audomari corpus, cujus ope & auxilio, unà cum ſodali ſuo Bertino, Tarvennicus gubernabatur populus, Vermandis ad ſancti Quintini monaſterium, cùm hoc ipſum gubernabat, poſ- F

* inferiori monaſterio

ſet

A set deferre quantocius. Metuens tamen animositatem plebis, congregata Vermadensium multitudine, temptat vi abstrahere, si forsan impediretur à plebe. Accessit interim, & monacho quodam, Moro nomine, extante custode, sacrum sancti Præsulis ac Patroni nostri corpus sumens, villam usque Liegesburch nomine cum sua deportavit multitudine. Dei autem providentia operante, triduo in præfata villa manserunt cum sacrato corpore.

illud à Folquino episcopo reductum est,

47 Acciderat interea, ut præclarus Tarvennæ civitatis præsul Folquinus episcopali more parrochias episcopii sui circuiret, ut sicubi contra sanctorum canonum statuta ageretur, curiosus pastor addisceret: & tali studio cellam usque Woromhold dictam pia curiositate perveniret. Interea ubi inibi ad mensam ventum est, in qua lautissima, uti tanto pontifici, præparabantur obsequia; frater ipsius beati præsulis advolitat, nuntians grave & inrecuperabile patriæ, si perficeretur, excidium, sanctum videlicet Audomarum ex monasterio suo abstractum, &, ni citò succurrat ad sanctum Quintinum Vermandis usque deferendum. Hæc audiens sanctus Domini sacerdos, nimiùm turbatus intrinsecus, Vade, inquit ad fratrem; & totius episcopii mei populum gira curiosiùs: & die tertia infra muros Tarvennæ urbis præsto esto cum omnibus; & ego præsens ero cum his, quos mecum, Christo auxiliante, detulero de istis partibus. Tum demùm, si ipse juverit Sanctus, ad excutiendum eum omnimodis sum paratus. His autem secundum verbum beati pontificis ritè peractis, adest die tertia in urbe Tarvenna multitudo innumerabilis, ei penè antè invisa *. Tunc sacerdos Domini cum omni hac multitudine insequitur prædictum abbatem cum suis usque ad villam superiùs nominatam cum omni festinatione. At illi gestientes corpus sanctum sustollere fugamque inire, nulla hoc multitudine prorsus valebant à terra levare. Cúmque id addita adhuc majori multitudine conarentur bis terque levare; mihilominus ita manet immotum, acsi quibusdam radicibus terratenus teneretur affixum. Tunc absque retardatione ullius commodi accelerant fugam, relicto corpore Sancti.

B

* *i. e.* non visa

C

comitantibus miraculis, & terrâ reconditum:

48 Beatus autem Folquinus dans illis fugiendi locum, accipiens thesaurum illud omni auro preciosissimum, repetito calle cum tota plebium multitudine, reportat ad proprium, unde tultus * fuerat, locum. At ubi ventum est Tarvennam ad fluvium, qui dicitur Leia *, omnis populi suprà memorata multitudo absque aliqua cunctatione pedibus transvadans fluminis aquam, exacto amne, nec ullus stillæ humor in eorum apparuit tegmine, progredientesque per aristifera agrorum fata, neque enim ea vitare poterant tam numerosa plebium agmina, cùm veluti tribulis tonsæ terratenus curvarentur spicæ, transacta multitudine, ita densabant sulcos, ut patenter agnosceres Protectoris adventum * etiam congaudere campos. Utrorumque autem monasteriorum clerici stantes anxii eventum expectabant rei. Sed postquam datum est oculis, quamvis procul, cernere multitudinem populi adventantis, protractis campanarum funibus, vocem laudantium omnes dederunt in excelsis. Antedictus autem custos ecclesiæ Morus tunc ad mensam federat epulaturus: & audito campanarum sonitu, interrogat, quæ esset causa, pro qua populi tantâ exultarent

* sublatus
* Lisa

* adventui

lætitiâ; dictumque est illi à narrantibus, quòd sanctus Audomarus à Folquino pontifice esset reductus, & ob hoc lætitiâ tantâ cunctus exultaret populus. Quod audiens, nimiùm turbatus, iram Dei reducentibus confestim est imprecatus. Necdum ab ejus ore illicita exciderant verba; cùm repentè facietenus in terram ruit, totoque corpore rigidus, distentis membrorum nervis, semivivus emarcuit. Sic tamen stupidus ad sanctum Bertinum est deportatus, ibique, quòd verbotenus commisit, diutino languore pœnituit. Nam visu & auditu recuperato, sensu ita finetenus est privatus, ut nunquam posset animadvertere, qua in parte sancti Audomari monasterium videretur positum esse. Corpus autem beati Audomari præsul Folquinus terrâ recondidit, ne à subsequentibus parili modo posset auferri.

AUCTORE J. S.

aliquæ observationes ad prædicta.

49 *Nunc observanda sunt nonnulla ad hanc relationem. Primò pagus* Liegesborch, *nunc passim* Lisbourg *dictus, in Artesia est, ubi fluvius Lisa, hìc* Leia *à nomine Flandrico* Leye *dictus, oritur. Secundò, licèt auctor non dicat, qua de causa Hugo abbas triduo cum sacro corpore in illo pago substiterit, verisimile tamen est illud contigisse, quia corpus jam ante adventum Folquini immobile ibidem est factum: non enim video, cur Hugo abbas cum suis triduo in Lisbourg substitisset, nisi quòd sacrum thesaurum inde amovere non posset: nam Lisbourg pagus multo vicinior est Teruanna & Audomaropoli, quam Fano S. Quintini, quò tendebat. Potuit hoc miraculum omitti & ignorari à scriptoribus, quia Hugo pudore suffusus cum suis Vermandensibus de eo tacuerat. Anonymus apud Mabillonium sec. 3 Benedict. pag.* 174 *& ex eo Iperius, ambo scriptores Bertiniani, asserunt corpus* S. Audomari *sub terra reconditum* juxta corpus B. Bertini, *sive in abbatia Bertiniana. At hìc & in Vita tertia tantùm dicitur terrâ reconditum esse; non verò asseritur positum esse* juxta corpus B. Bertini, *quod necdum eo tempore sub terra latebat, sed deinde ab eodem S. Folquino absconditum fuit, ut idem auctor anonymus narrat paulò pòst apud Mabillonium pag.* 125, *& Iperius cap.* 13. *Præterea ex sequentibus patebit, corpus* S. Audomari *seculo* x *fuisse in manibus canonicorum ecclesiæ Audomarensis, non verò apud monachos S. Bertini. Alia quædam observabo, & hæc magis firmabo in Annotatis ad Vitam* 3 *cap.* 4.

E

F

Festivitas inventionis S. Audomari:

50 *Alia* S. Audomari *festivitas annuntiatur ad* XXI *Octobris, diciturque* Inventio S. Audomari. *Florarium Sanctorum Ms. ad* XXI *Octobris de ea sic habet:* Inventio corporis sancti Audomari Morinensis episcopi. *Adduntur aliqua satis nota de miraculis, sed nihil de ipsa inventione. In auctariis Usuardi apud Sollerium nostrum eadem Inventio occurrit ex codice Aquicinctino & Molani editione. Wion eam festivitatem his verbis memorat:* Eodem die in Sithiu, inventio S. Audomari episcopi Morinensis & confessoris. *Hisce præter Kalendaria Ms. accedunt Menardus, Saussayus & Ferrarius, qui Inventionem illam annuntiant* in monasterio Sithiensi, *quod exponendum est de monasterio canonicorum, sive hodierna ecclesia cathedrali. In laudato antea Ordinario Audomarensi ad* XXI *Octobris* Inventio *præscribitur celebranda Officio novem lectionum ritu duplici: sicut etiam in vetusto ejusdem ecclesiæ Breviario; uti etiam sit*

AUCTORE J. S.

in Ordinario hodierno. Attamen nullibi clarè explicatum invenio, qua occasione aut per quem festivitas illa fuerit instituta.

cujus occasio & initium certò non innotuit.

51 *Si conjecturis uti licet, suspicor institutam esse circa medium seculi* x, *quòd Sancti corpus, à S. Folquino seculo* IX *absconditum, tunc aut inventum esset, aut potiùs iterum in cognitionem omnium productum & elevatum: nam locus, ubi à Folquino positum erat, verisimiliter aliquibus semper manserat notus. Ratio hujus conjecturæ est, quòd & in Breviario antè laudato, & in Ordinario Audomarensi cùm antiquo tum hodierno pro hoc Inventionis festo recitandæ dentur lectiones de translato Noviomagum Batavorum seu Neomagum corpore, miraculisque in ea translatione factis, ita ut inventio facta innuatur non diu ante hanc translationem, quæ contigit tempore Ottonis I imperatoris, narraturque in Vita tertia cap.* 4, *ubi singula annotatis elucidabo. Porrò festivitatem inventionis mihi potiùs institutam videri, quòd Sancti corpus occasione istius translationis iterum in lucem publicam fuerit productum, quàm* B *quòd casu aliquo fuerit inventum, jam monui. Ratio est jam partim data ex Officio inventionis. Altera est, quòd nullum de inventione ulla* S. Audomari *reperiam monumentum Ms. aut impressum, ne apud Malbrancum quidem, qui tabularia Audomarensia diligenter lustravit. At qualiscumque sit festi illius causa, illud hìc observo, ex tota dicta translationis historia facilè colligi, corpus* S. Audomari *eo tempore fuisse in propria ipsius ecclesia, non verò in ecclesia S. Bertini. Alia* S. Audomari *translatio memoratur apud nos tom.* 1 *Junii pag.* 743 *in S. Gudwalo: nam dicitur corpus* S. Audomari *delatum Harlebekam, indeque cum corporibus SS. Gudwali & Bertulfi ad cœnobium Blandinienſe S. Petri. At illa delatio solùm facta est ad augendam solemnitatem translationis SS. Gudwali & Bertulfi.*

§ VI. Inspectio corporis seculo XI facta: caput exornatum: C reliquiæ quædam aliis locis servatæ: alia quædam de apparitionibus Sancti.

Cùm aliqui dubitarent, an pleraque S. Audomari ossa in theca ipsius essent,

M*Albrancus lib.* 8 *cap.* 44 *ex monumentis Audomarensibus, quæ ad manus meas non pervenerunt, narrat solemnem corporis* S. Audomari *inspectionem, à Widone archiepiscopo Remensi & Drogone Tarvannensi episcopo peractam, præsente Athala Flandriæ comitissa, multisque viris nobilibus. Prolixior est Malbranci narratio, quàm ut lubeat totam huc transferre, præsertim cùm ignorem, an omnia adjuncta æquè sint certa. Quare rei totius compendium dabo, eaque seligam capita, quæ ex monumentis desumpta videntur. Occasio inspectionis fuit inventio corporis S. Bertini, de qua in S. Bertino egi* § 13, *ubi ostendi inventionem illam contigisse anno* 1050, *& secutam esse elevationem S. Bertini anno* 1052. *Hæc inventio effecit, ut aliqui dubitarent de integritate ossium* S. Audomari, *quæ in theca ipsius servabantur: nam Bertiniani ante inventum S. Bertini corpus ostendebant thecam aliquam, quâ* D *credebant S. Bertini reliquias contineri, ut legi potest in Inventione corporis S. Bertini, per Bovonem abbatem scripta, apud nos num.* 25 *&* 26. *Hic error cùm corporis inventione detectus esset; orta est suspicio de corpore* S. Audomari, *quòd nonnemo dixisset in theca illa, quæ Bertino fuerat attributa,* de S. Audomari corpore partem inesse haud modicam, *inquit Malbrancus.*

per duos episcopos sacra ossa inspiciuntur,

53 *Audomarenses igitur, ut dubium istud amoverent, per tres canonicos rogârunt Widonem archiepiscopum Remensem, ut Audomaropolim excurrere vellet, & inspicere sacra ossa* S. Audomari, *sicut corpus S. Bertini elevaverat. Annuit archiepiscopus, & eò venit cum Drogone Tarvannensi episcopo aliisque ecclesiasticis primariis, ubi jam aderat Athala Flandriæ comitissa, Balduini comitis conjux.* Cùm igitur publico præconio, *ait Malbrancus,* indicta fuisset in Inventæ Crucis festam diem (III *Maii*) celebritas, *ad quam maxima hominum multitudo confluxerat, Wido archiepiscopus & Drogo episcopus, Athala comitissa cum multis* E *ecclesiasticis & monachis se conferunt ad ecclesiam Audomarensem. Occlusis foribus in medium producitur theca, in qua exponi solebat venerationi fidelium corpus* S. Audomari. *Adhibentur fabri ad arcam aperiendam: aperto autem exteriori scrinio, aliud inventum est:* quo patefacto, *inquit Malbrancus,* conspiciunt cerato quodam linteamine contenta B. Audomari ossa, necnon à collo ad pedes stolâ & manipulo decentissimè circumligata; acsi infantulum suis cunis constrictum & fasciâ circumvinctum vidisses. ... Ad involuta verò resolvenda solæ jam Widonis & Drogonis manus concurrunt; & dum studiosiùs contuentur; ... ecce ad pedes apparet parvula crux auro sericoque intertexta, isti linteo ac stolæ adhærescens. Aureis hæc verba characteribus exarata adhuc legebantur: " Hoc signum crucis erit in cælo, „ cùm Dominus ad judicandum venerit „ ...

præsentibus multis testibus: omnia ferè Sancti ossa dicuntur inventa, F

54 Ceterùm scriptor rei gestæ hos producit testes, utrumque præsulem, abbates septem, Heremarum S. Remigii, Bovonem S. Bertini, Rumoldum S. Winnoci, Gervinum S. Richarii, Folbertum S. Bavonis, Heribertum S. Judoci, Alfridum S. Wlmari, binos archidiaconos, Hubertum & Joannem, Constantinum Rhemensis ecclesiæ decanum, Ulricum ejusdem presbyterum, Hugonem de Lariaco, Siccardum Audomarensis ecclesiæ scholasticum cum reliquis ejusdem loci canonicis; Jodonem, Albericum, Stephanum, Gotselinum, Tarvannenses canonicos, aliosque prudentes tum clericos tum monachos, præter nobilium laïcorum turmam; qui omnes, ubi submotâ stolâ ac linteo ossa revelantur, prono in terram vultu ac corpore prostrati, profusis ubertim lacrymis, ... preces ad binas horas extraxere... Deinde serio ac diligenti examine circumspecta est ac ordinata sacrorum membrorum compositio, & suis omnibus partibus constare visa, exceptis paucis digitorum articulis, ac nonnullis dentibus, nonnullis etiam costarum fragmentis. *Ita quidem Malbrancus: at non ait, adfuisse anatomicos peritos, qui ea de re accuratius ferre potuissent judicium.*

ex quibus aliquot particulæ præsentibus dantur:

55 *Subjungit præmissis Malbrancus:* Quoniam verò plerique ad aliquam anhelabant particulam, canonici atque Athala comes, quæ Balduini

A Balduini conjugis obibat vices, conſultationem inière, quid reliquiarum abſque notabili tanti pignoris jactura poſſent indulgere. Widoni archiepiſcopo articulorum alterum manus dexteræ conceſſerunt; abbatibus Heremaro, Bovoni, Rumoldo, Conſtantino decano, ſingulis dens unus, diſtribuente Drogone, donatus: nec tamen ſe voluit indonatum. Acceſſit præterea Ingelramnus ſatrapa Lilerienſis ſuis ſtipatus canonicis, ... *cui* dentem alterum permiſerunt, Rogerio canonico Lilerienſi excipiente. His peractis, oſſa beatiſſimi Patris, eo, quo priùs, modo ſcrinio redduntur, novo linteo etiam cerato obvoluta, ſtolâ & manipulo adſtricta; acceſſit pariter pallii ſuperioris obvolucrum. Sic verò extra templi ſepta præſtolanti populo exportatur per Drogonem epiſcopum magna cleri ſubſequentis exſultatione; & ſuper ingentem lapidum ſtruem, quæ illic ad novi templi fabricam aggeſta erat, deponitur.

deinde, peracta ſolemnitate, reliquiæ loco ſuo redduntur.

B 56 *Dum populus ibi ſacras honorat reliquias, archiepiſcopus in eccleſia obivit ſacra miniſteria, ac deinde cum Drogone epiſcopo ſacra oſſa ad eccleſiam retulit, & in altari poſuit. At* priuſquam *arca* operculo ſuo tegeretur, placuit honoratiorum virorum ſcriptas teſtificationes ad futuram rei memoriam indere cum argentea cruce nominis inſcriptionem præ ſe ferente, addito ſigillo S. Mariæ Rhemenſis eccleſiæ. Hæcque omnia contexit majus ſcrinium, multo ex fabrorum induſtria ferro armatum, ac aliud denique laminis argenteis dives. *Annus, quo hæc peracta ſunt, non aſſignatur à Malbranco; at cùm facta ſint poſt elevationem corporis S. Bertini, quæ anno* 1052, *die* 2 *Maii contigit; cúmque eadem ferè perſonæ utrique ſolemnitati adfuerint, non diu poſt annum* 1052 *figenda hæc ſolemnitas, præſertim cùm Wido archiepiſcopus anno* 1055 *obiiſſe dicatur apud Sammarthanos. Tom.* 1 *Februarii pag.* 48 *corpora plurima Sanctorum delata dicuntur anno* 1070 *ad dedicationem templi Haſnonienſis, atque inter ea recenſentur corpora* SS. Audomari *& Bertini.*

Caput Sancti ornatum: corpus etiamnum in propria eccleſia,

C 57 *Sæpiùs deinde luſtratum fuiſſe corpus* S. Audomari, *credibile eſt & veriſimile, quamvis ad nos non pervenerit diſtincta aliarum inſpectionum notitia. Certè Locrius in Chronico Belgico ad annum* 1313 *ſcribit*, beati Audomari caput *mirificè decoratum fuiſſe per Mathildem Arteſiæ comitem. Theca igitur aperienda fuit, quando ſacrum caput à reliquis oſſibus ſeparatum eſt, ſive illud factum ſit illo ipſo tempore, ſive citiùs. Attamen amotum non fuit, certè in perpetuum, Sancti corpus ab eccleſia ſua, in qua illud ſervari, rectè ſcribit Rayſſius in Hierogazophylacio Belgico pag.* 75, *quia, etiamſi fortè plura deſiderentur oſſa, quàm voluit Malbrancus mox laudatus, non tam multa deeſſe putem, ut corpus vocari nequeat. Quare non ſatis intelligo, unde Mabillonius in eam deductus ſit opinionem, ut in Annotatis ad Acta* S. Audomari *ſec.* 2 *pag.* 565 *hæc obſervaret:* Corpus ejus in eccleſia Sithivenſis monaſterii habetur præter caput & oſſa quædam, quæ in B. Mariæ eccleſia Audomaropolitana ſervantur. *Idem repetit tom.* 1 *Annalium pag.* 486, *ubi rectè addit:* Vidimus pallium ejus pluviale in ſacrario ſancti Bertini cum capitio eidem aſſuto contra pluviæ injurias, unde iſtiuſmodi ornamentum nomen accepit. *Hoc ibi viſum eſſe à Mabillonio non negaverim.*

58 *At non vidit in eccleſia S. Bertini corpus* S. Audomari, *aut præcipuam corporis partem: ac ne audivit quidem in abbatia Bertiniana, quantùm exiſtimo, totum* S. Audomari *corpus ibidem ſervari, excepto capite, & oſſibus aliquot. Certè nullus è Religioſis Bertinianis mihi aut collegis meis, dum aliquot abhinc annis abbatiam Bertinianam inviſimus, ſimile quid de corpore* S. Audomari *aſſeruit. Quin potiùs aliqui candidè dixerunt, illius Sancti corpus ſervari in propria ejus eccleſia cathedrali, quemadmodum indubitanter aſſerunt Audomarenſes. Scio quidem opinionem illam de parte corporis ſervata in abbatia Bertiniana, quæ inſpectioni corporis occaſionem dedit, teſte Malbranco, dicta inſpectione non omnino fuiſſe depoſitam, aut certè revixiſſe ſeculo* XV, *quando per Guilielmum de Fillatre epiſcopum Tornacenſem & abbatem S. Bertini aperta fuit theca, in qua pars oſſium* S. Audomari *dicebatur ſervari. Nam cùm in theca fuiſſet reperta quædam charta, quâ pars oſſium* S. Audomari *ibidem aſſerebatur eſſe, nata fuit controverſia inter laudatum epiſcopum abbatem & canonicos. Attamen ea ſic fuit tandem compoſita, ut dictæ reliquiæ fuerint depoſitæ in eadem arca, in qua corpus S. Bertini ſervatur, in faſce tamen ſeparato à S. Bertini corpore ſejunctæ. Deinde verò Bertiniani pugnaciter non contenderunt, illas eſſe* S. Audomari *reliquias: quod mihi quoque non admodùm apparet veriſimile, cùm nulla proferantur documenta de diviſo per S. Folquinum aut alium quempiam notabiliter Sancti corpore. At quidquid ſit de iſtis reliquiis, certum eſt, errare Mabillonium, & Bailletum, qui eadem cum ipſo de corpore* S. Audomari *ſcripſit ad* IX *Septembris; quando corpus, exceptis capite & oſſibus quibuſdam, attribuunt abbatiæ Bertinianæ, cùm ne ipſi quidem Bertiniani tam modicam partem Audomarenſibus attributam vellent. Fortè Mabillonius ex priore errore, quo ſcripſit* Audomari *corpus in abbatia depoſitum eſſe à S. Folquino, in ſecundum hunc errorem deductus fuit.*

AUCTORE J. S. *non verò in Bertiniana, niſi fortaſſe pars quædam.*

Particulæ quædam reliquiarum aliis locis ſervatæ:

D 59 *Porrò, ex dictis num.* 53 *&* 54 *abundè liquet, varias particulas ab oſſibus* S. Audomari *ſeparatas eſſe, & conſequenter aliis locis fuiſſe ſervatas. Rayſſius mox laudatus aſſignat aliquas; videlicet pag.* 127 *in cœnobio Bronienſi S. Gerardi, Ordinis S. Benedicti*, digitum S. Audomari epiſcopi Morinorum: *&* pag. 199 *in eccleſia cathedrali S. Donatiani Brugis* S. Audomari dentem, & os de manu. *Deinde aliquid reliquiarum* S. Audomari *pag.* 42 *annumerat theſauro ſacro eccleſiæ collegiatæ S. Amati Duaci; pag.* 128 *ſimiliter aliquid tribuit theſauro virginum Benedictinarum oppidi Burburgenſis in Flandria prope confinia Arteſiæ; & demum pag.* 305 *eccleſiæ cathedrali Atrebatenſi* de S. Audomaro *nonnihil adſcribit. Fortè & aliæ particulæ aliis locis habentur.*

E

apparitiones & alia quædam.

60 *Ceterùm quædam de* S. Audomaro *leguntur in Miraculis S. Bertini, & alibi, quæ paucis huc transfero. In Libro miraculorum S. Bertini, apud nos pag.* 600 S. Audomarus *tempore incurſionum Normannicarum dicitur apparuiſſe Herrico monacho, eique mandâſſe ut perficerentur munimenta, quæ contra Normannos cœpta erant in Sithiu, ſed imperfecta erant relicta. Figura & ſpecies apparentis ab Herrico ita deſcripta aſſeritur:* Proceræ erat ſtaturæ, venerandæ canitiei, habens in fronte ſtigmata nitore pulcherrimæ calvitiei divaricantia, facie

AUCTORE J. S.

venuſtus & gracili, naſo mediocriter longo & parùm adunco, manibus cum digitis longiſſimis pulcherrima macroris tenuitate lucentibus, infula epiſcopali veſtitus. *Reliqua ad hanc apparitionem ſpectantia legi poſſunt loco aſſignato. In Inventione corporis S. Bertini apud nos pag.* 615 *Bovo abbas attribuit patrocinio S. Vincentii martyris, Sanctorumque* Audomari *& Bertini, quòd cœnobium Sithienſe ab interitu olim eſſet conſervatum. Mira quoque eſt apparitio; quæ narratur in Miraculis S. Vedaſti tom.* 1 *Februarii pag.* 807: *in hac autem mentio fit de* SS. Audomaro *& Bertino, prout videri poteſt. Hiſce demum Vitas Sancti varias ſubjicio.*

VITA

auctore anonymo,

Ex codice noſtro Ms., collato cum editione Mabillonii.

B

PRÆFATIO

Deus, omnes homines ad ſalutem vocans,

DOmino omnipotenti, munerum ſpiritalium magnarumque virtutum Largitori, multiplices gratias laudeſque ſedulas dicere debemus, qui omnium creaturarum viſibilium & inviſibilium Conditor & Gubernator exiſtens, Filium ſuum unigenitum Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum ad docendas redimendaſque omnigenas gentes miſit ad terras *a*. Qui causâ ſalutis humanæ ex Maria Virgine carnem ſumens immaculatam, omne humanum genus, à primo homine diabolica perſuaſione ſeducto venditum, zabulique ſub cruentiſſimo jugo redactum, morti pœniſque perpetuis addictum, de poteſtate tenebrarum principis dignatus eſt eripere: dehinc omnes homines ab Adam uſque ad Chriſtum, dæmonica fraude peccatorum catenis ligatos, maximiſque ſcelerum ponderibus oppreſſos, ex

a

C

omnibus orbis climatibus nunc per ſe liberatos, vocavit ad vitam, ita dicens: Venite ad me omnes, & reliqua. Qui duodecim * Apoſtolis de turba totius generis humani electis, alios quoque alterius ordinis ſexaginta *b* & duos, factis regionibus albis, ne multæ operarii deeſſent meſſi, jubet Omnipotens diſcipulos eſſe ſuos, hoſque in cœnaculo Sion ſancto Spiramine repletos, omniumque linguarum mirabili dono ditatos, ad docendas baptizandaſque omnigenas gentes ire præcepit, dicens: Ite, docete omnes gentes, & reliqua. Hi verò Chriſti diſcipuli, omnibus linguis loquentes, in omnibus provinciis verbum Domini prædicantes, multaſque per Dei gratiam virtutes operantes, variaque tormentorum genera ſævo paganorum furore ferentes, ſuumque pro Chriſto fundere cruorem optantes, per orbem perrexere triquadrum.

* *Mab.* duobus & decem

b

occidentalibus partibus doctorem dedit Audomarum.

2 Poſt hos, poſtque ipſorum ſucceſſores, alios homines agios Dei gratiâ prædictos, eodemque Spiritu repletos: neque enim eſt apud Deum perſonarum acceptio, implens, quod promiſit: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem; Apoſtolorum vicarios in omnibus mundi partibus eſſe conceſſit. Unde Deus omnipotens, cui cura eſt de omnibus, qui vult omnes homines ſalvos fieri, populis in Occidentalibus mundi partibus poſitis, errorum tetris caliginibus cæcatis, diaboloque ſubjectis, peccatorum mole depreſſis, facinorumque cloacâ convolutis, divinis muneribus decoratum, ſignis ac virtutibus in multis orbis partibus notum, Audomarum apoſtolicum donavit doctorem. Ideo te Deus omnipotens per glorioſa ejuſdem Pontificis patrocinia precamur, ut largiflua tuæ ſapientiæ de ſupernis fluenta noſtris licèt maculatis mentibus rorare concedas, ut de tanti Viri meritis atque virtutibus, quæ per illum tua gratia geſſit, ſcire volentibus *, licèt de magnis parva *, ac de multis pauca depromere poſſimus. Quis enim quotidianam ejus converſationem atque in Dei ſervitio conſtantiam, cunctoſque labores, quos in occulto, Deo tantùm teſte, operatus eſt, ſcire atque narrare poteſt?

D

* *Mab. mendosè* volentes

* *ibid.* parvi

ANNOTATA.

E

a *Quæ deinde ſequuntur de vocatione omnium hominum ad ſalutem, uti & alia deinde in eamdem ſententiam, omiſſa ſunt apud Mabillonium.*

b *Auctor veriſimiliter ſcripſit* ſeptuaginta & duos; *ſed voces nolui mutare, cùm codex noſter conſonet cum editione Mabillonii.*

CAPUT I.

Sancti patria, parentes, vita monaſtica, epiſcopatus, fidei promulgatio, aliaque geſta.

Sanctus nobili loco prope Conſtantiam natus, cum Friulfo patre

HIc igitur agius pontifex Audomarus ex * nobilibus & inclytis ſecundum ſæculi dignitatem, & in fide Catholica eruditis, ortus fuit parentibus in Conſtantinenſi regione, nec longè à Conſtantia *a* civitate, & in eo ſpecialiter loco, quæ * Aurea-Vallis vocatur, natus eſt. Genitor verò hujus, inter ſuos clarus, Friulfus *b* vocabatur: Domitta autem ſua nuncupata fuit genitrix. Hi verò religioſi parentes prædictum Puerum ſecundum Chriſtianæ Religionis à cunabulis ritum, divina gratia ſuffragante, in eccleſiaſticis nutriebant diſciplinis: unicum enim Audomarum habebant filium. Friulfus verò poſt prædictæ conjugis ſuæ obitum, & Puero ætate & gratiâ creſcente, ſuavi jugo Chriſti ac levi, divina ſtimulante * miſericordia, cum confortante ac ſuadente Audomaro filio ſuo ſe ſubdere ſtuduit. Ambo igitur, genitor videlicet Friulfus cum beato filio ſuo Audomaro, implentes, quod ſcriptum eſt, Vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me: & habebis vitam æternam; mundo mortui, Deo vivi, caducis inopes, perennibus * locupletes; Deo ſubditi, diabolo rebelles, mente ſimiles, ætate diſpares, ad Chriſti militum perrexêre cœnobium, quod famoſo nomine vocatur Luxovium *c*, quodque à ſanctæ memoriæ Hibernenſi * viro, B. Columbano abbate, in Burgundiæ regione in Dei nomine fuit fundatum.

a

* *al.* Conſtantinenſe

b

* *al.* qui

F

* *Mab.* famulante

* *al.* perhennibus

c

* *Mab.* Hibernenſe

4 Sancto igitur Auſtaſio *d* abbati *, qui tunc in prædicto monaſterio ſanctæ atque beatæ monachorum

A nachorum multitudini præerat, Audomarus cum ſuo unanimiter genitore religioſa manifeſtant * deſideria, ſequentes, quod ſcriptum eſt: Interroga patrem tuum, & adnuntiabit tibi *, majores tuos, & dicent tibi. Sanctus verò Auſtaſius eos Dei amore flagrare cernens, & in B. Audomari vultu & verbis gratiam cognoſcens fuiſſe * divinam, ſalubre atque perfectum ſecundum ſacræ Scripturæ auctoritatem prædictis Dei famulis dedit conſilium, ſuadens videlicet utriſque aliquando ſimul, aliquando ſeparatim, ut ſub regulari diſciplina ſecum in Dei perſeverâſſent * ſervitio. Ambo igitur divino ardentes amore, ſpiritalis patris Auſtaſii ſequentes conſilium, ſub ſacræ Regulæ jugum mente devota ſe ſubjecerunt. Beatus igitur Auſtaſius immenſo gaudio repletus, eos ſancto monachorum conſortio conjunxit. Dehinc S. Audomarus, ſpiritali gratia plenus, ætate tener, fide robuſtus, diſtricto Regulæ rigori ſubditus, inter agium monachorum populum fuit imbutus, omnibuſque Chriſti militibus, in prædicto monaſterio habitantibus, divina ſuadente gratia amabilis fuit. Erat enim mente caſtus & corpore, obedientiâ B atque humilitate refertus, in divina ſcientia eruditus, caritate & manſuetudine plenus, diſtrictis parſimoniæ caſtigatus jejuniis, prolixis noctium pervigil excubiis, ſciens quod ſcriptum eſt: Beati ſunt ſervi illi, quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes.

monachus fit Luxovii, ibique virtutibus ſplendet:

d

* *ibid.* abbate

* *ibid.* manifeſtaverunt

* *al. addit.* &

* *al.* eſſe

* *al.* perſeverarent

epiſcopus factus, Morinos gentiles convertit,

5 Dehinc B. Audomari fama, per multa loca vulgata, uſque ad Dagoberti Franchorum regis notitiam pervenit: abſcondi enim non poteſt civitas ſuper montem *e* poſita. Poſthæc, multis intervenientibus annis, à reverentiſſimo prædicto principe Dagoberto *f*, & ab omni Franchorum populo vocatus, S. Achario *g* Noviomenſe epiſcopo opitulante, ad docendum atque ad gubernandum Terwanenſis *h* urbis populum epiſcopalem *i* cum magna mentis humilitate ſumpſit honorem: in quo gradu verbum Divinum in corda credentium ſeminans, animarum corporumque languores curans, captivos vinculatoſque redimens, viduarum inopumque præ omnibus curam gerens, plebem ſibi à Domino creditam ritè gubernabat. Prædictus igitur Terwanenſis populus, licèt ante adventum B. Audomari à ſociis Dionyſii *k* martyris, Fuſciano *l* videlicet & Victorico, verbum audivit divinum eodem etiam tempore, quo S. Quintinus in Ambianenſe prædicabat urbe, multi adhuc ex ipſis Terwanenſibus culturæ * adhærebant idolorum.

e

f

g

h

i

C

k *l*

* *Mab.* cultui

& idololatriam deſtruit.

6 Poſtquam enim duo beati viri prædicti Fuſcianus & Victoricus de prædicta Terwanenſium urbe perrexerunt, & in Ambianenſium civitate martyrio coronati ſunt; tunc Terwanenſes ad culturam iterum reverſi ſunt idolorum. Non ſolùm enim hi, qui nomen Domini antea recipere noluerunt; ſed etiam hi, qui à prædictis patribus fuerunt baptizati, pari errore ducti idola *m* colebant. Summus igitur prædictus pontifex Audomarus eamdem ingreſſus urbem, ſalutifera divini verbi præcepta ſtolidis paganorum cordibus tradidit, feraſque eorum mentes, quæ tetris ignorantiæ caliginibus cæcata ſunt *n*, largo Euangelii lumine inluminavit, vanaque ſimulacra deſtruendo * igni tradidit, ſacrilegamque idolorum culturam in prædicta urbe funditus evertit, omnemque in ea habitantem populum ad fidem convertit Catholicam, divina ſibi ſuffragante gratia: omni enim operanti bonum Deus cooperatur: ſi enim, teſtante apoſtolo, Deus pro nobis, quis contra nos eſt?

m

n

* *al.* deſtruenda

A. ANONYMO. *Cùm Sanctus Bononiæ degeret, juvenis quidam, non obtentâ ab eo licentiâ,*

7 Poſtquam verò prædictam plebem ad veri Dei cultum præfatus Pontifex convertit, verbum divinum concurrentibus ad eum undique prædicando turbis, multoſque in Dei nomine variis liberando languoribus, magnarum ſibi ſigna virtutum largitio conceſſit divina, de quibus nunc almigeris illius virtutibus ſubſequens ſermo, Chriſto favente, pauca depromere properat. Quadam verò die Audomarus, egregius Chriſti confeſſor, in Bononia *o* urbe perſeverans, poſt nocturnas vigilias diluculo more ſuo ſolito ſurgens, in eccleſiam intravit orare, ibique prolixum æſtivi diei ſpatium, verbum Dei circumſtantibus turbis prædicans, Miſſamque Chriſtiano populo cantans, ægrotis variis generibus morborum manus imponens, meridianis diei horis vitæ venerabilis Senex *p* laſſus ſeſe locavit ad lectum, dehinc parvum pauſandi ſpatium volens ſuo indulgere multis laboribus fatigato corpuſculo. Unus de circumſtantibus ipſius miniſtris, juvenili ætate laſcivus, acceſſit ad illum, dicens: Domine, da mihi nunc tuam mecum habere licentiam, ad vicina pelago volo nunc pergere loca. Tunc Senex juveni dixit coram turba petenti: Non habes licentiam, fili mi, adhuc pergere foràs: nam tibi hîc melius reor exſpectare parumper, donec me ſoſpitem de ſomno ſurgere cernas. Prævidit enim providus Speculator ſui gregis prophetico plenus ſpiritu, erranti juveni quòd eſſet malum abire. Tunc ſomno ſopitus feſſus ſic ſiluit Senex.

o

p

E

naviculam ingreditur, & in mari periclitatur;

8 Aſt juvenis optimi ſpernens præcepta Patroni, ut mos eſt juvenibus juſſa ſic ſpernere ſenum; tunc rapidis greſſibus velox ad mare migravit. Tum parvam naviculam cernens in litore ſtantem, quâ ſoliti fuerant * homines parvum tranſcendere flumen, quod accolæ nominatur * ipſis in partibus Elna *q*; immemor at juvenis cæcatus amore ludi, inconſultè actutum ſolus aſcendit in illam, ipſe volens ludere inter * hujus rivuli ripas. Aſt illum in pelagus rapuit vis valida venti. Tunc ſubitò ſurgens in ponto ſæva tempeſtas, ipſa navicula, undis tumeſcentibus quaſſata, nec gubernacula nec gubernatorem habens, huc & illuc fluctibus errans, natabat in mari, quod magno Britanniam gurgite ſecernit à Francis, quod ſæpè fortiſſimis merſis hîc navibus nocet *r*. Aſt miſer nec propriam cernens, nec alteram terram, tunc illum pœnituit quòd ſprevit verba Patroni: mori ſeſe credidit ventis pugnantibus undis * : nec navis, nec juvenis poterat reſiſtere ponto. Tunc illum per merita Deus Audomari precantem trepidum Saxonicam *ſ* ilico deduxit ad terram. Tunc iterum ſtupidus ignota cernens arva, raptores tremulus ſe denudare timebat, ſi ſolus diutiùs illic exſpectare tentâſſet.

* *Mab.* fuerunt

* *Mab.* nominant

q

* *ibid.* in

F

r

* *ibid.* in undis

ſ

ſed invocata ope S. Audomari,

9 Hinc nonam * confitens inobedientiæ culpam, lacrymis ubertim profuſis poſtulans opem, Audomarum tremula clamans tunc voce patronum, in Dominum fidens citò recurrit ad navem *. Omnipotens ventum illi concedens aptum, miteſcere pelago jubens antè tumenti, navicula natans rurſum per mare ſerenum, ad tutum * iterum ſalvus remeaverat * portum; de quo illum antè fortis rapuerat Eurus, prædictus rivulus Elna ubi intrat * in mare. Nauta ſurgens ilico notos agnoſcens agros, inlæſam linquens ſuam in litore navem, litoreas calcans rapidis greſſi-

* *Mab.* rectiùs notam

* *ibid. additur* ilico

* *ibid.* actutum

* *ibid.* remeavit ad

* *ibid* intravit

A. ANONYMO. gressibus algas, multimodas agens gratias Omnipotenti, ad suum pœnitens rursum recurrit Patronum. In eo Episcopus adhuc loco moratus, quo somno sopitum antè reliquerat illum, mirâ omnipotentis Dei misericordiâ in eisdem horis celer ille reversus *. Tunc proximans postibus aulæ, ubi senex orabat, miser multis vicibus citò prostratus ad terram, humidis vultibus culpam confessus, cum fletu suspirans, lacrymis veniam flagitabat profusis.

* *ibid.* reversus est

mirabiliter periculo liberatur.

10 Tunc leniter Senex inquit, corripiens illum: Fili, tibi antea dixi, quid esset venturum, quod non te decuit hodie pergere foràs. Cur ausus es postea nostrum contemnere verbum? Tunc tremulus juvenis suo respondit Patrono: Mea culpa, Domine, mea veraciter culpa: ignosce misero mihi per te à morte reducto. Tunc ipse, ut diximus, sua pericula narrans, quòd solus inter tumentes Oceani fluctus, interque voraces circà scopulos currentium gurgitum æstus in parva navicula, multa perpessus in ponto, nec mari se credidit vivum evadere posse, nisi illum misellum humanam desperantem opem Audomari meritis Deus liberâsset de morte. Tunc silere juvenem jussit sic sobrius Senex, incautum discipulum humili reprimens mente: Ne * hoc verbum iterum foràs ab ore depromas, nec ulli homini hæc de me dicere debes, quamdiu me videris * hac brevi perfrui vita, ne zabulus superet nos jactantiæ culpâ; nec ab ore hominum debemus quærere laudem, ne inanis gloria cor nostrum levet in altum *t*. Hinc post hujus obitum cuncta per ordinem monstrans, narravit discipulus ille, quæ passus fuit in undis.

B

* *ibid.* Nec

* *al.* videas

ANNOTATA.

a *Constantia, vulgo* Constantz, *notissima est Germaniæ urbs, in Suevia provincia ad lacum Constantiensem sita.*

b *Friulfi &* Audomari *genealogiam aliqui contexere conati sunt, sed frustra, opinor. Vide dicta de hisce in Commentario* § 2.

c *De celeberrimo hoc cœnobio Luxoviensi, ejusque conditore S. Columbano, cujus Vita dabitur ad* 21 *Novembris, jam frequenter actum est in Opere nostro, & præsertim ad Vitam S. Eustasii abbatis, datam* 29 *Martii.*

C

d Austasius *scribitur tam apud Mabillonium quàm in Ms. nostro, uti etiam in Cameracensi, quod leviter interpolatum & in fine auctum: quin & in Vita tertia, quæ item ex hac & aliis monumentis collecta est. Attamen nomen ipsius rectiùs scribitur* Eustasius, *de quo, ut jam monui, actum est.*

e *Hæc vox in Ms. nostro omissa, sed legitur apud Mabillonium, & in Ms. Cameracensi.*

f *Dagobertus monarchiam, mortuo Clotario II, adeptus est anno* 628, *defunctusque mense Januario anni* 638. *Quare tempore his annis intermedio* Audomarus *creatus est episcopus. Vide dicta in Commentario num.* 15 & 16.

g *De S. Achario jam mentio facta est in Commentario, & de eodem agi poterit ad* 27 *Novembris.*

h Teruana, *vel* Taruanna, *ab antiquis vocatur, aut etiam* civitas Morinorum, *quorum erat metropolis. Sita erat in Artesia hodierna ad flumen* Lisam *aut* Legiam *dictum, quod ibi modicum est, atque ex Artesia in Flandriam labitur, varia alluens oppida, donec Gandavi miscetur Scaldi: Gallis* le Lis, *Flandris* Leye *vulgo dicitur.* Teruanna *porrò excisa est seculo* 16 *jussu imperatoris Caroli V.*

D

i *Primum videri episcopum Teruannensem aut Morinensem* S. Audomarum, *ostendi in Commentario* § 3.

k *In Vita tertia etiam legitur* Dionysii. *At auctor secundæ Vitæ habet* Luciani, *ita ut videatur voluisse Vitam primam corrigere. Vel sola hæc interpolatio ostendit scriptorem illius Vitæ esse posteriorem: nam communis persuasio erat usque ad Hilduinum, qui S. Dionysium Parisiensem voluit eumdem facere cum Areopagita, venisse Dionysium cum multis Sociis, inter quos numerabantur SS. Fuscianus & Victoricus, qui apud Morinos prædicâsse dicuntur; uti & S. Lucianus & S. Quintinus. Hanc opinionem asseruit primæ Vitæ auctor. At auctor Vitæ secundæ, utpote posterior Hilduino seculi* IX *Scriptore, qui Dionysium multo vetustiorem faciebat, non ausus est Dionysii socios dicere Fuscianum & Victoricum; sed ex Dionysii sociis unum elegit, cujus illos vocaret socios.*

l *De SS. Fusciano & Victorico agendum erit ad* XI *Decembris, ubi simul examinari poterit eorum apud Morinos prædicatio. S. Quintinus verò spectat ad* 31 *Octobris.*

E

m *Fuisse & alios quosdam post Fuscianum & Victoricum prædicatores in Morinis, patet ex dictis in Commentario* § 3; *at exiguus fuisse videtur prædicationis ibidem fructus ante* S. Audomarum, *qui non multos invenit Teruannæ Christianos, si his Actis credimus. Vix tamen dubito, quin aliqui Teruannæ supereſſent Christiani, & fortè plures Bononiæ: nec id omnino negat auctor.*

n *Apud Mabillonium* cæcatas, *omissis* quæ *&* sunt.

o *Bononia erat altera civitas episcopatûs Morinensis, sitaque est ad mare, ut passim notum est.*

p *Si senex erat* S. Audomarus, *quando hæc contigerunt, verisimiliter extra ordinem fuerunt narrata.*

q *In aliis Vitis* Helna, *in Ms. Cameracensi* Alna. *Notatur in tabulis prope Bononiam modicus fluvius, ibidem mari illabens: docetque Malbrancus lib.* 3 *cap.* 17 *nunc* Lianam *dici.*

F

r *Ad duo apographa Vitæ secundæ notatum est, verba de mersis sæpè in illo freto navibus esse cujusdam interpolatoris. At falluntur, qui id notârunt, quia nulla alia istius opinionis ratio est, quàm quòd illa non sint in Vita secunda, ubi sunt omissa; sed omissa non sunt in Vita tertia.*

s *Terram* Saxonicam *Malbrancus lib.* 3 *cap.* 17 Britannicam *explicat, imò & ei consentiens Mabillonius intellexit* Anglicanam, *sed perperam, quia juvenis ille non tamdiu abfuit ab* Audomaro, *ut potuerit ad littus usque Britanniæ pervenire, indeque redire. Quare tam longè quærenda non est terra Saxonica, cùm & Saxones fuerint intra fines Galliarum, & in ipsa quoque Belgica secunda, ad quam spectabant Morini, aut certè in ejus vicinia. Etenim in Notitia dignitatum imperii per Gallias, edita apud Chesnium tom.* 1 *pag.* 3, *dicuntur esse* sub dispositione . . . ducis Belgicæ secundæ equites Dalmatæ Marcis in litore Saxonico. *Erat ergo littus Saxonicum in Belgica secunda, & consequenter non longè aberat Bononiâ. Valesius in Notitia Galliarum pag.* 315 *locum* Marcos, *ubi equites*

A *equites illi erant in littore Saxonico, credit esse hodiernum* Merq *aut* Merc, *qui vicus est inter Calesium & Gravelingam. At quidquid sit de illo loco, littus Saxonicum erat verisimiliter inter Bononiam & hodiernam Flandriam; eóque appulit juvenis ille vento abreptus.*

† *Si quis stylum, quo totum hoc factum enarratur, consideraverit, facilè videbit, ligato stylo fuisse primò enarratum, cùm multi etiamnum versus hexametri immixti sint relationi. Hinc contigisse puto, ut phrasis sæpe sit hiulca & vitiosa, quòd auctor minùs peritus voluerit pleraque poëtæ expressiones leviter tantùm mutare.*

CAPUT II.

SS. Mummolinus, Ebertramnus & Bertinus veniunt ad Audomarum, qui varia ipsis
B ### *præstat beneficia: Sancti cæcitas, morbus extremus, mors, sepultura, miracula.*

Ad Sanctum venit S. Bertinus cum Sociis, *a*

* Ebertramnus *dicitur apud Mab.*

b

POst hoc non multo temporis intervallo *a* ad B. Audomarum de prædicta Constantinense regione tres una cum mente viri Mummolinus, & Bertramnus * sanctusque Bertinus *b* pariter venerunt, relinquentes etiam secundum Domini præceptum parentes, patriam, omnesque propinquos. Sanctus verò Audomarus prædictos Dei famulos gratificè recepit, immensasque omnipotenti Domino gratias agens, qui tales sibi ad prædicandum Euangelium adjutores deduxit. Erant enim præfati viri in fide perfecti Catholica, & in ecclesiasticis disciplinis atque in divina Scriptura eruditi. Parvo posthæc temporis spatio transacto, S. Audomarus cum prædictis beatis viris, Divina sibi stimulante gratia, monasterium cogitavit in Dei fundare nomine: ad habitandum enim monachis, divina sibi largiente mi-
C sericordia, locum habebat aptum.

quibus locum donat ad construendum monasterium:

12 Erat enim vir quidam potens Adrowaldus nomine, in divitiis hujus sæculi vanis valde dives, quem B. Audomarus de errore gentilitatis ad fidem convertit Catholicam, quemque cum omni sua baptizavit familia. Adrowaldus verò prudenti consilio fallaces divitias præsentis sæculi spernens, nec ullum habens filium, magnam suæ hæreditatis partem cum omni sua multiplici substantia Deo & beato obtulit Audomaro, [villam *] videlicet, quæ noto nomine vocatur Sithiu. Beatus verò Audomarus in prædicta villa ante adventum prædictorum ad eum virorum ecclesiam *c* ædificavit in eo etiam loco, in quo suum pausat in pace corpusculum. Postquam ergo præfati Dei famuli ad eum pervenerunt, concessit illis, ut monachorum habitaculum ædificâssent *, ubicumque illis in prædicta placuisset villa. Sancti igitur viri Mummolinus atque Bertinus cum ceteris eorum in Christo sociis monasterium ædificare in quodam loco cœperunt, quod usque hodie vetus vocatur monasterium: sed in eo loco paucis morantes annis, divina eis suadente gratia, alium voluerunt eligere locum.

* *vox hæc in Ms. omissa*

c

* *al.* ædificarent

13 Beati igitur viri in Domini confidentes misericordia, perfectum invenerunt consilium, protinus enim in navem ascendentes sine gubernatore & remigio, ac sine ulla cibi & potus cura, huc atque illuc in spatioso stagno, adhærente prædicto eorum habitaculo, navigantes, omnipotentem rogabant Dominum, ut in * locum, quem suâ illis præparavit misericordia, eos deduceret inlæsos, dicentes invicem, quòd non ascensuri essent de prædicto stagno, nisi quando, navicula eorum aptum tenente * portum, contigisset illis secundum ordinem Psalterii subsequentem cantare versiculum: Hæc requies mea in sæculum sæculi, hîc habitabo quoniam elegi eam. Misericors igitur Dominus, qui suis ubique præsens est famulis, prope est enim Dominus omnibus invocantibus eum, navem, in qua beati fuerunt prædicti viri, post aliquod prævisum sibi spatium ilico deduxit ad terram. Tunc etiam illi prædictum canentes versiculum, sine mora navem relinquentes, læti intraverunt in terram, cognoscentes etiam locum illum à Domino ipsis traditum. Dehinc, B. Audomaro pio eorum favente patre, monasterium nomine Sithium * ex prædicta villa nominatum super Agnionam fluvium in Dei nomine ædificare cœperunt. A. Anonymo. *aliud illi deinde cœnobium ædificant, favente Audomaro,* * *ibid.* ad

* *al.* tenendo

E

* *al.* Sithiu

qui abbatem illic constituit Mummolinum, ac deinde Bertinum. Sanctus fit cæcus:

14 Confluentibusque undique religiosis viris ad prædictos Dei famulos, B. Audomarus Mummolinum multitudini præposuit monachorum. Sed non multo posthæc temporis intervallo, præfatus venerabilis abbas Mummolinus ad Noviomensis urbis episcopatum, divina largiente gratia, provectus est, & per viginti & sex annos prædictæ civitatis populum, à Domino sibi creditum, ritè gubernabit *d*. Gloriosus igitur pontifex Audomarus post Mummolinum in prædicto monasterio sancto monachorum choro beatum præposuit Bertinum: sanctis enim fratribus, in eodem loco sub strictæ Regulæ rigore Deo servientibus, dilectus atque amabilis beatus fuit Bertinus. Erat enim vir venerabilis, in divinis rebus prudens, & providus gregis sui pastor, in malis verò simplex & innocens, secundum Domini præceptum: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Posthæc verò, multis *e* intervenientibus annis, B. Audomarus carnales amittens oculos, temporali privatus est lumine, ut perpetua luce inluminatus in Dominum *f* semper adspiceret, sicut B. David dicit: Oculi mei semper ad Dominum: & idem dicit: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis. Post * amissionem verò carnalium oculorum spiritali lumine repletus, populum à Domino sibi creditum eodem regebat ordine.

d

e

F

f

* *Mab.* Per

morboque deinde correptus piè moritur:

15 Posthæc verò, paucis intervenientibus annis, cùm prædictus venerabilis vitæ senex Audomarus nimio febris ardore fuisset fatigatus, cúmque diem obitus sui adfuisse cognovisset, eodem *h* die de lectulo, in quo jacebat, surrexit, atque in ecclesiam ingressus, pronus coram altari * cum lacrymis Dominum pro se & pro circumstante eum oravit populo. Corpus verò Christi & Sanguinem communicando, turbisque se circumdantibus prædicando, oculis in cælum elevatis, tremulisque manibus quatiente febre atque senectute extensis, suos devota mente benedixit discipulos *i*, dicens: Immensam omnipotentis Domini precor clementiam, ut vos filioli mei in regno Dei merear videre felices. His verò omnibus in eodem die ritè peractis, ad suum iterum reversus est lectulum, atque in eo-

g

h

* *ibid.* altare

i

dem

A. Anonymo. dem jacens *k* toto corpore ſolito more extenſo, vultuque ſereno, anima ſui ſancti Confeſſoris, angelorum agminibus circumdata, ad omnipotentem egreſſa eſt Dominum *l*. Hi verò, qui in eadem hora in ea domo præſentes fuerunt, teſtati ſunt, quòd talis eorum nares & ora intravit odor, quaſi illa domus omnibus aromatibus fuiſſet plena, ſicut ſæpè in aliorum Sanctorum exitu contigit. Pretioſa eſt enim in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.

k

l

ſepelitur à S. Bertino.

16 Prædictus verò venerabilis abbas Bertinus, divina ſibi gratia revelante, ſtatim ad locum, ubi venerabilis ſenex obiit, cum ſuis pergendo monachis, ſacrum B. Audomari corpus cum pſalmis & hymnis & canticis ad locum ſepulturæ deduxit, eumque in prædicta eccleſia *m*, quam ille beatus Pontifex in Sithiu ædificavit, cum immenſo circumſtantis populi ſepeliêrunt luctu. Sanctus autem * Audomarus beato prædixit Bertino, cunctiſque fratribus tempore illo Domino in Sithiu ſervientibus, ut quando ei ſors * incerta extremæ contigiſſet horæ, in prædicto loco ſuum ſepelirent corpuſculum.

m

* *al.* enim

* *Mab.* mors

B *Oleum ex lampade ſupra ſepulcrum & ſanationes.*

17 Parvo igitur temporis intervallo, poſtquam corpus venerabilis Viri in prædicto loco fuit ſepultum, juxta ſepulcrum ejus ex pendente deſuper lampade, divino lumine repleta, per prolixa annorum ſpatia luciſluum ſtillabat oleum. In hoc verò divinam clementiam diligenter intuentibus apparet, quantam in conſpectu æterni regis beatus ſuus confeſſor Audomarus gloriam habeat * : cùm juxta ſuum venerabile ſepulcrum glorioſa ſæpe hucuſque oſtendit ſigna. Multi enim variis languoribus fatigati, cùm ad B. Audomari tumulum perveniunt, divina largiente gratia, ſubitam recipiunt ſanitatem. Omnipotens enim Dominus non ſolùm glorioſas per ſuos Famulos perfecit * virtutes, dum hac utuntur vita, ſed poſt felicem eorum obitum ſignis ac virtutibus in diverſis mundi partibus eos glorificare non ceſſat, ſicut per prædictum agium ſuum confeſſorem Audomarum multas poſt obitum ſuum fecit virtutes, quas, favente Domino, ſubſequente narrabimus ſermone.

* *al.* habet

* *al.* perficit

Quidam aliquid petuniæ ab altero cùm accepiſſet mutuo,

n

C

18 Parvo igitur poſt B. Audomari obitum ſpatio tranſacto, quidam vir avaritiæ æſtibus accenſus, praviſque (ut fertur) moribus plenus, ad ſuum acceſſit compatrem *n*, poſtulans ab eo, ut unum argenteum ſibi uſque ad ſtatutum tempus accommodaret ſolidum, per ſuam etiam ſubdolam teſtando fidem, quòd ſtatuto ad eum tempore iterum redditurus eſſet. Alter verò ſimplici animo ſuum credendo compatrem, argentum callido precanti dedit * amico. Paucis verò diebus tranſactis, ſtatuto ad eum venit tempore, dicens: Redde mihi meum, quòd tibi accommodavi, argentum: ſtatutum enim tempus tuæ promiſſionis advênit. Tunc fallax amicus torvis eum intuens oculis, aſperiſque cum eo loquendo verbis, audaci animo juravit negando, quòd numquam ab eo ullum accepiſſet ſcripulum *o*. Tunc ille, qui prædictum accommodavit ſolidum, recta reſpondit ratione, dicens: Pergamus ſimul uſque ad beati confeſſoris Chriſti Audomari venerabile ſepulcrum, ut tu mihi ibidem per glorioſa ejuſdem Pontificis merita jurando confirmes, quod hic negare conaris.

* *al.* præſtitit

o

idque negaret jurans per merita S. Audomari; mox punitur.

19 Tunc ille miſer, mortalis lucri amore cæcatus, & à principe mendacii * diabolo etiam confortatus, qui mendax fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, veſano animo ad B. Audomari iturus baſilicam iter arripuit, paratus etiam in ſua perſeverando nequitia perjurium perficere. Tunc ambo aſperis inter ſe loquentes verbis, per unam commeando viam ad venerabilem B. Audomari baſilicam, eam cernendo adproximabant. Tunc ille, qui ſolidum requirebat, ad ſuum ait compatrem: Quid nobis eſt neceſſe ad B. Audomari propiùs accedere baſilicam? Deus enim ubique præſens eſt; jura mihi in iſto loco, in quo ſtamus per B. Audomari merita, quòd accommodatum à me non accepiſti ſolidum. Tunc ille iniquus extendens manus, linguamque ad proferendum perjurium movens, oculoſque ad baſilicam B. Audomari elevans, ſubitò ultione percuſſus divina pronus ad terram cecidit, oculique in eodem creputerunt momento: & poſthæc duobus tamen diebus vitâ ſibi conceſsâ ad terrendos videlicet alios, qui eum in tali anguſtia viderunt, die tertia miſerrima defunctus eſt morte.

* *al.* mendacì

D

Miraculum in vita obtentum: factaque in eodem loco deinde miracula.

20 Eſt ergo aliud miraculum, quod per B. Audomari merita factum fuiſſe non dubitatur, quodque uſque ad præſentem diem, divina operante potentia, certis declaratur indiciis. Quadam fortè die, dum de Terwanenſi urbe ad vicina pergèret loca, cúmque meridianis diei horis parvum pauſandi ſpatium ſuo voluiſſet indulgere corpuſculo, ſub quadam jacuit arbore non longe villâ *, quæ Cornaccus *p* vocatur. Dum verò Vir venerabilis evigilâſſet, ligneam ſtatim dolavit crucem, & eam in prædicta, ſub qua jacuit, arbore fixit: in ſequenti verò nocte in eodem loco, in quo agius Chriſti Confeſſor jacuit, immenſum apparuit lumen: omneſque in illius loci circuitu habitantes, hoc videntes miraculum, dicebant: Hic etiam locus idcirco tali nunc lumine fulget, quia ex B. Audomaro, in præcedente die ibidem pauliſper pauſante, fuit conſecratus atque benedictus. Et uſque ad præſentem diem multi infirmi in eodem loco ſanitatem recipiunt, largiente Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria cum Patre & Spiritu Sancto per æterna ſecula ſeculorum. Amen.

E

* *Mab.* à villa

p

ANNOTATA.

F

a *Quod hîc de tempore dicit auctor, non multum meretur conſiderationis pro chronotaxi figenda. Sanè ſi ſenex erat* Audomarus, *quando præcedens factum contigit, adventus Mummolini & Sociorum præponendus eſt, cùm illi haud dubiè advenerint, antequam ſenex eſſet* Audomarus. *Quare, niſi ibi* ſenex *vocetur minùs propriè, erravit ſcriptor in rerum ordine: neque id mirandum eſſet, cùm fuerit centum & quinquaginta fortaſſe annis poſterior hiſce factis.*

b *De S. Bertino actum eſt 5 Septembris, ubi pag. 586 & 587 dedimus & illuſtravimus omnia, quæ hîc narrantur de eo, ejuſque Sociis, atque etiam de Adroaldo.*

c *Agitur de hodierna eccleſia* S. Audomari, *quam ſtructam fuiſſe ante adventum S. Bertini exiſtimo. Attamen non crediderim, illam initio fuiſſe tantæ molis, quantæ nunc eſt, ſed modicam, & fortaſſe dumtaxat ſacellum, in quo presbyter aliquis ſacra adminiſtraret. Eadem eccleſia deinde monaſterio aucta eſt, dataque ab* Audomaro *S. Bertino, cujus ſucceſſores eam poſſederunt uſque ad annum* 820, *quo monaſterium iſtud canonicis fuit traditum, ut variis auctori-*

A *auctoritatibus oſtendi in S. Bertino § 9. Hiſce contraria non pauca invenio in Opuſculo, quod Audomarenſes ediderunt contra Bertinianos. Quare illorum rationes breviter examinabo. Primò pag. 60 nituntur oſtendere, eccleſiam illam fuiſſe magnam ab initio: allegantque in hunc finem hæc verba ex Vita apud Surium edita:* Egregium templum in Sithiu magnis ſumptibus extruit. *Reſpondeo hæc quidem verba reperiri apud Surium; ſed primò illa haberi poſt relatum ibidem adventum Bertini & aliorum; ſecundò Surii ipſius, qui ſtylum mutavit, verba eſſe, non antiqui biographi. Quare nihil illa verba probant; ſicut nihil probant verba, quæ mox ſubjunguntur ex miraculis* S. Audomari, *cùm agatur de templo, non ſicut initio ſtructum eſt, ſed ſicut fuit ſeculo* IX *aut* X *Adducuntur tertiò ex Vitâ quadam metrica, quam non vidi, hæc verba:* Venerabile templum, . . . monaſterium ſtructu cultuque decorum . . . à fundamentis erexit ſumptibus amplis. *Reſpondeo, poetam illum cum exaggeratione loqui, ſi loquatur de eccleſia ante adventum Bertini ſtructa. At veriſimiliter ſolùm conſideravit eccleſiam, qualem*

B *ſuo tempore videbat. Certè monaſterium ſeriùs fuit conſtructum, nec in uſum clericorum, ut ſine fundamento volunt Audomarenſes; ſed in uſum monachorum, quemadmodum oſtendi in S. Bertino, & iterum oſtendam inferiùs. Interim lubet hoc loco omnia recenſere ædificia, quæ per* S. Audomarum *in Sithiu condita in Opuſculo ſuo volunt Audomarenſes canonici. Primò ei cum Vita tertia attribuunt conſtructionem eccleſiæ S. Martini. Secundò per eumdem volunt ædificatam eccleſiam cum monaſterio S. Mariæ, nunc* S. Audomari *dictam; atque in illo monaſterio clericos ab eodem conſtitutos. Tertiò xenodochium ab eodem in Sithiu ædificatum dicunt. Quartò de cœnobio S. Bertini ibidem conſtructo nullum eſt dubium. Verùm tot ædificia in vico modico conſtructa fuiſſe tempore* S. Audomari, *ne veriſimile quidem eſt, nedum verum aut antiquorum auctoritate probatum.*

d *Rectiùs legitur* gubernavit *apud Mabillonium, cui conſonat Ms. Cameracenſe. De Mummolino fuſiùs agetur ad* 16 *Octobris. Negant Bertiniani S. Mummolinum in vetuſtiſſimo ſuorum abbatum catalogo, quem ſeculo* X *concinnavit Folquinus diaconus, locum habere. At Folquini auctoritas magna eſſe nequit pro rebus ſeculi* VII. *Hinc Sanctum illum ne recuſantibus quidem abjudicare audemus.*

C e *In Ms. noſtro habetur:* Multis temporibus intervenientibus annis; *ſed vox* temporibus *redundat, neque eſt apud Mabillonium, aut in Ms. Cameracenſi, ideoque omittendam credidi.*

f *Hìc in Ms. noſtro omiſſa eſt linea una, ut clarè patet. Hinc dedi illam ex editione Mabillonii, cui & Ms. Cameracenſe congruit.*

g *Hæc verba inſinuant,* S. Audomarum *paucis tantùm annis fuiſſe cæcum, quod rectè de tribus aut quatuor poteſt conjici. Nihil habet Vita tertia aut Suriana, quod huic conjecturæ repugnat. At Vitæ ſecundæ num.* 12 *habet, cæcum eſſe factum* per plurimos ante obitum ſuum annos. *Verùm ſcriptor ille mihi deferendus videtur, cùm haud dubiè primo biographo ſit poſterior, nec aliunde aliquid inveniam, quod ei multùm faveat*

h *Eodem die, opinor, quo aut revelatione divina noverat mortem ſibi inſtare, aut id conjiciebat ex morbi natura. At neceſſe non eſt, ut credamus, Sanctum illa omnia, quæ ſequuntur, feciſſe ipſo die, quo obiit; licet ſecunda Vita id habeat.* A. ANONYMO.

i *Quæ illo die in eccleſia fecit Sanctus, ad hæc reducuntur. Corpus & Sanguinem Domini pro viatico ſuſcepit: circumſtantes paucis verbis allocutus eſt, iiſque benedixit. At ſecundus biographus hæc imprudentiſſimè auxit.*

k *Ms. Cameracenſe,* cùm jaceret: *ſic hiulca phraſis ſit perfecta.*

l *Circa annum* 670, *ut dictum eſt in Commentario num.* 38.

m *In eccleſia videlicet B. Mariæ, quæ tunc ſecundaria erat cœnobii Sithienſis: at nunc eſt cathedralis Audomaropolitana. Porrò eccleſiam illam fuiſſe S. Bertini ejuſque Succeſſorum abbatum Sithienſium, tam multis certiſque teſtimoniis oſtendi in S. Bertino § 9, ut exiſtimem id negari non poſſe ab ullo, qui veritatis amantior ſit quàm contentionis. Inter alia hunc adduxi locum, ex quo patet S. Bertinum fuiſſe in poſſeſſione eccleſiæ S. Mariæ, cùm in ea cum ſuis monachis* S. Audomarum *ſepelierit. Quis enim credat* S. Audomarum *voluiſſe à Bertino ſepeliri in aliena eccleſia? Præterea ne mentio quidem* E *fit clericorum in ulla Vita, quam vidi, quando narratur ſepultura Sancti; cùm tamen undecim habeam exemplaria, partim impreſſa, partim Mss., Vitarum* S. Audomari. *Itaque plane ignoro, unde producta ſint verba, quæ in Opuſculo Audomarenſium inter inſtrumenta pag.* 49 *hoc modo laudantur:* Ubi corpus ſancti Viri ſanctus Bertinus abbas cum ſuis monachis & clericis ſanctiſſimi Viri, cæteriſque fidelibus Chriſti ſepelierunt. *Ignoro, inquam, unde hæc fuerint producta; neque exiſtimo hæc legi in codice illo utcumque vetuſto. At ſatis video, allegata verba prorſus inutilia eſſe ad oſtendendum eo tempore clericos habitâſſe in monaſterio B. Mariæ. Etenim cùm ſatis veriſimile ſit, aliquot clericos adfuiſſe morienti* Audomaro, *& plures ad funus ejus accurriſſe; facile credidero eoſdem quoque ſepulturæ ipſius & exſequiis adfuiſſe. At inde nullâ dialecticâ inferri poteſt, eos tunc habitâſſe in Sithienſi monaſterio B. Mariæ. Non minùs inutili conatu auctor dicti Opuſculi pag.* 61 *recurrit ad illa, quæ in Vita* 3 *narrantur facta in Sithiu num.* 11 *&* 12. *Aliqui ibidem cum* S. Audomaro *dicuntur fuiſſe* diſcipuli, *quod auctor explicat de clericis. Nihil de hiſce negaverim. neque enim dubito, quin* S. Audomarus *clericos habuerit. At ſatis mirari nequeo, auctorem ex eo facto inferre,* ſancto Epiſcopo diſcipulos fuiſſe, qui cum ipſo habitabant in Sithiu ante adventum S. Bertini, *ut Gallicè loquitur. Quippe dicitur veniſſe in Sithiu cum diſcipulis,* dum . . . epiſcopali more vicos circuiret: *dicitur ibidem ſe* hoſpitio *recepiſſe: & demum res contigiſſe dicitur, antequam eccleſia B. Mariæ ibi eſſet condita. Si ex hoc Sancti adventu in Sithiu auctor inferre poſſit,* Audomarum *cum clericis ſuis habitâſſe in monaſterio B. Mariæ; eadem facilitate contendere poterit, in ſingulis vicis, quos cum diſcipulis adivit* Audomarus, *condita ab eo fuiſſe clericorum monaſteria. Demum laudatus auctor aſſerit, eccleſiam B. Mariæ* monaſterium *vocari in variis Mss. ante adventum Bertini. Reſpondeo, ſic fortaſſe vocatam eſſe eccleſiam illam, quia monaſterium poſtea fuit additum; certè in Mss. meis nihil legi, quo monaſterium iſtud locare poſſim ante adventum Bertini. Præterea vox* monaſterium *me-*

A. ANONYMO.

dio ævo ecclesiam sæpè significat. Quapropter ex illa voce nihil potest evinci, quod monasterio clericorum aut canonicorum faveat. Ceterùm à quo tempore canonici in ecclesia B. Mariæ, quæ nunc cathedralis est S. Audomari, *habitare cœperint, exposui in commentario Vitæ S. Bertini prævio § 8.*

n *Compater, etsi passim significet cognationem spiritualem, hîc tantùm videtur sumi pro sodali aut amico. Secundus tamen biographus eadem voce utitur in sensu proprio.*

o *Apud Mabillonium*, scriptulum : *in Ms. Cameracensi*, denarium : *significatur minimus nummus* : scripulus & scriptulus *idem est medio ævo ac* scrupulus.

p *Nomen hujus loci variè scriptum invenio. In nostro Ms.* Cornaccus : *apud Mabillonium & in Apographo Cameracensi* Orneacus : *in omnibus apographis Vitæ secundæ* Jorniacus : *& demum in vita tertia* Jornacus. *Malbrancus lib. 3 cap. 36 agens de facto hîc relato, de loco ita scribit :* Vicus est Tarruannâ & Rentica lapide quarto dissitus, cui etiamnum JOURNI nomen est. *An ea explicatio sit certa, ignoro ; sed certiorem dare nequeo. Addit etiam Malbrancus Fornacum ea occasione fuisse* S. Audomaro *donatum, de quo magis dubito, quia scriptor ille plures asserit donationes, quàm ut omnes pro certis habere possim.*

VITA ALTERA

Ex quatuor Mss. invicem collatis

PRÆFATIO.

DUm sanctorum patrum veneranda memoria in omnipotentis Dei laudem venerabiliter est recolenda, & eorum honorabilis vita ad exemplum fidelium fideliter est proferenda * ; non opinor esse incongruum, sed potiùs aptum, ut de venerandi Audomari episcopi vitâ & conversationis qualitate, de multis ac plurimis ejus almificis gestis saltem pauca, prout largiente Domino recolere valemus, ad memoriam revocemus, quatenus paginis indita, manifestè fiant declarata.

* *in uno Ms.* præferenda

C

CAPUT I.

Sancti patria & parentes : vita monastica : episcopatus, gestaque in utroque statu : beatus obitus ac sepultura.

Ortus nobili genere prope Constantiam,

HIc igitur agyus pontifex Audomarus ex nobilibus & inclitis secundum sæculi dignitatem, & in fide Catholicâ eruditis, ortus fuit parentibus in Constantiensi regione, nec longè à Constantiâ civitate : & in eo specialiter loco, qui Aurea-vallis vocatur, natus est. Genitor hujus inter suos clarus vocabatur Friulphus, genitrixque illius fuit nuncupata Domitta. Hi verò religiosi parentes prædictum Puerum secundum Christianæ religionis ritum à cunabulis, divinâ gratiâ suffragante, in ecclesiasticis nutriebant disciplinis : unicum enim eum habebant filium. Friulphus vero pòst prædictæ conjugis suæ obitum, & Puero ætate & gratiâ crescente, suavi jugo Christi ac levi, divinâ stimulante gratiâ & misericordiâ, confortante ac suadente Audomaro filio suo, se subdere studuit.

D

cum patre Friulfo tendit Luxovium,

3 Ambo igitur, genitor videlicet Friulphus cum filio suo Audomaro, complentes quod scriptum est, Vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & sequere me, & habebis vitam æternam, mundo mortui, Deo vivi, caducis inopes, perhennibus locupletes, Deo subditi, diabolo rebelles, ætate dispares, mente similes, ad Christi militum perrexere cœnobium, quod famoso nomine vocatur Luxovium, vasta eremo Vòsago *a* situm, quodque a sanctæ memoriæ Hibernienſi viro beato Columbano abbate in Burgundiæ regione in Dei nomine fuit fundatum. Sancto igitur Eustasio abbati, qui tunc in prædicto monasterio sanctæ atque beatæ monachorum præerat multitudini, Audomarus cum genitore suo sua manifestavit desideria religiosa, sequens quod scriptum est : Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, majores tuos, & dicent tibi. Sanctus verò Eustasius eos in Dei amore flagrare cernens, & in beati Audomari vultu & verbis gratiam fuisse cognoscens divinam, salubre atque perfectum secundum sacræ Scripturæ auctoritatem prædictis Dei famulis dedit consilium, suadens videlicet utrisque, aliquando simul, aliquando separatim, ut sub regulari disciplinâ secum in Dei perseverarent servitio.

a

E

& cum eo fit monachus : deinde, Friulfo defuncto, Audomarus

4 Ambo igitur divino ardentes amore, spiritualis patris Eustasii sequentes consilium, sub sacræ Regulæ jugo mente devotâ se subjecerunt. Beatus igitur Eustasius immenso gaudio repletus, eos sancto monachorum consortio continuò conjunxit. Dehinc sanctus Audomarus spirituali gratiâ plenus, ætate tener, fide robustus, districto Regulæ rigori subditus, inter monachorum agyum populum fuit imbutus. Omnibus Christi militibus in prædicto monasterio habitantibus, divinâ suadente gratiâ, amabilis fuit : erat enim mente & corpore castus, obedientiâ atque humilitate refertus, in divinâ scientiâ eruditus, caritate & mansuetudine plenus, districtis parsimoniæ castigatus jejuniis, prolixis noctium pervigil excubiis, sciens quod scriptum est : Beati sunt servi illi, quos cùm venerit Dominus, invenerit vigilantes. Cùm per plures annos sub cœnobiali vitâ cum religionis honorabili cultu vitam pariter duxissent ; Friulphus secundum quod fuit professus, laudabiliter finetenus perseveravit monachus religiosus *b*.

F

b fit episcopus Teruannensis, gentilesque convertit

5 Dehinc beati Audomari fama, per multa vulgata loca, usque ad Dagoberti Francorum regis notitiam pervenit ; abscondi enim non potest civitas supra montem posita. Post hæc, multis intervenientibus annis, à reverentissimo prædicto principe, & ab omni Francorum populo vocatus, sancto Achario Noviomensis urbis episcopo opitulante, ad docendum atque gubernandum Teruanensis urbis populum, episcopalem cum magna mentis humilitate sumpsit honorem. In quo gradu verbum divinum in corda credentium seminans, animarum corporumque

A que languores curans, captivos vinculatosque redimens, viduarum inopumque præ omnibus curam gerens, plebem sibi à Domino creditam ritè gubernabat. Prædictus igitur Teruanensis populus licèt ante adventum beati Audomari à
c sociis sancti Luciani *c* martyris, Fusciano videlicet & Victorico, eodem tempore, quo sanctus Quintinus Ambianis prædicabat, verbum audîsset divinum, multi tamen adhuc ex ipsis Teruanensibus cultui adhærebant idolorum.

ad fidem Christianam.

6 Postquam autem duo beati viri prædicti, Fuscianus & Victoricus, de præfata Teruanensium perrexerunt urbe, & Ambianensium civitate martyrio coronati sunt, tunc Teruanenses ad culturam iterum reversi sunt idolorum: non solùm enim hi, qui nomen Domini antea recipere noluerunt, sed etiam illi, qui à prædictis patribus fuerant baptizati, pari errore seducti idola colebant. Summus igitur prædictus pontifex Audomarus eandem ingressus urbem, salutifera divini verbi præcepta stolidis paganorum cordibus tradidit, ferasque eorum mentes tetris ignorantiæ caliginibus cæcatas largo Euangelii lumine illuminavit; vanaque simulacra destruendo
B igni tradidit, sacrilegamque idolorum culturam in prædicta urbe funditus evertit: omnem in ea habitantem populum ad fidem convertit Catholicam, divinâ sibi suffragante gratiâ: omni enim operanti bonum Deus cooperatur; si enim, testante Apostolo, Deus pro nobis, quis contra nos?

Sanctus miraculis clarus Bononiæ cùm esset,

7 Postquam verò prædictam plebem ad veri Dei cultum præfatus Pontifex convertit, verbum divinum concurrentibus ad eum undique prædicando turbis, multosque in Dei nomine à variis liberando languoribus, magnarum sibi signa virtutum largitio concessit divina, de quibus nunc almificis illius virtutibus subsequens sermo, Christo favente, pauca depromere properat. Quâdam die Audomarus egregius Christi confessor in Bononia urbe post nocturnas vigilias diluculo more solito surgens in ecclesiam intravit orare, ibique per prolixum diei spatium verbum Dei circumstantibus turbis prædicans, Missamque Christiano populo decantans, ægrotis variis generibus morborum manus imponens, meridianâ diei horâ venerabilis vitæ Senex lassus
C sese locavit in lecto, dehinc parvum pausandi spatium suo volens indulgere corpusculo multis laboribus fatigato. Unus de circumstantibus ministris ipsius, juvenili * ætate lascivus, accessit ad eum, & licentiam ab eo petiit usque ad vicina maris proficisci. Tunc Senex juveni dixit coram turba petenti, Noli, inquit, fili, illùc pergere, sed hîc sede parumper, dum ego, auspice Christo, à somno surgam: prævidit enim providus Speculator sui gregis, prophetico spiritu plenus, petenti juveni quòd esset malum abire. Tunc somno sopitus fessus sic siluit Senex.

* *al.* juvenilis

quidam juvenis ejus injussu navìculam ingressus, periclitatur in mari,

d

8 Ast juvenis sancti spernens præcepta Patroni; juvenibus mos est jussa nam spernere senum, contempto præcepto Magistri, festinus ad mare perrexit. Tunc naviculam parvam cernens in littore stantem, quâ soliti fuerant homines transcendere vicinum *d* flumen, quod accolæ nominant ipsis in partibus Helna, cæcatus juvenis amore ludi, inconsultè solus ascendit in illam, ludere volens inter hujus rivuli ripas. Ast illum pelagus rapuit vi valida venti. Tunc subitò surgit sæva in ponto tempestas, & ipsa navicula tumescentibus undis quassata, nec gubernacula nec gubernatorem habens, huc illucque fluctibus errans devenit in mari, quod magno Britanniam gurgite secernit à Francis. Ast miser ubi nec propriam cernit nec alteram terram, pœnituit illum quòd sprevit verba Doctoris, mori sese credidit ventis pugnantibus & undis: nam nec navis nec juvenis poterat resistere ponto. Tunc Deus illum per merita Audomari precantem Saxonicam *e* illico deduxit ad terram.

A. Anonimo.

e

sed Deum per merita S. Audomari invocans, evadit incolumis.

9 Hinc iterum stupidus ignota cernens arva, raptoribus se prædam fore timens, confitens inobedientiæ culpam, lacrymis ubertim profusis sedula Audomarum inclamat voce patronum, fidensque in Dominum, citò recurrit ad navim. Et ventorum flamine comitante, mirâ Dei omnipotentis dispensatione in jam dicto loco, de quo egressus est, in eadem horâ cum summa celeritate incolumis remeatus * est ad littus. Nauta surgens, notos agnoscens agros, ad suum pœnitens recurrit Patronum, in eo Episcopum adhuc inveniens loco moratum, quo somno sopitum antea reliquerat illum. Tunc proximans postibus aulæ, ubi Senex orabat, multotiens ad terram prostratus, cum fletu culpam confessus, voce lacrymabili veniam postulabat. Ille
E autem leniter corripiens illum, Nonne, inquit, fili, prohibui te, ne pergeres usque ad mare? Cur ergo inobediens apparuisti? Ille autem dixit: Peccavi, Pater, ignosce mihi: & retulit ei omnem ordinem narrationis suæ, quem coactivo modo gesserat. Sed venerabilis Pater admonuit eum, dicens: Hoc verbum, fili, ne umquam ab ore tuo depromas, nec ulli homini hoc mea virtute contigisse pronunties, dum hac brevi perfruar vita, ne zabulus nos superet jactantiæ culpâ: ab ore enim hominum non debemus quærere laudem, ne inanis gloria cor nostrum levet in altum. Gratias magis age Domino omnipotenti, qui te de tanto periculo liberavit, & incolumem reduxit. Ipse autem post prædicti Patris obitum cuncta per ordinem monstrans, narravit cunctis, quæ passus fuerat in undis.

* remeavit

Carnis tentatio superata:

10 Alio quoque tempore, cùm Dei Miles, ut mos ei fuerat, nocturnis horis sacris precibus Dominum exoraret, stimulante antiquo hoste, tanta ei carnis temptatio incentiva immissa est, quantam Vir sanctus umquam se habuisse non meminit. Cùm subitò supernâ gratiâ respectus, ad semet ipsum est reversus, reminiscensque exempli incendii beati Benedicti *f*, urticarum & veprium aculeis omni indumento corporis exutus, egressus foràs se illico projecit, ibique diu volutatus, totoque corpore vulneratus exiit. Cúmque bene pœnaliter arderet foràs, extinxit quod illicitè ardebat intus.

F

f

factum prodigiosum.

11 Est quoque aliud miraculum *g*, quod per beati Audomari meritum fuisse non dubitatur factum; cùm ab urbe Teruanna aliquando ad vicina loca lustrando pergeret, pervenissetque in locum quemdam planitie campaniæ *h* juxta summitatem cujusdam montis, in * cujus radicem vallis villa, quæ dicitur Jorniacus, sita est. Cúmque meridianâ diei horâ parvum pausandi spatium suo vellet indulgere corpusculo, jacuit inibi sub quadam arbore: inde verò cùm à somno surrexisset Christi Athleta crucem Domini, ex lignis editam, in arbore, sub qua ipse jacuerat, fixit. Sequenti verò nocte, Dei virtute cooperante, in eodem loco multa apparuerunt luminaria *i*: atque ab eodem tempore Christus pro Milite suo multorum ibidem sanavit infirmitates, atque innumerabiles declaravit virtutes *k*.

g

h

* *lege* ad

i

k

A. ANONYMO. *Sanctus fit cæcus,*

12 Ad meritorum verò ſuorum cumulum augendum per plurimos ante obitum ſuum annos temporalium oculorum lumen amiſit : ſicque extrinſecus cœcus, & intrinſecus à Domino ſalubriter illuminatus, diebus ac noctibus ob hoc velut novus Iſraëlita Deum videbat, & egregius Pontifex in tribulatione poſitus, & in corporali carcere conſtitutus, corde ſemper devoto dicebat Domino : Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis : non ſolùm autem hoc, ſed inſuper ritu ſummi ſacerdotis Melchiſedech ſecundum Sacrificium *l* per ſingulos dies immolabat Altiſſimo.

l

ægrotat, & piè moritur

13 Cùm jam vir beatiſſimus Audomarus obitum ſuum in proximo eſſe ſciret ; in ipſa die ultima *m* vitæ ſuæ de lecto, in quo febre correptus jacebat, ſurrexit, ingreſſuſque in eccleſiam, prolixè cum lacrymis oravit. Deinde ad altare Domini aſcendens Miſſam, ut ei mos fuerat, celebravit, & ſacras hoſtias pro omni plebe ſibi commiſſa Deo omnipotenti immolavit, pacem cum omnibus faciens, qui ibidem circum aderant, & omnem clerum, atque univerſos diſcipulos, quos regebat, Corpore & Sanguine Domini noſtri Jeſu Chriſti ſuis ſanctis manibus *n* communicavit : inſuper & verbum prædicationis eis abundanter effudit. Poſt admonitionem vero diutiſſimè traditam, optatiſſimam benedictionem ſuper capita eorum tradidit, valedicens eis, ac dicens : Filioli mei, quæſo, orate pro me, ut in regno Dei vos videre merear felices. His peractis, ad proprium reverſus eſt ſtratum, & ſolito more mortuorum extenſus omni corpore, elevatis manibus ad cælum coram omnibus cœpit Deo omnipotenti immenſas gratias agere, laudare & benedicere. Et inter hæc verba ſancta illa anima cum magno gaudio & exultatione præclaro valde vultu egreſſa eſt de corpore. Teſtatique ſunt nobis *o*, qui eo tempore aderant, tantam ibidem in tranſitu ipſius ſanctæ animæ in domo illa fragrantiam odoris aſperſam, ac ſi domus illa omnibus aromatibus fuiſſet plena.

B

m

n

p

corpus à S. Bertino ſepultum.

14 Tranſlatum eſt autem corpus ejus à reverentiſſimo Bertino abbate ac choro monachorum, & ſepultum cum gloriâ in monaſterio Sithiu, in baſilica, quam ipſe præclarus Pontifex in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ ad tumulanda monachorum corpora conſtruxerat. Sanctus enim Audomarus beatum Bertinum, cunctoſque fratres illo tempore in Sithiu Domino ſervientes, in traditione cujuſdam privilegii rogaverat, ut ſicubi ei ſors incerta extremæ contigiſſet horæ, in prædicto loco inter monachorum corpora afferentes ſuum ſepelirent corpuſculum.

C

ANNOTATA.

a *Hactenus auctor hujus Vitæ omnia mutuatus eſt ex Vita prima præter præfationem, & idcirco nihil fuit obſervandum. Hic primum aliquid addidit de ſitu Luxovii, quod in apographo Papebrochii noſtri ex codice Ciſtercienſi legitur, ſicut dedi :* vaſta eremo Voſagi ſitum. *At in Bertiniano & Aquicinctino* Voſigi *malè ſcribitur, & in Pariſienſi apographo vox illa omnino omittitur. Eſt ſanè Luxovium in Voſago ſilva, quæ Lotharingiam à Burgundiæ comitatu dividit, ſed in ea parte, quæ eſt comitatûs Burgundiæ.*

b *Hæc de perſeverantia Friulfi in vita monaſtica hic ſcriptor priori Vitæ addidit.*

D

c *De S. Luciano martyre Bellovacenſi, & ſocio S. Dionyſii Pariſienſis actum eſt ad* 8 *Januarii, ubi & eidem tribuitur* epiſcopi *titulus, ſed novo deinde examini ſubjiciendus. Vide dicta ad Vitam* 1 *lit.* k. *Excepta voce* Luciani, *omnia illa de converſione gentilium ex prima Vita habet auctor.*

d *Navicula haud dubiè erat in ipſo flumine Helna,* inter *cujus* ripas *volebat ludere, ut mox ſequitur : Itaque voces* in littore *poëta uſurpavit pro* in ripa. *Hic verò ſcriptor, qui voces primi biographi in hoc facto frequentiùs mutavit quàm in aliis, vocem* vicinum *imprudenter hic ſubſtituit.*

e *Vide Annotata ad Vitam* 1 *lit.* f.

f *Hoc factum non legitur in prima Vita, ſed ex hac etiam in tertiam adoptatum eſt. Mihi illud, ut candidè dicam, quod ſentio, non modo incertum videtur ; ſed vix poſſum dubitare, quin ſit commentitium. Certè auctor illud ex Vita S. Benedicti, per S. Gregorium ſcripta, ſic adoptavit, ut etiam non pauca S. Gregorii verba mutuatus ſit, ut videri poteſt in Vita S. Benedicti apud nos tom.* 3 *Martii pag.* 278. *At non conſideravit ſcriptor incautus, S. Benedictum potuiſſe in ſpinis & urticis ſe nudum volutare ſine periculo, ne in illo facto à quopiam deprehenderetur, cùm ſolus degeret in ſpelunca Sublacenſi ; at* S. Audomaro *tutum non fuiſſe foris ſe denudare, cùm facilè à ſuis potuiſſet deprehendi in illo ſtatu.*

E

g *Hoc factum à primo biographo relatum eſt ultimo loco poſt mortem Sancti, licèt ibi etiam referatur tamquam miraculum viventis. Vide ibi Annotata.*

h *Auctor aliqua hîc adjecit Vita prima ad locum magis explicandum, ſed ita obſcurè, ut vix intelligatur, quid velit. Diſſentiunt etiam Mſs. in his vocibus. Bertinianum habet* planitie campaniæ. *Pariſienſe :* planitiæ campagniæ. *Aquicinctinum :* planitiæ Capaniæ. *Ciſtercienſe :* planitie campanie. *Verùm non dubito, quin ſcriptor voce* campania *uſus ſit pro loco campeſtri, dicereque voluerit,* Audomarum *veniſſe ad locum planum, ſive ad amplam planitiem.*

i *Prima Vita,* immenſum lumen, *quod non erat mutandum.*

F

k *Non addit, miracula uſque ad ſuam ætatem continuata fuiſſe, ſicut primus.*

l *Auctor magis incipit augere aut interpolare primam Vitam, quàm initio fecit. Neque enim habet prima Vita quotidie à cæco oblatum fuiſſe Miſſæ Sacrificium.*

m *Neque habet clarè Vita prima, quæ hîc narrantur, ipſo die emortuali omnia fuiſſe facta.*

n *Quis non videat, quàm hoc ſit ineptum Vitæ primæ augmentum ? Certè non aderat omnis clerus in illo pago, nec omnes diſcipuli* Audomari *ibi erant præſentes : & tamen omnibus Corpus & Sanguinem Domini infirmis manibus impertiiſſe imprudenter dicitur.*

o *Imponit ſcriptor, niſi verba illa mutuatus ſit ab alio, aut per vocem* nobis *intelligat monachos cœnobii ſui dudum defunctos, aut ſcriptum aliquorum teſtimonium, quod ſupereſſe poterat ipſius tempore. Certè magis nugatur, magiſque incredibili modo poſtrema hæc refert, quam ut credibile ſit, eum convixiſſe iis, qui morientem viderant* Audomarum. *Vide dicta in Commentario de ejus ætate* § 1.

CA-

A

CAPUT II.

Miracula poſt mortem facta.

Miracula generatim : quidam debitum ſuum negans, *a*

POſt cujus obitum ad venerabilem ejus tumulum oleum à ſuperna Dei virtute ex lampadibus *a* pendentibus viſum eſt mirabiliter ſtillâſſe : & inſuper multi ægroti quotidie adipiſcuntur ſanitatem : aliaque quàm plurima miracula ibidem Dominus per Servum ſuum dignatus eſt oſtendere, de quibus favente Domino ſubſequenti narrabimus ſermone. Non longè poſt obitum ejus fuit quidam vir pravis moribus exſceleratus, atque avaritiæ iniquitate accenſus, qui ſolidum unum argenteum à compatre ſuo, ex ſacris fontibus ſibi connexo, accommodaverat : & ei poſtea, fide fraudata, nolebat penitus reddere : ſed adhuc potiùs ad cumulum damnationis ſuæ augendum, quod acceperat, cum juramento negabat hoc ſe ab ipſo nunquam accepiſſe.

B

peieranſque per merita S. Audomari, ſtatim graviter punitur

16 Ille autem reſpondit qui commodatum requirebat : Jura ergo mihi ſuper corpus beati Audomari pontificis, quod negando affirmas, & ego juramenti tui negationiſque cauſam adquieſco *. Ille autem, Faciam, inquit, quandocumque vis. Placito inito, pariter pergunt, & cùm adproximâſſent ad ſacroſanctum diſpoſitum locum, & prope de ejus baſilicâ in mediâ ſtarent viâ, ille, qui ſolidum requirebat, dixit : Quid nobis opus eſt longiùs proficiſci ; Deus ubique eſt : omnia enim in fide conſtant : in loco, inquit, iſto, in quo pariter ſtamus, leva manus tuas contra hoc ſacratiſſimum templum, & jura mihi per merita & virtutes ipſius Sancti, quòd ſolidum illum, quem tibi * requiro, nec à me accepiſſes, nec mihi debitor ad ſolvendum eſſe debeas. Cúmque ille audaci corde, diabolo hortante, manus ad juramentum levâſſet, protinus ultio divina ſecuta eſt, Deique juſto judicio providente, in loco, in quo ſtabat, ambo oculi ejus crepuerunt in momento : & poſt hæc duobus tantùm diebus vitâ ſibi conceſsâ, ad terrendos videlicet alios, qui eum in tali anguſtiâ viderant,

C

die tertiâ miſerrimâ morte defunctus eſt.

i. e. accepto

* à te

vincula captivi apud ſepulcrum ſoluta : *b*

17 Non prolixi temporis intereunte fluxu poſt ſepulturam corporis beati Viri, accidit ut quidam trahentes reum, cujus collum *b* manuſque catena ferrea ambiebat, ante baſilicam, in qua Domini Jeſu Chriſti Famulus fore noſcitur tumulatus, tranſitum haberent. Cúmque loco, quo templi patet aditus, approximavêre, concatenatus à manibus violentorum elapſus, ſacri ſepulchri contigua petiit fugiendo loca : ſubitóque inter gemitus dolentis animi fletuſque corporis fatigati nutu Dei omnipotentis, intercedentibus ſancti Audomari meritis, & vinculatus ereptus, & catena apparuit confracta *c*. Tunc tortores præmemorati, perſequentes veſtigia ſcelerati, factum, quod fuerat, ut viderunt, in nimiâ diutiùs ſtupefactione hæſerunt. Sed agnoſcentes hunc Sancti Dei meritis eſſe ſalvatum,

c

d

aliudque nihil facere audentes, abire ſiverunt *d* illæſum.

donationes S Audomari eccleſiæ factæ :

18 His & hujuſcemodi virtutum ſignis creſcente Viri Dei fama, multi nobiles non ſolùm de proximis, ſed etiam de longinquis terrarum regionibus, prædia *e*, vineas ac familias cum integritate villarum, facta cartarum conſcriptione cum ſtipulatione idoneorum teſtium, ad locum tumuli ejus ſolemniter tradiderunt. Inter quos & Franci quidam, haud procul à Reno flumine, eodem voto ac deſiderio ferventes, etiam agros ſuos vineaſque ſancto Viro aſſignantes firmaverunt. Quadam igitur die, tempore vindemiæ, paſtor quidam puerulus cujuſdam religioſi viri, Ekkinus *f* nomine, in vineam glorioſo Viro collatam, intravit, & furtim ſinum de uvis rapiendo complevit ; & hoc facto, ad coæquales ſuos cum prædâ rediit. Rogantibus quoque ſociis, ut ſecum impertiret prædam, quam apportavit, immittenti in ſinu manum dextram ita ambæ immobiles adhæſerunt, ut nec ſiniſtra, quâ ſinus tenebatur complexus, nec in ſinu inlata dextera poſſet averti, contorto ore retrorſum linguæ perdiderat officium. Tunc ſtupentibus reliquis ſociis, puerum debilem ad proprium dominum adduxerunt, non cum parvo timore referentes cauſam, quæ ei acciderat.

A. ANONYMO.

fur in vinea illius eccleſiæ ſubitò punitus ; *e*

f

E

idemque deinde cum hero ſuo ſupplex, S Audomari patrocinio ſanatur.

19 Dominus vero pueri, cùm eſſet religioſus, condolens puero divinæ ſtatim quæſivit miſerationis auxilium. Aſſumpto ſecum miſero & negligente puero, ſitulam quoque plenam vino proprio adquiſito labore, ſed & alia ſecum diverſa ſumens munera, ad baſilicam ejuſdem villæ, quæ eorum lingua Gebuvaldaſ-thorp dicitur, perrexit, afferens quod afferebat, altari, & prono vultu unà cum puero proſtratus, cum fletu pro facto crimine, intercedente pio pontifice Audomaro, clementiam Omnipotentis expoſcit : ac poſt humilitatis lacrymas oratio obtinuit effectum : nam puer ſurrexit incolumis, & membrorum compago ad priſtinum officium eſt revocata. Addidit nempe dominus pueri annuatim exenia *, quæ portavit, promittens ſe inibi eſſe expleturum. Atque his ita peractis, Deo gratias agendo ad propriam remeavit domum : ſicque factum eſt, ut deinceps incolæ ipſius loci res monaſterii ejus, non ſolùm vineas vel pomorum arbores aut hortos invadendo rapere nollent, ſed neque omnino noviſſimum gramen abſque licentiâ contingere præſumerent. O Virum mirabilem, qui patiens in vindictis ſcelerum miſericordiam facilè illi præſtare comprobatur, qui eum humiliter deprecatur.

* *i. e.* dona

F

Puellula in profundiſſimum puteum lapſa, *g*

20 Non ſolùm quoque hanc, quam in provinciâ remotiori geſtam diximus, virtutem propter merita ſancti Viri declaranda Dominus adimplevit, verùm etiam nuperrimo tempore *g* coram oculis noſtris ſtupendum miraculum declaratum eſt. De quo pene innumerabiles teſtes promiſcui ſexus virorum feminarumque adhuc manent, qui ad hoc ſpectaculum preſentes adſtiterunt. Quodam tempore, ut annuatim mos eſt per omnes provincias, ubi Chriſtiana religio firmitatis obtinet vigorem, rogationes trium dierum ſolemniter celebrabantur, ut ad ſæpè dictum templum, quod hujus provinciæ maximo veneratur honore, ubi & ipſius beati Viri terræ traditum eſſe cernitur corpus, catervatim confluente undique populo, poſt horam jam meridianam fatigatæ plebi in proceſſione, etiam ad eandem baſilicam reverſenti Miſſa celebrari debeatur *. Inter quorum multitudinem mulier quædam cum duabus filiabus puellulis conveniebat : incipiente verò cantore antiphonam, minor majori ſitis ardore fatigatam ſe eſſe quæritabat : cui affectûs causâ compatiebatur major, & apprehensâ manu minoris duxit in eccleſiam *h*, ut ſitim infantulæ uteumque temperaret. Perve-

* debeat

h

A. ANONYMO. nerunt ergo simul ad puteum, non minùs sexaginta pedum altitudinis habentem. Cùm autem copia hauriendi aquam propter absentem funem deesset; puella parvula sitis causâ tantæ altitudinis aquam prona aspiciendo incautè ad ima delapsa est.

ex eo incolumis extrahitur.

21 Major verò, quæ super os putei stupefacta remansit, ignara utilioris consilii, garriens tamen ejulando plurimam multitudinem voce suâ advenire compulit. Cùm ergo concurrentes circumquaque conspiceret puella clamans, vix præ nimio dolore causam sui ejulatûs aperuit: & cùm restis putei deesset, angor intolerabilis non defuit, quomodo aut quâ arte cadaver vel defunctam à profundo putei possent abstrahere. Tunc cujusdam fratris ipsius monasterii minister accurrens, dum rem explorat actam, ad alium transcurrit puteum, atque inde reste abreptâ, in puteum descendit, & puellam more anseris

* aquæ supernatantem aqua * repperit: nec etiam ipsa vestimenta tanti casus altitudine humectabantur: sicco quoque capite ad superiora delata est. Quod videntes multitudine, Deum per merita sacri Pontificis glorificaverunt, scientes absque

B dubio precum ipsius juvamine à pœnis infernalibus, si confiteantur ex corde peccata, se liberandos.

Epilogus scriptoris, qui in eo annos episcopatûs addit.

22 Hæc de conversatione & virtutibus sanctissimi præsulis Audomari brevi perstrinximus *i* oratione. Cæterùm lectori sciendum, quàm plurimam virtutum ejus nobis latere silvam, quæ partim priorum negligentia scriptorum, quædam autem modernorum ratio reticuit propter fastidium lectorum. Sufficiant interim ista; cùm multoties ad venerabile ejus sepulchrum diversorum infirmantium spectetur curatio. Quarum omnium cumulus si volumini traderetur, magis lectori onerosus quàm necessarius censeretur codex. Rexit autem ecclesiam per spatia triginta *k* annorum, atque his expletis, ultimâ depositionis suæ horâ, circumstante flentium discipulorum multitudine, v Idus Septembris, plenus Spiritu sancto, migravit ad Christum: cujus corpus translatum est à sancto Bertino, & sepultum in monasterio Sithiu *l*, regnante Domino nostro Jesu Christo, cui est cum Deo Patre & Spiritu

C sancto honor virtus & magnificentia per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *De una tantùm lampade prior loquitur. At voluit scriptor plusculum in prima Vita mutare, quod etiam apparet in sequenti miraculo.*

b *In Ms. Cameracensi, cujus relatio videtur antè conscripta, dicitur*, pressus mirabili catenarum pondere.

c *Ex laudato Ms. magis apparet beneficium id esse* S. Audomari: *nam ita habet:* Manibus lapsus violentorum, basilicæ petiit occultiora, Sanctumque Domini propria pro ereptione suspiriis lacrymabilibus exorat intervenire, ac tum ocyùs inter hujusmodi voces Dei non defuit clementia: nam minutissimis partibus fragori subjacuit catena. *Sequentia quoad rem consonant.*

d *Hoc non dicitur in Ms. Cameracensi, sed potiùs innuitur, illum fugâ fuisse elapsum, dum illi, qui sequebantur*, in nimio diutiùs stupore hæserunt; omnesque, qui aderant, agnoscentes hunc per sancti Viri ereptum exoramina, Domini unanimes collaudabant mirabilia.

e *Huic miraculo ita præfatur auctor in Ms. Cameracensi, qui primus verisimiliter Vitæ primæ tam præcedens quàm hoc miraculum addidit:* Non enim ideo Sanctorum virtutes reticendæ sunt, quòd nos maculosi mentibus ad proferendum idonei non sumus, qui se, Deo cooperante, ultro oculis hominum prodeunt; sed magis conscribenda, quoniam præsentium & futurorum ad proficiendum in Domino corda inflammant. Nuperrimo namque tempore post venerabilem ejus famam per diversa orbis spatia propalatam *&c. Quæ sequuntur habet hæc Vita, & exactiùs tertia.*

f *In Ms. Cameracensi*, Echinus. *Vide plura ad hoc miraculum annotata in Vita tertia, ubi accuratiùs refertur.*

g *Nescio, an ex his inferri debeat, auctorem hisce fuisse contemporaneum, quia eadem dicuntur in Vita tertia, cujus auctor certè non est synchronus. At cùm eadem etiam asserantur in Ms. Cameracensi, ex quo hic omnia accipere potuit; miraculum saltem fuit conscriptum ab auctore synchrono.*

h *Vox* ecclesia *hîc sumitur pro monasterio, ut aliàs non rarò, quemadmodum vox* monasterium *etiam pro ecclesia medio ævo usurpatur. Puteus, in quem lapsa est puella, erat verisimiliter in area monasterii, sive in loco aperto post primam portam.*

i *His verbis auctor clarè indicat, se tam Vitam quàm miracula scripsisse; licèt revera interpolator magis sit quàm scriptor. Quippe de gestis pauciſſima addidit Vitæ primæ, & omnia, quæ* S. Audomarus *cum SS. Bertino, Mummolino & Ebertramno gessit, ita omisit, ut ne quidem insinuet, illa satis relata esse in Vita S. Bertini. Miracula etiam ex alio desumpta existimo, ita ut vix aliud quid huic auctori attribuendum putem, quàm breviusculas aliquot interpolationes, prologumque & hunc epilogum.*

k Audomarum *diutiùs præfuisse episcopatui, ostensum est in Commentario num.* 37 *& seq.*

l *Translatio illa & sepultura jam erat narrata, sed aliquid saltem de penu suo scriptor depromere voluit. Monasterium* Sithiu *secundarium hic est intelligendum, licèt modò sit ecclesia cathedralis, ut jam antè monui.*

VITA TERTIA

auctore anonymo,

Ex codice nostro Ms., cum aliis Mss. collato.

CAPUT I.

Sancti patria, parentes, vita monastica, episcopatus, conversio gentilium, facta miracula.

Sancti patria, parentes, pia educatio: a

AGyus *a* igitur pontifex Audomarus ex nobilibus, & inclitis secundum seculi dignitatem, & in fide Catholica eruditis, ortus fuit paren-

A parentibus, in Conſtantinenſi regione, nec longè à Conſtantia civitate, & ſpecialiter in eo loco, qui Aurea-vallis vocatur, natus eſt. Genitor verò ejus, inter ſuos clarus, Friulfus vocabatur, Domitta autem ſua nuncupata fuit genitrix. Hii verò religioſi parentes prædictum Puerum ſecundum Chriſtianæ Religionis à cunabulis ritum, divina gratia ſuffragante, in Eccleſiaſticis nutriebant diſciplinis : unicum enim Audomarum habebant filium. Friulfus verò poſt prædictæ conjugis ſuæ obitum, Puero ætate & gratiâ creſcente, ſuavi jugo Chriſti ac levi, divina ſtimulante gratia, confortante ac ſuadente Audomaro filio ſuo, ſe ſubdere ſtuduit.

vadit cum Friulfo patre Luxovium,

2 Ambo igitur, genitor videlicet Friulfus cum beato Audomaro filio ſuo, complentes, quod ſcriptum eſt : Vade vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me ; & habebis vitam æternam ; mundo mortui, Deo vivi, caducis inopes, perhennibus locupletes, Deo ſubditi, diabolo rebelles, ætate diſpares, mente ſimiles, ad Chriſti militum perexere cœnobium, quod famoſo nomine vocatur Luxo-

B vium, quodque à ſanctæ memoriæ Hibernenſe viro, beato Columbano abbate, in Burgundiæ regione in Dei nomine fuit fundatum. Sancto igitur Auſtaſio abbati, qui tunc in præfato monaſterio ſanctæ atque beatæ multitudini præerat monachorum, Audomarus cum ſuo unanimiter genitore religioſa manifeſtant deſideria, ſequentes quod ſcriptum eſt : Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi ; majores tuos & dicent tibi. Ipſe verò eos Dei amore flagrare cernens, & in beati Audomari vultu & verbis gratiam cognoſcens affuiſſe divinam, ſalubre atque perfectum ſecundum ſacræ Scripturæ auctoritatem prædictis Domini Famulis dedit conſilium, ſuadens videlicet utriſque aliquando ſimul, aliquando ſeparatim, ut ſub Regulari diſciplina ſecum in Dei perſeverarent ſervitio.

& cum eodem ſub Euſtaſio abbate fit monachus :

3 Ambo igitur divino ardentes amore, ſpiritualis patris Auſtaſii ſequentes conſilium, ſacræ Regulæ jugo devota mente ſe ſubjecerunt. Beatus igitur Auſtaſius, immenſo gaudio repletus, eos ſancto monachorum conſortio conjunxit. Cúmque per plures annos ſub cœnobiali vita cultu honorabili pariter degerent ; Friulfus

C ſecundum quod fuit profeſſus, finetenus monachus perſeveravit religioſus. Dehinc ſanctus Audomarus ſpirituali gratia plenus, ætate tener, fide robuſtus, diſtricto Regulæ vigori ſubditus, inter agyum monachorum populum Regulari diſciplina imbutus, omnibus Chriſti militibus in prædicto monaſterio habitantibus, divina ſuadente gratia, amabilis fuit : erat enim mente & corpore caſtus, obedientiâ atque humilitate refertus, in divina ſcientia eruditus, caritate & manſuetudine plenus, diſtrictus parſimoniâ, caſtigatus jejuniis, prolixis noctium pervigil excubiis, ſciens quod ſcriptum eſt : Beati ſunt ſervi illi, quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes.

deinde Teruannenſis epiſcopus creatus, Morinos

4 Interea beati Audomari fama, per multa vulgata loca, uſque ad Dagoberti Francorum regis notitiam pervenit : abſcondi enim non poteſt civitas ſuper montem poſita. Poſt hæc, multis intervenientibus annis, à reverentiſſimo prædicto rege Dagoberto, & ab omni Francorum populo vocatus, ſancto Achario Noviomenſe epiſcopo opitulante, ad docendum atque gubernandum Teruanenſis urbis populum epiſcopalem cum magna mentis humilitate ſumpſit honorem. In quo gradu verbum divinum in corda credentium ſeminans, animarum corporumque languores curans, captivos vinculatoſque redimens, viduarum inopumque præ omnibus curam gerens, plebem ſibi à Domino creditam ritè gubernabat. Prædictus igitur Teruanenſis populus, licèt ante adventum ſancti Audomari à ſociis Dioniſii martyris, Fuſciano videlicet & Victorico, verbum audiſſet divinum eodem tempore, quo ſanctus Quintinus in Ambianenſe prædicabat urbe, multi tamen adhuc ex ipſis Teruanenſibus cultui adhærebant idolorum. Poſtquam enim duo beati viri prædicti, Fuſcianus & Victoricus, de prædicta Teruanenſium urbe perrexerunt & in Ambianenſium territorio martyrio coronati ſunt, tunc Teruanenſes ad culturam iterum reverſi ſunt idolorum. Non ſolùm enim, qui nomen Domini antea recipere noluerunt ; ſed etiam hii, qui à prædictis patribus fuerant baptizati, pari errore ducti idola colebant. A. ANONYMO.

ad fidem Catholicam convertit.

5 Sanctus igitur pontifex Audomarus eandem ingreſſus urbem, ſalutifera divini verbi præcepta ſtolidis paganorum cordibus tradidit, feraſque eorum mentes, tetris ignorantiæ caliginibus cæcatas, largo Euangelicæ prædicationis lumine perluſtravit : vana etiam ſimulachra deſtruendo igni tradidit, ſacrilegamque idolorum culturam in prædicta urbe funditus evertit : omnemque in ea habitantem populum ad fidem Catholicam convertit, divina ſibi ſuffragante gratia. Omni enim operanti bonum Deus cooperatur : ſi enim, teſtante Apoſtolo, Deus pro nobis, quis contra nos ? Poſtquam verò prædictam plebem ad veri Dei cultum præfatus Pontifex convertit, verbum divinum concurrentibus ad eum undique prædicando turbis, multoſque in Dei nomine variis liberando languoribus, magnarum ſibi ſigna virtutum largitio conceſſit divina, de quibus ſubſequens ſermo Chriſto favente pauca depromere properat. E

Cùm juvenis quidam, Sancto nolente,

6 Quadam verò die Audomarus, egregius Chriſti confeſſor, in Bononia urbe perſeverans, poſt nocturnas vigilias diluculo more ſuo ſolito ſurgens, eccleſiam intravit, ibique per prolixum diei ſpacium verbum Dei circumſtantibus turbis prædicans, Miſſamque Chriſtiano populo cantans, ægrotis variis generibus morborum manus imponens, meridianis horis vitæ venerabilis Senex laſſus ſe lecto recepit. Dehinc cùm parvum pauſandi ſpacium ſuo indulgeret corpuſculo, multis laboribus fatigato ; unus de circumſtantibus ipſius miniſtris, juvenili ætate laſcivus, acceſſit ad eum, dicens : Domine, da mihi nunc tuam licentiam, ut ad vicina pelagi loca pergam. Cui ſanctus ore prophetico reſpondit : Non habetis, fili mi, licentiam *b* meam adhuc quóquam ire : nam melius tibi reor hic parumper exſpectare, donec me à ſomno videas excitari. Prævidit enim providus ſui gregis Speculator periculum, quod erranti juveni fuiſſet futurum. Tunc ſomno ſopitus, feſſus ſiluit ſenex. F *b*

adiret mare, & cymbam intraret ; vento in mare abripitur :

7 At juvenis præcepta ſpernens beati Patroni, ut mos eſt juvenibus ſenum juſſa parvipendere, rapidis greſſibus migravit ad mare. Tunc naviculam parvam cernens ſtantem in littore, quâ ſoliti fuerant incolæ parvum tranſire flumen, quod Helna in illis nuncupatur partibus, immemor atque inconſultè, cæcatuſque etiam ludi amore, ſolus aſcendit in illam, volens inter hujus rivuli ludere ripas. Aſt illum in pelagus rapuit vis valida venti : tunc ſubitò ſæva ſurrexit in

A. ANONYMO. in ponto tempestas, & tumescentibus undis quassatur navicula : nec enim gubernacula, neque habens gubernatorem, huc & illuc fluctibus errans natabat in mari, quod magno gurgite secernit Britanniam à Francis : & quo sæpè naves fortissimæ solent demergi. Cúmque miser nec propriam nec alteram jam aspicere potuisset terram, penituit eum, quòd verba sprevit Doctoris : mori enim sese credidit ventis pugnantibus & undis ; cùm nec ipse nec navis ponto resistere potuisset : moxque illum per merita sancti Audomari precantem misericordia omnipotentis Dei ad terram Saxonicam deduxit.

at Deum invocans per merita S. Audomari, manifesto periculo liberatur ;

8 At ille iterum stupidus ignota cernens arva, raptoribus se prædam fieri timebat ; si illic solus aliquamdiu exspectâsset. Hinc notam confitens inobedientiæ culpam, profusis ubertim lachrimis opem iterum postulat beati Audomari, fidensque in Deum ad navim citò recurrit. Tunc omnipotens Deus, furore suppresso pelagi, aptum illi ventum concessit : ecce navicula rursus natans per mare serenum, ad eundem revehitur portum incolumis, de quo illam priùs rapuit vis valida venti. Nauta verò exurgens notos illico agnóvit agros, suamque in littore linquens navim, gratias omnipotenti Deo reddidit : deinde juvenis ad suum Patronum pœnitens quantocius recurrit : quem adhuc in eodem loco orantem invenit, quo antè somno sopitum reliquit : statimque miser prostratus ad terram, profusisque lachrimis confessus inobedientiæ culpam, humilibus vocibus veniam flagitabat. Quem Senex leniter corripiens, Nonne te, inquit, fili, quóquam pergere prohibui ? Cur igitur postea verbum Patris contempsisti ? Cui juvenis tremulis vocibus respondit : Mea, Domine, culpa, mea veraciter culpa : ignosce mihi misero per te à periculo mortis liberato.

ut ipse, vivente Sancto flere jussus, post mortem ejus narravit :

9 Tunc ipse sua narrare cœpit pericula, quòd solus inter tumentes Oceani fluctus, inter proceros scopulos, concurrentium gurgitum æstus, in parva navicula multa sit perpessus : nec credidit se vivum evadere posse, nisi illum meritis sancti Audomari omnipotentia Domini de morte liberâsset. Mox beatus Antistes humili mente incautum discipulum repressit, dicens : Nunquam hoc verbum ab ore tuo iterum depromas, quamdiu hac brevi me vita perfrui videas ; ne zabulus nos superet jactantiæ culpâ : neque enim ab ore hominum laudem quærere debemus, ne inani gloriâ mens nostra elevetur. Hæc juvenis, prioris inobedientiæ transgressione perterritus, in vita beati Præsulis siluit : sed post ejus obitum cuncta per ordinem, quæ passus est in undis, demonstravit.

prodigium in arbore factum.

10 Est quoque aliud miraculum, quod beati Audomari merito fuisse non dubitatur factum; quod usque in præsentem diem, divina operante potentia, certis declaratur indiciis. Quadam fortè die, dum à Teruanense urbe ad vicina pergeret loca : cúmque meridianis diei horis parvum pausandi spacium sibi indulgere disposuisset, sub quadam jacuit arbore, nec longè à villa, quæ Jornacus dicitur. Dum verò Vir venerabilis evigilâsset, ligneam statim dolare jussit crucem, & eam in prædicta, sub qua jacuit, arbore fixit. Sequenti verò nocte in eodem loco, in quo agyus Christi Confessor jacuit, immensum apparuit lumen, omnesque videntes miraculum dicebant : Hic locus iccirco nunc lumine fulget, quia ex beato Audomaro in præcedente die ibidem paulisper pausante fuit consecratus atque benedictus : & usque ad præsentem diem *c* multi infirmi in eodem loco sanitatem recipiunt.

ANNOTATA.

a *Totam præfationem omisi, quia jam data est ante Vitam primam : eadem enim ante hanc legitur in codice.*

b *Si quis attentè pro hoc facto tres Vitas contulerit, videbit primum scriptorem ex aliquo poëmate suam concinnâsse relationem stylo sæpe hiulco & frequenter mendoso, primi autem relationem à secundo fuisse utcumque emendatam; hunc verò ex utroque meliora sumpsisse, & plura correxisse.*

c *Cùm hoc factum ex prima Vita acceperit auctor ; nequit inferri miracula in illo loco continuata fuisse usque ad ipsius tempora, præsertim cùm auctor secundæ Vitæ id non dicat de tempore suo. Voces enim illas* usque ad præsentem diem *æquè ac alia mutuatus est ex Vita* 1, *ubi hoc ultimo loco narratur.*

CAPUT II.

Sanctus variis donatur ab Adroaldo, quem converterat : ecclesia in Sithiu condita : adventus SS. Mummolini & sociorum, quibus locum concedit ad monasterium condendum : Sancti miracula, cæcitas, morbus, mors & sepultura.

Villam Sithiu ab Adroaldo acceptam visitat,

QUodam itaque tempore, dum beatus Audomarus episcopali more vicos circuiret, pervenit ad quendam vicum, vocabulo Sithiu, villam jam pridem sibi à quodam devotissimo delegatam. Erat enim vir quidam potens, Adrowaldus nomine, in divitiis hujus seculi vanis valde dives, quem beatus Audomarus de errore gentilitatis ad fidem convertit Catholicam, quemque cum omni sua baptizavit familia. Hic prudenti consilio fallaces divitias præsentis seculi spernens, nec ullum habens filium, magnam hereditatis suæ partem cum omni sua multiplici substantia Deo & beato tradiderat *a* Audomaro, videlicet villam superiùs memoratam. In hac igitur more solito se hospitio recepit, desiderio jam diu habens in sancti Martini nomine ecclesiam in eadem fundare. Ut igitur Sanctis mos est furtivas orationes quærere, de nocte clàm surgens, pausantibus cunctis, è domo solus exivit *b*, & orationem ad omnipotentem Deum fudit : cúmque diu multúmque orâsset, intentionem suam expleri cupiens, dixit : O beate Martine quondam sacerdos egregie, nunc choris Sanctorum adjuncte, ostende mihi locum divino cultui nomine tuo consecrandum.

& ecclesiam in ea construit.

12 Vix orationem Sanctus expleverat : & ecce de cælo prolapsum est lumen in modum candelæ, in illo loco, ubi nunc constitutum est altare,

A altare, quod Vir Domini aliquandiu intuens, diligenter locum notavit; & audacter accedens, Domino laudes & gratiarum retulit actiones; virgamque paſtoralem ibi in argumentum fidei affigens receſſit, ſtratumque reviſit. Mane autem facto, vigilantes diſcipuli obſequioque beati Patris intenti, baculum ejus inter ſe requirentes non inveniebant: quibus beatus Audomarus, Eamus, inquit, ad locum Deo electum meæque parvitati Domini miſericordiâ oſtenſum. Quo præcedente, continuò pervenerunt, ubi affixus eſt baculus. Stupentibus autem diſcipulis, & intra ſe, quis eum ibi infixerit, ammirantibus, ſtatim Confeſſor Domini totum illis rei ordinem explicavit. Deinde ibi eccleſiam conſtrui juſſit, eamque in honore ſancti Martini *c* dedicavit. Poſtea verò monaſterium *d* haud longè ab ea fundavit, & in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ conſecravit, ubi nunc corpus ſuum requieſcit in pace.

c

d

B *Excipit SS. Mummolinum & ſocios, eiſque locum dat condendo monaſterio:*

13 Poſt hæc non multo temporis intervallo ad beatum Audomarum de prædicta Conſtantinenſi regione tres una cum mente viri, Mummolinus, Bertrannus ſanctuſque Bertinus, pariter venerunt, relinquentes ſecundum Domini præceptum parentes, patriam, omneſque propinquos. Sanctus autem Vir prædictos Dei famulos gratificè ſuſcepit, immenſas omnipotenti Domino gratias agens, qui tales ſibi ad prædicandum Euangelium adjutores deduxit. Erant enim præfati viri in fide Catholica perfecti, & in eccleſiaſticis diſciplinis atque in divina ſcientia eruditi. Parvo poſt hæc temporis ſpacio tranſacto, ſanctus Audomarus cum prædictis beatis viris, divina ſtimulante gratia, monaſterium cogitavit in Dei fundare nomine, ad habitandum monachis: & divina ſibi largiente miſericordia, locum habebat aptum, in prædicta videlicet villa, quam ſibi Adrowaldus donaverat. Conceſſit igitur illis, ut ubicumque in ea voluiſſent, monachorum habitaculum ædificâſſent. Sanctus igitur Mummolinus, Bertrannus atque Bertinus monaſterium ædificare cœperunt in loco, qui uſque hodie Vetus vocatur monaſterium.

illi deinde in Sithiu aliud conſtruunt

C

14 Sed in eo loco paucis morantes annis, alium voluerunt eligere locum. Beati ergo viri in Domini confidentes miſericordia, perfectum invenerunt conſilium: protinus enim navim aſcendentes ſine gubernatore & remigio, ac ſine ulla cibi & potûs ſui cura, huc atque illuc in ſpacioſo ſtagno, adhærente prædicto eorum habitaculo, navigantes, omnipotentem rogabant Dominum, ut in locum, quem ſua illis præparavit miſericordia, eos deduceret illæſos, dicentes invicem, quòd non aſcenſuri eſſent de prædicto ſtagno, niſi quando navicula eorum aptum tenente portum, contigiſſet illis ſecundum ordinem Pſalterii ſubſequentem canere verſiculum: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hîc habitabo, quoniam elegi eam. Miſericors igitur Dominus, qui ſuis ubique præſens eſt famulis; prope eſt enim omnibus invocantibus eum in veritate, navim, in qua beati fuerunt prædicti viri, poſt aliquod ſpacium deduxit ad terram. Tunc etiam illi prædictum canentes verſiculum, ſine mora navim relinquentes, læti intraverunt portum, cognoſcentes etiam locum illum à Domino ipſis traditum.

cœnobium, cujus primus abbas Mummoli-

15 Dehinc beato Audomaro pio eorum favente deſiderio, monaſterium, nomine Sithiu, ex præfata villa nominatum, ſuper Agnionam fluvium in Dei nomine ædificare cœperunt, confluentibuſque undique religioſis viris ad prædictos Dei famulos, beatus Audomarus Mummolinum multitudini præpoſuit monachorum. Sed non multo pòſt temporis intervallo præfatus venerabilis abbas Mummolinus ad Noviomenſis urbis epiſcopatum, divina largiente gratia, provectus eſt, & per viginti & ſex annos prædictæ civitatis populum à Domino ſibi creditum gubernabat. Glorioſus igitur Audomarus pontifex poſt Mummolinum in prædicto monaſterio ſancto monachorum choro beatum præpoſuit Bertinum: ſanctis enim fratribus in eodem loco Deo ſervientibus dilectus atque amabilis beatus fuit Bertinus: erat enim vir venerabilis, in divinis rebus prudens, & providus ſui gregis paſtor, ſimplex & innocens ſecundum Domini præceptum: Eſtote prudentes ſicut ſerpentes & ſimplices ſicut columbæ.

A. ANONYMO. *nus, ſecundus Bertinus.*

Tentatio, ut fertur, ſuperata a

e

E

16 Alio quoque tempore cùm Dei Miles, ut mos ei fuerat, nocturnis horis ſacris precibus Dominum exoraret, ſtimulante antiquo hoſte, tanta ei carnis temptatio *e* incentiva immiſſa eſt, quantam Vir ſanctus & ita ſimilem ſibi numquam habere meminit. Cùm ſubitò ſupernâ gratiâ reſpectus ad ſemetipſum eſt reverſus: reminiſcenſque incendii beati Benedicti, inter urticarum & veprium aculeos, omni indumento corporis exutus, egreſſus foràs ſe illico projecit, ibique diu volutatus, totoque corpore vulneratus exiit: cúmque bene pœnaliter arderet extrinſecus, extinxit, quod illicitè ardebat interiùs.

puero cæco viſus reddi-tus,

f

17 Quodam verò tempore, dum beatus Audomarus epiſcopii ſui eccleſias circuiret, ut oves ſibi commiſſas à rabidi hoſtis faucibus eriperet, contigit ut ad villam, nomine Kernas *f* veniret. Erat autem ibi vir quidam valde dives, qui in eadem poſſeſſionis ſuæ villa eccleſiam ædificaverat, quam nullus adhuc epiſcopus conſecrârat. Hic ut audivit adventum beati Præſulis, devota mente occurrit ei, poſtulans, ut eccleſiam, quam pia devotione conſtruxerat, illuſtratione ſuæ benedictionis conſecraret: cujus precibus devotis Sanctus acquieſcere cœpit. Dum verò ſecundum conſuetudinem myſterium gereret ſacræ dedicationis, eidem homini natus eſt filius utroque lumine orbatus. Expleta autem Miſſarum celebratione, corruit pater ad pedes ſancti Præſulis, indicans ei eventum rei, ſimulque magnis expoſcens fletibus, ut filium prolueret undâ purificationis: ſed neque iſtis agyus Chriſti Confeſſor precibus abnuit. Cúmque ad benedictionem procederet fontis, omnino defuit aqua iſtis myſteriis. At ſanctus Audomarus multùm in Domino ſuo confiſus, baculum, quem tenebat elevavit, & humum percuſſit, omnipotentiamque Dei in omnibus locis eſſe dicens, retracto baculo, ſtatim de terra fontem puriſſimum produxit. Hac igitur undâ in regenerationis myſterium conſecratâ, præfatus infans merſus in filium renaſcitur adoptionis, & lumen, quod ſibi dies invidit natalis, per interceſſionem ſancti Audomari gratia ſacræ attulit regenerationis.

F

item alteri:

18 Hinc iterum ſimile aliud miraculum fuit, quod non dubitatur ejuſdem almi confeſſoris Audomari factum fuiſſe meritis. Denique poſtquam fama virtutum ejus longè latéque perſonuit; dum more ſolito diœceſis ſuæ vicos luſtraret, pervenit in pagum Flandrenſem, prædicando regni Euangelium. Et ecce vir quidam nobilis, Adalfridus nomine, excepit eum in hæreditate ſua, quæ ſita eſt ſuper fluvium Saltanawa *g*, ſerviens

g

A. ANONYMO.

illi omni famulatûs obsequio, ut sancto decuit Episcopo. Huic quoque à nativitate cæcus trium mensium erat filius, necdum sacro fonte renatus: quem pater ut agyus Christi confessor Audomarus baptizaret, humiliter petiit, sperans ut etiam luminis claritatem posset illius meritis recipere, pro quo divina clementia tot consuevit miracula inter homines demonstrare: cujus petitioni Sanctus Domini gratanti animo acquievit. Ut igitur ventum est ad interrogationem abrenuntiationis secundum ordinem baptismatis; O mira Dei omnipotentia! infans trium mensium ad verba scisitantis respondit Episcopi, & baptizatus videndi usum accepit.

Audomarus senex & cæcus cum S. Autberto Cameracensi

19 Post hæc verò, multis intervenientibus annis, beatus Audomarus carnales amittens oculos, temporali privatus est lumine, ut perpetua luce illuminatus, in Dominum semper aspiceret, sicut beatus David ait: Oculi mei semper ad Dominum: & iterum: Ad te levavi oculos meos, qui habitas in cælis. Post amissionem verò carnalium oculorum spirituali lumine repletus, populum à Domino sibi creditum ritè gubernabat. Per idem verò tempus beatus Autbertus *h* Cameracensis episcopus, ut majorum relatione cognovimus, quadam die post hymnos matutinos rubente aurora vidit eminus trans fluviolum, qui Crientio *i* vocatur, virum præfulgidum, virgam manu tenentem, & basilicæ locum metiri. Quod ille cernens, revelante Deo, visionem cognovit angelicam; ostensumque illi est, beatum illuc Vedastum, annuente Christo, sine dubio transferendum. Qua revelatione certior factus, invitavit ad tantum opus beatum Audomarum, Tarvennæ urbis episcopum glorioſum, qui eisdem temporibus habebatur insignis, & in Christo magnificus mirabilisque virtutibus: qui licèt jam senio fessus, & amissione luminum videretur debilior factus, animum tamen habens spirituali studio intentum, illico promptus, Christo regente gressus, festinus ad venerabilem pervenit Autbertum.

B

h

i

transfert corpus S. Vedasti: receptoque ibi visu, priorem cæcitatem petit & obtinet.

20 At ille, quid animo gereret, & quid sibi esset ostensum, referens, pari voto communique consilio cum magno populorum gaudio, qui undique confluxerant ad locum designatum, beatum transtulêre Vedastum. Anno igitur Dominicæ Incarnationis sexcentesimo nonagesimo quarto *k* hæc translatio facta est, residente in Sede Apostolica Papa Johanne sexto *l*, qui post Sergium à beato Petro octogesimus septimus apostolatum tenuit, Francorum rege regnante Hilderico *m*. In qua translatione perhibetur beatus Audomarus lumen recepisse oculorum; sed illico precibus eandem, quam ultroneus ferebat, impetrâsse cæcitatem *n*. Parvipendebat quippe lumen carnalium oculorum, qui lumen meruit civium supernorum. Hujus mundi vanitatem venerandus Pontifex & egregius Christi Confessor, carnali privatus lumine, videre noluit, quia intrinsecus veri Solis illuminatus radio, tota mente, tota virtute adhæsit Deo. Qua propter felicitatis ejus exitum intuentes, quàm sanctè quàm piè migravit à seculo, subsequenti sermone narrabimus.

C

k

l

m

n

Supremus Sancti morbus, & mors pia:

21 Consequenti itaque tempore, cùm prædictus venerabilis vitæ senex Audomarus nimio ardore fuisset fatigatus, & diem obitus sui affuisse cognovisset, eodem die de lectulo, in quo jacebat, surgens, ecclesiam ingressus, pronus coram altari cum lachrymis Dominum pro se & pro circumstante oravit populo, Corpus Christi & Sanguinem communicando oculis elevatis in cælum, tremulisque manibus quatiente febre atque senectute extensis, suos devota mente benedixit discipulos, dicens: Immensam omnipotentis Domini precor clementiam, ut vos, filioli mei, in regno Dei merear videre felices. Hiis verò omnibus eodem die ritè peractis, ad suum iterum reversus est lectulum, atque in eodem, toto corpore more solito extenso, vultuque sereno, anima sancti Confessoris angelorum agminibus circumdata ad omnipotentem egressa est Dominum, anno Domini sexcentesimo nonagesimo quinto *o*.

D

o

suavis in morte odor, sepultura.

22 Hii verò, qui eâdem horâ in illa domo præsentes fuerunt, testati sunt, quòd talis eorum nares & ora intravit odor, quasi illa domus omnibus aromatibus fuisset plena, sicut sæpè in aliorum Sanctorum exitu contigit. Preciosa enim est in conspectu Domini mors Sanctorum ejus. Prædictus verò venerabilis abbas Bertinus, divina sibi gratia revelante, perrexit ad locum, ubi venerabilis Senex obiit, cum suis monachis, sacrumque beati Audomari corpus cum psalmis & canticis ad locum sepulturæ deduxit, eumque in prædicta ecclesia, quam ille beatus Pontifex in Sithiu ædificaverat, cum immenso circumstantis populi sepelierunt luctu. Sanctus enim Audomarus beato prædixerat Bertino, cunctisque fratribus tempore illo in Sithiu servientibus, ut quando ei sors incerta extremæ contigisset horæ in prædicto monasterio suum sepelirent corpusculum.

E

F

ANNOTATA.

a *Hîc incipit auctor magis augere Vitam* 1, *quam tamen præ oculis habuit. In prima Vita legitur* obtulit, *hîc* tradiderat. *Utrumque verum puto, sic tamen, ut Adroaldus deinde abbati Sithiensi donaverit villam illam, quam aut obtulit aut etiam tradidit* S. Audomaro, *quia hic in gratiam Sithiensium monachorum juri suo facilè cedere potuit. Consule Commentarium Vitæ S. Bertini prævium* § 5.

b *Suspecta hæc sunt falsitatis, quemadmodum & reliqua omnia, quæ narrantur de constructa S. Martini ecclesia. Sanè, si omnia expendantur attentiùs, ille furtivus Sancti egressus, oratio, visio & baculus in loco visionis fixus, aliaque sequentia tanto magis fabulosa videntur, quanto minùs humilis* Audomarus *illa omnibus narrâsset, si contigissent. Erat in aliena domo Sanctus, quis igitur credat eum fuisse clanculò egressum? Quis potiùs non videat, eum sic egredi domo, ad eamque reverti non potuisse, nisi conscius multis?*

c *De constructa per* Audomarum *S. Martini ecclesia nihil habent Vitæ priores; sed prima num.* 12 *testatur constructam ab eo fuisse B. Mariæ ecclesiam. Cùm autem verisimile non sit in villa aut vico modico duas ab* Audomaro *structas fuisse ecclesias, & quidem primis sui episcopatûs annis; vix possim dubitare, quin falsa sint omnia, quæ de structa S. Martini ecclesia asseruntur.*

d *Vox* postea *sic exponenda est, ut monasterium B. Mariæ constructum credatur multo seriùs, exceptâ tamen ecclesiâ, quam ibi ante adventum S. Bertini struxit* Audomarus. *Hanc Sanctus erexisse videtur, ut in ea quis sacra mysteria obiret, donec adjectum est monasterium operâ maximè S. Bertini. Vide Annotata ad Vitam*

A *tam* 1 *cap.* 2 *lit.* o, *& aſſignatam ibi S. Bertini Vitam.*

e *Quamvis nolim contendere*, S. Audomarum *numquam fuiſſe tentatum, oſtendi tamen in Annotatis ad Vitam* 2 *cap.* 1 *lit.* f, *hanc tentationem tam inconcinnè referri, ut nullam mereatur fidem.*

f *Locus hic, ſi credimus Malbranco lib.* 3 *cap.* 26, pagus eſt primo Ariâ (*Arteſiæ civitate*) diſſitus lapide. *Notatus ibi eſt in tabulis Arteſiæ vicus* Quiernes. *Prodigium utrumque, ex aliorum ſilentio, & ex ipſo relationis modo aliàs de falſitate ſuſpectum, videlicet fontis eliciti, & viſûs cæco puero dati, ſic firmare nititur:* Ad memorandæ rei monumentum etiamnum extat ædes divo Audomaro ſacra, & principe in ara ejuſdem Sancti ſignum lapideum conſpexi, quo infulatus pedum rivulo infixum tenet, adſtante ad pedes infantulo. Vidi præterea ad cœmeterii imum lapidem ſcaturire fontem pellucidum, cujus aquas expeti hincque procul exquiri ferunt, illumque ipſum eſſe, quem ſcipio Audomaræus elicuit, non ſine hodierno adhuc ægritudinum levamento. Addit Audomarenſium codex: " Iis homo antè factis miraculis
B „ perculſus, villam cum eccleſia, & quæque „ iis pertinentia Deo ſanctoque Audomaro in„ convulsè tradidit integra mente atque ſince„ ra, perpetualiter ſine ullo diſcrimine poſſi„ denda „. *De hiſce omnibus ſtudioſo lectori permitto judicium.*

g *Malbrancus lib.* 3 *cap.* 43 *hoc narrat miraculum, multoſque ea occaſione converſos, prædiaque non pauca S. Audomaro donata affirmat. Fluvium verò* Saltanawa *hîc dictum in agro Furnenſi ponit, vultque eumdem eſſe cum illo, qui ibidem nunc* Iſera *dicitur. Utinam omnia illa tam eſſent certa, quàm intrepidè ſunt aſſerta.*

h *S. Autbertus Martyrologio Romano adſcriptus eſt* 13 *Decembris, ubi ejus Vita dabitur. Tranſlatio autem S. Vedaſti data eſt die* 6 *Februarii.*

i *Fluviolus eſt, vulgò* Crinch, *in tabulis geographicis dictus, qui Atrebati, ubi facta eſt tranſlatio, miſcetur Scarpæ fluvio.*

k *Longè à vera epocha aberrat auctor, ut oſtenſum eſt in Commentario num.* 33.

C l *Hæc non minori errori obnoxia ſunt: nam Joannes VI pontificatum adeptus non eſt ante annum* 701 *aut* 702, *quo S. Sergius I defunctus eſt. De S. Sergio agetur hoc ipſo die.*

m *Childericus II rectiùs dicitur regnâſſe tempore iſtius tranſlationis, at tantùm in Auſtraſia, cùm adhuc viveret Clotarius III, Childerici frater, qui Neuſtriam obtinebat & Burgundiam. Porrò ſi auctor invenerit, rem ſub Childerico peractam eſſe, alias notas chronologicas imperitè addidit.*

n *Ex Alcuino deſumpta ſunt omnia, quæ de tranſlatione, & viſu per* Audomarum *recuperato habet auctor, exceptâ tamen vitioſa chronotaxi, quæ idcirco fidem facto debitam minuere nequit. Vide Commentarium num.* 33 *&* 34.

o *Errat auctor, qui reliquis ex prima Vita exſcriptis hanc epocham addidit. De tempore mortis conſule Commentarium num.* 36 *& ſeq.*

A. ANONYMO.

CAPUT III.

Miracula varia Sancti poſt obitum facta.

Olcum fluit ex lampade ſupra ſepulcrum pendente:

PArvo igitur pòſt temporis intervallo, poſtquam corpus venerabilis Viri in prædicto loco fuit ſepultum, juxta ſepulchrum ejus pendente deſuper lampade, divino munere repleta, per prolixa annorum ſpacia lucifluum ſtillabat oleum. In hoc verò divinam clementiam diligenter intuentibus apparet, quantam in conſpectu æterni Regis beatus ſuus confeſſor Audomarus gloriam habet, cùm juxta ſuum venerabile ſepulchrum gloricſa ſæpè huc uſque *a* oſtendit ſigna. Multi enim variis languoribus fatigati, cùm ad beati Audomari tumulum veniunt, divina largiente gratia, ſubitam recipiunt ſanitatem: omnipotens enim Dominus non ſolùm glorioſas per ſuos famulos perficit virtutes, dum hac utuntur vitâ, ſed & poſt felicem obitum eorum ſignis ac virtutibus in diverſis mundi partibus eos glorificare non ceſſat, ſicut per prædictum ſanctum confeſſorem ſuum Audomarum multas poſt obitum ejus fecit virtutes. *a*

quidam mutuum nolens reddere,

24 Parvo igitur poſt beati Audomari obitum ſpacio tranſacto, quidam vir avariciæ æſtibus accenſus, praviſque, ut fertur, moribus plenus, ad ſuum acceſſit compatrem, poſtulans ab eo, ut unum ſibi argenteum uſque ad ſtatutum tempus accommodaret ſolidum, per ſuam etiam ſubdolam teſtando fidem, quòd ſtatuto ad eum tempore iterum rediturus eſſet. Alter verò ſimplici animo compatri ſuo argentum callidè precanti dedit. Paucis verò diebus tranſactis, ſtatuto ad eum venit tempore, dicens: Redde mihi meum, quod tibi accommodavi, argentum: ſtatutum enim tempus tuæ promiſſionis advenit. Tunc fallax amicus torvis eum intuens oculis, aſperiſque cum eo loquendo verbis, audaci animo juravit, negando quòd nunquam * ab eo ullum accepiſſet denarium. At ille, qui prædictum accommodavit ſolidum, recta reſpondit ratione, dicens: Pergamus ſimul uſque ad beati confeſſoris Chriſti Audomari venerabile ſepulchrum, ut tu mihi ibidem per glorioſa ejuſdem Pontificis merita jurando confirmes, quod hic negare conaris. * umquam E F

pejeranſque, ſubitò graviter punitur:

25 Tunc ille miſer mortalis lucri amore cæcatus, & à principe mendacii diabolo etiam confortatus, qui mendax fuit ab initio, & in veritate non ſtetit, veſano animo ad beati Audomari iturus baſilicam iter arripuit, paratus etiam in ſua perſeverando nequitia perjurium perficere. Ambo igitur inter ſe aſperis loquentes verbis per eandem commeantes viam, venerabilem beati Audomari baſilicam jam cernentes approximabant. Interea ille, qui ſolidum requirebat, ad ſuum ait compatrem: Quid nobis neceſſe eſt ad beati Audomari propiùs accedere baſilicam: Deus enim ubique præſens eſt. Jura ergo mihi in iſto loco, in quo ſtamus, per merita beati Audomari, quòd à me accommodatum non acceſpiſſes ſolidum. Tunc ille iniquus extendens manus ſuas, linguamque ad proferendum perjurium movens, atque oculos ad baſilicam beati Audomari elevans, ſubitò ultione percuſſus divi-

A. ANONYMO.

na pronus ad terram cecidit, oculique ejus increpuerunt momento : & post hæc duobus tantùm diebus vitâ sibi concessâ ad terrendos videlicet alios, qui eum in tali angustia viderunt, die tertia miserrima defunctus est morte.

quidam in Sancti ecclesia vinculis liberatus :

26 Non prolixi temporis intereunte fluxu post sepulturam corpusculi sancti Viri, accidit ut quidam trahentes reum, cujus collum manusque cathena ferrea ambiebat, ante basilicam, in qua Domini nostri Jesu Christi Famulus esse noscitur tumulatus, transitum haberent ; jamque loco, quo templi pateret aditus, approximavere, cùm cathenatus è manibus violentorum elapsus, sacro sepulchro contigua petiit fugiendo loca, subitóque inter gementis dolentisque animi & corporis fatigati fletus nutu Dei omnipotentis, intercedentibus sancti Audomari meritis, & vinculatus ereptus, & cathena apparuit confracta. Tunc tortores præmemorati persequentes vestigia scelerati, factum, quod fuerat, ut viderunt, in nimia diutiùs stupefactione hæserunt : sed agnoscentes hunc Sancti Dei meritis fuisse salvatum, aliud nil facere audentes,

b abire siverunt illæsum *b*, ad cumulandam ejus

B inter homines gloriam, qui, dum terrena fruebatur vita, conversationem in cælis habebat.

donata Sancto prædia : furans in ejus vinea punitur ;

27 Talibus beatum Audomarum insignem miraculis fama per diversa orbis spacia divulgabat, flagrantesque fideles viri in veneratione hujus Sancti non solùm de vicinis sed etiam de longinquis terrarum regionibus prædia, vineas, ac familias cum integritate villarum, ut eum intercessorem apud justum Judicem habere mererentur, Domino favente, cum stipulatione idoneorum testium & cartarum conscriptione ad locum tumuli ipsius sollempniter tradiderunt. Inter quos & Franci quidam nobiles, Riparum *c*

c gens nota vocabulo, haud procul à Rheno fluvio, eodem voto ac desiderio ferventes, etiam agros suos vineasque cum reliquis substantiis suis sancto Viro suisque famulantibus assignaverunt. Quadam verò die, tempore vindemiæ, pastor puerulus, videlicet cujusdam religiosi viri, Ekkinus nomine, in vineam glorioso Viro collatam intravit, & furtim sinum de uvis rapiendo complevit, & hoc facto ad coëquales suos cum

C præda rediit : quibus rogantibus, ut expertiretur, quod rapuerat, quasi benignus ad distribuendam prædam se præparabat. Cúmque pandente sinistra immittere sinui conaretur manum dexteram ; mox ita ambæ immobiles adhæserunt, ut nec sinistra, quâ sinus tenebatur complexus, nec illata sinu abstrahi poterat : & contorto ore retrorsum linguæ perdidit officium : quod ammirantes socii puerum debilem ad proprium dominum non cum parvo tremore adduxerunt, referentes curnam sibi hæc debilitas contigisset.

sed deinde supplex apud sepulcrum sanatur.

28 Dominus verò pueri, cùm esset religiosus atque humilis, condolens puero malevolo, divinæ statim quæsivit miserationis auxilium, assumensque situlam plenam vini, proprio labore acquisiti, & alia munera diversa, cum puero ad basilicam ejusdem villæ, quæ linguâ eo-

d rum Gebuwaldestorp *d* dicitur, devota mente perrexit, oblatoque ad altare, quod dispostuerat, prono vultu ad terram unà cum debilitato puero se prostravit : & puro corde humidaque facie pro crimine, quod factum fuerat, per intercessionem piissimi pontificis Audomari omnipotentis Domini clementiam exposcit : moxque post humilitatis lachrymas oratio optinuit effectum : nam puer surrexit incolumis, & membrorum compago ad pristinum est officium revocata. Addidit nempe dominus pueri annuatim xenia, quæ portavit, donec vita sibi esset, se impleturum : atque his ita peractis, Deo gratias agendo, ad propriam remeavit domum : sicque factum est, ut nullus deinceps in illa villa, non solùm vineas ad sanctum Audomarum pertinentes, aut pomorum fructus vel hortûs invadendo rapere audeat ; sed neque omnino extremum gramen absque licentia contingere præsumat. O Virum mirabilem, qui patiens in vindictis scelerum misericordiam facilè illi præstare comprobatur, qui eum humilians deprecatur. D

Puellula in puteum lapsa,

29 Non solùm quoque hanc, quam in provincia remotiori gestam diximus, virtutem propter merita sancti Viri declaranda Dominus virtutum adimpleverat : verùm etiam nuperrimo in tempore *e* coram oculis nostris stupendum miraculum declaratum est, de quo penè innumerabiles testes promiscui sexus virorum feminarumque adhuc manent, qui ad hoc spectaculum præsentes astiterunt. Quodam tempore, dum secundum consuetudinem Christianæ Religionis rogationes trium dierum celebrarentur, ad sancti Audomari basilicam, quæ maximo supra omnes hujus provinciæ veneratur honore, catervatim populi more solito undique confluxerunt : cúmque post meridianam horam plebi fatigatæ in processione, & ad eandem basilicam revertenti, Missa debebatur celebrare *, contigit inter multitudinem cum duabus filiabus suis puellis quandam mulierem venire. Incipiente verò cantore antiphonam ,. minor majori sitis ardore fatigatam se esse queritabat : cujus affectui germana compatiebatur major, & apprehensa manu minoris, duxit in ecclesiam *f*, ut sitim infantulæ utcumque temperaret. Pervenerunt ergo simul ad puteum, non minus quadraginta pedum altitudinis habentem. Cùm autem copia hauriendi aquam propter absentem funem deesset, puella parvula sitis causâ tantæ altitudinis aquam prona aspiciendo incautè ad ima dilapsa est. E *e* * debebat celebrari *f*

aquæ supernatat, & salva educitur.

30 Major verò, quæ super os putei stupefacta remansit, ignara utilioris consilii, garriens tamen ejulando plurimam multitudinem voce sua advenire compulit. Dum ergo concurrentes circumquaque conspicerent ; puella vix clamans præ timore causam sui ejulatûs aperuit. Et dùm puteo restis defuisset, angor intolerabilis non defuit, quomodo aut qua arte etiam defunctum cadaver à profundo putei extraheretur. Tunc cujusdam fratris ipsius monasterii minister accurrens, dum rem exploravit peractam ad alium transcurrit puteum, atque inde reste arrepta, puteum descendit, & puellam more anseris natantem super aquam repperit : nec jam vestimenta ejus tanti casus altitudine per omnia humectabantur : sed & sicco quoque capite ad superiora delata est Quod videntes, qui aderant, Deum per merita sancti pontificis Audomari glorificaverunt devoti, scientes absque dubio precum ipsius adjuvamine à pœnis infernalibus, si confiteantur ex corde peccata, se liberandos. F

ANNOTATA.

a *Ex his verbis nequit inferri, crebra apud sepulcrum miracula usque ad ætatem hujus scriptoris, qui certè non diu ante seculum* XI *scripsit*,

A. ANONYMO.

A *pſit, continuata eſſe: nam omnia clariſſimè ex prima Vita ſunt adoptata.*

b *Vide Annotata ad Vitam præcedentem, quam auctor hoc loco præcipuè ſecutus eſt; ſed verba ſequentia habet ex auctore Ms. Cameracenſis.*

c *Hæc eadem verba leguntur in Ms. Cameracenſi, quod hic auctor fideliter ſecutus eſt, ubi etiam dicitur res contigiſſe* nuperrimo tempore, *ita ut exiſtimem ſcriptum primò fuiſſe miraculum ſeculo* IX *ante vaſtationes Normannicas. Itaque auctor, veriſimiliter ſeculi* IX, Riparios, *aliàs* Ripuarios & Ripatorios, *imò &* Ribuarios, *non diſtinguit à Francis, à quibus eos diſtinctos vult Valeſius in Notitia Galliarum pag.* 478. *Valeſium ſecuti ſunt alii geographi, ut paſſim fieri ſolet. Verùm Du Bos in Hiſtoria critica occupatæ per Francos Galliæ tom.* 1 *cap.* XI *rectè oſtendit, Ripuarios fuiſſe Francos, & unam è tribubus Francorum conſtituiſſe, quæ diu ſuas retinuit leges. Idem tom.* 3 *cap.* 2 *narrat, quibus artibus Clodoveus Sigebertum Claudum Francorum Ripuariorum regem, & conſanguineum ſuum, curaverit occidendum, occiſoque*

B *etiam ipſius filio, regnum Ripuariorum, cujus metropolis erat Colonia Agrippina, regno ſuo adjunxerit. Jam verò quod ſpectat ad ſedes Ripuariorum, erant illæ inter Rhenum & Moſam pro majori parte, ſed aliqua etiam ultra Rhenum poſſidebant Ripuarii, ut oſtendit Du Bos. Valeſius cum aliis perperam eos concludit inter Rhenum, Moſam, & Ruram: nam licèt ille tractus Ripuariorum eſſet, longè magis extendebantur verſus ſuperiores Rheni partes, quàm Rura amnis, cùm ſedes etiam haberent trans Moſellam. Quin & ipſe Valeſius deinde rectiùs Ripuarios extendit uſque ad confinia ferè Alſatiæ, fateturque eos non modò juxta Rhenum habitaviſſe, ſed etiam in tractibus terrarum interioribus, ad Moſellam nimirum, Saravum, alioſque amnes.*

d *In Vita præcedenti* Gebuvaldas-thorp; *in Ms. Cameracenſi* Gebunaldaſtrop. *Ejuſdem loci fit mentio in tribus diplomatis, quæ laudantur in Origine eccleſiarum S. Bertini & S. Audomari part.* 2 *pag.* 325 *& ſequentibus. Ex illis quoque apparet, fuiſſe in diœceſi Colonienſi, aut*

C *certè in ejus vicinia, pagum illum; at eum non invenio, quia nomen nimis corruptum eſt, quantùm exiſtimo.*

e *Hoc certè hic auctor non potuit de ſe dicere; ſed dedit verba in antiquiore ſcripto inventa.*

f *Vide Annotata ad præcedentem Vitam cap.* 2 *lit.* h.

CAPUT IV.

Hugo abbas Sancti corpus clanculùm transferre tentat; ſed S. Folquinus epiſcopus, re cognita, illud refert Audomaropolim: alia delatio corporis Neomagum, relatioque ad locum priſtinum.

Hugo abbas corpus S. Audomari transferre conatur ad ſancti Quintini cœnobium, a b

MUlto poſt hæc tempore Hugo *a* abbas, vir per cætera laudabilis, ſed in præſenti negotio diabolicâ jaculatus ſagittâ, cœpit excogitare, qualiter ſancti Audomari corpus, cujus ope & auxilio Tarvennicus gubernatur populus, Vermandis ad ſancti Quintini monaſterium *b*, quum hoc ipſum gubernabat, poſſet deferre. Metuens verò animoſitatem plebis, congregata Vermandenſium multitudine, temptat vi abſtrahere; ſi forſan non poſſet occultè. Erat autem monachus quidam, Morus nomine, cuſtos ſancti Audomari eccleſiæ, cujus conſilio & inſtinctu vir prædictus acceſſit, & ſacrum ſancti Præſulis ac Patroni noſtri corpus ſumens, villam uſque Liesburch *c* nomine cum ſua deportavit multitudine. Dei autem providentia operante, triduo in præfata villa manſerunt cum ſacrato corpore. Acciderat interea, ut præclarus Tarvennæ civitatis præſul Folquinus epiſcopali more parrochias epiſcopii ſui circuiret, ut ſicubi contra ſanctorum canonum ſtatuta ageretur, curioſus paſtor addiſceret, & tali ſtudio cellam uſque Wormoch *d* dictam pia curioſitate perveniret.

E

c

d

ſed S. Folquinus epiſcopus illum cum ſuis inſecutus, e

32 Interea, ubi inibi ad menſam ventum eſt, in qua lautiſſima, uti tanto pontifici, præparabantur obſequia; frater *e* ipſius beati præſulis advolitat, nuncians grave & irrecuperabile patriæ, ſi perficeretur, excidium, ſanctum ſcilicet Audomarum à monaſterio ſuo abſtractum, &, ni citò ſuccurrat, ad ſanctum Quintinum Vermandis uſque deferendum. Hæc audiens ſanctus Domini ſacerdos, nimiùm turbatus intrinſecus, Vade, inquit ad fratrem, & totius epiſcopii mei populum gira curioſiùs, & die tertia infra muros Tarvennæ urbis præſto eſto cum omnibus: & ego præſens ero cum hiis, quos mecum, Chriſto auxiliante, detulero de iſtis partibus. Tum demum, ſi ipſe juverit Sanctus, ad excutiendum eum omnimodis ero paratus. Hiis autem ſecundum verbum beati pontificis ritè peractis, adeſt die tertia in urbe Tarvenna multitudo innumerabilis. Tunc ſacerdos Domini cum omni hac multitudine inſequitur prædictum abbatem cum ſuis uſque ad villam ſuperiùs nominatam cum omni feſtinatione. At illi geſtientes corpus ſanctum ſuſtollere, fugamque inire, nulla hoc multitudine prorſus valebant à terra levare: cúmque id addita adhuc majori multitudine conarentur bis terque levare; nichilominus ita manet immotum, ac ſi quibuſdam radicibus humi teneretur affixum.

F

ſacrum theſaurum refert ad eccleſiam Audomarenſem,

33 Tunc abſque retardatione ullius commodi accelerant fugam, relicto corpore Sancti. Beatus autem Folquinus dans illis fugiendi locum, acci-

A. ANONYMO. accipiensque thesaurum illum omni auro precioſiſſimum, repetito calle cum tota plebium multitudine reportat ad proprium, unde ablatus fuerat, locum. At ubi ventum eſt Tarvennæ ad fluvium, qui dicitur Legia *f*, omnis populi ſuprà memorata multitudo abſque aliqua cunctatione pedibus tranſvadat fluminis aquam: ſed tranſacto amne, nec unius ſtillæ humor in eorum apparuit tegmine. Progredientibus quoque per ariſtifera agrorum ſata: neque enim vitare ea poterant tam numeroſa plebium agmina, veluti tribulis tonſæ terratenus conculcabantur pedibus ſpicæ. Tranſacta autem multitudine, ita denſabant ſulcos, ut patenter agnoſceres Protectoris adventui etiam congaudere campos. Utrorumque autem monaſteriorum *g* monachi & clerici exiſtentes anxii eventum exſpectabant rei; ſed poſtquam datum eſt oculis, quamvis procul, cernere multitudinem populi adventantis, protractis campanarum funibus vocem laudis omnes dederunt in excelſis.

f

g

ibique abſcondit ſub terra.

B

34 Antedictus autem cuſtos eccleſiæ Morus tunc ad menſam ſederat epulaturus, & audito campanarum ſonitu, interrogat, quæ eſſet cauſa, pro qua populi tantâ exultarent lætitiâ; dictumque eſt illi à narrantibus, quòd ſanctus Audomarus à Folquino pontifice eſſet reductus; & ob hoc lætitiâ tantâ cunctus exultaret populus. Quod audiens, nimiùm turbatus, iram Dei reducentibus confeſtim eſt imprecatus. Necdum ab ejus ore illicita exciderant verba; cùm repentè in terram cecidit, totoque corpore rigidus, diſtrictis membrorum nervis, ſemivivus emarcuit. Sic tamen ſtupidus ad ſanctum Bertinum eſt deportatus, ibique, quod verbo commiſit, diutino languore pœnituit: nam, viſu & auditu recuperato, ſenſu ita finetenus eſt privatus, ut nunquam poſſet animadvertere *h*, qua in parte ſancti Audomari monaſterium videretur poſitum eſſe. Corpus autem beati Audomari præſul Folquinus terrâ recondidit *i* cum magno honore ſexto Idus Junii, ne ſubſequentibus parili modo poſſet auferri. Tempore igitur glorioſi Ludovici regis Francorum *k* hoc ità conſtat eſſe peractum, octingenteſimo & quadrageſimo tertio Dominicæ Incarnationis anno, regnante eodem Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor & gloria, laus & jubilatio cum Patre & Spiritu Sancto in ſecula ſeculorum. Amen.

h

i

k

C

Cùm poſſeſſiones quædam ablatæ eſſent eccleſiæ S. Audomari;

l

35 Hiis & ſimilibus virtutum miraculis beati Audomari famam jam ubique divulgatam condoluit humani generis inimicus, proſperitatique famulantium glorioſiſſimo Pontifici invidens, terras à quibuſdam fidelibus Orientalium *l* eccleſiæ ejus collatas per manus violentorum abripere cœpit: quorum in tantum avaritiæ per multa annorum ſpacia æſtus exarſit, ut nullo ſupplicationis affectu eas quiſquam priſtinæ eccleſiæ revocare valuit, donec miſeratione divina in regnum primus exurgeret Otto *m*, Dei veraciſſimus cultor, ſacrarumque eccleſiarum juſtiſſimus propagator: cujus ſanctitatis nomen famamque audientes canonici baſilicæ ſancti Audomari, ſæpiùs colloquium habere invicem cœperunt, ſciſcitantes, quid facto opus poſſet eſſe de tanti juvaminis ſublatione. Tandem divinitus, ut credo, accepto conſilio, cunctorum optinuit ſententia, ut pignora beati Patris ad loca ſibi deferrent ſublata, quatinus inſpiratione divina, & tanti Patris præſentiâ, præfatus rex compulſus vim injuſtam compeſceret, Sanctorumque res abſtractas reſtitui juberet.

m

36 Quarta igitur ſabbati in rogationibus, quæ antecedit glorioſum Dominicæ Aſcenſionis diem, canonici cum magna plebis multitudine, clericorumque non modica conſtipatione, luctuque ammirabili ſancti Præſulis corpus ſuſcipientes, iter præmeditatum arripiunt. Eodem verò tempore glorioſus rex, præfatus Otto, Niumacum *n* regni convocaverat principes eccleſiæ, comparaturus Catholicæ pacem, imperiique totius diſpoſiturus utilitatem. Illuc ergo beati Audomari pignora comportare decreverunt. Sed cùm ad Thialæ *o* portum proſperis ſucceſſibus lætiſque manſionibus perveniſſent, ubi, laſſitudine ingruente, reparari ſeſe hoſpitio cupiebant, cuſtos eccleſiæ illius villæ ſuperbiendo ſanctaſque reliquias blaſphemando noluit eis fores templi referare: ſed multùm Sancti comites & famulos increpans, totumque, quod agebant, ſuperſtitioſum & deliramentum eſſe dicens, ad balneum, neglecto Sancto, proceſſit.

D

canonici Noviomagum ferunt ſacras ejus reliquias,

n

o

quæ in itinere cujuſdam injurii pœnâ,

E

37 Fidelis verò turba, per vim apertis januis, ſanctas reliquias introduxit, eaſque ſuper altare, prout dignum erat, conſtituit. Antequam igitur ſacerdotes myſterium Dominici expleviſſent Sacramenti, furibundus accurrit ædilis, fremenſque ad altare acceſſit, & quæ à fidelibus Sancto offerebantur, arripuit, ſemper luminaria à devotis accenſa extinguens, & quaſi futuræ utilitati non ſine maximo ſui periculo recondens. In hac itaque pertinaciter audacia uſque ad veſperam exiſtens, domi ſe demum recepit, lectumque quaſi ſomniaturus aſcendit: ſed divina, ut creditur, ultione pro injuria Sancto ſuiſque illata, inexcitabiliter obdormiens, nunciatur mortuus. Mane autem facto, hoc audientes finitimi accurrunt, Sancti pignora, quibus poterant, venerantes muneribus. Fratres verò, qui Sancti comitabantur reliquias, bonum pro malo reddentes, funeris procurant exequias, corporalia terræ mandantes, & ſpiritualibus requiem æternam implorantes. Inde progredientes Niumacum expetunt.

& Noviomagi ſubito epiſcopi morbo inclaruiſſe dicuntur;

p

F

38 Ut autem rex prædictus adveniſſe tanti Patris reliquias audivit, immenſo repletus gaudio, gratias Omnipotenti retulit. Frater verò ejus Agrippinenſis eccleſiæ archiepiſcopus, Bruno *p* nomine, auditis cauſis hujus adventus, in inſaniam mentis prorumpens, excogitavit ſe rapturum fore ſanctum theſaurum, ſuiſque aliquibus in locis digno venerationis obſequio tractaturum, clericos verò in exteras regiones tranſmiſſurum. Sed miſericors Dominus, qui omnia novit, antequam fiant, non permiſit ſanctum Audomarum ab eo loco exulari, quem, dum viveret, diſpoſitione ſibi divina elegit. In eadem namque nocte, cujus matutino hæc erant perpetranda, omnipotentia Domini eundem archiepiſcopum metu terruit mirabili: nam poſtquam à cœna ſanus & alacer more ſolito pauſaturus cubile aſcendit, intolerabilis eum repentè dolor & languor per omnes artus invaſit, ſanguis etiam plurimus per nares diſtillans, antequam media nox adveniret mortis vicinia intentabat.

ac tandem bona illa reſtituuntur Sancti eccleſiæ.

* *i. e.* ei ejuſque miniſtris

39 Tandem præſul reminiſcens, quòd contra Sanctum ſuoſque excogitaverat, pœnitentiæ lamentis mox immundicias cordis abluere cœpit, promittens etiam corde puro ac ſimplici ſe cuncta, pro quibus beatus Audomarus advenerat, ſibi ſuiſque * impetraturum à rege, ſi ſoſpitati priſtinæ, ipſius intervenientibus meritis, reſtitueretur. Ad hæc ſtatim epiſcopus convaluit,

A luit, & è lecto exiliens, gratias Deo ſanctoque Audomaro redditurus ad orationem pronus ſummiſſo vultu acceleravit. In craſtino autem fratrem aggrediens, totiuſque illi rei eventum indicans, pro rebus Sancti intercedere cœpit. Rex verò nimiùm fraternæ congaudens ſoſpitati, quæcumque archiepiſcopus popoſcerat, complere non diſtulit. Reddidit itaque ſancto Audomaro terras *q* multo ſibi tempore ablatas, conſtituitque duos advocatos, Wichmannum & Hermannum, ut Sancto ſuiſque famulis contra omnes infeſtationes inexpugnabile ſcutum exiſterent. Talibus miraculorum beatus Audomarus coruſcus indiciis, ad propria reportatur, & cum maximo honore in proprio monaſterio, ſicut priùs fuerat, reponitur.

q

Concluſio Vitæ, in qua repetuntur aliqua, antè melius narrata.

40 Hæc de converſatione virtutibuſque præſulis Audomari ſanctiſſimi brevi deprompſimus oratione. Cæterùm lectori notandum, virtutum ejus quam plurimam latere ſilvam, quarum enteca *r* quædam priorum negligentia ſcriptorum, quædam autem modernorum ratio reticuit propter faſtidium lectorum. Multotiens denique ad venerabile ejus ſepulchrum ſpectantur ſurdarum aurium patefieri clauſtra, cæcorum oculis reddi lux diu denegata, mutæ linguæ propria revocari officia, claudorum plantæ priſtina formare veſtigia, aliorumque malorum caſuum effugari violentia. Quarum omnium cumulus ſi volumini inderetur, lectori onerarius * quàm neceſſarius cenſeretur. Rexit autem eccleſiam ſanctus Audomarus per ſpacia ſex luſtrorum. Ultimo verò apoſtolatus ſui anno, die depoſitionis ſuæ, hoc eſt, quinto Idus Septembris, ingreſſus baſilicam ac myſterio Dominici Corporis & Sanguinis celebrato *s*, diſcipulis circumſtantibus flentibuſque, gratiâ Spiritus ſancti plenus migravit ad Chriſtum. Tranſlatum eſt corpus ejus à beatiſſimo Bertino abbate ac choro monachorum, & ſepultum eſt cum gloria in monaſterio Sithiu, quatuor milibus à Morinenſe * diſtante civitate, regnante Domino & Salvatore noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt cum Deo Patre & Spiritu Sancto honor & gloria, virtus & magnificentia, per omnia ſecula ſeculorum. Amen...

r

B

* oneroſus magis

s

* *i. e.* Taruanna

Mulier, laborans in feſto Relationis, divinitus punitur;

C

41 Cùm Dominus noſter *t* per merita beati Audomari miraculum quoddam operatus ſit, veſtræ benignitati dignum duximus explicare. Omne quidem bonum pulchriùs elucéſcit, cùm plurimorum notitiâ comprobetur. Exeunte edicto per univerſum territorium beati Audomari, ut Relatio ejus debito venerationis [obſequio *u*] celebraretur, contigit quòd digiti mulierculæ, multùm procedentis in diebus ſuis, laudabilis opinionis, in die Relationis ſpe quæſtûs colum trahentis, & exercitio nendi divinæ voluntati ſe opponentis, contraherentur, ita quòd medio palmæ tenaciter, immò immobiliter, infigerentur. Ad ſpectandum illud miraculum infinita multitudo hominum confluit: de muliercula, quòd peccatum illud culpâ ſuâ acciderit, conſtanter aſſerit. Plerique tamen diffidentes ſuper hoc, quod geſtum erat, ſuſpicantes, quòd vetula ad aliquid extorquendum ſe debilitatam finxiſſet, conantur digitos divino miraculo contractos à palma diſiungere Sed quod Dei potentia facit, conatus hominum fruſtratos omnino reddit. Augetur fides priùs diffidentium propter miraculum tam in propatulo factum, & corda priùs admodùm titubantia facta ſunt credentia.

t

u

42 Lacrymas vetula compunctionis habet ad Deum, clamat magis cordis devotione quàm oris vociferatione; magna ipſam comitante caterva, ad baſilicam beati Audomari adducitur. Clamant circumſtantes, clamante muliercula, nichilo minùs plorant, plorante illa: ſed fuſis lachrymis clamat in toto corde, quia mens ejus diviſa non eſt: totam ſe Deo effundit, totam ſe offert, cognoſcit ſe, ut Deus ignoſcat: exitus aquarum deduxerunt oculi ejus, quia non cuſtodivit legem Dei. Celebrato officio Miſſæ ex more, quiſque in ſua revertitur. Miſera illa, flagello Dei percuſſa, ſanitatem ab eo, qui eſt ipſa pietas, ipſa miſericordia, exſpectat. Circa veſpertini temporis ſpacium, ſacriſtis cum illa commorantibus, & unà cum illa Deum orantibus, fragore nervorum concrepante, digiti in priſtinum ſtatum redeunt: ad proprietatem, quam antè habuerunt, ſe extendunt: laudes & hymnos communiter cantant: accedit homo ad cor altum, & exaltatur Deus.

A. ANONYMO. *& pœnitens apud ſepulcrum ſanatur:*

puella eamdem ob cauſam manifeſto indicio correpta.

43 Alio tempore, ipſa eadem die ſollempnitatis, puella, neglecta diei veneratione, dum operam conſuendæ camiſiæ adhibet, occulto Dei judicio corripitur: nam camiſia in argumentum correptionis ſanguine reſperſa invenitur. Quod miraculum, antequam eſſet ſcripto commendatum, verum fuiſſe multorum teſtimonio eſt oſtenſum. Puellam ſtupor invaſit, ream ſe accuſavit: quam Deus accuſantem ſe excuſavit. Ad majorem facti evidentiam in ſynodo ſancta *x*, in qua de ſalute animarum agitur.

E

x

ANNOTATA.

a *Geſta Hugonis abbatis legi poſſunt apud Iperium in Chronico cap.* 12. *Aliqua etiam de Hugone obſervavi in Commentario prævio Vitæ S. Bertini num.* 101 *& ſeq.*

b *De monaſterio S. Quintini pluribus agit Claudius Hemeræus in Auguſta Viromanduorum, & illius abbates recenſet pag.* 67 *& ſequentibus. At exiſtimat monaſterium illud clericorum potiùs fuiſſe & canonicorum quàm monachorum, quamvis fateatur Ebertramnum monachum illius fuiſſe abbatem. Contra Mabillonius non dubitat, quin cœnobium fuerit monachorum, idque mihi apparet longè probabilius ob vitam monaſticam Ebertramni. Quin & Mabillonius tom.* 2 *Annalium pag.* 411 *oſtendit, monachos in illo monaſterio fuiſſe, donec ſeculo* 9 *vaſtatum eſt à Normannis. Eſt modò à multis ſeculis eccleſia collegiata canonicorum.*

F

c *De hoc loco & de tota hac hiſtoria actum in Commentario prævio num.* 46 *& ſeq. Laudatus Hemeræus pag.* 75 *excuſare nititur Hugonem abbatem, carpitque Meyerum, quòd improbaverit conatum illum auferendi corpus ſacrum. At pauci aut fortaſſe nulli theologi Hemeræo conſentient.*

d *Vox* Wormoch *luxata eſt. In apographo uno paulò rectiùs legitur* Wormhoth, *in altero* Wormets: *ſed rectè in lectionibus Officii in Ordinario Audomarenſi* Wormhoult. *De cœnobio Wormholtenſi, cui abbas præfuit S. Winnocus, multa dicta ſunt in S. Bertino, præſertim* § XI.

e *Frater ille veriſimiliter eſt* Odwinus: *nam S. Folquinus fratrem Odwinum habuiſſe dicitur apud Mabillonium ſec.* 4 *Benedictino in Obſervationibus præviis pag.* 623; *ubi id ſcribit Folquinus levita Bertinianus, cujus proavus erat Odwinus ille S. Folquini frater, ſi ille genealogiam ſuam ibi rectè deducit. Alter S. Folquini frater eſt Fulradus abbas S. Quintini quem hic deſignat.*

A. ANONYMO.

deſignatum credidit Malbrancus lib. 6 cap. 3. Verùm quæ Hemeræus pag. 72 & 73 de Fulrado congeſſit, oſtendunt eum diu antè fuiſſe defunctum, ac præfuiſſe S. Quintini abbatiæ ante Hugonem.

f *Flumen iſtud* Legia, Lætia & Liſa *vocatum reperitur, Gallis* la Lis *aut* la Liſe, *Flandris* de Leye. *Modicus eſt Taruannæ, ſed augetur paulatim, ex Arteſia currens in Flandriam, & Gandavi ſe miſcet Scaldi.*

g *Id eſt monaſterii S. Bertini monachi, & clerici ſive canonici monaſterii aut eccleſiæ* S. Audomari.

h *Conſentit de hiſce Iperius cap. 12 part. 3.*

i *Non tamen juxta corpus S. Bertini, ut jam obſervavi in Commentario num. 48. Bovo abbas S. Bertini in Hiſtoria inventionis S. Bertini num. 22 ſcribit, hujus Sancti corpus ſecretiori loco poſitum fuiſſe à S. Folquino*; ſicut paullò antè S. Audomari venerabile corpus furtim ereptum, ſed ſuæ diligentiæ divinitus conceſſum, loco ſuo reſtituit, ne hæc patria tanto umquam fraudaretur Patrono. *S. Folquinus in Vita ſua apud Mabillonium ſec. 4 pag. 627 mirè laudatur ob hanc ſacri corporis relationem, dicitur-*
B *que non requieviſſe*, donec corpus ſanctum fraudulenter ſublatum proprio reſtitueret loco, ... diemque ſolemnem faceret in menſe Junio .... Et præcavens in futurum, ne parili modo aut alio quovis ingenio corpus auferretur ſanctum, terrâ illud abſcondit, ubi per plurimos annos homines quidem latuit; at revelatum eſt, ubi Dominus voluit. *Ex hiſce liquet, ſacrum corpus ad eccleſiam Audomarenſem, in qua antè fuerat, fuiſſe relatum. Quapropter ad hæc monumenta non attendit Mabillonius, dum tom. 2 Annalium pag. 643 ſcripſit, corpus à S. Folquino fuiſſe ſub terra depoſitum* juxta S. Bertini ſepulcrum, non jam in baſilica S. Mariæ, ſed in baſilica ſancti Petri, *ſed errorem illum hauſit ex inſtrumentis refutatis in Commentario num.* 49.

k *Deſignat haud dubiè Ludovicum Pium imperatorem & Francorum regem, quia ille favit Hugoni abbati fratri ſuo naturali. Attamen fallitur auctor, cùm Ludovicus Pius anno* 840 *obierit.*

l *Agitur hîc de iiſdem poſſeſſionibus, quas in*
C *pago Ripariorum* S. Audomari *eccleſiæ donatas narravit num. 26. In* Orientalium *partibus ſcriptor minùs accuratus poſſeſſiones iſtas collocat, quia verſus Orientem ſitæ erant ab utraque Rheni parte.*

m *Otto I Germaniæ rex creatus eſt anno* 936; *imperator coronatus eſt anno* 962, *ac demum obiit anno* 973.

n Niumacum, *aliàs* Noviomagus, *urbs eſt Belgii fœderati in ducatu Geldriæ ad Vahalim fluvium. Olim erat villa regia, ut Valeſius in Notitia Galliarum pag.* 385, *aliique jam oſtenderunt. Nunc ſæpe* Neomagum, *& vulgò* Nimwege *nominatur. Folquinus Levita Bertinianus, qui tunc vivebat, factum hoc in Cartulario ſuo narrat. Priora ipſius verba huc transfero. Poſtquam dixerat Regenoldum anno* 954 *abbatem S. Bertini ordinatum, hæc ſubdit:* Hic etiam tempore regiminis ſui, conſentiente imò compellente glorioſo comite (*Flandriæ*) Arnulpho, S. Audomari reliquias cum honore maximo, & cum multimodo ac devotiſſimo monachorum ac canonicorum obſequio, ut terras trans Rhenum ſitas, huic ſacro loco jam olim à fidelibus conceſſas, adquireret, Neumago uſque regio palatio deportavit: quo in loco tunc glorioſus Otto rex Orientalis Galliæ (*ſive Germaniæ*) advenerat. *Ex his corrige auctorem, quòd factum attribuat ſolis canonicis: quod aliunde etiam veriſimile non eſt; cùm bona quærerentur communia utriſque.* D

o Thiala, *aliàs* Thiela, Tiela *aut* Tila, *oppidum eſt Geldriæ ad Vahalim item fluvium, ſeptem aut octo milliaribus Belgicis Noviomago diſtans. Malbrancus tom. 2 lib. 7 cap. 47 factum hoc referens, Thialæ portum explicat per* Tholen, *unam ex inſulis Zelandiæ cum civitate cognomine; ſed nullum eſt dubium, quin fallatur. Porrò ex Folquino liquet, hunc ſcriptorem non rectè expoſuiſſe, quæ Thialæ tunc facta ſunt. Verba Folquini hac de cauſa ſubjungo:* Cúmque ventum eſſet ad Thiale portum, cuſtos eccleſiæ blaſphemando, & reliquias ſanctas vituperando, nolebat eccleſiam aperire. Poſt paululum autem quidam concitè adcurrit, nuntians eundem cuſtodem à balneis reverſum, ſubita infirmitate correptum; &, ni interceſſione ſuccurrant monachi, mox eſſe moriturum. Quod au-
E dientes fratres, cùm raptim unus Euchariſtiam, alter ſacratas reliquias afferre conarentur; ecce alter adeſt nuntius, dicens eis, ne ſollicitarentur, quoniam iſdem presbyter, ſancto illi Audomaro dignam blaſphemiæ pœnam reddente, terminum præſentis vitæ feciſſet. Cognito autem hoc, populi undique ad eccleſiam concurrerunt, & facultate, quâ poterant, reliquias ſanctas honoraverunt. *Hiſce multa parùm veriſimilia addi in Vita, lector ſtudioſus facilè perſpiciet.*

p *Bruno, frater Ottonis imperatoris, & archiepiſcopus Colonienſis, vir erat pietate præſtans, ut conſtat ex Vita ipſius. Quare veriſimilia non ſunt, quæ hîc de molitionibus ipſius aſſeruntur, præſertim cùm ne verbo quidem ea attingat Folquinus. Attamen, ſi quid veri ſubſit, potuit Bruno exiſtimare iniqua peti, atque improbare, quòd ſacræ reliquiæ tam longè eum in finem à propria eccleſia amoverentur: quod ſanè magis mirandum apparet quàm noſtro tempore imitandum.*

q *Hiſce verbis auctor inſinuat, omnia fuiſſe obtenta, quæ petebantur: idemque Iperius & Malbrancus tradiderunt. At Folquinus poſt verba jam data, tantùm iſta ſubdit:* Partim autem proſperè, pro quibus venerant, adquiſitis, eccleſiâ in Frekenas regia donatione receptâ, cum reliquiis Sancti ad propria ſunt reverſi. *Itaque partem obtinuerunt, non omnia. Contigit hæc tranſlatio inter annum* 954 *&* 961, *ut colligitur ex ætate Brunonis archiepiſcopi & Regenoldi abbatis. Iperius cap. 27 part. 2 tranſlationem hanc narrans, perperam dicit reliquias fuiſſe delatas* trans Rhenum ultra Neomagum, *malè etiam adjungit S. Bertini reliquias, de quibus nullum verbum eſt apud Folquinum & alios. Contrà auctor hujus Vitæ perperam omnia attribuit canonicis* S. Audomari, *cùm adfuerit abbas Bertinianus cum aliquot monachis.* F

r Enteca *legitur in codice, rectène an mendosè, non divinavero. Si ſit vox adjectiva ab* entecus *ducta, voluit ſcriptor dicere* quarum abſcondita quædam *&c. Ita fingi vox potuit ab* entheca, *quod medio ævo uſurpatum fuit pro reconditoria, arca, theſauro depoſito, & ſimilibus; niſi hac ipſa voce uti voluerit auctor, dicereque*, quarum theſaurum *&c.*

f Hoc

A f *Hoc cum præcedentibus habet auctor ex Vita ſecunda ; ſed ibi jam obſervavi , nec illa legi in prima Vita , nec vera videri. Mortem Sancti hæc ipſa Vita rectiùs habet num.* 21. *Hinc clarè patet , omnia in hac Vita ſine delectu idoneo eſſe compilata ; idque iterum liquet ex ſequentibus miraculis , quæ in eodem leguntur codice.*

t *Poſt diſcurſum moralem de dilectione mutua , in qua de* Audomaro *dicitur :* Beatus Audomarus , pius confeſſor Domini , lilium fuit , quia candore caſtitatis & aliarum virtutum in vita hac enituit ; quoniam blandimenta hujus ſeculi reſpuerit , & ad eum , qui via & veritas eſt, totius cordis devotione , Dei & proximi dilectione anhelaverit ; *ſequuntur duo miracula , quæ hîc annecto.* A. Anonymo.

u *Hæc vox omiſſa erat in codice noſtro , ſed erat in apographo Audomarenſi. Porrò ex miraculo hoc & ſequenti liquet , feſtivitatem Relationis , de qua egi in Commentario num.* 45 , *olim peractam fuiſſe cum ceſſatione operum ſervilium.*

x *Qualis illa fuerit ſynodus , ignoro. Ceterùm poſtea ſequitur moralis adhortatio ad colendum* S. Audomarum : *& ſic Vita finitur.*

DE S. OSMANNA VIRGINE,

QUÆ COLITUR IN ABBATIA S. DIONYSII PROPE PARISIOS IN FRANCIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS. C. S.

B E

§ I. Memoria in Martyrologiis, Miſſa propria, Acta quæ & unde edenda.

Memoria in ſacris Faſtis

JOannes Wilſonius *Martyrologio ſuo Anglicano , quod anno* 1640 *recognitum iteratis typis edidit , ad hanc diem inſcripſit* S. Oſmannam *virginem , quam in priori editione, anno ejuſdem ſeculi octavo , ad* XXII *Novembris retulerat. Elogium , quod compendium Vitæ eſt, ex Anglico Latinè accipe.* Eodem die in Gallia prope Ligerim flumen depoſitio S. Oſmanæ virginis ex regio Hiberniæ ſanguine ortæ ; cujus licèt parentes pagani eſſent , ipſa tamen à tenera ætate Chriſtianâ fide clàm fuit imbuta. Nobili ejuſdem regni viro invita nuptiis deſtinata , patriam & parentes deſeruit , unâque tantummodo comitante ancillâ , clanculùm fugit in Galliam , ubi in ſylva prope fluvium Ligerim vitam

C admodùm auſteram duxit , herbis & radicibus famelicum corpus ſuſtentans. Accidit quodam die , ut aper in eo nemore à venatoribus agitatus , ad ipſius caſam , velut auxilium implorans, accurreret : venatores acriter inſecuti feram venabulis ſuis totis viribus impetierunt , at nullum vulnus potuerunt infligere. Hoc caſu detecta Virgo , in magiæ ſuſpicionem venit , & ad epiſcopum deducta atque in Chriſtum comperta credere ab eodem baptizata eſt , conceſſuſque ipſi eſt agellus cum hortulano , qui eum excoleret : in quo poſt multos annos ſanctiſſimè actos , tandem cum angelorum , eam invitantium , melodia ad cæleſtem Sponſum evocata eſt.

ad hunc diem , 2 *Eodem die , ſed ſine loco , eam commemorat Uſuardinus codex ſereniſſimæ reginæ Sueciæ, apud Sollerium noſtrum inter auctaria , ubi dicitur :* Ipſo die , beatiſſimæ Oſmannæ virginis. *Conſonat Martyrologium Pariſienſe , quod poſtremo ejuſdem diei loco ſic habet :* Eodem die , ſanctæ Oſmannæ virginis , cujus reliquiæ in baſilica S. Dionyſii in Francia aſſervantur. *Caſtellanus in Martyrologio univerſali eam virginem Anglicanam faciens , inter Franciæ Sanctos his verbis , ſed Gallicis recenſet :* Eodem die (IX *Septembris*) S. Oſmannæ virginis Anglicanæ , quæ præcipuè honoratur in vico cognomine provinciæ Cenomanenſis , & in Fano S. Dionyſii in Francia , ubi ex ipſius reliquiis ſervantur in ipſanotheca elevata retro altare ſacelli , ejuſdem nomini dedicati. *Codex Hagenoyenſis , inter auctaria Uſuardina à Sollerio relatus , convenit quidem quoad diem cultûs , ſed in Hibernia annuntiat , & prætermiſſâ virginitatis laureolâ , reginam facit. Verba accipe :* In Hybernia , ſanctæ Oſmannæ reginæ Chriſtianiſſimæ.

3 *Hiberniam quoque ſervat Philippus Ferrarius in Catalogo generali , ſed cultum* XXII *Novembris affigit ;* In Hibernia S. Oſmanæ virginis , *laudans Martyrologium Anglicanum , antiquius ſcilicet ; verùm ex eo potuit quidem memoratum cultûs diem didiciſſe , at non locum : cùm in hac editione , non ſecus ac in recentiori , Sancta in Francia annuntietur. Thomas Dempſterus in Menologio Scotico , pro ingenio ſuo* Oſmannam *virginem Scotam facit atque* XXII *Novembris ſimiliter refert , quem diem etiam retinent Catalogi Sanctorum Hiberniæ à P. Fitz-Simon , Societatis presbytero , editi , in quibus pariter laudatur Anglicanum Martyrologium. Arturus in Sacro Gynæceo ſanctæ Virginis noſtræ bis meminit ; die ſcilicet* IX *Septembris , quo illius natalem recoli affirmat , &* 1 *Aprilis , quo ejuſdem corporis elevationem celebrari ait. Priori loco hæc habet :* Apud San-Dionyſianum regale cœnobium in territorio Pariſienſi , Natalis ſanctæ Oſmannæ virginis , quæ regio exorta ſanguine claruit & vitæ meritis atque miraculis. *Poſteriori verò ita :* Apud cœnobium regale San-Dionyſianum in Francia , Pariſienſis diœceſis , Ordinis Benedictini , Elevatio corporis S. Oſmannæ virginis. *ad 22 Novembris, & 1 Aprilis*

F

4 *Varia quoque eſt Andreæ Sauſſayi in Martyrologio Gallicano , ob varias feſtivitates , annuntiatio. In primis ad Kalendas Aprilis ait :* In agro Pariſienſi , cœnobio San-Dionyſiano , Elevatio corporis ſanctæ Oſmannæ virginis & *20 Novembris,*

AUCTORE C. S.

martyris, cujus triumphus colitur die IX Septembris. *Sed antequam progrediar, advertat lector,* Martyris *lauream* Osmannæ *hîc perperam adscribi; nam & ipse Saussayus & reliqui omnes, nusquam de Virginis martyrio meminerunt: quare suspicor, vocem illam scribenti erepsisse; nisi fortè Sanctam* martyrem *dici potuisse existimârit ob disjecta illius ab hæreticis Calvinianis ossa, quemadmodum insinuare videtur verbis, quæ num.* 18 *recitabimus: verùm inepta nimis ea* martyris *est compellatio. Pergo ad alia: die* IX *Septembris* Osmannam *rursus commemorat, & in eodem quidem cœnobio, sed an natale id festum sit, aliudve, non edisserit: primum tamen superioribus dictis conformius apparet. Elogium, quod similiter quoddam est totius vitæ compendium, partim num.* 10 *recitabimus: reliqua verò, quæ ad corporis translationem & reliquias pertinent, ad num.* 18. *Denique ad diem* XX *Novembris post communem lectionis Martyrologii clausulam litteris minoribus ita prosequitur:* Colitur hodie in Hibernia sancta Osmana virgo regia, cujus corpus sanctum in beati Dionysii regali monasterio decenti cum honore quiescit. B *Hæc tamen in Supplemento, in quo, ut habet titulus,* nonnulli *in Martyrologio* jam signati accuratiùs recensentur, *emendanda putavit, ad eumdem Novembris diem scribens sequentia:* Item in Britannia (*Armoricam seu minorem intelligit*) adventus S. Osmannæ virginis ex Hibernia, cujus post angelicæ in terra vitæ excursum, radiantes divinæ virtutis signis exuviæ ad regale S. Dionysii monasterium translatæ sunt.

& 25 Augusti: cur nos de ea hodie agamus.

5 *Ab his omnibus diversum cultûs diem ex Breviario San-Dionysiano assignat Breulius in Theatro antiquitatum Parisiensium lib.* 4, *pag.* 1107, *diem scilicet* XXV *Augusti, ad quam in Opere nostro inter Prætermissos ex illo sic legitur:* Corpus S. Osmannæ virginis est in quodam sacello prope ecclesiam S. Dionysii: ac in ejusdem Breviario Vita ipsius succinctè descripta est die XXV Augusti. *Porrò licèt monumenta desint ad natalem seu emortualem sanctæ Virginis nostræ diem figendum, de quo nec Vita loquitur, probabilius mihi tamen apparet, illum* IX *Septembris celebrari; in quem scilicet Martyrologia à nobis allegata pro* Osmannæ *festivitate* C *aliqua passim conspirant, quoque illam tum in abbatia San-dionysiana prope Parisios honorari constat ex Historia ejusdem abbatiæ per Jacobum Doubletum conscripta, tum etiam in pago agri Cenomanensis, à Sancta cognominato, suo tempore coli solitam testatus est P. Ludovicus Jobert Societatis Jesu, litteris anno* 1678 *ad Papebrochium datis; quo denique die, ut mox videbimus, Missam propriam habet. Hæc me induxerunt, ut de S.* Osmanna *hodie, quemadmodum in Prætermissis promiserunt Majores, agendum statuerem.*

Missa Sanctæ propria,

6 *Inter Missas proprias sanctorum patronorum ac tutelarium Franciæ & Hiberniæ, jussu Clementis XII PP. editas & Parisiensibus typis vulgatas anno* 1734, *suam etiam Sancta habet die* IX *Septembris, sequenti notatam titulo:* In festo S. Osmannæ virginis ac Hiberniæ regis filiæ, necnon patronæ ecclesiæ abbatialis & regalis S. Dionysii O. S. B. prope Lutetiam Parisiorum. Introitus: Me expectaverunt peccatores. Lectio Epistolæ B. Pauli apostoli ad Corinthios. Fratres, de virginibus. *Euangelium ex communi virginum:* Simile erit regnum cælorum decem virginibus. *Orationes, quibus præcipuæ sanctæ Virginis virtutes suaviter memorantur, libet integras recensere. Prima oratio heroicam Virginis fidem celebrat in hunc modum:* Omnipotens Deus, qui mirabiliter in beata Osmanna famula tua de tenebris lucem fidei splendescere fecisti & ipse illuxisti in corde ejus ab incunabulis, ut eligeret potiùs affligi cum populo tuo, quàm temporalis peccati habere jucunditatem; tribue, quæsumus, ut fide grandes maximas divitias æstimemus improperium Christi. Per eumdem Dominum *&c.* D

jussu Clementis XII PP. edita.

7 *Secunda oratio, sive Secreta, virginitatem exponit his verbis:* Deus, qui cor famulæ tuæ Osmannæ fide purificâsti, dans illi spiritum sanctum, ut spreto infideli connubio, virgo casta uni viro exhiberetur desponsata Christo; eâdem nos fide purificatos, eodem spiritu plenos, uni tibi & Filio tuo perenni fœdere devinctos exhibe. Per eumdem Dominum *&c. Postcommunio denique crucis amorem prædicat.* Deus, cujus famula beata virgo Osmanna, aspiciens in authorem fidei & consummatorem Jesum, ad ipsius exemplum proposito sibi gaudio, sustinuit crucem, confusione contempta; unde * nos, quæsumus, ita ejus exemplo sustinere pro Christo contradictionem, ut cum illo etiam nos ipsi regnare mereamur in cælis. Per eumdem Dominum *&c. Reliqua ad cultum spectantia sequenti §, ubi de Sanctæ reliquiis agemus, aptiùs expediemus. Interim ad Vitam progredior.* * tribue E

Ex duabus Vitis, quarum alia brevior, alia

8 *Quod in aliis Sanctis sæpe accidit, ut scilicet eorum res præclarè gestas non nisi obscurè & cum incertis aut etiam fabulosis adjunctis cognoscamus, id in Virgine nostra imprimis occurrit; non quòd nulla ipsius Vita exstet, sed quòd ea negligenter scripta sit, nec hujusmodi sit, ut certam fidem mereatur. Castellanus canonicus Parisiensis, Martyrologio universali Gallicè edito hagiophilis notus, in epistola, anno* 1691 *ad Majores meos Parisiis data, transmisit brevem quamdam Vitam, quam descripserat, ut ait, ex exemplari San-Dionysiano prope Parisios, litteris Gothicis exarato, sed multis in locis mutilo, quæ ipse propterea punctulis designavit. Aliud apographum anno* 1638 *à P. Joanne Darde Societatis nostræ missum habeo, quod* ex Ms. Carilephano, *sive ex Anisolensi S. Carilesi diœcesis Cenomanorum cœnobio depromptum notatur; ejusque exordium est:* Beatissima virgo Osmanna ex clara regali stirpe progenita. *Hoc ut priori multo plenius, ita etiam præ illo fabulosum apparet: cumque eadem phrases & verba in utraque Vita frequenter, eademque rerum series habeatur, vix dubito, quin posterioris Vitæ compilator priori ita usus sit, ut non tantùm lacunas repleverit, verùm etiam modò ex conjecturis, modò ex aliunde acceptis aut figmentis pro ingenio amplificaverit.* F

prolixior & à Capgravio edita,

9 *Longiorem Vitam edidit Capgravius in Legenda Sanctorum Angliæ, fol.* 246 *verso, hinc & inde tamen stylo nonnihil mutato, & rerum adjunctis variatis aut præcisis; eamdemque secutus est Jacobus Doubletus, Benedictinus San-Dionysianus in Templo Beatorum, Gallicè vulgato. Neutra ex memoratis Mss. auctorem præfert: at Joannes Wilsonius in Martyrologio Anglicano, præter Legendam Sanctorum, Capgravium scilicet, ad marginem laudat Vitam Ms. Roberti Bucklandi; atque hinc fortè Ferrarius in Catalogo generali inter Annotata ait:* Vitam fertur scripsisse Rob. Buckland. *Cujus autem is ætatis, regionis aut fidei sit, ignoro: nisi fortè sit*

AUCTORE C. S.

§ II. Seculum, quo Sancta floruit, ignotum: in Britannia minore obiiſſe veriſimile eſt: revelatio de ea facta S. Lutgardi explicatur: Cultus ejus & reliquiæ in monaſterio S. Dionyſii, & alibi.

Quo ſeculo floruerit, incertum eſt:

PRæcipuum biographi vitium eſt, quòd in Vita S. Anachoretidis noſtræ nullam temporis mentionem fecerit, & non modò annum, quo nata vel denata eſt, ſupremamque, in qua obiit, ætatem prætermiſerit, verùm etiam narrationi ſuæ nihil inſeruerit, ex quo ſaltem ſeculum, quo floruit, probabili quâdam ratione liceat divinare: quæ ſanè ſcribendi methodus auctoris, quiſquis is fuerit, antiquitatem auctoritatemque non parùm elevat. Parentes Sancta Hiberniæ regulos gentiles, & ipſam tamen à pueritia Chriſti fide imbutam facit; quod quidem ſeculum V nonnihil ſapit, quo Hibernia à S. Patricio ad Chriſtum traducta eſt; at cùm & ante magnum illum apoſtolum lumen fidei in eam inſulam, licèt non tam felici profectu, cœperit inferri, cúmque etiam poſt Patricii tempora nonnulli gentiles reguli in eadem fuiſſe legantur, nihil quoque ex hoc capite pro figenda Oſmannæ ætate poſſumus eruere. In hiſce antiquitatis tenebris malumus nihil potiùs ſtatuere, quàm palpando divinare; unum id obſervo, in charta quadam, quæ ad finem ſeculi X vel initium XI ſpectat, ab Antonio Corvaiſier in Hiſtoria epiſcoporum Cenomanenſium laudata, ipſo teſte, ſubſcriptum legi Godefridum S. Oſmanæ, Gallicè, De ſainte Oſmane: fortè is toparcha fuerit vici, Sanctæ vocabulo inſigniti, de quo infrà ſermo recurret.

in Britanniam appuliſſe & mortua dicitur:

13 Eam in Britanniam minorem ſeu Armoricam appuliſſe cum ancilla ſua Acliten e, dum nuptiarum metu ex Hibernia fugeret, habent omnes, qui de ea ſcripſerunt, nixi, opinor, Vitis Mss., in quibus ſancta Anachoretis dicitur in ſylva, juxta Ligerim flumen, milliaribus quindecim ab hominum commercio remota, ſtructam ex frondibus caſam incoluiſſe: at quo determinato loco ignoratur. Mentio quidem fit in utroque Ms. de urbe quadam epiſcopali, à cujus antiſtite Sancta Chriſtum plenius edocta & baptizata aſſeritur, quæque in Caſtellani ecgrapho edendo Briſis, in prolixiori Briſcis nominatur; ſed utrumque urbis vocabulum omnibus, quos diligenter conſului, geographis æquè ignotum eſt. Doubletus in Templo Beatorum eam S. Brioci fanum Gallis Saint Brieu, credidit, quæ urbs eſt Armoricæ quà ad Oceanum Britannicum vergit, inter Maclovium & Trecorium: in eademque ſententia fuit Sauſſayus, ut ex num. 10 liquet. Floruit S. Briocus ejus loci epiſcopus, ſeculo V vel VI, quemadmodum dicitur ad diem 1 Maii, ubi de eo in Opere noſtro actum eſt. At vereor, ne hæc Doubleti ac Sauſſayi opinio mera conjectura ſit, in ſola nominis affinitate fundata; quare nihil certi hîc poſſumus ſtatuere. Deinde cùm ea urbs, quæcumque demum fuerit, ex rerum, quæ ibidem narrantur,

A ſit Radulphus Bucklandus, *qui apud Pitſeum de ſcriptoribus Angliæ, ſeculo* XVI *floruiſſe dicitur. Porrò elogium, quo Sauſſayus ad diem* IX *Septembris* Oſmannam *celebrat, nonnihil diſcrepat à laudatis Actis; unde ſuſpicio eſſe poteſt, alia ipſi præluxiſſe; niſi dicere malimus, eum ex induſtria reſecuiſſe, quæ mirabiliora videbantur, eorumque loco alia ſubſtituiſſe. Quidquid ſit, non abs re fuerit Sauſſayi verba recitâſſe, ut, quod in adjunctis diſcrimen occurrit, eruditus lector advertat.*

utraque ab elogio Sauſſayi diſcrepans,

10 *Sic itaque habet:* Ipſo die in S. Dionyſii cœnobio prope Auguſtam Lutetiam, S. Oſmannæ virginis, quæ regum Hiberniæ clara proles, fidei lumine ferè à cunabulis illuſtrata, ſanctæ virginitatis voto ſeſe Chriſto devinxit. At formæ venuſtate conſpicua, cùm à parentibus principis Ethnici tradenda eſſet connubio, clàm ſe Chriſti amore ſubduxit, relictáque patriâ & opibus, regnoque terræ contempto, cum Anclitena ancilla in Britanniam Gallicam, quæ Armorica nuncupatur, navigio ſe committens, tranſmeavit. Appulſa Bidacium, quæ S. Brioci urbs eſt inter Tritium & Argennum fluvios, epiſcopum adiit, mentiſque puræ prodit, ſibi ut ſuffragetur, conſilia: à quo pleniùs edocta, quæ Chriſti ſunt, cum pediſſequa divino lavacro expiata, depoſito priſco nomine (nam Argariargua, dum inter gentiles erat, vocabatur) Oſmannæ vocabulum accepit. Hinc cellulæ incluſa, tantâ puri ſpiritûs intentione Domino ſervivit, ut nihil, niſi quæ ei placita ſunt, cogitaret. Tandem cùm ætatis florem in omni caſtimonia, jejuniis, orationibus ac ſanctis meditationibus exegiſſet, æternitatis cupida, Viaticum divinum ab epiſcopo flagitavit: quo ſuſcepto, pura carnis lumina ſic in mortem clauſit, ut de caducæ lucis uſura ad æternos Sanctorum ſplendores ſpiritum beatum tranſmiſerit. Quâ verò gloriâ apud præpotentem Sponſum potiatur, ſignis præclariſſimis poſtmodum teſtata eſt. *Hæc ab omni fabellarum ſpecie remotiora ſunt, quàm quæ in citatis Vitis Mss. hinc inde referuntur: quâ tamen auctoritate nitantur, vel unde ea hauſerit Sauſſayus, ut monui, incertum eſt.*

breviorem damus.

11 *Ceterùm ego Ms. Caſtellani edam, quia, licèt minùs ſit integrum, purius tamen eſt & à fabulis magis alienum. Ne tamen curioſus lector quidquam deſideret, prolixioris Vitæ additamenta partim in Annotatis, partim, ubi prolixiora ſunt, in Appendice exhibebo, ut de iis ipſe judicet. Advertet haud dubiè, ea plùs reliquis ſuſpecta eſſe, imò ultimum miraculum, quod de regina Hiſpaniæ, neſcio quâ, ejuſque filio per Sanctam ſanatis, ad Vitæ calcem narratur, inter figmenta reputabit. De Vita verò edenda quid cenſeam, paucis accipe: incerti iſta quoque auctoris eſt ac ætatis, nullam temporis rationem habet, nihilque continet, quod auctoris ſynchroni vel coævi fœtum oleat: verumtamen nihil etiam obtrudit, quod manifeſti mendacii aut erroris poſſit coargui.*

AUCTORE C. S.

tur, ſerie non videatur à Sanctæ caſa quindecim milliaribus diſſita fuiſſe, atque adeo biographus non ſatis ſibi conſtet, operæ pretium non duxi, fictitium forſan Briſis *vel* Briſcis *vocabulum operoſiùs inveſtigare.*

revelatio S. Lutgardi facta, quæ

14 *Porrò hæc* Oſmannæ *in Britannia Armorica commoratio, ſi de totius vitæ poſtremâ periodo, morte ac ſepultura accipiatur, aliquam patitur difficultatem ex Vita S. Lutgardis, virginis Ciſtercienſis, auctore Thomâ Cantipratano, Lutgardi ſynchrono & familiari, apud Surium edita ad diem* XVI *Junii. In ea enim dici videtur* Oſmanna *in Bria habitâſſe ac ſepulta eſſe. Eadem Vita exſtat in Opere noſtro ad præcitatam diem; ſed ibidem non* Oſmanna, *ſed* Oſanna *vocatur. Verba Cantipratani, cujus ſtylum nonnihil immutavit Surius, ex laudatis Actis noſtris pag.* 251, *num.* 34 *huc transfero.* Quidam ordine presbyter ad Gallicas partes in Jotrenſi monaſterio Galliæ veniens, cùm in crypta quadam, ubi Sanctorum corpora quieſcebant, nocte oraret, & Sanctæ cujuſdam tumulum, ex alabaſtro lapide factum, inopinabiliter aperiret, & nomen ac meritum ejus ſcire non poſſet; piam poſtea Lutgardem rogavit, ut pro revelatione nominis ejuſdem Dominum exoraret.

B

eam in Francia obiiſſe inſinuat,

15 Annuens ergo viri precibus totam ſe ad precandum dedit; & ſtatim, quod petiit, impetravit. Apparens enim ei prædicta Sancta, dixit: Ego vocor Oſanna (*apud Surium legitur* Oſmanna) virgo, filia quondam regis Scotiæ, & per miraculum Domini ad partes Galliæ adducta, ſanctè vixi, defunctaque ibidem ac ſepulta ſolenniter, mei tandem per negligentiam temporis incolæ obliti ſunt. Hæc itaque cùm pia Lutgardis dicto Viro referret, ſubjunxit: Vellem, ut hæc eadem tibi Dominus in teſtimonium veritatis oſtenderet. Et ille, Non ſum, inquit, dignus, ut mihi talia demonſtrentur. Cui illa: Etſi fortè minùs dignus ſis, tamen illa digna eſt, cujus dignè præconia revelentur. Nec mora, ſuper hoc pia Lutgarde orante Dominum, eâdem nocte dicto viro per ſomnum tribus vicibus Virgo apparuit, & quòd Oſanna (*Surio* Oſmanna) vocata ſit, indicavit. Qui vidit teſtimonium perhibuit, & ſcimus, quia verum eſt teſtimonium ejus. *Hæc Cantipratanus, quæ ſi vera ſint, legendumque cum Surio ſit* Oſmanna, *dicendum erit, ſanctam Anachoretidem noſtram prope Jotrum, quæ abbatia eſt in Bria provincia, quatuor circiter milliaria ab urbe Meldenſi in Ortum diſtans, ſupremos ſaltem vitæ dies tranſegiſſe fuiſſeque ſepultam. Obiit autem S. Lutgardis anno* 1246, *adeoque ante hunc vel hoc ipſo hæc revelatio debuit contigiſſe.*

C

de ejuſdem corpore

16 *Novi equidem, ejuſmodi apparitionibus, quæ quandoque phantaſiæ fœtus ſunt, certam non ſtatim fidem adhibendam eſſe: cùm tamen hæc à ſcriptore ſynchrono & Lutgardi, ut ipſe præfatur, familiariſſimo tradantur, qui ea ab illo,* qui vidit, *id eſt, opinor, ab ipſo, cui Sancta ter apparuerat, presbytero accepiſſe teſtatur, non poſſumus ſine ſolido fundamento rejicere. Cum Surio autem legendum eſſe* Oſmannam (*quòd nec in memoratis Actis rejecit Henſchenius*) *omninò exiſtimo: id enim ſuadet utriuſque Vitæ,* Oſmannæ *ſcilicet & Lutgardis, in præcipuis rerum momentis concordia; videlicet, Virginem illam regiis ortam natalibus ob cæleſtis Sponſi amorem ex Hibernia trajeciſſe in Gallias, ibidemque ſanctiſſimâ vitâ defunctam eſſe. Nec refert, quòd in Actis ſuis ex Hibernia, à Cantiprata-no verò ex Scotia oriunda dicatur; quippe de-* D *cem primis æræ Chriſtianæ ſeculis, quorum uno* Oſmanna *vixiſſe dicenda eſt, hodierna Hibernia Scotiæ vocabulo ſolebat nuncupari. Non ſatis igitur probabiliter hîc duas ſanctas Virgines diſtinguemus, utramque regiis Hiberniæ thalamis genitam, utramque in Gallia pro Chriſto ſponte exſulem; præſertim cùm facili calami lapſu* Oſmanna *in* Oſannam *potuerit deformari. Adde, quòd* Oſmannæ *cultus in Cenomanis, & in San-Dionyſiano apud Pariſios monaſterio olim viguerit, vigeatque etiamnum;* Oſanna *verò regis Scotiæ filia nulli, quem vidi, martyrologo nota ſit.*

eò tranſlato explicatur.

17 *Porrò ut memoratam revelationem cum* S. Oſmannæ *biographo conciliemus, dicendum eſſet, Sanctam primò in Britannia minore, deinde verò in Bria vixiſſe, & in hac prope Jotrum mortuam ac ſepultam eſſe: verum hæc opinio, in qua neminem huc uſque fuiſſe reperi, mihi parùm probabilis apparet; neque enim ulla ſat veriſimilis occurrit ratio, ob quam credamus Anachoretidem noſtram deſertâ Britanniâ in Briam ſeceſſiſſe. Dicere autem id eam honoris,* E *quo ab incolis afficiebatur, fugiendi ergò feciſſe, divinare eſt. Malim igitur cum Arturo in Sacro Gynecæo ad hanc diem & ad* 1 *Aprilis, apparentis Virginis verba de tranſlato ad Jotrenſes ſacro ejuſdem corpore interpretari, cui tranſlationi cauſam dediſſe potuerunt Normannorum ſeculo* IX & X *in Britanniam irruptiones, quas in Hiſtoria Britanniæ varias legere eſt apud Guidonem Lobineau, qui ad annum* 919 *ſuſpicatur varia Sanctorum corpora, quæ in variis Galliæ locis etiamnum honorantur, eorumdem impietati ſubducta, aliòque tranſlata fuiſſe. Nonnihil quidem torquet hæc interpretatio verba Cantipratani: verùm cùm eâ ratione hunc cum* Oſmannæ *biographo communique ſententia, quæ Britanniam vitâ ac obitu ipſius illuſtratam tenet, facilè concilietur; non procul à veriſimilitudine aberraturi nobis videmur, ſi dixerimus, Cantipratanum, vel ipſos, quibus apparuit, S. Lutgardem aut presbyterum, Virginis verba malè interpretatos fuiſſe, opinatoſque, eam ibidem ſupremos vitæ annos tranſegiſſe, mortuamque ac humatam fuiſſe, ubi tum corpus ſuum vel aliquas ejus partes quieſcere revelaverat.*

F

Corpus, vel illius magna pars, tranſlatum

18 *Utut hæc ſe habeant, conſtat ejuſdem Virginis corpus ad San-Dionyſianum monaſterium in Francia prope Pariſios deinde tranſlatum fuiſſe, idque vel ex Jotrenſi monaſterio, ſicut ſecundum dicta cenſuit Arturus, vel ex ipſa Britannia, ut credidit Sauſſayus in Martyrologio Gallicano ad præſentem diem, ubi leguntur ſequentia:* Pretioſum ejus corpus Danica ſub incurſione ex Britannia interiorem in Galliam allatum, in inſigni S. Dionyſii cœnobio reconditum fuit, argenteoque feretro, auro illito, ab epiſcopis duobus, Aduренſi & Leonenſi compoſitum cultu egregio, veneratione fidelium patuit, quouſque ab hæreticis Calvinianis ſurrepta fuit ſacra illa theca, in qua Sponſæ Chriſti oſſa honore congruo quieſcebant: quæ ne Heroi * beatæ virginitatis laureâ coronatæ, palma martyrii deeſſet, poſt direptum ab his impiis conditorium, eâ diritate disjecta ac diſperſa ſunt, ut jam ex tunc prorſus exciderint ab hominum conſpectu: verùm auctâ inde apud pios tantæ Cælitis gloria, æternæ venerationi conſecrata, præclarior vigebit. *Hæc Sauſſayus; quæ num vera ſint omnia, mox examinabimus: hîc tantùm ob-*

* *imò* Heroidi

ſervo,

A *ſervo, martyrii lauream ex memorata ſacrorum oſſium diſjectione, ſi tamen vera eſt, tam hoc loco quàm ad Kalendas Aprilis, ut num.* 4 *vidimus*, Oſmannæ *perperam adſcribi.*

ad monaſterium S. Dionyſii probabiliùs ante medium ſeculi 12,

19 *Quo tempore illuc delata fuerint ſacræ Virginis exuviæ, à nemine traditum legi: probabilius mihi tamen apparet, aliquot ſaltem earumdem partes ante medium ſeculi* XII *ibidem jam honoratas fuiſſe. Etenim ex libello Sugerii abbatis San-Dionyſiani de dedicatione eccleſiæ, quam ipſe ampliaverat, exornaveratque magnificè, diſcimus, in ea eccleſia ſacellum* S. Oſmannæ *jam tum erectum fuiſſe; unde ſuſpicari licet, ſacrum ipſius corporis theſaurum, aut aliquam ſaltem ejuſdem portionem in eo tum temporis quieviſſe; neque enim veriſimilior ratio occurrit, ob quam in externa Anachoretidis honorem illud exſtructum, aut dedicatum credamus. Exſtat libellus ille apud Michaelem Felibien in Hiſtoria ejuſdem regalis abbatiæ, inter inſtrumenta parte* 2, *num.* 4, *ex eoque habemus, dedicationem illam ſolemniſſimè peractam fuiſſe anno* 1144, ſecundâ Junii Dominicâ, videlicet III Idus, quod eſt Barnabæ apoſtoli; *& inter varias aras à variis epiſcopis conſecratas, unam fuiſſe* S. Oſmannæ, *cujus conſecratio* domino Petro Silvanectenſi epiſcopo *commiſſa eſt. Nullam quidem Sugerius in toto illo libello de* Oſmannæ *corpore mentionem facit; ſed cùm pag.* CXCIII *generaliter dicat:* Die Sabbathi proximâ *(ſive pridie ſolemnitatis)* Sanctorum corpora de ſuis aſſumentes oratoriis, ex conſuetudine in palliatis tentoriis in exitu chori decentiſſimè reponendo locavimus; *quæ ipſo dedicationis die à ſuccollantibus epiſcopis, comitibus ac baronibus cum ſupplicantium agmine delata ibidem teſtatur, inter ea corpora potuerunt* S. Oſmannæ *reliquiæ numerari. Ut autem dubitem, totumne Virginis corpuſculum, an quædam ejuſdem dumtaxat pars apud San-Dionyſianos tum fuerit, faciunt ea, quæ à num.* 14 *ex Vita S. Lutgardis produximus.*

ubi tum altare ipſi exſtabat, ſeculo 13 *renovatum:*

C 20 *Porrò ex laudato Felibieno diſcimus, ſeculo* XIII *novum rurſus in eodem ſacello altare ſtructum fuiſſe: quippe inter inſcriptiones, parietibus ſacellorum in parte chori poſtica affixas pag.* 535, *num.* 3 *legitur hæc ad* S. Oſmannæ *ſacellum:* Anno gratiæ MCCXLIII, ſeptimo Idus Octobris conſecratum eſt hoc altare à venerabili patre Guillelmo Aurelianenſi epiſcopo, in honore invictorioſiſſimæ ſanctæ Crucis & glorioſæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, in honore ſancti Thomæ apoſtoli, Luciani martyris, ſociorumque ejus & ſanctorum martyrum Quintini, Criſpini & Criſpiniani, decem millium martyrum, & ſanctorum confeſſorum Sylveſtri Papæ, Remigii, Vedaſti & Amandi, & ſanctarum undecim millium virginum, & ſanctarum virginum Oſmannæ, Genovefæ, Ceciliæ, Luciæ, Agnetis, Agathæ & omnium Sanctorum Dei. *Quamquam verò non niſi inter poſtremos* Oſmannæ *hîc fiat mentio, ſacellum iſtud nihilominus Sanctæ noſtræ dicatum fuiſſe, conſtat ex dictis; ideoque Felibienus memorato inſtrumento hunc titulum Gallicè præfixit:* Inſcriptio ſacelli ſanctæ Oſmannæ virginis.

eodem ſeculo in pretioſa lipſanotheca

21 *Eodem ſeculo, nec diu poſt prædictam altaris conſecrationem, confecta eſt pretioſa theca, in eaque ſacra Virginis lipſana honorificentiùs accluſa fuêre, ſi vera ſint, quæ vetus quædam tabula apud Jacobum Doubletum lib.* 1 *Hiſtoriæ monaſterii San-Dionyſiani, cap.* 42, *pag.* 314 *allegat. Doubleti verba ex Gallicis Latina accipe:* In prædicto (S. Oſmannæ) ſacello exſtat tabula, in qua hæc ſcripta ſunt: Anno MCCXLVI, Kalendis Aprilis, ſanctiſſimo Reſurrectionis Domini noſtri die, venerabiles prælati Aturenſis, epiſcopus Leonenſis & Guilielmus abbas S. Dionyſii, corpus ſanctæ ſacræque virginis Oſmannæ, panno ſerico involutum compoſuerunt in ſplendida ex argento deaurato pretioſiſque monilibus decorata theca, donata per Fratrem Theobaldum de Milly, religioſum & theſaurarium S. Dionyſii, qui ſingulari pietate erga hanc Sanctam afficiebatur. *Ex eadem tabula ſimilia ſcribit Caſtellanus in epiſtola ſuprà jam laudata, addens eam vix ampliùs legi poſſe, ſervarique in* S. Oſmannæ *ſacello retro ejuſdem lipſanothecam.* AUCTORE C. S.

ſacrum Virginis corpus depoſitum eſt,

22 *Guilielmus, de quo ibidem mentio fit, tom.* 7 *Galliæ Chriſtianæ auctæ, col.* 389 *& ſequenti dicitur fuiſſe ejus nominis* III, *cognomento* De Macouris *ſeu* de Macorres; *nihil tamen ibidem de hac elevatione reperio. Theobaldus de Milly fortè is fuerit, quem Felibienus ad annum* 1248 *magnum Priorem ejuſdem abbatiæ fuiſſe affirmat. Hæc igitur ſatis rectè ſe habent: at neſcio, an ex prædicta tabula primitivo vitio, an ex characterum difficultate factum ſit, ut quædam in citatis verbis apud Doubletum occurrant, quæ inſtrumentum iſtud non parùm ſuſpectum reddant. Nam primò quidem anno Chriſti* 1246 *Paſcha non incidit in Kalendas Aprilis, ſed in diem* VIII *ejuſdem menſis. Secundò non ſatis apparet veriſimile, duos exteros præſules, Aturenſem ſcilicet & Leonenſem, quorum primi ſedes erat Aturum Vaſconiæ propria civitas, alterius Leona in Britannia minore, utraque ſanè procul Dionyſiopoli diſſita, neutra tum Francis ſubjecta, memoratæ elevationi adſtitiſſe. Laudatus Caſtellanus ſimiliter id anni* 1246 *die prima Aprilis factum legit, ſed de Paſchate non meminit: uter inſtrumentum accuratiùs ſecutus ſit, ignoro. Eoſdem tamen epiſcopos nominat; quod etiam facit Sauſſayus, ut ex num.* 18 *liquet, ubi dum hanc elevationem ſub Danica incurſione contigiſſe ſtatuit, omnino corrigendus eſt; cùm id temporis nulla hujuſmodi irruptio Britannos afflixerit. Denique inſtrumenti ſtylus & phraſes ſeculum* XIII *minimè ſapiunt: quapropter non poſſumus iſtud pro authentico ac penitus incorrupto admittere, prout exſtat apud Laudatum Doubletum.*

nunc in lignea ſervatur, priore

23 *Non propterea tamen negamus ſacrum* Oſmannæ *corpus vel ejuſdem portionem eo anno pretioſa, ut dictum eſt, thecâ ex Theobaldi de Milly piâ munificentiâ ſub Guilielmo abbate accluſum honoratumque fuiſſe, donec ea ſeculo* XVI *ab impiis Calviniſtis direpta eſt. Forſitan revelatio, de qua num.* 14 *& ſequentibus egimus, circa hæc tempora S. Lutgardi facta excitavit Theobaldum, ut memoratam lipſanothecam confici curaret. Porrò Caſtellanus in laudata epiſtola, anno* 1691 *data, ad propoſitum noſtrum hæc habet:* Inter ſacella partis poſticæ chori (*Gallicè* du chevet) eccleſiæ S. Dionyſii unum eſt, quod S. OSMANNÆ nominatur, ſuper cujus porta in fronte ſcriptum eſt: STÆ OSMANNÆ VIRG., duplici N. Altare hujus ſacelli more Italico multùm verſus medium accedit, ita ut retro ſe non parùm ſpatii habeat, in eoque ſpatio ad poſteriorem altaris partem quatuor columnæ erectæ ſunt, tabulatum fulcientes, cui S. Oſmannæ lipſanotheca impoſita eſt. *Deinde profert tabu-*

AUCTORE C. S.

lam, de qua num. 21 *diſſeruimus, ac ſubdit:* Calviniſtæ prædictam thecam omni argento ac pretioſis monilibus ſpoliârunt: hoc tempore dumtaxat lignea eſt auro picta.

à Calviniſtis direptâ:

24 *Sauſſayus verbis num.* 18 *recitatis, Doubletus in Hiſtoria abbatiæ S. Dionyſii, pag.* 314, *ſimiliter aſſerunt, prædictam lipſanothecam ab hagiomachis Calvinianis direptam fuiſſe. Id factum videtur anno* 1567, *ad quem Felibienus jam ſæpe laudatus pag.* 398 *de clade ab impiis illis Dionyſiopoli illata Gallicè hæc ſcribit:* Multa eccleſiæ (*monaſterii S. Dionyſii*) ornamenta direpta ſunt, Sanctorumque thecæ auro ac monilibus, quibus coopertæ erant, ſpoliatæ. *Hujus impietatis damnique teſtes ſunt hodiedum lignea lipſanotheca, de quibus idem Felibienus pag.* 531 *ſic ait:* Super unoquoque altarium (*quæ in ſacellis poſticæ chori partis viſuntur*) poſita theca eſt cum incluſis reliquiis præcipuorum Sanctorum, cujuſque ſacelli tutelarium. Thecæ illæ, quæ hodiedum tantummodò ſunt ex ligno picto vel inaurato, ſi unam excipias æream encauſto pictam, pleræque olim aureæ erant vel argenteæ multis pretioſis lapillis exornatæ.

B

non tamen tum periêre omnes Sanctæ reliquiæ,

25 *De hac itaque lipſanotheca ſpoliatione inter ſcriptores ſatis convenit: at neſcio, unde hauſerit Sauſſayus num.* 18 *relatus, ſacra Virginis oſſa* poſt direptum ab his impiis conditorium, ea diritate disjecta ac diſperſa eſſe, ut jam ex tunc prorſus exciderint ab hominum conſpectu. *Neſcio, inquam, unde id didicerit: nam reliqui ferè omnes, qui de Sancta noſtra, aut de ſacris eccleſiæ Dionyſiana theſauris poſt illatam à Calvinianis cladem ſcripſerunt, diſertè meminêre de ejuſdem Anachoretidis reliquiis, ibidem in ipſius ſacello ſuo tempore venerationi fidelium expoſitis; neque ullum præter Sauſſayum inveni, qui id neget. Lubet aliquot teſtimonia producere. Doubletus monachus San-Dionyſianus in Hiſtoria ejuſdem abbatiæ, anno* 1625 *vulgata, lib.* 1, *cap.* 42 *ſic ait:* Nonum ſacellum . . . dedicatum eſt S. Oſmannæ virgini, ex regali Hiberniæ regum ſanguine oriundæ, . . . cujus feſtum in eccleſia S. Dionyſii quotannis celebratur IX Septembris: corpus ipſius glorioſum in prædicto ſacello quieſcit in theca lignea, picta & deaurata. *Auctor libelli Gallici, anno* 1700 *editi, cui titulus,* Indiculus ſeu recenſio tam Sanctorum corporum, quàm mauſolæorum regum &c., quæ præter theſaurum in eccleſia S. Dionyſii viſuntur; *inter ſacra corpora,* S. Oſmannæ, virginis ex regio Hiberniæ ſanguine *ſimiliter expreſsè recenſet. Denique Felibienus in ſæpe memorata Hiſtoria, quæ anno* 1706 *prodiit, pag.* 532 *poſticam chori partem deſcribens non magis dubiè ait:* Sacellum proximum reliquiis S. Oſmannæ honoratum eſt, ejuſdemque nomine gaudet.

C

ut perperam credidit Sauſſayus.

26 *Crediderim itaque, Sauſſayum conjecturam formâſſe ex ſolita Calviniſtarum impietate, quâ ejuſmodi veneranda pignora alibi ſæpe perierunt. Nolim equidem inficiari, ſacra* Oſmannæ *oſſa eorumdem rabie è theca ſua disjecta fuiſſe; id enim veriſimile eſt: verùm id ita factum eſſe, ut poſtmodum agnoſci colligique nequierint, probabile mihi non eſt ob allata ſuprà teſtimonia. Forſitan eorumdem conſervatio partim debetur Ludovico Borbonio principi Condæo, qui licèt Calvinianorum ducem ſe exhiberet, tamen abbatiam illam, in qua educatus fuerat, diligebat, ideoque eò accurrens impios cohibuit, ne ulteriùs in ſacrâ debaccharentur;* imò *etiam aliquot ex ſacrilegis iſtis puniri mandavit, teſte Felibieno ad annum* 1567. *Non poſſum igitur hac in parte aſſentiri Sauſſayo, cui citati ſcriptores tam diſertè contradicunt, & ipſa, quæ hodiedum in Sanctæ ſacello viſitur, lignea theca, refragatur; abſit enim ut credamus San-Dionyſianos Religioſos, penes quos eſt tanta ſacrarum reliquiarum copia, vacuam thecam pro* Oſmannæ *lipſanis exponere, aut in amiſſorum locum fictitia ſubſtituiſſe.*

D

Ejuſdem cultus alibi.

27 *Ex dictis habemus præcipuum cultum* S. Oſmannæ *in celebri S. Dionyſii monaſterio deferri; addo unum & alterum locum, in quo ejuſdem pariter memoria celebratur. Apud laudatum Felibienum ad annum* 1405 *Gallicè leguntur ſequentia, quæ Latinè ſubjungo:* Ex epiſtola Guillelmi archiepiſcopi Senonenſis data XVIII Julii anni MCDV, diſcimus Guillelmum abbatem (*qui ſecundum Gallia Chriſtiana auctæ ſcriptores tom.* 7, *col.* 402, *fuit* Philippus I de Villette) & Religioſos S. Dionyſii tum dediſſe eccleſiæ parœciali de Ferricy in Vaſtinio partem reliquiarum S. Oſmannæ; ejuſque vici incolas, cùm iſtud donum ſuſciperent, ſeſe obſtrinxiſſe ad duas Miſſas quotannis in ſua eccleſia pro S. Dionyſii Religioſis perpetuò fieri curandas. Prima de S. Spiritu celebranda erat poſtridie S. Dionyſii; altera pro defunctis, poſtridie feſti S. Oſmannæ: idque ab archiepiſcopo diœceſano ratum habitum confirmatumque eſt. *Hæc ipſe. De altero præterea loco, in qua Sancta colitur, admonuit nos Ludovicus Jobert, Societatis Jeſu ſacerdos, epiſtolâ anno* 1678 *Pariſiis data, in qua ſcribit, eam in pago* S. Oſmannæ *dicto, ſeptemque diſſito milliaria Cenomano, quotannis* IX *Septembris coli. Forſitan hujus pagi toparcha fuit is, qui ſub finem ſeculi* X *vel initio* XI *inſtrumento cuidam* Godefridus S. Oſmannæ *ſubſcriptus legitur, prout num.* 12 *ex Corvaiſierio diximus.*

E

VITA

auctore anonymo

F

Ex Ms. abbatiæ S. Dionyſii prope Pariſios a, *collata cum prolixiori Carilephano, & editione Capgravii.*

A gentilibus parentibus deſtinata nuptiis.

OSmanna ex regia ſtirpe progenita *b* mandatis Domini à pueritia tacito corde credebat, & quaſi aurum electum probata, ſuis parentibus (cùm eſſent gentiles) eam cogentibus, ne Chriſtianis crederet, objurganter obſtabat. Dicebat enim: Cur, inſana gens mea, veſtris idolis mutis, nil obeſſe vel auxiliari valentibus, me Dei cultricem caput inclinare compellitis, legeſque profanas exercere jubetis *c*? Cúmque viderent, eam à via veritatis nolle ſe . . . [ſeparari *d*,] triſtes finxerunt, ſe eam deſponderе juveni cuidam regionis illius, quæ dicitur Hibernia: quod illi faciebant, ut vacaret gaudio, & Chriſticolas odio haberet *e*.

b

c

d

e

2 Sed Virgo Deicola hoc audiens, parentes

A tes & patriam dereliquit, eamque ſuâ comitante ancillâ, nomine Aclitenis *f*, in Britanniam *h* venit. Pervenientes autem in ſylvam juxta fluvium Ligeris *i* poſitam, dum in loco per milliaria quindecim *k* ab hominum habitatione remoto manſiunculas ad habitandum ex foliis & frondibus feciſſent, locaque arida frequentarent, nichil erat, quo fruerentur *, niſi graminum radicibus & arborum foliis *l*... Quadam die cùm quidam venator *m*, aprum cum canibus inſequendo, ad habitaculum beatæ Oſmannæ veniſſet, & aprum ibidem ad pedes ipſius jacentem inveniens, Virginem ſalutâſſet; illa tamen ſalutanti reſpondere noluit: ſed ſuſpirans cum lacrymis & oculos ad cælum erigens, ter ſignum doloris præbuit. Cúmque ille aprum occidere vellet, ſed nec venabulo, nec aliqua gladii acie cutem ejus penetrare poſſet, mox ad urbem, quæ Briſis *n* vocatur, rediit, & ea, quæ viderat, enarravit *o*.

fugiens in Britanniam, ſylvam incolit: à venatore detecta

f *h* *i* *k*

* *al.* veſcerentur

l *m* *n* *o*

3 Tunc epiſcopus civitatis, ut eventum rei probaret, cum clero & populo illuc acceſſit *p*, videnſque Virginem nullum corporis indumentum præter pilos camelorum *q* habentem, carnemque ipſius propter aſperitatem lecticuli (cujus compoſitio erat ſpinea) ſauciatam, alloquens eam, dixit: Credo te, ô Virgo, Baptiſmo fidei obedire, atque Chriſticolis prophetis credere. Quæ ſtatim reſpondit, nichil ſibi in mundo *r*... melius. Cùm igitur, vaſe aquâ impleto, omnes turmæ circa illud accederent, ut ipſa catechuminaretur *ſ*; quidam homo, qui tranſactis jam tribus annis oculorum erat privatus lumine, vocavit eam & tetigit; & ipsâ palpatâ, ſtatim viſum recepit. Quod videntes cuncti, qui aderant, gaviſi ſunt, dicentes, eam verè ancillam Dei eſſe & virginem *t*...

ab epiſcopo baptizatur; cæcum illuminat,

p *q*

B

r *ſ* *t*

4 Dum cujuſdam ditiſſimi hominis filia, nomine Androchildis, carnem comederet, factum eſt, ut quodam oſſe os ejus implente, gutturque extorquente loquelam amitteret. Audientes verò parentes illius *u*, quod Dominus per B. Oſmannam multa miracula faciebat (cæcis namque viſum, ſurdis auditum, mutis quoque loquelam reddebat,) accedentibus illis ad Virginem, mox ut illa, oratione fuſa ad Deum, membra puellæ palpavit & tetigit, os, quod diu in gutture ejus jacuerat, ſanguinolentum exivit *x*. His igitur & aliis multis coruſcans miraculis, tandem feliciter migravit ad Dominum *y*, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

oſſiculum puellæ gutturi inhærens expellit: ſanctè moritur.

u

C

x *y*

ANNOTATA.

a *Conſule Commentarium num.* 9 *& tribus ſequentibus, ubi etiam de Carilephano ſeu Aniſolenſi exemplari & editione Capgravii egimus.*

b *In editione Capgravii expreſsè dicitur ex regio Hiberniæ ſanguine orta. Verba ſubjungo:* Beata virgo Oſmanna clarâ ſtirpe ac regali Hibernienſium progenita *&c.*

c *Aniſolenſe Ms. & Capgravius hoc loco interſerunt ſequentia:* Quod audientes parentes ejus, ſtupebant atque alter ad alterum loquebantur: Quid dicemus de illa tam fidei noſtræ obſtari? (obſtante, *ut habet Capgravius.*) *Deinde Aniſolenſe ita proſequitur:* Sed & ſuper pulchritudinem ejus gementes & flentes variis ſuis ſculptilibus unanimiter vota ſolvebant, omnem eis ſubjectionem pollicentes, ſi Puellam, quam vehementer amabant, ab amore diligentium Dominum Jeſum averterent. A. ANONYMO.

d *Hoc loco mutilum eſt Ms. San-Dionyſianum, cujus apographo uſi ſumus.* Separari *ſubſtitui ex editione Capgravii: Aniſolenſe Ms. perperam habet:* Seculari.

e *Conſonat Ms. Aniſolenſe; ſed apud Capgravium ſic legitur:* Cùm autem viderent beatam Virginem à via veritatis nolle ſeparari, eam cuidam nobili in matrimonium dare volebant, ut gaudio vacaret & Chriſtianos odio haberet.

f *In Aniſolenſi exemplari* Aclytenis *ſcribitur. Porrò P. Ludovicus Jobert Societatis noſtræ in epiſtola, anno* 1678 *ad Papebrochium noſtrum Pariſiis data, notat ſequentia:* Pagus eſt in agro Vindocinenſi (*Gallicè* le Vendoſmois,) nomine ſanctæ Cerotæ, diœceſis Cenomanenſis, VII leucis diſtans Vindocino, VIII Cenomanis. Quæ ſit illa ſancta Cerota, neſciunt; colunt tamen illam ſolenni feſto die XXII Junii & Officio communi Virginum. Stat in majori ara ejus imago veſte ſanctimonialium Benedictinarum... Tradunt tamen ruſtici, Cerotam illam fuiſſe famulam S. Oſmanæ, filiæ regis Hyberniæ, de cujus nomine dictus eſt pagus diſtans VII leucis Cenomano, ubi colitur IX Septembris, & cujus reliquiæ ſervari dicuntur in cœnobio San-Dionyſiano prope Pariſios. Inde rixæ frequentes inter ruſticos S. Cerotæ & S. Oſmanæ. *Utrumque vicum apud Bleavium in Tabula diœceſis Cenomanenſis invenio non procul ab invicem, ſed paulò remotiùs ab urbe Cenomanenſi diſtantem. Ceterùm nihil reperi, quo memorata lis poſſit decidi, aut alterutra pars confirmari.* E

h *Armoricam ſcilicet, ſive minorem, ut ex ſequentibus liquebit.*

i Liger & Ligeris, *vulgo* la Loire, *notiſſimus Galliæ fluvius eſt, qui in Vivarienſi provincia ortus variaſque provincias præterlapſus, Britanniam Armoricam duodecim milliaribus infra Nannetas magna aquarum mole in Oceanum Aquitanicum devolvitur.*

k *Quindecim milliaria ab incolarum commercio remotum locum elegiſſe Sanctam, in eaque habitâſſe, etiam legitur in Ms. Aniſolenſi: at in editione Capgravii certum diſtantiæ ſpatium prætermittitur, & ſic habetur:* Aſſumptâ ſecum ancillâ, nomine Aclitenis, tranſita * mari in ſylvam, juxta Ligerim fluvium ab hominum habitatione remotam domunculam ex foliis & frondibus fecit. *Vide Annotata lit.* h. * *l.* tranſito F

l *Mutilum hîc rurſus eſt Ms. Dionyſianum, cujus apographum edimus. Aniſolenſe ſic proſequitur:* Veſtitus etiam multo pejor: nam ex juncis & cæteris longioribus herbis fecerunt ſibi perizomata. *Capgravius verò poſt verba lit.* k *recitata, mox ſubdit.* Et radices herbarum & folia in cibum ſumpſit, veſtes ex junctis & longioribus herbis ſibi fecit.

m *Aniſolenſe Ms. & Capgravius venatorem fuiſſe aiunt* pontificis *ſive epiſcopi*, regionis illius, *ut primum addit, &* cum multitudine canum *accurriſſe: verùm id ex conjectura ab aliis forſitan additum, quia infrà dicitur venator ille rem ad epiſcopum detuliſſe.*

n *In Aniſolenſi legitur* Briſcis, *in edito verò Capgravii, omiſſo urbis nomine, venator epiſcopum adiiſſe dicitur.* Briſcis *æquè ac* Briſis *mihi ignota eſt: vide dicta in Commentario num.* 13.

o *In laudato exemplari & editione Capgravii*

A. ANONYMO.

vii dicitur venator credidiſſe, ſe magica arte à Virgine fuiſſe deluſum: verùm aut tota hæc narratio fabuloſa eſt, aut Virginis caſa non tam remota fuit ab urbe, ut ſuprà dictum eſt.

p Signo Crucis Domini & aquâ benedicta præeunte, *habet memoratum Ms.*; *ſcilicet, quia ut ibi quidem refertur, maga credebatur.*

q *Unde hos camelorum pilos ſancta Anachoretis comparaverat? An eos ex paterna aufugiens aula aſportârat ſecum? In ſæpe memoratis exemplaribus, in quibus, ut ad lit.* l *vidimus, narratur Sancta ex juncis & frondibus ſibi veſtem confeciſſe, nihil de indumento è pilis camelorum, nihil etiam de lectulo ſpineo, quod mox ſequitur, memoratur.*

r *Hîc iterum lacuna occurrit: Aniſolenſe ſic habet:* Quod ſtatim ut illa audivit, dixit, nihil in mundo reſtare meliùs. Tunc gaviſus epiſcopus de reſponſione illius, ſic etiam iterum eam alloquitur, dicens: Dei templum Oſmana, Deo & angelis atque archangelis, omnibus quoque Deum diligentibus eris amica, lavachrum ſuſcipiens regenerationis. *Eadem habet Capgravius: ſed hujuſmodi colloquia ſcriptorum conjecturis ferè adſcribenda ſunt: præterea nondum* Oſmanna *vocabatur, ſi vera ſint, quæ ſubduntur.*

B

ſ *Apud Capgravium omiſſis, quæ hîc de* vaſe aqua impleto *& concurſu populi narrantur, legitur:* Cúmque cathecumena fieret Virgo ſancta, vir quidam cæcus lumen oculorum recepit: *in qua ſignificatione* catechumenari *etiam legitur in Gloſſario Cangii; aliàs quoque ſignificat inſtrui præceptis & myſteriis fidei Chriſtianæ.*

t *Hîc denuò Ms. Dionyſianum à Caſtellano legi non potuiſſe, puncta denotant: quare ex Aniſolenſi accipe ſequentia:* Tunc baptizavit illam epiſcopus, vocans eam OSMANAM, cùm antea gentili nomine vocaretur AGARIARGA. *Reliqua ad Appendicem rejicimus.*

u *In Aniſolenſi additur:* A quodam presbytero, Archilia nomine: *aliqua præterea adjuncta addit, quæ in Appendice dabimus.*

x *Capgravius totum hoc beneficium paucis ſic refert:* Mutæ cuidam loquelam reddidit; *additque:* Et variis infirmitatibus ſuis meritis medelam adhibuit. *Ceterùm in Ms. noſtro non notatur hîc quidquam præterea deeſſe, quod in San-Dionyſiano legi non potuerit: Aniſolenſe tamen & Capgravius aliud miraculum ſubdunt, quod mihi minimè veriſimile apparet: dabimus tamen illud mox in Appendice.*

C

y Quinto Idus Septembris *additur apud Capgravium.*

APPENDIX.

Agricolam, cujus curæ Sancta tradita erat,

Um ſæpe laudatum Ms. Aniſolenſe editioque Capgravii aliqua referant, quæ in noſtro non leguntur, quæque Annotata, aliunde ſatis prolixa, nimium augerent, viſum eſt ea ex priori hîc exhibere. Poſt num. 3 *mox ita proceditur:* Tunc baptizavit illam epiſcopus, vocans eam OSMANAM, cùm antea gentili nomine vocaretur AGARIARGA. Tradidit autem ſibi * epiſcopus quemdam agricolam, qui ædificaret ei hortum & viridarium, ex quibus beata Virgo haberet ad veſcendum. Sed & alium hominem cæmentarium ſibi * tradidit, ut eccleſiam ei conſtrueret, in qua ipſa oraret. Cúmque agricola, quantùm meliùs poterat, agrum & hortum Virgini præpararet, videns diabolus benignum hominem bono operi deditum, præparare ei inſidias de ſua tentanda Domina conatus eſt.

D

* *l.* ei

* illi

* illi

6 Quâdam namque die, ipſo agricolâ ſummo mane ſurgente, & ut agrum coleret præparante, obvius ſibi * aſſuit malignus & dixit ei: Homo, quid quæris, vel cui ſervis, aut quid utilitatis de tua Domina conſequeris? Si mihi volueris obedire, tibi aurum & argentum, omneſque hujus mundi præparabuntur deliciæ. Cui agricola: Si, inquit, hæc vera eſſe ſcirem, tibi obedirem & crederem. His dictis accedens tentator, oſculatus eſt agricolam, precando, ut alter alteri fidem daret, ſibique * conſulens, ut frequenter ſuæ Dominæ convicia inferendo, eam ad iracundiam provocaret. Cùm igitur receſſiſſent, ſe invicem oſculando dicentes, ſequenti die juxta fontem, qui Lachis dicitur, ſe viſuros & iterum mutuò loquuturos; mox ut agricola reverſus eſt domum, maligno vexatus ſpiritu, cœpit amittere viſum. Cúmque ſacram Virginem, quaſi ſydus matutinum fulgentem per domum oberrare videre non poſſet, clamare cœpit & dicere: Domina, cui traditus ſum ad cuſtodiendum, ab homine iniquo illuſus ſum & ante conſpectum tuum graviter me peccâſſe confiteor.

à dæmone deluſum & obcæcatum

* illi

* *l.* illique

E

7 Quæ dixit ei: Cùm tibi commiſſa ſum ad cuſtodiendum, quomodò poteſt cuſtodiri ab alio non potente ſeipſum cuſtodire? Qui reſpondit: O venerabilis Virgo, veſanus ſum & ſine ſenſu, nec animæ vires mecum videntur manere, tremore corporis membra mea omnia occupante. Hæc audiens pia virgo Oſmanna, miſerta eſt ſuper agricolam, & dixit ad eum: Renuntia draconi peſſimo, mundum circumeunti, &, quem devoret, perquirenti; ut Dominus Jheſus Chriſtus miſereatur tui. Qui reſpondit: Virgo benigniſſima & pudica, tuis meritis & orationibus credo me liberandum ab inimico. Tunc illa nudis genibus ſuper ſolum proſtrata, pro ſalute illius lachrymas multimodaque ſuſpiria ad Dominum fudit, ut ei ſenſum, quem amiſerat fallaciâ & fraude diaboli, redderet, & ipſum ad viam veritatis miſericorditer revocaret. Oratione verò finitâ, ſtatim agricola ſenſum recepit, quem perdiderat, & ſic opus, quod priùs inceperat, libentiùs ſolito peragebat. *His ſimillima, ſed aliis quandoque verbis, leguntur apud Capgravium: ſed nemo non videt, hæc figmenta eſſe aut fabulam ſapere. Ego ſanè non facilè perſuaderi mihi patiar, Virginis anachoretidis curam viro agricolæ commiſſam fuiſſe, huncque ipſi cohabitâſſe aut ſaltem ejuſdem caſam frequentare ſoluiſſe.*

ſuis precibus ſanat.

F

8 *In eodem Aniſolenſi Ms. beneficium puellæ collatum, quod nos num.* 4 *ex San-Dionyſiano recitavimus, deſcribitur in hunc modum:* Hæc igitur & his ſimilia operante Domino, mediante beata virgine Oſmana, accidit, ut cujuſdam ditiſſimi hominis, manentis juxta Ligerim fluvium, filia nomine Adrochildis, dum carnem comederet, quodam oſſe os ejus implente, gutturque contorquente, loquelam amitteret. Audientes verò parentes illius à quodam presbytero, Archiliâ nomine, quòd Dominus per ipſam Virginem multa miracula faciebat (cæcis namque viſum, claudis greſſum, ſurdis auditum, mutiſque loquelam reddebat) præparatis equis & curribus, cæteriſque neceſſariis ad viſitandum almæ Virginis manſiunculam properârunt.

Oſſiculum puellæ gutturis inhærens

A rârunt. Cúmque iter arriperent, prædicta filia, quæ loquelam amiſerat, parumper dicere cœpit: O Oſmana! Itinere verò unius diei expleto, ter cœpit dicere: O, o, o, Oſmana.

attactu exi mit, eccleſia ipſi exſtructa.

9 Poſtquam autem ante conſpectum ipſius venit, mox ut Virgo piiſſima, oratione fuſa ad Dominum, membra ejus palpavit & tetigit, ſtatim ad tactum ipſius os, quod diu in gutture puellæ jacuerat, totum ſanguinolentum exivit. Videntes itaque parentes puellæ, eorum filiam per beatam Oſmanam à paſſione liberatam, glorificaverunt Deum, dicentes: Vera Dei famula & à Domino virgo electa diceris, quæ tot miracula operaris. Et ſic petentes benedictionem à Virgine, cum ineffabili gaudio receſſerunt, dicenteſque ſe numquam talem vidiſſe Dominam, omni populo ſibi obvio cuncta, quæ de ipſa viderant, enarrârunt. Hoc autem miraculo uſquequaque diffuſo, convenit illuc multitudo gentium peregrè proficiſcentium, dona quoque plurima Chriſti Virgini offerentium. At illâ pecuniam & omnia eorum munera reſpuente, inierunt omnes conſilium, ut operarios multos conducerent, & illic altiſſimam in honore

B ipſius eccleſiam fabricarent. *Doubletus in ſupplemento ad Templum Beatorum de oblatis donis, temploque exſtructo pariter meminit, verùm non ait, illud in* Oſmannæ *honorem, quod in Aniſolenſi Ms. ridiculè aſſeritur, conditum fuiſſe.* Archiliam *quoque non presbyterum, ſed ſanatæ puellæ, cujus nomen non edicit, patrem appellat. Ceterum ego vix dubito, quin tota hæc narratio non niſi inepta quædam ſit paraphraſis eorum, quæ num.* 4 *recenſuimus, quæ ex interpolatoris ingenio & conjecturis prodierit.*

Hiſpaniæ regina ejuſque filius

10 *Aliud denique miraculum tam laudatum Ms., quàm Capgravii editio, proximè memorato ſubjungunt, quod ex priori huc transfero:* Eodem concurſu temporis erat quidam regis Hyſpaniæ filius, nomine Clocovius, qui bonæ indolis & magni decoris juvenis, ea, quæ neceſſaria erant, pauperibus erogabat, Chriſtumque à pueritia & Chriſticolas omnes diligebat. Quod videns mater ejus Aphroniſia, quæ erat pagana, dixit ad eum: Si ampliùs Chriſtum colueris, ante diem craſtinum morte morieris. Qui audiens hæc, motus præ irâ matri ſuæ maledictionem pro maledictione intulit, & ob hoc protinus loquelam ſimul ac viſum perdidit. Mater verò præ dolore filii, quod * nihil in mundo ſibi erat amabilius, adeo mente conſternata eſt, ita ut in inſaniam verteretur. Cunctis autem de doloribus utriuſque dolentibus, ecce quidam ſacerdos peregrè proficiſcens, nomine Remigius, qui veniens de partibus, in quibus beata Oſmana degebat, dixit ad eos: Si facere, quod docerem, velletis, vobis prodeſſet & iſtis.

** l.* quo

à Sancta mirabiliter ſanati.

11 Hæc audientes, qui aderant, memoratum presbiterum coram rege duxerunt, & quod eis retulerat, dixerunt. Qui dixit ad eum: Si uxori & filio poſſis conferre ſalutem, meæ telluris epiſcopum, vel certè participem medietatis regni mei te conſtituam. Cui ſacerdos: Si ad ſanctam Oſmanam virginem cum uxore & filio accedere velis, ipsâ mediante, utrique priſtina ſanitate gaudebitis. Quod & factum eſt: rege namque cum uxore & filio multoque comitatu ad locum Virginis properante, & eam in oratione poſitam ſalutante, illa eos ſimiliter ſalutavit & dixit: Quid quæritis? Cúmque illi dixiſſent, quòd nihil aliud quàm ſalutem eorum, quos torqueri videbat, quærerent, & eam ſuper hoc rogaturi à longè venerant; confeſtim hoc dicto, reſtituta eſt ſanitas tam reginæ, quàm filio. His igitur & aliis coruſcans miraculis beatiſſima virgo Oſmana, tandem fæliciter migravit ad Chriſtum, cui honor eſt & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. *Qui hîc* Clocovius, *apud Capgravium* Eclotomus, *à Doubleto autem Gallicè* Clotone *vocatur: ſed utcumque vocitare placuerit, credat hæc, qui volèt, ego inter fabulas reputo.*

AUCTORE C. S.

E

DE S. SERGIO I PAPA ET CONFESS.

C *ROMÆ* F

COMMENTARIUS CHRONICO-HISTORICUS. J. P.

§ I. Sancti memoria in ſacris Faſtis, cultus, Officium & Lectiones propriæ, Elogium, Acta à variis conſcripta.

ANNO DCCI VEL DCCII. *Nomen Sancti in Martyrologio Romano & in Appendice Adonis;*

Memoria ſancti hujus Pontificis inſcribitur ſacris Faſtis antiquioribus quibuſdam, recentioribus verò pene omnibus. Martyrologium Romanum die IX *Septembris ita eum annuntiat.* Romæ S. Sergii Papæ & confeſſoris; *quibus eminentiſſimus Baronius in Notis, queis dictum Martyrologium illuſtravit, ſubjungit:* De quo Beda, Ado & recentiores. *Verùm in nullis Faſtis, qui Bedæ nomine veniunt, Sanctum noſtrum potui reperire, præterquam in vulgatis anno* 1564 *à Chriſtophoro Plantino; ſed ea venerabili huic viro perperam adſcripta fuiſſe notum eſt eruditis. Refert tamen quædam San-*

Septembris Tomus III.

cti geſta libro de Sex ætatibus in Eccleſiaſtica Hiſtoria gentis Anglorum lib. 5 *cap.* 7, *uti & Ado in Chronico ad annum* 686; *nam utrum etiam genuino hujus Martyrologio ab initio fuerit inſertus valdè dubium eſt. Certè Roſweydus, quæ de Sancto in aliquibus Adonis exemplaribus legerat, factâ collatione cum codicibus Mss. vetuſtioribus, à corpore reſecanda judicavit, & in Appendicem rejicienda, ubi habentur ſequentia:* V Idus Septembris. Sergii Papæ, qui ſedit annos tredecim Romæ. Hic invenit miræ magnitudinis portionem ligni ſalutaris Dominicæ Crucis in ſacrario beati Petri. Hic ſtatuit in tempore confractionis Dominici Corporis, Agnus Dei à clero & populo decantari, & conſtituit,

AUCTORE J. P. ut in diebus Annuntiationis Dominicæ, Dormitionis & Nativitatis ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, ac ſancti Simeonis, quod Hypapante Græcè dicitur, Litaniæ exeant à ſancto Adriano, & ad ſanctam Mariam populus occurrat. *De his autem poſtremis Sancti geſtis infrà pluribus agemus.*

in Martyrologio Notkeri & in variis Uſuardi Additionibus.

2 *Annuntiatur Sanctus noſter præterea à Notkero ad eumdem diem iiſdem penè verbis, quibus in Appendice Adonis: annuntiatur item in Auctariis Uſuardi pluribus; at non in omnibus eodem modo ac die. Codex Vaticanus num.* 5949 *hoc die ſic eum memorat:* Romæ natale S. Sergii Papæ, qui præfuit Eccleſiæ annis tredecim. *Matricula Cartuſiæ Ultrajectinæ:* Sergii Papæ & confeſſoris. *Codex Bruxellenſis:* Romæ, ſancti Sergii Papæ, qui, ut in Officio Miſſæ inter communicandum Agnus Dei ter cantetur, inſtituit. *Grevenus verò ita habet:* Romæ, depoſitio beati Sergii Papæ & confeſſoris, qui Sirus natione annis tredecim Eccleſiam Dei laudabiliter rexit, *additque aliqua ex iis, quæ mox dedimus ex Adonis Appendice, quod pluribus fit in codice Victorino & Molani editionibus. Ad diem hujus menſis* VIII S. Sergii *meminerunt codices Ultrajectinus, Albergenſis, Danicus, Hagenoyenſis & Lubeco-Colonienſis, qui, uti videri poteſt apud Sollerium noſtrum, non tantopere inter ſeſe diſcrepant in modo annuntiandi. Ratio, cur illi ad diem* IX, *hi ad* VIII *Septembris Sancti memoriam faciendam exiſtimârint, ea mihi videtur veriſimilis; quippe uſi ſunt diverſis Anaſtaſii Bibliothecarii codicibus de Vitis Pontificum: alius enim habet;* Sepultus eſt (S Sergius) VI Idus, *alius* V Idus Septembris. *Nos Romanum Martyrologium ſecuti ſumus cum pleriſque recentioribus martyrologis, quos recenſere hîc omnes longum foret: aliquorum tamen mentio fiet per decurſum, ubi res exegerit.*

Colitur Panormi ritu duplici majori V *Idus Septembris.*

3 *Quæ hactenus ex ſacris Faſtis retulimus dubitare nos non ſinunt de Pontificis noſtri ſanctitate & cultûs antiquitate. Itaque ſuffecerit iis aliqua ſubjungere, unde colligatur, quanam & quibus potiſſimùm locis ejus hodiedum habeatur memoria ac veneratio. Panormus urbs Siciliæ celeberrima, & multitudine cujuſcumque ſtatûs ac ſexûs Sanctorum, quos mundo & cælo peperit, maximè nobilitata, inter patronos ac cives ſuos meritò collocat* S. Sergium *Papam I, ejuſque feſtivitatem quotannis* V *Idus Septembris recolit ritu duplici majori. Officium recitari conſueverat de Communi Pontificis Confeſſoris: ſed anno* 1716 *proprium de Sancto noſtro Officium, antea Romæ pro baſilicis Lateranenſi & Vaticana approbatum, etiam diœceſi Panormitanæ conceſſum eſt, ab omni tum ſeculari tum Regulari clero eadem die recitandum. Lectiones ſecundi Nocturni concinnatæ ſunt ex præcipuis Sancti Actis, prout ea exſtant apud Anaſtaſium, alioſque paſſim ſcriptores, qui ſanctorum Pontificum res præclarè geſtas poſterorum memoriæ tranſmiſerunt. Eas ipſas hic tranſcribendas judicavi, ut de Sancti geſtorum ſerie, & eorum potiſſimùm, quæ pòſt diſcutienda venient, præviam aliquam notitiam habeat ſtudioſus lector.*

Lectiones Officii

4 LECT. IV. Sergius Antiochenus genere, Tiberio patre, Panormi in Sicilia natus, Cononе vitâ functo anno Chriſti ſexcenteſimo octogeſimo ſeptimo, annuente Deo, & ſuffragantibus omnium votis aſſumptus, fœdiſſimum ſchiſma, quod exarchi imperatoris avaritia, & Paſchalis archidiaconi ambitio excitârant, in ipſo ortu extinxit. Adeodato Pontifice Romam veniens in Eccleſiæ Romanæ clerum ab eodem adſcitus, & à Leone hujus nominis ſecundo Presbyter tituli ſanctæ Suſannæ ordinatus, impigrè ſuo munere defunctus eſt.

propriæ

5 LECT. V. Canones à Græcis ſextæ Synodo dein affectos, inſtante licèt, & dira minante imperatore, admittere noluit; ſed ut ſpurios non ſine vitæ periculo conſtanter abjecit. Magnam Dominicæ Crucis portionem, revelante Deo, à ſe inventam in baſilica Conſtantiniana populo adorandam collocavit. Corpus item ſancti Leonis, in obſcuro conditum angulo, Dei nutu inde amovit, & ornatiore loco omnibus colendum expoſuit. Baſilicam demum Vaticanam innumeris donis ornavit, egregiis certè amoris ſui erga Principem Apoſtolorum monumentis.

deſumptæ ex Actis.

6 LECT. VI. Kilianum & ſocios martyrio deinde affectos in Germaniam, Willibrordum & Swibertum cum ſociis in Friſiam, aliaſque circumjectas regiones miſit: in quibus maximum paganorum numerum ad Chriſti fidem converterunt. Coadvallum Britonum regem Romam venientem excepit & ſacro Baptiſmate tinxit. Ravennatibus Damianum, Legionenſibus Ubertum, Britannis Berectualdum epiſcopos ordinavit. Statuit, ut Liturgiæ ſacræ pius verſus, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis, adderetur. Meritis denique plenus, poſtquam ſediſſet tredecim annis, menſibus octo, ſancto fine quievit, ac ſepultus eſt in Vaticano.

Item ritu duplici eodem die Romæ in baſilica Lateranenſi,

7 *Romæ quoque ſancti Pontificis noſtri annua memoria celebratur, idemque Officium cum jam datis Lectionibus ritu duplici recitatur in baſilicis Lateranenſi & Vaticana; at non utrobique die eodem: etenim in Proprio Sanctorum cathedralis eccleſiæ Lateranenſis ſtatuitur Sancti Officium die hujus menſis* IX; *in Proprio verò eccleſiæ Vaticanæ die* XI. *Ad hanc Principis Apoſtolorum baſilicam reſpexit eminentiſſimus Proſper de Lambertinis, primùm Anconitanæ, deinde Bononienſis, nunc verò univerſalis Eccleſiæ Pontifex Benedictus XIV, dum* S. Sergium *die* XI *Septembris Romæ coli aſſeruit in præclariſſimo Opere, quod conſcripſit de Servorum Dei Beatificatione & Beatorum canonizatione; illud typis Bononienſibus primò impreſſum fuerat anno* 1737, *nunc autem anno* 1748 *ſecundis curis ab eruditiſſimo colendiſſimoque auctore ſuo locupletatum Patavii recuſum eſt; ejuſque exemplar ad nos tranſmitti curavit Pater ſanctiſſimus, illuſtre munificentiæ ac benevolentiæ erga nos ſuæ monumentum, gratiſſimumque muſei noſtri non ornamentum dumtaxat, ſed & utiliſſimum inſtrumentum.*

& in Vaticana III *Idus Septembris.*

8 *Juvat ex prælaudato Opere, quæ in rem præſentem ſpectant, huic Commentario inſerere. Lib.* 3, *cap.* 32 *recenſentur aliquot ſummi Pontifices, quorum nomen eſt deſcriptum in Martyrologio Romano, quique Officio Eccleſiaſtico coluntur in baſilicis Urbis; inter hos autem memoratur Sanctus noſter ſequenti elogio:* Die XI Septembris colitur ſanctus Sergius I Papa & confeſſor. Invictus fuit hujus Pontificis animus; cum Juſtiniani imperatoris precibus haudquaquam fractus canones rejecit Synodi Quinifextæ: tali ſiquidem impetu imperator pro confirmatione urgebat, ut Romam miſerit Zachariam ſuum protoſpatarium, qui Pontificem renuentem Conſtantinopolim deportaret; verùm is timore perculſus (noluerunt enim milites nefanda juſſa principis exequi) ad pedes Pontificis provo-

A provolutus veniam exoravit : & hoc ipso summo Pontifice Romæ sedente finis impositus est schismati ecclesiæ Aquileiensis de tribus capitulis. *Atque hæc cultum Sancti peculiarem probant manifestiùs, quàm ut necesse sit quidquam superaddi.*

Acta Sancti à variis illustrata.

9 *Acta* S. Sergii *illustrârunt scriptores bene multi ; sed & eos hîc recensere supervacaneum est ; nam cùm ii recentiores omnes sint Anastasio Bibliothecario, seu potiùs auctore, quem hic descripsit, pleraque hauserunt ex ipso, quæque obscuriora sunt, sunt autem hujus generis non pauca & valdè implexa, spectantia præsertim ad calculos chronologicos, singuli pro arbitrio & sæpe pro beneplacito exposuêre. Nos ea, quæ exstant apud Anastasium de sancti Pontificis patria, parente, gestis ante & post assumptum Pontificatum conabimur elucidare paragraphis sequentibus ; quæ verò apud laudatum auctorem desiderantur ex aliis supplebimus.*

B § II. Sancti patria, educatio, sacerdotium, & electio ad Pontificatum.

Natus est

PAtriam S. Sergio *obtigisse Panormum in Sicilia, insinuavi supra num.* 3 *ductus nimirum auctoritate Anastasii, qui id disertè asserit, his verbis :* Sergius, natione Syrus Antiochiæ regionis, ortus ex patre Tiberio in Panormo Siciliæ. *Idipsum totidem verbis testatur Abbo Floriacensis abbas in Vitis sanctorum Pontificum ; & auctorem hunc, qui floruit seculo* x, *sequuntur Onuphrius Panvinius in Catalogo Romanorum Pontificum, aliique recentiores non pauci. Sed iis perperam annumerat Augustinus Oldoinus in additione ad Vitam Sancti nostri, ab Alphonso Ciaconio conscriptam, Petrum de Natalibus ac Baronium ; nam Petrus de Natalibus ne quidem meminit Urbis Panormitanæ. Accipe verba, quibus Acta Sancti orditur :* Sergius Papa de civitate Antiochiæ, ex patre Tiberio, Cononi Pontifici in Episcopatu Romano

C successit. *Hæc sanè prælaudatis scriptoribus opposita potiùs sunt, quàm consona.*

Panormi in Sicilia,

11 *Manifestiùs iis adversatur Baronius in Annalibus ad annum Christi* 687, *ubi sic de Sancti patria scribit :* Sergius natione Syrus, Antiochiæ ortus ex patre Tiberio, Panormi in Sicilia vixit. *Dicit quidem eminentissimus annalista haberi ista in Anastasio ; verum tale quid in nullis codicibus, apud nullos scriptores, qui Anastasii seu libri Pontificalis lectiones variantes collegerunt, quales sunt Josephus Blanchinus & Joannes Vignolius, reperire potui ; in omnibus ortus Panormi asseritur. Sunt & alii, quibus urbs Panormitana visa non est sancti Pontificis nostri patria, & inter eos quidem S. Antoninus parte* 2 *Historiarum, titulo* 13, *capitulo* 1, § 6 *ita habet :* Erat autem hic Sergius natione Syrus Antiochiæ ortus patre Tyberio, sed à pueritia Romæ educatus. *Ciaconius verò in Opere suprà allato, Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ, Franciscus Pagius in Breviario gestorum Pontificum Romanorum & nonnulli alii neoterici* Sergium *patriâ Antiochenum, Panormi educatum scribunt. Verùm cùm res ista merè historica sit, & in Anastasii codicibus con-*

stanter dicatur ortus in Panormo Siciliæ, *iisque consentiat præter alios Abbo Floriacensis, auctor antiquitate & fide spectabilis, horum ego potiùs sententiæ adhærendum ratus sum, dicendumque, quod codice vel catalogo corrupto usi fuerint S. Antoninus, Petrus de Natalibus & Baronius, ex quibus sua deprompserunt scriptores alii pro secunda sententia citati.* AUCTORE J. P.

patre Tiberio mercatore verisimiliter Antiocheno.

12 *Patrem* S. Sergii *nomine fuisse Tiberium, sat constat ex antè dictis, qua verò fuerit conditione, quave occasione Panormum venerit, ibidemque prolem procreaverit ex nullis veterum monumentis certò potest elici. Antoninus Mongitorius in Panormo sanctificata seu Libro de Vitis Sanctorum & Beatorum civium Panormitanorum pag.* 148 *non improbabiliter post Ciaconium existimat, conditione fuisse mercatorem, & aliqua ad Sancti nostri in pueritia educationem spectantia subjungit, procul dubio ex conjecturis, nihil enim horum apud antiquiores memoriæ proditum reperitur. Accipe ea ex Italico in Latinum versa :* Seculo Christi septimo, cùm mercator quidam Antiochenus ex Syria, Tiberius nomine, ad civitatem (*Panormitanam*) appulisset, uberrimo, quem ex mercatura percipiebat, quæstu retentus Panormi domicilium fixit : postea verò in dicta Siciliæ regia urbe felix parens fuit sancti nostri Sergii. Hic ab infantia literis ac pietatis studio deditus non minùs doctrinâ excelluit, quàm virtutum Christianarum præstantiâ. Ingeniosam indolem applicuit etiam musicæ, in qua similiter eminuit. E

Sedente Adeodato Papa, Romam venit, & à Leone II

13 *Annum Sancto natalem scriptorum, quos vidi, nullus determinat. Anastasius & Abbo Floriacensis, ubi patriam ejus, patrem & tempus, quo fuit Pontifex, paucis indicârunt, ita pergunt :* Veniens Romam sub sanctæ memoriæ Adeodato Pontifice inter clerum Romanæ Ecclesiæ connumeratus est. *Chronologi aliqui Adeodati Pontificatûs initium innectunt anno* 669, *alii anno* 672, *& hos sequuntur recentiores plerique, finem verò alii anno* 676, *alii* 677 ; *at cùm Anastasius non notaverit, quo ætatis suæ & Adeodati Pontificatûs anno* S. Sergius *Romam venerit, nihil inde pro ipsius nativitate datur eruere. Parùm lucis huic rei tamen afferunt verba mox laudati auctoris sequentia :* Et quia studiosus erat, & capax in officio cantilenæ prio-

F * rum * cantorum pro doctrina est traditus, & acolythus factus per ordinem ascendens à sanctæ memoriæ Leone Pontifice in titulo sanctæ Susannæ, quod ad duas domos vocatur, presbyter ordinatus est. *Leo secundus, qui hîc designatur, ante annum Christi* 682, *uti agnoscunt eruditi omnes, Pontificatum non tenuit, nec post annum* 684. *Igitur Sanctus noster consecratus est sacerdos, &, ut verba innuunt, simul S. R. E. Cardinalis creatus anno* 682 *vel uno ex duobus sequentibus. Ordo autem Sacerdotalis ordinariè seculo* VII *conferebatur iis, qui annos triginta nati essent, præsertim si antea clero Romano annumerati fuerant, ibidemque educati, nisi fortè propter rationabiles causas differretur, vel urgente sacerdotum penuriâ, aliâve necessitate anticiparetur, quod hîc contigisse nullus memorat ; ac proinde qualicumque conjecturâ statui posset* S. Sergii *annus natalis, Christi* 652 *vel* 653.

intra annos 682 *&* 684 *presbyter ordinatus ætatis suæ fortè* 30.

14 *Ex his, & ex verbis Anastasii primo loco citatis licet colligere, Sanctum venisse in Urbem, dum ætatis annum attigisset vigesimum circiter aut vigesimum primum ; sed in ea senten-*

AUCTORE J. P.

tia dicendus est S. Antoninus ætatem puerilem latissimo modo sumpsisse, ubi dicit suprà, Sergium à pueritia *Romæ educatum fuisse. Nisi quis Anastasii verba ita interpretari velit, ut* Sergius *quidem, sedente Adeodato, annumeratus fuerit clero Romano, sed ante illius tempora puer Romæ educatus. Præter hactenus dicta nihil quidquam legi apud scriptores de gestis ejus à tempore nativitatis usque dum initiatus fuit presbyter, reliqua usque ad Pontificatum paucis etiam Anastasius complectitur his verbis :* Hîc tempore presbyteratûs sui impigrè per cimiteria diversa Missarum solennia celebrabat. *Unde discimus etiamnum hoc seculo* VII *viguisse morem Divina celebrandi in cœmeteriis, quæ olim à fidelibus propter corpora Sanctorum Apostolorum & martyrum ibidem sepulta solebant frequenter visitari, eorum nomina ac numerum & structuram dat Baronius in Annalibus ad annum Christi 226. De cura autem ecclesiarum Urbis & cœmeteriorum presbyteris Romanis olim commissa, præter alios, disserit prolixè Onuphrius Panvinius in libro de episcopatibus, titulis & diaconiis Cardinalium, quos consulat curiosus lector : nos ad Sancti nostri Pontificatum progredimur cum Anastasio.*

B

15 Post septennium verò defuncto beatæ memoriæ Conone Apostolicæ Sedis Præsule, ut fieri assolet, Romanus populus urbis in duas partes divisus est, & una quidem pars elegit Theodorum archipresbyterum ; alia verò pars Paschalem archidiaconum. Et quidem Theodorus archipresbyter cum populo, qui ei favebat, præveniens, interiorem partem patriarchii (*palatii Lateranensis*) tenuit ; Paschalis verò exteriorem partem, ab oratorio sancti Silvestri, & basilicam domûs Juliæ, quæ super campum respicit, occupavit. Cúmque unus alii locum non cederet, sed utrique immaniter perdurarent, ut unus alium superaret ; inito consilio, primates judicum & exercitus Romanæ militiæ vel cleri seditiosi pars plurima, & præsertim sacerdotum atque civium multitudo ad sacrum palatium perrexerunt ; & diu pertractantes, quid fieri deberet, qualiterve duorum altercantium electorum sopiretur contentio ; Deo annuente, in personam denominati Sergii, venerabilis tunc presbyteri, concordantes se contulerunt ; eumque de medio populi tollentes, in oraculum beati Cæsarii Christi martyris, quod est intra sacrosanctum suprascriptum palatium, introduxerunt, & exinde eum in Lateranense episcopium cum laudum adclamationibus deduxerunt. *Hæc Anastasius ; ex quo colligitur, basilicam domûs Juliæ & oratorium seu oraculum B. Cæsarii, in textu memorata, veteris patriarchii seu Lateranensis palatii ambitu contenta fuisse ; confirmat id Onuphrius Panvinius in Opere de septem Urbis ecclesiis :* Erant, *inquit*, in hoc palatio ædiculæ sive sacella, & aliquot basilicæ, ut Vigilii Papæ, Julia, Zachariæ Papæ ; item oratoria S. Cæsarii martyris, S. Sebastiani, aliàs basilica Theodori Papæ *&c. De Oratorio S. Silvestri sic loquitur idem auctor :* Oratorium S. Silvestri est in porticu Lateranensi ante vetus patriarchium.

C

Post mortem Cononis Papæ Sergius substituitur, duobus in schismate electis

Paschali & Theodoro ; hic sponte acquievit, quamvis aliqui auctores

16 *Schismati ante electionem* Sergii *in Ecclesia oborto, ut testatur Anastasius in Vita Cononis Pontificis, fundamenta jecerat iniqua Paschalis archidiaconi machinatio, superstite adhuc ipso Conone ; nam cùm hic magnam auri vim reliquisset distribuendam clero & monasteriis, & ejus distributio ad archidiaconum pertineret, Paschalis, ægrotante Conone, clanculum scripsit ad Joannem exarchum Ravennatem, & huic prædictam auri vim pollicitus est, si id efficeret, ut ipse Pontifex eligeretur ; atque ista quidem hominis ambitiosi pollicitatio non exiguam Sancto nostro, cùm jam Pontifex esset, molestiam creavit. An & Theodorus alter electus schisma foverit, non ausim asserere ; crediderim in ejus electionem inclinâsse potiorem partem populi & præsertim cleri propter Paschalis vitam ac mores improbos. Præterea cleri plurimùm intererat non eligi Paschalem, ne scilicet legato per Cononem auro privaretur. Constat sanè Theodorum sponte cessisse Sergio Pontifici. Audi Anastasium datis suprà verbis subnectentem sequentia.* Et quamvis fores patriarchii intrinsecus essent munitæ & clausæ ; tamen pars, quæ prædictum venerabilem virum (Sergium) presbyterum elegerat, quia & validior erat, prævaluit, & ingressa est. Quo ingresso, Theodorus archipresbyter, unus è duobus electis, illico adquievit, ac se humiliavit, & ingressus Sergium sanctissimum electum salutavit ac osculatus est.

D

E

17 *Videtur dictus Theodorus fuisse idem cum eo, quem post mortem Joannis Papæ V exercitus Romanus in simili schismate universæ Ecclesiæ præesse voluerat, obnitente clero Romano, ac pro Petro archipresbytero, quem ad Pontificatum evehi desiderabat, decertante. Simili etiam modo lis ista dirempta fuit. Relicto enim Petro ac Theodoro, omnes, post multas utrimque disceptationes, consenserunt in electionem tertii, qui fuit Conon Sancti nostri immediatus decessor ; adeo ut nec Petrus archipresbyter, nec Theodorus, qui illi postmodum in archipresbyteratu successit, nec Paschalis archidiaconus umquam habitus fuerit legitimus Pontifex, sicut perperam de Theodoro suspicantur nonnulli ex epitaphio, quod à Petro Mallio ex monumentis Vaticanæ basilicæ descriptum Baronius ad annum* 701 *refert conceptum his versibus :*

ex epitaphio, quod per errorem Sergio I adscribitur,

Limina quisquis adis Papæ metuenda beati,
Cerne pii Sergii excubiasque Petri.
Culmen Apostolicæ sedis is jure paterno
Electus, tenuit, ut Theodorus obit.
Pellitur Urbe pater, pervadit sacra Joannes,
Romuleosque greges dissipat ipse lupus.
Exul erat patriâ septem volventibus annis,
Pòst populi multis Urbe redit precibus.
Suscipitur, Papa sacratur ; sede receptâ
Gaudet : amat Pastor agmina cuncta simul.
Hic invasores, Sanctorum falce subegit,
Romanæ Ecclesiæ, judiciisque patrum.

F

18 *Ex isto, inquam, epitaphio perperam suspicantur, Theodorum in schismate cum Paschali legitimum Pontificem fuisse habitum, ac tandem huic demortuo suffectum Sanctum nostrum, qui brevi pòst tempore à Joanne quodam sedis Apostolicæ invasore Urbe pulsus, post exilium annorum septem revocatus & sedi restitutus fuerit. Nam præterquam quòd in nullis Romanorum Pontificum catalogis inter nomina Cononis ac* Sergii *notetur nomen Theodori, quod utique factum fuisset, si legitimus Pontifex sedem occupâsset, ne minima quidem horum omnium fit mentio apud Anastasium, Abbonem aliosve scriptores antiquos ; imò manifestè illis adversantur, dum Theodorum scribunt sponte cessisse* Sergio, *& reliqua hujus Pontificis gesta pertractant. Tenuit quidem Pontificatum Joannes ejus nominis*

perperam velint, eum aliquamdiu legitimè præfuisse Ecclesiæ :

VI,

A VI, *at mortuo* Sergio, *nec invaſit S. Petri cathedram, ſed ad eam legitimè electus fuit, ut agnoſcunt omnes.*

alii dictum epitaphium Sergio III verè attribuunt.

19 *Rectiùs de eo Epitaphio judicavit Papebrochius noſter, quem ſecuti ſunt recentiores plerique, dum in Conatu chronico-hiſtorico illud adſcripſit Sergio III, qui Sedem Apoſtolicam tenuit ſub initium ſeculi* X: *is enim, mortuo Theodoro Papa II, electus Pontifex, poſt paucos dies Urbe pulſus eſt, ipſique ſubrogatus Joannes IX. Habemus iſta ex Flodoardo in Fragmento de Pontificibus Romanis metrico, ubi, relata morte Theodori, ita proſequitur:*

Joannes ſubit hinc, qui fulſit in ordine nonus,
Pellitur electus patriâ quo Sergius Urbe.

Adverte, quòd ſicut hîc, ita etiam in epitaphio dicatur Sergius pulſus urbe patriâ, Româ videlicet, quod Sergio I *minimè aptari poteſt, utique Panormitano, optimè autem Sergio III Romano ex comitibus Tuſculanis. Conſonant etiam dicto epitaphio, quæ de Sergii III in Urbem reditu canit laudatus poëta his verſibus:*

Sergius inde redit, dudum qui lectus ad arcem
Culminis, exilio tulerat rapiente repulſam:
B Quo profugus latuit ſeptem volventibus annis.
Hinc populi remeans precibus, ſacratur honore
Pridem aſſignato, quo nomine tertius exit
Antiſtes.

Plura de Sergio III habent Papebrochius, Antonius Pagius & alii, quos conſulat lector curioſus; ego ad Paſchalem redeo alterum in ſchiſmate electum.

Paſchalis reluctatur & magnas Pontifici moleſtias ſuſcitat

20 *Non adeo pacatè ſpe ſuâ fruſtrari ſe paſſus eſt Paſchalis, obluctatus eſt primùm, quantum potuit; dein vi coactus ſubmiſit ſeſe in ſpeciem, at tectis machinationibus Pontifici moleſtias & Eccleſiæ damna creare, ut ſuprà inſinuavi, non ceſſavit; donec tandem impiæ ambitionis ſcelerumque pœnam tulit. Audire hîc denuo juvat Anaſtaſium:* Paſchalem verò, *inquit*, nullo modo cordis duritia id facere ſinebat, donec coactus & confuſus, volens nolens ſuum Dominum & electum ingreſſus ſalutaret. Qui etiam Paſchalis clanculò non ceſſavit Ravennam ſuos mittere miſſos, promiſsâque pecuniâ vel aliis diverſis donis Joannem patritium & exarchum, cognomento Platyn, cum ſuis judicibus, nemine ſciente, Romam venire perſuadere. Qui ſic abditè venit, ut nec ſigna, nec banda (*ſeu* vexilla) cum militia Romani exercitûs occurriſſent ei juxta conſuetudinem in competenti loco, niſi à propinquo Romanæ civitatis. Qui dum veniſſet, & omnes in perſonam Sergii ſanctiſſimi inveniſſet conſenſiſſe, illi quidem (*Paſchali*) ſuffragari non valuit; Eccleſiæ tamen beati Petri apoſtoli idem exarchus per ejuſdem Paſchalis miſeriam (*id eſt*, nequitiam) ſtipendium & damnum intulit, quod ab eodem Paſchali ſupraſcripto exarcho promiſſum fuerat, id eſt, centum auri librarum à parte Eccleſiæ expetente, Sergio ſanctiſſimo electo proclamante, quòd neque promiſiſſet dare, neque poſſibilitas dandi ſuppetat, & ut ad compunctionem animos videntium commoveret, cantharos & coronas, quæ ante ſacrum altare, & confeſſionem beati Petri apoſtoli ex antiquo pendebant, deponi fecit & pignori tradi.

ab exarcho Ravennate; ſed punitur tandem ob ſua crimina.

21 Sed nec in hoc flexa eſt ejuſdem exarchi duritia, donec centum, ut dictum eſt, librarum auri accepit. Et licèt, ut præfatum eſt, Eccleſiæ Chriſti, ideo miſerrimus Paſchalis diſpendium & damnum infixit; tamen, Chriſto favente, Sergius presbyter & electus in Sede beati Petri apoſtoli Pontifex ordinatus eſt. Prædictus verò Paſchalis non poſt multum tempus, & ab officio archidiaconi pro aliquibus incantationibus, & lucis, quos colebat, vel ſortibus, quas cum aliis reſpectoribus tractabat, Dei, beatique apoſtolorum principis Petri interveniente judicio, privatus eſt, & in monaſterium retruſus poſt quinquennium præ cordis duritia impœnitens defunctus eſt. *Unde colligas, eò criminum deveniſſe Paſchalem, ut non modò hominibus, ſed & ipſi Deo infidelis impiè lucos more Gentilium coluerit, addictuſque fuerit idololatriæ & veriſimiliùs etiam magiæ. Ceterum de dictis hactenus convenit hodie inter ſcriptores ferè omnes; at de tempore, quo ea contigerint, præſertim de anno, quo Sanctus noſter ordinatus eſt Pontifex, lis tanta eſt, ut nemo eam, ſublatis omnibus omnino difficultatibus, facilè dirimat. Patebit id ex ſequenti §.*

AUCTORE J. P.

§ III. Incertum, an S. Sergius ordinatus ſit Pontifex anno 687, an 688; referuntur opiniones Baronii, Pagii & Papebrochii. E

Origo difficultatis ex errore chronologico in libro Pontificali.

OPiniones circa præſentem difficultatem ad tres quodammodo reducuntur. *Prima eſt Cardinalis Baronii, quam cum aliis ſecutus primùm Labbeus noſter, deinde deſeruit; altera Antonii & Franciſci Pagii, tertia Papebrochii. Verùm priuſquam ſingulas producam in medium, & in quo ea diſcrepent, paucis oſtendam, res paulò altiùs deſumenda eſt, utpote quæ pendeat ab initio ac fine Pontificum quorumdam præcedentium, Agathonis videlicet, Leonis II, Benedicti II, Joannis V & Cononis. Itaque hujus potiſſimùm rei cardo verſatur in anno, quo poſt obitum Agathonis Leo II Pontificatum adierit, eumque cum vita depoſuerit. Anaſtaſius Bibliothecarius Agathonis Vitam concludit his verbis:* Sepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum IV Idus Januarii, & ceſſavit Epiſcopatus annum unum, menſes ſeptem, dies quinque: *Leonis verò ſecundi Vitam ita incipit:* Leo natione Siculus, ex patre Paulo, ſedit menſes decem, dies ſeptem & decem. *Sepulturam Agathonis illigant unanimi conſenſu anno* 682 *ſuprà laudati auctores; at uterque Pagius, Papebrochius, & eorum aſſeclæ in reliquis Anaſtaſii verbis errorem cubare indubitanter aſſerunt, eumque, uti videbimus, modis licèt diverſis, conantur corrigere.*

Is error latuit Baronium;

23 *Baronius, qui illum errorem non detexit, ita ſtatuit: mortuum eſſe ait Agathonem anno* 682, *& poſt interpontificium anni unius, menſium ſeptem & dierum quinque Leoni II, creato ſive ordinato decima quinta die menſis Auguſti anni* 683, *attribuit, uti invenerat in Anaſtaſio, Pontificatûs menſes* 10 *& aliquot dies, uſque ad finem menſis Junii anni* 684. *Mortuo Leoni poſt interpontificium unius menſis & dierum viginti duorum ſubſtituit anno eodem Benedictum II, quem, poſtquam ſediſſet à* XX *Auguſti uſque ad* VIII *Maii, id eſt, paulò*

AUCTORE J. P.

plus menſibus octo, & vacâſſet Sedes menſibus duobus ac diebus quindecim, ſubſecutus ſit Joannes V anno 685, qui ſedit anno uno & diebus XI. *Vacavit autem ſedes menſes duos & dies decem & octo, ſucceſſitque menſe Octobri anno 686 Conon, qui poſt Pontificatum undecim menſium ac dierum viginti trium, poſtque interpontificium menſium duorum & dierum tredecim ſucceſſorem habuit menſe Decembri anni 687* Sergium I, *de quo hîc agimus. Verùm hanc chronotaxim in multis falli, agnoſcunt recentiores, ſpecimen unum alterumve accipe, & errorem, de quo numero præcedenti actum eſt, unà cognoſce.*

indeque in multis

24 *Primò diuturno iſti interpontificio ab Agathone ad Leonem ſecundum, quod adducit ex Anaſtaſio Baronius, ipſe adverſatur Anaſtaſius in dicti Leonis Vita, ſcribens in hunc modum :* Hujus almi Pontificis juſſu eccleſia juxta Velum aureum in honorem beati Sebaſtiani ædificata eſt, nec non in honorem martyris Georgii. Hujus temporibus die decima ſexta menſis Aprilis, Indictione undecima, luna ecclypſim pertulit. Poſt Cœnam Domini nocte
B penè totâ in ſanguineo vultu elaboravit, & niſi poſt galli cantum cœpit paulatim dilimpidare & in ſuum reverti reſpectum. *Atqui dicta ecclypſis, ut teſtatur Calviſius in Opere chronologico, traduntque paſſim chronologi alii & aſtrologi, contigit anno Chriſti* 683 ; *tum enim, currente Indictione undecimâ, Cœna Domini coincidit cum die* XVI *Aprilis ; hoc die igitur gubernabat Eccleſiam S. Leo, & ſic ſedes vacare non potuit uſque ad ſequentem menſem Auguſtum. Imò non vacâſſe eam uſque ad initium anni* 683 *oſtendunt Papebrochius & Labbeus ex Divali, à Conſtantino Pogonato imperatore ad dictum Leonem miſſa, juxta Papebrochium menſe Decembri, juxta Labbeum menſe Aprili anno* 682 ; *dicta Divalis exſtat apud Labbeum Græcè & Latinè in fine ſeſſionis* XVIII *Concilii œcumenici ſexti ſub hoc titulo :* Exemplar Divinæ ſacræ piiſſimi & Chriſtum diligentis imperatoris ad Leonem ſanctiſſimum & beatiſſimum Papam ſenioris Romæ.

fallitur ipſius chronotaxis.

25 *Secundò contra Baronii chronotaxim, in qua dicitur à Leone uſque ad Benedictum II Sedes Apoſtolica vacâſſe dumtaxat menſe uno & diebus viginti tribus, & idem Benedictus eam*
C *occupâſſe non niſi menſibus* 8 *& diebus aliquot, militat iterum ipſe Anaſtaſius, in cujus omnibus codicibus diſertè ſcribitur vacâſſe Sedes menſibus* XI, *diebus* 22, *& ſediſſe Benedictus menſibus* 10, *diebus* 12. *Quare putant uterque Pagius aliique, eminentiſſimum, quandoquidem hîc citaverit Anaſtaſium, uſum fuiſſe corrupto ejus codice. Tertium argumentum dabo poſt relatam Pagii utriuſque ſententiam, cui ſimiliter adverſatur. Hactenus ſatis patet, Eccleſiam poſt obitum Agathonis non tamdiu Pontifice caruiſſe, ſicut legitur per errorem in Anaſtaſio, &, ſi verum ſit, quod contra utrumque Pagium aſſerunt cum Baronio Labbeus & Papebrochius, quorum rationes mox afferam, vixiſſe ſcilicet & Eccleſiæ præfuiſſe Leonem ſecundum uſque ad exeuntem Majum vel Junium anni* 684, *neceſſariò ſequitur*, Sergium I *ad Sedem Apoſtolicam evectum fuiſſe anno ferè integro ſeriùs ac velit Baronius, qui tantum temporis detraxit interpontificio à Leone ad Benedictum, & hujus Pontificatui. Verùm diſplicet iſta dilatio quoad* Sergii *Pontificatum utrique Pagio, ad quorum* D *opinionem progredior.*

Pagii corrigentis Anaſtaſium

26 *Antonium Pagium, patruum ſuum, ſequitur pene ubique Franciſcus Pagius, quapropter illum deinceps intellectum volo, quoties Pagium nominavero, niſi hujus nomen diſertè expreſſero. Ille itaque in Critica Baronii ita loquitur ad annum Chriſti* 683 : Verum non eſt, quod in vulgatis exemplaribus Anaſtaſii legitur, poſt Agathonis Papæ mortem Sedem vacâſſe annum unum & menſes ſeptem ; alioqui ecclypſis illa contigiſſet durante interpontificio, non verò Leone ſedente, contra diſertum ipſiuſmet Anaſtaſii teſtimonium, qui ideo ex ſeipſo emendandus. *Sic autem ipſe errorem Anaſtaſianum emendare conatus eſt. Agathoni ſepulto* IV *Idus Januarii anno* 682 *poſt menſes* 7 *ſuffectus eſt Leo II & conſecratus ejuſdem anni die* XVII *Auguſti. Sedit menſes* 10, *dies* 17 *uſque ad diem* III *Julii anni* 683. *Vacavit Sedes menſes* XI, *dies* 22, *ſucceſſitque Benedictus II, ordinatus* XXVI *Junii* 684, *& poſt Pontificatum menſium* 10 *ac dierum* XI *fato ceſſit die* VII *Maii anno* 685. *Vacavit Sedes menſibus* 2, *diebus* 15, E *& Pontifex conſecratus eſt Joannes V, die* XXIII *Julii, dicti anni* 685. *Præfuit Joannes anno uno, diebus decem, defunctuſque eſt ac ſepultus die* 2 *Auguſti anno* 686. *Vacavit iterum Sedes menſes* 2, *dies* 18, *& die* XXI *Octobris anni ejuſdem Cathedram aſcendit Conon, quam tenuit menſes* XI, *mortuus & ſepultus die* XXI *Septembris* 687. *Hunc tandem poſt interpontificium menſium* 2 *ac dierum* 23 *aut* 24 *ſubſecutus eſt Pontifex* Sergius I, *conſecratus die* XV *Decembris anni* 687. *Ita Pagius.*

opinio examinatur,

27 *Itaque ex diuturno menſium* 19 *interpontificio poſt obitum Agathonis integrum annum reſcindit Pagius, eumque dicti Agathonis Pontificatui annectit, utpote qui ſecundum ejus calculos Eccleſiæ præſederit ab anno* 678 *uſque ad* 682, *id eſt, annis omnino* 3 *& menſibus ſex ; quamvis fateatur Pagius ipſe, in pleriſque Anaſtaſianis codicibus aſſignari Agathoni tantùm annos duos, menſes ſex. An quoad Agathonis Pontificatum rectè corrigat Anaſtaſium, non lubet inquirere, ne pars magna chronologiæ Pontificiæ de novo pertractanda veniat ; ſufficit ad* F *rem præſentem cognoviſſe, quo tempore Leonis II initium ſtatuat, ac tandem, correcto Baronio in Pontificatu Benedicti II,* Sergium I *conſecratum velit. Mirum, quantùm ſibi paſſim applaudat laudatus auctor de hac ſua chronotaxi, quâ difficultatem omnem à ſe tandem ſuperatam exiſtimat. Attamen non pauca occurrunt, quæ eam valdè incertam reddunt.*

& difficultates

28 *Primò in Pagii chronologia mors Leonis II innectitur anno* 683 ; *illum tamen anno* 684 *Eccleſiæ Romanæ præſediſſe ſcribit Sigebertus, & hoc eodem anno tantùm obiiſſe refert Hermannus Contractus ; Baronius verò, Labbeus, Severinus Binius, & Auguſtinus Oldoinus, quamvis in aliis diſſentiant, hîc unanimiter conſentiunt, volentes, ſuperſtitem fuiſſe Leonem II tempore concilii Toletani* XIV, *celebrati dicto anno* 684, *atque id manifeſtè probari affirmant ex canone* 2 *memorati concilii, in quo Leonis Papæ, ut viventis adhuc, mentio eſt, nulla Benedicti. Videri poteſt, quomodo hac difficultate ſeſe evolvere conetur Pagius ad annum* 684 *num.* 12. *Accipe interim argumentum alterum, quod ipſum non minùs ſtringit, quodque etiam militat*

militat contra Baronium alioſque, qui Joanni V Pontifici mortem obveniſſe volunt menſe Auguſto anno 686.

29 Exſtat apud Labbeum tomo 6 conciliorum Divalis juſſio a Juſtiniano imperatore directa ad Joannem Papam, ex qua colligitur, dictus Pontifex vitam protraxiſſe diutiùs ac velit Pagius. Divali juſſioni iſtud initium eſt: In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti imperator Cæſar Flavius Juſtinianus, fidelis in Chriſto, pacificus, pius, perpetuus Auguſtus, Joanni viro ſanctiſſimo ac beatiſſimo archiepiſcopo antiquæ almæ urbis Romæ, atque univerſali Papæ. Concluſio autem hæc: Divinitas te ſervet per multos annos ſanctiſſime ac beatiſſime Pater. Data decimo tertio Kalendas Martias, Conſtantinopoli in imperiali domo, piiſſimoque & perpetuo Auguſto Juſtiniano imperatore anno ſecundo, & poſt conſulatum ejus anno ſecundo, indictione decima quinta. Quæ omnia, ut fatetur etiam Pagius, annum denotant 687; neque negat directam fuiſſe juſſionem ad Joannem Pontificem, & hujus ſucceſſori Cononi Papæ traditam; ſed inde tantùm colligi dicit, quòd Joannis V obitus, & Cononis ad Cathedram Petri promotio tamdiu fuerit ignorata Conſtantinopoli: nempe à die 2 Auguſti anni 686 uſque ad XVII Februarii 687.

variæ,

30 Reſponſi hujus debilitatem agnoſcit Franciſcus Pagius, alioqui placitis patrui adhærere conſuetus, & per viam omnino oppoſitam ex ea difficultate nititur emergere. Accipe ejus verba: Hanc Divalem juſſionem ad Cononem, non ad Joannem directam, magna mihi ſuſpicio eſt. Id certè innuit Anaſtaſius, qui in Conone ſcribit: " Hic ſuſcepit Divalem juſſionem domini Juſti-„ niani principis, per quam ſignificat, reperiſ-„ ſe Acta ſanctæ ſextæ Synodi, & apud ſe ha-„ bere, quam piæ memoriæ domnus Conſtan-„ tinus genitor ejus, Deo auxiliante, fecerat „. Nec eſt, quod dicatur, Divalem illam directam eſſe ad Joannem, & poſt ejus mortem à Cononе ſuſceptam; nam præterquam quòd id nullibi ſcriptum reperitur, invictè refellitur ex ejuſdem Divalis ſubſcriptione; " data enim dici-„ tur, decimo tertio Kalendas Martias, Con-„ ſtantinopoli in imperiali domo, piiſſimoque „ & perpetuo Auguſto Juſtiniano imperatore, „ anno ſecundo, & poſt conſulatum ejus anno „ ſecundo, Indictione decimâ quintâ „. Qui characteres conveniunt certò in menſem Februarium anni ſexcenteſimi octogeſimi ſeptimi, quo ſedebat Conon, & Joannes à ſeptem circitèr menſibus obierat, quod imperatorem latêre non poterat. Nè autem quis poſtrema ejus verba aſſumens ita arguat: Characteres certò conveniunt in annum DCLXXXVII, nec, ſi à ſeptem circitèr menſibus obiiſſet Joannes, id latêre poterat imperatorem; indicium igitur eſt, diutiùs ſuperſtitem fuiſſe Joannem, ac velit Pagius; cùm eo anno inſcripta fuerit ipſi ab imperatore Divalis juſſio: ne, inquam, ita quis arguat, repetit mox, quæ antè inſinuavit: Exiſtimo itaque, inquit, in prædicta Divali intruſum eſſe à librariis Joannis nomen, & conſequenter Cononis nomen reſtituendum eſſe. Expedita ſanè & facillima methodus, quibuſvis nodis diſſolvendis vel potiùs diſſecandis.

quibus laborat,

31 Advertit, nî fallar, ſtudioſus lector, quantùm uterque Pagius laboret, ut tum Leonis II, tum Joannis V mortem integro circitèr anno citiùs collocent, quàm videtur collocanda ex objectis argumentis; ni ſcilicet Sergii primi ad Cathedram Petri acceſſum differre cogantur in annum 688. Sunt & alia, quæ meritò diſpliceant in ipſorum calculis; & inter iſta quidem, quòd diem ſepulturæ Pontificum aſſignatum ab Anaſtaſio paſſim hîc confundant cum die obitûs. Sic Antonius Pagius ad annum 684, num. 1, Leonem II defunctum dicit die III Julii, quo etiam die eum obiiſſe prodit aſſerit ab Ordorico lib. 2 Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; quamvis Ordoricus, ſicut & Anaſtaſius, loquatur de ſola ſepultura his verbis: Deinde V Nonas Julii ad beatum Petrum apoſtolum ſepultus eſt. Idem Pagius ad annum 686, num. 2 agens de Joanne V ait: Præſenti (anno) è vivis exceſſit die ſecunda Auguſti, eâdemque ſepultus eſt. Iterum ad annum 687, num. 1, Cononem Papam è vita migrâſſe dicit die XXI Septembris, quo apud Anaſtaſium ſepultus dicitur. Quæ mihi nullatenus veriſimilia apparent. Quis enim credat, Pontifices maximos eo ipſo die ſepultos fuiſſe, quo è vivis migrârunt, præſertim ſi nulla exiſteret ſepulturam adeo accelerandi ratio, qualis hîc nullibi proditur exſtitiſſe?

AUCTORE J. P.

Papebrochii chronotaxis

32 Papebrochius in Conatu chronico-hiſtorico Romanorum Pontificum electionem diſtinguit ab ordinatione, & obitum à ſepultura, addens, ſolemniorem ſepulturam ſæpe diu poſt obitum dilatam fuiſſe, putatque hanc ipſam in Anaſtaſio paſſim annotatam. Rationes, ob quas id ſibi ita viſum ſit, allegat tum locis variis, tum in Præfatione ad dictum Conatum num. 13, quo curioſum lectorem remittimus, ut ad ejus in præſenti controverſia opinionem properemus. Errorem ſæpe memoratum inde ortum exiſtimat Papebrochius, quòd in Anaſtaſio tempora interpontificii ab Agathone ad Leonem II, & hujus Pontificatûs tranſpoſita fuerint; adeo ut annum unum, menſes ſeptem & dies quinque, qui ibidem interpontificio tribuuntur, Leonis Pontificatui adſcribendos dicat, menſes verò decem & dies ſeptemdecim, qui Pontificatui Leonis aſſignantur, ipſum eſſe velit interpontificii ſpatium. Hac facta immutatione temporum, Leonis initium anno 682, finem verò 684 illigat, evaditque difficultatem, quâ laborat Baronius circa eclypſim, de qua egimus num. 24, & eam quâ laborat Pagius ex concilio Toletano XIV, relatam num. 28. Cùm autem hoc pacto, ſervatis ſequentium Pontificum & interpontificiorum temporibus, ut in Anaſtaſio aſſignantur, omnia integro ferè anno ſeriùs collocanda ſint, quàm collocata fuerint à Baronio & Pagio, evadit etiam tertiam difficultatem, qua laborat uterque ex Divali juſſione Juſtiniani imperatoris, quoad mortem Joannis V. Reliquam ejus diſpoſitionem, ne actum agam, videat curioſus lector apud ipſum in citato Opere ad anno 682 ad 688.

etiam difficultates patitur: præcipuam objicit Pagius

33 Non caret etiam ſuâ difficultate Papebrochii opinio, eaque inde oritur, quòd ſancti noſtri Pontificis conſecrationem Papebrochius non ante Novembrem anni 688 factam putet. Exſtat quippe apud venerabilem Bedam Epitaphium, ex quo videtur Sergius anno uno citiùs præſediſſe univerſæ Eccleſiæ. Ad clariorem rei intelligentiam, majoremque Sancti noſtri commendationem, quæcumque huc ſpectantia habet Beda, juvat tranſcribere. Anno autem regni Aldfridi tertio; Ceadualla rex Occidentalium Saxonum, cum genti ſuæ duobus annis ſtrenuiſſimè præeſſet, relicto imperio propter Dominum regnumque perpetuum, venit Romam, hoc ſibi gloriæ

proponuntur.

AUCTORE J. P.

gloriæ ſingularis deſiderans adipiſci, ut ad limina beatorum Apoſtolorum fonte Baptiſmatis abluerétur, in quo ſolo didicerat generi humano patêre vitæ cæleſtis introitum. Simul etiam ſperans, quia mox baptizatus, carne ſolutus, ad æterna gaudia jam mundus tranſiret. Quod utrumque, ut mente diſpoſuerat, Domino adjuvante, completum eſt. Etenim illò perveniens, Pontificatum agente Sergio, baptizatus eſt die ſancto Sabbati Paſchalis anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo octogeſimo nono, & in albis adhuc poſitus, languore correptus, duodecimo Kalendarum Majarum die ſolutus eſt à carne, & beatorum eſt conſortio ſociatus in cælis. Cui etiam tempore baptiſmatis Papa memoratus Petri nomen impoſuerat, ut beatiſſimi Apoſtolorum principis (ad cujus ſacratiſſimum corpus per longa locorum intervalla pio ductus amore venerat) etiam ſanctiſſimum nomen referret: qui in ejus quoque eccleſia ſepultus eſt & jubente Pontifice Epitaphium in ejus monumento ſcriptum eſt, ut & memoria devotionis ipſius fixa per ſecula maneret, & legentes quoque vel audientes exemplum facti ad ſtudium religionis
B accenderet. Scriptum eſt ergo hoc modo:

ex epitaphio,

34 Culmen, opes, ſobolem, pollentia regna, triumphos,
Exuvias, proceres, mœnia, caſtra, lares:
Quæque patrum virtus, & quæ congeſſerat ipſe,
Ceadualla armipotens liquit amore Dei.
Ut Petrum ſedemque Petri rex cerneret hoſpes,
Cujus fonte meras ſumeret almus aquas:
Splendificumque jubar radianti carperet hauſtu,
Ex quo vivificus fulgor ubique fluit.
Percipienſque alacer redivivæ præmia vitæ,
Barbaricam rabiem, nomen & inde ſuum
Converſus convertit ovans, Petrumque vocari
SERGIVS antiſtes juſſit, ut ipſe pater
Fonte renaſcentis, quem Chriſti gratia purgans,
Protinus ablatum vexit in arce poli.
Mira fides regis, clementia maxima Chriſti,
Cujus conſilium nullus adire poteſt.
Soſpes enim veniens ſupremo ex orbe Britanni
Per varias gentes, per freta perve vias,
Urbem Romuleam vidit, templumque verendum
Aſpexit Petri, myſtica dona gerens.
Candidus inter oves Chriſti ſociabilis ibit,
Corpore nam tumulum, mente ſuperna tenet.
C Commutâſſe magis ſceptrorum inſignia credas,
Quem regnum Chriſti promeruiſſe vides.

quod exſtat apud venerabilem Bedam.

35 Hic depoſitus eſt Ceadualla, qui & Petrus, rex Saxonum ſub die duodecimo Calendarum Majarum, Indictione ſecunda, qui vixit annos plus minus triginta, imperante domino Juſtiniano piiſſimo auguſto, anno ejus conſulatûs quarto, pontificatum tenente apoſtolico viro domino SERGIO Papa anno ſecundo. *Hæc Beda lib. 5 cap. 7 Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ gentis Anglorum.* Ex quo liquet, *verba ſunt Antonii Pagii*, Papebrochium in Conatu chronico-hiſtorico perperam copulâſſe ordinationem Sergii Papæ cum die XXII Novembris ſuperioris Chriſti anni, ſic enim Ceduvalla non ſecundo, ſed primo hujus Pontificis anno depoſitus fuiſſet. Quare vel ex hoc ſolo epitaphio chronologia noſtra Pontificia à Leone II ad mortem Sergii, & duorum ejus ſucceſſorum certa redditur. *Fatebor equidem, hæc difficultas talis eſt, ut in chronologia minùs implexa animum à Papebrochii ſententia avocare nata ſit; ſed hoc loco mihi tanta non apparet, ut inde Pagii opinio* certa *reddatur. Nam ſicut ex hoc epitaphio non admiſerit Pagius, certam reddi Baronii chronologiam à Leone II uſque ad* Sergium, *quamvis hic etiam hujus Pontificis initium innectit anno 687; quia nempe per hoc non tollitur difficultas contra eum deſumpta ex ecclypſi relata num. 24; ſic nec per idem epitaphium tollitur difficultas, quam Baronius, Labeus aliique citati num. 28 proferunt contra Pagii opinionem ex concilio Toletano XIV. Imò ſuppoſita veritate, quòd ex hoc epitaphio Papebrochii chronotaxis* manifeſtè *evertatur, ut contendit Pagius, nondum mihi hujus auctoris calculi certi redderentur, tum propter dicta num. 29 ad Joannem V, tum præſertim quia contra omnem veriſimilitudinem confundunt trium Pontificum obitum cum ſepultura.* D

Exponuntur

36 *Ceterum Papebrochio, qui hoc certè epitaphium legerat apud Baronium & alios, idipſum non tantopere viſum eſt adverſari ſuæ ſententiæ, ut idcircò quidquam in ſuis calculis immutare cogeretur, idque poſtmodum indicavit tomo 5 menſis Junii pag. 374, in Synopſi chronologica prævia ad Acta S. Leonis II; ubi compendiosè relatis iis, quæ in Conatu ſuo dederat,* E *ſubjunxit ſequentia:* Hactenus autem in hac chronologia perſiſto: quia necdum aliquid efficax in oppoſitum vidi: per eam enim evaſiſſe mihi videor omnes difficultates, quæ Labbeo inexplicabiles videbantur. *Quo modo non ſcripſiſſet, niſi, quæ in epitaphio de anno* Sergii *ſecundo notantur, commodo ſenſu intelligi poſſe exiſtimâſſet; vel ſuſpicatus fuiſſet, errorem aliquem latêre in epitaphio ipſo, præſertim quia in aliorum opinionibus tot ei occurrerent difficultates. Et ſanè non defuerunt, teſte Baronio, cujus verba mox dabo, qui dictum epitaphium erroris arguerent, jure an injuriâ, non diſputo.*

varii modi,

37 *Audi Baronium ad annum Chriſti* 689, *ubi poſtquam ex Beda dedit epitaphium, ſic proſequitur:* Quod verò ad rectitatum ſoluta oratione ſcriptum epitaphium pertinet, errorem irrepſiſſe putârunt aliqui, ſive quòd ita depravatum illud acceperit Beda, ſive quòd, qui ab eo poſtea exſcripſit, gentilium ſuorum affectui plus ſatis indulgens, verba mutaverit, ut quem ſciret regem eſſe Britannorum, fecerit eſſe Saxonum, id ipſumque in textu Bedæ mutârit. Abſit enim de adeo venerabili ſacerdote id vel F leviter ſuſpicari, ut amore gentis ſuæ, detraxerit alienæ, arripiens quod ſuum non erat, ſuæque tribuens, quod ſciret alterius eſſe. Sanè quidem, quod in epitaphio legitur REX SAXONUM, legendum eſſe REX BRITANNORUM, hiſtorici quamplures, qui res Britannorum ſunt proſecuti, teſtantur. Noviſſimè verò doctiſſimus Sanderus &c. *Jam verò ſi Sanderus aliique quamplures hiſtorici piaculo non duxerint aſſerere, quòd uno loco depravatum ſit epitaphium, quid prohibet in re adeo implexa ſuſpicari ſaltem, alio etiam loco fuiſſe corruptum, poſitumque vel ex librariorum incuria vel alia quavis occaſione pro* anno Sergii primo, anno Sergii ſecundo?

in ſimili caſu ipſimet Pagio non inuſitati,

38 *Neque iſta nodos diſſecandi methodus ignota eſt utrique Pagio, aut inuſitata; quoties enim librariorum incuriam non incuſant, unamque vocem pro altera ſubſtituendam affirmant; ut auctoritates opinioni ſuæ contrarias elevent aut eludant? Attuli ſuprà ad num.* 30 *exemplum ex Franciſco Pagio. Accipe etiam unum ex Antonio.* Error facilè in numeros & menſes irrepit, ut alibi Baronius fatetur, & mille exemplis liquet,

A quet, *inquit ad annum* 683 *num.* 4; *tum num.* 5 *objectam à Baronio difficultatem ex Divali Constantini imperatoris ad Leonem II missâ, ut ibi notatur*, mensis Decembris decimo tertio, *solvere conatus, ita pronunciat:* Quare ... loco mense Decembri substituendus est alius mensis, ut librarii error corrigatur. *Itaque si supponas hìc in Ceduallæ epitaphio contigisse, quod fatente Pagio, liquet contigisse mille exemplis, quò evadet præsumpta ejus certitudo* ex solo epitaphio, *ut loquitur, deducta? Præterea, esto, quòd nullus error irrepserit in epitaphium, nondum pro Pagio tanta ex eo certitudo eruetur. Potuit enim epitaphii auctor annos usurpâsse chronicales, & sic annum Christi* 689 *notâsse* Sergii *Pontificis secundum, quia cùm is Pontifex, uti vult Papebrochius, consecratus fuerit mense Novembri anni* 688, *hic revera primus erat, quo Pontificatum tenebat, annus verò* 689 *erat secundus, quo tenebat Pontificatum, non habitâ scilicet ratione temporis aut spatii, quo sedit, sed annorum Christi, quibus sedit.*

B *quibus ea dilui quadamtenus possit.*

39 *Neque hujusmodi expositio admodum insolens videbitur perpendenti, Fredegarium Scholasticum, qui circa id tempus floruit, eodem annos enumerandi modo usum fuisse, ideoque subinde uno anno in notandis regum annis prævertere S. Gregorium Turonensem, ut dudum observavit Henschenius noster in Exegesi præliminari ad tom.* III *Aprilis. Illo igitur loquendi modo Sanctus noster mense Aprili anno* 689, *cùm Ceduallа depositus est, rectè dictus fuisset sedisse in Pontificatu anno secundo. Accedit, quòd iterum ipsemet Pagius hâc notandi annos normâ utatur; nam annos, de quibus hìc quæstio est, sic notat:* Annus Christi 687, Sergii Papæ 1. Annus Christi 688, Sergii Papæ 2. Annus Christi 689, Sergii Papæ 3, *quamvis juxta ipsum* Sergius *tantùm consecratus fuerit die* XV *Decembris dicti anni* 687. *Si dixeris, id facilitatum à Pagio, quia juxta ipsius calculos initium secundi anni Pontificatûs* Sergii *incidebat in annum Christi* 688, *quantumvis exeuntem; idem poterit responderi à sententiæ Papebrochianæ patronis, dicique ideo annum* 689 *ab auctore epitaphii notatum fuisse* Sergii *secundum, quia in illum incidebat hujus initium. Objicitur insuper altera difficultas Papebrochio.*

C *Altera difficultas ab ipso Papebrochio antè examinata.*

40 *Exstat apud Joannem Mabillonium tomo* 3 *Analectorum pag.* 431 *epitaphium vetus ac mutilum, in quo corpus S. Leonis Magni à* S. Sergio *Papa translatum dicitur Indictione I, per quam laudatus Mabillonius designari putat annum Christi* 703; *sed illum annum non attigit* Sergius. *Antonius Pagius in Critica ad annum* 461, *num.* 7 *dubitat, an eâ designetur annus Christi* 688, *an* 703; *nam, inquit,* Sedente Sergio I bis Indictio prima obtinuit, anno nempe DCLXXXVIII, annoque DCCIII; *verùm postea advertit vir eruditus, hallucinatum se fuisse; quandoquidem* Sergii *obitum anno* 701 *illigaverit, nec intelligi queat, quomodo bis obtinuerit prima Indictio sedente* Sergio, *qui non amplius quàm annis* 13, *& mensibus circiter* 9 *Ecclesiæ præsederit. Quapropter ubi ad annum* 688 *pervenit laudatus criticus, dictam translationem huic innectendam affirmat, atque inde everti sententiam Papebrochii. Examinavit difficultatem Papebrochius, & eam sibi diluisse visus est in Conatu suo pag.* 65, *num.* XI *&* XII *agens de S. Leone Magno. An reipsa diluerit, examinet curiosus*

lector, & quæ ex relatis jam opinionibus verisimilior appareat, ipse judicet, mihi quidem res adeo implexa est, ut nullam lubeat eligere, nedum certam *dicere, ut facit Pagius, cujus, ut candidè eloquar, in pronuntiando & aliorum sententiis arguendis præsidentia impulit, ut tum ipsius tum Papebrochii difficultates prolixiùs disputerem; quantumvis nil certi definiri posse præviderem. Eadem mihi mens est, quoad annum Sancti nostri emortualem, quem alii anno* 701, *alii* 702 *innectant, uti infrà videbitur.* AUCTORE J. P.

§ IV. Concilii Toletani XV canones probat; Ceduallam regem baptizat; varios episcopos ordinat; Epistolæ ejus ad reges & clerum Britanniæ.

E *Confirmat concilium Toletanum* XV,

Anastasius relatis iis, quæ dedimus § 2, *reliqua* S. Sergii *gesta pergit describere; sed nec memorat omnia, nec ubique rerum ac temporum seriem servat: utrumque, sicut monui suprà, & quantum ex aliis scriptoribus licuit eruere, conabor hìc supplere. Occurrit primo loco concilium Toletanum* XV, *celebratum* V *Idus Majas, anno Christi* 688, *cujus canones à* Sergio I *approbatas fuisse scribit præter alios Baronius, laudatque Rodericum archiepiscopum Toletanum in Historiæ Hispaniæ. Si fides haberi deberet Chronico, quod Luitprando affictum est. Notisque elucidatum fuit à Tamayo, Higuera, & de Prado, hos canones probavit ac ingenti laude celebravit Sanctus noster anno* 689, *ad quem annum in Chronico sic legitur:* Hoc anno misit dominus Julianus Toletanus archiepiscopus Hispaniarum Primas *(qui ei concilio præsedit)* concilium, decreta & carmina ad Papam Sergium & imperatorem & ab utroque litteras accepit. *Exstant dicti concilii acta apud Labbeum; carmina verò recitat Higuera; verùm fictitia illa carmina, uti & memoratum Chronicum, nullius sunt fidei, nec ullam invenerunt apud Majores nostros ac diem* VIII *Martii in Commentario prævio ad Acta S. Juliani pag.* 784, *quare operæ pretium non duxi ea huc transcribere.*

F *Baptizat regem Andeglum,*

42 *Ad eumdem annum* 689 *pertinent ea, quæ retulimus præcedenti* § *ex venerabili Beda de rege Anglo Ceduallа, à Sancto nostro Romæ baptizato, ac paulò post ibidem defuncto, quorum non est mentio apud Anastasium: Verùm aliunde sat certa sunt: nam præterquam quòd auctoritas Bedæ, quem more suo sequitur Paulus Diaconus de Gestis Longobardorum lib.* 6, *cap.* 15, *nos de iis dubitare non sinat, confirmantur etiam tùm ab aliis multis, tum ab auctore Vitæ S. Wlmari apud Mabillonium Seculo* 3 *Benedictino, ut & ab altero ejusdem Sancti biographo apud nos ad diem* XX *Julii, ubi dicitur Ceduallа rex adhuc catechumenus venisse anno* 688 *ad S. Wlmarum abbatem, inde Romam perrexisse, & ibidem, accepto Baptismo, excessisse è vivis. Unde non satis percipio, cur Saussayus in Martyrologio Gallicano ad diem* XX *Julii ita scribat:* Cedvala adhuc catechumenus, audita Wlmari sanctitate, & studio admirabili, quod in animarum salutem assiduè impendebat, è Britannia ad eum venit, salutis documenta

AUCTORE J. P.

cumenta percepturus, à quo egregiè edoctus, & Romam ad Baptiſmi gratiam ſub Apoſtolorum auſpiciis recipiendam miſſus, cum in regnum rediiſſet, ea ſe pietate cetero vitæ decurſu geſſit, ut Wlmari divinis inſtructionibus, vivæ fidei actibus præclarè ſatisfaceret. *Quibus poſtremis verbis contra tot ſcriptorum teſtimonia in dubium revocat, quidquid de Cedualla in urbe Romana obitu, deque epitaphio*, S. Sergii *juſſu, ſepulturæ ejus inſcripto hactenus expoſita ſunt. Porrò de Cedualla, quem quidam Sancti titulo inſigniunt, actum eſt apud nos in Prætermiſſis ad diem* XX *Aprilis.*

ordinat Damianum archiepiſcopum Ravennatem.

43 *Hieronymus Faber in Monumentis Ravennæ antiquæ ad hunc annum ſimiliter refert id, quod habet Anaſtaſius ſub finem Actorum* S. Sergii : Hic ordinavit Damianum archiepiſcopum ſanctæ eccleſiæ Ravennatis. *Verba Fabri ex Italico Latina reddo :* Beatus Damianus, non anno ſexcenteſimo octogeſimo quinto, ſed triennio pòſt, puta ſub initium anni ſexcenteſimi octogeſimi noni, defuncto Theodoro, dignus fuit creari archiepiſcopus ab eodem ſummo Pontifice Sergio primo, qui ultimis anni præcedentis menſibus ad ſummum Pontificatum evectus fuerat. *His rectè corrigit anachroniſmum, quo laborat Italia ſacra Ughelli tom.* 2, *col.* 342, *ubi ſic legitur :* Damianus Dalmata à Sergio Pontifice adlectus eſt Ravennatium archiepiſcopus anno DCLXXXV, menſeque Martio ab eodem conſecratus. *Sed neque ſatis exactus apparet ipſiuſmet Fabri calculus ; Damianus enim ſedit dumtaxat annos* 16, *menſes* 2, *dies* 16, *ut ſcribit ipſemet laudatus auctor & cum eo Agnellus in libro Pontificali Ravennate, Rubeus in Hiſtoria ejuſdem civitatis, Ughellus aliique; attamen dicti præſulis mortem illigat Faber menſi Martio anni* 706, *à quo ſi retrocedas ad anni* 689 *initium, numerabis annos* 17. *Oportet igitur, ut vel uno circitèr anno ſeriùs conſecratus, vel uno citiùs defunctus ſit Damianus. Hunc præſulem etiam inter Prætermiſſos retulerunt Majores noſtri ad diem* XIII *Martii.*

B

Non ordinavit S. Britwaldum archiepiſcopum Cantuarienſem ;

44 *Damiano ſubjungit Anaſtaſius Clementem ſeu Willibrordum, Britwaldum, quem ipſe Berechyaldum, alii aliter nuncupant, & epiſcopos* 97, *omnes à Sancto noſtro ordinatos. De S. Willibrordo aliiſque agam infrà ; nunc de S. Britwaldo ; quandoquidem plerique eum anno* 692 *electum, & proximè ſequenti conſecratum velint. Itaque audiamus Anaſtaſium :* Hic, *inquit*, ordinavit Berechyaldum Britanniæ archiepiſcopum. *Verùm ſic eum ſcripſiſſe opinor, quia electionem Britwaldi à* Sergio *approbatam, illumque ab hoc Pontifice regibus Angliæ commendatum fuiſſe inaudierat. Etenim Venerabilis Beda, cui, utpote ſcriptori contemporaneo, & in rebus Anglicis illius temporis verſatiſſimo, lubentiùs adhæſerim, diſertè aſſerit Britwaldum conſecratum fuiſſe à Godwino epiſcopo, Galliarum metropolitano. Libro* 5 *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ gentis Anglorum cap.* 9 *ſic habet :* Succeſſit autem Theodoro in epiſcopatu Berechtwaldus, qui erat abbas in monaſterio quodam juxta oſtium Aquilonare fluminis Genlade poſitum, quod Racwlf nuncupatur. Vir & ipſe ſcientiâ Scripturarum imbutus, & eccleſiaſticis ſimul ac monaſterialibus diſciplinis ſummè inſtructus ; tamen ſi prædeceſſori ſuo minimè comparandus. Qui electus eſt quidem in epiſcopatum anno Dominicæ Incarnationis ſexcenteſimo nonageſimo ſecundo, die primo menſis Julii, regnantibus in Cantia Wichtredo & Suebhardo : ordinatus autem anno ſequente, tertio die Kalendarum Juliarum Dominicâ, à Godwino metropolitano epiſcopo Galliarum, & ſedit in ſede ſua pridie Kalendarum Septembrium Dominicâ. *Bedæ conſonant Angli ſcriptores plerique præter nonnullos, qui multum ab eo diſcrepant, ut dicam infrà.*

C

D

eum tamen veriſimiliter Romæ pallio donavit,

45 *Crediderim tamen S. Britwaldum, poſtquam electus & conſecratus eſſet, in Urbem perrexiſſe, atque ibidem expoſitâ fide, acceptoque à* Sergio *Papa pallio, remeâſſe ad archiepiſcopatum ſuum Cantuarienſem. Sanè olim lege ſancitum fuiſſe, ut metropolitani in eum finem Romam contenderent, conſtat ex libro* 7 *epiſtolarum Petri Damiani ; nam epiſtolâ* 4, *S. R. E. Cardinales ita ſcribunt ad Agnetem Imperatricem :* Petiſtis enim, ut domno Maguntino pallium mitteretur, quod procul dubio ſanctorum Patrum ſanctionibus probatur adverſum. Ipſi ſiquidem pontifices ex antiquæ traditionis uſu ad Apoſtolorum limina debent properare ; & hoc, ſine quo metropolitani eſſe non poſſunt, ſignum conſummandæ ſuæ dignitatis accipere. *Aliquibus interjectis pergunt in hunc modum :* Enimverò & beatus Papa Damaſus hoc decrevit, ut quiſquis metropolitanorum ultra tres menſes poſt ordinationem ſuam Romano Pontifici fidem ſuam exponere, & pallium flagitare diſtulerit, commiſſa careat dignitate. Quapropter ipſe domnus Maguntinus electus veſter ad Apoſtolorum limina venire non differat *&c. Gregorius VII lib.* 1 *epiſtolarum, epiſtola* 24 *eodem modo loquitur :* Anteceſſorum noſtrorum decrevit auctoritas, niſi præſenti perſonæ pallium non eſſe concedendum. *Plura ſuper hac materia videri poſſunt apud Thomaſſinum in Veteri & nova Eccleſiæ diſciplina tomo* 1, *lib.* 2, *cap.* 53 *& ſeqq. Diſputat item ſuper eadem Petrus Couſtant tom.* 1 *Epiſtolarum Romanorum Pontificum col.* 620 *& ſeqq.*

E

totius Angliæ primatem conſtituit,

46 *Imò quod de Britwaldi itinere Romano jam diximus, manifeſtè eruitur ex Litteris Sancti noſtri, quæ apud Guilielmum Malmesburienſem lib.* 1 *de geſtis Pontificum Anglorum annectuntur epiſtolæ Lanfranci Dorobernenſis ſeu Cantuarienſis archiepiſcopi circa annum* 1072 *miſſæ ad Alexandrum Papam II, ex quibus aliorumque Pontificum epiſtolis dictus Lanfrancus eccleſiæ ſuæ in ceteras totius Angliæ primatum probat. Non abs re fuerit laudatas Sancti epiſtolas in medium protuliſſe ; elucet enim in illis tum zelus ejus apoſtolicus, tum ſolicitudo paſtoralis & pietas. Prior directa eſt ad Ethelredum Merciorum, Alfridum Northumbrorum, & Adulfum Orientalium Anglorum reges hoc modo :* Sergius epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Ethelredo, Alfrido, Adulfo, regibus Anglorum. Donum gratiæ ſpiritualis, ſancti Spiritus illuſtratione, fidelium corda ſuccendit, ac reparando reficit, & virtutis mirificæ conſtantiâ roborat, & cæleſtium donorum, beneficiorum inſtituit perenniter promereri ſuffragia, & labentium rerum exitia nihilominus præcavere. Quo uſi munere pietatis Dei ſancti Patres, ut quædam aſtrorum cæleſtium ſplendifera luminaria, mundi totius per ambitum renitentes, gloriosè poſt præſentis vitæ felicia gaudia inter numerum electorum meruere aſcribi.

F

& litteris ad reges

47 Porrò vos gens ſancta, genus electum, populus acquiſitionis, filii lucis, ſtirps regia, fidei propago ac incrementa virtutum, gaudete in

A in Domino & exultate, quòd veſtri non immemor ſtudii egregius & primus Apoſtolorum Petrus fidei firmiſſima petra, dum mentis ac conſcientiæ veſtræ ſenſu lætatur, nominum quoque veſtrorum reminiſcitur & agnoſcit. Confidimus namque, quòd & aditum regni cæleſtis aperiat, quibus tantum inter gentes, quibus Deo auſpice præpolletis, favorem contulit dignitatis. Et vos igitur Chriſtianiſſimi ac dilectiſſimi filii ejus authoritate collatum vobis antiſtitem Brithwaldum, Cantiæ ſedis præſulem, totiuſque Britanniæ primum pontificem, alacri pectore menteque devota ſuſcipite, ſcientes, quòd mercedem Prophetæ accipiet, ſi quis hunc ut prophetam accipiat, & ſi ſpernere illum forſan, quòd abſit, faſtu quiſquam proſiliat, non eum, ſed à quo miſſus eſt, ſpernet. Qui juxta Dominicam vocem abſque ullo adminiculo condemnabitur. Procul ergo à vobis longéque talis abſit infanda temeritas, ne diram hoſtis antiquus inobedientiæ faciem in vobis inveniat, quos ſancta Dei Eccleſia in gremio filiorum adoptionis ſociare dignata eſt. Optamus ergo, quo miſericordiâ ſolitâ Dominus noſter Jeſus Chriſtus faciat vos ineffabiliter miniſterii ac regii culminis honore ſublimari & in examine futuri judicii reſervari.

B

48 *Alteri epiſtolæ hæc præfigitur inſcriptio:* Dilectiſſimis fratribus univerſis epiſcopis per Britanniam conſtitutis Sergius; *atque ita habet:* Sicut nobis, quibus curam officii paſtoralis beati Petri Apoſtolorum principis ſupernæ dignatio miſerationis regimenque conceſſit, fratris ignoti reverendam advexit præſentiam, ita quoque veſtri religioſiſſimi præſulatus collegii agnita ſalus geminum attulit tripudii munus. Nam omnium bonorum authori Domino Deo noſtro immenſas peregimus gratias, repertâ fratrum fidelium in ſinu ſanctæ matris Eccleſiæ unanimitatis devotâ conſtantiâ, & amore fervente inter ſe, dilectioniſque conſortio. Sic enim ſagaci ſolertiâ Deum complacare noſcuntur, offerentes ei pura libamina, cùm in arca pectoris ſplendorem veri luminis refoventes nullis illecebris mentem illudant, nullis fratrum ſtimulis corda percellant, nullis proximos nocentibus mentibus animant: ſed, ut Dei miniſtri, ſpeculum ſe ſubjectis vitæ morumque probitate exhibeant. Hinc ſibi Dominum proſperantem invenient in adverſis, nec quidquam poterunt hoſtis inſidiæ iis nocendo ſurripere. Etenim ubi præſto eſt Domini adjutorium, cuncta fugatur ſpirituum malignorum adverſitas.

& epiſcopos Britanniæ

C

49 Cùm ita ſit, paternis affatibus collætantes veſtræ fraternæ dilectionis unanimi religioſitati, inſinuamus vobis, quòd præſens dilectiſſimus frater Brithwaldus, Cantuariæ provinciæ præſul, qui in ſedem reverendæ memoriæ Theodori quondam archiepiſcopi ſubrogatus eſt, juxta ritum priſcæ conſuetudinis, quæ * à tempore ſanctæ ac reverendæ memoriæ Domini prædeceſſoris noſtri Gregorii Rom. Pontificis nunc uſque ſua eccleſia detinuit, à nobis, imò à beato Petro Apoſtolorum principe primatum omnium eccleſiarum Britanniæ ſortitus, cum ſacro uſu pallii ac venerabilis dalmaticæ illic demandatus eſt. Quod non incommodè fratres chariſſimi adeptus promeruit, cùm nequaquam faſtu ſive tumore jactantiæ, ſed mente ſubnixa ac humili corde tantum munus dignus obtinuit. Quocirca hortamur fratres veſtrum à Deo dicatum conſortium, ſalubrique conſilio monemus, ut propter Dei amorem atque futuræ viciſſitudinis ſpem, eidem fratri veſtræ regionis archiepiſcopo, acſi nobis debitam miniſterii honorem exſolvere, & ut præſuli primatum gerenti efficaciter ſciatis obedire, non ignari, quid Vas electionis inſinuet: Obedite præpoſitis veſtris; & rurſum: Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Ideoque fratres vos admonemus, univerſoſque ordinum gradus, præcipientes ex hac Apoſtolica auctoritate, ut nullus ſit, qui præſumat contra hæc, quæ ab hac Apoſtolica Sede olim conſtituta, præſentibus vel futuris temporibus contraire. Sed ſemper præmemoratæ eccleſiæ conceſſæ poteſtates illibatæ ſerventur in perpetuum. Et quòd vos, annuente divina Clementia, hæc peracturos indubitata mente confidimus, quæ commonere ſtatuimus, fraternitatis veſtræ religioſum propoſitum ineffabilem ſancti Salvatoris noſtri potentiam exoramus, ut piâ vos ſemper religione pollentes perenni tribuat lætitiâ gratulari, & fraternis affectibus collætantes Sanctorum meritis in æterna beatitudine ſociari. Deus vos incolumes cuſtodiat dilectiſſimi fratres.

munitum

** quam*

AUCTORE J. P.

D

E

50 *Ex dictis hactenus conjicio, Britwaldum mox à conſecratione, factâ Lugduni die* XXIX *Junii, perrexiſſe Romam, & cùm, teſte venerabili Beda*, pridie Kalendarum Septembrium *ſedem Cantuarienſem occupârit, recitatas litteras à Sancto noſtro conſcriptas fuiſſe circa menſem Auguſtum anni* 693; *niſi quis velit, Britwaldum anno* 692, *quo electus eſt, iter Romanum ſuſcepiſſe, atque in reditu conſecratum fuiſſe à Godwino Lugdunenſium archipræſule: ſed non video, cur ipſe* S. Sergius *illum non fuiſſet ordinaturus, priuſquam pallio ornatum in Angliam dimitteret. Porrò, quòd primo loco recitata epiſtola inſcripta non fuerit etiam Wichtredo & Suebhardo, qui, teſte Beda, id temporis regnabant in Cantia, inde factum exiſtimo, quòd ſanctus noſter Pontifex haud dubitaret, quin ipſi regni ſui archipræſulis auctoritatem, & in ſedes alias primatum ſat ſponte ſua eſſent promoturi. Fortaſſe etiam ſeparatas ad eos litteras deſtinavit, quæ in ſcriptorum notitiam non pervenerunt. Denique corrigendi hîc veniunt Gervaſius monachus in Vitis archiepiſcoporum Cantuarienſium, & Radulphus Dicetenſis in eorumdem archipræſulum Hiſtoria, ubi Britwaldum à Vitaliano PP. pallium ſuſcepiſſe ſcribunt: is enim Pontifex annis* 20 *è vivis exceſſerat ante Theodorum Britwaldi deceſſorem.* *in patriam dimiſit.*

F

§ V. Trullanam ſynodum reprobat, & Juſtiniano imperatori invicto animo reſiſtit.

Synodo Quinſexta

C*Irca idem tempus, quo, ſicut jam vidimus ac porrò videbimus,* S. Sergius *tanta laude gregem Chriſti gubernabat, curabatque, ut eccleſiis per mundum Chriſtianum præſules præficerentur, qui ſanctitate vitæ morumque integritate præpollerent, doctrinâ ſuâ ac prudentiâ fideles confirmarent & inſtruerent, ac zelo ſuo apoſtolico fidem Catholicam inter nationes barbaras propagarent, obtulit ſeſe occaſio, quâ præcipuæ ejus virtutes, maximè verò Chriſtiana fortitudo, & dignæ Chriſti Vicario, Urbi &*

AUCTORE J. P.

orbi patefieret. Eam autem occasionem procreavit synodus seu potiùs pseudo-synodus Trullana, sic dicta à trullo, rotundâ palatii Constantinopolitani aulâ, in quo celebrata est. Appellatur etiam passim Quinisexta, *Græcis* Πενθέκτη, *quòd scilicet, uti prætendit Theodorus Balsamon, schismaticus hujus synodi defensor, in eum finem coacta fuerit, ut replerentur ea, quæ synodis duabus præcedentibus quintæ & sextæ deerant. Verùm non immeritò à venerabili Beda lib. de sex ætatibus, Paulo Diacono lib. 6 de Gestis Longobardorum, aliisque* erratica *appellatur, utpote quæ variis erroribus conspersa esset. Exstant ejus canones* 102 *Græcè & Latinè tomo 6 Conciliorum post sextam synodum Constantinopolitanam.*

à Justiniano juniore Constantinopoli coacta

52 *Convocatam fuisse eam pseudosynodum jussu imperatoris Justiniani junioris, cognomento Rhinotmeti, scribit Anastasius & passim ceteri omnes scriptores: at inter hos non ita convenit de tempore, quo fuit habita. Sunt qui eam infigant anno Christi* 686, *sunt qui anno* 707; *sed neutri rectè: quandoquidem Anastasius, cui astipulantur venerabilis Beda auctor synchronus, Paulus Diaconus & alii, diserte asserat, celebratam fuisse temporibus* Sergii *Papæ I, qui nec sedit anno* 686, *nec annum* 707 *attigit. Veram conciliabuli epocham assignavit eminentissimus Baronius ad annum Christi* 692, *quo ejus canones sancitos fuisse ostendit, adversariorum opiniones irrefragabili ratione refutavit, ac denique, unde ipsorum error profluxerit, demonstravit. Secuti sunt Baronium Labbeus & Papebrochius; item Binius in Notis ad dictum conciliabulum, Petrus de Marca in Concordia lib.* 5, *cap.* 18, *Christianus Lupus in Dissertatione annexa Notis & Scholiis in Canones Trullanos, & fatente Petavio, qui tamen pro anno* 707 *decertat, plerique alii. Laudatorum scriptorum eruditas elucubrationes consulat curiosus lector, & ibit procul dubio nobiscum in Baronii sententiam. Progredior ad ea, quæ Sanctum nostrum propiùs attingunt.*

B

subscripsisse leguntur Pontificis legati.

53 *Venerabilis Beda lib. de sex ætatibus rem totam paucis his verbis declarat:* Hic (*Justinianus*) beatæ memoriæ Pontificem Romanæ Ecclesiæ Sergium, quia erraticæ suæ synodo, quam Constantinopoli fecerat, favere & subscribere noluisset, misso Zacharia protospatario suo, jussit Constantinopolim deportari; sed prævenit militia Ravennatæ urbis, vicinarumque partium jussa principis nefanda, & eumdem Zachariam contumeliis & injuriis ab urbe Roma repulit. *Pluribus eadem exprimit Anastasius, cujus huc item verba transfero: verùm hinc inde filum narrationis interrumpam, & quædam ejus elucidationi subservientia interjiciam. Incipit in hunc modum:* Hujus itaque (S. Sergii) temporibus Justinianus imperator concilium in regia urbe jussit fieri, in quo & Legati Sedis Apostolicæ convenerant, & decepti subscripserant. *Laborant auctores, ut hanc Sedis Apostolicæ legationem explicent.*

C

Non fuerunt hi legati stricti nominis;

54 *Putat Binius per legatos hic designari, non eos, qui solenni delegatione ab Apostolica Sede ad synodos œcumenicas dirigi consueverunt, sed Græcos episcopos, qui in Oriente constituti erant ad audiendos eos, qui Romani Pontificis auxilio indigebant, atque idcirco Vicarii Pontificis appellabantur. De Marca suprà laudatus & cum ipso quidam alii existimant intelligendos esse Romani Pontificis apocrysiarios seu responsales, qui Constantinopoli apud imperatorem versabantur, fideique negotia & disciplinæ procurabant. Sed iis nihil jurisdictionis à Pontifice tribuebatur; nisi ad particulares aliquas causas speciali rescripto ea mandaretur, ut docet Thomassinus tomo* 1 *Veteris & novæ Ecclesiæ disciplinæ lib.* 2, *cap.* 108: *ac proinde quamvis concilio interfuissent ac canonibus decepti subscripsissent, nihil eorum, nova Pontificis delegatione carentium, subscriptiones auctoritati attulissent concilio.*

D

nec, si tales fuissent, juvissent quidquam Græcos eorum subscriptio.

55 Sed quid? *inquit Baronius*, Etiamsi speciale mandatum iidem Græci episcopi, Romani Pontificis vicarii (*idem dicendum de apocrysiariis*) ad hoc habuissent: quin insuper, etiamsi à latere & ex Romano clero delecti missi fuissent, & synodo interfuissent, atque etiam subscripsissent: neque sic haberent Græci, quod firmum, validum, probatumque ostendere possent. Nisi enim, quæ in synodis à legatis sunt gesta, ea confirmentur à Romano Pontifice, subscriptioneque roborentur, nullius esse roboris convincuntur. *Et sanè, quidquid obganniat Balsamon Græcus impostor, qui ob manifesta mendacia & fraudes à Baronio pro meritis vapulat, sufficienter agnoverunt Trullani præsules, nihil se egisse, nisi Pontifex ipse canones approbaret, iisque subscriberet, & vel ideo chartam puram reliquerunt ante alios Patriarchas, ut eam subscriptione sua repleret, sicut patet ex his verbis in subscriptionum capite:* Locus sanctissimi Papæ Romani. *Ideo Justinianus imperator partim sponte sua, partim verisimiliter machinationibus Græcorum quorumdam episcoporum tantas Romæ turbas concitavit; dum nec precibus nec minis invictum sancti Pontificis animum ad pseudosynodum comprobandam inducere potuit.*

E

Rogatus ei subscribere Sergius,

56 Compellebatur autem, *prosequitur Anastasius*, & ipse (Sergius) subscribere, sed nullatenus acquievit. Pro eo quod quædam capitula extra ritum Ecclesiasticum fuerant in eo annexa. Quæ & quasi synodaliter definita, & in sex tomis descripta à tribus Patriarchis, id est, Alexandrino, Constantinopolitano & Antiocheno, vel ceteris consulibus *, qui in tempore illic convenerant, subscripta erant, manuque imperiali confirmata, missis in lucullum, quod scebrum carnale vocitatur, in hanc Romanam urbem ad confirmandum, vel in superiori loco subscribendum Sergio Pontifici, utpote capiti omnium sacerdotum, direxit. *Voces istæ*, quod scebrum carnale vocitatur, *corruptæ sunt. Joannes Vignolius in Libro Pontificali, cum Notis edito Romæ anno* 1724, *legit:* In locello, qui scevochartalis vocitatur. *Tum in Notis*, Scevochartalis, *inquit*, vox Græco Latina ex σκεῦος, scrinium seu capsula, & chartalis, quâ scilicet epistolæ atque alia scripta chartis mandata huc illuc clausa mitti ac deportari solebant.

* *al.* præsulibus

F

canones ejus rejicit, & fortiter resistens imperatori,

57 Qui beatissimus Pontifex, *verba sunt Anastasii*, ut dictum est, penitus eidem Justiniano Augusto non acquievit, nec eosdem tomos suscipere, aut lectione * pandere passus est. Porrò eos ut invalidos respuit, atque abjecit, eligens antè mori, quàm novitatum erroribus consentire. Qui imperator Sergium magistrianum (*unum ex ministris magistri officiorum palatii*) in spretum prænominati Pontificis Romam mittens, Joannem Deo amabilem Portuensem episcopum seu Bonifacium consiliarium Apostolicæ Sedis secum in regiam abstulit urbem. *Procul*

* *al.* lectioni

A *cui dubio ſuſpicatus eſt imperator, horum virorum conſiliis confirmari* S. Sergii *animum, conſtantiamque ejus roborari; atque idcirco vel alterutrum, ſicut Anaſtaſii textus videtur innuere, vel potiùs utrumque Conſtantinopolim adduci juſſit, non adeo ut facti rationem ab eis exquireret, quàm ut tentaret, an Pontifex, ipſorum præſentiâ & auxilio deſtitutus, faciliùs non eſſet flectendus ad annuendum placitis. Tum veriſimiliter renovatæ ſunt ſollicitationes & preces, minæque ſuperaddita & terrores, verùm cùm neque ſic imperator ſe cerneret quidquam proficere apud Hominem, qui jam antè mortem oppetere decreverat potiùs, quàm conſentire erroribus, vi ad id compellendum ratus eſt, & protoſpatarium ſuum, principem ſpatariorum ſeu corporis ſui cuſtodum, Romam deſtinavit, qui Pontificem ipſum Conſtantinopolim traheret.*

Conſtantinopolim perduci jubetur:

58 *Sed adfuit Sancto & Eccleſiæ ſuæ Deus, impioſque imperatoris conatus infregit. Audi Anaſtaſium.* Deinde Zachariam, immanem ſuum protoſpatarium cum juſſione direxit, ut prædictum Pontificem ſimiliter in regiam deportaret urbem. Sed miſericordia Dei præveniente, beatoque Petro apoſtolo & Apoſtolorum Principe ſuffragante, ſuamque Eccleſiam immutilatam ſervante, excitatum eſt cor Ravennatis militiæ, ducatûs etiam Pentapolitani, & circumquaque partium, non permittere, Pontificem Sedis Apoſtolicæ in regiam aſcendere urbem. Cúmque ex omni parte multitudo militiæ conveniret, Zacharias ſpatarius perterritus & trepidans, ne à turba militiæ occideretur, portas quidem civitatis claudi & teneri, Pontificem poſtulabat, *(id eſt, orabat Pontificem, ut Urbis portas claudi ac ſervari juberet, ne tanta militum copia ingrederetur)* ipſe verò in cubiculo Pontificis tremebundus refugit, deprecans lacrymabiliter, ut ſui Pontifex miſereretur, nec permitteret quemquam ejus animæ infeſtari.

B

ſed liberant cum milites Ravennates, & miſſum à Juſtiniano * inaudierant

59 Exercitus autem Ravennatis ingreſſus per portam beati Petri Apoſtoli *(nunc* porta angelica *dicitur)* cum armis & turba in Lateranenſe epiſcopium venit, Pontificem videre æſtuans, quem, fama vulgante, per noctem ſublatum, & in navigium miſſum fuiſſe cognoverant *. Dumque fores patriarchii tam inferiores, quàm ſuperiores eſſent clauſæ, has in terram, niſi velociùs aperirentur, mittere minarentur *. Præ nimia timoris anguſtia, & vitæ deſperatione Zacharias ſpatarius ſub lectum Pontificis ingreſſus ſeſe abſcondit, ita ut mente excideret, & perderet ſenſum. Quem beatiſſimus Papa confortavit, dicens, ut nullo modo timeret. Egreſſus verò idem beatiſſimus Pontifex foris baſilicam domni Theodori Papæ apertis januis in ſedem *, quæ vulgo appellatur ſub Apoſtolis, *(de hoc loco, uti & de baſilica jam memorata diſputat Onuphrius Panvinius libro de ſeptem Urbis eccleſiis, ubi de oratorio S. Laurentii, quod* Sancta Sanctorum *nuncupatur)* generalitatem militiæ & populi, qui pro eo occurrebant, honorificè ſuſcepit, datoque apto & ſuavi reſponſo, eorum corda lenivit.

C

* *lege* minabantur

* *al.* ſedens in ſede

protoſpatarium Urbe ejiciunt.

60 Quamquam illi zelo ducti pro amore & reverentia tam Eccleſiæ Dei, quamque ſanctiſſimi Pontificis, jam à patriarchii cuſtodia non receſſerunt, quouſque denominatum ſpatarium cum injuriis & contumeliis à civitate depellerunt *. Nam & is, qui illum miſerat, ipſo etiam tempore eſt, Domino retribuente, regno privatus. Sicque Eccleſia Dei imperturbata cum ſuo Præſule, Chriſto favente, ſervata eſt. *Quo pacto Juſtinianus imperio deturbatus, & quàm ignominiosè truncatus naſo in exilium actus fuerit à Leontio præfecto, qui imperium adeptus fuerat, pluribus narrata invenies apud Theophanem, Zonaram, Cedrenum & Græcos alios. S. Nicephorus in Breviario Hiſtorico Juſtinianum in Cherſonam urbem deportatum ait,* anno ejus imperii exacto decimo; *ſucceſſerat autem patri Conſtantino Pogonato, ut tradunt paſſim auctores, anno* 685; *rectè itaque Marianus Scotus & Hermannus Contractus in Chronicis, hæc contigiſſe ſcribunt anno Chriſti* 695; *ac proinde illius imperatoris in* Sergium *perſecutio ad eum ipſum annum duravit, uti ex verbis Anaſtaſii manifeſtè colligitur.* AUCTORE J. P.

§ VI. S. Willibrordum archiepiſcopum conſecrat; gravi calumniâ prodigiosè liberatur.

D E

Prædicandi Euangelii facultatem

OBtentâ *Eccleſiæ pace, curas denuo convertit ſanctus Pontifex ad extendendam fidem Chriſti, eligendoſque dignos Euangelii præcones. Hos inter archiepiſcopum ordinavit S. Willibrordum, ac Friſiæ præfecit. Audi Bedam, cui, cùm è vita migraret, ſuperſtes adhuc erat Willibrordus:* Idem Papa Sergius, *inquit libro de ſex ætatibus,* ordinavit venerabilem virum Willibrordum, cognomine Clementem, Freſonum genti epiſcopum, in qua uſque hodie pro æterna patria peregrinus (eſt enim de Britannia gentis Anglorum) innumera quotidie diabolo detrimenta, & Chriſtianæ fidei facit augmenta. *Narrat idem paulò prolixiùs, annum diſtinctè exprimit atque duas S. Willibrordi ad* S. Sergium *peregrinationes diſtinguit, lib.* 5 *Hiſtoriæ gentis Anglorum cap.* 12, *quod ita incipit:* Primis temporibus adventûs eorum (*Willibrordi ac ſociorum*) in Freſiam, mox ut comperit Wilbrordus, datam ſibi à principe (*Pipino Majoredomûs*) licentiam ibidem prædicandi, acceleravit venire Romam, cujus Sedi Apoſtolicæ tunc Sergius Papa præerat, ut cum ejus licentia & benedictione deſideratum euangelizandi gentibus opus iniret: ſimul & reliquias beatorum Apoſtolorum ac martyrum Chriſti ab eo ſe ſperans accipere.

F

concedit S Willibrordo & ſociis,

62 *Tum paucis interjectis ſubdit:* Poſtquam verò per annos aliquot in Freſia, qui advenerant, docuerunt, miſit Pipinus, favente omnium conſenſu, virum venerabilem Wilbrordum Romam, cujus adhuc Pontificatum Sergius habebat, poſtulans, ut eidem Freſonum genti archiepiſcopus ordinaretur. Quod ita, ut petierat, impletum eſt anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo nonageſimo ſexto. Ordinatus eſt autem in eccleſia ſanctæ martyris Cæciliæ, die natalis ejus, impoſito ſibi, à Papa memorato, nomine Clementis, ac mox remiſſus ad ſedem epiſcopatûs ſui. *Alcuinus, aliis Albinus Flaccus, circa finem ſeculi* VIII *Vitam S. Willibrordi exaravit ſtylo ſoluto ac ligato, eademque ferè, quæ Beda, ſcribens, adjunctis quibuſdam auxit, quæ Pontificis noſtri ſanctitatem non parùm commendant; quapropter huc tranſcribenda etiam ratus ſum, quæ ad propoſitum noſtrum potiſſimum*

AUCTORE J. P.

mum pertinent : Prudenti , *inquit* , cogitabat consilio (*Pipinus*) eum (*Willibrordum*) Romam mittere , ut à Domno Apostolico SERGIO, viro sanctissimo , tunc temporis in summi sacerdotii honorem ordinaretur : .... renuit primùm (*Willibrordus*) ... tandem ... coactus consensit .... & sic cum honorifica legatione & muneribus Apostolico condignis Romam directus est.

& postea eumdem Willibrordum ab angelo admonitus

63 Sed die quarto priusquam illò veniret , beatissimus in somnis Apostolicus angelica responsione admonitus est , ut illum cum summo honore suscepisset , & quòd multarum animarum esset illuminator futurus , à Deoque electus, & ad hoc venisset , ut summi ab eo sacerdotii honorem suscepisset , nihilque ei negandum esse, quidquid petiisset. Quâ factus Apostolicus admonitione certus , cum gaudio & summo eum suscepit honore , & ut in eo fidei agnovit fervorem , religionis devotionem , sapientiæ plenitudinem , die competenti , populo adveniente , advocatis venerabilibus in societate ministerii sacerdotibus , publicè in ecclesia beatissimi Petri, Principis Apostolorum , cum magna eum dignita-

B te , more Apostolico , ordinavit archiepiscopum , ac ordinato nomen ei imposuit Clemens, suisque vestimentis sacerdotalibus induit eum , & sancto , quasi superhumerali Aaron , pallio dignitatis & indumento confirmavit gloriæ , & quodcumque voluit & petivit , aut in patrociniis Sanctorum , aut in rebus ecclesiasticis , cum tota mentis alacritate tradidit illi , firmatumque benedictione , donis ditatum cum salutaribus præceptis iterum eum in opus Euangelii remisit.

archiepiscopum consecrat.

64 *Ex his videre est , quanti faceret Sanctus noster viros apostolicos , quanti fieret ipse à Deo dignante eum angelico alloquio. Porrò dissentiunt in eo Beda & Alcuinus , quòd hic S. Willibrordum consecratum scribat in ecclesia S. Petri Apostoli , ille in S. Cæciliæ martyris ; uter rectiùs incertum est. Attamen cùm Beda addat , dictam consecrationem factam esse die S. Cæciliæ natali , malim credere , quòd* S. Sergius *propter diei solemnitatem id peragere voluerit in ecclesia dictæ sanctæ martyris ; sicut haud dubiè S. Willibrordo nomen potiùs Clementis quàm alteriùs Sancti imposuit , quia postridie S. Clementis Pontificis solemnitas erat celebranda. Plura de SS.*

C *Willibrordo , Cæcilia , Clemente dicenda venient mense Novembri ad dies* VII , XXII *&* XXIII ; *sicut etiam de SS. Lamberto & Huberto Trajectensium episcopis ad dies* XVII *Septembris &* III *Novembris , de quibus hîc unum occurrit similiter paucis annotandum.*

Dicitur similiter episcopum consecrâsse S. Hubertum ;

65 *Molanus in Indiculo Sanctorum Belgii , Baronius ad annum* 699 *& neoterici quidam alii existimant , S. Hubertum etiam à Sancto nostro, prævia admonitione angelica , fuisse consecratum episcopum. Non hauserunt istud , quantùm equidem assequor , ex auctore , qui antiquior sit Nicolao canonico Leodiensi , qui seculo* XII *collegit S. Lamberti episcopi gesta , postmodum prelo commissa à Joanne Chapeavillo , ejusdem ecclesiæ canonico , tomo* I *de Gestis pontificum Tungrensium , Trajectensium & Leodiensium. Habet autem laudatus Nicolaus cap.* 17 *ea , quæ in compendium contracta , hîc subnecto : Beatæ memoriæ Sergius , vigiliis & orationibus fatigatus , in somnum inciderat ipsâ horâ , quâ S. Lambertus martyrium passus est : cùm ei angelus astitit , mortem Lamberti intimavit , hujus baculum pastoralem tradidit , præcepitque , ut Hubertum , eo ipso die in Urbem adventurum , Lamberto successorem consecraret. Evigilans Pontifex baculum reperit , & agnitum ex signis ab angelo acceptis Hubertum ordinavit.*

D

id tamen negatur à plerisque ,

66 *Verùm hæc historia hodiedum fidem non invenit apud plerosque criticos ; impugnant eam & fabulis annumerant Mabillonius seculo* 3 *Benedictino parte* 1 *ad Vitam S. Lamberti , conscriptam à Godescalco ; Bailletus in Actis S. Huberti ad diem* III *Novembris , & fusè Cointius in Annalibus Ecclesiasticis Francorum ad annum* 708 , *ubi ostendunt , S. Lambertum eo dumtaxat anno martyrium subiisse , indeque manifestè sequi , non potuisse à* S. Sergio , *post revelatum sibi S. Lamberti martyrium , episcopum ordinari Hubertum , & Lamberto successorem substitui ; quandoquidem* S. Sergius *dudum ante dictum annum* 708 , *scilicet , ut patebit infrà , anno* 701 *vel* 702 , *è vivis excessisset. Aliud commentum ex ejusdem Nicolai Opere profert in lucem citato loco laudatus Cointius ac mox subdit :* Reinerus (*floruit is vel simul cum Nicolao , vel paulò post ipsum*) cùm utramque Nicolai fabulam ... præ manibus haberet ,.. priore quidem delectatus est , ... posteriore autem abstinuit , suoque silentio significavit , falla sibi videri , quæ de Huberto ad Apostolorum limina peregrinato circumferuntur.

E

& pugnare videtur cum vera chronologia.

67 *Et sanè , si satis constet , S. Lambertum obiisse anno dumtaxat* 708 , *vel , ut vult Pagius ,* 707 , *quod nos alibi examinabimus , nihil verisimilitudinis retinet Nicolai enarratio. Quidquid sit , ut minimum suspecta mihi fit , ex constanti adeo omnium auctorum Nicolao antiquiorum silentio. Quid enim impulisset Godescalcum canonicum & Stephanum episcopum Leodiensem , quorum ille ante annum* 750 , *hic circa* 903 *Acta S. Lamberti posteris transmisit , quid anonymum biographum , S. Huberti discipulum vel familiarem , ut tradit post Surium Cointius, quid alios veteres scriptores impulisset , ut silentio involverent prodigium tam illustre , tam aptum commendandæ divinæ providentiæ , augendoque splendori & gloriæ tum SS. Lamberti & Huberti , tum etiam* S. Sergii ? *Dixi autem suspectam mihi reddi Nicolai historiam , non verò (si nempe ullo modo salvari queat ratio chronologica) absolutè falsam propter solum silentium scriptorum , sicut aliqui recentiores propter*

F *hujusmodi unius alteriusve auctoris silentium omnem prorsus fidem abrogant alteri prodigio , quod ad testificandam Sancti nostri innocentiam divinitus patratum dicitur.*

Alteri prodigio ,

68 *Cardinalis Baronius , Pagius & alii referunt memoratum prodigium ad annum Christi* 699 ; *auctor verò , ex quo ipsi habent , annum determinatum non assignat ; quapropter ordinem temporis non multò invertendum existimavi , si id præcedentibus mox subnecterem. Auctor itaque est anonymus monachus Malmesburiensis , qui Acta conscripsit S. Aldhelmi , episcopi Schireburnensis , edita à nobis secundo loco ad diem* XXV *Maii. Capite* 2 *præmittit sequentia :* Hunc autem (*Aldhelmum*) in tanta persistentem boni operis perseverantia , Apostolicæ Sedis Pontifex , magnæ sanctitatis vir Sergius (*Romam*) asciverat. *Interjectis dein quibusdam , huc non pertinentibus , subdit :* Posthæc Sancto viro apud prædictum Papam diu morante , divino ingerente Spiritu , rogatus est ab eo , ut quemdam baptizaret puerum ; de cujus utique genitore in populo absque evidentiæ causa satis dubium : quia , ut moris est ferè omnium gentium ,

AUCTORE J. P.

§ VII. Particula SS. Crucis à Sancto invenitur; ſchiſma Aquileienſe exſtinguitur; Epiſtola, quæ ipſi attribuitur.

Invenit Sergius magnam SS. Crucis particulam

RE*deo ad annum Chriſti* 696, quo, *teſte Hermanno Contracto*, Sergius Papa, Domino revelante, capſam cum portione Dominicæ Crucis invenit. *Venerabilis Beda lib. de ſex ætatibus, & Ado Viennenſis in Chronico, relatâ S. Willibrordi Romæ conſecratione, dicto anno peractâ, hanc S. Crucis inventionem mox annectunt initio Leonis ſeu Leontii imperatoris, quod valde congruit anno, quem aſſignat Hermannus; cùm Leontius adierit imperium circa finem anni* 695. *Meminit ejuſdem inventionis Romanum Martyrologium vetus, editum à Roſweydo noſtro, ad diem* XIV *Septembris in hunc modum:* Exaltatio ſanctæ Crucis, ab Heraclio imperatore à Perſis Jeroſolymæ reportatæ: quando & Romæ lignum ſalutiferum Crucis à Sergio Papa inventum ab omni populo veneratur. *Laudatus Beda illam ita exprimit:* Papa Sergius in ſacrario beati Petri apoſtoli capſam argenteam, quæ in angulo obſcuriſſimo diutiſſimè jacuerat, & in ea crucem diverſis ac pretioſis lapidibus adornatam, Domino revelante, reperit; de qua tractis IV petalis *, quibus gemmæ incluſæ erant, miræ magnitudinis portionem ligni ſalutiferi Dominicæ Crucis interiùs repoſitam inſpexit, quæ ex tempore illo annis omnibus, in baſilica Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, die exaltationis ejus ab omni oſculatur & adoratur populo. *Eadem totidem penè verbis narrat Anaſtaſius, & ex hoc Abbo, Ado & ceteri; fuſiùs paulò Mafeius Vegius cap.* 4 *lib.* 1 *Hiſtoriæ baſilicæ Vaticanæ, quam dedimus tomo* VI *menſis Junii, parte ſecunda.*

* laminis *à Græca voce* Πέταλον

de quo ex Angelo Rocca

72 *Angelus Rocca epiſcopus Tagaſtenſis, dum ſub initium ſeculi præcedentis Apoſtolici ſacrarii præfecturam gereret, de hac ſanctiſſimæ Crucis particula Commentarium typis promulgavit in quatuor diſtinctum capita; ex quo non abs re fore cenſui, quædem Commentario noſtro inſeruiſſe, quæ verborum Bedæ elucidationi ſubſerviant. Primò dictam SS. Crucis portionem aſſerit, hodiedum adhuc aſſervari in memorato ſacrario; unde patet, eam, ſicut innuit Beda, ex ſacrario baſilicæ S. Petri tranſlatam fuiſſe quidem ad baſilicam S. Salvatoris, ibidemque annis ſingulis fidelium adorationi fuiſſe expoſitam, attamen deinde priori baſilicæ, in qua à S. Sergio reperta fuerat, fuiſſe reſtitutam. Hoc autem, ſi rectè notat Panvinius, contigit veriſimiliter circa annum* 1528 *vel* 1529.

& Onuphrio Panvinio

73 *Etenim auctor ille libro de Septem Urbis eccleſiis, ſub finem baſilicæ S. Salvatoris, ubi agit de Oratorio S. Laurentii, quod nunc* Sancta Sanctorum *nuncupatur, ſcribit in hunc modum:* In hoc verò oratorio, reliquiæ quàm plures pretioſiſſimæ, & certiſſimæ fuerant, quarum multæ adhuc ibidem exſtant, multæ ſuo loco ablatæ. Inter cæteras aliquando fuit ibidem pars ligni ſanctiſſimæ Crucis, cujus ita meminit Beda: *ſubdit hîc verba data à nobis ſuprà*

quo Sanctus ingenti calumnia liberatus legitur,

69 *Anonymus item ſcriptor Vitæ compendioſæ S. Aldhelmi apud Surium memorat hoc prodigium; ubi poſtrema hoc modo exprimuntur:* Puerum, non niſi novem habentem dies, exhiberi jubet (*S. Aldhelmus*) eique in virtute & nomine Jeſu Chriſti imperat, ut edicat, num Sergius Pontifex eo ſe ſcelere obſtrinxerit. Reſpondit infans abſolutiſſimo ſermone, Pontificem nequaquam illi crimini affinem eſſe, nihil illum cum fæmineo ſexu commercii habere. *Adoptârunt eamdem hiſtoriam Capgravius in Legenda, Harpſveldius in Hiſtoria Anglicana, Oldoinus in Additionibus ad Ciaconium, ac multi recentiores. Contrà verò Bailletus in Vita Sancti noſtri, eam tam certò falſam opinatur, ut ne quidem memoratu dignam affirmet, addens fabulam illam eſſe fœtum procreatum in cerebro monachi cujuſdam Angli, memoriam S. Aldhelmi cohoneſtare volentis.*

immeritò ab aliquibus omnis fides denegatur.

70 *Verùm eruditus criticus nullam rationem prodit, ob quam in laudatum monachum adeò vehementer inſurgat. Certè veritati hiſtoriæ non obſtat primò ratio temporis: fuit enim S. Aldhelmus, ut probat Henſchenius in Notis ad ejus Acta, cœnobio Malmesburienſi abbas ab anno* 675, *& anno* 705, *teſte Beda, evectus ad cathedram Schireburnenſem: nec obſtat ſecundò vel magnitudo miraculi, vel quicpiam aliud. Verum quidem eſt, quòd ejus non meminerit auctor Vitæ* Sergii *apud Anaſtaſium; aſt & alia is prætermiſit, quæ à Bailleto nihilominus admittuntur. Non meminit ejus etiam Wilhelmus Malmesburienſis in Vita S. Aldhelmi, à nobis primo loco excuſa; ſed is anonymo biographo aliquàntulùm recentior eſt, nec, ut putat Henſchenius, ejus ſcripta vidit: proindeque mirum non eſſet, ſi res, quæ ante quatuor ſecula contigerat, in Wilhelmi notitiam non perveniſſet; præſertim cùm præter laudatum anonymum aſſignari nequeat auctor, qui ante Wilhelmum S. Aldhelmi Acta in ordinem digeſſerit. Mitto, quod obſervat Mabillonius, ex ipſo Wilhelmo ſaltem colligi poſſe, S. Aldhelmi in Urbem profectionem. Itaque defectus ille teſtimoniorum antiquiorum ſeculo* XI, *natus eſt quidem efficere, ut cum Baronio ac Pagio ad annum* 699, *& Mabilonio Sæculo* 3 *Benedictino de facti certitudine ſubdubitem; at multum abeſt, ut nullam idcirco ei fidem adhibendam rear.*

AUCTORE J. P. *prà ex libro de ſex ætatibus, & mox pergit :* Hanc Ligni ſanctiſſimi portionem excidio Urbis ſub Clemente VII (*anno Chriſti* 1527) à militibus aliquot thecâ argenteâ direptâ ablatam, Pontifex prodigiosè & non ſine ope divina recuperavit; & aurea cryſtallinaque cruce incluſam, in palatio Vaticano, ubi eſt ſacriſtia pontificia, ſervari juſſit. *Secundò dicit laudatus Rocca, memoratam SS. Crucis particulam ideo à venerabili Beda* miræ magnitudinis portionem *& à Bibliothecario* ineffabilem portionem *appellatam fuiſſe, quia quantitate ſua exſuperat omnes, quæ tum alibi locis diverſis, tum Romæ in baſilicis aliis aſſervantur; figuram ejus Commentario ſuo præfixit, craſſitudinem verò ſeu profunditatem ejus accedere ait ad latitudinem indicis ſive digiti proximioris pollici.*

quædam memorantur.

74 *Tertiò denique quantumvis non certò conſtare putet idem auctor, quandonam, unde, à quo & ſub quo Pontifice Romam delata fuerit ſæpè nominata SS. Crucis particula, conjicit tamen, illuc deſtinatam fuiſſe à Juvenale epiſcopo Hieroſolymitano ad S. Leonem Papam hujus nominis primum, qui ab anno* 440 *uſque ad* 461 *univerſæ Eccleſiæ præſedit. Conjecturam ſuam firmat laudatus Rocca, primò ex Epiſtola S. Leonis ad dictum Juvenalem, ad cujus calcem leguntur hæc verba :* Particulam Domi-

B

nicæ Crucis cum eulogiis dilectionis veſtræ veneranter accepi. *Secundò ex notis & characteribus ipſi ſacratiſſimo Ligno inciſis, quos uti & imagines ipſi itidem inciſas fusè exponit ac delineat, ſicut curioſo lectori apud ipſum videre licet. Nos ad alia properamus.*

Aquileienſis eccleſiæ ſchiſma

75 *Sequitur modò, quod tradit Vitæ auctor apud Anaſtaſium de exſtincto, operâ ac labore* S. Sergii, *ſchiſmate eccleſiæ Aquileienſis, cujus cauſam atque originem breviter præmitto. Anno Chriſti* 553, *imperante Juſtiniano I, & Pontificatum gerente Vigilio, celebrata eſt Conſtantinopoli ſynodus quinta œcumenica, in eaque pronunciatum anathema contra libros Theodori epiſcopi Mopſueſteni propter hæreſim Neſtorianam iis contentam; contra ſcripta quædam Theodoreti Cyrenſis epiſcopi, quòd & illa Neſtorio faverent, adverſarentur ſynodo Epheſinæ, atque Cyrilli Alexandrini anathematiſmos convellerent;*

C

& contra Epiſtolam Ibæ, epiſcopi Edeſſeni ad Marim Perſam, in qua laudabatur dictus Mopſueſtenus, Cyrillus accuſabatur, ac Epheſina ſynodus inſimulabatur præcipitis abſque examine lata in Neſtorium ſententia. Cùm autem hâc trium Capitulorum, ut paſſim vocari ſolent, condemnatione plures epiſcopi derogatum putarent auctoritati Chalcedonenſis ſynodi, habitæ ſeculo præcedente ſub Leone I, quòd in ea Ibas & Theodoretus ad Eccleſiæ communionem recepti, ſedibus ſuis reſtituti, atque ad conſeſſum inter patres alios fuiſſent admiſſi; dirum ſchiſma erupit per orbem Chriſtianum, factumque eſt, ut plures in Africa, Hiſpania, Italia atque aliis regionibus ſynodum quintam non reciperent epiſcopi, non advertentes, admiſſos fuiſſe quidem in Chalcedonenſi concilio dictos Ibam & Theodoretum; at non ante depoſitos errores, data veræ pœnitentiæ teſtimonia, & ſinceram fidei orthodoxæ profeſſionem; nullatenus autem comprobatam fuiſſe eorum doctrinam. Plura ſuper ea materia vide apud Baronium ad annum 553, *Cabaſſutium in Hiſtoria Conciliorum pag.* 263 *& ſeqq. alioſque.*

76 *Cetsrum eccleſias, quæ ſeſe ea de cauſa ab unione Catholica præſciderant, reduxit paulatim prudens Pontificum Vigilii ſucceſſorum ſolicitudo; Aquileienſem verò, pertinaciùs ſchiſmati adhærentem, adlaborârunt præ reliquis, ut ad unitatem revocarent, S. Gregorius Papa primus, & Honorius, atque ipſorum ſtudio æſtus quidem ſchiſmaticorum deferbuit, verùmtamen planè exſtinctus non eſt : id Sancto noſtro perficiendum reſervârat divina providentia. Audiendus nunc Anaſtaſius :* Hujus (S. Sergii) temporibus Aquilegienſis eccleſiæ archiepiſcopus, & ſynodus, quæ ſub eo congregata eſt, qui ſanctum quintum univerſale concilium, utpote errantes, ſuſcipere diffidebant, ejuſdem beatiſſimi Papæ monitis atque doctrinis inſtructi, converſi ſunt, iidemque venerabile concilium cum ſatisfactione ſuſceperunt : & qui priùs ſub erroris vitio tenebantur, doctrinâ Apoſtolicæ Sedis illuminati, cum pace conſonantes veritati, ad propria relaxati ſunt.

D

operâ & labore S. Sergii

penitus exſtinguitur.

77 *Venerabilis Beda libro de Sex ætatibus, & qui non diu poſt illum floruit in Italia Paulus Diaconus lib.* 6, *cap.* 14 *de Geſtis Longobardorum conſentiunt Anaſtaſio :* Synodus Aquileiæ facta, *inquiunt*, ob imperitiam fidei quintum univerſale concilium ſuſcipere diffidit, donec ſalutaribus beati Papæ Sergii monitis inſtructa, & ipſa cum cæteris Chriſti eccleſiis annuere conſentit. *Eruitur præterea ex laudatis ſcriptoribus, coactam fuiſſe dictam ſynodum ſub iniſia Auguſti Tiberii, cognomine Apſimari, qui imperium arripuit anno* 698; *unde quæ hîc de Sancto noſtro memorantur, vel huic ipſi vel proximè ſubſequenti anno innectenda exiſtimo. Atque hæc ad inſtitutum noſtrum dicta ſufficiunt de eccleſiæ Aquileienſis ſchiſmate; ſiquis autem plenè de ea inſtrui deſideret, adeat Opus P. Bernardi de Rubeis, editum Argentinæ anno hujus ſeculi* XL, *in quo monumenta dictæ eccleſiæ erudito Commentario illuſtrat, ac ſchiſmatis primordia, proceſſum & finem Hiſtorico-chronologica diſſertatione pertractat à capite* 21 *uſque ad* 37.

E

Epiſtola Sergii ad Ceolfridum abbatem

78 *Wilhelmus Malmesburienſis lib.* 1 *de Geſtis regum Anglorum cap.* 3 *recitat Epiſtolam à Sancto noſtro directam ad Ceolfridum, monaſterii Girwenſis in Anglia abbatem, quâ hunc hortatur, ut venerabilem Bedam Romam mittat. His illa verbis concepta eſt.* Sergius epiſcopus ſervus ſervorum Dei, Celfrido religioſo abbati ſalutem. Quibus verbis ac modis clementiam Dei noſtri, atque inenarrabilem providentiam poſſumus effari, & dignas gratiarum actiones pro immenſis circa nos ejus beneficiis perſolvere, qui in tenebris & umbra mortis poſitos ad lumen ſcientiæ producit : (*hîc nonnulla videntur deſiderari*) Benedictionis interea gratiam, quam nobis per præſentem portitorem tua miſit devota religio, libenter & hilari animo, ſicuti ab eo directa eſt, nos ſuſcepiſſe cognoſce. Opportunis ergo ac dignis amplectendæ tuæ ſollicitudinis petitionibus arctiſſima devotione faventes, hortamur Deo dilectam tuæ religioſitatis bonitatem, ut quia, exortis quibuſdam eccleſiaſticarum cauſarum capitulis, non ſine examinatione longiùs innoteſcendis opus nobis ſunt ad conferendum arte litteraturæ imbuti; ſicut decet Deo devotum auxiliatorem ſanctæ matris univerſalis Eccleſiæ, obedientem devotionem huic noſtræ hortationi non deſiſtas accommodare : ſed abſque aliqua remoratione religioſum Dei famulum Bedam venerabilis monaſterii tui presbyterum ad limina Apoſto-

F

A Apostolorum principum, dominorum meorum Petri & Pauli, amatorum tuorum ac protectorum, ad nostræ mediocritatis conspectum non moreris dirigere: quem, favente Deo tuis precibus, non diffidas prosperè ad te redire, peractâ præmissorum capitulorum cum auxilio Dei desiderata solemnitate. Erit enim, ut confidimus, etiam cunctis tibi creditis profuturum; quidquid Ecclesiæ generali claruerit per ejus præstantiam impertitum.

ab aliis admittitur, aliis fictitia,

79 *Variæ sunt circa illam Epistolam eruditorum opiniones: Baronius ad annum* 701 *nullatenus dubitare se ostendit, quin genuina sit & verè à* S. Sergio *conscripta; imò inde commendari dicit* Bedæ modestiam, qui cùm sæpe ejusdem Sergii Papæ meminerit, numquam se ab eo vocatum litteris tradit, silentio pressa relinquens, quæ ad laudem suam spectare posse viderentur. *Contrà Henschenius ad diem* XXVII *Maii in Commentario prævio ad Acta S. Bedæ presbyteri num.* 8 *totam Epistolam fictitiam censet; quia nimirum in Vita collecta à Turgoto Priore Dunelmensi natus dicitur anno* 677, &

B *quia ipsemet Beda venerabilis in Epilogo ad Historiæ suæ Epitomen de sese ita loquitur:* Decimo nono vitæ meæ anno diaconatum, tricesimo gradum presbyteratûs, utrumque per ministerium reverendissimi episcopi Joannis, jubente Ceolfrido abbate, suscepi. *Juxta quos calculos intelligi nequit, quomodo* S. Sergius *ad se dirigi jusserit Bedam* presbyterum, *utpote qui presbyteratûs ordinem susceperit dumtaxat anno* 706, *utique annis quinque post sancti Pontificis ex hac vita discessum, quem anno* 701 *illigat Henschenius.*

aliis suspecta

80 *Mitius paulò judicium tulit de recitata Epistola Mabillonius Seculi* 3 *Benedictini parte prima in Elogio historico, quòd contexuit de gestis venerabilis Bedæ; ubi sic pronunciat:* Est etiam nonnihil suspicionis in prædicta Epistola: tum quia vix Beda presbyter ordinatus est ante mortem Sergii Papæ anno DCCI demortui, tum quia libris scribendis vacare cœpit à tempore suscepti presbyteratûs, quibus factum est, ut fama ejus ad exteros spargeretur. *Quam sententiam ut plenius perspicias, oportet scire, quòd laudatus auctor annum Bedæ natalem, à biographo suprà citato annotatum, erroneum puta-*

C *tet, velitque natum Bedam anno* 673, *ordinatum verò presbyterum anno* 702. *Atque id quidem probari contendit ex ipsomet venerabili scriptore hujusmodi ratiocinio:* Anno Dominicæ Incarnationis DCCXXXI, *ut notat ipse Beda, absolvit Historiam gentis Anglorum, absolvit & Epitomen seu Recapitulationem ejus, quam non ultra dictum annum protraxit; sicut patet in optimo codice Ms., quem penes se esse testatur Mabillonius, & in altero exemplari, ex codice pervetusto S. Maximini Trevirensis bibliothecæ, edito Parisiis, anno* 1681 *à P. Francisco Chiffletio Societatis nostræ presbytero, in quibus post hæc:* Anno DCCXXXI Berctuald archiepiscopus obiit. Eodem anno Tacuini consecratus archiepiscopus nonus Dorvernensis ecclesiæ, Edilbaldo rege Merciorum quintum decimum agente annum imperii, *mox sequitur Epilogus numero præcedente citatus.*

habetur;

81 *At verò dictus Epilogus clauditur hâc formulâ:* Ex tempore accepti presbyteratûs usque ad annum ætatis meæ quinquagesimum nonum hæc in Scripturam sanctam meæ meorumque necessitati ex Opusculis venerabilium patrum breviter annotare, sive etiam ad formam sensûs & interpretationis eorum superadjicere curavi. *Ac tum subnectitur Catalogus Operum, quæ conscripsit. Igitur Beda ætatis suæ numerabat annum* 59, *anno Christi* 731: Quod si, *inquit Mabillonius,* ab anno DCCXXXI retrogrado calculo numeres novem & quinquaginta annos ætatis, Bedæ ortum anno DCLXXIII statuendum esse intelliges. *Et infrà dicit per consequens:* Presbyteratûs gradum adeptus est anno DCCII. *Non displicet sanè Mabillonii opinio, imò undequaque verisimilis mihi apparet in eo, quod nativitatem Bedæ citiùs contigisse demonstret; præsertim quia in alia, qua cum Turgoto affigitur anno* 677, *usque ad mensem Majum anni* 735, *qui à Mabillonio, Henschenio, Pagio aliisque ipsi emortualis statuitur, vix aut ne vix quidem reperiri queunt anni ætatis ejus* 59, *& si etiam quovis modo reperiantur, dicendus erit scripsisse Epilogum paulò ante obitum.*

quorum nempe chronologiæ repugnat: E

82 *Sed aquè juxta Mabillonii, ac Henschenii calculos sæpè memorata Epistola apparebit fictitia: quandoquidem juxta utrumque* S. Sergius *defunctus sit anno* 701, *& Epistola scripta non fuerit, antequam presbyter ordinatus esset Beda, quod factum putat Mabillonius anno* 702, *Henschenius anno* 706. *Pagius ad annum* 731 *consentit Mabillonio super nativitate & morte venerabilis Bedæ, sicut & alibi super anno mortis Sancti nostri, ut infrà videbitur; de Epistola autem ita sentit ad annum* 701, *ut verè quidem ad Ceolfridum destinatam existimet, non à* S. Sergio, *sed ab aliquo ejus successore Pontifice; quod mihi non probatur, quoniam nomen* Sergii *disertè expressum est initio Epistolæ, nec alter fuit eo nomine Pontifex ad annum usque* 844. *Quòd si velit Pagius adulteratam fuisse Epistolam, æquè facilè finxero, quòd ex inani cujusdam cautela Bedæ nomini adjecta fuerint voces sequentes:* venerabilis monasterii tui presbyterum, *ut scilicet distingueretur à duobus aliis eodem nomine monachis, non multò tempore remotis à Beda Girwensi; sicque eludam difficultatem omnem demptam ab hujus presbyteratu.*

consona ostenditur calculis Papebrochii; F

83 *Dissolvi potest, meo quidem judicio, dicta difficultas modo à verisimilitudine minùs alieno; si nempe Bedæ nativitatem anno* 673 *illigamus cum Mabillonio, & obitum* S. Sergii *anno* 702 *cum Papebrochio. Etenim si supponamus, natum esse Bedam uno ex duobus prioribus mensibus anni* 673, *ordinatumque sacerdotem mense tertio anni* 702, *compleverat certè tum annum ætatis* 29, *verissimèque scripsit, presbyteratûs gradum se suscepisse anno* 30, *quem jam ab uno alterove mense ingressus fuerat. Ab hoc autem mense tertio usque ad ejusdem anni diem* XIV *Augusti, Sancto nostro, juxta mentem Papebrochii, emortualem, sufficiens tempus interfuit, ut Pontifex ex portitore, qui dicitur in Epistola Romam missus ab abbate Ceolfrido, intellexerit Bedæ sacerdotium, eumque per litteras ad se evocaverit. Atque inde facilè etiam colligitur, cur Ceolfridus Bedam non mittendum judicârit, quia nimirum non multò post datas litteras mors Pontificis subsecuta est.*

nec rejiciendæ ob aliud ab iis allatum argumentum.

84 *Supereſt modò altera difficultas enodanda, quam objiciunt prædictæ Epistolæ adversarii. Beda tantùm, inquiunt,* libris scribendis vacare cœpit à tempore suscepti presbyteratûs, quibus factum est, ut fama ipsius ad exteros spargeretur. *Primum testatus est Beda ipse, secundum*

AUCTORE J. P.

quo pacto probabunt ? Quid enim prohibet, ad exteros penetrâſſe doctrinæ famam hominis, qui ab anno ætatis ſeptimo uſque ad trigeſimum ſtudiis operam dederat in monaſterio, licèt necdum concinnâſſet libros ? Vel ubinam in Epiſtola innuitur, ejus famam in Urbem non perveniſſe, niſi per libros ab eo exaratos ? Opus ſibi eſſe ait Pontifex viros imbutos arte litteraturæ ; Bedam requirit ; at talis erat Beda, talem eſſe ſcire potuit Pontifex ex memorato ſuprà portitore, quem haud dubiè Bedæ in omni genere ſcientiarum eruditio non latuit. Quibus ita diſpoſitis, nihil equidem video, quod eam Epiſtolam meritò ſuſpectam, nedum fictitiam reddat, nihil quod ſuadeat ſuſpicari fidem Wilhelmi Malmesburienſis, ſcriptoris in rebus Anglicis non exiguæ auctoritatis, qui illam, ut verè à S. Sergio *conſcriptam, ad poſteros tranſmiſit. Sed, ſicut monui, in ſuppoſito ſolùm, quòd Papebrochii de obitu Pontificis noſtri opinio, cujus infrà rationes dabimus, aliorum ſit præferenda. Interim prænotâſſe juvat, quòd cùm ideo præſertim Epiſtola vel dubia vel fictitia apparuerit citatis auctoribus, quia ipſam conciliare non valebant cum anno mortis Sancti noſtri ; inde pondus aliquod accedat Papebrochianæ chronotaxi, quòd in hac tempus ſcriptæ Epiſtolæ & ejuſdem Auctoris obitus probabiliſſimè concilientur.*

B

§ VIII. Urbis eccleſias reſtaurat & exornat : ritus pios inſtituit.

Baſilicam S. Petri

Præter aſſignata paragraphis præcedentibus geſta S. Sergii, *alia non pauca reſtant memoratu digniſſima, quæ cogimur non obſervato ordine temporum deſcribere, quòd eum nec ex libro Pontificali, nec ex veterum ſcriptis licuit eruere. Sunt ea pleraque illuſtria monumenta piæ ejus in eccleſias Romanas munificentiæ & peculiaris ſollicitudinis in promovendo novis inſtitutis Dei & Sanctorum cultu. Accipe ea nunc ſingula ordine, quo dantur apud Anaſtaſium :*

C Hic (S. Sergius) fecit imaginem auream beati Apoſtoli Petri, quæ eſt in parte mulierum. *Agit de baſilica Vaticana, deque ea ejuſdem parte, in qua tum moris erat orare mulieres ſejunctas à viris.* Hic fecit thymiamaterium * aureum majus cum columnis & cooperculo, quod ſuſpendit ante eamdem imaginem, in quo incenſum & odor ſuavitatis feſtis diebus, dum Miſſarum ſolemnia celebrantur, omnipotenti Deo opulentiùs mittitur. *Ita codex editus à Vignolio, quem hic ſequor ; aliter paulò leguntur in codicibus aliis, ut videri poteſt etiam in editione Blanchini, quod pro ſequentibus non obſervabo, niſi ſit diſcrimen notatu dignum.*

* *i. e.* thuribulum

86 Poſuit etiam in abſida baſilicæ ſupraſcriptæ, ſuper ſedem, appallaream (*operimentum in formam cochleæ*) argenteam penſantem libras cxx. Fecit quoque in ſupraſcripta baſilica pharos argenteos VI, penſantes libras CLXX, qui ſunt ſuper trabes ad ingreſſum confeſſionis. Fecit & in circuitu altaris baſilicæ ſupraſcriptæ tetravela (*vela in quadrum formata*) VIII, quatuor alba, & quatuor coccinea. Tignum * etiam & cubicula *, quæ circumquaque ejuſdem baſilicæ ſunt, quæ & per longa tempora ſtillicidiis & ruderibus fuerant diſſipata, ſtudioſiùs renovavit ac reparavit. Muſivum quoque, quod ex parte in fronte atrii ejuſdem baſilicæ fuerat dirutum, innovavit. Similiter & ſpecula ejuſdem eccleſiæ, tam quæ ſuper ſedem ſunt, quàm quæ ſuper regias argenteas * majores, renovavit.

vario ornatu ditat.

* tectum
* facella

D

* *al.* regios arcus

87 Hic corpus beati Leonis, probatiſſimi patris atque Pontificis, quod in abditis inferioribus ſecretarii prædictæ baſilicæ poſitum fuerat, factâ diligentiùs tumbâ in denominata baſilica, in publico loco, ut ſibi fuerat revelatum, repoſuit, ac locum ipſum ornavit. *Diximus num.* 40 *incertum eſſe, quo anno Pontificatûs ſui* S. Sergius *corpus S. Leonis tranſtulerit ; ſi tamen conjecturis nonnihil liceat tribuere, non multum abeſt, quin credam, id factum eſſe circa annum* 696 *vel* 697. *Nam cùm hoc ſacrum corpus repertum ſit in ſecretario, id eſt, ut notat Vignolius, in ſacrario* beati Petri Apoſtoli, in quo tunc pluribus ſummis Pontificibus ſepultura data fuerat, *cúmque Sanctus noſter in eodem ſacrario invenerit SS. Crucis particulam anno Chriſti* 696, *ſicut ſuprà retuli ; omnino veriſimile eſt, quòd circa idem tempus locum hunc ſacrum diligenter perſcrutatus fuerit, inventumque S. Leonis corpus inde tranſtulerit.* Fecit etiam (*pergit Anaſtaſius*) patenam auream majorem habentem in gyro gemmas albas, & in medio crucem cum hyacinthis & ſmaragdis, penſantem libras XX. *Hæc de baſilica Vaticana, quam tomo* VI *Junii, parte* 2, *pag.* 85 *fusè deſcripſit Janningus noſter ; ubi etiam abſidis, phari, aliarumque vocum hîc in textibus obſcuriorum expoſitionem reperiet lector curioſus. Tranſit hinc auctor libri Pontificalis ad alias Urbis eccleſias, Sancti noſtri munificentiâ exornatas.*

Corpus S. Leonis Papæ in digniorem locum transfert,

E

S. Pauli atque alias Urbis baſilicas exornat & in iis collapſa reſtituit.

88 Hic tigna & cubicula univerſa in circuitu baſilicæ beati Pauli apoſtoli, quæ longa per tempora vetuſtate confecta fuerant, ſtudioſiùs innovavit ac reparavit. Similiter & trabes fecit de Calabria adduci, & quas in eadem baſilica vetuſtiſſimas invenit renovavit. Imagines quoque Apoſtolorum vetuſtiſſimas, quæ erant ſuper fores ejuſdem baſilicæ, mutavit. Fecit etiam ambonem * & ciborium (*id eſt*, tegimen *ſeu* umbraculum *altari ſuperimpoſitum, ſicut interpretantur Vignolius & Cangius*) in baſilica ſanctorum Coſmæ & Damiani, ubi & multa dona obtulit. Trullum * verò ejuſdem eccleſiæ fuſis chartis * plumbeis cooperuit atque munivit. Ciborium quoque S. Suſannæ, quod ante ligneum fuerat, ex marmore fecit : diverſaque cimelia aurea & argentea, vel immobilia loca illic donavit. Baſilicam quoque S. Euphemiæ, quæ per multa tempora fuerat diſtecta, cooperuit ac renovavit. Sed & baſilicam S. Aureæ in Oſtiis, quæ ſimiliter fuerat diſtecta vel diſrupta, cooperuit, ſuoque ſtudio renovavit. Oratorium etiam ſancti Andreæ apoſtoli, quod eſt in Lavicana, à ſolo refecit. In baſilica quoque ſancti Laurentii martyris, quæ appellatur Titulus Lucinæ, fecit arcus argenteos IV. Fecit & cooperatoria vel vaſa aurea & argentea plura per diverſas eccleſias ad uſum & ornatum eccleſiarum Chriſti. *Baronius relatis iiſdem ad annum* 701 *poſt pauca ita proſequitur :* Præter hæc autem in antiquis monumentis diaconiæ ſanctæ Mariæ in Via lata me legiſſe memini, ab eodem Pontifice eam eccleſiam fuiſſe dedicatam, locum ſanè inſignem, quem tradunt fuiſſe olim hoſpitium apoſtoli Pauli & aliorum Sanctorum. *Mon-*

* pulpitum

F

* *i. e.* faſtigium concameratum
* laminis

gitorius

A *gitorius verò in Panormo ſanctificata addit & eccleſiam S. Martini, quàm à Sancto noſtro exſtructam aſſerit, redditamque celebrem ac venerabilem pluribus Sanctorum reliquiis; fides ſit penes auctorem, neque enim ſcriptorum teſtimonia, neque ulla monumenta allegat.*

Agnus Dei, qui tollis &c. in Miſſa decantari jubet;

89 *Auctor apud Anaſtaſium à baſilicis Romanis, Sancti noſtri pietate ita inſtauratis ac decoratis, procedit ad ſanctas ejuſdem conſtitutiones tum pro Eccleſia univerſa, tum pro Urbe tantùm.* Hic conſtituit, ut tempore confractionis Dominici Corporis AGNUS DEI, QUI TOLLIS PECCATA MUNDI MISERERE NOBIS, à clero & populo decantaretur. *Scriptores aliqui, inter quos Joannes Durantus lib. 2 de Ritibus Eccleſiæ cap. 53, hanc conſtitutionem* S. Sergio *perperam adſcriptam voluèrunt, factamque vel in concilio Nicæno, vel etiam ante ipſum. Verum iis doctè reſpondit Cardinalis Bona, Rerum Liturgicarum lib. 2, cap. 16, cujus verba, quòd rem præſentem pulchrè elucident, hic trado:* Apud Græcos antiquior eſt Agni Dei mentio in ſacris ſolemnibus, ſed non per modum precationis. Ja-
B cobus in Liturgia: Ecce Agnus Dei, Filius Patris, qui tollit peccata mundi. Et in Liturgia Chryſoſtomi ſacerdos diviſurus ſanctum Panem dixit: Frangitur & dividitur Agnus Dei filius Patris. Hac autem Agni in Græca Synaxi commemoratione quidam decepti, & eam ad Latinorum precationem trahentes, ſcripſerunt ante Sergium cœpiſſe, & concilio Nicæno antiquiorem, vel certè coævam exiſtimârunt. Et Sergius quidem inſtituit ter dici MISERERE NOBIS; ſed multis poſtea ingruentibus Eccleſiæ adverſitatibus, ut ait Innocentius (*tertius*) lib. VI de Myſteriis Miſſæ cap. VI, ſive ad tollendum ſchiſma, ut alii ſcribunt, ſtatutum fuit, ut in tertio diceretur, DONA NOBIS PACEM: qui ritus ubique receptus eſt, excepta baſilica Lateranenſi, in qua adhuc ſervatur antiqua forma dicendi ter, MISERERE NOBIS. *Hæc Bona Cardinalis.*

cui inſtitutioni veriſimiliter occaſio fuit ſynodus Trullana.

C 90 *Porrò vix ullum mihi dubium relinquitur, quin hujus ſanctæ conſtitutionis cauſa fuerit ſeu potiùs occaſionem præbuerit pſeudoſynodus Trullana, propter quam Sanctus noſter plurima paſſus eſt, ac de qua tandem triumphavit, ut vidimus ſuprà, Eccleſiæ Catholicæ defenſor imperterritus. Nam cùm in ejuſdem pſeudoſynodi canone 82 ſancitum fuerit, ne deinceps Dei Filius ſub forma Agni repræſentaretur, certè ſanctus Pontifex, ut temerariam eam cenſuram confunderet, & antiquam Eccleſiæ conſuetudinem confirmaret, voluerit clementiſſimum Dei Filium ſub Agni nomine in ſanctiſſimo Miſſæ ſacrificio ter invocari. Exſtitit quoque Sanctus noſter Virginis Matris cultor egregius, dignuſque, cujus nomen Kalendario Mariano inſcripſerit Antonius Balinghem Societatis noſtræ ſacerdos ad diem* IX *Septembris, utpote qui non modò, teſte Baronio ſuprà, eccleſiam in Via lata Mariæ dedicaverit, verùm etiam, teſte auctore libri Pontificalis, præcipuas ejuſdem feſtivitates novo quodam ſplendore Romæ quotannis illuſtrari voluerit.*

Supplicationes ac litanias præcipuis B. V. Mariæ feſtivitatibus inſtituit.

91 Conſtituit autem (*verba rurſus ſunt proximè laudati auctoris*) ut diebus Adnuntiationis Domini, Dormitionis * & Nativitatis ſanctæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ ac ſancti Simeonis, quod Ypapanti Græci appellant, Litaniæ exeant à ſancto Hadriano, & ad

**i. e.* Aſſumptionis

ſanctam Mariam populus occurrat. *Paulò fuſius iſta exponuntur ab auctore libri, qui* Ordo Romanus *inſcribitur, quique editus eſt inter ſcriptores ſeculi octavi in Bibliotheca Patrum; item ab Alcuino Flacco lib. de Divinis Officiis cap. 7, cujus verba hæc ſunt:* In geſtis Pontificalibus legitur, quòd Sergius Papa præceperit litanias fieri in die Præſentationis Domini in templo, ita enim ſcriptum eſt: Ut in diebus Annuntiationis Domini: *reliqua ex Anaſtaſio, deinde pergit:* ipſa ergo die, aurora aſcendente, procedit omnis clerus ſeu populus cum litaniis & antiphonis ad eccleſiam S. Adriani, exſpectantes Pontificem. Ingreſſus Pontifex ad ſacrarium, induit ſe veſtibus nigris, & clerus ſimiliter. Poſt hoc accipiunt omnes ſingulos de manu Pontificis cereos *&c.* AUCTORE J. P.

Auctor non fuit ritûs procedendi facibus accenſis

92 *De Nativitate beatiſſimæ Virginis hoc menſe die* VIII; *de Annuntiatione menſe Martio ad diem* XXV, *de Aſſumptione ejuſdem in cælum menſe Auguſto ad diem* XV *quædam prælibavimus, deque iiſdem ac aliis ipſius feſtivitatibus; ut aliquoties inſinuavimus, poſtmodum pluribus agemus. Fusè ſcripſit P. Henſchenius ad diem 2 Februarii de Hypapante, id eſt occurſu Domini & feſto Purificationis B. Mariæ, quod bibliothecarius feſtum S. Simeonis appellat, ibidemque per totum Commentarium ſuum hiſtoricum tum feſti ipſius, tum geſtandi ipſo die luminaria conſuetudinis antiquitatem oſtendit ex patribus Græcis & Latinis. Unde aberrârunt ii, qui putârunt, ab auctore libri Pontificalis indicatum fuiſſe per verba numero præcedente citata, quod ritus feſto Purificationis procedendi accenſis facibus in Eccleſia Romana ceperit primordia ab inſtitutione* S. Sergii. *Neque enim id verè potuit ſcripſiſſe laudatus auctor, neque etiam ex ipſius verbis id reipſa elicitur.*

E

feſto Purificationis.

93 *Crediderim equidem, Sanctum noſtrum, ſive quòd judicaret, non ſufficienti ſolemnitate dictum diem celebrari, ſive quòd perſpiceret, elanguiſſe ardorem fidelium in eo celebrando, conſtituiſſe, ut novo quodam ſplendore illuſtraretur, vel ſaltem vetus celebrandi conſuetudo reſumeretur. Atque hunc in finem Litanias aliaſque preces præſcripſit, & locum, à quo & ad quem clerus ac populus facibus accenſis procederet, determinavit. Deinde pro ſuo in ſanctiſſimam Matrem affectu eumdem procedendi ritum ad ceteras ejuſdem feſtivitates veriſimiliter extendi voluit. Audi venerabilem Bedam de Ratione temporum cap.* 10, *ubi idipſum inſinuat, quantumvis Pontificem non nominet:* Secundum menſem dicavit Numa Februo, id eſt Plutoni, qui luſtrationum potens credebatur: luſtrarique eo menſe civitatem neceſſe erat: quo ſtatuit, ut ſacrificia diis manibus ſolverentur. Sed hanc luſtrandi conſuetudinem benè mutavit Chriſtiana religio, cùm in menſe eodem, die S. Mariæ, plebs univerſa cum ſacerdotibus ac miniſtris, hymnos modulando, devota per eccleſias, perque congrua Urbis loca procedit, datoſque à Pontifice cereos in manibus geſtant ardentes, &, augeſcente bona conſuetudine, id ipſum in ceteris quoque ejuſdem B. Mariæ & perpetuæ Virginis feſtivitatibus agere didicit. *Hæc Beda, hæc etiam ferè eadem S. Ildephonſus in Sermone primo de Purificatione S. Mariæ, ſi tamen is hujus auctor ſit, ſed omiſſis verbis poſterioribus* augeſcente bona conſuetudine *&c.*

F

AUCTORE J. P. *Quapropter dum dixit Beda, fideles id agere didicisse in ceteris quoque B. Mariæ festivitatibus, respexit opinor ad* S. Sergii *constitutionem.*

§ IX. Ordinationes ejus, annus mortis, & variæ circa eum scriptorum opiniones.

Episcopos multos & presbyteros ordinavit.

VErbis *ex Anastasio recitatis paragrapho præcedente, subjunguntur ea, quæ tractavimus* § 7 *de exstincto schismate ecclesiæ Aquileiensis; his autem sequentia:* Hic (S. Sergius) ordinavit Damianum archiepiscopum ecclesiæ Ravennatis. Hic ordinavit Bertoaldum Britanniæ archiepiscopum atque Clementem (*S. Willibrordum*) Frisonorum *, & alios episcopos per diversas provincias nonaginta septem. Fecit autem Romæ ordinationes duas per mensem Martium; presbyteros* XVII, *diaconos* IV, *episcopos ut suprà. Sed & horum pleraque suo loco discussa sunt. Ceterùm nomina tot episcoporum, quos ordinavit Sanctus, præter tria jam data nullibi expressa reperi. Tradunt nonnulli, à quibus id fortasse transiit in Lectiones Officii, quas suprà descripsimus, quòd* S. Sergius *S. Kilianum episcopum, & socios Colomanum presbyterum ac Totnanum diaconum miserit in Germaniam, atque S. Swibertum cum S. Willibrordo in Frisiam. Verùm neque S. Kilianus, neque S. Swibertus numerari possunt inter episcopos à* S. Sergio *consecratos; ut videre est in Opere nostro ad diem* I *Martii, quo S. Swiberti, & ad* VIII *Julii, quo SS. Kiliani & sociorum Acta dilucidavimus.*

An SS. Kilianum in Germaniam, & Swibertum in Frisiam miserit.

95 *Imò, quæ de missione illorum Sanctorum, veluti acceptâ à Sancto nostro, traduntur, ita exponenda videntur, ut vel ejusdem dumtaxat confirmationem intelligas, vel missionem per nuncium aut literas ipsis intimatam. Constat etenim ex duplici Vita S. Kiliani ad prænominatum diem à nobis recusa, hunc præsulem Romam appulisse sedente Conone Pontificis nostri decessore proximo, ab eoque impetratâ prædicandi & docendi licentiâ perrexisse in Franconiam, ubi paucos post annos, moderante Ecclesiam universam Sancto nostro, martyrio affectus est cum sociis Colomano & Totnano. Swibertus verò cum S. Willibrordo quidem ex Hibernia in Frisiam descendit; at neque apud Bedam, neque apud alios, quos vidi scriptores antiquos, legitur umquam vel solus, vel cum S. Willibrordo ad Sanctum nostrum peregrinatus. Plura de his Sanctis vide ad citatos dies. Ceterùm nihil quidquam ulteriùs de* S. Sergii *in vita gestis dicendum occurrit; quapropter, quod unum superest, his addo, quod de ejus obitu notat Bibliothecarius, & quæ sit circa diem ejus & annum scriptorum opinio.*

Incertum quo die obierit Sanctus,

96 Sepultus est autem, *inquit Anastasius*, in basilica beati Petri Apostoli, VI Idus Septembris, Indictione XV, Tiberio augusto, & cessavit episcopatus mensem unum, dies XX. *Ex quibus verbis nihil certi definiri potest quoad diem emortualem, quandoquidem auctor more suo memoret solummodo sepulturæ diem, cúmque insuper ne quidem is in omnibus codicibus reperiatur idem, sicut monuimus suprà* § 1, *num.* 2. *Inde factum, ut scriptores diem mortis statuerint non omnes eumdem, sed singuli, prout magis congruebat calculis chronologicis, quos quisque conceperat. Sic Baronius Sanctum dicit obiisse & sepultum esse* V *Idus seu die* IX *Septembris. Uterque Pagius mortuum asserit die* VII, *sepultum die* VIII *Septembris. Papebrochius mortuum* XIV *Augusti in pervigilio Assumptæ in cœlum Virginis, sepultum verò, solemniori ritu, sicut ipse intelligit,* VI *Idus Septembris, ipso die, quo celebratur in Ecclesia ejusdem purissimæ Virginis Nativitas. Displicet mihi Baronii sententia propter hoc præsertim, quòd obitum cum sepultura confundat; utra verò ex duabus aliis verior sit, vel potiùs magis accedat ad verum, non liquet.*

incertum quoque an seculi VIII *anno primo an secundo.*

97 *Dissentiunt item scriptores quoad annum emortualem. Baronius in Annalibus & qui hunc secutus est Henschenius noster in Commentario prævio ad Acta venerabilis Bedæ ad diem* XXVII *Maii, Pagius item uterque, omnes denique illi, qui* S. Sergium *Pontificem consecratum contendunt anno* 687, *ejusdem obitum innectunt anno* 701. *Papebrochius verò & qui ejus chronotaxim quoad dictam consecrationem adoptârunt, uti & Octavius Caietanus in Vitis Sanctorum Siculorum, obiisse volunt anno* 702. *Et sanè cùm inter omnes utriusque sententiæ patronos conveniat de spatio temporis, saltem quoad annos & menses, quibus Sanctus præfuit Ecclesiæ, quosque sic in omnibus Libri Pontificalis exemplis notatos reperio:* Sedit annos XIII, menses VIII; *dies in plerisque* XXIII, *in aliis* XXIV *adduntur; cùm inquam de spatio temporis conveniat, oportet, ut, qui ordinatum dicunt anno* 687, *defunctum asserant consequenter anno* 701, *& contrà. Qui autem consecrationem anno uno seriùs collocant, oportet etiam, vitam ejus uno diutiùs protrahant. Difficultates, quæ in singulis super anno consecrationis opinionibus occurrunt non leves, exposuimus* § 3, *electionem verò lectoris arbitrio reliquimus, idemque proinde hîc statuimus quoad annum emortualem, quem idcirco in margine sic expressimus:* Anno DCCI vel DCCII.

Opinio Papebrochii ex notata Indictione XV.

98 *Nam licèt in allato superiùs textu Anastasii* S. Sergius *sepultus scribatur die* VIII *Septembris,* INDICTIONE XV; *parùm inde aut nihil, meo judicio, majoris certitudinis ad alterutram sententiam accedit. Quis enim certò determinet, qua Indictione usus fuerit auctor, Constantinopolitanâ seu Græcâ, an Constantinianâ seu Cæsareâ? Illa initium desumit à Kalendis Septembribus, hæc ab* VIII *Kalend. Octobris. Si autem Constantinopolitanâ usus sit, juxta hanc anno* 701 *inchoata est Indictio* XV, *primo die Septembris; pertinebat igitur ejusdem mensis dies octavus concurrens cum Indictione* XV *ad dictum annum* 701, *& adversatur textus libri Pontificalis chronologiæ Papebrochianæ. Si contrà usus sit auctor Cæsarea Indictione, anno* 701 *incepit Indictio* XV, *die tantùm* XXIV *Septembris, & dies octava dicti mensis pertinebat adhuc ad Indictionem* XIV; *Igitur dies* VIII *Septembris concurrens cum Indictione* XV *pertinebat ad annum* 702, *quo anno Cæsarea Indictio currebat usque ad diem Septembris* XXIV, *& textus favet Papebrochio, qui hinc suam chronotaxim dicit confirmari,* cùm Latini hunc (*annum Indictionis*) mutent XXIV Septembris, uti expressè docet auctor Chronici Centulensis tom. 4 Spicilegii Acheriani pag. 476, & Binius in Notis ad concilium Romanum sub Julio; constatque ex nonnullorum Pontificum

A tificum Epiſtolis, paulò ante vel poſt dictam diem notantibus exeuntem vel novam Indictionem. *Ita ille in Conatu.*

Opinio Antonii Pagii,

99 *Pagius contrà pro Græca Indictione decertans, ita ſcribit in Critica ad annum* 701 : Neque Latini hoc tempore præter Anglos, neque umquam Anaſtaſius, Indictionem incipiunt à die XXIV Septembris, quod patet de Anaſtaſio in Joanne V, ubi refert, Conſtantinum Pogonatum obiiſſe initio menſis Septembris Indictione XIV, anno ſcilicet DCLXXXV, quo Indictio XIV inchoata eſt, & quidem initio menſis Septembris, ut loquitur Anaſtaſius. *Tam confidenter hìc rurſus pronuntiat laudatus criticus, ut operæ pretium fuerit ponderâſſe ſingula. Priùs tamen oportet fateri, quòd Conſtantinopolitana Indictio, quamvis ſcriptores Latini, quales ſunt Alphonſus Ciaconius in Iſagoge prævia ad Vitas Pontificum, & Onuphrius Panvinius in Commentario ad librum ſecundum Faſtorum, ſolius Indictionis meminerint, quæ ducit exordium à* XXIV *Septembris, & ejus, quæ* Pontificia *appellatur, à Kalendis Januariis, oportet*

B *inquam fateri, quòd Indictio Conſtantinopolitana non rarò adhibita fuerit ab Italis, ſicut oſtendit, adductis exemplis, Sirmondus noſter in Notis ad concilium Pariſienſe* IV, *& ex ipſo Chiffletius in Probationibus ad Hiſtoriam Trechornienſem, Cangius in Gloſſario, & Mabillonius lib.* 2 *de Re diplomatica cap.* 24 ; *ut vel propter hoc partim, partim propter rationem infrà indicandam, non ex omni parte aſſentiar Papebrochio. Redeo ad Pagium.*

qui ſibi circa uſum Indictionis

100 *Numquam ait Latinos incepiſſe hoc tempore Indictionem à die* XXIV *præter Anglos. Sed Latinis annumerandi ſunt Germani & Galli aquè atque Angli : audiat itaque Sirmondum loco aſſignato :* Galli priſcam & veram, ut fama eſt, Indictionum originem retinentes, earum exordium ducebant ex die VIII Kalendis Octobris, *producitque exemplum duplex, alterum anni* 573, *alterum anni* 869. *Audiat Mabillonium capite citato, num.* 3 : Apud Germanos verò jam dudum obtinuit Indictio ab VIII Kalendas Octobris obtinetque etiam nunc, ob id Cæſarea dicta, aliis Conſtantiniana. *Audiat Cangium in Gloſſario :* Hujus (*Indictionis Conſtantinianæ*) uſum Gallis & Britannis familiarem fuiſſe conſtat. De Britannis teſtatur Beda lib. de Ratione temporum cap. 48. De Gallis præ cæteris Rabanus (*ſcripſit hic circa annum* 820) libro de Computo cap. 66 : " Incipiunt autem „ Indictiones ab VIII Kalendas Octobris, ibi„ demque terminantur „. *Alia ibidem profert teſtimonia laudatus Cangius ; poſt quæ ſic proſequitur :* In Germania perinde eadem ſemper obtinuit Indictio, *atque iterum allatis teſtimoniis ſubjungit :* Obtinuit etiam in Italia ; *exemplumque adducit anni* 1078.

C

apud Gallos & Germanos non videtur conſtare.

101 *Audiat demum Pagius ſeſe ipſe in Critica ad annum* 576, *num.* 4. Franci enim, Germani & Angli ante Caroli Magni mortem Indictionem Conſtantinianam, VIII Kalendas Octobris, ſive die XXIV Septembris cœptam uſurpabant. *Igitur non ſoli Angli ex Latinis, ſed & Germani & Galli Indictionem à die* XXIV *Septembris incipiebant, tempore de quo agitur, ſcilicet ante annum* 814, *quo Carolus Magnus deſunctus ſcribitur. Reſtat nunc altera ipſius aſſerti pars examinanda, quâ dicit Indictionem Cæſaream numquam ab Anaſtaſio adhibitam fuiſſe.* Patet, *inquit*, de Anaſtaſio in Joanne V *&c. Vide num.* 99. *Fateor is textus Indictionem Græcam indigitat ; ſed inde necdum mihi patet, numquam ab Anaſtaſio uſurpatam fuiſſe Cæſaream. Nam primò à veriſimilitudine haud alienum eſt, notatam fuiſſe ab auctore Vitæ Joannis V, mortem Conſtantini imperatoris iiſdem characteribus, quibus eam vel apud ſcriptores Græcos legerat, vel ex literis Conſtantinopoli Romam miſſis cognoverat.*

AUCTORE J. P.

Liber Pontificalis varios habuit auctores.

102 *Secundò non advertit Pagius, alium fuiſſe auctorem, qui Joannis V, alium, qui* S. Sergii *Vitas concinnavit, quoſque, uti obſervavit Papebrochius, tranſcripſit Anaſtaſius. Neque enim latuit eruditum criticum, non omnes in libro Pontificali contentas Pontificum Vitas ab uno Anaſtaſio, ſed à pluribus auctoribus fuiſſe exaratas, imò partem ejus majorem jam inde conſcriptam fuiſſe, antequam Anaſtaſius lucem conſpexerat, quandoquidem ejuſdem libri mentio fiat apud ſcriptores eo multùm antiquiores,* E *interque eos apud Bedam, qui ſeculo integro illum ætate præceſſit. Porrò Vitas Joannis V ac* S. Sergii *non ab eodem auctore prodiiſſe, pronum erit colligere conferenti ſtylum utriuſque & characteres planè diverſos. Qui verò plura ſuper hac materia cupit cognoſcere, adeat Joannem Ciampinum in Examine libri Pontificalis, ubi de auctorum ejus & ſtyli diverſitate fusè diſſerit. Mirum itaque non eſſet, ſi auctores diverſi diverſo uſi fuiſſent Indictionis computandæ modo : præſertim cum* Indictionum genera, *ut loquitur Mabillonius de Re Diplomatica loco citato*, variè pro ſcriptorum aut notariorum arbitrio tam in Gallia, quam Romæ & alibi variârint.

Notata Indictio neutri opinioni favet.

103 *Atque hæc prima ratio eſt, cur ex notata Indictione nihil certi pro ſententia Pagii vel Papebrochii erui poſſe diximus. Altera eſt, quòd ne quidem in omnibus codicibus Indictio eadem reperiatur ; nam licèt Indictionem* XV, *ut verè Anaſtaſianam adhibeant Baronius in Annalibus, Blanchinus, Vignolius aliique Anaſtaſii editòres, & cum Pagio ac Papebrochio paſſim recentiores ; nihilominus etiam alibi legitur Indictio* XIV, *imò, ſi rectè ſcribit Vignolius in Lectionibus variantibus, etiam* XIII. *Quod ſaltem incertitudinem parit, an fortè hæc aut illa non ſit vera Indictio. Suppoſito, quòd ſit, ruit abſolutè Papebrochii & Pagii aliorumque inde deſumpta argumentatio, juxta quam ille mortem Sergii innectere debebit anno* 701 *vel* 700, *hi anno* 700 *vel* 699. Liquidò conſtat, *inquit, qui Pagium hìc ſequitur, Cajetanus Cennus in Notis ad Anaſtaſium*, mendoſos eſſe eos codices, qui habent Indictionem XIV, tum ex ætatibus (*Pontificum*) prædeceſſorum rectè conſtitutis, tum ex monumento, quod Bedæ acceptum refert Pagius, *Ceduallæ regis epitaphium. At mihi non conſtat liquidò, utra pars rectiùs ætates Pontificum conſtituat, utra meliùs difficultates diluat. Igitur cùm ab his pendeat Indictio, incerta manet ipſa, ſicut incerta manet ejus ſpecies, & ſic ex Indictione nil certi habent laudati auctores.*

F

DE S. BERTELLINO VEL BECCELINO EREMITA

IN ANGLIA

C. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Memoria in Faſtis, biographus, Vita fabuloſa, cur edenda.

SECULO VIII. *Sancti memoria in Faſtis ad 9 Septembris,* B

RECentiores *martyrologi hâc die ſanctum* Bertellinum *vel* Berthelmum, *vetuſtioribus Faſtis ignotum, eremitam Staffordiæ in Anglia annuntiant. Horum antiquior Molanus in Uſuardo auctо, editionis anni* 1583 *ad diem* IX *Septembris de eo ſic meminit:* In Bethnei, quam villam recentiores Stadford nominant, ſancti Bertellini, eremitæ & confeſſoris. *Molanum ſecuti ſunt Arnoldus Wionius & Hugo Menardus, quorum hic in Martyrologio Benedictino, ille in libro* 3 *Ligni vitæ, ipſius verba adoptârunt: quod etiam fecit Gabriel Bucelinus in ſui Ordinis Menologio. Eodem die illum celebrat Philippus Ferrarius in Catalogo univerſali Sanctorum, Molani pariter exemplo, ſed* Berthelmum *appellat*; Statfordiæ in Anglia, *inquiens*, S. Berthelmi eremitæ. *In annotatis verò obſervat, eumdem ab aliis* Bertelinum *ſcribi; ſed ex errore, ut opinatur. Huic conſonat Caſtellanus in Martyrologio univerſali, Gallicè edito:* Statefurti in Anglia S. Bertelmus (*ut notat in margine, Gallicè verò* S. Berteaume) pœnitens.

2 *At Joannes Wilſonius in gemina Martyrologii Anglicani editione tam Sancti nomen quàm cultûs diem variat. In priore, anni ſcilicet* 1608, Bertelmum *nominat, refertque ad diem* XII *Auguſti, Anglicè ſic annuntians:* Staffordiæ in cognomine comitatu Commemoratio S. Bertelmi confeſſoris, qui ex nobili Britannico ſtemmate in noſtra inſula ortus, ſpurcitias & vanitates mundi in juventutis flore contemnens, ob amorem Dei anachoreta factus eſt, auſteram admodum ſeveramque vitam ducens in ſylvis prope dictam Staffordiam; ubi in ſumma vitæ ſanctitate beatos dies ſuos finiit, & poſtremò dormivit in Domino. Ejus corpus poſtmodum Staffordiam delatum ibidemque ſepultum magna cum veneratione ab ejuſdem provinciæ incolis olim ſervari conſueverat. *In poſteriori verò editione, quæ anno* 1640 *in lucem prodiit, maluit eumdem* Bertellinum *nuncupare & ad* XXIX *Septembris differre. Verba ex Anglicis Latina accipe:* Staffordiæ in cognomine comitatu Commemoratio S. Bertellini confeſſoris, ex nobili Britannico ſanguine orti; qui in flore juventutis ſpernens mundi vanitates, ob amorem Dei factus eſt anachoreta, vitam agens ſeveram auſteramque in ſaltu prope Staffordiam; ubi in omni ſanctitate obdormivit in Domino. Corpus ejus valdè honorificè Staffordiæ ſepultum eſt, ibique antiquis temporibus debita cum veneratione ab incolis ſervari conſueverat.

12 Auguſti & 29 Septembris. C

3 *Ex his elogiis liquet, utroque loco de eodem Sancto agi: utrobique etiam in margine laudat* Regiſtrum eccleſiæ Staffordienſis & monumenta antiqua ejuſdem provinciæ. *In Vita à Capgravio edita & in Ms. noſtro, de quibus mox loquemur*, S. Bertellinus *obiiſſe dicitur* V *Idus Septembris, quo die à Molano aliiſque, ut vidimus, commemoratur. Quare neſcio, quid Wilſonium impulerit, ut eum primò ad* XII *Auguſti, deindè ad* XXIX *Septembris, contrà ac alii faciunt, annuntiaret; niſi fortè auctor Vitæ duos* Bertellinos *confuderit, eoque iſti errore decepti, ſanctum Eremitam ad* V *Idus Septembris Staffordiæ commemorârint, qui nec eo die nec loco erat referendus: de qua controverſia mox agemus. Fortè Staffordiæ alia quædam Sancti feſtivitas agebatur, cùm Wilſonius adhibeat vocem* commemoratio. *Damus tamen illum ad hunc diem, quia reliqui omnes martyrologi id faciunt, & in Opere noſtro in Prætermiſſis ad* XII *Auguſti huc etiam dilatus eſt.* *Cur hodie demus.* E

4 *Vitam Sancti Ms. habemus excerptam ex Ms. Rubræ Vallis, quæ monaſterium eſt in noſtro Belgio: eamdem edidit Capgravius in Legenda Sanctorum Angliæ, folio* 50 *verſo. Auctoris nomen utrobique deſideratur; ſed quiſquis ille fuerit, is ſi totius lucubrationis ſit auctor, ante finem ſeculi* XIV *eam non compilavit, cùm in calce miraculum referat, quòd anno* 1386 *factum ait. Molanus num.* 1 *laudatus in Annotatis aſſerit, auctorem fuiſſe Alexandrum Eſſebienſem Priorem*, Alexander, *inquiens*, Eſſebienſis Prior Regularium ſcripſit Vitam Bertellini eremitæ lib. 1. Incipit: Quoniam quantum intellectui noſtro; *quod ipſummet eſt Ms. noſtri & Capgravii editionis exordium. Idem quoque ſenſit Joannes Pitſeus in Relationibus hiſtoricis de rebus Anglicis, ætate* 13, *ad annum* 1220, *num.* 319, *ubi inter illius Opera recenſet* Vitam S. Bertelini, librum unum: Quoniam quantùm intellectui noſtro. *Ipſi verò auctori perhonorificum ibidem elogium texit, ex quo aliqua delibo.* *Vitæ auctor,* F

5 Alexander Eſſibienſis, Somerſetenſem alii, quidam Staffordienſem chronographum vocant, in Occidentalibus Angliæ regionibus natus, ubi etiam inſtitutum Canonicorum Regularium S. Auguſtini amplexus, tandem cujuſdam cœnobii factus eſt Prior, vir integræ & religioſæ vitæ, magnæ lectionis & doctrinæ; rhetorum & poëtarum *qui* [illegible] *milius non fuit Alexander Eſſebienſis,*

A tarum fui temporis & noſtræ gentis facilè princeps, theologus etiam non contemnendus. In omnibus pietatem magis ſecutus, quàm ingenii ſubtilitate nixus, pauca de profanis, plura de ſacris rebus ſcripſit.... Claruit anno Redemptionis humanæ MCCXX, Henrico rege III ad Anglicani clavum imperii ſedente. *Hæc ipſe; quæ ſi vera ſint, videtur mihi memorata Vita ipſi potiùs abjudicanda. Nam primò quidem, quod ſpectat ad tempus, auctor referendo miraculum, anno 1386 cuidam cæco conceſſum, ſe Alexandro Eſſebienſi plùs centum & octoginta annos juniorem probat; niſi quis velit, id Alexandri Opuſculo poſtmodum adjectum fuiſſe, quod ex ipſo Vitæ contextu ſatis probabile eſt, quemadmodum conſideranti patebit. Magis dubium me facit aſſerta Alexandri eruditio, cui minimè conſonant tam ineptus ſcribendi ſtylus, fabellæque, quibus ea Vita reſperſa eſt, quaſque infrà explodemus. Dicam paucis, quod ſentio: ſi tanta doctrinæ laus Alexandro Eſſibienſi meritò adſcribatur*, S. Bertellini *Vitam, qualis ad nos pervenit, ſcripſiſſe cenſendus non eſt. Verùm*

B *age Vitam ipſam examinemus.*

multa hauſit ex S. Guthlaci Actis.

6 *In ipſo illius exordio, vitiosâ phraſi profitetur auctor, ſe* S. Bertellini *Acta* ex antiquis hiſtoriis *compendiosè traditurum:* Quoniam, *inquit*, quantò intellectui noſtro commodiferum fuerit ignotius, tantò notitia ejus habetur pretioſior, beati Bertellini confeſſoris Vitam ex antiquis hiſtoriis (omnia cùm nequeam Sancti deſcribere geſta) pauca brevi calamo ſcribere nitor. Ne ergo verborum prolixitas auditorum generet faſtidium, compendioſam exaudiamus corditer veritatem. *Inter has antiquas hiſtorias, quarum ſcriptores non commemorat, fuit Vita S. Guthlaci, presbyteri & anachoretæ Croylandiæ in Anglia, auctore Felice coævo, quæ in Opere noſtro exſtat tom. 2 Aprilis à pag. 38. Hâc tam liberaliter uſus eſt biographus noſter, ut promiſſæ brevitatis immemor, non minùs Guthlaci, quàm* Bertellini *Vitam compilâſſe videatur. Verùm cùm inter Guthlaci ejuſque Diſcipuli geſta neceſſaria occurrat connexio, id ipſi facilè condonare poſſumus, niſi etiam, quod veremur, S. Guthlaci diſcipulum cum Staffordienſi Eremita confuderit, aut Staffordiæ eremicolam perperam fecerit; quod modò inquirendum eſt.*

C

Quæritur, an Sanctus idem ſit cum S. Beccelino

7 *In laudata S. Guthlaci Vita* Beccelinus *quidam, illius diſcipulus & miniſter, ſemel iterumque memoratur. Is in Actis à Capgravio editis* Bertelinus *dicitur; at Mabillonius nobiſcum* Beccelinum *legit. Utut eſt, biographus noſter hunc eumdem ſupponit cum* Bertellino *Staffordienſi anachoretâ, ideoque in hujus Vitam tranſtulit, quæ de illo in memoratis Actis reperat: unum tamen locum prætermiſit, fortè quòd is in ipſius exemplari deſideraretur; quem propterea ad hujus Commentarii calcem referemus. Porrò idem anonymus* S. Bertellinum *poſt magiſtri Guthlaci mortem ex Croylandia in Staffordiam, alium Angliæ comitatum deducit, ibique eum poſt vitam in eremo ſanctiſſimè ductam, V Idus Septembris defunctum, ſepultumque, multis claruiſſe miraculis ſcribit. Unde hanc poſtremam Vitæ periodum didicerit auctor, me penitus latet, ſed ſive eam ex ſuo ipſe ingenio, ſive aliunde deprompſerit, mihi ficta apparet, non modò quoad adjuncta, de quibus inferiùs, verùm etiam quoad ſubſtantiam; quod modò oſtendam.*

AUCTORE C. S. *in Croylandia defuncto,*

8 *Actis S. Guthlaci in Opere noſtro ſubjiciuntur quædam Analecta, excerpta ex Hiſtoria Ingulphi, abbatis Croylandenſis, inſtallati anno 1076, ut ex ipſo ibidem dicitur in Annotatis, pag. 53, lit. a. Hic ad propoſitum noſtrum de* Bertellino, *quem* Bettelinum *appellat, ſcribit ſequentia:* Etiam in eadem inſula (*Croylandia*) illis in temporibus erant nonnulli vitam eremiticam ducentes, qui viro Dei (*S. Guthlaco*) ſanctâ familiaritate, quoad vixit, adhærentes, tamquam infirmi ad medicum, in ejus informatione & exemplo frequentem carpebant animæ ſalutem. Ex quibus unus erat noviter ad fidem Catholicam converſus, nobilitate generoſus, quondam præpotens in mundialibus, nomine Ciſſa, qui relictis omnibus, ſecutus eſt Dominum ſuum Chriſtum. Alius erat Bettelinus, ſervus præfati patris (*Guthlaci*) familiariſſimus. Tertius erat Egbertus, ſecretorum ejus præ ceteris conſcius. Quartus erat Tatwinus, ad eamdem inſulam quondam ductor ejus & nauclerus; qui omnes in ſingulis caſulis, non longè ab oratorio ſancti patris Guthlaci, de licentia ſuprà memorati Kenulphi abbatis, uſque ad vitæ terminum ſeparatas manſiones habuerant. *Secundùm hæc S. Guthlaci miniſter, ſive eum* Beccelinum, Bettelinum *vel* Bertellinum *vocites, defuncto magiſtro, erectoque ad Sancti tumulum, ut præmittitur, per Ethelbaldum regem cœnobio, cui Kenulphus præerat, in eadem eremo uſque ad vitæ terminum perſeveravit.*

D E

cujus oſſa ſeculo 9 à Danis exuſta ſunt:

9 *Nec in alio eumdem loco ſepultum fuiſſe, idem Ingulphus tradit num. 12, ubi de Danica irruptione, quam num. 10 anno 871 aſſixerat, his verbis proſequitur:* Dani verò omnia ſarcophaga Sanctorum, qui aliis tumulis marmoreis circa tumbam ſancti patris Guthlaci ad dexteram & ſiniſtram ejus quieſcebant, cultris & ligonibus confregerunt, ſcilicet ad dexteram tumulum S. Ciſſæ ſacerdotis & anachoretæ, & tumulum S. Bettelmi, viri Dei & quondam miniſtri S. Guthlaci, tumulum etiam S. Tatwini, quondam ducis ad Croyland & naucleri S. Guthlaci... Sed cùm ſperatos theſauros non invenirent, nimiùm indignati, univerſa Sanctorum corpora in unum acervum miſerabiliter contracta, immiſſo igne, die tertio adventûs ſui, cùm eccleſia & omnibus monaſterii ædificiis, ſcilicet VII Kalendarum Septembris, funeſtiſſimè combuſſerunt.

F

biographus videtur

10 *Hæc me omninò inducunt, ut credam,* S. Bertellini *poſt Guthlaci obitum ad Staffordienſem eremum ſeceſſum, vitamque anachoreticam in ea ductam, ac ſepulturam denique, ab anonymo noſtro aſſerta, pro commentitiis habenda eſſe. Etenim licèt Ingulphus duobus ſeculis circitèr poſt memoratam irruptionem Danicam floruerit, multò tamen ei propior fuit, quàm Vitæ ſcriptor; & integro quidem ſeculo, ſi is fuerit Alexander Eſſebienſis, trecentis verò & pluribus annis, ſi vitam & miraculum, quod anno 1386 contigiſſe narratur, eidem auctori adſcribamus. Deinde cùm Ingulphus fuerit Croylandienſis cœnobii abbas, potuit is tum ex antiquis monumentis, tum ex traditione de monaſterii ſui rebus meliùs edoceri, quàm quilibet extraneus. Adde, quòd fabellæ, quibus anonymus eam Vitæ partem, imò & reliqua, quæ ex S. Guthlaci Actis non didicerat, contexuit, vix ullam ejuſdem dictis fidem relinquant. Quid igitur? Dicemuſne, nullum in Staffordienſi provincia* Bertellinum *anachoretam vixiſſe, nullum ibi cultum*

AUCTORE C. S.

tum fuisse ? Id certò asserere non ausim. Et de cultu quidem satis constat ex allatis martyrologis, registris & antiquis ejusdem comitatûs monumentis, à Wilsonio laudatis, atque ex ipso denique biographo, aut eo, qui memoratum miraculum conscripsit, in quo de ecclesia S. Bertellino *dicata expressa fit mentio.*

hunc cum Staffordiensi Eremita confudisse,

11 *Fateor equidem reponi posse, Molanum, quique eum secuti sunt, recentiores martyrologos, non alia fortè quàm biographi auctoritate hîc niti, ut ex eo credibile fit, quòd* V *Idus Septembris, ad quam ipsi eum annuntiant, ab illo obiisse dicatur. Ita est : verùm id de Wilsonio laudatisque ab eo instrumentis dici non potest ; alioquin enim* S. Bertellinum *non ad* XII *Augusti vel* XXIX *Septembris, sed ad* IX *hujus mensis retulisset. Quod spectat ad ipsum biographum, licèt in multis nugator sit, non propterea tamen rejiciendus est, dum de Sancti cultu meminit, asseritque templum sub illius nomine dedicatum sub finem seculi* XIV *Staffordiæ exstitisse. Imò verò mihi valde probabile apparet, cultum à Staffordiensibus ipsi delatum occasionem*

B

præbuisse biographo, ut vel ex geminis Bertellinis *unum faceret, vel Croylandiensem Anachoretam ad Staffordiensem eremum transferret.*

vel potiùs Staffordiæ vixisse perperam existimâsse :

12 *Non tam favorabile judicium de Sancti in prædicto comitatu commoratione ac sepultura ferre possum. Etenim cùm Vitæ scriptor* Bertellinum, *Staffordiensem eremitam, diserte eumdem faciat cum sancto Guthlaci Discipulo, quem in Croylandia denatum sepultumque fuisse, ex Ingulpho ostendimus ; cúmque de antiquitate & fide instrumentorum, quæ laudat Wilsonius, mihi minimè constet ; non possum non dubitare, an eam provinciam ullus unquam istius nominis sanctus eremita vitâ & sepulturâ illustrârit. In hac rerum caligine eligat eruditus lector, quod lubet ; mihi interim, donec certiora proferantur, verisimilius apparet,* Bertellinum, *qui Staffordiæ annuntiatur, aut alium esse à sancto Guthlaci Discipulo, aut si idem sit, ibidem cultum, at non mortuum humatumque fuisse. Primum tenet Michaël Alfordus in Indice Sanctorum tom.* 3 *Annalium ecclesiæ Anglicanæ adjecto, ubi sic habet :* Bertelmus, sive Bertelinus eremita, fuit minister S. Gutlaci . . . , cum

C

eo sepultus in Croylandensi ecclesia : tumulus ejus à Danis confractus . . . Differt hic Sanctus ab alio Bertellino, qui in Martyrologio nostro (*Anglicano*) legitur ad XXIX Septembris. Sanctus scribitur ex illustri Britannorum sanguine, qui relictis omnibus eremiticam vitam duxit, moriturque in agro Staffordiensi. *Alfordo favet Anglicanum Martyrologium ; primò, quod in eo non ad* V *Idus Septembris, sed ad* III *Kalendas Octobris, vel pridie Idus Augusti annuntietur. Favet secundò, quòd in eodem nulla fiat de Guthlaci institutione mentio ; ac tertiò denique, quòd is Staffordiæ vixisse ac obiisse dicatur, quod cum Ingulphi dictis minimè cohæret.*

posterius probabilius apparet.

13 *His reponi potest, in Martyrologio Anglicano non diem obitûs, sed aliam quamdam festivitatem denotari posse ; cùm non adhibeatur vox* depositio, *ut aliàs, sed* commemoratio. *Potuit igitur ibidem templum aliquod ipsi erectum aut etiam quædam ipsius reliquiæ asservatæ fuisse, ideoque annua ejusdem memoria celebrari, quemadmodum de aliis Sanctis etiam alibi fieri consuevit ; idque hîc omnino fit verisimile, si* Bertellinus, *ut vult biographus, ex comitatu Staffordiæ ortus fuerit. Duo reliqua argumenta plus ponderis haberent, si de monumentorum, ex quibus Wilsonius elogium contexuit, antiquitate constaret : vereor enim, ne ea aut ipsa sint Vita, aut ex hac concinnata. Nec refert, quòd alium cultûs diem assignet, nihilque habeat de Guthlaco : primum enim discere potuit ex ecclesiæ tabulis, quas per* regi-

D

stra videtur designare ; alterum ex industria omittere, quia ad Staffordienses non spectabat. Pergo ad reliqua examinanda.

Examinatur Vita

14 *Biographus Sanctum nostrum Staffordiensis regis, quem non nominat, filium facit. Wilsonius in Martyrologio nobili sanguine Britannico contentus est. Primum mihi neutiquam, alterum parùm verisimile videtur, si* Bertellinus *idem sit cum S. Guthlaci discipulo. Ratio est, quòd Felix Guthlaci, ut monuimus, coævus biographus, eam generis nobilitatem penitus ignorâsse dicendus sit, cùm ejusdem nusquam meminerit, etiam ubi aptissimus eam commemorandi erat locus. Audi ipsum in Opere nostro loco citato, pag.* 43, *num.* 21 *de eo scribentem.* Erat, *inquit,* quidam clericus, nomine Beccelinus, qui seipsum famulum fieri tanti viri sponte obtulit, ac sub disciplinis ipsius castè

E

Deo vivere proposuit. *Subdit, eumdem apud S. Guthlacum tonsoris munere functum fuisse. Nemo non videt, ad commendandam Guthlaci sanctitatis famam non parùm conducturum fuisse, si filius regis sese ipsi discipulum famulumque addixisset ; atque adeo è biographi re futurum fuisse, ut regiam* Beccelini *stirpem hoc saltem loco memoraret ; quod tamen nec hîc nec alibi fecit. Nec verò tam ignotus erat* Beccelinus *Felici, ut hunc illius regii natales latuisse dicendi sint : quippe illum non ex fama modò sed & ex facie & colloquio noverat. Id liquet ex cap.* 5, *num.* 35, *ubi hæc habet :* Habitabat ergo cum eo sub illo tempore unus Frater, Beccelinus nomine, cujus relatione hæc de obitu viri Dei Guthlaci descripsimus. *Præterea noverat Ciffam Guthlaci successorem, noverat & alios, qui diutiùs cum eo (adeoque & cum* Beccelino) *fuerant conversati : ex quibus ut Guthlaci gesta, ipso teste in Prologo num.* 2, *didicerat, etiam* Beccelini *regium stemma potuisset edoceri. Æquè ignota fuit Ingulphi tempore in Croylandensi cœnobio regalis* Beccelini *conditio, ut patet ex verbis num.* 8 *recitatis, quibus Ingulphus S. Ciffam nobilitate generosum & quondam in mundialibus præpotentem prædicat,* Bettelinum servum præfati patris *dixisse contentus. Itaque si vera sit asserta à biographo* Bertellini *excellens nobilitas, hic à Guthlaci discipulo distinguendus est.*

F

in multis fabulosa : edenda tamen.

15 *Fabulosa sunt, aut certè fabulis coinquinata, quæ à num.* 1 *Vitæ narrantur de Sancti ad Hibernum quemdam regem fuga, de lapsu carnis, de abducta in Angliam ejusdem regis filia, eâdemque cum prole sua in quodam nemore lupinis dentibus interfecta : quem luctuosum casum* Bertellino *sanctioris vitæ desiderium injecisse affirmat biographus. Inter fabulas pariter reputa, quæ à num.* 8 *non minùs ineptè quàm ridiculè enarrat ; videlicet,* S. Bertellinum *post magistri sui S. Guthlaci mortem sese regi patri suo ignotum stitisse, ab eoque exiguam insulam, olim* Bethnei, *nunc* Stafford, *nuncupatam, in qua anachoreticam vitam duceret ; defuncto verò patre, cùm regni successor illum ex eremo sua deturbare niteretur, eamque duello defendere cogeretur, pro* Bertellino *in arenam descen-*

A *descendisse archangelum sub specie homuncionis, pro adversa autem parte virum Æthiope nigriorem, terribiliorem gigante; sed hunc ab illo prostratum terræ*, Bertellini *opem implorâsse, eoque prodigio factum, ut jam addicta fisco bona, à rege restituerentur. Hujusmodi fabellæ rerefutatione non egent. Porrò ne lector miretur, quòd tam fabulosam Vitam prelo commiserimus, sciat, id unicè factum esse, ut perspiciat, quo jure eam explodamus, simulque ipse judicet, quid de Sancti regio sanguine, commorationeque & sepultura Staffordiensi prudenter statui possit.*

Factum Sancti à biographo omissum,

16 *Priusquam ipsa Acta exhibeam, locum aliquem è Guthlaci Vita, qui ad* Beccelinum *spectat, huc transfero. Cap.* 2, *num.* 21 *Felix inter cetera sic scribit:* Erat quidam clericus, nomine Beccelinus, qui seipsum famulum fieri viri tanti sponte obtulit, ac sub disciplinis ipsius castè Deo vivere proposuit; cujus præcordia malignus spiritus ingressus, pestiferis vanæ gloriæ fastibus illum inflare cœpit: ac deinde postquam tumidis inanis fastûs flatibus illum seduxit, admonere quoque illum exorsus est, ut dominum suum, sub cujus disciplinis Deo vivere
B initiavit, arreptâ letali macherâ necaret: hoc ipsius animo proponens, ut, si ipsum interimere potuisset, locum ipsius postea cum magna regum principumque venerantia habiturus foret. Quadam ergo die, cùm præfatus Clericus virum Dei Guthlacum, ut assolebat, post bis denos dierum cursus tonderare deveniset, idem ingenti dementiâ vexatus viri Dei immenso desiderio sanguinem sitiens, indubius illum occidere successit.

17 Tunc sanctus Dei Guthlacus, cui Dominus assiduè futurorum præscientiam manifestabat, comperto novi sceleris piaculo, illum scisci-

ex Vita S. Guthlaci: tempus obitûs.

tari cœpit, dicens: O mi Beccelине, ut quid hebido sub pectore antiquum hostem occultas? quare amari veneni pestiferas lymphas non vomis? Scio enim, te à maligno spiritu deceptum: quapropter flagitiosas meditationes, quas tibi generis humani hostilis criminator inseruit, ab illis convertendo confitere. Tum ille cùm se à maligno spiritu seductum intellexisset, prosternens se ad pedes sancti viri Guthlaci, delictum lacrymabili voce confessus, supplex veniam orabat. Itaque vir beatæ memoriæ Guthlacus non
C solùm illius culpæ veniam indulsit, sed & in futuris tribulationibus adjutorem illius se venturum fore promisit. *Biographus noster hæc forsan ex industria prætermisit, quia* S. Bertellino *minimè honorifica agnoscebat: libuit tamen ea huic Commentario inserere, tum quòd memorabile fragilitatis humanæ & divinæ misericordiæ documentum sint, tum etiam quòd eorumdem notitia Sancti humilitati deberi videatur. Neque enim verisimile est, Guthlacum hunc Discipuli sui lapsum, sibi soli divinitus manifestatum, cuiquam mortalium revelâsse. Porrò quo anno Sanctus obierit, nusquam traditum reperi: at si discipulus S. Guthlaci fuerit, ut verisimilius apparet, factum id est seculo* VIII, *cum S. Guthlacus vivere desierit anno* 714, *quemadmodum in ejus Actis ostensum est.*



D

VITA

auctore anonymo *a*, a

Ex Ms. Rubræ vallis, collato cum editione Capgravii.

CAPUT I.

Acta in seculo, pœnitentia de lapsu carnis, vita in eremo sub disciplina S. Guthlaci.

E

QUoniam quanto intellectui nostro commodiorum fuerit ignotius, tanto notitia ejus habetur pretiosior, beati Bertellini Confessoris Vitam ex antiquis historiis, omnia cùm nequeam Sancti describere gesta, pauca brevi calamo scribere nitor. Ne ergo verborum prolixitas auditorum generet fastidium, compendiosam exaudiamus corditer veritatem. Bertellinus Angligena pia proles regia *b*, generosus stirpe, formaque, generosior fide Catholica, vitam suam patriis negans commaculare lasciviis transfretavit, & cum quodam rege conversatus Hibernico, præ cunctis gratiam meruit dilectionis: sed quia causâ majoris pœnitentiæ futuræ Pater noster, qui est in cælis, aliquando quosdam peccare non impedit, filiæ regis percussus amore, ipsam in partes Anglicas prægnantem abduxit: quod dico, ne causa mirabilis pœnitentiæ suæ à peccatoribus ignoretur.

carnis lapsum

b

2 Nemorum quippe densitate latentibus, ecce tempus pariendi, doloris terminus, mœrorisque fluvius, eisdem præcipuè successit. O quàm flebile puerperium! Bertellino obstetricis necessario * quærenti suffragium, mulier unà cum partu lupinis dentibus expiravit. Reversus itaque Bertellinus, oppressionem illam peccati sui causâ credens destinâsse *c*, triduum exequiali fungens officio, si tristetur, non queraris *d*. Solus verò ibidem Deo deserviens, pœnis priùs inauditis, semper sua præ oculis habendo peccata, verè pœnitendo, vitam duxit contemplativam. Piùs verò & misericors Deus, cor contritum & humiliatum non despiciens *, sed secundum multi- * *l* despexit
tudinem miserationum suarum remisit ei peccata multa; quoniam dilexit multum. Dilexit Deum, dilectus est à Deo; magnificavit Christum bonis operibus; magnificatur à Christo multis miraculis. Tentavit Virum sanctum spiritus malignus, dicens: Dic, ut lapides isti panis fiant. Confudit Bertellinus diabolum per oppositum tentationis; quia non panem petram, sed è controverso panem in petram, ad diabolicæ ten-

in eremo pœnitendo eluit: panem in petram convertit.

* *l* necessârium

F

c

d

tationis opprobrium, mutavit: quæ petra loco, qui nunc Bertelmesley nuncupatur, miraculi scitur testimonium *e*: quo percepto provinciales Bertellinum Christi charum, quasi prophetam, venerabantur. *e*

3 Erat quidem in diebus illis dilectus Deo

ANONYMO. *Guthlacus nascitur, militat, fit monachus;*

& hominibus beatissimus Guthlacus *f* de nobili genere Merciorum, ex illustrissimis parentibus originem ducens, in cujus nativitatis hora manus quasi hominis cælitus missa ostium domûs extensa est *g*, & inæstimabili fulgore coruscans: quæ crucis signaculo ostium muniens, felici præfigurabat auspicio, quòd ille ad ortum procederet, qui finali perseverantiâ Christi crucem in suo corpore circumferret. Postquam enim quintum decimum impleverat annum *h*, cœpit ad militares actus juxta illius ætatis exigentiam ferventiùs æstuare. Decoratus itaque cingulo militari, virorum fortium transcendit audaciam: adjunctisque sibi copiis militaribus, cœpit in hostiles populos desævire, urbes, castella evertere *i*, de bellicis actibus suis inæstimabiles titulos obtinere. Mirum tamen in modum in ipsa crudelitate armorum hostibus suis misericors erat, eisque de rapinis & prædis tertiam partem refundebat: & quantò in armorum militia ferventior fuerat, tantò ardentiùs animum ejus ad desideria militiæ spiritalis dominus accendebat. Recogitabat igitur dies suos in amaritudine, sciens, quia sunt breves dies hominis, finis dubius, exitus horribilis, Judex terribilis, pœna infinibilis. Valedicens igitur commilitonibus suis, & abjectis armis secularibus, recessit ab eis, jam non cogitans, nisi arma militiæ Christi. Porrò sciebat sensus hominis esse ab adolescentia sua in malum pronos, nisi cohiberentur observantiâ regulari; Rependoniam *k* venit, ubi electus in sortem Domini, caracterem tonsuræ clericalis accepit. Disciplinis itaque monasticis mancipatus, exhibebat corpus suum hostiam sanctam, viventem, Deo placentem: ibique psalmos & hymnos didicit, atque in scientia Sanctorum infra biennium mirabili facilitate profecit.

f *g* *h* *i* B *k*

Bertellinus cum eo in eremum secedit:

4 Volens itaque Guthlacus anachoreticam ducere vitam, de Rependona recessit, & ducens secum duos juvenes, quorum unus erat prædictus Bertellinus *l*, filius regis Staffordensis populi, qui ob ipsorum vitam corrigendam ipsi viro sancto continuò adhæserunt. Ad quandam insulam diversis nemoribus, stagnis, & carectis variis devenit, nomine Croylandiam *m*, ibique eis tuguriolum pro palacio ex agrestibus glebis confecerunt; recolentes etiam antiquos patres circumiviſse *n* in melotis, in pellibus caprinis solitudines, jam non vestitu lineo vel laneo, sed pellibus caprinis crudis & rudibus utebantur; & primis parentibus se conformantes, qui de loco voluptatis paradisi voluptatis *o* ejecti, pelliceas à Deo tunicas habuerunt: scientes, quia non est regnum Dei esca & potus, pane tamen hordeaceo & aquâ luculentâ *p* cum magno moderamine vescebantur. Multo jejunio continuè, multisque vigiliis carnem suam edomare studuerunt, quòd ipsa cogebatur *q* spiritui humiliter deservire. Iste, inquam, Guthlacus datum optimum, donumque perfectum descendens à Patre luminum contra spirituales nequitias in ipsa insula multiplicia bella gessit, nunc à dæmonibus in aëre gestus, nunc inter vepres & spinas tractus, nunc ut in paludibus demersus, ac diversimodè graviter afflictus, consolatione S. Bartholomei Apostoli fortiter eos vicit, omnesque illas monstruosas acies de illa insula Croylandiæ, quam longi temporis præscriptione vendicabant, potenter ejecit, ac procul in perpetuum relegavit. Isti duo sancti Guthlacus & Bertellinus in ipsa insula in divino servitio multis annis assidui commorantes, multa per eos fiebant miracula. D

l C *m* *n* *o* *p* *q*

Guthlacus mortem suam prædicit,

5 Venit tandem tempus, ut deponeret sarcinam carnis suæ vir Dei Guthlacus, quam longo usu edomare studuerat, ægritudine repentinâ feriâ quartâ ante Pascha correptus est, atque Bertellino unico contubernali suo denunciat, quòd octavo die de hac ploralionis valle transiret. Cumque ille in ejulatum & lacrimas prorupisset; Noli, inquit, fili mi, noli flere: ad laborum meorum stipendia vado, cum illo Domino, cui servivi, perenniter permansurus. Quarto autem die ægritudinis S. Guthlaci celebratum est Pascha; Paschalis Missæ solemnitate præmissa, & Viatico nostræ salutis accepto, Bertellino, qui ei in mensa Domini ministrabat, tanta sacri eloquii & mysteriorum * usus est, ut non ille loqui videretur, sed potiùs angelus Dei. Bertellinus itaque considerans in facie viri Dei, quòd terminus depositionis ejus instabat, cœpit ab eo instantiùs quærere, quod numquam antea interrogare præsumpserat. Adjuro te, inquit, pater per misericordiam Christi, ut mihi apertiùs revelare digneris, quid sit, quòd à prima cohabitatione, quam tecum habui, singulis diebus manè & vespere te cum alio loquentem mutuos sermones audivi, & cum quo verba promeres, ignoravi. E

** adde* suavitate

& præsente Bertellino moritur,

6 Dei verò amicus consuetâ benignitate respondit: Instat, inquit, fili carissime, dies novissimus, nec mentiri mihi expedit, qui à primitiva conversione mea omne mendacium declinavi: scias enim, quòd, ex quo ad eremum hanc me contuli, semper manè & vespere angelum meæ consolationis habui, qui labores & tentationes meas cælesti solacio relevabat, prædicebat futura, demonstrabat absentia, arcanaque cælestia, quæ non licet mihi, nec expedit loqui, cælitus indicabat. Hæc autem, fili, sub silentio tege, nec attentes ea cuiquam mortalium, nisi sorori meæ Pegæ *r*, & Egberto *s* anachoretæ ullo tempore revelare. Mane itaque frequenti suspiria & singultus, qui solent esse præambuli mortis, jam pectus beati viri sæpè concusserant, ac de ore ejus tanta odoris suavitas exhalavit, ac si aliquis roseos flores sparsisset, aut balsamum effudisset. Nocte verò sequenti, cùm sæpè dictus frater Bertellinus circa viri Dei custodiam vigiliis vacaret, non sine magno stupore conspicit, quòd à media nocte usque ad auroram totam domum candor lucis inæstimabilis circumfulsit. Oriente verò sole dilectus Deo Guthlacus Bertellinum discipulum advocans; Fili, inquit, tempus est, ut ad ipsum transeam, cujus servus sum, & tu arripias iter tuum. Extendensque manus ad altare, sacra se Communione munivit, oculisque ac manibus in cælum levatis, in Domino obdormivit *t*.

r *s* F *t*

ac ab ipso & S. Pega sepelitur.

7 Beatissimi viri transitum glorioſum cælestis splendor præfiguraverat, & supernæ lucis immensitas spiritualiter illustravit: nam cùm sol esset in virtute sua, radiisque meridianis vehementiùs æstuaret, beatus Bertellinus quasi currum igneum à terris usque ad cælum erectum prospicit, cujus tanta claritas erat, quòd in comparatione illius solaris splendor luce illa inferior pallescebat: Bertellinus verò ingenti timore correptus, fugiens naviculam arripuit, & ad sanctam Christi virginem Pegam, sororem beati Guthlaci, festinantiùs tetendit. Illa verò cum beato Bertel-

A Bertellino funeri fraterno lacrymas debitæ pietatis indulſit, ac gratias agens, animam illius Deo commendans, ſe etiam ipſius precibus commendat. Exequiis igitur ſancti viri devotiſſimè celebratis, ac ipſius corpore tradito ſepulturæ in ejus oratorio, beata virgo Pega ad propria
u remeavit *u*.

ANNOTATA.

a *De Vitæ auctore conſule Commentarium num.* 4.

b *Quid de Sancti regiis natalibus ſtatui poſſit, diximus num.* 14 *Commentarii.*

c *Subſtitue* accidiſſe.

d *Capgravius legit*, queratur: *ſed utrumque vitioſum eſt, nec ſapit Alexandri Eſſebienſis eruditionem, quam ipſi adſcribit Pitſeus. Conſule Commentarium num.* 4 *&* ſeqq.

e Bertelmeſley *mihi nuſquam in Tabulis aut Lexicis geographicis occurrit. Quod ad ipſum miraculum ſpectat, non habeo quidem, unde illud infirmem, non poſſum tamen nugaci biogra-*
B *pho id ſtatim credere.*

f *S. Guthlaci presbyteri & anachoretæ in Croylandia Vitam, à Felice coævo ſcriptore concinnatam, illuſtrârunt Majores noſtri ad diem* XI *Aprilis; ex hac biographus noſter compilavit, quæ à num.* 3 *uſque ad* 8 *de Guthlaco enarrat: quare ſi quid hîc occurrerit, quod elucidatione indigeat, lectorem ad eam, velut ad puriorem fontem, & ad annotata ibidem remitto. De tempore, quo Guthlacus floruit, egimus in Commentario num.* 17.

g *Luxatam phraſim ſic reſtitue*: contra oſtium domûs extenſa eſt.

h Cùm adoleſcentiæ vires increviſſent, *habet ejus biographus Felix.*

i *Capgravius perperam habet*, divertere. *Porrò ejuſmodi minutias impoſterum inobſervatas relinquam.*

k *Apud Capgravium eſt* Repyngdonam, *in Vita S. Guthlaci* Ripadum *dicitur, Anglicè* Reppington; *eratque monaſterium virorum & ſanctimonialium feminarum, teſte Lelando ibidem in Annotatis ad cap.* 1, *lit.* o *laudato, ubi de eo loco plura reperies.*

C l *In laudata S. Guthlaci Vita cap.* 2, *num.* 15 *duos pueros duxiſſe dicitur, cùm ad eremum Croylandiæ ſecederet, ſed eorumdem nomina reticentur; quare neſcio, unde didicerit compilator noſter, unum ex hiſce fuiſſe* Bertellinum. *Non obſtat tamen, quòd in eodem capite, num.* 21 *dicatur* Beccelinus clericus *fuiſſe*, qui ſeipſum famulum fieri tanti viri ſponte obtulit; *per* pueros *enim* miniſtros *ſeu* diſcipulos *potuit deſignare: imò verò cùm* Beccelinus *ibi ſtatim compareat, credibile eſt, quòd hîc ſcribit biographus noſter.*

m *Sita eſt Croylandia in Orientali olim Merciorum ditione; nunc Lincolnienſi comitatui adſcripta eſt. De ejuſdem loci ſitu ac genio pluribus agit laudatus S. Guthlaci biographus cap.* 2, *& Cambdenus in ſua Britannia, pag.* 398 *&* ſeq., *ubi de Lincolnienſi comitatu tractat.*

n Circumiviſſe *mutuatus ſum ex editione Capgravii; in Ms. enim noſtro perperam legitur*, caruiſſe.

o Voluptatis *hîc melius abeſt in laudata editione.*

p *In Guthlaci Vita legitur* lutulentâ.

q *Lege* ut ... cogeretur.

r *Vitam* S. Pegæ *iluſtravimus ad diem* 8 *Januarii; de eadem crebrò fit mentio in S. Guthlaci Actis, & in hiſce etiam recurret.* A. ANONYMO.

s *In Analectis, quæ Vitæ Guthlaci apud nos adjecta ſunt, pag.* 50 *num.* 2 Egbertus ſecretorum ejus (*Guthlaci*) præ ceteris conſcius *fuiſſe, ibidemque poſt hujus obitum non longè ab oratorio in cellula habitâſſe legitur. Vide dicta in Commentario num.* 8.

t *Feriâ quartâ poſt Paſcha*, anno ab Incarnatione Domini noſtri ſeptingenteſimo quinto decimo, *ait Felix in Vita ſæpe laudata cap.* 5, *id eſt die* XI *Aprilis, annoque æræ vulgaris* 715; *ſcilicet quia Felix ab ipſa Verbi Incarnatione, ſeu novem menſibus ante vulgatam æram annos numerabat, quemadmodum ibidem in Annotatis litt.* c *&* d *obſervatum eſt.*

u *Quæ à num.* 3 *hucuſque narravit, hauſta ſunt ex S. Guthlaci Vita; quæ ſequuntur ex proprio, ut apparet, penu deprompſit.*

CAPUT II.

E

Seceſſus in eremum Staffordienſem, mors, ſepultura, miraculum.

Eremum ignotus à patre obtinet, quo mortuo a

SAnctus denique Bertellinus gloriam reſpuens omninò temporalem, regem patrem ſuum adiit *a*, & inſulam quandam illis diebus valde deſertam ab eo eremiticè habitandam petivit. O quàm mira Filii religio, qui patris ſe viſioni, ſed non cognitioni, oſtendit. Annuit rex ejus petitioni, brevemque conceſſit inſulam, ab antiquis Bethney nominatam, à modernis verò Stafford *b*, cui largam libentiùs dediſſet regionem. Quo nobilis Eremita pœnitendo diu laboravit, ſpiritualiterque triumphando multis coruſcavit miraculis. Rege quidem venerabilis eremitæ Bertellini patre univerſæ carnis metas naturaliter tranſgreſſo, facta eſt perſecutio magna in partibus illis, & immenſa auctoritate virium regalium alienus regni illius ſuſcepit domi- F
nium: qui cùm vidit Dei famulum Bertellinum in amœnitate loci delectabiliter habitantem, ipſum propoſuit ejicere, in hoc tamen parcendo religioni, quòd ei non viribus regiis, ſed curiali inſurrexit rigore *c*. Bertellino quidem in neceſſitatis urgentia parentum & amicorum ſuorum quærente ſuffragium, non parentes ſed diffidentes, non conſolatorios, ſed potiùs adverſarios invenit, ſedentes cum principibus in occultis, ut deſtruerent innocentem, juxta illud Salomonis: Proximo ſuo pauper odioſus eſt; amici verò divitum multi. Quippe parentelæ ſuæ iniquam degeneranti ſententiam tenacis intulit maledictionis, quæ non tantùm in quarta vel quinta generatione, ſed uſque in hodiernum diem manifeſtis patet ſignaculis *d*. O quanta religionis ſuæ mirabilis fœcunditas, qui in curia regis apparens reſponſurus, jura celando hæreditaria, jus allegavit donationis.

b

c

d

eam duella defenſare coacto e

9 Lite tandem deducta, partes in duellica reſtiterunt determinatione *e*. O quanta mundi iniquitas! regia poteſtate pugilibus abundante, pauperi in Chriſto & humili non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. Bertellinus itaque

A. ANONYMO. itaque plenus gratiâ & fortitudine, proſtravit ſe in oratione, dicens: Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina; Domine Deus meus, in te ſperavi, ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me. Extraneus factus ſum fratribus meis, & non eſt, qui conſoletur me; libera me & pone me juxta te, & cujuſvis manus pugnet contra me. Oratione finita, audivit quandam vocem dicentem Bertellino: Chriſti chare noli timere: exaudivit Dominus deprecationem tuam, Dominus orationem tuam ſuſcepit.

apparet angelus, 10 Mane autem facto jactans ſuper eum curam ſuam, qui non dabit in æternum fluctuationem juſto, obviavit cuidam homunculo, quem meliùs appellarem fortitudinem archangelicam, ut patebit in ſequentibus, cumaulo & edentulo *f* Bertellinum ſalutanti & dicenti: Domine, ecce in nomine Patris & Filii & Spiritûs ſancti, veſtri juris præſtò ſum defenſioni. Bertellinus verò gratiâ confortatus divinâ, ſciens quod ſpiritus, ubi vult ſpirat, pro parvitate corporis non diffidens, ſed memorans, qualiter puer David non corporis potentiâ, ſed pneumatis *g* gratiâ decem millia percuſſit Philiſtinorum: nec iſtud philoſophicum tradens oblivioni: Corporis exigui vires contemnere noli: reſpondit ei, dicens: Amice, omnipotente gratiâ Chriſti bene veniſti. Beatus verò Bertellinus, Jeſu Chriſti famulus, nuncium Dei diligenter ſuſcepit, gratias agens Deo. Tempore verò ſtatuto ipſum in locum duelli produxit: & reſpicientes turbæ viderunt quemdam Æthiope nigriorem, gigante terribiliorem, dentibus ſtridentem, & ad pugnandum ferientem.

f g B

qui ejus loco adverſarium ſuperat: Bertellino ſua reſtituuntur: h 11 Nuncius verò Dei, corpore homunculus, ſpiritu archangelus, hilari vultu inſultantem præſtolabatur. Gigas verò horribilis rugitu proſiliens leonino, aſſultus minabatur impaſſibiles *h*: ſed Dei nuncius imperterritus, non quaſi arte pugillatoria, ſed virium infinitâ potentiâ, divina favente gratiâ immunis, maximum decenter tenuit, pedibus proſtratum, clamantem, & voce magna dicentem: Bertelline ſerve Dei miſerere mei. Quo viſo circumſtantes ſi univerſi mirantur, non miretur, dum immunis * maximum virtutis potentiâ tenuit devinctum: nec eſt aliquis adeo veſani capitis inventus, quin illud divinum reputaret miraculum. Unde omnes, qui ibi aderant, exceptis Bertellini parentibus, pedibus ejus proſtrati, dixerunt: Peccavimus; injuſtè egimus, iniquitatem fecimus: Pater ſancte, noſtri miſerere. Beatiſſimo igitur Bertellino venerabiliter à rege ſuſcepto, cuncta, quæ erant priùs confiſcata *i*, juſſu ejuſdem regis Viro ſunt reſtituta. Omnes itaque viri ac mulieres totius provinciæ Deum timentes, beatum Bertellinum tamquam patrem ſuum ſpiritualem in vita ſua venerantes, in omnibus dilexerunt.

* *forè minimus* C

moritur & miraculis coruſcat: k 12 Sanctus verò Dei, gloriam & honorem timens temporalem, abiit in deſertis montibus vagans, ut nemoriſta *k*, ubi jejuniis & orationibus vacans, atque vigiliis multis Deo deſerviens, vanitatemque mundi ſpernens, vitam finivit v Idus Septembris *l*. Hic Servus eſt ille, quem Dominus vigilantem invenit, cui tradidit quinque talenta, & lucratus eſt alia quinque, & intravit in regnum Domini ſui: quod Dominus noſter in vita ſua mirabiliter monſtravit, & poſt obitum ſuum valdè mirabiliùs crebris coruſcantibus miraculis, locum quem nunc *m* Staford vocant: quia claudis greſſum, mutis loquelam, ſurdis auditum, cæcis viſum, & aliis languoribus, amore beati Bertellini, donec quidam in eccleſia ſua commiſerat homicidium, Dominus cupitam præſtitit ſanitatem. D

cæcus illuminatur. n 13 Erat enim in villa Stafford homo quidam nomine Willmot, cortuarii *n* utens arte; hic homo multis annis, ferè XVI, ſuorum viſu caruit oculorum; ita quòd non potuit de domo ſua recedere ſine duce prævio. Tandem multis elapſis annis ductus ad eccleſiam S. Bertellini, in ipſa villa Stafford, causâ recuperandæ ſanitatis, & flexis in oratione genibus coram altari S. Bertellini, dum ſacerdos, tunc Joannes Croſtiis appellatus, in Miſſa Euchariſtiam obtulit ſummo Patri, præfatus cæcus, tunc viſui reſtitutus, vidit primò illud venerabile Sacramentum, ſummo Deo gratias agens, qui ob amorem beati Bertellini antiqua miracula renovaverat. Factum eſt hoc miraculum anno Domini MCCCLXXXVI *o*. Oremus igitur omnes ſummæ Beatitudinis clementiam, ut ad incrementum honoris beati Bertellini confeſſoris, & fidei ſpeique noſtræ confirmationem, merita ſua ſolitis nobis manifeſtare dignetur miraculis, ut omnes eum venerantes corde devoto, corporalem ſpiritualemque mereantur ſuſcipere ſanitatem, ac de quacunque tribulatione, ipſius implorantes auxilium, meritis ejus & interceſſione petitionis ſuæ ſalutarem conſequantur effectum, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto. Amen. o E

ANNOTATA.

a *Quid de tota hac hiſtoria, quæ ſubjungitur, cenſendum ſit, conſule Commentarium num.* 7 *& ſequentibus.*

b *De hoc comitatu ſic ſcribit Camdenus:* Tertia Cornaviorum regio, nunc Stafford-shire, .. cujus incolæ Bedæ, quia Angliam mediam inhabitârunt, Angli Mediterranei vocantur, ab Ortiva plaga Warwicenſibus & Derbienſibus, à Meridie Wigornienſibus, ab Occidua Salopienſibus præcincta, quaſi rhombi forma ab Auſtro in Septentriones procedit, medio latior, & extremis ſe anguſtantibus.

c *Id eſt, non vi ſatellitum, ſed lite intentata expellere aggreſſus eſt.* F

d *Quibus? Putem id ipſi latuiſſe ſcriptori, cujus merum figmentum arbitror hanc imprecationem.*

e *Id eſt, decretum eſt, ut Sanctus duello ſuæ jura tueretur. Fuit quidem olim in uſu hic litem duello terminandi modus, qui poſtmodum optimo ſanè jure improbatus eſt: verùm ego* S. Bertellinum *eremo ſuæ tam addictum numquam credidero, quin maluiſſet loco cedere, quàm pro eo in duello certare. Nec minùs incredibile mihi eſt, angelum haſce pro* Bertellino *partes ſubiiſſe.*

f *Apud Capgravium legitur*, cum auli & bidentili: *utraque lectio vitioſa eſt. Quidſi* cum aureo bidente *ſubſtituamus? Imò totam potiùs eradamus fabulam.*

g *Vox Græca πνεῦμα Latinè* ſpiritum *ſonat.*

h *Id eſt, qui ſuſtineri non poſſe videbantur.*

i *Id eſt, fiſco addicta.*

k *Vagum nemoris incolam denotat.*

l *Ex hoc loco videtur Molanus, quique eum ſecuti ſunt*, Bertellinum *huic diei adſcripſiſſe: unde tamen didicerit biographus, eum tum obiiſſe,*

A *biisse, ignoro. Fortè sua ætate eo die sacris Fastis inscriptum reperit.*

m *Capgravius habet:* moderni. *Porrò phrasis utrobique manca est, nisi* illustravit, *aut simile quid, addatur.*

n *Ita etiam est apud Capgravium: fortè legendum* coctuarii, *quæ vox aliquoties pro* coquo *à deterioris ævi scriptoribus usurpata est.*

o *Hinc disce ætatem auctoris, si uni eidemque tota Vita tribuenda est. Adi Commentarium à num.* 4. A. ANONYMO.

DE S. TUTIO SEU TUCIO EREMITA

IN TERRITORIO AQUILANO IN ITALIA

SYLLOGE. C. S.

Cultus ex Ferrario:

Nnotuit nobis Sanctus hic ex Philippo Ferrario, qui in Catalogo Sanctorum Italiæ ad præsentem diem sic habet: Tutius, sive Tucius, eremita in territorio Aquilano, in monte vi-

B tam solitariam degebat, Innocentio IV Pont. Maximo; quo tempore B. Peregrinus in ea loca venit; quem etiam hospitio excepit, cùm per somnium, quis esset, divinitus accepisset. Cúmque post S. Peregrini necem aliquamdiu in ea solitudine vixisset, denique assiduis vigiliis confectus, claruſque miraculis ad præmium in cælum evolavit v Idus Septembris: quâ die ejus memoria in ecclesia Aquilana quotannis celebratur. *Subdit, se hæc deprompsisse ex Tabulis ejusdem ecclesiæ Aquilanæ: in Annotatis verò ait:* De eo in Vita S. Peregrini martyris, de quo ad diem XVIII Novembris agitur, mentio habetur. Acta præcipua, miraculaque illius minimè vidimus, sive quòd non extent, sive injuriâ eorum, à quibus ea postulavimus. *Horum primum mihi verisimilius apparet, cùm nec ego de Sancto illo quidquam præter dicta reperire potuerim.*

2 *Est quidem ad manum mihi Ms. quoddam, in cujus fronte inscriptum legitur:* Sancti & Beati civitatis ac diœcesis Aquilanæ minùs noti; *verùm inter Vitas, quas omnes Italico idiomate scriptas continet,* S. Tutii *vel* Tucii *nulla est. Exstat tamen inter eas Vita S. Peregrini, quæ ipsissima videtur, quam citat Ferrarius tam hic quàm ad* XVIII *Novembris in Peregrino. Posteriori autem loco meritò monet, eam correctione egêre. Examinari illa poterit ad dictam Novembris diem & haud dubiè rejicietur. Porrò quæ in hac de Sancto nostro narrantur, ex Ferrario jam retulimus; de cultu verò ibidem leguntur sequentia, sed verbis Italicis:* Multis clarus miraculis in Sanctorum album relatus est: festum ipsius celebratur IX Novembris, ejusque ossa in collegiata & parœciali ecclesia S. Marci in civitate Aquilana servantur: ad cujus Sancti festum recolendum Bonifacius VIII felicis memoriæ solemnissimas indulgentias in prædicta ecclesia concessit. *Ex errore scribentis* Novembris *pro* Septembris *exaratum puto, cùm Ferrarius in utroque Catalogo ex tabulis Aquilanis* Septembrem *assignet; atque hic error eò facilius potuit irrepere, quòd vox illa per abbreviationem* 9bre *scripta sit. Ceterùm quo tempore* S. Tutius *vixerit, ignotum mihi est. In citata S. Peregrini Vita vixisse debuit tempore Caroli Magni & Innocentii IX (apud Ferrarium legitur Innocentii IV, Pontificis, adeoque seculo* VIII *vel* IX, *quo Carolus Magnus floruit, & seculo* XIII, *quo Pontificatu functus est Innocentius IV; imò* XVI, *si cum Ms. nostro legendum sit Innocentius IX. Hæc, ut liquet, minimè cohærent: quo autem ex his seculis, quove alio intermedio vixerit, convixeritve S. Peregrino divinare non placet. Quamvis autem fabulosâ Vitâ hac in parte stare non possimus, cultus tamen* S. Tutii *tam ex hac, quàm ex Ferrarii Catalogis satis certus apparet.*

Gesta ignota.

C

E

F

DE S. ONNENO CONFESSORE

ORDINIS S. BENEDICTI, UT CREDITUR,

IN DIOECESI MACLOVIENSI BRITANNIÆ ARMORICÆ J. S.

Astellanus in Martyrologio universali ad hunc diem annuntiat S. Onnenum (*Gallicè* Onnein) *aliis scriptoribus, quos quidem consului, prorsus ignotum. Verba ipsius Latinè reddo:* In diœcesi Maclovienſi, S. Onneni monachi abbatiæ S. Mevenni. Exstat ecclesia S. Onneni prope vicum Cossé. *Abbatia S. Mevenni (vulgo* Saint Main *aut* Saint Méen de Gael) *etiamnum existit in Britannia Armorica. Porrò cùm asserta Castellani confirmare & amplificare cuperem, nec quidquam invenirem apud scriptores; eruditum aliquem Maclovienſem per amicos consulendum curavi. Hic autem ex ore Religiosi, qui præest seminario* S. Meven-

AUCTORE J. S. ni, *hæc tantùm communicavit. Primò certum eſt, inquit, coli Sanctum aliquem* Onnenum, *vicumque eſſe illius nominis, diſtantem uno milliari Gallico ab abbatia* S. Mevenni; *at nec ullo alio loco in diœceſi Maclovienſi* S. Onnenum *coli, ne quidem in abbatia S. Mevenni. Secundò exſtat etiam vicus Coſſé in Britannia Armorica, ſed valde diſſitus eſt à vico* S. Onneni. *Tertiò nec Vita ulla, nec Officium, nec aliquid de geſtis illius Sancti invenitur.* Creditur, ſed ſine idoneo fundamento, S. Onnenus fuiſſe monachus abbatiæ S. Mevenni. Id miror ob hanc credulitatem, nullum iſtius Sancti feſtum in prædicta abbatia celebrari, *ait laudatus adjutor. Hactenus ex notitia Maclovio accepta, cui plura addenda non habeo.* D

DE S. WILFRIDA VEL VULFRIDE ABBATISSA WILTONIENSI

IN ANGLIA

C. S. COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Sanctæ variis nominibus appellatæ, & in duas perperam B distractæ, memoria in Martyrologiis; cultus antiquus: Acta rejecta. E

SUB FIN. SEC. X, VEL INIT. XI. *Sanctæ nomen variè ſcriptum,*

INter *abbatiſſas, quas olim Anglia genuit aluitque, hâc die Martyrologio Anglicano Joannis Wilſonii, prioris editionis, ſive anni* 1608 *inſcripta legitur* S. Wulfhildis, *quæ in ejuſdem iterata editione ad diem* XXXI *Maii relata eſt. Eamdem & alii Faſti commemorant; ſed ad varios pariter dies, & flexo nonnihil nomine,* Wulfhildem, Wilfridam, Wilfredam & Wulfrudam *appellant. Nec minùs variant Angli ſcriptores, qui de ea meminerunt: ab his enim modò* Wulftritha, Wlftritha, Wilfritha, *modò* Wulftrudis, Wulfrida, Wlfrida & Wolfhilda *nominatur. Hovedenus in Annalibus ad annum* 964 *eamdem* Elfthritham *perperam nuncupavit, ex memoriæ fortè lapſu nomen* Elfthrithæ, *quam paulò antè Edgari regis uxorem dixerat, hîc repetens. Porrò ego Malmesburienſem & Weſtmonaſterienſem ſecutus, quibus noſtra* Wlfritha Wlfrida & Wilfrith *dicitur, eam* Wilfridam *appellabo. De loco etiam ſeu cultûs, ſeu obitûs inter martyrologos non convenit: nam alii eam in Berkingenſi, olim nobili Virginum in Eſſexia monaſterio, alii in Wiltonienſi cognominis provinciæ parthenone cultam fuiſſe affirmant. Nonnulli denique virginitatis lauream ipſi adſcribunt, quam alii ſilent, alii malunt diſertè negare. Singula ſuis locis examinabimus, poſtquam ipſius cultum ſtabilierimus.*

C

In Martyrologiis:

2 *Laudatus Wilſonius pro gemina Martyrologii editione geminum* Wulfhildis *ſeu* Wilfridæ *elogium recenſet, alterum ad diem* IX *Septembris, ad* XXXI *Maii alterum, ut jam monuimus: hoc poſterius, ab auctore recognitum, huc ſolum transferò, per decurſum obſervaturus, ſi quid in altero præterea annotatione dignum occurrerit. Verba itaque ex Anglico Latinè verſa accipe:* Berckingæ in Eſſexia depoſitio S. Wulfhildis virginis & abbatiſſæ, filiæ Wulfhelmi, comitis inter Occidentales Saxones, quæ primò facta eſt religioſa in Wiltonia; poſtmodum verò in Dorceſtria ex bonis propriis & ſubſidio S. Edgari regis monaſterium condens in Horton, ipſi ab eodem præfecta eſt, nec diu pòſt etiam Berkingenſis in Eſſexia cœnobii abbatiſſa electa eſt. Quæ duo monaſteria magna cum prudentia & ſanctimonia direxit uſque ad ſupremum vitæ diem, quem plenum miraculis attigit circa annum Chriſti CMLXXX; ſepultaque eſt Berckingæ; cujus ſacrum corpus trigeſimo poſt obitum anno effoſſum, repertum eſt tam illæſum & integrum cum omnibus veſtibus, quaſi mox modò humatum fuiſſet; ubi etiam ad noſtram uſque ætatem magno cum honore & veneratione ſervatum eſt. *Quid ex hoc elogio admittendum rejiciendumque ſit, infrà diſcutiemus.*

modò in duas

3 *Idem Wilſonius in priori editione ejuſdem Martyrologii ad diem* XXII *Julii* Wilfredam, *velut ab altera diverſam annuntiat.* Wintoniæ, *inquit,* in Hantonia, commemoratio B. Wilfredæ reginæ & abbatiſſæ, conjugis S. Edgari regis & matris S. Edithæ virginis, quæ à pueritia apud religioſam fæminam in monaſterio Wintonienſi educata, deinde verò regi Edgaro nupta, vana mundi bona poſt mariti mortem contemnens, prædictum monaſterium ingreſſa eſt, eidemque abbatiſſa præfecta eſt; ubi in eximia vitæ ſanctimonia animam ſuam cæleſti Sponſo reddidit circa annum CMLXXXVII, ubi & corpus ejus ſepultum, magnoque in honore ac veneratione ad noſtra uſque tempora ſervatum eſt. *Hallucinatus eſt hîc Wilſonius primò, dum* Wilfridam *hanc à* Wulfhilde, *quam in eodem Martyrologio ad diem* IX *Septembris retulit, diſtinctam credidit, & hanc virginem, illam S. Edgari regis viduam, ſanctaque Edithæ matrem cenſuit. Hunc errorem ſuum in poſteriori editione partim correxit, dum prætermiſſâ* Wilfridâ *ſolam* Wulfhildem *recenſuit; partim retinuit, dum eamdem* Wulfhildem *virginem appellavit, quæ non quidem Edgari conjux aut vidua, ſed tamen S. Edithæ per eumdem regem mater dicenda erat, quemadmodum ex ſequentibus patebit. Hallucinatus eſt ſecundò, dum eam Wintoniæ* F

A *toniæ* (Winchester) *in Hantonia monacham factam, ibidemque ipsius corpus sepultum scribit, cùm ipsa Wiltonienſem parthenonem, Anglicè* Wilton *in cognomine comitatu Wiltonia ſeu* Wilshire, *tam vitâ monaſticâ quàm ſepulturâ illuſtrârit, quemadmodum oſtendemus.*

malè diſtracta, modò ut una eademque,

4 *Wilſonium partim ſecutus Philippus Ferrarius, in Catalogo generali ad* XXII *Julii ita habet:* In Anglia, S. Vuilfredæ, reginæ & abbatiſſæ: *ad* IX *verò Septembris ſic:* In Anglia S. Vuelfredæ, virginis & abbatiſſæ. *Horum quoque exemplo Arturus in Gynæceo ad memoratum Julii diem ait:* In Anglia, S. Wilfredæ, reginæ & abbatiſſæ Ordinis Benedictini, quæ induta pro regali chlamyde, vili ſchemate, monaſtica in humilitate, abſtinentia, perpetuaque Chriſti ſervitute ac ſui aſſiduo contemptu, vitam admirabilem conſummavit. *Deinde ad* IX *pariter Septembris:* In Anglia, S. Welfredæ, virginis abbatiſſæ ejuſdem Ordinis (*S. Benedicti,*) quæ contempto ſæculo, conculcato diabolo, ſingulare ſubditis exemplum pietatis, patientiæ, fortitudinis & perſeverantiæ reliquit.

B *Denique die* XIV *ejuſdem menſis Septembris, ad quam in Annotatis ad* XXII *Julii lectorem remiſerat, de* Wilfrida, *quam obſervat etiam* Wulfrudam *appellari, rurſum meminit his verbis:* Wiltoniæ in Anglia, commemoratio S. Wilfridæ abbatiſſæ Benedictinæ, vitæ meritis conſpicuæ. *Porrò hanc poſteriorem commemorationem cultûſque locum didicit Arturus ex Eduardo Maihewo in Trophæis Benedictinis Congregationis Anglicanæ ad eumdem diem.*

ad varios dies

5 *At Hugo Menardus in Martyrologio Benedictino eam ad* XIII *Septembris retulit, ſic ſcribens:* Wiltoniæ in Anglia, ſanctæ Wilfridæ abbatiſſæ: *cur autem id faciat, neſcio; in Obſervationibus enim Maihewum laudat, qui de ea primùm die poſtera agit, ut dictum eſt. Menardi veſtigiis inſtitit Gabriel Bucelinus in Menologio pariter Benedictino, ubi ad eumdem diem Sanctæ elogium reliquis huc uſque allatis purius texit in hunc modum:* Wiltoniæ in Anglia, S. Wilfridæ abbatiſſæ. Wilfridæ necdum Deo conſecratæ vim intulit Edgarus rex Angliæ, quam mortua conjuge, in conſortium thori plurimùm exambivit: ſed illa generoſiſſimo contemptu, potentiſſimi ſuique amantiſſimi regis contemptis nuptiis, & omni regni ac regiæ pompâ irriſâ, ad Wiltonienſe confugiens cœnobium, cucullum purpuræ prætulit, totamque ſe regum Regis obſequio conſecravit; ubi tantâ deinceps ſacri profectûs deſudavit contentione, ut cæteras virtutibus tranſgreſſa, iiſdem abbatiſſa præfecta ſit, & ob perfectionis ſublimitatem, Sanctorum poſt mortem albo adſcribi meruerit. *Similia habet laudatus Menardus in Obſervationibus; ſed de his poſtea.*

C

memoratur: cur de ea hodie agamus.

6 *Denique antequam Martyrologiorum annuntiationibus recenſendis finem imponam, duo adjungo, in quibus ad* IX *Septembris ſanctæ Abbatiſſæ noſtræ memoria celebratur. Primum eſt codex Uſuardinus auctus Altempſianus, ex quo Henſchenius noſter ac Papebrochius variantes lectiones ſive auctaria olim Romæ excerpſerunt, quemque horum poſterior in Anglia auctum cenſuit; Sollerius verò quondam eccleſiæ Winionienſis in eodem regno fuiſſe, obſervavit in Præfatione ad Uſuardi Martyrologium pag.* LXIII. *Ex hoc igitur codice apud Sollerium mox laudatum inter auctaria ad diem* IX *Septembris ſic legitur:* Monaſterio Berkingenſi, ſanctæ Wilfidæ abbatiſſæ. *Alterum eſt Martyrologium univerſale Caſtellani, in quo ad eumdem diem, dicitur:* Item in Anglia S. Vulfildis, virginis, abbatiſſæ. *In Vita quoque fabuloſa, quam habemus, dicitur Sancta prædixiſſe,* ſe in Vigilia S. Ethelwoldi epiſcopi, hoc eſt, quinto Idus Septembris ab hac luce ad Dominum migraturam. *Ceterùm quis ex omnibus his martyrologis* S. Wilfridæ *emortualem aut feſtam lucem rectiùs aſſignaverit, incompertum mihi eſt: attamen cùm Majores mei in Prætermiſſis ad* XXXI *Maii eam ad præſentem Septembris diem diſtulerint, cenſui de eadem cum codice Altempſiano, Martyrologio Wilſonii Anglicano antiquiore, Caſtellano ceteriſque, ad hunc diem agere, paucaque, quæ de illius geſtis novimus, ſtudioſo lectori exhibere.*

AUCTORE C. S.

Sanctæ titulus antiquitus ipſi adſcriptus:

7 *De cultu ejus præter recenſitas Faſtorum commemorationes pauca habemus. Guilielmus Malmesburienſis, ſeculi* XII *ſcriptor, lib.* 2 *de Geſtis pontificum Anglorum poſtquam de S. Editha in Wiltonienſi cœnobio ſepultura egit, ita proſequitur:* Jacet in eadem eccleſia mater ejus Wilfrith . . . , ſanctaque pro vero aſſeritur & celebratur. *Rogerus quoque Hovedenus, qui ſeculo* XIII *floruit eam* Sanctæ *titulo condecorat, dum in Annalibus ad annum* 964 *ait:* Rex Anglorum pacificus Eadgarus . . . de ſancta Elfthritha virginem Deo devotiſſimam Editham *ſuſcepit. Hinc liquet,* Wilfridam *ſeculo* XII *&* XIII Sanctæ *titulo jam gaviſam fuiſſe, quem ipſi etiam poſteriores hiſtoriographi conſervârunt. Unum hîc addo Nicolai Harpsfeldii, archidiaconi Cantuarienſis teſtimonium ex ejuſdem Hiſtoria eccleſiaſtica Anglicana, ſeculo* X, *cap.* X, *ubi hæc leguntur:* Wilfridam rex Edgarus per vim, ut diximus, ſtupravit: quæ poſtea non modò corpus ſuum integrum & incontaminatum conſervavit, ſed & tam ſeverè atque ſanctè vitam apud virgines ſacras Wiltoniæ (quibus & præfuit) traduxit, ut inter cœleſtium choros poſt obitum, ab omni poſteritate adſcripta cenſeatur.

D

antiphona & oratio de eadem.

8 *Exſtant in Muſeo noſtro varia Mss. ad Angliæ, Scotiæ & Hiberniæ Sanctos ſpectantia, ſub involucro* ✠ Ms. 167, *& inter hæc Ms. unum, exhibens collectas & antiphonas de Sanctis variis, ex quodam Breviario vel Antiphonario Anglicano, ut conjicere licet, excerptas: inter ceteras autem de* S. Wilfhilde *ſeu* Wlfhilda *ſequens antiphona & oratio præſcribitur:* Auge nobis, Jeſu Chriſte, benedictionem gratiæ tuæ per merita Wilfhildis tuæ dilectæ, per cujus charitatem tantum miraculum dignatus es declarare, ut omnibus hoſpitibus ſatiatis, liquor priori plenitudine reperiretur. ℣. Pretioſa Anglorum gemma Wlfhilda pro noſtris criminibus interpella. *Oratio.* Deus caſtitatis amator, & continentiæ conſervator, qui pro pudicitia tribuiſti beatæ Wlfhildæ ſanctitatem, pro bonis operibus gloriam, concede nobis, quæſumus, ejus ſanctis meritis, ut apertis januis regni cæleſtis ſummo Regi cum oleo lætitiæ mereamur obviare. Per Dominum. *Denique quæ Wilſonius in Martyrologio ſcribit de veneratione ſacri ipſius corporis ad ſuam uſque ætatem perſeverante, conſtantem ſanctæ Abbatiſſæ noſtræ cultum confirmant.*

E

F

Acta, quæ habemus, fabuloſa

9 *Acta* S. Wlfhildis virginis & abbatiſſæ *edidit Capgravius in Legenda Sanctorum Angliæ, à folio* 226 *verſo, eademque nos habemus ex Ms. Rubeæ Vallis, in quo* Wolfhildis virgo & abbatiſſa *ſcribitur. Auctorem nullum præferunt;*

AUCTORE C. S.

at quisquis is fuerit, fabulator fuit & nugivendulus, atque adeo omni fide preloque indignus. Cùm tamen suspicer ex hoc fonte eum quorumdum errorem manâsse, quo gemina hujus nominis sancta Abbatissa, altera virgo regina altera, S. Edgari regis conjux recensetur, juverit aliqua ex his Actis delibâsse, ut dispiciat lector, quantum huic biographo fidei prudenter tribuendum sit. In ipso elucubrationis suæ limine genealogiam Sanctæ ex aquilæ nido, non minus ridiculè quam fidenter repetit in hunc modum:

* *Capgrav.* Alfredus

Wolfredus * rex West-Saxonum sylvam quandam venandi gratiâ vice quádam adiit, & vocem parvuli vagientis in arbore audivit, & à venatorum turba, quidnam hoc foret, diligenter inquiri fecit. Invenerunt autem in summitate arboris in nido aquilæ infantem elegantem, formâ conspicuum, habentem in corpore notam, quasi regnificum signum purpureo pallio involutum, in brachiis gemellas armillas aureas, nobilitatis indicium, præferentem: quem rex baptizari fecit, & à nido Nestingum vocans, nobiliter educatum in comitem provexit.

B *ostenduntur,*

10 Hic genuit Witburdingum, qui genuit Wulfhelinum, qui ex uxore sua liberos procreans (*id est postquam procreâsset,*) unà cum conjuge sua decem & octo annis usque ad provectam ætatem cælibem vitam duxit. Angelus autem Domini tandem trina visione utrumque hortatus est, ut convenirent, quia jam castieri ævo Christo Sponsam generarent, & de cetero propositum conservarent. Fiunt itaque certiores alterutro testimonio, nec rebellare audent tam evidenti cælesti edocti imperio, trina admonitione probato. Nata igitur infantula & Wolfhildis nuncupata est, ablactataque virginibus Wintoniæ traditur educanda *Quis non rideat insulsum fabulatorem, qui aniles fabulas pro vero eventu velut ex tripode pronuntiat?*

& ut prelo indigna rejiciuntur.

11 *Porrò nonnulli sunt, qui Vitam Sanctæ Ms auctore Roberto Bucklando laudent, qui ignotus mihi est, nisi idem sit cum eo, quem Joannes Pitseus in Relationibus historicis* Radulphum Bucklandum *appellat & seculo* XVII *floruisse statuit, de monumentis ipsius litterariis inter cetera scribens:* Transtuliisse etiam dicitur Anglicè omnes Surii tomos de Vitis Sanctorum & prælo obtuliisse. *An verò Ms. Vita nostra Bucklandum auctorem habeat, necne incertum est: verùm si hic ille sit, cujus Pitseus meminit, nihil interest, huicne an alteri eam adscribamus; cùm Vitæ alioquin vitiosæ auctoritatem addere nequeat scriptor, qui sexcentis annis post* Wilfridam *floruit. Fabulosam igitur Vitam statui non edere, sed ejus loco certiora, licèt pauca, ex probatis auctoribus collecta studioso lectori exhibere. Quia tamen nonnulli martyrologi à fabulatore illo, ut jam monui, in errorem deducti sunt, hinc inde necesse erit ipsius figmenta refutare, ne perperam rejecisse videamur.*

C

D

§ II. Vitæ compendium ex variis: biographi & quorumdam martyrologorum error correctus: Edgari pœnitentia: Edithæ sanctitas.

Ex nobilibus parentibus nata

Quamquam nemo ex antiquioribus Angliæ scriptoribus Vitam S. Wilfridæ *ex professo concinnaverit, nonnulla tamen aliorum Sanctorum gestis hinc inde immixta reperio, quæ breve quoddam ipsius Vitæ compendium exhibent. In primis eam ex illustri apud Anglos sanguine prognatam esse, tradunt S. Dunstani archiepiscopi Cantuariensis & S. Edithæ virginis sanctimonialis biographi. Horum primus, qui monachus Cantuariensis,* Osbertus *nomine, & seculi* XII *scriptor fuisse creditur, apud Surium ad diem* XIX *Maii editus,* Wilfridam *tacito tamen nomine,* de nobilibus Anglorum natam *ait. Alterum Mabillonius in Observationibus præviis ad Vitam S. Eadgithæ seu Edithæ, seculo* V *Benedictino, pag.* 636, *opinatur fuisse* Gottelinum *seu* Goscelinum, *qui seculo* XI *floruisse dicitur tom.* I *Februarii, pag.* 384, *num.* 2, *ubi etiam plura de eo lector reperiet. Hic verò apud laudatum Mabillonium sanctam Abbatissam nostram regii ducis filiam appellat, ut mox videbimus. Parentum nomina nec citati nec alii antiqui scriptores edisserunt; quare nescio, unde biographus didicerit ea, quæ in fabulosa genealogia num.* 9 *&* 10 *recitat.*

F

educatur in monasterio Wiltoniensi.

13 *De teneris Sanctæ annis, rebusque in iis usque ad ætatem nubilem gestis, nihil memoriæ proditum reperi. Biographus eam, ut ab lactata fuit, Wiltonienſibus sacris virginibus educandam traditam fuisse scripsit: quod quidem ab illius seculi more non abhorret, imò ex dicendis constabit, eam ibidem inter prædictas moniales habitâsse, dum ab Edgaro Angliæ rege damnum virginitatis passa & ad regalis tori consortium invitata est. Ad eumdem parthenonem postmodum regressa, sacrum velamen regio diademati & monasticæ vitæ observantias aulæ deliciis generoso animo prætulit, ibidemque reliquis præfecta est. Hujus loci situm breviter indicat Guilielmus Malmesburiensis lib.* 2 *de Gestis pontificum Anglorum, sic scribens:* Wiltonense cœnobium beata Editha, filia regis Edgari, sedem ossium suorum dulcibus exuviis ornat, amore fovet. Wiltuna est vicus non exiguus supra Wile fluvium positus, tantæ celebritatis, ut totus pagus ab eo vocetur. *Paulò prolixiùs de eodem vico agit Guilielmus Camdenus in descriptione Wiltoniæ pag.* 179, *ubi illum ad duorum amnium* Willeybourn *&* Nadderi *confluentem, duobus cum dimidio, si accurata sit tabula, quam præmittit, milliaribus Sarisberiâ dissitum collocat, ibidemque de memorato cœnobio meminit, ac denique de ejusdem ruinis subdit:* Paulatim quasi contabuit, & nunc tantùm tenuis quasi viculus, Majore tantummodò pro magistratu summo, & elegantissimis comitis Penbrochiæ ædibus, quæ è diruto monasterio surrexerunt, gloriatur.

Totius Vitæ compendium

14 *Nunc breve Vitæ compendium accipe. Laudatus S. Editha biographus apud citatum Mabillonium*

A *billonium de ea hæc ſcribit :* Beata virgo Editha filia fuit Edgari regis & Vulftrudis regii ducis filiæ : quam quidem Vulftrudem rex ſibi perpetuo regni conſortio conjungere ſtatuerat ; ſed illa à partu abſoluta , deinceps continenter vivere , quàm illecebris ſervire maluit , Chriſti amore eam invitante. Itaque monacharum habitum apud Wiltoniam è manibus ſancti Ethelwoldi epiſcopi accepit , exemplisque & virtutibus proficiens , virginibus mater ſpiritalis præfecta eſt. Porrò beata Editha ſub Matris cura relicta , tandem rege aſſentiente , in eodem monaſterio monaſticam veſtem induit. Eam verò Mater non auro , non monilibus , non multivario ornatu, ſed litterarum ac virtutum ſplendore inſtruxit. *Ita ipſe , illicitos ſancti regis Edgari in virginem* Wilfridam *amores partim inſinuans , partim reverenti ſilentio premens.*

15 *Rem clariùs explicat Guilielmus Malmeſburienſis lib. 2 de Geſtis regum Anglorum , cap.* 8 , *ubi de S. Eadgaro ſeu Edgaro rege ſic ait :* Sunt , qui ingenti ejus gloriæ nævum tentent apponere, dicentes primis temporibus fuiſſe crudelem in cives , libidinoſum in virgines. *Deinde poſt aliqua ita progreditur :* Virginis Deo dicatæ audiens pulchritudinem , violenter eam à monaſterio abſtraxit , abſtractæque pudorem rapuit & non ſemel thoro ſuo collocavit. Quod cùm aures beati Dunſtani offendiſſet , vehementer ab eo increpatus , ſeptennem pœnitentiam non faſtidivit , dignatus rex affligi jejunio , ſimulque diademate carere ſeptennio. *Hucuſque Guilielmus ex aliorum quidem ſententia : ipſe verò paucis interjectis , S. Edgari prolem recenſens , mentem ſuam his verbis ediſſerit :* Genuit * *al.* Wlfrida & S. Editham de Wlfritha * , quam certum eſt non tunc ſanctimonialem fuiſſe , ſed timore regis Puellam laicam ſe velaviſſe , moxque eamdem , arrepto velo , lecto imperiali ſubactam : unde offenſum B. Dunſtanum , quòd illam concupiſſet , quæ vel umbraticè ſanctimonialis fuiſſet , vigorem pontificalem in eum egiſſe.

16 *Similia repetit lib. 2 de Geſtis pontificum Anglorum , unde ſequentia huc transfero.* Jacet in eadem eccleſia (*Wiltonienſi*) mater ejus (*Editha virginis*) Wilfrith , quam non ſanctimonialem , ſicut opinio vulgaris delegat * , ſed * *al.* delirat C ſubito timore regis , ſuo tantùm conſilio velatam conſtat , abrepto velo , regio cubili ſubactam. Unde ille , quòd fœminam attigiſſet , quæ vel umbraticè ſanctimonialis fuiſſet , à S. Dunſtano redargutus , ſeptennem exegit pœnitentiam. Illa quoque partu explicito , voluptati frequentandæ non inhæſit ; ſed doluit potiùs & ſprevit , Sanctaque pro vero aſſeritur & celebratur. *Malmesburienſi conſentit Matthæus Weſtmonaſterienſis in Floribus hiſtoriarum , ad annum Chriſti* 963. *In Vita quoque S. Dunſtani , cujus auctor , ut monuimus , Osbertus perhibetur, apud Surium die* XIX *Maii eadem leguntur his verbis :* Quadam enim vice idem rex in monaſterium virginum , quod Wiltoniæ habetur , venit , ibique captus ſpecie cujuſdam Puellæ , quæ de nobilibus Anglorum nata , inter ſanctimoniales non velata nutriebatur & cuſtodiebatur , eam ſuo colloquio adduci ſecretiùs juſſit. Illa cùm duceretur , timens pudori ſuo , raptum ab una ſanctimonialium capiti ſuo velum impoſuit , eo modo ſe protegi ſperans , ſi fortè rex quid inhoneſti à ſe exigere vellet Quam ipſe velatam intuens , Quàm ſubitò , inquit , ſanctimonialis effecta es ! Arreptumque velum detraxit capiti ,

illâ conatu , quo poterat , fruſtra obnitente : abuſus ſiquidem eâ eſt , & gravi ſcandalo quique per Angliam religioſi ex hoc mente vulnerati ſunt. Quod ſcandalum eò vehementius fuit, quòd rex idem legitimam uxorem habebat , Elfledam videlicet , cognomine Candidam , Ordineri præpotentis Orientalium Anglorum ducis filiam , de qua & S. Eduardum genuerat. *Denique idem factum ab aliis quoque ſcriptoribus traditur , ita ut in dubium revocari non poſſit : at nunc quædam elucidanda ſunt.* AUCTORE C. S.

17 *In primis dubitari nequit , quin hæc* Wilfrida *una eademque ſit , quæ à recenſitis § 1 martyrologis in duas diſtracta , modò* regina abbatiſſa , *modò* virgo abbatiſſa *appellatur. Nec dubito , quin error ille ipſis irrepſerit ex fabuloſa Vita Ms. , de qua § 1 actum eſt : etenim cum in hac* Wolfhildis *virginitatem ſuam omnimodè illibatam ſervâſſe dicatur , & aliunde conſtaret,* Wulfhildem *vel* Wilfridam *quamdam , S. Editha per Edgarum matrem , ut ſanctam coli , exiſtimârunt memorati martyrologi , hanc ab illa diſtinctam eſſe. Jam verò quam fidem mereatur biographus ille , liquet tum ex mirabili Sanctæ genealogia , quàm ex ipſo num.* 9 *&* 10 *recitavimus , tum ex hoc ipſo Vitæ loco , in quo lepidam fabulam aggreditur , ut contra antiquorum fidem Sanctæ virginitatem omnimodè inviolatam tueatur. Prolixæ narrationis compendium accipe.* Wulfhildem , *quæ in Wiltonienſi cœnobio inter ſacras virgines educabatur , rex Edgarus ardebat perdite , nec eam blanditiis aut minis ſuo obſequentem deſiderio reddere poterat , nec è domo Domini audebat rapere. Conſilium itaque init cum ipſius conſanguinea ,* Wenfleda *nomine ; quæ ſe ægram ſimulans* Wulfhildem , *velut heredem bonorum ſuorum conſcribendam , arceſſit.* *biographus mirabilem hiſtoriam texit,*

18 *Adeſt illa , & Wenfledam cum Edgaro epulis accumbentem reperit : nec mora ornatu regio induitur & regem inter ac Wenfledam menſæ aſſidere jubetur. Tum rex propoſitis aulæ deliciis & regalis ſolii , ad quod evehenda erat, ſplendore , ad contrahendas ſecum nuptias invitat. At Virgo omnia cæleſti Sponſo poſthabens , fugam meditatur ; ideoque ægritudinem cauſata , in quoddam cubile , paululùm quietura egreditur. Verùm quo minùs conſilium exſequi liceret , obſtabant regii cuſtodes , qui eam in ipſo cubiculo obſervabant. Præclusâ hâc viâ , aliam aggreditur , & ad latrinam cum duabus puellis ſecedens , regioque depoſito ornatu , per ejuſdem cuniculum , angelo duce elapſa , in villa Werewelle prima nocte apud pauperculam quamdam hoſpitata eſt , indéque die poſtera Wiltoniam remeavit. Edgarus , re cognita , eò mox properat , inventamque extra eccleſiam comprehendit : at illa in eccleſiam fugiens , manicam ſuam , quâ tenebatur , in regis manibus mirabiliter diſciſſam reliquit. Hic verò* ad ſe converſus , obſtupuit prodigio , *& Chriſti Sponſam ſuæ impoſterum voluntati permiſit , multiſque villis donavit.* *ut virginitatem ipſi aſſerat :*

19 *Quis non videat ,* Wulfhildem *hanc eamdem eſſe cum ea , cujus ſupra laudati ſcriptores meminerunt , & ex qua S. Editham natam conſtat ? Corrigendi igitur ſunt martyrologi , qui* Wulfhildem *vel* Wilfridam *alteram* reginam , *alteram* virginem , *reliquis omnibus ſcriptoribus ignotam , annuntiant. At quærat aliquis , quo igitur pacto in biographi mentem venire potuerit , ut tam multis ambagibus virginitatem* Wulf- *unde error in Martyrologia quædam irrepſit.*

AUCTORE C. S.

hildi *vendicare tentaret. Respondeo, eum ad id induci potuisse, vel ut invidiosam hanc labem etiam cum veritatis dispendio à Sanctæ fama abstergeret, vel quòd eam re vera virginem crederet, cùm virginis titulo insignitam fortè legisset, quem nec ego ipsi certò ausim abjudicare, quemadmodum ex sequentibus apparebit. Hoc autem suppositio, non aliam videtur invenisse viam, quâ ipsius virginitatem cum Edgari amoribus componeret, quàm simili fabulâ labem illam, ipsi iniquè, ut credere potuit, inustam tegere, atque hac ratione aliorum scriptorum dicta enervare vel corrigere. Verumtamen securiùs imposuisset, si Edgari regis amores silentio penitus pressisset: quippe ex horum commemoratione manifestè liquet,* S. Wulfhildem, *cujus ibi Vitam conscribit, S. Editha matrem fuisse.*

An virgo censeri possit:

20 *Alterum, quod hic quæri possit, est utrùm sanctæ Abbatissæ nostræ virginitatis laureola queat adscribi. Dubitandi ratio est, quòd invita obluctansque violata legatur; quare si in casta mente perseverans, stuprum merè passa fuerit, & sine consensu nolensque toleraverit, certum est, eam memoratâ laureolâ minimè fuisse frustratam; prout in simili casu, tom. 1 Septembris in Commentario prævio ad Acta B. Margaretæ Lovanienses, num. 50 & 51 ex SS. Augustino & Thoma ostensum est. Verùm ego, ne quid in alterutram partem temerario ausu statuam, totum id Dei judicio, cui soli cognita fuit Sanctæ mens & voluntas, permitto. Observo tamen, contra virginitatem* formaliter & completivè *sumptam, ut loquitur S. Thomas 2. 2. q. 152, a. 1.* S. Wulfhildi *asserendam, nihil urgere, quæ ex Malmesburiensi num. 15 attulimus; scilicet eam* non semel *Edgari regis thoro collocatam fuisse, quod propterea vehementem consensûs suspicionem posset ingerere: nihil, inquam, hæc urgent; cùm hæc non Malmesburiensis, sed eorum sit sententia,* qui ingenti *S. Edgari* gloriæ nævum tentant apponere, *nec quisquam ex aliis, quos laudavimus, id tradat. Neque etiam obest idem auctor dum lib. 2 de Gestis pontificum Anglorum apud nos num. 16 ait, Sanctam de sui violatione doluisse; id enim de virginitate materialiter sumpta sive de integritate corporis, cujus corruptio, contra consensum facta, non præjudicat virginitati, commodè explicari potest.*

B

C

In monasterium regreditur: Edgari pœnitentia; Editheæ sanctitas.

21 *Utut hæc se habeant, ex dictis constat, Sanctam deinde omnibus carnis illecebris mundique deliciis nuntium remisisse, idque eo gloriosiùs, si, ut habet S. Editheæ biographus, num. 14 relatus,* rex *eam* sibi perpetuo regni consortio conjungere statuerat; *defunctâ scilicet jam tum cùm Virgini vim intulit, vel paulò post, Ethelstedâ seu Elstedâ, ejusdem regis conjuge. Primum tenet Alfordus in Annalibus ecclesiæ Anglicanæ, ad annum 962, num. 2: alterum dicendum erit, si S. Dunstani biographo, cujus verba num. 16 ex Surio recensuimus, credere malimus; quod hic non lubet inquirere. At dum hanc Edgari regis labem ex veritatis amore memoramus, juvat etiam ejusdem dignam posterorum memoriâ pœnitentiam, ac divinæ clementiæ providentiam paucis annotare. Edgarus à S. Dunstano de commisso in Virginem flagitio acriter increpitus & ad ejusdem episcopi pedes provolutus, septennem pœnitentiam suscepit, exegitque, & à lapsu ferventior resurgens, inter Sanctos locum meruit, ut liquet ex ejusdem Actis, ad diem* VIII *Julii in Opere nostro illustratis, ubi* § 2 *memoratus lapsus & pœnitentia* D *narrantur, quæ & apud alios passim legere est. Editha quoque seu Eadgitha ex eo nata complexu, in Wiltonienſi cœnobio maternis instituta curis & erudita præceptis sanctissimam vitam beata morte finivit, die* XVI *Septembris, ut est apud Mabillonium in Actis Sanctorum sui Ordinis, seculo 5, à pag. 636.*

§ III. Monachatus & præfectura Wiltonienſis: tempus emortuale: varia biographi asserta explosa.

Circa annum 963 velata, sanctaque E

EX *S. Editheæ biographo num. 14 diximus,* Wilfridam *seu ut ipse eam vocat,* Wltrudem *monacharum habitum è manibus S. Ethelwoldi episcopi Wintonienſis accepisse in Wiltonienſi cœnobio: quod si, ut probabile est, pro vero admittamus, dicendum est, factum fuisse anno 963, quo S. Ethelwoldus ad Wintonienſem episcopatum evectus dicitur in Opere nostro ad diem 1 Augusti, pag. 86, num. 16, vel certè paulò post. Ita colligimus ex S. Editheæ Actis apud Mabillonium, ubi hæc* anno vicesimo tertio ætatis suæ XVI Kalendas Octobris ... circa annum Domini nongentesimum octogesimum quartum *obiisse narratur: quare si annis 984 viginti duos integros subduxerimus, deveniemus ad annum 962, quo circiter nasci debuit Editha; cúmque hujus Mater, quantùm apparet ex dictis § præcedente, non diu post partum ad Wiltonienſes se receperit, congruè intelligitur anno circiter 963 à S. Ethelwoldo velari potuisse.*

abbatissa, interest translationi S. Eduardi:

23 *In vivis supererat, prædictoque monasterio præerat anno 979, quo S. Eduardi, regis Angliæ ac martyris translationi unà cum filia sua Editha reliquisque virginibus interfuit, prout discimus ex laudati Sancti Actis ad diem* XVIII *Martii, pag. 645, num. 8, ubi ex Joannis Brontoni, abbatis Tornallensis Chronico de Elfero comite, ad sacrum martyris corpus transferendum episcopos, abbates regnique optimates invitante, inter cetera hæc leguntur:* Nuntium quoque ad abbatissam Wolfridam in monasterio Wintonienſi * dirigit, & ut ad peragendas tanti viri exequias cum sibi commissis virginibus conveniat, denuntiat. Erat autem in eodem monasterio quædam venerabilis virgo, soror ipsius S. Eduardi, magnâ vitæ & morum honestate pollens, Editha nuncupata, quæ suprà dicti regis Edgari & ejusdem conjugis Wolfridæ, nondum Deo consecratæ, filia erat. Quibus mox cum summa diligentia & veneratione convenientibus *&c., corpus exhumatum translatumque est.*

F

* Wiltonienſi

filiæ suæ anno 984 defunctæ,

24 *Reliqua Sanctæ gesta apud scriptores fide dignos non reperio; nam quæ illius biographus enarrat, omnino suspecta sunt, de iisque infrà agemus. Emortualem quoque annum ejus nullus, quem legerim, prodidit; at certè errant, qui teste Alfordo in Annalibus ecclesiæ Anglicanæ ad annum 984, num. 16, illam anno 980 defunctam putavêre. Errant, inquam, non quia isthæc opinio, ut ibidem arguit Alfordus, cum biographo apud Capgravium edito, non convenit, (hujus enim biographi dicta non curamus); sed quia in S. Editheæ Actis Mater filia*

A *filiæ circa annum* 984 *defunctæ ſuperfuiſſe, verbis, quæ ſubdo, diſertè dicitur.* Porrò triceſimo ab obitu ſuo die apparuit virgo ſancta Matri ſuæ Wlftrudi, formoſa valdè & hilaris atque lumine ſicut veſtimento amicta & ſplendida, dixitque ſe Regi ſuo bene caram in gloria ſempiterna. *Nondum igitur è vivis exceſſerat anno* 984; *imò verò, ſi de* Wlftrude *noſtra accipienda ſint, quæ idem biographus poſt S. Editha elevationem ſubjungit, dicenda eſt annum Chriſti* 997 *attigiſſe aut etiam ſuperâſſe.*

imò & ejuſdem elevationi factæ anno 997 *ſupervixiſſe videtur.*

25 *Hic enim poſtquam dixit*, poſt diſceſſum S. Edithæ tredecim elapſis annis, *adeoque anno circitèr* 997, *ipſius corpus à S. Dunſtano, per ipſam virginem monito, elevatum fuiſſe, inter miracula, quæ tum circitèr contigerunt, iſta refert:* Clerici Pictorum in capſa circumferebant ſanctum confeſſorem Juvium, atque in ſanctæ virginis cœnobio honorificè ſuſcepti, in altari beatæ Edithæ ſacras reliquias depoſuerunt: cúmque inde recedere vellent, tanto pondere reliquiæ illæ altari inhæsêre, ut nulla ratione poſſent amoveri. Plorant igitur advenæ, ejulant,
B veſtes ſcindunt, capillos vellicant; tandem re deſperatâ, receptis duobus millibus ſolidorum à Wlftrude abbatiſſa, in ſua triſtes abiêre. *Si hæc, inquam, quod tamen certum non eſt, de S.* Wilfrida *noſtra accipienda ſint, anno Chriſti* 997 *in vivis ſuperfuit, meruitque filiæ ſuæ ſacris honoribus ejuſdemque ſolenni corporis elevationi intereſſe. Porrò quo anno ea S. Juvii circumlatio inſtituta ſit, aut quanto tempore ei ſupervixerit, non reperi; ideoque Sanctæ obitum circa finem ſeculi* X *vel initium* XI *collocavi. Inter auctaria Uſuardi apud Sollerium noſtrum, codex Tornacenſis & Molanus* S. Juvinum *confeſſorem ad* III *Octobris* in pago Dulcomenſi & Dulcrimenſi *annuntiant, Menardus & Maihewus Wiltoniæ ad diem* VI, *Ferrarius verò ad* III & XIII *ejuſdem menſis commemorant: quare hæc ad unum ex his diebus examinanda remitto. Interim obſervo ſummam illam bis mille ſolidorum ſine ulla ſimoniæ labe pro lipſanotheca forſan pretioſa, vel mitigandi doloris ergo donari potuiſſe.*

Non fuit abbatiſſa Berckingenſis, nec Hortonenſis,

26 *Supereſt, ut quædam ſanctæ Abbatiſſæ biographi aſſerta examinemus, licèt enim is nullam*
C *certam fidem mereatur, quemadmodum ex hucuſque dictis ſat liquet; juverit tamen eum breviter refutâſſe, ut eruditus lector de ipſius lucubratione ipſe ſuum judicium ferre queat. In primis ait, illam duobus monaſteriis ſacrarum virginum, Berkingenſi ſcilicet atque Hortonenſi, à rege Edgaro præpoſitam fuiſſe, & poſterius quidem tum ex ſuo patrimonio, tum ex ejuſdem regis munificentia fundâſſe ſeu dotâſſe; cúmque utrumque cœnobium longo tempore rexiſſet, quorumdam presbyterorum ambitione & Alftrudis ſeu Alfridæ, Ethelredi regis Angliæ matris imperio inde ejectam, prædixiſſe futurum, ut poſt viginti annos eódem reverteretur. Subjungitque, ita, ut vaticinata fuerat, accidiſſe: Alftrudem enim, quæ Berkingenſe vel Hortonenſe monaſterium invaſerat, primùm jumentorum, deinde famulorum lue caſtigatam, cùm nondum reſipiſceret, morbo correptam, territamque S. Ethelburgæ, quæ ipſi apparuerat, minis tandem reſipuiſſe, reſtitutâ in ſuum monaſterium* Wulfhilde, *à quo viginti annis exſulaverat, ubi deinde cùm ſeptem annis præſediſſet, obiit & ſepulta eſt.*

27 *Verùm hæc ſunt biographi commenta, quorum falſitas ex huc uſque dictis ſatis liquet. Sanè nulli, quos quidem legerim, ſcriptorum nota fuit ea Berckingenſis & Hortonenſis cœnobiorum Sanctæ præfectura; imò quæ ex S. Edithæ Vita adduximus, ſatis oſtendunt, eam in Wiltonienſi monaſterio ſaltem uſque poſt Edithæ mortem perſeverâſſe, quin & ibidem defunctam eſſe colligimus ex Malmesburienſi, qui, ut num.* 16 *diximus, eam in ejuſdem loci eccleſia humatam fuiſſe affirmat. Nec minùs apparet biographi narrationis falſitas ex tempore, in quod Sanctæ ad Berckingenſes reditus debuiſſet incidere: etenim ſi pro* longo tempore, *quo biographus eam ante expulſionem Berckingenſibus præfuiſſe ſcribit, quinque tantùmmodò annos computemus, eoſque unà cum viginti, quibus exſulâſſet, anno* 963, *quo circitèr velatam oſtendimus; ſi, inquam, hos* 25 *annos anno* 963 *addamus, dicendum erit, eam non ante annum* 988 *ab Alfrida ſuis virginibus reſtitutam eſſe.* AUCTORE C. S. *ut fabulatur*

Sanctæ

28 *Eo autem tempore Alfrida jam dudum regio faſtu depoſito ſeveram ob interfectum ſuo conſilio ſanctum regem Eduardum pœnitentiam agebat, teſte Malmesburienſi, qui lib.* 2 *de Geſtis regum Anglorum, cap.* 9 *cùm narrâſſet Elfridam S. Eduardi corpus miraculis clarum, priuſquam transferretur, quod anno* 979 *vel ſequenti factum eſt, divinitus prohibitam fuiſſe accedere, ita proſequitur:* Elfrida de illo regali ſupercilio inclinata, dirè pœnituit, adeo ut multis annis apud Werewellam * carnem in de- * *al.* Warliciis nutritam, cilicio convolveret, noctibus wellam ſolo ſtrata ſine cervicali ſomnum hauriret, cruces præterea quaſcumque poſſet, corpori comminiſcens *&c. Non igitur tum temporis regia pollebat poteſtate: aut de injuſtè retinendis cœnobiis cogitabat, ut fabulatur biographus; ſed in monaſterio, quod condiderat, ipſa veriſimiliter monacha, in luctâ ſuique caſtigatione vitam tolerabat.* E

biographus,

29 *Denique ex ſæpe laudatis S. Edithæ Actis ſatis colligitur, vivente* Wlftrude, *aliam quampiam Berckingenſi cœnobio à S. Edgaro præfectam fuiſſe: ita enim de Editha, ſub Matris ſuæ diſciplina Wiltoniæ vitam inſtituente, ibidem legitur:* Quindecim annos natam pater ejus rex Edgarus tribus monialium monaſteriis, Wintonienſi, Berckingenſi & tertio cuidam abbatiſſam præfecit: ſed ea ab illa domo, in qua F
Deo ſervire cœperat, avelli non potuit. Effecit autem, ut ſingulis illis monaſteriis ſpiritales matres tamquam magis idoneæ præponerentur, malens Matri ſubeſſe, quàm aliis præeſſe, potiùſque timere Matrem, quàm aliis imperare. *Ex his quippe eruitur,* Wilfridam *anno* 977, *qui decimus quintus erat ætatis Edithæ, Berckingenſium abbatiſſam non fuiſſe; cùm ea de re nulla hîc fiat mentio, imò contrarium potiùs inſinuetur, dum virgo illa dicitur ſub Matris imperio Wiltoniæ vivere maluiſſe quàm in Berckingenſi cœnobio ceteris imperare. Per* Matrem *autem* Wilfridam *deſignari, liquet ex iiſdem Actis ſub initium, ubi illa Wiltonienſibus virginibus præfecta, filiam ſuam Editham monaſticis inſtitutis imbuiſſe aſſeritur: verba dedimus num.* 14. *Nunc reliqua biographi noſtri aſſerta audiamus.*

cujus etiam alia aſſerta

30 *Sanctam Abbatiſſam noſtram Londini fuiſſe, quò cum ſanctimonialibus bellorum causâ fugerat, ibidemque vitâ functam ſcribit idem biographus noſter, additque, quòd, cùm quidam, cui ipſa ob illius ſcelera fuerat infenſa,*

AUCTORE G. S. *manum feretro, quo ejusdem corpus ad Berckingense cœnobium portabatur, admovisset, illud tanto pondere depressum fuerit, ut nulla vi posset moveri; abscedente autem illo, facili negotio fuerit sublatum, quódque idem ille vir sua peccata detestatus, tum denique cum reliquis ferèrum deferre meruerit. Ita ipse: verùm cùm ex dictis constet, Sanctam non in Berckingensi, sed Wiltonienſi monasterio ætatem degisse, liquet, quid de hujusmodi narratione censendum sit. Refert & aliud miraculum de muliere quadam, quæ cùm oculorum pedumque usum in Hortonensi Sanctæ oratorio partim recuperârat, Berkingam, ut erat monita, adrepit, ibidemque integra sanitate donata est.*

B

recitantur. 31 *Denique præmiserat tria prodigia*, Wilfrida *vivente, si ipsi credimus, accidisse. Primum est, columbam è cælis delapsam super Sanctæ caput visam considere, dum virginitatem Christo consecrans velaretur. Alterum est, quòd signo Crucis infantem cæcum illuminârit. Tertium denique, quòd S. Ethelwoldum episcopum prandio excipiens, modicum vini, quod convivis non sufficiebat, ita multiplicârit, ut his satiatis, minimè diminutum deprehenderetur. Quid porrò de his omnibus censeam, paucis accipe. Multùm metuo, ne columbæ è cælo delapsæ prodigium ex alterius cujusdam sanctæ virginis Vita depromptum* Wilfridæ *adaptârit, idemque de secundo miraculo vereor: qui enim Sanctæ proavum ex aquilino nido accersit, ut ostendimus num. 9, non potest non de similibus plagiis aut figmentis esse suspectus. Hanc suspicionem auget tertium miraculum, cui simile narratur in Actis S. Ethelwoldi, cùm rex Eadredus illum inviseret, ùt apud nos tom. 1 Augusti, pag. 91, num. 12 legere est. Denique idem biographus, & ex eo Wilsonius in Martyrologio Anglicano, aiunt, Sanctæ corpus post triginta annos omnis corruptionis expers in Berckingensi, monasterio repertum fuisse: additque posterior ad suam etiam ætatem ibidem servatum honoratumque fuisse: sed si illa incorrupti corporis inventio vera sit, debuit in Wiltonienſi monasterio contigisse; & si idem corpus usque ad Wilsonii ætatem, seu seculo* XVII, *Berckingæ fuerit, necesse est, eò translatum fuisse, ut constat ex dictis.*

D

E

DE S. PETRO DE CHAVANON ORDINIS CANONICORUM REGULARIUM S. AUGUSTINI PIPERACI IN ARVERNIA.

J. L.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Cultus; corpus elevatum & recognitum; febricitantes sanati & cæcæ visus redditus; lectiones propriæ.

C

ANNO MLXXX VEL FORTE SEQUENTIBUS. *Situs præposituræ ac dein abbatiæ Piperacensis; fundatoris ejus ac primi præpositi*

DE Piperacensi canonicorum Regularium S. Augustini monasterio, deque ejus præpositis & abbatibus agit Dionysius Sammarthanus tom. 2 Galliæ Christianæ à col. 457; *unde sequentem de illius situ notitiam huc transfero:* Abbatia Piperacensis, B. Mariæ sacra, sub regula S. Augustini, in Arvernia juxta fluviolum Degiam, haud procul Langiaco, in declivi montis est sita; olimque erat diœcesis Claromontensis, nunc S. Flori. *Monasterium istud, Gallicè* Pebrac *dictum, fundavit & in eo canonicos regulam S. Augustini profitentes constituit* S. Petrus de Chavanon, *vulgo etiam, ut Sammarthanus ait, nuncupatus* S. Petrus de Pebrac. *Prioribus à fundatione sua annis Piperacum præpositura fuit, quam primus administravit idem* S. Petrus, *dein ejus discipulus Dalmatius; cui post Robertum successit Bernardus, sub quo præpositura Piperacensis ab Urbano PP. II in abbatiam erecta fuit. Pontificem istum exeunte anno* 1095 *commoratum fuisse in oppido S. Flori, novamque huic sancto basilicam ibi confecrâsse docet Ruinartius in ejus Vita pag.* 232; *atque* hac, *inquit*, uti conjicere licet, occasione Bernardus, qui sub præpositi nomine Piperaci canonicis Regularibus præerat, suam ecclesiam in abbatiæ titulum erigi obtinuit. Id enim ab Urbano circa istud tempus factum fuisse ferunt; & quidem Piperacum haud longè à sancto Floro dissitum est.

F

S. Petri cultus antiquior; corpus anno 1537 elevatum;

2 *Statim post mortem suam Sanctus noster veneratione publica honorari cœpit, cujus manifesta indicia lector post hunc Commentarium inveniet cap.* 3 *Vitæ & miraculorum, quæ fide digna narratione ad posteros transmisit Stephanus canonicus Regularis Piperacensis, auctor ferè synchronus, ut paragrapho sequente videbitur. Quo die & qua cultûs celebritate* S. Petri *memoria agi consueverit, paucis indicat Jacobus Branche Prior major abbatiæ Piperacensis in Gallico Opere de Sanctis Arvernis & Velaunis, quod anno* 1652 *Anicii in lucem prodiit, pag.* 544: Ejus Officium, quod cum Octava solemni ritu fit in nostra ecclesia postridie Nativitatis beatissimæ Virginis, *seu* IX *Septembris*, scriptum extat in antiquis nostris codicibus. *De Sancti festo in eumdem diem incidente etiam meminit Sammarthanus in Guilielmo de Flageac, Piperacensi sub finem seculi* XV *abbate. Joannes de Langeac episcopus Lemovicensis & primus abbas commendatarius Piperacensis, eodem Sammarthano teste,* elevavit corpus S. Petri de Chavanon 2 Aprilis MDXXXVII. *Branchius in memorato suo Opere pag.* 542 ex mandato *istius præsulis*

A *ſulis Sancti oſſa elevata & ad latus ſiniſtrum altaris majoris depoſita fuiſſe aſſerit, eaque ibidem ſua ætate etiamnum quieſcere.*

multi per Sanctum febribus liberati;

3 *Idem Branchius loco jamjam citato* S. Petri *reliquias & ſepulcrum crebris miraculis numquam non celebria fuiſſe ſcribit; febricitantes verò præ ceteris Sancti opem experiri & ſanitati priſtinæ reſtitui, quando ad ipſius tumulum devotè pernoctant, vel Miſſam in ejuſdem honorem celebrandam curant:* Quemadmodum, *inquit*, ab anno MDC contigit Antonio Mercier piæ memoriæ, cùm viveret, abbatiæ coquo, Fratri Ludovico de Champagnat & Fratri Franciſco de Chillaguet novitiis, Geraldo Gerauld de Pebrac, Juliano & Margaritæ Roux eadem nocte, Ludovicæ & Catharinæ Recrouſet, Andreæ Chauſſé, Gilberto & Margaritæ Bourrel eadem pariter nocte, Mariæ Chevalier, Benedictæ Gaigne, Joanni Martin chirurgo Langiacenſi, & multis aliis variarum parœciarum incolis; at iis maximè, qui ab oppido Langiacenſi venerant. Quorum omnium fidem faciunt inſtrumenta, per notarios regios Comte & Pommier meo rogatu annis MDCXXX & MDCXXXI confecta. Ego quoque per Deum affirmare auſim, quòd menſe Julio anni MDCXLII, cùm me à duodecim diebus occupâſſet tertiana febris, ſingulis acceſſibus increſcens, devotè cubitum iverim ante tumulum ſancti Confeſſoris, ibique in febrim reciderim; ſed quæ, poſtquam per horam circitèr durâſſet, omnino fuerit depulſa, ita ut ne vel minimum ejus acceſſum deinde ſenſerim.

B

ſacra oſſa anno 1646 inſpecta;

4 Die XVIII Octobris anni MDCXLVI coram religioſis & plebe abbatiæ & parœciæ Piperacenſis à reverendo domino Petro de Briſſon, Officiali S. Flori, cùm pro epiſcopo eccleſiam viſitaret, arca, in qua Sancti corpus jacebat, inſpecta fuit, inventaque omnia ejus oſſa tam majora quàm minora, præter maxillam ſeorſum in theca aſſervatam, & publicæ fidelium veneration, ut pio eorum deſiderio ſatisfieret, exponi ſolitam. In eadem arca etiam pars lintei, è craſſo filo cannabino texti & à gliribus nonnihil corroſi, cui Sancti demortui corpus fuerat involutum, atque alterum tenuis fili linteum, cineribus ſacris & terra ſepulcrali plenum reperta fuerunt, eaque tam candida tamque parùm attrita, ac ſi ab uno dumtaxat menſe ibi poſita fuiſſent. Id quod à domino Officiali, à religioſis omnibus & ab adſtante populo miraculi loco habitum fuit. Recognita fuerant ſacra pignora anno MDXXXVII auctoritate Joannis de Langeac epiſcopi Lemovicenſis & abbatis Piperacenſis, uti ex documentis apud illa inventis certò conſtat.

C

cæcæ viſus & ſanitas reſtituta;

5 Margarita Pradon, filia Franciſci ſartoris & Franciſcæ Sauzede de Pebrac ab anno MDCXLV febre correpta fuerat. Sub initium menſis Septembris acceſſerat vehemens capitis dolor, quem ſubſecuta oculorum ſuffuſio illam omnino cæcam reddidit à feſto S. Michaëlis uſque ad exeuntem circitèr Novembrem, nulla viſûs recuperandi ſpe relicta. Parentes confiſi meritis S. Petri de Chavanon ad templum monaſterii filiam portârunt, & ſupra Sancti tumulum collocârunt; ubi illa, cùm per noctem ſæpius has voces protuliſſet: S. Petrus me ſanabit, & ego ipſius ero ancilla, primo diluculo viſum recepit; nec exinde ampliùs febre tentata fuit, quemadmodum ejus parentes declarârunt coram notario regio Pommier & quinque teſtibus, qui cum ipſo & mecum die IX Martii anno MDCXLVI ſubſcripſerunt inſtrumento, in quod declaratio iſta fuerat relata. *Hactenus Branchius, cujus narrationem ex Gallica Latinam feci.* AUCTORE J. L.

ſacellum exſtructum S. Petro, quem Gallicana S. Genovefæ

6 *Sammarthanus in* S. Petri *elogio*, Die, *inquit*, IX Septembris recolitur ejus feſtivitas, in qua celebrans ad ſolemnes Veſperas utitur ejuſdem Sancti pluviali cum parvo capitio. Sacrum ipſius corpus in ſacello eidem ſacro, à patre Rigoberto l'Eveſque Priore conſtructo, reverenter aſſervant canonici Regulares Gallicanæ congregationis, qui obſervantiam regularem in domo Piperacenſi renovârunt. *Hujus abbatiæ Prior major Branchius nullam ſacelli* S. Petro *erecti mentionem facit; quod argumento eſt, illius ædificationem poſteriorem eſſe tempore, quo memoratus auctor ſcripſit de Sancti cultu, vitâ & miraculis, anno* 1652 *editis. Gallicanæ canonicorum Regularium congregationi, cujus caput eſt abbatia Pariſienſis S. Genovefæ, monaſterium Piperacenſe unitum fuiſſe comperi anno* 1649, *quando & regularis vitæ diſciplina in eo inſtaurata eſt; ſed ante unionem iſtam dicta congregatio primum præpoſitum Piperacenſem & fundatorem* S. Petrum *jam inter Patronos ſui Ordinis Officio eccleſiaſtico venerabatur: etenim ſub ritu duplici die* IX *Septembris illud recitandum præſcribitur in Proprio Sanctorum, quod eadem congregatio ad ſuum uſum anno præcedente ſeu* 1648 *typis Pariſienſibus vulgârat.*

E

& aliæ canonicorum Regularium congregationes coluni Officio duplici,

7 *Directorium canonicorum Regularium S. Auguſtini in Bohemia pro anno* 1664, *Officia propria canonicorum ejuſdem Ordinis congregationis Lateranenſis Mediolani anno* 1666 *excuſa, uti & Windeſemenſis in Belgio anno* 1678 *Bruxellis impreſſa Officio quoque duplici Sanctum coli jubent, at non eodem die: nam canonicis Regularibus in Bohemia dies* IX *Septembris, Lateranenſibus verò & Windeſemenſibus dies* XI *ejuſdem menſis aſſignatur. Nullum, quod mireris, martyrologum producere poſſum, qui* S. Petrum *latè propagato cultu illuſtrem celebret, præter Caſtellanum, in cujus Martyrologio univerſali ad* VIII *Septembris hæc legitur annuntiatio:* Piperaci in diœceſi S. Flori, S. Petri de Chavanon fundatoris ac primi præpoſiti canonicorum Regularium iſtius abbatiæ. *Sanctum refert Caſtellanus die, quo obiit; at hîc datur die, quo ab immemorabili tempore ejus feſtivitas Piperaci ſolemniter agitur, & à canonicis Regularibus Bohemis ac Gallis congregationis S. Genovefæ Officio duplici honoratur. Lateranenſes & Windeſemenſes illud ad* XI *Septembris diſtulerunt, quod dies* IX *ejuſdem menſis, feſto S. Sergii PP. I & ſequens feſto S. Nicolai de Tolentino eſſent impediti.*

F

in quo lectiones ſecundi Nocturni

8 *Porrò in Officio iſto, quod ad plures, quàm nominavi, Ordinis iſtius congregationes extenſum arbitror, lectiones ſecundi Nocturni è Sancti Actis, de quorum antiquitate ac fide infrà agetur, extractæ ſunt, illiuſque virtutes & geſta præcipua ſummatim exponunt. Illas hoc loco tranſcribere lubet.* LECTIO IV. Petrus, Langeaci in Arvernia nobili loco natus, à primis annis pietatis ſtudio ac liberalibus diſciplinis operam dedit. Vigiliis & orationibus aſſiduus, duris caſtigationibus tenerum & innocens corpus affligebat. Sacris Ordinibus initiatus, archipresbyter Langeacenſis factus, prædicationi & animarum ſaluti promovendæ totus fuit. Virginitatem adeo coluit, ut impudicam mulierem, quæ ad labefactandam ejus pudicitiam venerat, in-

AUCTORE J. L.

victà animi constantià fugaverit. Miraculis insignis, sanitatem multis impertivit. Cæca mulier, dum oculis aquam admovet, quâ Vir sanctus ad altare digitos abluerat, statim visum recepit.

Sancti vitam non sine errore

9 LECTIO V. Monitus ab Apostolorum principe Petro, in desertum locum, quem Piperacum vocant, sibi à Durando Claromontano episcopo concessum se contulit: ubi, congregatis sociis, extructoque in honorem beatissimæ Virginis monasterio, quod postea ab incendio & imminenti ruina servavit, regulam & institutum canonicorum Regularium sancti Augustini suscepit. Præpositus monasterii primus institutus, in perfecta regularis disciplinæ observantia discipulos suos gubernavit. Unde vicinarum civitatum episcopi, ejus sanctitate ac religione permoti, multarum ei ecclesiarum administrationem ac redditus contulerunt. *In hac lectione Piperacensis monasterii initia referuntur ad episcopatum Durandi, & simul innuitur, quòd* S. Petrus *illud exstruxerit ac socios ibidem congregârit, priusquam institutum canonicorum Regularium S. Augustini susciperet: at § 4 & § ostendam, idem monasterium sub Durandi decessore Stephano V extitisse, primaque ab illius origine Sanctum & ejus discipulos fuisse canonicos Regulares.*

B

summatim enarrant.

10 LECTIO VI. Dum igitur Petrus zelo divini honoris succensus, spiritualibus ecclesiæ suorumque utilitatibus procurandis indefessè laborat, continuis jejuniis, vigiliis & orationibus attritus, varios dæmonum insultus superavit. Lethali tandem morbo correptus, in cinere & cilicio decumbens, hymnos & psalmos cùm lætus decantaret, spiritum Deo reddidit ipso Deiparæ Virginis (*additur in Actis*: Cui tota mente famulatum ipse fideliter præbuerat) natali die, anno ætatis septuagesimo septimo, Christi millesimo octuagesimo. *De ætate & emortuali Sancti anno vide infrà num.* 13 *&* 16. Corpus ejus suavissimo fragrans odore ac mirabili quodam liquore perfusum in basilica Piperacensi sepelitur, multis miraculis illustratum.

C

§ II. Acta à Stephano canonico Piperacensi scripta; ejus ætas & fides; tempus emortuale & natale S. Petri; familia; patria; archipresbyteratus Langiacensis; cura monialium Casensium.

Jussu abbatis sui Pontii de Montroux anno circitèr 1130,

D*Acherius tom.* 2 *Spicilegii prioris editionis à pag.* 691 *dat Vitam & miracula* S. Petri de Chavanon, *quæ in Præfatione eidem tomo præfixa num.* 6 *sibi communicâsse ait Nicolaum de Boissy, Priorem canonicorum Regularium in Bellovacensi S. Quintini abbatia. Præ manibus est eorum exemplar Ms.*, *quod* ex altero exemplari Ms. Piperaci asservato extractum *fuisse notatur & majoribus nostris* missum à R. D. P. Franc. Boulart, assistente cong. S. Genovefæ an. MDCLXIII. *Biographus in Prologo Stephanum se nominat, seque professione canonicum Regularem Piperacensem esse declarat, & abbatis sui Pontii jussu Sancti Acta scripsisse. In nostro apographo hic illis titulus præmittitur:* Vita sancti Petri primi præpositi ecclesiæ beatæ Mariæ Piperacensis, diœcesis S. Flori in Alvernia, collecta circa annum Domini MCXXX. *Patet ex mentione diœcesis S. Flori, non nisi sæculo* XIV *erecta, titulum istum junioris cujusdam annotamentum esse; cui tamen biographi ætatem assignanti tutò credi potest: nam anno* 1130 *abbatiæ Piperacensi revera præerat Pontius de Montroux, uti fidem faciunt geminæ chartæ, quas inter instrumenta ad tom.* 2 *Galliæ Christianæ col.* 132 *&* 230 *adducit Dionysius Sammarthanus. In ea, quæ col.* 230 *exstat, narratur Humbertus electus episcopus Anicienſis ecclesiam S. Martini Podemniacensem vel, ut nunc loquimur, Polignacensem memorato Pontio donâsse* anno ab Incarnatione Domini MCXXVIII., in festivitate Dominicæ Annunciationis *seu* XXV *Martii anni in nostro calculo* 1129; *nam certò novi annum priorem à Paschate deductum esse. Altera charta, quâ abbas S. Juliani Brivatensis ecclesiam S. Justi aliaque eidem Pontio concedit, confecta notatur* anno MCXXXVIII ab Incarnatione Domini: *sed quæ mox sequuntur notæ chronicæ* Indictione II, mense Julio, feriâ VII, luna VIII, *indicant annum* 1139. *Pontium non diu post hanc donationem vixisse, compertum mihi est.*

D

E

vel fortè etiam 1120, *Stephanus canonicus Regularis Piperacensis conscripsit Acta S. Petri,*

12 *Branchius Prior major Piperacensis in Historia, quam de sancto Fundatore ex variis monumentis contextam, laudato suo Operi de Sanctis Arvernis & Velaunis inseruit, Stephanum sub Pontio* circa annum MCXX *scripsisse ait pag.* 540: *at pag.* 545 *id illum fecisse asserit* XX aut XXX annis post Sancti mortem, *quam pag.* 538 anno circitèr MLXXX *illigârat. Biographus quidem nullo manifesto indicio prodit se vel anno* 1100 *juniorem esse, qui secundum Branchium à morte* S. Petri *circitèr vigesimus fuit; junior tamen sit oportet non solùm dicto anno* 1100, *sed etiam* 1110, *imò &* 1120, *si accurata sit successio chronologica primorum præpositorum & abbatum Piperacensium, quæ exhibetur tam in nova Dionysii Sammarthani hactenus laudati, quàm in antiqua Gallia Christiana fratrum Sammarthanorum Scævolæ & Ludovici. Utrobique Dalmatius post* S. Petrum, *anno* 1080 *vitâ defunctum, præposituram Piperacensem rexisse dicitur usque ad annum* 1092; *dein Roberto duo dumtaxat, at Bernardo de Chasnac, qui ex præposito factus est primus abbas, 35 anni regiminis attribuuntur: unde consequens est, ut ad annum circitèr* 1128 *vitam protraxerit Bernardus, neque citiùs, jubente ipsius successore Pontio de Montroux, Stephanus sancti primi Præpositi Acta litteris mandare potuerit. Verumtamen cùm Dionysius Sammarthanus statim subjungat:* Eodem Pontio jubente, Vita S. Petri à Stephano canonico Piperacensi conscripta est MCXX, *cùmque fratres Sammarthani Bernardum è vivis excessisse dicant anno* 1118, *atque idem etiam Dionysius tradat in episcopis Anicienſibus tom.* 2 *col.* 704; *auctorum istorum sententia esse videtur, Bernardum præfuisse annis tantùm* 25, *pro quibus per errorem irrepserint* 35, *usque ad annum* 1128 *excurrentes. Si annus* 1118 *Bernardo supremus fuit, potuit Stephanus sub Pontio abbate suum de Sancti Vita & miraculis Opusculum componere anno* 1120 *aut circitèr, non verò* 1110 *vel citiùs.*

A *verisimiliùs non ante annum* 1080 *vitâ defuncti, quam ultra annum* 1085 *non produxit.*

13 *Sammarthani locis indicatis emortualem* S. Petri *diem* VIII *Septembris cum anno* 1080 *connectunt. Branchius adjunctione vocis* circiter *se dubitare innuit : neque ego indubitanter annum illum determino. Sanctum tamen verisimiliùs eodem anno* 1080 *quàm præcedente, & non seriùs quàm* 1085 *ad vitam feliciorem transiisse, evincitur ex documentis, quæ laudat Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *col.* 204 ; *ubi de Pontio Stephani episcopo Ruthenensi,* Donavit, *inquit,* Piperaco & D. Petro præposito ejusque successoribus ecclesiam S. Martini de Alto-podio, ex chartario Piperacensi fol. XVII. Hoc autem factum est saltem an. MLXXX, quo beatum Petrum obiisse constat. Ex alia charta Piperac. an. Incarnationis Domini MLXXXV dedit Pontius Ruthen. episcopus Pibracensi ecclesiæ sanctæ Mariæ & præposito Dalmatio & Fratribus hujus congregationis, regulariter viventibus, ecclesias castri Boisioli &c., ex chartario S. Petri de Chavano. *Sanctum nostrum superstitem fuisse anno* 1079, *& verisimiliùs sequente quàm eodem anno obiisse ultimum vitæ suæ diem, conficitur*

B *ex eo, quòd ecclesiam S. Martini de Alto-podio ipsi donârit Pontius Stephani episcopus Ruthenensis, successor Petri Berengarii ; qui sedem suam non priùs reliquit & Narbonensem invasit, quàm cùm hujus ecclesiæ archiepiscopus Guifredus è vivis sublatus esset, quod ante eumdem annum* 1079 *non contigit. Hæc extra dubium ponunt duo eruditi monachi Benedictini in Historia generali Occitaniæ tom.* 2 *pag.* 252, 253 *&* 621 ; *ubi error notatur Dionysii Sammarthani, qui episcopatum Pontii retrahit ad annum* 1076. S. Petrum *non vixisse ultra annum* 1085 *patet ex altera donatione, Dalmatio præposito Piperacensi eodem anno factâ, cujus meminit idem Dionysius, postquam sancti primi Præpositi mortem in annum* 1080 *incidisse asseveranter pronuntiâsset, nescio an satis gravi ad certam fidem faciendam testimonio subnixus.*

Nonnullæ observationes, circa biographum

14 *Ex iis, quæ hactenus allata sunt de emortuali* S. Petri *anno, deque ætate Stephani biographi, ecclesiæ Piperacensis canonici satis intelligitur, hunc illo non tam multis posteriorem fuisse annis, quin eo, quo scripsit, tempore vivi supersse potuerint canonici ejusdem ecclesiæ*

C *seniores, qui vel ipsi Sancto vel illis cohabitârunt, qui ejus virtutum actuumque spectatores atque admiratores fuêre. Nec dubium esse potest, quin in archipresbyteratu Langiacensi, quem Vir sanctus administravit, & in quo Piperacum jacet, aliisque in locis, ubi cum laude conversatus fuit, tunc vixerint homines* 70 *vel* 80 *annos nati, qui variis rebus à Sancto gestis interesse potuerunt, & suis anteriora temporibus ex ipsius coætaneis vel etiam ætate majoribus audire. Dici igitur nequit, Stephano defuisse fide dignos earum rerum testes, quas de* S. Petro *narrat. Videri potest biographus omnia, quæ ipsi de Sancto innotuerunt ex solis hominum sermonibus accepisse ; nam in Præfatione ad Pontium abbatem suum,* Quæ, *inquit,* relatione fidelium vera esse comprobavi ac nondum intercepit oblivio, pauca de pluribus memoriæ tradere curabo. *At auctor mea quidem opinione vel per fidelium relationem etiam eorum testimonia scriptis mandata intellexit, vel si ore prolata duntaxat significare voluerit, his usus fuit, ut ea quoque vera esse comprobaret, quæ litteris tradita invenerat. Mirum foret, antiquiores canonicos Piperacenses de Fundatoris sui, qui statim post mortem cultu publico honorari* AUCTORE J. L. *cœpit, virtutibus, miraculis aliisque rebus gestis nullum reliquisse litterarum monumentum, quo biographus fuerit adjutus. Certè Branchius pag.* 545 *affirmat, illum usum fuisse scripto vetustiore Rhythmicè composito, de quo mox sermo redibit. Ex donationum instrumentis Sancto vivente confectis, unde extracta sunt, quæ è codice Ms. Piperacensi* § 3 *& seq. referentur, nihil, quòd sciam, desumpsit biographus : qui in Præfatione fatetur, se multa silentio præterisse, scilicet ut ea potissimùm de Fundatore suo scriptis celebraret, quæ ad ejus memoriam commendandam & sanctitatem probandam maximè conducere ipsi videbantur.*

& genina lucubrationis ejus exemplaria.

15 *Sancti Vita & miracula, prout sunt in apographo nostro Piperacensi multùm discrepant à se ipsis, qualia edita exstant apud Dacherium. Aliqua absunt ab exemplari Ms., quæ habentur in impresso ; & vicissim aliqua in hoc desunt, quæ in illo leguntur : sed ejusmodi sunt omnia, quæ ad historiæ integritatem parùm vel nihil conferunt ; atque ideo haud dubie studio omissa fuêre. Multis etiam in locis orationis vel partium* E *ejus structuram valdè dissimilem deprehendo ; sed quæ lectioni, non verò rebus, quæ referuntur, notabilem varietatem adfert. Quodnam è duobus exemplaribus, quæ, si substantiam & expressa rerum adjuncta spectes, satis concordant, cum primigenia Stephani lucubratione in ceteris magis conveniat ; ego dignoscere non possum ex Sancti Actis à Branchio vulgatis, qui desumpta ex Biographo ita Gallicè proponit, ut manifestum sit, ipsum nihil minùs curâsse, quàm ejusdem biographi stylo suum conformare. Nostrum exemplar apographum pluribus mendis vitiatur, quàm Dacherianum, quod proinde post hunc Commentarium edere malui. Actis in Ms. nostro subjungitur hymnus rhythmicus, in quo beneficia à Sancto variis præstita generatim recensentur, & nummorum ei oblatorum furtum divinitus punitum narratur. Branchius pag.* 540 *hymnum istum pertinere censet ad lucubrationem Stephani, non quòd illum composuerit, sed quòd ab antiquiore auctore compositum adoptârit : nam pag.* 545 *biographum vetustiore Ms. rhythmico usum fuisse ait. In fide Branchii memoratum hymnum, qui in editione Dacheriana deest, ex nostro apographo Actis subjiciam, tamquam eorum partem ; quam certe constituunt, quæ biographus infrà cap.* 2 *num.* 12 *&* 13 *oratione pariter rhythmicâ enarrat.*

Tempus, quo Sanctus natus fuit ex pia & nobili familia

16 *Apographum nostrum aliquot habet additiones ad Acta in margine scriptas, quarum auctor quin Stephano junior sit, ego nullus dubito. Prima est hæc :* Natus est anno Christi MVII, sedente in Petri cathedra Papa Joanne XVII, regnante in Gallia Roberto. *Idem circitèr annus* S. Petri *natalis fuit secundum Sammarthanos & Branchium, qui pag.* 533 *annum circitèr* 55 *ætatis ejus coæponit cum anno Christi* 1062. *At nativitas ejus anno* 1003 *vel* 1004 *illiganda est, si obierit* anno ætatis septuagesimo septimo, Christi millesimo octuagesimo, *ut asseritur in data superiùs lectione* VI *Officii, quod de illo recitant Gallicana S. Genovefæ & aliæ canonicorum Regularium congregationes. Sive tempus natale ad annum* 1007 *differas, sive ad* 1003 *vel sequentem revoces, à verò non longè aberrabis : nam Sanctus, ut biographus cap.* 3 *docet,* cùm jam ætas ad perfectam senecturem procliva dependeret ... extremum diem fortitus

est,

AUCTORE J. L.

est, *idque anno* 1080, *vel certè non seriùs quàm anno* 1085; *ut suprà ostendi.* S. Petrus *cognominatur* de Chavanon *à nobili Arverniæ familia, è qua progenitus fuit ipse, & alii plurimi, teste biographo*, extitisse feruntur, quorum vitam Deus per miracula sæpissimè declaravit. *Singularis sanè ista laus est, quæ, si vera sit, familiam illam tanto magis exornat, quanto nobilitate sanguinis ac rebus humanis omnibus præstat vitæ sanctimonia: at hâc* S. Petrus *stirpem de Chavanon magis illustrâsse censendus est, quàm ceteri, quorum nomina & gesta oblivio ex hominum memoria delevit.*

de Chavanon; locus natalis; archipresbyteratus Langiacensis,

17 *Lectio* 4 *Officii laudati, Branchius pag.* 526 *& Sammarthani Sanctum in lucem editum fuisse dicunt Langiaci, Arverniæ inferioris oppido, sito ad fluvium Elaverim, ab accolis* l'Allier *nuncupatum. At Stephanus illum oriundum esse scribit* è territorio Langeacensi, *vel ut in Ms. nostro legitur*, territorio Langiaco. *Ex idiomate Gallico in Latinum sermonem conversa subjungo, quæ Branchius à pag.* 544 *memorat.* Ejus domus Langiaci hodieque supereſt prope
B pontem, *Elaveri ibidem impositum*, nomine de Chavanon & nobilitatis titulo insignita, nec alteri dominico obnoxia juri, præterquam feudali domini Langiacensis. Suam apprimè præ se fert antiquitatem, portas & fenestras habens musivo opere constructas. Nomen de Chavanon posteri mares usurpârunt usque ad annum circitèr MCCLXIX, quo tempore Petrus de Chavanon eques & Simon de Chavanon miles domûs istius possessores erant, quemadmodum legi in vetustis tabulis feudorum domini Marchionis Langiacensis. Antiqua traditio fidem facit, illos, dimisso nomine de Chavanon, assumpsisse alterum de Flaghac. Certè hujus loci domini domum eamdem ab immemorabili tempore possederunt, atque etiam nunc possident. *Stephanus, qui Sanctum è territorio Langiacensi oriundum esse affirmârat, postea illum ipsius oppidi incolam fuisse hisce verbis significat:* Cùm in dicto oppido pluribus esset refertus virtutum insignibus . . . ad archisacerdotium maximo clericorum & laicorum assensu sublimatus *fuit. Potuit itaque oppidi Langiacensis domus, quæ olim traditur fuisse familiæ de Chavanon, accipere agnomentum* S. Petri, *quòd eam inhabitârit, si in eadem natus non fuerit. Virtutes, quibus Sanctus animum à puero excoluit & dein effulsit archipresbyter Langiacensis, suæ & alienæ salutis studiosissimus ac miraculis etiam inclarescens, pius lector videre potest in ipsius Actis & cum Dei gratia imitari.*

quem cum cura monialium abbatiæ Casensis deposuit canonicorum Regularium habitum suscepturus.

18 *In Langiacensi, olim Claromontanæ, at modò diœcesis S. Flori archipresbyteratu prope fluvium Elaverim in valle profunda jacet abbatia Casensis seu S. Petri de Casis, monialium Ordinis S. Benedicti secundum Dionysium Sammarthanum tom.* 2 *col.* 451: *ubi abbatiæ istius origo repetitur à Caroli Magni temporibus, ac mox subjungitur:* Nulla tamen occurrit mentio Casensis parthenonis usque ad seculum XI, quo anno circitèr MLXXV curam ipsius habuit S. Petrus de Chavanone, ut refert Vita tom. 2 Spicilegii edita. *In Animadversionibus ad tomum* 2, *quæ ante tomum* 3 *adferuntur, pro* anno circitèr MLXXV *rectè monetur legendum esse* ante an. MLXII: *nam ex Sancti Actis manifestum est, moniales Casenses piæ ejus moderationi subfuisse, priusquam archipresbyteratum Langiacensem abdicaret, religiosamque canonicorum Regularium S. Augustini vitam profiteretur; quod non seriùs quàm anno* 1062 *fecit, ut suo loco dicetur. Quantum ex iisdem Actis colligere licet, cum archipresbyteratu monialium Casensium curam dimisserat, cùm pium Deoque, cujus voluntatem crebris precibus explorârat, probatum consilium exsequeretur & in locum sibi divinitus monstratum secederet. Fuit is Piperacum, ubi brevi canonicorum secundum regulam S. Augustini viventium congregationem sub sua disciplina erexit. Circa tempus non leves occurrunt difficultates, quarum examini præmitto, quæ de Piperacensis monasterii initiis & insignibus, quæ sub sancto suo Fundatore & primo Præposito cepit, incrementis memoriæ prodita inveni.*

§ III. Piperacensis canonicorum Regularium domûs origo & incrementa; ecclesiæ ab ejus fundatore & primo præposito S. Petro acquisitæ, in quibus suos discipulos constituit.

Monasterii Piperacensis initia ex Sancti Actis

Piperacensis canonicorum Regularium domûs primordia apud Dacherium ita describit Stephanus; Vir Dei Petrus jejuniis & obsecrationibus vacans *in abbatia Casensi, uti ex antecedentibus liquet*, sæpe Dominum supplicat, ut, à quo procedit omne datum optimum, locum ostendat sibi aptissimum, ubi, relicto actu secularium, divinum liber exequatur negocium. Votum hujus Patris & desiderium Deus cernens auditor humilium, cujus oculum nullum latet abditum, locum monstrat illi idoneum per Apostoli Petri spiritum, antiquitus Dei Genitrici deditum, tunc temporis indigentissimum, Piperaci dicunt vocabulum, quem sacerdos habens conjugium tenebat, sed incultissimum. Petrus Petræ * fretus oraculo lætificatus præsenti indicio, * S. Petri
fuo relicto archipresbyterio, præsulis Durani functus consilio, assumpto habitu canonico, onereque mundi deposito, Deo militaturus perpetuò, suffultus Fratrum (*Petri & Guidonis*
F *d'Artos, ut in margine nostri apographi additur*) gemino solatio, vigiliarum Natali Dominico, Piperacum venit solemni gaudio, anno Domini millesimo supra sexagesimum secundo. Præfatus verò præsul Duranus, vir sanctissimus, audiens à vicinis primatibus Petro & sociis ejus gratis ecclesias dari, easdem & plures alias ei communi Claromontensium canonicorum capitulo liberalissimè concessit. Deus autem suorum fidelium messem augmentare volens, numerum supradictum visitans, in unum plures adunavit ei Regularium, qui sequantur victum Apostolicum, secundum edictum Augustinicum, nihil habentes in hoc mundo proprium. *Non legitur in nostri apographi textu, Sanctum* anno Domini millesimo supra sexagesimum secundo *Piperacum advenisse. Habetur quidem in margine:* Sanctus Petrus venit Piperacum, Gallicè Pebrac, anno Domini MLXII sub Philippo I Francorum rege: *sed hæc junioris cujusdam annotatio est. Aliæ lectiones variantes indicabuntur in notis, quibus Acta excipientur.*

& Terravis S. Petri,

20 *Instrumentum, quod Dionysius Sammarthanus ad calcem tomi* 2 *à col.* 159 *inter illa adfert,*

A *adfert, quæ ad eccleſiam S. Flori ſpectant, eorum nomina exprimit, quorum liberalitate* S. Petrus *eccleſiam Piperacenſem aliaque beneficia accepit. Strictim etiam multas alias eccleſias Sancto conceſſas enumerat. Edidit illud laudatus & deinceps ex Sammarthanis unicè laudandus Dionyſius* ex veteri codice agrorum vectigalium abbatiæ Piperacenſis, vulgo PAPIER TERRIER. *Idem inſtrumentum Sancti Actis proximè ſubjecit Dacherius* ex Terrario, *ut ipſe ſcribit*, S. Petri Piperacenſis. *Mutilum exſtat apud Sammarthanum, integrum in editione Dacherii, ex qua illud huc transfero.* Quoniam ad multorum audientiam congruum eſt pervenire, qualiter & quibus * domnus noſter Petrus in primo Piperacenſem eccleſiam habuerit, quibuſque donis ipſam eccleſiam Deus ob Genitricis ſuæ amorem & ſancti Viri religionem poſtmodùm ditaverit; ne rei veritas poſteros queat latêre, litterarum monumentis mandare provida deliberatione decrevimus. Noverit itaque præſens ætas, omniumque ſecutura poſteritas, quia anno Domini milleſimo ſexageſimo ſecundo *(notat hic in margine Sammarthanus, annum iſtum recentiore manu adſcriptum eſſe)* cùm præfatus Dei Servus, divina virtute ſuffultus, carnis illecebras devitaret, & Regulari canonicorum jugo colla ſubmitteret, ut divino cultui tantumdem * vacaret; non ſimoniaca peſte pollutus prælibatam accepit eccleſiam ab ipſo Duranto venerabili Arvernorum epiſcopo, & Augerio ejuſdem eccleſiæ capellano, & etiam à quibuſdam laïcis principibus, qui in illis temporibus illam ipſam jure hæreditario poſſidebant, videlicet Audigerio de Taglac, & Willelmo de Piperaco, & Stephano & Dalmacio fratribus ejus, & quicquid eorum ſeuales * in poſterum dare voluerint. Præterea Raimundus de Digons, & Pontius Caſſanus, & Petrus Rainaldi, quicquid in eadem eccleſia tenebant, Deo & ſanctiſſimo Viro penitus dederunt.

* *apud Sammarth.* à quibus

* tantum

* feudales

in quo etiam multæ eccleſiæ ſancto Præpoſito,

C 21 Quo in loco dum corpus jejuniis attenuaret &, ut mos eſt talium, vigiliis pernoctaret, fama ſanctitatis ejus crebreſcente, omnes illius loci incolæ ardenti animo dilexerunt, & ſuis honoribus ampliârunt. Prædictus namque pontifex, cùm relatu multorum & diſcretiſſimorum eum Dominicæ vineæ non inertem acciperet cultorem, & ſarmentorum ſterilium verbi Dei gladio mirabilem intelligeret amputatorem; quamplures eccleſias communi capitulo Claromontenſium canonicorum, & maximè in audientia domni Anſelmi decani, & Willelmi Ergino, & domni Rorgui, & Gili, & Radulphi Caſſani, imperio ſuo regendas nutu poſſeſſorum attribuit. Hæc autem ſunt nomina earum: eccleſia ſancti Vincentii & eccleſia ſanctæ Mariæ de Vetula Brivata, eccleſia ſancti Boniti, ambæ eccleſiæ de Aurato, eccleſia de Fraghaco, eccleſia de Alteyraco, eccleſia de Tauliaco, eccleſia ſancti Petri de Chaſellis, eccleſia ſancti Sebaſtiani de Vallorſeyras & eccleſia ſancti Marii. Cui largitioni Robertus tunc temporis comes Arvernenſis aſſenſum præbuit, ſuiſque muneribus augmentavit; quia ſanctum Dei virum, videlicet Petrum Piperacenſis eccleſiæ præpoſitum medullitus diligebat & arcana ſua præcipuè reſerabat. Sententiam igitur eccleſiarum & donum earum ſi auſu temerario quis improbare præſumpſerit, à corpore Chriſti & Eccleſiæ ſegregatus cum Dathan & Abiron in locum inferiorem perpetuò demergatur. *Quæ inſtrumenti hu-*

jus auctor & ſupra Stephanus de Durano, Duranto, vel, ut ego deinceps ſcribam, Durando epiſcopo Claromontano memorant, diſcutientur infrà à num. 31; *ac dein num.* 36 *inquiretur, num origo Piperacenſis monaſterii connectenda ſit cum anno* 1062, *quo inſtrumenti textus interpolatur, & fortè etiam biographi narratio, prout eam vulgavit Dacherius.* AUCTORE J. L.

22 *Quem in ſtatum decidiſſet eccleſia Piperacenſis, cùm* S. Petro *donaretur, ſatis cognoſcitur ex ſuperiùs data Stephani relatione, in qua Piperacum*, antiquitus Dei Genitrici deditum, tunc temporis indigentiſſimum & inculctiſſimum *fuiſſe dicitur. At poſtquam Sanctus cum duobus ſociis Piperaci poſſeſſionem adiiſſet, vitamque canonicam ad S. Auguſtini regulam ibi inſtituere cœpiſſet, brevi tempore locus iſte cultiſſimus, canonicorum eamdem regulam profitentium numero florentiſſimus, religioſaque diſciplinæ obſervantiâ celeberrimus evaſit. De nova atque ampliore eccleſia in honorem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ à Sancto exſtructa, & gemino miraculo, quo illam & habitatas à canonicis ædes ab incendio ſervavit, legi poteſt biographus. Auguſtinianorum canonicorum congregationem, quam Piperaci inſtituit* S. Petrus, *rexitque ſub nomine præpoſiti, valde numeroſam & regularis diſciplinæ laude illuſtrem fuiſſe, quivis facilè eruet ex ſequentibus notitiis, quas de eccleſiis Piperacenſi monaſterio à ſancto Præpoſito acquiſitis adferendas judicavi. Incipiam ab eccleſiis, quas numero præcedente recenſet allati inſtrumenti auctor. At lector prænoverit velim primò, Sammarthanum ſub finem tom.* 2 *col.* 160 *& ſeq. ex codice Ms. Piperacenſi ſeu Terrario* S. Petri *varia donationum ex antiquis chartis extractarum fragmenta edidiſſe, eumque, ubi de præpoſitis & abbatibus Piperacenſibus agit, atque etiam Branchium in Sancti Actis à pag.* 533 *ex eodem codice deſumpſiſſe, quidquid de eccleſiis Sancto donatis memorant; ſecundò omnia, quæ ex fragmentis iſtis vel Branchio aut Sammarthano adducam, locis indicatis inveniri poſſe, niſi aliter monuero; tertiò me nihil obſervaturum circa annos Chriſti & epiſcopos Claromontanos Stephanum & Durandum in dandis notitiis occurrentes, niſi poſtquam illas omnes protulero.* *ſub quo idem monaſterium florentiſſimum evaſit, conſeſſæ enumerantur.*

E

F

23 *Inter eccleſias, quas relati inſtrumenti auctor enumerat, primo loco nominantur* eccleſia ſancti Vincentii & eccleſia ſanctæ Mariæ de Vetula Brivata *ſeu Veteri Brivate; de quibus hæc habet fragmentum donationis è Terrario* S. Petri *à Sammarthano editum:* Eccleſias de Vetula Brivata, quæ antiquitus Brivatenſis eccleſiæ poſſeſſio habetur, ego Stephanus filius Bernardi reddo & commendo & dono Deo & ſanctæ Mariæ Piperacenſis eccleſiæ & domno prælato Petro & cæteris Fratribus ejus ſubjectis, necnon & eorum ſucceſſoribus *&c. Eccleſiarum S. Vincentii & Deiparæ Virginis donatorem Branchius Stephanum de Veteri Brivate nominat, eumque religioſo habitu indutum fuiſſe ait non diu poſtquam illum ſuſcepiſſent Sancti Piperacum ſecedentis comites Guido, quem etiam biographus infrà num.* 15 unum è primitivis ſociis *ejus fuiſſe teſtatur, & Petrus d'Artos. Canonicorum Regularium prioratum, quem Veteri Brivate in eccleſia S. Vincentii erexit* S. Petrus, *epiſcopatûs S. Flori cœnobiis accenſet Sammarthanus tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ col.* 421. *Ejuſdem Operis continuatores tom.* VII *col.* 797, *Varia*

AUCTORE J. L.

Anno, *inquiunt*, MDCLVI menſe Februario prioratus S. Vincentii de Veteri Brivate, diœceſis S. Flori, locum largientibus Stephano ejuſdem domino & Bernardo ipſius patre cum laude * Stephani epiſcopi Claromontenſis tunc diœceſani, inſtitutus XI ſeculo à ſancto Petro de Chavanon, primo Piperaci præpoſito, ſub imperio Piperaci, ad congregationem *Gallicanam S. Genovefæ* acceſſit. *Vetus Brivas, ubi viſitur pons ſupra Elaverim, diſtinguenda eſt à vicina Brivate; ubi in eccleſia S. Juliani martyris inſigne eſt collegium nobilium canonicorum, ex quorum numero ſanctum noſtrum Præpoſitum fuiſſe docet inſtrumentum in fine Commentarii referendum.*

* *id eſt* conſenſu

24 *Secundo loco occurrit* eccleſia S. Boniti, *quam, teſte biographo num.* 21, *Sancto dedit* Anicienſis quidam clericus Bertrandus, cognomine Bos. *In fragmento donationis è Terrario* S. Petri *eccleſia iſta nuncupatur* S. Boniti de Medeirolas. *Jacet in archipresbyteratu Libratenſi diœceſis Claromontanæ, cujus epiſcopus Aimericus anno* 1118, *ut Sammarthanus tom.* 2 *col.* 268 *ex charta Piperacenſi narrat*, ſedavit injuſtam querimoniam monachorum S. Theofredi contra canonicos S. Boniti de Medeiroles, *haud dubiè ſub regimine Prioris ea in eccleſia à* S. Petro *inſtitutos. Dein memorantur* ambæ eccleſiæ de Aurato, *ſecundum Branchium S. Martino & S. Georgio ſacræ. De his ſequens fragmentum adfero:* Notum ſit omnibus.... quòd Stephanus de Valle & uxor ſua & filii ejus dederunt Deo & ſanctæ Mariæ de Piperaco & domnò Petro ejuſdem eccleſiæ præpoſito, aſſenſu Duranni Clarom. epiſcopi, ambas eccleſias de Aniceto (*lege* de Aurato) & eccleſ. S. Sebaſtiani de Valorſeira. Quapropter canonici Piperacenſes fecerunt canonicum Willelmum de Valle filium ejus. *Quarto loco ponitur* eccleſia de Fraghaco, *mendosè pro* Flaghaco, *quam Sanctus accepit à Bliſmot domina Flaghaci; quæ etiam illi conceſſit locum la Garde, ubi eccleſiam Deiparæ Virgini exſtruxit, in qua, ſuſcepto religioſo ſtatu, reliquis vitæ ſuæ diebus Deo ſerviret ſub moderamine ſancti Præpoſiti. Ita Branchius è Terrario* S. Petri. *Catalogus beneficiorum Franciæ, Pariſiis anno* 1638 *excuſus, in Langiacenſi diœceſis S. Flori archipresbyteratu collocat abbatiæ Piperacenſis prioratus* d'Aurat & de Flaghaco, *de quibus modò egi*, & de Talhaco, *cujus mox fiet mentio.*

de eccleſiis iſtis

B

C

25 *Sequuntur* eccleſia de Alteyraco & eccleſia de Tauliaco. *Hanc ſolam iis, quæ Sancto donatæ fuerunt, annumerant Branchius & Sammarthanus. Nihil etiam in fragmentis donationum de eccleſia priore invenio; at de altera hæc adfertur notitia:* Durannus Arvernorûm eccleſiæ epiſcopus dedit domno Petro Piperacenſis eccleſiæ præpoſito eccleſiam de Tautlac &c. *Branchius hanc vocat* S. Joannis de Taillac, *& curam ejus* S. Petro *demandatam fuiſſe ſcribit, conſentiente Audigerio loci domino. Prioratûs* de Talhaco *numero præcedente meminit catalogus beneficiorum Franciæ. Succedit* eccleſia ſancti Petri de Chaſellis, *de qua aliud fragmentum accipe:* Notum ſit omnibus ... quòd Stephanus Calvus ſacerdos, de ſalute ſua ſolicitus, medietatem eccleſiæ S. Petri de Chaſelas & vineam, quæ dicitur Clauſum, Deo & S. Mariæ de Piper. & domno Petro ejuſdem eccleſiæ præpoſito dedit & conceſſit. Qua de re in poſterum factus eſt Piperaci canonicus ... regnante Philippo & præſulante Duranto. *Quis alteram medietatem ſaltem ex parte donârit, ex his Sammarthani verbis intellige:* Ceſſit præterea noſtro Petro eccleſias S. Petri de Chaſellis & S. Boniti de Medeyrolis Bertrandus Boſt Anicienſis presbyter. *Dein occurrit* eccleſia ſancti Sebaſtiani de Valorſeyras, *quam, teſte Branchio, dedit Geraldus de Corbeyre, cujus filius factus eſt canonicus Regularis: at numero præcedente invenies, eccleſiam iſtam largitum fuiſſe Stephanum de Valle cum uxore & filiis. Ultimum locum occupat* eccleſia ſancti Marii, *donata, ut idem Branchius habet, à Guilielmo Superbo, Petro de Verdeſun & Gilberga de Prades, quæ religioſæ vitæ ſe addixit. Dependentes à monaſterio Piperacenſi prioratus* Vallis-Urſeriæ & S. Marii, *in diœceſi & archipresbyteratu S. Flori ſitos, memorat laudatus Catalogus beneficiorum Franciæ.*

notitia

D

26 *Durandus epiſcopus Claromontanus in propoſito ſuperiùs inſtrumento dicitur omnes eccleſias modò enumeratas* S. Petro *dediſſe* regendas nutu poſſeſſorum, *id eſt, cum conſenſu ſeu ſecundum voluntatem eorum, qui illas poſſederant, & qualecumque ſuum jus in Sanctum tranſtulerant, ut in iiſdem ſuæ diſciplinæ canonicos Regulares conſtitueret. Adjungitur in eodem inſtrumento:* Cui largitioni Robertus tunc temporis comes Arvernenſis aſſenſum præbuit, ſuiſque muneribus augmentavit. *Scilicet, ut Branchius narrat, ſancto Præpoſito donavit terram & caſtrum de Ganillon, & ejus exemplo Audigerius dominus de Taillac, Stephanus Berauld, Iterius de Mazeiral, Guilielma Ebrard & Bernardus Charaix ejus filius, qui religioſum habitum ſuſcepit, ipſi dederunt, quidquid habebant juris in eadem terra de Ganillon. Fallitur Branchius, dum memoratum Robertum hujus nominis primum ſcribit; cùm fuerit ſecundus, qui ab anno circiter* 1060 *uſque ad* 1095 *comitatum Arvernenſem tenuit, & ſingulari veneratione* S. Petrum *viventem mortuumque fuit proſecutus, uti videre eſt apud Biographum num.* 20. *Nunc alias ſubjungo eccleſias ſancto Præpoſito & eccleſiæ Piperacenſi conceſſas, de quibus in dicto inſtrumento nulla fit mentio.*

adferuntur Roberti II comitis Arvernenſis & aliorum liberalitas.

E

F

§ IV. Canonici Regulares in aliis eccleſiis inſtituti à ſancto Præpoſito, qui Piperacenſe monaſterium erexiſſe probatur, antequam Durandus fieret epiſcopus Claromontanus.

Ricomagenſis S. Amabilis

DE *Ricomagenſi S. Amabilis eccleſia*, S. Petro *à Durando præſule collata, adjunctoque ei canonicorum Regularium cœnobio ita ſcribit Sammarthanus tom.* 2 *col.* 388: Ricomagus S. Amabilis, Arverniæ oppidum, cœnobium habuit S. Amabilis Ordinis S. Auguſtini, diœceſis Claromontenſis in Limania. Initia ſua Durando præſuli Claromontano debet, qui anno MLXXXVII parochialem S. Amabilis eccleſiam ſancto Petro de Chavanon præpoſito & fundatori eccleſiæ Piperacenſis conceſſit informandam. Hic eò deduxit aliquos inſtituti ſui diſcipulos, canonicos videlicet Regulares, qui domum hanc incoluere ad annum MDXLVIII, quo Savaro donatam fuiſſe toga ſeculari ſeu tranſiiſſe ad canonicos ſeculares

A culares auctoritate Pauli III asseverat. *Apud Sammarthanum in Catalogo tam eorum, qui Piperacense, quàm qui Ricomagense monasterium rexerunt, canonicis Regularibus post* S. Petri *mortem utrobique præfuisse lego Dalmatium illius discipulum, Robertum & Bernardum, eosque, antequam præpositura Piperacensis in abbatiam erigeretur, quod initio hujus Commentarii anno* 1095 *factum esse dixi, sub abbatum titulo Ricomagense cœnobium gubernâsse. At hoc abbatiam fuisse eo tempore, quo primaria & antiquior domus Piperacensis dumtaxat præpositura erat, probatione indiget, quæ non adfertur. Bullam Pauli PP. III anno* 1548 *datam, quâ canonicis Regularibus Ricomagensibus seculares substituti fuere, producit Sammarthanus in Jacobo de Chalençon ultimo loci abbate; sed addit, illam non nisi anno* 1570 *solemniter promulgatam & executioni mandatam fuisse.*

28 *Sammarthanus huic titulo*, Durannus *& aliæ* Clarom. episcopus donat ecclesiam S. Saturnini de Villa, nunc dicta la Mothe, *gemina ex Terrario* S. Petri *subjicit donationum fragmenta, in*
B *quorum primo ista leguntur:* Anno Incarnationis Domini millesimo LXII domnus Durandus episcopus Claromontensis ecclesiæ dedit beatæ Mariæ de Piperaco & domno Petro præposito supradicti loci & ceteris canonicis Deo ibi servientibus ecclesiam S. Saturnini, quæ vulgari lingua dicitur Villa, in præsentia personarum ecclesiæ Claromontensis, scilicet domni Anselmi decani... Hoc donum factum est in mense Maio, feriâ V. *Addo ex altero fragmento, quod etiam est de ecclesia S. Saturnini:* Post donum verò prædicti episcopi Durandi laudavit idem donum Petrus vir nobilissimus castri Bulidonensis. Testes sunt... abbas Brivatensis Raculfus, *de quo vide infrà num.* 34. *Locus, ubi visitur ecclesia S. Saturnini, a biographo num.* 15 *appellatur* Villa supra Motam. *In Catalogo beneficiorum Franciæ Piperacensis monasterii prioratus* Ville *notatur in diœcesi S. Flori & ejus archipresbyteratu Brivatensi. Non modò in diœcesi Claromontana, ad quam olim pertinuit Arverniæ tractus nunc episcopo S. Flori subjectus; verum etiam in vicinis diœcesibus Anicienſi, Vivarienſi & Ruthenensi sanctus Præpositus aliquot*
C *ecclesias per suos canonicos administrandas obtinuit.*

29 *Pervetustum haud procul Anicio in Velaunis castrum jacet, in chartis medii ævi sæpius* Podemniac, *nunc verò* Polignac *dictum, ubi Armandus vel Herimandus vicecomes S. Andeolo martyri ecclesiam* S. Petro *tradendam & à canonicis Piperacensibus, quos ipse constitueret, regendam exstruxit, bonisque, unde illi alerentur, affatim dotavit. Ita quoad substantiam Branchius ex Terrario* S. Petri; *è quo sequentia decerpsit Sammarthanus:* Inspirante Domino Jesu, qualiter de ecclesia S. ac beatissimi martyris Andeoli peractum est, pernotare proponimus. Cùm per orbem illustrissimi ac sanæ mentis viri longè latéque Domino Deo suorum actuum & cogitationum placere studerent; quidam inter illustres illustris & boni muneris non tardior ipsi placere non distulit, videlicet domnus Herimandus vicecomes. Quapropter ecclesiam beati martyris Andeoli omnipotenti Deo fabricari constituit, quam non mediocriter de suis & obtimis * hereditari placuit terris, videlicet... *Bona annexa ecclesiæ S. Andeoli atque hujus donationem, à vicecomite Podemniacensi fa-*

ecclesiæ

* optimis

Septembris Tomus III.

ctam, & forte alia hìc suppressit Sammarthanus, ex eodem Terrario ista subjungens: Proinde præfatus Stephanus Arvernorum episcopus supradictam ecclesiam, & quatum ad eam respicere videbatur, consilio patris sui, Deo & S. Piperaci monasterio & domno Petro ejusdem loci præposito gratanter iterum attribuit. Unde missos ibidem canonicos... *Adjicitur tom.* 2 *col.* 261 & 458. Hæc autem scripta sunt jussu domni Armandi ejusque filii Stephani, aliis faventibus filiis Willelmo & Pontio. Deinde Pontius vicecomes... *Duo scriptores Benedictini è congregatione S. Mauri in Historia generali Occitaniæ tom.* 2 *pag.* 549 *Stephani V episcopi Claromontani & simul, ut aliunde didici, ecclesiæ cathedralis Anicienſis præpositi patrem Armandum hujus nominis tertium vicecomitem Podemniacensem fuisse asserunt, & ecclesiam S. Andeoli præposituræ Piperacensi concessam fuisse, ut in ipsis donationis Actis à Sammarthano visis annotari ajunt,* die VI Octobris anno regni Philippi I tertio; *quem iidem scriptores componunt cum anno Christi* 1062, *qui Philippi I Francorum regis tertius fuit a morte patris Henrici I: adduntque donationem ipsam non posse affigi anno* 1061, *Philippi regis coronati tertio, quia monasterium Piperacense ante annum* 1062 *fundatum non fuit; quod quàm incertum sit, patebit ex dicendis num.* 36.

30 *Geraldus II episcopus Vivarienſis duarum in sua diœcesi ecclesiarum administrationem sancti Præpositi curæ commisit, scilicet S. Laurentii & S. Pontii. Utramque exprimit Branchius & Joannes Columbus in Opusculis historicis, Lugduni anno* 1675 *editis, pag* 206; *ubi de Geraldo præsule agens,* Anno, *inquit,* MLXX dedit Petro de Chavanon fundatori & primo præposito Pebracensi ecclesias S. Laurentii & S. Pontii, adductus sanctitate & miraculis Viri. *Idem tom.* 2 *col.* 458 *in annotatione habet Sammarthanus; qui documentum, quod de duabus istis ecclesiis anno* 1070 *donatis in Terrario* S. Petri *invenit, ita mutilatum ceteris fragmentis subjungit:* Existimantibus & cogitantibus Geraldo Dussel & uxore sua de recuperatione amoris Christi & de salute animarum suarum & parentum suorum, dederunt Deo & beatæ Mariæ de Piperaco domnoque Petro primo præposito ac viro religiosissimo ecclesiam S. Pontii... donante & concedente Geraldo episcopo Vivarienſi, donantibus & concedentibus suffraganeis & rectoribus.... *Idem Sammarthanus tom.* 1 *col.* 204 *Pontium Stephani episcopum Ruthenensem dedisse ait* Piperaco & D. Petro præposito ejusque successoribus ecclesiam S. Martini de Altopodio, ex chartario Piperacensi *seu Terrario* S. Petri. *Branchius ex eodem narrat, Pontium, quem à cognomine Stephanum appellat, binis Sanctum ecclesiis donâsse, scilicet S. Gervasii & S. Martini de Alpueck seu Altopodio cum assensu Stephani de S. Ursano & fratrum ejus, qui canonicorum Regularium habitum sumpserint, religiosæ vitæ præceptis à sancto Præposito imbuendi. Liquet ex dictis num.* 13, *donationem istam non potuisse fieri ante annum* 1079.

31 *Quæ hoc & præcedente paragrapho collegi documenta, gemina quæstioni materiem præbent. Prima est, an Piperacensis canonicorum Regularium domus fundata fuerit sub episcopo Claromontano Durando: secunda, an ejus origo præcesserit annum* 1062. *Hanc quæstionem in* § *sequentem reservo & ad priorem respondeo,* S.

donatæ S. Petro & præposituræ Piperacensi,

quæ ante episcopatum Claromontanum Durandi

AUCTORE J. L.

E

F

AUCTORE J. L.

Petrum *monaſterium Piperacenſe erexiſſe & ſub nomine præpoſiti gubernâſſe ante epiſcopatum Durandi ſaltem ſub ipſius deceſſore & Renconis anno* 1052 *vitâ defuncti ſucceſſore Stephano V, qui anno* 1073 *, relicta ſede Claromontana , tranſiit ad Anicienſem obitu Petri II vacantem. Stephanum , ſpretâ primâ ſponsâ , aliam ſibi vindicâſſe indignè tulit S. Gregorius PP. VII : at ille cùm Sedis Apoſtolicæ judicio ſe in omnibus obtemperaturum promiſiſſet , gratiam Pontificis recuperavit ; qui per litteras menſe Aprili anno* 1074 *ſcriptas Anicienſes monuit , ut Stephanum tamquam ſuum præſulem revererentur. Promiſſis non ſtetit , atque à Pontifice Romæ in Quadrageſima anni* 1076 *concilium celebrante, atque iterum Anicii ab ejus legato Hugone antiſtite Dienſi excommunicatus fuit aliquot diebus poſt ſynodum Claromontanam , in qua Durandus abbas Caſæ-Dei urbis ejuſdem epiſcopus fuerat conſecratus , depoſito ob ſimoniam Guilielmo de Camaleria , qui cathedram à Stephano deſertam occupaverat. Iteratæ excommunicationis ſententiam à legato ſuo Hugone in Stephanum latam ſummus Pontifex duabus epiſtolis confirmavit , quarum altera ad Anicienſes canonicos , altera ad Galliæ epiſcopos , utraque eodem die* XXIII *Martii anno* 1077 *data fuit. Hinc conficitur , ſynodum Claromontanam , in qua Durandus initiatus eſt epiſcopus , non ſeriùs habitam fuiſſe quàm eodem anno* 1077 *ineunte ; ſed neque citiùs quàm exeunte anno* 1076 *illam celebratam fuiſſe ex eo evincitur , quòd poſt S. Robertum primum Caſæ-Dei abbatem , die* XVII *Aprilis anno* 1067 *mortuum , decem ferè annis iſti monaſterio præfuiſſet Durandus , priuſquam epiſcopus in dicta ſynodo ordinaretur. Hæc omnia certò vera eſſe didici ex laudatis S. Gregorii epiſtolis apud Labbeum tom.* X *Conciliorum à col.* 63 *&* 164 *, ex Actis concilii Romani ibidem col.* 356 *, necnon ex Chronico Virdunenſi Hugonis abbatis Flaviniacenſis , qui quæ in rem noſtram de ſynodo Claromontana & epiſcopis Stephano & Durando habet , ibidem col.* 359 *legi poſſunt ; item ex Bertrando monacho Caſæ-Dei in miraculis S. Roberti , ad* XXIV *Aprilis in Opere noſtro editis , diſtinctione* 1 *num.* 16 *& diſt.* 3 *num.* 3.

B

C

ſub deceſſore Stephano V extitiſſe oſtenditur :

32 *Præpoſituram Piperacenſem Durandi epiſcopatu , cujus initium anno* 1076 *exeunti vel ineunti* 1077 *innectendum eſſe probavi , antiquiorem eſſe pro re certa habeo. Imprimis nondum ſedere cœperat , imò ne quidem S. Roberto abbati Caſæ-Dei , qui anno* 1067 *obiit , ſucceſſerat Durandus , dum ſanctus noſter Præpoſitus monaſterio ſuo Piperacenſi univit eccleſiam S. Andeoli martyris ; hanc enim illi non ſeriùs quàm anno* 1062 *dederunt Armandus III vicecomes Podemniacenſis & filius ejus Stephanus epiſcopus Claromontanus , uti patet ex dictis num.* 29. *Iidem Armandus & Stephanus , cùm hic Anicienſem ſedem teneret , Durandus verò abbatiam Caſæ-Dei adminiſtraret , memoratam eccleſiam S. Andeoli & Piperacenſes canonicos in ea conſtitutos variis poſſeſſionibus ditârunt , quas apud Sammarthanum ad calcem tomi* 2 *col.* 229 *enumerat inſtrumentum ex tabulario Piperacenſi ſeu Terrario* S. Petri *deſumptum , firmatumque ſubſcriptione* Hermanni *ſeu Armandi* vicecomitis. . . . Stephani ejus filii Anicienſis patriæ epiſcopi *&* , *ut cæteros omittam* , Durantis abbatis Caſæ-Dei. *Inſtrumentum iſtud confectum fuit , ut credere fas eſt , cùm Stephanus epiſcopus Anicienſis anathemate nondum eſſet percuſſus. Priuſquam à Claromontana ad Anicienſem diœceſim tranſierat , inter canonicos Regulares Piperacenſes & Brivatenſe S. Juliani capitulum inita fuit ſocietas , quam charta in fine hujus Commentarii proferenda ita exponere incipit :* Anno ab Incarnatione Domini milleſimo LXX domnus Petrus Piperacenſis eccleſiæ præpoſitus *&c. Eodem anno* 1070 *Geraldus II epiſcopus Vivarienſis ſancto noſtro Præpoſito benefecit , teſte Joanne Columbo , cujus verba dedi num.* 30. *Denique Galliæ Chriſtianæ novæ continuatores ſuprà num.* 23 *ſcribunt ,* S. Petrum *Veteri-Brivate Piperacenſium canonicorum prioratum inſtituiſſe in eccleſia S. Vincentii , ipſi donata* cum laude *, id eſt conſenſu ,* Stephani Claromontenſis tunc diœceſani. *Hæc ſanè omnia nullum mihi relinquunt dubium , quin præpoſitura Piperacenſis fundata fuerit ante epiſcopatum Durandi ſaltem ſub ejus deceſſore Stephano , qui , ut antè dixi , poſt Renconem anno* 1052 *mortuum uſque ad* 1073 *Claromonte ſedit.*

D

33 *Nihil itaque moror lectionem quintam Officii de Sancto num.* 9 *datam , quæ Durandi epiſcopatum cum monaſterii Piperacenſis primordiis componit ; nihil Branchium , qui pariter in errorem iſtum lapſus eſt , & in eumdem pertraxiſſe videtur Galliæ Chriſtianæ antiquæ auctores tom.* IV *pag.* 733 *; nihil etiam inſtrumentum ex Terrario* S. Petri *à num.* 20 *relatum , quod de origine præpoſituræ Piperacenſis iſta obtrudit :* Noverit itaque præſens ætas, omniumque ſecutura poſteritas , quia anno Domini milleſimo ſexageſimo ſecundo , cùm præfatus Dei Servus , divina virtute ſuffultus , carnis illecebras devitaret & Regulari canonicorum jugo colla ſubmitteret , ut divino cultui tantumdem * vacaret ; non ſimoniaca peſte pollutus prælibatam accepit eccleſiam *Piperacenſem* ab ipſo Duranto venerabili Arvernorum epiſcopo *&c. Hæc ſpectant , quæ annotavit Dionyſius Sammarthanus , ubi de Piperaco agit.* Qui , *inquit* , chartarium Piperac. propriis luſtrârunt oculis , obſervârunt , annum MLXII , qui aſſignatur pro fundationis tempore , fuiſſe alia & quidem recentiori manu ſcriptum. Aliunde conſtat Piperacenſem eccleſiam canonicos Regulares habuiſſe ante Duranni epiſcopatum & ſaltem ſub ejus anteceſſore Stephano. *Aliquibus interjectis , ita pergit :* Itaque quod legimus , Durannum epiſcopum , qui non ſedit ante an. MLXXVI , donâſſe Petro de Chavanon eccleſiam Piperacenſem , intelligi debet de confirmata ei hujus eccleſiæ poſſeſſione. *Hac obſervatione Sammarthanus , ut opinor , non excuſare , ſed potiùs corrigere voluit errorem , quo inſtrumentum vitiatur , nimis apertè adſtruens , eccleſiam Piperacenſem primùm conceſſam fuiſſe à Durando ; qui tamen non niſi ratam habere potuit primam donationem ejuſdem eccleſiæ , cujus poſſeſſionem* S. Petrus *cum ſociis ſub deceſſore Stephano adierat. In eodem inſtrumento poſt malè expoſitum Piperacenſis cœnobii initium narratur Durandus epiſcopus varias eccleſias* S. Petro *adminiſtrandas dediſſe ; ac primo loco memorantur eccleſiæ S. Vincentii & S. Mariæ de Veteri-Brivate ; quarum tamen adminiſtrationem illi non contulit Durandus , niſi eo ſenſu , quòd antè collatam confirmârit. Relege dicta num.* 23.

notantur errores , quibus vitiatur

E

* tantum

F

34 *Veriſimiliùs etiam ante Durandi epiſcopatum à canonicis Piperacenſibus poſſeſſa fuit eccleſia S. Saturnini. Hanc quidem ſuprà num.* 28 *ſanctо*

Terrarium S. Petri ; biographi textus vel corruptus

A *ſancto Præpoſito dediſſe dicitur* Durandus epiſcopus Claromontenſis eccleſiæ ; *ſed additur :* Anno Incarnationis Domini milleſimo LXII . . . in menſe Maio , feriâ V , *quo tempore Stephanus ſedebat , & donationem factam fuiſſe credibilius eſt , quòd ibidem ſuo teſtimonio eam roborâſſe legatur* abbas Brivatenſis Raculfus , *qui deſignato anno* 1062 *præerat. Dionyſius Sammarthanus tom.* 2 *col.* 476 *eum nominat* Radulfum , *& abbatiam Brivatenſem S. Juliani non ultra annum* 1066 *adminiſtrâſſe probat. Facilè crediderim , Terrarii auctorem vel fortè librarium legiſſe in antiquis chartis , eccleſiam S. Saturnini non ſolùm anno* 1062 *tempore abbatis Raculfi vel Radulfi , ſed etiam à Durando præſule donatam fuiſſe ; ſed illum non diſtinxiſſe donationem primam à ſecunda ſeu prima confirmatione , atque ex utriuſque confuſione natum eſſe enormem iſtum errorem , quo Durandi epiſcopatus ab anno* 1077 *vel* 1076 *ad annum* 1062 *retrahitur. Ex ſimili confuſione profluere potuit , quòd in eodem Terrario aſſeratur* S. Petrus *eccleſiam Piperacenſem à Durando jam tum epiſcopo accepiſſe ,* cùm præfatus Dei Servus , divina virtute

B ſuffultus , carnis illecebras devitaret & Regulari canonicorum jugo colla ſubmitteret. *Verùm, inquies , Sanctum ſub Durando epiſcopo prima tam religioſæ vitæ quàm præpoſituræ Piperacenſis fundamenta jeciſſe , ipſe etiam Stephanus biographus ita manifeſtè declarat :* Suo relicto archipresbyterio , præſulis Durani functus conſilio , aſſumpto habitu canonico , . . . ſuffultus Fratrum gemino ſolatio , vigiliarum Natali Dominico , Piperacum venit *&c. Reſpondeo , hunc locum forte corruptum eſſe tam in exemplari apud Dacherium edito , quam in apographo noſtro Piperacenſi. Ita mihi ſuſpicari licet , cùm exploratum habeam , in neutro genuinam ubique lectionem ſervari. Qui in Terrario , ſive is ejus auctor fuerit , ſive librarius aut interpolator , Durandi epiſcopatum & originem præpoſituræ Piperacenſis eidem tempori illigavit , etiam Durandi Acta conſimili errore fœdare potuit.*

vel benigna interpretatione excuſandus videtur.

C 35 *Si tamen primigenia lectio habeat :* Præſulis Durani functus conſilio *&c. ; dici poteſt , biographum per prolepſim Durando tribuiſſe appellationem* præſulis , *quòd poſtea eam dignitatem geſſerit. Convenit inter omnes , monaſterium Piperacenſe fundari cœptum eſſe ante annum* 1063 , *quo Durandus monachus Benedictinus erat ſub S. Roberto abbate Caſæ-Dei , cui etiam anno* 1067 *ſucceſſit. Piperacenſem & S. Saturnini eccleſiam* S. Petro *ante annum* 1063 *dare non potuit monachus Durandus ; atque ideo inexcuſabilis eſt eorum error , qui utramque eccleſiam à Durando epiſcopo ante idem tempus donatam fuiſſe ajunt : at Durandus , licèt monachus , Sanctum potuit conſilio juvare ; atque ideo objecta Stephani verba benignam , quam dedi , interpretationem non reſpuunt. Illis proximè ſubjungit biographus , Durandum multas eccleſias* S. Petro *conceſſiſſe ; quod non fecit , niſi poſtquam anno* 1076 *vel* 1077 *ex abbate Caſæ-Dei creatus eſſet epiſcopus Claromontanus. Dein eò redit , unde erat digreſſus , ſcilicet ad Sanctum , qui Durandi nondum epiſcopi conſilium ſecutus , ſuſceptoque canonicorum Regularium habitu , Piperacum advenerat cum duobus ſociis : quibus plures alios aggregatos fuiſſe hiſce verbis ſignificat :* Deus . . . . numerum ſupradictum viſitans , in unum plures adunavit ei Regularium , qui ſequantur victum Apoſtolicum *&c. Porrò credere malo , Stephani narrationem vel corruptam vel eo ſenſu , quo illam cum veritate conciliavi , exponendam eſſe ; quia minùs veriſimile mihi apparet , ſcriptorem iſtum , canonicum Piperacenſem & à* S. Petri *ætate tam parùm remotum , ut ejus diſcipulis facilè cohabitare & ab iis inſtrui potuerit , adeo turpiter hallucinatum fuiſſe , ut ad Durandi epiſcopatum diſtulerit monaſterii ſui initia , diu antè ſub Stephano deceſſore fundati.*

§ V. Ejuſdem monaſterii primordia veriſimiliter referenda ad annum circitèr MLX ; Ordo canonicorum Regularium S. Auguſtini multo antiquior ; ſocietas S. Petrum inter & canonicos Brivatenſes inita.

E

Sanctus Piperacum ſeceſſit , ibique canonicos Regulares veriſimiliùs ante annum 1062 *inſtituit :*

IN dubium vocari nequit , quin S. Petrus *non ſerius quàm anno* 1062 *ex archipresbytero Langiacenſi canonicus Regularis factus fuerit, & Piperaci religioſos idem vitæ inſtitutum ſectantes ſub ſua diſciplina congregare cœperit. Sed an non citiùs quàm eodem anno* 1062 *canonici Regulares ſub ſancto Præpoſito Piperacum incoluere ? Id negant Branchius & ſcriptores Benedictini num.* 29 *citati. At quo fundamento nixi ? An quia inſtrumentum ex Terrario num.* 20 *tranſcriptum habet , eccleſiam Piperacenſem* S. Petro *donatam fuiſſe* anno Domini milleſimo ſexageſimo ſecundo , cùm præfatus Dei Servus . . . Regulari canonicorum jugo colla ſubmitteret ? *Audi iterum Sammarthani lectorem admonentis verba num.* 33 *data :* Qui chartarium Piperac. propriis luſtrârunt oculis , obſervârunt, annum MLXII , qui aſſignatur pro fundationis tempore , fuiſſe alia & quidem recentiori manu ſcriptum. *An quia in Sancti Actis apud Dacherium legitur :* Aſſumpto habitu canonico . . . vigiliarum Natali Dominico , Piperacum venit ſolemni gaudio , anno Domini milleſimo ſupra ſexageſimum ſecundo ? *Sed in apographo noſtro Piperacenſi notis in margine appoſitis & juniori auctori adſcribendis iſte annus inſeritur , non verò ipſius biographi narrationi ; in quam facilè ex margine transferri potuit à librario , cujus exemplari uſus eſt Dacherius. Tam in noſtro Ms. quàm in Dachertano biographi textu dicitur Sanctus Piperacum adveniſſe* vigiliarum Natali Dominico , *id eſt , in vigilia Nativitatis Domini. At* S. Petro *præpoſito Piperacenſi donata fuit eccleſia S. Saturnini* anno Incarnationis Domini milleſimo LXII . . . in menſe Maio , feriâ V, *uti ſupra num.* 28 *in Terrario habetur ; eccleſia verò Podemniacenſis S. Andeoli , ut ſcriptores Benedictini num.* 29 *laudati ſe legiſſe teſtantur ,* die VI Octobris anno III regni Philippi I , *id eſt , anno Chriſti* 1061 *vel* 1062 ; *nam tertius à Philippo I rege coronato annus currere cœpit feſto Penteceſtes anni* 1061 , *tertius autem à morte Henrici patris* IV *Auguſti anni* 1062. *Relinquitur , ut ſaltem in annum* 1061 *vel* 1060 *inciderit vigilia Nativitatis Domini , quâ Sanctus , canonicorum Regularium habitu aſſumpto, Piperacum ſeceſſit.*

F

AUCTORE J. L. *non solùm dicto anno, sed etiam concilio Romano anni 1059 multo antiquiores sunt*

37 *Non me latet, aliquos scriptores opponi posse, in quorum opinione* S. Petrus *anno* 1062 *vel citiùs religiosam canonicorum Regularium nec vitam profiteri, nec congregationem Piperaci instituere potuit; cùm ad posteriora tempora Ordinis istius originem removeant: sed ad hanc inveniendam ad anteriora tempora ascendendum esse, nunc magno consensu tenent eruditi, atque etiam ex dicendis manifestum fiet. Thomassinus in Veteri & nova Ecclesiæ disciplina part.* 1 *lib.* 3 *cap.* 21 *canonicorum Regularium institutionem à canone quarto concilii Romani, sub Nicolao PP. II anno* 1059 *celebrati, tamquam à primo fonte repetit. Si auctori illi assentirer, ut nonnulli fecere, dicerem Piperacensem canonicorum Regularium præposituram non potuisse erigi ante annum circiter* 1060, *& ejus fundatori* S. Petro *gratularer, quòd primus vel ex primis fuerit, qui celeberrimi istius instituti religiosos in orbem Christianum invexerunt. At neque hanc Sancto laudem attribuo, neque etiam nego, monasterii Piperacensis primordia priora esse anno circiter* 1060; *quamquam illa*
B *ad istud tempus potiùs referenda videantur, quòd tunc per Galliam propagati fuerint canonici Regulares, ut num.* 43 *videbitur. Tunc propagatos fuisse dico, non natos; nam Thomassinus in concilii Romani, anno* 1059 *habiti, canone quarto, qui num.* 42 *proponetur, non detexit fontem, è quo sacer ille Ordo originem traxit, sed è quo incrementum cepit. Ipse Thomassinus in suis principiis admittere debuisset, illum diu ante memorati concilii celebrationem extitisse, si ejusdem Acta legisset, quæ Mabillonius anno vitæ suæ supremo, Christi* 1707, *ex pervetusto codice Romano Ottoboniano primus in lucem publicam protulit tom.* IV *Annalium Benedictinorum à pag.* 748. *Multi quidem scriptores contra Thomassinum affirmant, canonicos Regulares antiquiores esse concilio Romano anni* 1059; *at simul contendunt, illos seculo* XI *primùm exortos fuisse, nec ullam religiosam eorum familiam agnoscunt, quæ præcesserit Avenionensem S. Rufi, viginti circiter annis ante istud concilium erectam. Sed hujus Acta illorum etiam sententiam adeo infirmant, ut imprudenter me agere existimarem, si eam amplecterer.*

C *canonici regulam, quam S. Augustinus suis præscripsit clericis, profitentes;*

38 *Antequam Acta illa producam, lector noverit velim, canonicos Regulares S. Augustini ita dictos esse à regula seu norma vivendi, quam sanctus Doctor cum suis clericis primorum Christianorum exemplo servavit & occasione cujusdam offensionis populo Hipponensi publicè exposuit in duobus sermonibus, qui in Parisiensi Benedictinorum editione sunt* 355 *&* 356, *aliàs* 49 *&* 50 *de Diversis.* Quomodo, *inquit in sermonis posterioris exordio*, Deo propitio jam vivimus, quamvis de Scriptura sancta multi noveritis, tamen ad commemorandos vos ipsa de libro Actuum Apostolorum vobis lectio recitabitur, ut videatis, ubi descripta sit forma, quam desideramus implere. . . " Multitudinis au-„ tem credentium erat anima una & cor unum; „ & nemo eorum, quæ possidebat, dicebat a-„ liquid suum esse, sed erant illis omnia com-„ munia. . . . Neque enim quisquam egens erat „ inter illos : quotquot enim possessores præ-„ diorum vel domorum erant, vendentes affe-„ rebant pretia illorum, & ponebant ante pe-„ des Apostolorum. Distribuebatur autem uni-„ cuique, prout cuique opus erat „. *Ad verba sacra, ex Actibus Apostolorum cap.* 4 ℣. 32, 34 *& seq. hìc relata, tamquam ad perfectissimam vitæ clericalis regulam, suam suorumque clericorum vivendi rationem ordinavit primitivæ Ecclesiæ æmulator S. Augustinus: canonicos verò ejus imitatores, qui seculo* XI *Ecclesiam illustrárunt, Regularium S. Augustini nomen inde accepisse, certis & luculentis veterum testimoniis hìc probarem, si timerem, ne æquus & eruditus lector, re maturè examinata, à me dissentiret. Interim consuli potest P. Le large canonicus Regularis in Disquisitionibus sui Ordinis, quas anno* 1697 *Parisiis, suppresso suo nomine, edidit, à pag.* 45 *&* 67.

D

39 *Regulæ ex priscorum conciliorum decretis & Patrum sententiis collectæ, quam synodus Aquisgranensis anno Christi* 816 *habita canonicis præscripsit, caput* 112 *&* 113 *constituunt memorati duo S. Augustini sermones, ex quibus constat, eum in æde episcopali cum clericis contubernalibus communem vitam professum fuisse & rerum omnium sine ulla exceptione abdicationem. Sed subsequentia regulæ istius capita à S. Augustini & aliorum Patrum dictis priùs allatis deflectunt in eo maximè, quòd canonicis permittant proprio nomine possidere res quascumque, etiam ab ecclesia provenientes. Nunc ex laudatis concilii Romani anno* 1059 *habiti Actis ea accipe, quæ canonicos Regulares Augustinianos, licèt sub hoc nomine, de quo litigandum non est, ante idem concilium non innotuerint, re tamen ipsa multo antiquiores esse evincunt.* Anno ab Incarnatione Domini MLIX, Indictione XII, Kal. Maii, præsidente domno & venerabili Papa Nicolao, anno primo Pontificatûs sui, cum Cardinalibus suis, episcopis & presbyteris, considentibus quoque Dominico Gradensi patriarcha *&c.* in basilica sacri palatii Lateranensis, quæ agnominatur Leonina, præstantissimus vir Hildebrandus, *postea summus Pontifex Gregorius VII*, Apostolicæ Sedis archidiaconi auctoritate functus, ait : Nonnulli ex clericali ordine, per Spiritum sanctum perfectæ caritatis igne inflammati, JAM DUDUM in hac Romana urbe & in provinciis atque parochiis eidem specialiùs pertinentibus seu cohærentibus noscuntur COMMUNEM VITAM EXEMPLO PRIMITIVÆ ECCLESIÆ, *id est, regulam, quam S. Augustinus clericis in domo episcopali sibi conviventibus dedit observandam*, AMPLEXI SIMUL ET PROFESSI, in tantum quòd nihil sibi reservâssent proprii, facultate sua vel distributa egenis, aut relicta propinquis, vel certè oblata Christi ecclesiis.

uti clarissimè patet

E

F

40 Quos sicut amor perfectionis artiorem viam aggredi, & per angustam portam ingredi sancta contentione conjunxit; sic & abundantia iniquitatis suo frigore paulatim disjungere quærit, ut post se recedant, atque propositi semel arrepti apostatæ fiant : dum sint in eis, quos incauta adolescentia aut suspecta senectus revocat & retrahit ad præsumptionem peculiaritatis, quam suo vel parentum suorum voto reliquerant. Qui etiam ad maximam suæ prævaricationis defensionem assumunt aliquot capitula ex regula illa *Aquisgranensi*, quæ dicitur canonicis, hortatu Ludovici *Pii* imperatoris, à quo nescitur, compilata : qui quamdiu priorum Patrum sententiis & vestigiis congregationes canonicorum informare & ducere curavit, facultates ecclesiæ his tantùm deberi prædicavit, qui amore perfectionis vel renunciant simul omnibus, quæ possident, vel soli cupiditati possidendi, si desunt alia, quibus

ex Actis memoratis

A bus renuncient. Ubi autem vel ſuo vel alieno languori quaſi condeſcendere voluit, à tramite ſanctorum Patrum nimiùm devius aberravit, totumque, quod approbare videbatur, reprobavit, & quod defendendum ſuſceperat, non ſolùm impugnavit, ſed quantum in ſe fuerat, expugnavit. Quæ capitula, quia inpræſentiarum habentur, placeat huic ſancto veſtro conventui ut conſiderentur, ac demum neceſſaria & congrua ſententia ſuper his proferatur: quatenus qui jam ſuò ſeu parentum voto deliberaverunt vel cœperunt in canonica congregatione ſine aliqua proprietate vivere, retro reſpicere caveant; & qui manum in hujuſmodi aratrum nondum miſerunt, quid obſervandum ſit eis, poſtquam ſemel miſerint, ediſcant.

Romani concilii ſub Nicolao PP. II

41 Simul quoque placeat Sanctitati veſtræ, ut recitetur profeſſio illa, quâ USQUE NUNC IN ROMANA URBE CLERICI INSTAR PRIMITIVÆ ECCLESIÆ COMMUNITER VICTURI, SE IPSOS OBLIGARE SUNT SOLITI: & ſi confirmanda eſt, auctoritate veſtra confirmetur, vel ſi corrigenda, veſtro judicio corrigatur. *Religioſam profeſſionem, de qua hîc ſermo eſt, adfert Mabillonius tom.* IV *Annalium Benedictinorum pag.* 587 *ex eodem codice Romano Ottoboniano, è quo ibidem pag.* 748 *producit, quæ jam in hunc Commentarium tranſtuli. His autem verbis profeſſio iſta concepta exhibetur:* Sicut regulariter ſancitum tenetur, ego ill. trado atque offero me ipſum Catholicæ eccleſiæ ill. vel ſanctæ ill. & domno ill. præpoſito ſecundum regulam canonicam fideliter ſerviturum, pallâ altaris manibus involutis cum oblatione, mearumque rerum portionem ad uſum & ſumptum FRATRUM CANONICORUM, illic pro tempore INSTAR PRIMITIVÆ ECCLESIÆ DEO DESERVIENTIUM: ita ut ab hac die non liceat mihi collum excutere de ſub jugo regulæ; ſed magis eamdem regulam fideliter ſecundum inſtituta ſanctorum Patrum ſervare, & Domino cum ceteris grato animo militare. Et ut hæc promiſſio firma permaneat, manu mea firmavi & teſtibus roboravi. *Hæc eſt illa formula, quâ* jam dudum *ante concilium anni* 1059 *uſi fuerant, & uſque ad illius celebrationem ſine ulla interruptione uti perrexerunt canonici Romani, communem omniſque peculii expertem ſeu primorum Chriſtianorum vitam profitentes. Eamdem olim voverunt clerici S. Auguſtini, ut ipſe in ſermone primo de eorum vita & moribus teſtatur:* Ecce dico, audite. Qui ſocietatem communis vitæ jam ſuſceptam, quæ laudatur in Apoſtolorum Actibus, deſerit, A VOTO SUO CADIT, A PROFESSIONE SANCTA DECIDIT.

anno 1059 *habiti: vitæ inſtitutum, quod in ejus canone* 4 *commendatur,*

42 *Probavit Nicolaus Papa Hildebrandi conſilium de examinandis laxiore Aquiſgranenſi canonicorum regula & formula profeſſionis, quam arctioris diſciplinæ clerici emittere conſueverant. Prolati itaque fuerunt duo ſynodi Aquiſgranenſis libelli, qui præter dictam canonicorum regulam etiam alteram canonicabus datam complectebantur. Quæ Romani concilii Patres in utraque regula reprehenderunt ex codice Ottoboniano adducit Mabillonius laudatus à pag.* 749. Cetera, *inquit*, deſunt in manuſcripto, ut puto, originali; à quo avulſum eſt ſaltem folium unum. *At profeſſionem* inſtar primitivæ eccleſiæ Deo deſervientium, *cujus quoque formulam Hildebrandus in concilio Romano recitari poſtulârat, confirmatam & plurimùm canonicis omnibus commendatam fuiſſe, ſatis eruitur ex ejuſdem concilii canone quarto apud Labbeum tom.* IX *col.* 1099: Et præcipientes ſtatuimus, ut .. juxta eccleſias, quibus ordinati ſunt, ſicut oportet religioſos clericos, ſimul manducent & dormiant; & quidquid eis ab eccleſiis venit, communiter habeant. Et rogantes monemus, ut ad APOSTOLICAM COMMUNEM ſcilicet VITAM ſummopere pervenire ſtudeant. *Imperat hîc ſynodus Romana communitatem omnium proventuum eccleſiaſticorum, quorum proprietatem Aquiſgranenſis regula cap.* 115 *canonicis permiſerat. Hos quidem illa nullo præcepto adigendos cenſuit, ut, ceteris quoque bonis abdicatis, communem vitam ducerent* Apoſtolicam, *quæ in Actibus Apoſtolorum cap.* 4 *deſcribitur, quæque eo tempore Romæ & alibi in nonnullis eccleſiis ſervabatur: omnes tamen rogatos & monitos eſſe voluit, ut ſummo ſtudio perfectiſſimam illam vivendi rationem æmularentur. Idem illis inculcat ſynodus Romana anno* 1063 *ſub Alexandro PP. II habita, quæ canones omnes in priore ſynodo conditos confirmavit innovavitque.*

per Galliam anno circiter 1060 *propagatum: Piperacenſe cœnobium, tunc quoque erectum,*

43 *Poſtquam Nicolaus PP. II per litteras, quæ apud Labbeum cetatum col.* 1096 *exſtant, ſtatuta Romanæ ſynodi anno* 1059 *celebratæ ad omnes Galliæ epiſcopos tranſmiſiſſet, ſtatim erigi cœperant congregationes canonicorum, qui ſecundum canonis quarti ſupra relati conſilium, patrimonio rebuſque omnibus ejuratis, Apoſtolicam vitam amplexi fuere. Sanctæ hujus profeſſionis canonici fuere, quos Henricus I rex Francorum ſub vitæ ſuæ finem in eccleſiam S. Martini à Campis prope muros Pariſienſes à ſe reſtauratam anno* 1060 *induxit, quoſque* canonicos Regulari converſatione Deo famulantes *vocat in ſuo diplomate, quod legi poteſt inter inſtrumenta eccleſiæ Pariſienſis tom.* VII *Galliæ Chriſtianæ novæ à col.* 32. *Eodem circiter tempore Anna Francorum regina Silvanectenſem S. Vincentii abbatiam fundavit*, quatenus ibi quieti & tranquilli religioſi viri Domino ſervientes, mundo renuntiantes, REGULAREM, ID EST, SANCTORUM APOSTOLORUM ET B. AUGUSTINI, QUÆ SCRIPTA EST, VITAM canonicè amplectentes vivere valeant. *Hæc verba excerpta ſunt è fundationis charta, quam dant Sammarthani fratres tom.* IV *Galliæ Chriſtianæ antiquæ à pag.* 949. *Cum nullo etiam tempore aptiùs, quàm cum anno circiter* 1050 *connecti mihi poſſe videtur iſtud Stephani biographi effatum de* S. Petro *Piperacenſis præpoſituræ fundatore*: Aſſumpto habitu canonico, onereque mundi depoſito, Deo militaturus perpetuò, ſuffultus Fratrum gemino ſolatio, vigiliarum Natali Dominico, Piperacum venit ſolemni gaudio. *Habitum verò, quem Sanctus aſſumpſit, & congregationem, quam Piperaci inſtituit, fuiſſe Ordinis canonicorum Regularium S. Auguſtini, ex ſubſequentibus biographi verbis manifeſtum eſt:* Deus .... numerum ſupradictum, *videlicet* S. Petrum, *qui cum duobus ſociis Piperacum advenerat*, viſitans, in unum plures adunavit ei REGULARIUM, QUI SEQUANTUR VICTUM APOSTOLICUM, SECUNDUM EDICTUM AUGUSTINICUM, NIHIL HABENTES IN HOC MUNDO PROPRIUM.

à prima origine incoluere canonici Regulares ſub regimine S. Petri: conventio

44 *Ex verbis biographi jamjam relatis intelligitur, canonicos Regulares Auguſtinianos domum Piperacenſem ab initio ſeu ab eo tempore incoluiſſe, quo erigi cœpit ſub Stephano V antiſtite Claromontano: quia tamen auctores paragrapho præcedente refutati, qui ſub Stephani ſucceſ-*

AUCTORE J. L.

AUCTORE J. L.

successore Durando cœnobium Piperacense fundatum fuisse ajunt, nonnullam fortè suspicionem injicere possunt, illud quidem sub episcopo Stephano extitisse, sed non fuisse Ordinis canonicorum Regularium S. Augustini, quòd ejus fundator S. Petrus *cum suis discipulis non nisi sub Durando eumdem Ordinem inceperit profiteri; aliud biographi testimonio hìc subjungo documentum de societate ecclesiam Piperacensem inter & Brivatensem inita, ex quo lector clarè cognoscet, Piperacensem præposituram ante episcopatum Durandi, qui exeunte anno 1076 vel ineunte 1077 sedere cœpit, à canonicis Regularibus inhabitatam fuisse; & simul inter alia addiscet, sancto nostro Præposito collatum fuisse canonicatum in nobilissima ecclesia Brivatensi S. Juliani. Edidit illud Dionysius Sammarthanus ex Terrario* S. Petri *tom. 2 Galliæ Christianæ novæ inter instrumenta ecclesiæ S. Flori a col. 131; unde integrum huc transfero.* Anno ab Incarnatione Domini millesimo LXX domnus Petrus Piperacensis ecclesiæ præpositus venit in capitulo S. Juliani Brivatensis, in præsentia canonicorum;
B ibique supradictam ecclesiam Piperacensem, omnesque ecclesias, quas acquisituri erant ipse & confratres sui aut donando aut comparando, condonavit in allodio S Juliano martiri canonicisque suis per consensum Fratrum suorum Piperacensium, tali conventione, ut ipsi essent adjutores & defensores eorum, eisque, in quantum possent, in omnibus rebus suis per omnia auxiliarentur & consiliarentur.

Inter ipsum & capitulum Brivatense S. Juliani facta.

45 Si autem canonicus S. Juliani AD REGULAREM HABITUM EORUM PERVENIRE VELLET, ipsi Piperacenses Fratres eos cum magno gaudio aut cum pecunia aut sine pecunia reciperent; insuper, si meritum vitæ condonaret, superiorem aliis facerent. Et contrà canonici sancti Juliani condonaverunt domno Petro successoribusque suis, qui in ecclesia Piperacensi prælati essent futuri, præbendam in perpetuum, ut ipsi essent canonici sicut unus ex illis: & si canonici Piperacenses Brivate venirent, quandiu ibi morarentur, cum canonicis sancti Juliani in refectorio manducarent, simulque apud eos in choro & dormitorio manerent. Insuper canonici Brivatenses promiserunt, sese daturos mansiones Brivate canonicis Piperacensibus, ubi
C suam potuissent agere voluntatem, sicut in dominio suo. Deinde condonaverunt, quod majus est, domno Petro & canonicis suis tam præsentibus quàm futuris, quascumque ecclesias aut terras aut aliquid aliud in terra sancti Juliani adquirere potuissent aut donando aut comparando, tali conventione, quatenus sanctus Julianus & canonici sui censum suum sicuti antea haberent; quinimo canonici Piperacenses omne debitum illius adquisitionis juxta consuetudinem majorum, qui eas res possidebant, ex integro persolverent. Hoc autem in capitulo sancti Juliani ab utraque parte generaliter concessum fuit, ut ipsi communicata fraternitate in Christo unanimes essent, & Deus esset omnia in omnibus. *Branchius fœdus, inter ecclesiam Piperacensem & Brivatensem S. Juliani anno 1070 sancitum, diu durâsse scribit, & prioris abbatem suis etiam temporibus locum habere inter comites, id est, canonicos Brivatenses, titulo isto insignitos.*

D

VITA
ET MIRACULA
auctore Stephano canonico Regulari abbatiæ Piperacensis, ferè synchrono.

Ex editione Dacheriana tom. 2 Spicilegii à pag. 691, collata cum apographo Piperacensi.

PRÆFATIO

E

Auctor indicat, se fortississe jussu abbatis sui Pontii.

CArissimo suo Poncio *a*, Dei gratiâ Piperacensis ecclesiæ abbati, Stephanus servus Christi. Vitam & actus seu miracula, quæ Dominus per domnum Petrum, primum Piperacensis cœnobii institutorem *b* patravit, me scribere, Pater carissime *c*, salubriter ac sæpius admonuisti. Cui oneri me imparem judicans, hunc penè laborem omnino subterfugi: verùm tuis orationibus fretus, quod in me animus erat, per te à me *d* fieri posse confisus, nolui meam inertiam obtendere; imò pro posse tanti patris præcepto parêre *e*. Religiosissimo enim studio commotus ac nutu Dei, credo, præmonitus, quem per te hoc mihi injungere perpendebam *f*, noluisti diutiùs lumen Ecclesiæ Dei in tenebris latêre; neque sub modio, sed super candelabrum omnibus, qui in domo sunt, lucere *g*. Æquius tamen fuerat, hoc * alicui sancto viro scribenda mandare, cujus verba conjuncta virtutibus reflorerent; me verò veluti arborem infructuosam relinquere, qui in horto deliciarum Sponsi nec manere, nec fructum aliquem offerre * curavi: non enim parvum fructum in se habet talis labor, talisque tractatus. At ego dum merita venerabilis Viri styli officio conor evolvere; laudes ejus potiùs * inclino, quàm digna factis depromam: nam *h* licèt illa antiquorum facundiæ pompa mihi suppeditaretur, non arbitror tamen, me in hoc posse sufficere. Multa igitur de pluribus præteriens, quæ relatione fidelium *i* vera esse comprobavi, ac nondum intercepit oblivio, pauca de pluribus posterorum memoriæ tradere curabo. Et * ne longior epistolaris schedula tædiosa fiat, propositum opus aggrediar.

a
b
c
d
e
f
g
* *lege* hæc
* *In Ms.* afferre
F
* *ibid.* priùs
h
i
* *Ibid.* Sed

ANNOTATA.

a *In apographo nostro Piperacensi legitur:* Beatissimo suo Pontio *&c. De primo hujus nominis abbate Piperacensi, Actisque* S. Petri *illius jussu à Stephano circa annum* 1130 *vel fortè etiam* 1120 *conscriptis, uti etiam de geminis eorum exemplaribus mira lectionum varietate discordantibus, quorum alterum cum altero collatum hìc proponitur, videri possunt dicta in Commentario prævio à num.* XI *usque ad* 16.

b *In*

A

b *In Ms. noſtro :* Piperacenſis primum cœnobii conſtitutorem.

c *In eodem :* Pater reverendiſſime.

d *Ibidem :* quod in me minùs erat, per me fieri poſſe *&c.*

e *Supple* volui.

f *Apographum noſtrum habet :* hæc . . . perpendebat, *ſed vitiosè. Librarius illud frequentiſſimis mendis deturpavit, quæ deinceps non indicabo.*

g *Supple iterum* voluiſti. *In Ms. vox* lucere *ponitur poſt* candelabrum, *& mox* fuerat *poſt* mandare : *ſed ſimiles quoque minutias impoſterum non annotabo.*

h *Sequentia ita in Ms. exprimuntur :* ſi illa . . . mihi ſuppeditaret, non arbitror, in hoc me poſſe ſufficere.

i *Adi Commentarium prævium num.* 14.

CAPUT I.

Natales, pia educatio, virtutes, archipresbyteratus Langiacenſis; cura monialium Caſenſium; cæcæ viſus redditus.

B

Patria; pia ac nobilis familia; virtutes, quibus à tenera ætate a

EX illuſtrium igitur *a* proſapia Arvernorum provinciæ, è territorio Langeacenſi, domnus Petrus, vir venerabilis vitæ ac ſummæ ſanctitatis, extitit oriundus. Sagaci ſiquidem parentum religioſorum curâ educatus, ac liberalibus ſtudiis, ceu quodam divino præſagio & Dei diſpoſitione, ab infantia mancipatus, pueriles annos ſimpliciter & aſtutè tranſegit. De ſtirpe verò ejus plurimi extitiſſe feruntur, quorum vitam Deus per miracula ſæpiſſimè declaravit. Revera enim, cùm eſſent genere clari & rebus locupletes, inter catervas nobilium tantâ honorificentiâ

* *In Ms.* venerabantur

afficiebantur * quanto magis ad æternam quàm tranſitoriam felicitatem aſpirabant. Et quia generatio rectorum benedicetur, iſte velut ſidus clariſſimum inter minora aſtra refulgens, lineam generis ſui ſanctitatis lampade mirabiliter decoravit. Ab ipſo enim juventutis primordio mundi illecebras devitavit, laſciviam fugit, quam ſolet illa ætas amplecti; & in eccleſiis, nunc parentibus comitatus, nunc ſolus, pernoctando in vigiliis & obſecrationibus, ſe ipſum hoſtiam vivam Deo placentem offerens *, quibus poterat impenſis, templum Spiritus ſancti ædificavit. Flagrabat ejus intentio cæleſtis patriæ accenſa deſiderio, & jàm cum Apoſtolo converſatio ejus in cælis erat. Specie tenus mundo deſerviens, irreflexa mente deſerta cum Joanne Baptiſta petebat, cupiens carnis voluptates veluti pabula mortis evincere, & blandimenta mundi tranſitoria pro æternis deliciis mutare *b*.

C

* *Ibid* offerendo

b usque ad virilem, ac dein factus archipresbyter Langiacenſis,

3 Tempore igitur juventutis tranſacto, cùm bona indoles hunc Dei Virum ad majora virtutum opera provocaret, cœpit in eo *c* virile robur excreſcere, & animi virtutem amplecti *d*, ſæpiùs illud Euangelii evolvens ſecum : " Niſi „ quis renunciaverit omnibus, quæ poſſidet, „ non poteſt meus eſſe diſcipulus * „. Et alibi : " Si vis eſſe perfectus, vade, vende omnia quæ „ habes & da pauperibus, & habebis theſaurum „ in cælo; & veni, ſequere me * „. Erat autem prudens in moribus, verax in verbo, in omni bonitate & ſanctitate conſpicuus *e*, ita ut, cùm in dicto oppido plurimis eſſet refertus virtutum inſignibus, & Dominus in præſenti ſeculo iis, qui eum ſequuntur, centuplum utplurimùm * retribuat, in futuro autem vitam æternam; ad archiſacerdotium maximo clericorum & laïcorum aſſenſu ſublimatus fuerit.

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

c d

* *Lucæ c.* 14 ℣. 33

* *Matth. c.* 19 ℣. 21

e

* *Abeſt hæc vox à Ms.*

4 Hunc verò dignitatis apicem adeptus, quàm piè, quàm ſobriè, quàm juſtè vixerit, ſupra nos eſt dicere. Nam ſanctimoniæ ac caſtitatis ita diligens amator etiam antea fuerat, ut oculos ſuos omnimodè à vanitate averteret, ne mors per feneſtras illas haberet ingreſſum. Pedes à lapſu, actiones ab omni caſu, quantùm gratia Dei opitulante poterat, cuſtodire ſatagebat. Curam quoque ſubditorum ſibi paſtorali vigilantia gerebat, & tamquam ſpiritualis pater tam animæ quàm corporis dape quoſque reficiebat ad poſſe, non immemor verbi Domini ad Petrum : " Paſce oves meas „. Hic eſt, Jeſu bone, tuus non ſurdus auditor, qui *f* cùm temporalium flore poſſet lætari, maluit æternam jucunditatem momentaneis laboribus lucrari, quàm cauſam flendi in perpetuum ſibi comparare *. Quid dicam, quòd os ejus ſemper Deo colloquebatur in pſalmis : etiam in terra angelicam vitam degens, pſallebat ſpiritu, pſallebat & mente. Si enim quocum iter habuiſſet, erat ei mos, quòd primus ambularet *g*, ac neminem præſtolaretur, ut pſalmodiam nuſquam interpolaret.

effulſit : caſtitatis colendæ, devotè orandi necnon alienæ Salutis

* *Joan. c.* 21 ℣. 17

f

E

* *In Ms.* parari.

g

5 Quemadmodum autem mundum aſpernaretur, non ſolùm ex dictis, ſed multo magis ex factis ejus aſſiduis datur ſcire, quibus perniciem mundi penitus oſtendebat : & omnes ad Chriſtum trahere gliſcens, longa exhortatione creberrimè brevitatem hujus vitæ arguens, ſic dicebat : Vita noſtra quàmvis mille tendatur annis, ad extremum tamen ætatis diem venimus. Cùm ergo hora ultima venerit, quid proderit continuatæ voluptatis fructus, quæ ſtatim ut ceſſaverit, videbitur non fuiſſe ? Quid diviti apud inferos ardenti quotidianæ deliciæ, byſſus & purpura proſunt ? Omnis in hoc mundo fides eſt ſicut arundo, quam vanæ gloriæ ventus jactat, & fluvius tribulationum labefactat. Sunt hîc plurima mala bonis miſta impari menſura humanæ conditionis. Si fortè mundus iſte uſque in finem proſpera dare vellet, mors tamen interveniens cuncta auferret. Cadaver noſtrum in morte ſuſcipiet humus; &, niſi caveritis, petet impia tartara funus. Erigamus mentes ad ſuperna, &, ſomno animæ excuſſo, cum prophetarum maximo vigilanter canamus : " Sitivit in „ te anima mea, quàm multipliciter tibi caro „ mea * „. Spernite, cariſſimi, brevem vitam & longam acquirite, & pro labore brevi ævi perpetis requiem præparate : bona enim, quæ diligitis, diu retinere nequitis. Cur non diligitis, ubi in perpetuum vos fore beatos ſcitis ? His & ejuſmodi aſſertionibus venerabilis Dei Sacerdos mundana & ſuperſtitioſa relinquere populum excitabat *h*.

verbo & exemplo promovendæ ſtudium.

F

* *Pſal.* 62 ℣. 2

h

6 Poſtquam verò Dominus omnipotens mirificare voluit Sanctum ſuum, miraculorum quoque inſignibus vita ejus cœpit mundo manifeſtiùs declarari, tametſi eo nolente, ut qui omnes virtutes ſuas occulere mallet, quàm in lucem edere. Accidit autem, ut Caſenſe monaſterium aliquamdiu ſub ejus cura fuerit *i* : cujus loci ſanctimoniales, quæ tunc temporis ibidem ſatis religiosè commanebant, diligenter & zelo

cura monialium Caſenſium; cæcæ viſus reſtitutus;

i

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

Dei obſervabat, ut nuſquam longiùs à monaſterio proreperent abſque ſuo fideliſſimo comitatu *k*. Dum igitur cum quibuſdam illarum apud Daletum pro quodam urgenti negotio eſſet profectus, & Dominus Famulum ſuum miraculorum gloriâ inſignem mundo apertiùs voluiſſet manifeſtari; contigit, ipſum ex more quotidiano Miſſam celebrare. Quo audito, cæca mulier, quæ ibidem à multis annis lumen amiſerat, quanto citiùs * ad monaſterium cucurrit, & à miniſtro altaris aquam, de manibus illius ſancti Hominis poſt conſecrationem Corporis & Sanguinis Jeſu Chriſti defluentem, ſibi dari ſecretò & quaſi furtim, rogavit; quam ut accepit, & oculos inde lavit, ſtatim lumen oculorum ac mentis recepit, & ſe recepiſſe exclamavit.

k

* *In Ms.* quantociùs

Submiſſus Sancti animus & à vana gloria abhorrens. l

7 Quod ubi Vir ſanctus comperit, etſi ſe ob hoc manifeſtari doluit; tamen quia Deus meritis, ut credimus, ipſius hoc effici voluit, non in gloriam eſt elatus mundi hujus, ſed ſecum pauperi mulierculæ congratulabatur *l*, dicens, non ſuis meritis ſed Dei virtuti id eſſe tribuendum. Et ita Dominus, qui merita ſervorum ſuorum longè latéque dignanter aperit, in hoc Famulo ſuo jam adimplevit, quod ſuis fidelibus promiſerat, dicens: " Qui credit in me, opera, „ quæ ego facio, & ipſe faciet, & majora ho„ rum faciet * „. Hoc ſiquidem primum, quod publicè geſtum eſt, de beato Viro miraculum nobis in notitiam venit: nam antea pro certo ſcimus, Dominum plurima ipſius ſanctitatis indicia ſecretò oſtendiſſe *m*. Verùm de illis ſcribere omitto, quæ latêre ipſe maluit. Illa tantùm perſtringam breviter, quæ certis multorum teſtimoniis occultari nequiverunt. Nam ſi tantarum ipſius virtutum ſigna aut ariditas noſtri ſermonis poſſit excolere, aut memoria retinere, priùs habere poterit terminum lux hodierna quàm pagina *n*. A ſupradicto igitur monaſterio quantocyus peracto negotio digreſſus, quaſi ob verecundiam miraculi ad Caſenſe tamquam fugitivus cum eiſdem ſanctimonialibus contubernium repedavit.

B

* *Joan. c. 14 v. 12*

m

n

ANNOTATA.

a *In noſtro apographo hîc adjungitur nomen familiæ* Chavanon, *& mox pro* è territorio Langeacenſi *habetur* territorio Langiaco. *De Sancti familia & loco natali conſule Commentarium prævium num.* 16 *& ſeq.*

b *Ibidem* mutuare, *additis ſequentibus:* O felix commercium, in quo pro imis ſumma, pro terrenis cœleſtia, pro perituris in æternum manſura captantur! O admirandum, inquam, commercium, in quo de ſervitute regnum, de pœnis gloria, de triſtibus gaudia, de morte vita acquiritur.

c *Vocula* co *rectiùs abeſt à Ms.*

d *Cum hac voce ſenſus ibidem finitur, & novus ita inchoatur:* Sæpius illud Euangelii volvebat ſecum *&c.*

e *Hîc iterum in Ms. ſenſus completur atque ita pergitur:* In prætaxato itaque oppido *Langiacenſi*, cùm plurimis eſſet refertus virtutum inſignibus, . . . ad archiſacerdotium . . . ſublimatus eſt.

f *Aliqua huic periodo interjecta habet noſtrum apographum, in quo ita legitur:* Hic eſt, Jeſu bone, tuus non ſurdus auditor vitæ præſentis, qui comparat omnia ventis, nam neutrum horum ſtabile quidquam habet; & cùm temporalium *&c.*

g *Ibidem:* Si verò quóquam iter habuiſſet, erat ei mos, quòd primus aſcenderet.

h *Nonnulla ex ſacris monitis, quibus* S. Petrus *uſus fuit ad contemptum rerum terrenarum & cæleſtium deſiderium in audientium animis excitandum, omittuntur in noſtro apographo, quod ab editione Dacheriana etiam in multis aliis, quæ hoc numero referuntur, diſcrepat. Narrationem manuſcriptam accipe.* Quemadmodum autem mundum aſpernaretur, ex dictis ejus datur ſcire, quibus ſæpe ajebat: Omnis in hoc mundo fides eſt ſicut arundo, quam vanæ gloriæ ventus jactat, & fluvius tribulationum labefactat. Sunt nunc plurima mala bonis mixta in pari menſura humanæ conditionis. Nemo hîc habet eſſe ſecurus, ubi quiſque intrat moriturus. Quod ſi fortè mundus iſte uſque in finem proſpera dare vellet, mors tamen interveniens cuncta auferret. Spernite hanc brevem vitam & longam acquirite, & pro labore brevi ævi perpetis requiem præparate: bona namque, quæ diligitis, diu retinere nequitis. Cur igitur non diligitis, ubi in perpetuum vos fore beatos ſcitis? Cadaver noſtrum in morte recipiet humus, & niſi caveritis, petet impia tartara funus. Hæc & his ſimilia Petrus, vir Chriſti cultor & amicus, & antiquis Sanctis vitæ merito per omnia comparandus, opere adimplebat, verbo proſequebatur.

D

E

i *In apographo habetur:* Nam Caſenſe quoddam monaſterium, *de quo in Commentario num.* 18 *egi*, aliquamdiu ſub ejus cura fuit.

k *Ibidem:* ſine hujus Viri ſanctiſſimo comitatu. *Dein ita pergitur:* Dum igitur cum quibuſdam illarum Daletum, villam earum ſanctimonialium, quodam ingruenti negotio eſſet profectus; [&] Miſſam ſolito more celebraret; cæca quædam mulier, quæ ibidem multis annis lumen amiſerat, audito, quòd Vir Dei adveniſſet, quantocius ad monaſterium cucurrit *&c. Hîc* Daletum *dicitur* villa *monialium Caſenſium; at quæ ibi etiam cœnobium habuerunt: nam in utroque exemplari ad vocem* Daletum *in margine notatur:* Monaſterium à Caſenſi (*in Ms.* à Caſis) dependens. *In ipſo etiam biographi textu hoc & ſequente numero occurrit vox* monaſterium, *quâ non aliud quàm* Daletenſe, *mihi tamen aliunde ignotum, ſignificatur.*

F

l *Quæ ſequuntur, deſunt in Ms. uſque ad* Hoc ſiquidem.

m *Ibidem:* nam antea etiam pro certo ſcimus, Dominum plurima indicia ſuæ voluntatis eidem ſecretò oſtendiſſe, & quàm ſuavis eſſet ad guſtandum, palato cordis ejus obtuliſſe.

n *Hæc à voce* nequiverunt *iterum abſunt à Ms.*

CAPUT

A

CAPUT II.

Invicta animi constantia resistit impudicæ feminæ, quam pœnâ divinitus inflictâ liberat; fit canonicus Regularis; Piperaci monasterium fundat; incendium exstinguit; ecclesiam Deiparæ Virgini ædificat & ab imminente ruina servat.

B

S. Petri pudicitiam monialis

COntigit autem alio quodam tempore, quòd cum abbatissa præfati monasterii & cum quibusdam aliis more solito equitaret, ut trituram messium in quadam earumdem sanctarum * feminarum villa videret. Cúmque ibidem nox imminens eos occupâsset, ac remanere coëgisset; tandem dum omnes ire cubitum festinarent, vir Dei Petrus, ut liberiùs orationi vacaret, & etiam *a* nocuos noctis vermes devitaret, super plaustrum, quod casu prope ostium fœno oneratum erat, sibi cubile parari curavit *: quod extemplò accuratè & diligenter à cubiculariis apparatum est. Dum verò ibi lucubraret & in psalmis meditaretur; ecce *b* nequissimus spiritus, qui semper quieti bonorum invidet, quamdam mulierem de sociabus ipsius sanctimonialis *, venerio furore stimulatam, in Sanctum Dei excitavit; quæ ad lectum ejus furtim per tenebras accessit, &, ut secum cubaret nocte illa, rogare cœpit. Cui ille: Recede à me, femina nequam, fomes peccati; vade quietum, & signa cor tuum, quia diabolus hoc incipere & loqui, imò facere te exhortatur. Cùm itaque illa instaret, nec ullatenus abscedere vellet; Vir sanctus zelo Dei permotus terribiliter cœpit ei minari, nisi ab incœpto desisteret, se omnes homines illico, qui prope jacebant, inclamaturum. Illa verò confusa pudore & de turpi dolens repulsâ vix tandem discessit.

C

impudentissima frustra

9 Sed aliquamdiu commorata, iterum eodem spiritu libidinis stimulata, immo ipse spiritus nequam per ipsam Virum Dei secundò aggreditur, atque ad peccandum, veluti serpens primos homines, tentando hortatur. Sed illorum, proh dolor! victor extitit; unde genus nostrum * perculsum est: hìc verò à secundo victus Homine, gemebundus ad tartara detruditur. Vir quippe Domini Petrus, sancto Spiritu roboratus, iterum atque iterum mulierem absterrebat, & altiores intonando voces attentiùs illi minabatur, ut saltem verecundiam hominum vereretur, quæ zelum Dei postposuerat. O quàm magnus & immensus est Deus omnipotens! Ecce nempe alter Joseph, in Ægypto hujus mundi positus; alter Putipharis ab uxore patitur insultus *c*, in thalamo pallium relinquit & cum amictu castitatis aufugit: ne vestem pudicitiæ perdat, quantùm potest, obnititur. Secundò itaque femina impudica metu ac pudore percellitur, & clàm per tenebras ad proprium stratum regreditur; ubi iterum cœpit æstuare &, quid ageret, anxia meditari. Occurrit illius animo sancti Viri forinseca pulchritudo membrorum, decor vultûs, faciei hilaritas, eloquium dulce, * valetudo & cætera, quorum gratiam bonorum singulis Deus, prout vult, confert *d*: quibus porrò non est abusus bonis, quin potiùs Creatoris obsequio se totum mancipavit.

a

** Ibid.* rogavit

b

** l.* sanctimonialem *vel* sanctimonialibus

c

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

** additur & hic virium*

d

conatur expugnare, & horribili modo divinitus punitur per rubetam,

10 Sanctimonialis ergo illa femina, quæ potiùs dæmonialis dicenda est, tertiò tandem sanctum Virum de incestu alloqui meditatur; & sagaciori artificio verbisque excogitatis acerbissimos ei dat insultus. Quare, inquit illa, mihi non præbes assensum? Apparet certè, corporis mei pulchritudinem, formæque nitorem & carnis lenitatem te penitus ignorare: & si perspexeris, qualia quámque jucunda sint hæc, nullatenus renues. Valent siquidem, quæ apparent, sed magis latentia. Cúmque hæc & similia prosequeretur, Vir sanctus ait ad monacham: Postquam video, quòd aliter non desistes, nec resipisces; Deum omnipotentem imploro, ut manifesta in hac nocte animadversione pro hoc scelere mulcteris. Me autem scias, omni remoto ambiguo, neque corpus neque animam sorde luxuriæ usquequaque * polluturum. Tum verò tertiò confusa ac lacrymis furibunda *e* discessit, & grabato quodam, ac si exanimis esset & fessa vexatione diuturnæ stimulationis, prosternitur. Ecce autem ex improviso quidam maximus bufo, quem vulgò rubetam *f* dicunt, vel idem spiritus, qui eam interiùs veneno nequitiæ in Virum Dei inflammaverat, specie bufonis immanissimi, veluti crepidæ nocturnalis turgidi, ipsam ibi cubantem per tibiam arripuit, dentibusque acutissimis exteriùs turgidam repentissimè reddidit, & cum toxicatis luminibus dentes acutissimos per carnem & nervos ad os usque transfixit. Quod ei sine dubio contigit, ne oratio Viri sancti quassaretur. Dixerat enim: Ut manifesta in hac nocte animadversione pro hoc scelere mulcteris *g*. Voluit nempe Dominus & votum sui Servi * perficere, &, ne æterno plecteretur exterminio, temporali verbere eam punire.

E

** Ibid.* usquam

e

f

g

** Ibid. additur* in præsenti

11 Tum verò dolore torquetur intolerabili, & ad cælum horrendos intonat clamores. Accurrunt cubiculariæ & famuli; festinat omnis familia: monstrum aspiciunt horribile, visoque conterriti fugiunt. Hærebat quippe vastissimo hiatu tibiæ, pedibus desuper calcitrabat, cute nigerrima turgebat, ardentibusque flammabatur * oculis. Itur tandem ad dominum Petrum, nunciaturque, quòd monacha talis tam terribilem patiatur pestem, ut illi citissimè subveniat; eamque ipsum de tali re attentiùs exorare *h*. Porrò Vir sanctus hoc perpendens, Dei fore pro ejus flagitio manifestissimam vindictam, usque dum mane foret, eam vivere se nolle asseruit. Tota igitur nocte insecuta nec bufo illam deseruit, nec aliquis eum inde removere potuit *i*. Virus occupat artus, horrendo femina plectitur incendio. Et tandem facto mane amicus Dei Petrus ad eam accessit, quam per spiritum adhuc torqueri novit *: videnisque illam tam horribili puniri tormento, compassus est miserrimæ mulieri; & *k* ut duo in illa impleret pietatis opera, miseratus est salute egentem & consolatus est miseram gravissimè languentem. Nam accedens signum Crucis super locum morbi imposuit, statimque virulentum reptile membrum reliquit. Quo ablato, tumor omnis ita abscessit, ut nulla turgiditatis indicia in ejus carne apparerent *l*.

quâ illa facti pœnitens à Sancto tandem liberatur.

F

** Ibid.* flammabat

h

i

** Ibid.* noverat

k

l

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

O felix mercimonium caritatis, quo virus viperеum adimitur, ſalus animæ tribuitur, reatûſque præteriti noxa diluitur! Jam etenim videmus, quod Paulus * de quibuſdam dixerat: " Ubi „ abundavit iniquitas, ſuperabundavit & gra„ tia „. Hoc viſo, terrentur, qui aderant; Petri ſanctitas innoteſcit; confunditur illa pudore, quòd ſanctum Hominem de tali interpellârat turpitudine; & de præterito pœnituit, cavitque de futuro.

* *Rom. c. 5 ℣ 20.*

Piperacum ſibi divinitus monſtratum, ſumpto canonicorum Regularium habitu, cum ſociis adit;

12 Peracto itaque, ad quod ierant, negotio, ad Caſenſe cœnobium illico regreſſi ſunt. Ubi *m* vir Dei Petrus, jejuniis & obſecrationibus vacans, ſæpe Dominum ſupplicat, ut, à quo procedit omne datum optimum, locum oſtendat ſibi aptiſſimum, ubi, relicto actu ſecularium, divinum liber exequatur negocium. Votum hujus Patris & deſiderium Deus cernens auditor humilium, cujus oculum nullum latet abditum, locum monſtrat illi idoneum per Apoſtoli Petri ſpiritum, antiquitus Dei Genitrici deditum, tunc temporis indigentiſſimum, Piperaci dicunt vocabulum, quem ſacerdos habens conjugium tenebat, ſed inculti ſſimum *n*. Petrus Petræ * fretus oraculo, lætificatus præſenti indicio, ſuo relicto archipresbyterio, præſulis Durani *o* functus conſilio, aſſumpto habitu Canonico, onereque mundi depoſito, Deo militaturus perpetuò, ſuffultus Fratrum *p* gemino folatio, Vigiliarum Natali Dominico, Piperacum venit ſolemni gaudio, anno Domini milleſimo ſupra ſexageſimum ſecundo *q*.

m

n

* S. Petri

o

p

q

plurimos diſcipulos ibi congregat; multas eccleſias acquirit; incendium ſubitò exſtinguit;

13 Præfatus verò præſul Duranus, vir ſanctiſſimus, audiens à vicinis primatibus Petro & ſociis ejus gratis eccleſias dari, eaſdem & plures alias eis communi Claromontenſium canonicorum capitulo liberaliſſimè conceſſit *r*. Deus autem ſuorum fidelium meſſem augmentare volens, numerum ſupradictum viſitans, in unum plures adunavit ei Regularium, qui ſequantur victum Apoſtolicum, ſecundum edictum Auguſtinicum *ſ*, nihil habentes in hoc mundo proprium. Multorum Fratrum conglobato cuneo, exiguo manens in tugurio, dum arctantur frigore niveo, ignis flagrans accenſus plus nimio, domicilii hæret faſtigio: quem Vir ſanctus, viſo periculo, ſuis extinxit precibus illico. O quantum fidei beneficium, quæ tantum compreſſit incendium! Dum putat Fratrum perdere collegium, deeſt oblatum ardendi auxilium. Quantum apud hunc premere incendia, qui cæcorum mox accendit lumina? Aut quid eſt depellere flammulas, qui dæmoniacas profugat inſidias?

r

ſ

C

templum Deiparæ Virgini ædificat, & irruentem in illud rupem ſigno crucis averſit.

14 Sed *t* addatur pagina, nec enim deerunt ſacerdotis miracula. Dum enim longè latéque languentium ſplendeſcerent ſigna, jam ex inopinatis partibus ad eum turbæ cœperunt concurrere, eumque immenſa turba * perurgere. Eximius autem Vir Dei exultans de mirabilibus, quæ ſedulè operabatur Dominus Jeſus Chriſtus, cœpit animo complere, quod ſibi fuerat divino revelatum oraculo. Parat enim templum Dei Genitricis titulo conſecratum erigere officioſiſſimo ſtudio, ubi paſtor oves ſibi commiſſas alat Domino, dæmoniaco ereptas excidio. Sicut ergo ſemper humani generis adverſarius ſuam non deſiſtit oſtendere nocendi potentiam, tunc ex adverſo ſaxum immaniſſimum de vicino monte ruptum repentiſſimè ſuper novellum ædificium facit ruere, comminans paratum præcipitium, niſi Vir Dei illi fuiſſet obſtaculum. Videns equidem Sacerdos pius rupem contra * ædificium terrificè venientem, elevata manu munimentum Crucis Dominicæ illi oppoſuit; moleſque illa ſtatim terræ defixa ita parendo ſubſtitit, ut virtute divina videretur depreſſa. Proinde ſocii affineſque videntes Dei mira opera, Chriſtum, qui in Sanctis ſuis voluntatem ſuam mirificat, glorificaverunt: quippe qui *u* ſicut Petro Apoſtolo ſuo mare ſtravit, ſic Petro ſacerdoti ſuo petram graviſſimam immobilem reddidit.

t

* *Ibid.* frequentia

D

* *Ibid.* ſuper

u

ANNOTATA.

a *In Mſs. narratio hoc modo continuatur:* & etiam propter nocivos noctis vermes, ſuper quadrigam fœni plenam, quæ ibi ante oſtium fortè aderat, ſibi fieri cubile rogavit.

b *Hîc verò ita contrahitur:* ecce quædam de ſociabus ſanctimonialibus, maligno ſpiritu inſtigata, ad lectum ejus *&c.*

c *Editio Dacheriana hoc loco corrigenda eſt ex noſtro Mſ., in quo biographus novum ſenſum exorſus ita proſequitur:* Ille (*Joſeph*) in thalamo pallium relinquit (& cum amictu caſtitatis abfugit: iſte (S. Petrus) ne veſtem pudicitiæ *&c. Hiſtoria ſacra, quæ hîc attingitur, legi poteſt Gen. cap.* 39.

d *Adjungitur in Mſ.* quæ fœminæ cuncta huic ejuſdem Dei dono contigerant.

e *Ibid.* lacrymans furibundaque. *Hujuſmodi lectiones variantes jam ſæpe inobſervatas præterii, ac ſæpius præteribo.*

f *Quid ſit* rubeta, *per quam importuniſſimæ ſacrilegæ monialis impudentia punita fuit, intellige ex verbis Plinii lib.* 32 *cap.* 15: Sunt *ranæ*, quæ in vepribus *ſeu rubis* tantùm vivunt, ob id rubetarum nomine, ut diximus, quas Græci phrynos vocant, grandiſſimæ cunctarum, geminis veluti cornibus, plenæ veneficiorum. Mira de his certatim tradunt auctores.

g *Pœna impudentiſſimæ feminæ inflicta in Mſs. aliter & contractiùs ita refertur:* Ecce autem illico ex improviſo quidam maximus bufo, quem vulgò rubetam dicunt, ipſam incubantem per tibiam arripuit, ac dentes acutiſſimos cum toxicatis luminibus per carnem & nervos ad os uſque transfixit. Quod ei videlicet contigiſſe, ne oratio ſancti Viri quaſſaretur, ſagaciùs intuenti liquidò daret *; dixerat quippe: Manifeſta in hac nocte animadverſione pro hoc ſcelere mulcteris.

E

F

* *l.* claret

h *In Mſs.* Tandem igitur itum eſt ad domnum Petrum, dictumque eſt ei, quòd talis nonna * tam terribilem pateretur peſtem, & ut ſibi citiſſimè ſubveniret, eam ipſum attentiùs exorare.

* monialis

i *Ibidem mox ſubditur:* Denique facto mane *&c., omiſſis intermediis.*

k *Ibid.* & ſignum crucis *&c., ſuppreſſis iis, quæ hîc interjiciuntur vocibus* & *ac* ſignum.

l *Ibid.* tumor omnis abſceſſit: ſanitas confeſtim conſequuta eſt. *Reliqua deſunt uſque ad* Hoc viſo.

m *Diverſiſſima in Mſs. eſt ſequens lectio:* Ibi verò vir Dei Petrus, jejuniis & obſecrationibus vacans, ſæpius in orationibus ſuis Deum omnipotentem implorans *, quòd ſibi ille, qui omnium ſolus cogitationes novit, ſic temporalia diſtribuere bene concederet, ne petra gaudiis quaſſaretur. Addebat inſuper, quatenus deinceps locum ſibi habilem tribuere dignaretur, in quo, negotiis ſecularibus poſthabitis, ſemper in

* implorabat

A in divinis vacaret. Verùm enim Deus ſua bonitate exaudivit petitionem ejus : nam Chriſtus per ſpiritum ſancti Petri Apoſtoli in Caſenſi monaſterio ei revelavit, ut pergeret in locum, antiquitus Genitrici deditum *&c.*

n *Ibid.* quem ſacerdos hujus tenebat inculiſſimum.

o *In Commentario prævio à num.* 31 *oſtendi, nihil eorum, quæ hîc narrantur potuiſſe fieri ex conſilio* præſulis Durani *vel, ut in Ms. eſt*, Duranti, *ſed quem ego* Durandum *nominare malui; niſi is* præſul *vocetur per prolepſim, quòd poſtea factus ſit epiſcopus Claromontanus. Sanctus, archipresbyteratu depoſito, aſſumptoque canonicorum Regularium habitu, Piperacum ſeceſſit atque ejuſdem Ordinis monaſterium ibidem erexit, eccleſiam Claromontanam adminiſtrante Stephano Durandi deceſſore, quemadmodum ibidem demonſtravi.*

p *Hi fuere* Petrus & Guido d'Artos, *ut in noſtri Ms. margine notatur.* Guidonis *meminit biographus initio capitis ſequentis.*

q *Multùm dubito, an biographus hunc annum expreſſerit, qui ab illius narratione abeſt in noſtro Ms. Vide dicta in Commentario prævio num.* 36.

B r *Hæc aliter ita leguntur in Ms.* Præfatus verò præſul ſanctiſſimus, à vicinis audiens pri-

* *Adde* Petro matibus eccleſias dari *, ſuiſque complicibus, gratìs ſibi conceſſis omnibus plures ſubjugare ſategit providus. *Relege, quæ circa hanc & proximè ſequentem periodum obſervavi in Comment. num.* 35.

ſ *Adi iterum Commentarium num.* 38.

t *In Ms ita pergit biographus:* Vellem adhuc miracula ſanctiſſimi Viri inſatiatus decantando elucidare, ſed faſtidia vereor lectorum. Ne, dum noxam præſumptoris evito, incurram offendicula Sacerdotis, addatur pagina, nec enim deſunt miracula Interea dum longé latéque ſigna languentium ſplendeſcerent *&c.*

u *Ibid.* quippe qui Petri Apoſtoli ſui pedibus mare ſtravit, huic Petro ſacerdoti ſuo *&c.*

CAPUT III.

C *Paralyticum ſanat; periclitanti navi ſuccurrit; piiſſimè moritur: corporis ſplendor & ſuavis odor; mirabilis liquor è ſepulcro manans; manus arida curata; febres pulſæ aliaque beneficia; fur ſacrilegus punitus.*

Paralyſi in vitæ diſcrimen adductus ſubitò valetudinem recuperat;

EVoluto autem multorum dierum curriculo, Guidonem, unum ex primitivis ſociis ſuis, in loco, Villa ſupra Motam nominato, quò eum miſerat, graviſſima paralyſi in vitæ diſcrimen redactum eſſe admonetur. Haud mora illum viſitat, ut, ſi fieri poſſit, Piperacum deducat. At dum ei greſſum parat, ita captus omni ſenſu eſt, ut vitâ penè privatus videretur. Compaſſus itaque Pater ſanctiſſimus filio paralytico, multiſque obſtrictus lacrymis, cum, ut fertur, propriis detergendo manibus ſaluti extemplò reſtituit *a*. Quo viſo, venerabiliſſimus Dei Sacerdos non in humanum elatus eſt favorem; ſed bonitatem Dei in ſuo opere eſſe intellexit. O Virum per omnia ſanctiſſimum, qui cùm in mundo nihil habeat proprium, fulget tamen in omnibus dote virtutum *b*!

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

a

b

navim ſubmerſionis periculo eripit,

16 Sub eodem ferè tempore accidit, eum in vicum, cui nomen Brivata, beatiſſimi Juliani martyris viſendi ſtudio proficiſci *c*. Cùm autem Vetulam Brivatam deveniſſet, undique ad eum cœpit populus affluere, & verbis ac lacrymis ab eo efflagitare, ut virtutem ejus, quam præſcierant, agnoſcerent in liberatione cujuſdam navis, quam oneratam hominibus in proximo flumine *d* jam mergi, jamque adverſo flante vento periclitari videbant. Tunc Vir piiſſimus fletibus, precibuſque populi ſupplicantis victus, terræ proſternitur, uberes fundit lacrymas, geminat alta ſuſpiria, Dominum ſupplicat humillimè pro naufragantibus; & tandem manu elevata, ſignoque Crucis facto ſuper navim, verbi præcipit imperio, ut iniquus prædo, qui eam intus vexabat, diſcederet, Chriſtique famulos, quos impiè necare gliſcebat, deſereret. Ad Viri ſancti orationem & imperium invidorum invidiſſimus parens invitus aufugit, ut ſignum nimii fœtoris ab eo in navi excitati indicavit. Sicque naufragii periculo erepti, gratias egerunt Deo, miraculo oſtenſo.

c

d

E

cum ſe humi deponi juſſiſſet, ſanctiſſimè moritur:

e

17 Per idem verò tempus Vir Dei per omnia inſignis, omnibuſque virtutibus adornatus, & in verbo Dei ſimplicitatem Apoſtolicam obſervans *e*, verè ſacerdos & hoſtia Dei, cùm ſe ubique ſollicitum circa alendorum pauperum negotium ſemper oſtendiſſet, etiam tunc temporis dudum ſuſceptum opus explere contendebat. Cùm jam ætas ad perfectam ſenectutem procliva dependêret, ampliatis omnibus ſuis tam bonis quàm ſociis, extremum diem ſortitus eſt. Bonorum enim omnium perfectiſſimus remunerator Dominus glorioſiſſimum Famulum ſuum laborioſa corporis mole diutius gravari non ſuſtinuit; Et ſimiliter ut merito meritum miſericordiæ Mater, cui tota mente famulatum ipſe fideliter præbuerat, prout dignus erat, compenſaret, Nativitatis ſuæ die, non dicam mori ſed cælis naſci voluit, relictis imis. Cúmque ægritudine cogente corpus ejus ſuper ſtramentum diſcipuli deponerent, ut ex juſſu ſancti Viri terra proxima terræ poneretur; pſalmodiam, hymnoſque decantans, in Deique amore & laudibus perſeverans, ſexto Idus Septembris incontaminatum cælo ſpiritum reddidit.

F

corpus cinere & cilicio operiri ſolitum mirè ſplendet & ſuavem ſpirat odorem;

18 Qui autem ad exequias ejus perficiendas venerant, videntes glorificati corporis gloriam, carnemque, cinere & cilicio ſemper antea obtectam, ita ſplendentem & ad modum vitri puriſſimam, reſurrectionis quoddam decus jam proferre crediderunt. Accedenteſque vicini ſacerdotes & clerici, vulguſque permiſtum, odoremque ab eo procedentem ſuper balſamum & cinnamomum redolentem ſentientes, jam Virum Apoſtolicum & Deo dignìſſimè aſſociandum acclamabant. Occurrunt huic liberaliſſimæ* animæ, omnium cœleſtium confortia agminum, Theotoco *f* reverentiſſimæ conſociata, Concivemque ſuum paradiſo reddunt, in ſinu Abrahæ *g* perenniter quieſcentem, ubi gloriatur multipliciter laureatus, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat Deus per omnia ſecula ſeculorum. Amen.

* *Ibid.* liberaliſſimè

f

g

A. STEPHANO CAN. REGULARI.

19 Petrus poſt carnis obitum, ut præſens ſit judicium *, majora dat miracula Domini per ſuffragia. Ubi enim tanti Patroni exceſſum diſcipuli deflent, & de ejus migratione dolent, conſolatione ſolita carentes, inter ſuſpiria gemituſque mœrentium Berlanus * quidam, à primo ſtatu converſionis coquinæ deditus officio, deſtitutus viribus ſuis, arefactaque manu accedens *h* ſic inter ceteros ajens lamentabatur: Quis, Pater ſanctiſſime, gregem commiſſum conſolabitur, quiſve nobis ſic caritativè verbi beneficia impendet? Inter hujus ſeculi frementes ſilvas lupi ſubditos devorabunt: & quis nos à morſibus eorum conſervabit? Quis, inquam, ampliùs me pauperrimum viribus deſtitutum corriget & fovebit? Tu ergo, Pater cariſſime, miſerrimum conſolare, dolentem aſpice, ægrum conſolida, lachrymantem ſuſcipe *i*, egentem miſericordiâ tuâ adjuva; tibi ſupplicantem ſervum officio tuo, dum vita comes fuit, deditum in ſe, & numquam à te diſceſſurum ſolita pietate intuere. Hæc & alia multa dicens flebat, & anxius anhelabat, erigens manum ſuper tumulum totaliter aridam, ſuffultuſque ſuper tantum Patronum, lacrymis precibuſque perſeverabat. Haud mora, ita ſanum ſe ſentiit *k*, ac ſi nullius ægritudinis languore fuiſſet detentus: & ſic orando gemendoque triſtis adveniens, lætus abſceſſit.

arida manus ſanata;

* *Ibid.* indicium

* *ibid.* Berlandus

h

i

B

k

20 Tempore etiam, quo Duranus *l* epiſcopus Arvernenſis regebat eccleſiam, Robertus *m* comes audiens famam ſanctitatemque perfectiſſimi Viri, quemdam villicum ſuum Brivatenſem, nomine Filiolum, febre diuturna vexatum, nullum ob diuturnam * ægritudinem percipientem cibum, cum cera quatuor ſolidis empta ad tumulum ejus in hæc verba miſit: Excellentiſſimi Sacerdotis Petri feſtinanter adi ſarcophagum, rogans eum, ut ob mei ſolitam amicitiam tibi ſoſpitatis fructum impendat. Audito venerabilis comitis juſſu, ſervus parat iter arripere; tandemque per devexa & concava feſſus & viribus deſtitutus ante beati tumulum Viri paululùm quieſcens, talibus eum allocutus eſt verbis *n*: Tibi, Pater ſanctiſſime, me per omnia ſibi ſubditum conſul *o* Robertus, peracto tempore, modernæque dilectioni obnixè copulatus, febre longinqua maceratum &, niſi citiſſimè ſubvenias, morti connexum mittit, ut ſanctitate tua miſeriæ meæ oppreſſionique ſubvenias, recordatuſque antiquæ dilectionis, nece fugata vel dilata, ſaluti reſtituas. Vix verba finierat, cùm incolumitatem ſentiit *p*. Domum ſoſpes revertitur, familia congratulatur, conſul de impenſo beneficio lætatur, multipliciſque populi per aures ſanctitatis ejus fama ab eo uſquequaque pronunciatur. Hæc ſunt illius opera, qui puerum paſtorem prophetam fecit egregium *q*; qui cùm virtutibus cujuſlibet animum repleverit, ardentem incendentemque per omnia facit.

villicus Roberti comitis, qui S. Petrum vivum amârat & mortuum venerabatur,

l m

* *Ibid.* nimiam

n

o

C

p

q

21 Anicienſis quidam clericus Bertrandus, cognomine Bos, qui, cùm Vir Dei præſenti vita frueretur, eccleſiam beati Boniti *r* tribuerat, quartana febre diutiſſimè ſtimulatus, adeo ut nec corpus erigere nec ſuſtinere prævaleret; cognita multorum à polyandro *ſ* ejus redeuntium ſoſpitate, in grabato proprio manens, nuncium direxit Piperacum, ut qui præſentes aderant, exiguum de vino, quo Sacerdotis tumulus ſuperfundebatur *, mitterent. Ut autem à miſſo relatore vinum optatum accepit & guſtavit, ſanitatem integerrimam illico ſentiit *. Et ſic virtus progreſſa de tumulo ubique magnificabatur à populo *t*. Et licèt hujus Viri ſanctiſſimi naturæ debito mors extinxit corpuſculum, fulgent tamen viventis membra polyandro.

& clericus Anicienſis, qui ei benefecerat, febribus liberati;

r

ſ

* *Ibid.* ſuperfunderetur

* *Ibid.* ſenſit

D

t

22 Inter *u* tot miracula unum erat celebre & continuum, quòd ad ſanctiſſimi corporis tumulum fons aſſidui redundans ſudoris intantùm continuatum ſumeret augmentum, ut rivus utrimque circumfuſâ aquæ abundantiâ madida quaſi lacuna *x* redderet. Ad hoc undique auditum prodigium copioſa defluens multitudo languentium, manibus ſuis ſancto liquore madefactis *y* tangentes, à quacumque debilitate tenerentur, ſoſpites repentiſſimè regrediuntur: ibi enim virtus divina ſic affluenter exuberat, ut nullus abſque ſalutis auxilio redeat *z*.

Sancti ſepulcrum copiosè effundens liquorem ægris ſalutiferum;

u

x

y

z

HYMNUS.

23 Poſtquam Vir egregius,
Carnis ſolutus artubus,
Ovans petivit ſydera,
Splendent crebra miracula.
Hujus claro prodigio
Cæci, claudi hoc tumulo
Sani redduntur, meritò
Benedicentes Domino.
Pulpita eruens populus
Convenerat circumfluus,
Unde ornetur tumulus,
Datis multis muneribus.
Inter hos quidam veniens,
Non offerens, ſed rapiens,
Sex raptis numiſmatibus,
Redit domum quantocyus.
Hos dum rapit attentiùs,
Raptores ſenſit avidus,
A lupis raptis ovibus
Numeris non diſparibus.
Vir Dei ab infantia
Chriſti repletur gratiâ;
Dum vixit in hoc corpore,
Miro refulſit opere.
Mentibus noctem pepulit,
Lumen diei retulit,
Vires nervorum aridis,
Dedit vigorem languidis;
Præſentes fugat dæmones,
Baccantes * purgat *aa* homines;
Surdorum aures erigit,
Mutorum linguas aperit,
Quo ſenſûs per officium
Plures conlaudant Dominum.
Ergo, Sacerdos inclite,
Crimina noſtra dilue,
Sit nobis per te venia;
Feras tranquilla tempora. Amen.

numnorum Sancto oblatorum fur punitus; beneficia generatim enumerata.

E

F

* *l.* Bacchantes

aa

ANNOTATA.

a *Hoc miraculum in noſtro apographo aliter & obſcuriùs ita proponitur:* Evoluto autem dierum multorum curriculo, causâ neceſſitatem quæſitandi, quemdam ex primitivis ſociis Guidonem in locum, Villam nuncupatum, dum parat itineri, ſubito paraliticum morbo preſſum ſentit. Fuit enim tanti impetûs vis morbidi furoris, ut dum pararet Vir ſanctus ei greſſum, gremio videret lapſum. Compaſſus itaque Pater ſanctiſſimus Fratris funebrio morbo, exteriùs interiúſque dolens, multiſque lacrymis & precibus obſtrictus, [eum,] ut fertur, detergendo

A do propriis manibus ſaluti reſtituit. *Secundum hanc narrationem in loco*, Villa *dicto*, *de quo in Comment. prævio num.* 28 *egi*, *miraculum non contigit: ibi tamen contigiſſe arbitror, quòd exemplari Dacheriano id verbis clariſſimis affirmanti conſonet Branchius Prior major Piperacenſis, idem ex biographo referens miraculum in Sancti vita, Gallicè anno* 1652 *edita, pag.* 537.

b *Inepta hæc exclamatio in noſtro Ms. reticetur; ſed aliam ibi invenio, quâ ſancti Confeſſoris apud Deum merita nimiùm efferuntur. Eſt autem hæc:* O Virum ſuper omnia laudabilem, qui Apoſtolo Petro per merita judicio noſtro æquiparandus eſſe videtur! Ille enim umbræ tactu in plateis poſitos ægros curabat *Act. cap.* 5 ℣. 15: iſte tactu ſacræ manûs paraliticos erigebat.

c *In Ms.* beatiſſimi Juliani martyris feſtivitatis ſtudio accedere. *De Sancto illo actum eſt tom.* VI *Auguſti à pag.* 169; *ubi* Brivas *ſeu, ut hic ſcribitur*, Brivata, *&* Vetus Brivas, *quæ mox* Vetula Brivata *nominatur, aliquot notitiis illuſtrantur. Utriuſque loci etiam memini in Commentario prævio* § 3, *ubi de canonicorum Regularium prioratu S. Vincentii agitur, quem* Veteri Brivate *erexit* S. Petrus, *&* § 5, *ubi inſtrumentum refertur, ex quo conſtat, illum nobiliſſimæ Brivatenſis eccleſiæ S. Juliani canonicum anno* 1070 *factum fuiſſe &c. Porrò præter jam indicatam lectionem in Ms. noſtro variantem tam multæ aliæ hoc numero occurrunt, ut vix ullum ſit orationis membrum ſine aliqua vocum additarum, tranſpoſitarum vel aliter inflexarum diverſitate; ſed quæ nullibi valde notabilis eſt.*

B

d *Scilicet* Elaveri; *nam Veterem Brivatem, quò* S. Petrus *advenerat, Brivatem progreſſurus, fluvius iſte alluit.*

e *In Ms. ita pergitur:* nulli inferior & omnibus præfectus, verè ſacerdos & hoſtia Dei, cum ſe ubique ſollicitum circa alendorum pauperum dudum ſuſceptum opus explere contenderet, [atque] ætas jam ad perfectam ſenectutem *&c.*

f *Vox Græca* Θεοτόκος Dei Genitricem *ſeu* Deiparam *ſignificat.*

g *Biographus* S. Petrum *Deo in cœlis fruentem minùs rectè quieſcere ait* in ſinu Abrahæ. *Certè his vocibus Chriſtus Lucæ cap.* 16 ℣. 22 *intellexit locum, in quo uſque ad ipſius mortem patriarchæ Abrahami & aliorum in Dei gratia mortuorum animæ detentæ fuerunt.*

C

h *Noſtrum apographum habet:* accedens poliandro ſic lamentabatur: Quis, inquiens, Pater ſanctiſſime *&c. Medii ævi ſcriptoribus, ut in Cangii Gloſſario videre licet*, polyandrum, *pro quo hic vitiosè ſcribitur* poliandrum, *idem eſt quod* ſepulcrum.

i *Sequentia ibidem deſunt uſque ad* Hæc & alia.

k *Ibid.* Quid multa? Haud mora, ita ſanum ſe ſenſit.

l *Ibid.* Durantus, *& mox pro* Arvernenſis *rectiùs* Arvernenſem. *Præſul iſte, cùm in concilio Claromontano ſub finem anni* 1076 *vel initium ſequentis habito conſecratus eſſet, optimè de monaſterio Piperacenſi ejuſque ſancto Præpoſito meritus fuit. E vivis exceſſit menſe Novembri anni* 1095, *cùm alterum Claromonte concilium celebraretur. Lege, ſi lubet, Ruinartium in Urbani PP. II Vita pag.* 208. A. STEPHANO CAN. REGULARI.

m *Fuit hic ſecundus iſtius nominis Arvernia comes ab anno circiter* 1060 *uſque ad* 1095, *teſte Baluzio in Hiſtoria domus Arvernicæ tom.* 1 *pag.* 48 *&* 57. *Beneficia, quibus* Robertus II *teſtata reliquit ſuum erga* S. Petrum *amorem venerationemque, videri poſſunt in Commentario prævio num.* 26.

n *In Ms.* ante beatum Virum accubuit. Proinde *, ut paululum quieſcens accubuit, talibus Dei Hominem allocutus eſt verbis. * *fortè* Deinde

o *Ætate biographi* conſul *&* comes *erant ſynonyma.*

p *In Ms.* jamque incolumitatem ſenſerat.

q *Davidem intelligit biographus. Sequentia à noſtro Ms. abſunt.*

r *Ibidem hîc additur* ei. *De* eccleſia S. Boniti *ejuſque donatore* Bertrando *videri poteſt Commentarius prævius num.* 26.

ſ *Id eſt*, ſepulcro, *ut jam monui.*

t *In Ms. noſtro iſta ſubjunguntur:* Nulli quippe audientium ſit faſtidio geſta Patroni noſtri revolvere calamo, quia populorum fidelium remedio. Licèt enim nihil egeat mortalium juſtus in littera, *id eſt, licèt non egeat hominum ſcriptis celebrari*, cujus nomen cæleſti jam continetur in pagina; tamen fidei ſuccreſcunt merita, dum Sanctorum recentia replicantur exempla; cùm & cohorti Chriſticolæ Paſtor, clauſus paradiſo, terreſtri repræſentatur ſtylo, ut grex exemplis accitus ad æthera tendat greſſus; quatenus juxta Danielis oraculum *cap.* 12 ℣. 3 edoctus Patroni magiſterio populus ut ſplendor firmamenti rutilet, & Doctor ſiderea ſibi luce cumulata coruſcet. Hujus igitur Viri ſanctiſſimi etſi naturæ debito mors extinxit corpuſculum, fulgent tamen viventia membra poliandro. *In Vitæ S. Sulpitii Pii epiſcopi Bituricenſis prologo, unde accepta ſunt, quæ modò ex noſtro apographo tranſcripſi, pro* viventia membra poliandro *apud Mabillonium Seculo* 2 *Benedictino pag.* 168 *legitur* viventia miracula polyandro. E

u *Noſtrum Ms. ita proſequitur:* Præterea ad ſacratiſſimi corporis tumulum fons ... ſumebat *&c.* F

x *Suſpicor, biographum ſcripſiſſe* madidam quaſi lacunam: *prima tamen vox in Ms. omittitur.*

y *Supple* ſe *vel* ſua corpora.

z *Hic deſinit exemplar Dacherianum. Ex apographo noſtro ſequens Hymnus adjungitur; de quo relege annotata in Comment. num.* 15.

aa *Vox* purgat *ſumenda videtur in ea ſignificatione, quæ ipſi in Cangii Gloſſario hiſce verbis attribuitur:* PURGARI dicuntur, qui immundis ſpiritibus liberantur apud Ambroſium lib. VII epiſt. 2, Hieronymum in Vita Hilarionis & alios laudatos ab Henr. Valeſio ad lib. V Hiſtor. eccleſ. *Euſebii* cap. VII; ubi καθαρίζειν eadem notione Græcos ſcriptores uſurpare obſervat.

A D

DIES DECIMA SEPTEMBRIS.

SANCTI, QUI IV IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

S. Anctus Nemesianus
S. Felix
S. Lucius
S. Felix alter
S. Litteus
S. Polianus
S. Victor
S. Jader
S. Dativus
} Martyres cum aliis in Africa.

B
S. Sosthenes M. } Chalcedone
S. Victor M. } in Bithynia.
S. Menodora } Sorores VV.
S. Metrodora } MM. in Bi-
S. Nymphodora } thynia.

S. Euplus vel Euplia
S. Alexander
S. Cuspicus vel Cerocisus
S. Hysicus
S. Aloponus
S. Silvanus & alii quinque
} martyres Cæsareæ in Cappadocia.

S. Doletatulus aut Catulus M.
S. Tuscus M.
C
S. Valentinus M.
& fortè S. Megarus M.
S. Barypsabas eremita & Mart. in Oriente.
S. Agabius episc. conf. Novariæ in Italia.
S. Pulcheria imperatrix virgo Constantinopoli.
S. Veranus episc. conf. Vinciæ in Gallia.
S. Hilarus Papa conf. Romæ.
S. Salvius episc. conf. Albigæ in Occitania. E
S. Theodardus episcopus Trajectensis martyr, apud Nemetes in Germania.
S. Thomas abbas Farfæ in Sabinis.
S. Odgerus diaconus Ruræmundæ in Belgio.
S. Eunucius episc. conf. Noviodumi in Belgica secunda.
S. Cosmas archiepiscopus Africanus Panormi in Sicilia.
B. Joannes Salernitanus confess. Ord. Prædicatorum Florentiæ in Etruria.
S. Nicolaus Tolentinas, Ord. Eremitarum S. Augustini Tolentini in Piceno. F

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

SAncti Benedicti *eremitæ translatio hodie memoratur in Auctariis Bedæ. An intelligendus sit* Benedictus *eremita Vallis-Umbrosæ, cujus corpus bis translatum legitur in Actis, sed non addito translationis die, non satis perspicio. Videri potest illius Vita data* x Januarii.

S. Egwini *episcopi translatio memoratur in Auctariis Usuardi nostri ex codice Altempsiano. Locus additus ostendit, agi de* S. Egwino *Wigornienst, cujus Acta apud nos data sunt* xi Januarii.

SS. Apellii, Lucæ & Clementis *ut* martyrum *memoriam è Græcorum Menologio hodie Martyrologio Romano inseruit Baronius. At duos ex illis jam memoraverat ad* xxii *Aprilis, nimirum* Apellium & Lucam, *licèt mutato nonnihil nomine* Apellis & Lucii *fuerint annuntiati, addaturque* ex primis Christi discipulis. *Certè nullum est dubium, quin planè sint iidem, etsi distinctos crediderit Baronius, quòd ex solo Menologio Sirletiano, in quo hodie nuda ponuntur nomina, minùs intelligere posset, eosdem fuisse repetitos apud Græcos. At clarè id intelligitur ex Menæis Græcis, in quibus utroque loco breve additur elogium: utroque enim die omnes tres annuntiantur: utroque loco vocantur* Apostoli: *utroque loco* Apelles *Smyrnæ*, Lucas *aut* Lucius *Laodiceæ*, & Clemens *Sardium episcopus dicitur. Hinc de tribus*

A *tribus hiſce Sanctis vide dicta ad* XXII Aprilis.

S. Petri *archiepiſcopi Tarentaſienſis memoria hodie recolitur in variis codicibus Uſuardinis apud Sollerium in auctariis. Codex Altempſianus Petrum Tarentaſienſem clarè exprimit, cùm non modò* archiepiſcopum *vocet, ſed etiam locum exprimat, ubi ille ſepultus eſt, nempe* in monaſterio Bellæ-vallis. *In codice Strozziano legitur :* In Carontaſienſi urbe, ſancti Petri archiepiſcopi *&c.; ſed haud dubiè legendum*, in Tarentaſienſi. *Eumdem, opinor, annuntiant Belinus & Molanus in ſuis Uſuardi auctariis. Acta illuſtrata ſunt* VIII Maii.

SS. Gricciviani, Juſtini, Viriani, Orphiti, Exuperantii, Benedicti, Eutropii & Fortunati *martyrium ad hunc diem refert Jacobillus in Sanctis Umbriæ tom.* 2 *pag.* 235. *Apud nos de iis Martyribus actum eſt una cum* S. Creſcentiano *ad diem* I Junii.

S. Marii Presbyteri & confeſſoris Tranſlatio *hodie celebranda decernitur anno* 1528 *ab epiſcopo Claromontenſi Thoma du Prat; uti docuimus ex ipſiuſmet Decreto, ad diem Sancti*

B *natalem*, VIII Junii.

S. Autbertus *epiſcopus Abrincenſis hodie annuntiatur à Caſtellano. De eo actum eſt ad* XVIII Junii.

S. Paulinus *Junior epiſcopus Nolanus hodie annuntiatur à Caſtellano, qui in margine notat* ſeculum VI. *Diſputavit Papebrochius noſter de tribus ſanctis Paulinis epiſcopis Nolanis, quorum tertius vixit ſeculo* VI, *atque is ipſe eſt, qui ſe pro filio viduæ Wandalis ſervum dedit. Verùm ſecundus* Paulinus *hac die obiit anno* 442. *Vide igitur dicta in S. Paulino ad* XXII Junii.

SS. Leolinus *&* Hilarius *epiſcopi Patavini in Italia ad hunc diem relati ſunt à Ferrario. Apud nos, licèt hi Sancti diverſo tempore vixerint, de utroque ſimul actum eſt ad* XXIX Junii.

S. Adelwoldi, (*aliàs* Ethelwoldi) *epiſcopi Wintonienſis tranſlatio memoratur in Martyrologiis Greveni & Caniſii, ac in Florario Ms. De* S. Ethelwoldo *ejuſque hac elevatione actum eſt ad* I Auguſti.

C Apud Perſidem ſanctæ martyris Iæ *memoriam conſignat Menologium ex Sirleti interpretatione editum*, quæ cùm eſſet ex caſtro nomine Zelæ, captiva cum novem millibus Chriſtianorum à Perſarum rege Sapore ducta eſt; *ac* carcerem, vincula & verbera ſuſtinens, ſub Styratio præſide martyrium aſſecuta eſt. *Hanc à ſynonyma etiam martyre in Perſide ſub Sapore paſſa, cujus Acta dedimus die* IV *hujus menſis, diſtinguit Cangius lib.* 4 *CPolis Chriſtianæ pag.* 147. *Homonymam inſuper Martyrem in Perſide notabimus inter Prætermiſſos die craſtina. Tres ego hîc Martyres diſtinctas tunc admittam, dum ſufficienter quiſpiam id probârit. Vide interim* IV Aug. & XI Septemb.

S. Ægidii *abbatis tranſlatio in Menologio quodam Benedictino Ms. recolitur. Acta hujus Sancti illuſtrata ſunt ad* I Septembris.

Nemeſi, Ammoni *& aliorum Martyrum multorum nomina occurrunt hodie in Hieronymianis apographis apud Florentinium, ubi Alexandriæ paſſi dicuntur. Verùm iidem cum aliis memorati videntur die* VIII *hujus menſis, ut ibidem probavi in* Ammonio *& Sociis A-*

lexandrinis. Porro ex hiſce aliqui ad apogra- D *pha contractiora fuere de more tranſlati. Duo nominati cum pluribus anonymis memorantur in Rhinovienſi & in Richenovienſi his verbis :* In Alexandria Orionis, Eroſii & aliorum octingentorum ſex. *In Auguſtano, Labbeano, & Gellonenſi, in quibus omnia paſſim magis corrupta ſunt, ex hiſce leguntur* Oroſus *& forte* Sylvanus *cum* 900 *anonymis. Aliqui etiam ex dictis Martyribus in auctos Uſuardi codices tranſlati ſunt : Tales ſunt* Demetrius & Ammonius, *qui in variis codicibus hodie annuntiantur apud Sollerium noſtrum in auctariis Uſuardi, ubi alii codices habent* Nemeſium & Ammonium, *unus etiam* Demeſium *corruptè &* Ammonium. *De hiſce martyribus aliqua etiam leguntur in Ms. Martyrologio Tornacenſi, & in auctariis Bedæ apud nos ante tomum* 2 *Martii. Demum* Demetrius & Ammonius *etiam adoptati ſunt ab auctore Florarii Ms., & à Maurolyco, qui ultimum vocat* Ammonem. *Quin & Grevenus primò ſine loco memorat* Demetrium & Ammonium, *ac deinde Alexandriæ* Ammonem, Orionem & Oroſium. *Verùm vix dubitare poſſim, quin omnes ſpectent ad multitudinem illam martyrum Alexandrinorum, de quibus egi in* Ammonio *& Sociis die* VIII Septembris. E

S. Adriani *martyris memoria recurrit hac die in aliquot Mss. Kalendariis. Vita data eſt* VIII Septembris.

SS. Hyacinthus, Alexander & Tiburtius *hodie memorantur in codice Uſuardino Bruxellenſi. Spectant hi ad diem præcedentem* IX Septemb.

Petrus *epiſcopus Compoſtellæ in Gallæcia primùm annuntiatus eſt à Galeſinio his verbis :* Compoſtellæ, ſancti Petri epiſcopi & confeſſoris. *Nullas hujuſce annuntiationis rationes in Annotatis allegat Galeſinius. Hinc contigiſſe videtur, ut Baronius crederet Petrum Compoſtellanum annuntiari etiam apud Molanum in auctariis ad Uſuardum; & annuntiationem utriuſque conjungeret in Martyrologio Romano in hunc modum :* Compoſtellæ S. Petri epiſcopi, qui multis virtutibus & miraculis claruit. *In Annotatis ita habet :* Tabulæ Compoſtellanæ, ex quibus Molanus in additionibus ad Uſuardum & alii. *At Molanus poſt Belinum & codices aliquot Uſuardinos loquitur de S. Petro Tarentaſienſi archiepiſcopo, ut jam dudum probavit Papebrochius noſter in Commentario prævio ad Vitam S. Petri Tarentaſienſis, datam* VIII *Maii, num.* 5 *&* 6 *: ibique ſic ſcripſit, reſpondens ad Annotata Baronii :* Habemus feſta propriæ diœceſis Compoſtellanæ anno MDXCVI excuſa, ſed planè abſque ulla Petri mentione . . . Interim & Hiſpani recentiores & martyrologi Benedictini eumdem referunt, cenſentes eſſe Petrum, qui ſeculo X floruit, centum & pluribus annis antequam ſedes illa in metropolitanam ſive archiepiſcopalem erigeretur. *Ex ipſo Martyrologio Hiſpanico Joannis Tamayi facilè oſtendi poteſt, ex Molano malè intellecto contigiſſe, ut Petrum Compoſtellanum Romano Martyrologio inſereret Baronius. Quippe ille ad hunc diem pag.* 141 *& ſequentibus corraſit diligenter omnia, quæ de Petro Compoſtellano invenire potuit; nec tamen ullum adducit Baronio antiquiorem, qui de ejus miraculis quidpiam affert, nec ullum de cultu adducit*

A *teſtem. Quin imò hæc ipſe de Petro ſcribit :* Ejus nomen primus recenſuit in Martyrologiis Molanus in Addit. ad Uſuard. fol. 152, ut fatetur Cardinalis Baronius in Not. ad Roman. *Quare cùm nihil de cultu inveniam (recitatio enim nominis in Martyrologio Romano cultum non importat , ut eruditè probat Benedictus XIV ſummus Pontifex in præclariſſimo Opere de Canonizatione Sanctorum, anno* 1743 *Patavii recuſo , lib.* 4 *part.* 2 , *cap.* 19 *num.* 16) *Petrum Compoſtellanum , licèt aliàs virum pium & egregium , hactenus prætermittimus. De eo videri poteſt Nicolaus Antonius in Bibliotheca Hiſpana veteri lib.* 6 *cap.* 14.

S. Salvini epiſcopi *memoriam* Matiſconæ *annuntiat Ferrarius in Catalogo generali.* Salvinum *ſimiliter ſanctis epiſcopis Matiſconenſibus annumerant Severtius in Epiſcopis Matiſconenſibus pag.* 4 , *Sammarthani tom.* 3 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 677 , *ac demum ſcriptores Galliæ Chriſtianæ recuſæ tom.* 4 *col.* 1039. *Verùm ratio illorum omnium unica eſt , eaque mihi videtur tam infirma , ut* Salvinum
B *illum certò nequeam admittere pro epiſcopo Matiſconenſi. Audiamus igitur , qua ratione illum epiſcopis Matiſconenſibus annumeret Severtius , quem alii ſequuntur :* Antiquitus , *inquit* , per urbem ac diœceſim Maticenſem ſolitum eſt fieri ejus feſtum ſeu divinum Officium IV Idus Septembris , ex vetuſtiori Breviario Matiſconenſi impreſſo , ut narrat canonicus San-Julianus : idque ſit ſatis pro nota ſanctitatis Epiſcopi ex fama publica & uſu priorum temporum. Sed hodie hæc minimè legimus , neque in vetuſtis ſuperſtitibus impreſſis , neque in diverſis Ms. multo anterioribus , ſeu conſcriptis , antequam ars typographica conſpiceretur adinventa ; etſi ſingula conquiſierimus , quantùm ſaltem licuit. *Hactenus Severtius , cujus ultima verba dubitare me cogunt , an canonicus San-Julianus revera invenerit in Breviario aliquo impreſſo* Salvinum *Matiſconenſem : neque enim capio, cur in nullo Breviario eumdem inveniſſet Severtius ipſe. Nec tollit hanc dubitationem ſubjuncta Severtii obſervatio de ætate San-Juliani , qui , inquit* , ſcripſit ante mœſtos bis captæ civitatis ab hæreticis Calviniſtis annos ,
C qui tunc omnes chartas & documenta baſilicæ Matiſconenſis vi doloque rapuerunt. *Quippe ſaltem non abſtulerunt illa Breviaria , quæ ipſe conſuluit impreſſa & manuſcripta. Quare , cùm non rarò mihi contigerit , ut adverterem ſcriptoribus obrepſiſſe hallucinationem neſcio quam , quâ dicerent aliquid alibi legi, quod ibi nullo modo legebatur ; vehementer ſuſpicor ſimile quid contigiſſe San-Juliano , aut eum legiſſe aliquid , ex quo* Salvinum *illum perperam induxit. Sanè , cùm hodie colatur* S. Salvius *Albienſis epiſcopus , potuit ille inveniri in Breviario quodam Matiſconenſi , aut quod Matiſconenſe credebat San-Julianus : nec difficulter ex* Salvio *in* Salvinum *transformari potuit nomen. Præterea cùm & alii dentur* Salvini *&* Silvini *epiſcopi , aliunde error obrepere potuit. Verùm quidquid ſit , incertior eſt ille* Salvinus *Matiſconenſis , quàm ut de eo agendum cenſeam.*

S. Guilielmus *epiſcopus* , Lauduni cultus , *memoratur apud Caſtellanum ſine ulteriori notitia temporis aut epiſcopatûs , ut & in Mar-* D *tyrologio Pariſienſi. Cùm plures ſint iſtius nominis epiſcopi , ignoramus, quis hîc deſignetur.*

S. Callinicus , *neſcio quis , hac die coli dicitur in Inſula Creta , ut videri poteſt tom.* 6 *Maii pag.* 693 *in Miraculis S. Phanurii. At cùm varii ſint Sancti , quibus nomen eſt* Callinicus , *neſcimus , de quo ibidem agatur.*

Giſilarius *presbyter in Catalogo impreſſo Sanctorum Hiberniæ Henrici Fitz-Simon ut* Sanctus *memoratur , laudaturque Subenſe Martyrologium & Vita S. Ruperti apud Caniſium tom.* 6. *Verùm ex iis non ſatis nobis conſtat de ejus cultu.*

Iſaac Badaſæus *ut Sanctus annuntiatur à Caſtellano* in Æthiopia *ſine ulla temporis nota. Deſumptus eſt , opinor , ex Faſtis Coptitarum à Jobo Ludolfo editis , in quibus ſimiliter legitur. At Faſtis illis minùs auſim fidere , quam ut Sanctis ſim annumeraturus virum aliunde mihi ignotum.*

Carmundica *ſolitaria in Ægypto memoratur apud Caſtellanum : at nobis ignota eſt.*

Mauri *martyris mentio fit in Mss. additionibus* E *ad Grevenum. Ignoramus , quis ille ſit Sanctus ex multis ejuſdem nominis ; ſed exiſtimamus eum ad hunc diem non pertinere , niſi fortè ob aliquam reliquiarum tranſlationem.*

Oglerus *abbas Locedii in Italia cum titulo* beati *annuntiatur in Menologio Ciſtercienſi apud Henriquezium & Calemotum , nomenque ipſius inſertum eſt Kalendario Ciſtercienſi Divione impreſſo.* Beatus *item vocatur in Annalibus Ciſtercienſibus apud Manricum ad annum* 1123 *cap.* 4 *num.* 7 , *ubi & inſigni elogio honoratur. Quin & Henriquez affert aliqua , quæ utcumque innuere videntur cultum publicum. Attamen hæc talia non ſunt, ut dubium de publica veneratione nobis eximant. Hoc ſi quis exemerit , libenter de* Oglero *plura dabimus.*

Serlo *abbas Signiacenſis , & monachi in Nova-Cella Sileſiæ cœnobio ab Huſſitis occiſi , ſequuntur apud Henriquezium , ſed ſine indiciis cultus publici.*

Guarinus *Ordinis Præmonſtratenſis abbas , qui ab aliquibus vocatur* beatus , *à die* IV *&* XI F *Maii huc remiſſus eſt , quia hac die obiiſſe dicitur , ut Vita daretur , ſi interim conſtaret de cultu publico. At is nobis necdum innotuit.*

Staniſlaus de Hurma Ordinis S. Franciſci de obſervantia *vocatur* beatus , *diciturque obiiſſe anno* 1423 , *die* X *Septembris , Vilnæ in Lituania. Ita pluribus Martinus Baronius in Vita B. Staniſlai Caſimirenſis pag.* 32. *At ibi nihil de publico cultu prædicti* Staniſlai de Hurma : *neque hunc apud Arturum à Monaſterio in Martyrologio Franciſcano memoratum invenio , nec apud Fortunatum Hueberum in Menologio. Hi tamen ſcriptores alios non paucos ſui Ordinis alumnos virtutibus inclytos hodie recenſent , ſinguliſque* beati *titulum more ſuo adjungit Arturus. Verùm cùm non inveniam certa publici cultus indicia , ad laudatos ſcriptores pium lectorem remitto.*

Beatrix à Raineriis , *Ordinis S. Claræ , Venetiis defuncta & ſepulta , ut* beata *memoratur ab Arturo in Gynæceo & in Martyrologio Franciſcano.*

A *ciſcano. Eamdem ſine titulo* beatæ *ponit Huc-berus in Menologio ad* VIII *Aprilis. Plura apud utrumque videri poſſunt.*

Maria *Inſulenſis apud Arturum in Gynæceo hodie* beata *vocatur, quia de ea obiter meminit Rayſſius in Auctario Sanctorum Belgii ad Molanum die* 19 *Novembris. At nec Rayſſius* beatam *nominat, nec cultum ipſius oſtendit Arturus.*

Paulus *tertii Ordinis S. Dominici, pro fide occiſus Nangazachi in Japonia hodie in Anno Dominicano multos inter venerabiles* Beati *titulo videtur honorari. At cùm mors ipſius figatur anno* 1622, *& nulla beatificationis fiat mentio, poterat idem ei titulus dari, qui multis aliis ibidem rectè attribuitur.*

Carolus Spinola, *Societatis Jeſu presbyter, virtutibus non minùs quàm natalium ſplendore illuſtris, anno* 1622 *cum octo aliis ejuſdem Societatis lento igne combuſtus eſt in Japonia, ubi fidem prædicabat. Memoratur à Caſtellano ut venerabilis, & in Menologio Ms. Societatis.*

B Diodorus & Didymus *martyres habentur hodie in Menologio ab Eminentiſſimo Sirleto Latinè reddito; ſed iidem ſequenti die iterum memorantur cum* Diomede, *& ſunt in Romano* XI Septembris.

Findbarrus *abbas apud nos recenſetur inter Prætermiſſos ad* IV *Julii, ut hîc ulteriùs aliquid ſtatuatur aut* XX *Septembris. Reperio ſanè* Findbarrum *aliquem, ſed cum titulo epiſcopi, hac die in Catalogo Sanctorum Hiberniæ Henrici Fitz-Simon. In Vita S. Comgalli abbatis, quæ data eſt* X *Maii, cap.* 2 *laudatur* S. Finbarrus epiſcopus, qui jacet in miraculis multis in ſua civitate Magbile. *In Vita S. Mochoëmoci abbatis, ad* XIII *Martii data, cap.* 2 *item memoratur* S. Finnbharrus, *ibique in Annotatis creditur fuiſſe epiſcopus Corcagienſis in Hibernia, qui coli dicitur* XXV *Septembris. Quare examinari poterit, an plures diſtinguendi ſint ejuſdem nominis Sancti ad* XXV Septembris. D

S. Odilia *hodie apud Camerarium ponitur, indeque apud Arturum in Gynæceo, tamquam una ex Sociabus S. Urſulæ. De ea agendum eſſe unà cum S. Urſula, iteratò in prætermiſſis jam dictum eſt* XXI Octobris.

S. Joannis Capiſtrani *beatificatio celebratur hodie apud Balinghem in Kalendario beatiſſimæ Virginis Mariæ. Vita S. Joannis Capiſtrani illuſtranda veniet ad* XXIII Octobris.

S. Finani *epiſcopi confeſſoris Vitam dat Capgravius in Legendis Angliæ fol.* 147 *&* 148, *Sanctuſque ille defunctus dicitur* quarto Idus Septembris. *Nec omnino improbabile apparet, illum eſſe eumdem cum* Finbarro, *ab aliquibus hodie memorato. Colganus in Actis Sanctorum Hiberniæ non modò* Finanum *aut* Finnianum *confundit cum* Finbarro *hodierno, ſed etiam cum* Fridiano *aut* Frigidiano *epiſcopo Lucenſi, qui in Martyrologio Romano eſt, ubi id examinabitur, die* XVIII Novembris. E

Felicitatis viduæ & filiarum ejus *hodie meminit Grevenus, & Martyrologium Germanicum, Caniſii dictum, neſcio qua de cauſa. Etenim ſuſpicor legendum eſſe* Filiorum, *deſignarique* S Felicitatem *martyrem, quæ adſcripta eſt Martyrologio Romano ad* 23 *Novembris, filii vero ipſius ſeptem ad* 10 *Julii. Vide igitur dicta de filiis & dicenda de matre ad* X Julii & XXIII Novembris.

S. Dagobertus *rex hodie colitur Satanaci ad Moſam (vulgò* Stenay*) annuntiaturque in auctо quodam Bedæ codice. At cùm illud feſtum videatur eſſe cujuſdam tranſlationis, nataliſque paſſim referatur ad* XXIII *Decembris; nos Vitam S. Dagoberti differimus ad dictum diem* XXIII Decembris.

DE SS. NEMESIANO, FELICE, LUCIO, ITEM ALTERO FELICE, LITTEO, POLIANO, VICTORE, JADERE, DATIVO, EPISCOPIS, ALIISQUE EX EORUM GREGE MARTYRIBUS

C F

IN AFRICA

COMMENTARIUS HISTORICUS. C. S.

§ I. Memoria in Martyrologiis, ſedes horum Epiſcoporum, qui concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano interfuerunt.

IN PERSECUTIONE VALERIANI. *Sanctorum memoria*

EX ſacris Africæ Athletis, qui in perſecutione Valeriani imperatoris illuſtre de Chriſtiana fide teſtimonium dixêre, aliquot hoc die Epiſcopi aliique ex commiſſo ipſis grege Martyrologiis inſcripti ſunt. Auctor Romani parvi, à Roſweydo editi, reliquis martyrologis præivit, ſolos tamen epiſcopos ad hunc diem ſic breviter memorans: In Africa, epiſcoporum Nemeſiani, Felicis & aliorum VII. *Hunc ſecutus Ado, illorum ſeptem nomina etiam expreſſit, alioſque præterea anonymos adjunxit ex epiſtola, quam ad eos conſolandos confirmandoſque ſcripſit S. Cyprianus, ut ſuo loco oſtendemus. Verba Adonis accipe:* Apud Africam, natalis ſanctorum epiſcoporum, Nemeſiani, Felicis, Lucii. Item Felicis, Litei, Poliani, Victoris, Jaderis & Dativi, qui ſub Decio & Valeriano, exurgente perſecutionis rabie, ad primam confeſſionis Chriſti conſtantiam, graviter fuſtibus cæſi, deinde compedibus vincti, & ad fodienda metalla deputati, glorioſæ confeſſionis agonem conſummaverunt. Quorum etiam exemplum ſecuta multiplex plebis portio

AUCTORE C. S.

cum eis confessa pariter est & coronata. Extat epistola beati Cypriani ad ipsos & de ipsis scripta.

in Martyrologiis antiquis :

2 *Adonem descripsit Usuardus ad eumdem diem, prætermissis tamen, quæ de eorumdem ex plebe Sociis ille addiderat. Baronius verò aliqua correctione utendum ratus, illos in Romano Martyrologio hâc pariter die ita annuntiat :* In Africa, natalis sanctorum episcoporum, Nemesiani, Felicis, Lucii, alterius item Felicis, Littei, Polyani, Victoris, Jaderis, Dativi & aliorum ; qui sub Valeriano & Gallieno, exurgente persecutionis rabie, ad primam confessionis Christi constantiam graviter fustibus cæsi, deinde compedibus vincti & ad fodienda metalla deputati, glorioſæ confessionis agonem consummârunt. *Ex toto contextu liquet, Baronio hîc præluxisse Adonem vel Usuardum, quem utrumque etiam laudat in Annotatis : rectè tamen, rejecto* Decii *nomine*, Valeriano *adjunxit* Gallienum : *nam sub his, non autem sub Decio beata illa caterva Christum confessa & ad metalla damnata est, ut ex dicendis manifestum erit.*

B

varia nominum lectio :

3 *Aliqua quoque, sed perexigua in duorum Episcoporum nominibus occurrit variatio : eorum enim unus, qui ab Adone* Liteus, *à Notkero* Littæus *vocatur, in Romano Martyrologio* Litteus *scribitur : alter verò, quem laudatum Romanum cum Notkero* Polyanum *appellat, ab Adone* Polianus *vocitatur.* Litteum *cum Baronio legit Operum S. Cypriani editio Veneta anni* 1728, *& Usuardus Sollerii ; quamquam hic moneat, codices in hoc nomine maximè variare, nam in quibusdam* Liteum, Liceum, Licteum *&* Luteum *scribi. Nos cum Baronio ac Sollerio* Litteum *retinemus.* Polianum *habet memorata editio Veneta uti & Bremensis anni* 1690, *Ado & Usuardus, quos nos pariter sequimur. Codex Usuardinus Antverpiensis major apud Sollerium pro* Nemesiano Menesianum, *pro* Jadere Jaredem, *Grevenus* Vaderem, *alius item* Lacium *pro* Lucio *perperam legunt : verùm hæc contemnenda sunt, & transcribentium oscitantiæ vel errori imputanda. Porrò hos omnes tamquam martyres ab Ecclesia celebrari, testatur Baronius tom.* 2 *Annalium ad annum* 262 *num.* 37.

C

alius Nemesianus in Kalend. Carthaginensi.

4 *In antiquissimo Kalendario ecclesiæ Carthaginensis apud Mabillonium tom.* 3 *Analectorum, pag.* 400 *legitur :* x.... Kal. Jan. sancti Nemesiani ; *hunc que ipse ibidem pag.* 418 *eumdem putat cum* S. Nemesiano *episcopo Tubunensi, qui in hodierna corona primus occurrit. Addit videri sibi eum persecutioni superfuisse, obiisseque in pace, eò quòd martyris titulo minimè hîc donetur. Verùm multo verisimilius est in laudato Kalendario non sanctum Episcopum nostrum, sed Nemesianum puerum martyrem celebrari, de quo velut tum omnibus notissimo meminit S. Augustinus serm.* 286, *cap.* 2, *editionis per Benedictinos Congregationis S. Mauri concinnatæ. Nec obstat, quòd titulus* martyris *absit : nam præterquam quòd etiam absit titulus* episcopi, *Mabillonius ipse fatetur, in quibusdam ejusdem Kalendarii locis etiam alios sine martyrii laureola notari, quos aliunde constat martyres fuisse.*

In hac Turba erant variæ conditionis, ætatis, & utriusque sexûs.

5 *Inter epistolas S. Cypriani, editionis Venetæ, exstat* 87, *ex qua horum Episcoporum nomina simul & agonem Ado aliique didicerunt. S. Cyprianus, & ipse tum pro Christi fide exsul, eam his verbis exorsus est :* Cyprianus Nemesiano, Felici, Lucio, alteri Felici, Litteo, Poliano, Victori, Jaderi, Dativo coëpiscopis ; item compresbyteris & diaconibus & ceteris fratribus, in metallo constitutis, martyribus Dei Patris omnipotentis & Jesu Christi Domini & Dei Conservatoris nostri, æternam salutem. *Præter novem igitur Episcopos, quos nominatim compellat Cyprianus, aliqui etiam Presbyteri ac Diaconi in beata illa turba numerabantur. Per* ceteros *verò* Fratres *cujusvis ætatis ac sexûs Fideles intelligendos esse, ipse Sanctus explicat, dum in eadem epistola inter cetera his verbis Episcopos alloquitur :* Denique exemplum vestrum secuta multiplex plebis portio, confessa est vobiscum pariter & pariter coronata est, connexa vobis vinculo fortissimæ caritatis, & à Præpositis suis nec carcere nec metallis separata. Cujus numero nec Virgines desunt, quibus ad sexagenarium fructum centenus accessit, quasque ad cælestem coronam gloria gemina provexit. In Pueris quoque virtus major ætate, annos suos confessionis laude transcendit, ut martyrii vestri beatum gregem & sexus & ætas omnis ornaret. D E

Inquiritur in sedes

6 *Porrò sancti hi Antistites, antequam è suis sedibus pellerentur, concilio Carthaginensi à S. Cypriano pro baptizandis, quos hæretici baptismo initiârant, anno* 256 *coacto interfuerunt, eorumque sententias ac ratiocinia S. Augustinus refutat lib.* 6 *&* 7 *de Baptismo contra Donatistas. Castellanus ex hoc, nî fallor, concilio singulorum Episcoporum sedes ad marginem Martyrologii sui universalis annotavit ; verùm ea recensio in aliquibus non caret periculo erroris : etenim cùm inter sanctos Episcopos nostros duo tantum* Felices *occurrant, in memorati verò concilii actis sex ejusdem nominis, totidem diversarum sedium episcopi, sententiam dixisse legantur, videlicet,* Felix à Bagai, Felix ab Uthina, Felix ab Amacorra *vel* Bamacurra, Felix à Mazarana, Felix à Buslacenis, Felix à Gurgitibus ; *unde didicit Castellanus, è duobus alterum fuisse* à Bagais, *alterum* ab Uthina ? *Quatuor quoque* Lucii *eidem concilio interfuêre ; primus* à Castra Galbæ, *alter* à Thebeste, *tertius* à Membresa, *quartus* ab Ausafa : *similiter & tres* Victores *in eodem reperire est, scilicet* à Gor, ab Assuras, & ab Octavo : *ipse verò* Lucio *nostro* Membresam, Victori Assuras *sedes assignat. Non caret tamen hîc omni probabilitate : id enim fecit, opinor, quia in nonnullis laudati concilii exemplaribus* Lucio à Membressa & Victori ab Assuris *titulus* Confessoris *adscriptus legitur ; qua de re vide dicenda num.* 21. *De reliquis minus est dubium ; cùm alii bis cognomines prædictæ synodo adfuisse non legantur. Porrò* Nemesianus à Thubunis *ibidem scribitur*, Litteus à Gemellis, Polianus à Mileo, Jader à Midila, Dativus à Badis. F

horum Episcoporum ;

7 *Incertum est, utrùm* Thubuna *vel, ut apud alios legitur,* Tubuna, *in provincia Numidiæ fuerit, an in Mauritania Cæsariensi : quippe in Notitia provinciarum & civitatum Africæ, edita à Theodorico Ruinartio in Historia persecutionis Vandalicæ, inter episcopos provinciæ Numidiæ* Reparatus Tubunensis, *ac deinde inter Mauritaniæ Cæsariensis sedes, qui tum episcopos non habebant ;* Tubunensis *recensentur. Christophorus Cellarius in Notitia orbis antiqui lib.* 4, *cap.* 5 Gemellas *in Numidia collocat ex Itinerario Antonini, ubi inter* Novam-Petram *&* Sitifi *ponitur : ibidem tamen & alterius vici cogno-*

A *cognominis meminit. Idem auctor* Mileum, *ubi* Polianus *cathedram habuit, à* Milevo, *Numidiæ urbe, S. Optati episcopatu clara, distinguendum non esse ostendit.* Midilam *quoque, cui* Jader *præerat, in Numidia fuisse discimus ex mox laudata Notitia ecclesiæ Africanæ, in qua inter Numidiæ episcopos* Florentianus Midilensis *nominatur. In eadem pariter provincia videtur fuisse* Badensis *sedes, unaque ex gemina, quæ in prædicta Notitia* Vadensis *appellatur. Geminam enim ejus nominis urbem episcopalem in Numidia fuisse, liquet ex eo, quòd ibidem septimo loco* Rufinianus Vadensis, *centesimo verò & decimo septimo* Proficius Vadensis *legantur. Ceterorum sedes, ut monui, determinare non licet, ideoque nec earum situm juvat indagare.*

qui, salva pace Ecclesiastica,

8 *Quæ ad memoratum concilium Carthaginense spectant, dilucidanda erunt ad* XIV *Septembris in S. Cypriano, ad quem ea causa propiùs attinet. Interea consuli potest Commentarius prævius ad Acta S. Stephani I Papæ & martyris ad diem* 2 *Augusti illustrata, ex quo hìc tantùm observo, nec S. Cyprianum nec sanctos Episcopos nostros ob eam controversiam per S. Stephanum à sua seu sanctæ Romanæ Ecclesiæ communione umquam rescissos fuisse. Quare non satis capio, quid sibi velit Bailletus, dum ad præsentem diem de S. Cypriano ejusque Coepiscopis sic scribit:* Quamvis Stephanus Papa propterea pacem cum iis rupisset, non desinebant eam servare cum omnibus ecclesiis, in earumque communione inviolabiliter permanebant.

concilio Carthaginensi interfuêre.

9 *Si Bailletus hisce verbis velit, laudatos sanctos Antistites, quamquam eos vehementer redarguerit S. Stephanus & justis etiam minis coërcuerit, ab ejusdem tamen adeoque & universa Christi Ecclesiæ communione separatos non fuisse; rectè habet. At si existimet, eosdem Sanctos à S. Stephano excommunicatos, in omnium ecclesiarum communione permansisse, fallitur: quia nec ab illius communione rescissi fuêre, nec, si fuissent rescissi, in Christi Ecclesiæ communione perseverâssent. Verùm hæc, ut monui, in S. Cypriani Actis prolixiùs ostendi poterunt, & partim jam ostensa sunt in Commentario prævio ad Acta S. Stephani, in cujus* § 4, *num.* 34 *ex S. Hieronymo dicuntur Episcopi, qui cum Cypriano senserant, novo decreto sententiam suam retractâsse. Lubet ipsa S. Hieronymi verba ex epistola adversus Luciferianos hìc recensere.* Illi ipsi, *inquit*, episcopi, qui rebaptizandos hæreticos cum eo (*S. Cypriano*) statuerant, ad antiquam consuetudinem revoluti, novum emisêre decretum.

B

C

§ II. Acta Sanctorum ex epistola S. Cypriani ad eos, & horum ad S. Cyprianum.

Ad metalla damnantur

Gesta horum Præsulum, reliquorumque, qui cum iis Christum confessi sunt, non habemus præter ea, quæ S. Cyprianus in epistola ad eosdem data commemorat, quam propterea Surius Actorum loco edidit ad hanc diem Septembris, estque 77 *editionis Venetæ anni* 1728. *Ex hac epistola discimus, beatam hanc catervam ad metalla damnatam fuisse eodem tempore, quo S. Cyprianus in oppido Curubi exsulabat. Ita enim ipse laudatam epistolam exorsus est:* Gloria quidem vestra poscebat beatissimi ac dilectissimi Fratres, ut ad conspectum atque ad complexum vestrum venire ipse deberem, nisi me quoque ob confessionem nominis relegatum præfiniti loci termini coercerent. *Constat autem ex authentizis S Cypriani Actis proconsularibus, productis à Baronio tom.* 2 *Annalium ad annum* 260, *eum sub Valeriano & Gallieno relegatum passumque fuisse. Hinc corrigendi Ado & Usuardus, qui, ut suprà vidimus, nostrorum Sanctorum certamen sub Decio & Valeriano retulerunt, licèt S. Cyprianum sub Valeriano passum dicant. Non tamen omnino insolitus est is loquendi modus, quem Ado & Usuardus primo loco usurpârunt, ut videri potest apud laudatum Baronium ad annum* 253, *num.* 141 *&* 142, *ubi hanc difficultatem, quæ in pluribus Actis Fastisque occurrit, solvere conatur.*

AUCTORE C. S.

E

11 *Missus est S. Cyprianus in exsilium à Paterno proconsule*, imperatore Valeriano quartùm & Gallieno tertiùm consulibus, tertio Calendas Septembrium, *ut habent ejus Acta. Baronius in Annalibus hosce consulatus anno Christi* 260 *innexuit: at anno* 257 *illigandas esse apud Pagium in Critica, aliosque videre est. Porrò eumdem Sanctum anni proximè subsecuti die* XIV *Septembris martyrio coronatum esse ex iisdem Actis habemus: unde manifestum est memoratam Cypriani epistolam inter diem* XXX *Augusti anni* 257 *&* XIV *Septembris anni* 258 *ad sanctos Episcopos reliquosque Confessores scriptam fuisse. Deinde ex epistolis, quas laudati Sancti ad Cyprianum responsorias dedêre, discimus eos post hunc, adeoque post* XXX *Augusti coram tribunali Christum confessos esse. Ita enim scribunt* SS. Nemesiarus, Dativus, Felix, & Victor *inter epistolas Cyprianicas septuagesimâ octavâ:* Quasi bonus pastor & doctor, quid nos discipuli secuti apud præsidem dicere deberemus, prior apud acta proconsulis pronuntiâsti, & tubâ canens, Dei milites cælestibus armis instructos ad congressionis prælium excitâsti, & in acie prima pugnans spiritali gladio diabolum interfeciśti *&c. Similiter &* S. Lucius *aliique cum ipso in epistola* 79 *aiunt:* Ante passionem à te sumus ad gloriam provocati, qui prior nobis ducatum ad confessionem nominis Christi præbuisti. Nos verò secuti vestigia confessionis tuæ parem gratiam tecum speramus: nam qui prior est in cursu, prior est & ad præmium *&c. Ex his itaque habemus horum confessionem damnationemque inter prædictos terminos figendam esse.*

anno 257 *vel* 258.

F

S. Cyprianus in epistola ad eos scripta,

12 *Quid autem Sancti passi sint, ex laudata S. Cypriani epistola, quam ad consolandos per Herennianum hypodiaconum & Lucianum, Maximum & Amantium acolythos ad eos transmisit, audiamus.* An ego possim tacere, *inquit*, & vocem meam silentio premere, cùm de carissimis meis tam multa & glorioſa cognoscam, quibus vos divina dignatio honoravit, ut ex vobis pars jam martyrii sui consummatione præcesserit, meritorum suorum coronam de Domino receptura; pars adhuc in carcerum claustris, sive in metallis & vinculis demoretur, exhibens per ipsas suppliciorum moras corroborandis Fratribus & armandis majora documenta, ad meritorum titulos ampliores tormentorum tarditate proficiens, habitura tot mercedes in cælestibus præmiis, quot nunc dies numerat in

AUCTORE C. S.

pœnis. *Itaque cum hæc ſcriberet S. Cyprianus, aliqui ex beato illo grege martyrio jam fuerant coronati, ſive tormentorum cruciatu, ſive in metalli fodinis, ſive in carcere exſtincti. Deinde in Epiſcoporum laudes excurrens, eorum meritis confeſſionis longique martyrii gloriam adſcribit.*

Epiſcoporum virtutes

13 Quæ quidem, *inquit*, vobis, fortiſſimi ac beatiſſimi Fratres, pro merito religionis ac fidei veſtræ accidiſſe non miror, ut vos ſic Dominus ad gloriarum ſublime faſtigium clarificationis ſuæ honore provexerit, qui ſemper in Eccleſia ejus cuſtodito fidei tenore viguiſtis, conſervantes firmiter dominica mandata, in ſimplicitate innocentiam, in caritate concordiam, modeſtiam in humilitate, diligentiam in adminiſtratione, vigilantiam in adjuvandis laborantibus, miſericordiam in fovendis pauperibus, in defendenda veritate conſtantiam, in diſciplinæ ſeveritate cenſuram. Ac ne aliquid ad exemplum bonorum factorum deeſſet in vobis, etiam in confeſſione nunc vocis & paſſione corporis fratrum mentes ad divina martyria provocatis, duces vos exhibendo virtutis; ut dum Grex paſtores ſuos ſequitur, &, quod fieri à Præpoſitis cernit, imitatur, paribus obſequiorum meritis à Domino coronetur.

B

eorumque & reliquorum

14 *Poſt hæc de eorumdem tormentis ita proſequitur:* Quòd autem fuſtibus cæſi priùs graviter & afflicti per ejuſmodi pœnas initiâſtis confeſſionis veſtræ glorioſa primordia, execranda nobis iſta res non eſt. Neque enim ad fuſtes Chriſtianum corpus expavit, cujus eſt ſpes omnis in ligno. Sacramentum ſalutis ſuæ Chriſti ſervus agnovit, redemptus ligno ad vitam æternam, ligno provectus eſt ad coronam. Quid verò mirum, ſi vaſa aurea & argentea in metallum, id eſt, auri & argenti domicilium, dati eſtis, niſi quòd nunc metallorum natura converſa eſt, locaque, quæ aurum & argentum dare antè conſueverant, accipere cœperunt? Impoſuerunt quoque compedes pedibus veſtris, & membra felicia ac Dei templa infamibus vinculis ligaverunt; quaſi cum corpore ligetur & ſpiritus, aut aurum veſtrum ferri contagione maculetur. Dicatis Deo hominibus & fidem ſuam religioſa virtute teſtantibus ornamenta ſunt iſta, non vincula; nec Chriſtianorum pedes ad infamiam copulant, ſed glorificant ad coronam. O pedes feliciter vincti, qui non à fabro, ſed à Domino reſolvuntur! O pedes feliciter vincti, qui in itinere ſalutari ad paradiſum diriguntur! O pedes in ſæculo ad præſens ligati, ut ſint ſemper apud Dominum liberi! O pedes compedibus & traverſariis interim cunctabundi, ſed celeriter ad Chriſtum glorioſo itinere curſuri! Quantum vult hîc vel invida crudelitas vel maligna nexibus vos ſuis & vinculis teneat, citò à terris & pœnis iſtis ad cælorum regna venietis.

C

in fodinis moleſtias exponit.

15 Non fovetur in metallis lecto & culcitris corpus; ſed refrigerio & ſolatio Chriſti fovetur. Humi jacent feſſa laboribus viſcera; ſed pœna non eſt cum Chriſto jacêre. Squalent ſine balneis membra ſitu & ſorde deformia; ſed ſpiritualiter intus abluitur, quod foris carnaliter ſordidatur. Panis illic exiguus; at non in ſolo pane vivit homo, ſed in ſermone Dei. Veſtis algentibus deeſt; ſed qui Chriſtum induit, & veſtitus abundanter & cultus eſt. Semitonſi capitis capillus horreſcit; ſed cùm ſit caput viri Chriſtus, qualecumque illud caput deceat, neceſſe eſt, quod ob Domini nomen inſigne eſt. Omnis iſta deformitas, deteſtabilis & tetra gentilibus, quali ſplendore penſabitur! Sæcularis hæc & brevis pœna quàm clari & æterni honoris mercede mutabitur, cùm ſecundum beati Apoſtoli vocem transformaverit Dominus corpus humilitatis noſtræ conformatum corpori claritatis ſuæ! Sed nec in illo, Fratres dilectiſſimi, aliqua poteſt aut religionis aut fidei jactura ſentiri, quòd illic nunc ſacerdotibus Dei facultas non datur offerendi & celebrandi ſacrificia divina. Celebratis immò atque offertis ſacrificium Deo & pretioſum pariter & glorioſum & plurimùm vobis ad retributionem præmiorum cæleſtium profuturum; cùm Scriptura divina loquatur & dicat: Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non deſpicit. *Cetera, quibus Sanctos æternæ gloriæ ſpe ad conſtantiam exhortatur, prætermitto.*

D

Cypriano Sancti

16 *Exſtant tres epiſtolæ ad has S. Cypriani litteras reſponſoriæ. Prima, quæ inter Cyprianicas ejuſdem editionis Venetæ eſt 78, ſcripta eſt à* SS. Nemeſiano, Dativo, & Victore; *ex eaque diſcimus, non modò litteras, ſed & munera, quibus inopiam mitiùs tolerarent, à Cypriano miſſa fuiſſe. Ne verò quis arbitretur, S. Cyprianum ex ſolis conjecturis illorum pœnas ac moleſtias deſcripſiſſe, juverit aliqua ex laudata Sanctorum epiſtola recitâſſe.* Agunt ergo, *inquiunt*, tibi nobiſcum damnati maximas apud Deum gratias, Cypriane dilectiſſime, quòd litteris tuis laborantia pectora recreâſti, fuſtibus vulnerata membra curâſti, compedibus pedes ligatos reſolviſti, ſemitonſis capitis capillaturam adæquâſti, tenebras carceris illuminâſti, montes metalli in planum deduxiſti, naribus etiam fragrantes flores impoſuiſti, & tetrum odorem fumi excluſiſti. Fecit autem & profecutum miniſterium tuum & Quirini dilectiſſimi noſtri, quod per Herennianum hypodiaconum, & Lucianum & Maximum & Amantium acolythos, diſtribuendum miſiſti, quæcumque neceſſitatibus corporum defuerant, expediri. *Hucuſque ibi.*

E

tribus litteris reſpondent: unde diſcimus,

17 *Altera epiſtola, quæ in eadem editione eſt numero ſeptuageſima nona, inſcribitur in hunc modum:* Cypriano fratri & collegæ Lucius, & qui mecum ſunt Fratres omnes, in Domino ſalutem; *eademque ferè, quæ prior, complectitur. Tertia denique, quæ priori mox ſubditur, hoc habet exordium:* Cypriano cariſſimo & dilectiſſimo Felix, Jader, Polianus, unà cum presbyteris & omnibus nobiſcum commorantibus apud metallum Siguenſe æternam in Domino ſalutem. *Ex hac ultima locum exſilii ac diuturni martyrii Sanctorum aut omnium aut ſaltem aliquorum diſcimus, quamquam non ſatis conſtet, ubi fodinæ illæ* Siguenſes *fuerint ſitæ. Eminentiſſimus Baronius tom.* 2 *Annalium, ad annum* 260, *num.* 42 *de his ſic ſcribit:* Locus, in quem deportati ſunt (*Confeſſores*), dictus erat metallum Siguenſe, aliter Sigenſe, apud Sigam, civitatem Mauritaniæ Tingitanæ, ex adverſo Malachæ in Hiſpania ſitæ. Ex Sigenſi namque metallo iidem ſcripsêre ad Cyprianum, ut indicat inſcriptio litterarum, quas ad ipſum illi reddiderunt: proximæ enim Sigæ erant montes Chalcorichii dicti, apud quos erant æris fodinæ, quarum meminit Strabo. *Hæc Baronius; at Joannes Ceſtrenſis in Annalibus Cyprianicis præfert conjecturam Holſtenii, qui, ipſo teſte, exiſtimat fodinas illas* Siguienſes vel Siguitenſes fuiſſe & ad Siguitam, quæ in Numidia epiſcopalis ſedes fuit, pertinuiſſe. *Res incerta eſt: obſervo*

F

A *ſervo tantummodo, urbem* Sigam, *quæ, ut habet Baronius, olim in Mauritania Tingitana fuit, poſtmodum Mauritaniæ Cæſarienſi additam fuiſſe, in qua eam collocat Cellarius Orbis antiqui tom.* 2, *lib.* 4, *cap.* 6.

eos ab invicem ſeparatos fuiſſe.

18 *Ex iiſdem epiſtolis diſcimus ſecundò, præclaros hoſce Confeſſores ad varias veriſimilius fodinas relegatos aut ſaltem à mutuo convictu ſeparatos fuiſſe: alioquin enim non tribus diſtinctis epiſtolis, ſed unâ eâdemque Cypriano reſponſuri fuiſſe videntur. Nec refert, quòd hic unam tantummodo ad omnes deſtinârit; potuit enim ipſe id ignorâſſe, vel ſi ſciverit, Herenniano, Luciano, Maximo & Amantio mandâſſe, ut epiſtolam ſuam ad omnes, ubi eſſent, perferendam curarent. Sic itaque diſpertita fuiſſe videtur beata illa turba Fidelium, ut* Nemeſianus, Dativus, Felix & Victor *cum aliqua ſacri gregis parte in una fodina laborarent,* Lucius *cum alia caterva in altera, ac in tertia denique alter* Felix, Jader, & Polianus *cum reliquis. Solius* Littei *nomen in reſponſoriis litteris deſideratur: unde ſuſpicio eſt, illum vel jam tum martyrio coronatum, vel carcere, aliove à ceteris longiùs diſſito loco, detentum fuiſſe.*

B

Probabile eſt, eorum ſaltem aliquos

19 *Hæc ſunt, quæ de ſanctis hiſce Martyribus novimus; qui quo necis genere, quove anno martyrium conſummaverint, nuſquam memoriæ proditum reperi. Omnino tamen veriſimile eſt, ſi non omnes, ſaltem eorum præcipuos necatos fuiſſe. Etenim eam fuiſſe perſecutorum ſævitiam, ut quos priùs exſilio mulctârant, deinde ad carnificinam accerſerent, habemus ex ſinceris Actis SS. Agapii & Secundini, Sociorumque martyrum Numidarum in eadem perſecutione, quæ ab oculato teſte conſcripta Majores mei ad diem* xxx *Aprilis exhibuerunt.* Nec in hos ſolos, *inquit auctor*, crudelitatis exercebatur inſania, qui in ſuperioribus perſecutionibus inconcuſſi liberè Deo vivèrent; ſed in illos quoque manum diabolus inſatiabilem porrigebat, quos jam dudum in exilia ſubmotos, etſi nondum ſanguine, mente tamen martyres, ferox præſidis amentia coronârat. *Simile prorſus exemplum habemus in S. Cypriano, qui ex Curubitano exſilio accerſitus, capite plexus eſt.*

C

ſupremo ſupplicio affectos.

20 *Hinc Eminentiſſimus Baronius ad annum* 262, *num.* 37 *citata verba ſic excipit:* Cùm ſcribat auctor damnatos exilio revocatos eſſe ad martyria confeſſores; hinc intelligas jure ab Eccleſia celebrari Martyres, quos ad metalla amandatos, martyrio quoque coronatos tabulæ eccleſiaſticæ tradunt; ad quos extant ſcriptæ epiſtolæ Cypriani ſuperiùs recenſitæ. *Non ſatis rectè igitur Tillemontius tom.* 4 *Monumentorum in S. Cypriano, art.* 56 *hunc Baronii locum laudans in margine, Eminentiſſimi mentem percepit, dum de Sanctis noſtris ait:* Fuſtium ictus ac fodinæ labores ſufficiunt illis ad promerendum martyrum titulum: Baronius enim contendit, eos hoc titulo ab Eccleſia honorari. Quin & fieri poteſt, quemadmodum advertit, ut poſtmodum, prout & aliis multis contigit, revocati fuerint, ſupremum ſupplicium ſubituri. *Non rectè, inquam Baronii mentem percepit: hic enim non ex ſolis fuſtium ictibus aut fodinarum laboribus infert, eos ab Eccleſia ut martyres jure honorari; ſed ex eo, quòd illos* martyrio quoque coronatos tabulæ eccleſiaſticæ tradant; *quarum tabularum dicta ex laudatis SS. Agapii, Secundini & Sociorum Actis confirmat. Fateor tamen ſimiles fodinarum labores ſufficere, ſi ex eorum moleſtiis confeſſores moriantur, ut habemus ex ſanctiſſimo Domino noſtro Benedicto XIV, lib.* 3, *cap.* 12 *eruditi Operis de Servorum Dei beatificatione & Beatorum canonizatione, quod olim Cardinalis edidit, ac deinde jam Pontifex Maximus recognovit ac auxit.*

AUCTORE C. S.

Martyris & confeſſorum tituli aliquibus additi.

E

21 *Ceterùm in ſæpiùs memorato concilio Carthaginenſi, apud Labbeum tom.* 1 *Conciliorum aliqui cum* martyris *aut* confeſſoris *titulo ſub ſcripti leguntur, & inter hos quidem*, Confeſſor & martyr Jader à Midila, confeſſor item alius Lucius à Membreſſa, Confeſſor alius Victor ab Aſſuris, confeſſor Licteus à Gemellis. *Eadem habentur in editione Bremenſi Operum S. Cypriani, uti & in Harduini Collectione conciliorum; monet tamen hic in Ms. ſuo* Confeſſor & martyr Jadero *non apponi. In editione verò Veneta eorumdem Operum Cypriani nullum ex memoratis titulis legere eſt, quos pariter non adhibuit S. Auguſtinus, editionis Baſileenſis lib.* 6 & 7 *de Baptiſmo contra Donatiſtas, ubi ſingulorum ſententias confutavit. Utut ſit, videntur hi tituli poſtmodum adjecti fuiſſe, niſi quis velit, Epiſcopos illos in præcedenti perſecutione Decii Chriſtum confeſſos & propterea quædam paſſos fuiſſe: in hoc autem ſuppoſito quâ ratione martyr dici potuerit* S. Jader *conſuli poteſt laudatum SS. D. Benedicti XIV Opus lib.* 1, *cap.* 2, *num.* 7 & *lib.* 3, *cap.* 12, *num.* 10.

annus & dies emortuales ignoti.

F

22 *Denique ex hactenus dictis liquet primò, in hac beata Confeſſorum vel Martyrum caterva præter novem Epiſcopos, alios Presbyteros, alios Diaconos, alios item laicos ac utriuſque ſexûs, variaque ætatis fuiſſe, ſed quorum numerum determinare non liceat. Liquet ſecundò, planè incertum eſſe, quo anno hi omnes aut horum aliqui martyrium ſive in metalli fodinis, ſive ſupremo ſupplicio conſummârint: quare non videntur alia de cauſa eodem die coli, quàm quòd ſimul ad metalla damnati fuiſſe legantur.*

DE

A D

DE SS. SOSTHENE ET VICTORE MARTYRIBUS

CHALCEDONE IN BITHYNIA

J. S.

SYLLOGE.

Memoria in Faſtis : tempus , locus , & genus martyrii.

Sub Diocletiano. *Memoria Martyrum in Faſtis ſacris , in quibus*

B

QUamvis hi Martyres cum notiſſima apud Græcos S. Euphemia paſſi ſint Chalcedone in Bithynia ; non video eorum memoriam Græcis Faſtis fuiſſe inſertam. Primus eos celebravit auctor Martyrologii per Roſweydum editi paucis his verbis : Apud Chalcedonam Soſthenis & Victoris. *Wandelbertus eoſdem duobus verſiculis ornat in hunc modum :*

* *i. e.* quarto Idus

Soſthenes & Victor quartis * memorantur ,
eamdem
Chriſti pro regno fortiti & laude coronam.

Ado prolixiori elogio geſta Martyrum perſtringit. At necdum inveni ex quibus S. Euphemiæ Actis ſua hauſerit : neque enim in vulgatis Actis omnia leguntur. Verba ſubjungo : Eodem die in Chalcedona , natalis ſanctorum Soſthenis & Victoris : qui , cùm beata Euphemia ſub Priſco conſule pro Chriſti nomine decertaret , apertis ſibi divinitus oculis , viderunt circa illam angelorum præſidia ſanctarumque virginum chorum : atque hoc viſo ad Chriſtum converſi , ob inſuperabilem fidei confeſſionem truſi in carcerem , & inde producti , ad ſtipites religati ſunt. Quibus primùm urſi , ac deinde ferociſſimus leo , dimiſſi , cùm in nullo eos læderent , miſit proconſul ad deferendam cupam , in qua eos pariter concremaret. Illi verò interea incumbentes orationi , vocati de cælo , datoque ſibi mutuo pacis oſculo , ſpiritum emiſerunt. *Eodem planè modo* Soſthenis *&* Victoris *martyrium refert Notkerus , ſed paulo breviùs , & prætermiſſa occaſione converſionis.*

C

& martyrium breviter ſic exponitur ,

2 *Uſuardus verò ſic habet :* Eodem die in Calcedonia , ſanctorum Soſtenis & Victoris , qui ob fidei confeſſionem , ſub Priſco conſule , carcerem , vincula & beſtias ſuperantes , tandem in oratione vocati de cælo , ſpiritum emiſerunt. *Elogium , quo celebrantur in hodierno Martyrologio Romano , ex Adone ferè contractum eſt, atque ita ſonat :* Chalcedone ſanctorum martyrum Soſthenis & Victoris , qui in perſecutione Diocletiani ſub Priſco Aſiæ proconſule poſt vincula & beſtias ſuperatas juſſi ſunt incendi : at illi ſalutantes ſe invicem in oſculo ſancto , in oratione poſiti ſpiritum emiſerunt. *Hæc non omnino congruunt cum Actis S. Euphemiæ hactenus à me viſis. Etenim in quinque aut ſex exemplaribus Latinis aut Græcis , quæ Metaphraſta tribuuntur , aut cum ſcriptis ab eo ferè conſonant ,* Soſthenes *&* Victor , *dum jubebantur S. Euphemiam ad ignem parare , viſione divina dicuntur converſi , ita ut officium recuſarent. Hinc in carcerem ducti , indeque poſtea ad præſidem reducti , cùm fidem conſtanter profiterentur , beſtiis objecti dicuntur , ab iiſque , dum orabant , ſic occiſi ſunt , ut tamen non fuerint devorati. Additur & vox cælo dimiſſa , quâ ipſorum preces exauditæ dicuntur : ac demum corpora eorum ſepulta à Chriſtianis ſunt ſecundum Metaphraſtem.*

ut adjuncta omnia non videantur ſatis certa.

3 *Petrus de Natalibus lib.* 8 *cap.* 61 *elogium concinnavit ex Actis S. Euphemiæ , ut affirmat. At nihil addit jam datis præter diem martyrii , quod ait contigiſſe* IV Idus Septembris , *& hæc verba de feris Sanctos venerantibus :* Sed cùm ab eis (*Sancti*) in nullo læſi fuiſſent , quin potiùs omni depoſita feritate pedes Sanctorum lingerent *&c. Vix credere poſſum hæc in Actis fuiſſe inventa. Attamen , cùm Acta S. Euphemiæ ad* XVI *Septembris illuſtranda veniant , ſperemque nos eo tempore habituros Acta alia hactenus inedita , ſtudioſum lectorem malim remittere ad illa Acta , ut ibi ſingula accuratiùs examinentur , quàm præcipitare judicium. Erit ibi etiam locus examinandi cenſuras , quibus Tillemontius Acta S. Euphemiæ impetiit , ulteriúſque explicandi horum Martyrum geſta , ſi videatnr neceſſarium.*

E F

DE

A D

DE SS. MENODORA, METRODORA ET NYMPHODORA SORORIBUS, VIRGINIBUS AC MARTYRIBUS.

IN BITHYNIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. S.

Sanctarum apud Græcos & Latinos memoria: cultus apud Græcos: Acta à Metaphraste conscripta.

B

SUB GALERIO MAXIMIANO.

Memorantur hæ Sanctæ apud Græcos, Moscos & Latinos:

Memoria sanctarum sororum Menodoræ, Metrodoræ & Nymphodoræ, *virginum & martyrum, in omnibus passim Græcorum Fastis hodiè celebratur, videlicet in Menologiis diversis, in Menæis impressis & Mss., in Typico S. Sabæ aliisque libris ritualibus, quos singulos enumerare non est necesse. Eadem à Græcis derivata est ad Moscos, in quorum Ephemeridibus aliisque Menologiis annuntiantur eadem Sanctæ. Græcos demum secuti sunt Latini, Galesinius, Molanus, & Baronius in Martyrologio Romano, ubi ad hunc diem ita habet:* In Bithynia sanctarum virginum Menodoræ, Metrodoræ & Nymphodoræ sororum, quæ sub Maximiano imperatore & Frontone præside martyrio coronatæ, pervenerunt ad gloriam. *Hæc desumpta sunt ex Menologio Sirletiano, in quo ferè eadem habentur, omisso tamen titulo virginitatis. Breve etiam est elogium, quod legitur in Menæis impressis, neque in illo* Virgines *nominantur, imò in annuntiatione ibidem vocantur mulieres, quemadmodum etiam fit in Anthologio, quod anno 1738 Græcè recusum est: ac tandem nulla fit mentio virginitatis in Menologio Basiliano.*

C

& celebrantur ac coluntur ut Virgines:

2 *Hoc silentium Menologii & Menæorum de virginitate Sanctarum Actis virginitatem asserentibus oppositum Tillemontius tom. 5 notâ 71 in Persecutionem Diocletiani, insinuans non videri pro virginibus habendas. Verùm non curavit ille legere omnia, quæ de hisce Sanctis habentur in Menæis. Cùm enim solemni colantur Officio, multa quoque inserta de illis sunt canticis in earum laudem compositis; in iisque ut virgines celebrantur locis variis, cùm in Menæis impressis, tum in Anthologio mox laudato. Nam post versus aliquot (στιχηρὰ vocant Græci) de beatissima Virgine ob octavam Nativitatis, mox de sanctis Sororibus hæc sequuntur:* Ἀδιαφθόρως συνήφθητε Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, συντηρῶντι τὴν ὑμῶν παρθενίαν ἀμόλυντον *&c. Hæc Latinè ita expono:* Incorruptè agglutinatæ estis Christo Deo nostro, impollutam conservanti virginitatem vestram. *Deinde variis vicibus* virgines *nominantur in sequentibus canticis, & de sponso earum Christo iterata fit mentio. In Anthologio:* Αἱ τρεῖς παρθένοι, *id est*, tres Virgines *&c. Accedit Synaxarium Ms., quod Majoribus nostris communicatum est à Sirmondo. In Septembris Tomus III.*

illo Græcè annuntiantur ad hunc diem, prout singula verba facio Latina: Certamen sanctarum martyrum, sororum & virginum, Menodoræ, Nymphodoræ & Metrodoræ. *Nullum igitur superest dubium, quin hæ sanctæ Sorores ut virgines celebrentur à Græcis: longè igitur meliori ratione illarum virginitatem asservit Metaphrastes, quàm illam dubiam facere voluit Tillemontius.* E

3 *Acta* SS. Menodoræ, Metrodoræ & Nymphodoræ, *quæ Latinè edita sunt apud Lipomanum & Surium, passim attribuuntur Metaphrasti. Græcum horum Actorum initium dat Allatius de Simeonum scriptis pag.* 130, *interque ea recenset, quæ Metaphrastem haud dubiè habent auctorem. Exstant Græcè in variis codicibus, & apographum Græcum ex codice Medicæo ad manum habeo, illudque contuli cum versione Latina Lipomani. At cùm satis accurata mihi appareat versio illa Latina, operæ pretium me non facturum existimo, si Acta Græca ederem, præsertim quia illorum auctoritas tanti facienda non videtur, ut nequeant Latina sufficere. Tillemontius, licèt Acta magni non faciat, recitat tamen quoddam illorum compendium tom. 5 in Persecutione Diocletiani art. 62; & notâ in eamdem Persecutionem 61 aliquot contra fidem Actorum difficultates levioris momenti objicit. Verùm necesse non est eas operosè hîc discutere, cùm non omnino repudianda hæc Acta crediderit, nec illa ego defendenda censeam ut prorsus genuina & fidei indubitatæ. Quapropter sufficiet breviter in Annotatis observare ea, quæ aut Tillemontio aut nobis displicent; ibique similiter indicare, si quid in Fastis Græcorum occurrat, quod cum Actis non congruit, aut alia de causa observandum videtur.* F

Acta à Metaphraste conscripta, quæ solùm Latinè edenda.



VITA

auctore Metaphraste

Latinè reddita à Lipomano ex editione ejuſdem Lipomani tom. 6 fol. 238.

Sanctæ in Bithynia natæ, vivunt in loco ſolitario:

NEc mulieribus quidem, nec puellis clauſum eſt ſtadium martyrii: ſed & eæ mortem contemnunt, & deceſſum habent pro lucro: immò verò ipſum honorant & amplectuntur, ex eo pulchras ſibi merces comparantes, nempe regnum cœlorum. Propterea admirabilis quoque trinitas martyrum & virginum, Menodora, inquam, & Nymphodora & Metrodora, quæ verè erant dona virginitatis, prompto & alacri animo ad hoc venerunt, & cum voluptate mortem ſuſceperunt fortiſſimè, non quæ ad inferos deducit, ut mors ſolet impiorum: ſed ad æternos thalamos & ſacros porticus, & ad ipſum jucundum ſponſum Chriſtum tranſmittit alacriter. Atque modeſtè quidem & liberaliter fuerunt educatæ in Bithynia, (ea enim tanquam generoſos aliquot ramos has tulit Virgines) & eas circumvolârunt gratiæ virginitatis: ſimul autem exortus eſt etiam flos in vultu, & rubor in genis. Nam & jucundiſſimum exhibebant ſpectaculum, & per ſpeciem corporis animæ nobilitas ſenſim in eis relucebat: & erant pulchræ citra curioſitatem. Paulatim autem eis excurrebat ætas, & amantes virginitatem, fugiebant hominum conſuetudinem, & deſiderabant ſolitudinem. Propter Chriſtum ergo relictâ, quæ eas tulerat, patriâ, veniunt in quendam tumulum non procul à Pythiis thermis *a*, & temperanter in eo vivebant, & in omni alia virtutis exercitatione ſtudioſæ erant & diligentes. Cùm autem procedente tempore adminiſtrarent omnem gratiam divini Spiritus, bonis reſplendebant operibus & miraculis, & copiâ gratiarum erant revera civitas ſita ſupra montem. Et ideo citò evadunt manifeſtæ, & multi ad eas confluebant: qui non ſolùm liberabantur à morbis & à malis ſpiritibus, ſed fiebant etiam divites luce animæ & ſalute. Hæc perveniunt etiam ad aures Frontonis, cujus fidei commiſſa fuerat regionis illius adminiſtratio, Maximiano *b* tenente Romanorum imperium: & continuò mittit Fronto ſuum aſſeſſorem *c* cum multis miniſtris & ſatellitibus, jubens ut quæreret virgines.

a

b

c

captæ perducuntur ad judicem & interrogantur:

2 Cùm autem inventæ fuiſſent: Undenam, dicebat judex, tanta eſt vobis audacia, ut, mitto cætera, Deum colatis, quem neque ipſe magnus Maximianus, neque nos honorantes in hodiernum uſque diem conſpecti ſumus? Nequaquam autem perturbatæ, ſed in eodem animæ ſtatu manentes Virgines: Nos, ô judex, dixerunt, non humano decreto Deum noſſe didicimus: ſed eum utique, qui ſemper eſt, & univerſum intuetur, confitemur: qui etiam hunc continet ordinem univerſorum, & poteſtate, non eſſentiâ, mente comprehenditur *d*: qui mundâ vitâ delectatur & virtute, & iis, qui ſic ex virtute vitam agunt, ſuæ bonitatis gratiâ ſolet apparêre: & ſub quo reges imperant, & tyranni terram ſua obtinent ditione. Virgines hæc valde conſtanter & concinnè reſpondentes præſes intuens, & modeſtiam valde eſt admiratus, & reſponſorum ſapientiam. Diu itaque tacens, & hæc ducens pro miraculo, vix tandem ſecundam intulit interrogationem, rogans, quænam eſſent earum nomina, & quæ patria. Illæ autem: Primùm quidem, à Chriſto vocatæ *e* ſumus, dixerunt. Quod ſi etiam nomen à baptiſmo impoſitum oporteat addere, una quidem Menodora, altera autem Metrodora, deinde tertia Nymphodora, dicimur. Patria autem nobis eſt Bithynia. Ex eodem verò ſemine productæ ſumus, & ab eadem matre ſumus educatæ, & ab eiſdem parentibus dilectæ ſumus, & eandem matrem & eundem patrem appellavimus. Eandem quoque vitæ rationem ſecutæ ſumus, & eandem adhuc tenemus ſententiam.

d

e

liberè pro omnibus reſpondens Menodora,

3 Morum itaque & verborum liberalitatem ille ſilentio admiratus, curioſè admodùm & callidè vafer ille conatus eſt protinus Virgines ſeducere: Ne ergo, dicens, quæ dii ad concordiam bona dederunt, vos, ô caræ Puellæ, reddatis vana & inania: ſed ſuper hæc etiam alia ædificate, & mihi parentes, diis quoque communiter ſacrificate, & tanquam ſorores in benevolentia erga eos conſentite protinus, nec ſuſtineat altera alteram ſororem videre turpiſſima, ô dii, & acerbiſſima patientem, & florem pulchritudinis probris & contumeliis miſerabiliter affici. Hæc ergo, ut qui, quæ oportet, dicam & vobis utilia, à me accipite, & mihi parete, tanquam patri, in vos paternam ſervanti affectionem. Sic enim imperatoris benevolentiam aſſequêmini & gloriam, & vos excipiet affluentia & mare bonorum, & meritò felices ſemper exiſtimabimini, & memoriæ mandabimini. Sin minùs, immane & crudele ſupplicium conſumet pulchram veſtram & teneram ſpeciem. Ad hæc excipiens Menodora: At nobis, inquit, ô judex, nec quæ tu promittis, videntur eſſe magna: nec quæ tu rurſus minaris, poſſunt ullum terrorem incutere. Nam frui quidem divitiis, & deliciis, & gloria & aliis jucundis, quò majorem habet ad tempus voluptatem, eò ſtabilius ac diuturnius illic habet ſupplicium. Supplicia autem, & hujus, in quod cadit interitus, corporis afflictio, nos quidem hîc fortaſſe moleſtiâ afficiunt, & efficiunt, ut dolor aliquis ſentiatur; lætitiam autem conciliabunt, quæ nunquam eſt deſitura. Nam malum quidem, quod à te infertur, eſt ad tempus: & bonum, quod confertur, præterit: noſtri autem Domini & id, quod affert moleſtiam, eſt æternum; & id, quod lætitiâ afficit, ſemper manet. Sic & magis videbimur ſorores, & ſorores animis potiùs quàm corporibus; ſi, ſicut nos venter unus peperit, ita etiam mors conſummet pro pietate, & idem ſuſcipiet thalamus. Sic non diſſolvetur nobis amicitia, neque à nobis invicem ſeparabimur: ſed perpetuam ſervabimus nobis fraternitatem & conjunctionem, ſi ei, qui nos finxit ſorores, exhibeamus etiam ſororias voluntates. Sed te non negabimus, ſponſe Chriſte, coram hominibus. Nec tu ergo nos neges coram Patre noſtro, qui eſt in cælis. Caſtiga itaque, ô judex, hunc tibi pulchrum florem corporis, & conſume flagellis. Nullum enim ornamentum pulcherrimum, neque aurum, neque tegumentum ullum magnificum & varium, ita ornaverit corpus, ut tuæ plagæ, tua flagella, quæ nos jam

A jam diu ſitimus propter Chriſtum, & quæ adhuc magis deſideramus.

4 Hæc non moderatè tulit judex, ſed omnem iram in hanc immiſit Virginem: & ſtatim jubet, aliis duabus abductis *f*, exutam Menodoram cædi à quatuor lictoribus, & ſic exclamare præconem: Deos cole: bonis verbis & laudibus proſequere imperatorem: latas leges noli injuriâ afficere. Illa autem, cum duabus horis cæderetur, nullum ſenſit dolorem *g*. Nam propter inſignem generoſitatem ne plagis quidem ingemiſcebat. Vultûs autem rubor nihil omnino expalluit: toto enim oculo adſpiciebat ad futura, ſpeque ſuſpenſus & erectus erat ejus animus. Stultus autem judex, qui hæc perſpicere non poterat, (occæcatos enim habebat oculos animæ) exiſtimabat ſe propter tormenta molliorem habiturum Martyrem, & ad ea, ad quæ priùs, eam hortabatur, & jubebat rurſus ſacrificare. Illa verò: Et quodnam, inquit, aliud, præter hoc, opus à me factum eſt? An non vides, quòd me totam Deo meo ſacrificavi? Quænam enim eſt meo ſanguini utilitas, dum deſcendo in interitum, ſi non eum priùs meo
B Sponſo ſacrificavero? Hæc cùm veluti quædam ſcintilla cecidiſſent in animum aſſeſſoris, eum magis accenderunt, & ejus furorem vehementiùs inflammârunt, & armaverunt contra ſacram illam animam. Et virgis * oſſa conterebantur, & confringebantur genæ roſeæ Martyri, quæ non movebatur omnino, nec concidebat. Erat enim omni ex parte alligata valido ac firmo Chriſti deſiderio. Deinde Sponſo ſuum adventum ſignificat. Et cùm magna voce clamâſſet, Domine Jeſu Chriſte, mea exultatio, meus amor, ad te ſpem meam confugio, accipe in pace meam animam: & ipſum emiſit ſpiritum, & præclarè aſcendit ad Sponſum, quem diligebat, pro ipſo ſuſceptis ſtigmatibus & vulnerum cicatricibus exornata, & quovis flore ſpecioſiùs & jucundiùs variata.

5 Poſt quartum autem diem, cùm apud ſe conſultâſſet aſſeſſor *h*, ne ab aliis quoque ejus Sororibus vinceretur, & animum verſâſſet in omnem partem, & mentis quodammodo intima explicâſſet penetralia; Metrodoram quidem & Nymphodoram ducit ad tribunal. Eas autem ille quidem miſer ſub ſuum producit conſpectum, & ponit ante pedes virginales pulcrum illud corpus Sororis, quod non habebat amictum, non integumentum, totum tumidum & confectum vibicibus, apertaque flagrorum & plagarum veſtigia ferens in omni membro, & quaſi ſentibus obſitum vulneribus, mirabile quoddam ſpectaculum, & nec ipſis quidem oculis credibile. Sic enim exiſtimabat fore, ut eas obſtupefaceret, & metum eis afferret, timentibus, ne eis tale aliquid eveniret. Sed illius quidem corpus ſic fuit propoſitum, & omnes, qui circunſiſtebant, animo perturbabantur, & manifeſtas effundebant lacrymas, & eo ſpectaculo movebantur ad miſericordiam, præter ſævam & immanem animam judicis: eum enim non miſericordia, ſed ira potiùs ſubibat & indignatio. Illæ autem trahebantur quidem à propriis viſceribus ad lacrymandum: ſed id eis nequaquam permiſit conſcientia. Sciebant enim & martyrem eſſe Sororem, & ipſas quoque hoc poſtea futuras, & ad ipſam mox eſſe venturas per conſummationem. Itaque ſic fuerunt affectæ, perinde acſi veniſſent ad thalamos Sororis: erantque valde lætæ & plenæ voluptate, ut quæ eam deducerent ad thalamos, in quos non cadit interitus, & ut nec ipſæ ab iis eſſent remotæ, properarent.

6 Sed judex, etiamſi tam forti & tam excelſo fuiſſent animo ad conſpectum Sororis, non deſperavit tamen ſe eas eſſe perſuaſurum: ſed (ut eſt in proverbio) omnem movit lapidem, partim quidem minis tormentorum tentans earum labefactare animum: partim autem bonorum promiſſis illicere: &, Si ſacrificaveritis, inquit, ſcribam ſtatim ad imperatorem. Ille autem pecuniis & opibus multis vos donabit, voſque viris genere & dignitate clariſſimis conjunget matrimonio, & invenietis ſponſos dignos veſtra pulchritudine. Et is quidem hæc. Illæ autem, Quouſque, dicebant, non ceſſabis, miſer, non noſtro ſolùm ſcopo, ſed etiam tibi ipſi dicere contraria? & nunc quidem nos vocare ſorores hujus Beatæ, nunc autem nos aggredi tanquam alienas, & quæ facilè poſſunt vinci? Si nos ergo credidiſti eſſe ſorores genere, hanc etiam pro pietate conſtantiam, & nihil abjectum & illiberale, neque tali Sorore, neque illa, ex qua tres Rami orti ſumus, radice indignum inventurum exiſtima. Sin autem vis ſcire, qualis ſit noſtra conſtantia; ex ea, E quæ præceſſit, accuratè intellige. Si enim ea, cùm nullum haberet exemplar propoſitum, tantam oſtendit virtutem: quidnam fecerimus nos, tale exemplar, nempe Sororem, adſpicientes? An non vides, quemadmodum illa vel jacens nos adhortatur, & cognationem revocat in memoriam, & ad talem zelum nobis addit animum, ſeipſam præbens pulchrum exemplar decertationis? A qua certò ſcias nos non eſſe diſceſſuras, neque illius nobilitatem habituras contemptui. Non fallemus parentes, illius ſolius parentes eſſe perſuadentes, ſi in periculum veniamus de pietate. Valeant divitiæ, valeat gloria, & hæc, quæ ſunt è terra, & rurſus in terram revertuntur. Valeant proci, in quos cadit interitus. Habemus nos Chriſtum noſtrum ſponſum, quem valde amamus, & cui cùm dotem ſolùm dederimus, eam, quam pro ipſo ſubimus, mortem, ſacros immortales & æternos accipiemus thalamos, & præclarè apud ipſum regnabimus.

7 Ex his intelligens judex ſe nihil quidem effecturum, ferventi tamen iræ indulgens, ſecundam Sororem ſeorſum dat ſecundo loco torquendam. Et ſublimè quidem in ligno pendet mulierum fortiſſima Metrodora, lampades autem ignis eam urebant ex omni parte: & cùm ſpatio duarum horarum hoc gravi premeretur ſupplicio, ſolum ſuum clamabat Amatorem, & ejus invocabat auxilium. Sed neque idolorum negligebat deceptionem, ſed & eam ſubſannabat, &, id quod erat revera, turpem oſtendebat & ridiculam. Deinceps autem generoſam quidem illam Virginem illinc deducit, ferreis vero vectibus ſubjicit, & univerſum ejus corpus premit & confringit. Illa autem defatigatam jam ſentiens naturam, Sponſum dilectum alloquitur, ut quæ per mortem ei appropinquaret, & ſibi parat thalamum. Deinde animam ſuam credit manibus angelorum, & tota ad ipſum excedit. Iniquus autem ille judex ſpem omnem abjiciens, & non valens ferre ſummum dedecus, ſibi tamen quandam relinquebat conſolationem, nempe tertiam Sororem. Et cùm producendam curâſſet Nymphodoram, manſuetudinem & hilaritatem impudenter ſimulavit, & ei dixit: Mihi morem gere, ô pulcra ado-

graviter uſque ad mortem cæditur.

f

g

* *aliàs verti poteſt* baculis

Deinde Sororibus ad tribunal ductis nudum Menodoræ corpus oſtenditur: h

C

A. METAPHRASTE.

illæ verò nec eo ſpectaculo nec blandimentis flectuntur.

F

Martyrium Metrodoræ: Nymphodora rurſus blandimentis tentatur;

A. METAPHRASTE.

lescentula, quam ego plus, quàm alias (deorum amicæ id sciunt gratiæ) & admiror propter pulchritudinem, & ætatis misereor. Morem mihi gere, qui non minùs, quam germanæ filiæ tuo incendor amore: & accedens (quidnam est hoc grave?) deos solùm adora, & statim maximam quidem tibi gratiam habebit imperator: dabit autem pecunias & honores, & quod est longè maximum, apud ipsum fiduciam. Sin minùs, hei mihi, tu quoque ipsa malè peribis: neque hæc mors acerba tibi quicquam omnino proderit, quomodo nec tuis profuit Sororibus.

sed fortiter respondens, etiam coronatur martyrio.

8 Cùm sic dixisset judex, postremò autem eam & prudentem & cæteris vocâsset sapientiorem, illa alia ejus verba non magis curans, quàm nugas, id autem solùm, quòd eam vocabat prudentem, excipiens: Non te pudet, inquit, nec erubescis, nunc quidem nominare prudentem, nunc autem verum Deum relinquentem jubere ad tuos accedere dæmones? Et quonam modo, inquit, extremæ non fuerit hoc insaniæ, & mentis planè emotæ, à communi Domino & universorum Opifice deficientem sequi manuum opera, quæ carent sensu & intelligentiâ, & ea colere tanquam deos? Quænam ex eis possim sperare, & quænam lucrifacere, dic mihi, & accipio. Ostende mihi, quid boni sis consecutus ex tua in illos spe: & parebo. Sed nihil potes dicere. Revera enim simulacra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Similes illis fiant, qui colunt ea. Et ideo ne parcas ea, quæ velis, facere. En tibi carnes paratæ pati propter Christum, & magis, quàm tu nos punire. Tunc ignorans scelestus, quid ageret, & quamnam spem apprehenderet, (per omnia enim fuerat repulsus) hanc quoque sublimem in ligno extollit, & ferreis eam discerpit ungulis *k*. Sed illa ad hoc nullam neque vocem, neque gemitum emittebat: apertè autem ostendebat, se cum Deo colloqui. Et hoc docebant & labra, quæ movebantur, & oculi, quos ad cælum extollebat. Ille autem stolidus rursus quoque verbis eam est aggressus, non citra violentiam, & per præconem jussit eam sacrificare, & liberari à tormentis. Illa vero dicebat: Me Domino meo sacrificavi, propter quem vel pati est voluptas & mori lucrum. Illud autem injusto judici majorem accendit furorem. Deinde autem eam quoque ferreis contrivit & confregit vectibus. Sed hujus quoque omnino similiter curam gerebat Deus ut Sororum, & efficiebat, ut immane vinceret supplicium, & adversus ipsam fortis staret naturam: deinde eam ad se quoque accersit, & Virgo libenter deponit animam in sinu Amatoris.

corpora miraculo, ut fertur, servata: sepultura, ibique ecclesia structa, miraculo:

9 Impius autem judex iræ utens auxilio, etiam in ipsa mortua corpora bellum gerit: & cùm accendisset fornacem, eamque aluisset multâ & aptâ materiâ, in ipsam jaculatur corpora martyrica. Deus autem amator animarum, nec corpora quidem neglexit: sed magna vis repentè erumpens tonitruum & fulgurum, prævenit ignem fornacis, & ipsum judicem, & quæ ei serviebat, multitudinem in favillam redigit & suliginem *l*. Et hoc invenerunt procemium gehennæ, quæ nunquam desinit, qui erant illâ solâ revera digni. Vehemens autem repentè erumpens pluvia, extinguit fornacem: & cùm statim avidis manibus Virginum corpora pii sustulissent, magnificéque ornâssent & composuissent, foderunt eis sepulcrum in loco earum consummationis: Deo quoque hoc providente admirabiliter, ut quas unus pepererat uterus, eis quoque unum daretur sepulcrum: & quarum animæ unum & eundem sunt thalamum consecutæ, earum ne surdus quidem cinis separaretur: sed Sorores in vita, Sorores in cælis, Sorores etiam in terra ostenderentur. Templum autem in hodiernum usque diem positum est in earum sepulcro, instar cujusdam fluvii intus effundens miracula *m*. Hæc audiant sorores, & universæ mulieres, tam virgines, quàm quæ sunt conjunctæ matrimonio. Et illæ quidem sic se invicem diligant: hæ autem suam non condemnent naturam. Nam fœminis quoque aperta est janua martyrii. Omnes autem similiter & mortem & omnia contemnant, ut similia quoque consequantur ab ejus bonitate & benignitate. Quæ detur nobis omnibus consequi gratiâ & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul cum sancto Spiritu gloria, honor & potentia, nunc & semper, & in secula seculorum, Amen.

ANNOTATA.

a *Locum eodem ferè modo exprimit Menologium Basilianum:* Habitabant autem in Pythiis, ubi calidæ prodeunt aquæ. *In synaxario Ms. Sirmondiano dicuntur* in Pythiis *habitâsse duobus milliaribus à thermis. Locum aliàs non invenio: at in Bithynia eum fuisse existimo. Tillemontius quidem notâ 71, quia patriam reliquisse dicuntur, conjicit locum fuisse extra Bithyniam; at ex relicta patria nequit colligi, eas esse profectas ad aliam provinciam.*

b *Intelligendus est Maximianus Galerius, qui cum Constantio ut Augustus imperare cœpit anno 305, quique Asiam minorem, cujus pars est Bithynia, obtinebat.*

c *Apud antiquos Romanos dicebantur* assessores, *qui principibus aut præfectis judicantibus aderant, eosque consilio juvabant. Hinc Tillemontius dubitat, an congruat officio assessoris, quòd hîc dicitur missus ad Virgines quærendas. Verùm verba Græca, quæ hîc minùs accuratè expressa sunt, ostendunt, missum fuisse assessorem, ut causam Virginum judicaret, non ut ipse eas cum satellitibus quæreret. Nam pro vocibus Latinis,* jubens ut Virgines quæreret, *hæ habentur Græcæ:* τὰ κατὰ τὰς παρθένας αὐτῷ ἐπιτρέψας, *id est,* quæ spectabant ad virgines ipsi permittens. *Et mox sequitur, pro illis verbis Latinis:* Cùm autem inventæ fuissent, Ὁ δὲ διὰ τῶν ὑπηρετευμένων αὐτῷ δημίων μεταπεμψάμενος ταύτας *&c.* Ille verò (*assessor*) per servientes sibi lictores illas accersens. *Hæc clarè ostendunt, assessorem misisse lictores, ut accerserent Virgines, quarum habitatio ei satis videtur fuisse nota. Mox verò assessor, ut ex Græco clarum est, alloquitur adductas Virgines, & totum judicium peragit.*

d *Id est, cujus potestas intelligi ab hominibus potest, non verò essentia comprehendi.*

e *id est,* Christianæ *dicimur.*

f *Voces,* aliis duabus abductis, *non sunt in apographo meo Græco: at ex sequentibus utcumque colligitur, abductas fuisse.*

g *Ait Tillemontius totam historiam sine miraculis narrari à Metaphraste usque ad mortem Virginum. Verùm non potuit* Menodora *duabus horis cædi, & corporis dolore carere sine*

A *ne miraculo. Malim credere Virginem generosam tam fortiter se gessisse, acsi dolorem non sensisset; sed revera nimio dolore occubuisse.*

h *Tillemontius, ex hoc loco discens assessorem præfuisse judicio, rogat, an tanta fuerit assessoribus potestas, ut, ubi aderat præfectus provinciæ, ipsi judicarent, & ad mortem condemnarent? Respondeo eam non fuisse assessoribus potestatem, quantùm existimo; nisi eam à præfecto acciperent. At non videri dubitandum, quin assessores judicare & ad mortem condemnare possent, quando ad id delegabantur à præfecto; prout hîc factum dicitur. Advertit secundò Tillemontius, in Menologio Basiliano totum judicium attribui Frontoni præfecto, uti etiam fit in Synaxario Ms. Sirmondiano. Verùm respondeo præferendam esse Metaphrastis sententiam; quia martyrologi, rem breviter explicantes, videntur Frontoni attribuisse, quod ejus mandato fecit assessor.*

i *Diversis igitur tormentis tentatæ sunt sanctæ Sorores. Nam* Menodoræ *nec latera adusta sunt, nec corpus ferreis vectibus confractum;*
B *uti factum est* Metrodoræ. *Attamen in laudatis Menologio & Synaxario etiam crura* Menodoræ *confracta dicuntur; & suprà num. 4 de ea dicitur:* Et virgis ossa conterebantur.

k *Aliud iterum supplicium, pro quo* Metrodoræ *latera sunt adusta. Eodem tamen tormento hisce duabus mors dicitur illata. Utrùm verò* Nymphodora *eodem die cum* Metrodora *fuerit occisa, non liquet. At certè non omnes uno die sunt coronatæ, ut constat ex dictis num. 5: hinc dies martyrii singularum etiam est incerta.* A. METAPHRASTE.

l *Tillemontius hoc miraculum explodit, tamquam ex genio Metaphrastis prolatum. Nolim pro facti veritate certare, cùm nec in Menologiis aut Synaxariis hujus miraculi fiat mentio: aliàs tamen in optimis quoque Actis Sanctorum corpora simili miraculo conservata leguntur.*

m *De loco sepulturæ, & miraculis ibi patratis consonant Menologium Basilianum, & Synaxarium, in quo dicuntur beneficia apud sepulcrum continuata* usque in hodiernum diem, *sicut etiam hîc asseritur. Miracula autem illa admodùm verisimilia sunt ob celebritatem, quâ apud Græcos culta sunt hæ Sanctæ. Ceterùm an unquam translatæ sint harum Sanctarum reliquiæ, prorsus ignoro. Invenio quidem in Itinere Romano Ms. Papebrochii nostri pag. 231, Cæsenæ in Italia ostendi* os grande ex corpore
E S. Metrodoræ *in ecclesia cathedrali; sed dubitari potest, hujusne* Metrodoræ *sit, an alterius.*

DE SS. EUPLO VEL EUPLIA, ALEXANDRO, CUPSICO VEL CEROCISO, HYSICO, ALOPONO, SILVANO ET ALIIS QUINQUE *CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA*

J. S.

Ex apographis Hieronymianis.

C MArtyrum aliquot manipulum, *Cæsaræa in Cappadocia passorum, hodie suggerunt Fasti Hieronymiani, sed nomina in illis corruptè & diversimode relata sunt. Florentinius textum Martyrologii sui ita edidit:* In Cæsarea Cappadociæ natalis sanctorum Eupli. Alexandri. Cupsici *. Hysici. Aloponi. Silvani cum aliis quinque. *In Corbeiensi idem est Martyrum numerus, ibique hi sic exprimuntur:* In Cæsaria Cappadociæ, natalis sanctorum Eupliæ, Alexandri, Cirocisi, Hisici, Alapon, Silvani cum aliis quinque. *Ex hisce existimo, undecim omnino fuisse Martyres. Diversitatem nominum jam observavi in titulo ipso, nec lubet divinare, utro loco scribantur rectiùs. Ceterùm ex hoc toto manipulo unus tantùm Martyr nomine corrupto ponitur in apographo Epternacensi, quod ita habet:* Cæsarea Cappadociæ Euferiæ. *In Gellonensi apud Acherium hi cum aliis miscentur, nisi credamus solius* Eupliæ, *quæ prima ponitur, ibidem fieri mentionem, quamvis nomen* Silvani *deinde bis repetatur. In duobus è contractioribus, apud nos post tomum* VII *Junii editis, Labbeano nimirum & Augustano, etiam* Eupliæ *habetur memoria, & deinde* Silvani: *sed hic etiam ad aliam classem pertinere potest.* F

* *ita in corrigendis*

A D

DE AFRICANIS MARTYRIBUS

DOLETATULO, AUT CATULO, TUSCO, VALENTINO, ET FORTASSE MAGARO

J. S.

Ex apographis Hieronymianis.

Quæ in apographis Hieronymianis regnat diversitas, in hisce quoque Martyribus conspicitur. Etenim tres Martyres exhibent codices Florentinii cum Epternacensi; quartum verò adjungit Corbeiensis. Ex nominibus autem nullum reperio, quod in omnibus eodem modo exprimitur. Textus Florentinii sic habet: In Africa sanctorum Doletatuli. Tusci. Valentini. *Epternacense:* In Africa Catuli, Tusci, Valentianæ. B *Corbeiense, prout editum est ab Acherio, ita habet:* In Africa natalis sanctorum martyrum Doletatuli, Tusciæ, Magari, Valentini. *In contractis codicibus Richenovienſi & Labbeano* Tuscus & Valentinus *soli* in Africa *recensentur, iidemque aliis immixti nominantur in Augustano & Gellonensi. In primo Martyrologio ex iis, quæ edidit Martenius tom. 3 Anecdotorum, solus reperitur* Tuscus. *Ex hisce lector studiosus colligat, inter hos Martyres fuisse* Tuscum & Valentinum, *quorum nomina sic rectè videntur expressa ob qualemcumque plurium codicum consensum.* Doletatuli *aut* Doletatulæ, *ut est in codice Blumiano apud Florentinium pag.* 1068, *magis dubium est nomen, cùm in Epternacensi vetustissimo legatur* Catuli, *cúmque hic in omnibus contractis sit omissus.* E *De* Megaro *item dubitatur, an reliquis accenseri debeat, quia in uno tantùm reperitur codice.*

DE S. BARYPSABA EREMITA ET M.

IN ORIENTE.

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Sancti memoria in Fastis Græcorum: Acta antiqua Græca, de quorum fide dubitatur.

Memoria S. Barypsabæ apud Græcos annuntiata, C

Græci plerique martyrologi hodie nobis annuntiant S. Barypsabam *aliàs* Baripsabam, *eremitam & martyrem, Latinis ferè omnibus ignotum. Menologium, quod Latinum fecit Eminentissimus Sirletus, brevi elogio omnia ferè, quæ de Sancto illo nota sunt, comprehendit, ita habens:* Eodem die natalis sancti martyris Baripsaba. Hic cùm accepisset ab eremita quodam pio ac religioso pretiosum Christi Sanguinem, qui effluxit è latere Domini Dei Jesu Christi Salvatoris nostri, plurimos per illum ipsum fanabat. Itaque ab infidelibus nocte dolo interficitur, thesaurus autem ille remansit apud quemdam ejus discipulum servatus. *Menæa impressa planè eadem Græcè habent: sed duos addunt versiculos, quibus explicatur mors Sancti hoc modo:*

Βαρυψαβᾶς δι' αἷμα θεῖον Δεσπότου
Εἰκεῖον * αἷμα, συντριβεὶς ξύλοις, πέσε.

* *lege* Οἰκεῖον

Barypsabas propter Sanguinem divinum Domini
Proprium sanguinem, baculis contritus, fundit.

Quo mortis genere occisus sit Sanctus, alii non edicunt. At si revera baculis aut fustibus sit interfectus, ut hîc dicitur, facilè intelligitur, discipulum ipsius cum pretioso thesauro per tenebras aufugere potuisse, dum illum aggrediebantur.

ipsius elogium ex Menologio Basiliano, F

2 *In Menologio Basiliano exponitur, quo modo sacer Christi Domini Sanguis fuerit conservatus, ac demum* Barypsabæ *traditus; sed in fine adduntur iliqua præmissis utcumque contraria. Quare totum e' gium huc transfero:* Quo tempore Judæi per invidiam Dominum nostrum Jesum Christum cruci affixêre, Jacobus quidam adstans cruci, cùm vidisset militem lanceâ latus Domini perforâsse, & inde Sanguinem & aquam prodiisse, accurrens, cucurbitâ pretiosum Sanguinem excepit, atque apud se occultavit, illumque sub extremum vitæ suæ tempus duobus eremitis reliquit. Atque ita per manus deinceps traditus post multas ætates pervenit in potestatem cujusdam pii monachi, Baripsabæ nomine, qui per illum plures curationes peragebat. Antequam autem decederet, sanctum Sanguinem unà cum cucurbita accipiens, totam urbem regionemque illam obambulabat, frequentia perpetrans miracula. Qua re animadversa, quidam Deum minimè timentes in eam spem venerunt, ut si Baripsabba interfecto potiretur ipsi cucurbita cum pretioso Sanguine, magnum inde quæstum essent facturi. Igitur noctu illum adorti interficiunt. Et cucurbitam quidem acceperunt; sed nihil eorum, quæ sperabant, invene-

A invenerunt. Ille verò ita trucidatus, ſpiritum reddidit.

quod tamen videtur corrigendum.

3 *Quod hìc dicitur, homicidas illos accepiſſe quidem cucurbitam; ſed nihil eorum, quæ ſperabant, inveniſſe; non modò contrarium eſt Faſtis jam datis, ſed etiam Synaxario Ms., quod à Sirmondo acceperunt Majores noſtri, licèt illud Synaxarium aliàs accuratè congruat cum hoc Menologio in hiſtoria accepti à* Barypſaba *ſacri Sanguinis. Itaque finem iſtius elogii ex dicto Synaxario exſcribo:* Ἰδόντες δέ πνες τὸν Θεὸν μὴ φοβάμενοι, καὶ νομίσαντες ὅτι, ἐὰν αὐτὸν φονεύσωσι καὶ λάβωσι τὸ τὰς ἰάσεις ἐπιτελοῦν, κερδήσασι μὲν τάντα χρήματα πολλὰ, νυκτὸς ἐπελθόντες ἀπέκτειναν αὐτόν. Ἀλλ' οὐχὶ τὴν ἔφεσιν ἐπέτυχον· θείᾳ γὰρ οἰκονομίᾳ ὁ Ἰησοῦς ὅτε παρεδόθη τῷ μαθητῇ αὐτοῦ φυλαττόμενος, τὴν μετὰ καιρὸς τῇ μεγαλοπόλει ταύτῃ ἀπεδόθη. *Latinè hæc ita ſonant:* Videntes verò quidam, Deum non timentes, & exiſtimantes, ſi illum occiderent, illudque acciperent, quo ſanationes perficiebantur, ſe per illud impetraturos multum pecuniæ, noctu accedentes, ipſum interemerunt. At neque ſic deſiderata conſecuti ſunt: divinâ enim providentiâ theſaurus iſte traditus fuit diſcipulo ipſius cuſtodiendus; & labente tempore magnæ huic

B urbi (*Conſtantinopoli*) traditus eſt.

Acta Græca Metaphraſte multo antiquiora;

4 *Quæ referuntur in Faſtis modò laudatis, longiori ſermone exponuntur in Actis Græcis, quæ præ manibus habeo. Leo Allatius de Simeonum ſcriptis pag.* 123 *illorum Actorum dat initium, eademque ponit in eorum catalogo, quæ ob ſtyli differentiam aut ſcriptoris ætatem nequeunt eſſe Metaphraſtis. Utraque ratio in hiſce concurrit, cùm ſtylus ſit humilior ſtylo Metaphraſtis, cúmque Acta hæc Metaphraſte haud dubiè ſint vetuſtiora, ut vel ex ſolo codice, ex quo apographum noſtrum eſt, facilè probatur. Quippe Papebrochius noſter de codicis vetuſtate hæc annotavit:* Ex codice Vaticano 1589, cujus primum ternionem, charactere longè à ceteris differentem ante mille annos conſcriptum cenſebat Leo Allatius, bibliothecæ Vaticanæ cuſtos, cujus hoc eſt ſpecimen. *Deinde dat initium tituli, quod contuli cum litteris Græcis ſeculi* VII, *quas dedit Montfauconius in Palæographia Græca lib.* 3 *cap.* 4, *vidique ſingulas*

C *tituli litteras optimè cum iis congruentes, & pleraſque etiam cum datis apud Montfouconium litteris ſeculi* VI. *Deinde ſubdit Papebrochius:* Reliqua autem omnia ejuſdem temporis eſſe, etſi minuſculis conſcripta, indicant ſingularum Vitarum tituli ab eadem planè manu, formâ &c. item quædam Vitæ in medio. *Hæc omnia inſinuant, codicem illum veriſimiliter eſſe ſeculi* VII, *ſicut credidit Allatius; & conſequenter Vitam hanc Metaphraſte multò eſſe vetuſtiorem.*

ſed inconcinnè & minùs accuratè ſcripta.

5 *Attamen vel ſic difficulter ſtatui poteſt, quanta huic Vitæ fides debeatur, cùm accuratè ſcripta non ſit, & præſertim cùm ea habeat de collectis Sanguine & aqua, effluentibus è latere Chriſti Domini in cruce pendentis, quæ non legimus apud ullum ſcriptorem antiquum. Accedit & alia dubitandi ratio, quia nonnulli negant Sanguinem Domini in terra remanſiſſe poſt glorioſam ipſius reſurrectionem, laudantque pro ea opinione auctoritatem S. Thomæ Aquinatis. De ultima hac dubitandi ratione mox agam paulò latiùs. Quod verò ſpectat ad ſingula factorum adjuncta, certum eſt aliqua in hiſce Actis referri modo parùm veriſimili, & non admodùm credibili; atque aliqua etiam amplificari ſupra veriſimilitudinem, ut in Annotatis obſervabo. Hæc de cauſa multùm dubitavi, utrùm hæc Acta eſſem Operi noſtro inſerturus, an verò ut inutilia omiſſurus. Attamen, quia de iis jam meminit Allatius, & Majores noſtri ad* XV *Martii in S. Longino eadem laudârunt, danda cenſui, examinandumque, an ſaltem præcipuum, quod in Actis adſtruitur, de Sanguine nimirum Chriſti collecto, appareat probabile.*

AUCTORE J. S.

§ II. Aliqui ſcriptores negant, quidpiam de ſanctiſſimo Chriſti Sanguine manſiſſe in terris: at non videntur id evincere argumentis theologicis aut hiſtoricis.

E *Noviſſimi ſcriptores, qui volunt nihil de Chriſti Sanguine in terra relictum;*

S*Criptores nonnulli, & præ ceteris theologi aliqui, exiſtimant, nihil Sanguinis Chriſti Domini remanſiſſe in terris. Alii contrà opinantur, nihil abſoni aut abſurdi dicturos illos, qui admiſerint Chriſtum Dominum aliquas pretioſiſſimi Sanguinis ſui particulas ad ſolatium fidelium in terris reliquiſſe. Inter recentiſſimos, qui ea de re diſputaverunt, recenſeri poteſt illuſtriſſimus Angelus Rocca præfectus ſacrarii Apoſtolici, & epiſcopus Tezaſtenſis, qui Commentarium edidit* de Sanguine à Chriſto Domino in reſurrectione reaſſumpto. *Exſtat hic Commentarius inter Opera laudati ſcriptoris Romæ recuſa anno* 1745 *tomo* 1 *pag.* 140 *& ſeqq. Eamdem quæſtionem tractavit ſeculo noſtro Honoratus de Sancta Maria Carmelita Excalceatus in Opere Gallico, quod inſcripſit Animadverſiones ad regulas & uſum critices, tom.* 3, *ſeu lib* 5, *diſſert.* 5 *art.* 1. *Duo hi ſcriptores idem ferè nituntur probare, ſed argumentis valdè diverſis: primus enim theologicis utitur argumentis, ut evincat omnem Sanguinem, quem Chriſtus in paſſione fudit, ab eodem in reſurrectione aſſumptum; & conſequenter omnem Sanguinem, qui in variis eccleſiis pro Chriſti Sanguine colitur, vel ex imagine Beritenſi vel aliunde ex prodigioſa aliqua ſanguinis effuſione ortum habere. Secundus hoc ultimum quoque utcumque ſe oſtendiſſe credit, quia traditiones illarum eccleſiarum, quæ ſibi attribuunt Sanguinem Chriſti Domini, fundamentis nituntur admodùm levibus.*

F

diſſentiunt de Sanguine in paſſionis inſtrumentis relicto:

7 *Eatenus tamen laudati ſcriptores diſſentiunt, quòd ſecundus aſſerat, negari meritò non poſſe, aliquid Sanguinis modici à Chriſto Domino fuiſſe in terra relictum, cùm inſtrumenta quædam Dominicæ Paſſionis Sanguine tincta habeantur. Ad hoc probandum laudat S. Hieronymum, qui in Epitaphio Paulæ hæc ſcribit:* Oſtendebatur illi columna eccleſiæ porticum ſuſtinens, infecta Cruore Domini, ad quam vinctus dicitur flagellatus. *Laudat & alium ſcriptorem antiquum, qui affirmat Sanguinis guttas in columna conſpici; idemque obſervat de Corona ſpinea, aliiſque paſſionis inſtrumentis, ut videri ibidem poteſt. Contrà Rocca de hiſce ita loquitur:* Sanguis autem, vel ipſius color ſanguineus, quo paſſionis inſtrumenta cruentata cernuntur, & variis in locis conſervantur, particulæ ſcilicet crucis, clavi, ſpinæ, lanceæ ferrum, & aliquid veſtium, idque genus alia, eſt ſanguineus color Sanguinis illius, qui fluxit è

Chriſti

AUCTORE J. S.

Christi corpore cruci affixo. *Verùm subtili hac distinctione usus non est S. Hieronymus, qui non timuit columnam* Cruore Domini *infectam dicere, quia non credidit, opinor, S. Hieronymus aliquid integritati corporis glorioſi defuturum, ſi gutta aliquot Sanguinis fuerint in terra relicta. Quare malim cum S. Hieronymo dicere, in columna fuiſſe relictum* Sanguinem, *quàm cùm Rocca ſolùm* colorem ſanguineum *in inſtrumentis Dominicæ paſſionis apparere. Vidit laudatus Rocca, omnia ſua argumenta concidere, ſi vel unica vitalis Sanguinis gutta à Chriſto in terris relicta cenſeri debet; indeque pro ſanguine ſanguineum dumtaxat colorem admiſit.*

Contra Sanguinem Chriſti in terra relictum aſſertur auctoritas S. Thomæ,

8 *Adeo ſtrictè Rocca explicare voluit verba S. Thomæ parte 3 quæſt. 54 art. 3, ubi Sanctus doctor ita loquitur:* Quidquid ad naturam corporis humani pertinet, totum fuit in corpore Chriſti reſurgentis. Manifeſtum eſt autem, quod ad naturam corporis humani pertinent carnes, & oſſa & ſanguis, & alia hujuſmodi. Et ideo omnia iſta in corpore Chriſti reſurgentis fuerunt, & etiam integraliter abſque omni diminutione: alioquin non fuiſſet perfecta reſurrectio, ſi non fuiſſet redintegratum, quidquid per mortem ceciderat. *Similia reſpondet ad tertium, ſive ad illud ipſum, quod tractamus de Sanguine in variis eccleſiis ſervato, additque:* Sanguis autem ille, qui in quibuſdam eccleſiis pro reliquiis conſervatur, non fluxit de latere Chriſti; ſed miraculosè dicitur effluxiſſe de quadam imagine Chriſti percuſſa. *Verba S. Thomæ facilè quilibet admittet theologus, ſi tantùm credatur omnis ille Sanguis ſine diminutione reſumptus, qui neceſſarius erat, ut perfectum & integrum eſſet Chriſti corpus. Hinc multi non exiſtimant verba S. Thomæ tam ſtrictè exponenda eſſe, ut negandum ſit aliquid divini Sanguinis in terra remanſiſſe.*

cujus verba tam ſtrictè non ſunt explicanda, cùm obſtet S. Hieronymus.

9 *Si expendamus rationem S. Thomæ, non inveniemus, opinor, tam ſtricta opus eſſe explicatione, quam voluit Rocca. Ut eſſet perfecta reſurrectio, debuit redintegrari, quidquid per mortem ceciderat, ex mente S. Thomæ. At illa ratio non videtur exigere, ut dicamus, reſumptum à Chriſto fuiſſe omnem Sanguinem, quem in horto, quem in flagellatione, quemque ſpinis coronatus effuderat. Præterea perfecta fuit Chriſti reſurrectio, etſi ſacra ſtigmata in glorioſo corpore retinere voluerit. Cur igitur de perfectione reſurrectionis dubitemus, licèt credamus aliquid Sanguinis ſui Dominum in terra relinquere voluiſſe? Plura afferri poſſent ex ipſo etiam S. Thoma, ubi agit de reſurrectione mortuorum; at dixiſſe ſufficiat, non dubitâſſe S. Hieronymum de perfecta Chriſti reſurrectione, quando columnam* cruore Domini *infectam dixit. Si qui igitur verba S. Thomæ tam rigidè intellecta velint, ut cum verbis S. Hieronymi nequeant conciliari, non ægrè ferant S. Hieronymi ſententiam mihi præplacere, quemadmodum præplacet Sanctiſſimo Domino noſtro Benedicto XIV, qui in Opere nuper recuſo de Servorum Dei beatificatione & canonizatione lib. 4 part. 2 cap. 10 de hac quæſtione in utramque partem diſputat, & in Opere de Feſtis D. N. Jeſu Chriſti nuper etiam Latinè recuſo, pag. 162 num. 374 clarè ſententiam ſuam edicit.*

Sanguis Conſtantinopoli,

10 *Quod addit S. Thomas, Sanguinem illum, qui in variis eccleſiis pro reliquiis conſervatur, eſſe de quadam imagine percuſſa; ſolùm dicitur, ut occurratur objectioni: neque enim Sanctus doctor inquiſivit, unde eccleſiæ ſingulæ acceperint Sanguinem illum, quem venerantur tamquam Sanguinem ipſum Chriſti Domini. Hac de cauſa S. Thomas quodlib. 5 quæſt. 3 art. 5 huic reſponſo aliud adjungit, dicens:* Vel etiam aliàs ex corpore Chriſti. *Non igitur noverat S. Thomas, unde ille Sanguis provenerit, ſed ſolùm vult, ex imagine percuſſa ortum habere potuiſſe. Porrò quod S. Thomas dixit, ut objectioni reſponderet, probare hiſtoricè conatur laudatus ſuprà Honoratus à S. Maria. Obſervat ille primò, imaginem quamdam Chriſti à Judæo transfixam cultro fuiſſe, & emiſiſſe Sanguinem. Lambecius in Commentariis de Bibliotheca Cæſarea lib. 1 pag. 132 teſtatur, Græcam iſtius miraculi narrationem in bibliotheca cæſarea ſervari, ejuſque hunc eſſe titulum:* Θαῦμα γενόμενον ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν εἰκόνι τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Miraculum factum Conſtantinopoli in imagine Domini noſtri Jeſu Chriſti. *Rem contigiſſe ſub Juſtiniano Magno, id eſt, ſeculo* VI, *ait Lambecius.*

& deinde Beryti ex Chriſti imagine percuſſa fluxit:

11 *Obſervat ſecundò, Beryti in Syria imaginem Chriſti à Judæis fuiſſe crucifixam, indeque copioſum effluxiſſe ſanguinem, ut habet Martyrologium Romanum ad* IX *Novembris his verbis:* Beryti in Syria commemoratio imaginis Salvatoris, quæ à Judæis crucifixa, tam copioſum emiſit ſanguinem, ut Orientales & Occidentales eccleſiæ ex ea ubertim acceperint. *Factum id ex Sigeberto collocat ſub imperio Conſtantini & Irenes, non* uxoris, *ut habet, ſed matris ipſius; uti etiam facit Pagius ad annum* 780 *num.* 13. *At laudatus Lambecius, qui totam facti relationem Græcam aſſignat in bibliotheca Cæſarea, pag.* 124 *de tempore miraculi illius ita ſcribit:* Contigit hoc miraculum anno æræ Chriſtianæ DCCLXV ſub imperatore Conſtantino V, cognomine Copronymo, Caballino, Iconomacho, Iconoclaſta, cùm quæſtio de ſacrarum imaginum cultu agitaretur quàm maximè. *At cùm differentia illa temporis ad propoſitum noſtrum non conducat, illâ in medio relictâ, ad alia tranſeo.*

quod de illo facto refert Turonenſis, videtur Conſtantinopoli contigiſſe.

12 *Obſervat tertiò Honoratus, ſimile miraculum referri à S. Gregorio Turonenſi lib. de Gloria martyrum cap.* 22, *idque ait vetuſtius eſſe duobus præcedentibus, ac contigiſſe tempore ipſius Gregorii Turonenſis, id eſt, ſeculo* VI, *quo hic floruit & defunctus eſt. Verùm, collata relatione Gregorii cum iis, quæ de imagine Conſtantinopolitana habet Lambecius, dubitare vix poſſim, quin S. Gregorius Turonenſis agat de illa ipſa imagine Conſtantinopolitana, quæ à Judæo percuſſa eſt ac ablata, & demum a Chriſtianis reperta fuit ſanguine conſperſa: nam tempus optimè congruit, ceteraque facti adjuncta rectè concordant. Hoc ſolùm obſervo, ne factum geminetur, licèt aliàs ad propoſitum parùm interſit, unumne ſit factum, an geminum.*

Hunc ſanguinem pro Chriſti Sanguine ſervari aliquis credit,

13 *Porrò laudatus ſcriptor ſubjungit, hanc videri originem Sanguinis illius, qui pro vero Chriſti Sanguine ſervatur Mantuæ, Brugis, & in variis eccleſiis Galliæ, Italiæ & Angliæ; atque hanc quoque eſſe S. Thomæ Aquinatis ſententiam. Addit etiam hanc rationem:* Antequam hæc facta erant miracula, numquam auditum fuerat, Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti in terra haberi, & traditiones de hac re omnium vetuſtiſſimæ iſtis miraculis ſunt poſteriores. *Et demum concludit, Sanguinem illum, qui in variis eccleſiis pro Chriſti vero Sanguine ſerva-*

servatur, ex imagine aliqua profluxisse, quia non habentur monumenta idonea, quibus ostenditur esse ex sacratissimo Christi Domini corpore. De Sanguine tamen Mantuæ servato magis hæret ambiguus: non enim ita adhæret sententiæ S. Thomæ, ut nihil omnino Sanguinis à Christo in terra relictum velit.

& de illo Cangius explicat versus, qui de vero Christi Sanguine videntur scripti:

14 *Cangius in Constantinopoli Christiana lib. 4 pag. 131 recitat versus aliquot Græcos Joannis Euchaïtarum metropolitani, qui floruit sæculo* XI. *Compositi hi sunt* εἰς τὸ Δεσποτικὸν αἷμα, in Sanguinem Domini. *At Cangius existimat, referri eos debere ad sanguinem ex imagine Christi fusum. Versus ipsos huc transfero:*

Ἐν ἐρφνοῖς μὲν πεσκυνητὰς τὸς ἀγγέλυς
Ἔδει τὸ λύτρον της ἐμῆς ψυχῆς ἔχειν.
Ἀλλ' ὧ ἄμεινον τὸν δι' ὃν παρεσχέθη,
Τᾶτον τὸ δῶρον πεσκυνεῖν ἐν γῇ κάτω.
Ὅμως ἢ τᾶτο πεσκυνᾶσι ἐν νόες,
Ἐνταῦθα σεπτῶς νιν τεθησαυρισμένον.
Πρέπει γὰρ αὐτὸς αἷμα πμᾶν Δεσπότυ,
Εἰς ἓν δι' αὐτὸ τοῖς βροτοῖς συνημμένυς.

B *Ex interpretatione Latina lector Græcæ linguæ ignarus colligere poterit, an ullo modo hæc possint intelligi de sanguine cujuscumque imaginis. Quantum fieri potest, verbum de verbo exprimam:*

In cælis quidem adoratores angelos
decebat ut Lytrum animæ meæ haberet.
At melius erat ut ille, propter quem datum est,
ipse donum adoraret in terra deorsum.
Attamen illud adorant etiam angeli,
hîc cum veneratione pro thesauro reconditum.
Oportet enim ut ipsi Sanguinem honorent Domini,
qui per ipsum in unum cum mortalibus coaluerunt.

Lytrum, *seu* pretium redemptionis, *animæ nostræ haud dubiè est verus Christi Domini nostri Sanguis pro nobis fusus; idemque reliqua etiam tam clarè videntur insinuare, ut versus illos nequeam de alio quocumque Sanguine miraculoso explicare.*

cùm & alii scriptores loquantur

C 15 *Porrò tanto minùs de mente illius scriptoris dubito, quanto clariùs alii Scriptores Græci & Latini consentiunt, aliquid de Sanguine Dominico servatum fuisse in terra. Euthymius monachus Zigabenus, qui floruit ineunte sæculo* XII, *in Panoplia adversus hæreses part. 2 tit. 24 ita habet:* Quòd autem non umbra Christi, sed ipse Christus crucifixus sit carne, intelligi potest ex Sanguine, qui ex sanctissimo ipsius corpore defluxit, & à Christianis hominibus asservatur, quem Christi esse ex morborum curationibus, & multis miraculis constat. *Ita habet interpretatio Latina Petri Francisci Zini in editione Veneta fol. 61. Textus Græcus cum alia interpretatione videri potest tom. 2 Bibliothecæ Patrum Græcorum pag. 296. Ibidem pag.* 150 *Germanus archiepiscopus Constantinopolitanus ita loquitur:* Poculum (*sive calix in Missa*) est vice vasis illius, quod accepit Sanguinem emissum ab immaculato latere puncto, & pretiosum à manibus & pedibus defluxum. *Nolim tamen hîc contendere, Opus illud de Rerum ecclesiasticarum contemplatione, ex quo sunt adducta verba, certò esse S. Germani Constantinopolitani, qui floruit sæculo* VIII., *licèt hujus nomine sit editum. At saltem locus adductus ostendit, non solo Nicephori Callixti testimonio niti opinionem illam de Sanguine Christi exce-*

pto; cùm Germanus ille, sive sit S. Germanus, sive alius, qui sæculo XIII *floruit, Nicephoro multò sit antiquior.*

AUCTORE J. S.

de Sanguine Christi in terra servato.

16 *Quin Metaphrastes, Nicephoro quatuor sæculis antiquior, in Oratione de Vita & assumptione S. Mariæ apud Surium ad* XV *Augusti idem ferè cum Nicephoro narrat his verbis:* Dicuntur autem hæc quoque à linguis, quæ plurimi faciunt veritatem, quòd cùm hæc nova & admirabilia percepta essent oculis Deiparæ, & post mortem Filii, perinde acsi viveret, ex ejus latere aqua & Sanguis scaturiret, illa eum quidem hausit reverenter & diligenter. *Antiquior etiam Nicephoro est Relatio de servato & in Angliam portato Christi Sanguine, quod contigit anno* 1247. *Brugensium traditio similiter vetustior est: nam hi sacrum Sanguinem acceperunt anno* 1148, *& modò annum sexcentesimum illius acceptionis summa solemnitate celebrant. Huic accedunt Martyrologia Græcorum, ex quibus Menologium Basilianum certò spectat ad sæculum* X. *Inventio verò Sanguinis Mantuani jam contigit anno circiter* 804; *eaque ipsa inventione antiquior est relatio, quam mox subjiciam. Ex hisce concludo, traditionem qualemcumque de servata parte aliqua Sanguinis Christi in terra multis sæculis viguisse, ideoque non facilè rejiciendam esse, acsi omni careret fundamento.*

E

Sanguinem omnem, qui pro Christi Sanguine habitur, ex imagine esse nequit probari;

17 *Verùm laudatus Honoratus duabus rationibus evincere conatur, veram originem Sanguinis, qui pro Christi Sanguine servatur, esse ex imagine Berytensi aut Constantinopolitana. Prima est, quia non satis probari potest, Christi esse Sanguinem: altera, quia constat de miraculis, quibus Christi imagines Sanguinem effuderunt. Respondeo hisce rationibus Sanguinem, qui aliquot locis servatur, posse utcumque reddi dubium, cùm traditio potuerit revera corrumpi: at iis rationibus nequaquam evinci, quod evincere molitur Honoratus. Pro exemplo sumamus sanguinem Brugis servatum, quem omnino negat ex Christi vulneribus fluxisse. Dicet ille; constare de sanguine ex imaginibus fuso: reponam, etiam certiùs constare de Sanguine per Christum Dominum effuso. Dicet, non posse legitima auctoritate probari Sanguinem Brugensem esse eum, qui è plagis Christi fluxit. Reponam, multo minùs probari posse, Sanguinem esse alicujus imaginis, cùm pro tali eum non acceperint Brugenses, nec ullus umquam talem dixerit. Sanè mirabile est ratiocinium Honorati, si sine ullis monumentis de thesauro Brugensium aliquid certi velit statuere. At modus, quo Brugenses thesaurum illum acceperunt, non tam improbabilis est, ut nullam mereatur fidem.*

F

de sanguine enim, qui Brugis servatur, & qui in Angliam missus fuit,

18 *Audiamus Joannem Iperium, qui in Chronico S. Bertini cap. 43 narrans dona, quæ rex Hierosolymæ Balduinus genero suo Theoderico Flandriæ comiti è Palæstina discedenti dedit, ita loquitur:* Inter cetera cara jocalia data fuit ipsi Theoderico comiti à rege prædicto, consensu prælatorum & principum, magna pars Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, quam comes per manus domni Leonis abbatis nostri prædicti in Flandriam detulit, & Brugis in ecclesia S. Basilii collocavit anno Domini MCXLVIII. Hæc pars est illius pretiosi Sanguinis, qui collectus & servatus fuit, quando Joseph ab Arimathia & Nicodemus Dominum nostrum Jesum Christum, sanguinolentum de cruce depositum, super vas mundum abluerunt *&c. Addit Iperius*

AUCTORE J. S.

plura de ſacro Sanguine Brugis recepto ibique culto. Deinde ſtudiosè advertit, pluribus quidem locis honorari Sanguinem ; Sed, *inquit*, res eſt miraculosè proveniens, & non de corpore Chriſti fluxa. Hoc verò dico ſine præjudicio illius partis, quæ in Jeruſalem hac vice remanſit *&c. Obſervo hìc primò, non ignotum fuiſſe ſanguinem, qui ex imaginibus fluxerat, quando ſuum acceperunt Brugenſes. Secundò partem aliquam illius Sanguinis, qui ante medium ſeculi* XII *Hieroſolymæ pro vero Chriſti Sanguine habebatur, tunc ibidem manſiſſe ; & conſequenter non videri dubitandum, quin illa ipſa ſit pars Sanguinis Dominici, quæ anno* 1247 *ex Palæſtina miſſa eſt ad Henricum III Angliæ regem, ut narrat Matthæus Pariſienſis ad eumdem annum : nam Angli eodem modo etiam tunc loquebantur de conſervato Sanguine ſibi miſſo, quo Brugenſes ſuum conſervatum dicunt, nimirum in ablutione ſanctiſſimi corporis per Joſephum ab Arimathæa & Nicodemum, ut videri poteſt in Additamentis apud Pariſienſem pag.* 105, *aut etiam apud nos ad* XVII *Martii in Joſepho ab Arimathæa.*

B

nihil dicitur, quod non apparet probabile :

19 *Porrò modus ille, quo ſacratiſſimus Chriſti Sanguis dicitur impetratus, tam eſt naturalis & veriſimilis, ut ſatisfacere poſſit viris prudentibus, & epiſcopus Lincolnienſis ea ratione dubitationem Anglis quibuſdam exemerit. At, inquit, laudatus Honoratus tota illa relatio Sanguinis in corporis depoſitione & ablutione conſervati ex apocrypho Nicodemi Euangelio deſumpta eſt, adeoque nullam meretur fidem. Reſpondeo talem objectionem exigua dignam eſſe attentione, cùm ex illo Euangelio nihil afferatur, de quo merito dubitare quis poſſit. Quid ? Negabiturne Chriſti corpus à Joſepho fuiſſe de cruce depoſitum ? At id habent ſacræ Litteræ. Dubitabimuſne, an pretioſiſſimus Sanguis, qui clavis adhærebat, &, dum illi extrahebantur, fortaſſe è vulneribus manabat, reverenter fuerit abſterſus & exceptus, diligenterque conſervatus ? At illa dubitatio omni ratione careret. Quare neceſſe non eſt, ut ad corporis ablutionem, ad abſterſionem Sanguinis, qui cruci adhærebat ; ad collectionem illius, qui circa crucem in terram defluxerat, curioſiùs advertamus animum, licèt dubitandum non videatur, quin omnis ille Sanguis ſtudioſiſſimè fuerit collectus : neque enim dubitare poſſumus, quin notabilis Sanguinis Chriſti copia fuerit reverenter collecta, & ſtudioſiſſimè conſervata : neque egemus euangelio apocrypho, ut iſtud pro indubitato habeamus.*

D

nec ſolum ſilentium priorum ſeculorum ſufficit ad veritatem illius Sanguinis negandam

20 *Verumtamen non ignoro, quid hìc poſſit objici. Dicent enim adverſarii, Sanguinem illum omnem fuiſſe à Chriſto in reſurrectione reſumptum : & ſic redibunt ad argumentum theologicum ; ad quod jam reſpondi. Unicum igitur, quòd meritò objici poteſt contra Sanguinem Brugenſem, eumque, qui in Angliam portatus fuit, eſt ſilentium priorum ſeculorum, quibus de conſervato Chriſti Sanguine nihil ſcriptum legimus. Verùm reſpondeo, multa Paſſionis inſtrumenta hodie haberi pro veris, etiamſi de illis conſervatis nihil apud antiquos legatur ſcriptum. De Sanguine, qui Mantuæ ſervatur, poſt ſerium examen favorabiliter judicâſſe dicitur Leo III. Brugenſem ſeculo* XII *pro vero habuerunt in Palæſtina & in Flandria antiſtites & principes : neque illi ignorare poterant, ſervari locis quibuſdam ſanguinem miraculoſum, qui ex Berythenſi imagine fluxerat. Quare cùm neque argumentis theologicis evinci poſſit neque hiſtoricis, Sanguinem ita omnem à Chriſto reſumptum eſſe, ut nihil in terra remanſerit, gaudeant illi ſua poſſeſſione, qui Chriſti Domini Sanguinem multis jam ſeculis ita coluerunt, ut nequeat oſtendi id temere inchoatum eſſe.*

E

ACTA GRÆCA

auctore anonymo

C

Ex codice Vaticano 1589, *quem ſeculi* 7 *credidit Allatius. Interprete J. S.*

F

Auctor fidem ſuam in narrando commendat.

a

OMne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens à Patre luminum, apud quem non eſt tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio. Unde, fratres dilecti, accuratiſſima *a* narratione vobis manifeſtare cupio diſpenſationem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ut omni cum ſecuritate & mundo corde accedamus, qui audiverimus verbum myſteriorum, quorum Dominus dedit recipientibus ipſum cum gaudio coronam promiſſionis.

Fluentem ex latere Chriſti Sanguinem & aquam exciſſe quidam dicitur :

2 Eo tempore, quo paſſus eſt Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſub Pontio Pilato præſide & ſummis ſacerdotibus Anna & Caipha, qui Dominum condemnârunt ad mortem, Pilatus tradidit Dominum noſtrum Jeſum, ut crucifigeretur. Qui verò Jeſum acceperunt milites, crucifixerunt ipſum in loco GOLGOTHA dicto, quod eſt LOCUS CALVARIÆ. Joſephus autem vir juſtus & religioſus, accedens ad Pilatum, petiit corpus Jeſu, & Pi-

Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ καὶ πᾶν δόρημα τέλειον ἄνωθέν ἐσι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ πατρὸς τῶν φωτῶν, παρ᾽ ᾧ οὐκ ἐσιν ἀποσκίασμα. Ὅθεν ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, διήγησιν ὑμῖν βέλομαι σαφῆ ποιῆσαι ἀκριβεσάτην περὶ τῆς οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ, ἵνα μετὰ πάσης ἀσφαλείας καὶ καθαρᾶς καρδίας προσέρχωμεθα οἱ ἀκούσαντες τῆς φωνῆς τῶν μυςηρίων, ὧν ὁ Κύριος ἔδωκεν τοῖς αὐτὸν ἀπεκδεχομένοις μετὰ χαρᾶς τὸν στέφανον τῆς ἐπαγγελίας.

2 Κατὰ τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ ἔπαθε ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριςὸς ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου τοῦ ἡγεμόνος καὶ ἀρχιερέων Ἄννα καὶ Καϊάφα, οἳ κατέκριναν τὸν Κύριον θανάτῳ· τότε ὁ Πιλάτος παρέδω Κύριον τὸν Ἰησοῦν ἵνα σαυρωθῇ. Λαβόντες δὲ οἱ στρατιῶται τὸν Ἰησοῦν ἐσαύρωσαν αὐτὸν ἐν τόπῳ λεγομένῳ Γολγοθᾶ, ὅ ἐσιν Κρανίου τόπος. Ἰωσὴφ δὲ ἀνὴρ δίκαιος καὶ θεοσεβὴς προσελθὼν τῷ Πιλάτῳ ἠτήσατο τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ὁ Πιλάτος ἐκέλευσε δο-

θῆναι

A ἦναι αὐτῷ τὸ σῶμα. Καὶ τότε οἱ στρατιῶται ἐλθόντες ὀθὶ δὲ σαύρᾳ ἴδον τὸν Ἰησοῦν ὅτι ἐθήκεν τὸ πνεῦμα, καὶ λαβὼν εἷς τῶν στρατιωτῶν λόγχῃ ἔνυξε τὴν πλευρὰν δὲ Ἰησοῦ, καὶ εὐθέως ἐξῆλθεν αἷμα καὶ ὕδωρ. Ἰδὼν ἄνθρωπός τις ἄξιος θεοῦ ὀνόματι Ἰάκωβος τὸ γεγονὸς, ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ κολόκυνθαν, εὐθέως θεὶς ἐδέξατο αὐτὸ μετὰ χαρᾶς μεγάλης, καὶ ἐπίστευσεν εἰς τὸν Χριστὸν καὶ ἀπέκρυβεν ἑαυτὸν διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων. Πιστὸς γὰρ ὢν ὁ ἄνθρωπος καταφρόνησεν δὲ φόβου αὐτῶν ἵνα χρήσῃ ἀφορμὴ ζωῆς πᾶσι τοῖς ἀνθρώποις τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸν Χριστὸν τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς· οἷς γὰρ ἐβλυσεν ἐκ τῆς πλευρᾶς δὲ Κυρίου.

A latus illi corpus dari jussit. Tunc milites ad crucem venientes, viderunt Jesum esse mortuum: unus autem militum acceptâ lanceâ latus Jesu aperuit; & statim effluxit Sanguis & aqua. Hoc factum cùm videret vir quidam Deo dignus, nomine Jacobus *b*, qui in manu habebat cucurbitam, *b*
mox illam supponens, magno cum gaudio Sanguinem & aquam excepit, credensque in Christum, abscondit se propter metum Judæorum. Cùm enim homo esset fidelis, contemsit timorem illum, ut fieret vitæ occasio omnibus hominibus credentibus in Christum, qui vitæ est thesaurus: illis enim fluxit ex latere Domini.

A. ANONYMO.

c 3 . . . . c πὰν τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ δεξάμενος ἐν τῇ κολοκύνθῃ, ἔλαβεν ἔλαιον καθαρὸν ἐπάνω, ἵνα μηδεὶς δοκήσῃ ὅτι ἔχει ἐν τῇ κολοκύνθῃ ἄλλο τί ποτε, μὴ μόνον ἔλαιον καθαρόν. Οὕτως ὁ ἄνθρωπος ὁ πιστὸς ἐφύλαττε τὴν εὐλογίαν, ἕως ἐδέξατο παρὰ τοῦ πλευρᾶς δὲ Ἰησοῦ, ὀθὶ πολλὰ ἔτη μετὰ πολλῆς ἀσφαλείας, καὶ πολλοὶ ἰάσεις ἐγένοντο διὰ δὲ ἐλαίου ἐκείνου. Ἔτυχε δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν δὲ πιστοῦ Ἰακώβου ἐλθεῖν δύο ἀσκητὰς· καὶ ἦσαν ἄνθρωποι ἐν σχήματι ἐρημιτῶν ἐπορεύοντο· καὶ αὐτὸς ἦν ὁ θησαυρὸς τῆς ζωῆς ἦλθεν εἰς αὐτούς, μὴ ἰδόντων
B αὐτὸν ὅτι ἐκ τῆς πηγῆς δὲ Ἀθανάτου ἐστίν. Πορευομένων δὲ αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ, ἐφάνη αὐτοῖς ἄγγελος Κυρίου, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· εἰρήνη ὑμῖν μαθηταὶ δὲ Κυρίου· νῦν διαγγελλίζομαι ὑμῖν ἵνα ἐν ἀσφαλείᾳ καὶ φόβῳ μεγάλῳ φιλάττητε τὸν θησαυρὸν, ὃν βαστάζετε, ὅτι τὸ αἷμα δὲ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὸ ἐξελθὸν ἐκ τῆς πλευρᾶς αὐτοῦ, ὃ βαστάζετε ἐν τῇ κολοκύνθῃ· ἀλλὰ μετὰ ἀσφαλείας καὶ ἀγνωσύνης σώματος καὶ πνεύματος ἔχετε αὐτό· ὡς εἰδότες ποῖον θησαυρὸν ἔχετε, ὅτι ἐξ αὐτοῦ δίδοται ἴασις πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ μὴ κωλύετε τὴν δωρεὰν δὲ Χριστοῦ. Καὶ μετὰ τὸ λαλῆσαι τὸν Ἄγγελον τοὺς λόγους τούτους ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῶν· οἱ δὲ αὐτοὶ ἀσκηταὶ ἐπορεύοντο δοξάζοντες τὸν Θεὸν ὅτι τὴν δωρεὰν τὴν δοθεῖσαν αὐτοῖς ἐν τῇ ἐρήμῳ.

quo mortuo, thesaurus ille ad duos alios fertur delatus, c
Porrò *c* ubi omnem sanguinem & aquam in cucurbita recepisset, purum oleum suprà posuit, ne quis censeret aliud quidpiam esse in cucurbita præter solum oleum purum. Sic verò vir fidelis munus, quod ex latere Jesu acceperat, multis annis magna cum securitate conservabat, & oleo illo multæ fiebant sanationes. Contigit autem post obitum fidelis Jacobi, ut venirent duo viri religiosi, qui habitu eremitarum incedebant; & hic ipse thesaurus vitæ venit ad illos *d*, ignorantes illum esse ex fonte Immortalis. Euntibus verò illis per viam apparuit angelus Domini, eisque dixit: E
Pax vobis, discipuli Domini. Nunc vobis annuntio, ut tutè & magno cum timore custodiatis thesaurum, quem fertis, quia Sanguis est Domini nostri Jesu Christi, ex latere ipsius egressus, qui gestatur in cucurbita. Verùm cum securitate & puritate corporis & animæ habete illum, tamquam scientes, qualem habeatis thesaurum, quia ex illo datur sanatio omnibus hominibus: nolite impedire donum Christi. Angelus, hæc verba locutus, ab eis discessit. Viri verò hi religiosi ibant laudantes Deum de dono sibi in solitudine dato.

4 Καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, καὶ συνήρχοντο ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης, καὶ οἱ ἀνήρχετο ἐν πίστει, ἐλάμβανεν ἴασιν οἵᾳ δήποτε νόσῳ κατεχόμενος ἀσθενείᾳ, καὶ ἤρχετο εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ δοξάζων τὸν Θεόν. Καὶ μετὰ χρόνον πολὺν συνέβη τελευτῆσαι ἕνα τῶν ἀσκητῶν μετ' εἰρήνης· καὶ ἵνα συγχωρείαν δοῦ θεοῦ, ἵνα οἰκονομήσαντος, μοναχός τις ταπεινὸς ἐπορεύετο κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον εἰς ἐπίσκεψιν τῶν πατέρων τούτων. Εἰδὼν ὁ μακάριος ἐπυνθάνετο τὸ ὄνομα δὲ Πατρὸς· ἔφη δὲ αὐτῷ, ὅτι Βαρισφαβὰς καλοῦμαι. Καὶ διαστείλαντος αὐτοῦ, ὁ δίκαιος οὐκ ὁμολόγησεν τῷ ἁγίῳ Βαρισφαβᾷ, τὸ ποῦ ἔκειτο τὸ ἔλαιον. Καὶ μετὰ πολὺν χρόνον ἔτυχεν τελευτῆσαι τὸν δίκαιον ἐκεῖνον. καὶ ποτὲ τὸ αὐτὸ τελευτῆς ἐκάλεσε τὸν ἅγιον Βαρισφαβᾶν, καὶ εἶπεν αὐτῷ· Κύριε πάτερ, ὡς νομίζω, ἔφασεν ἡ ὥρα δὲ μεταλθεῖν με ἐκ δὲ κόσμου τούτου· ἀλλὰ παρακαλῶ σε ἀκοῦσόν μου. Καὶ ἃ λέγω σοι, φύλαξον, ἵνα γνῷ ἐλεημοσύνη πᾶσιν ἀνθρώποις, καὶ τὸ ὄνομά σε κυρηχθήσεται ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ διὰ τὴν παρακαταθήκην, ἣν παρέχω σοι. Μὴ οὖν καταφρονήσῃς, ἀλλ' ἐν ὁσιότητι καὶ καθαρότητι πνεύματος καὶ σαρκὸς γνῶς ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις τῆς ζωῆς σου.

4 Fama porrò exivit in mundum universum, & conveniebant homines ex orbe toto *e*, ac quisquis cum fide accedebat, sanitatem consequebatur, quacumque correptus esset infirmitate, domumque redibat laudans Deum. Post multum tempus unus ex illis eremitis quievit in pace: & fortuitò, Deo ita disponente, Monachus quidam humilis per locum illum transibat, ut patres illos inviseret. Hunc videns beatus ille, rogabat quod Patri esset nomen. Reposuit verò: Baripsabas nominor. Illo autem ibidem commorante, justus ille non indicavit S. Baripsabæ, ubi esset oleum. At, multo tempore elapso, mortuus est justus ille; & ante mortem vocavit S. Baripsabam, eique dixit: Domine pater, quemadmodum existimo, advenit hora, quâ discedam ex hoc mundo. Verùm te rogo, audi me: & quæ tibi dico, observa, ut misericordiam præstes omnibus hominibus. Nomen tuum prædicabitur in toto mundo propter depositum, quod tibi trado. Noli igitur contemnere; sed fac sis sanctus & purus animâ & corpore omnibus diebus vitæ tuæ.

multisque claruisse miraculis: datur deinde S. Baripsabæ, e

5 Καὶ ἔλαβεν τὴν ἁγίαν κολόκυνθαν, καὶ ἔδωκε τῷ ἁγίῳ Βαρισφαβᾷ, λέγων αὐτῷ, ὅτι τοῦτο ἔχων τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν βαστάζεις· ἐπειδὴ τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ἐξελθὸν ἐκ τῆς πλευρᾶς δὲ Κυρίου δὴ δὲ πηγὴς σαύρας ἐν τῷ Γολγοθᾷ, ὅ ἐστι Κρανίου τόπος, ὅπου αὐτὸν ἐσταύρωσαν οἱ Ἰουδαῖοι αὐτό ἐστιν, ὃ ἔχει ἡ ἁγία κολόκυνθα. Οὕτως οὖν ποίει πᾶσι τοῖς πιστεύουσι καὶ προσερχομένοις εἰς ἴασιν βαλεῖν ἔλαιον καθαρὸν, καὶ μίγε ἐκ δὲ ἐλαίου τούτου καθαρᾶ, καὶ δίδε πᾶσι τοῖς δεομένοις εἰς ἴα-

5 Sumpsit autem sanctam cucurbitam, deditque S. Baripsabæ *f*, dicens ipsi: Qui hoc habet, Dominum nostrum Jesum Christum gestat, quandoquidem Sanguis & aqua, quæ ex latere Domini effluxerunt in cruce pretiosa in Golgotha, id est, in loco Calvariæ, ubi ipsum crucifixerunt Judæi, est illud ipsum, quod continet sancta cucurbita. Sic igitur omnes credentes & accedentes, ut sanentur, jube dare mundum oleum, eique admisce ex hoc oleo puro, & da omnibus petentibus

qui eo multa patrat miracula, f

A. ANONYMO.

tibus in ſanationem omni tempore & loco. Vide, Domine pater, ne quid neglexeris eorum, quæ tibi mandavi, ne perdas laborem, quem ſuſtinuiſti omnibus diebus tuis. Sanctus verò Baripſabas fecit, ſicut ipſi mandavit juſtus ille; & poſt modicum tempus (Deo id ipſi ſuggerente conſilium) ſurgens accepit munus vitæ ſibi à juſto donatum; & quòcumque pergebat, ibi virtutem ſanationum per manus ipſius faciebat Dominus noſter Jeſus Chriſtus. Ab illo tempore *g* uſque in præſens inſignes virtutes fiunt oleo iſto. Nos verò, fratres, utpote fideles, ſic credimus, quòd quiſquis aliquando ad illud oleum acceſſerit, ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum accedat, ac per fidem in ipſum obtineat medelam omniumque membrorum ſuorum ſanationem.

g

6 Sanctus verò Baripſabas ſecundum revelationem Domini & Dei ſumpſit datum ſibi ſanctum depoſitum, theſaurum vitæ ac ivit Catarram *h* in locum dictum Σκηρεῶν, & habitabat ibi omnibus diebus vitæ ſuæ, & ab eo tempore uſque ad præſens omnes ibi morbi ſanantur eorum, qui cum fide accedunt ad Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, & in nomine ſancti & glorioſi Baripſabæ. Cùm autem videbatur Dominus eum à corpore tranſlaturus, erat in multa exercitatione & temperantia: & cùm aliquis ibi paucis diebus cum Juſto habitâſſet eum ſequebatur. Volebat *i* abire abbas Baripſabas & redire ad locum ſuum. Illum verò rogabat juſtus ille, dicens: Domine pater, ſi Dei eſt beneplacitum, rogo te, ut ſimul habitemus. Abbas verò Baripſabas, Deo volente, ſuſtinuit ſimul cum juſto manere: & manſerunt unanimiter multo tempore. Ille autem vidit virtutes multas & ſanationes factas per oleum, quod erat in cucurbita. Reliquit (Baripſabas *k*) hunc theſaurum vitæ noſtræ, ſibi datum in cucurbita, diſcipulo ſuo Omnes verò alacriter accedamus ad reliquias ipſius, & gloriam demus Deo Patri & Filio & Spiritui ſancto, nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum. Amen.

ac eumdem theſaurum diſcipulo relinquit.

h

B

i

k

Βλέπε, κύριε πάτερ, μὴ ἀμελήσῃς ὧν ἐνετειλάμην σοι, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὸν κάματόν σου, ὃν ἔκαμες ἐν πάσαις ταῖς ἡμέραις σου. Ὁ δὲ ἅγιος Βαρισαβᾶς ἐποίησε καθὼς ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ δίκαιος ἐκεῖνος· καὶ μετ' ὀλίγον χρόνον (ἐνέβαλεν ὁ θεὸς εἰς τὴν καρδίαν αὐτοῦ) καταναγκὰς ἔλαβεν τὴν εὐλογίαν τῆς ζωῆς τὴν δοθεῖσην αὐτῷ ὑπὸ τοῦ δικαίου, καὶ ὅπου δ' ἂν ἐπορεύετο, δύναμιν ἰαμάτων ἐποίει ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς διὰ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τότε ἕως τῆς νῦν δυνάμεις μεγάλαι γίνονται διὰ τοῦ ἐλαίου τούτου. Ἡμεῖς οὖν, ἀδελφοί, πιστοὶ ὄντες ὅτως πιστεύομεν, ὅτι οὕτως ἂν ποτὲ προσέλθῃ τῷ ἐλαίῳ τούτῳ, τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ προσέρχεται, καὶ διὰ τὴν πίστιν τὴν εἰς αὐτὸν λήψεται ἴασιν καὶ θεραπείαν πάντων τῶν μελῶν αὐτοῦ.

Ὁ δὲ ἅγιος Βαρισαβᾶς τῇ ἀποκαλύψει τοῦ Κυρίου καὶ θεοῦ ἔλαβεν τὴν δοθεῖσην ἁγίαν παρακαταθήκην τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς, καὶ ἐπορεύθη Καταῤῥᾶν ἐν χωρίῳ ὀνομαζομένῳ Σκηρεῶν, καὶ ᾤκησεν ἐκεῖ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τότε ἕως τῆς νῦν ἰάσεις καὶ θεραπείαι γίνονται ἐν παντὶ νοσήματι τοῖς ἐν πίστει προσερχομένοις τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ καὶ ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Βαρισαβᾶ· καὶ ὅτε ἐδόξεν αὐτὸν ὁ Κύριος μεταθέσθαι ἀπὸ τοῦ σώματος ἐν πολλῇ ἰλαρᾷ ἀσκήσει καὶ σωφροσύνῃ· καὶ ἐκεῖσε οἰκήσας τινὰς ὀλίγας ἡμέρας μετὰ τοῦ δικαίου ἠκολούθει. [Ἐβούλετο] ἐξελθεῖν ὁ ἀββᾶς Βαρισαβᾶς καὶ ἀπελθεῖν εἰς τὸν ἴδιον τόπον καὶ παρεκάλεσεν αὐτὸν ὁ δίκαιος αὐτὸς λέγων· Κύριε πάτερ ἐὰν ἐστὶ θεοῦ εὐδοκία παρακαλῶ σε ἵνα τὴν οἴκησιν ποιησώμεθα μετ' ἀλλήλων. Ὁ δὲ ἀββᾶς Βαρισαβᾶς θεοῦ εὐδοκησάντος ἠνέσχετο τοῦ συμμεῖναι μετὰ τοῦ δικαίου καὶ ἔμειναν ὁμοθύμαδον χρόνον πολύν. Καὶ ἔβλεπεν δυνάμεις πολλὰς καὶ ἰάσεις γινομένας διὰ τοῦ ἐλαίου τοῦτο ἐν τῇ κολοκύνθῃ· κατέλειπεν αὐτὸς τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς ἡμῶν τὸν δοθέντα αὐτῷ ἐν τῇ κολοκύνθῃ τῷ μαθητῇ αὐτοῦ. Πάντες οὖν προθύμως προσέλθωμεν ταῖς λιψάναις αὐτοῦ, καὶ δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, νυνὶ καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

D

E

F

ANNOTATA.

a *Quamvis auctor dicat, accuratiſſimam ſe velle narrationem inſtituere de modo, quo verus Domini noſtri Sanguis ſervatus fuit in terra; & fortaſſe etiam bona fide proceſſerit; varia tamen narrat adjuncta, quæ parùm videntur credibilia.*

C b *Qualis ſit iſte Jacobus, ignoratur. At non videtur fieri potuiſſe, ut ignotus omnino maneret, ſi ſatis conſtitiſſet de excepto per ipſum Sanguine Dominico: modus etiam, quo id feciſſe dicitur, non eſt valde veriſimilis.*

c *Hic vox aliqua Græca fuit omittenda, quòd ſcripta eſſet tam mendosè, ut nullo modo divinare potuerim qualis eſſet, & utrùm ad præcedentia an ad ſubſequentia pertineret. Verùm phraſis ſine corrupta illa voce ſatis intelligitur; illique Latinè ſubſtitui* porrò, *quòd ſimile quid eſſe credam.*

d *Tam hæc de adveniente ad eremitas cucurbita, quàm ſequentia de angelo ipſis apparente, & theſaurum cucurbitæ explicante, fabulam redolent. Præterea, qua demum ratione innotuit, quomodo Jacobus Chriſti Sanguinem in cucurbita exceperit, ſi ipſe id nulli narravit, ut videtur ſupponi: nam angelus tantùm revelâſſe dicitur, Sanguinem Chriſti eſſe in cucurbita.*

e *Auctor haud dubiè, ſi quæ tunc ſanationes contigerint, concurſum hominum ſupra verum amplificat.*

f *In Synaxario & in Menologio Baſiliano, ex quo elogium* S. Barypſabæ *dedi in Commentario num.* 2, *dicitur cucurbita illa non tam citò ad* Barypſabam *veniſſe, ſed per manus fuiſſe tradita, ac tandem* poſt multas ætates *perveniſſe ad* Barypſabam, *cujus ætas hinc admodùm fit incerta.*

g *Hic auctor noluit negare ea, quæ num.* 4 *narraverat de ſanationibus quorumcumque ex toto mundo accurrentium, priuſquam cucurbita ad manus* Barypſabæ *pervenerat.*

h *Cùm apographum, quod habeo, variis inquinatum ſit mendis, ex quibus clara aliquot locis correxi; dubito an voces* Καταῤῥᾶν *&* Σκηρεῶν *rectè ſint ſcriptæ, nec ſcire poſſum loca iis vocibus deſignata.*

i *Cùm hîc phraſi aliquid deeſſet, vocem* ἐβούλετο volebat, *uncis incluſam, adjunxi.*

k *Videbit ſtudioſus lector hanc Vitam planè eſſe imperfectam, cùm ne mors quidem* S. Barypſabæ *referatur, ſed magis ſupponatur. Illud ferè unicum eſt, quod ex ea diſcere poſſumus, nimirum*

A *nimirum antiquam esse apud Græcos traditionem de servato aliquo Christi Sanguine. Traditionem quidem hanc ineptus scriptor exposuit modo parùm verisimili ; traditionem tamen hanc fuisse apud Græcos ante miraculum in imagine Berythensi factum , videtur evincere vetustas codicis , cui deinde adstipulati sunt Græcorum Fasti.* A. ANONYMO.

DE S. AGABIO EPISCOPO CONF.

NOVARIÆ IN ITALIA.

SYLLOGE HISTORICA. J. S.

Sancti cultus : Vita olim scripta, sed aliquot seculis post mortem Sancti : gesta ex variis scriptoribus collecta.

SEC. V ANTE MEDIUM. *Sancti memoria in Martyrologiis recentioribus, & cultus :*

B

Ovaria civitas episcopalis Italiæ colit hodie ut patronum , saltem secundarium , S. Agabium episcopum suum , vetustioribus quidem martyrologis incognitum , sed à plerisque recentioribus memoratum. Primus , opinor , Sanctum hunc annuntiavit Grevenus in Usuardo suo aucto ad x *Septembris , sed corrupto nonnihil nomine in hunc modum :* Civitate Novaria Sancti Gabii episcopi & confessoris. *Secuti sunt Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ , Galesinius , Canisius , Ghinius & Baronius in Romano Martyrologio , ubi ita habet :* Novariæ sancti Agapii episcopi. *Addit in Annotatis :* Successit hic S. Gaudentio , seditque annos viginti, ut docent tabulæ episcoporum ecclesiæ Novarienſis , quæ tamen in aliquibus sunt emendandæ. *De annis episcopatûs consonat Ghinius his verbis :* Novariæ sancti Agapii episcopi. Hic sancto Gaudentio succeſſit , seditque annos viginti. Floruit circa annum Domini DC. *At nec anni episcopatûs certi sunt , ut infrà videbimus, nec floruit Sanctus tam serò quam voluit Ghinius , aut etiam Castellanus , qui in margine Martyrologii sui universalis notavit seculum* VI. *De cultu Sancti nullum est dubium , cùm Officium ipsius , ritu duplici recitandum , habeatur in Officiis propriis Novarienſibus ad hunc diem.*

C

Vita diu post mortem scripta : alii scriptores, qui de Sancto agunt.

2 *Carolus Novarienſis episcopus , vir eruditione , pietate & prudentiâ insignis , in Novaria sua collegit præcipua gesta* S. Agabii. *Meminit ille pag.* 291 *de ea* , quæ de S. Agabio habetur historia inter ecclesiæ codices manuscriptos ; *aitque in ea legi corporis translationem , quam figit circa annum* 890 , *ita ut Vita illa fuerit scripta quatuor seculis , ut minimùm , post mortem Sancti. Magna igitur auctoritatis esse non poterat , nec illius jactura magnopere deploranda , præsertim cùm meliora & certiora illustrissimus Carolus tam ex illa Vita quàm ex aliis monumentis collegerit , eaque Novariæ suæ & lectionibus Officii , quas ipse concinnavit , inserverit. Habeo item Italicam* S. Agabii *Vitam impressam cum Vitis aliorum Sanctorum , qui coluntur Novariæ ; sed illius Opusculi auctorem ignoro. Elogium quoque satis prolixum dedit Ferrarius , & aliud Ughellus in Italia Sacra recusa tom.* 4 *pag.* 691 *&* 692 , *ubi* Agapitum *vocat. Hæc omnia conferam cum relatis ab illustrissimo Carolo , ex iisque qualemcumque* S. Agabii *Vitam concinnare aggredior.*

Patria Sancti ignota : natus est senescente seculo 4 :

E

3 *Patria* S. Agabii *ignoratur , teste Carolo , qui pag.* 250 *ita habet :* Quænam ejus patria fuerit , ignoratur : advena tamen fuisse videtur ex eo , quòd eum Novariam divinitus missum, quæ de ipso habentur litteræ in ecclesiæ armariis , narrant. *Natus fuit senescente seculo* IV , *& deinde S. Gaudentii primi Novarienſis episcopi fuit discipulus , ut facilè colligitur ex dicendis de initio episcopatûs. Huc spectat observatio laudati Caroli , quam dat pag.* 253 *his verbis :* In tabella , ut inscripta est Dipthycha episcoporum Novarienſium , quæ jussu Francisci Bossii episcopi edita est , dicitur Agabius fuisse canonicus diaconus ejusdem ecclesiæ majoris : sed ejusmodi tabellæ , ubi aliis idoneis argumentis non juvetur , haud facilè fides habenda est, cùm multa in eam temere illata , inscio episcopo , noverimus , & præsertim cognomina episcoporum antiquorum : quæ cognomina neque inscriptionibus , neque scriptis ullis , neque in Novarienſibus , neque in aliarum urbium episcopis probari possunt. Et verò illud etiam CANONICI nomen non convenit illi ætati. *Hactenus Illustrissimus , cujus verba sufficiunt ad improbandum assertum Vitæ Italicæ , in qua* Agabius *cognominatur* Solonius , *& patriâ dicitur* Novarienſis.

episcopus fit post S. Gaudentium, qui ipsum commendaverat :

F

4 *Episcopus factus est* S. Agabius *post mortem S. Gaudentii , quæ apud nos figitur circa annum* 418 , *apud Ughellum anno* 417 , *& apud laudatum Carolum pag.* 245 *circa* 417 *Ferrarius asserit , episcopatum* Agabio *prædictum à S. Gaudentio. At id clarè non invenio in Vita S. Gaudentii , quæ apud nos data est ad* XXII *Januarii. Allaboravit tamen S. Gaudentius , ut* Agabius *sibi successor eligeretur , quemadmodum narrat Gaudentii Vita cap.* 4 , *ubi dicitur sanctus antistes morti proximus consilium cepisse commendandi aliquem ad episcopatum , ne deinde oriretur dissensio , idque sic exsecutioni mandâsse :* Itaque coacto clero cum plebe , monuit primùm , ut verba Dei , quæ per semetipsum referata auribus perceperant , mente retinerent : . . . hoc etiam addens , ut universus ecclesiæ populus futurum sibi pastorem , suumque religiosum successorem , virum prudentem , Agapium nomine , à Deo prædestinatum scirent , cunctique in ejus electione unanimiter concordando persisterent , ne contra divinam præsentiam plebs inscia rebellare videretur. *Hactenus Vita , quæ non addit , utrùm electio facta sit , vivente Gaudentio , an statim post ejus mortem. Illustrissimus Novarienſis rem quo-*

AUCTORE J. S.

quoque relinquit ambiguam, electionem Sancti ſic perſtringens : Sanctus Agabius, & virtute ſua, & ſancti patris teſtimonio probatus electuſque ſuſcepit epiſcopatum.

eccleſiam à Gaudentio inchoatam perficit, eumque in ea ſepelit.

5 *Prima novi Epiſcopi cura fuit perficere eccleſiam, quam S. Gaudentius exſtruere cœperat pro ſepultura ſua, & imperfectam reliquerat : atque interim corpus defuncti inhumatum depoſuiſſe dicitur in eccleſia ſanctiſſimæ Virginis Mariæ. Latius hæc exponuntur in Vita S. Gaudentii num.* 17 *&* 18, *ac tum num.* 18 *hæc ſequuntur :* Inter hæc B. Agapius unà cum omni populo antedictam baſilicam ingenti ſumptu, cultuque eximio conſummatam dedicaverunt. Senis deinde poſt defunctum menſibus, bis ſenis diebus additis, ſanctum corpus incorruptum, velut unius diei poſt funus, ſummo honore ſepulcro tradiderunt. *Hæc ita exponit Novarienſis præſul :* Baſilicam extra muros, à B. Gaudentio inchoatam ; cùm ejus corpori ſepeliendo opportunam judicâſſet ; quamprimum perfici curavit, dedicavit : & in ea venerandas reliquias, quâ par erat ; cleri populique celebritate, decoro ad id ſepulcro præparato, ritè ſepelivit.

B

Sancti virtutes, dotes, miracula :

6 *Munia epiſcopalia, virtutes & miracula* S. Agabii *deinde pag.* 251 *ita narrat laudatus Carolus Novarienſis :* Cumque ſacerdotalia munera omnia egregiè impleret ; contemplationis tamen rerum divinarum, orationiſque ſtudium in primis coluit : ita ut nocte meditatione rerum cœleſtium animum paſceret : die verò populi docendi juvandique curâ ſeſe exerceret. Non laboribus ſolùm, ſed jejuniis quoque, & aliis afflictionibus corpus macerabat, ut ſpiritus imperio perfectè ſubjiceret. Eximia in eo apparebant Chriſtianarum virtutum ornamenta : ſed animi ſincera quædam ingenuitas, & candida puraque mens in primis elucebat. Alta & ſublimis ejus concionantis traditur fuiſſe oratio : dum de cœleſti gloria, æterniſque præmiis diſſereret ; vehemens & gravis, cùm ad perpetua ſupplicia explicanda deſcenderet. Mira quadam ſuavitate afficiebatur erga ſanctiſſimum Corporis Domini Sacramentum : ut quaſi corporis vinculis ſolutus, in cœleſtium ſpirituum cætu verſari videretur. Cujus rei mirabile indicium apparuit, cùm ei ſanctiſſimum Miſſæ ſacrificium quodam tempore offerenti, fulgentis angeli ſpecies ſupra caput viſa eſt. Miraculis dum viveret, ſicuti etiam poſt mortem, claruit. Hydropicus ad beatum Virum cùm acceſſiſſet, enixè precabatur, ut ei ſanitatem à Domino impetraret : quem is fide admodùm firma cognoſcens, manu tactum, ſanum dimiſit. Leproſo itidem ei ſe commendanti ſanitatem eodem modo divina ope reſtituit. *Hæc de egregiis Sancti virtutibus & miraculis, quæ etiam exponuntur in Vita Italica paulo prolixiùs ; & breviùs perſtringuntur à Ferrario.*

C

duratio epiſcopatûs incerta :

7 *Laudatus Vitæ Italicæ auctor annos viginti, & Ughellus* triginta plus minus annos *ipſius epiſcopatui adſcribunt. At illuſtriſſimus Novarienſis ſatis oſtendit, quàm ea duratio epiſcopatûs ſit incerta, dum pag.* 253 *hæc ſcribit :* Dicitur (*in*) eadem tabella (*cui exiguam fidem habendam antè dixit num.* 3) annos viginti epiſcopatum geſſiſſe. . . . Sed in catalogo eccleſiæ cathedralis, in quo nomina epiſcoporum notata ſunt, poſt S. Gaudentium non apponuntur anni, quibus quiſque epiſcopus ſederit, niſi poſterioribus ſeculis. *Incerta igitur eſt epiſcopatûs duratio, & veriſimile eſt non fuiſſe tam diuturnam, quia Novarienſis pag.* 258 *oſtendit ex concilio Mediolanenſi, jam anno* 451 *Novarienſi eccleſiæ præfuiſſe Simplicium, inter quem &* S. Agabium *duo alii ſederunt. Quare de anno mortis nihil certi ſtatuo, niſi eam contigiſſe ſeculo* V *ante medium. In Officio dicitur obiiſſe* IV Idus Septembris.

D

mors, ſepultura corporis tranſlatio,

8 *Mortem & ſepulturam laudatus Carolus his verbis refert pag.* 252 *:* Demum cùm ad æterna epiſcopalium laborum præmia evocatus eſſet ; ejus corpus extra portam civitatis conditum eſt, quæ ab ejus nomine adhuc appellatur, in eccleſia, quæ itidem ab eo nomen habuit. Poſt aliquot deinde ſecula venerabilis epiſcopus Cadultus, aliis quoque pontificibus comitantibus, illud in eccleſiam majorem religiosè tranſtulit. *De hac tranſlatione in Cadulto pag.* 291 *ita loquitur :* Cadultus ſedit annis VIII menſibus IX. Hic tranſtuliſſe ſcribitur corpus S. Agabii ab ejus eccleſia in majorem in ea, quæ de S. Agabio habetur Hiſtoria inter eccleſiæ codices manuſcriptos. Quod factum eſſe circiter annum DCCCXC, anni ſuperioribus epiſcopis tributi oſtendunt ; quo tempore Romanam Apoſtolicam Sedem tenuit Stephanus V. Qua verò de cauſa corpus ab ea eccleſia tranſlatum ſit, non reperi. *Ughellus tom.* 4 *col.* 696 *in Cadulto, quem* Candulfum *vocat, hiſce conſentit, ut & Vita Italica.*

E

mirabilia in tranſlatione facta :

9 *Quæ in tranſlatione contigerunt mirabilia, cum reliquis ad reliquias & cultum Sancti ſpectantibus, pag.* 252 *laudatus Carolus enarrat his verbis :* Dum autem transferretur, juvenis affuit inflato, ex morbo quodam, toto corpore, viribuſque penè deſtitutus. Monitus ut ſancti Epiſcopi ſuffragio fretus, ſub ſacrum feretrum tranſiret ; fecit, & ſanatus eſt. Præterea mirabile, ac divinum illud Agabii ſanctitatis & gloriæ teſtimonium tunc extitit : candidæ quædam nubeculæ, columbæ figurâ, duæ quidem è cœlo deſcendentes, alia ex ore ejus ad cœlum evolans apparuere. Novarienſis eccleſia beati Patris memoriam à primis temporibus ſacris officiis celebrat die decima Septembris : tranſlationem autem memoratam trigeſimâ Auguſti. Aſſervatur in eccleſiæ cathedralis ſacris loculis cubitus hujus ſancti Epiſcopi manui junctus, integer, quantùm ariditas patitur, ex dimidia ferè parte inferiori.

F

reliquiæ ubi modò conſervatæ.

10 Corpus verò ſub altari ; quod ejus nomine dicatum, in capite navis aquilonaris, ſub turri campanaria, fornice ſúpraducto, collocatum eſt. Non ſolùm eum Sanctorum honore Novarienſis eccleſia coluit : ſed etiam obſervavimus in multis veteribus chartis eum unà cum S. Gaudentio patronum eſſe nominatum, dum dicitur ad honorem SS. patronorum Gaudentii, & Agabii. *Hactenus eruditiſſimus epiſcopus, qui jam lib.* 1 *pag.* 10 *monuerat, corpus* S. Agabii *in eccleſia cathedrali eſſe, ejuſque memoriam* uti Patroni antiqua veneratione *coli.* Ejus ſepulcrum, *inquit*, ſub turri campanaria eſt, anguſto ſacello ibi altarique ſupra ſepulchrum extructo, quod hodie exornatur, ut ſepulcrum campanili antiquius videatur. *Plura hiſce addenda non habeo : ſed neſcio, cur Orlendius part.* 2 *tom.* 1 *pag.* 252 *Sanctum noſtrum maluerit* Agapitum *nominare cum Ughello, quàm* Agabium *aut* Agapium *cum ipſis Novarienſibus.*

DE

A D

DE S. PULCHERIA IMPERAT. VIRG.

CONSTANTINOPOLI.

COMMENTARIUS HISTORICUS. J. S.

§ I. Memoria S. Pulcheriæ apud Græcos & Latinos : Marcianus imperator item in Menæis memoratus ; sed de ejus cultu non conſtat : cultus S. Pulcheriæ : geſta ejus unde eruenda.

AN. CDLIII. *Memoria Sanctæ in Faſtis Græcis & Latinis annuntiata :*

B *Quamvis Scriptores Græci & Latini* S. Pulcheriam *ſummis paſſim extollant laudibus, ac elogiis celebrent præſtantiſſimis, admodùm tamen jejuna ſunt & varia, quæ in Faſtis ſacris de ſanctiſſima Imperatrice leguntur, ita ut difficulter ſtatui poſſit, ubi Officio eccleſiaſtico celebretur, quáve id fiat die. Menologium Baſilianum ad* VII *Auguſti eam cum Irene auguſta conjungit breviter his verbis :* Et commemoratio religioſarum imperatricum Pulcheriæ & Irenes. *Menologium Sirletianum ad hunc diem* X *Septembris tale habet elogium :* Eodem die commemoratio ſanctæ Pulcheriæ reginæ in pace quieſcentis. Hæc fuit ſoror Theodoſii Junioris, dicta conjunx Martiani pietate præſtantis imperatoris, quæ cùm virginitatem ipſam ad ſenectutem uſque ſervâſſet, multaque præclara opera in templorum & hoſpitalium ædificio contuliſſet, & ſancti Chalcedonenſis concilii patres adjuviſſet, in pace requievit. *Eadem planè ad hunc diem habent Menæa Græca, additis tamen duobus verſiculis, qui nullius ſunt momenti. At non video, in Officio ibi præſcripto aliam de* S. Pulcheria *mentionem fieri. Baronius tamen hac die* S. Pulcheriam *inſeruit Martyrologio Romano in hunc modum :* Conſtantinopoli S. Pulcheriæ auguſtæ virginis, religione & pietate inſignis. *Baronium alii quidam Latini ſecuti*

C *ſunt, eumque & nos ſequimur.*

in quibus uno loco conjungitur Marcianus imperator, de cujus cultu non conſtat.

2 *Memoriam* S. Pulcheriæ *ſimul & Marciani imperatoris in Menæis quoque recoli ad* XVII *Februarii, jam obſervârunt Majores noſtri in Prætermiſſis ad illum diem. Verùm nec ibi in Officio quidquam de ipſis præſcribitur, nudaque ponitur ſine ullo elogio annuntiatio :* Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, μνήμη τῆ ἐν Εὐσεβεῖ μνήμῃ γενομένων, βασιλέων Μαρκιανῆ καὶ Πελχερίας. Eodem die, memoria piæ recordationis imperatorum Marciani & Pulcheriæ. *Et mox rubris item litteris additur :* Τελεῖται δὲ ἡ αὐτὴ σύναξις ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. Peragitur verò eorum commemoratio in majori eccleſia. *Apud Maximum Cythereum eadem legitur annuntiatio. In reliquis Græcorum Faſtis aut libris ritualibus de Marciano nihil quidquam invenio, nec plura de* S. Pulcheria *ad hunc diem. Jam verò, etſi poſterioribus verbis videatur inſinuari, feſtivitatem aliquam de utroque peragi in majori eccleſia, utcumque tamen dubito, an ut Sancti ea feſtivitate colantur, præſertim cum titulus* Sancti *præter morem Menæorum hîc omittatur, neque illum titulum Marciano attributum inveniam ullo alio loco in Faſtis Græcorum aut Latinorum, vel apud ullum ſcriptorem antiquum. Quare titulum* Sancti *Marciano adſcribere non auſim, licèt alias non ignorem fuiſſe imperatorem pietate, religione, aliiſque virtutibus præſtantiſſimum.*

E

Credit Cangius Sanctam fuiſſe cultam a tempore Leonis imperatoris ;

3 *Quod verò ſpectat ad* S. Pulcheriam, *Cangius in Familiis auguſtis Byzantinis pag.* 97 *de ipſius cultu ita ſcribit :* Feſtum verò Pulcheriæ auguſtæ inſtitutum aiunt à Leone Magno imperatore, & ſtatuam ejus poſitam in ipſius monumento. *Laudat pro hiſce Antiquitates Conſtantinopolitanas ab anonymo Græcè collectas, & à Lambecio editas pag.* 71. *Sanè ibidem ſimile quid dicitur : at dubito, an de cultu verè eccleſiaſtico locus ſit explicandus, cùm nec* Beatæ *nec* Sanctæ *titulus nomini* Pulcheriæ *legatur adjectus. Verba ipſa Græca huc transfero :* Πολλὰ τῇ βασιλίδι Πελχερίᾳ Λέων ὁ μέγας ἐμακάριζεν· ὅθεν καὶ μνήμην αὐτῆς τῆς τελειώσεως ἐπετέλει, καὶ ἐν τῷ τάφῳ αὐτῆς αὐτὸς ἱσόρησε τὸ ταύτης ἴνδαλμα· καὶ ἐν τοῖς βασιλείοις δὲ θεωρῶν αὐτὴν ἐν ἰσοείκελον, τὸ εἶον ἔλον αὐτῆς ἐμακάρισεν. *Eadem recuſa ſunt apud Bandurum in Imperio Orientali part.* 3 *pag.* 95, *ibique Latinè reddita hoc modo :* Leo magnus beatiſſimam Pulcheriam auguſtam multùm celebrare ſolebat. Unde etiam ejus conſummationis ſive exitûs memoriam venerabatur, ejuſque imaginem ſepulcro ipſius appoſuit : atque in ædibus imperatoriis ejus depictam effigiem contemplans, totam vitam ejus deprædicabat. *Verùm hæc verſio utcumque liberior eſt : nam vox* beatiſſimam *non eſt in Græco, certè eo ſenſu, quo eſt expreſſa Latinè.*

F

at id non evincitur ex ratione per ipſum allegata ;

4 *Hinc priora verba Græca rectiùs ad propoſitum noſtrum ſic Latinè exprimentur :* Leo magnus imperatricem Pulcheriam multùm beatam prædicabat *&c. Nullum poteſt eſſe dubium, quin hæc tanto magis honorifica ſunt* S. Pulcheriæ, *quanto certiùs omnia ipſius geſta cognoſcere potuit Leo imperator, qui Marciano in imperium ſucceſſit. Verùm non æuſim ex allatis certò concludere,* S. Pulcheriam *cultu eccleſiaſtico honoratam fuiſſe Leone I imperante, cum allata verba id certò non evincant, multaque obſtent, quo minùs id ab eo tempore factum credamus. Porrò poſt recitata verba addit Papias, cujus illa ſunt :* Marciani verò & Pulcheriæ ſtatuas idem Leo in Theodoſianos embolos tranſlatas, imperatoriæ urbi adjecit. *De alia* S. Pulcheriæ *ſtatua, locata* in chalce proximè quaſi ante Palatii

AUCTORE J. S.

latu ambulacrum, *meminit Anonymus apud laudatum Bandurum pag.* 7, *& ibidem pag.* 87 *Theodorus lector. Eamdem quoque ex Suida commemorat Petrus Gyllius ibidem pag.* 384; *ipsiusque Suidæ & Codini de eadem verba recitat Bandurus tom.* 2 *pag.* 471. *Aliam* Pulcheriæ *statuam in senatu positam ostendit Bandurus tom.* 2 *pag.* 844.

multaque contra persuadent seriùs coli cœptam:

5 *Anonymus alter, à Banduro item editus, agens de Sepulcris imperatorum in templo Apostolorum Constantinopoli, Marciani &* Pulcheriæ *urnam sic commemorat pag.* 122: Alia urna porphyretica, ubi tumulantur Marcianus & Pulcheria. *Observo, hunc scriptorem, etsi* Sancti *titulum dederit Constantino Magno & S. Theodoræ imperatrici, de qua egimus ad* XI *Februarii, ab eo tamen titulo abstinuisse in Marciano &* Pulcheria, *qui quatuor seculis ante S. Theodoram floruerunt. Hoc sanè mirum videtur, si festivitas* S. Pulcheriæ *jam instituta fuit & celebrata tempore Leonis augusti, seu seculo* V, *præsertim cùm & passim alii Græci scriptores abstineant à titulo* Sanctæ, *dum* Pulcheriam *laudant; cùmque in ipso Menologio, Basilii imperatoris jussu post medium sæculi* X *composito, tantùm memoretur ut* religiosa *Imperatrix, non verò ut* Sancta. *Præterea nullam invenire potui ædem nomini* S. Pulcheriæ *dicatam, ac nihil denique, quo ostendere valeam cultum ipsius esse valde vetustum. Itaque ex dictis concludere cogor, cultum* S. Pulcheriæ *multis seculis posteriorem videri imperio Leonis I, nec unquam tam celebrem & solemnem fuisse apud Græcos, quàm mereri videntur eximiæ virtutes, quibus Sanctam floruisse omnes consentiunt. Quid causæ sit, cur cultus* S. Pulcheriæ *non magis fuerit promotus apud Græcos, non facilè divinavero; nisi fortè Græci non multùm curaverint Sanctam Romanæ Ecclesiæ addictissimam. Quidquid sit, eximias ipsius virtutes nec coævi siluerunt nec posteriores Græci; titulum quoque* Beatæ *illi frequenter attribuit S. Theophanes cum aliis quibusdam: ac demum* Sanctæ *titulo eamdem honorârunt tam Græci quàm Latini: imò dubitare nequeo quin Græci Sanctam quoque colant Officio ecclesiastico, saltem in ecclesiis aliquot particularibus.*

B

C

scriptores, qui de Sancta egerunt.

6 *Quod spectat ad Vitam Sanctæ, hanc, quantùm novimus, nullus Græcorum conscribendam suscepit. Verùm hic defectus utcumque supplere potest ex historicis, qui non pauca de gestis & virtutibus Sanctæ memorârunt. Agmen horum ducit Sozomenus, qui eodem vivebat tempore, & vel solus Vitæ defectum supplere potuisset, si usque ad mortem sanctæ Imperatricis scribendo pertigisset: at priora tantùm aliquot annorum gesta conscripsit aut certè illa sola ad nos pervenerunt. Qui eodem floruerunt tempore, Socrates & Theodoretus, aliique illius seculi historici omnia ferè* S. Pulcheriæ *gesta prætermiserunt, ita ut necessarium sit ad historicos magis remotos etiam recurrere. Subsidium tamen non modicum præstare poterunt epistolæ S. Leonis Papæ & Concilia, à quibus mirè commendatur sanctæ Imperatricis pietas. Ex hisce porrò monumentis de* S. Pulcheria *egerunt Baronius, Tillemontius, Bailletus aliique recentiores, inter quos est Matthæus Raderus Societatis Jesu, qui anno* 1614 *edidit Opusculum, quod* Aulam sanctam *inscripsit, complectens res gestas Theodosii II imperatoris, ac* Pulcheriæ *& Eudociæ imperatricum. Hosce aliosque scriptores conferam cum antiquioribus & contemporaneis, sequarque aut corrigam, prout ratio exigere videbitur.*

D

§ II. Genus S. Pulcheriæ, fraterque & sorores: ipsius & Theodosii fratris ætas, moriente Arcadio patre.

Sanctæ nomen, parentes frater, sorores:

S*Ancta* Pulcheria *in nummis & subinde in litteris* Ælia Pulcheria *dicta, filia fuit Arcadii imperatoris & Eudoxia ejus conjugis, neptis Theodosii Magni ac soror Theodosii II, seu Junioris, ut passim vocatur. Sorores habuit, ut minimùm, duas: sed aliqui scriptores tertiam adjungunt, & quidem natu majorem. Hic sororum numerus diligenter mihi videtur examinandus, uti & tempus, quo* S. Pulcheria *fuit nata: nam scriptores antiqui de hisce non eadem scribunt. Sozomenus lib.* 9 *cap.* 1 *mortem Arcadii relictosque ab eo liberos sic memorat:* Cùm Atticus annum tertium ageret in episcopatu Constantinopolitano, Basso & Philippo consulibus, Arcadius finem vivendi fecit, successore imperii relicto Theodosio filio, qui tum recèns erat ablactatus; filiabus autem Pulcheria, Arcadia & Marina relictis, adhuc adolescentulis. Quæ quidem re vel maximè declarâsse mihi videtur Deus, solam pietatem imperatoribus ad salutem sufficere: fine illa verò nec exercitus, nec imperatoris robur, nec reliquum apparatum quidquam prodesse. Nam cùm hujus universi custos Divina virtus imperatorem religiosissimum fore prævidisset, curatricem illius ac totius imperii constituit Pulcheriam sororem; quæ licèt nondum quindecim annos nata, supra ætatem tamen sapientem ac verè divinum sensum accepit.

E

duæ tantùm ei attribuuntur à Sozomeno & Philostorgio coævis:

8 *Ad hæc verba observo primò, tres tantùm Arcadii filias recenseri à Sozomeno, illarumque natu maximam fuisse* Pulcheriam. *Secundò ex mente hujus scriptoris Theodosius tribus hisce sororibus natu minor videtur: nam dicitur* recèns ablactatus, *Græcè* ὀρφὼς γάλακτι πρόφρασθαι πεπαυμένος, qui nuper lacte nutriri desierat: *sorores verò omnes vocantur* adolescentulæ, *aut* valde adolescentulæ, *ut habent voces Græcæ* κομιδῆ νέας. *Philostorgius scriptor item synchronus de numero & ordine liberorum Arcadii Sozomeno accuratè consentit. Etenim scriptor ille, prout à Photio in epitomen contractus est, edituque à Jacobo Gothofredo, lib.* XI *num.* 7 *ita habet:* Ipsa verò (*Eudoxia imperatrix*) filias duas jam Arcadio pepererat: deinceps verò & Marinam & filium Theodosium edidit. Quo autem tempore jam duorum liberorum mater erat, ab Eutropio contumeliâ affecta, sic quidem, ut ei minaretur, se eam regiâ propediem expulsurum, liberos utraque manu tenens, maritum accessit. *Mox subditur exsilium & mors Eutropii, quam contigisse anno* 399 *certum est, ut scriptores consentiunt. Pagius ad illum annum num.* 2 *tempus exsilii sic exprimit:* Eutropius die XVI Kalend. Febr. omnibus dignitatibus exutus fuit, & in Cyprum insulam relegatus, ut ex lege cod Theod. 17 de Pœnis, ea die data, constat, *Hæc non solùm affero, ut ostendam Philostorgium consentire de numero & ordine liberorum Arcadii, sed simul,*

F

ut

A *ut ex iis de ætate* S. Pulcheriæ *aliquid deinde ſubjiciam.*

præter has verò in Chronico Paſchali Flaccilla ponitur ut natu maxima,

9 *Marcellinus comes in Chronico liberos Arcadii & Eudoxiæ alio modo & ordine recenſet, ſibique eatenus aſſentientem habuit auctorem Chronici Paſchalis, qui tamen unam addit filiam: atque huic demum adhæſerunt plerique neoterici. Hac de cauſa totum fundamentum lubet inſpicere. Marcellinus ad annum* 397 Ind. x Cæſario & Attico conſulibus, *ita habet:* His conſulibus Flaccilla, Archadio nata eſt filia. *Ad annum* 399: Pulcheria Archadio altera filia nata eſt: *Ad annum* 401: Theodoſius junior patre Archadio natus eſt III Idus Apriles. *Ad annum* 403: Marina patre Archadio nata III Idus Februarias. *Hæc omnia in Chronicon Paſchale, quod aliàs* Alexandrinum *dicitur, tranſlata ſunt. Verùm ibidem ad annum* 400 *additur Arcadia, tamquam alia Arcadii filia inter* Pulcheriam *& Theodoſium nata. Placuerunt hæc omnia neotericis; ſed vehementer dubito, an revera quatuor haſce filias habuerit Arcadius, & vix credere poſſum, ullam ei fuiſſe filiam*

B *ante* S. Pulcheriam, *quia tam Philoſtorgius quàm Sozomenus eam nominant ubique primo loco, nec ullibi de Flaccilla meminerunt. Quin & ipſum Chronicon Paſchale tres dumtaxat filias Arcadio attribuit ad annum* 396, *ubi ſic habet:* Hic Arcadius, Theodoſii magni filius, conjugem habuit Eudoxiam, ex qua natus eſt Theodoſius junior. Habuit & filias Pulcheriam, Arcadiam & Marinam.

verùm videtur auctor iſtius Chronici ex una Arcadii filia duas formáſſe:

10 *Iterum repeto, multò mihi probabilius videri, tres tantùm fuiſſe filias Arcadio,* Pulcheriam *autem omnium fuiſſe natu maximam. Erroris auctorem partim eſſe Marcellinum, qui annis centum & quinquaginta hiſce poſterior eſt, veriſimile cenſeo, ſive quòd* Flaccilla *eadem ſit cum* Arcadia, *quæ utrumque nomen habere potuit, & aliàs omiſſa eſt; ſivè quòd Flaccillam Theodoſii filiam, de cujus morte meminit ad annum* 431, *Arcadio perperam attribuerit. Si Arcadio altera, altera Theodoſio II fuerit filia Flaccilla, alterius natalem omiſit Marcellinus, mortem alterius. Quod ſpectat ad Chronicon Paſchale, illius auctor, utpote longè poſterior & ſæpè minùs accuratus, Flaccillam in Marcellino repertam facilè adjungere potuit tribus aliis apud alios ſcriptores memoratis. Rationes, cur ita cenſeam, ſunt hæ. Primò Philoſtorgius in*

C *hac re, quia ſynchronus eſt, Marcellino longè præferendus, clarè excludit quartam aliquam Arcadii filiam. Clarè item edicit, unam tantùm filiam Theodoſio natam eſſe poſt Eutropii lapſum, ſive poſt annum* 399, *eamque fuiſſe Marinam. Ergo duæ illæ, quæ ante lapſum Eutropii natæ erant, fuerunt* Pulcheria *& Arcadia. Itaque Marcellinus per Flaccillam non aliam videtur intellexiſſe quam Arcadiam, & conſequenter auctor Chronici Paſchalis ex una, quæ fortè dicta fuerit Flaccilla Arcadia, veriſimiliter duas formavit.*

certè tres tantùm filias Arcadius habuiſſe videtur,

11 *Hæc jam ſufficiunt ad refutandum Tillemontium, qui cum aliis pleriſque preſſè inſiſtit Chronico Paſchali, quatuorque attribuens Arcadio filias, Flaccillam dicit natam anno* 397, Pulcheriam *anno* 399, *Arcadiam anno* 400, *Marinam denique anno* 403: *nam ſecundum Philoſtorgium ſola ex filiabus Marina poſt lapſum Eutropii nata eſt. Porrò Tillemontius, admiſſis Philoſtorgii verbis, ſervare tamen voluit annum & diem natalem* Pulcheriæ *à Marcellino fixum. Hunc in finem tom.* 5 *Imperatorum notâ* 22 *in Arcadium obſervans, legem de exſilio Eutropii datam notari* XVII *Januarii anni* 399, *ait id conſiſtere non poſſe cum tempore natæ* Pulcheriæ, *quia hujus natalis eſt* XIX *Januarii ejuſdem anni: nam ſecundum Philoſtorgium nata erat* Pulcheria *ante lapſum Eutropii. Hinc epocham datæ legis vitiatam ſuſpicatur. Verùm id gratis dicitur, nec tamen prodeſſe poteſt Tillemontio, ut Philoſtorgium conciliet cum Chronico Paſchali. Etenim Arcadia in Chronico nata dicitur anno* 400, *quo certè dudum occiſus erat Eutropius. Philoſtorgius verò ex tribus filiabus Arcadii ſolam Marinam poſt lapſum Eutropii natam aſſerit, alias duas ante ejus lapſum. Philoſtorgius igitur repugnat Chronico Paſchali. Quapropter, cùm Philoſtorgius rectè ſibi conſentientem habeat Sozomenum, & uterque hiſce convixerit; erroris arguendum & deſerendum eſt Chronicon Paſchale: nec aliæ attribuendæ ſunt filiæ Arcadio præter* Pulcheriam, *Arcadiam & Marinam, quæ in ipſo Chronico Paſchali ad annum* 396 *ſolæ recenſentur.*

E *& illarum natu maxima dicenda eſt S. Pulcheria:*

12 *Præterea dubitare nequeo, quin Marcellinus etiam à vero aberraverit, non quidem in numero filiarum Arcadii, ſed in ordine, quo ſingulæ ſunt natæ. Secundam ex tribus facit* Pulcheriam, *natamque hanc dicit anno* 399, *die* XIX *Januarii. At veriſimile non eſt ob dicta de Eutropio, cujus lapſus certò contigit* XVII *Januarii ejuſdem anni, ullam tunc Arcadii filiam fuiſſe natam; ſed duæ jam antè erant natæ, teſte Philoſtorgio. Hæ autem duæ non aliæ eſſe poſſunt quàm* Pulcheria *& Arcadia: atque certò conſtat,* Pulcheriam *natu majorem fuiſſe Arcadiâ. Itaque, cùm Arcadius nuptias contraxerit anno* 395, *& quidem ſecundum Chronicon Paſchale die* XXVII *Aprilis, natales* S. Pulcheriæ *veroſimillimè referendi ſunt ad annum* 396, *nec poſſunt probabiliter locari poſt annum* 397, *quia ſoror ipſius Arcadia poſt ipſam nata eſt ante annum* 399. *Si Marina, altera ſoror* Pulcheriæ, *etiam nata eſt ante Theodoſium, prout inſinuare videntur Philoſtorgius & Sozomenus, nata illa fuerit anno* 399 *aut* 400: *nam de anno* 401, *quo Theodoſius in lucem prodiit, omnes conſentiunt.*

F *habuit illa annos circiter duodecim, dum obiit Arcadius;*

13 *Ex dictis colligi poterit, quot ferè annos haberet* Pulcheria, *quando obiit pater ipſius Arcadius, cujus mortem Socrates lib.* 7 *cap.* 1 *figit Kalendis Maii, anno* 408. *Octavum tum annum agebat Theodoſius imperator, ut liquet ex anno natali, idque Socrates aliique ſcriptores etiam diſertè exprimunt. Cangius in Familiis Byzantinis pag.* 70, *Tillemontius tom.* 15 *Monum. Eccl. in* Pulcheria, *Bailletus ad* x *Septembris, aliique plures exiſtimant,* Pulcheriam *tantum biennio majorem fuiſſe Theodoſio, ſive annum decimum tunc egiſſe, quia ſecuti ſunt Marcellinum & Chronicon Paſchale. Pagius ad annum* 399 *num.* 4 *eam opinionem exprimit, fidemque Philoſtorgii in dubium vocat, quia verba ipſius nequeunt cum illa opinione conciliari. Mox tamen addit ſequentia:* Si tamen vera narrat Philoſtorgius, Marcellinus & auctor Chronici Alexandrini anno uno tardiùs Pulcheriæ natale conſignârunt, iſque error Marcellino attribuendus erit, ex quo pleraque deſcripſit auctor Chronici Alexandrini. *Verùm nullum erit piaculum, ſi dicamus Marcellinum longiùs aberrâſſe, ſicut non rarò ipſi contigit & aliis Chronicorum ſcriptoribus, præcipuè in iis, à*

AUCTORE J. S.

quibus longiùs aberant. Imò contra ſanam criſim peccabimus, quantùm mihi apparet, ſi ſolùm dubitare velimus, utrùm Philoſtorgio ſcriptori contemporaneo credendum hîc ſit, an Marcellino centum & quinquaginta annis poſteriori.

licèt pluſculum ei tribuant Sozomenus & Theophanes,

14 *Quare ſecundum dicta omnino exiſtimo,* S. Pulcheriam, *moriente Arcadio, puellam fuiſſe duodecim ferè annorum, ita ut duodecimum ageret aut decimum tertium. Quò majorem ætatem poſſimus attribuere* Pulcheriæ, *eò magis conformis hæc erit geſtis ipſius prioribus, quæ ſtatim narrabimus, quæque omnino innuunt eam facilè quatuor aut quinque annis ante Theodoſium natam eſſe. Hinc exiſtimo Sozomenum loqui de tempore, quo mortuus eſt Arcadius, quando dicit;* Quæ licèt nondum quindecim annos nata *&c.; Græcè,* ὅπω πεντεκαιδέκατον ἔτος ἄγουσα, nondum agens annum decimum quintum; *ita ut velit annos eam necdum quatuordecim habuiſſe completos. Theophanes etiam de eodem tempore clarè loquitur, dum dicit:* Theodoſio in imperatorem accepto, ſoror ejus Pulcheria quindecim annorum virgo Dei conſiliis ac ductu publicas res egregiè adminiſtrabat *&c.*

B *Nam utrique deinde diſtinguit tempus, quo Imperatrix creata eſt poſt ſex annos. Tillemontius tamen aliique exiſtimârunt, laudatos ſcriptores quindecim tantùm annos* Pulcheriæ *attribuere, dum creata eſt Auguſta. Verùm in eam opinionem illi ſolùm perducti ſunt, quia ſecuti ſunt epocham Chronici Paſchalis ſeu Alexandrini mox refutatam, quæ cum dictis Sozomeni & Theophanis nequit componi.*

qui loquuntur de ætate ejus, moriente patre,

15 *Porrò quia video pleroſque eruditos in oppoſita eſſe opinione, juverit dicta paulo latiùs exponere. Sozomenus loquitur de ætate* Pulcheriæ, *quâ cœpit habere curam fratris Theodoſii, quâ virginitatem vovit, quâ inſigne donum eccleſiæ obtulit. Atqui fratrem inſtituere cœpit, ut clarè oſtendam ex Theophane, virginitatem vovit, donumque illud obtulit, antequam fieret Auguſta. Non loquitur ergo Sozomenus de tempore ſuſceptæ poteſtatis ſupremæ; dum dicit* Pulcheriam *necdum egiſſe annum decimum quintum. Sozomenus ipſe mentem ſuam hac de re exponit, quando, ubi prædicta narraverat, ſubdit hæc verba:* Poſtquam verò principatûs curam ſuſcepit *&c. Sententia Theophanis non minùs clara eſt. Nam relata Arcadii morte, mox Antiochum Theodoſii curatorem fuiſſe ait, inſtitutionemque attribuit Honorio imperatori, qui longè aberat, & ſorori* Pulcheriæ *his verbis:* Is verò ab Honorio patruo, & à ſorore Pulcheria Chriſtianis inſtitutis probè & ſolerter eruditus eſt. *Quin & rerum publicarum adminiſtrationem ab eo tempore attribuit* Pulcheriæ *verbis ſupra num.* 14 *datis; non tamen ſupremam auctoritatem.*

C

aut certè non de ætate, quâ facta eſt imperatrix.

16 *Evincunt id verba, quæ Theophanes quinto poſt anno ſubjicit pag.* 70: Hoc eodem anno Antiochus Perſa è vivis exceſſit (ἐκ πολλῶν χρόνων, *quod aliàs verti poteſt*, amotus eſt:) beatiſſima verò Pulcheria ſupremam & abſolutam rerum adminiſtrationem exercuit. *Ex hiſce clarum mihi videtur, Sozomenum & Theophanem non deſcribere ætatem* Pulcheriæ, *quando renuntiata eſt Auguſta; ſed potiùs quando obiit Arcadius, aut, ſi quis malit hoc ſuſpicari, quando cœpit fratrem inſtituere, aut quando virginitatem vovit: nam Theophanes certè pluſculum ætatis attribuit Sanctæ, quàm habebat moriente patre; cùm tunc duodecimum aut decimum tertium ætatis annum veriſimillimè ageret, ut ſuprà vidimus. Huic epocha Chronicon ipſum Paſchale conſentit ad annum* 450: *nam nubenti eo anno* Pulcheriæ *attribuit annos* 54, *quos tunc habere non potuit, niſi nata ſit anno* 396 *aut* 397.

D

§ III. Utrùm tutela Theodoſii fuerit commiſſa regi Perſarum & exercita per Antiochum: geſta S. Pulcheriæ ſex primis Theodoſii annis.

Arcadius dicitur Iſdegerdem Perſarum regem Theodoſii tutorem conſtituiſſe:

Zonaras lib. 13 *Annalium num.* 22, *ſeu tom.* 2 *pag.* 40 *hæc ſcribit:* Junior autem Theodoſius Conſtantinopoli Pulcheriæ ſororis ſtudio diligenter educabatur & erudiebatur, metu Iſdigerdis Perſarum regis nemine contra eos inſurgente. Nam Arcadius moriens Iſdigerdem in teſtamento filii, pueri adhuc, ut dictum eſt, tutorem ſcripſerat. Quo ille accepto, Antiochum eunuchorum ſuorum principem miſit, cuſtodem & curatorem imperatoris Theodoſii, admonitis per litteras proceribus, ut imperatori ſuo parerent: quod niſi feciſſent, ſe injurias pueri non eſſe neglecturum. *Hanc hiſtoriam primus ſcripſit Procopius Cæſarienſis lib.* 1 *de Bello Perſico cap.* 1, *ubi pluribus verbis exponit, quibus rationibus permotus ſit Arcadius, ut id conſilii caperet. Agathias, qui paulo poſt Procopium ſcripſit, lib.* 4 *ſic loquitur poſt factum breviter relatum:* Hic enim ſermo ab antiquo, poſteritati traditus, plurimùm veluti per manus, poſteritati traditus, plurimùm etiam hodie apud nos invaluit, & apud doctos pariter ac vulgus hominum circumfertur: ſcripto verò aliquo aut hiſtoricorum libris id proditum non reperio, ne in iis quidem, qui de Arcadii morte ſcripſerunt, uno tantùm Procopio rhetore excepto. Neque fanè meo judicio mirum eſt, ad multiſcii hujus viri, quique univerſam, ut uno verbo dicam, hiſtoriam decerpſit notitiam, hanc etiam narrationem ab alio olim conſcriptam perveniſſe, meam verò nequaquam, qui minutiſſima quæque, ſi modò hæc minutiſſima ſunt dicenda, haud nôrim. *Ita Agathias à Vulcanio Latinè redditus pag.* 125, *non omnino aſſerens factum iſtud, neque rejiciens.*

E

F

Tillemontius hiſtoriam illam oppugnat:

18 *Porrò nec Procopius nec Agathias quidquam dicunt de Antiocho Theodoſii curatore conſtituto; ſed id primus addidit Theophanes, quem ſecutus eſt Zonaras, uti deinde etiam Cedrenus tom.* 1 *pag.* 334 *& Nicephorus lib.* 14 *cap.* 1. *Baronius & Pagius ad annum* 408, *aliique ſcriptores ſine ulla dubitatione admittunt, Iſdegerdem tutorem Theodoſii fuiſſe conſtitutum, Antiochumque ab Iſdegerde hac de cauſa Conſtantinopolim fuiſſe miſſum. Verùm Tillemontius tom.* 6 *Imperatorum notâ* 1 *in Theodoſium multis utitur ratiociniis, ut totam illam hiſtoriam reddat ſuſpectam, fabuliſque annumerandam oſtendat. Lubet examinare argumenta hunc in finem allata. Primò, inquit, factum illud tam celebre per annos* 150 *nullus conſcripſit, ne ii quidem, ut obſervat Agathias, qui mortem Arcadii narraverunt. Silent de eo Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Zoſimus, Philoſtorgius,*

uterque

A *uterque Proſper, Marcellinus comes. Reſpondeo, nullum eſſe ex hiſce ſcriptoribus, qui non omiſerunt alia multa relatu digniſſima, ita ut minùs mirandum ſit, ſi illud etiam omiſerint. Quod ſpectat ad Socratem, Sozomenum, Theodoretum & Philoſtorgium, qui ſcripſerunt ſub Theodoſio, factum illud Perſis honorificum facilè omittere potuerunt, ne coram mundo propalarent, quantum Theodoſius regi Perſarum deberet. Quod in brevibus Chronicis Proſperi & Marcellini omiſſum ſit, ne obſervatione quidem eſt dignum. Zoſimi quoque de hiſce ſilentium mirari non poſſumus, cum Hiſtoriam ſuam non perfecerit, & vix leviter Arcadii mortem perſtringat, nihil ferè ſcribat de Theodoſio Juniore.*

argumentis aliquot, quæ non ſunt magni momenti:

19 *Secundò nititur oſtendere Tillemontius, narrari aliqua à Zoſimo & Sozomeno, quæ non cohærent cum tutela Iſdegerdis. Narrat revera uterque Honorium voluiſſe Conſtantinopolim venire, ut Theodoſio proſpiceret; id autem diſſuaſiſſe Stiliconem, qui ipſe eò tendere cupiebat cum agmine militari. Videri de his poteſt Sozomenus lib. 9 cap. 4; & Zoſimus lib. 5 pag. 807. Verùm hæc nequaquam pugnant cum tutela Iſdegerdis, quam Honorius initio, dum meditabatur iter Conſtantinopolitanum, facilè ignorare poterat, aut, ſi noſſet, improbare. Tertia Tillemontii objectio nihilo melior eſt, ſed potiùs manifeſtat, ipſum non rectè intellexiſſe mentem illorum ſcriptorum, qui tutelam Theodoſii attribuerunt Iſdegerdi. Anthemius, inquit, teſte Socrate lib. 7 cap. 1 Orientale gubernabat imperium; non Antiochus, ut Theophanes aſſerit. Reſpondeo nec Theophanem nec ullum alium dicere, talem Iſdegerdi aut Antiocho attributam fuiſſe auctoritatem, ut miniſtros ſtatuerent, quos vellent, aut id eos feciſſe, ſi revera potuerint: ſed curam fuiſſe commiſſam Iſdegerdi, ut proſpiceret incolumitati imperatoris, ne quis ei inſidias ſtrueret, aut res novas moliretur.* Anthemius *igitur ut* præfectus prætorio ſummam rerum *ſub Theodoſio* adminiſtrabat, *ut habet Socrates.* Antiochus *verò, ut habet Theophanes*, imperatoris comitem ubique ſe præbebat. Is verò ab Honorio patruo, *fortaſſe per litteras hortante*, & *maximè* à ſorore Pulcheria Chriſtianis inſtitutis probè & ſolerter eruditus eſt: paxque diu inter Romanos & Perſas traducta, *ſaltem uſque ad obitum Iſdegerdis anno* 520 *defunctum. Hæc omnia aptiſſimè cohærent, & difficultatem non patiuntur.*

B

& quibus non evincit pro fictitia habendam eſſe.

20 *Præterea certum eſt, Antiochum aliquem fuiſſe potentem in aula Theodoſii junioris. Quippe S. Iſidorus Peluſiota epiſt.* 36, *quam inſcribit* Antiocho eunucho palatii, *ut habet Græca inſcriptio, eidem commendat juſtitiam, & de potentia ipſius ita loquitur:* Ac quoniam non modò imperii miniſter es, ſed ipſum etiam arbitratu tuo ac libitu moderaris *&c. De eodem Antiocho, ut ipſe exiſtimat Tillemontius, loquitur Syneſius in Epiſtola* 110, *dum dicit:* Poteſt autem Antiochus, quæcumque vult. *Hunc eumdem quoque aſſerit potentem fuiſſe* apud Narſen Perſam, *& ab eo tempore manſiſſe potentem. Si ergo Antiochus in aula Theodoſii potens fuit, idemque potens apud Perſas; qua de cauſa neganda eſt hiſtoria à tot ſcriptoribus à ſeculo* VI *conſcripta? Ego certè non capio, cur malit Tillemontius ſuſpicari, Antiochum hunc ex Perſide ultro veniſſe ad ſervitium Theodoſii, indeque totam hiſtoriam fuiſſe confictam, quàm eò miſſum eſſe ab Iſdegerde, ſicut Theophanes alii-*

C

que ſcripſerunt. Certè magis veriſimilis eſt tanta ipſius potentia, ſi ut curator & tutor Theodoſii miſſus eſt ab Iſdegerde, qui perpetuam cum Theodoſio pacem ſervavit, quàm ſi privato tantùm conſilio ad aulam Theodoſii ſe contulit. Itaque non ſufficiunt objectiones Tillemontii, ut totam illam hiſtoriam de tutela Theodoſii delata Iſdegerdi pro fictitia habeamus, præſertim cùm talis ſit naturæ, ut mirum non videatur, omiſſam eſſe à variis ſcriptoribus Græcis; ſed contrà maximè eſſet mirandum, ſi in gratiam regis Perſarum fuiſſet conficta. AUCTORE J. S.

S Pulcheria virginitatem Deo vovet, votumque inſigni dono firmat,

21 *Quid interim fecerit* S. Pulcheria, *Sozomenus lib. 9 cap. 1 ita enarrat:* Ac primùm quidem ſuam ipſius virginitatem Deo conſecravit, & ſorores ſuas ad idem vivendi genus informavit, ne quem alium virum in palatium introduceret, utque æmulationis & inſidiarum occaſionem omnem excluderet. Denique ut ea, quæ decreverat, ampliùs confirmaret, Deumque ac ſacerdotes, & ſubditos omnes, teſtes haberet actorum ſuorum, ex auro & pretioſis lapidibus admirabile quoddam donarium, operum, quæ ſpectantur, longè pulcherrimum, ſacram menſam in eccleſia Conſtantinopolitana, pro virginitate ſua & pro fratris imperio dedicavit. Et in fronte ipſius menſæ, ut cunctis conſpicua eſſent, hæc eadem inſcripſit. *Hæc omnia Tillemontius in* Pulcheria *narrat poſt annum* 414, *quo declarata eſt Auguſta; quia, opinor, credidit non convenire ætati, quam ipſe* Pulcheriæ *attribuit ex Marcellino. Verum Sozomenus hæc clarè præmittit, ejuſque teſtimonio longè rectius hic ſtabimus, quam aſſertis Marcellini de anno natali, jam ſuprà refutatis; præſertim cùm ne veriſimile quidem ſit, imperium delatum fuiſſe* Pulcheriæ *priuſquam virginitatem voviſſet.*

E

fratrem Theodoſium inſtituere,

22 *Quæ deinde ſequuntur apud Sozomenum de inſtructo Theodoſio, ſtatim à morte Arcadii utcumque cœpta exiſtimo, ut Theophanes innuit ita ſcribens:* Theodoſio in imperatorem accepto, ſoror ejus Pulcheria quindecim annorum virgo Dei conſiliis ac ductu publicas res egregiè adminiſtrabat, . . . & ut ſapientiſſima divinamque mentem à natura conſequuta fratrem Theodoſium inſtruxit, præ cunctis nimirum pietatem in Deum haberet *&c. Philoſtorgius etiam lib.* 12 *num.* 7 *inſinuat, aliquantum fuiſſe auctoritatis* Pulcheriæ *ſimulatque obiit Arcadius, dum hæc ſcribit:* Mortuo Arcadio, Orientalis imperii ſucceſſor Theodoſius filius ejus, juvenis admodùm exiſtens, deſignatur. Aderat verò ipſi & Pulcheria ſoror, imperiales diſpoſitiones adjuvans & dirigens. *Ex iſtis omnibus mihi perſuadeo*, S. Pulcheriam *non quidem auctoritate præcipua valuiſſe eo tempore; ſed nec omni etiam auctoritate caruiſſe, & qualemcumque curam inſtituendi fratrem ei jam tunc fuiſſe demandatam; paulatim tamen cum ætate auctoritatem Sanctæ creviſſe.*

F

& res imperii adminiſtrare incipit, priuſquam creatur auguſta.

23 *Crevit hæc maximè per mortem aut receſſum Antiochi Perſæ, de quo Theophanes ad annum quintum Theodoſii ita ſcribit:* Hoc eodem anno Antiochus Perſa è vivis exceſſit (*Græcè* ἐκ πολέμων γέγονε, *id eſt*, è medio ſublatus, *ſeu* mortuus, *aut etiam* amotus eſt) beatiſſima verò Pulcheria ſupremam & abſolutam rerum adminiſtrationem exercuit. *Dubitari meritò hîc poteſt, an* Pulcheria *eodem tempore, quo Antiochus ille abſceſſit, declarata fuerit auguſta: nam, etſi annus quintus Theodoſii non congruat cum an-*

AUCTORE J. S.

no 414, *quo Auguſtam declaratam ſcribunt Marcellinus & auctor Chronici Paſchalis, ſuſpicio eſſe poteſt, Theophanem per* abſolutam rerum adminiſtrationem *intelligere dignitatem ſupremam ipſi collatam, cùm poſtea illius collationis non meminerit. Si revera id voluerit Theophanes, aut uno anno ipſe factum prævenit, aut alii juſto ſeriùs Auguſtam creatam dixerunt. Verùm probabilius mihi videtur, adminiſtrationem imperii ſine titulo auguſtæ anno* 413 Pulcheriæ *demandatam fuiſſe; imperium verò ipſum eidem delatum eſſe anno* 414, *poſtquam ejus induſtria magis jam magiſque erat probata.*

§ IV. Auguſta creata, prudenter præeſt: fratris & ſororum inſtructio: omnium pietas, & ordinarius vivendi modus: S. Attici ad ſorores Opuſculum: uxor Theodoſio data Eudocia.

B

Annos nata ferè 18. *auguſta renuntiatur: tum imperium rectè adminiſtrat.*

C *Hronicon Paſchale ad annum* 414, *ſive* Ind. XII, Conſtantio & Conſtante Coſſ., *ita habet:* His conſulibus Pulcheria ſoror Theodoſii Junioris auguſti nobiliſſima, auguſta renuntiata eſt menſe Panemo, *id eſt*, quarto Nonas Julias. *De anno conſentit Marcellinus, ſed diem omittit. Erat tunc ætate octodecim ferè annorum ſecundum dicta ſuperiùs de anno natali. Sozomenus lib.* 9 *cap.* 1 *ipſius adminiſtrationem laudat his verbis:* Poſtquam verò principatûs curam ſuſcepit, orbem Romanum optimè ac decentiſſimè gubernavit: quippe quæ rectè conſuleret, & conſulta celeriter exſequeretur ac ſcriberet. Nam & loqui & ſcribere eleganter callebat, tam Græco, quàm Latino ſermone. Omnium verò, quæ gerebantur, laudem ad fratrem referebat. Dabatque operam, ut diſciplinis ad ætatis captum accommodatis, regaliter quantùm fieri poſſet, educaretur. Et artem quidem equitandi, armorum quoque ac litterarum ſcientiam, ab hujuſmodi rerum peritis diſcebat. Ut verò in proceſſibus graviter ac pro imperatoria majeſtate ſe gereret, à Sorore inſtituebatur: quomodo veſtem geſtare deberet: quomodo ſedendum, & qualiter incedendum eſſet: quomodo riſum continere, & pro loco ac tempore nunc mitis, nunc formidabilis eſſe deberet, & eos, qui ab ipſo aliquid peterent, decenter audire.

C

fratremque ad pietatem inſtituit: aliæ inſignes virtutes, Sanctæ,

25 Sed præcipuè eum ad pietatem informabat, aſſuefaciens illum ut aſſiduè oraret, & eccleſias adiret; eaſque donariis ac pretioſis muneribus ornaret: ut ſacerdotes, omneſque viros bonos, & eos, qui ex Chriſtianorum legibus atque inſtitutis philoſopharentur, in pretio haberet. Præterea cùm per adulterina dogmata relligio turbanda eſſe videretur, ipſa ſtudioſè ac ſapienter proſpexit. Certè quod novæ hæreſes noſtra ætate minimè prævaluerint, illam in cauſa fuiſſe reperiemus, ſicut in ſequentibus cognoſcetur apertiùs. Porrò cùm Deum maxima relligione coleret, prolixum fuerit recenſere, apud quos illa, & quot eccleſias magnificè conſtruxerit: quot diverſoria pauperum ac peregrinorum; quot denique monaſteria conſtituerit, perpetuis ſumptibus ad hæc deſtinatis, & annonâ ad alendos eos, qui illic manerent. Quod ſi quis ex rebus ipſis veritatem ſcrutari malit, quàm verbis meis credere, inveniet profectò, me nec falsò, nec ad gratiam iſta ſcribere: dum harum rerum notitiam, à procuratoribus bonorum illius perſcriptam legerit, & ex ſcriptis exploraverit, num res ipſæ cum verbis noſtris conſentiant. Si cui verò hæc per ſe ſola non ſufficiunt; at certè Deus illi fidem faciat; qui illam ob vitæ ſanctimoniam adeo caram habet & acceptam, ut eam orantem celeriter exaudiat, ac ſæpenumero quæ gerenda ſunt, ei prænuntiet. Neque enim Dei amorem ac benevolentiam hominibus unquam conciliari dixerim, niſi illi operibus ſuis dignos ſe amore illo præſtiterint. *Hactenus Sozomenus breviter multa accumulans; ſed aliqua ex illis deinde magis explicabuntur.*

D

quæ & ſorores ſuas virginitatem ſervare docuit:

26 *Non modò Theodoſium, ſed etiam ſorores, Arcadiam & Marinam, à* S. Pulcheria *ad pietatem fuiſſe inſtitutas, jam ſuprà vidimus. Quàm autem felix fuerit illa inſtitutio, liquet ex variis ſcriptoribus. Sozomenus lib.* 9 *cap.* 3 *modum vivendi omnium his verbis explicat:* Nam & illæ (Pulcheria *ejuſque ſorores*) idem vivendi genus inſtitutumque ſectantur. Erga ſacerdotes ac ſacras ædes promptæ ac ſedulæ: in peregrinos, egentes ac pauperes munificæ. Menſa ut plurimùm eadem eſt omnibus, idemque proceſſus. Noctu atque interdiu hymnos Deo ſimul canunt. Et prout honeſtarum mulierum conſuetudo eſt, texendi & hujuſcemodi operum ſtudioſæ ſunt. Otium enim ac deſidiam, quamvis auguſtæ, & in imperio natæ atque educatæ, ſacra virginitate, quam profitentur, indignam eſſe cenſuerunt, & à vita ſua procul amandârunt. Qua de cauſa cùm Deus manifeſtè propitius eſſet, earumque domum præſidio ſuo tueretur, imperatoris quidem & ætas & imperium in dies creſcebat. Inſidiæ verò & bella, quæcumque adverſus illum conflata erant, ſua ſponte diſcutiebantur. *Hoc ultimum deinde variis exemplis probare nititur, uti & Socrates aliique faciunt. Theodoretus lib.* 5 *cap.* 36 *hiſce conſentiens, ait:* Nam & piam educationem ei (*Theodoſio*) *Deus* præſtitit, & imperium vacuum à ſeditionibus ac tumultibus donavit, & tyrannica *aliorum* conſilia repreſſit.

E

F

Theodoſii ejuſque ſororum pietas, aliæque virtutes,

27 *Deinde Theodoſii & ſororum pietatem ita celebrat:* Memor itaque beneficiorum, Auctorem ſuum aſſiduè laudibus celebrat: comites autem hymnorum habet ſorores ſuas, quæ perpetuam virginitatem colunt, & ſacrorum oraculorum meditationem pro ſummis deliciis habent, & quæ egentium neceſſitatem theſaurum tutiſſimum arbitrantur. Porrò imperator ipſe, tum aliis multis dotibus eſt ornatus, tum præcipuè clementiâ ac manſuetudine, & animi tranquillitate, quæ nulla tempeſtate turbatur: ad hæc ſincera & probata fide. *Hæc veriſſima erant de Theodoſio, quamdiu ſanctæ Sororis auctoritas apud ipſum prævaluit. Socrates lib.* 7 *cap.* 22 *Theodoſii virtutes, ac præcipuè clementiam ac pietatem inſigni commendat elogio. Aliqua ex illis, quæ haud dubiè* S. Pulcheriæ *debuit, huc transfero:* Primùm igitur, tametſi in imperio natus atque educatus ſit, nihil ſtuporis ac vecordiæ ex illa educatione contraxit: verùm adeo prudens ſemper fuit, ut iis, qui cum ipſo colloquebantur, plurimarum rerum ſcientiam uſu

ac

A ac peritiâ collegiſſe videretur : fortitudo verò ac tolerantia tanta in eo fuit, ut algorem pariter & æſtum generoſo animo ſuſtineret : jejunaret etiam frequentiſſimè, ac præſertim quartâ & ſextâ feriâ.

quæ ortæ videntur ex inſtitutione Pulcheriæ ; Opuſculum S. Attici ad ſorores.

28 Idque agebat, Chriſtianæ Relligionis ritus accuratè obſervare contendens. Denique palatium ſuum ſic inſtituit, ut à monaſterio non multùm diſcreparet. Matutino tempore ipſe unà cum ſororibus ſuis hymnos in Dei laudem alternis recitare conſueverat. Proinde ſacræ Scripturæ libros memoriter callebat. Et cum epiſcopis, qui ipſum adierant, tanquam veteranus quidam ſacerdos de iiſdem differebat. In colligendis autem divinis libris eorumque interpretibus, longè majorem adhibuit diligentiam, quàm Ptolomæus olim Philadelphus. Clementiâ verò atque humanitate omnes mortales longo intervallo ſuperavit. *Plura de Theodoſii ejuſque ſororum pietate afferri poſſunt. At hæc ſufficiunt, ut quilibet perſpicere poſſit, quanto cum fructu prudentiſſima* Pulcheria *ad pietatem omnes erudierit. Ad hanc, quoque curam acceſſit S. Atticus, qui tum præerat eccleſiæ Conſtantinopolitanæ : ad alendam enim* Pulcheriæ *ejuſque ſororum pietatem, Opuſculum aliquod ad eas direxit, de quo ita Marcellinus comes ad annum* 416 : Atticus Conſtantinopolitanus epiſcopus ſcripſit ad reginas, Archadii imperatoris filias, de fide & virginitate libellum valde egregium, in quo præveniens Neſtorianum dogma impugnat. *Gennadius in Catalogo illuſtrium virorum iiſdem ferè verbis illud Opuſculum Attici memorat. Verùm Opuſculum iſtud ad noſtra uſque tempora non fuit conſervatum.*

B

Pulcheria de nuptiis Theodoſii ſollicita ob ingenii præſtantiam,

29 *Porrò ubi ad eam ætatem pervenerat Theodoſius, ut de matrimonio contrahendo cogitaret, auxiliatricem quoque hîc habuit* S. Pulcheriam : *nam conjugium Theodoſii cum Athenaïde attribuitur curæ & ſtudio* S. Pulcheriæ. *Hanc verò uxorem Theodoſio datam eſſe à* Pulcheria *propter excellentes naturæ & inſtitutionis dotes, clare colligitur ex iis, quæ de ea referunt ſcriptores.* Erat enim admodùm erudita, utpote Leontii Athenienſis ſophiſtæ filia, à patre edocta & in omni litterarum genere inſtituta, *inquit Socrates lib. 7 cap. 21, ubi præmiſerat :* Ipſa quin etiam imperatoris uxor heroïco verſu poëmata compoſuit. *De eruditionis laude conſentiunt & alii ſcriptores, ac de carminibus ab Eudocia eleganter ſcriptis videri poteſt Photius in Bibliotheca pag.* 414 *& ſeq. Itaque dubitare non poſſumus, quin ob ingenii eruditioniſque præſtantiam* S. Pulcheriæ *præ ceteris placuerit Eudocia, ab eaque Theodoſio propoſita ad nuptias.*

C

Athenaïdem philoſophi filiam, quæ priùs baptizatur & Eudocia vocatur, eidem eligit :

30 *De anno nuptiarum diſſentiunt utcumque ſcriptores. Theophanes aſſignat annum* XI *Theodoſii, id eſt, annum æræ Chriſtianæ* 418 *aut* 419. *Chronicon Alexandrinum narrat adventum Athenaïdis ſub conſulibus anni* 420 : *ſed nuptias, ſicut etiam Marcellinus, differt uſque ad annum* 421. *At, quidquid ſit de anno nuptiarum, conſilio* Pulcheriæ *contractas eſſe, Theophanes aſſerit, ita ſcribens :* Hoc anno Leontii philoſophi filiam, Athenaïdem nomine, baptizavit Atticus, quam & Eudociam appellavit. Illa corporis elegantiâ, animi ſolertiâ, & facundiâ ſermonis cùm excelleret, Theodoſio Pulcheriæ conſiliis nupſit. *Socrates de baptiſmo conſentit his verbis :* Hanc cùm imperator Theodoſius uxorem ducturus eſſet, Atticus epiſcopus Chriſtianam fecit, & in baptiſmo pro Athenaïde Eudociam nominavit. *Addo Evagrium lib. 1 cap. 20 de hiſce nuptiis breviter ſcribentem :* Porrò Theodoſius Eudociam, domo Athenienſem, formâ elegantem, nec ignaram artis poëticæ, interventu Pulcheriæ auguſtæ ſororis ſuæ uxorem duxit, cùm illa ſalutari lavacro priùs tincta fuiſſet. AUCTORE J. S.

occaſio, quâ illa dicitur ad Pulcheriam venisse.

31 *Occaſionem harum nuptiarum non expoſuerunt ſcriptores ſynchroni aut ſuppares. At Chronicon Alexandrinum ſatis prolixam de ea narrat hiſtoriam, quæ non videtur tam certa quàm mirabilis. Alii tamen Græci eamdem quoque narrârunt. Zonaras tom. 2 pag.* 40 *compendiosè rem ita refert :* Jam pubeſcenti (*Theodoſio*) ſoror Pulcheria Eudociam Athenienſem deſpondet, forma excellenti præditam, & omni doctrinæ genere perpolitam. Erat ea Leontii cujuſdam Athenienſis philoſophi filia, & Athenaïs nominabatur : qui cùm eam ſplendidam fortunam conſecuturam ex arte cognoviſſet ; teſtamento ſuas opes duobus filiis reliquerat, Valerio & Geneſio, filiæ tantùm centum aureis legatis, hac adjecta clauſula, quòd fortuna ejus ſuffectura ei eſſet. Fratres igitur, patrimonio E ſibi vendicato, Athenaïdem legitimam ſuam poſtulantem paternis etiam ædibus exegerunt. Quâ matertera ſuſceptâ & Conſtantinopolim perducta, causâ expoſitâ, Pulcheriæ ſupplicant. Quæ cùm puellam formoſiſſimam & integra ætate eſſe vidiſſet, rogat, ân adhuc viri expers eſſet ? Eo cognito, baptizat rudem adhuc Chriſtianæ religionis, & mutato ejus nomine in Eudociam, fratri Theodoſio deſpondet, diademate ornat, & auguſtam appellat. *In Chronico Alexandrino pater Eudociæ vocatur* Heraclitus, *fortè quia duo habebat nomina, ibique Eudocia dicitur auguſta declarata anno* 423.

§ V. De geſtis S. Pulcheriæ contra Neſtorium, & pro felici exitu concilii Epheſini.

F

Præcipua Sancta laus eſt defenſio Eccleſiæ contra hæreticos.

INter *præcipuas* S. Pulcheriæ *virtutes numeratur fervens ſtudium Eccleſiam & fidem Catholicam defendendi contra hæreticorum inſultus, ut clarum fiet ex litteris S. Leonis aliorumque, quas ſuis locis recitabimus. Hinc ſanctis* Pulcheriæ *conſiliis meritò attribui poſſunt leges plurimæ, quas Theodoſius tulit pro Eccleſia, & contra idololatriam, contra Judæos, contra hæreticos antiquos & recentes. Verùm, cùm illa propriè ſpectent ad hiſtoriam Theodoſii, eique ut imperatori fuerint adſcripta ; ſolùm ea commemorare ſtatui, quæ Sancta piè, prudenter & fortiter egit contra hæreſes Neſtorii & Eutychis, ſuo tempore Conſtantinopoli natas. Suidas in Lexico pag.* 578 *ita habet :* Pulcheria Neſtorium adeo oderat, ut (*Neſtoriani,*) qui illum amabant, rumorem ſpargerent, ideo Pulcheriæ Neſtorium exoſum eſſe, quòd Neſtorius Pulcheriam criminatus fuiſſet ob inceſtum cum fratre ſuo Theodoſio imperatore commiſſum. Et propterea illa illum tanto odio proſequebatur. *Ejuſmodi criminationes hæreticorum caſtiſſimæ Virgini æquè ſunt laudi quàm elogia Catholicorum : nam calumniæ illæ omni carent fundamento verique ſimilitudine, ac luculenter oſtendunt,*

AUCTORE J. S.

dunt quantopere ſancta Imperatrix impietatem Neſtorii averſaretur.

Neſtorius hæreſiarcha faventem initio habuit Theodoſium, non verò Pulcheriam,

33 *Neſtorius ille anno 428 per Theodoſium imperatorem ad epiſcopatum Conſtantinopolitanum evectus eſt tamquam probè Catholicus: ſed non multò pòſt hæreſim ſuam, eruditis paſſim notam, docere ac propalare cœpit, multis indignantibus & ſe ſtatim opponentibus. At Theodoſius ipſe videtur initio faviſſe Neſtorio. Certè Baſilius diaconus & archimandrita cum ſuis, quos Neſtorius perſequebatur, in Supplicatione ad Theodoſium & Valentinianum imperatores apud Labbeum tom. 3 Conciliorum col. 329 ita loquitur de Neſtorio:* Et, ut liberè, quod res eſt, dicamus, veſtra quoque dominatione fretus, hæc facit. *Verumtamen non videtur Theodoſius dogmati Neſtoriano conſenſiſſe, ſed tantùm utcumque faviſſe Neſtorio necdum ſatis cognito. Non ſic imponere ſanctæ Imperatrici potuit hæreſiarcha: certè nulla eſt ratio, cur ſuſpicemur* S. Pulcheriam *unquam hypocriſi illius fuiſſe deceptam: nam Cyrillus mox laudandus eam ait ornatam eſſe* fide recta nullamque in partem vacillante; *cùm idem tamen non ita loqueretur illo tempore de Theodoſio. Hæc fortaſſe fuit ratio, cur S. Cyrillus Alexandrinus, qui ſe cum Cœleſtino Papa vehementer Neſtorio opponebat, anno 430 alterum ſcriptum direxerit ad Theodoſium, alterum ad reginas virgines, inter quas principem locum tenebat* Pulcheria. *Utrumque eſt de recta fide contra Neſtorii dogmata. Utrumque exſtat apud Labbeum tom. 3 Conciliorum, nimirum col. 46 & ſeq., ac col. 106 & ſeq.*

ad quam ejuſque Sorores contra dogmata Neſtorii ſcribit S. Cyrillus,

34 *Initium illius, quod ad* S. Pulcheriam *duaſque ipſius ſorores dirigitur, huc transfero, ut videat ſtudioſus lector, quanti earum virtutes faceret S. Cyrillus.* Sanè vos ſacras caſtiſſimaſque Chriſti omnium noſtrûm Salvatoris ſponſas (religioſiſſimæ, ac Deo dilectiſſimæ Imperatrices) orbis terrarum ornamentum, ſanctiſſimarumque eccleſiarum decus optimo jure quiſpiam appellârit: in quibus nimirum omne virtutum genus, omniſque ornatus divinæ Majeſtatis oculis gratus acceptuſque mirificè ſplendet. Neque his opibus contentæ, omnem quoque curam omneque ſtudium adhibetis, quò fide recta, nullamque in partem vacillante excellatis; memores haud dubiè illius, quod ſapientiſſimus myſteriorum Chriſti diſpenſator, gentiumque doctor
C Paulus ſcribit: Itaque, fratres mei dilecti, ait, ſtabiles eſtote & immobiles, abundantes in opere Domini ſemper: quandoquidem ubi fides recta & inculpata cum bonarum actionum honeſtate conjungitur, æquabilique niſu & curſu cum illis copulatur; ibi omnis boni perfectio ſanctificationiſque integritas comperitur. Quapropter nos gloriæ & celebritati veſtræ parem orationis dignitatem afferre non poſſe ingenuè fatemur, nec erubeſcimus: unde & veniâ quoque digni meritò cenſebimur, ſi ea laudare veremur, quorum excellentiam nos aſſequi poſſe non putamus. Ac ſiquidem id, quod præſtare deſideramus, cum laude præſtandi facultatem haberemus, jure profectò accuſaremur, ſi de infirmitate noſtra anxiè nimis cogitantes, cunctantiùs ageremus: neque ignaviæ crimen liceret effugere, utpote qui ſilentio utentes, iis, quos ob virtutem meritis laudum præconiis exornare debueramus, moleſtiam potiùs triſtitiamque pareremus. Ceterùm quando jam antea de imbecillitate noſtra in dicendo, timoreque conqueſti confeſſique ſumus, noſque oneri tanto impares declaravimus; vos magis ſilentii hujus culpam ſuſtinebitis, quæ illuſtres adeo, adeoque conſpicuæ eſtis, ut veſtræ virtutes ac rectè facta omnium oratorum eloquentiam longè vincant. D

earum fidem aliaſque virtutes inſigni celebrans elogio.

35 Nam & regium veſtrum genus jam inde ab exordio longa temporum ſerie hucuſque eſt propagatum, & ulteriùs, ut credimus, in poſterum adhuc propagabitur: nec non Chriſti regnum capeſſere, & ea, quæ illi grata ſunt, facere & ſentire ſtudetis; partim quidem præclaris actionibus, inculpataque fide, ut paulò antè dicebamus, præſtantes; partim veſtras regiaſque aulas virginitatis gloriâ condecorantes, partim denique ſumptuoſiſſima templa Chriſto excitantes. Nam & hoc quoque pietatis ſtudium inter cetera ille ſanctis veſtris animis impertitus eſt. Igitur, ut ex ſacris Literis aliquid quoque depromam, Gaudete in Domino ſemper: iterum dico gaudete. Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Imò verò jam dudum illa apud omnes civitatum & regionum omnium homines divulgata percrebuit; neque ſecus ferè atque tabella quædam depictam in ſe pietatis in Chriſtum venuſtatem gerens, latéque reſplendens, omnium admirationem excitavit. Ratus ſum autem nonnullum operæ precium me facturum, ſi vobis verè ſanctis Chriſti ſponſis (quamquam ad quodvis opus bonum abundè inſtructæ videamini) libellum hunc non ita pridem à me elaboratum, velut ſpiritale quoddam xenium nuncuparem: qui quidem non contemnendum, ut opinor, lectoribus allaturus eſt utilitatis fructum. *Hactenus S. Cyrillus, qui prolixam deinde diſputationem ſubjungit. Ne quis verò ſuſpicetur, aliqua exaggeratione, ne dicam adulatione, uſum eſſe Cyrillum, legat ejuſdem præfationem ad Theodoſium, ſatiſque advertet, nec virtutes Theodoſii, nec ſtudium rectæ fidei ſic extolli, ita ut Cyrillus de fide ipſius tunc videatur dubitâſſe ob favorem Neſtorio præſtitum. Quapropter de Neſtorii dogmatibus intelligi poſſunt verba Sozomeni lib. 9 cap. 1, ubi de* Pulcheria *ait:* Præterea cùm per adulterina dogmata religio turbanda eſſe videretur, ipſa ſtudioſè ac ſapienter proſpexit. Certè quòd novæ hæreſes noſtra ætate minimè prævaluerint, illam in cauſa fuiſſe reperiemus, ſicut in ſequentibus cognoſcetur apertiùs. *Si haberemus, quæ hîc promittit Sozomenus, clarè perſpiceremus, quantùm contrà hæreſim Neſtorianam laboraverit: at ea in Hiſtoria Sozomeni non reperimus, quia aliqua ipſius ſcripta exciderunt.* E F

Cyrillus eodem tempore librum ſcribit ad Theodoſium, qui illud ægrè fert:

36 *Porrò ex libello ad Theodoſium num. 4 liquet, hunc fuiſſe etiam compoſitum pro imperatricibus Eudocia &* Pulcheria, *de qua ultima ſic loquitur Cyrillus:* Altera verò inter virgineas gemmas adoleſcens (*Græcè* συναχμάζουσα vigens *aut* florens) regni veſtri præclariſſimi curas vobiſcum communes habet. *Attamen, cùm liber alter ſoli* Pulcheriæ *ejuſque ſororibus ſcriptus eſſet; hunc pro ſe conjugeque ſua, alterum pro* Pulcheria *ſcriptum Theodoſius credidit, idque ægrè admodùm ſe ferre, inſinuat in litteris ad Cyrillum apud laudatum Labbeum col. 433. Etenim Cyrillum acriter perſtringit, eumque accuſat, acſi credidiſſet diſſidium eſſe inter ſe &* Pulcheriam, *aut illud excitare vellet:* Neque mirum eſt ſanè, *inquit*, eum, qui modum exceſſit, iis conatus ſuos non definiviſſe, quæ ad eccleſias & ſacerdotes ſpectant; ſed de nobis ipſis quoque quiddam pietate noſtra indignum credidiſſe. Nam niſi aliquod inter nos diſ-

ſi-

A *ſiſium eſſe putâſſes, aut certè aliquid ejuſmodi ex litteris tuis oriturum ſperâſſes; cur, obſecro, alia privatim ad nos & ad Eudociam religioſiſſimam conjugem meam, alia verò ad Pulcheriam ſororem meam auguſtam, eamdemque pietatis ſtudioſiſſimam perſcripſiſſes? Reſpondit poſtea S. Cyrillus ad illam Theodoſii epiſtolam per libellum apologeticum, quem edidit idem Labbeus col. 1028 & ſeq.; ibique affirmat, non fuiſſe corruptam Theodoſii fidem. Attamen ex dictis liquet, Neſtorium ipſum nimis fuiſſe carum Theodoſio, donec eſſet damnatus in conſilio Epheſino.*

alter Cyrilli liber ad Pulcheriam ejuſque Sorores.

37 *Verùm* S. Pulcheria *rectiùs excepit doctrinam S. Cyrilli, ita ut & alterum de eadem materia librum ad reginas direxerit ſanctus doctor. In hoc apud Labbeum col. 227 ipſas ſic alloquitur:* Quomodo abſurdum non fuerit apud vos ſilere, piiſque veſtris auribus ſacrarum Litterarum notitiam, veluti dulcem quemdam vivificumque laticem nolle ſubinde inſtillare? .... En ergo, reginæ pietatis amantiſſimæ, librum, quem de recta & inculpabili in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum fide, qualis veſtra eſſe B debet, conſcripſi, vobis offero. Decet enim vos, ſanctimoniæ & pietati apprimè addictas, unà cum ſummo regni faſtigio caritatis quoque, quæ eſt in Chriſtum, coronâ redimiri. Hæc enim venerandis veſtris verticibus jam aptata eſt, & univerſorum Dominus glorià numquam periturâ vos condecorat. Attamen quò magis etiam condecoremini Chriſti myſterium exactâ & nequaquam adulteratâ notitiâ percipientes, oratiunculam compoſui *&c. Tillemontius tom. 14 in S. Cyrillo art. 32 aſſerit, hunc librum à Cyrillo directum fuiſſe ad* Pulcheriam *& Eudociam. Ita & ego exiſtimarem, ſi ſolus hic liber* ad reginas *inſcriptus exſtaret, cùm ſorores* S. Pulcheriæ *non videantur umquam* Auguſtæ *ſive* imperatrices *fuiſſe dictæ. Verùm cùm in libro præcedente iiſdem titulis inſigniverit* Pulcheriam *ejuſque ſorores, quibus in ſecundo utitur Cyrillus, ac uterque liber inſcriptus ſit.* Ταῖς ὁσιωτάταις βασιλίσσαις, religioſiſſimis reginis, *aut potiùs* imperatricibus; *non video, cur credere debeamus, utrumque librum ad eaſdem non fuiſſe directum.*

C *Cùm turbæ magnæ eſſent in concilio Epheſino, ubi damnatus eſt Neſtorius;*

38 *Non lubet examinare totam hiſtoriam concilii Epheſini, in quo Neſtorius condemnatus eſt, ſed non ſine turbis graviſſimis, & periculis Catholicorum epiſcoporum, quòd Neſtorius potentes haberet fautores, multùmque diſſenſionis eſſet inter ipſos præſules Catholicos. Videri poſſunt, quæ de iis apud nos diſputata ſunt ad* XXVIII *Januarii in S. Cyrillo Alexandrino. Illud conſiderare ſolùm hîc placet, quantum pietas ac prudentia* S. Pulcheriæ *profuiſſe videatur ad felicem concilii exitum: nam ſcriptores plerique ipſius induſtriæ attribuunt, quòd Theodoſius, diu per fautores Neſtorii deceptus, oculos tandem aperuerit, parteſque Catholicorum defenderit; quódque Eccleſia Catholica de impietate triumphaverit.*

Pulcheria pro felici exitu concilii operam

39 *S. Leo Magnus, teſtis certò omni exceptione major, in Epiſtola ad* Pulcheriam (*quæ* 39 *eſt in editione Pariſienſi anni* 1618, *at in nova editione anni* 1675, *quam ut pleniorem laudabo, modò eſt* 59) *ad Sanctam ita ſcribit:* Quod ſemper de ſancta pietatis veſtræ mente præſumpſimus, id pleniſſimè experiendo cognovimus, Chriſtianam fidem, quamvis diverſis pravorum appeteretur inſidiis, vobis tamen præſentibus, & in defenſionem ejus à Domino præparatis, non poſſe turbari. Non enim Deus aut ſuæ miſericordiæ * Sacramentum, aut veſtri laboris deſerit meritum, quo dudum ſubdolum ſanctæ Religionis hoſtem ab ipſis viſceribus Eccleſiæ depuliſtis, cùm hæreſim ſuam tueri impietas Neſtoriana non potuit, quia non fefellit Famulam & Diſcipulam veritatis, quantum ſimplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. *Hæc ſanctus Leo, poſtquam Eutychiana hæreſis ejuſdem Sanctæ operâ erat damnata, ideoque* Pulcheriæ *attribuit* per omnes mundi partes, in quibus Domini Euangelium prædicatur, duplicem jam & palmam... & coronam. *Plura ſuis locis aliæ Leonis Epiſtolæ dabunt, ex quibus idem ſatis colligitur.* AUCTORE J. S.

* *al.* fidei

40 *Hinc etiam in ſynodo Chalcedonenſi apud Labbeum tom. 4 col. 102 multi epiſcopi clamabant:* Auguſta Neſtorium ejecit: multos annos Catholicos (*Græce* Catholicæ) Auguſtæ. *Et rurſum Actione 5 col. 557:* Auguſta Neſtorium expulit. *Conſentit Sozomenus ſuprà laudatus, dum dicit ipſam in cauſa fuiſſe,* quòd hæreſes... minimè prævaluerint. *Epiſtola Epiphanii ad S. Maximianum Neſtorii in ſede Conſtantinopolitana ſucceſſorem, edita à Baluzio in Supplemento conciliorum col. 907, oſtendit* S. Pulcheriam *ſe etiam periculo expoſuiſſe. Etenim cùm diſſenſio inter S. Cyrillum Alexandrinum & Joannem Antiochenum necdum ſublata eſſet, & Joannes Neſtorium necdum voluiſſet damnare, rogat Maximianum Epiphanius, ut apud* Pulcheriam *pro Cyrillo agat, hiſque utitur verbis:* Feſtina igitur & tu ipſe, ſanctiſſime, ſupplicare dominæ ancillæ Dei Pulcheriæ auguſtæ, ut iterum ponat animam ſuam pro Domino Chriſto (puto enim quòd nunc non ſatis curet pro ſanctiſſimo fratre veſtro Cyrillo...) ut ſcribat increpativè Johanni, quò nec memoria illius impii (*Neſtorii*) fiat; ſcribatur verò & magnificentiſſimo Ariſtolao, ut inſtet ei (*Joanni*) celeriter: *Ex his verbis colligo primò,* S. Pulcheriam *tam fortiter egiſſe contra Neſtorium, ut res non careret periculo, ſive quòd Theodoſii odium ſic potuiſſet incurrere, ſive alia de cauſa.* D *dedit occaſionem ut Neſtorius damnaretur*

41 *Secundò ex hiſce etiam patet, S. Cyrillum maximè allaborâſſe apud* Pulcheriam, *ut ipſa curaret Neſtorium quoque damnandum à Joanne Antiocheno, & Orientalibus ipſi adhærentibus, quò pax cum iis concludi poſſet. Etenim non ſolùm Epiphanius Cyrilli archidiaconus ea de re ſcripſit ad Maximianum, ſed ipſe quoque Cyrillus ad* S. Pulcheriam, *quemadmodum in eadem epiſtola legitur his verbis:* Scriptum eſt à domino meo fratre veſtro (*Cyrillo*) & dominæ ancillæ Dei reverentiſſimæ Pulcheriæ. *Præterea Epiphanius rogat Maximianum, ut Chryſoretem præpoſitum, qui potens erat apud Theodoſium, & qui Neſtorio favere pergebat,* per Pulcheriam *curaret amovendum. Verba ſubjungo:* Feſtinet autem ſanctitas tua rogare dominam Pulcheriam, ut faciat dominum Lauſum intrare & præpoſitum fieri, ut Chryſoretis potentia diſſolvatur, & ſic dogma noſtrum roboretur. *Tertiò Ariſtolaus ſuprà memoratus à Theodoſio miſſus erat in Orientem, ut Orientales Cyrillo reconciliandos curaret, & Neſtorium ab eis quoque damnandum. Porrò cùm omnia illa feliciter peracta ſint, veriſimile eſt,* S. Pulcheriæ *operam multùm quoque profuiſſe ad reconciliandum Joannem Antiochenum alioſque epiſcopos Orientales cum S. Cyrillo.* *etiam ab Orientalibus, qui id facere noluerant in concilio:* E

42 *Ce-*

AUCTORE J. S.

nunquam Nestorio favit Sancta, ut probatur.

42 *Ceterùm ex allatis mox verbis Epiphanii archidiaconi*, Puto enim quòd nunc non satis curet (*Pulcheria*) pro. . . Cyrillo, *suspicio oriri potest, Sanctam non æquè semper patrocinatam fuisse causæ S. Cyrilli. Attamen suspicio illa solidum non habebit fundamentum: nam cùm Cyrillus per se, & Epiphanius archidiaconus per Maximianum ad* Pulcheriam *recurrerent, satis insinuabant se ejus benevolentiæ multùm confidere. Magis dubitari potest, an ante condemnationem Nestorii ram addicta Cyrillo semper fuerit Sancta; cùm Cyrillus in Encomio in sanctam Mariam Delparam tom. 5 Operum pag. 382 dicat de Nestorio:* Hic enim, hic execrandus, exhaustâ aurea suâ pharetrâ, consules & comites, & magistros, reginarumque chorum concitavit. *Verùm ne hisce quidem verbis verisimile fit,* Pulcheriam *favisse Nestorio ante condemnationem; cùm Leo supra laudatus & Sozomenus clarè dicant, per* Pulcheriam *effectum esse, quo minùs prævalere potuerit hæresis Nestoriana. Itaque tentare & concitare reginas potuit Nestorius; cumque quatuor essent, quibus illud nomen* B *tribuit Cyrillus, fortasse & aliquas ex illis sibi faventes mitio reddere potuit, sicut revera faventem habuit Theodosium; at illud de sapientissimâ* Pulcheria *non est verisimile, nec ullibi istud de ea nominatim dicitur. Contra S. Leo verbis num. 39 datis clarè negat,* Pulcheriam *unquam fuisse deceptam à Nestorio. Imò nec Sorores* Pulcheriæ *unquam Nestorio addictas fuisse, postquam hæresim suam propalare cœperat, mihi apparet probabilius. Certè Cyrillus alio modo de reginis loquitur, alio de comitibus. Nam de his præmittit verba ista:* Adeoque nefarius iste & blasphemus, videns à comitibus se defendi, horum fiduciâ elatus est. *At non dicit, eum fuisse defensum à reginis, nedum a* S. Pulcheria.

§ VI. Alia Sanctæ gesta, videlicet Theodosius solerter correctus: aliquot reliquiarum translatio; ut & inventio reliquiarum martyrum Sebastenorum per revelationem Sanctæ.

C

Quod auctoritati deerat, Sancta supplevit mirâ prudentiâ,

QUæ mox disputata sunt de felici exitu concilii Ephesini, & de damnata impietate Nestoriana, paceque inter S. Cyrillum eique adversantes cum Joanne Antiocheno episcopos Orientales feliciter stabilita, non sic attribuimus S. Pulcheriæ, *ut ipsam propria auctoritate omnia perfeciſſe credamus. Etenim omnino existimamus, summam illam auctoritatem, quâ adolescente Theodosio imperium administraverat, eidem non fuisse usque ad tempora concilii Ephesini relictam à Theodosio; licèt non omni tamen auctoritate eo etiam tempore caruisse videatur. Placet igitur sententia Baronii, qui ad annum 431 pag. 640 de iis rectè scribit:* Miro quodam divino consilio factum est, ut per Virginem Christi sponsam Virgo Deipara à Nestorii vindicaretur blasphemiis, dum circumventum, ac penitus obruttum Theodosium Nestorianorum fallaciis, è tenebris in perspicuam veritatis lucem eduxit. Cedit itaque Pulcheriæ laudi, quidquid ipse ex hoc tempore pro Catholica fide est visus egisse: adscribitur autem domesticorum insidiis, si interdum permissi sunt Nestoriani liberiùs agere. *Itaque quod non poterat sola auctoritate, prudentiâ & constantiâ tandem perfecit.* D

quâ etiam correxit Theodosii negligentiam.

44 *Tali arte Theodosium, supplicibus libellis ne lectis quidem subscribentem, Sancta correxit. Suidas pag. 577 id refert. Ejus verba Latinus interpres paulò uberiùs exposuit hoc modo:* Theosius naturâ socors & inconsideratus in omnibus quidem erat, præcipuè verò sic se gerebat erga illos, . . qui per libellos supplices ei oblatos ab eo petebant aliqua beneficia, munera vel privilegia. Nam non lectis litteris ipsorum, inconsideratè subscribebat. Quo sapientissima Pulcheria semel animadverso, ipsum callidè subiit, id est, circumvenit, quum scilicet Eudociam ejus uxörem in servitutem sibi dono datam accepit per suum libellum supplicem ei oblatum, quem etiam ille subscripserat non antè lectum. Quamobrem postea à Pulcheria acriter est objurgatus. *Zonaras tom. 2 pag. 44 idem factum narrat his verbis:* Erat Pulcheria mulier prudentissima, quæ multa fratris errata partim corrigebat, parquæ multa tegebat. Literis ille certè quidem inconsideratè subscribere dicebatur. Quod ne faceret, utque literarum sententiam consideraret, ab illa admonitus, affirmabat, à nemine strui sibi fraudem, & scire se, quid literæ continerent. Quare illa ad socordiam fratris coarguendam hujusmodi commento usa est. Nomine illius syngraphum componit, quâ sibi Eudocia augusta venderetur, eâque, ceu aliud quiddam esset, imperatori oblatâ, efficit ut subscribat. Deinde Eudociam ab illo accersitam abire non sinit, quæsitâque retentionis causâ, profert syngraphum: itaque convincit, eum subscribere plurimis, quæ neque nôrit, neque etiam fortasse fieri velit. Ac tum quidem commentitia illa venditione sublata, uxor imperatori restituitur. *Consentiunt & alii recentiores, inter quos Constantinus Manasses pag. 56 ait, Theodosium deinde sibi cavisse* ab ejusmodi stultitia. *Coævi verò de eo* Pulcheriæ *facto nihil memorârunt, quod omittere potuerunt, ut parcerent Theodosio. Tempus quoque nullus expressit; indéque dubitari potest, utrùm ante an post concilium Ephesinum contigerit.* E F

Adest Sancta translationi corporis S. Chrysostomi,

45 *S. Proclus, anno 434 episcopus Constantinopolitanus creatus, cogitare cœpit de transferendo Constantinopolim corpore S. Joannis Chrysostomi in exsilio defuncti, idque revera perfecit anno 438, teste Socrate lib. 7 cap. 45. ut latius narrabitur in S. Chrysostomo ad XIV Septembris. Illud unum hîc observo, Theodosium imperatorem &* S. Pulcheriam *translationi ac solemnitati adfuisse, teste Theophane pag. 80, ubi ait de Proclo:* Easdem (*reliquias S. Chrysostomi*) publicâ confertâque processionis pompâ deductas, imperatore & beatâ Pulcheriâ comitantibus, in Apostolorum deposuit ecclesia. *Fuerunt & aliorum Sanctorum reliquiæ Constantinopolim translatæ tempore* S. Pulcheriæ, *& omnino verisimile est illam earum translationi adstitisse, licèt scriptores id prætermiserint, sicut plerique de ea etiam tacuerunt in translatione S. Chrysostomi. Attamen cùm nihil asserere velim sine idoneis testibus, de iis solùm agam translationibus, in quibus partem habuisse* S. Pulcheriam *scriptores testantur.*

46 *Theo-*

A *Dicitur etiam obviàm processisse reliquiis S. Stephani :*

46 *Theophanes ad annum* xx *Theodosii, qui respondet anno* 427 *&* 428, *ita habet :* Hoc anno Theodosius pius imperator, beatam Pulcheriam imitatus, magnam pecuniarum vim egenis distribuendam, auream quoque crucem pretiosis lapillis interstinctam, sancto Calvariæ loco figendam, ad Hierosolymorum episcopum misit. Præsul hæc dona vicario munere compensaturus, dextræ manus martyrum principis Stephani reliquias per sanctum Passarionem obtulit. Eo Chalcedonem usque profecto, cernit beata Pulcheria nocturno in ostento sanctum Stephanum verbis istis se compellantem : Viden', ut preces tuæ sunt exauditæ, & ut petitio tua jam adimpleta Chalcedonem usque pervenerit ? Exurgens illa, fratre comite sanctis reliquiis in occursum processit : illisque demum in palatium illatis, sumptuosam ædem sancto martyrum ductori extruxit, & in ea sacra munera deposuit. *Verùm Tillemontius tom.* 6 *Imperatorum in Theodosio art.* 23 *nullam hisce fidem habendam censet, quia Marcellinus videtur dissentire de tempore translationis, Theodorus Lector de loco, in quo S. Stephani reliquiæ Constantinopoli fuerunt depositæ. Hinc relationem Theophanis non dedi tempore per ipsum designato ; licèt Tillemontii sententia nequaquam sit certa, imò etiam minùs probabilis : nam gemina potuit esse translatio reliquiarum aliquot S. Stephani. Examinanda igitur sunt argumenta Tillemontii.*

B

disputatur, an illæ reliquiæ per Eudociam sint allatæ, an aliæ :

47 *Audiamus primò Marcellinum, qui ad annum* 439 *hæc scribit :* Eudocia uxor Theodosii principis ab Hierosolymis urbem regiam remeavit, beatissimi Stephani primi martyris reliquias, quæ in basilica sancti Laurentii positæ venerantur, secum deferens. *Socrates lib.* 7 *cap.* 47 *meminit de itinere illo Eudociæ imperatricis, deque ecclesiis ab ea condecoratis,* cùm illuc proficisceretur ; & cùm rediret, *sed ne verbum quidem adjungit de reliquiis ab ea portatis Constantinopolim. Quare nec silentium aliquorum de acceptis à* Pulcheria *reliquiis mirari debemus, cùm de similibus facilè taceant scriptores. Theodorus Lector pag.* 568 *ita scribit :* Eo (*Theodosio*) regnante depositæ sunt reliquiæ sanctorum Stephani, Laurentii & Hagnes in

C martyrio S. Laurentii die vicesima prima mensis Septembris : & eodem die celebratur illic eorum memoria usque in hodiernum diem. *Solus Marcellinus Eudociæ attribuit translationem reliquiarum S. Stephani, quam tamen illius testimonio satis certam credit Tillemontius. At cùm nec Marcellinus nec Theodorus Lector, (qui eatenus Marcellino consentit, quòd depositas dicat in ecclesia S. Laurentii) ullo modo explicent, de qua corporis parte fuerint reliquiæ S. Stephani, quas attulit Eudocia, aut quæ in ecclesia S. Laurentii fuerunt depositæ, meritò suspicari possumus modicam tantùm fuisse particulam ; adeoque diversas esse S. Stephani reliquias, de quibus loquitur Theophanes, cui consentit Cedrenus pag.* 337, *& Nicephorus tom.* 2 *pag.* 455.

ostenditurque, probabiliùs esse diversas :

48 *Porrò variæ rationes afferri possunt ad distinguendas reliquias S. Stephani, quas episcopus Hierosolymitanus Theodosio misisse dicitur, ab iis, quas Eudocia dicitur attulisse. Quippe priores erant reliquiæ* dextræ manus ; *aliæ erant particula nullibi nominata. Priores misit ad Theodosium episcopus Hierosolymitanus : alias in Palæstina accepit ipsa Eudocia imperatrix. Priores*

Constantinopolim tulit Passarion chorepiscopus, qui anno 428 *aut* 429 *obiit, ut colligitur ex Vita S. Euthymii tom.* 2 *Januarii pag.* 308 *aliæ decennio, ut minimùm, seriùs ab Eudocia Constantinopolim delatæ dicuntur. Priorum adventus* S. Pulcheriæ *revelatus dicitur : de aliis illud non legitur. Prioribus honorificè in palatium inductis* S. Pulcheria *ecclesiam exstruxit, quæ notissima & celeberrima fuit, ut ipse testatur Tillemontius tom.* 2 *in S. Stephano art.* 10 *his verbis :* Illa (*ecclesia S. Stephani*) quæ erat in palatio, quæque per Pulcheriam ædificata dicitur, celebris est in Historiis, quia multi imperatores & imperatrices ibidem coronati sunt. *At allatæ per Eudociam reliquiæ non dicuntur propriâ S. Stephani ecclesiâ honoratæ, sed in S. Laurentii martyrio depositæ. Hæc omnia tantò magis insinuant geminam translationem diversarum reliquiarum S. Stephani, quantò minùs mirari possumus, aliquid reliquiarum corporis nuper inventi ab episcopo ad pium imperatorem fuisse missum ; ac deinde aliud quidpiam præsenti imperatrici Hierosolymæ fuisse datum.*

AUCTORE J. S.

E *objectiones Tillemontii refutantur.*

49 *Verumtamen Tillemontius variis locis translationes illas non distinguendas contendit, multúmque disputat præsertim notâ* 7 *in S. Stephanum, ut ostendat priorem, quam à Theophane, Cedreno & Nicephoro assertam dixi, fide prorsus esse indignam. Primò ait, de illa historia dubitare Baronium ad annum* 439 *num.* 2 *&* 3. *Respondeo Baronium meritò de ea utcumque dubitare, quia non legerat Theophanem, sed Cedrenum duntaxat & Nicephorum longè recentiores : sed eamdem dubitandi rationem non esse nobis, qui Theophanem habemus post Baronii tempora editum. Deinde ait Tillemontius, se non capere, quare Eudocia imperatrix suas S. Stephani reliquias posuerit in ecclesia S. Laurentii ; si jam anno* 439 *Constantinopoli exstaret aliqua S. Stephani ecclesia. Respondeo id facere potuisse Eudociam, quia ecclesia aut oratorium S. Stephani jam habebat reliquias istius Sancti. Quare, cùm non ausus sit negare oratorium aliquod S. Stephani à* Pulcheria *structum fuisse in palatio, idque scriptores multi affirment cum Cangio in Constantinopoli Christiana pag.* 136, *non potuit argumentum afferre, quo magis fieret verisimile illud ipsum, quod oppugnat. Nulla enim ratio magis & rectiùs movere potuit Eudociam ad tradendas S. Stephani reliquias alienæ ecclesiæ, quàm quòd aliæ illius Sancti reliquiæ in propria ecclesia jam colerentur.*

F *Reliquias SS. quadraginta martyrum,*

50 *De inventione reliquiarum sanctorum quadraginta martyrum Sebastenorum, quæ anno incerto contigit circa tempus, in quo versamur, amplam relationem dedit Sozomenus lib.* 9 *cap.* 2. *Verùm cùm tota illa relatio apud nos data sit ad* 1x *Martii post Acta Sanctorum quadraginta martyrum ; ea tantùm huc transferam, quæ proximè spectant ad* S. Pulcheriam. *De ea Sozomenus cap.* 1 *sic loquitur :* Ac singula quidem, ex quibus demonstrari potest, Deo caram esse imperatoris Sororem, libens hîc prætereo ; ne quis fortè calumnietur, me, qui aliud scribendi argumentum susceperim, ad laudes & encomia divertere. Illud verò, quod per se ipsum & ecclesiasticæ historiæ congruum esse mihi videtur, & divini in illam amoris perspicuum argumentum, hoc loco commemorabo, quamvis aliquantò pòst acciderit. *Mox cap.* 2 *incipit narrare, quo modo dictæ reliquiæ fuis-*

AUCTORE J. S.

sent depositæ prope Constantinopolim, ubi post ecclesia S. Thyrsi fuerat adificata. Deinde ita pergit: Porrò suprà memoratum locum destrui, & tantum temporis spatium elabi, meo quidem judicio Deus de industria idcirco permisit, ut & martyrum inventionem, & benevolentiam suam erga Inventricem illorum mirabiliorem atque illustriorem redderet.

post revelationem divinitus sibi factam, Sancta invenit,

51 Inventrix autem illa fuit Pulcheria augusta, soror imperatoris. Nam cùm admirandus Thyrsus ter illi apparuisset, martyres, qui sub terra latebant, indicavit, utque ad ipsum transferrentur, præcepit, ut eadem depositione parique cultu, quo ipse, fruerentur. Ipsi quoque quadraginta martyres, candidis vestibus amicti, eodem tempore semetipsos ei indicârunt. *Hisce rei difficultatem subdit, exponitque cujus relatione constiterit,* vera esse . . . ea, quæ Deus Augustæ revelaverat, *ac quomodo, eadem jubente, quærere cœperint, & fodiendo pervenerint ad sacras reliquias. Demum inventionem translationemque ita enarrat:* Quæ cùm nuntiata essent, confestim Augusta & episcopus ad
B basilicam martyris accurrunt. Ac protinus ferreis vinculis operâ artificum circumquaque exemptis, operculum facilè posthac extractum fuit. Sub quo magna copia unguentorum, & in his duæ pyxides argenteæ repertæ sunt, in quibus sacræ reliquiæ erant reconditæ. Ac tum quidem Augusta, facta oratione, gratias egit Deo, quòd ipsam tanta visione dignatus esset, & quòd saeras reliquias tandem reperisset.

& pretiosâ sibecâ reclusas transfert.

52 Postmodum verò, cùm martyres pretiosissimâ capsâ honorâsset, eos juxta admirandum Thyrsum depositi publica festivitate, ut par erat, & solemni pompa cum psalmodiis & competenti cultu celebrata: cui ego quoque interfui. Et hæc quidem in hunc modum gesta esse, testabuntur hi, qui festivitati interfuerunt: omnes enim fermè adhuc superstant. Quippe hæc diu postea contigerunt, Proclo Constantinopolitanam ecclesiam administrante. *Itaque inter annum* 434 *&* 446: *nam eo tempore S. Proclus ecclesiæ Constantinopolitanæ præfuit. In Chronico Paschali inventio perperam refertur ad annum* 451, *quo Proclus diu erat defunctus. Porrò Sozomenus cap.* 3 *de revelationibus* S. Pulcheriæ *hæc subjungit:* Sed & aliis in rebus Deus id,
C quod venturum erat, Augustæ sæpiùs prænuntiâsse dicitur: multaque tum illi, tum sororibus accidisse fama est, quæ Dei erga illas amorem testarentur. *Hactenus Sozomenus.*

S. Proclus Pulcheriam insigni elogio celebrat.

53 *Ad hoc etiam tempus spectat elogium insigne, quo S. Proclus in Oratione* 12 *viventem* Pulcheriam *celebravit. Verba ipsius, prout Latinè reddita sunt, subnecto:* Admirare celsitudinem animi ipsius Reginæ, omnibus fontis instar spiritualis effundens (*effundentis*) benedictiones. Olim quidem Judæi lapides in Stephanum intorquebant animo obruendi primarium militiæ Crucifixi principemque athletam rhetoremque invictum. At hæc Virgo, Christo seipsam confecrans, religionis ergò divitiarum thesauros erogando exhausit. Mortificavit furentes carnis suæ motus: Crucifixum in animæ suæ thalamo jugiter continuit: terrestre cælum, templum nempe istud, quod oculis spectamus, eleganter exornavit. Confitetur salutis thesaurum esse sepulcrum: gratulabunda gloriatur in cruce, per quam vetus discissum est chirographum *&c. Vincentius Ricchardus in Annotatis hæc omnia intelligit de* S. Pulcheria, *nec de ulla alia rectè exponi possunt; licèt nequeat certò dici,* D *qua occasione S. Proclus in hasce ipsius laudes eruperit. Existimat quidem laudatus Ricchardus pag.* 396, *& cum eo Tillemontius, dicta fuisse ob exornatam ecclesiam S. Sophiæ, quia episcopi in principe illa ecclesia perorare solebant. Verùm cùm orator lapidationem S. Stephani memoret, eique opponat præclara opera* S. Pulcheriæ, *fortè probabiliùs suspicabimur, omnia fuisse dicta ob conditam S. Stephani ecclesiam. Quidquid fuerit causæ, veris laudibus sanctus antistes sanctam Imperatricem celebravit.*

§ VII. Pulcheria, quam nullus Græcorum de æmulatione contra Eudociam accusat, molitionibus Chrysaphii & Eudociæ aulam sponte deserit, vitamque privatam agit: sed deinde à Theodosio revocatur, pulso in exsilium Chrysaphio. E

Dicitur S. Pulcheria aliquo tempore extra aulam vixisse:

Quamvis scriptores synchroni nihil omnino dicant de relicta per S. Pulcheriam *Theodosii aula, quia ad illud usque tempus illorum præcipui historiam suam non perduxerunt; ex testimonio tamen aliorum, qui medio ævo scripserunt, dubitandum non videtur, quin Sancta aliquo tempore extra aulam vixerit, & ab administratione imperii tunc abstinuerit. In istud enim consentiunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus, aliique recentiores Græci: verùm neque de tempore neque de causa aulæ relictæ tam consona aut accurata narrant, ut veritas clarè elucescat. Præterea certò constat, simultates fuisse graves inter Theodosium & Eudociam conjugem ipsius, earumque causâ Eudociam Hierosolymam fuisse profectam, ibique vitam finivisse; sed neque harum simultatum tempus sive initium certò est cognitum. Baronius ad annum* 446 *molitionibus eunuchi Chrysaphii & simul Eudociæ augustæ effectum credit, ut* S. Pulcheria *aulam* F *desereret.*

idque factum creditur dolo Chrysaphii & æmulatione Eudociæ.

55 *Joannes Philippus Vorburgicus tom.* 5 *Historiarum ad annum* 439 *pag.* 110 *& alibi, non solùm* Pulcheriæ *secessum attribuit Eudociæ; sed vicissim non modicam* Pulcheriæ *æmulationem adscribit, eâque factum tradit, ut Eudocia tandem ab aula perpetuò excluderetur. Laudat pro hisce Annales Baronii, qui nihil simile de* Pulcheria *scribit, sicut nec alii scriptores* Pulcheriam *de illa æmulatione accusant. Quapropter temerè de sancta Imperatrice, quam nullus antiquorum, nullus medii ævi scriptorum, imò ne recentiorum quidem Græcorum ullus de tali æmulatione accusavit; temerè, inquam, & sine ullo fundamento dicta fuerunt, ut etiam observavit Tillemontius. Eudociam verò, sive a Chrysaphio fuerit decepta, sive ægrè tulerit auctoritatem* Pulcheriæ *suâ longè majorem esse, non omni culpa caruisse, consentiunt Theophanes, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus aliique, quibus assentitur Baronius. Horum quidem sententiam non admisit Tillemontius, sed argumenta, quibus eam impugnavit, examinabimus inferiùs.*

56 *In-*

Chryſaphius S. Flaviano infenſus, operâ Eudociæ Pulcheriam amovere ſtudet,

A 56 *Interim audiamus Theophanem ad annum* 40 *Theodoſii, qui cum anno Chriſti* 447 *&* 448 *concurrit. Primò explicat, qua de cauſa* Chryſaphius eunuchus, ſummam in palatio & penes imperatorem aſſequutus poteſtatem, *contra S. Flavianum epiſcopum Conſtantinopolitanum, qui S. Proclo ſucceſſerat, fuerit exacerbatus:* cujus *rei* ad Pulcheriam nulla delata notitia. *Deinde ſic pergit:* Interim Chryſaphius cùm impietatem animo recoqueret, nec eccleſiarum concordiam poſſet conſpicari, ſtudium illis turbandis adhibet, ac ut Flavianum epiſcopatu dejiciat omnem lapidem movet, Eutychem quendam Archimandritam, qui cum ipſo malè de fide ſentiebat, epiſcopum præficiendum ſecum conſiliatus. Quoniam verò, Pulcheria rerum ſummam adminiſtrante, nulla valebat ipſe authoritate, in rudem & inexpertum Eudociæ animum ſeſe primùm inſinuat, & in propriæ matris perniciem invidiæ faces accendit, eique ſuggerit, ut eam apud imperatorem præpoſiti ſibi adſciſcendi fine carpat & incuſet. Pulcheria namque conjunctam præpoſiti operam in negotiis

B gerendis neceſſariò exigebat. Imperator à conjuge moleſtiùs interpellatus, hoc ad eam reſponſum dat: Depone animi anxietatem, præpoſitum enim obtinere nequis: neque Sororem præclarè, ſolerter, & cum pietate res imperii adminiſtrantem ego removeo.

efficitque ut illa ultro ab aula recedat:

57 Intentis fruſtratus Chryſaphius, aliam dolorum componit machinam. Fit Eudociæ author, ut ipſa precibus imperatorem fatiget, ac Pulcheriam, quam virginitatem Deo conſecrâſſe ferebant, à patriarcha Diaconiſſam ordinandam, eo jubente, impetret. Ita Eudocia in rogando frequentior, & in poſtulatis exigendis importunior, leniorem imperatoris animum, quò deſiderabat, impellit. Beatus Flavianus, accepto imperatoris juſſo, mala ex eo, ſi fiat, naſcitura præſentit, & in anxietatem conjicitur. Imperatoris tamen dictis obſequentem ſe fore pollicetur: ac ſimul Pulcheriæ, ne in ejus conſpectum admittatur; Ne forſan, inquit, quod à te libenter non ſit ferendum, circa te quippiam exequi cogar, litteris ſignificat. Ex ſcriptis, quod parabatur, illa conjiciens, præpoſito ad Eudociæ libitum cedit, & in Hebdomum ſecedens, privatam vitam agebat. Hinc in Flavianum, velut commiſſum ſibi arcanum revelantem, imperatoris & Eudociæ commota indignatio.

G

ſed cùm Eudocia ipſa Theodoſio facta eſſet ſuſpecta,

58 Cæterùm Pulcheriâ ad privatam compulsâ vitam, & Eudocia negotiorum curam gerente, tale quippiam accidit. Erat Paulinus quidam vir litteris omnibus & formæ venuſtate conſpicuus, Eudociæ apprimè charus, cum quo familiariùs agere, & ſeorſim colloqui illa ſolebat. At cùm ſanctorum Theophaniorum die malum elegans omnino & ſtupendæ magnitudinis nonnullus imperatori obtuliſſet, ille fructum admiratus Eudociæ miſit, hæc Paulino dedit: Paulinus duos poſt dies illud imperatori obtulit. Imperator malum agnitum celavit, & ad auguſtam profectus, Per ſalutem, inquit, meam, obteſtor, quid de malo, quod tibi dedi, actum eſt? Ita ſalvus ſis, inquit illa, comedi. Imperator in iram verſus malum proferri jubet, & Paulinum in Cappadociam exulem abactum trucidari. *Hactenus Theophanes, qui deinde aſſerit, Eudociam à Chryſaphio etiam contra S. Flavianum fuiſſe excitatam, indeque ortam eſſe Dioſcori & Chryſaphii conſpirationem pro Eutyche contra S. Flavianum. Porrò laudatus Theopha-*

nes poſt biennium narrat, qua demum ratione ad aulam revocata fuerit S. Pulcheria. *Si ergo vera eſt ipſius ſententia, ut veram exiſtimo, amota à rerum publicarum adminiſtratione erat ſancta Imperatrix, quando habitum eſt conciliabulum Epheſinum, de quo mox agemus.*

AUCTORE J. S.

& Chryſaphius eſſet ab eo relegatus; Pulcheria ad aulam revocatur;

59 *Interim audiamus rurſus Theophanem ad annum* 42 *Theodoſii:* Hoc anno, *inquit*, res proprias accuratiùs perpendens Theodoſius, & ſe Chryſaphii fraudibus circumventum agnoſcens, de impiis in Flavianum perpetratis ſceleribus, & admiſſis in reliquos epiſcopos injuriis, ſummum animi concepit dolorem. In iram itaque prorumpens, primò Chryſaphium in quandam inſulam ablegat: tum in Eudociam graviter objurgatam, malorum omnium auctricem eam dicens, quæ Pulcheriam aulâ ejeciſſet, duriùs invehitur, & ea inſuper, quæ circa Paulinum acciderant, cum probris objicit. Illa deſperatis in rebus Hieroſolymam ſe dimitti rogat: Severoque presbytero, & Joanne diacono ſociis itineris acceptis, Hieroſolymam tendit. Illos autem ad eam frequentiùs in urbe priùs itâſſe, & modò cum ea Hieroſolymis reperiri, ac inſuper pluribus ab ea donis augeri audiens imperator, miſſis litteris, capite mulctari juſſit. Tum demum beatam Pulcheriam multis precibus ſollicitatam reduxit in aulam: quæ extemplo mandavit Epheſum, qui ſancti Flaviani corpus aſportarent, illudque magno pompæ ſatellitio per mediam urbem ſtipatum in ſanctorum apoſtolorum ædem ſepeliendum inferrent. *Hæc Theophanes, cui ferè in omnibus conſonat Nicephorus lib.* 14 *cap.* 47 *&* 49, *ubi tamen perperam, niſi mendum ſit tranſcribentium, aſſerit* Pulcheriam *ſeptimo anno abſentiæ revocatam eſſe, cùm id propriis ejus dictis repugnet: neque enim tot annis vixit Theodoſius, poſtquam epiſcopatum adminiſtrare cœperat Flavianus.*

E

ut cum Theophane narrant Zonaras,

60 *Zonaras tom.* 2 *pag.* 44 *de amandatione ab aula & revocatione* Pulcheriæ *brevius ſcribit, ſed idem planè deſignat tempus. Verba ejus ſubjungo.* Idem Chryſaphius, aſcita etiam Eudocia adjutrice, facilitati principis illudens, perſuadet, ut & Pulcheria ab adminiſtratione rerum amoveatur. Ea igitur, aulâ relictâ, vitam privatam agit, & in Hebdomo quieſcit At imperator (*poſt conciliabulum Epheſinum, in quo damnatus peſſimèque vexatus S. Flavianus*) vix tandem ad ſanam mentem reverſus, conſiderata & nefaria Flaviani cæde, & Pulcheriæ delatione; juſta indignatione contra eunuchum commotus, quem earum rerum omnium auctorem eſſe conſtabat, hominem relegat, opibus ejus confiſcatis, & Sororem petitâ veniâ revocat. *Ita ille, hiſtoriam de malo, ob quod Paulinus occiſus, & Eudocia Theodoſio fuit ſuſpecta, ſeorſum inferiùs narrans, prout etiam ſeparârunt illud factum ab aliis Nicephorus lib.* 4 *cap.* 43, *& Cedrenus pag.* 337.

F

Cedrenus aliique.

61 *Hic verò pag.* 343 *poſt relatum conciliabulum Epheſinum de revocata ad aulam* Pulcheria *ſubdit ſequentia:* Anno proximè inſecuto, qui fuit XLII, Theodoſius ſe à Chryſaphio deceptum ſentiens, eum in quandam inſulam relegat. Eudociam quoque auguſtam graviter objurgat, omnium malorum eam cauſam, & ab ea Pulcheriam aulâ fuiſſe pulſam, dicens: ſimul & Paulinum exprobrans ei, quem potui cauſâ necatum fuiſſe demonſtravimus. Eudocia rei indignitatem non ferens, petiit ut Hieroſolyma ſibi abire liceret: quo impetrato, eò ſe

AUCTORE J. S.

contulit, comite Severo presbytero, & diacono Joanne. Imperator cognito illos etiam in urbe frequenter ad ipsam commeâsse, missis carnificibus capita eorum amputari jussit. Sanctam autem Pulcheriam multis verbis consolatus, in aulam reduxit. Ea statim Ephesum misit, qui sancti Flaviani cadaver adferrent. *Ex hisce omnibus concludo*, S. Pulcheriam *anno* 447 *aut* 448 *ab aula secessisse in Hebdomum, quod erat palatium prope Constantinopolim, ibique mansisse usque ad finem ferè anni* 449 *aut initium sequentis. Secundò, licèt Chrysaphius auctor illius secessus fuerit præcipuus, videtur tamen Eudocia etiam aliquid contulisse, & consequenter necdum eo tempore fuisse in Palæstina. At lubens fateor, non æquè certa esse, quæ de Eudocia narrantur, uti nec alia quædam adjuncta.*

§ VIII. Quæ relata sunt de secessu S. Pulcheriæ, vindicantur contra Tillemontium : quamdiu ab aula abfuerit Sancta.

B

Tillemontius mox relata ex Theophane ut fictitia impugnat.

Tillemontius tom. 15 *in S. Leone art.* 15 *aliqua refert de conatu Chrysaphii ad amovendam ab administratione* Pulcheriam; *sed plura omittit, asseritque adjuncta aliqua à Theophane relata parùm esse probabilia, alia verò nequaquam defendi posse, ac demum timendum esse, ne relatio illa Theophanis tam sit falsa pro ipsa rei summa, quàm falsam certò credit in adjunctis aliquot. Gravis sanè hæc est censura : at perpendendum est, an rationes Tillemontii tam sint solidæ, ut huic censuræ necesse sit consentire. Primò objicit, annis* 447, 449 *&* 450 *litteras fuisse datas ad* Pulcheriam, *tamquam ad personam, quæ in administratione rerum partem habebat, non tamen tantam, quantam habere debuisset pro bono Ecclesiæ. Ut hoc argumentum accuratiùs discutiatur, recensebo epistolas, quas circa illos annos ad* S. Pulcheriam *datas scripsit ipse Tillemontius, imò & alias aliquot, quas ipse antè datas existimat, quia saltem utcumque pertinent ad Vitam Sanctæ.*

C

Litteræ ad Sanctam datæ antè annum 447

63 *In S. Isidoro Peluſiota art.* 9 *credit, epistolam ipsius* 143 *libri quarti, quæ caret inscriptione, datam fuisse ad* S. Pulcheriam. *Probabile id mihi videtur, quia in illa epistola, postquam de imperatore meminerat S. Isidorus, subdit;* nec non sanitatem & salutem pii vestri imperii (*cùm cognovissemus,*) & maximâ repleti lætitiâ, gloriam atque gratiarum actionem ad Deum nostrum omnibus intentis nervis effudimus *&c. Etenim ex his verbis videtur scribere ad aliquem, qui imperabat cum Theodosio imperatore, ita ut aut* Pulcheria *aut Eudocia necessariò videatur intelligenda. Verùm, cuicumque scripta fuerit epistola, verisimiliter data fuit ante annum* 447. *Idem in* Pulcheria *pag.* 178, *observat ad ipsam scripsisse Theodoretum Epistolam* 43, *ne urbs Cyrus gravioribus premeretur vectigalibus; sed ipse agnoscit, hanc fuisse scriptam circa annum* 445, *ita ut non spectet ad propositum nostrum. Lubet tamen initium epistolæ illius dare, ubi Theodoretus ait :* Quia imperium pietate ornatis, & purpuram fide illustratis ; scribere audemus, tenuitatemque nostram non cernimus, quia sacerdotio debitum honorem impenditis. D

alia anno 447 *fortasse data, sed certò antè tempus, quo Sancta secessit.*

64 *Verùm existimat Tillemontius pag.* 178, *episcopos Asianos & clerum Ephesinum anno* 447 *aut* 448 *pro Bassiano episcopo Ephesino scripsisse ad Theodosium &* Pulcheriam, *hancque etiam respondisse. Colligit istud ex. iis, quæ habentur tom.* 4 *Conciliorum col.* 689 *in disceptatione Bassiani & Stephani de episcopatu Ephesino litigantium in concilio Chalcedonensi. At non video, aliquid certi de* Pulcheria *erui posse ex illis, quæ ibi leguntur. Nam primò ne de tempore quidem missæ istius relationis ad aulam satis constat, cùm verba valde obscura sint ; nec verisimile sit, episcopos de pace ecclesiæ Ephesinæ ad aulam scripsisse, postquam Bassianus quatuor annis pacificè federat, ut locum intelligit Tillemontius. Præterea si omnino constaret, illam epistolam ab episcopis Orientalibus fuisse scriptam ad Theodosium &* Pulcheriam, *& hos ad litteras episcoporum respondisse, postquam Bassianus quatuor annis pacificè federat ; omnes illæ epistolæ necessariò referendæ essent ad priores menses anni* 447, *id est, ad illud tempus, quo* S. Pulcheria *necdum secesserat. Colligitur id satis ex illis ipsis, quæ Tillemontius disputat notâ* 10 *ad S. Leonem de tempore depositi Bassiani. Etenim Bassianus apud Labbeum col.* 696 *dicitur inclusus carceri* quintâ feriâ *Paschatis, id est,* XXIV *Aprilis anni* 447 *: deinde post tres menses examinis fuit depositus, ut dicitur col.* 689. *Depositus igitur est sub finem Julii. Itaque cùm Cassianus presbyter dixerit anno* 451 *mense Octobri in concilio Chalcedonensi, se post illud tempus quatuor annis errâsse & mendicâsse Constantinopoli ; non potest depositio referri, nisi ad annum* 447 *: cúmque epistolæ omnes præcesserint carcerem Bassiani, illæ certò datæ sunt ante Pascha anni* 447, *& ante secessum* Pulcheriæ. E

Epistola S. Leonis anni 449 *nihil etiam probat, cùm ad Sanctam non pervenerit.*

65 *Præter hanc epistolam, ex qua nihil planè evincitur, nullam aliam attulit Tillemontius ante conciliabulum Ephesinum, quæ ad* S. Pulcheriam *pervenit. Scripsit tamen S. Leo ad* Pulcheriam *anno* 449 *ante conciliabulum, & geminum quidem exstat exemplar litterarum Leonis ad* Pulcheriam, *quæ notantur* Idibus Junii *anni* 449, *ut infrà videbimus. Verùm cùm illa S. Leonis epistola ad* S. Pulcheriam *non fuerit perlata, cúmque ipsa nullam tunc videatur curam habuisse de iis, quæ Ephesi in conciliabulo acta sunt, omnino dicendum videtur,* S. Pulcheriam *eo tempore se rebus publicis non immiscuisse, sed vitam egisse privatam. Hoc ipsum inferiùs magis patebit ex variis litteris ad Sanctam datis, ut fidei & Ecclesiæ opem præstaret, quemadmodum antea semper fecerat. Hasce inferiùs dabo. Veràm secessus ille Sanctæ, de quo ex scriptoribus satis videtur constare, per litteras illas S. Leonis & aliorum adeo non potest in dubium revocari, ut etiam magis confirmetur. Certè fides Sanctæ iis mirificè commendatur : nec tamen ullibi legitur se opposuisse iis quæ contra fidem Ephesi malè & nefariè gesta sunt : quod vehementer miraremur, si ulla tunc auctoritate valuisset.* F

Rasiecinia, quibus relationem Theophanis impugnat Tillemontius,

66 *Tillemontius notâ* 5 *in S. Leonem contendit, non esse verisimile, Theodosium voluisse, ut Flavianus* Pulcheriam *consecraret diaconissam. At non video, quid in Theophanis id narrantis relatione meritò displicere potuerit Tillemontio.*

A *montio. Contrà clarè perſpicio, ipſum multa Theophani attribuere, quæ non habet. Primo ita factum oppugnat, acſi Theodoſius voluiſſet, ut* invita *conſecraretur* Pulcheria. *At id nullibi dicit Theophanes, neque neceſſe erat ad intentionem Chryſaphii, ut prorſus* invita *conſecraretur, cùm ea eſſet pietas* S. Pulcheriæ, *ut facilè ad aſſenſum perduci potuiſſet, ſi id ei S. Flavianus voluiſſet perſuadere. Theophanes tantùm dicit, ſcripſiſſe Flavianum ad* Pulcheriam, *ne veniret ad ſe, ut non cogeretur facere,* quod à te, *inquit,* libenter non ſit ferendum, *ſecundum Græca,* quod te dolore afficeret. *Itaque pluſculum hîc Theophani adſcribit Tillemontius, quàm ille dixit, quia aliud eſt aliquid* non libenter *aut cum dolore permittere; aliud pati aliquid invitum. Verùm longè magis à Theophane aberrat Tillemontius, dum ſubdit :* Theophanes aſſerit, Chryſaphium inſinuâſſe Theodoſio, ipſam (*Pulcheriam*) id velle. Contendebat ipſam id velle ad amplectendam virginitatem. *Hæc omnia falsò ac imperitè attribuuntur Theophani, à cujus mente prorſus aliena*

B *ſunt. Volebat enim Chryſaphius eo argumento uti Eudociam :* Cùm Pulcheria virginitatem dicatur ſervare; ordinetur diaconiſſa.

illam nequeunt falſitatis convincere.

67 *At quærit Tillemontius, an habuiſſet impedimentum, quo à rerum adminiſtratione impediretur, ſi diaconiſſa fuiſſet ordinata. Reſpondeo, diaconiſſas habuiſſe officia ſtatui ſuo propria, quæ obire voluiſſet Sancta, ſi conſecrata fuiſſet. Hiſce igitur impedita fuiſſet ab adminiſtratione rerum publicarum, quæ nec congrua erat ſtatui diaconiſſarum. Iterum quærit Tillemontius, cur adeo Flaviano iraſcerentur Theodoſius & Eudocia, quando ſponte à rerum adminiſtratione diſcedebat* Pulcheria, *à qua cupiebant amotam? Reſpondeo, dici iratos fuiſſe, quia* arcanum *credebant revelatum. Quod ille adjungit, dici* Theodoſium ſimpliciter egiſſe, aliorum molitionibus deceptum; *rurſum alienum eſt à mente Theophanis, qui affirmat, Theodoſium crebris Eudociæ precibus tandem ſuccubuiſſe, conſenſiſſeque, ut conſecraretur, nimirum ut ſic minore invidia & ſine ſuo dedecore præclariſſima Imperatrix ab imperii adminiſtratione amoveretur. Itaque tota illa hiſtoria aptè*

C *cohæret apud Theophanem, & ineptè hactenus oppugnata eſt à Tillemontio. At hic ſubjungit aliud argumentum, quo contendit, Eudociam omnibus iſtis molitionibus adeſſe non potuiſſe. Verùm, ſi Eudocia omnino non adfuiſſet, inde non poſſet inferri, falſa eſſe omnia, cùm Chryſaphii dolo peragi potuerint. Argumentum Tillemontii accipe.*

Marcellini auctoritas, exſilium Eudociæ citiùs referentis,

68 *Marcellinus comes in Chronico ad annum* 440 *ita habet :* Paulinus magiſter officiorum in Cæſarea Cappadociæ, jubente Theodoſio principe, interemptus eſt. *Hoc ſi verè factum eſt anno* 440, *malè hiſtoria de Paulino & Eudocia à Theophane refertur ad tempus, quo aberat ab aula* S. Pulcheria. *Rurſum Marcellinus ad annum* 444 : Severum presbyterum & Joannem diaconum Eudociæ reginæ apud Æliam urbem miniſtrantes miſſus ab imperatore Theodoſio Saturninus comes domeſticorum occidit. Eudocia neſcio quo excita dolore Saturninum protinus obtruncavit : ſtatimque mariti imperatoris nutu, regiis ſpoliata miniſtris, apud Æliam civitatem moritura remanſit. *Hæc ſimiliter ad aliud tempus à Theophane relata vidimus. Hinc Tillemontius ait, clarè fabuloſa eſſe, quæ de Paulino & Eudocia tempore ſeceſſûs* S. Pulcheriæ *referuntur à Theophane, acſi Marcellinus non potuiſſet æquè aberrare à tempore rei geſtæ quàm Theophanes. Pagius ad annum* 450 *num.* 3 *Marcellini verba allegat, dicitque rem ab eo relatam* anno non ſuo. AUCTORE J. S.

deſerenda videtur, cùm eidem contrarius videatur Priſcus coævus :

69 *Sanè Priſcus, ſcriptor contemporaneus, in Excerptis de legationibus pag.* 69 *inſinuat, Saturninum, quem* Saturnillum *vocat, occiſum eſſe, poſtquam Theodoſius promiſerat, ſe filiam illius Conſtantio cuidam, Attilæ Hunnorum regis ſcribæ, nuptui daturum : quod ipſe Tillemontius in Theodoſio II refert ad annum* 449. *Verba Priſci huc transfero :* Huic petitioni (*prædicti Conſtantii*) imperator annuerat, & Saturnilli filiam, viri & opibus & genere clari & ornati, ſe illi nuptui daturum promiſerat. Saturnillum autem (*Græcè* δὲ vero) occidit Athenas ſeu Eudocia (utroque enim nomine vocabatur) neque imperatori ad exitum perducere, quod promiſerat, per Zenonem virum conſularem jicuit *&c. Hæc, inquam, innuunt occiſum eſſe Saturninum, poſtquam filia ipſius promiſſa erat Conſtantio. Cum autem illa promiſſio nequeat fi-*

E *gi ante annum* 448, *& potiùs cum Tillemontio ſit figenda anno* 449; *deſerenda videtur epocha Marcellini, qui nullum ex Græcis habet ſibi conſentientem; prout Marcellinum jam erroris arguit Pagius.*

aliæ objectiones nullius momenti.

70 *Quæ inſuper objicit Tillemontius, exigui momenti ſunt, aut ſolam tangunt chronotaxim Nicephori, qui ſeceſſum* S. Pulcheriæ *perperam in annum ſeptimum producit, indeque annos Eudociæ ſupra verum auget. At errores chronologici iſtius ſcriptoris nequeunt efficere, ut relatio Theophanis ſit falſa, cùm hæc iis erroribus careat. Unicus igitur ſupereſt ſcrupulus Tillemontii, qui ait ſe non intelligere, quid ſit ille præpoſitus, qui à* S. Pulcheria *dicitur tranſiiſſe ad Eudocium. Reſpondeo, iſto tranſitu nihil aliud ſignificari, quàm quòd præpoſitus ſacri cubiculi, cujus magna erat dignitas & poteſtas, quique antea à* S. Pulcheria *dependebat, & mandata accipiebat, juberetur deinceps parere Eudociæ. Quid ea in re difficultatis lateat; ſanè non perſpicio. Itaque confido, me ſufficienter reſpondiſſe ad ſingulas Tillemontii objectiones.*

F *Hiſtoria pomi diſcordiam generantis referenda eſt ad annum* 448 *aut* 449 ;

71 *Verùm lubet etiam inquirere, quo anno figenda videatur diſcordia illa ex pomo orta, quæ Paulino mortis, Eudociæ exſilii fuit occaſio : nam de illa ſcriptores ambiguè loquuntur. Marcellinus mortem Paulini figit anno* 440, *ut jam dixi, ſed cauſam occiſi Paulini prætermittit. Chronicon Paſchale totam hiſtoriam habet ad annum* 444, *innuitque Paulinum non ſtatim interfectum : ſed, relatæ hiſtoriæ de pomo ſubdit :* Exhinc illos (*Theodoſium & Eudociam*) inter divortium interceſſit ac ſeparatio, Paulinumque deinceps ſuſpectum habuit, ac tandem interfici præcepit. *Poſt cædem verò Paulini Eudocia Hieroſolymam diſceſſit, ut ibi pluribus refertur. Zonaras, Cedrenus, Glycas, aliique factum referunt ſine ulla temporis certi nota. Verùm Theophanes claris verbis aſſerit, diſcordiam illam è pomo natam eſſe, quando* Pulcheria *privatam vitam degebat in Hebdomo, ita ut ad annum* 448 *aut* 449 *ex mente Theophanis figendum ſit initium diſcordiæ inter Eudociam & Theodoſium; diſceſſus verò Eudociæ referendus ſit ad annum* 449.

diſceſſus verò Eudociæ ad annum 449.

52 *Theodorus Lector ſtatim initio Excerptorum refert mortem Theodoſii, & de Eudociâ*

AUCTORE J. S.

hæc ſubjunguntur: Refert etiam Theodorus Eudociam auguſtam Hieroſolyma profectam, non ampliùs revertiſſe: & Marinam virginem in palatio ante fratris ſui obitum è vivis exceſſiſſe. *Ex hiſce quis poſſet exiſtimare, diſceſſum Eudociæ à Theodoro figi poſt mortem Theodoſii; quemadmodum claris verbis figitur à Zonara pag. 45. Verùm id non videtur velle Theodorus, ſed ſolùm dicere, Eudociam, quæ antè abierat, non revertiſſe, ut facilè exponi poſſunt verba Græca. Jam verò ex Priſco, Marcellino & Theophane certum videtur, Eudociam fuiſſe Hieroſolymis aliquot ſaltem menſibus ante mortem Theodoſii, cùm ibidem occidi juſſerit Saturninum, eaque de cauſa ſeverius à Theodoſio fuerit tractata. Attamen probabiliùs exiſtimo, eam non diſceſſiſſe ante conciliabulum Epheſinum auditamque mortem S. Flaviani, licèt veriſimiliter omni auctoritate caruerit, ſimulatque Theodoſio ob pomum Paulino datum ſuſpecta fuit. Tota hæc chronotaxis eſt Theophanis, cujus relatio aptè cohæret, ut vidimus.*

B *Non ſtatim poſt promotionem S. Flaviani ſeceſſit Pulcheria,*

73 *Hinc etiam nequeo aſſentiri Pagio, qui de ceteris ferè conſentiens Theophani, ad annum* 450 *num.* 4 *contendit,* S. Pulcheriam *ad aulam fuiſſe revocatam,* non poſt quartum feceſſionis ex ea annum, *ut* ibidem Baronius habet, ſed tantùm poſt aliquot menſes, quàm in offenſionem Theodoſii fratris incurrerat. *Aſſentior quidem eatenus Pagio, quòd* S. Pulcheria *ab aula non abfuerit quatuor annis; at de abſentia* aliquot *dumtaxat menſium minimè aſſentiri poſſum; cùm probationes ipſius ferè biennium exigant. Ait S. Proclum anno* 447 *defunctum eſſe, ſed id certum facere non potuit: nam Henſchenius noſter ad* XVIII *Februarii in S. Flaviano, & Cuperus in Patriarchis Conſtantinopolitanis ante tomum* I *Auguſti in Proclo, hujus Sancti obitum longè probabiliùs referunt ad annum* 446. *Ait ſecundò Pagius,* S. Pulcheriam *ab aula ſeceſſiſſe,* poſtquam Flavianus ſucceſſit *Proclo: Eudociam verò* die Epiphaniorum anni CDXLVIII è Theodoſii gratia *excidiſſe. At certum eſt,* S. Pulcheriam *non ſtatim poſt electionem Flaviani ſeceſſiſſe, cùm id potiùs contigiſſe videatur aliquot menſibus, & fortaſſe toto anno ſeriùs: nam variæ molitiones Chryſaphii præceſſerunt; nec neceſſe eſt dicere, eas paucis diebus peractas eſſe; cùm ipſe Theophanes contrarium innuat, & promotionem Flaviani referat ad annum* 39 *Theodoſii, ſeceſſum verò* Pulcheriæ *ad ſequentem.*

C *nec aliquot ſolùm menſibus ab aula abfuit, ſed duobus circitèr annis.*

74 *Præterea, ſicut ex relatione Theophanis & aliorum certum eſt, Eudociam gratiâ Theodoſii non excidiſſe* die Epiphaniorum, *ſed aliquot diebus poſt Epiphaniam, ita prorſus incertum apparet, utrùm id contigerit anno* 448 *an* 449. *Æquè incerta, imò improbabilia ſunt, quæ addit Pagius, quòd Theodoſius, orta ſuſpicione ex pomo,* ſtatim Paulinum magiſtrum officiorum occidi mandârit, ut anno CDXLVII oſtendimus, *inquit;* quòd Eudocia non multò pòſt Hieroſolymam proficiſci juſſa, & Pulcheria in aulam revocata. *Nihil ex hiſce oſtendit Pagius, nihil oſtendere potuit, cùm omnia ſint contraria Theophani, cui & alii conſentiunt in pleriſque. Nihil igitur ex hiſce de reditu* Pulcheriæ *ad aulam potuit rectè inferre. Deinde de* Pulcheria *ſubdit ſequentia:* Hanc ſub finem anni Chriſti inſequentis CDXLIX, expulsâ ab imperatore Eudociâ, in aulam rediiſſe, & iterum rerum adminiſtrationem ſuſcepiſſe, demonſtrant epiſtolæ S. Leonis ad eam directæ, aliæque, quæ inter epiſtolas Leoninas leguntur, quæ tamen datæ non ſunt ante annum CDXLIX. *Hic facilè aſſentior Pagio, rediiſſe* Pulcheriam *ſub finem anni* 449. *At, ſi tunc redierit, ex calculis Pagii duobus ferè annis ab aula abfuit; atque id verum puto & optimè cum Theophane congruit. Verùm id magis explicabitur, dum ipſas proferemus epiſtolas, ex quibus patebit, quantùm Sancta pietas Catholica Eccleſia profuerit.* D

§ IX. Seceſſus Sanctæ quantùm Eccleſiæ nocuerit ob tumultuoſum conciliabulum: quanta fuerit ſpes S. Leonis & aliorum de S. Pulcheria ad damna Eccleſiæ refarcienda.

E *Quando S. Pulcheria prudenter ab aula receſſerat,*

Seceſſiſſe ab aula anno veriſimiliter 447 S. Pulcheriam, *& ab adminiſtratione imperii prorſus abſtinuiſſe uſque ad finem ferè anni* 449, *mox oſtendimus. Fecit hoc Sancta ut invidiæ cederet, & ne periculoſis molitionibus ulteriùs ſe exponeret: non juſſa ab imperatore, quantùm exiſtimo, ſed prudenti conſilio & propria voluntate, ut habet Theophanes, ob rationes jam dictas, & forſan etiam, ut ad meliora tempora ſe reſervaret. Timere etiam poterat, ne cogeretur rerum adminiſtrationem dimittere, niſi id ultrò faceret. Quare dubitandum non eſt, quin prudentiſſima Imperatrix ſapienter ſe aulæ ſubduxerit, præſertim cùm prævidere non poſſet, quanta inde fidei Catholicæ turbatio, quantaque Eccleſiæ damna eſſent exoritura. Hæc quidem mala impedire potuiſſet* Pulcheria, *ſi eam in rebus gerendis auctoritatem habuiſſet, quam habuit, dum juvenis erat Theodoſius; ſed forſan parùm efficere potuiſſet eo tempore, etiamſi qualemcumque imperii adminiſtrationem retinuiſſet, quia nomine Theodoſii gerebantur omnia, ſummamque apud Theodoſium poteſtatem adeptus erat Chryſaphius.*

F *ingens damnum paſſa eſt Eccleſia à tumultuoſo concilio Epheſino.*

76 *Quidquid futurum fuerat, manente in palatio* Pulcheria, *quod nequit reſciri; ea vitam agente privatam, ingens damnum paſſa eſt Eccleſia. Hiſtoriam ſatis notam breviter perſtringam. Eutyches archimandrita magni nominis prope Conſtantinopolim in hæreſim lapſus eſt Neſtorianæ contrariam. Hac de cauſa S. Flavianus anno* 448 *concilium congregavit Conſtantinopoli, ibique damnata eſt hæreſis Eutychiana. Non acquievit huic ſententia ſuperbus archimandrita, ſed voluit generale concilium, illudque ut congregaretur, obtinuit ope Chryſaphii, qui cùm ipſo & cum Dioſcoro Alexandrino epiſcopo contra S. Flavianum conſpirabat. Synodus igitur anno* 449 *habita eſt Epheſi; ſed ibi per vim & metum acta ſunt omnia, Dioſcoro Alexandrino ſibi omnem auctoritatem per Chryſaphium vindicante, ita ut Eutyches à conſpirantibus fuerit abſolutus, & S. Flavianus cum aliis condemnatus, & in exſilium actus. Addit Theophanes cum aliis:* Hic (*Flavianus*) porrò etiam ante exauctorationis decretum pugnis & calcibus à Dioſcori miniſtris ejectus, triduanus cum morte vitam immutavit: & altero die minis & gladiis

A diis militum intentatis ad ſubſcribendum epiſcopi ſunt adacti. *Non tamen ſubſcripſerunt, ſed omnibus contradixerunt Apoſtolicæ Sedis legati.*

Quid S. Leo commendaverit Sanctæ ante conciliabulum:

77 *S. Leo, qui ſummum pontificatum adminiſtrabat, quando legatos ſuos miſit ad ſynodum, varias ea de cauſa conſcripſit epiſtolas, notatas* Idibus Junii *anni* 449. *Quæ autem data erat ad* S. Pulcheriam, *ad ipſam tunc non pervenit, ſed ejuſdem exemplar, fortè nonnihil auctum, poſtea miſit ad Sanctam. Certè exſtat geminum exemplar notatum* Idibus *Junii ad* Pulcheriam, *videlicet epiſtola* 27 *&* 30 *inter Leoninas editionis novæ* (*olim* 13 *&* 18.) *Utraque in eamdem ſententiam & iiſdem ferè verbis conſcripta eſt, niſi quòd in priori plura diſputentur contra Eutychem, ita ut credi poſſit hæc deinde miſſa fuiſſe pro ſecunda, niſi utraque ſimul miſſa ſit, & diverſis latoribus commiſſa. Qualiſcumque geminationis ſit cauſa; in priori Leo* Pulcheriam *ita alloquitur*. Quantum præſidii Dominus Eccleſiæ ſuæ in veſtra Clementia præparârit, multis ſæpè probavimus documentis. Et quicquid

B noſtris temporibus contra impugnatores Catholicæ veritatis induſtria ſacerdotalis obtinuit *, ad veſtram maximè gloriam redundavit *, dum, ſicut Spiritu ſancto docente didiciſtis, illi per omnia poteſtatem veſtram ſubjicitis, cujus munere & protectione regnatis. *Deinde hæreſim Eutychis exponere incipit, de concilio convocato ſcribit, illud utcumque improbans, miſſos a ſe legatos docet, ac ſub finem ita loquitur:* Et ideo pro veſtræ pietatis conſuetudine elaborare dignemini, ut, quod contra ſingulare ſacramentum ſalutis humanæ blaſphema inſipientia protulit, ab omnium animis repellatur.

* *al.* obtinet
* *al.* redundabit

poſt infelicem illius exitum ei ſcribit, improbans geſta Epheſina,

78 *Ubi S. Leo didicerat infelicem concilii exitum, legatoſque ſuos non potuiſſe ad* S. Pulcheriam *pervenire, ut memoratam eidem traderent epiſtolam; rurſum hanc ad Sanctam ſcripſit eodem anno*, III Idus Octobris, *quæ inter Leoninas eſt* 41, *olim* 26. Leo epiſcopus, & ſancta ſynodus, quæ in urbe Roma convenit, Pulcheriæ auguſtæ. Si epiſtolæ, quæ pro fidei cauſa per noſtros clericos directæ ſunt, ad veſtram pietatem perveniſſent, certum eſt, remedium vos his rebus, quæ contra fidem factæ ſunt, aſpirante vobis Domino, præſtare potuiſſe. Quando enim ſacerdotibus, quando Chriſtianæ religioni aut fidei defuiſtis? Sed cùm ad

C manſuetudinem veſtram adeo non potuerint pervenire, qui miſſi ſunt, ut ad nos vix unus illorum Hilarus diaconus noſter effugiens ſit reverſus, iteranda ſcripta credidimus. Et ut validiores preces noſtræ eſſe mereantur, ipſorum ſcriptorum, quæ ad Clementiam veſtram non pervenerunt, exemplar ſubjecimus, amplioribus vos obteſtationibus obſecrantes, ut quanto acerbiora facta ſunt, quibus pro fide * regia vos convenit contraire, tanto majore gloria, in qua excellitis, curam ejus religionis habeatis, ne Catholicæ fidei integritas ulla humanarum concertationum occaſione violetur. Quæ enim congregata apud Epheſum ſynodo, ſopienda & ſananda pacis remedio credebantur, hæc non ſolùm in majora pacis diſpendia, ſed (quod nimis dolendum eſt) etiam in ipſius fidei, quâ Chriſtiani ſumus, excidia proceſſerunt.

* *al.* ſede

ad obtinendum aliud in Italia concilium,

79 Et hi quidem, qui miſſi ſunt, quorumque unus vim Alexandrini epiſcopi, ſibi omnia vindicantis, effugiens, rerum geſtarum nobis ordinem fideliter nunciavit, reclamârunt in ſynodo (ſicut oportuit) unius hominis non tam judicio, quàm furori; proteſtantes ea, quæ per vim metumque gererentur, ſacramentis Eccleſiæ, & ipſi ſymbolo ab Apoſtolis inſtituto, præjudicare non poſſe, nec ſe ab ea fide ullâ injuriâ ſeparandos, quam pleniſſimè expoſitam atque digeſtam à Sede beati apoſtoli Petri ad ſanctam ſynodum detuliſſent. Cujus cùm recitatio poſcentibus epiſcopis non ſit admiſſa, ut ſcilicet remota ea fide, quæ patriarchas, prophetas, apoſtolos, & martyres coronavit, generatio Jeſu Chriſti Domini noſtri ſecundum carnem, & veræ mortis ac reſurrectionis ejus confeſſio (quod horremus dicere) ſolveretur, ſcripſimus de hac re (ut potuimus) ad glorioſiſſimum principem, & quod maximum eſt, Chriſtianum, cujus epiſtolæ pariter exemplar ſubjecimus, ut fidem, in qua renatus per Dei gratiam regnat, nulla ſineret novitate corrumpi, quoniam Flavianus epiſcopus in noſtra omnium communione perſiſtit, atque hoc, quod factum eſt ſine conſideratione juſtitiæ, & contra omnem canonum diſciplinam, ratum haberi ratio nulla permittit, & quia diſſenſionis ſcandalum non abſtuliſſet Epheſina ſynodus, ſed auxiſſet: de habendo intra Italiam concilio, & locus conſti- E tueretur & tempus, omnibus querelis & præjudiciis partis utriuſque ſuſpenſis: quò diligentiùs univerſa, quæ offenſionem generaverant, retractentur, & abque vulnere fidei, abque religionis injuria, in pacem Chriſti redeant, qui per impotentiam ſubſcribere coacti ſunt ſacerdotes, & ſoli auferantur errores.

apud imperatorem inſtare velit.
* *al.* adjuvat

80 Quod ut obtinere mereamur, probatiſſimæ nobis fidei pietas tua, quæ labores Eccleſiæ ſemper adjuvit *, ſupplicationem noſtram apud clementiſſimum principem, ſibi ſpecialiter à beatiſſimo Petro apoſtolo legatione commiſſa *, dignetur aſſerere: ut priuſquàm civile hoc & exitiale bellum intra Eccleſiam convaleſcat, redintegrandæ unitatis copiam & modum, Deo auxiliante, concedat ſciens imperii ſui viribus profuturum, quicquid Catholicæ libertati benigna ipſius fuerit diſpoſitione collatum. Data pridie Idus Octobris, Aſterio & Protogene viris clariſſimis conſulibus. *Id eſt, anno* 449. *Dubitari poteſt, an jam tum ad aulam rediiſſet* Pulcheria. *Eam tunc reverſam fuiſſe credit Pagius ad annum* 450 *num.* 4 *ita ſcribens:* Quòd ſi Pulcheria tunc in Hebdomo, exilii ſui loco, gemuiſſet, S. Leo ejus auxilium contra Eutychen non implorâſſet, neque hæc contra impugnatores Catholicæ veritatis zelum ſuum oſtendere potuiſſet. *Verùm quo teſte probabit Pagius*, Pulcheriam *fuiſſe in Hebdomo tamquam in exſilio, cùm eò ſponte ſe receperit, teſte Theophane? Quo argumento evincet, non potuiſſe ipſam ad fratrem imperatorem accedere, quandocumque cupiebat? Certè nullus antiquorum aſſeruit, Theodoſium fuiſſe animo ita abalienato à* Pulcheria, *ut eam nec videre nec audire vellet, etiamſi cauſam ſecedendi imprudens ipſi præbuerit.*

* *al.* legationem commiſſam

Ex his aliiſque litteris non ſequitur, Pulcheriam tunc in aula degiſſe;

81 *Quare ex ſcriptis ad* Pulcheriam *litteris tutò inferre non poſſumus, ipſam tunc ad aulam fuiſſe reverſam. Quin potiùs, ſi noverat S. Leo eam non degere in palatio, tam fortiter ad illam ſcribere potuit, ut zelo fidei accenſa ad Theodoſium ſe conferret, ac precibus, rationibus, auctoritateque, quâ apud ipſum ſemper valuit, aberrantem & hæreticis faventem in viam reduceret. Hinc ipſam Leo hortatur, non ut ſua auctoritate aliquid decernat, ſed ut agat apud Theodoſium,*

F

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

dosium, tamquam sibi specialiter legatione Apostolica commissa. *Hinc S. Leo & alios excitâsse videtur, ut scriberent ad* Pulcheriam, *ipsamque unitis precibus hortarentur ad rem aggrediendam. Certè litteras suas conjunxit S. Hilarus, tunc Romanæ Ecclesiæ diaconus, & deinde Leonis in pontificatu successor, de quo hodie agam. Hic autem ad Sanctam scribit, voluisse se post concilium ad ipsam venire, ut litteras S. Leonis eidem traderet, sed fugere se ex concilio coactum, ne cogeretur Dioscoro consentire, &* per incognita & invia loca Romam *venisse: ibi verò reprobari omnia, quæ Ephesi erant gesta. Totam epistolam dabo in S. Hilaro Papa.*

aut eam aliquid feciſſe contra Eutychianos ante has litteras.

82 *Huc solum illius finem transfero:* Unde, Domina splendidissima atque clementissima Augusta, adoranda vestra pietas, in quibus libenter fecit initium, relinquere non debet, sed hæc zelo religioso fidei constanti voluntate servare. *Ita apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 52: *sed apud Cotelerium tom.* 1 *Monumentorum ecclesiæ Græcæ exstat eadem epistola Græco-Latina, ibique pag.* 61 *verba exprimuntur hoc modo Latinè:* Unde, Domina splendidissima atque clementissima Augusta, adoranda vestra pietas, quæ & inchoata relinquere non debet, zelo religioso sinceræ fidei, constanti animo constituat. *Tillemontius in* Pulcheria *pag.* 178 *ex allatis verbis colligit*, Pulcheriam *jam in hac causa agere cœpisse pro fide, idque ante tumultuosum istud concilium. Verùm Hilari verba id non evincunt: nam, si priorem lectionem sequamur, voces illæ*, in quibus libenter fecit initium, *videntur explicandæ ac prioribus* Pulcheriæ *pro fide gestis, quemadmodum verba S. Leonis in epistola mox data*, Quando enim sacerdotibus, quando Christianæ religioni aut fidei defuistis? *Sic etiam Galla Placidia in litteris statim dandis ait:* Igitur tua clementia secundum Catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur. *Rogant omnes, ut, sicut ante semper pro fide laboraverat, contra Nestorianos videlicet, id nunc similiter faciat contra Eutychianos: idque rogando satis insinuant, Sanctam usque ad illud tempus nihil in ea causa feciſſe, certè quod Romæ innotuerat. Si causam quæramus silentii* S. Pulcheriæ, *non aliam inveniemus, quàm quòd necdum publicis rebus se immiscere.*

Galla Placidia item scribit ad Pulcheriam,

83 *Hoc rursum ut faceret pro fide Catholicæ, Galla Placidia augusta, mater Valentiniani III, litteris SS. Leonis & Hilari suas adjunxit. Illas, prout editæ sunt tom.* 4 *Conciliorum col.* 55, *hic recito:* Galla Placidia piissima semper augusta Æliæ Pulcheriæ piissimæ semper augustæ filiæ. Ut Romam frequentibus concursionibus adæquè desideraremus inspicere, causa nobis est amplectendæ religionis, ut terminis Sanctorum nostram exhiberemus præsentiam, quos certum est pro sua virtute in cælestibus constitutos, neque inferiora despicere. Nos itaque sacrilegum esse credimus, si solennium ordinem denegemus. Cùm igitur beato apostolo Petro nostram præsentiam dedissemus, illic multitudine sacerdotum reverendissimus Leo Papa circumdatus, pro dignitate sui loci nos primus adiit: qui propter interpositam gemitus sui tristitiam, desiderium suum verbis plenè insinuare non poterat. Vicit tamen constantia sapientiæ sacerdotis, ut lacrymas paululùm retineret, & causam violatæ fidei, tamquam hujus vindex, manifesto sermone proferret. In quo sermone cognovimus, nostris temporibus Catholicam fidem esse turbatam, quam à divo patre nostro Constantino nostri generis parentes hactenus servaverunt. Secundum voluntatem namque cujusdam pravum aliquid adversus sacerdotem Constantinopolitanum excitatum dicitur. Nos itaque in Ephesino concilio, in quo nullus ordinem sacerdotum custodivit, neque mensuram, sine consideratione Divinitatis omnia esse gesta cognovimus, quatenus præsumptio & injustitia in quorumdam damnationem vim obtinere dicatur: quæ nostris temporibus terribilia esse videntur. Debet itaque fides propriè valere, sanctissima atque venerabilis filia Augusta.

ut velit allaborare ad rescindenda gesta Ephesina.

84 Igitur tua clementia secundum Catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur: ut quidquid illo tumultuoso, miserrimoque concilio constitutum est, omni virtute removeatur; ut omnibus integris permanentibus ad Apostolicæ Sedis, in qua primus Apostolorum beatus Petrus, qui etiam claves regni cælestis suscipiens, sacerdotii principatum tenuit, episcopatus causâ mittatur. Debemus enim primatum in omnibus immortali conversationi tribuere, quæ totum mundum propriæ virtutis dominatione complevit, & nostro imperio orbem gubernandum servandumque commisit. *Hactenus Galla Placidia imperatrix, quæ, uti & Valentinianus III imperator, ejusque uxor Eudoxia augusta, ipsius Theodosii filia, scripserunt ea de re ad Theodosium, petieruntque ut irrita fierent, quæ malè gesta erant Ephesi, ac novum in Italia haberetur concilium. Verùm nec precibus nec rationibus eorum acquievit Theodosius, ut liquet ex litteris ejus ad Valentinianum, ad Gallam Placidiam, & ad Eudoxiam, quæ exstant tom.* 4 *Conciliorum col.* 57 *& seq.: nam ait omnia Ephesi rectè fuisse peracta, dicitque se uberiùs de omnibus scripsisse ad Leonem: at hæc ejus epistola ad posteros non pervenit.*

Sancta operam suam promittit,

85 Pulcheria *verò, quæ verisimiliter ad aulam redierat priusquam prædicta epistola Constantinopolim sunt perlatæ, aut certè quæ iis excitari potuit ad aulam repetendam, & ad agendum cum fratre suo Theodosio, ita Leoni rescripsit, ut & gaudium ipsi pepererit, & spem magnam ingesserit de resarciendis Ecclesiæ damnis. Non habemus illam Sanctæ Imperatricis epistolam; sed qualis fuerit, intelligimus ex epistola* 48, *aliàs* 31, *S. Leonis, quam ad Sanctam dedit* XVI *Kalendas Aprilis anni* 450. *Quapropter hanc subjicio:* Leo episcopus Pulcheriæ augustæ. Gaudere me plurimùm, & exultare in Domino, pietatis tuæ scripta fecerunt: quibus evidenter ostenditur, quantùm Catholicam diligas fidem, & quantùm hæreticum detesteris errorem. Hæresis quippe est nimis impia, & Euangelio veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, sed ipsa Christianæ religionis conatur fundamenta convellere: negans sempiterni Patris Filium sempiternum de utero beatæ Virginis Matris veram carnem nostræ sumpsisse naturæ, & eos damnatione percellens, qui ab Euangelica & apostolica Fide nullo deduci errore potuerunt, illudque frustra prætendens, quòd Nicenæ synodi fidem teneat, cujus eum constat esse alienum, gloriosissima Augusta.

qua promissione spem magnam concipit S. Leo:

86 Unde, quia non deserit Ecclesiam suam divina protectio, dicente Domino: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumma-

A ſummationem ſeculi, eodemque opere & tempore ſpiritus Dei & Clementiæ veſtræ ſollicitudinem, & curam noſtri cordis accendit, ut de remediis procurandis eadem utrique cuperemus; quæ priùs popoſci, nunc quoque inſtantiùs peto, majore utens fiducia deprecandi, poſteaquam præſidium venerandæ exhortationis accepi, ſperans adfuturam miſericordiam Dei, ut cooperante Clementia veſtra, peſtiferi erroris poſſit morbus auferri: ut quicquid, ipſo inſpirante atque auxiliante, potuerit ſalubriter fieri, cum veſtræ fidei laude peragatur: quoniam res humanæ aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi quæ ad divinam confeſſionem pertinent, & regia & ſacerdotalis defendat authoritas. Data decimo ſexto Calendas Aprilis, Valentiniano auguſto ſepties, & Avieno; viris clariſſimis Conſulibus. *Ita S. Leo Papa. Si quis modò perpendat, præcedentem S. Leonis epiſtolam ad* Pulcheriam *notari* III Idus Octobris *anni* 449, *hanc verò* XVI Calendas Aprilis *anni* 450; *videbit quinque menſes inter utramque intercurriſſe, ita ut prior Leonis epiſtola Conſtantinopolim & reſponſum* Pulcheriæ *Romam facilè pervenire potuerit, antequam hanc ſcriberet S. Leo.*

B 87 *Hoc obſervandum fuit, quia Tillemontius in* Pulcheria *pag.* 178 *ex modò data Leonis epiſtola ineptè colligit*, S. Pulcheriam *de hiſce rebus ſcripſiſſe ad Leonem, priuſquam ullam ipſius de illis accepiſſet epiſtolam. Verùm nequaquàm dubito, quin conjectura illa, pro qua nullum in hac epiſtola eſt fundamentum, prorſus ſit falſa. Dicit quidem S. Leo* eodem opere & tempore *ſe &* Pulcheriam *cogitare cœpiſſe de remediis malo adhibendis; ſed non dixit, ipſam eodem tempore litteras Romam ſcripſiſſe, quo ipſe ſcripſerat Conſtantinopolim. Contrà iis verbis*, Nunc quoque inſtantiùs peto, majore utens fiducia deprecandi, poſteaquam præſidium venerandæ exhortationis accepi: *his, inquam, verbis ſatis innuitur, Leonem accepiſſe primam de eâ re* Pulcheriæ *epiſtolam paulò antequam hanc ſcribebat, ita ut conjicere poſſimus epiſtolam Sanctæ datam fuiſſe menſe Januario, & aliquot diebus aut hebdomadis, poſtquam illa priorem S. Leonis acceperat.*

at illa de hiſce ad Leonem non ſcripſit ante acceptam ejus epiſtolam.

C 88 *Nullum porrò eſt dubium, quin reverſa ad aulam* Pulcheria *ſtudiosè laboraverit, ut fratrem Theodoſium à partibus Eutychianorum avelleret. Quem autem conſecuta ſit laboris fructum, infrà examinabo. Interim Sancta effeciſſe videtur, ut Anatolius, qui à fautoribus Eutychis conſecratus erat, Catholicis ſe jungeret contra Eutychianos. Certè Anatolius deinde probè fuit Catholicus, qualiſcumque fuerit initio ordinationis, quod hîc non examino; & jam ante mortem Theodoſii imperatoris expetiit communionem cum Eccleſia Romana. Cùm autem Anatolius non legatur ad Romanum Pontificem ſcripſiſſe ſtatim poſt ordinationem ſuam; veriſimile eſt, eum permotum eſſe à* Pulcheria, *ut id faceret. Hunc quoque in finem videntur anno* 450 *ad Leonem ſcripſiſſe Theodoſius &* Pulcheria. *Certè utrique hac de re ſcripſit S. Leo menſe Julio. Epiſtola* 54, *aliàs* 35, *ad* Pulcheriam *ſic edita eſt:* Leo epiſcopus Pulcheriæ Auguſtæ: Gaudeo fidei Clementiæ veſtræ, quòd religioſum ſtudium dignanter impenditis, ut pax eccleſiaſtica renovetur, quæ quorumdam diſſenſionibus videbatur eſſe turbata. Debetur enim hoc veſtræ ſpecialiter gloriæ, ut ablatis omnibus ſcandalis, quæ contra Catholicam fidem inimicus excitaverat, una eademque ſit per totum mundum confeſſio veritatis, quæ faciliùs, certiùſque reparabitur, ſi pravorum ſenſuum nulla ſemina, nulla veſtigia relinquantur.

Sancta pro fide laborat, ſcribitque pro Anatolio ad Leonem,

AUCTORE J. S.

89 Quod tamen mearum partium eſt, præterire non debeo, ut ſcilicet, quid de Incarnatione Filii Dei à Conſtantinopolitano epiſcopo teneatur, agnoſcam, præſertim cùm ordinationem ipſius plura * præceſſerint, taliaque ad nos debuerit ſcripta dirigere, quæ illum à contagione hujus, qui nuper emerſit, erroris alienum evidenter oſtenderent. Optans itaque ſecuram cum eo habere concordiam, gratiamque illi fraternæ charitatis impendere, ſcribere ei interim diſtuli: non dilectionem negans, ſed manifeſtationem Catholicæ veritatis expectans. Simplex enim eſt abſolutumque, quod poſco, ut remoto longatum diſputationum labore, ſanctæ memoriæ Cyrilli Alexandrini epiſcopi epiſtolæ, quam ipſe ad Neſtorium miſerat, acquieſcat, in qua & errorem Neſtorii arguit, & fidem Nicenæ definitionis expoſuit, & epiſtolæ meæ, quæ ad ſanctæ recordationis Flavianum epiſcopum eſt directa, conſentiat. Quibus vigilanter inſpectis, Conſtantinopolitanus antiſtes repudiandum ſibi, quod auſus eſt contra puram & ſingularem fidem imperitâ inſipientiâ definire, incunctanter agnoſcat, quia & mea, & ſanctorum Patrum de Incarnatione Domini concors per omnia, & una confeſſio eſt. Quam ſi quis exiſtimaverit non ſequendam, ipſe ſe à compage Catholicæ unitatis abſcidit *; cùm tamen nos, ut in integrum omnia revocentur, optemus.

qui eidem reſpondet, quid ab Anatolio exigat,

* *al.* in ordinatione ipſius plura *&c.*

E

* *al.* abſcindet

90 Ad effectum verò ſalubrium diſpoſitionum velociùs obtinendum, fratres & coëpiſcopos meos, Abundium & Aſterium, ſed & Baſilium & Senatorem presbyteros, probatiſſimos viros miſi, qui clementiæ veſtræ formam fidei, quam ſecundum doctrinam venerabilium Patrum prædicamus, offerrent, & remotis circumloquutionibus, quibus obſcurari veritas ſolet, quid de Incarnatione Filii Dei à totius orbis probatis ſacerdotibus defenſum fuiſſet, oſtenderent, quos poſt divinam gratiam, ſancto veſtræ pietatis auxilio dignum eſt adjuvari, ne in totius Eccleſiæ perturbationem imprudens procedat intentio *; cùm correctione adhibita, omnes oporteat in unius confeſſionis redire concordiam. A qua ſi forſitan ab aliquibus diſcrepatur, univerſale concilium ſacerdotum haberi intra Italiam, Clementia veſtra annitente *, jubeatur: quò remota arte fallendi, tandem pateat, quid altiore tractatu aut coërceri debeat aut ſanari. Data tertiodecimo Calendas Auguſti, Valentiniano auguſto ſepties, & Avieno, viris clariſſimis conſulibus. *Quid perfecerint Conſtantinopoli, juvante* S. Pulcheria, *legati S. Leonis unà cum Anatolio, deinde videbimus. At priùs exponendum eſt, quanta ibi facta ſit rerum mutatio per mortem Theodoſii & matrimonium* S. Pulcheriæ *cum Marciano imperatore: nam hæc contigerunt, priuſquam legati Conſtantinopolim attigiſſent.*

& legatos mittit Conſtantinopolim.

* *al.* conſentio

F

* *al.* annuente

AUCTORE J. S.

§ X. Mors Theodosii imperatoris, qui Chrysaphium relegâsse, & partes Eutychianorum probabiliùs deseruisse videtur: Chrysaphius jussu S. Pulcheriæ occisus.

Mors Theodosii imperatoris,

MOrtuum *esse Theodosium II anno* 450, *scriptores antiqui & novi consentiunt; de die tamen emortuali non omnes concordant. At plerique dicunt, defunctum esse die* XXVIII *mensis Julii, horumque opinio præferenda videtur, licèt aliqui obitum ipsius uno die seriùs, alii etiam mense Junio retulerint. Ad gloriam* S. Pulcheriæ *nihil interest, unone an altero die frater ipsius Theodosius mortalem vitam finierit. Verùm, si vera est opinio Baronii, qui credit Theodosium consilio* S. Pulcheriæ *resiliisse ab Eutychianis sub finem vitæ, id honorificum admodùm est sanctæ Imperatrici. Illud certum est, quod idem Baronius cum aliis scriptoribus observat, Theodosium piè, rectè & feliciter imperâsse, quamdiu* S. Pulcheria *summam habuit in administrando imperio auctoritatem; infelicem verò fuisse gravissiméque lapsum esse, postquam eunuchorum consiliis uti maluit quam sanctæ Sororis.*

B

Quem ante mortem ab Eutychianis recessisse credit Baronius.

92 *At non aequè certa sunt, quæ ad annum* 450 *num.* 16 *de Theodosio subdit in hunc modum:* Qui quidem attemperatam misericordiâ Dei vindictam expertus est, quod datum illi sit ante obitum admissum facinus intelligere, remedia quærere, in auctorem (*Chrysaphium*) ulcisci, Romano Pontifici obedire, eidemque communicare, ut datæ mutuò litteræ docent. Tanta hæc, haud dubium, precibus sanctæ Sororis obtinuit, ne præteritæ optimè functæ vitæ bona opera interirent. Sed & misericordiæ quoque divinæ fuit, ut immanis perpetrati sceleris in hac vita potiùs daret pœnas quàm in futura; cùm non judicet Deus bis in id ipsum: nam sic, ex sententia Apostoli, electi in hoc mundo corripiuntur à Deo, ut non cum hoc mundo damnentur. *Ita Baronius de Theodosio II, nec improbabiliter.*

C

Certè varii scriptores Græci asserunt, Chrysaphium

93 *Verùm rationes, quæ Baronium in illam impulerunt sententiam, negantur à Tillemontio. Negat ille in* S. Leone *art.* XI *& alibi, Chrysaphium, malorum omnium auctorem, umquam excidisse gratiâ Theodosii, aut ab eo relegatum fuisse. Videamus igitur, an meritò neget Tillemontius, quod asserunt scriptores varii. Theophanes ita habet:* Theodosius . . . se Chrysaphii fraudibus circumventum agnoscens, de impiis in Flavianum perpetratis sceleribus, & admissis in reliquos episcopos injuriis summum animi concepit dolorem. In iram itaque prorumpens, primò Chrysaphium in quamdam insulam ablegat. *Nihil hisce verbis clarius. Nicephorus lib.* 14 *cap.* 49: Deinde verò Theodosius, ubi, re secum perpensa, se Chrysaphii astutiâ deceptum esse comperit, perquam graviter & impietatem in Flaviano perpetratam, & aliis episcopis nefariè illatam contumeliam & condemnationem tulit. Et quum dolori suo mederi non posset, in Chrysaphium legitimum justumque effudit furorem. Itaque illum primùm dignitate, mox etiam substantia omni spoliatum, in insulam quandam relegavit. Cujus judicium, quod cælestis quoque calculus comprobaret, in mari navigantem assequutus est. *Hæc ultima Theophani sunt addita atque obscura: nec admitti sic possunt, ut credamus in mari periisse Chrysaphium, cujus mortem mox videbimus.*

D

ab eo relegatum esse: nec meritò id negatur.

94 *Zonaras & Cedrenus, laudati num.* 60 *&* 61, *consentiunt, Chrysaphium à Theodosio relegatum fuisse. Constantinus Manasses de eodem pag.* 56 *ita loquitur:* Erat autem ille Chrysaphius eunuchus, communis hominum pernicies, improbus, impuris, sanguinariis, execrandis moribus: cujus nequitiam ubi deinceps imperator cognovisset, publicatis bonis hominem ad paupertatem redactum, æquissimâ latâ sententiâ, solum vertere jussit. *Hactenus scriptores allegati, quibus nihil oppositum Tillemontius, contentus eorum verba supprimere, & eos solùm laudare scriptores, qui egerunt de morte Chrysaphio illata. Suspicor tamen Tillemontium tot scriptoribus fidem abrogâsse ob verba Prisci in Excerptis de legationibus pag.* 71, *ubi habet:* Hinc Attilas (*quem per sicarium suborn atum occidere voluerat Chrysaphius*) illinc Zeno (*militum dux*) Chrysaphium ad pœnam deposcebant: *nam laudans hæc verba Tillemontius in Theodosio II art.* 34 *observat, legatos ad Attilam missos, ipsumque fuisse mitigatum. Verùm si Attila non perrexit caput Chrysaphii petere, si Theodosius eum petenti Attilæ tunc non tradidit, ut habet Priscus; si etiam Zeno quievit, quod non habet; an idcirco deinde relegari non potuit homo tot sceleribus infamis? Id credam scilicet, quando existimabo mutari non potuisse Theodosium.*

E

Ex Prospero quoque & missis à Leone legatis

95 *Porrò avulsum fuisse ab Eutychianorum partibus Theodosium, alia etiam innuunt. Certè omni auctoritate in hisce dignus est* S. *Prosper, qui eodem tempore vivebat & scribebat. Hic in Chronico ad annum* 450 *ita habet:* Prævalente iterum Papa Leone, diriguntur ad Orientem presbyteri & diacones, ad hæresim confutandam. Et eodem anno defecit Theodosius augustus. *Quomodo prævalebat iterum Leo, nisi quia cedebat Theodosius? Loquitur, ut opinor,* S. *Prosper de legatis, quos se mittere scribit Leo in Epistola ad* Pulcheriam *num.* 90 *recitata: quamvis hi fuerint episcopi & presbyteri; non verò diaconi cum presbyteris. De iisdem legatis* decimo septimo Calendas Augusti *scripsit* S. *Leo ad Theodosium epistolam* 52, *in qua explicat, quid exigat ab Anatolio Constantinopolitano, ut cum eo communicare possit, & de missis legatis sic alloquitur imperatorem:* Ut autem salubribus curis velocior pleniorque auxiliante Domino, per vestræ clementiæ FIDEM præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres & coëpiscopos nostros Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem presbyteros, quorum mihi devotio est probata, direxi *&c. De iisdem rursum loquitur Leo in epistola* 53 *ad Faustum Marcianum & ceteros, sequenti die datâ, ubi inter alia habet:* Nam cùm clementissimus imperator talia ad nos scripta direxerit, quibus sollicitudinem suam pro pace universalis Ecclesiæ demonstraret, ipse Constantinopolitanus episcopus, & hi, qui eundem consecrârant, præter id, quod ad ordinationem novi antistitis pertinebat, nihil nobis de compressis vel abdicatis erroribus indicârunt.

F

96 *Nunc*

A *dicendum videtur, mutatum fuisse Theodosium;*

96 *Nunc ad allegata tantisper animum advertamus. Noverat Theodosius S. Leonem Eutychianis hæreticis maximè esse contrarium, ipsumque improbare & rescidisse omnia, quæ acta erant Ephesi in synodo prædatoria. Cur igitur tantopere expetit communionem ipsius cum Anatolio, si pergebat eo tempore favere Eutychianis & gestis Ephesinis? Secundò concurrerunt eodem tempore ad communionem Leonis pro Anatolio petendam Theodosius*, Pulcheria, *ipseque Anatolius. Atque certò Catholici tunc erant* Pulcheria *& Anatolius. Ergo verisimile non est, hæreticum tunc, aut hæreticis faventem fuisse Theodosium; præsertim cùm Leo fidem ipsius bis in eadem laudet epistola, dicatque Theodosio:* Agat clementiæ vestræ DEVOTISSIMA FIDES &c. *Hinc quoque* Pulcheriæ *ob correctum Theodosium gratulari videtur his verbis:* Debetur enim hoc vestræ specialiter gloriæ, ut ablatis omnibus scandalis, quæ contra Catholicam fidem inimicus excitaverat, una eademque sit per totum mundum confessio veritatis. *Ob Theodosium correctum, inquam, &*

B *fortasse ob Anatolium, de communione cum Romana Ecclesia solicitum, hæc dicta oportuit, cùm non constet de aliis Ecclesiæ scandalis usque ad istud tempus ablatis. Tertiò clarum est ex collatione epistolarum, mutatum fuisse Theodosium. Nam antè in memorata superiùs epistola ad Valentinianum dicebat:* Omnis pax & omnis concordia regnat in ecclesiis, & nihil aliud quàm veritas viget. *Deinde verò talia ad Leonem direxit scripta*, quibus solicitudinem suam pro pace universalis Ecclesiæ demonstraret.

ita ut conversio ipsius sit admodùm probabilis.

97 *Quapropter de mutato Theodosio, qui hæreticis potius imprudenter favisse videtur quàm hæresi, hæc probabilissima mihi apparet conjectura. Exacerbatus fraude Chrysaphii erat contra S. Flavianum. Hinc facilè sibi persuaderi sivit, iniquum esse Flaviani de Eutyche judicium. Consequenter voluit congregari concilium seu latrocinium Ephesinum, in quo S. Flavianum violenta Eutychianorum conspiratione sivit opprimi. Querelas gravissimas de iniquo illo judicio audivit per litteras Leonis, Valentiniani, Gallæ Placidiæ, & Eudoxiæ, mense Octobri, ut videtur de omnibus, anni* 449 *datas. At hisce*

C *adeo non acquievit, ut rescriberet rectè damnatum esse Flavianum. Non diu pòst* S. Pulcheria, *litteris Leonis & Gallæ Placidiæ excitata, rebus se immiscere cœpit, & Chrysaphius fuit relegatus. Tum demum anno* 450 *mutatum existimo animum Theodosii, qui videre cœpit, se perperam favisse Eutychianis, & pacem Ecclesiæ restituere voluit. Hinc legatos suos Constantinopolim misit Leò, ut dictum est, ut omnia in integrum citiùs restituerentur. At id perficere non potuit Theodosius, quia ante adventum illorum legatorum vitam finivit.*

Aliqui credunt litteras Valentiniani ad Theodosium datas anno 450;

98 *Scio, quid huic rerum ordini, ipsique pœnitentiæ Theodosii possit opponi ex epistola Valentiniani imperatoris ad Theodosium & hujus ad illam responso, quia hasce litteras aliqui datas putant non diu ante mortem Theodosii: hoc autem si verum sit, multa ex dictis nequeunt subsistere. Hinc examinanda est epocha litterarum, quas Valentinianus, Galla Placidia & Eudoxia simul ad Theodosium scripserunt, ut jam monui. Valentinianus Epistolam suam sic orditur:* Cùm advenissem in urbem Romam ad Divinitatem placandam, sequenti die ad basilicam apostoli Petri processi, & illic post venera-

bilem noctem diei Apostoli, & à Romano Episcopo & ab aliis cum eo ex diversis provinciis congregatis, rogatus sum scribere vestræ mansuetudini de fide *&c. Quesnellus in prohibitis Dissertationibus suis ad Opera S. Leonis pag.* 281 *ex allegatis verbis colligit, synodum fuisse congregatam in festo Apostolorum Petri & Pauli die* XXIX *Junii anni* 450, *& tunc scripsisse Valentinianum. Si vera sit illa opinio, conversus non est Theodosius, nisi fortè ultimis vitæ diebus, cùm non supervixerit integro mense, & tamen responderit Valentiniano, rectè damnatum esse Flavianum. Verùm illa opinio Quesnelli jam refutata est à Tillemontio notâ* 32 *in S. Leonem, ac ne probabilis quidem est, quia tam citò non perferebantur litteræ Româ Constantinopolim, ut Theodosius ad hanc respondere ante mortem potuisset, si data fuisset die* XXIX *Junii aut postridie, cùm nullus mortuum dicat post* XXVIII *Julii.* AUCTORE J. S.

at eæ fuerunt datæ anno 449 *mense Octobri, quo Romæ habitum est concilium;*

99 *Tillemontius aliam viam ingressus, probare nititur, verbis Valentiniani intelligendum esse festum Cathedræ S. Petri Antiochenæ, quod celebratur* XXII *Februarii, rejicitque opinionem Baronii, qui ad annum* 449 *existimat intelligi festum dedicationis Ecclesiæ S. Petri, celebrari solitum* XVIII *Novembris. Verùm si omnino festivitas aliqua allegatis verbis indicetur, sententia Baronii longè probabilior mihi apparet quàm Tillemontii; sed neutra satis placet. Etenim varia mihi persuadent, litteras Valentiniani datas esse mense Octobri, quando synodum Romæ celebrabat S. Leo. Certè synodum Romæ fuisse, quando scribebat laudatas litteras, clarè edicit Valentinianus. Non minùs apertè id indicat Galla Placidia in suis litteris, idemque insinuat Eudoxia, cùm dicit Leonem postulâsse* cum aliis plurimis episcopis. *At constat, concilium Romæ habitum mense Octobri, quando Leo unà cum synodo scripsit ad Theodosium &* Pulcheriam. *Itaque durante illo concilio, scriptæ sunt litteræ Valentiniani & duarum imperatricum, cùm verisimile non sit, aliud post paucos menses congregatum fuisse à Leone concilium* ex diversis provinciis, *ut de hoc loquitur Valentinianus; aut* ex innumerabilibus civitatibus Italiæ, *ut Galla Placidia. Certè de altera synodo, quæ habita esset prioribus mensibus anni* 450, *nul-* F *libi meminit Leo in litteris suis, quamvis varias eo anno scripserit mensibus Martio, Maio & Julio de causa Eutychianorum, nec de ea meminit ullus alius.* E

ut ostenditur rationibus

100 *Porrò, ut observat Tillemontius, verisimile non est istud concilium, quod ante medium mensis Octobris Romæ erat congregatum, durâsse usque ad* XVIII *Novembris. Verùm advertere debuerat laudatus scriptor, opinionem suam ea observatione prorsus reddi improbabilem. Quippe, si verisimile non est, concilium durâsse usque ad* XVIII *Novembris, qua demum verisimilitudine dicemus, episcopos mansisse congregatos usque ad* XXII *Februarii anni sequentis? Non potuit non videre Tillemontius insuperabilem hanc opinionis suæ difficultatem: at eam maluit dissimulare, quàm frustra respondere. Præterea fatetur Tillemontius, idque ex litteris laudatis clarè colligitur, ignoratam fuisse Romæ mortem S. Flaviani, quando Valentinianus & imperatrices scribebant ad Theodosium. Atqui verisimile non est, mortem S. Flaviani, qui, fatente Tillemontio, obiit mense Augusto, ignotam fuisse Romæ usque ad* XXII *Februarii,*

AUCTORE J. S.

bruarii, seu sex mensibus integris. Improbabilis igitur est Tillemontii opinio de tempore datarum litterarum.

variis, quas illæ ipsæ suggerunt litteræ.

101 *Ad hoc tamen argumentum conatus est respondere: nam dicit, se ostendisse notâ* 28, *S. Flaviani mortem adhuc Romæ ignotam fuisse* XVII *Martii, quando Leo scribebat ad Martinum & Faustum epistolam suam* 49. *Verùm tota probatio eò reducitur, quòd S. Leo ipsis nihil scribat de morte Flaviani*, nullum eis det mandatum pro electione successoris, nec dicat, quo modo cum eo deberent agere. *Respondeo frivolam planè esse rationem: neque enim Leo ad degentes Constantinopoli scribere debebat de morte Flaviani, quæ illic erat notissima; nec pro electione successoris, quæ diu erat peracta. Quo autem illi modo agerent cum Anatolio, ex ipsorum litteris, ad quas respondet, haud dubiè intellexerat. Itaque nequaquam verisimile est, mortem Flaviani ignotam fuisse Leoni* XXII *Februarii, nedum* XVII *Martii. Tertia ratio, quæ opinionem Tillemontii reddit improbabilem, petitur ex litteris, de quibus agimus. Ita imperator & imperatrices scribunt ad Theodosium, ut nihil videantur sciviſſe de gestis malè Ephesi, antequam veniſſent Romam. Hinc Galla Placidia in epistola ad* Pulcheriam *dicit.* In quo sermone (*Leonis*) cognovimus, nostris temporibus Catholicam fidem esse turbatam *&c. Non didicit hoc ex verbis Leonis, si anteà noverat. Atqui nequaquam verisimile est, imperatorem & imperatrices, in Italia degentes, usque ad* XXII *Februarii ignorâsse gesta illa Ephesina, aut Leonem ad eos non citiùs recurrisse. Rursum igitur improbabile est, eorum epistolas fuisse datas circa* XXII *Februarii.*

B

Ex litteris, quibus Theodosius ad illas respondit, nihil potest erui,

102 *Attamen in litteris Theodosii tom.* 4 *Conciliorum col.* 58 *aliquæ sunt voces, ex quibus Quesnellus pag.* 281 *collegit, seriùs scriptas esse Valentiniani & imperatricum litteras. Sic enim ratiocinatur:* Rescribens Theodosius ad Valentinianum & ad augustas, dicit se de his, quæ Leo commemoraverat, jam ad eum scripsisse FUSIUS, PLENIUS, APERTIUS, PLENISSIME AC SÆPE. At cùm statim post rescitas Ephesinas turbas scripserit Leo ad Theodosium ex synodo Octobris, quomodo crebra imperatoris rescripta Leonem priùs accepisse credemus, quàm Valentinianum? *Respondeo allegatas voces ex tribus epistolis esse congestas, nihilque difficultatis habituras, si suis singulæ reddantur. Ad Valentinianum rescribit Theodosius, de illis rebus* latiùs atque plenissimè *ad Leonem esse scriptum. Poterat id verè dicere eodem die, quo ad Leonem scribebat. Galla Placidiæ respondit, de iisdem rebus* pleniùs atque apertiùs sæpè scriptum *esse. Non dicit* sæpè *à se scriptum esse ad Leonem; sed sæpè de illa re esse scriptum: ex quo nihil omnino pro tempore potest evinci. Eudoxiæ demum respondet:* Sed de præsenti causa ... reverendissimo archiepiscopo Leoni perfectè nostra mansuetudo significavit.

C

quod faveat adversariorum opinioni.

103 *Ex hisce igitur nihil inferri potest de tempore scriptarum epistolarum, nisi id unum per conjecturam valde probabilem, Valentinianum & augustas simul cum Leone ad Theodosium scripsisse; cùm hic remittat ad epistolam, quæ eodem verisimiliter die ad Leonem data fuit. Quare dubitandum non videtur, quin augustus & augustæ simul cum Leone scripserint ex concilio Romano, quod habitum fuit mense Octobri. Quod verò in epistola Valentiniani innuitur de festivitate aliqua S. Petri tunc celebratæ, nos* D *detinere non debet, cùm fortè tantùm fuerit singularis aliqua devotio, quam apud sepulcra Apostolorum exercuit Valentinianus. Certè in aliis epistolis de solemni aliqua festivitate nihil dicitur, nec stata aliqua festivitas clarè significatur in ipsis Valentiniani litteris.*

Chrysaphius jussu Pulcheriæ occisus est: factum id ante ejus nuptias,

104 *Disputatis jis, quæ ostendunt, Theodosium probabiliùs ultimis vitæ mensibus cogitâsse de pace restituenda Ecclesiæ, ac de fovenda fide Catholica, subjungam Chrysaphii eunuchi cædem justissimam. Excerpta ex Historia Theodori Lectoris de ea sic habent:* Ait præterea (*Theodorus*) Chrysaphium, qui & Tzumas dictus est, jussu Pulcheriæ interfectum fuisse. *Marcellinus comes ad annum* 450: Chrysaphius eunuchus, Pulcheriæ Theodosii sororis nutu, sua cum avaritia interemptus est. *Theodorus supplicium Chrysaphii non modò attribuit* S. Pulcheriæ; *sed etiam narrat ante nuptias ipsius cum Marciano, prout etiam eædem illam nuptiis clarè præponunt Prosper & Victor Tunonensis in suis Chronicis, atque in hunc ordinem consentit Chronicon Paschale. Itaque Marcellinus & Theophanes,* E *qui priùs narrant promotionem Marciani, censendi sunt ordinem neglexisse.*

& probabiliùs prope portam Melantiadis oppidi,

105 *Porro Chronicon Paschale de cæde eunuchi sic habet:* Eodem anno interfectus est Chrysaphius spatarius ad portam Melantiadis. *Tillemontius in S. Leone art.* XI portam Melantiadis *explicat per portam Constantinopolitanam, quæ ducit versus Melantiadem. Melantias autem oppidum erat Thraciæ ad Athyram fluvium, nec longè à Propontide, ut videri potest apud Cellarium in Geographia antiqua tom.* 1 *pag.* 852, *ubi Suidas observat, Melantiadem, quæ etiam* Melitias *tunc dicebatur, distare* CII stadiis Byzantio *seu Constantinopoli. Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 1 *pag.* 52 *invenit portam* Melandesiam, *eamque existimat à Melantiade sic dictam. Verum incerta est illa conjectura Cangii, cùm littera vocis* Melantias *non omnino tales sint, ut* Melandesia *rectè ab ea derivetur. At incertior quoque est & minùs probabilis opinio Tillemontii; cùm non addatur in Chronico occisum esse Constantinopoli, ideoque probabiliùs appareat, occisum esse ad portam ipsius oppidi Melantiadis.*

F

per Jordanem, cujus ille patrem occiderat.

106 *Theophanes de supplicio Chrysaphii sic habet:* Beata porrò Pulcheria Chrysaphium eunuchum cunctis exosum Jordani Joannis (qui Romæ quondam tyrannide arrepta ad Ardaburium & Asparem post deditionem se recipiens, cum eis Byzantium profectus, atque ad honores & dignitates promotus, tandem à Chrysaphio mortem illatam sustinuerat) filio tradidit: quem Jordanes pari mortis pœna mulctavit. *Modus hic, quo usa est sancta Imperatrix ad puniendum hominem scelestum, utcumque insinuat, ipsum nec in aula nec Constantinopoli tunc fuisse, sed in exsilio. Nam si semper eâdem potentiâ apud Theodosium usus fuisset Chrysaphius usque ad obitum imperatoris, fortasse non potuisset Jordanes sine periculo hominem potentissimum aggredi; at istud periculum cessabat, quando ille ob exsilium amicis orbatus erat & amicorum consequenter auxilio.*

A

§ XI. Matrimonium Sanctæ cum Marciano, adjecto pacto de ſervanda virginitate: Marcianus imperator creatus: res fidei utriuſque ſtudio promotæ, & corpus S. Flaviani Conſtantinopolim tranſlatum.

Pulcheria ſub pacto ſervandæ virginitatis

THeophanes *pag.* 88, *relata morte Theodoſii, ita pergit:* Cæterùm beata Pulcheria, nondum ulli imperatoris morte manifeſtata, Marcianum virum prudentiâ & honeſtate morum celebrem, ætate jam provectum, & ad negotia gerenda idoneum, ad ſe accerſitum alloquitur: " Quandoquidem deceſſit imperator, ego te ex „ omni ſenatu, ceu virtute præſtantiſſimum ele- „ gi. Da fidem, virginitatem meam, quam Deo B „ conſecravi, te ſervaturum inviolatam: & im- „ peratorem renunciabo „. Illo ſe ita facturum pollicito, patriarcham & ſenatum Pulcheria convocat, & Marcianum Romanorum imperatorem declarandum curat. *Eodem ferè modo Zonaræ pag.* 45: Theodoſio mortuo, ſed ejus obitu paucis cognito, Pulcheria Marcianum accerſit, ſenem jam, ſed virum bonum & modeſtum: &, imperatoris morte indicata, " Te, inquit, præ „ cæteris omnibus imperatorem elegi: ſi fidem „ dederis, te virginitatem meam, quam conſe- „ cravi Deo, intactam conſervaturum „. Aſſenſum illum, patriarcha & ſenatu accerſitis, imperatorem ſalutat, & diademate cingit; *videlicet* Pulcheria *tamquam auguſta Marcianum. Uterque obſcurè magis quàm clarè inſinuat, matrimonium, quod ſub pacto ſervandæ virginitatis cum Marciano contraxit* Pulcheria, *ut ipſum eo modo ad imperium eveheret.*

cum Marciano nuptias contrahit,

108 *Porrò clarum non eſt ex ſcriptoribus, utrùm electio Marciani præceſſerit nuptias, an verò fuerit ſubſecuta. At certum eſt ex litteris* S. Pulcheriæ *matrimonium fuiſſe verè contractum, cùm in iis Marcianum vocet conjugem ſuum. Nec minùs certò conſtat, Marcianum fuiſſe imperatorem electum à ſenatu etiam & populo, ſuadente* Pulcheria. *In Chronico Paſchali dicitur Theodoſius ante mortem commendâſſe Marcianum* Pulcheriæ, *& coram ſenatoribus dixiſſe, ſe divina revelatione didiciſſe, illum ſibi ſucceſſurum. Verùm non caret fabulis Chronicon iſtud. Quare nec illam Theodoſii revelationem; nec alia, quæ apud varios ſcriptores reperiuntur de prædicto variis vicibus Marciano imperio, huc transferenda aut examinanda cenſui, præſertim cùm propriè non ſpectent ad* S. Pulcheriam. *Hoc autem maximè conducit ad laudem Sanctæ, quòd virum ac imperatorem elegerit, non quidem nobiliſſimo genere illuſtrem, non ſummis dignitatibus conſpicuum; ſed virtutibus inclytum, pietate præſtantem, moribus perpolitum, ad imperium adminiſtrandum maximè idoneum, ac demum talem tantumque, ut inter præſtantiſſimos imperatores meritò numeretur, omniumque ſcriptorum celebretur laudibus.*

109 *Evagrius lib.* 2 *cap.* 1 *de eo multa habet. At pauca ſolùm huc transfero:* Igitur Marcianus, ſicut cùm ab aliis multis, tum à Priſco rhetore proditum eſt, oriundus fuit ex Thracia, patre militari. *Et poſt multa:* Fuit Marcianus erga Deum quidem pius; in ſubditos autem juſtiſſimus: divitias veras exiſtimans, non eas, quæ reconditæ ſunt, aut quæ ex tributis colliguntur; ſed eas ſolùm, quæ indigentium penuriam ſublevare poſſint, & locupletibus tutas ac ſecuras opes ſuas præſtare. Formidabilis non tam propterea quòd puniret, quàm quòd metuebatur, ne puniturus eſſet. Itaque imperium, non quidem hæreditario jure, ſed præmium virtutis adeptus eſt: cùm ſenatus & omnes omnium ordinum viri communi conſenſu hunc ei honorem detuliſſent ſuaſu Pulcheriæ. Quam ille, utpote Auguſtam, uxorem quidem duxit: numquam tamen cum ea rem habuit, quippe quæ in perpetua virginitate ad obitum uſque permanſerit. Atque hæc geſta ſunt, antequam Valentinianus, qui Romæ imperabat, electionem illam ſuo ſuffragio comprobâſſet. Quam tamen ille ob virtutem Marciani poſtea confirmavit. Porrò Marciano id maximè in votis erat, ut unus idemque cultus ab omnibus exhiberetur Deo, linguis, quæ per impietatem confuſæ fuerant, rurſus piè unitis; utque divinum Numen una eademque glorificatione laudaretur. *Breviùs S. Proſper in Chronico:* Theodoſio imperatore diem functo, & Chryſaphio præpoſito, qui amicitia principis malè uſus fuerat, interemto, Marcianus conſenſione totius exercitus ſuſcepit regnum, vir graviſſimus, & non ſolùm reipublicæ, ſed etiam Eccleſiæ perneceſſarius. E

AUCTORE J. S. *ut virum probatiſſimum ad imperium eveharet:*

110 *Chronicon Paſchale ad annum* 450 *locum & diem electionis adjungit his verbis:* Eodem ipſo anno levatus eſt Marcianus auguſtus à Circenſibus ſeu Factionibus in Hebdomo, menſe Loo, .. VIII Kal. Septemb., feriâ V. Solus verò imperavit (*in Oriente.*) Uxorem duxit dominam Pulcheriam, Theodoſii imperatoris ſororem, virginem, annos natam LIV. *Idacius in Chronico, relata Theodoſii morte, de electione Marciani ſic habet:* Statim apud Conſtantinopolim Marcianus à militibus & ab exercitu, inſtante etiam ſorore Theodoſii Pulcheria regina, efficitur imperator. Quâ ſibi in conjugium adſumptâ, regnat in partibus Orientis. *Ex hiſce conjicere licet, talem fuiſſe rerum ordinem. Mortuo Theodoſio,* Pulcheria *Marcianum advocat, & cum eo facit contractum de ineundo matrimonio, ſervandaque in eo virginitate. Hunc deinde communicat cum patriarcha & ſenatu, agitque cum iiſdem de Marciano imperatore creando. Obtento horum & aliorum conſenſu, Marcianus ab omnibus imperator eligitur: ac deinde nuptias celebrat cum* Pulcheria. F

hic ab omnibus ordinibus electus,

111 *Quod ſpectat ad diem* XXV *Auguſti, in Chronico Paſchali aſſignatum; nec cum feria quinta dies ille congruat, nec cum menſe Macedonico Loo: nam cùm littera Dominicalis eo anno eſſet* A, *dies* XXV *Auguſti erat feria ſexta, non quinta; menſis verò Lous finitur* XXIV *Auguſti. Quare, cùm Idacius ſcribat, poſt mortem Theodoſii ſtatim electum eſſe Marcianum, exiſtimo diem malè aſſignari in Chronico Paſchali frequenter mendoſo, remque peractam eſſe citiùs die mihi ignota. Ætatem quinquaginta & quatuor annorum fuiſſe* S. Pulcheriæ, *dum nupſit, facilè admiſero, cùm ea ætate eſſe debuerit ſecundum diſputata* § 2 *de anno natali. Verùm auctor Chronici non poterat ipſi tot*

imperium capeſſit menſe Auguſto.

AUCTORE J. S.

annos attribuere, cùm natam dixerit anno 399, nisi sua corrasisset ex variis scriptoribus, quos invicem non conciliavit.

Corpus S. Flaviani Constantinopolim translatum:

112 *Electo Marciano, nuptiisque ipsius cum* S. Pulcheria *celebratis, varia mox fieri curavit* S. Pulcheria *ad fidem Catholicam promovendam. Primus, quantùm existimo, locus debetur translationi corporis S. Flaviani. Theophanes pag. 88, & Nicephorus lib. 14 cap. 49 referunt translationem illam ante mortem Theodosii imperatoris. Marcianus imperator in Lege, quâ gesta contra S. Flavianum irritat, tom. 4 Conciliorum col. 865 ait, civitatem Constantinopolitanam expetiisse Flaviani reliquias & recepisse, sed nihil dicit de tempore translationis, nisi quòd insinuet factam saltem esse ante concilium Chalcedonense. Hoc certum est, mandata de transferendo Sancti corpore data esse multò citiùs quàm sacrum corpus Constantinopolim pervenerit. Hinc fieri potuit, ut, vivente Theodosio,* S. Pulcheria *sacrum istud corpus transferri jusserit, illudque Constantinopolim pervenerit, imperante Marciano. Hoc autem modo epistola* S. Pulcheriæ *mox danda, quâ jussu Marciani translatio facta dicitur, sic conciliari posset cum Theophane, ut ante mortem Theodosii mandatam a* Pulcheria *translationem, corpusque Constantinopolim perductum ibique honorificè reconditum, jubente Marciano, crederemus. Quidquid verò sit de tempore inchoatæ translationis, dubitare non possumus, quin illam peragendam præcipuè curaverit* S. Pulcheria, *cui de ea gratias primùm egit S. Leo, licèt illa modestè scriberet Marciani præcepto translationem esse factam. Existimo etiam mandatum de translatione fuisse datum, priusquam legati Apostolici concilium celebrârunt Constantinopoli, in quo de Catholica fide Anatolii constitit, ut mox dicemus, quia translatio aliàs peracta esse non potuisset, quando scribebat* S. Pulcheria *de gestis in illo concilio.*

B

concilium ibidem habitum, in quo Anatolius aliique Ecclesiæ Romanæ conciliati:

113 *Vidimus num. 90, legatos à S. Leone Constantinopolim fuisse missos mense Julio anni 450, hosque commendatos fuisse* S. Pulcheriæ. *Ratio erat, ut S. Leo horum operâ de fide Anatolii Constantinopolitani episcopi & aliorum cognosceret, priusquam cum illis communicaret. Horum legatorum primus erat S. Abundius Comensis episcopus, in cujus Vita, apud nos data ad 2 Aprilis, cap. 3 leguntur sequentia ad propositum nostrum:* Præterea Anatolius, episcopus ecclesiæ Constantinopolitanæ minoris Romæ, acceptâ epistolâ S. Leonis Papæ de confirmatione Catholicæ fidei contra hæreticos, congregavit concilium omnium episcoporum & archimandritarum, seu presbyterorum & diaconorum, & ante conspectum omnium recitata est epistola S. Leonis, quam B. Abundius coram omnibus præsentavit, concordantibus testimoniis Romanorum patrum atque Argolicorum. Anatolius episcopus Constantinopolitanus huic epistolæ S. Leonis Papæ, continenti Catholicæ fidei veritatem, concordantibus etiam testimoniis Patrum ab eadem Apostolica Sede directis, plena devotione consensit & subscripsit, anathema dicens Eutychi & Nestorio, & dogmati vel sectatoribus eorum. Tunc cæteri Patres non parvi numeri, eodem modo subscripserunt. *Hæc facta sunt anno 450 ad finem vergente, postquam legati venerant Constantinopolim, & sic ibidem fides Catholica rursum prævaluit.*

C

114 Pulcheria, *cujus industriâ feliciter omnia erant peracta, tales ad S. Leonem dedit litteras.* Leoni reverendissimo episcopo Ecclesiæ gloriosæ civitatis Romæ, Pulcheria venerabilissima augusta. Literas tuæ beatitudinis cum omni decenti omnem episcopum veneratione suscepimus; per quas tuam fidem puram & talem cognovimus, qualis debet cum sanctitate sacro præberi templo. Ego verò similiter ac meus dominus tranquillissimus imperator, meus conjunx, in eadem semper & mansimus & manemus, omnem pravitatem atque pollutionem & maleficium declinantes. Sanctissimus igitur gloriosæ Constantinopolis episcopus Anatolius in eadem fide permansit atque religione, & tuarum literarum apostolicam confessionem complectitur, illo errore sublato, qui ab aliquibus nunc ortus est, sicut ex ejus quoque literis clariùs tua Sanctitas agnoscere poterit: & epistolæ similiter Catholicæ fidei, quam ad sanctæ memoriæ Flavianum episcopum tua Beatitudo direxit, sine aliqua dilatione subscripsit.

D

de hisce Pulcheria ad Leonem scribit,

115 Et propterea tua Reverentia quocumque modo prospexerit, significare dignetur; ut omnes etiam totius Orientis episcopi, Thraciæ atque Illyrici, sicut etiam nostro domino piissimo imperatori meo conjugi placuit, in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire: & illic facto concilio, & de Catholica confessione, & de his episcopis, qui ante hoc segregati sunt, sicut fides & Christiana pietas exigit, te autore decernant. Super hæc autem sciat tua Sanctitas, quoniam præcepto nostri domini & tranquillissimi principis mei conjugis in gloriosam civitatem Constantinopolim sanctæ memoriæ episcopi Flaviani corpus allatum est, & in basilica Apostolorum, in qua consueverunt præcessores episcopi sepeliri, competenter est positum. Et hos similiter episcopos, qui propter eandem causam, quoniam cum sanctissimo Flaviano ad concordiam fidei Catholicæ concurrerant, exilio deportati sunt, reverti debere, robore pragmatici sui præcepit; quatenus per approbationem synodi, atque sententiam omnium episcoporum convenientium, episcopatum & ecclesias proprias recipere decernantur. *Hactenus* S. Pulcheria, *cujus pietate & industriâ feliciter omnia erant peracta. Epocha datæ epistolæ non additur.*

unà petens, ut concilium universale habeatur.

E

Respondens S. Leo, Sanctam elogio insigni celebrat,

F

116 *Acceptis hisce litteris, & aliunde etiam edoctus de gestis Constantinopoli, S. Leo epistolam 59, olim 39, miris Sanctæ laudibus conspersam, die* XIII *Aprilis anni* 451 *ad* Pulcheriam *misit. Totam huc transfero:* Leo Episcopus Urbis Romæ, Pulcheriæ augustæ. Quod semper de sancta Pietatis vestræ mente præsumsimus, id pleniſſimè experiendo cognovimus, Christianam fidem, quamvis diversis pravorum appeteretur insidiis, vobis tamen præsentibus, & in defensionem ejus à Domino præparatis, non posse turbari. Non enim Deus aut suæ misericordiæ sacramentum, aut vestri laboris deserit meritum: quo dudum subdolum sanctæ religionis hostem ab ipsis visceribus Ecclesiæ depulistis, cùm hæresim suam tueri impietas Nestoriana non potuit; quia non fefellit Famulam & Discipulam veritatis, quantum simplicibus infunderetur veneni per illa loquacis hominis colorata mendacia. De quo virtutum agone processit, ut per solicitudinem vestram ea, quæ per Eutychen diabolus molitus est, non laterent; & qui sibi singulas partes geminæ impietatis elegerant, una Catholicæ fidei virtute procumbe-

A cumberent. Secunda ergo hæc vobis, de peremto Eutychetis errore victoria eſt : qui, ſi quid ſani cordis habuiſſet, errorem dudum in autoribus ſuis perculſum olimque proſtratum facilè potuerat declinare, ne de ſepultis cineribus rediviva tentaret incendia commovere, ut in eorum tranſiret conſortium, quorum ſecutus eſſet exemplum, glorioſiſſima Auguſta. Libet igitur exultare cum gaudio, & pro veſtræ Clementiæ proſperitate digna Deo vota perſolvere, qui tibi per omnes mundi partes, in quibus Domini Euangelium prædicatur, duplicem jam & palmam contulit, & coronam.

& alia quæ m

117 Clementia igitur veſtra agnoſcat omnem Romanam Eccleſiam de univerſis fidei veſtræ operibus plurimùm gratulari : ſive quòd legationem noſtram pio per omnia juviſtis affectu, & quòd ſacerdotes Catholicos, qui de eccleſiis ſuis injuſtâ fuerunt ejecti ſententiâ, reduxiſtis, ſive quòd reliquias ſanctæ memoriæ Flaviani, innocentis & Catholici ſacerdotis, ad eccleſiam, cui benè præfuit, feciſtis cum honore debito revocari. In quibus utique omnibus gloriæ veſtræ

B multiplicatur augmentum, dum & Sanctos pro ſuis meritis veneramini, & ab agro Dominico ſpinas & tribulos vultis auferre. Quoſdam verò epiſcopos de his, qui rebus impiis videntur præbuiſſe conſenſum, reconciliationem poſcere, & Catholicorum communionem deſiderare, tam noſtrorum, quàm fratris coëpiſcopi mei Anatolii, cui teſtimonium ferre dignamini, relatione cognovimus, quorum deſideriis ſic præbemus effectum, ut correctis, & quæ malè ſunt facta, propria ſubſcriptione damnantibus, participatâ noſtrorum, quos miſimus, curâ cum ſupradicto epiſcopo, pacis gratia tribuatur : quia devotionis utrumque eſt Chriſtianæ, ut & pertinaces veritas juſta coërceat, & converſos charitas non repellat.

eidem rurſus commendat.

118 Quia verò novimus, quantum piæ ſolicitudinis Catholicis ſacerdotibus Manſuetudo veſtra dignetur impendere, indicandum eſſe curavimus, fratrem & coëpiſcopum meum Euſebium nobiſcum degere, & noſtræ communionis eſſe conſortem, cujus commendamus eccleſiam, quam dicitur vaſtare, qui illi injuſtè aſſeritur ſubrogatus : illud etiam à veſtra Pietate

C poſcentes, quod vos ſpontaneo facere non dubitamus arbitrio, ut tam fratrem & coëpiſcopum meum Julianum, quàm Conſtantinopolitanos clericos, qui ſanctæ memoriæ Flaviano fidelibus officiis adhæſere, eâ, quâ debetis, gratiâ foveatis. De omnibus verò Pietatem veſtram per noſtros, quid fieri aut ordinari deberet, inſtruximus. Data Idibus Aprilis, Adelphio viro clariſſimo conſule. *Scripſit eodem die S. Leo ad Anatolium, de cujus fide jam certior erat redditus, epiſtolam* 60, *& ad Marcianum auguſtum aliam epiſtolam, quam non habemus, ut colligitur ex epiſtola* 62, *quam paulo pòſt iterum ad Marcianum dedit : ſed nulli de rebus rectè geſtis tantam attribuit laudem, quantam* S. Pulcheriæ.

Cùm Marcianus & Pulcheria in omnibus Leoni vellent obſequi,

119 *Theodorus Lector lib.* 1 *hæc habet :* Marcianus & Pulcheria litteras ſcripſerunt ad Leonem Papam Urbis Romæ, quibus omnem illi poteſtatem tribuebant. *Hæc verba, opinor, ſignificant, eos ſcripſiſſe ad Leonem, ut liberè indicaret, quid pro fide effectum vellet. Hinc Marciano in epiſtola* 62 *ſcribit, ut non ſinat ampliùs diſputari, aut in dubium revocari,* utrùm Eutyches impiè ſenſerit, & utrùm perver-

ſè Dioſcorus judicârit. *Similia veriſimiliter etiam mandavit* Pulcheriæ, *ſed epiſtola illa excidit, ut & aliæ haud dubiè plures. Certè in epiſtola ad* Pulcheriam *mox danda, in qua petit, ut Eutyches in exſilium mittatur longiùs à Conſtantinopoli, mentio fit de aliqua epiſtola, quæ modò non exſtat aut certè latet. Porrò, cùm multi in hæreſim lapſi, necdum reconciliati eſſent Eccleſiæ in concilio Conſtantinopolitano, de quo mox egimus ; & legati illi priores Romam eſſent reverſi ; menſe Junio anni* 451 *Lucentium epiſcopum & Baſilium presbyterum legatos Conſtantinopolim miſit S. Leo, ut hi cum Anatolio Conſtantinopolitano de re tota diſponerent ſecundum regulas præſcriptas. Litteras de hiſce dedit ſanctus Papa ad Marcianum, ad* Pulcheriam, *ad Anatolium, & ad Julianum Coenſem epiſcopum.* AUCTORE J. S.

hic iterum alios legatos mittit Conſtantinopolim,

120 *Quæ autem ad Sanctam noſtram datæ ſunt, olim* 45, *deinde* 64, *ita ſe habent :* Leo Epiſcopus Pulcheriæ auguſtæ. Religioſam pietatis veſtræ ſolicitudinem, quâ univerſo mundo, Deo inſpirante, conſulitis, crebrioribus alloquiis incitare præſumo ; ut operum veſtrorum profectum neceſſaria perfectio ſubſequatur : ac ſicut de ſtatu Conſtantinopolitanæ eccleſiæ gratulamur, cujus & ſacerdos & populus Catholicæ puritatis fidem jam tenere cognoſcitur, ita etiam aliorum concors nobiſcum ſit de Verbi Incarnatione confeſſio. Unde quod facturum me aliis literis indicaveram, Lucentium epiſcopum, & Baſilium presbyterum fratres meos dirigere properavi, qui diſpoſitiones meas, fratris mei Anatolii devotione ſociata, ſecundum eas, quas acceperunt, regulas exequantur, glorioſiſſima Auguſta. Sicut enim prædicti epiſcopi ſcriptis, & clericorum ejus ſuggeſtione patefactum eſt, multa ſunt, quæ indulgentiùs ſunt curanda ; multa, quæ juſtiùs coercenda : ut in cauſſa tantæ perturbationis, nec diſtrictio nimis ſit aſpera, nec remiſſio parùm cauta ; cùm aliud ſatisfacientibus, aliud pertinacibus debeatur. Offertur ergo Pietati veſtræ digna materia, quæ placitam Domino curam ſancti cordis exerceat, & præcedentium meritorum coronas etiam de præſentis erroris abolitione multiplicet.

E

F

eoſque Pulcheriæ commendat,

121 Sicut enim Neſtoriana impietas, ita & Eutychiana blaſphemia ab omnium eſt Catholicorum eliminanda conſortio. Quia tam impium eſt, conſempiternam & conſubſtantialem Patri Filii Deitatem, etiam ex utero Virginis Matris partu editam negare corporeo, quàm unam in Dei Filio poſt Incarnationis ſacramentum affirmare naturam : ut ſcilicet aut humanitas ejus refutetur, aut Deitas : cùm unitione utriuſque eſſentiæ nec altera ſit in alteram verſa, nec aſſumta in aſſumente finita : ſed & Verbi incommutabilitas, & carnis atque animæ veritas maneant inſeparabiliter in unitate Perſonæ. Quod qui teſtificante Lege, credentibus patriarchis, annuentibus prophetis, prædicante Euangelio, docentibus Apoſtolis, & toto mundo confitente non creduht, extra ſacramentum Corporis Chriſti, extra unitatem ſunt nominis Chriſtiani. Quorum ſicut ruinam dolemus, ita perfidiam deteſtamur. Ut autem circa talium perſonas ſyncerum ſervetur ubique judicium, & aliud correctis, aliud pertinacibus rependatur, veſtra Pietas noſtros, qui ab Apoſtolica Sede ſunt miſſi, fovere dignetur ; eorumque omnes, quas injunximus, adjuvet actiones, quo citiùs ac faciliùs, auxiliante Domino, quæ ad veſtram gloriam,

&c

AUCTORE J. S. & ad totius Eccleſiæ pacem proficiant, exequantur.

petens etiam, ut Eutyches relegetur.

122 De Eutyche autem totius ſcandali & pravitatis autore, hoc Clementia veſtra præcipiat, ut ab eo loco, qui Conſtantinopolitanæ urbi nimis vicinus eſt, longiùs transferatur: ne frequentioribus ſolatiis eorum, quos ad impietatem ſuam traxit, utatur. Monaſterio quoque ipſius, cui perniciosè indigneque præſedit, Catholicum abbatem jubete præponi, qui illam ſervorum Dei congregationem & à pravo dogmate liberare, & inſtitutis veritatis poſſit imbuere. Data VII Idus Junii, Adelphio viro clariſſimo conſule. *Hæc quidem S. Leo ad* Pulcheriam; *ſed quæ cupiebat fieri per hoſce legatos, facta ſunt in concilio Chalcedonenſi, quod jam erat indictum à Marciano, ut videbimus.*

§ XII. Geſta Sanctæ pro felici exitu concilii Chalcedonenſis.

B

Cùm S. Leo concilium ſæpè petiiſſet,

Sanctus Leo Papa poſt infelicem exitum Epheſini latrocinii ſæpè per litteras petierat, ut univerſale concilium haberetur in Italia, ut reſarcirentur damna Epheſina. Marcianus auguſtus, ubi creatus erat imperator, ac S. Pulcheria *eidem per litteras ſignificârunt, ſibi quoque placere, ut concilium congregaretur, licèt hi ſemper magis deſideraviſſe videantur; ut haberetur in Orientali imperio, quam in Italia, quæ erat Occidentalis imperii, & ſub Valentiniano III. Verùm cùm tanta non videretur concilii neceſſitas, poſtquam multa in integrum erant reſtituta per legatos S. Leonis, & Occidentale imperium gravi bello infeſtaretur ab Attila Hunnorum rege, minùs jam feſtinabat S. Leo, malebatque ut concilium differretur, quemadmodum ſcribit in epiſtola* 63 (*aliàs* 44) *ad Marcianum auguſtum,* data *anno* 451, VII Idus Junii, *his verbis:* Synodum verò fieri, ut meminit clementia veſtra, etiam ipſi poposcimus. Sed ſacerdotes provinciarum omnium congregari præſentis temporis neceſſitas nulla ratione permittit: quoniam illæ provinciæ, de quibus maximè ſunt evocandi, inquietante bello * ab eccleſiis ſuis eos non patiuntur abſcedere. Unde opportuniori tempori propitiante Domino, cùm firmior fuerit reſtituta ſecuritas, jubeat veſtra clementia reſervari.

C

* *al.* inquieta bellorum

Marcianus illud Nicæam convocat: Pontifex verò eò deſtinat legatos ſuos;

123 *At cùm Marcianus &* Pulcheria *ignorarent mutatum eſſe Leonem, & ſynodi acceleration em deſiderarent, ut epiſcopi, ſedibus ſuis injuſtè expulſi, eas juſto judicio reciperent, & hæretici occupatis ſedibus expellerentur; Marcianus jam ſynodum convocaverat per litteras menſe Maio datas, quæ videri poſſunt tom.* 4 *Conciliorum col.* 67. *Per haſce autem litteras epiſcopi omnes evocabantur Nicæam, ubi hanc ſynodum habendam cogitabat tunc imperator, jubebanturque adeſſe Nicææ Kalendis Septembris. S. Leo, acceptis Marciani litteris de concilio Nicæam convocato, mox ejus conſilium approbavit, & quatuor aut etiam quinque elegit legatos, qui nomine ſummi Pontificis concilio adeſſent & præſiderent. Legati hi fuerunt Paſchaſinus Lilybetanus in Sicilia epiſcopus, Lucentius epiſcopus Aſculanus, & Bonifacius & Baſilius presbyteri, quibus adjungebatur Julianus epiſcopus Coënſis, qui erat Conſtantinopoli. De hiſce legatis ſcribit Pontifex ad Marcianum, ad Anatolium, ad Julianum Coënſem, & ad ipſam ſynodum: attamen in litteris ad ſynodum inter legatos ſuos, quos vult ſynodo præſidere, non nominat Julianum Coënſem, ita ut hic magis fuiſſe videatur legatorum conſiliarius quàm legatus. Prædictæ litteræ die* XXVI *&* XXVII *Junii leguntur datæ. An Leo ad* Pulcheriam *quoque tunc ſcripſerit, non conſtat: nam nulla exſtat epiſtola ad ipſam eo tempore data; ſed excidere potuit cùm aliis multis.*

D

deinde ad Pulcheriam ſcribit de illi miſſis,

124 *Menſe Julio de eâdem re rurſus ad Marcianum ſcripſit, & tunc hanc* 75 (*aliàs* 51) *ad* Pulcheriam *dedit:* Leo Epiſcopus Pulcheriæ auguſtæ. Religioſam Clementiæ veſtræ ſolicitudinem, quam Catholicæ fidei indeſinenter impenditis, per omnia recognoſco, & Deo gratias ago; quòd tantam univerſalis Eccleſiæ curam habere vos video, ut quod juſtitiæ & benevolentiæ congruere arbitror, confidenter inſinuem, quo celeriùs, quæ, propitio Chriſto, Pietatis veſtræ ſtudio irreprehenſibiliter hactenus geſta ſunt, ad gratulandum perducantur effectum, glorioſiſſima Auguſta. Quod ergo ſynodum Calchedonenſem * haberi Clementia veſtra præcepit, cùm à me ut in Italia haberetur Manſuetudo veſtra retineat poſtulatum; ut omnes noſtrarum partium convocati antiſtites, ſi ſecuritas temporis ſuppeteret, convenirent; adeo tamen non aſpernanter accepi, ut binos de coëpiſcopis meis & compresbyteris ordinarem, qui vicem meam implere ſufficerent, etiam datis ad venerabilem ſynodum congruentibus ſcriptis, quibus fraternitas advocata cognoſceret, quam formam ſervare in hac dijudicatione deberet: ne ulla temeritas aut fidei regulis, aut canonum ſtatutis, aut benignitatis remediis obviaret.

E

* *ſcriptum fuit* Nicænam *aut* Nicæa

de geſtis malè in latrocinio Epheſino,

125 Sicut enim à principio hujus cauſſæ frequentiſſimè ſcripſi, hanc inter diſcordes ſenſus & carnales æmulationes moderationem volui cuſtodiri, ut integritati quidem fidei nihil evelli, nihil liceret opponi; ad unitatem verò pacemque redeuntibus remedium veniæ præſtaretur. Quia tunc opera diaboli potentiùs deſtruuntur, cùm ad Dei proximique dilectionem hominum corda revocantur. Sed quàm contraria tunc his monitis atque obſecrationibus meis acta ſint, multùm eſt explicare, nec opus eſt epiſtolari pagina comprehendi, quicquid in illo Epheſino non judicio, ſed latrocinio, potuit perpetrari; ubi primates ſynodi, nec reſiſtentibus ſibi fratribus, nec conſentientibus pepercerunt; cùm ad infringendam Catholicam fidem, & ad execrabilem hæreſim roborandam, alios privilegio honoris exuerent, alios conſortio impietatis inficerent: ſæviores profectò in eos, quos perſuadendo ab innocentia ſeparabant, quàm in illos, quos beatos confeſſores perſequendo faciebant.

F

de indulgentia pœnitentibus concedenda:

126 Verumtamen quia tales ſibi maximè ſua iniquitate nocuerunt, & majoribus vulneribus diligentior eſt adhibenda medicina, nullis unquam epiſtolis definivi etiam talibus, ſi reſipiſcerent, veniam denegandam. Et quamvis incommutabiliter inimiciſſimam Chriſtianæ religioni hæreſim deteſtemur, ipſos tamen, ſi corrigantur, & digna ſe ſatisfactione purificent, ab ineffabili miſericordia Dei non judicamus alienos: ſed potiùs cum gementibus gemimus, cum flentibus flemus, & ſic utimur juſtitia commotionis, ut non omittamus remedia charitatis: quod

A quod ſicut pietas veſtra cognoſcit, non verbis ſolis promittitur, ſed etiam factis docetur. Siquidem penè omnes, qui in conſenſum præſidentium aut traducti fuerant aut coacti, reſcindendo, quod ſtatuerant, & condemnando, quod ſcripſerant, perpetuam culpæ abolitionem, & Apoſtolicæ pacis gratiam ſint adepti.

at hinc nequit inferri, aliquod factum Leonis Sanctæ diſplicuiſſe.

127 Si ergo Clementia veſtra propoſitum meum conſiderare dignetur, probabit me eo conſilio cuncta geſſiſſe, ut ſine cujuſquam animæ detrimento, hæreſeos tantùm obtineretur extinctio; & ob hoc circa autores ſæviſſimorum turbinum quiddam conſuetudinis minuiſſe, ut ad indulgentiam poſtulandam compunctione aliqua poſſit eorum tarditas excitari. Qui etſi poſt illud judicium ſuum tam impium, quàm injuſtum, non ſunt Catholicæ fraternitati honorabiles, ut fuerunt, ſuas tamen adhuc obtinent ſedes, & epiſcopatus ſui honore potiuntur, aut per veram & neceſſariam ſatisfactionem pacem totius Eccleſiæ recepturi; aut ſi hæreſim, quod abſit, tuentur, profeſſionis ſuæ merito judicandi. Data decimo tertio Kalendas Auguſti, Adelphio viro clariſſimo conſule. *Tillemontius in S. Leone art. 99 ex hac epiſtola ſuſpicatur, diſplicuiſſe* S. Pulcheriæ, *quòd S. Leo vetuiſſet è diptychis recitari nomina Dioſcori, & aliorum quorumdam, qui præcipuas partes egerant in latrocinio Epheſino. Verùm inanis mihi apparet hæc ſuſpicio, cùm variis de cauſis conſiliorum ſuorum rationes Sanctæ potuerit exponere, ut facit Leo.*

B

Concilium ſeriùs & Chalcedone inchoatum: contra tumultuantes ſcribit Sancta.

128 *Porrò concilium iſtud nec Nicææ habitum eſt, nec cœptum Kalendis Septembris, ut initio fuerat ſtatutum. Ratio differendi poterat eſſe gemina, cùm quia Leo in epiſtola 74 ad Marcianum ſcripſerat, tempus nimis breve fuiſſe conſtitutum epiſcopis ad conveniendum, tum quia ipſe imperator in Illyrici partibus detinebatur quibuſdam incurſionibus hoſtium. Hæc ultima ratio etiam fuit transferendi ſynodum, ut Marcianus ipſe adeſſe poſſet, quemadmodum petebant legati Sedis Apoſtolicæ. Hanc rationem profert Marcianus in litteris, quibus ſynodum transfert Chalcedonem Conſtantinopoli vicinam, ut videri poteſt tom. 4 Conciliorum col. 74. Non immeritò petiiſſe legatos Apoſtolicos, ut imperator adeſſet, ſatis colligimus ex turbis, quas Nicææ excitabant Eutychiani, & fortaſſe etiam Neſtoriani. Certè* S. Pulcheria, *auditis iſtis turbis, mandatum miſit ad conſularem Bithyniæ Strategum, ut omnes non advocatos & tumultuantes Nicææ expellat. Litteræ iſtæ legi poſſunt tom. 4 Conciliorum col. 70.*

C

Synodus, Pulcheriam miris laudibus celebrans,

129 *Inchoata demum ſynodo die* VIII *Octobris Chalcedone in eccleſia S. Euphemiæ, damnatoque & depoſito Dioſcoro Alexandrino* XIII *Octobris; ſynodus cùm imperatoribus tum* S. Pulcheriæ *per litteras illius depoſitionem expoſuit. Quanti autem ſynodus tota faceret ſanctam Imperatricem ejuſque pro Eccleſia labores, luculenter oſtendunt hæ litteræ, quas Labbeus tom. 4 Conciliorum col. 464 recitat hoc modo:* Piiſſimæ & Chriſtum diligenti, Deoque dilectiſſimæ **reginæ** & auguſtæ, cuſtodi Catholicæ & orthodoxæ fidei, filiæ Pulcheriæ, ſancta & magna ſynodus, quæ ſecundum Dei gratiam & veſtri imperii ſanctionem in Calchedonenſium metropoli congregata eſt. Multa tibi bona præſtentur, quæ donante digna ſunt Salvatore, quæ amas Chriſtum, filia Auguſta. Loquentes enim nos ad Alumnam fidei, oportet ab orationibus inchoare, atque hinc Deo laudes offerre, quia juxta ipſam Domini Euangelicam vocem lucet lux meritorum veſtrorum coram cunctis hominibus, & bona opera veſtra cernentes glorificant Patrem noſtrum, qui in cælis eſt. Ecce enim cunctis pietatis veſtræ fulgor irradiat: impletus eſt per vos apoſtolicæ doctrinæ curſus, & zelo veſtri amoris in Deum ignorantiæ caligo perculſa eſt, & fidei declarata concordia, nec ultra hæreticæ peſtilentiæ nobis ſunt importuna zizania. Conſonamus univerſis magiſteriis pietatis, veſtris id adjuti laboribus impetrantes. Per vos enim nobis fidelium gregibus caulæ replentur, per vos nunc, qui olim fuerant diſperſi, concurrunt: ſuntque paſtores ovibus reſtituti, & magiſtri diſcipulis.

AUCTORE J. S.

damnationem Dioſcori eidem perſcribit.

130 Qui enim diſpergebat, extinctus eſt: ſopitus eſt perſecutor, princeps tempeſtatis exploſus eſt: ipſique naves ſuas in curſu repetiere rectores, Chriſto ad intelligentiam proſperè dirigente, qui oſtendit in Leone mirabili veritatem; quia ſicut ſapiente Petro, ita & iſto utitur aſſertore. Et nos quidem deſideravimus, ut omne membrum nobiſcum pariter fraternâ concordiâ choros gaudii celebraret. Sed quia ſolus ille, qui Alexandrinorum tenuit præſulatum, ultro ſemetipſum à tantorum bonorum collegio pepulit, & nos ei cum triſtitia & lacrymis denegavimus communionis noſtræ conſortium: quia & Salvator noſter, qui vult omnes homines ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, illum, quem ſordida indutum veſte conſpexit, à regali aula competenter excluſit. Cui quia ſimilem comperimus eſſe Dioſcorum, ob hoc eum à ſacerdotii dignitate contra vota noſtra definivimus alienum. Fratribus enim ſcandala ponebat ut nequam, & in ore ſuo abundavit nequitia, fallaciâ ſuâ literarum Romani Pontificis abnuens lectionem. Unde quia ſemetipſum non exhibuit bonis exemplum, remanſit ſicut ſtatua ſalis, ut terreat delinquentes, dum per illa, quæ geſſit, pro nobis ſuis adjudicatoribus ſatisfaciat, eo quòd ex nulla duritia, quinimo nec quanta adhuc exigebat juſtitia, ſententiæ adverſus eum decreta protulimus.

E

ac protectionem Sanctæ poſtulat.

131 Unde præſumentes ea, quæ placuerunt, veſtro inſinuamus imperio, ut illum pro ſuis erroribus execretur, noſtram verò ſententiam probet, à quibus pro totius corporis providentia, quod computruerat, eſt abſciſſum. Eſtote igitur incolumium protectores, & ſicut pii roborate fideles, & divinæ in vobis providentiæ Largitori hanc viciſſitudinem repenſate, ut tali precio illum obtineatis honorem, qui nulla ſucceſſione finietur, & imperiali corona coronam immarceſcibilem comparetis. His enim, qui piè diſpenſationem rerum peragunt terrenarum, neceſſariò cæleſtia rependuntur, & maximè vobis, ô fideliſſimi, quibus & inter tanti onera principatus, in orationibus tota vita conſiſtit; quorum converſatio eſt in pſalmis; & apud quos dignitate videntur ornati, qui ſe humiliant propter Deum: quibus religionis eſt, ut ad eos facilè accedatur; & zelus ille cæleſtis, quatenus omnibus, qui ad veſtrum pertinent principatum, fructum provideant veritatis. *Hactenus epiſcopi aliique in concilio congregati. Verùm aliqua circa finem epiſtolæ mendoſa ſunt, niſi fortaſſe epiſcopi ſub finem epiſtolæ, expoſita damnatione Dioſcori, Marcianum imperatorem ſimul cum* Pulcheria *voluerint alloqui. Quidquid ſit, ex epiſtola liquet, quantùm ſibi profuiſſe diligentem*

F

AUCTORE J. S.

ligentem pietatem S. Pulcheriæ *episcopi existimaverint.*

§ XIII. Utrùm S. Pulcheria unà cum Marciano imperatore venerit ad actionem sextam synodi.

Pulcheria cum Marciano interfuisse Synodo dicitur in textu Latino:

Restat examinandum, an S. Pulcheria *interfuerit synodo, quemadmodum eidem interfuisse noscitur Marcianus. In versione Latina synodi col.* 574 *dicitur*, Præsente ex divino zelo ac fervore fidei etiam piissima & Christianissima regina augusta Pulcheria. *At hæc non leguntur in textu Græco. Stephanus Baluzius in Collectione nova Conciliorum col.* 1264 *de hisce ita disputat:* Hæc (*de præsentia* Pulcheriæ) desunt in omnibus antiquis exemplaribus, & in textu Græco. Deesse autem debere, hinc etiam colligitur, quòd Valentinus episcopus Philippolitanus, & epifcopi Hellesponti & veteris Epiri, scribentes ad Leonem imperatorem in cap XVI, XXXV & XLVI codicis encyclii, auctor Breviculi historiæ Eutychianistarum, Ferrandus diaconus in epistola ad Pelagium & Anatolium, Liberatus, Evagrius & Theophanes nullam in hoc loco mentionem faciunt Pulcheriæ, sed tantùm Marciani & judicum & sacri senatus.

B

at id Baluzius aliique negant, quia non legitur in textu Græco:

133 Antiquum tamen esse hunc errorem, patet ex antiquissimis codicibus, in quibus hoc additamentum inventur, & ex Breviculo suprà laudato, in quo scriptum est imperatorem Marcianum indixisse synodum apud Nicæam, " in „ qua & ipse & Pulcheria resedit, & omnis cum „ eo senatus & potestates „. Quo loco rectè in margine annotat Labbeus, liquere ex Actis falsum hoc esse. Deponendus est ergo vetus error, qui Pulcheriam interfuisse docuit synodo Chalcedonensi. Nam si Romanis nondum Christianis indecens visum est, Agrippinam matrem Neronis ascendere suggestum imperatoris, & præsidere simul, quum legati Armeniorum causam gentis suæ apud eum oraturi erant, haud dubiè Christianis in mentem venire non debuit, feminam, licèt piissimam, simul cum imperatore præsidere posse in concilio sanctissimorum episcoporum, in quo de stabilienda vera fide tractabatur. *Hactenus Baluzius, cui assentitur Tillemontius notâ* 51 *in S. Leonem, & Pagius ad annum* 451 *num.* 31.

C

nec Pulcheria nec Marcianus synodo præfuit.

134 *Attamen Baronius ad annum* 451 *pag.* 153 *aliique scriptores eruditi non dubitaverunt, quin* S. Pulcheria *simul cum Marciano ad concilium venerit: neque argumenta Baluzii, quantumvis speciem aliquam veri præferant, tanti ponderis mihi apparent, ut iis subscribere velim aut possim. Quin potiùs existimo*, S. Pulcheriam *adfuisse cum Marciano in Actione sexta synodi, nec id ex veteri errore fuisse creditum, sed potiùs novo errore negari existimo. Verùm ad concilium non venit sancta Imperatrix, ut præsideret cum Marciano, cùm ne ipse quidem Marcianus præsederit aut præsidere voluerit, quatenus res fidei tractabantur, aut episcoporum judicia; quòd nosset id episcoporum esse, non imperatoris. Qua de causa ad synodum venerit imperator, dixit ipse tom.* 4 *Conciliorum col.* 577, *scilicet*, ut (*per episcopos*) inventa veritate, non ultrà multitudo pravis quorumdam doctrinis attracta discordet. *Facem igitur & concordiam Synodo conciliaturus, & jussurus exsequi decreta concilii, non disputaturus de fide, aut aliquid definiturus, adesse voluit imperator, ut colligitur ex omnibus, quæ in Synodo fecit & dixit. Eadem quoque de causa adesse poterat* S. Pulcheria, *cujus summa erat auctoritas, utpote quæ jam triginta annis imperaverat cum fratre Theodosio primùm, & deinde cum Marciano.*

D

Argumenta eorum, qui negant præsentem fuisse Pulcheriam,

135 *Quod de Agrippina adducitur, frivolum est, cùm longè alia sit ratio* Pulcheriæ, *alia Agrippinæ. Romani Agrippinam non elegerant ad imperandum, nec ullam ipsa habebat potestatem nisi per filium imperatorem.* Pulcheria *verò imperabat ut augusta, & summam de fide Catholica curam gerebat petentibus ac gaudentibus Pontificibus atque episcopis. Cur igitur non licuit sanctæ Imperatrici suâ præsentiâ honorare Patres concilii Chalcedonensis, præsertim cum ne verbum quidem legatur locuta? Cur adesse non potuit, ut ostenderet, sibi quoque curæ fore, ut observarentur decreta concilii? Cur imperatorem comitari ad concilium non potuit, ut tacito assensu declararet, unam sibi cum illo esse mentem ad coercendum eos, qui decretis concilii se opponerent? Cur ipsa demum unà cum imperatore inquirere non potuit, an omnes concordarent, an decreta concilii condita essent communi consensu? Nihil sanè in hisce omnibus absoni, nihil absurdi apparet: nec inutilis concilio poterat esse præsentia* S. Pulcheriæ, *cùm eo omnes excitare deberet ad concordiam ob summam venerationem, quâ ipsam prosequebantur. Quare ex parte honestatis nihil habent adversarii: magisque mirandum est, quòd Patres de depositio Dioscoro rationem per speciales litteras reddiderint* S. Pulcheriæ, *quàm quòd eam cum imperatore præsentem viderint.*

E

examinantur & refutantur.

136 *Nunc expendamus argumenta alia. Non habentur in textu Græco illa, quæ sunt in Latino de præsentia* Pulcheriæ. *Respondeo, ea facilius excidere potuisse è textu Græco, sicut alia multa ibi in textu Græco omissa sunt, quàm adjungi in Latino. Scriptores aliqui loquuntur de præsentia Marciani, iidemque tacent de* Pulcheria. *Respondeo, alios ne de Marciano quidem loqui: sed paucos loquentes multis tacentibus prævalere. In Codice canonum Romanæ Ecclesiæ antiquissimo, apud Quesnellum edito pag.* 102, *allocutio Marciani ad concilium sic inchoatur:* Cùm perveniisset piissimus & fidelissimus imperator Marcianus ad diem ad sanctissimum martyrium Calenici & Eufemiæ, præsente ex divino zelo & fervore fidei etiam piissima & Christianissima regina augusta Pulcheria *&c. In Allocutione eadem, quam ipse Baluzius col.* 1388 *edidit ex* tribus vetustis codicibus bibliothecæ Colbertinæ, *eadem de præsentia* Pulcheriæ *leguntur. Idem traditur in Breviculo Historia Eutychianistarum, confusiùs tamen, atque ita ut Pagius velit, dici tantùm*, Pulcheriam Nicææ resedisse: de quo, *inquit*, non videtur dubitandum. *Potiùs dixisset:* Quod certò falsum est; *cùm synodus Nicæa tantùm indicta fuerit; at Chalcedone habita. Dicit igitur auctor*, Pulcheriam *fuisse in synodo, quæ Nicææ indicta fuit & Chalcedonem translata; aut falsum dicit. Nam verba hæc sunt:* Læsam fidem graviter ferens

F

(*Mar-*

A (*Marcianus*,) indicit ſynodum apud Nicæam, in qua & ipſe & Pulcheria reſedit, & omnis cum eo ſenatus & poteſtates.

Ex acclamationibus Patrum concilii clarè colligitur,

137 *Verùm, miſſis ſcriptoribus aliis, inſpiciamus ipſa ſynodi Acta, ex quibus liquet* Pulcheriam *adfuiſſe cum Marciano. Acclamationes plurimæ Marciano &* Pulcheriæ, *tamquam præſentibus factæ, luculenter oſtendunt utrumque adfuiſſe. Ubi peroraverat Marcianus, mox eidem, tum* Pulcheriæ, *ac demùm utrique fauſta omnes precati ſunt. Poſt lectam definitionem concilii, petiit imperator, an omnes ſic crederent, illi verò reſponderunt:* Omnes ſic credimus *&c. Deinde Marciano acclamant, ut* novo Conſtantino *&c. Mox col.* 608*:* Auguſtæ multos annos. Vos lumina Orthodoxæ fidei *&c.* Quæ ex genere orthodoxa eſt, Deus eam cuſtodiat: eam, quæ ſemper pia eſt, Deus cuſtodiat. Pia, orthodoxa *, quæ contraria eſt hæreticis, Deus eam cuſtodiat. Omnes hæreticos tu fugâſti. [Neſtorium & Eutychem tu perſecuta es *] Abſit invidia à veſtro imperio. Digni fide, digni Chriſto: abſit invidia à veſtro regno. Fideles imperatores ſic honorantur. Deus cuſtodiat poteſtatem veſtram: Deus pacificet imperium veſtrum. Marcianus novus Conſtantinus, Pulcheria nova Helena. Fidem tu oſtendiſti: zelum Helenæ tu ſectaris. Veſtra vita, munimen cunctorum eſt: veſtra fides, eccleſiarum gloria eſt. *Paulò inferius, poſtquam imperatori interloquenti fuerat acclamatum*, Cæleſtis Rex Auguſtam cuſtodi. Per te fides firmata eſt.... *Ita & plura ſequuntur, ubi* Pulcheriam *ſolam, aut utrumque ſimùl alloquuntur epiſcopi.*

* *Gr.* Pjam orthodoxam

* *Hæc uncis incluſa non ſunt in Græco.*

B

* *Græcè* oſtendiſti

in actione ſexta cum Marciano præſentem fuiſſe Pulcheriam,

138 *Lubet nunc interrogare adverſarios. Cur* Pulcheriam *non minùs quàm Marcianum epiſcopi alloquuntur ut præſentem, ſi præſens non erat? Sanè etiam in Actione prima concilii acclamatum fuit in laudem* Pulcheriæ, *ſed non acclamatum ut præſenti. Hæc apud Labbeum col.* 102 *leguntur:* Multos annos Auguſtæ. *Et paulò inferiùs:* Auguſta Neſtorium ejecit: multos annos Catholicos * Auguſtæ. *Quæ ſequuntur deinde acclamationes, ejuſdem ſunt generis. Similiter in Actione quinta concilii apud Labbeum col.* 557 *ut abſenti acclamârunt aliqui his verbis:* Auguſta orthodoxa eſt, Auguſta Neſtorium expulit *&c. Acclamatum ibi quoque eſt imperatori. At nullum ibi legitur verbum, quod ad Marcianum ipſum aut ad* Pulcheriam *ut præſentes dirigitur. Quis modò non videat, quanta ſit differentia inter hæc:* Auguſta Neſtorium ejecit; *&* *illa:* Omnes hæreticos tu fugâſti. *Quis, inquam, non videat, priora de abſente fuiſſe dicta; poſteriora verò præſenti acclamata? Itaque neceſſariò dicendum eſt,* S. Pulcheriam *una cum Marciano veniſſe ad ſynodum, ut definitionem fidei conditam audiret, & per ſe ipſa etiam intelligeret, eam communi totius concilii conſenſu probari. Præterea, licèt ſemel tantùm ad concilium venerit, veriſimile eſt, eam Chalcedone fuiſſe, quamdiu duravit concilium.*

* *Græcè* Catholicæ

C

quæ veriſimiliter Chalcedone manſit tempore concilii.

139 *Quod ſi qui noluerint admittere; explicent illi, cur non minor laus aut etiam major à Patribus concilii, & à S. Leone, de geſtis in concilio attribuatur* S. Pulcheriæ *quàm Marciano. Cur* Pulcheriæ *dicunt Patres concilii;* Per vos nunc, qui olim fuerant diſperſi, concurrunt: ſuntque paſtores ovibus reſtituti, & magiſtri diſcipulis; *ſi ipſa manſerit Conſtantinopoli, nec quidquam fecerit tempore concilii? At-*

tamen necdum in concilio fuerat Sancta, dum ei hæc ſcribebant epiſcopi, & dum eidem dicebant: Conſonamus univerſis magiſteriis pietatis, veſtris id adjuti laboribus impetrantes. *Verùm vix poſſim dubitare, quin Chalcedone reſideret, ſicut promiſerat in litteris ad Strategum antè laudatis, ubi ait ab epiſcopis, qui convenerant, exſpectari ſuam præſentiam,* quæ non poſt multum, Deo cooperante, aderit.

AUCTORE J. S

Præſentia Sanctæ etiam colligitur

146 *Demum ex Relatione concilii ad S. Leonem Papam, tom.* 4 *Conciliorum col.* 833*; ſatis quoque colligitur, non ſolùm Chalcedone fuiſſe* Pulcheriam, *ſed etiam veniſſe ad eccleſiam S. Euphemiæ, ubi Patres erant congregati. Etenim in laudatis litteris, ubi de epiſcopis & præſentia Leonis per legatos dictum breviter erat, hæc ſequuntur Latinè:* Imperatores verò fideles ad ordinandum decentiſſimè præſidebant *&c. Per* imperatores *alii nequeunt intelligi quàm Marcianus &* Pulcheria, *qui præſidebant* ad ordinandum, *ut omnia decenter & pacificè peragerentur. De his iterum in iiſdem litteris loquitur ſynodus, quando dicit, definitionem fidei Deo oblatam eſſe à S. Euphemia concilii patrona. Verba accipe:* Quæ (*S. Euphemia*) tamquam propriam confeſſionem, fidei definitionem ſuſcipiens à nobis, ſuo Sponſo per piiſſimum imperatorem & amicam Chriſti Auguſtam obtulit, omnem quidem perturbationem contrariorum ſedans, veritatis autem confeſſionem roborans, & manu ac lingua univerſorum decretis pro demonſtratione ſubſcribens.

E

ex Relatione concilii ad S. Leonem.

141 *Hæc dicuntur de S. Euphemia, cùm quia in ejus eccleſia erant facta, tum quia ipſius patrocinio Patres attribuebant, quòd omnes fidei definitionem concorditer ſuſcepiſſent, ſubſcriptione firmâſſent, imperatori ac Imperatrici præterea in ſexta Actione iterum approbâſſent. Verùm quomodo per Marcianum &* Pulcheriam *S. Euphemia fidem illam Deo obtulit? Nimirum quia imperator, audita definitione & omnium in eam conſenſu, mox col.* 608 *ulteriorem de fide diſputationem prohibuit approbantibus epiſcopis, & pœnâ in tumultuantes ſtatutâ. Quo autem modo ſimul per* Auguſtam *obtulerit S. Euphemia, niſi illa tunc in concilio adfuerit; illis explicandum relinquo, qui* Pulcheriam *negant adfuiſſe.*

F

Epiſcopi peracto concilio, honorificè dimiſſi: S. Leonis gaudium.

142 *Porrò multa alia deinde in eo concilio ſtatuta ſunt, eoque feliciter peracto,* epiſcopi ab imperatoribus (*Marciano ſcilicet &* Pulcheria) honorati, ſinguli ad proprias civitates remeârunt, *inquit Theodorus Lector. Mox varia ad S. Leonem ſcriptæ fuerunt epiſtolæ de geſtis concilii; nec dubitandum videtur, quin ipſa quoque* Pulcheria *litteras ad ſanctum Papam de his dederit, licèt illæ non exſtent. Certè S. Leo anno* 452, *die* XXII *Maii, epiſt.* 79 *ad* Pulcheriam *hæc ſcribit:* Sanctis & Deo placitis Clementiæ veſtræ ſtudiis defenſam contra hæreticos Catholicam fidem, & univerſæ Eccleſiæ redditam pacem, ineffabiliter cum veſtra Pietate gaudemus; gratias agentes miſericordiæ omnipotentis Dei, quòd, exceptis his, qui magis dilexerunt tenebras, quàm lucem, neminem paſſus eſt euangelica veritate fraudari: ut abſterſa erroris caligine, in omnium cordibus puriſſimum lumen oriretur; nec de infirmis quorumdam animis tenebroſus ille exſultaret inimicus, quem non ſolùm hi, qui illæſi ſteterant, ſed etiam quos fecerat nutare, ſuperaverunt: ut errore abolito, per totum mundum fides ve-

AUCTORE J. S.

ra regnaret, & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris. *Hactenus gaudens Leo: sed gaudium illud utcumque temperatum erat ob ea, quæ in favorem episcopi Constantinopolitani ab Orientalibus in concilio erant tentata, ut mox videbimus.*

§ XIV. S. Leo auxilium Sanctæ implorat contra ambitum & alia facta Anatolii: scribit illa binas litteras contra calumnias Eutychianorum in Palæstina tumultuantium.

Cùm Orientales episcopi secundum locum attribuissent sedi Constantinopolitanæ,

B *Orientales episcopi in concilio Chalcedonensi statuerant, reclamantibus tamen legatis summi Pontificis, ut Ecclesia Constantinopolitana reliquas præcederet sedes patriarchales, & primum locum haberet post Ecclesiam Romanam; rogaverantque S. Leonem per litteras, editas apud Labbeum tom. 4 col. 837, ut hoc decretum sua auctoritate confirmare dignaretur; prout etiam Marcianus imperator Leonem rogavit per litteras. An de eadem re* Pulcheria *quoque ad Leonem scripserit, non constat. Certe nulla ipsius exstat epistola, quâ id petiit: neque ex epistola S. Leonis certò colligi potest, qualis fuerit* Pulcheriæ *de eo canone sententia. Attamen, cùm S. Leo auxilium* S. Pulcheriæ *in qualibet occasione implorare soleret; mentem suam de eo decreto eidem aperit in jam laudata epistola 79 (olim 55) his verbis:* Confirmato autem in unitate Euangelii universo mundo, & in eodem sensu * directis cordibus omnium sacerdotum, optimum fuerat, super illa, propter quæ sancta est synodus congregata, & quæ secundum Pietatis vestræ studium probabili sunt fine conclusa, nihil, quod tanto bono contrarium esset, inferri; nec per occasionem episcopalis synodi id in commune apperi, quod non licuit concupisci. Frater enim & coëpiscopus meus Anatolius parùm considerans, quanto Pietatis vestræ beneficio, & mei favoris assensu Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotium fuerit consequutus, non tam de adeptis gavisus, quàm de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est &c. *Pergit plura disputare contra ambitum Anatolii, uti etiam latiùs facit in epistola ad Anatolium ipsum, & in altera ad Marcianum.*

* *al.* spiritu sensus

C 144 *Deinde* Pulcheriam *ita alloquitur:* Prolixitatem itaque epistolæ meæ, quâ necesse habui explicare, quid sentiam, . . . Pietas vestra dignanter accipiat. Et, quia moris vestri est pro pace & unitate Ecclesiæ laborare, fratrem meum Anatolium episcopum, ex vestra insinuatione dilectum, salubriter in his, quæ ipsi profutura sunt, continete; ut gloria Clementiæ vestræ, sicut magnificatur de fide reparata, ita prædicetur de ambitione compressa. Data undecimo Calendas Junii, Herculano viro clarissimo consule; *id est, anno* 452. *Porrò assensisse Marcianum augustum, ideoque haud dubiè &* Pulcheriam, *liquet ex epistola* 89 *ad Marcianum, ubi scribit:* Mihi autem multum fiduciæ, Deo per vos operante, collatum est, quòd probâsse vos

S. Leo id improbans, ad Marcianum & Pulcheriam scribit:

observantiam meam de custodia canonum paternorum, pietatis vestræ affatibus indicatis. Et meritò geminatur gaudium meum, cùm vobis religiosissimè placere cognosco, ut & fides Nicæna suam teneat firmitatem, & privilegia ecclesiarum illibata permaneant. *In epistola* 86 *clariùs* piissimi principes *dicuntur de his increpâsse Anatolium. Verùm Anatolius videtur primùm non respondisse ad S. Leonis litteras; deinde eum alio etiam offendisse facto, quod Leonem coëgit rursum sequenti anno ad Marcianum &* Pulcheriam *per litteras recurrere.*

D

Cùm Anatolius ab officio removisset archidiaconum probè Catholicum,

145 *Ætius vel Aëtius, vir probè Catholicus, qui egregiè se gesserat contra Eutychianos, & in concilio Chalcedonensi fuerat, ut archidiaconus ecclesiæ Constantinopolitanæ, ab Anatolio presbyter ordinatus erat, & sic ab archidiaconatu amotus, quòd eo tempore istud officium per diaconos, & necdum per presbyteros administraretur. In locum verò Aëtii subrogatus erat Andreas diaconus, qui olim faverat Eutychianis, & inter accusatores fuerat S. Flaviani. Utrumque ex litteris Juliani Coensis intellexerat S. Leo; cùmque aut justa hujusce mutationis causa non esset, aut causam certè ignoraret S. Leo; non poterat non suspicari minùs alieno ab Eutychianis animo esse Anatolium; præsertim quia ab Eutychis fautoribus olim ordinatus erat episcopus, & quia necdum Leoni satisfecerat de iis, quæ mox narravimus. Quare sanctus Pontifex anno* 453, *mense Martio, de hisce scripsit ad Marcianum, ad Julianum Coensem, & ad* S. Pulcheriam. *In epistola* 84 *ad Marcianum ait, se causam ignorare, cur virum* Catholicæ fidei . . . sub honoris specie *ab officio amoveret,* & dispensationem totius caussæ & curæ ecclesiasticæ in Andream Eutychianistam repentè transferret, *rogatque imperatorem, ut Anatolium* necessariè increpare *dignetur.*

E

eique substituisset suspectum; S. Leo ad Marcianum, ad Julianum,

146 *In epistola* 86 *ad Julianum suspicianes suas de eo Anatolii facto insinuat; sed* locum voluntariæ emendationi *se dare.* Clementissimo tamen principi, *inquit,* & piissimæ Augustæ de his, quæ ad custodiam pacis ecclesiasticæ pertinent, scripsi: quos devotione suæ fidei provisuros esse non dubito, ne contra gloriam operis ipsorum damnata hæresis valeat pullulare. *Deinde eidem commendans curam* contra Nestorianos & Eutychianos, *de Marciano &* Pulcheria *iterum sic meminit:* Et quia tanta est glorioforum principum fides *, ut confidenter eis possis, quæ sunt insinuanda suggerere, pietate ipsorum ad utilitatem Ecclesiæ universalis utaris. *Hæc ostendunt, S. Leonem non minorem laudem Marciano &* Pulcheriæ *tribuisse, dum scribebat ad alios, quam ipsis tribuit in epistolis ad illos directis.*

F

* *al.* clementia

& ad S. Pulcheriam de hisce scribit,

147 *Epistolam* 85 *ad* S. Pulcheriam, *eadem de causa scriptam, huc totam transfero:* Leo Episcopus, Pulcheriæ augustæ. Multis extantibus documentis, quibus in dilectione Ecclesiæ Dei pietatis vestræ manifestatur affectio, meritò quoties aliquid nascitur scandalorum, vestrum desideratur auxilium: ut fides, quæ annitentibus vobis, contra hæreticorum commenta defensa est, securæ pacis perpetem obtineat firmitatem. Nam quid prodest, foris adversarios veritatis oppressos, si eosdem habeamus intra Dominica septa redivivos? Quod itaque circa personam filii mei Ætii gestum esse cognovi, nimiùm me anxium facit, & metuere cogitatione compellit, ne pœnitendum mihi sit, quod

de

A de episcopo Constantinopolitano, qui ab impugnatoribus fidei fuerat ordinatus, vobis adhortantibus, acquievi meliora sentire, cùm tanto Pietatis vestræ testimonio juvaretur, ne illum gravaret suæ ordinationis infirmitas, ubi vestra interventio præstaretur. Unde gratulari cœperam, quod beati Flaviani honorare memoriam, & hæreticorum conatibus obsistere diceretur. Sed doleo, illum (sicut prædicti lacrymabilis querela demonstrat) in deteriora mutatum, & eum nunc constituisse archidiaconem, quem ipse professus est à se esse rejectum, qui Eutychianæ hæreseos se apud nos prodiderat defensorem. Quem quia nunc ecclesiasticis negociis præposuit, propter hæreticam perversitatem eidem favorem suum præstare convincitur: qui etiamsi magna satisfactione potuisset indulgentiam promereri, nequaquam debuit his, qui in fide permanserant, anteferri.

rogans, ut Anatolium corrigat.

148 Unde quia non latet Clementiam vestram, quantum periculi, aut per pudendam socordiam, aut per dolosam nequitiam nutriatur, dignamini episcopum ad professionem suæ fidei autoritate vestræ Clementiæ revocare. Non sibi B has maculas superducat, nec existimationem suam, quam vestro acquisivit favore, contemnat; societatem hæretici, quem dudum à se removit, abscindat; & persequi eum, quem gratiorem debuit habere, desistat. Cujus innocentiæ vos ita affuisse gaudeo, ut mœrori ejus digna consolatione vestra Pietas subveniret. Circa fratrem meum, veneratorem vestrum Julianum episcopum, quantùm debeat crescere vestra dignatio, Apostolicæ Sedis æstimate judicio; cùm in caussa fidei, cui Gloria vestra famulatur, vicem ipsi meam eatenus delegârim, ut ab ea, quæ vobis debetur, observantia non recedens, Pietati me vestræ præsentare non desinat: exequens in custodia fidei, & in ecclesiasticis disciplinis per omnia solicitudinem meam, & opportunis suggestionibus, quòd universali Ecclesiæ prosit, insinuans: ut in ipso, nec Catholicis vestrum præsidium, quibus volumus subveniri, nec meum vobis desit obsequium. Data sexto Idus Martii, Opilione viro clarissimo consule. *Obtinuisse Leonem, quæ tanto studio petebat, patet ex epistola ipsius* 106, *& ex epistola valde modesta Anatolii ad Leonem, quæ illam præcedit. At non constat, quantùm* Pulcheria *in hisce efficere potuerit, cùm eodem anno sit defuncta.*

C

Cùm Theodosius quidam impostor in Palæstina

149 *Verùm & alio modo virtus Sancta exercita fuit à seditiosis hæreticis, qui eamdem ut Nestorianam columniari non verebantur. Factum hoc inchoatum fuit à tempore concilii Chalcedonensis; sed illud in hunc locum servavi, quia serius fuit finitum. Degebat in Palæstina, ut antè vidimus, Eudocia augusta, vidua Theodosii imperatoris, Dioscoro admodùm addicta. Cùm autem haberetur concilium Chalcedonense, Constantinopoli degebat Theodosius quidam, monachus seditiosus, qui è monasterio suo, ut dicit Evagrius lib.* 2 *cap.* 5, *& è patria pulsus erat, ut habent Apophthegmata Patrum apud Cotelerium in Ecclesiæ Græcæ monumentis tom.* 1 *pag.* 415. *Porrò Theodosius, auditis gestis concilii, subitò profectus est in Palæstinam, ibique fuit ante Juvenalem Hierosolymitanum episcopum, calumniisque appetens synodum, acsi confirmâsset Nestorii dogmata,* in sanctam civitatem (*Hierosolymam*) prorupit, ubi quidem ad suas partes abripuit omnes monachos specie zeli divini; abripuit quoque augustam (*Eudociam,*) quæ illic tunc aderat: atque ita, hujus auxilio usus, vi sedem Hierosolymitanam occupavit cædibus præreptam; aliaque contra leges & canones perpetravit. *Hæc apud laudatum Cotelerium, ubi & episcopos plures ordinâsse dicitur, multaque alia per vim egisse.*

AUCTORE J. S.

synodum ut Nestorianam calumniaretur, doloque & vi

150 *De hisce agunt & alii scriptores non pauci, ut Evagrius jam laudatus, Theophanes aliique recentiores. Cyrillus in Vita S. Euthymii abbatis, apud nos Latinè edita ad* xx *Januarii, & deinde à Benedictinis Græco-Latinè data in Analectis Græcis, ceteris præferendus videtur, quia est synchronus. Hic in Analectis pag.* 55, *ubi dixerat synodum Chalcedonensem à S. Euthymio statim fuisse probatam, ita pergit:* Famâ autem divulgatâ, magnum Euthymium promulgatam de fide definitionem suscepisse, futurum erat, ut universi monachi eamdem amplecterentur, nisi obstitisset Theodosius, habitu quidem monachus, sed Antichristi præcursor: qui cùm in Palæstinam venisset, Eudociam augustam, quæ tunc ibi aderat, secum abripuit, universumque monasticum ordinem seduxit, in E Chalcedonensem synodum invectus, tanquam rectam fidem evertisset, & Nestorii dogma confirmâsset.

sedem Hierosolymitanam occupâsset, ac plerosque monachos decepisset:

151 Itáque propriis cædibus usus, barbarico modo patriarchalem Jerosolymæ thronum usurpavit, sanctisque canonibus bello indicto, multos episcopos ordinavit, dum episcopi concilio adhuc aderant: atque plurimis cædibus & bellis confectis, intra viginti menses omnium potiri valuit. Itaque omnibus ferè civibus, & eremi monachis illius apostasiam sectantibus, soli magni Euthymii discipuli ex totâ eremo idem facere non passi sunt. *Subdit deinde, S. Euthymium frustra tentatum à Theodosio, ob vim illius in alium locum se recepisse. Ad hæc autem verba pro tempore rei gestæ observari potest, Theodosium fuisse in Palæstina, & auctoritate episcopi usum fuisse ante finem anni* 451, *cum episcopos ordinâsse dicatur,* dum episcopi concilio adhuc aderant, *ideoque mense Octobri aut Novembri, si verba stricte sumantur. Potuit ille statim post condemnationem Dioscori, aut post conditam fidei definitionem, antequam reliqua absoluta erant in concilio, Hierosolymam navigare, eòque sic pervenire aut sub finem Octobris aut initio Novembris. Attamen verisimilius est, episcopos ab eo ordinatos non esse, durante concilio, sed potius ante reditum episcoporum ex concilio: atque ita explicanda esse verba allegata.*

F

hi insolentes litteras scribunt ad Pulcheriam tamquam ad Nestorianam:

152 *Porro, dum impius ille Theodosius omnes ferè monachos Palæstinæ partim fraude partim vi ad se pertraxerat, superiores monasteriorum ab eo decepti una cum monachis litteras valde insolentes miserunt ad* S. Pulcheriam, *quam ut Nestorianam traducebant, sicut & concilium Chalcedonense. Litteræ hæ haud dubiè anno* 452 *ad eam fuerunt datæ. Ubi dictas litteras, quæ non exstant, accepisset Sancta, easque communicâsset cum Marciano, & hic aliunde edoctus quoque fuisset de gestis in Palæstina;* S. Pulcheria *litteras rescripsit ad archimandritas & monachos Palæstinæ, atque iis sic sparsas de se & concilio calumnias confutavit, ut simul omnes hortaretur errorem deponere, & quietè secundum professionem monasticam vivere. Scripsit eadem tempore Marcianus imperator ad eosdem, rationibus justas comminationes adjungens, ac*

AUCTORE J. S.

simul regia mittens mandata ad Dorotheum comitem, Romanæ militiæ præfectum in Palæstina, qui verisimiliter sufficientes vires initio rebellionis non habuit ad scelerati Theodosii violentiam comprimendam. Littera Marciani habentur apud Labbeum tom. 4 Conciliorum col. 855 & seq., & ibidem sequuntur littera Pulcheriæ *col.* 873.

illa verò fidem suam & concilii declarat, clementerque hortatur,

153 *In hisce Sancta primùm ait :* Preces equidem, quas ad nostram direxistis Pietatem, indicium vestri erroris ostendunt. *Deinde asserit se & imperatorem clementer agere velle : improbat facta ab ipsis* adversus venerabilem religionem communemque disciplinam : *hortatur, ut errorem deponant, & veritatem fidei cognoscant : suam & concilii fidem breviter exponit, & ità demum pergit :* Agnoscentes igitur simplicitatem veritatemque nostræ fidei, quam custodire studemus secundum sanctorum patrum veram traditionem : scientes etiam orthodoxam fidem & clementissimam intentionem tranquillissimi rerum domini, & pietatis meæ conjugis, & rebus ipsis credentes, per quas solùm pietatem in Deum respiciens, eos qui sic peccare præsumpserunt, digna ultione castigare distulit, in futuro tempore honore, nostrisque beneficiis cumulari sperantes, de cetero cunctam dubitationem ab animis vestris auferte, & in vestris monasteriis perdurantes, & solitariam vitam reverenter agentes, à recta fide & veritate ecclesiarum vos nolite sejungere ; ne (quòd non sperat nostra clementia) tamquam veritatis impugnatoribus nomen adscribatur hæreseos.

ut respiscant : ad eosdem quoque scribens Marcianus, monitis minas addit ;

154 Scitote etiam, quia tranquillitas ejus, divinis literis ad Dorotheum comitem destinatis, jussit subtilissimam inquisitionem fieri de subreptione rerum, quæ à Samaritis dicuntur esse præsumpta : & quæcumque direpta monstrantur, ea sanctissimis ecclesiis, & qui ea perdiderunt, ab eis reddi sancivit ; utque raptarum rerum auctores pœnas debeant legitimas sustinere. Monasteria verò & habitacula vestra ab importunitate militum, ejusdem viri solicitudine libera, & sine molestia conservari præcepit. Credit enim nobiscum ejus tranquillitas, quia per hanc providentiam atque exhortationem, & priorum vos actuum pœnitebit, & Catholicæ Ecclesiæ concordi fide possitis uniri in pace & unanimitate, orthodoxa religione servata. *Epistola Marciani huic conformis est ; sed crimina commissa magis explicat, & pœnas minatur, si non respiscant. Scripta fuerunt simul utriusque littera circa initium anni* 453. *Nam S. Leo Papa, visis earum exemplaribus, de iis gaudium suum testatus est tribus epistolis, eodem anno, die* XXI *Martii datis.*

utriusque litteras mirè laudat S. Leo.

155 *In Epistola* 88 *ad Julianum Coensem de illis ita loquitur :* De edicto autem Christianissimi imperatoris, quo, imperita quorumdam monachorum insania quid mereretur, ostendit : & de responsione piissimæ Augustæ, quâ monasteriorum præsules increpavit, multùm me gaudere significo ; non ignorans hunc ipsis fervorem fidei divina inspiratione conferri, ut omnes excellentiam ipsorum non solùm regii culminis, sed etiam sacerdotalis esse appareat sanctitatis. *In Epistola* 89 *ad Marcianum significat, illius ipsius decretum, quod mirè laudat, innotuisse per Julianum. Epistolam* 90 *ad* Pulcheriam *partim huc transfero :* Quamvis nullas nunc litteras tuæ Pietatis acceperim, scribente tamen glorioſissimo principe, non aliter dignatione ipsius sum gavisus, quàm si mihi etiam tuæ Serenitatis redderentur alloquia. Unde consuetudinem me debitam meo officio oportuit custodire, per quam significarem Clementiæ vestræ, absolutè me gaudere, & incessabilibus à Deo precibus postulare, ut vos & Romanæ reipublicæ & Catholicæ Ecclesiæ in omni prosperitate conservet. De vigore autem fidei vestræ, quo indesinenter Domino sacrificium laudis offertis, quantas Deo gratias agam, enarrare non valeo : quoniam principibus temporis nostri non solùm potentiam regiam, sed etiam sacerdotalem cognoscimus inesse doctrinam. Indicante etiam fratre meo Juliano episcopo, pervenerunt ad nos in exemplaribus præceptionum vestrarum saluberrimæ sanctiones, quibus insanam imperitiam monachorum dignati estis parcendo plectere, & docendo punire : ut, si eos ad pœnitentiam miseratio divina converterit, multis lacrymis & à nefandis cædibus & ab hæreticorum blasphemiis diluantur. *Addit se litteras scripsisse ad confirmandum concilium Chalcedonense, & Julianum commendat.*

Tyrannis Theodosii impostoris finita videtur mense Junio anni 453 :

156 *Nunc examinandum est, quem effectum in Palæstina habuerint cùm littera Marciani &* Pulcheriæ, *tum alia Marciani mandata. Tillemontius notâ* 58 *in S. Leonem disputat de tempore, quo Theodosius impostor coactus est fugere, & Hierosolymam relinquere. Existimat autem id factum esse sub finem anni* 453 ; *licèt initio adducat aliqua, quibus credit insinuari tyrannidem Theodosii circa medium anni* 452 *fuisse finitam. Verùm tanta in assignando fine istius tyrannidis difficultas mihi non apparet, quantam sibi imaginatus est Tillemontius. Venit Theodosius in Palæstinam, ibique mox prævaluit, quando Patres concilii Chalcedonensis adhuc erant Chalcedone, ut vidimus ex Vita S. Euthymii. Itaque initium illius tyrannidis figendum videtur mense Novembri anni* 451. *Protracta est tyrannis illa ad menses viginti, teste iterum laudata Vita, Theophane & aliis in id consentientibus. At necesse non est, ut dicamus menses istos fuisse completos. Itaque à Novembri anni* 451 *usque ad Junium anni* 453 *menses viginti habemus. Neque necesse est aliunde, ut dicamus Theodosium fuisse Hierosolymæ post mensem Junium anni* 453, *cùm omnia illa, quæ Tillemontium in partes diversas traxerunt, huic epochæ facilè accomodari possint, nec ullo modo eidem repugnent, modò rectius explicentur, quàm ab eo fuerunt exposita. Præterea mors* S. Pulcheriæ, *ante quam necessariò figenda est fuga Theodosii, ut videbimus ex litteris ipsius ad Bassam, non permittit, ut credamus Theodosii tyrannidem durâsse post mensem Junium.*

nec aliquid allatum est à Tillemontio

157 *Primum, quo se torquet Tillemontius, petitur ex epistola Marciani imperatoris ad sanctam synodum in Palæstina congregatam, quæ scripta est post fugam Theodosii, editaque tom.* 4 *Conciliorum col.* 877 *& seq. Marcianus ibi, narratis sceleribus Theodosii, hæc subdit :* Quæ quidem cùm ad aures nostræ serenitatis venissent, simulatque audita sunt, justâ sententiâ, nec tamen satis dignam ejus injuriis pœnam irrogante, sed humaniter castigante, compressa facinora sunt. Quod cùm sensisset, Hierosolymis aufugit, ac vitat Palæstinam universam..., se ipsum verò in Sina monte unà cum quibusdam scelestorum consiliorum participibus occultat *&c. Ex his fuga Theodosii videretur figenda circa medium anni* 452, *ait Tillemontius, cùm Theo-*

A *Theodoſius ante finem anni* 451 *cœperit dominari. Verùm nimis celeriter ille incedit : nam Marcianus benè de omnibus inſtrui debebat, non fama aliqua populari, ſed per eum, qui rei militari præerat in Palæſtina. Deinde conſiderare debebat, quibus copiis inſtrueret ducem ſuum, ut vires haberet ſufficientes ad comprimendum rebelles. Milites undique mitti debebant, ut provinciam longè diſſitam, quæ quaſi tota in armis erat, ad obedientiam reducerent.*

158 *Hæc omnia multum temporis exigebant, præſertim cùm Marcianus veriſimiliter tantùm ſubmiſerit ſubſidia ex aliis provinciis, poſtquam intellexerat, Dorotheo comiti ſufficientes non eſſe copias ad rebellionem exſtinguendam. Itaque, dum dicit imperator,* compreſſa facinora *eſſe,* ſimulatque audita ſunt, *loquitur de facinoribus ad multos menſes continuatis, eaque compreſſa dicit per remedia tunc ſtatim adhiberi cœpta. Nec dubium eſt, quin loquatur de edicto illo, quod circa finem anni* 452 *aut initium* 453, *unà cum litteris* S. Pulcheriæ *miſſum eſt in Palæſtinam. Cùm autem ſufficiens militum numerus haud dubiè eò ſimul conflueret; non auſus eſt diutiùs reſiſtere Theodoſius, ſed circa menſem Junium aufugit in montem Sinam. Verùm, inquit Tillemontius, videtur Marcianus urbi Hieroſolymitanæ ab anno* 452 *impoſuiſſe præſidium : nam rebelles in litteris ad* Pulcheriam *conqueſti ſunt,* quòd à militibus cuſtodire juſſis Ælienſium civitatem *gravarentur & turbarentur monaſteria, ut legitur in dicto Marciani decreto col.* 861. *Reſpondeo locum malè intellectum à Tillemontio : agitur enim de præſidio, quod ante rebellionem fuerat Hieroſolymæ, aut certè de illis militibus, qui prævalenti Theodoſio coacti ſunt cedere. Hinc neceſſe non eſt, ut dicamus Theodoſium manſiſſe Hieroſolymæ, poſtquam urbem intraverat præſidium eò à Marciano miſſum; nedum ut aſſeramus, præſidium ibidem jam fuiſſe locatum anno* 452.

quod cogat dicere citiùs eſſet finitam.

159 *Nunc videamus, quas attulerit rationes, quibus fugam Theodoſii figit circa finem anni* 453. *Allegat primùm, quòd Theodoſius dominatus ſit ad viginti menſes. At hi tantùm ducunt uſque ad menſem Junium, ut vidimus. Ait ſecundò, S. Euthymium, qui Theodoſii tyrannidem fugerat, tantùm rediiſſe* poſt duos annos, *ut eſt in Vita pag.* 60. *At, cùm fateatur, unum annum & aliquot menſes pro duobus annis ſumi, favet meæ ſententiæ magis quàm ſuæ, præſertim cùm Euthymius non dicatur rediiſſe eodem tempore, quo fugit Theodoſius, ſed veriſimiliter redierit aliquot menſibus ſeriùs, poſtquam intellexerat omnia eſſe pacata. Ait tertiò, S. Leonem, quando* XXV *Junii anni* 453 *ſcribebat epiſtolam ſuam* 96 *ad Eudociam auguſtam in Palæſtina commorantem, ſuppoſuiſſe, monachos Palæſtinæ uſque ad id tempus fuiſſe rebelles. Verum id eſt; ſed æquè congruit epochæ à me fixæ, quàm ſententiæ Tillemontii, quia Leo ſcire non poterat Romæ, quæ paulò antè facta erant, aut eodem tempore fiebant Hieroſolymæ. Pagius quidem ad annum* 453 *num.* 4, *notata die* XXV *Junii, quâ data fuit epiſtola, hæc ſubjungit :* Ex quibus intelligimus, die quo eæ litteræ ſcriptæ, tumultus Palæſtinos necdum ſedatos fuiſſe, & verum eſſe, quod anno præcedenti diximus, perdurâſſe uſque ad menſem circitèr Julium præſentis anni. *Verùm tale ratiocinium riſu magis aut commiſeratione dignum eſt quàm refutatione. Quæ verò ad annum* 452 *num.* 4 *de initio turbarum dicit Pagius, meæ favent epochæ : inchoatas enim aſſerit,* menſe Octobri aut Novembri, quibus ſynodus Chalcedonenſis habita.

Rufutantur rationes, quibus Tillemontius oſtendere voluit

160 *Ait quartò Tillemontius, S. Leonem non didiciſſe reſtitutionem Juvenalis epiſcopi ante diem* IX *Januarii anni* 454, *ut liquet ex epiſtolis ipſius* 99 *&* 100. *Illo præcipuè argumento contendit, fugam Theodoſii figendam eſſe ſub finem anni* 453. *Verùm, ſi rectè omnia conſideremus, hæc ipſa ratio noſtræ magis favet ſententiæ quàm Tillemontianæ. Etenim nullibi dicitur Juvenalis eodem planè tempore ſedem ſuam recuperâſſe, quo ex ea fugit Theodoſius. Quin potiùs ex Epiſtola* 99 *Leonis ad Marcianum colligitur, eum dumtaxat rediiſſe, poſt motus omnino ſedatos, quando populus ipſum deſiderabat.* Quod ergo, *inquit,* in provinciis Palæſtinis plebes Dei ad unitatem ſunt fidei revocatæ, & compreſſis errantium motibus ad euangelicam apoſtolicamque doctrinam omnium, ut indicare dignamini, corda directa ſunt, quòdque fratri & coëpiſcopo meo Juvenali ad ſacerdotii ſedem tandem licuit, non jam reſultante populo, ſed deſiderante, remeare; veſtræ fidei opus, veſtræ pietatis eſt fructus. *Hæc oſtendunt, Juvenalem rediiſſe Hieroſolymam, poſtquam omnia pacata videbantur, ideoque tempore ſatis notabili poſt fugam Theodoſii. Conſentit Evagrius lib.* 2 *cap.* 5 *dicens de Marciano :* Primò quidem Theodoſium ad ſe in comitatum perduci jubet. Deinde Juvenalem mittit, *nimirum ubi audierat Theodoſium fugâ elapſum, & reditum Juvenalis deſiderari. Sive igitur Juvenalis tunc eſſet Conſtantinopoli, ſive alibi lateret, potuit facilè duobus aut etiam tribus menſibus ſeriùs Hieroſolymam venire, quàm illa egreſſus erat Theodoſius.*

Theodoſii tyrannidem duráſſe

161 *Si modò conſideremus, nuntium de recepto Hieroſolymæ Juvenali priùs Conſtantinopolim venire debuiſſe ad Marcianum, indeque Romam litteras mitti ad Leonem; non mirabimur vehementer eas ſolùm die* IX *Januarii ad Leonem perlatas eſſe. Sanè adverti ex litteris S. Leonis Conſtantinopolim miſſis, aut inde acceptis, eas paſſim duobus ferè menſibus in via haſiſſe. Hæ autem cùm hiemali tempore ſint perlatæ, etiam multò diutiùs in via eſſe potuerunt ob incertam navigationem. Præterea neſcimus, an imperator, accepto nuntio de recepto Juvenale, ſtatim ad Leonem ſcripſerit : potuit enim ſecundum exſpectare nuntium, ut plura perſcriberet adjuncta. Quocumque demum contigerit modo, ut S. Leo paulò ſeriùs de Juvenale reſtituto edoctus ſit, ſive quòd ille diutiùs poſt fugam Theodoſii Hieroſolymam venerit, ſive quòd nuntii tardiùs ſint miſſi, ſive quòd coacti ſint diu in via hærere, ſive ob omnia hæc conjuncta; certum mihi videtur,* S. Pulcheriam *ante mortem ſuam, quam probabiliùs cum ipſo Tillemontio figemus menſe Julio anni* 453, *edoctam fuiſſe de fuga Theodoſii, quam idcirco poſt menſem Junium non auſim collocare. Clarum enim eſt ex litteris ejuſdem ad Baſſam præfectam monaſterii cujuſdam Hieroſolymitani, Theodoſium non fuiſſe amplius Hieroſolymæ, dum Sancta illas ſcribebat.*

uſque ad finem ferè anni 453.

162 *Ultimas haſce ſanctæ Imperatricis litteras, quæ fervorem fidei & ſpiritum ejus Apoſtolicum luculenter oſtendunt, totas huc transfero ex Labbeo Conciliorum tom.* 4 *col.* 872, *ubi hunc habent titulum :* Exemplum regiarum litterarum,

Ultima Sanctæ epiſtola ad Baſſam, quâ Theodoſii ſcelera,

AUCTORE J. S.

B C E F

AUCTORE J. S.

terarum, ſcriptarum ad Baſſam præfectam monaſterii in Ælia, à piiſſima & Chriſti amante auguſta Pulcheria. *Littera verò ipſa ita Latinè habent :* Serenitatis noſtræ ſtudium, animumque in ſanctam & orthodoxam fidem, & quomodo eam uſquequaque amplificari & celebrari ſtudemus, nemini dubium eſſe arbitramur : maximè verò omnium id noſſe certò tuam reverentiam confidimus. Sed quoniam his temporibus extitit Simonis erroris imitator, vel potiùs Antichriſti præcurſor Theodoſius : qui quemadmodum affecerit Ælienſium civitatem, Palæſtinæque ſanctiſſimas eccleſias turbaverit, contra divina & humana jura perpetrans innumerabilia mala, & calumnians ſanctam & univerſalem Calchedone collectam ſynodum, quaſi ſymbolum trecentorum decem & octo ſanctorum patrum commoverit & labefactârit, & duos filios, duoſque Chriſtos, ac duas perſonas adorari oportere docuerit, nec reverentiam tuam latet ; neceſſarium duxit pietas noſtra, per ſacras noſtras literas antea miſſas redarguere memorati nefarii viri mendacia, noſtramque fidem nobis à majoribus traditam declarare, & quod juxta ſymbolum trecentorum decem & octo Patrum credimus ; quod quidem ſancta ſynodus Calchedone habita, nihil vel addens vel imminuens, confirmavit.

B

Suamque & Chalcedonenſis concilii fidem

163 Cùm verò benignitate atque humanitate Domini noſtri & Salvatoris Chriſti, ii qui Ælienſium urbem incolunt, cognoviſſent meæ ſerenitatis, & religioſiſſimi domini orbis terræ & conjugis majeſtatis meæ, veram & orthodoxam fidem, ad eam accurrerunt, multiſque laudibus Dominum noſtrum & Salvatorem Jeſum Chriſtum ac noſtram poteſtatem celebrârunt, veniamque delictorum, quæ antè commiſerant, orârunt. Ac de illis quidem ſacratiſſimus & piiſſimus dominus & conjux meæ ſerenitatis, ſolita uſus humanitate, eum typum dedit, qui ipſius pietatem deceat. Noſtra autem ſerenitas conſiderans præfati ſceleſti ac nefarii Theodoſii calumnias, metuenſque ne quas è religioſis feminis ſimpliciores circumſcripſerit, ſuiſque præſtigiis & fallaciis eas valuerit à veritate abducere, volenſque undique delere memorati ſceleſti hominis convictam impietatem : idcirco has ad vos

C

ſacras noſtras literas dirigimus, quibus fidem nobis uſque à patribus traditam declaramus, eamque volumus omnibus Deo conſecratis feminis per vos manifeſtam eſſe : quod nos fidem ſecundum expoſitum ſymbolum à trecentis decem & octo ſanctis patribus ſervamus ; deteſtamur verò Photini, & Apollinarii, & Valentini, & Neſtorii impietatem ; ad hæc verò & novellam improbamque Eutychis ſententiam : & credimus Dominum & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum de Spiritu ſancto & Maria Virgine Deipara natum eſſe ; confitentes unum & eumdem Filium Jeſum, Deum perfectum, & hominem perfectum eumdem ; Deum verè & hominem verè eumdem ; nulloque modo diviſum, aut ſeparatum, aut converſum Salvatorem Chriſtum ſemper adoramus : in hac fide ſine fluctuatione perſeverare optantes, & anathematizantes eos, qui dicunt duos filios, aut duos Chriſtos, aut duas perſonas ; vel qui dixerunt, aut ſcripſe-

exponit : fuga Theodoſii Sanctæ fuit cognita ante mortem.

runt, aut dicere audent.

164 Quam quidem ſanctam & orthodoxam fidem univerſalis etiam ſynodus, quæ proximè Calchedone habita fuit, confirmavit : nullamque vel additionem vel detractionem fecit in expoſito ſancto ſymbolo à trecentis octodecim ſanctis patribus, ac ſolius Eutychis perverſam opinionem condemnavit ſuffragio ſanctis patribus concinente. Quamobrem reverentia tua, cognita ſerenitatis noſtræ vera & orthodoxa fide, orare pro nobis ac noſtro imperio aſſiduè ſtudeat. *Hactenus* S. Pulcheria, *ad cujus litteras panca obſervabo. Dicit*, His temporibus extitit... Theodoſius. *Noverat igitur ipſam tunc non ampliùs eſſe Hieroſolyma. Secundò dicit, incolas Ælienſium urbis, id eſt, Hieroſolymæ, accurriſſe ad fidem ſuam & Marciani, ubi eam cognoverant litteris ipſorum, de quibus ſuprà egimus, & quarum fructum hîc videmus. Tertiò nullum in his litteris verbum eſt de reditu Juvenalis epiſcopi, prout nec in litteris Marciani col.* 877, *quæ loquuntur de fuga Theodoſii. Quare exiſtimo ambas ſimul datas inter fugam Theodoſii & reditum Juvenalis ; indeque etiam apparere non ſtatim poſt fugam Theodoſii Juvenalem eſſe reverſum.*

D

§ XV. Mors S. Pulcheriæ ; de cujus anno, menſe & die diſſeritur.

E

Obiit S. Pulcheria anno 453.

DE *anno mortis* S. Pulcheriæ *dubitari meritò nequit, quandoquidem ſcriptores, cùm antiqui tum recentiores, ſatis conſentiant, eam obiiſſe anno* 453. *Hic autem annus certiùs etiam eruitur ex litteris Sanctæ & S. Leonis Papæ. Etenim Sanctam ſcripſiſſe litteras anno* 453 *ad Baſſam, jam vidimus. Ultima verò epiſtola S. Leonis ad ipſam data eſt* XXI *Martii, eodem anno* 453. *Si alias poſteriores ad Sanctam ſcripſit, illæ exciderunt. Verùm nec de* Pulcheria *vivente poſt medium anni* 453 *umquam meminit S. Leo in litteris ad Julianum Coënſem, ut antè facere ſolebat : nec videtur poſt medium iſtius anni ullas ad* Pulcheriam *ipſam ſcripſiſſe litteras. Rectè igitur Marcellinus in Chronico ad annum* 453 *mortem ipſius collocavit, rectè etiam Chronicon Paſchale ad eumdem annum ; ſed in utroque Chronico dies & menſis emortualis eſt prætermiſſus. Theophanes ad annum* 3 *Marciani, qui cum* 453 *concurrit, de morte Sanctæ ſic habet :* Hoc anno, multis rebus præclarè geſtis, eunctiſque ſuis bonis pauperibus relictis, beata & pia Pulcheria obdormivit in Chriſto. Bona ejus, licèt immenſa, Marcianus libentiſſimè conſignavit. Ipſa porrò quàm plurimas ſacras ædes ſive oratoria, multa item publica pauperum loca, peregrinorumque domicilia, & eiſdem mortuis cœmiteria, in quibus ſancti martyris Laurentii templum numeratur, ædificavit.

F

menſe Julio, ut habet Idacius coævus.

166 *Idacius in Chronico menſem emortualem addit his verbis :* Tertio regni anno principis Marciani regina moritur Pulcheria, menſe Julio. *Placet Tillemontio hæc ſententia de menſe emortuali, ſaltem ut probabilior, & meritò, quia nullum habemus ſcriptorem æquè antiquum, qui de die aut menſe, quo Sancta obiit, mentionem fecit. Attamen Baronius ad annum* 453 *mortem Sanctæ figit menſe Septembri, &* die undecima, *ſi rectè impreſſus eſt locus in editione Plantiniana. At exiſtimo voluiſſe Baronium die* X *Septembris obitum ipſius figere, quia ea die eſt in Faſtis Græcis, quos ſecutus*

A tus est in Martyrologio Romano. Cangius in Familiis Augustis Byzantinis pag. 70 & 71 : Obiit Pulcheria, conjuge superstite, mense Julio, ut Idatius, vel Septembri, ut Marianus Scotus scripsere. *Verùm id in Mariano Scoto reperire non potui : neque ipsius auctoritas magna in hisce foret. Pagius ad eumdem annum num. 5 etiam differit de die emortuali* S. Pulcheriæ, *sed nimiùm hìc festinavit. Nam quod Cangio attribuit de* Pulcheria; *ille scripsit de Marciano : & Norisium in Epochis Syro-Macedonum diss. 3 cap. 4 de hisce disputantem sine sufficienti examine secutus est.*

Norisius non alia ratione mortem ejus fixit mense Februario,

167 *Etenim certum est, errare Norisium, quia morti* S. Pulcheriæ *attribuit epocham illam, quàm inventioni capitis S. Joannis Baptistæ adscribit Chronicon, aliàs* Alexandrinum *dictum, quod cum Cangio Chronicon* Paschale *vocamus. Verba Norisii sunt pag.* 170 : Idem auctor Chronici Alexandrini scribit, Pulcheriam augustam obiisse " Vincomalo & Opilione Coss. mense ,, Peritio, die XII Cal. Martii ,, *&c. Respondeo errare Norisium, idque liquere ex ipso, quod laudat Chronico, si verba Græca inspiciamus. Textum subdo, ut legitur post notatos consules Vincomalum & Opilionem.* Ἐπὶ τούτων τῶν ὑπάτων ἐτελεύτησεν ἡ δέσποινα Πουλχερία. *Rectè Latinè apud Cangium :* His consulibus obiit domina Pulcheria. *Tum sequitur longior epocha de inventione capitis S. Joannis Baptistæ hoc modo :* Ἐπὶ τ πρεκειμένων ὑπάτων Βινομάλε τ Ὀπιλίωνος, βασιλευόντων Οὐαλεντινιανῦ καὶ Μαρκιανῦ αὐγούστων, μηνὶ περιτίῳ, τῇ ε δ Καλανδῶν Μαρτίων, τῇ μέσῃ ἑβδομάδι τ νηστίμων, ἔτους Συρο-Μακεδόνων ψξγ, Ἀντιοχέων φα, καὶ υκε ἔτους, ἀφ' ἧ ἀπετμήθη ὁ ἅγιος πρόδρομος προφήτης καὶ Βαπτιστὴς Ἰωάννης, ἡυρέθη ἡ τιμία αὐτοῦ κεφαλὴ ἐν τῇ Ἐμεσίων πόλει.

quàm ex Chronico Paschali malè intellecto :

168 *Hæc Latinè reddenda sunt hoc modo :* Prædictis Vincomalo & Opilione consulibus, imperantibus Valentiniano & Marciano augustis, mense Peritio, XII Kalendas Martias, media jejuniorum hebdomade, anno Syro-Macedonum DCCLXIII, anno Antiochenorum DI, & anno CDXXV, postquam capite truncatus est sanctus præcursor, propheta & Baptista Joannes, illius venerandum caput in Emesenorum civitate inventum est. *Clarum est ex litterali & genuina hac versione, non agi hìc de die obitûs* S. Pulcheriæ ; *sed de inventione capitis S. Joannis Baptistæ. Si id non ita liquet ex textu Latino apud Raderum dato, qui multùm à genuina distat ; si nec Cangii interpretatio, in qua unicum* quo *redundat, id satis clarè habet, consulenda erant verba Græca, cùm Chronicon Græcè sit scriptum. Ruit igitur totum fundamentum Norisii & Pagii, qui ex solo hoc loco Chronici malè intellecto voluerunt, Sanctam obiisse* XVIII *Februarii. Si verò Chronicon de morte* Pulcheriæ *omnino haberet, quod de ea nequaquam habet, auctoritas Idacii longè prævalere deberet, præsertim cùm aliunde etiam constat Sanctam vixisse aliquot mensibus post Februarium anni* 453.

Julio igitur mense obiit, sed die incerto :

169 *Quare nihil invenio probabilius, quàm Sanctam obiisse mense Julio, ut habet Idacius scriptor contemporaneus, qui diem nobis reliquit ignotum. Præterea epistola ad Bassam antè laudata, non videtur scripta ante mensem Julium, ut colligitur ex dictis* § 14 : *hac ergo etiam accedit ratio, quæ suadet obitum ejus collocari citiùs non debere. Contrà, ne eum seriùs collocemus, persuadet etiam annus tertius Marciani*

imperatoris, quo eam obiisse præcipui scriptores testantur : cùm enim Marcianus imperare cœperit mense Augusto, obiisset Pulcheria *anno quarto Marciani, si vixisset usque ad anni* 453 *diem* X *Septembris, quo Fasti Græci obitum ejus figunt. Nicephorus, lib.* 15 *cap.* 15 *obitum Sanctæ distulit usque ad annum sextum Marciani ; sed id repugnat antiquioribus omnibus.* AUCTORE J. S.

170 *Rectiùs ille ait de sepultura Sanctæ :* Ipsa autem in templo divorum Apostolorum condita est. *Virginem obiisse* S. Pulcheriam, *testantur disertè plerique scriptores, nec ullus contradicit, ita ut nullum ea de re unquam fuerit dubium. Æquè consentiunt, ab ea ante obitum omnia bona pauperibus fuisse legata : & pium hoc ipsius testamentum à Marciano fuisse approbatum. Quare de his solum addo verba Theodori Lectoris pag.* 552 : Pulcheria augusta admodùm pia extremum diem obiit, cùm multa præclarè in vita gessisset, cunctaque bona sua moriens pauperibus reliquisset. Ejus testamentum Marcianus infirmare noluit ; sed ad perficienda cuncta, quæ illa mandaverat, libenter sumptus subministravit. *Sanctæ sepultura, virginitas, pium testamentum.*

E

§ XVI. Variæ fundationes ecclesiarum, locorumque piorum, quæ S. Pulcheriæ attribuuntur.

Multæ piæ fundationes S. Pulcheriæ :

SOzomenus *num.* 25 *laudatus asserit, tot ecclesias, pauperum & peregrinorum diversoria, ac monasteria fuisse ædificata, censibusque instructa per* S. Pulcheriam, *ut prolixum esset omnia recensere. Generatim quoque de iis loquitur Theophanes, cujus verba dedi num.* 165, *addens ceteris jàm recensitis cœmeteria. Theodorus Lector de illis sic habet :* Ædificavit autem Pulcheria ecclesias complures ; eam scilicet, quæ est in Blachernis ; item eam, quæ est in Chalcopratiis ; aliam quoque, quæ dicitur Hodegorum ; item ecclesiam S. Laurentii martyris. *Noli pias hasce fundationes aliis Sanctæ gestis immiscere, quòd difficulter ad aliquem temporis ordinem revocari possint. Quare hoc loco de singulis seorsum agam, ne pia hæc Sanctæ liberalitas, quæ inter præcipua est vitæ ejus ornamenta, videatur sine examine prætermissa.*

F

condidit sub initium imperantis Marciani ecclesiam in Blachernis :

172 *De condita ecclesia in Blachernis, quæ primo loco recensetur à Theodoro, ita loquitur Theophanes ad annum* 1 *Marciani pag.* 90 : Beata porrò Pulcheria plures ac alias Christo construxit ecclesias ; maximè verò, quæ celebrandæ Dominæ nostræ Deiparæ dicata conspicitur in Blachernis sub pientissimi imperatoris Marciani exordia. *Zonaras pag.* 46 *consentit de tempore, uti & Cedrenus pag.* 344, *ubi hæc habet :* Porrò Pulcheria, præter multa alia templa, præcipuè ædem in Blachernis condidit, ac Dei Genitrici consecravit, cùm nuper Marcianus imperium iniviſset. *Accedunt & alii scriptores Græci, qui eximiæ istius basilicæ constructionem soli* Pulcheriæ *attribuerunt, ita ut hac de re non videatur dubitandum, licèt apud Raderum in Chronico Alexandrino pag.* 442 *tam Chalcopratiorum quàm Blachernarum ecclesiæ constructio partim attribuatur Marciano.*

173 *Procopius Cæsariensis lib.* 1 *de Ædificiis*

AUCTORE J. S.

Procopius Justino eam fundationem tribuens fidem non meretur :

Justiniani cap. 3 *alium nobis hujus templi conditorem assignat, Justinum nimirum imperatorem. Verba ejus audiamus :* Pro mœnibus (*Constantinopolitanis*,) in Blachernis (id loco nomen) Dei Matri ædem posuit (nam acta quoque Justini avunculi debemus ipsi adscribere : cùm ejus imperium summa auctoritate administraverit.) Est in maris littore templum illud, religione inclytum & augustissimum : cujus latitudo cum longitudine non mediocri aptam habet proportionem. Nihil aliud, quo suprà infráque fulciatur, nisi marmoris Parii segmenta in columnarum formam dispositа videas. Columnæ rectis ordinibus ubique stant, præterquam in medio, ubi introrsum recedunt ac sinuantur. In primis miretur, qui pedem illuc intulerit præcelsam citra ruinæ periculum fabricam, & magnificentiam, quæ nihil habeat inconcinnum. *Hæc quidem Procopius, fortasse quia Justinus senior, cujus acta liberaliter sanè Justiniano tribuenda dicit, aliquid in dicta ecclesia instauravit. Certè fidem non meretur contra auctoritatem Theodori Lectoris, constructionem illius ecclesiæ* S. Pulcheriæ *attribuentis, quem secuti sunt alii complures, cùm nullus, quod quidem sciam, Procopio assentiatur.*

B

Nicephorus rectè scribit de constructa ecclesia, non item de reliquiis ei illatis.

174 *Nicephorus Callistus lib.* 14 *cap.* 2 *dicens de* Pulcheria, *non* facilè enumerari *posse*, quæ illa sacra templa magnificè excitârit, quæque Dei amantium virorùm domicilia atque monachorum cœnobia construxerit, perpetuas in ea impensas, & res omnes eorum, qui in eis pietati vacarent, necessarias constituens; *inter pauca, de quibus acturum se dicit, ita celebrat ecclesiam in Blachernis constructam :* Opus enim ejus est sacrum Dei Genitricis templum, quod Blachernæ dicitur, dignum illa ipsa Verbi Matre, quod inhabitaret, judicatum domicilium. . . . Cujús (*Deiparæ*) divinum loculum, & sepulcrales fascias inventas cum veneratione maxima ibi reposuit. *Verùm hæc ultima non rectè attribuit* S. Pulcheriæ : *nam, si verum est, quod hîc non examino, tumulum sanctissimæ Virginis unà cum sacris fasciis in eo inventis transmissum esse Constantinopolim à Juvenale Hierosolymitano episcopo, ut idem Nicephorus narrat lib.* 15 *cap.* 14 ; *contigit istud post mortem* S. Pulcheriæ. *Missa enim illa dicuntur, postquam Juvenalis in sedem suam erat restitutus. At ille restitutus est post mortem* S. Pulcheriæ, *aut certè non diu ante obitum ejusdem. Hinc ipse Nicephorus, sibi parùm consentiens, insinuat dictas reliquias Constantinopolim venisse, & in ecclesia Blachernarum depositas esse, quando jam obierat* S. Pulcheria. *Nam tacens de* Pulcheria, *dicit :* Factum id, Marciano adhuc superstite. *Plura de dicta ecclesia, frequenter instaurata & tandem omnino destructa, videri possunt apud Cangium in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 83.

C

Constructa ecclesia in Chalcopratiis ;

175 *Ecclesia in Chalcopratiis, quam inter Pulcherianas secundo loco ponit Theodorus, fortasse condita fuit ante prædictam in Blachernis. Certè plerique scriptores illius constructionem locant circa finem imperantis Theodosii. Theophanes pag.* 88 *ad annum ultimum Theodosii, ubi dixerat* Pulcheriam *ad aulam fuisse revocatam, de illa ecclesia subdit :* Eo tempore Chalcopratеorum ecclesiam, quæ Judæorum synagoga priùs fuerat, Deiparæ consecravit. *Hæc non de Theodosio, ut scribit Cangius in Constantinopoli Christiana lib.* 4 *pag.* 85, *sed clarissimè de* Pulcheria *dicuntur, ut liquet ex præcedentibus. Clarè item de* Pulcheria *loquitur Cedrenus pag.* 343, *ubi Theophani omnino consentit his verbis :* Tunc & Chalcopratiorum ædem Deí Genitrici ædificavit, cùm is locus antè Judæorum fuisset synagoga. *Glycas tamen pag.* 260 *constructionem hujus templi Theodosio attribuit, quemadmodum & Joël pag.* 170. *At recentiores hi sunt quàm ut eorum auctoritas comparari possit cum auctoritate Theodori Lectoris & Theophanis, quibus Cedrenus & Nicephorus adstipulantur. Quod Chronicon Alexandrinum, ut suprà dixi, Marciano simul &* Pulcheriæ *adscribat hujusce templi constructionem, nos etiam morari non debet, cùm structa videatur ante Marciani imperium.*

D

quam instaurâsse dicitur Justinus Junior :

176 *Verum difficultatem nonnullam habet, quod scribit Theophanes ad annum* 12 *Justini Junioris pag.* 209, *ubi sic habet :* Hoc anno ademptam Judæis synagogam, quæ fuit in Chalcoprateis, Dominæ nostræ sanctissimæ Deiparæ Justinus fecit ecclesiam ad eam, quæ Magna vulgò audit. *Codinus in Originibus Constantinop. pag.* 43 *hæc Theophanis verba cum aliis antè datis utcumque conciliat, ita scribens :* In Chalcoprateis tempore Constantini Magni habitabant Judæi, & vendebant ibi æramenta (*hinc loco nomen.*) Post centum verò & triginta duos annos expulit eos inde Theodosius Junior, &, loco repurgato, templum sanctæ Deiparæ extruxit. Hoc autem templum terræ motu dejectum, reædificavit Justinus, ex curopalata creatus imperator, & insuper ei possessiones immobiles largitus est. *Theodosio, non* Pulcheriæ, *Codinus cum Glyca & Joële adscribit primam fundationem ; quod fieri potuit, quia ipsa* Pulcheria *malebat nomine Theodosii quàm suo bona exercere opera, teste Sozomeno : at antiquiores non ignorârunt, ipsam esse illius ecclesiæ fundatricem saltem præcipuam, licèt fortasse adjuta sit Theodosii opibus.*

E

ecclesia, quam Verinæ attribuit Justinianus,

177 *Justinianus imperator in Novella* 3 *cap.* 1 *constructionem alicujus ecclesiæ adscribit Verinæ, uxori Leonis imperatoris. Id autem de ecclesia in Chalcopratiis intelligendum, suspicatur Cangius jam laudatus pag.* 86. *Ratio ipsius est, quia ecclesia in Chalcopratiis dicitur vicina fuisse magnæ ædi sanctæ Sophiæ, cui & illam, quam Verina exstruxit, vicinam dicit imperator, & quia utraque dicata fuit sanctissimæ Deiparæ. At respondeo, me minimè dubitare, quin alia sit ædes, de qua loquitur Justinianus. Etenim ecclesia illa, quam condidit Verina, cum duabus aliis à Justiniano item nominatis, tam erat vicina ecclesiæ S. Sophiæ, ut divina officia in ea fierent à presbyteris & clericis S. Sophiæ, quemadmodum ibi testatur Justinianus.*

F

alia erat à Chalcopratiana :

178 *At qui loquuntur de ecclesia in Chalcopratiis, non insinuant eam fuisse prope ecclesiam S. Sophiæ, uno excepto Theophane laudato num.* 176, *qui etiam certò non dicit tam fuisse vicinam majori ecclesiæ, si verba ejus Græca consideremus.* Εποίησεν, *inquit,* ἐκκλησίαν, . . . ὡληστιάζουσαν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ. *Si verbum de verbo exprimere velimus, sic verba illa faciemus Latina :* Fecit (*Justinus*) ecclesiam appropinquantem ad magnam ecclesiam. *Hæc autem verba non sunt necessariò explicanda de vicinitate loci. Sed ecclesia aliqua alteri etiam accedere vel appropinquare dicitur similitudine, elegantiâ, magnitudine. Eo forsan sensu intelligenda sunt verba*

A *ba Theophanis, cùm non videam ex ullo alio loco probari Chalcopratiorum eccleſiam fuiſſe prope Sophianam. Conſuli poteſt Cangius, qui hoc unico loco nititur, & Gyllius lib. 2 cap. 21, qui dubiè diſputat, & locum quoque alium prope muros Conſtantinopolitanos Chalcopratiis ex ignoto ſcriptore aſſignat.*

quæ erat magnifica & Deiparæ dicata.

179 *Quidquid porrò fuerit de loco, non dubito quin eccleſia Chalcopratiorum magnifica fuerit, & proprios habuerit miniſtros, ideoque diſtincta etiam fuerit ab ade Deiparæ, quam condidit Verina. Nicephorus lib. 15 cap. 14 ita habet ad propoſitum noſtrum:* Celeberrima hæc Pulcheria multas per vitam præclarè res geſſit, multa publica hoſpitum & pauperum condidit domicilia: advenarum etiam ſepulcra & alia ædificia conſtruxit, piæ mentis ejus indicia: in quibus etiam eſt martyris Laurentii delubrum. Tria quoque Dei Matri ex ipſis fundamentis templa erexit: quorum unum eſt in Chalcopratiis, Sacri loculi nomen habens. In hoc, veluti theſaurum, Dei Genitricis depoſuit zonam ... Hoc in templo, ut quarto quoque hebdomadis die

B pervigilium & ſupplicatio ad lucernas & lampades fieret, conſtituit, quam & ipſa pedes frequentare ſolita erat. *Idem lib. 14 cap. 2 de hac eccleſia, & de alia mox ſecutura dicit:* Utraque verò hæc fana pulchritudine ſimul & amplitudine ambitioſa, magnificè ſunt conſtructa.

Eccleſia ὁδηγῶν, viæ ductorum,

180 *Eccleſia illa, quam cum Chalcopratiana magnificam fuiſſe teſtatur Nicephorus, eſt illa ipſa, quam tertio loco recenſet Theodorus Lector. Hic Græcè eam vocat τὸν ὁδηγῶν, id eſt,* viæ ducum, *ſed interpres Latinus* Hodegorum *ponere maluit, relicta voce Græca. Codinus in Originibus pag. 41 nomen utcumque mutat, ejuſque cauſam exponere conatur, ita ſcribens:* Templum ſanctæ Deiparæ, cognomine Viæ Ductricis (*Græcè* Τῳ ὑπεραγίαν Θεοτόκῳ τῳ ὁδηγῷ, *quod ſonat*, Sanctiſſimam Deiparam Viæ Ductricem) ædificavit Michaël Methyſta, quem Baſilius Macedo interemit. Priùs verò oratorium erat complurium cæcorum, qui in fonte ejus loci ſe lavantes, viſum receperant. Quamobrem ipſum quoque templum Viæ Ductricis cognominatum eſt. *Ex hiſce Henricus Valeſius in Annotatis ad Theodorum Lectorem pag. 161:* Dicta porrò eſt hæc baſilica Hodegorum, eò quòd cæci meritis beatæ Virginis, cujus illic imago erat depoſita, viſum recuperarent, nec ampliùs

C ὁδηγῷ, id eſt, ductore opus haberent. *Verùm Cangius in Conſtantinopoli Chriſtiana lib. 4 pag. 89 non immeritò ridet hanc nominis rationem; eorumque ſimiliter rejicit ſententiam, qui crediderunt eccleſiam ſic dictam,* quòd angelis tutelaribus dicata eſſet.

unde nomen traxiſſe videatur: imago Deiparæ à S. Luca picta,

181 *Deinde ſubjungit:* Quin potiùs ... hanc eſſe nominis rationem prorſus exiſtimo, quòd, cùm Deiparæ imago, à S. Luca depicta, ſumma religione ac veneratione coleretur à Byzantiis, nullam adverſus hoſtes expeditionem ſuſciperent imperatores ac duces, quin priùs eam ſalutâſſent, ac ſanctam Deiparam viæ comitem ſeu potiùs ductricem ſibi fieri eſſent deprecati. *Hanc ſuam opinionem, quæ ceteris haud dubiè eſt longè probabilior, multis conatur confirmare exemplis ducum & imperatorum, qui opem ſanctiſſimæ Virginis in illa eccleſia implorabant, victoriaſque ſuas beatiſſimæ Virgini referebant acceptas. Porrò imaginem beatiſſimæ Virginis, à S. Luca depictam, in ea eccleſia fuiſſe depoſitam, teſtantur varii ſcriptores apud Cangium*

laudati. Theodorus Lector pag. 551 non quidem memorat, ubi fuerit depoſita, ſed tranſmiſſam ad S. Pulcheriam *teſtatur his verbis:* Refert etiam Eudociam ab urbe Hieroſolymitana ad Pulcheriam miſiſſe imaginem Matris Domini, quam Lucas apoſtolus depinxerat. AUCTORE J. S.

ubi locata à S. Pulcheria, quæ eam eccleſiam prima condidit.

182 *Verum Nicephorus lib. 15 cap. 14 de ſtructa eccleſia per S.* Pulcheriam, *illataque illi imagine ſic habet:* Secundum templum ὁδηγῶν, viæ ducum, eſt, ubi Antiochiâ miſſam Verbi Matris imaginem dedicavit, quam divus apoſtolus Lucas ſuis ipſe manibus depinxit, illa adhuc vivente & tabulam ipſam videnti, gratiamque adeo illi formæ ſuæ imminente (*lege* immittente.) Hæc imago primùm in loco, qui Tribunal dicitur, fuit: ubi ea, quæ nunc quoque fiunt, miracula peracta ſunt. Porrò in templo iſto, ut tertio quoque ſeptimanæ die pervigilium itidem & ſupplicatio perageretur, curavit: quod ad hunc uſque diem ſervatur. *Idem lib. 14 cap. 2 alias reliquias eidem quoque adi illatas à S.* Pulcheria *aſſerit; ſed non omnes æquè certas exiſtimo, cùm de iis tacuerint antiquiores.* In quo, *inquit*, divinam illius imaginem, quam Lucas apoſtolus in tabula depictam reliquit, & ſacram colum, & Servatoris ipſius faſcias, perinde atque theſaurum, quem ad eam Eudocia auguſta, quum Hieroſolyma profecta eſt, miſit, ſervandas curavit. *Laudatus Cangius rectè probat, monaſterium fuiſſe virorum ſeculo* XIII, *quando eò ſeceſſit Georgius Cyprius patriarcha, è ſede ſua pulſus. Oſtendit etiam ſitam ad mare fuiſſe hanc eccleſiam, & plura commemorat, quæ ibidem videri poſſunt. Illud ſolum obſervo, Codinum non audiendum, quando conſtructionem hujus eccleſiæ attribuit Michaëli imperatori, qui ſeculo* IX *imperavit: nam Theodorus Lector, aliquot ſeculis antiquior, S.* Pulcheriæ *primam fundationem adſcribit. At potuit Michaël eamdem eccleſiam deinde inſtaurare.*

E

Per ipſam etiam ædificata eccleſiâ S. Laurentii:

183 *Eccleſiam S. Laurentii martyris inter conditas à* Pulcheria *ultimam recenſet Theodorus Lector. De eadem per ipſam condita conſentit Theophanes num. 169 laudatus, & Nicephorus num. 177. Hujus atrium perfectum fuiſſe ultimo vitæ ejus anno, inſinuat Marcellinus ad annum 453 ita ſcribens:* Pulcheria auguſta Marciani principis uxor B. Laurentii atrium inimitabili opere conſummavit, beatumque vivendi finem fecit. *Codinus in Originibus pag. 48 adjungit Marcianum tamquam hujus & S. Iſaïæ eccleſiæ fundatorem cum* Pulcheria. *Verba ipſius ſunt:* Templa SS. Eſaïæ & Laurentii ab imperatore Marciano & ejus uxore Pulcheria ædificata fuerunt: quorum tempore ſanctum corpus Eſaïæ prophetæ Hieroſolyma allatum fuit. *Cedrenus pag. 342 tranſlationem S. Iſaïæ citius memorat his verbis:* Anno XXXV (*Theodoſii Junioris, id eſt, anno Chriſti 442 aut 443*) Paneade advectæ ſunt reliquiæ vatis Eſaïæ, & in D. Laurentii templo repoſitæ. *Hæc ſi vera ſint, conditum eſt templum S. Laurentii multis annis ante imperium Marciani. Id omnino dicendum videtur, cùm etiam reliquiæ S. Stephani, quas anno 439 Eudocia auguſta attuliſſe Hieroſolymâ ſcribitur, in eccleſia S. Laurentii dicantur depoſitæ, ut obſervavimus num. 47. Quapropter exiſtimo, eccleſiam illam à* Pulcheria *ſtructam eſſe, imperante Theodoſio, ac tempore Marciani novis ædificiis auctam.*

F

184 *Quod verò ſpectat ad tranſlationem reli-*

AUCTORE J. S.

aliæ fundationes eidem attributæ.

quiarum S. Isaïæ ; ea quoque, si facta est vivente Pulcheria, *probabilius locabitur sub Theodosio quàm sub Marciano, licèt constructio ecclesiæ illius facilè differri potuerit, ac fieri imperante Marciano. De structa etiam per* Pulcheriam *ecclesia S. Stephani jam disserui* § 6. *Ecclesiam S. Menæ martyris ex fano idolorum à Constantino Magno dicatam*, ejectis dumtaxat simulacris & novo indito nomine, *scribit sæpè jam laudatus Codinus pag.* 37, *hæc subjungens:* Integram verò ipsius structuram, cum vestibulis & sacris vasis, annis centum & sexaginta novem pòst procurârunt Pulcheria & Marcianus. D *Verùm calculus hic annorum nequit esse justus, cùm ab initio imperantis Constantini usque ad mortem* Pulcheriæ *& Marciani tot anni non reperiantur. Præterea* Gerocomium, *id est, domum vel hospitium senum*, à Marciano & Pulcheria conditum est, *inquit Codinus pag.* 47. *Plura de piis* S. Pulcheriæ *fundationibus nominatim exposita non reperio: at quæ Sozomenus, Theophanes & Nicephorus generatim dicunt; abundè insinuant, multas ipsius fundationes fuisse à scriptoribus prætermissas.*

DE S. VERANO EPISC. CONFESSORE

VENCIÆ IN GALLIA

I. P.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

B. § 1 Sancti memoria in Fastis; cultûs antiquitas; ecclesiæ ipsi consecratæ, monasterium exstructum & ejus nomine insignitum. E

SECULO V. *Varii eodem nomine episcopi in Martyrologiis.*

Varii in Fastis sacris occurrunt sancti in Gallia episcopi sub nomine Verani, *quos apud scriptores* Veranium *&* Veranium, *imò &* Uranium *appellatos invenias. Cardinalis Baronius in Notis Martyrologii Romani ad diem* XIX *Octobris observat* Veranum, *qui ibidem in textu sic recolitur*; in territorio Aurelianensi depositio sancti Verani episcopi, *Cabilonensibus præsulibus annumerandum esse; & ea occasione reliquos recenset in hunc modum.* Fuit ejusdem nominis episcopus Lugdunensis, de quo inferiùs ad tertium Idus Novembris. Fuit præterea alius S. Veranus episcopus Vencionensis, ex monacho Lerinensi, discipulus S. Hilarii Arelatensis episcopi: quievisse ponitur in Domino quarto Idus Septembris: fuit insuper alius S. Veranus episcopus Cavillicensis, qui ut patronus ejusdem ecclesiæ religiosè colitur. Subscriptus reperitur Veranus Cavillicensis secundo concilio Matisconensi, quod celebratum est anno Domini DLXXXVIII. C *Tot sanctorum virorum idem nomen, dignitas eadem, confusionem quamdam peperit apud auctores tum veteres tum recentiores, qui in suis elogiis uni* Verano *adscripserunt, quod alteri attribuendum videbatur. Maxima difficultas est in* S. Verano *Lugdunensi & nostro Vencionensi; quandoquidem non solùm eodem nomine ac dignitate insigniti fuisse, sed & eodem tempore floruisse perhibeantur: atque hinc aliqui unum eumdemque* Veranum *fuisse volunt, qui Lugdunensis & Vencionensis dicitur; alii verò distinctos fuisse sustinent, alii demum aliter sentiunt. Singularum sententiarum patronos, eorumque rationes dabo inferiùs; postquam retulero ea, quæ de* S. Verano *Vencionensi in Martyrologiis, ac de ejusdem cultu reperi apud scriptores antiquos & recentiores.*

2 *Nulla exstat Sancti nostri memoria in antiquis Martyrologiis classicis, puta S. Hieronymi, Bedæ, Usuardi aliorumque (nisi confundendus sit cum S. Verano Lugdunensi, qui in plerisque annuntiatur ad diem* XI *Novembris.) Neque etiam ad diem* IX *vel* X *Septembris memoratur in Martyrologio Romano, quantumvis Baronius num. præcedente citatus* Sanctum *appellet, & quievisse in Domino signet* IV *Idus Septembris; ut meritò insinuet Tillemontius tom.* 15 *Monument. Hist. Eccles. mirari se, cur locum ei in Martyrologio non concesserit Eminentissimus. Audiamus itaque martyrologos recentiores. Castellanus in Martyrologio universali ad diem* IX *Septembris sic eum annuntiat:* Vintiæ sancti Verani episcopi, filii sancti Eucherii Lugdunensis. *Ferrarius verò in Catalogo Sanctorum, quorum nomen Romano insertum non est, ita habet ad diem* X *Septembris:* Venciæ in Gallia S. Verani episcopi. *Parisiense item Martyrologium ad eum diem:* Veneciæ in Provincia sancti Verani ex monacho Lirinensi, hujus urbis episcopi, qui sancti Eucherii filius fuit. *Saussayus in Gallicano prolixius elogium Sancti contexuit, quod similiter hîc subjicio.* F

Sancti nostri hodie non est mentio in antiquis classicis; est in multis recentioribus.

3 Vintii Nerutiorum in Phocensi provincia depositio sancti Verani episcopi & confessoris, qui sedis Vencionensis primum lumen & columen fuit. Is sancti Eucherii filius, frater Salonii, ex monacho Lerinensi, ubi copiosas religionis & scientiæ merces quæsivit, factus pro meritis Antistes: tantâ sanctimoniæ & pastoralis vigilantiæ ac virtutis laude enituit, ut ævi sui syderibus, solari velut splendore anteiret: adeo ut magister ecclesiarum cum fratre Salonio ejusdem gloriæ conforte à Salviano appellaretur, Sidonioque Apollinari, suæ ætatis oraculo, magnæ admirationi ac venerationi esset, uti Ecclesiasticæ strenuus vitis colonus, fœcundatorque egregius. Qui tandem uberi laborum messe comparata, quietis æternæ ad fruitionem perrexit. Sepultus in ecclesia Vencionensi in sarcophago marmoreo, multis signorum virtutibus eluxit. *Hæc Saussayus. Joannes Savaro in Commentario ad epistolam* 15 *libri* 7 *Sidonii Apollinaris ex ecclesia Vencionensi*

Elogium ex Saussayo & veteri Martyrologio ecclesiæ Vencionensis,

A *cienſis Martyrologio annuntiationem ſequentem recitat :* In Galliis civitate Vencienſi depoſitio B. Verani epiſcopi Vencienſis, qui fuit monachus inſulæ Lyrinenſis, diſcipulus B. Hilarii abbatis dictæ inſulæ, & poſtea epiſcopi Arelatenſis, qui B. Veranus ſepultus eſt in eadem eccleſia Vencienſi, in ſarcophago marmoreo in pariete defixo, qui multis virtutibus & miraculis claruit, ac de nobili proſapia ortus in pace quievit IV Idus Septembris. *Eadem ex mox laudato auctore deſcripſit Vincentius Barralis in Chronologia Sanctorum monaſterii inſulæ Lerinenſis parte* I, *pag.* 363; *eademque, ſed paulò immutata, profert Dionyſius Sammarthanus in Gallia Chriſtiana recèns recuſa tom.* 3, *col.* 1214, *qui præterea memoratum Martyrologium* vetus *appellat.*

ejus patrocinio conſecratæ. Civitatis notitia.

4 *Ex dictis hactenus colligitur quadamtenus antiquus* S. Verani *cultus, confirmaturque ex veteribus Tabulis monaſterii Lerinenſis, quibus nomen ipſius, ut teſtantur auctores mox laudati, titulo* Sancti *inſcribitur hoc modo :* Sanctus Veranus epiſcopus Vencienſis. *Verùm manifeſtiùs is elucet primo ex eo, quòd ipſa cathedralis eccleſia Vencienſis* S. Verani *patrocinio conſecrata ſit. Teſtatur hoc laudatus Sammarthanus col.* 1212 *&* 1213 *in deſcriptione civitatis ac diœceſeos Vencienſis, catalogo epiſcoporum ejuſdem præfixa, quam hac occaſione partim huc transferò, quia ipſius notitiam utilem omnino reor ad clariorem intelligentiam eorum, quæ poſt examinanda venient :* Vincium, *inquit,* Vencia, Venſienſis, Venſienſium, Vinciſienſium & Veciſienſium civitas, urbs nunc exigua, olim amplior, ſita eſt tribus leucis ab Antipoli ad Septentrionem, duabus à Varo flumine ad Occaſum, à Graſſa tribus diſtans. Comitatûs olim titulo donata eſt, ut conſtat ex chartis in gratiam baſilicæ B. M. Deauratæ conſcriptis circa annum MXXX. Pulcherrimo proſpectu, ſoloque gaudet jucundo, ac aureorum & Aſſyriorum pomorum aliorumque fructuum ſuaviſſimorum feraciſſimo. Cathedralis eccleſia Deo, ſub titulo S. Mariæ Virginis, & patrocinio SS. Verani & Lamberti conſecrata eſt. In ea præter epiſcopum (*ſuffraganeum archiepiſcopi Ebredunenſis*) ſunt præpoſitus, archidiaconus &c. In ea religiosè aſſervantur SS. Verani & Lamberti corpora. Diœceſis ſeparatur à Nicienſi Varo flumine; à Graſſenſi amne Lupo; à Glandavenſi fluvio Storori, à Forojulienſi territorio Caillenſi. *Reliqua huc non ſpectant.*

B

C

Sub finem ſeculi VIII *haud procul Vincià*

5 *Elucet ſecundò antiqua & peculiaris fidelium erga Sanctum noſtrum veneratio ex eo, quòd vergente ad finem ſeculo* VIII, *vel* IX *inchoato, erecta ipſi fuerit eccleſia vel oratorium prope caſtrum Cagnæ haud procul Vencia civitate. Mox laudatus Dionyſius Sammarthanus col.* 1234 *agens de Abbatia* S. Verani, *de qua ſtatim & nos agemus, ita tradit ex Vincentio Barrali :* Carolus Magnus eccleſiam B. Mariæ, quam Deauratam vocabant, ſancto etiam Johanni Baptiſtæ ac Verano confeſſori nuncupatam, exſtruxiſſe ferebatur. *Horum verborum ſenſum quicumque rectè perſpexerit, unicam eccleſiam intelliget, eamdemque tum Virgini Matri, tum SS. Joanni Baptiſtæ &* Verano *dedicatam : & ſimilem quidem ſenſum videntur præ ſe ferre verba ipſiuſmet Barralis. Verùm ex aliis, quæ ibidem profert idem Barralis, manifeſtè eruitur, non ſic intelligendum eſſe laudatum ſcriptorem, diverſamque fuiſſe eccleſiam S. Mariæ Deauratæ, ab eccleſia vel forte oratorio Sanctorum aliorum.* AUCTORE J. P.

templum ſeu oratorium,

6 *Juvat ex ipſo Barrali ad rem præſentem ſpectantia proferre in medium, omiſſis tamen, ne longior ſim, aut in compendium contractis, quæ ad eorum intelligentiam minùs neceſſaria mihi viſa ſunt. Præmittit itaque, quo pacto ſub initium ſeculi* XI *Durantus abbas S. Euſebii, monaſterii Aptenſis, electus fuerit Vencienſium epiſcopus, ſeque cum ſocio ejuſdem cœnobii monacho, cui nomen erat Pontio, itineri commiſerit Veniam profecturus; deinde ſic proſequitur :* Qui venientes, & flumen nomine Lupum tranſmeantes invenerunt eccleſiam beatæ Mariæ Dei Genitricis, quam quondam magnus Carolus rex ædificaverat, & magnis donis ditaverat, quam etiam ipſa antiquitas Deauratam cognominavit. *Hactenus nihil de* SS. Verano *& Joanne Baptiſta. Sed narrat deinde, locum, ubi dicta eccleſia condita eſt, placuiſſe memorato Pontio, & ab eodem fuiſſe electum exſtruendo monachorum cœnobio, ac tandem ſic iterum pergit :* Præſcindens ergo Pontius immanem lignorum ſilvam, invenit oratorium ſancti Petri juxta eccleſiam ſanctæ Mariæ, & beati Joannis Baptiſtæ atque beati confeſſoris Verani.

E

diſtinctum probabiliùs ab eccleſia B. Mariæ Virginis,

7 *Poſtrema verba, ſicut jam inſinuavi, paululum obſcura ſunt, adeo ut ex iis ſeorſum ſpectatis, certò definiri nequeat, an una eademque eccleſia Deiparæ Virgini ac SS. Joanni Baptiſtæ &* Verano *conſecrata fuerit; an, ſicut ab ea diſtinctum erat S. Petri oratorium, ſic etiam diverſæ ab eadem fuerint aliorum Sanctorum eccleſiæ ſive oratoria. Accipe modò teſtimonia, quibus manifeſtum fiat, priorem ſenſum nequaquam admittendum eſſe. Laudatus Barralis, poſt relatam prædicti monaſterii conſtructionem, recenſet donationes & immunitates à variis tum ipſi monaſterio tum eccleſiis conceſſas, atque hæc omnia ſeſe deprompſiſſe profitetur ex antiquis cartulariis. Pag.* 363 *ita habet :* Anno Domini milleſimo duodecimo feriâ ſextâ Idus Auguſti, Nobilis Petrus cum uxore ſua Ermengarda ... dederunt Domino Deo, beatæ Mariæ, quæ vocatur Deaurata, & beato Verano, quæ fuere conſtructæ eccleſiæ à piiſſimo Carolo imperatore ... vineam, quæ jacet juxta flumen Cagnæ &c. *Pag.* 364 *in ipſo, quod producit integrum, inſtrumento alterius donationis, factæ anno* 1030, *iſta leguntur :* Nos jam dicti Leotgerius & uxor mea Odila, & filii noſtri, Raimbaldus videlicet, dominus Petrus epiſcopus, nec non & Roſtagnus juvenis, prædictis eccleſiis ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, S. Joannis Baptiſtæ, S. Petri Apoſtoli, & S. Verani confeſſoris, Pontio abbati aut monachis ibidem Deo ſervientibus ... res noſtras cedimus &c.

S. Verano ædificatum.

8 *Denique aliis multis, quæ apud ipſum videri poſſunt, ſubjungit idem auctor pag.* 365. His donationibus non contenti idem verè ingenuus & pius Lambertus & Amicus germani fratres, tum Raimbaldus & Roſtagnus ſimul fratres & uxores illorum principes & proceres regionis illius ... dederunt domino Pontio abbati, monachis & ſucceſſoribus ſuis .... ipſum locum cum eccleſiis in eo conſtructis; videlicet eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quæ dicebatur ab antiquis Deaurata, tempore piiſſimi Caroli regis conſtructa, nec ne * eccleſiam ſancti Joannis Baptiſtæ, & ſancti Petri apoſtoli & ſancti Verani confeſſoris & aliorum Sanctorum honoribus ſunt conſecratæ, cum vineis, pra-

* non

AUCTORE J. P.

tis, campis, decimis, aquis &c. *Hæc profectò evidentiùs demonstrant, præter ecclesiam B. Mariæ Virginis, alterum locum, sacrum* S. Verano *aliisque Sanctis ibidem exstitisse, quàm ut prudens dubium cuiquam relinqui possit: at non æquè certò determinari potest, an hic locus unica fuerit ecclesia* SS. Verano, *Petro apostolo, & Joanni Baptistæ consecrata, cui expositioni favet textus posterior, an verò plura ibidem fuerint oratoria seu sacella singulis exstructa singula.*

& seculo XI monasterium,

9 *Viguit itaque publicus Sancti nostri cultus Caroli magni temporibus & procul dubio etiam antè; viguisse autem seculis subsequentibus & maximè undecimo constat inde, quòd sæpe nominatus Pontius cœnobium à sese erectum Virgini Dei Parenti simul &* S. Verano *devoverit, illudque* Monasterium S. Verani *nuncupatum voluerit; imò ex instrumento mox recitando, eruitur, quantùm fuerit sollicitus, ne in futurum celebri isto nomine destitueretur. Quando scilicet anno* 1050 *dictum monasterium univit seu potiùs donatione subjecit cœnobio Lerinensi, in quo, sicut paragrapho quarto patebit,* S. Veranus *à juventute monachus exstiterat, & ex quo ad Venciensem cathedram quondam fuerat electus. Integrum translationis seu donationis instrumentum ex Barrali descriptum subnecto.*

B

quod paulò pòst abbatiæ Lerinensi

10 In nomine Domini nostri Jesu Christi. Ego Pontius abbas monasterii S. Verani cum concilio omnium monachorum meorum & cum concilio domini Duranti episcopi Vencienſis, cunctorumque canonicorum suorum, & cum concilio Raimbaldi atque Lamberti & Amici, dono Deo & sanctæ Mariæ Genitrici ejus, sanctoque Honorato monasterii Lerinensis, atque abbati ejusdem loci Aldeberto, cunctisque monachis tam præsentibus quàm futuris ibidem assiduè Deo militantibus, monasterium sancti Verani, in quo positus sum abbas, quod situm est in pago Vencienſi cum omnibus appenditiis suis, prædicto monasterio Lerinensi pro inclita religione ipsius loci, trado & firmiter concedo, ut deinceps habeant, & perpetuò absque inquietudine aliqua, vel contradictione possideant. Et hanc donationem religiosissimo Lerinensi monasterio facio, ne locus ipse S. Verani post obitum meum, pristini nominis dignitatem valeat amittere, quam habuit hactenus à tempore Caroli magni regis Francorum, qui illud construxit & donis suis ditavit; sed permaneat in ea pristina dignitas, juvante Christo, & cum Lerinensis monasterii adjutorio. Dominus Durantus Vencienſis sanctæ sedis episcopus voluit, & manu sua firmavit. Aldebertus episcopus Antipolitanus firmavit. Andreas Nicensis episcopus firmavit. Raimbaldus, Lambertus, Amicus principes firmârunt. Brocardus F. Aycardus F. Leotgerius & Raimbaldus de sancto Laurentio firmaverunt. Lambertus F. Sanè quis hanc donationem aliqua occasione infringere vel voluerit, ac monasterio Lerinensi auferre conatus fuerit, auctoritate Apostolorum Petri & Pauli & nostrâ, excommunicationi perpetuæ (nisi resipuerit ab hac nequitia) submittimus. Facta est autem hæc carta anno ab incarnato Dei Verbo millesimo quinquagesimo, Indictione secunda.

C

ætum ecclesiis donatum est.

11 *Ex hac donationis formula dubium subortri posset, an, quod superiùs ex Vincentio Barrali tradidimus, monasterium* S. Verani *sua debeat primordia Pontio monacho & postea abbati; quandoquidem is in hunc modum scripserit:* Ne locus ipse S. Verani post obitum meum, pristini nominis dignitatem valeat amittere, quam habuit hactenus à tempore Caroli magni regis Francorum, qui illud construxit. *Verum hic sermo non est tantùm de monachorum habitaculo, cujus auctor fuerat Pontius, sed & iis comprehenduntur ecclesiæ à Carolo Magno olim erectæ ac ditatæ, quæ, quia juxta antè dicta Pontio & sociis monachis dono traditæ sunt, uno deinceps* Monasterii *seu* loci S. Verani *vocabulo designari cœperunt. Atque inde rectè dicitur illud monasterium, secundum potiores sui partes, puta ecclesias, constructum fuisse ab imperatore Carolo Magno.*

D

§ II. Sancti reliquiæ & cultus recentior; perperam inter Sanctos Ordinis S. Benedicti à nonnullis recensetur.

E

Caput Sancti, quod cum reliquo corpore Venetiæ servatur,

Laudatus sæpe Vincentius Barralis de sacris Episcopi nostri exuviis ita habet libri citati pag. 362: Veneranda ejus lipsana honorificè asservantur in ecclesia cathedrali Vencienſi Provinciæ Narbonensis; ubi sacrum ejus caput seu cranium reconditum in statua è medio pectoris elevata, ex argento fabricata & inaurata habetur, cum hac inscriptione. " Hoc est caput BEA„ TI VERANI episcopi, fabricatum per magi„ strum Laurentium de Pardis aurifabrum, an„ no Domini MCDLXXXV die X Octobris „. Et, ut fama fert, elaboratum fuit jussu reverendissimi domini Raphaëlis Hispani episcopi Vencienſis. *Consonant his, quæ suprà dedimus ex Dionysio Sammarthano, ubi dicuntur in cathedrali Vencienſi religiosè asservari corpora* SS. Verani *& Lamberti. Consonant & quæ recitavimus ex antiquo Vencienſi Martyrologio, reconditum fuisse scilicet ibidem Sancti nostri corpus in sarcophago marmoreo in pariete defixo. At quo precisè anno inspectus fuerit dictus sarcophagus, indeque sacrum ejus caput, à reliquo corpore separatum, fuerit eductum, scriptorum, quos vidi, nemo prodit.*

E

thecæ argenteæ inclusum sub finem seculi XV.

13 *Verumtamen cùm, teste laudato Sammarthano in Vencienſium præsulum serie col.* 1226, mandante *illustrissimo Hispano episcopo* sepulcrum divi Lamberti apertum *fuerit* anno 1468, ejusque caput argenteâ thecâ inclusum, ceteris membris in sepulcro relictis, *conjectura prorsus probabilis est, circa idem tempus, vel paulò fortasse pòst, idem factum fuisse circa exuvias sacras* S. Verani *& jam tum de conficienda theca item argentea agi cœpisse; quæ tamen nonnisi aliquot pòst annis fuerit perfecta, uti liquet ex allata ejusdem inscriptione. Sanè si vera sit fama, quâ putatur dicta statua seu theca argentea elaborata fuisse jussu illustrissimi Hispani; vel dicendus est aurifex ei non statim operam impendisse, vel ei elaborandæ multum temporis insumpsisse; quandoquidem memoratus antistes fatis cesserit die 2 Octobris anni* 1491, *utique integro quadriennio ante notatam absolutæ statuæ epocham. Sed exigui admodùm momenti sunt ista; neque multùm ad Sancti cultum demonstrandum conducit assignare determinatè annum, quo contigerint similia; contigisse constat, & hoc sufficit. Itaque paucis absolvo, quæ de hodierno cultu notanda restant.*

14 *Vin-*

A *Habetur ibidem juxta aliquos ejus festivitas die* IX,

14 *Vincentius Barralis verbis num.* 12 *allatis subdit sequentia:* Porrò præfatæ civitatis Vencienſis clerus & populus quotannis celebritatis ejus (S. Verani) feſta ſolemniter recolunt anniverſaria, quarto Idus Septembris cum maximo applauſu & devotione. *Diem eumdem, qui Sancto emortualis fuit, annotârunt etiam allegati ſuperiùs martyrologi; præter unum Caſtellanum, qui memoriam illius affixit diei præcedenti. Ejuſdem cum Caſtellano opinionis fuit Bailletus tom.* 3 *de Vitis Sanctorum aſſerens id declarari ab Antonio Godeau Vencienſium epiſcopo, Hiſtoriæ eccleſiaſticæ tom.* 2, *ſeculo* 5, *cap.* 35. *Sanè teſtimonium viri doctrina & probitate conſpicui, qui Vencienſem cathedram ad annum uſque* 1672 *occupavit ac proinde rem hanc præ ceteris noviſſe debuit, abundè ſufficiebat, ut laudati ſcriptores ab aliorum aſſertione, feſtum die decima collocantium, diſcederent: & ratio hæc ipſa movit haud dubiè Majores noſtros, ut inter Prætermiſſos diei* XIII *Julii pauca de* S. Verano *annotantes lectorem remiſerint ad diem hujus menſis nonam; imò id quoque mihi perſuaſum erat, jamque hunc Commentarium dictæ diei inſerendum deſtinaveram.*

B *juxta alios veriſimiliùs die* X *Septembris.*

15 *Verùm dum adverterem, tum à Tillemontio, tum ab auctoribus Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 2, *pag.* 478, *diem aſſignari incertum,* IX *ſcilicet* vel X, *ſubdubitare cœpi, remque ſtudioſiùs perveſtigare, donec tandem in manus incidit duplex exemplar libelli per modum directorii continentis ordinem feſtorum proprio-rum, de quibus fit Officium in præcipuis Provinciæ civitatibus, atque in utroque diem* X *reperi deſignatum feſtivitati* S. Verani. *Verba unius ſaltem exemplaris eo lubentius huc tranſfero, quòd iis mirè confirmentur allata ex Vincentio Barrali ſuper ſplendore dictæ celebritatis. Impreſſum illud eſt Aquis-Sextiis pro anno* 1676, *& inter propria menſis Septembris præſcribit ſequentia:* X Ventiæ. Feria V VERANI epiſcopi & confeſſoris. Duplex I claſſis cum octava. In Veſperis commemoratio S. Nicolai de Tolentino tantùm, de quo cras. *His conſonant, quæ præſcribuntur in altero, ſed non ejuſdem anni, Directorio. Unde ſuſpicor in laudatum Opus illuſtriſſimi Godeau irrepſiſſe mendum, quod inſcii adoptârint Caſtellanus & Bailletus: maximè cùm Directorium, cujus verba attuli, non niſi triennio ab obitu nominati antiſtitis editum ſit, & quoad diem conveniat cum omnibus, præter mox allegatos, ſcriptoribus.*

C *Aliæ ejus feſtivitates ex Sauſſayo*

16 *Præter jam dictam Sancti noſtri feſtivitatem, aliam recolit Sauſſayus die* XII *Octobris in hæc verba:* Vintii Neruſiorum ſub metropoli Ebredunenſi, Ordinatio ſancti Verani epiſcopi & confeſſoris, fidei & virtutum meritis illuſtris: hujus Vencenſis, cui præfuit, eccleſia beatum tranſitum colit quarto Idus Septembris. *Sed de hac feſtivitate nec apud Barralem, nec alibi uſpiam ſermo eſt. An fortaſſe theca ſeu ſtatua argentea, quæ, ſicut vidimus, perfecta fuit* X *Octobris anni* 1495, *proximo die* XII *cum ſacro capite venerationi ritu aliquo ſolemniore primùm expoſita eſt, idque annis ſingulis obſervatum? Verùm ſi id voluerit laudatus auctor, reliquiarum Elevatio memoranda erat, non autem* S. Verani *Ordinatio. Multò difficiliùs percipio, quid ſibi voluerit Gabriel Bucelinus, dum in Menologio Benedictino ad diem* XIII *Julii ſanctum Epiſcopum noſtrum inter Sanctos ſui Ordinis recenſuit ſub hac annuntiatione:* In Italia S. Verani, Vencienſis epiſcopi, viri admirabili vitæ ſanctitate illuſtriſſimi; de quo alii X Septembris, alii XI, alii XIII Novembris, & nos ſuo loco. AUCTORE J. P.

17 *Nam primò, uti advertimus etiam in Prætermiſſis ad diem* XIII *Julii, perperam adnumerat Venciam Italiæ civitatibus; niſi fortaſſe verba ſua ſic intelligenda dederit, ut memoria* S. Verani *Vencienſis epiſcopi agatur in civitate quadam ſeu loco Italiæ à Vencia diverſo; at verò nullis, qui de Sancto noſtro ſcripſerunt, auctoribus locus iſte cognitus fuit. Secundò nullibi terrarum colitur Sanctus menſe Julio, cujus diem* XIII *commemorandi ejus locum eſſe videtur aſſerere Bucelinus; equidem voces iſtas &* nos ſuo loco *ita interpretor; cùm quantâcumque adhibitâ diligentiâ nihil de* S. Verano *apud ipſum locis aliis repererim. Tertiò, qua demum ductus ratione* S. Veranum *Benedictini Ordinis Sanctis immiſcet? Nam uti conſtabit ex ſequenti* §, *Sanctus ſub initium ſeculi* V *mundo editus, vel non ampliùs ſuperſtes erat, vel certè ætate gravis anno* 480, *quem cum ipſo Bucelino aliiſque S. Benedicti natalem fiximus tom.* 3 *Martii ad diem* XXI, *pag.* 276, *ubi ejuſdem Acta elucidavimus.* *& Bucelino. Hic Menologio Benedictino* E

18 *Nec dici poteſt* S. Veranus *ideo inſertus Sanctis Benedictini Ordinis, quia in Lerinenſi cœnobio, ubi poſtmodum S. Benedicti Regula admiſſa fuit, monaſticam vitam profeſſus eſt. Nam & SS. Honoratus & Hilarius uterque Arelatenſium antiſtes, aliique non pauci viri ob ſanctitatem in Eccleſia illuſtres, ibidem monachi exſtiterunt, eorum tamen non meminit laudatus auctor. Præterea apertè id adverſari videtur ſcopo, quem ſibi in concinnando Menologio Ordinis ſui propoſuerat, quemque lectori ſuo indicat in Epiſtola Operi præfixâ, ubi ita præludit:* Pauciſſimos ex innumeris recenſemus, quos admirabilis ille re & nomine Benedictus, pater & patriarcha ſanctiſſimus Deo & cælo peperit. *Quibus verbis clarè ſignificat, ſe quidem non omnes recenſere Sanctos & Beatos, qui S. Benedictum patrem habuere; eos tamen, quos recenſet, à ſancto patriarcha ſuo Deo & cælo partos fuiſſe, quod non magis quadrat* S. Verano, *quàm SS. Honorato, Hilario & ceteris.* *perperam inſeruit* F

19 *Denique dici nequit, quòd alium à noſtro Veranum, eumque juniorem intellexerit, vel quòd noſtrum hic memoret, propter reliquias, quæ ſervantur & coluntur in aliquo ſui Ordinis monaſterio. Non primum, quia noſtrum indigitat tum aſſignata cathedra Vencienſis, quæ unum dumtaxat* Veranum *inter ſuos præſules nominat, tum addita dies* X *Septembris, quâ ab aliis annuntiari aſſeritur. Non etiam ſecundum: nam non tantùm id adverſatur iterum ſcopo Menologii Sanctorum Ordinis S. Benedicti, ſed nec hujuſmodi reliquiarum mentio fit in Sacrario Sanctorum, quod laudatus auctor Menologio ſuo ſubnexuit. Unde quocumque demum modo rem diſcutio, titulum equidem non reperio, ob quem meritò ſanctus noſter Antiſtes in memorato Menologio locum occupet.* *S. Veranum, ignorans haud dubiè,*

20 *Supereſt igitur, ut credamus, ignoratam fuiſſe ab ejus auctore Sancti ætatem. Legerit haud dubiè,* S. Veranum *ex cœnobio Lerinenſi ad Vencienſem cathedram evectum fuiſſe, parumque ſollicitus indagare, quo id ſeculo contigit, eum S. Benedicto poſteriorem putaverit. Eadem de cauſa dicendus eſt Sanctus noſter inter ſanctos Benedictinos locum obtinuiſſe apud Dorganium in Kalendario & Wionem in Martyrologio monaſtico,* *ſicut alii nonnulli, quo ſeculo vixerit.*

AUCTORE J. P.

naſtico, utrobique ad diem XI *Novembris, idque ſat apertè inſinuat ipſemet laudatus Wion, dum poſt ſequentem annuntiationem:* Vencii in Provincia, natalis ſancti Verani epiſcopi & confeſſoris, qui ex cœnobio Lerinenſi ad illam ſedem gubernandam aſſumptus, ſanctitate & miraculis claruit: *mox ſubdit:* Tabulæ Lerinenſes de eodem agunt hac die. Celebratur & alius Veranus Lugdunenſis epiſcopus, ſed ab hoc noſtro diverſus. Quo tempore vixerit hic noſter explicare nequeo, cum illud reticeant Tabulæ prædictæ.

§ III. Illuſtres Sancti parentes, patria, ætas.

Natus patre S. Eucherio

Acta Sancti noſtri, ut meritò dolet Vincentius Barralis, nec in excuſis, nec in Mſs. codicibus conceſſum eſt reperire. Nulla ſcriptæ Vitæ apud ſcriptores alios exſtant veſtigia; oportet igitur, ut vel temporum iniquitate deperierit; vel fortaſſe numquam in ordinem compacta, litteris fuerit demandata. Quapropter cogimur more noſtro vitæ ipſius ſeriem meliori, quo licuerit modo, ex antiquis auctoribus & monumentis erutam collectamque proponere. Itaque à parentibus exordium ſumamus. Illuſtres hos habuit genere atque præcellentia ſeculari, illuſtriores vitæ ſanctimoniâ, patrem S. Eucherium, qui ex ſenatorio ordine fuiſſe paſſim creditur, quique abdicata mundi vanitate in ſolitudinem ſeceſſit, ac deinde ad Lugdunenſis archipraſulatûs infulas evectus fuit. Mitto innumera ferè, quibus à ſanctiſſimis auctoribus vir hic celebratus fuit, encomia; erit enim ad diem XVI *Novembris, quo recolitur ejus memoria, aptior ea coacervandi, ceteraque ejus geſta illuſtrandi locus; Unum tamen hîc protuliſſe juverit breve S. Hilarii Arelatenſis, ſcriptoris non modò coævi, ſed & amicitiâ Eucherio conjunctiſſimi teſtimonium, ut de hujus, quam adſtruximus, nobilitate conſtet, & quanti ſanctitas ejus adhuc viventis fieret, evidenter pateat. Laudatus Arelatenſium antiſtes in Vita S. Honorati deceſſoris ſui ita loquitur:* Splendidus mundo, ſplendidior Chriſto æmulus virtutis ejus (*S. Honorati*) beatus Eucherius &c.

matre Gallâ, præclaris

22 *Matris* S. Verani, *cognomento* Gallæ, *non adeo celebris notitia eſt ac patris: illam tamen nobiliſſima pariter domo natam fuiſſe, credere nos jubet ejus cum S. Eucherio conjugium, & matronam fuiſſe pietate ac virtutum meritis ornatiſſimam, indicium eſt haud obſcurum, quòd pium mariti de deſerendo ſeculo propoſitum non modò approbârit, verùm etiam ipſa illius exemplum imitata ſit. Eruitur hoc manifeſtè ex epiſtola S. Paulini Nolani epiſcopi, poſt dictum à mundo ſeceſſum utrique conjugi deſtinata. Epiſtolam ipſam, quâ impensè laudatur tum Eucherii tum Gallæ novum vivendi inſtitutum, videre poteſt curioſus lector apud Chiffletium noſtrum in Paulino illuſtrato pag.* 61. *Suffecerit hîc retuliſſe ſolam ejuſdem inſcriptionem, quæ ſic habet:* Sanctis & meritò prædicandis, atque venerandis & dilectiſſimis filiis, Eucherio & Gallæ, Paulinus epiſcopus. *Porrò ſpectat iterum ad memoratum diem* XVI *Novembris celebris illa controverſia, quæ jam dudum eruditorum ingenia exercuit; an ſcilicet admittendus ſit tantùm unicus Eucherius, an duplex; quorum uterque natalibus inſignis uxorem habuerit cognomento Gallam, uterque, hâc aſſentiente & comitante, ſe ad ſolitudinem contulerit, uterque demum ad Lugdunenſem cathedram evocatus ſit, & ibidem ſanctitate & doctrina floruerit, alter, qui ſenior vocatur, ſeculo* V, *alter, quem juniorem appellant, ſeculo* VI.

ſeculi IV *&* V *conjugibus; non generatione tantùm ſpirituali, ut putat Savaro,*

23 *Nam, utra ſententia verior ſit, nihil Sancti noſtri intereſt, utpote qui ſcriptorum omnium conſenſu parentes habere non potuit Eucherium juniorem & hujus conjugem Gallam, ſiquidem ii umquam exſtiterint in rerum natura. Conſuli interim poteſt Gallia Chriſtiana recèns recuſa tom.* 4 *col.* 20, *ubi argumenta ab utriuſque ſententiæ propugnatoribus adducta proponuntur. Admittunt præterea ſcriptores pene omnes, etiam ii, qui duplicem Eucherium adſtruunt, Eucherio ſeniori, qua voce hunc a Juniori, fortaſſe ficto, diſcernimus, ſuſceptam fuiſſe ex Galla conjuge prolem binam maſculam, Salonium, de quo infra, & noſtrum* Veranum. *Hæc autem veritas tam firmis mihi videtur fulta teſtimoniis, ut mirum ſit, ſubdubitare potuiſſe Joannem Savaronem in notis ad epiſtolam* 15 *Sidonii Apollinaris pag.* 469. *Itaque in gratiam hujus ſcriptoris ex memoratis teſtimoniis quædam profero in medium, ſubnexurus deinde rationes, ob quas ipſe* Veranum *& Salonium* filios *Eucherii & Gallæ* ſpirituales fuiſſe potiùs *dixerit, quàm naturales.*

ſed naturali, ut probatur ex S. Paulino & Gennadio,

24 *Primò Eucherium cum Galla conjugio obligatum fuiſſe, ac prolem procreâſſe conſtat ex laudata S. Paulini ad eos epiſtola, quæ hâc formulâ concluditur.* Benedicat vos Dominus ex Sion, ea benedictione, qua benedicitur homo, qui timet Dominum, (perpetui conjuges & parentes) cum benedicta vobiſcum Deo progenie nobiliſſimæ ſanctitatis veſtræ. Videatis quæ bona ſunt Jeruſalem, & pariter habitare mereamini in domo Domini in longitudinem dierum; filii ſancti, merito venerabiles, intima charitate dilecti & ſemper deſiderandi. *Parentes ergo fuere, eorumque* benedicta progenies *ſuperſtes erat, dum hæc ſcriberet Paulinus. At cùm eam progeniem nec enumeret nec nominet, manet incertum, an ſub ea comprehenſi fuerint* Veranus *& Salonius. Igitur aliunde ejus haurienda eſt notitia. Audi Gennadium ſcriptorem item ſynchronum, in Opere, quod conſcripſit de Viris illuſtribus cap.* 63. Eucherius, *inquit*, diſſeruit etiam ad perſonam filiorum Verani & Salonii (*in aliquibus exemplaribus legitur* Urani & Saloni) poſtea epiſcoporum, obſcura quæque ſanctarum capitula Scripturarum.

ex S. Eucherio ipſo,

25 *Audi Eucherium ipſum in Epiſtola præfixa libro de Formulis ſpiritualibus, unà cum ipſo libro typis vulgata a Vincentio Barrali parte* 2 *Chronici Lirinenſis. Dictæ epiſtolæ hoc initium eſt:* Eucherius Verano filio, in Chriſto ſalutem dicit. Formulas ſpiritalis intelligentiæ componendas, tibique mittendas pro ſtudio paternæ erga te ſollicitudinis exiſtimavi: quibus præceptis (*Chiffletius rectè legit* perceptis) in omnia ſcripta divina facilè ſe ad intellectum ſequax ſenſus intenderet. *Mitto textus alios, in quibus Eucherius* Veranum *& Salonium in libellis ad ipſos directis filios ſuos chariſſimos appellat, videat eos, ſi lubet, curioſus lector, apud Chiffletium, Barralem & alios, qui de Eucherio agunt. Ne autem ita dictos textus interpretandos quis putet, ut Eucherius ea appellatione filios tantùm ſpiri-*

A *ſpirituales deſignatos voluerit, quo ſenſu certò intelligendus S. Paulinus, dum Eucherium & Gallam filios dilectiſſimos nuncupavit, aliique epiſcopi, dum ad non epiſcopos ſcribunt, prohibet imprimis Gennadius, quem ſic interpretari, meo judicio, cùm aliunde nil obſtat, prudentis critici non eſſet. Prohibet dein, ut obſervat Chiffletius in Paulino, Salvianus vir* humanâ & divinâ, *Gennadii teſtimonium eſt*, litteraturâ inſtructus, & ut abſque invidia loquar, magiſter epiſcoporum ſanctorum Salonii & Verani, *is, inquam, id prohibet in epiſtola ad Eucherium, quam hîc tranſcribo integram, non tantùm quia per illam diſcipulos ſuos ab Eucherio verè genitos ſignificat; ſed quia utilis erit ad probanda, quæ inferiùs de Sancto noſtro diſputanda venient.*

& ex Salviano. 26 *Epiſtola ſic exſtat apud laudatum ſæpe Chiffletium pag.* 65: Domino & dulci ſuo Eucherio epiſcopo Salvianus. Legi libros, quos tranſmiſiſti, ſtylo breves, doctrinâ uberes, lectione expeditos, inſtructione perfectos, menti tuæ & pietati pares. Nec miror, quòd tam utile ac pulchrum Opus, ad inſtitutionem potiſſimùm ſanctorum ac beatorum pignorum tuorum condidiſti: cùm enim eximium in eis templum Dei ædificaveris, doctrinâ novæ eruditionis, quaſi ſummum ædificii tui culmen ornâſti: & ut indoles ſanctæ, æquè doctrinâ ac vitâ inluſtrarentur; quos mortali inſtitutione formaveras, ſpiritali inſtructione decorâſti. Supereſt, ut Dominus Deus noſter, cujus dono admirandiſſimi juvenes tales ſunt, pares eos faciat libris tuis; id eſt, ut quidquid illi continent in myſterio, hoc uterque illorum habeat in ſenſu: & quia jam diſpenſatione divina atque judicio etiam magiſtri Eccleſiæ eſſe cœperunt, donet hoc benigniſſima Dei pietas, ut doctrina illorum fructus ſit eccleſiarum & tuus, profectuque excellentiſſimo tam illum ornent, à quo ſunt geniti, quàm eos, quos ipſi ſua inſtitutione generaverint, mihique hoc, etſi non inter omnia, certè vel poſt omnia, miſericors Deus tribuat, ut qui fuerunt diſcipuli quondam mei, ſint nunc quotidie oratores mei. Vale mi Domine & dulcis meus. *Sanè media in luce cæcutiat neceſſe eſt, qui hîc non aliam detegat generationem quàm ſpiritualem. Nam, ut alias ſuperſedeam, cur Salvianus* pignora *eos potiùs appellat Eucherii, quàm ſua, cùm & ſeſe ipſorum inſtructorem ac magiſtrum profiteatur? Cur ubi dixit*, tam illum ornent à quo ſunt geniti, *non abſolutè pergit dicendo*, quàm eos, quos ipſi generaverint? *Cur ſtudiosè addit* ſua inſtitutione, *niſi ut ſignificationem verbi* generare *reſtringat ad ſpiritualem generationem & hanc à carnali diſtinguat; non attingam alteram oppoſitionem ſub hac periodo contentam:* Quos mortali inſtitutione formaveras, ſpiritali inſtructione decorâſti; *nam Barralis & Baluzius, qui Opera Salviani prelo commiſſa Notis illuſtravit, pro voce* mortali *legunt* morali, *quo ſenſu non tanta eſſet oppoſitio.*

Deceptus fuit Savaro textu Adonis

27 *Ceterùm rationem, ob quam laudatus Savaro iſta omnia de ſpiritali potiùs, quàm carnali generatione accipienda putaverit, lectori colligendam exhibeo ex ipſiuſmet verbis: loco ſuprà citato de* Verano *& Salonio ita pronuntiat:* Eucherii Lugdunenſis filios Eucherius & Salvianus (*addi potuiſſet & Gennadius*) videntur innuere. Cùm Ado Trevirenſis (*imò Viennenſis*) Gallæ uxoris meminerit, Conſortiæ & Tulliæ tantùm, XVI Kalendas Decembris, filios ſpiri-

B tuales dixerim potiùs. *Quaſi verò ſilentium ſcriptoris ſeculis circitèr quatuor poſterioris ſufficiens fundamentum ſit dubitandi de re, quam auctores ſynchroni, & ipſemet, circa quem dubitatur, tam apertè ſignificant. Præterea non vidit certè Savaro Hiſtoriam, quam omnes recentiores antiquam quidem, ſed multi interpolatam volunt, cuique hic præfixus eſt titulus.* Converſio ſancti Eucherii epiſcopi & Gallæ uxoris ejus: & Vita duarum filiarum Tulliæ atque Conſortiæ Virginum. *Produxit eam Chiffletius* ex aliquot, *ut teſtatur*, Mss. codicibus, quorum, qui antiquiſſimus eſt S. Augendi Jurenſis, ab annis ferè nongentis deſcriptus videtur. *Eamdem ex Chiffletio dedit Henſchenius ad diem* XXII *Junii, quo à Martyrologio Romano aliiſque recolitur S. Conſortia, ibidemque in Commentario prævio obſervat num.* 8, *eâ Hiſtoriâ uſum fuiſſe Adonem in Martyrologio ſuo ad diem* XVI *Novembris. Idem viſum eſt etiam Chiffletio, idem admittunt plerique alii, imò, ut verbis Tillemontii utar, perſpicuum id eſt, ut fatebitur, quicumque Adonis textum cum prædicta Hiſtoria conferre operæ pretium duxerit.*

ſecuti Acta interpolata vel corrupta.

28 *Hanc, inquam, non vidit Savaro, alioqui advertiſſet haud dubiè, Eucherium ſeniorem nec fuiſſe nec eſſe potuiſſe patrem S. Conſortiæ. Ille etenim mundo valedixit circa initium ſeculi* V *mortuuſque eſt circa ejuſdem ſeculi medium, hæc autem nubilis adhuc virgo erat anno* 561; *nam in præfata Hiſtoria dicitur Hecca regius procurator, mortuo Clotario I, eam in matrimonium expetiviſſe à Sigeberto Clotarii in regnum ſucceſſore; quo tempore, ſi Eucherium ſeniorem patrem habuiſſet, annum ætatis ſuæ facilè* 150 *attigiſſet Conſortia. Inde autem duplicis Eucherii propugnatores ſuam de Eucherio juniore, Conſortiæ patre, opinionem ſtabilitam exiſtimant. Alii verò unum dumtaxat Eucherium Lugdunenſem agnoſcentes, vel erratum fuiſſe aiunt in Actis S. Conſortiæ, quæ ſecutus eſt Ado, & pro* Ætherio *patre illius virginis, ſubſtitutum fuiſſe* Eucherium, *vel ſi in nomine erratum non fuerit, Eucherium illum non Lugdunenſem, ſed Regienſem fuiſſe præſulem; prolixiùs iſta diſputata reperiet lector apud P. de Colonia Societatis noſtræ ſacerdotem in Hiſtoria litteraria Lugdunenſi ſeculo* 5, *cap.* 8: *apud Tillemontium in Notis ad Monumenta hiſtorica tom.* 15, *pag.* 851 *& ſeqq.; apud Henſchenium & Chiffletium locis citatis. Sufficit ad propoſitum noſtrum demonſtrâſſe, patrem Conſortiæ nec fuiſſe, nec eſſe potuiſſe Eucherium ſeniorem; unde corruat totum Savaronis dubitandi fundamentum. Meritò enim Ado, ubi de Conſortia & Tullia earumque parentibus ageret, ſiluit de* Verano *& Salonio, quibuſcum illis nulla fuit connexio.*

Mundo editus eſt verisimiliter in Provincia

29 *Natum eſſe* S. Veranum *in Gallia ſatis conſtat ex iis, quæ de parente ejus Eucherio traduntur; verùm quæ civitas aut locus ei patria contigerit, neque ex geſtis Eucherii neque aliunde nobis licuit eruere; ſi vera ſint, quæ obſervat De Colonia, veriſimiliter mundo editus eſt in Provincia; nam clarè colligi ait ex Præfatione Caſſiani in ſeptem alias Collationes nuncupatas SS. Honorato & Eucherio, quòd Eucherius ætatem ſuam, donec ſe mundo ſubduxit, tranſegerit in ea Galliæ Narbonenſis parte, quæ hodiedum Provincia appellatur. Ob eamdem veterum teſtimoniorum penuriam determinari nequit annus* S. Verano *natalis. Verumtamen, cùm*

AUCTORE J. P.

frater ejus Salonius, qui passim Eucherii filius natu major creditur; decimum dumtaxat ætatis annum numeraverit, quando S. Honorati curæ ac disciplinæ commissus est in cœnobio Lerinensi, procul dubio innecti debet natalis utriusque fratris exeunti seculo IV, *vel seculo* V *haud dudum inchoato. Nam S. Honoratus circa illa tempora fundavit Lerinense monasterium, eique abbas præfuit usque ad annum* 426. *Adde, quòd diu ante hunc annum, quo S. Honoratus ad Arelatensem archipræsulatum assumptus est, novum vivendi institutum amplexus esset S. Eucherius: uti probatur ex Cassiani mox citati verbis, quæ hîc subnecto.*

circa initium sæculi V.

30 Cùm virtutem perfectionis vestræ, quâ velut magna quædam luminaria, in hoc mundo admirabili claritate fulgetis, multi Sanctorum, qui vestro eruditiuntur exemplo, æmulari vix queant, tamen vos ô sancti fratres, Honorate & Eucheri, tanta illorum sublimium virorum (*ascetas Ægyptios designat*) à quibus prima anachoreseos institutâ suscepimus, laude flammamini, ut unus quidem vestrum ingenti fratrum cœnobio præsidens congregationem suam, quæ

B quotidiano sanctæ conversationis vestræ docetur intuitu *&c. Erat itaque S. Eucherius non monachus tantùm, seu anachoreta novitius, sed veteranus aliorumque instructor, quando Cassianus ipsi & S. Honorato suas Collationes nuncupavit, utique ante annum* 426, *quo Honoratus cœnobio Lerinensi præsidere desiit; cùm autem idem Eucherius non nisi post natos filios* Veranum *& Salonium ad vitam monasticam animum adjecerit, hi certè in ætate juvenili haud parum processerant dicto anno* 426; *& hoc confirmatur quidem ex eo, quòd Salonius anno* 441 *jam inde episcopus esset, uti patet ex concilio Arausicano I, cui sic subscriptus legitur:* Salonius episcopus subscripsi.

§ IV. Sancti educatio in monasterio Lerinensi; tres de sede episcopali opiniones proponuntur, quarum tertia discutitur ac refellitur.

C

Educatus à viris doctis ac sanctis

I*Ncompertum nobis est, quo pacto & ubi locorum Sanctus noster primævam ætatem transegerit; an à patre Eucherio mundum abdicante maternæ custodiæ ob ætatis teneritatem relictus sit, an mox cum fratre Salonio à teneris Lerinensium cœnobitarum disciplinæ commissus. Nihil hac super re litteris proditum ab antiquis scriptoribus, sicut nec super multis aliis ad vitæ ejus seriem spectantibus, ut monui superiùs. At cùm verisimiliter* Veranus *non multum ætate concesserit fratri Salonio; cúmque prudenter dubitari nequeat, quin S. Eucherius æquali curâ utriusque filii educationi prospexerit, omnino verisimile mihi fit, quòd* S. Veranus *ab iisdem magistris doctrinæ & pietatis, imò & vitæ monasticæ rudimentis fuerit imbutus, à quibus Salonius. Salvianum ipsis magistrum fuisse constat ex Gennadio & Salviano ipso num.* 25 *&* 26 *citatis;* Veranum *beati Hilarii discipulum apertè nuncupat Martyrologium vetus Viennense relatum num.* 3. *Reliquos cognosce ex epistola ipsiusmet Eucherii præfixâ libro de Quæstionibus novi & veteris Testamenti ad Salonium filium. Ejus hoc fragmentum est:* Dignum est quâcumque curâ meâ ingenium tuum remunerari, qui vixdum decem natus annos, eremum ingressus, inter illas Sanctorum manus non solùm imbutus es, verùm etiam nutritus es sub Honorato patre, illo inquam, primùm insularum, postea etiam ecclesiarum magistro; cùm te illic beatissimi Hilarii, tunc insulani tironis, sed jam nunc summi pontificis (*ecclesiæ Arelatensis*) doctrina formâret per omnes spiritalium rerum disciplinas; ad hoc etiam te postea consummantibus sanctis viris Salviano, atque Vincentio, eloquentiâ pariter scientiâque præeminentibus. D

& in Lerinensi cœnobio monasticam vitam professus,

32 *Certè Sanctum nostrum degisse aliquamdiu in Lerinensi cœnobio, ibidemque monasticam vitam fuisse professum, manifestum fit ex iis, quæ num.* 3 *&* 4 *protulimus ex mox memorato Viennensi Martyrologio, & ex Tabulis antiquis dicti cœnobii. Porrò insulæ Lerinæ, cui hodiedum à S. Honorato nomen est, atque cœnobii in hac conditi, tum sæpe alibi meminimus* E *in Opere nostro, tum nuper etiam tomo* 6 *mensis Augusti pag.* 66 *in Notis ad Acta S. Cæsarii Arelatensis archiepiscopi. Uberiorem loci utriusque notitiam, qui cupit, adeat Barralem sæpe laudatum, in descriptione, Chronico Lerinensi præfixa; Joannem Baptistam Guesnay in Cassiano illustrato pag.* 131, *& Josephum Antelmium de Initiis ecclesiæ Forojuliensis pag.* 175 *& seqq. Apud hos multa præsertim de monasterii Lerinensis primordiis, de viris, qui in eo floruêre, doctrinâ & sanctitate illustribus, deque præconiis, quibus id ab antiquis scriptoribus celebratum fuit, pulchrè exarata inveniet.*

virtuti ac scientiæ sacrarum Litterarum studuit cum fratre Salonio postea episcopo.

33 *Latent nos item gesta à* S. Verano, *quamdiu in sacra eremo versatus est. Fas est credere, eum aliorum sanctorum virorum illic commorantium exemplis & institutionibus, nec non suâ ipsius propensâ in bonum indole stimulatum, Christianæ pietati, virtutibusque religiosis perfectissimè acquirendis impigrè incubuisse; verùm & sacrarum litterarum fuisse studiosissimum, atque earumdem intimæ cognitioni plurimùm fuisse intentum, manifesta indicia sunt, allegatus suprà Eucherii parentis ad ipsum libellus* F de Formulis spiritalis intelligentiæ, *& bina Opuscula seu Commentarii in Parabolas Salomonis & Ecclesiasten, quæ exstant tomo* I *Bibliothecæ Patrum Parisiis editæ anno* 1589, *pag.* 535 *& seqq. sub his titulis:* D. Salonii Galliarum episcopi Viennensis in Parabolas Salomonis explicatio mystica. Interlocutores Veranius & Salonius. D. Salonii Viennensis Galliarum episcopi doctissimi Dialogus alter ad Veranium fratrem, in quo Ecclesiastes mysticè exponitur. Interlocutores Veranius & Salonius. *In his Commentariis* Veranius *difficultates proponit, dissolvit Salonius: inde scriptores nonnulli crediderunt, majorem natu fuisse Salonium, & ab hoc solo Commentarios fuisse concinnatos; non desunt tamen, qui eos utriusque fratris in eremo degentis studio attribuendos putent, quorum sententiæ equidem lubens adhæserim, eo nimirum sensu conceptæ, ut Salonius præcipua, quæ in spiritualibus cum fratre* Verano *colloquiis discusserat, opportuno tempore in ordinem redacta litteris consignârit.*

34 *Salonium in recitatis mox Opusculorum titulis, uti & in aliorum quorumdam auctorum scriptis*

A *Varia de Salonii ſede epiſcopali ſententia : triplex de S. Verani ;*

ſcriptis perperam notari epiſcopum Viennenſem communis hodie eruditorum mens eſt. Aliqui Genuenſem fuiſſe aſſerunt, pauci Lugdunenſem, plurimi veriſimiliùs Genevenſem. Sed hoc pluribus examinare hujus loci non eſt, ſermo de iſto præſule recurret die XXVIII *Septembris, quo nomen ejus quibuſdam Faſtis inſcribitur. Vide interim præter auctores in hoc Commentario paſſim citatos, Sollerium noſtrum in obſervatione in Martyrologium Uſuardi ad memoratum diem. Non potero tamen, quin hîc etiam ſubinde prætenſum Salonii præſulatum Lugdunenſem attingam occaſione* S. Verani, *quem illius in eadem ſede ſucceſſorem ſtatuunt pauci ejus ſententiæ propugnatores. Opiniones præcipuæ in controverſia de* S. Verano, *qui Lugduni annuntiatur à martyrologis die* XI *Novembris, &* Verano, *qui Venciæ die* X *Septembris, tres ſunt, ut initio inſinuavi, eaſque nunc propono ſingulas.*

exponitur prima & ſecunda.

35 *Prima ſic ſtatuit :* Veranus *Eucherii filius ex monacho Lerinenſi aſſumptus eſt ad cathedram Vencienſem, qua in civitate vitam finiit & ſepultus eſt ; ac proinde numquam eccleſiæ Lugdunenſi præfuit epiſcopus : imò dicta eccleſia non tantùm hunc* Veranum *non habuit archipræſulem, ſed nec alium cognominem : quapropter* S. Veranus, *qui Lugduni colitur, non alius videtur à* Verano *Eucherii filio, antiſtite Vencienſi. Relatæ opinioni patrocinantur laudati Joannes Savaro pag.* 469 ; *de Colonia pag.* 233 ; *Tillemontius tom.* 15 *Monumentorum, pag.* 135 *&* 849. *Item Dupin in Bibliotheca nova auctorum tom.* 3, *pag.* 222 *& alii. Altera opinio duos eodem tempore* Veranos *epiſcopos & Sanctos propugnat ; alterum, videlicet Eucherii filium, Venciæ ; alterum Lugduni, & hunc quidem à martyrologis deſignari die* XI *Novembris, illum* X *Septembris. Hanc præ ceteris tuetur Theophilus Raynaudus noſter in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium, cui adſtipulati ſunt fratres Sammarthani, dum* Veranum *Vencienſem cum Lugdunenſi haud confundendum monuerunt tom.* 3 *pag.* 1149. *Galliæ Chriſtianæ noviſſimi editores profitentur quidem tom.* 4 *col.* 25, *ſuum non eſſe* tantas lites componere ; *at ſeſe inclinare in ſententiam priorem, ſatis manifeſtant tum ex modo, quo partium argumenta proferunt, tum ex eo, quòd S. Encherio inter epiſcopos Lugdunenſes locum* 19 *tribuant, S. Patienti* 20, *nullum* Verano *aut Salonio. Pro duplici* Verano *ſtetit initio Bollandus noſter tom.* 1 *Februarii pag.* 360, *ubi agens de S. Lupicino epiſcopo Lugdunenſi, meritò ex hujus ſedis præſulum ſerie à Savarone expunctos fuiſſe ait,* Veranum *& Salonium ; ſed nihilominus Lugduni admittendum eſſe putabat* Veranum *aliquem, à Vencienſi diſtinctum, qui ibidem ſedit, non quidem eodem tempore, quo noſter Venciæ, at ſub initium ſeculi* VI *vel finem præcedentis, ſcilicet immediatè ante S. Viventiolum.*

B

Priori potiùs quàm poſteriori favet Bollandus.

36 *Ita cenſuit laudatus auctor nixus auctoritate Actorum S. Aviti Viennenſium antiſtitis, quæ dedimus dicto tomo* 1 *Februarii, quæque ſic habent pag.* 668 : Hic (*Avitus*) venerabilem abbatem monachorum Veranum Lugdunenſibus epiſcopum dedit. Hic etiam S. Viventiolum de grege presbyterorum Dei electum eiſdem epiſcopum deſignavit. *S. Viventioli obitum, tom.* III *Julii ad diem* XII, *fiximus circa annum* 520 ; *S. Aviti loco citato circa annum* 525. *Ita inquam cenſuit initio Bollandus : verùm tom.* 2 *Februarii ad diem* XIII *pag.* 672 *ſcribens de S. Stephano Lugdunenſium itidem archiepiſcopo, aliter ſenſiſſe viſus eſt, cùm relatis mox verbis ex Vita S. Aviti, ſubjunxit ſequentia :* Haud ſcio, an non Stephanum potiùs legendum, quàm Veranum. *Ratio ejus eſt, quòd nulli Lugdunenſium epiſcoporum Catalogi alium Veranum exhibeant præter Eucherii ſucceſſorem ;* Veranum *autem & Salonium Eucherii ſucceſſores meritò inde expunctos à Savarone ſuprà affirmavit ; proindeque nulli Verano inter Lugdunenſes locum tribuendum putavit, & ad prioris ſententiæ patronos propiùs acceſſit, quàm ad ſecundæ.*

AUCTORE J. P.

Exponitur tertia. Argumenta Severtii pro hac

37 *Tertia opinio* Veranum *ac Salonium Eucherii filios, patri in Lugdunenſem cathedram ætatis ordine ſucceſſiſſe contendit. Hanc totis viribus propugnare nititur Jacobus Severtius in editione ſecunda Chronologiæ Hiſtoricæ num.* XXII *&* XXIII, *ac de Salonio quidem primo loco agens ſic loquitur :* Campegius ac Sarrazinus in ſuis quibuſque formulis eundem Salonium Lugduni * tribuunt, quem proximè faciunt ſecutum divum Eucherium. Nempe ſuas ejuſmodi Tabellas & ſeriem deprompſerunt ex vetuſto Homiliario eccleſiæ ſancti Irenæi, vix errori obnoxio. *Citat ſimiliter Democharem lib. de Divino Miſſæ ſacrificio cap.* 27, *ubi duplex exſtat Lugdunenſium archipræſulum Catalogus, prior deſumptus eſt ex Campegio, alter ex Sarrazino : in priori poſt novemdecim primos epiſcopos reliqui ita enumerantur :* XX S. Eucherius. XXI Saloinus. XXII S. Deſiderius. XXIII S. Veranus. XXIV Patiens. XXV Africanus. XXVI S. Ruſticus. XXVII S. Stephanus. XXVIII Lupicinus. XXIX S. Viventiolus *&c. In ſecundo autem Catalogo hic ordo ſervatur :* XX S. Eucherius. XXI Salonius. XXII S. Veranius. XXIII Petrus. XXIV S. Lupicinus. XXV S. Ruſticus. XXVI S. Stephanus. XXVII Viventius *&c. S. Deſiderio, cui in Campegii Catalogo locus vigeſimus ſecundus aſſignatur, in Sarrazini Tabulis conceditur dumtaxat quadrageſimus primus, Africano nullus.*

* *forte* Lugduno

E

ex vetuſtis catalogis

38 *Mireris ſanè ſtudioſe lector binas Tabulas ſeu Catalogos, quos, teſte Severtio, Campegius & Sarrazinus* deprompſerunt ex vetuſto Homiliario . . . vix errori obnoxio, *tum hîc, tum alibi, ut patebit conſulenti Democharem, uſque adeo ab invicem diſcrepare ; & inde facilè concipias, cur iis fidem abrogandam judicârit Savaro ſuprà laudatus, curve viſi ſint vitioſi Bollando, & aliis. Certè non omnes epiſcopos, iis Catalogis contentos, Lugdunenſes fuiſſe, manifeſtum fiet ex S. Deſiderio, quem numquam iſtam cathedram occupâſſe oſtendam infrà, ubi ſecundæ opinionis momenta diſcutienda venient : neque enim hoc loco id fieri neceſſe eſt. Nam licèt demus tantiſper, neminem iis Tabulis contineri, quin Lugdunenſem cathedram tenuerit, ac revera S. Eucherio obtigiſſe ſucceſſorem nomine Salonium, & huic Veranum, multa ſunt, quæ prohibent, quominus credamus, eoſdem illos fuiſſe, quos Eucherii filios ſuperiùs probavimus ; ſicut facilè patebit ex ſolutione quorumdam argumentorum, quæ profert Severtius agens de* S. Verano *num.* 23 § 2.

F

aliſque nonnullis

39 *Adducit primò Breviarium Lugdunenſe, quod* S. Verani *officium indicit* III *Idus menſis Novembris : deinde Martyrologia Bedæ, Adonis, & Uſuardi,* qui omnes, *inquit,* eum pari die Lugdunenſem protopaſtorem inſigniunt. *Hæc rurſus examinabuntur infrà, ubi de ſecunda opinione agendum erit, nam ex iis ſimiliter*

AUCTORE J. P.

tantùm erui posset, Veranum aliquem Lugduni sedisse, non determinatè cum Veranum, *quem Severius Eucherii filium existimavit. Tertiò profert verba Gennadii superiùs à nobis recitata :* Disseruit (*Eucherius*) ad personam filiorum Salonii & Veranii postea episcoporum *&c. & mox subdit :* Ubi certè vox POSTEA EPISCOPORUM absolutè sumpta, & absque ullo consignante spiritualis præfecturæ loco, digito monstrat eosdem filios vicissim extitisse Lugdunenses episcopos. *Hinc ulteriùs concludit, contra Savaronem & Barralem,* Veranum *istum vel non præfuisse Ecclesiæ Vencienſi, vel ad summum canonica transmutatione inde ad Lugdunensem cathedram assumptum fuisse. An legitimè ex Gennadii textu deducta sit illatio prima, lectori definiendum relinquo. Secundæ conclusionis utramque partem evidenter falsam reddit vetus Vencienſe Martyrologium num.* 3 *citatum, cujus verba majoris claritudinis ergò hîc repeto.* In Galliis, civitate Vencienſi depositio B. Verani, episcopi Vencienſis, qui fuit monachus Lyrinensis, discipulus B. Hilarii abbatis dictæ insulæ, & postea episcopi Arelatensis : qui B. Veranus sepultus est in eadem ecclesia Vencienſi in sarcophago marmoreo in pariete defixo, qui multis virtutibus & miraculis claruit, ac de nobili prosapia ortus in pace quievit IV Idus Septembris.

B

formata discutiuntur,

40 *Sanè adjuncta omnia, primò cœnobii Lerinensis, ex quo vocatus dicitur ad episcopatum Vencienſem haud procul inde dissitum, secundò S. Hilarii, cui certe in dicto cœnobio convixit, quemque, sicut frater Salonius, magistrum habuit, tertiò nobilitas stirpis, ita depingunt* Veranum *Eucherii filium, de quo loquitur Gennadius, ut, qui ea verba viderit, nullus, quòd sciam, scriptorum de alio Verano intellexerit, vel, meo judicio, intelligere meritò potuerit. Meritò etiam dubitare nequeo, quin ea legerit Severius apud Savaronem & Barralem, quos citat ; sed quid causæ fuisse dicam, cur ea nec attigerit, nec eorum vim elidere conatus fuerit ? An hanc fortasse non persensit ? Equidem id malim suspicari, quàm credere, quòd quidem vim eorum perceperit, sed cùm nil occurreret tantæ auctoritati elevandæ idoneum, tutiùs judicârit eum*

C

lapidem non movere, ne tot undequaque conquisita argumenta sponte sua corruerent ; quoniam ibidem dicitur Veranus *Venciæ mortuus, & in ejus ecclesia sepultus, ac per consequens ad Lugdunensem cathedram numquam inde translatus. Accedit, quòd hujusmodi translationes episcoporum ex una sede in alteram usitatæ non fuerint primis Ecclesiæ seculis, nec earum vel unum exemplum iis temporibus in Gallia reperiri putant Tillemontius & Gallia Christiana novissimi editores,* præterquam in episcopis à sua sede depulsis.

& ut inepta rejiciuntur.

41 *Videtur tamen Severius velle producere hujusmodi exemplum in SS. Sacerdote & Nicetio seculi* VI *episcopis. Nam postquam asseruit,* S. Veranum *Eucherii filium vel numquam Venciæ sedisse, vel inde Lugdunum transisse, sic prosequitur :* Unde consecutus est patrem demittentem Salonius, & deinde fratrem conferentem Verannius, eo iterum ritu, quo S. Nicetius pariter Lugdunensis præeuntem habuit S. Sacerdotem patruum suum resignantem. *Sed si hoc voluerit Severius, multum profectò discriminis est. Non occupabat S. Nicetius sedem alteram, nec episcopus erat, cum patruo subrogatus est. Audi S. Gregorium Turonensem in Vita S. Nicetii edita à nobis tom.* I *mensis Maii ad diem* 2, *pag.* 96 : Ægrotante Sacerdote Lugdunensi antistite in urbe Parisiaca ... voluit rex (*Childebertus*) usque ad ejus lectulum proficisci & visitare infirmum. Cui venienti ait episcopus ... precor, ut ... unam petitionem ... libenter indulgeas. Et ille, Pete, inquit, nam quod volueris obtinebis. Rogo, ait, ut Nicetius presbyter nepos meus ecclesiæ Lugdunensi substituatur episcopus *&c. Occupâsse Salonium &* Veranum *sedem alteram antequam ille patri, hic fratri substitui potuerint, affirmat ipsemet Severius ad annum* 454, *num.* 22, § 3. Quando, *inquit,* Eucherius litteras ad filios episcopos exarabat, ipsi quidem alibi Pontificalia verè gestabant ; at nihil incommodi est, quin lapsu temporum, & succedentibus annis Salonius canonico transmigrationis jure ex altera sede Lugdunum ad secundas spirituales nuptias convolârit, patre deficiente. *Igitur S. Nicetio ex una in alteram sedem, eamque ditiorem & nobiliorem non fuit transmigrandum, ut patruo subrogaretur ; fuisset transmigrandum Salonio &* Verano, *si ad Lugdunenses insulas fuissent evecti. Porrò de translationibus seu transmigrationibus episcoporum ex minoribus sedibus ad majores prolixè disserit Thomassinus de Veteri & nova Ecclesiæ disciplina tomo* 2, *lib.* 2, *cap.* 60 *& seqq., quem si consulat studiosus lector, non tam facilè eas seculo* V *factas fuisse cernet, quàm quidem supponit Severius. Reliqua hujus auctoris argumenta, aut nullius momenti sunt, aut, veluti pleraquè jam relata, id unum efficere nata, ut non improbabilis sit eorum opinio, qui Veranum, à Sancto nostro Eucherii filio distinctum, Lugdunensibus episcopis annumerandum existimant, de quibus nunc.*

D

E

§ V. Examinantur secundæ opinionis momenta, eisque opponuntur rationes, ob quas prima opinio probabilior censetur.

F

Confusè & obscurè secundam sententiam plerique propugnant.

PLures quidem primo intuitu habere visa est patronos opinio secunda, quæ S. Veranum *Vencienſem discernit à Lugdunensi ; verùm dum eorum rationes attentiùs perspiciuntur, ipsimet plerique confundunt, quos distinguendos docent. Sic Sammarthani fratres tomo* 3 *Galliæ Christianæ* S. Veranum *inter Vencienſes episcopos quarto loco recensentes, Eucherii filium fuisse tradunt, & S. Hilarii ac Salviani discipulum, Venciæque sepultum coli* X *Septembris : & demum subjungunt :* Non (*est*) confundendus cum Verano Lugdunensi. *Cùm autem tomo primo agunt de Verano Lugdunensi sic habent :* De illo etiam scripsit Gennadius cap. LXIII de Viris illustribus. *Quod soli* Verano *Eucherii filio convenire suprà demonstratum est. Eodem penè modo processit Claudius Robertus in Gallia Christiana. Item eminentissimus Baronius, qui in Notis Martyrologii Romani ad diem* XIX *Octobris ita scribit :* Fuit ejusdem nominis episcopus Lugdunensis, de quo inferiùs ad tertium Idus Novembris. Fuit præterea alius S. Veranus episcopus Vincensis ex mona-

A monacho Lerinenſi, diſcipulus S. Hilarii Arelatenſis epiſcopi : quieviſſe ponitur in Domino quarto Idus Septembris. *Tum in Notis ad diem* XI *Novembris ſimiliter hæc habet de Verano Lugdunenſi :* Hunc illum putamus Veranum, cujus meminit Gennadius de Viris illuſtribus cap. LXIII & LXVII. *Sed* Veranus, *cujus meminit Gennadius, non alius eſt à* Verano *Lerinenſi monacho S. Hilarii diſcipulo : ergo nec alius Lugdunenſis à Vencienſi.*

nitidè ac diſtinctè Theophilus Raynaudus ex Martyrologiis,

43 *Theophilus Raynaudus num.* 35 *laudatus in hac obſcura ac difficili materia diſtinctius & cautius procedit ; nihil eorum, quæ primæ ſententiæ propugnatores ſoli* Verano *Vencienſi attribuenda contendunt, ſuo Lugdunenſi adſcribit. Fatetur igitur* S. Veranum *Eucherii filium, Hilarii & Salviani diſcipulum, de quo ſcribit Gennadius locis citatis, & ad quem S. Hilarus Pontifex memorandam infrà epiſtolam deſtinavit, Venciæ ſediſſe ; at alium ab illo Veranum eodem tempore Lugdunenſi eccleſiæ præfuiſſe arbitratur. Neque, ut hanc opinionem tueatur, adducit vetus Homiliarium eccleſiæ S. Irenæi, Campegii & Sarrazini apud Democharem Catalogos, vel Lugdunenſe Breviarium, quæ ſanè aquè conſulere potuit ac Severtius, conſuluitque procul dubio ; ac proin ea potiore jure in medium prolaturus fuiſſet quàm idem Severtius, ſi inde quid certi erui poſſe judicâſſet. Solis itaque nititur Martyrologiis Romano, Bedæ, Uſuardi & Adonis, quibus ne quidem adjungit Hieronymiana quædam antiqua ; quantumvis ea ad diem* XI *Novembris Lugduni* S. Veranum *annuntient ; fortaſſe quia illam annuntiationem poſtea dictis Hieronymianis adjectam exiſtimabat. Exiſtimavit id certè Lucas Acherius, quandoquidem in Martyrologio vetuſtiſſimo, quod S. Hieronymi nomine inſignitur, eam annuntiationem alio charactere expreſſerit, ut videre eſt tomo* 2 *Spicilegii novæ editionis pag.* 21. *Id ipſum fecit Florentinius in ſuo Hieronymiano vetuſtiori, in cujus Notis inſuper ſubjungit :* Ex additis ad vetuſtius Martyrologium non dubitarem.

quæ Lugduni memorant Veranum epiſcopum.

C 44 *Audiamus itaque primò allegata à Raynaudo Martyrologia, tum quid eis reponant primæ opinionis aſſertores. Ado & Uſuardus ad prædictum diem* XI *Novembris ſic habent :* Lugduni ſancti Verani epiſcopi, cujus vita fidei & virtutum meritis fuit illuſtris. *Eadem habet verbis totidem Romanum hodiernum. Bedæ Martyrologium hîc prætereo, utpote in cujus puriori textu & Flori auctariis, editis ab Henſchenio & Papebrochio ante tomum* 2 *Martii,* S. Veranus *non reperitur. Innuunt veriſimiliter Raynaudus aliique, qui Bedam citant, Martyrologium, præfixo Bedæ nomine, vulgatum à Chriſtophoro Plantino ; ſed hoc Bedæ perperam affictum fuiſſe, eruditorum hodie omnium mens eſt. Citatis Martyrologiis ſubnectit laudatus Raynaudus reſponſum ad argumentum Savaronis, expungentis ex Lugdunenſium præſulum albo* S. Veranum, *quia is eodem tempore Venciæ ſediſſe, ibidemque diem obiiſſe manifeſtè traditur, quam conſecutionem planè irritam eſſe meritò contendit Raynaudus,* cùm res ſit admodum frequens, ut duo variis in locis ſimul ſedeant cognomines epiſcopi. *Scriptoris hujus aſſertio, ſicut patet, non caret ſuo pondere. Videndum reſtat, quomodo illud opinionis primæ propugnatores nitantur elevare.*

45 *Primò propter rationes & teſtimonia relata à nobis & admiſſa à Raynaudo contra Severtium à vero prorſus abſimile eſſe aiunt, Eucherio ſucceſſores fuiſſe* Veranum *& Salonium filios. Secundò nec ſatis veriſimile eſſe credunt, fuiſſe Eucherio proximè ſuæſtitutos Veranum & Salonium ab ejus filiis diſtinctos ; quod tamen in Raynaudi ſententia neceſſariò eſſet admittendum, quandoquidem non tantùm in Campegii & Sarrazini Tabulis, verùm etiam in tribus antiquis Catalogis editis à Chiffletio noſtro parte* 1 *Paulini illuſtrati pag.* 82, *tam Salonii nomen inveniatur, quàm* Verani, *hoc ordine :* XIX Eucherius ; XX Salonius ; XXI Veranius. *Quapropter notatos in his catalogis* Veranum *& Salonium, uti &* Veranum *in Martyrologiis ad diem* XI *Novembris, verè Eucherii filios fuiſſe volunt contra Raynaudum, numquam tamen Lugdunenſes archipræſules adverſus Severtium.* AUCTORE J. P. *Ratio contra ejus ibidem epiſcopatum*

allata à primæ ſententiæ aſſertoribus,

46 *Nodum ita explicant : Tanta erat, inquiunt, eccleſiæ Lugdunenſis erga epiſcopum ſuum Eucherium veneratio, tantus amor, ut ambos filios ejus virtutibus ac meritis illuſtres, in ſuos quaſi adoptans, diptychis ſuis inſertos voluerit, ſicut S. Cyrilli Mopſueſtenis, & SS. Ambroſii, Martini atque Auguſtini nomina Arelatenſibus diptychis inſcripta leguntur. Illis diptychis in errorem inducti ſunt veriſimiliter catalogorum auctores, cùm utrique Fratri inter ejuſdem eccleſiæ antiſtites locum conceſſerunt, & martyrologi cùm Lugduni annuntiârunt* S. Veranum, *quem ibi ut Sanctum coli noverant, Venciæ epiſcopum fuiſſe fortè ignorabant. Fortè etiam, addit Tillemontius, huic Sancto die* XI *Novembris conſecrata fuit eccleſia ſeculo* V *vel* VI, *atque idcirco eo die notata ejus feſtivitas. Conjecturæ ſunt iſtæ dumtaxat, ſed, ut ſuprà innui, mihi prorſus probabiles : maximè quia, fatente ipſomet Raynaudo, quæcumque de* S. Verano *ab antiquis ſcriptoribus prodantur, ſoli Vencienſi conveniunt, & nihil de altero cognomine Lugdunenſi epiſcopo litteris commiſſum fuit præter nudum nomen in Tabulis citatis, atque ea, quæ in Martyrologiis memorantur.* E

& alia ex Martyrologiis, in quibus ſimiliter Lugduni memoratur S. Deſiderius, F

47 *Adde, quòd non adeo ſolidum habeat fundamentum Raynaudus pro epiſcopatu Lugdunenſi ex allegatis Martyrologiis ; nam quando hujuſmodi verbis :* Lugduni ſancti Verani epiſcopi, *nihil additur, manifeſtè quidem ſignificatur cultus illo determinatè loco ; non ſemper, præſertim cùm juſta ratio dubitandi eſt, definitur ſedes epiſcopalis. Unde Caſtellanus in Martyrologio univerſali ad ſæpe dictum diem* XI *Novembris verbis iiſdem uſus, voci* epiſcopi *notulam adjecit, addiditque in margine voces ſequentes :* Vencienſis ex die IX Septembris. *Neque putes id gratis aſſeri, nullaque ſuppetere exempla in antiquis Martyrologiis. Unum accipe eo ad propoſitum noſtrum aptius, quòd ad eamdem ſedem Lugdunenſem pertineat. Venerabilis Beda in Martyrologio puriori vulgato à nobis ante tom.* 2 *Martii ita annuntiat S. Deſiderium, cujus ſuprà mentio facta eſt :* Eodem die (III *Idus Februarii*) Lugduno Deſiderii epiſcopi. *Bedam ſequitur Wandelbertus :* Ternis hinc Deſiderius Lugduna coronat mœnia. *Uſuardus item ad eumdem diem :* Apud Lugdunum natalis ſancti Deſiderii epiſcopi & confeſſoris. *Martyrologium Gellonenſe apud Acherium ſuprà laudatum pag.* 27, *& Auguſtanum apud nos poſt tomum* VII *Junii :* Lugduni Deſiderii epiſcopi. *Denique Martyrologium reginæ Sueciæ ibidem :* Lugduno Deſiderii epiſcopi. *Mitto Hagiologium Franco-Gallicum, & Martyrologia alia, quæ*

AUCTORE J. P.

jam recitatis consonant. Similiter in Romano hodierno talis est annuntiatio ad diem III *Februarii :* Lugduni sanctorum Lupicini & Felicis itidem episcoporum.

quem, licèt & alia id suadeant, ibidem episcopum fuisse,

48 *Habes hìc studiosè lector annuntiationes planè similes iis, quibus pro archipræsulatu* S. Verani *nititur Raynaudus ; ex his tamen idem deducere ausus non est pro SS. Desiderio & Felice ; utrumque episcopum agnoscit ; at hujus sedem incertam esse ait, illius verò Viennam ; additque Usuardino Martyrologio deceptos fuisse, qui S. Desiderium Lugdunensibus episcopum attribuerunt. Unde saltem consequitur, quod unicè intenderam, ex hujusmodi Martyrologiorum verbis non semper elici posse, sanctos episcopos illi diœcesi præfuisse, in qua annuntiantur, ut videtur supponere laudatus auctor, nihil præter ea afferens pro sua sententia. Verùm, inquis, aliunde constat, S. Desiderium Viennæ, non Lugduni episcopatum gessisse. Fateor ; sed quid vetat duplicem Desiderium fingere, potiùs quàm duplicem* Veranum ? *Sanè ad diem* XI *Februarii in citatis jam Fastis nulla Viennæ mentio fit ;* B *in Usuardino dictus dies S. Desiderio natalis scribitur, & idem Sanctus nonnisi confessoris titulo insignitur ; à Campegio in Catalogo inter archipræsules Lugdunenses statuitur ante S. Patientem, qui teste Raynaudo sedit sub annum* 470 ; *imò S. Desiderii corpus adhuc Lugduni asservari creditum est seculo* XIV, *ut mox patebit. Contrà S. Desiderius, Viennensis antistes, martyr fuit, occisus in Lugdunensi territorio, anno* 608, *die* XXIII *mensis Maii, quo in plurimis Martyrologiis annuntiatur, & à nobis data sunt ejus Acta ex auctore coævo ; denique sancti hujus martyris corpus annis circiter decem post passionem deportatum est Viennam. Hæc profectò nata sunt materiam subministrare cupienti adstruere S. Desiderium seculo* V *Lugduni episcopum & confessorem, distinctum à Desiderio seculi* VII *Viennensium antistite & martyre. Addi posset ad eludendas difficultates illis oppositas, quòd à scriptoribus quibusdam perperam confusi fuerint, adaptantibus posteriori Desiderio, in Lugdunensi diœcesi passo, quidquid de alterutro seu ex scriptis sive ex traditione receperant.*

C *rectè negat Raynaudus & ipsemet Severtius, unde hic ostenditur,*

49 *Desiderium tamen inter Lugdunenses archiepiscopos hodiè, quod sciam, admittit nemo ; per errorem id olim ab aliquibus factum fuisse diximus in Commentario prævio ad ejus Acta ad citatum diem Maii ; idem asserit Raynaudus, &, quod mireris, ipsemet Severtius ; apud quem Campegii Tabulæ pro Salonio &* S. Verano *tantæ auctoritatis, nullam pro S. Desiderio fidem faciunt :* Desiderium, *inquit num.* 38, § 4, insulsè arbitratur (*Campegius*) extitisse Lugdunensem. *Tum prolatis nonnullis, uti ipse vocat, demonstrationibus, pergit in hunc modum :* In his omnibus allegatis ritè sequitur, tum quòd recentiores Rubricæ hodierni Breviarii Lugdunensis, ex errore chalcographi vel non advertentibus hoc seculo hominibus, hæc statuerint : " In nativitate Desiderii episcopi Lug- „ dunensis & confessoris „ : tum quòd ad ejus collectas jubeatur proferri ATQUE PONTIFICIS. Quasi velit locus mente concipere Desiderium ad Lugdunense fastigium spectâsse. At nihil minus. *Unde perspicias, quàm parùm constans fuerit laudatus scriptor, amplectens auctoritatem monumentorum, cùm suæ opinioni adstipulantur, negligens cùm adversantur. Operæ pretium fuerit simile ejusdem scriptoris in eadem materia exemplum subjicere, ex quo simul cognoscat lector, quod de corpore S. Desiderii suprà monui.* D

eadem omnino documenta probare, dum favent sibi, reprobare dum adversantur.

50 *Producit num.* 23, § 6 *diploma editum anno* 1337 *à Guilielmo de Sura Lugdunensium archipræsule, idque septimam ultimamque pro Sancti nostri archiepiscopatu demonstrationem appellat. Enumerantur primùm in eo Sanctorum corpora & reliquiæ ecclesiæ S. Nicetii his verbis :* Reliquiæ gloriosissimorum Christianæ fidei principum beatorum XLVIII Martyrum, necnon Barbarini, Viventioli, Genesii, Aureliani, Rustici, Cicarii, Desiderii, Verani & Nicetii confessorum corpora in dicta ecclesia corruscantibus miraculis requiescunt, & aliorum beatorum Martyrum, Confessorum &c. reliquiæ ibidem reverenter habentur *&c. Deinde indulgentiæ conceduntur* omnibus verè pœnitentibus & confessis ... qui ad ecclesiam præfati sancti Nicetii causâ devotionis accesserint in festivitatibus .... beatorum .... XLVIII Martyrum, ac gloriosissimorum confessorum Barbarini, Sacerd., Viventioli, Genesii, Oreliani, Rust., Cicar., Dosiderii (*procul dubio* Desiderii) Verani & E Nicetii quondam primæ Lugdun. eccles. sanctorum Antistitum *&c. Mox Severtius :* En, *inquit*, amplissimi latitudine indulgentiarum characteres .... pariterque adest sanctus Veranus Lugduni palàm dictus antistes. *Sed obsecro, numquid non æquè aperiè postrema diplomatis verba conveniunt SS. Desiderio & Barbarino, quàm* S. Verano ? *Cur igitur pro hujus archiepiscopatu Lugdunensi demonstrationis vim continent, non item pro illorum ? Nam S. Desiderius, ut jam vidimus, à Severtio & aliis passim ex Lugdunensium serie expungitur, S. Barbarinus verò neque à Severtio neque à quovis alio ei insertus legitur.*

Quæ apud Severtium de corporibus Desiderii Viennensis & Verani nostri,

51 *Porrò, quod de corpore S. Desiderii dicitur in allato diplomate, certè de Viennensi episcopo & martyre intelligi nequit, utpote cujus integrum corpus multis ante editum decretum seculis Viennam translatum fuit, sicut constat ex Actis translationis conscriptis ab Adone, & excusis à nobis tom.* V *mensis Maii, pag.* 254. *Neque videtur dici posse, quòd per corpus ejus dumtaxat particula aliqua seu reliquiæ designentur ; nam huic interpretationi obstat expressa distinctio reliquiarum sanctorum Martyrum, & corporum sanctorum Confessorum. Quid igitur de corpore* S. Verani, *quod similiter ibidem asservari asseritur ? Audi Severtium citato numero,* § 5 : Præfata ecclesia (*S. Nicetii*) Officium duplex Ecclesiasticum quotannis pro eo (S. Verano) reddit Numini, non quo die natalitia ejus celebrant Martyrologia, quia universalis Ecclesia jam tunc præventa est Officiis D. Martino confessori debitis, sed crastina statim die S. Verannius illic coli cernitur. Id verò sic usu proteritur, in signum, quòd hujus ac patris (*Eucherii*) fratrisque (*Salonii*) reliquiæ cum D. Photini corpore in eo sacro primarioque domicilio credantur repositæ ex veteri traditione, licèt antistes Thabariensis missus (*in margine notatur annus* 1308) ad recognoscendas illic sacrosanctas reliquias, non deprehenderit humata ibidem ista quatuor vetustiora corpora ; at bene novem alia paulò tempore posteriora, quæ ab archipræsulibus SS. Rustico, Viventiolo, Sacerdote & aliis exordium trahunt ex horum facta illic mentione. F

52 *Mirum sanè non est, non fuisse ibidem depre-*

A *ac de hujus archiepiſcopatu traditur, nullam fidem faciunt. Eligitur prima ſententia.*

deprehenſum ſaltem S. Verani *vetuſtum corpus, cùm allegata à Severtio vetus traditio manifeſtè erronea ſit; nam* S. Veranum, *Eucherii filium & Salonii fratrem, Vencia ſepultum fuiſſe probatum eſt ſuprà. Dictum igitur diploma eadem traditione nixum haud dubiè pro aſſerta* S. Verani *corporis in eccleſia Lugdunenſi exiſtentia, & ſimilibus fundamentis pro ejuſdem Sancti, imò & SS. Barbarini & Deſiderii ibidem archipræſulatu, nullam mihi fidem facit, nedum aptum apparet formandis demonſtrationibus. Credo equidem, idem ante me ſenſiſſe cum ſuis aſſeclis Raynaudum, ut vel propterea abſtinuerit à citando dicto diplomate, alioqui ejus ſententiæ confirmandæ valdè idoneo. Sed hæc operosè ſatis diſcuſſa ſunt; ſupereſt, ut, quæ mea opinio ſit, paucis expromam. Tertiam, Severtii ſcilicet, ſententiam mihi omnino improbabilem eſſe jam inſinuavi. In ſecunda verò, quæ Raynaudi noſtri eſt, quæque non omni videtur deſtituta pondere, tot ſe difficultates produnt, ut ei primam prorſus præferam; ac proinde quæcumque in Martyrologiis ad diem* XI *Novembris, in Lugdunenſibus dyptichis & monumentis, atque alibi de* S. Verano *ejuſque cultu memorantur, non de alio, quàm de* Verano *Eucherii filio, Vencienſium epiſcopo dicta exiſtimo, adoptoque rationes ex primæ ſententiæ propugnatoribus recitatas num.* 46. *Sicui tamen hæc diſplicuerint, documenta is certiora dignetur nobis ſubminiſtrare, mutaturis haud ægrè judicium noſtrum ad diem hujus menſis* XXVIII, *cùm eadem redibit quæſtio de Salonio, qui, ſicut monui, non tantùm apud Demochaream, verùm etiam apud Chiffletium tribus antiquis præſulum Lugdunenſium Catalogis inſcribitur.*

§ VI. Agit per litteras cum Leone PP. Controverſiæ exortæ inter quoſdam Galliæ epiſcopos ei committuntur ab Hilaro Leonis ſucceſſore. Annus emortualis incertus.

C *Scribit ad Leonem PP. ſuper epiſtola ejus contra Eutychianos,*

Juxta modò electam à nobis ſententiam, unicus ſeculo V *floruit in Gallia* S. Veranus *epiſcopus. Nam Veranus Cavillicenſis ſeu Cabellicenſis (de Cavaillon) & alter, quem Baronius, an ſat rectè non diſquiro, epiſcopis Cabilonenſibus (de Chalons ſur Saone) annumerandum obſervat, ſicut retuli num.* 1, *pertinent ad finem ſeculi* VI. *De noſtro igitur accipienda ſunt, quæcumque præter allata hactenus de* S. Verano *in veteribus monumentis, ſeculi* V *characteribus notata, reperiuntur. Occurrit primò epiſtola, quam ipſe cum Salonio & Ceretio ad Leonem Papam deſtinavit circa annum Chriſti* 451. *Exſtat ea apud Sirmondum tom.* 1 *Conciliorum Galliæ pag.* 92 *ſub hac inſcriptione:* Domino ſancto, beatiſſimo Patri & Apoſtolica Sede digniſſimo Papæ Leoni, Ceretius, Salonius & Veranus; *& eidem Sanctus noſter tertio loco ſub hac formula ſubſcriptus legitur:* Veranus cultor veſtri Apoſtolatus, Beatitudinem veſtram ſaluto, &, ut pro me oretis, peto. *Dictæ epiſtolæ occaſionem præbuit epiſtola ejuſdem ſummi Pontificis ad S. Flavianum epiſcopum Conſtantinopolitanum contra hæreſim Eutychianam primùm conſcripta, deinde cum aliis epiſcopis Orientalibus & Occidentalibus velut antidotum contra hujus venenum communicata. De hac in ſua Pontifici grates agunt memorati tres præſules Galli, deſcriptam ad eumdem dirigunt, rogantque, ut eam relegat, & ſi in aliquo corrigendam judicet, corrigat, correctamque remittat. Hinc mirè elucet Sancti & ſociorum epiſcoporum fidei candor,* cùm licèt doctiſſimi eſſent, *verba ſunt Cardinalis Baronii ad annum* 449, *num.* 44, eamdem encyclicam epiſtolam exſcribentes, maximè timerent, ne vel in apice uno à fide ſcripta à Romano Pontifice diſcreparent. Tantus enim apud eos vigebat erga ſupremum Antiſtitem cultus & obſervantia, ut ab ejus decretis vel tenui linea declinare, ducerent eſſe ſacrilegum atque impium, & à veritate omnino deficere. *Epiſtolam autem illam encyclicam multis laudum præconiis celebratam ſubdit ibidem Eminentiſſimus, quem conſulat curioſus lector.*

AUCTORE J. P.

E *& iterum pro jure Ebredunenſis archiepiſcopatûs; hanc cauſam Hilarus Leonis ſucceſſor ipſi*

54 *Scripſit item aliàs ad nominatum Pontificem Sanctus noſter ſuper negotio quodam pertinente ad jura metropolitani Provinciæ Alpium maritimarum, ſicut docemur ex epiſtola* 4 *Hilari Papæ, in qua ipſi & Leontio ac Victuro epiſcopis delegat controverſiam ortam inter Ingenuum Ebredunenſem, & Auxanium, neſcio cujus civitatis epiſcopum. Hilarus dictam epiſtolam ita inſcribit:* Dilectiſſimis fratribus Leontio, Verano, & Victuro epiſcopis. Hilarus Papa. *Eamdem ſic orditur:* Movemur ratione juſtitiæ, quæ licèt ab omnibus, qui recta ſapiunt, debeat cuſtodiri, tum præcipuè Domini ſacerdotibus non eſt temerè negligenda, quorum ceteros informari convenit inſtitutis. Frater igitur & coëpiſcopus noſter Ingenuus Ebredunenſis, Alpium maritimarum provinciæ metropolitani ſemper honore ſubnixus, in præjudicium ſuum, ſicut adnexa declarant, quædam nos, petente fratre & coëpiſcopo noſtro Auxanio, ſtatuiſſe commemorat, quæ univerſis in hac cauſa defenſionibus contrairent. Siquidem relationibus in noſtro judicio recenſitis, quas frater & coëpiſcopus noſter Veranus ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum cum ceteris provinciæ ſacerdotibus miſit &c.

F *per litteras, ex quibus Severtius ejus perperam concludit archiepiſcopatum Lugdunenſem,*

55 *Quamvis hujus loci non ſit pluribus illam controverſiam examinare; de qua videri poſſunt Tillemontius in Monumentis Hiſtoriæ Eccleſiaſtica tom.* 15 *pag.* 820, *& tom.* 16, *pag.* 43, *Gallia Chriſtiana recèns edita tom.* 3, *col.* 1272, *& quæ poſt hunc Commentarium dicenda in S. Hilaro. Unum tamen juverit notâſſe contra Severtium; dum ita ſcribit in Opere aliquoties laudato, num.* 23, § 3: Hunc Verannium perveniſſe ad ingentem quempiam Galliæ præſulatum, utpote ad Lugdunenſem, jam pridem defuncto tunc patre Eucherio magno, inſtigat ipſe Papa (*Hilarus*) ex epiſtola à ſe miſſa ad Veranum, Leontium, & Victurum epiſcopos. Ubi certè, quia Verannium ſcripto antecedere facit reliquos, colligere eſt, eumdem ergo occupâſſe illo tempore eminentem in Gallia epiſcopatum præ ceteris conſequenter adnominatis, & pluribus tacitè prætermiſſis. *Et paulò inferiùs recitatis his epiſtolæ verbis:* Coëpiſcopus noſter Veranus ad ſanctæ memoriæ deceſſorem meum cum aliis provinciæ ſacerdotibus miſit *&c.*, *ſubnectit:* In qua periodo adverte, lector, quòd dum Pontifex Verannium vocat ejus

AUCTORE J. P.

ejus coëpiſcopum, intendit ipſum ſpeciali aliquo gradu inſignire ſupra comprovinciales. *Nam primò apud Sirmondum & Labbeum in editione conciliorum diſertè legitur data à nobis inſcriptio :* Dilectiſſimis fratribus Leontio, Verano & Victuro epiſcopis Hilarus Papa ; *unde ſi quid valeat Severtii ratiocinium, directè oppoſitum inferre liceat,* Verano *nempe & Victuro dignitate anteceſſiſſe Leontium, quem alii Arelatenſem, alii Forojulienſem antiſtitem fuiſſe contendunt. Verùm eâ ratiocinandi formâ uti non juvat ; quandoquidem Victurus, cui hic tertius tantùm locus conceditur, in epiſtola ejuſdem Pontificis* XI *reliquis omnibus præferatur hocordine :* Dilectiſſimis fratribus Victuro, Ingenuo, Ydacio, Euſtaſio, Fontejo, Viventio, Eulalio, Verano, Fauſto, Auxanio, Proculo, Auſonio, Paulo, Memoriali, Cæleſtino, Projecto, Eutropio, Avitiano, Urſo, & Leontio Hilarus. *Ubi vides dignitatis ordinem à Pontifice non obſervari. Secundò altera ejuſdem animadverſio planè futilis apparet ; idem enim Pontifex in epiſtola ſua* 8 *ſimiliter fratrem & coepiſcopum*

B *ſuum appellat Fauſtum Regienſem epiſcopum, archiepiſcopatûs Aquenſis ſuffraganeum.*

ac duobus aliis epiſcopis delegat.

56 *Tertiò denique ex recitata periodo elicitur potiùs* Veranum *fuiſſe epiſcopum Vencienſem, cùm agatur cauſa Ingenui* Ebredunenſis Alpium maritimarum provinciæ metropolitani, *cujus ſuffraganeus erat Vencienſium Antiſtes. Equidem ex toto epiſtolæ contextu rem ſic concipio : Sedente Leone, metropolitani jura imminui paſſus fuerat Ingenuus ;* Veranus *verò* cum ceteris Provinciæ, *utique ejuſdem Alpium maritimarum, ſicut verborum naturalior ſenſus eſt,* ſacerdotibus, *epiſcopis ſuffraganeis, ſeu ſponte ſuâ, ſeu juſſu Leonis ea, ſuper materia relationes Romam miſit, quibus perlectis, jus metropolitanæ eccleſiæ Ebredunenſi aſſertum eſt, & ipſe metropolita, ſicut mox videbitur, reprehenſus à Pontifice Poſt Leonis obitum obrepſit Hilaro ejus ſucceſſori Auxanius, & decretum contrarium Leonis decreto obtinuit. Sed Ingenuus, memor haud dubiè præteritæ reprehenſionis, tum ipſemet de ſtatutis* in præjudicium ſuum *conqueſtus eſt apud Hilarum ; hic re iterum examinatâ, relectiſque relationibus ad deceſſorem ſuum miſſis à* Verano, *mutavit ſententiam ;*

C *quapropter ejuſdem* Verani, *unà & Leontii ac Victuri uti voluit miniſterio,* veſtræ, *inquiens,* caritati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adverſum venerandos canones, nihil contra ſanctæ memoriæ deceſſoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis eſſe conſtiterit... habeat itaque pontificium frater & coëpiſcopus noſter Ingenuus provinciæ ſuæ, de cujus dudum ab Apoſtolica Sede eſt illicita ceſſione culpatus *&c.*

Aliud ipſi ab Hilaro PP. negotium committitur :

57 *Exſtat & altera S. Hilari Pontificis epiſtola, per quam non minoris momenti negotium committitur Sancto noſtro. S. Mamertus Viennenſium archiepiſcopus, cujus Acta dedimus die* XI *Maii, neſcio, qua ratione ductus, epiſcopum ordinârat extra ſuos fines. Ægrè id tulit Hilarus PP., & datis ſub annum* 463 *ad Leontium Arelatenſem litteris rem examinari voluit in ſynodo. Anno proximè ſequenti certior factus de iis, quæ in ſynodo peracta fuerant, ſcripſit* D *ad viginti epiſcopos,* primò ut per Veranum epiſcopum (*is titulus epiſtolæ præfigitur apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 1045) moneatur Mamertus, ut ab ordinationibus indebitis, ordinis ſui & privilegiorum periculo, in poſterum abſtineat. Secundò, ut qui Deenſibus à Mamerto conſecratus eſt, Leontii Arelatenſis epiſcopi, à quo conſecrari debuit, arbitrio confirmetur. *In ipſa autem epiſtola ſic loquitur memoratus Pontifex :* Unde noſtræ moderationis nomen tenentes, ad Veranum fratrem & coëpiſcopum noſtrum ſcripta direximus, ut prædictum (*Mamertum*) ex noſtra delegatione conveniat, quatenus, quid de eo retuleritis, agnoſcat.

Inde elicitur, quanti fieret Romæ prudentia ejus & integritas.

58 *Ex allegatis epiſtolis facilè eruimus, ſanctum Epiſcopum noſtrum præclariſſimis virtutibus fuiſſe exornatum, ſcilicet fidei puritate, &, ut ſuprà cum Baronio notavimus, erga ſummos Pontifices obſervantiâ ac veneratione ; zelo ad conſervanda eccleſiaſtica jura & canones ; vitæ ſanctitate, integritate morum, prudentiâ atque dexteritate in rebus peragendis, utpote propter quas haud dubiè apud SS. Leonem & Hilarum* E *tanta ejus fuit exiſtimatio, ut in negotiis etiam difficillimis ejus potiſſimùm operam adhibuerint. De ceteris ſancti Epiſcopi noſtri geſtis nihil quidquam legitur apud veteres ; incompertum nobis eſt etiam, quamdiu Vencienſem eccleſiam rexerit, ſeu quo anno ejus regimen adierit, idemque cum vita depoſuerit. Epiſcopum fuiſſe ſuperſtite patre Eucherio, id eſt, ante annum* 450, *circa quem hic vita functus creditur, eruditorum opinio eſt ex epiſtola* 8 *Salviani ad Eucherium, datæ à nobis num.* 26, *verbis ſequentibus :* Jam diſpenſatione divina atque judicio etiam magiſtri eccleſiæ (*Barralis & Baluzius legunt* eccleſiarum) eſſe cœperunt *Salonius &* Veranus, *quæ paſſim de adito jam tum epiſcopatu intelliguntur. Juxta hanc autem interpretationem ulteriùs licet colligere, Sanctum noſtrum Venciæ ſediſſe ab anno circitèr* 441, *& fortaſſe etiam antè. Nam cùm Salvianus de utroque fratre idem dicat ; cœpiſſe nempe eſſe magiſtros eccleſiarum ſeu epiſcopos, indicium eſt, quòd alter haud dudum ante alterum ad eam dignitatem fuerit evectus. Atqui Salonius anno* 441 *Araufi*cano *I ſubſcripſit epiſcopus ;* Veranus *igitur credi poteſt circa eadem tempora Vencienſibus præfuiſſe.* F

Incertum quamdiu vixerit.

59 *Porrò vixiſſe Sanctum noſtrum ad annum uſque* 464 *conſtat ex epiſtola Hilari PP. citata num.* 57. *Putant auctores Galliæ Chriſtianæ recèns editæ, ipſum interfuiſſe concilio Arelatenſi, quod à Leontio archiepiſcopo congregatum fuit contra errores prædeſtinatianos. Idipſum ſuſpicatus eſt præter alios Tillemontius tom.* 16 *Monument. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pag.* 422. *Et ſanè Lucidus presbyter inter epiſcopos, ad quos libellum de retractatione ſuorum errorum & fidei profeſſione poſt dictum concilium direxit,* Verianum *nominat, quo non abſimile à vero eſt deſignatum fuiſſe Sanctum noſtrum, ac proinde juxta eam ſententiam vitam protraxerit ultra annum* 475, *cui dictum concilium à pleriſque affigitur. Vide tom.* 4 *conciliorum col.* 1041 *& ſeqq.*

A D

DE SANCTO HILARO PAPA

ROMÆ

COMMENTARIUS HISTORICUS. J. S.

§ I. Memoria Sancti in Faſtis antiquis & neotericis: cultus ipſius vetuſtus, non tamen univerſalis.

ANNO CDLXVII. *Memoria Sancti hodie annuntiata in vetuſtis*

B

MEmoriam S. Hilari *Papæ, quem etiam ſæpè* Hilarium *nominatum videbimus, celebrant Martyrologia vetuſtiſſima ad hunc diem x Septembris. Hieronymiana apud Florentinium ita habent:* Romæ depoſitio B. Hylari Papæ, per quem Victor Ordinem Paſchalem conſcripſit. *Codex Epternacenſis ibidem in Annotatis:* Romæ depoſitio Hilari epiſcopi. *Corbeienſis:* Romæ depoſitio B. Hilari Papæ. *Conſentiunt alia contracliora à variis edita. Nam apud nos poſt tomum* VII *Junii Richenovienſe & Corbeienſe breviss.* S. Hilari *depoſitionem eodem die memorant. Auguſtanum verò & Labbeanum habent* Hilarii Papæ: *quibus apud Martenium tom.* 3 *Theſauri anecdotorum conſonant Antiquiſſimum, ut vocat, & Turonenſe. Apud eumdem tom.* 6 *Collectionis ampliſſimæ col.* 645 *Martyrologium, quod Bedæ inſignitum fuit nomine, hoc die habet:* Natale S. Hilarii Papæ.

& claſſicis Martyrologiis: tamen ab Adone,

2 *Uſuardus memoriam* S. Hilari *hodie annuntiat hoc modo:* Romæ, beati Hilarii Papæ. *Rabanus:* Romæ depoſitio Hilari Papæ, per quem Victorius Ordinem Paſchalem conſcripſit. *Martyrologium Autiſſiodorenſe apud Martenium tom.* 6 *Collectionis ampliſſimæ col.* 720: Depoſitio S. Hilarii Papæ. *Depoſitio* S. Hilari *Papæ ad hunc quoque diem annuntiatur in aliquot Martyrologiis, editis à Dominico Georgio poſt Adonis Martyrologium, videlicet in Fuldenſi & in Ottoboniano. Ibidemque* S. Hilarus *Papa memoratur hodie in Kalendario Palatino-Vaticano & in gemino Mediolanenſi. Dubitatur, an Ado* S. Hilarum *Papam ſuæ quoque inſeruerit Martyrologio. Certè memoria ipſius ad hunc diem annuntiatur in aliquot codicibus Mſs. Adoniani Martyrologii, & quidem primo loco, ut in Annotatis obſervat jam laudatus Georgius, qui ex tribus codicibus hæc verba dedit:* Romæ, depoſitio ſancti Hilarii Papæ, per quem Victorinus Ordinem Paſchalem conſcripſit. *Moſander editioni ſuæ inſernit* S. Hilarum *tamquam ab ipſo Adone memoratum. Verùm Raſweydus eumdem rejecit in Appendicem, quòd eum in ſuis codicibus non reperiret.*

C

ut probabilius videtur, omiſſa eſt.

3 *Exiſtimat quidem Georgius* Hilarum *eſſe Adonis, quia habetur in Hieronymianis. At non omnia, quæ in Hieronymianis leguntur, adoptavit Ado; imò pauciſſima ex iis deſumpſit. Quare magis credo Adonis non eſſe data verba, cùm quia Notkerus, qui Adonem præ oculis habuit, de* S. Hilaro *tacuit; tum quia Martyrologiis Mſs. frequentiùs Sancti aliqui adduntur quàm ex iis deleantur. Recentiores martyrologi plerique* S. Hilarum *Papam etiam retulerunt ad hunc diem. Inter hos Baronius ita habet in Martyrologio Romano:* Romæ B. Hilari Papæ & confeſſoris. *Addit in Annotatis:* De quo Beda, Uſuardus, Ado, & alii recentiores hac die. *Verùm nec genuinum Bedæ Martyrologium de* Hilaro *meminit, nec Ado ipſe Sanctum hunc ſuo Martyrologio inſeruit, ut certè probabilius mihi videri jam monui. Plura ex recentioribus Martyrologiis huc non congeram pro die x Septembris.*

E

Ad alios quoque dies relata memoria Sancti,

4 *Refertur etiam memoria* S. Hilari *ad alios dies. Apud nos in Prætermiſſis ad* XX *Februarii hæc obſervata ſunt:* S. Hilarius Papa refertur hoc die in veteri Martyrologio monaſterii S. Martini Treviris his verbis: " Romæ Hilarii „ Papæ & martyris „. S. Hilarus Papa, qui quibuſdam Hilarius eſt, ſed martyr non fuit, refertur & ab aliis XXI Februarii, ut ibi dicemus. *In Prætermiſſis item ad* XXI *Februarii:* S. Hilarus, ſive Hilarius, Papa hoc die adſcriptus Florario Sanctorum, & Maurolyci, Galeſinii, Canuſii Martyrologiis, variiſque Kalendariis, & Greveni ad Uſuardum Auctario, ubi mendosè martyr indigetatur. *Vera ſunt, quæ hìc obſervantur; ſed omnes recenſiti martyrologi, nullo excepto,* S. Hilarum *rurſum annuntiant ad x Septembris. Idem fit in Martyrologio præcedentibus antiquiore, quod edidit Martenius tom.* 6 *Collectionis ampliſſimæ, ubi col.* 639 *ad* XX *Februarii leguntur hæc verba:* Natalis S. Hilarii Papæ, *& ad x Septembris verba jam data:* Natale S. Hilarii Papæ. *Cur Trevirenſia illa Martyrologia* S. Hilarum *memorent ad* XX *Februarii, non invenio; quemadmodum etiam ignoro, cur ab aliis recentioribus, & in Kalendariis aliquot ad* XXI *Februarii referatur. Verùm ſatis video id prodeſſe non poſſe ad obitum ipſius alterutro die figendum: nam ſi ille eruendus ſit è Martyrologiis, longiſſimè prævalebunt quæ pro x Septembris laudata ſunt.*

F

qui colitur in eccleſiis particularibus.

5 *De tempore, quo* S. Hilarus *cultu eccleſiaſtico honorari cœpit, nihil certi invenio. Adducta Martyrologia Hieronymiana, Rabanique & Uſuardi utcumque perſuadent, cultum illum eſſe vetuſtum, cœptumque veriſimiliter ante ſeculum* IX: *at nihil magis determinatum ex illis poteſt colligi. Gelaſius Papa infrà laudandus, qui ſedit ſub finem ſeculi* V, Hilarum *vocat Papam* ſanctæ memoriæ: *ſed ea verba cultum non important. Quapropter, cùm de vetuſto cultu certiora nequeam adducere, huc ſolùm tranſferam, quæ de hodierna veneratione ſcribit Piazza in Hemerologio ſacro Italicè ſcripto ad x Septembris.* Feſtiva, *inquit*, ejus memoria celebratur in eccleſia S. Laurentii extra muros, ubi venerationi eſt corpus ipſius: & in S. Joannis

AUCTORE J. S. in Fonte apud basilicam Lateranensem, ubi ipsius celebratur memoria ut insignis benefactoris ductûm sacellorum lateralium & fundatoris. *Videbimus § 8 Sanctum in ecclesia S. Laurentii sepultum, & sacellum S. Joannis ab ipso constructum. Cultum universalem per totam Ecclesiam* S. Hilarus *numquam habuit. Hinc à sanctissimo Domino nostro Benedicto XIV in Opere de Canonizatione Servorum Dei lib. 3 cap. 32 recensetur inter illos Pontifices, qui Martyrologio Romano adscripti sunt, Officioque ecclesiastico coluntur in particularibus aliquot ecclesiis, non verò per Ecclesiam universalem.*

§ II. Gesta S. Hilari ante pontificatum, præsertim in legatione ad pseudo-concilium Ephesinum.

B *S. Hilarus natione Sardus, idem est cum Hilaro diacono,*

De pueritia, juventute, ac prioribus S. Hilari *gestis nihil reperimus memoriæ proditum. Apud Anastasium Bibliothecarium dicitur solùm fuisse* natione Sardus, ex patre Crispino, *qui in Catalogo magis vetusto apud nos ante tomum 1 Aprilis pag.* XXXIV *vocatur* Crispinianus. *Scriptores passim omnes existimant,* S. Hilarum *Papam illum ipsum esse* Hilarum *diaconum, qui à S. Leone Papa legatus fuit missus ad concilium Ephesinum: nec video, cur eu de re meritò dubitare possimus, licèt antiqui scriptores siluerint, nec narraverint de* S. Hilaro *Papa, quòd ante pontificatum fuerit legatus, nec de legato, quòd deindè pontificatum fuerit adeptus. Etenim ratio temporis suadet eumdem esse, cùm diaconum Romanæ Ecclesiæ & legatum eum fuisse noverimus anno* 449, *ac deinde etiam archidiaconum, ac demum Pontificem electum anno* 461. *Accedit inscriptio, quam S. Joanni Euangelistæ posuit* Hilarus *Papa in edicula in ejus honorem constructa. Dedit hanc Baronius ad annum* 449 *pag.* 96, *asserens ædiculam fuisse conditam* S. Joanni Euangelistæ Ephesinæ civitatis patrono, *quòd ipsius patrocinio liberatus esset periculo latrocinii Ephesini, ut inferiùs videbimus. Inscriptionem ipsam dabo* § 8.

C *quem S. Leo Papa anno* 449 *cum aliis duobus legatum misit ad Ephesinum concilium.*

7 *Itaque primum* S. Hilari *factum, quod nobis innotuit, est legatio ipsius ad concilium Ephesinum anno* 449 *habitum. Synodum illam convocatam fuisse à Theodosio II imperatore, quia Eutyches anno* 448 *damnatus erat à S. Flaviano, jam dixi hodie in Commentario de S. Pulcheria § 9, ubi plura videri possunt de gestis in illo conciliabulo, quod frequenter vocatur* Ephesinum latrocinium. *Hæc ea solùm transferam, quæ proximè spectant ad* S. Hilarum. *S. Leo in Epistola* 29, *olim* 15, *ad Ephesinam synodum secundam de missis à se legatis ita scribit:* Fratres nostros, Julium episcopum, Renatum presbyterum, & filium meum Hilarum diaconem, cumque his Dulcitium notarium probatæ nobis fidei, missi, qui vice mea sancto conventui vestræ fraternitatis interfint, & commum vobiscum sententia, quæ Domino sunt placitura, constituant. *Eosdem legatos iterum recenset S. Leo in Epistola* 30 *ad Pulcheriam augustam, & in* 31 *ad Julianum Coensem episcopum. Verùm ex tribus legatis duo tantùm cum notario pervenerunt Ephesum, ut dicitur in Breviculo Historiæ Eutychianistarum apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 1079 *his verbis:* Interfuerunt etiam (*concilio*) vicarii ab Apostolica Sede directi, Julius Puteolanus episcopus, Hilarus archidiaconus, quia presbyter Renatus in Delo insula morte præventus est. Adfuit etiam Dulcitius notarius. D

8 *Quid legati in concilio egerint, abundè cognosci posset ex Actis, si illa fideliter essent conscripta. Verùm non alia latrocinii Ephesini Acta habemus, quàm quæ prælecta sunt in concilio Chalcedonensi, eidemque inserta. Acta autem illa nec plena esse nec fideliter scripta, tam mihi clarum apparet & certum, ut mirer à quopiam negari potuisse. Plena non esse, ostenditur ex scriptoribus coævis aut supparibus, ex quibus varia dabimus per legatas facta, quæ dictis Actis non sunt inserta. Fideliter non esse scripta, sed falsa quædam iis Actis contineri, evincit auctoritas patrum Chalcedonensis concilii, qui Acta illa, dum prælegebantur, frequenter adeo falsitatis accusârunt, ut Dioscorus demùm col.* 131 *diceret:* Ex confessis omnia negare volunt. Dicant & hoc, quia nec præsentes fuimus. *Hinc Christianus Lupus in Scholiis & notis ad Canones part.* 1 *pag.* 498 *dixit,* mendacia & imaginaria *esse Acta illa Ephesina, & sanè non esse fideliter scripta, clarè ostendit. Itaque Tillemontius, dum notâ* 27 *in S. Leonem requirit* argumenta longè fortiora, *quam attulit Lupus, ut credat* falsa multa *Actis Ephesini latrocinii inserta esse, plus videtur credidisse Dioscoro, cui & in aliis patrocinatur, ut videbimus, quàm Patribus Chalcedonensibus, qui contra Acta illa variis vicibus reclamârunt.* *Acta illius latrocinii potiùs quàm concilii* E

9 *Audiamus igitur, quo modo Acta conscribenda curaverit Dioscorus. Docet id Theodorus episcopus Claudiopolis, qui, postquam col.* 127 Orientales & qui cum ipsis reverendissimi episcopi clamaverunt *de Actis prælectis:* "Ista non ,, diximus. Ista quis dixit ,,? *mox subjunxit:* Deducat (*Dioscorus*) notarios suos. Ejiciens enim omnium notarios, suos fecit scribere. Veniant notarii, & dicant, si ista scripta sunt, aut nobis præsentibus lecta sunt, aut si quis cognovit, & subscripsit. *Non obmutuit ad hæc Dioscorus, sed ostendit, trium, aut saltem duorum, qui id fatebantur, aliorum episcoporum notarios etiam scripsisse. At observandum, Juvenalem Hierosolymitanum & Thalassium Cæsariensem, qui agnoscebant suos quoque notarios scripsisse, fuisse præcipuos, qui in latrocinio Ephesino cum Dioscoro conspirabant; ideoque prodesse eorum notarios non posse ad ostendendam Actorum fidem. Aliter tractabat Dioscorus eos, quibus non fidebat. Nam ibi col.* 130 *Stephanus episcopus Ephesinus de suis notariis hæc testatur in Chalcedonensi concilio:* Excipiebant notarii mei, Julianus, qui nunc est reverendissimus episcopus Lebedi, & Crispinus diaconus, & venerunt notarii reverendissimi episcopi Dioscori, & deleverunt tabulas eorum, & digitos eorum penè fregerunt, volentes tollere & thecas eorum: & neque eorum Actorum exemplaria accepi, neque novi de cætero, quid actum sit. *Mox sequitur* in pura charta *subscripsisse episcopos,* fustibus & gladiis *coactos. Quid prodesse poterat Dioscoro omnis illa violentia, si volebat, ut Acta vera, pura, & plena scriberentur? Itaque sinemus Tillemontium in plena luce cæcutire, & magis credemus episcopis* *per Dioscori notarios infideliter scripta fuisse.* F

A *ſcopis Chalcedonenſis concilii, qui Acta illa variis vicibus falſitatis accuſârunt, quàm Dioſcoro, qui ea per ſuos aut ſibi adherentium notarios conſcribenda curavit.*

Legati Pontificii locum in concilio capere noluunt:

10 *Porrò, etſi non dubitem, quin dicta Acta in aliquot ſaltem locis falſa ſint, nolim idcirco credere nihil in illis veri eſſe. Hinc ex illis allegabo, quæ minùs videntur ſuſpecta. Ubi legati Epheſum venerant, diverterunt ad S. Flavianum, à quo honorificè ſuerunt excepti, ut legitur in Actis col.* 150, *& id omnino veriſimile eſt ob amicitiam ſummamque conjunctionem, quæ vigebat inter Leonem & Flavianum. Poſtquam ad ſynodum pervenerunt, cùm viderent primum locum occupari à Dioſcoro, ſatis advertere potuerunt, injuriam inferendam Sedi Apoſtolicæ, nec obtenturos ſe, ut concilio præſiderent nomine S. Leonis, niſi id jam intellexiſſent ante concilium. Etenim Theodoſius imperator per litteras ad Dioſcorum datas, quæ habentur col.* 110, *eidem* auctoritatem & primatum *in illo concilio attribuebat: & quamvis id fieret manifeſtè contra canones, ut ſcriptores*

B *paſſim admittunt, cùm antiqui tum neoterici; tamen legati ſperare vix poterant, Dioſcorum ſibi ceſſurum. Hinc, teſte Liberato diacono, cujus verba plenius dabo num.* 15, aſſidere non paſſi ſunt, *id eſt, locum ſibi aſſignatum in ordine epiſcoporum capere noluerunt; manſerunt tamen extra ordinem in concilio. Tillemontium his contraria ſcribentem refutabo inferiùs.*

ſed petunt, ut legantur epiſtolæ S. Leonis,

11 *Poſtquam in concilio lecta erat epiſtola Theodoſii, quâ epiſcopi ad concilium erant vocati; Julius legatus, qui in Actis vocatur* Julianus, *breviter dixit talem quoque epiſtolam ad S. Leonem fuiſſe miſſam. Deinde de* Hilaro *col.* 122 *hæc ſequuntur:* Hilarus diaconus Romanus, interpretante eum Florentio epiſcopo Lydorum, dixit: Glorioſiſſimi & Chriſtianiſſimi imperatores caritatem circa fidem Catholicam & affectum tenentes, beatiſſimum epiſcopum noſtrum Leonem Apoſtolicæ Sedis Præſulem, ut huic venerabili & ſancto concilio adeſſet, dirigentes venerabiles epiſtolas, ſupplicârunt: cujus pietati placere potuit, ſi in hac re teneretur aliqua ſimilitudo *. Nam melius veſtra poteſt cognoſcere ſanctitas, quia neque in Nicæna, neque in Epheſina ſancta ſynodo, neque in alio tali ſancto concilio Papa perpetuæ ſanctiſſimæ Sedis adfuit. Pro qua re hujus formæ ſequens conſuetudinem, nos direxit. Qui Sanctiſſimus non dubitans ſe in vobis * hîc adeſſe, quos præcipuè cognoſcit omnia, quæ ad fidei Catholicæ ſinceritatem, & quæ ad S. Petri apoſtoli pertinent reverentiam, agere: qui etiam per nos ad veſtram beatitudinem congruas ſanctorum patrum concilio direxit epiſtolas, quas ſuſcipi & recenſeri præcipite. *Hactenus* Hilarus, *cujus verba ſatis inſinuant, legatos fuiſſe miſſos, ut in concilio præſiderent, ſicut legati Pontificii præſederant in Nicæno & in Epheſino, de quibus meminit. Etenim Leo non dubitabat, quin per eos adeſſet. Atqui pro dignitate Sedis ſuæ adeſſe non poterat, niſi præſideret. Itaque non alia intentione Leo miſit legatos, quàm ut concilio præeſſent.*

C

i. e. exemplum

** fortè nobis*

id cùm iterum fruſtra petiiſſent,

12 *Ad verba* Hilari *ita reſpondit Dioſcorus, ut ſperare poſſent legati legendam epiſtolam; imò juravit ſe curaturum, ut omnibus prælegeretur, quemadmodum in concilio Chalcedonenſi exprobratum ipſi eſt col.* 123. *Certum tamen eſt, nunquam fuiſſe lectam epiſtolam Leonis ad concilium, quâ de legatis ipſis ſcribebat, nec famoſam Leonis epiſtolam ad Flavianum, quam item concilio prælectam cupiebant legati. Hinc poſt alia quædam in concilio prælecta, cùm Dioſcorus peteret, an Julius vellet prælegi Acta Conſtantinopolitana in cauſa Eutychis; reſpondit Julius col.* 150: Hac ratione volumus geſta relegi, ut priùs Papæ legatur epiſtola. Hilarus diaconus Romanæ Eccleſiæ, interpretante ſe Florentio epiſcopo Lydorum, dixit: Quoniam & ſanctiſſimus epiſcopus Romanæ Eccleſiæ, relectis ſibi iſtis monumentis, quorum nunc quæritis lectionem, tranſmiſit epiſtolam, quam ſcripſit, eam legi jubete. *Verùm audi, lector ſtudioſe, qua arte Eutyches, cui favebat Dioſcorus, illam petitionem eluſerit:* Quo dicente, Eutyches archimandrita dixit: Directi religioſiſſimi viri à ſanctiſſimo & Deo amantiſſimo Leone archiepiſcopo Romanæ Eccleſiæ in ſanctam veſtram ſynodum, ſuſpecti mihi facti ſunt. Manſerunt enim apud religioſiſſimum Flavianum epiſcopum, & pranſi ſunt apud eum, & munerati ſunt, & omne obſequium eis præbuit. Poſtulo ergo ſanctitatem veſtram, ſi quid ab eis injuſtè factum fuerit contra me, id præjudicium mihi non generare. E

tertiòque inſtituiſſet ſolus Hilarus;

13 *Ne tunc quidem Dioſcorus ſpem legendæ epiſtolæ omnino abſtulit; ſed ſolùm repoſuit:* Conſequens & rationabile eſt primitus, quæ in hoc negotio acta ſunt, relegi, & ita epiſtolam beatiſſimi Epiſcopi Romani. *Attamen Julius legatus videtur poſt illum diem concilio adeſſe noluiſſe, veriſimiliter quòd ſibi illudi perſpiceret. Certè paulò poſt breviter interlocutus eſt, ſi Acta ſint vera, & deinceps nulla de eo in Actis fit mentio. Illum igitur concilio poſt debitam proteſtationem exceſſiſſe opinor, quia nec ſubſcripſit damnationi S. Flaviani, nec fugere ex concilio, ne id facere cogeretur, debuit; quemadmodum* S. Hilarum *fugiſſe videbimus. Hic enim in concilio uſque ad damnationem Flaviani manſit, & ante illam rurſum col.* 304 *ſic inſtitit, ut legeretur epiſtola S. Leonis poſt lectas varia ex conciliis Nicæno & Epheſino:* Quæ nuper lecta ſunt de fide prolata, tam quæ in Nicæa eſt expoſita, quàm quæ à ſancta ſynodo pridem in Epheſina civitate à ſanctis patribus confirmata eſt, Apoſtolica Sedes & docet & veneratur. Hæc ergo ſcio ſanctorum patrum conſonare dogmatibus: hæc & propriis, ô vos ſanctiſſimi, litteris, quas ad vos deſtinavit, Apoſtolica Sedes inſeruit: quas ſi juſſeritis recitari, cognoſcetis conſonas eſſe veritati. *Hæc* S. Hilarus; *ſed fruſtra.* F

ſed rurſum fruſtra, illudente legatis Dioſcoro;

14 *Etenim epiſtola Leonis ad concilium lecta ibidem non eſt, neque epiſtola ejuſdem Pontificis ad Flavianum, cujus lectionem hîc veriſimiliter petiit* Hilarus, *ut iniquam in Flavianum ſententiam præveniret. Certè S. Leo ipſe credidit lectione epiſtolarum ſuarum malum iſtud impediri potuiſſe, quando in Epiſtola* 40, *aliàs* 25, *ad Theodoſium de his ſcripſit, ſe non credidiſſe aliquid potuiſſe in illo concilio* exiſtere, quod noceret: præſertim, *inquit*, cùm ad epiſcopale concilium, quod haberi apud Epheſum præcepiſtis, tam inſtructi ſint miſſi (*legati*,) ut, ſi ſcripta, quæ vel ad ſanctam ſynodum, vel ad Flavianum epiſcopum detulerunt, epiſcoporum publicari auribus Alexandrinus permiſiſſet antiſtes, ita manifeſtatione puriſſimæ fidei, quàm divinitus inſpiratam & accepimus & tenemus, omnium concertationum

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

strepitus quievisset, ut nec imperitia ultrà desideret, nec occasionem nocendi æmulatio reperiret. *Et sanè non poterat ignorare Dioscorus, Leonis sententiam Eutychianæ hæresi esse contrariam, ideoque lectionem litterarum ipsius Eutychi nocituram. Itaque cùm vellet non modò principatum usurpare in concilio, sed Eutychem quoque absolvere, & S. Flavianum condemnare, atque ita hæresim Eutychianam promovere, quantùm poterat; numquam permisit, ut S. Leonis epistolæ legerentur. Id ea intentione ab ipso factum, observat S. Leo in epistola* 41, *alias* 26, *ad Pulcheriam.*

locum numquam capiunt.

15 *Hinc Liberatus Diaconus, præter primam & præcipuam causam, ob quam legati noluerunt in ordine episcoporum considere in concilio, illam quoque, quòd epistolæ non essent lectæ, adjungit, ita scribens in Breviario cap.* 12, *apud Labbeum tom.* 5 *col.* 758: Et sedentibus in basilica Dei Genitricis Mariæ illis episcopis, Ecclesiæ Romanæ diaconi, vices habentes Papæ Leonis, assidere non passi sunt, eò quòd non fuerit data præsessio sanctæ Sedi eorum. Insuper etiam, quòd non lecta fuerat ad Flavianum epistola in Eutychetis damnatione à Papa Leone scripta; & occultata fuerat epistola ejus per suprà memoratos legatos ad ipsam synodum directa. *Loquitur Liberatus primò de celebri illa epistola Leonis ad Flavianum, quæ inter Leoninas est* 14, *alias* 10: *& deinde de epistola ad synodum inter Leoninas* 29, *alias* 15, *cujus quoque subdit initium. Porrò quæ Liberatus asserit de recusato loco à legatis, quia præsidere non poterant; tam rationi consona sunt, ut omnes scriptores, qui rectè censent de primatu Sedis Apostolicæ, ea passim pro veris & indubitatis admiserint, & haud dubiè admissuri sint. Etenim Leo legatos suos ubique laudavit post concilium, contentusque fuit de eorum ibidem gestis. Atqui de illis contentus esse non poterat, si locum cepissent post Dioscorum concilio præsidentem, cùm sic fecissent contra dignitatem Ecclesiæ Romanæ. Itaque in concilio tantùm præsentes fuerunt extra ordinem, ut indicant verba Liberati.*

B

16 *Tillemontius quidem, sicut aliàs frequenter iniquum se ostendit primatui Sedis Apostolicæ, ita & hìc ratiunculis aliquot maximè frivolis uti voluit, ut Liberatum erroris convinceret, ostenderetque primum locum nec debitum fuisse legatis, nec ab iis desideratum, acsi Leo misisset legatos ad concilium, qui subessent episcopo Alexandrino aut alteri cuicumque præsidenti. Verùm considerare poterit prudens lector, virum illum in abbatia Portus-Regii Campensis, quæ sub initium hujus seculi ob nimium Jansenianorum dogmatum amorem jussu regis Ludovici XIV destructa est, vivere voluisse, quamdiu licuit, & post mortem sepeliri: indeque locum non infimum eidem datum esse in Kalendario Jansenianо. Hac de causa minùs mirari possumus, eum subinde in tales abiisse opiniones, ut non modò communi Catholicorum sententiæ de dignitate Sedis Apostolicæ, sed vetustis quoque monumentis clarè se opponere sustinuerit. Hisce prænotatis in gratiam lectoris probè Catholici, primò ostendam, sola usurpatione Dioscorum in concilio præsedisse, ac deinde ad ratiunculas Tillemontii respondebo.*

C

Contra Tillemontium, de his contraria scribentem,

17 *Victor Tunonensis episcopus, infrà latiùs citandus, dicit:* In qua (*synodo*) Dioscorus Alexandrinus sibi primatum usurpans imperiali favore *&c. Addit, eum* impia auctoritate *condemnâsse varios episcopos. Verba S. Prosperi, uberiùs item danda, eamdem vim habent, cùm dicat:* Dioscorus . . . primatum sibi vindicans *&c. Consentit S. Leo in jam laudata epistola* 40 *ad Theodosium, ubi de Dioscoro dicit:* Is, qui sibi locum principem vindicabat. *Cur, obsecro,* primatum, *aut* locum principem, *sibi vindicâsse dicitur Dioscorus, si hunc ipsi æquè cesserant legati, ac imperator dederat? Itaque* vindicare *idem hìc sonat ac* usurpare. *Respondere ad hæc voluit Tillemontius notâ* 26 *in S. Leonem; sed id fecit, ut fieri solet in mala causa, sine ulla specie probabilitatis. Ait, se nescire, an usurpatio illa Dioscori non debeat intelligi respectu Flaviani.* Nam revera, *inquit,* Flavianus litigator * non erat. Itaque locum ibi habere debebat primo Orientis episcopo debitum. *Quàm indigna sit viro erudito hæc responsio, æquus lector consideret. Numquam ab Occidentali Ecclesia locus datus fuerat episcopo Constantinopolitano ante Alexandrinum: imò S. Leo ægerrimè tulit, & irritum declaravit, quod deinde episcopi Orientales in concilio Chalcedonensi ea de re in gratiam ecclesiæ Constantinopolitanæ statuerunt. Atqui Victor Tunonensis, qui Dioscorum usurpationis arguit, episcopus erat Ecclesiæ Occidentalis, sicut & S. Prosper. Quis igitur non videat, nugas agere Tillemontium, dum suspicatur Dioscorum usurpationis argui à Victore, quia primum locum non dedit Flaviano?*

D

ostenditur, Dioscorum sola usurpatione præsedisse concilio,

* partie

E

18 *Contrà dubitare non possumus, quin, sicut Flaviano injuria illata fuit propter iniquum judicium, ita & Romanæ Ecclesiæ propter usurpationem primi loci in concilio. Hinc Leo in laudata epistola ad Theodosium ita eum hortatur:* Præ oculis habete, & tota mentis acie reverenter aspicite beati Petri gloriam. *Et inferiùs:* Defendite contra hæreticos inconcussum Ecclesiæ statum. *Quod obscuriùs insinuat Leo, fortè ne Theodosium offenderet; clariùs ipsius rogatu petit Valentinianus imperator in litteris ad Theodosium apud Labbeum tom.* 4 *col.* 51 *sic loquens:* Dignitatem propriæ veneratiònis beato apostolo Petro intemeratam (*debemus*) & in nostris temporibus conservare: quatenus beatissimus Romanæ Ecclesiæ episcopus, cui principatum sacerdotii super omnes antiquitas contulit, locum habeat ac facultatem de fide & sacerdotibus judicare. *Eadem ferè petit à Theodosio in suis litteris Galla Placidia col.* 54: *& in epistola ad Pulcheriam col.* 56 *clarè edicit, istud Ephesi non fuisse observatum, ita scribens:* Nos itaque in Ephesino concilio, in quo nullus ordinem sacerdotum custodivit, neque mensuram, sine consideratione Divinitatis omnia esse gesta cognovimus, quatenus præsumptio & injustitia in quorumdam damnationem vim obtinere dicatur. *Respectu cujus violatus fuerit ordo sacerdotum, inferiùs insinuat, de Romana Ecclesia dicens:* In qua primus Apostolorum beatus Petrus . . . sacerdotii principatum tenuit.

F

idque ob postpositos legatos Apostolicos.

19 *Audiamus demum aliquot objectiones Tillemontii, qui illis ostendere contendit, errâsse Liberatum, dum ait locum recusatum à legatis, quique existimat Julio locum fuisse secundum,* Hilaro *ultimum. Primò notâ* 27 *in S. Leonem observat, utrumque adfuisse concilio. Nemo id negaverit: sed extra ordinem adfuisse utrumque, jam diximus. Observat secundò, in catalogo*

Ad objectiones Tillemontii, contendentis legatos

A *catalogo episcoporum, qui concilio interfuerunt, col.* 115 *secundum poni* Julium, *qui ibi* Julianus *vocatur, cum titulo legati S. Leonis*; Hilarum *verò ultimum ante Dulcitium notarium. Respondeo, ex illo catalogo, si legitimus esset, nihil aliud probari posse, quàm loca illa legatis assignata fuisse à Dioscoro; non verò ab eis fuisse occupata. Præterea in concilio Chalcedonensi, quando nomen Julii, ut legati S. Leonis, secundo loco ex illo catalogo legebatur*, Orientales & qui cum ipsis reverendissimi episcopi clamaverunt: " Ejectus est, nullus suscepit nomen Leonis. *Quæ verba non alio modo rectiùs explicari possunt, quàm neminem in concilio exercuisse munus legati Apostolici, sive quòd legatorum auctoritatem agnoscere nollet Dioscorus, qui litteras ipsas, quibus eorum legatio innotescere debebat, legi noluit; sive potiùs, quòd legati ipsi in concilio nollent locum capere in ordine episcoporum tamquam legati Apostolici, quòd id facere pro dignitate Romanæ Ecclesiæ non possent, ut habet Liberatus.*

B *locum cepisse in concilio,*

20 *Verùm contra hanc expositionem ita ratiocinatur Tillemontius:* Si legati locum non cepissent, Flavianus, qui quintus nominatur in Actis, fuisset quartus: & tamen agnitum fuit Chalcedone ipsum fuisse quintum. *Respondeo, miseram esse captionem, quam objicit. Nam aliqui Chalcedonenses tantùm conquerebantur, quòd non nisi quintus locus Flaviano fuisset datus, quia sic postpositus erat reliquis omnibus patriarchis imperii Orientalis. Id verum manebat, sive Julius secundum locum occupâsset, sive vacuum reliquisset. Alii ne quidem admittevant, quintum locum Flaviano fuisse assignatum; sed exclamabant:* Hæc manifesta calumnia est, *quia nimirum Flavianus jussus erat concilio adesse non ut judex, sed ut judicandus. Attamen necdum arma abjicit Tillemontius. Verùm ex Actis à Dioscori notariis conscriptis, quæ sincera mavult supponere quàm ostendere, & aliud producit telum, ut probet legatos Apostolicos sedisse locis sibi debitis, Julium nempe secundo*, Hilarum *ultimo.*

respondetur; & vindicatur C

21 Clarum est, *inquit*, Julium & Hilarum agnitos fuisse pro legatis S. Leonis in concilio Ephesino. Itaque debebant habere, aut saltem petere locum in illa qualitate sibi debitum. *Respondeo, imaginaria illa claritate Tillemontii nihil esse obscurius. Fatetur ipse, litteras S. Leonis, quibus ipsorum legatio innotescere debebat concilio, numquam in concilio fuisse lectas. Unde ergo tam clarum est, pro legatis fuisse agnitos? An id clarum est, quia ad nomen Julii cum titulo legati S. Leonis prælectum clamabant Chalcedonenses verba jam data?* Ejectus est, nullus suscepit nomen Leonis. *At illa verba omnino insinuant, titulum* legati *fraudulenter adjectum fuisse ad nomen Julii à notariis Dioscori, ex eoque titulo nihil probari posse. Imò titulus legati* Hilaro *numquam datur, & tamen clarum est Tillemontio, ipsum pro legato agnitum esse in concilio. Pergamus igitur ad locum ab ipso pro sua illa claritate assignatum col.* 149 *in Græco, in Latino* 150, *ubi legati iterum petunt, ut litteræ Leonis legantur; neque id obtinent. At Eutyches dicit, eos sibi suspectos esse factos, postulatque ut eorum facta nullum sibi creent præjudicium, ne legatorum quidem nomen eis tribuens. Verba dedi num.* 12. *An igitur clarum est, pro legatis agnitos fuisse, quia volebat Eutyches, ut ipsorum auctoritas sibi nocere non posset? At istud ipsum rursum magis innuit, pro legatis agnitos non fuisse. Itaque omnino dicendum videtur, notum quidem fuisse in concilio, illos Româ missos fuisse à Leone, ut essent legati in concilio; sed legitimè agnitam non fuisse eorum legationem, quod fieri debebat lectione litterarum Leonis, legationem committentis.*

AUCTORE J. S.

22 *Tillemontius quidem contendit, litteras ostendi debuisse ante concilium: at id minimè probat; nec ullus id pro ipso probare poterit. Etenim litteræ illæ ad concilium erant scriptæ, ideoque in concilio legendæ erant, non uni aut alteri ante concilium. Æquè inania sunt verba Tillemontii, quando ostendere conatur, implicatam esse relationem Liberati, ubi dicit legatos assidere noluisse in concilio, quia non erat* data præsessio, & insuper etiam, *quia non erant lecta Leonis epistolæ.* Hæc secunda ratio, *inquit*, nondum erat, quando loca erant capienda, adeoque illa non poterat aliquid facere. *Respondeo, primam rationem suffecisse legatis, ad locum interim recusandum, donec viderent, an post lectas Leonis litteras jus præsidendi obtinere possent. Non obtenta lectione litterarum, & sic alterâ affecti injuriâ, alteram quoque rationem habebant nolendi se aggregare ordini episcoporum. Atque id rectè narrat Liberatius, quem exactum scriptorem fatetur Tillemontius; quemque in verbis antè datis errâsse, adeo non ostendit, ut ipse potiùs in varios inciderit errores.*

relatio Liberati ad negantis.

E

§ III. Damnationi S. Flaviani contradicit Hilarus; fugiensque Romam venit: litteræ ipsius ad S. Pulcheriam: Hilarus fit archidiaconus, & cyclum Paschalem componendum curat.

F *Quo modo conciliandæ sint gesta utriusque legati pro S. Flaviano:*

NOn mansisse Julium episcopum & legatum in concilio Ephesino usque ad damnationem S. Flaviani, observavi num. 13; *at certum est ibi in ipsa damnatione adfuisse* Hilarum, *eidemque non sine periculo suo contradixisse. Dubitare quoque non possumus, quin & Julius iniquæ illi sententiæ se opposuerit: at incertum videtur, quo tempore, & quo modo id præstiterit. Potuit enim generaliter protestari contra omnia, quæ in conciliabulo acta erant aut agerentur, priusquam se separabat à conventu. Potuit idem scripto facere, postquam se jam omnino separaverat. Potuit etiam* Hilaro *committere, ut coràm protestaretur in concilio pro utroque. Ex omnibus autem, quæ apud scriptores, aut in variis epistolis, de iis leguntur, ita mihi res videtur peracta. S. Flavianus, ubi videbat iniquè contrà se procedi, ita ut meritò timere posset, ne violenter opprimeretur, prout factum est, libellum appellationis dedit legatis Pontificiis. Hinc legati videntur scripsisse formulam protestationis & contradictionis, quam nomine utriusque* Hilarus *in concilio prælegeret, quámque deinde intrepidè in concilio prælegit, ubi damnatus erat Flavianus. Hoc modo conciliantur*

AUCTORE J. S.

omnia, quæ de Flaviano, de legatis generatim, & de Hilaro *ſingulatim ſcripta leguntur.*

hic libellum appellationis dedit legatis, veriſimiliter ante damnationem ſuam:

24 *De libello appellationis per Flavianum legatis oblato certiſſimè conſtat ex variis. Liberatus cap.* 12 : Flavianus autem contra ſe prolatâ ſententiâ, per ejus legatos Sedem Apoſtolicam appellavit libello. *S. Leo in epiſtola* 39, *al.* 24, *ad Theodoſium :* Quia & noſtri (*legati*) fideliter reclamârunt, & eiſdem libellum appellationis Flavianus epiſcopus dedit. *Valentinianus imperator apud Labbeum tom.* 4 *col.* 51 : Hujus enim rei gratiâ (*quia* principatum ſacerdotii *habet Pontifex*) ſecundum ſolennitatem conciliorum & Conſtantinopolitanus epiſcopus eum per libellos appellavit. *Galla Placidia ibidem col.* 54 *de Flaviano :* Eò quòd libellum ad Apoſtolicam Sedem miſerit, & ad omnes epiſcopos harum partium per eos, qui directi fuerunt ad concilium à reverendiſſimo epiſcopo Romæ. *In Actis concilii col.* 305, *prolatâ à Dioſcoro damnationis ſententiâ, Flavianus ſolùm dixiſſe legitur :* Appello à te. *Græcè,* προφέρομαί σε, *id eſt*, recuſo te, *judicem videlicet.*

B *Tillemontius in S. Leone art.* 69, *nimiùm inhærens Actis iſtius latrocinii, obſervat tardam nimis videri judicis recuſationem, quando ille jam pronuntiabat ſententiam. Verùm dubitandum non videtur, quin libellus damnationis ante fuerit ab eo legatis oblatus, etſi id fortè ignoraverit Dioſcorus, quando ſententiam proferebat. Etenim poſt damnationem tam malè habitus eſt S. Flavianus à miniſtris Dioſcori, ut tertio die obierit, teſte Theophane pag.* 87. *Quis ergo credat, ei tunc libertatem relictam ſcribendi libellum, eumque legatis offerendi? Quare omnino dicendum videtur, libellum antè fuiſſe oblatum, qui vim ſuam haberet, ſi injuſta damnatio ſequeretur.*

damnationi ipſius uterque legatus

25 *Certò etiam conſtat, utrumque legatum contradixiſſe ſententiæ, & debitè proteſtatum eſſe. De hiſce laudatus Liberatus :* Porrò locum obtinentes Papæ Leonis omnibus, quæ ſunt geſta, contradixerant. *S. Leo mox citatus :* Fideliter reclamârunt. *In eadem epiſtola antè dixerat :* Quod noſtri, ab Apoſtolica Sede directi, adeo impium & Catholicæ fidei contrarium eſſe viderunt, ut ad conſentiendum nulla potuerint oppreſſione compelli; conſtanterque in

C eadem ſynodo, ut decuit, fuerint proteſtati, nequaquam id, quod conſtituebatur, Sedem Apoſtolicam recepturam. *Idem in epiſtola* 41 *ad S. Pulcheriam :* Et hi quidem, qui miſſi ſunt, . . . reclamârunt in ſynodo, ſicut oportuit, unius hominis non tam judicio, quàm furori; proteſtantes ea, quæ per vim metumque gererentur, ſacramentis Eccleſiæ, & ipſi Symbolo ab Apoſtolis inſtituto præjudicare non poſſe. *Rurſum in epiſtola* 45, *aliàs* 22, *ad Conſtantinopolitanos :* Quippe cùm vox illic à noſtris contradictionis emiſſa ſit, quam Alexandrinus antiſtes, qui totum ſolum potentiæ ſuæ vindicavit, audire contempſit *&c.*

contradixit, ut & aliis concilii geſtis :

26 *Victor Tunonenſis in Chronico dictis conſentiens, de toto illo latrocinio ita ſcripſit :* Synodus generalis II congregatur in Epheſo : in qua Dioſcorus Alexandrinus, ſibi principatum uſurpans imperiali favore, Eutychen poſt legitimam damnationem abſolvit, & ejus obtrectatores, duarum in Chriſto naturarum doctores, Flavianum Conſtantinopolitanum, Euſebium Dorylei, Theodoretum Cyri, Ibam Edeſſenum antiſtites, cæteroſque alios impia auctoritate, contradicentibus etiam legatis Sedis Apoſtolicæ, D condemnavit, totamque ſynodum ſibi favere monachorum ſeditione, militarique violentia inclinavit. *Demum, ut mittam alia, Breviculus Hiſtoriæ Eutychianiſtarum apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1079 *ita habet :* Dejicitur, contradicentibus vicariis Romanis, Flavianus, & recipitur Eutyches. *Nullum igitur eſt dubium, quin uterque legatus contradixerit, non modò S. Flaviani & aliorum damnationi, ſed omnibus quoque pſeudo-ſynodi geſtis. Porrò, ſicut ab hiſce uterque proteſtatus dicitur, ita utrumque legatum fugiſſe narrat Theophanes pag.* 86, *ita ſcribens :* Conſpecto porrò Dioſcori furore & quòd Papæ ad Flavianum epiſtolam, aliamque ad ipſam ſynodum nullatenus legi permiſiſſet, imò ſe ludibrio habitos, Leonis Papæ Romani legati cernentes, fugâ ſe ſubduxerunt, & Romam reverſi ſunt.

ab aliquibus tamen omnis ferè laus

27 *Quamvis de utroque legato vera ſint, quæ hactenus adduximus, aliunde tamen conſtat*, S. Hilari *zelum præcipuè apparuiſſe, ipſumque inde majoribus objectum fuiſſe periculis, quia ſolus in conciliabulo præſens videtur iniquæ Dioſcori ſententiæ contradixiſſe. In ipſis pſeudo-ſynodi Actis col.* 305 *ipſius contradictio annotata legitur, licèt breviſſimè, his verbis :* Hilarus diaconus Romanæ Eccleſiæ dixit : CONTRADICITUR. *S. Proſper in Chronico ad annum* 449, *ſive* conſulibus Aſturio & Protogene, *de iis ita habet :* In quo concilio Dioſcorus Alexandrinus epiſcopus primatum ſibi vindicans, abſoluto Eutiche, in Flavianum epiſcopum Conſtantinopolitanum damnationis ſententiam tulit, reclamante Hilaro diacono, qui vice ſancti Leonis Papæ cum Julio epiſcopo Puteolano à Sede Apoſtolica fuerat deſtinatus. Nam cùm omnes epiſcopi in concilio conſtituti, vi & metu comitum vel militum, quos Dioſcoro Alexandrinæ urbis epiſcopo adtribuerat imperator, compellerentur huic hæreſi accommodare conſenſum; memoratus Diaconus inter tot vitæ pericula conſtitutus, voce contradictionis emiſſa, cùm in ejus propter hoc periculum ſæviretur; relictis illic omnibus ſuis, latenter abſceſſit, ut præfato Papæ, vel ceteris Italiæ ſacerdotibus, qualiter ibi Catholica fides fuerat violata, ſua delatione promeret. E

F *omneque periculum ſoli attribuitur Hilaro,*

28 *De periculo & fuga* S. Hilari *conſentit S. Leo in variis epiſtolis. In epiſtola* 40, *aliàs* 25, *ad Theodoſium ait :* Comperimus enim (*facta concilii*) non incerto nuntio, ſed fideliſſimo rerum, quæ geſta ſunt, narratore Hilaro diacono noſtro, qui vix, ne ſubſcribere per vim cogeretur, effugit. *In epiſtola* 41 *ad Pulcheriam :* Unus (*legatorum*) vim Alexandrini epiſcopi, ſibi omnia vindicantis, effugiens, rerum geſtarum nobis ordinem fideliter nunciavit. *Antè dixerat unum legatorum* Hilarum *ad ſe reverſum eſſe. In epiſtola* 42 *ad Flavianum dicit, ſe quantum pateretur, didiciſſe* per Diaconem, qui ab Epheſo furtim eſt elapſus. *Rurſum in epiſtola* 45 *ſimilia de fuga & reditu* Hilari *ſcribit. Pagius ad annum* 449 *num.* XI, *perperam ſcribit, legatos* in cuſtodiam *datos. Etenim id ne veriſimile quidem eſt ex allatis S. Proſperi & S. Leonis verbis. Verùm clarè id falſum eſt ex ipſius* Hilari *epiſtola inferiùs danda, in qua fugæ ſuæ cauſam exponit his verbis :* Nam poſteaquam injuſtæ ejus (*Dioſcori*) voluntati atque ſententiæ communicare non potui, ad aliud concilium terroribus atque inſidiis me evocare

A evocare conatus est ; quatenus me, quod absit, aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum sanctissimum Flavianum episcopum, aut resistentem teneret *&c. Fugit igitur, ne caperetur, ut omnia S. Leoni nuntiare posset.*

quod factum videtur, quia solus Hilarus præsens tunc fuit in concilio :

29 *Tillemontius in S. Leone art. 74 miratur, S. Prosperum nihil scribere de protestatione Julii legati in synodo, eumque de solo loqui* Hilaro, *cum tamen ex S. Leone aliisque constet, Julium quoque se opposuisse iniquis Dioscori gestis. Non aliam hujusce silentii de gestis Julii causam esse opinor, quàm quòd Julius se concilio subtraxerit, ubi satis viderat, nihil æqui posse obtineri, totamque protestandi & contradicendi provinciam uni demum* Hilaro *permiserit, ita tamen, ut illa communi utriusque nomine fierent. Ita enim rectè intelligitur, quo modo uterque restiterit Dioscoro, & laus tamen præcipua uni ferè* Hilaro *fuerit data. Ita etiam exponi potest, quo modo utrumque fugisse dicat Theophanes, licèt de solius* Hilari *periculo meminerint Prosper & Leo. Poterat sanè Julius se Ephesi in latebris continere, &* B *omnia* Hilaro *committere, ne ambo expositi manerent Dioscori violento furori. Quidquid sit, etiam de* Hilaro *intelligenda sunt, quæ scribit Theodoretus in epistola* 116, Renato presbytero *inscripta, cùm Renatus ad concilium non pervenerit, ut vidimus num.* 7.

ejus fortitudinem celebrat Theodoretus :

30 Cognovimus, *inquit Theodoretus*, ardentem justumque zelum pietatis tuæ, & justissimam ac legitimam libertatem, quâ usus es, cùm ea, quæ apud Ephesum temere licenterque acta sunt, reprehenderes. Nec soli nos ista didicimus : sed in omnem terram rectæ mentis tuæ sonus exivit, & omnes justitiam, zelum, libertatem, & adversus iniquitatem injectas à te minas decantant. Et hæc quidem egit pietas tua, cùm unicam cædem (*id est, damnationem, ex qua Flaviani cædes secuta*) conspexisset. Quòd si ceteras etiam vidisset, quæ post discessum tuum patratæ sunt, Phineem illum fortasse imitatus esses. Ex iis autem, qui posthæc damnati fuêre, unus ego sum, ne illò irem regiis literis prohibitus, & tamen absens condemnatus. *Hæc omnia, inquam, de* Hilaro, *sunt intelligenda, cùm Renatus non fuerit in concilio, in cujus Actis de eo nullibi fit mentio.* C

nam Renatus, cui inscripta est illa epistola, in concilio non fuit.

31 *Etenim assentiri nequeo Baronio, qui ad annum* 449 *ob has litteras existimat, Renatum concilio interfuisse ; prout & alteram ejusdem probare nequeo opinionem, quâ insinuat, Julium & Renatum remansisse in concilio post fugam* Hilari : *neque enim dubitare possim, quin* Hilarus *ex legatis ultimus in concilio manserit, scilicet usque ad damnationem Flaviani, eaque de causâ evidentius adierit periculum. Quod spectat ad inscriptionem epistolæ Theodoreti ; aliqui credunt eam esse corruptam, epistolamque non ad Renatum, sed ad* Hilarum *fuisse datam. Alii malunt credere, Theodoretum revera ad Renatum scripsisse ; sed ex errore eidem attribuisse gesta* Hilari. *Non est incredibilis hic error, quia Theodoretus videtur sciviſse Renatum fuisse missum ad concilium ; ignorâsse verò eum in via hæsisse. Hinc credere potuit ab eo facta esse, quæ in Syria prædicari audiebat de secundo S. Leonis legato.*

Hilarus fugâ elapsus, Romam venit, omniaque exponit S. Leoni,

32 *Porro* S. Hilarus, *postquam impias manus effugerat*, per incognita & invia loca, *ut ipse loquitur, Romam properavit, eóque pervenit mense Octobri ejusdem anni* 449, *ut col-*

ligi potest ex concilio Romæ celebrato & litteris S. Leonis. Attamen non existimo, concilium istud convocatum esse à S. Leone post acceptam Hilari *narrationem de infausto concilii exitu. Verùm magis verisimile apparet, ordinarium fuisse concilium, quod jam congregatum erat, adveniente* Hilaro ; *licèt fortasse S. Leo plures eo anno, quam aliàs solebat, ad ordinarium concilium convocâsset episcopos, quia de exitu Ephesini concilii erat sollicitus. Ordinarium autem concilium quotannis celebrabat S. Leo circa finem Septembris, ut liquet ex epistola ejus* 16, *alias* 4, *ad episcopos Siciliæ, ex quibus tres Romæ adesse jubet* ad diem tertium Kalend. Octobr., *ut synodo interessent. Itaque dubitare vix possumus, quin ordinarium istud concilium adhuc consideret, quando Romam advenit* Hilarus, *qui adfuisse videtur ante aut circa* x *Octobris, cùm variæ epistolæ, post adventum ipsius scriptæ à Leone in concilio, legantur datæ* XIII & XV *ejusdem mensis, ubi* Hilarus *omnia latrocinii Ephesini gestu S. Leoni & synodo exposuerat.* AUCTORE J. S.

qui cum concilio congregato varias de iis scribit litteras : Hilarus quoque

E

33 *Epistolis verò, quas S. Leo ea de causa una cum synodo ad Theodosium imperatorem & ad S. Pulcheriam imperatricem dedit, suam quoque ad S. Pulcheriam adjunxit* Hilarus, *qui in ea narrat varia jam dicta, & alia necdum exposita : Totam ex editione Labbei tom.* 4 *col.* 51 *huc transfero :* Gloriosissimæ atque piissimæ augustæ Hilarus diaconus. Studium mihi fuisse, post synodum advenire Constantinopolim, dicere non debeo ; quoniam manifesta necessitas erat, quæ me literas beatissimi Papæ ad vestram clementiam directas offerre compelleret, ut pariter & vestræ pietati, ac invictissimo & Christianissimo principi officium, quod debebam, venerationis exolverem. Sed huic congruo meo proposito illud impedimentum evênit, quod omnium bonorum inimicum est, & Christianorum ingemiscit affectus, hoc est, Alexandrinus episcopus, in damnatione virorum inculpabilium potentissimus. Nam posteaquam injustæ ejus voluntati atque sententiæ communicare non potui, ad aliud concilium terroribus atque insidiis me evocare conatus est : quatenus me (quod absit) aut seductionibus faceret consentire ad condemnandum sanctissimum Flavianum F episcopum, aut resistentem teneret, ut mihi non esset licentia ad pietatem vestram Constantinopolim percurrere, aut ad Romanam Ecclesiam remeare.

scribit ad S. Pulcheriam de gestis in Synodo.

34 Verumtamen confidens de auxilio Christi, quod attinet ad damnationem reverendissimi & sanctissimi viri, innocentem me integrum, que servavi ; licèt nulla flagella, nulla tormenta me possent facere ejus consentire sententiæ : sed omnibus derelictis, exinde discessi, per incognita & invia loca Romam veniens, ut reverendissimo Papæ omnium, quæ in Epheso gesta sunt, idoneus nuntiator existerem. Vestra itaque veneranda clementia cognoscat, à præfato Papa cum omni Occidentali concilio reprobari omnia, quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscoro episcopo gesta sunt, & nulla ratione hæc in his partibus susciпi posse, quæ per potentiam prædicti, non sine læsione fidei & præjudicio sanctissimi viri innoxiique commissa sunt. Quæ verò constanti ac forti auctoritate pro fide à me nunciata sunt, superfluum credo narrare : nam hæc ex literis beatissimi Papæ poteritis agnoscere. Unde, do-

mine

AUCTORE J. S.

mina splendidissima, atque clementissima augusta, adoranda vestra pietas, in quibus libenter feci initium, relinquere non debet, sed hæc zelo religioso fidei, constanti voluntate servare.

Hilarus post prædictam legationem factus est archidiaconus;

35 *Quandoquidem pauca supersunt de* S. Hilaro *dicenda ante pontificatum, ea prædictis hic subjungam. Vidimus num.* 7 Hilarum *ab uno scriptore vocari* archidiaconum, *quando narratur ipsius legatio ad synodum Ephesinam. Dubium quoque nullum superesse potest, quin archidiaconus aliquando fuerit: nam archidiaconus dum erat, cyclum Paschalem componendum, & aliquid in honorem S. Laurentii exstruendum curavit; ut suis locis videbimus. Verumtamen satis certum videtur, necdum fuisse archidiaconum, quando legatus Ephesum est missus, cùm S. Leo, S. Prosper, atque scriptores* diaconum *vocent; nullus* archidiaconum, *præter unicum illum qui* archidiaconi *titulum ipsi tribuere potuit, aut ex solo errore, aut quia* Hilarus *deinde revera archidiaconus fuit. Hinc probabilius ad* Hilarum *data non fuit Theodoreti epistola* 118, *quæ inscripta est:* Archidiacono Romæ; *præsertim cùm Theodoretus non insinuet archidiaconum, ad quem scribebat, fuisse præsentem in plenâ synodo Ephesina.*

B

ac tunc rogavit Victorium ut scriberet de Paschali ratione;

36 *De die Paschatis celebrandi anno* 455 *orta erat dubitatio non levis, de qua varias epistolas scripsit S Leo. Hinc* S. Hilarus *tunc archidiaconus, verisimiliter petente S. Leone, pervolvere cœpit scripta à diversis* de ratione Paschali, *rogavitque virum eruditum, Victorium Aquitanum, ut ea de re scriberet. Epistola* Hilarii *legitur ante Canonem Paschalem Victorii, à Bucherio editum pag. , atque ita habet:* Dilectissimo & honorabili sancto fratri Victorio Hilarus archidiaconus urbis Romæ. Cùm pleraque de ratione Paschali, tam de Græco translata, quàm à Latinis condita, recenserem; discrepare inter se utrorumque sententias, atque sibi invicem refultare perspexi; ut neutra pars, dum impugnatur ab altera, putetur evidenter adstruere hujus observantiæ disciplinam. Quo fit, ut cùm institutio Latina vel Græca eruditioni domesticæ magis favere contendit; præcipuo muneri peragendo inter eorum dissensiones tempus sæpè non congruat. Quapropter, dilectissime frater, tanta rerum ambiguitate permotus, tuæ dilectionis studio fideliter injungo, ut per otium diligenter inquiras, vel unde suprædicta diversitas oriatur, vel qua potissimùm ratione veritas indagetur: ut deinceps dissonæ opinionis errore tublato idem semper tenere possit universitas. Quatenus cuncti in commune fideles, à dubiis omnibus expediti, in summi celebritate mysterii inoffenso devotionis tramite dirigantur. Ora pro nobis dilectissime frater.

C

hinc Victorius ad eum scripsit Canonem Paschalem.

37 *Paruit* Hilaro *Victorius, & Canonem Paschalem composuit, non quidem ab omni errore immunem, eruditum tamen, & ab eruditis non paucis probatum & laudatum, quemadmodum videri potest apud Bucherium in præpositis scriptorum elogiis, in quibus* Hilarus *passim* Papa *vocatur. Attamen necdum erat Papa anno* 457, *quando Victorius ad eum misit Canonem, cui ita præfatur pag.* 2: Domino verè sancto, ac venerabili in Christo fratri Hilaro archidiacono Victorius. Utinam præceptis tuis, archidiacone venerabilis Hilare, tam effectu valeam parêre, quàm voto! Est enim & hoc opus arduum, & meæ intelligentiæ facultas exigua. Ego autem, quod ad me attinet, etiamsi delegatæ materiæ superer quantitate, satis habeo jussioni tuæ possibilitatis meæ obedientiam non defuisse: quæ tametsi ministerium minimè impleret injunctum, certè debitum persolveret obsequium. Teque deprecor, ut si quidpiam secus, quàm voluisti, provenerit, imbecillitatem meam atque onus impositum æquo jure perpendens, imperfecti laborem negotii officio malis æstimare, quàm merito. Maximum enim indicium meæ erga te reverentiæ est, imperiis tuis ampliùs me impendere voluisse, quàm possim. Quod si dignum aliquid tua lectione confecero, id erit profectò divini muneris; tum etiam benevolentiæ tuæ: cujus favor oblectans inertes quoque excitat ad profectum. Nec dubitabitur hujus fide perficiendum, cujus est adhortatione susceptum. Cùm mihi quoque fiducia sit, peragi posse, quod præcipis, cui id tam confidenter injungis. Quis namque non intelligat tuis orationibus jam præsumptum, quod etiam per me credis implendum? Neque enim temerè delegâsses, ubi non tam meæ doctrinæ industriam, quàm tuum judicium videres exposci.

D

§ IV. Hilarus anno 461 Papa creatus, mense Novembri: de die controversia est; sed probabilius est, electum esse die 17.

Hilarus anno 461 fit Pontifex post S. Leonem, quem Pagius vult obiisse die 4 Novembris;

Mortuo S. Leone Papa, successor ejusdem in pontificatu electus est S. Hilarus. *Utrumque contigisse anno* 461, *scriptores neoterici consentiunt: at iidem multùm disceptârunt de mense & die, tam quibus obiit S. Leo, quàm quibus electus est* Hilarus. *Antonius Pagius in Critica ad annum* 461 *num.* 3 *de die emortuali S. Leonis ita scribere incipit:* Dies & mensis, quibus S. Leo Magnus ad Deum migravit, hactenus in obscuro fuêre, licèt de ejus mortis anno nunquam controversia fuerit. *Et paulo post opinionem suam exponit his verbis:* Mors ejus, quod huc usque omnes latuit, contigit pridie Nonas mensis Novembris, seu die quarto ejusdem mensis. *Hanc opinionem de more sequitur Franciscus Pagius in Breviario Pontificum Romanorum tom.* 1 *pag.* 207. *Verùm dum rationes Pagii studiosè pervolvo, plura invenio leviter asserta quàm probata, ita ut tota ipsius dissertatio incertis solùm nitatur ratiociniis & conjecturis. Henschenius noster ad* XI *Aprilis in S. Leone cum antiquissimis Martyrologiis Hieronymianis obitum S. Leonis retulit ad* X *Novembris, rectèque observavit, hunc diem optimè convenire cum die electionis* S. Hilari *post dies septem secuta. Henschenium secutus est Tillemontius notâ* 73 *in S. Leonem, & Sollerius noster in Observationibus ad Usuardum die* XI *Aprilis, meritò ridens nimiam Pagii confidentiam, qui, relictâ sententiâ dudum cognitâ idoneisque monumentis nixâ, aliam obtrudere voluit quasi certam; cùm ne probabilem quidem hactenus judicare possim.*

E

sed long probabilius est, eum obiisse die 10.

39 *Quod assero de novo illo invento Pagii, qui leves conjecturas subinde pro certis argumentis venditat, ut sexcentis exemplis facilè demonstrari posset, brevi solùm ratiocinio lubet ostendere.*

F

A *oſtendere. Pagius* ex dictis de duratione ſedis Bonifacii I, Cæleſtini I, & Sixti III, ac ex interpontificio, quod poſt Sixti III mortem fuit, *conſecrationem S. Leonis fixit* XXII *menſis Septembris, ut ipſe agnoſcit. Atqui de die ordinationis S. Leonis, quam multis ratiociniis incertis quæſivit, multi alii Pagio non conſentiunt, ita ut fundamentum iſtud planè vacillet. Poſt poſitum verò iſtud qualecumque fundamentum, ratiociniis & conjecturis rurſum incertis utitur: nam ex codicibus paucis & ſcriptoribus aliquot medii ævi ſtatuit, Leonem ſediſſe annos* 21, *menſem unum*, & dies tredecim, *cùm fateatur alios codices multos habere*, dies XXVI, ſed manifeſto, *inquit*, librariorum errore. *Nimirum error hic manifeſtus eſt, quia dicti dies non congruunt ſententiæ Pagii. Eadem de cauſa definit, diem emortualem non eſſe annumerandam diebus tredecim jam dictis. Præterea* S. Hilari *ordinationem figit* XII *Novembris, quod mox refutabitur, ut ſaltem minùs probabile. Nunc erudito lectori judicandum relinquo, utrùm potiùs credere debeat, S. Leonem*

B *obiiſſe die* IV *Novembris, per tot incerta & ſæpe hiantia ratiocinia quæſito, quo nulla Martyrologia depoſitionem ipſius celebrant; an die* X *Novembris, quo Faſti antiquiſſimi magno conſenſu depoſitionem S. Leonis annuntiant; præſertim cùm ratiocinando eadem facilitate ad* X *Novembris pervenire poſſimus quàm ad quartum.*

40 *Hiſce breviter de die obitûs S. Leonis obſervatis, progredior ad diem, quo* S. Hilarus *fuit electus, cum illo utcumque connexum. Laudatus Henſchenius in S. Leone Magno num.* 5 *rectè ita habet:* Favet valde hiſce antiquiſſimis Martyrologiis & tempus ſedis vacantis, & electio ſucceſſoris Hilari, quæ cadit in XV Kalend. Decemb., ſive XVII diem Novembris, cùm à dicta depoſitione, ſeu die X Novembris, ceſsâviſſet epiſcopatus dies ſeptem; uti indicatur in Pontificali Romano *&c. Hanc ſententiam de electo* Hilaro *die* XVII *Novembris ſequitur Blanchinius in Notis Chronologicis ad Anaſtaſium Bibliothecarium nuperrimè recuſum tom.* 3 *pag.* 145, *ubi ſic habet:* Mirè autem conſentit cum die depoſiti Leonis Magni X Novembris vacatio ſedis per dies ſeptem, & electio

C Hilari ſucceſſoris cum XVII ejuſdem menſis; & coronatio ſive ἐντρονίσμῳ biduo pòſt conſequitur cum Dominica XIX Novembris. *Hæc jam probaverat in Cæleſtino I pag.* 93 *ex concilio Romano, quo item argumento utitur Henſchenius. Pagius iſtius concilii epocham conatus eſt ſuæ etiam utcumque accommodare ſententiæ; at parùm probabiliter, ut mox videbimus.*

41 Hilarus *anno* 465 *celebravit menſe Novembri concilium cum epiſcopis, qui venerant ad natalem ipſius, ut latiùs videbimus* § 7. *De die celebrati concilii Pagius ipſe ad annum* 465 *num.* 5 *hæc notat, in editione Lupi notari* XVI Kalendas Decembris, *in Labbeana*, ſub die XV Kalendarum Decembrium, ſub die XIII (*Kalendarum*) in appendice codicis Dionyſiani, & in Moguntino. *Itaque ſecundum codices aut editiones concilium iſtud habitum eſt die* XVI, XVII *aut* XIX *Novembris: ac unico die abſolutum fuit, ut oſtendam ſuo loco. Pagius, qui natalem, ſeu diem ordinationis* Hilari *credit fuiſſe duodecimum Novembris, ait ſynodum aliquot diebus pòſt habitam, atque ita opinionem ſuam exprimit:* Epiſcopi eo die (XII *Novembris*) congregati initium faciunt à divino cultu, in eoque perſeverant duobus ſequentibus diebus, Sabbato nempe & die Dominica. Quibus confectis, hortantur Papam, " ut quæcum-„ que pro diſciplina eccleſiaſtica ſunt, cura di-„ ligentiore tractet „ quemadmodum initio Actorum ſynodalium legitur: iterumque coëunt ſequentibus diebus, & ea conſtituunt & decernunt, quæ in epiſtola ad Tarraconenſes ipſemet Hilarus exponit. *Hæc omnia mutuatus eſt ex Tentzelio heterodoxo, qui eadem ferè verba habet in Schediaſmate de Natalitiis epiſcoporum num.* 2.

42 *Verùm tota illa expoſitio improbabilis eſt, unicéque quæſita, ut qualiſcumque redderetur ratio, cur concilium à die* XII *uſque ad* XVI *aut* XVII *Novembris fuerit dilatum. Quatuor diebus epiſcopi ſe dicuntur præparâſſe ad concilium, quod fortaſſe duabus horis abſolutum eſt. Tribus conſequenter diebus inſtiterunt cultui divino: id mihi nec Tentzelius perſuadebit aut Pagius, niſi priùs oſtenſum fuerit natalem Pontificis tribus diebus celebratum fuiſſe. Quod additur, quarto die epiſcopos hortatos fuiſſe Pontificem, ut tractaret de rebus eccleſiaſticis, ridiculum planè inventum eſt Tentzelii, qui verba* S. Hilari *malè intellexit.* Hilarus *enim initio concilii epiſcopos ſic alloquitur:* Quoniam religioſus, ſancto Spiritu congregante, conventus hortatur, ut quæcumque pro diſciplina eccleſiaſtica neceſſaria ſunt, cura diligentiore tractemus. *Si Pagius hæc verba paulò attentiùs conſiderâſſet, non feciſſet epiſcopos ſummi Pontificis hortatores; ſed vidiſſet* Hilarum *opportunæ occaſione convenientium ad feſtivitatem epiſcoporum excitatum ſe dicere ad tractandum de rebus eccleſiaſticis. Quare veriſimile non eſt, concilium iſtud habitum fuiſſe quatuor, quinque aut ſeptem diebus poſt natalem* Hilari, *ideoque natalis ille minùs probabiliter figitur* XII *Novembris.*

43 *Contrà longè probabilius apparet, concilium iſtud celebratum fuiſſe ipſo natali die* Hilari: *ſive ille ſit ordinationis ſive electionis: nam meritò dubitatur, utrùm diem electionis an ordinationis ſuæ ut natalem celebraverint Pontifices. Imò ſi conſulamus Sermones S. Leonis* in anniverſario die aſſumptionis ejus *habitos; mox* E *in primo videbimus, ipſum loqui de electione ſua, non de ordinatione, ita ut veriſimiliter ipſe electionis ſuæ diem ut natalem celebraverit, ejuſque exemplo* Hilarus; *non verò ordinationis diem, ut ſupponit Pagius. Verùm quidquid ſit de hac obſervatione, à qua non dependet præcipua controverſia; ex epiſtola* Hilari, *quam ſcripſit ad epiſcopos provinciæ Tarraconenſis ſecundum tractata in illa ſynodo, evinci mihi videtur, in natali ipſo* Hilari *ſynodum fuiſſe habitam. Ita enim apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1036 *in dicta epiſtola loquitur Pontifex:* Lectis ergo in conventu fratrum, quos natalis mei feſtivitas congregârat, litteris veſtris, *&c. Voces illæ,* quos natalis mei feſtivitas congregârat, *idem ſignificant ac illæ*, qui ob feſtivitatem natalis mei erant congregati. *Atqui congregatio ob feſtivitatem fit in ipſa feſtivitate. Synodus igitur illa in ipſo natali* Hilari *habita eſt. Certè verba Pontificis explicari nequeunt modo æquè naturali; neque aliquid obeſt, quo minùs ita exponantur, ut oſtendam* § 7, *ubi de illa ſynodo, quæ non fuit niſi brevis conſultatio ſummi Pontificis, latiùs agam.*

AUCTORE J. S.

quod non quatuor diebus poſt natalem Hilari,

ſed in ipſo natali ejus

& Hilarum electum eſſe die 17 *ejuſdem menſis;*

ut oſtenditur ex concilio anni 465,

AUCTORE J. S. *fusè habitum.*

44 *Qui ſynodum illam ab ipſa feſtivitate amovent, voces illas*, quos natalis mei feſtivitas congregârat, *ita haud dubiè intelligunt, ut credant epiſcopos Romam veniſſe ob feſtivitatem, eaque occaſione vocatos ad concilium. Verùm plus ſignificant verba* Hilari, *qui non loquitur de conventu ad eamdem urbem, ſed de conventu, in quo lecta ſunt litteræ, ſive de conventu ad unum locum. Itaque, cùm conventus ille factus ſit ob feſtivitatem, etiam factus eſt in feſtivitate. Nam epiſcopi quidem ob feſtivitatem aliis diebus Romam confluere poterant; ſed in unum locum non conveniebant ob feſtivitatem, niſi in ipſa feſtivitate. Quare omnino dicendum videtur, concilium fuiſſe habitum in ipſo natali: & conſequenter, cùm à nullo habitum dicatur die* XII *Novembris, illo die nec electum nec ordinatum eſſe* S. Hilarum; *quod aliunde quoque improbabile eſt, quia dies ille nimis vicinus eſt mortuali S. Leonis ſeu* X *Novembris. Poſt hunc verò ſi numeremus ſeptem dies, quibus ſedes vacâſſe dicitur poſt mortem Leonis, habemus* Hilarum *electum eſſe* XVII *Novembris,*

B *quo ſynodus illa figitur apud Labbeum: cúmque anno* 461, *quo electus eſt* Hilarus, XIX *Novembris eſſet Dominica, conſecratio peragi potuit* XIX, *quo alii ſynodum fixerunt. Itaque, ſive reſpiciamus ad mortualem diem S. Leonis, ſive ad diem dicti concilii Romani; uterque rectè congruit, & uterque perſuadet* Hilarum *eſſe electum die* XVII *Novembris anni* 461.

§ V. Geſta Sancti in pontificatu pro fidei confirmatione, & cum Leontio Arelatenſi, aliiſque epiſcopis Galliæ pro diſciplina eccleſiaſtica.

Sanctus ſcribit pro fide & contra hæreſes:

C *Anaſtaſius Bibliothecarius geſta* S. Hilari *in pontificatu enarrare incipit hoc modo:* Hic fecit decretalem, & per univerſum Orientem ſparſit epiſtolas de fide Catholica & Apoſtolica, confirmans tres ſynodos, Nicænam, Epheſinam & Chalcedonenſem, vel tomum S. Archiepiſcopi Leonis (*litteras ſcilicet ejus ad S. Flavianum*) & damnavit Eutychem & Neſtorium, & Dioſcorum, vel omnes ſequaces eorum, & omnes hæreſes, & confirmans auctoritatem & principatum ſanctæ Sedis Apoſtolicæ. *In antiquiori Pontificum catalogo apud nos ante tomum* I *Aprilis pag.* XXXIV *de his tantùm leguntur ſequentia:* Hic fecit decretalem, & per univerſum Orientem direxit, & epiſtolas de fide Catholica. *Dubitari non poteſt, quin* S. Hilarus *exemplo S. Leonis non paucas ad Orientis imperatorem & ad patriarchas Orientalis Eccleſiæ ſcripſerit epiſtolas contra hæreſes Neſtorii & Eutychis, necdum eo tempore quieſcentes: at illæ exciderunt. Attamen minùs certum eſt, an in una aliqua epiſtola decretali ſic confirmaverit tres ſynodos œcumenicas ſuprà enumeratas, ut prætermiſerit Conſtantinopolitanam, ſub imperio Theodoſii Magni & pontificatu S. Damaſi habitam, quæ inter œcumenicas numeratur ſecunda. Si id factum eſt, noluit* Hilarus *omnes ſynodos œcumenicas recenſere; ſed eas tantùm confirmare, quæ tunc maximè erant in ore omnium. Talis erat Nicæna, de qua frequentiſſima fit* D *mentio in Epheſina & in Chalcedonenſi. Tales & hæ erant ob noviſſimas hæreſes in iis damnatas. Baronius ad annum* 461 *num.* 14 *exiſtimat, illa initio pontificatûs facta ab* Hilaro, *quod nec improbabile eſt, nec certum. Monuit haud dubiè Leonem Orientis imperatorem, & præcipuos epiſcopos Orientales de electione ſua, eaque occaſione decretalem illam mittere potuit.*

item ad Leontium Arelatenſem de electione ſua,

46 *Cura ſcribendi Orientalibus fortaſſe effecit, ut paulò ſeriùs de electione ſua ſcripſerit ad epiſcopos magis vicinos. Baronius ad annum* 462 *num.* 2 *ait:* Anni hujus initio, nempe menſe Januario, ... Hilarus Papa litteras de ſua creatione ſcripſit ex more ad omnes eccleſias. *Deinde ſubjicit epiſtolam ad Leontium Arelatenſem datam, quâ jubet illum* per univerſam provinciam *ſcribere de ea electione. At hinc patet,* Hilarum *tantùm ſcripſiſſe ad metropolitas aut primates, ut ipſi ulteriùs ſcriberent ad epiſcopos ſibi ſubordinatos. Totam epiſtolam, ex Labbeo tom.* 4 *col.* 1039 *huc transfero:* Dilectiſſimo fratri Leontio Hilarus. Quantùm reverentiæ in Spiritu Dei, qui ſubditos ſibi inhabitat ſacerdotes, beato Petro apoſtolo & Sedi ipſius deferatur, omnibus arbitror eſſe compertum, quibus paternarum traditionum incorrupta cuſtodia eſt: quos cùm volumus de noſtræ ordinationis primordiis gratulari, opera, quæ in nos divinæ pietatis dignatio oſtendit, ſanctitati tuæ duximus indicanda: ut ipſe primùm pro eo, quem in nobis invicem ſemper impendimus, præſtante Domino, lætetis affectu: deinde ut diſpoſitione tuæ fraternitatis omnibus per univerſam provinciam fratribus & conſacerdotibus innoteſcat, quòd humilitatem meam dextera Domini viſitare dignata ſit, & in Apoſtolicæ Sedis regimen, non pro merito, ſed pro ſuæ gratiæ abundantiſſima largitate commiſerit. Proinde, frater chariſſime, quod ſanctitati tuæ præſenti ſermone patefecimus, in omnium fratrum (quemadmodum diximus) notitiam deferre dignaberis: ut ſupplicaturi Domino noſtro Jeſu Chriſto, ſicut exultationis gaudia, ita profutura univerſali Eccleſiæ orationum ſuarum nobis vota conjungant. Dominus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. Dat. VIII. * Kal. Febr. D. N. Severo Aug. Conſ. * *al.* III

F

ob quam epiſtolam immeritò carpitur.

47 *Tillemontius tom.* 16 *in* S. Hilaro *obſervat, Pontificem qualecumque gaudium de ſua electione inſinuare, indeque ait, ſe valde dubitare, an S. Auguſtinus & S. Gregorius umquam uſi eſſent ejuſmodi verbis in ſcribendo. Verùm reſpondeo, cenſuram eſſe idoneo deſtitutam fundamento. Certè Apoſtolus dicit in epiſtola* I *ad Timotheum cap.* 3: Si quis epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat. *Atqui ſi deſiderare epiſcopatum licet, modò deſiderium oriatur ex bona intentione, gaudere etiam licet de obtento epiſcopatu, præſertim ſi quis agnoſcat ſe divino beneficio provectum eſſe, ut facit* S. Hilarus. *Poterat* S. Hilarus, *qui ſemper egregium oſtendit ſtudium ſervandi diſciplinam eccleſiaſticam, poſt electionem ſuam gaudere, occaſionem ſibi datam eſſe multa bona operandi. Poterat, inquam, ea de cauſa gaudere, Deoque gratias agere, etiamſi in ea fuiſſet diſpoſitione, ut, ſi Deo id gratius credidiſſet, maluiſſet pontificalem dignitatem humiliter fugere, quemadmodum Sancti non pauci dignitates quaſlibet laudabiliter averſati ſunt. Quare, ſi fortè*

SS. An-

A *SS. Auguſtinus & Gregorius de ſua electione iiſdem verbis uti noluiſſent, inde nihil concludere poſſumus, quàm Sanctos modis diverſis ad eumdem tendere finem. Itaque non video*, S. Hilarum *aliquid ſcribere in illa epiſtola, quod contrarium ſit Chriſtianæ humilitati, quam & in hac ipſa & in aliis ſine affectatione prodit: neque enim illi maximè humiles ſunt, qui maximam in verbis humilitatem, quæ ſubinde affectata eſt, præ ſe ferunt. Hæc breviter reſpondenda credidi ad cenſuram Tillemontii, cui tanta Romanos Pontifices carpendi fuit libido, ut quamlibet arripuerit occaſionem, & ne à Sanctis quidem abſtinere voluerit. Verùm in viam redeamus.*

Leontius Hilaro gratulatur,

48 *Leontius Arelatenſis jam audierat electionem* Hilari *ante acceptas ejus litteras, eidemque gratulatus eſt per litteras ad eum datas, antequàm epiſtolam* Hilari *acceperat. Haſce Leontii litteras edidit Acherius tom. 5 Spicilegii pag. 578, ex quo eas hùc transfero:* Domino meritorum faſtigio laudatiſſimo & Apoſtolicæ Sedis digniſſimo Papæ domno Hilaro.

B Quòd Leonem ſanctiſſimum prædeceſſorem tuum mors abſtulerit contra hæreſes invigilantem, & lolium in agro Domini, heu! nimis fruticans eradicantem, dolemus. Quòd de tua Sanctitate reparaverit, gratulàmur. Nam gaudet filius de honore matris, & cùm Eccleſia Romana ſit omnium mater, fuit vobis * gaudendum, quòd in tantâ conſternatione rerum, & infirmitate ſæculorum, ſuper eam te erexerit, ut judices populos in æquitate & gentes in terra dirigas. Unde cùm nobis nuntius ille per Concordium eccleſiæ noſtræ diaconum, qui tunc præſens erat, cùm Sanctitas tua ad id honoris faſtigiatum culmen evecta eſt, relatus eſt, gratias Deo noſtro reddidimus, & te decrevimus quàm primùm hac humilitatis noſtræ epiſtola ſalutare; ut & ſic affectus, qui inter tuam Sanctitatem & nos jam diu coaluit, in Domino corroboretur, & de cetero augeatur, cum debita reverentia, quâ decet filios Patrem proſequi.

* nobis, *opinor*

eidemque Arelatenſis eccleſiæ jura commendat.

49 Benedictus itaque, qui venit in nomine Domini. Jam fortiter Sanctitati tuæ inſudandum

C & anhelandum eſt, ut quod ſanctiſſimus Leo Papa incepit, ad terminabilem perducas limitem; & cum exercitu Gedeonis per tubas in ore fortium concrepantes, & per lampadas in robuſta manu agitatas & ventilatas, maledictos muros Jerico jam toties anathematizatos & quaſſatos Sanctitas tua faciat proſternere. Ceterùm cùm eccleſia noſtra Arelatenſis ſemper ab Apoſtolica Sede amplis favoribus & privilegiis fuerit decorata, rogamus Sanctitatem tuam, ut per eam nihil nobis decedat, ſed potiùs augeatur, ut & collaborare tecum in vinea Domini Dei Sabaoth valeamus, & invidorum conatus infringere, quos, ſi non eſſet auctoritas reprimens, certum eſt de die in diem graſſaturos in pejus, quia malitia, qui nos oderunt, aſcendit ſemper. Dat. K..... Severo aug. Coſ. *Epocha partim eraſa deſignat ſaltem annum 462, quo Severus erat conſul Occidentalis. Ex* K *verò, quod initium eſt vocis* Kalendas, *conjicere poſſumus ſcriptas eſſe has litteras circa aut poſt medium menſis Februarii, quando numerabantur dies ante Kalendas Martii; cùm ſcriptæ ſint ante acceptas* Hilari *litteras; ſed ita ut* Hilarus *miretur in reſponſo, ſuas necdum fuiſſe perlatas, dum hæ ſcribebantur.*

50 *Acceptis Leontii litteris, alias rurſus ad*

eumdem dedit S. Hilarus. *Haſce ex Labbeo tom. 4 col. 1040 ſubjungo.* Dilectiſſimo fratri Leontio Hilarus. Dilectioni meæ, quæ circa eccleſias Gallicanas, omneſque in eis Domini ſacerdotes, etiam in inferiori gradu poſitos, abundat, multum accedit augmenti, quòd per virum ſpectabilem Pappolum filium noſtrum ſermonis tui ad me ſunt delata principia. Ex quo tamen conjicio, paginam meam, quam dudum de epiſcopatus mei primordiis miſi, necdum traditam tibi fuiſſe, cùm ſcriberes: de quâ utique non ſiluiſſes, niſi perlatorem aliqua cauſa tardâſſet. Unde quod & conſuetudo poſcebat & charitas, jampridem me executum ſignifico: & hoc ipſis litterarum exemplaribus, quæ direxi, pleniùs noſſe vos cupio, ut officio fraterno in nullo intelligatis fuiſſe me deſidem: & ita viciſſim frequentandis ſtudeamus alloquiis, ut vicem nobis communis præſentiæ ſcribendi cura compenſet, frater chariſſime.

AUCTORE J. S. *Altera Hilari ad Leontium epiſtola*

humana admodùm & amica:

51 Affectus itaque tui gratiam periiſſe non paſſus es: quòd ei ſolicitudini intentum te eſſe cognoſco, ut cuſtodiendis paternorum canonum regulis ſtudere me cupias; quo deſiderio nihil concipi ſalubrius poteſt, quàm ut in una Eccleſia, cui oportet nec maculæ aliquid ineſſe, nec rugæ, una ſit in omnibus obſervatio diſciplinæ. Cui ſi aliquid eruditionis aut correptionis addendum eſt, rectiſſimè per veſtram diligentiam conſuletur, ſi, quemadmodum es dignatus ſcribere, tam inſtructa ad nos fuerit perſona directa, quæ inquiſitionem noſtram plenè ex omnibus poſſit inſtruere. Spondeo enim, quantum gratia Dei donat, ut ſpondeam, hoc me ad univerſalem ſacerdotum Domini concordiam proviſurum, ut omnes non ſua audeant quærere, ſed quæ ſunt Chriſti ſtudeant obtinere. Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. *Hactenus* Hilarus, *qui reſpondere videtur ad aliqua, in litteris Leontii non expreſſa. Fortaſſe id contigit, quia Pappolus, perlator epiſtolæ, aliqua oretenus addidit. Tempus ſcriptæ* Hilari *epiſtolæ non additur; at conjicere poſſumus, ſcriptam eſſe menſe Martio aut Aprili.*

deinde Leontium acriter reprehendit, quòd non monuiſſet de Hermete epiſcopo;

52 *Quantùmcumque in præmiſſis litteris amorem erga Leontium oſtenderet* Hilarus, *eidem tamen acriter eodem anno ſcripſit, quòd ab eo monitus non eſſet de facto quodam diſciplinæ eccleſiaſticæ contrario, quod mox explicabo. Verùm ut ſtudioſus lector perſpiciat, quàm ſedulò vellet invigilari, quámque ipſe invigilaret, no quid fieret contrà diſciplinam Eccleſiæ, litteras ejus ad Leontium ex laudato Labbeo hìc recitabo.* Dilectiſſimo fratri Leontio Hilarus. Miramur fraternitatem tuam ita legis Catholicæ immemorem eſſe, ut quæque iniqua & contra patrum noſtrorum ſtatuta in provincia, quæ ad monarchiam tuam pertinet, ſi ipſe aut non vis, aut non potes, etiam nec nos ſilentii tui taciturnitate permittas corrigere. Siquidem quod & rumore cognovimus, & quantùm diligenter à diacono Joanne, qui à magnifico viro filio noſtro Frederico litteris ſuis nobis inſinuatus eſt, requiſivimus, quòd iniquiſſima uſurpatione quidam Hermes epiſcopatum civitatis Narbonenſis execrabili temeritate præſumpſerit. Quam rem decuerat ſanctitatem tuam ut nobis in veſtigio indicaret. Qua de re, frater chariſſime, monemus, ut, ſi fides adhibeatur aſſertis, ſepoſitâ excuſatione, ad nos tàm tuæ dilectionis, quàm fratrum noſtrorum, aut per portitorem litterarum, aut per quem ipſi elegeritis, ſubſcriptam

AUCTORE J. S.

manuum veſtrarum relationem tranſmittatis ; ut quod definire poſſimus, recurrenti pagina poſſitis agnoſcere. Deus te incolumem cuſtodiat, frater chariſſime. Dat. III. Non. Novemb. *Data quoque eſt hæc epiſtola eodem anno* 462, *cùm viſuri ſimus totam illam cauſam ante finem anni fuiſſe omnino finitam.*

qui electus ad cathedram Biterrenſem câque exclusus, Narbonenſem occupaverat,

53 *Tillemontius in* S. Hilaro *art.* 3 *factum Hermetis, quod* Hilarus *tam acriter reprehendit, ſic exponit. Hermes, qui archidiaconus erat S. Ruſtici Narbonenſis, ut liquet ex epiſtola S. Leonis* 2, *aliàs* 92, *ordinatus fuit epiſcopus Biterrenſis, ſed eum admittere noluerunt Biterrenſes, neſcitur qua de cauſa, nec jus ſuum proſecutus eſt Hermes. Deinde mortuo S. Ruſtico, Hermes promovetur ad epiſcopatum Narbonenſem. Delata hæc res erat ad* Hilarum *per Joannem diaconum miſſum à Friderico, fratre Theodorici Viſigothorum regis, ut vult Tillemontius. Hæc omnia habentur partim in epiſtola* Hilari *mox laudanda, partim in data. Verùm addit Tillemontius, videri Hermetem ſucceſſorem fuiſſe deſignatum à S. Ruſtico : Ruſticumque ſcripſiſſe ad S. Leonem, ut in eam diſpoſitionem conſentiret : at hunc conſentire noluiſſe. Colligit id ex obſcuris* Hilari *verbis. Quare ſubjungo initium illius epiſtolæ, quæ octava eſt inter epiſtolas* Hilari *apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1041 *:* Quamquam notitiam dilectionis veſtræ, quanta vel qualia in Narbonenſi ac Biterrenſi eccleſia dudum ſint admiſſa, non lateant, & præſumptionis improbitas ad nos uſque perveniens procul dubio regionibus manifeſta ſit Gallicanis : Apoſtolicæ tamen ſolicitudinis intereſt, culpas in noſtro deprehenſas examine non tacere, ne per incongruum ſilentium cum iniqua agentibus habere videamur conniventiæ portionem.

B

licèt in illud conſentire noluiſſet S. Leo : factum Hilarus,
* *apud Baron.* dolores

C

54 *Tum ſequuntur verba à Tillemontio indicata :* Olim enim urbium præſides prædictarum ſanctæ memoriæ deceſſori meo non minus quàm nobis etiam tunc attulerunt doloris *, illicitis petitionibus audendo proſequi, quod vix apud patientiam noſtram ſola neceſſitatum potuit deploratione leniri. *Ita ſcribit* Hilarus, *poſtquam conſenſerat modo infrà explicando, ut Hermes præeſſet eccleſiæ Narbonenſi, ita ut id revera per epiſcopum Narbonenſem & Biterrenſem videatur petitum fuiſſe, & negatum à S. Leone. Tillemontius tamen in toto illo facto nihil invenire potuit, quod eſſet contrarium diſciplinæ eccleſiaſticæ illius temporis. At* Hilarus, *poſtquam cum* numeroſo concilio *factum examinaverat, ita in litteris laudatis proſequitur :* Quibus enim, ſicut etiam vos probatis, factum conſtat exemplis, & quâ non objurgatione digniſſimum eſt, quod ſanctorum patrum decretis, & ipſis repugnat canonum inſtitutis ? cùm ideo ſe frater jam & coëpiſcopus noſter Hermes à Narbonenſi eccleſia credidit jure ſuſcipi, quia indignè à Biterrenſibus, quibus ordinatus eſt, dicebat excludi. Qui ſi verè hoc in facto doleret, & legitimo remedio ſubvenire propriæ ſciſſet injuriæ, vindictam magis debuit ſperare perpeſſis, quàm veniam perpetratis. *Inſinuat datis verbis* Hilarus, *non invitum à Biterrenſibus excluſum fuiſſe Hermetem. Fortè audierat, ſe à Narbonenſibus expeti poſt mortem Ruſtici. Quidquid ſit,* Hilarus, *improbat quòd jus ſuum non fuerit proſecutus ; judicavitque poſt conſultationem in numeroſo epiſcoporum concilio inſtitutam, contra diſciplinam eccleſiaſticam peccáſſe Hermetem, ita ut facilè contemnere poſſimus ratiocinia Tillemontii, qui de facto, cujus adjuncta non ſatis hodie ſunt cognita, diſputare ſuſtinuit contra ſententiam SS. Leonis &* Hilari.

D

acceptis inſtructionibus, examinat in concilio ac improbat :

55 *Porrò non diu poſt ſcriptas ad Leontium litteras* Hilarus *exactiores de cauſa Hermetis inſtructiones accepit, ſive eas Leontius ipſe ante acceptas* Hilari *litteras tranſmiſerit, ſive illas Pontifex acceperit ab aliis Galliarum epiſcopis, qui Romam confluebant ad natalem ipſius celebrandum ; ſive Hermes legatos Romam miſerit ad cauſam ſuam defendendam. Certè* Hilarus *rem illam judicandam & componendam eodem menſe propoſuit in concilio, quod Romæ habuit in natali ſuo, id eſt, in die electionis vel ordinationis ſuæ, ſive* XVII *aut* XIX *Novembris ; ibique duplex adfuit legatio, altera contra Hermetem, altera pro Hermete, quantùm conjicere poſſumus. De hoc judicio* Hilarus *ita ſcribit in jam laudata epiſtola* 8 *:* De quibus (*Hermetis exceſſibus*) præſidente * fratrum numeroſo concilio, & ex diverſis provinciis ad diem natalis noſtri in honorem beati Petri apoſtoli per Dei gratiam congregato, præſidentibus fratribus & coëpiſcopis noſtris Fauſto & Auxanio, atque agentibus plurimis, quæ vigorem reſpiciunt auctoritatemque judicii, id à nobis pacis eſt amore conſtitutum, ut in ſententia, quam ſub adverſione utriuſque legationis inde directæ, Chriſto Domino noſtro inſpirante, protulimus, neque caritas Euangelicæ indulgentiæ, neque Apoſtolicæ virga defuerit diſciplinæ : namque in totum nec remittere nos fecit indulgentia, nec affectio coërcere.

* *i. e.* ſedente

E

ea tamen lenitate ſententiam temperat,

56 *Qualis autem fuerit ſententia concilii,* Hilarus *per haſce ipſas litteras, datas* III Nonas Decembris *anni* 462, *notum fecit* epiſcopis provinciæ Viennenſis, Lugdunenſis, Narbonenſis primæ & ſecundæ, & Alpium Pœninarum, *quibus inſcriptæ leguntur apud Labbeum. In iis autem tam claris verbis improbat præſumptionem Hermetis, ut mirer Tillemontium tam multa diſputare potuiſſe ad excuſandum factum ſibi ex parte tantùm notum, & à ſancto Pontifice in concilio examinatum. Audiamus igitur rurſum* Hilarum, *qui non videtur laudare mores Hermetis, ut exiſtimat Tillemontius, ſed potiùs improbare.* Denique, *inquit*, ſi nunc ſaltem (*Hermes*) communi omnium Domini ſacerdotum utatur animo ; ſi imitetur exemplum ; ſi ad hæc, quæ eccleſiaſticæ quietis contemplatione * utcumque ſopita ſunt, oculis cordis intendat, & pro totius Eccleſiæ pace vel fide, quæ ſunt multipliciter errata conſideret : nihil eſt profectò, quod non etiam ipſe reprehendat, & erubeſcat ſibi annui, quod in altero laudabiliter improbârit. *Loquitur de facto nobis ignoto, quod improbare potuit Hermes, dum erat archidiaconus & Romam miſſus eſt à S. Ruſtico, ut habemus ex epiſtola* 2 *S. Leonis. Deinde* Hilarus *ita pergit :* Scimus enim, & jam diu de memorati fratris converſatione nihil habemus ambiguum, cùm anteactæ vitæ ipſius curſum, & retro antepoſitum * noſtro revolventes animo, hos illum, quos in eo arguimus, incurriſſe potiùs, quàm feciſſe *, æſtimamus * exceſſus. *Hæc ſunt verba illa, quibus mores Hermetis ab* Hilaro *commendatos aſſerit Tillemontius. At mihi contrarium potiùs videtur, præſertim ſi Baronii, qui epiſtolam illam primus edidit, ſequamur lectionem : nam ſecundum illam dicit Pontifex : ex prate-*

* *id eſt* gratiâ

* *fortè* omne propoſitum
* *Baron.* fugiſſe
* *ibid.* extimemus

A *præterita Hermetis vita ſe timere, ne ultrò potiùs voluerit in exceſſus illos incurrere quàm illos fugere.*

ut Hermes maneat epiſcopus Narbonenſis, ſed ſine jure ordinandi ſuffraganeos;

57 *Verùm, ſive Hermetis vita fuerit probata* Hilaro, *ſive utcumque improbata ob ambitionem, quâ Biterrenſem eccleſiam deſeruiſſe videtur ad obtinendam Narbonenſem metropolim; tali moderatione res compoſita eſt, ut manſerit epiſcopus Narbonenſis, ſed ſine jure metropolitico, quod tamen poſt mortem ipſius iterum redibat ad eccleſiam Narbonenſem, & interim dabatur ſeniori provinciæ Narbonenſis epiſcopo, qui tunc erat Conſtantius Uceticenſis.* Ei, *inquit*, qui nunc eccleſiæ Narbonenſi præſidere permittitur, ordinandorum epiſcoporum ob hæc, quæ pravè facta ſunt, ſuſtulimus poteſtatem: quam ita ad fratrem & coëpiſcopum noſtrum Conſtantium Uceticæ eccleſiæ antiſtitem, quia ævo honoris* primas eſſe dicitur, pertinere cenſuimus, ut, ſi ſuperſtite Herme epiſcopo defunctus fuerit, illum hæc cura reſpiciat, quem repererit epiſcopalis ordo primatem. Herme autem epiſcopo deficiente, faciendorum mos antiſtitum Narbonenſi mox reddatur eccleſiæ, quem non civitas, ſed cauſa præſumptionis amiſit. *Hæc oſtendunt* Hilarum *fuiſſe ſeverum diſciplinæ eccleſiaſticæ vindicem, ſed ſeveritatem clementiâ temperâſſe, ut in aliis quoque exemplis videbimus.*

* *i. e.* tempore epiſcopatus

B

alia quoque poſt dictum concilium ordinat ad diſciplinam ſpectantia.

58 *Hiſce expoſitis*, Hilarus *Papa hortatur epiſcopos omnes, ad quos ſcribit, ut non imitentur facta in Narbonenſi provincia, ſed canones Eccleſiæ obſervare ſtudeant. Hinc ordinat, ut per annos ſingulos concilium epiſcoporum convocetur ex variis provinciis eo loco & tempore, quo id ordinabit Leontius Arelatenſis, ut in illo concilio judicium feratur de cauſis eccleſiaſticis, & in dirimendis gravioribus*, quæ illic non potuerint terminari, Apoſtolicæ Sedis ſententia conſulatur. *Ordinat præterea, ne epiſcopi ſine litteris metropolitani ſui ad aliam proficiſcantur provinciam, & alia quædam ad diſciplinam eccleſiaſticam, aut ad utilitatem eccleſiarum ſpectantia, quæ videri poſſunt in laudata epiſtola* 8. *Verùm judicium de eccleſiis aliquot, quas Leontius querebatur ablatas eſſe provinciæ Arelatenſi, remittit ad conventum epiſcoporum Galliarum. Ceterùm dubitare non poſſumus, quin omnia illa in prædicto concilio propoſuerit* S. Hilarus: *licèt ſolus deinde mandata illa in Galliam direxerit.*

C

Cùm Mamertus Viennenſis accuſatus eſſet ob conſecratum Dienſibus epiſcopum,

59 *Anno* 463 *aliæ querelæ delatæ ſunt ad* S. Hilarum *contra S. Mamertum epiſcopum Viennenſem, qui graviter erat accuſatus per Gunduicum militum præfectum, quòd invitis Dienſibus ordinâſſet epiſcopum. Tillemontius aliique credunt, Gunduicum, ut in epiſtola vocatur, fuiſſe regem Burgundionum, qui apud Turonenſem lib.* 2 *cap.* 28 *vocatur Gundeuchus. Quiſquis fuerit is delator, exaggeratam illam accuſationem habemus ex epiſtola* 9 *inter epiſtolas* S. Hilari *apud* Labbeum *col.* 1043, *in qua ad Leontium Arelatenſem ita ſcribit:* Qualiter contra Sedis Apoſtolicæ veniens conſtituta, ſacerdotalem modeſtiam Mamertus epiſcopus Viennenſis exceſſerit, dilectionis tuæ debuimus relatione cognoſcere, ut auſibus talibus maturum, & juxta eccleſiaſticarum ordinem regularum congruum judicium proferremus. *Jubet deinde Leontium, rem* in conventu ſynodali, qui, *inquit*, ſecundum ſtatuta noſtra annis ſingulis, te ſibi præſidente, eſt congregandus, diſcutere: *ac deinde* omnium litteris *inventa poſt examinationem rei perſcribi ad ſe deſiderat. Data eſt hæc epiſtola* VI Idus Octobris *anni* 463. *Paruit Leontius mandato* Hilari *cum epiſcopis ad concilium convocatis, & ab omnibus illis Pontifex informationem de facto accepit, ut patet ex epiſtola ipſius* XI.

AUCTORE J. S.

Hilarius, re per multos epiſcopos examinata, factum improbat.

60 *Audita porrò hac informatione*, Hilarus *ſequenti anno* 464 ſexto Kalendas Martias *ſcripſit epiſtolam* XI *ad viginti epiſcopos Galliarum, in qua declarat Mamertum exceſſiſſe limites ſibi præfixos à Sede Apoſtolica, & feciſſe contra jus epiſcopi Arelatenſis. Hinc dicit ſe ſcripſiſſe ad Veranum epiſcopum, qui haud dubiè eſt S. Veranus Vencienſis, ut tamquam legatus Apoſtolicæ Sedis conveniat Mamertum*, quatenus, *inquit*, quid de eo retuleritis agnoſcat, *id eſt, ut declaret illum perperam Dienſibus ordinâſſe epiſcopum. Deinde vult ut declaret Mamertus ſe* ſine ulla deinceps tranſgreſſione *obſervaturum* definitionem Sedis Apoſtolicæ: *ac minatur, ſe ablaturum Viennenſi eccleſiæ quatuor eccleſias ſuffraganeas, niſi illis contentus eſſe velit. Demum epiſcopum, qui Dienſibus ordinatus erat, quemque aliàs dignum* Hilarus *agnoſcebat, confirmari vult arbitrio Leontii Arelatenſis.*

E

& leni remedio certigit:

61 *Correctio hæc ſanè benigna erat & lenis: neque diſſimulat* Hilarus *in litteris ſuis graviori pœna plecti potuiſſe tam Mamertum Viennenſem, qui ordinaverat extra provinciam ſuam epiſcopum Dienſem, quàm hunc eo modo ordinatum.* Verùm, *inquit*, ad eccleſiarum quietem tantæ tranſgreſſionis vulnera, memores Apoſtolicæ ſapientiæ, curari volumus antè fomentis, ut corporis noſtri membrum fortè ſanandum in integritatem priſtinam per mitiora medicamenta revocetur; nec credatur negligi, quod interim non monetur abſcindi. *Hæc aliaque oſtendunt*, S. Hilarum *non diſſimulâſſe culpam Mamerti, qui clariſſimè fecerat contra ſtatuta S. Leonis, ut omnes paſſim ſcriptores agnoſcunt: nam S. Leo ſtatuerat, ut eccleſia Dienſis ſuffraganea eſſet eccleſiæ Arelatenſis, non verò Viennenſis, cui quatuor tantùm eccleſias ſuffraganeas adjudicaverat, quemadmodum expoſui in S. Cæſario Arelatenſi tom.* VI *Auguſti pag.* 54 *&* 55. *Tillemontius tom.* 16 *in S. Mamerto art.* 1 *agnoſcit, Mamertum feciſſe contra ordinationem S. Leonis*, ſive, *inquit*, quòd crederet non debere ſe ea in re auctoritati S. Leonis ſe ſubjicere (atque illa eſt præcipua cauſa querelarum Hilari) ſive quòd urbs Dienſis æquè ac Viennenſis eo tempore Burgundionum eſſet, indeque illius commercium minùs eſſet liberum cum urbe Arelatenſi, quæ eo uſque Romanis erat ſubdita. *Hæc ille, cujus prima ratio ſi vera eſt, nequaquam miror* Hilarum *acriùs ſcripſiſſe contra factum Mamerti.*

F

quæ dicendum non eſt, decepti fuiſſe Hilarum.

62 *Baronius ad annum* 464 *recitat totam* S. Hilari *epiſtolam, reverituſque ſanctitatem Mamerti, hanc num.* 8 *obſervationem ſubdit:* Non mireris, lector, Romanum Pontificem Hilarum adverſus Mamertum adeo vehementer inſurgere, virum (ut declarârunt eventa) ſanctitate inſignem: in his enim, quæ contentioſi fori ſunt, perfacile eſt quemque decipi . . . Quis neſciat ſæpè accidere, ut falſis accuſationibus & ſurreptionibus aures Pontificum repleantur, & cùm putant agere, quod juſtum appareat, exagitent innocentem? *Ita quidem Eminentiſſimus ſcriptor. Verùm Tillemontius in Mamerto art.* 2, *quantumcumque pugnet pro Mamerto con-*

AUCTORE J. S.

tra Hilarum, *invenire non potuit, deceptum fuisse* Hilarum, *aut rem non sufficienter fuisse ipsius jussu examinatam. Mihi quoque non videtur aliquid ejusmodi dicto judicio interceſſiſſe. Prima quidem delatio non caruit exaggeratione, sed secundum illam non judicavit.* Hilarus: *accepta verò denuntiatione illa, jussit rem totam examinari in concilio episcoporum Galliæ, & à Mamerto exigi* rationem facti sui *in concilio, ad demum* omnium litteris *facta ad se perscribi, quemadmodum patet ex epistola 9, quam ea de causa scripsit ad Leontium. Non poterat sanè tutiùs procedere, nec magis cavere, ne deciperetur. Quare non videtur excusatio illa Baronii legitima; aut potiùs nequaquam necessaria; cùm nequeam invenire epistolam illam* XI Hilari *tam esse acrem, ut talis non potuerit à summo Pontifice scribi ad episcopum, terminos sibi recenter præfixos clarè excedentem.*

aut eum nimis duriter egisse cum S. Mamerto, B

63 *Video quidem hic mihi vehementer contrarium esse Tillemontium, qui in S. Mamerto art.* 1, 2 *&* 3 *multùm conqueritur de* Hilaro, *ob voces quasdam duriores* Hilari *litteris insertas, quas ipse multo magis exaggerat. Sanè omittere debuerat, nec* Hilaro *attribuere, quæ leguntur in epistola ejus* 9, *cùm ibi* Hilarus *solùm loquatur ex ore delatoris, & adjungat,* si ita est, *quo declarat se dubitare de delatis. Sola poterant adduci, quæ leguntur in* Hilari *epistola* XI, *ubi ex propria sententia* prævaricatorem *vocat: quodque Tillemontium maximè offendit, hæc iis inseruit verba:* Cui umquam profuit mens rebellis? aut quem superbiæ non inclinavit elatio? Altior est humilitatis gratia, cui paupertate spiritûs ad præmium promissæ beatitudinis iter regni cælestis aperitur. *Verùm illa scribere poterat* Hilarus, *ut Mamertus sibi à rebellione & superbia caveret, cùm ordinatio illa, statutis S. Leonis directè contraria, eò ducere videretur. Verum, inquit Tillemontius, quidquid de S. Mamerto cogitaverit* Hilarus *Papa,* Ecclesia semper magis venerabitur sanctitatem illius, quàm sanctitatem istius Papæ, quamvis hic aliis gestis titulum Sancti etiam mereri potuerit.

C *qui judicandus erat ex facto, licèt deinde de eximia ipsius sanctitate constiterit.*

64 *Respondeo me de majori aut minori duorum Sanctorum gloria non disputare, nec dubitare de insigni sanctitate Mamerti, sed hunc aliis gestis ad eximiam illam sanctitatem pervenisse. At quando episcopum ordinabat in aliena provincia;* S. Hilarus *Mamertum non debebat considerare ut Sanctum, sed ut episcopum præscriptos sibi limites excedentem. Si fortè Mamertus ob aliquas rationes nobis ignotas crediderit ordinationem sibi non esse illicitam, ideoque nihil peccaverit coram Deo; id ignorare poterat* Hilarus, *qui factum debebat considerare, prout apparebat coram hominibus. Quare* S. Hilarus *tam illo quam aliis factis sanctitatem suam augere potuit, justaque increpatione efficere, ut Mamertus quoque majorem vitæ puritatem consequeretur, cum nullum mihi sit dubium, quin hic Sanctus debita humilitate, animique submissione summi Pontificis mandata exceperit, iisque deinceps paruerit. Dubitat quidem Tillemontius art.* 2, *sed immeritò, cùm causa tunc fuerit finita, & divisio ecclesiarum inter metropoles Arelatensem & Viennensem, quæ omnibus hisce occasionem dederat, non fuerit mutata tempore S. Mamerti. De hoc Sancto apud nos actum est ad diem* XI *Maii. Ceterùm* S. Hilarus *ea occasione scripsit etiam epistolam suam* 10 episcopis provinciæ Viennensis, Lugdunensis, Narbonensis primæ & secundæ, Alpinæ, *in qua monet, ne quis transcendat terminos suos, & ut concilia annis congregentur.* D

Cùm aliquid concessisset Auxanio per obreptionem de castro Nicaensi,

65 *Quæ modò exposita sunt de causa S. Mamerti, ostendunt luculenter, quàm amans disciplinæ ac justitiæ esset* S Hilarus *sine ulla exceptione personarum. Id rursum apparet ex epistola* 4, *quæ temporis notâ est destituta, sed quæ docet, noluisse Sanctum defendere statuta propria cum præjudicio alicujus ecclesiæ, faterique maluisse se deceptum fuisse quàm juri Ebredunensis ecclesiæ derogare. Controversia agebatur inter Ingenuum Ebredunensem episcopum, & Auxanium episcopum incertæ sedis, qui aliquid per obreptionem impetraverat ab* Hilaro *de castro Nicacnsi, quod hodie est Nicæa civitas, Gallis* Nice, *Italis* Nizza *dicta.* Movemur, *inquit,* ratione justitiæ, quæ licèt ab omnibus, qui recta sapiunt, debeat custodiri, tum præcipuè Domini sacerdotibus non est temerè negligenda, quorum cæteros informari convenit institutis. Frater igitur & coëpiscopus noster Ingenuus Ebredunensis, Alpium maritimarum provinciæ metropolitani semper honore subnixus, in præjudicium suum, E sicut annexa declarant, quædam nos, petente fratre & coëpiscopo nostro Auxanio, statuisse commemorat, quæ universis in hac eadem causa defensionibus contraïrent. *Addit se didicisse ex relationibus, per Veranum episcopum, haud dubiè Vencien sem, non debuisse petii illud, quod* per obreptionem *erat à se elicitum.*

omnia in integrum vult restitui, remque secundum canones judicari.

66 *Tum delegans cognitionem causæ Leontio Arelatensi, Verano Vencien si & Victuro episcopis, ad quos scribit, his verbis utitur:* Tamen ne odio vel gratiâ moveamur, quæ in causarum disceptationibus esse non debet, ita vestræ caritati cognitionem adnexæ querimoniæ delegamus, ut nihil adversum venerandos canones, nihil contra sanctæ memoriæ decessoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis esse constiterit. Nolumus namque, fratres carissimi, ecclesiarum privilegia, quæ semper sunt servanda, cunfundi; nec in alterius provincia sacerdotis alterum jus habere permittimus; quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quàm in injuriam ipsius Domini prosilitur, cujus expectatio * fructus nostri ministerii, non in latitudine regionum, sed in acquisitione ponitur animarum. *Demum vult custodiri omnia, quæ S. Leo statuerat* super ecclesiis Cemelenensis civitatis, vel castelli Nicaensis . . . ut ad unius antistitis regimen prædicta loca revertantur. *Cemelenensis civitas, quæ jam tum decidisse paulatim videtur, erat prope Nicæam, & non longè à Varo flumine, ubi illius adhuc quædam rudera cum una ecclesia supereſſe dicuntur. Nicæa verò antè numquam episcopum alium videtur habuisse quàm Cemelenensem. De hisce etiam aliqua fuerunt dicenda in S. Verano Vencien si, de quo mox actum est.*

* *fortè expectatione* F

§ VI.

A

§ VI. Gesta Hilari pro disciplina ecclesiastica ad consultationem episcoporum Hispaniæ, & concilium de his anno 465 Romæ celebratum.

Ascanius Tarraconensis cum episcopis provinciæ suæ Hilarum consulit

ANno 465 *studium* S. Hilari *pro disciplina ecclesiastica exercuerunt antistites Hispaniæ Tarraconensis binis ad eum datis litteris. Utraque est Ascanii Tarraconensis metropolitani & omnium simul illius provinciæ episcoporum, quorum nomina non exprimuntur. Prima, cùm* dudum *scripta sit ante secundam, spectare potest ad annum* 464: *nam secunda verò est anni* 465. *Primam apud Labbeum col.* 1033 *ita ordiuntur:* Etsi extaret * necessitas ecclesiasticæ disciplinæ, expetendum revera nobis fuerat illud privilegium Sedis vestræ, quo susceptis regni clavibus post resurrectionem Salvatoris, per totum orbem beatissimi Petri singularis prædicatio universorum illuminationi prospexit: cujus Vicarii principatus sicut eminet, ita metuendus est omnibus & amandus. Proinde nos Deum in vobis penitus adorantes, cui sine querela servitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, unde nihil errore, nihil præsumptione, sed pontificali totum deliberatione præcipitur. *Dedit hæc partim Tillemontius in* S. Hilario *art.* 7 *tamquam in laudem illius dicta, ita ut tanto magis mirari possimus, scriptorem illum in singulis ferè* S. Hilari *actionibus quæsivisse aliquid, quod sinistra interpretatione carperet. Malim tamen ego credere Hispanos episcopos ea elogia pronuntiare de Romanis Pontificibus generatim. At quod initio secundæ epistolæ legitur, de* S. Hilaro *intelligendum est, ubi dicitur:* Quam curam Apostolatus vester de provinciarum suarum sacerdotibus gerat, filio nostro illustri Vincentio provinciæ nostræ referente, cognovimus.

* dictaret

B

C

de illicitis ordinationibus Silvani Calagueritani;

* Galahorra

68 *Post prædicta in prima epistola explicant querelas suas de Silvano episcopo Calagueritano*, quòd jam ante septem aut octo annos* episcopum *ordinâsset* nullis petentibus populis, *monitusque se non correxisset. Deinde quòd presbyterum alterius diœceseos vel invitum ordinâsset episcopum* in eodem loco, qui illi fuerat distinatus. *Addunt episcopum Cæsaraugustanum illi malo remedium adferre voluisse; sed frustra. Cupiunt igitur* Apostolicis affatibus *instrui, quid sit agendum, litterasque concludentes ita loquuntur:* Erit profectò vester triumphus, si Apostolatus vestri temporibus, quod sancti Petri Cathedra obtinet, Catholica audiat ecclesia, si novella zizaniorum semina fuerint extirpata. *Postquam diu expectaverant responsum ad has litteras, illudque necdum impetraverant; fortasse quòd* Hilarus *alias quoque informationes ex Hispania ad se perferendas curaret; alteram ad* Hilarum *dederunt epistolam, in qua breviter de præcedenti meminerunt, responsum flagitantes; & aliam simul quæstionem aut potiùs supplicationem proponunt.*

69 *Hanc autem explicant sequentibus verbis:* Episcopus Barcinonensium civitatis sanctus Nundinarius sortem explevit conditionis humanæ. Hic episcopo venerabili fratri nostro Irenæo, quem ipse antea in diœcesi sua nobis volentibus constituerat, derelinquens ei, quod potuit habere paupertas, supremæ voluntatis arbitrio, in locum suum ut substitueretur, optavit: sed defuncti judicium in ejus meritum non vacillat. Siquidem omnis clerus & plebs ejusdem civitatis, & optimi & plurimi provinciales, ut idem ejus locum observaret, à nobis speraverunt dato consensu. Nos cogitantes defuncti judicium, & probantes ejus vitam, & eorum nobilitatem atque multitudinem, qui petebant, simul & utilitatem ecclesiæ memoratæ, optimum duximus, ut tanto sacerdoti, qui ad divina migraverat, non minoris meriti substitueretur antistes, præsertim cùm ecclesia illius municipii, in qua antè fuerat ordinatus, semper hujus civitatis ecclesiæ fuisse diœcesis constet. Ergo suppliciter precamur Apostolatum vestrum, ut humilitatis nostræ decretum, quod justè à nobis videtur factum, vestra auctoritate firmetis.

AUCTORE J. S. *ac deinde rogat, ut Irenæus, ad cathedram Barcinonensem ex alia translatus, confirmetur.*

70 *Ubi advenerat festivitas natalis* S. Hilari, *quem* XVII *aut* XIX *Novembris celebratum ostendi* § 4, *sanctus Pontifex cum episcopis, qui quadraginta & octo in actis enumerantur, concilium celebravit, ubi etiam tractatum est de quæstionibus per dictos episcopos Tarraconenses propositis. Concilium istud apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1060 *notatur habitum* Flavio Basilisco & Herminerico viris clarissimis consulibus, sub die decimo quinto Kalendarum Decembrium, *id est, die* XVII *Novembris anni* 465: *atque hanc epocham ceteris ita probabiliorem existimo secundum dicta* § 4, *ut tamen improbare nolim sententiam illorum, qui habitum credunt duobus diebus seriùs. Porrò si Acta illius concilii diligenter inspiciamus, videbimus totum fuisse absolutum unico die, & quidem paucis horis. Etenim* S. Hilarus *brevi sermone allocutus est antistites congregatos, iisque proposuit primùm canones ad ordinationes clericorum pertinentes, quos haud dubiè ipse ante concilium conceperat. Deinde de quatuor istis canonibus rogavit sententiam episcoporum, qui multis acclamationibus propositos canones approbârunt. Horum autem canonum tale apud Labbeum ubi integri cum episcoporum acclamationibus legi possunt, datur compendium:* Canones Nicæni vel Apostolicæ Sedis decreta custodiantur. 2. Ut bigami, aut viduæ aut corruptæ mariti, ad ecclesiasticos gradus (*aut potiùs ad sacros ordines*) non accedant. 3. Ut pœnitentes, aut insci litterarum, sive defectu membrorum aut decisione aliquid minus habentes, ad superiorem Ordinem non accedant. 4. Ut ea, quæ illicitè episcopus, vel decessor ejus ordinavit, ab eo, qui supereſt, emendentur.

Hilarus vita in natali suo concilium celebrans.

E

F

cum episcopis tractat de petita Irenæi confirmatione.

71 *Deinde* Hilarus *progressus est ad quintum canonem, qui spectat ad petitionem episcoporum Tarraconensis provinciæ. Illum verò proposuit his verbis:* Præterea, fratres, nova & inaudita (sicut ad nos missis de Hispaniis epistolis sub certa relatione pervenit) in quibusdam locis perversitatum semina subinde nascuntur. Denique nonnulli episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non divinum munus, sed hereditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas atque mortales, ita sacerdotium velut legali aut testamentario jure posse dimitti. Nam plerique sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare; ut scilicet non

legi-

AUCTORE J. S.

legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod quàm grave sit, æstimate. Atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesiis auferamus, ne (quod turpe dictu est) homini quispiam putet deberi, quod Dei est. *His dictis*, Hilarus *jussit legi in concilio secundam epistolam Tarraconensium episcoporum, quâ petebatur confirmatio Irenæi in episcopatu Barcinonensi, quia moriens Nundinarius rogaverat, ut is sibi substitueretur. Verba dedi num.* 68. *Episcopi verò, interlocuti epistolæ lectioni, dixerunt inter alia:* Hæc præsumptio nunquam fiat.

ac de ordinationibus Silvani: illi verò utrumque corrigendum censent:

72 *Demum* Hilarus *legi jussit primam Tarraconensium epistolam, quâ Silvanus Calaguritanus accusabatur, ut dictum est num.* 68. *Eâ verò lectâ, episcopi acclamârunt de prælectis, illa esse emendanda ac recidenda, canonesque servandos. Verùm cum singulorum quoque sententias rogaret* Hilarus; *Maximus Taurinensis episcopus locutus est primus, deinde Ingenuus Ebredunensis: hos secuti sunt alii quatuor, suas consequenter sententias breviter proferentes. Tum* ab universis

B

episcopis dictum est: sententias fratrum omnes sequimur, omnes confirmamus, & observandas esse decernimus. Exaudi Christe, Hilaro vita: dictum est sexies. Quæ malè admissa sunt, per te corrigantur: dictum est octies. Quod non licet, non fiat: dictum est octies. *Itaque cùm episcopi approbâssent omnes canones propositos, & Pontifici relinquerent correctionem eorum, quæ prælecta erant ex litteris episcoporum Tarraconensium, finita est synodus hoc modo:* Hilarus episcopus Ecclesiæ urbis Romæ, synodo præsidens, dixit: Quoniam præsentis definitionis formam, quæ secundum Sanctorum est statuta sententiam, in omnium ecclesiarum notitiam pervenire decernimus, ne cuiquam pro sui possit ignoratione licere, quod non licet, edere gesta notariorum solicitudo curabit.

concilium istud, cui nihil deest, unico die absolutum.

73 *Baronius ad annum* 465 *num.* 26 *observat*, Hilarum *de hac synodali sententia ad Tarraconenses scripsisse* tertio Kalendas Januarii, *indeque colligit* mensem unum & dies duodecim, *nempe usque ad diem datarum litterarum*, synodum *perdurâsse:* Cujus, *inquit*, aliquæ deesse videntur actiones, ut inter alia, quæ ab

C

adversaria parte pro Silvano episcopo allata fuisse, idem Hilarus Papa in dicta epistola docet. *Subjungit, etiam deesse constitutionem illam* Hilari, *de qua meminit Anastasius Bibliothecarius his verbis:* Hic fecit constitutum de Ecclesia in basilica ad sanctam Dei Genitricem Virginem Mariam consulatu Basiliſci & Hermenerichi XVI Kalendas Decembris. *Verùm vix possim dubitare, quin constitutum istud sint illi canones, quos habemus apud Labbeum, quosque* in omnium ecclesiarum notitiam pervenire *volebat* Hilarus. *Nihilo magis existimo, alias deesse actiones, aut concilium diutiùs durâsse quàm uno die. Quæ pro Silvano ad Pontificem allata sunt, haud dubiè ad manus* Hilari *pervenerunt post absolutum concilium; eaque effecerunt, ut diutiùs post concilium differret epistolam ad episcopos Tarraconenses, quia nova inde oriebatur deliberandi causa. Sanè ex illa ipsa epistola, ob quam concilium tam diu durâsse credidit Baronius, abundè liquet, illud satis diu antè habitum fuisse. De eo enim* Hilarus *sic loquitur:* Lectis in conventu fratrum, quos natalis mei festivitas congregârat, litteris vestris *&c. Vox* congregârat *ostendit, præteritum fuisse concilium, dum scribebat. Nihil igitur est, cur credamus, concilium plusquam uno die durâsse, cùm Acta omnino insinuent, unica tantùm vice congregatos fuisse episcopos, omniaque duarum horarum spatio facilè absolvi potuerint.*

D

Deinde cùm variarum civitatum populi pro Silvano intercederent;

74 *Porrò quinam pro Silvano scripserint, causamque ipsius excusandam magis quàm omnino defendendam susceperint, declarat* Hilarus *initio epistolæ suæ ad Ascanium & reliquos episcopos Tarraconenses hoc modo:* Postquam litteras vestræ dilectionis accepimus, quibus præsumptiones Silvani episcopi Calagurensium ecclesiæ retundi petistis, . . . honoratorum & possessorum Turiassonensium, Cascantensium, Calaguritanorum, Virgilensium *, Tricensium, Legionensium & Civitatensium, cum subscriptionibus diversorum, litteras nobis constat ingestas: per quas id, quod de Silvano querela vestra deprompserat, excusabant. Sed reprehensione justissima eorum pariter justa allegatio non carebat; quia præter conscientiam metropolitani, fratris & coëpiscopi nostri Ascanii, nonnullis civitatibus ordinatos claruit sacerdotes. *Ad populos enumeratos observo*, Turiassonenses *dici ab urbe Turiasone aut Turiassone in Aragonia, vulgò* Tarazona *dicta, non à Tarracone metropoli, ut perperam explicat Tillemontius.* Cascantenses *sunt incolæ Cascanti oppidi in regno Navarræ, quod vulgò* Cascante *dicitur.* Calaguritani *proprium defendebant episcopum. Quinam designentur per Virgilienses, Tricienses, Legionenses & Civitatenses, ignorare se, dicit Tillemontius. Cardinalis de Aguirre in Collectione conciliorum Hispaniæ tom.* 2 *pag.* 230 *generatim dicit:* Omnes ferè (*illi populi*) nunc post duodecim secula retinent eadem antiqua nomina, etiam Hispanicâ linguâ. *Verùm præter Turiassonenses & Cascatenses alii longè quærendi erunt ab urbe Calaguritana, si designentur nominibus etiamnum usitatis, quales sunt Legionenses & Civitatenses.*

* *al.* Varegiensium civitatis

E

Hilarus quidem improbat ordinationes Silvani,

75 *Quicumque autem fuerint populi, qui causæ Silvani patrocinabantur apud* S. Hilarum, *dubitare non possumus, quin aliquid eorum seu rationibus seu precibus de rigore remiserit* Hilarus, *fortasse ne schisma excitaretur: nam potentem & gratiosum fuisse Silvanum, ostendit tot populorum intercessio. Respondit igitur Pontifex per litteras eodem anno* tertio Kalendas Januarii *datas ad Ascanium & reliquos Tarraconensis provinciæ episcopos, quæ habentur apud Labbeum col.* 135. *In iis post verba modò data sic pergit:* Unde, quoniam quidquid ab alterutra parte est indicatum, omni videmus perversitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestum est, ut nihil deinceps contra præcepta beati Apostoli, nihil contra Nicænorum canonum constitutum tentetur. *In epistola privata ad Ascanium Tarraconensem, quæ sequitur apud Labbeum col.* 1037, *clariùs indicat, quid sentiat de ordinationibus Silvani, & cur ordinatos ab eo deponi non jubeat cum ipso auctore. Verba subjungo:* Et licèt hi, qui

F

præter notitiam atque consensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoveri: ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum, eos, qui episcopi facti sunt, ita volumus permanere, ut in Apostolicis præceptionibus & statutis sanctorum patrum non reperiantur obnoxii, ac deinceps nihil, quod contra disciplinam eccle-

siasticam

A siasticam veniat, sicut hactenus factum est, perpetretur.

sed ordinatos episcopatu non privat:

76 *Idem dicit sanctus Pontifex in epistola priori, in qua confirmat episcopos à Silvano ordinatos; sub conditionibus tamen his, si non sint bigami, aut viduæ vel corruptæ mariti. Vetat, ne episcopi duo sint in eadem ecclesia: ne litterarum ignari, aut pœnitentes, sive illi, qui ad publicam pœnitentiam fuerant condemnati, promoveantur ad episcopatum, & ante omnia ne ullus consecretur antistes* præter notitiam & consensum *metropolitani. Deinde episcopos, ne importunis populi precibus cedant, his monet verbis:* Nec tantùm putetis petitiones valere populorum, ut, cùm his parêre cupitis, voluntatem Dei nostri, qui nos peccare prohibet, deseratis. Cujus indignatio ex hoc gravius commovetur, quia benignitas ejus, dum fiunt illicita per eos, qui sunt interpretes placationis, offenditur. *Ita* S. Hilarus *ad primam Tarraconensium epistolam respondit. At nequeo invenire, eum dixisse, partim fuisse falsa, quæ retulerant episcopi Tarraconenses, licèt Tillemontius id eum dicere affirmet. Magis video eum*

B *fecisse, sicut fieri in Ecclesia, deinde scripsit S. Gregorius Magnus in epistola 64 lib. XI ad Augustinum Anglorum episcopum, ità loquens:* In hoc enim tempore sancta Ecclesia quædam per fervorem corrigit, quædam per mansuetudinem tolerat, quædam per considerationem dissimulat atque portat, ut sæpè malum, quod adversatur, portando & dissimulando compescat. *Hæc jam prudenter advertit laudatus Cardinalis de Aguirre.*

Irenæum verò ad propriam ecclesiam redire jubet:

77 *Severiùs ad alterum Tarraconensium petitionem respondit* Hilarus, *quia Irenæus episcopus facilè poterat in ecclesia sua manere, & tantùm petebatur translatio ipsius ad ecclesiam Barcinonensem, ita ut hæc non omnino esset penitùs. Cùm hæc translatio tum per se canonibus esset contraria, tum quia Irenæus ad ecclesiam Barcinonensem petitus erat per episcopum præcedentem; respondit* Hilarus *esse* nimis illicita vota *Barcinonensium, reprehenditque episcopos, quòd postularent, ut ea haberentur rata. Deinde ait se mittere decreta concilii in natali suo habiti, atque ita pergit:* Unde remoto ab ecclesia Barcinonensi, atque ad sua remisso Irenæo

C episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus episcopus ordinetur, qualem te præcipuè, frater Ascani, oporteat eligere, & deceat consecrare. *Addit inferiùs:* Quod si Irenæus episcopus ad ecclesiam suam, depositio improbitatis ambitu, redire neglexerit, quod ei non judicio, sed humanitate præstabitur, removendum se ab episcopali consortio esse cognoscat.

mittitque subdiaconum, ut mandata observentur.

78 *Demum, ut omnia meliùs executioni mandarentur,* Hilarus *litteras suas in Hispaniam perferendas dedit Trajano subdiacono, ut monet in prima epistola, iterumque in altera ad solum Ascanium his verbis:* Nec unius ecclesiæ duo esse permittantur antistites, quod opportuniùs supradicti subdiaconi (*Trajani*) fieri delegamus instantiâ, quem etiam pro conservanda Ecclesiæ disciplina commeare ad Hispanias dispositionis nostræ fecit auctoritas. *Ita res ecclesiasticas partim lenitate, partim severitate in Tarraconensi provincia componere voluit Hilarus, cujus gesta omnia loquuntur, diligentissimum fuisse disciplinæ ecclesiasticæ vindicem; sed pariter benignum in iis corrigendis, quæ jam erant malè peracta.* AUCTORE J. S.

§ VII. Sanctus resistit hæretico Macedoniano: de anno & die mortis differitur.

Sanctus resistit hæretico imperatoris amico:

PRæter loca sacra à S. Hilaro *constructa aut ornata, de quibus agam post commemoratam ipsius mortem, unicum factum supereſt referendum, ex quo colligi potest, sanctum hunc Pontificem non minùs strenuum fidei quàm disciplinæ ecclesiasticæ fuisse defensorem. Anthemius imperator, quando primùm venit Romam, familiariter utebatur Philotheo hæretico Macedoniano: atque hic ea familiaritate abuti voluit ad Romanam urbem hæresi corrumpendam; sed fortiter sibi resistentem invenit* S. Hilarum. *Factum id latuisset posteros, sicut alia multa* S. E Hilari *gesta, nisi S. Gelasius Papa de eo meminisset in epistola sua 13 ad episcopos Dardaniæ apud Labbeum tom. 4 col. 1208, ubi ita habet:* Sanctæ memoriæ quoque Papa Hilarus Anthemium imperatorem, cùm Philotheus Macedonianus, ejus familiaritate suffultus, diversarum conciliabula nova sectarum in Urbem vellet inducere, apud beatum Petrum apostolum palàm, ne id fieret, clara voce constrinxit, in tantum ut non ea facienda cum interpositione sacramenti idem promitteret imperator. *Ex hoc facto etiam liquet,* S. Hilarum *vixisse usque ad imperium Anthemii.*

mors S. Hilari à Marcellino & aliis figitur anno 467.

80 *Marcellinus in Chronico ad annum 461, quo* S. Hilari *pontificatum rectè orditur, scribit ipsum sedisse* annos sex; *& consequenter ad annum 467 ponit initium imperatoris Anthemii, & S. Simplicii Papæ, qui* S. Hilaro *defuncto successit. Itaque si credimus Marcellino,* S. Hilarus *obiit eodem anno, quo Anthemius suscepit imperium, quod alii dicunt contigisse mense Aprili, alii mense Augusto. Itaque, si vera scripsit Marcellinus), obitus* Hilari *non contigit prioribus anni mensibus, sive mense Februario aut Martio, ut aliqui volunt; sed potest contigisse mense Septembri, ut credunt alii. Idacius in Chronico figit elevationem Anthemii ad imperium* anno Leonis imperii octavo, mense Augusto, *id est, anno 465; ac* Hilari *mortem,* sex sacerdotii sui annis expletis, *biennio pòst, ita ut hic etiam designet annum 467. Marianus Scotus, quem etiam pro morte* Hilari *figenda allegandum crediderunt aliqui, mortem ipsius locat ad annum 469, IX Kalendas Martias. Idem ad annum 461 dicit:* Hilarius Papa quadragesimus sextus post Petrum ordinatur 2 Idus Novembris, qui sedit annis septem mensibus sex. *Nequaquam dubito, quin fere tot sint menda, quot verba; & tamen hujus scriptoris sententiam pro assignatis ordinationis & obitûs diebus mirè hîc exosculatur uterque Pagius.*

recentiorum opinio de die & anno mortis varia est:

81 *Catalogi Romanorum Pontificum in designanda duratione pontificatûs non consentiunt. Antiquus catalogus, apud nos editus ante tomum 1 Aprilis, pag. 34 hæc habet:* Sedit annis quinque, menses tres, dies decem. *Opus de Vitis Pontificum, Anastasio Bibliothecario attributum,*

AUCTORE J. S.

tributum, in pluribus codicibus habet : Sedit annis sex, mensibus tribus, diebus decem. *Aliqui tamen codices cum mensibus & diebus jam dictis annos septem* Hilaro *attribuunt, prout etiam faciunt Platina in Vitis Pontificum, & auctor anonymus in Vitis Mss. Pontificum, usque ad annum* 1430 *productis. Recentiores scriptores de anno & die emortuali dissentiunt. Baronius quidem ad annum* 467 *num.* 4 *ita habet :* Hoc namque anno, quarto Idus Septembris idem Hilarus Pontifex moritur, cùm sedisset annos sex (quinque *voluit dicere, ut liquet ex initio & fine pontificatûs ab ipso assignatis, atque ita correxit tom.* 10 *pag.* 960) menses decem, minùs duobus diebus. *Papebrochius noster in Propylæo Maii in* Hilaro, *mortem ejus figendam credidit die* XXI *Februarii ejusdem anni* 467 ; *at opinionem illam deserendam existimo ob rationes mox dandas : nec ipse Papebrochius certam credidit, sed catalogo nostro Pontificum Romanorum magis conformem. Tillemontius notâ* 2. *in* S. Hilarum *hæret ambiguus, utrùm mortuus sit* x *Septembris anni* 467, *an* XXI *Februarii aut.* 2 *Martii anni* 468. *Atque hi omnes suam edicunt sententiam sine multa contentione ut magis probabilem.*

B

Pagius contendit Hilarum obiisse die XXI *Februarii anni* 468 ;

82 *Verùm non is est stylus Pagii in Critica Baroniana ad annum* 467 *num.* 3. *Non nisi certa is proferi, si modò dicenti credere velimus.* Baronium, *inquit*, Papebrochium alioſque hactenus decepit Marcellinus in Chronico, qui sub hujus anni consulibus Simplicii successoris Hilari Papæ initium recitavit. Nam S. Hilari obitus anno tantùm sequenti contigit : isque non annos quinque & aliquot menses, ut omnes recentiores ei attribuêre, sed annos sex, menses tres, dies decem, Ecclesiam Romanam administravit, ut liquet tam ex Anastasio, Orderico lib 2, Luitprando, Abbone Floriacensi, & Honorio Augustodunensi, quàm ex Catalogo Vaticano-Palatino, sex catalogis nostris, Reginone, Hermanno Contracto, aliisque, nisi ubi numeri mendosè descripti. Marianus Scotus in Chronico, qui nos diem ejus natalem edocuit, rectè etiam diem ejus emortualem notavit, Scribit enim : "Hilarius Papa obiit IX Ka„ lend. Martii, id est die XXI mensis Februarii: ad quem diem Bollandus ait, eum adscriptum

C

esse Florario SS., & Maurolyci, Galesinii, Canisii Martyrologiis, variisque Kalendariis, & Greveni ad Usuardum Auctario. Non itaque Hilarus depositus die x mensis Septembris, quo in Martyrologio Romano colitur, quôve sepultum dicit Anastasius, sed eo die ejus corpus translatum ; cùm anni sex, menses tres, & dies decem, quibus Romanæ Ecclesiæ præfuit, die XXI mensis Februarii anni Christi CCCCLXVIII absolvantur. Post mortem ejus cessavit sedes, non dies decem, ut habent Anastasius, Auctor auctioris catalogi Pontificum Rom., & varii catalogi nostri, sed dies tantùm quatuor, ut ex ipsomet Anastasio in morte Simplicii videbimus. *Hactenus Pagius multa conglomerans, sed pleraque omnino ad rem inutilia.*

sed nec Mariani, qui, ipse sibi contradicit,

83 *Etenim, si omnia maturo judicio expendamus, vel unicus Marcellinus, (cui tamen & Idacius est conformis) collatus cum antiquis Martyrologiis, toti cumulo Pagii præponderabit. Quare generatim primò asserere non dubito, instrumenta ab ipso laudata, non tantùm favere ipsius sententiæ, quantùm adversantur : nec ullum ex omnibus esse, ex quo probari pos-*

sit, S. Hilarum *obiisse die* XXI *Februarii anni* 468, *etsi constaret de certa monumenti fide. Unicus est Marianus Scotus, qui cum Pagio de die emortuali consentit, idemque dissentit de anno, & de duratione pontificatûs. Quin & sibi ipsi ille contrarius est, cùm septem anni & sex menses, quos pontificatui attribuit, non congruant cum initio & fine ab ipso statutis. Certum igitur est, errare Marianum Scotum in anno emortuali* S. Hilari, *atque in annis ac mensibus pontificatûs ipsius : neque in his eum sequi voluit Pagius, uti nec in obitûs die S. Leonis, nec in anno mortis S. Simplicii. Velim igitur scire, cur Marianum hîc tanti faciat uterque Pagius, ut prior ad annum* 461 *num.* 14 *asserat indubitanter. eum ordinationis diem* S. Hilari in antiquo aliquo monumento notatum *invenisse, idemque de die emortuali alter pari confidentia affirmet in* Hilaro *num.* 13. *Frustra hîc alias asserti illius rationes investigabo, quàm quòd dies à Mariano in* Hilaro *assignati placuerint Pagio, ejusque ratiociniis utcumque congruant. Hinc illi in antiquo monumento inventi : reliqua verò per errorem à Mariano scripta.*

D

E

nec recentiorum aliquot martyrologorum auctoritas hîc magni facienda est :

84 *Mariano Pagius adjungit quinque Martyrologia, & aliquot Kalendaria, in quibus memoria* S. Hilari *ponitur ad* XXI. *Februarii. Tam citò oblitus erat eorum, quæ dixerat ad annum* 461 *num.* 4, *differens de die obitûs S. Leonis ;* Indeque evidentissimè patet, vulgarem opinionem, quæ per tot sæcula obtinuit, quæque etiamnum à multorum animis evelli vix potest, Sanctos scilicet iis, quibus coluntur, diebus ad cælos evolâsse, locum imposterum habere non posse. *Perperam quidem ea dicit Pagius, ut infrà ostendam. Verùm interim* evidentissimè patet, *Pagium leviter rejicere auctoritatem antiquissimorum Fastorum, dum ratiociniis ipsius sunt contraria ; nec tamen erubescere in numerum probationum adducere Martyrologia neoterica, dum ea sibi faventia credit : nam ex omnibus, quæ adduxit, nullum est vetustius sæculo* XV. *Talia sanè Martyrologia nequeunt prodesse ad investigandum diem emortualem Sancti sæculo* V *defuncti. Præterea in omnibus illis memoria* S. Hilari *etiam annuntiatur die* x *Septembris, ut jam observavi num.* 4. *Itaque Martyrologia illa æquè ac Marianus Scotus inutilia sunt ad probandam Pagii opinionem. Fortè martyrologus aliquis ex Mariano diem illum assignavit* Hilaro : *deinde verò alii, ut fit, primum illum secuti fuerint.*

F

nec duratio pontificatûs, quæ potiùs duceret ad XXVIII *Februarii,*

85 *Reliqua monumenta, à Pagio laudata, non habent*, S. Hilarum *obiisse die* XXI *Februarii. Contrà Abbo Floriacensis de* S. Hilaro *dicit :* Qui sepultus est ad S. Laurentium in crypta juxta corpus B. Xisti episcopi, IV Idus Septemb. *Laudavit igitur catalogos Pontificum, reliquosque scriptores enumeratos, ut ex iis ostenderet*, Hilarum *sedisse* annos sex, menses tres, & dies decem ; *utque ex illa pontificatûs duratione perveniret à die* XII *Novembris anni* 461 *usque ad diem* XXI *Februarii anni* 468. *Hoc est præcipuum & unicum fundamentum sententiæ Pagii. Verùm primò observo, non die* XXI *Februarii, sed die* XXVIII *ejusdem mensis obiisse* S. Hilarum, *si vera est illa duratio pontificatûs, quam assignant catalogi plerique cum scriptoribus, qui eos deinde sunt secuti : neque enim à die* XII *Novembris inchoari debet pontificatus* Hilari, *sed probabiliùs à die* XVII *ejusdem mensis, ut ostendi* § 4. *Laudatus antè Tillemontius*

A *tius mavult durationem illam extendere usque ad 2 Martii, quia pontificatum* S. Hilari *inchoat* XIX *Novembris, sive à die ordinationis. Hisce observatis, ut intelligat lector, annos sex, menses tres, & dies decem, quibus sedisse dicitur* S. Hilarus, *non necessariò ducere ad* XXI *Februarii, restat examinandum, an omnino credendum sit, exactum esse illud Sedis spatium.*

ex catalogis, ipso Pagio judice, sæpè aberrantibus,

86 *Tota dubitatio eò reducitur, utrùm magis credendum sit catalogis Pontificum, an antiquis Martyrologiis invicem consentientibus. Baronius passim secutus est Martyrologia antiqua contra catalogos, quando noverat sanctos Pontifices in vetustis Martyrologiis notatos. Pagius ipse Baronium corrigere voluit ex vetustis Fastis contra dictorum catalogorum computationes. Accipe, lector studiose, exemplum, quod se mihi primum obtulit. Ad annum* 398 *num.* 2 *Baronium de die emortuali S. Siricii corrigere voluit his verbis :* Mortem S. Siricii Papæ consignatam reperimus ad VI Kalend. Decemb., seu ad diem XXVI mensis Novembris in Martyrologiis excuso Bedæ, (*quod Bedæ non est,*) attributo divo Hieronymo, Rabani, aliisque à
B Bollando ad diem XXII mensis Februarii inter Prætermissos citatis. Quare cùm die XXII mensis Decembris anni CCCLXXXIV Pontifex Romanus consecratus fuerit, sedit annos tredecim, menses undecim, dies quinque, non verò, ut Anastasius & passim catalogi habent, annos quindecim, menses undecim, & dies viginti quinque. *Ita ad annum* 423 *num.* 6 *S. Bonifacii Papæ diem mortualem ex Martyrologio Hieronymiano definit, non ex catalogis. Non quæro, an vera sint omnia, quæ hìc & ibi dicit Pagius : id solùm observo, auctoritatem vetustorum Martyrologiorum ipsius quoque judicio catalogorum computationibus præferri posse. Atqui depositio* S. Hilari *in pluribus Fastis antiquis legitur ad* X *Septembris, quàm depositio S. Siricii ad* XXVI *Novembris. Itaque, vel ipso Pagio judice, standum hìc est Fastis, non catalogis frequenter aberrantibus, præsertim cùm & Marcellinus stet contra Pagium pro anno* 467.

tam certa videri debet,

87 *Ad annum* 402 *num.* 16 *rursum ex Martyrologiis obitum Anastasii Papæ contra librum Pontificalem definit Pagius. Idem Pagius ad annum* 418 *num.* 71 *ait :* Zozimi Sedis
C duratio quoad menses & dies .... in omnibus Anastasii exemplaribus, ab aliis citatis aut à me visis, mendosè descripta. *Ad annum* 440 *num.* 2 *dicit :* Idem Anastasius à morte Damasi Papæ usque ad S. Leonis obitum (*id est, in octo Pontificibus consequenter*) nullum interpontificium sine errore notavit, sed ea ferè omnia eodem dierum numero, scilicet XX aut XXI, etiam illud, quod post Sixti mortem fuit, circumscripsit : quod evidenter demonstrat, eum hoc in capite cæcutiisse, & proprium calculum, non verò aliqua antiqua monumenta secutum esse. *Hæc Pagius ipse, ex quo pauca illa, quæ se prima in eodem tomo obtulerunt, adferre volui, ut studiosus lector advertere possit, quo ille loco habeat catalogos Pontificios, ubicumque chronotaxim suam iis nequit accomodare. Ille confidenter annos, menses, dies, in iis enumeratos, auget aut minuit, & sæpè levi de causa. Judicavit igitur Pagius catalogos istos non carere erroribus sat frequentibus, dum enumerant annos, menses & dies summorum Pontificum : atque ea de re ipse dubitare nequeo, dum catalogos istos perlustro. Hinc satis mirari non pos-*

AUCTORE J. S.

sum, qua demum ratione opiniones suas, seu computationes tam ambiguo fundamento nixas, ut certas obtrudere voluerit Pagius, cùm nihil certi ratiocinando inveniri possit, nisi fundamenta sint utcumque certa. Afferat aliquis conjecturas prudentissimas ad corrigendum catalogos, aut ad eos cum certioribus monumentis conciliandos ; laudabili labore probabilia afferre poterit, non certa aut indubitata, cùm ex incertis nequeant certa erui.

ut non potiùs standum sit vetustissimis Martyrologiis

88 *Videamus modò, an æquè incertum fundamentum pro die emortuali alicujus Sancti habeatur ex Martyrologiis vetustis, S. Hieronymi nomine insignitis. S. Gregorius Magnus lib.* 8 *epist.* 29 *ad Eulogium de illo Martyrologio loquitur, quando dicit :* Non tamen in eodem volumine quis qualiter sit passus indicatur ; sed tantummodo nomen, locus, & dies passionis ponitur. *Itaque, teste Gregorio, Sancti illo tempore scribebantur in Martyrologiis illo ipso die, quo erant coronati Martyrio, & consequenter confessores eo die, quo obierant. Atqui nomen* S. Hilari *Papæ omnibus passim Hieronymianis Fastis adscriptum est die* X *Septembris, nec illud ullo alio die in laudatis Fastis legitur. Longè igitur probabilius est, eum obiisse die* X *Septembris, & anno* 467, *quàm quovis alio die. Fateor quidem, subinde accidere, ut nomen alicujus Sancti in Fastis Hieronymianis alio die legatur, quàm quo obierat ; sed rarius id fit, & tunc aliqua præcessit ratio, quæ non videtur locum habere posse in* S. Hilaro, *præsertim cùm Romæ annuntietur, & unico tantùm die in illis Fastis.*

E

tum Marcellino collatis : ex quibus mors figenda anno 467, *die* X *Septembris.*

89 *Etenim cùm* Romæ, *ubi haud dubiè obiit, memoretur in Fastis ; credibile non est, id fieri ob aliquam translationem : nam nulla umquam corporis translatio videtur facta, aut certè nulla innotuit. Verisimile quoque non est, ignotam fuisse diem emortualem* Hilari, *quando Fastis insertus est ; ideoque probabilius est, nomen ipsius eo die legi in Fastis, quo obiit, quemadmodum passim fieri in Fastis Hieronymianis jam monui. Accedit auctoritas Marcellini, mortem* S. Hilari *anno* 467 *figentis. Illo autem anno certò non obiit, si obierit mense Februario aut Martio, quia Anthemius necdum illis mensibus anni* 467 *erat imperator. Contrà annus à Marcellino assignatus rectè cum mense Septembri poterit convenire ; quia Anthemius certò imperium susceperat, & Romam venerat anno* 467 *ante mensem Septembrem. Quare concludere licet, adeo non videri certam Pagii opinionem, ut Baronii sententia longè quoque appareat probabilior, idque dicendum fuisse ipsi Pagio, si antiqua monumenta eodem semper modo ponderâsset.*

F

§ VIII. Ædificata, fundata, & ornata per S. Hilarum loca sacra, aliaque munificentiæ ipsius indicia.

Hilarus tria oratoria baptisterio Lateranensi addidit,

MAgnificentiam S. Hilari *in locis sacris exstruendis ornandisque in hunc locum servavi, quia ad ordinem temporis nequit revocari. Anastasius in* Hilaro *de iis ita orditur :* Hic fecit oratoria tria in baptisterio basilicæ

AUCTORE J. S.

Constantinianæ (*quæ aliàs* Lateranensis *dicitur quæque condita est à Constantino Magno*,) S. Joannis Baptistæ, & Joannis Euangelistæ, & sanctæ Crucis, omnia ex argento & lapidibus pretiosis. *Tria illa oratoria, sunt totidem ædificia separata, Lateranensi baptisterio adjuncta. Basilicam Lateranensem, atque omnia ædificia ad eam spectantia, quæ etiamnum exstant, aut aliquando exstiterunt, describit in singulari Opere, quod inscribitur de Basilica & patriarchio Lateranensi, Cæsar Rasponus ejus basilicæ canonicus, ad purpuram Cardinalitiam deinde evectus : idemque pag.* 386 *oculis exhibet ichnographiam omnium antiquorum ædificiorum ad celeberrimam illam basilicam spectantium. Similem tabulam ichnographicam dedit Joannes Ciampinus in Opere de sacris ædificiis à Constantino Magno constructis pag.* 14, *ubi etiam de basilica Lateranensi agit post Rasponum.*

ipsumque perfecit baptisterium,

B

91 *Uterque agit de baptisterio. consentitque insigne esse ædificium formæ octangularis. Illud à Constantino Magno juxta basilicam structum fuisse, scribit Rasponus lib.* 3 *cap.* 1, *non tamen omnino perfectum, quod ille attribuit S. Sixto Papæ III, cui post S. Leonem intermedium successit* Hilarus. *At Ciampinus pag.* 24 *recitat hanc ex Grutero pag.* 1163 *inscriptionem :* Hic locus olim sordentis tumuli squallore congestus, sumptu & studio Christi famuli Hilari Episcopi, juvante Domino, tanta rudera mole sublata, quantum culminis nunc videtur, ad offerendum Christo Deo munus ornatus atque dedicatus est. *Cùm autem hæc inscriptio fuerit, teste Grutero,* ad fontem, *sive in baptisterio* S. Joannis in Laterano ; *inde colligi videtur,* S. Hilarum *baptisterio ultimam manum apposuisse, locumque demum divino cultui dedicâsse. Quapropter placet mihi sententia Ciampini, qui existimat splendidum illud ædificium à Constantino tantùm inchoatum, promotum à Sixto III, & perfectum ab* Hilaro. *Huic opinioni minimè repugnant, quæ apud Anastasium Bibliothecarium leguntur in Sixto III :* Hic fecit in basilica Constantiniana ornamentum super fontem, quod antè ibi non erat, id est, epistylia marmorea, & columnas porphyreticas erexit, quas Constantinus augustus congregatas dimisit, & jussit ut erigerentur, quas & versibus exornavit. *Quippe, his factis, plura poterant perficienda restare, eaque perfeciisse dicitur* Hilarus.

ad cujus latera duo opposita condidit duo oratoria,

C

92 *Huic autem baptisterio ad duo latera invicem opposita* S. Hilarus *addidit memorata oratoria S. Joannis Baptistæ & S. Joannis Euangelistæ. Eadem utriusque ornamenta describit Bibliothecarius, post verba superiùs data sic pergens :* Confessionem S. Joannis Baptistæ fecit ex argento, quæ pensabat libras centum ; & crucem auream. Et confessionem S. Joannis Euangelistæ fecit ex argento, quæ pensabat libras centum ; & crucem auream : & in ambobus oratoriis januas æreas & argento clusas. *Eminentissimus Rasponus lib.* 3 *cap.* 7 *de januis ait :* Imprimis portas ex ære fabricandas, variisque cælaturis argenteis ingeniosè distinguendas curavit, cum duabus inscriptionibus, à dextera quidem : IN HONOREM S. JOANNIS BAPTISTÆ ; à læva : HILARUS EPISCOPUS DEI FAMULUS OFFERT. Ex quibus portis æs quidem integrum eâdem formâ, quâ erat antiquitus, adhuc superest : argentum verò incolume esse passæ non sunt innumeræ clades, quas post Hilari tempora ab hostium civiumque injuriis Urbs & Ecclesia interim accepit. *Laudatus scriptor ibi & alia quædam ex Anastasio his sacellis attribuit ornamenta ; de quibus agam inferiùs.*

D

alterum S. Joannis Baptistæ, quod describitur,

93 *Deinde ita pergit :* Forma hujus oratorii est quadrata, & in ipsum introeuntibus aditus patet ad dexteram baptisterii, legiturque supra januæ marmoreum epistilium hæc epigraphe. HILARUS EPISCOPUS SANCTÆ PLEBI DEI. Quod epistilium duabus elegantibus columnulis porphireticis fulcitur cum capitellis viridibus ex lapide ophite, quem serpentinum vocant. Oratorium ipsum exiguum est, ejus autem concameratio elegantissimè interfecta cernitur opere munuo *, variisque pavonum, & animantium aliarum emblematis nitet, agnumque in umbilico solemnem Christianæ mansuetudinis effigiem habet. Altare muro adfixum est, geminisque striatis columnis pretiosissimis ex lapide ophite continetur, & in loculamento marmoreo incrustaturæ elegantioris sancti Joannis Baptistæ simulacrum situm est. Habet verò ad dexteram pariter, & ad lævam duas apsidulas, & tota demum ædicula opere tectorio exornata nuper à Clemente octavo est ; olim enim incrustatum marmoreis tabulis universum hoc oratorium fuisse testatur Panvinius, & * in ejus, qui quatuor erant, angulis columnas tres ex alabastro fuisse, atque unam ex marmore cum hac inscriptione supra vestibuli ejus zophorum incisa. DOMINE DILEXI DECOREM DOMUS TUÆ. *Varia de donariis & reliquiis ejusdem oratorii apud Rasponum videri possunt.*

* *forte* musivo

E

alterum S. Joannis Euangelistæ in gratiarum actionem :

94 *Hic scriptor mox cap.* 8 *de oratorio S. Joannis Euangelistæ, quod è regione alterius* S. Hilarus *construxit, observat, illud ab eo ædificatum fuisse, quia credidit se protectione S. Joannis, Ephesinæ civitatis patroni, incolumem evasisse è latrocinio illo Ephesino, de quo egi* § 2 & 3. *Confirmatur id ex inscriptione, de qua portam oratorii describens, ita habet :* Portam habet marmoream, in cujus epistylio, quod duabus columnis è lapide porphyretico, sicut oratorii alterius janua, fulcitur, hæc verba incisa sunt : LIBERATORI SUO JOANNI EUANGELISTÆ HILARUS EPISCOPUS FAMULUS CHRISTI. *Præter jam data, hæc item affert ad propositum nostrum :* Figura ejus (*oratorii*) dimidiæ crucis similis est : testudo miri operis ex lapillulis elegantissimis structuræ musivæ floreis sertis pulcherrimis distincta, in quorum medio Agni venerabilis species in intuentium oculos incurrit. Sacellum in quatuor arcus extruitur, & hoc à se reparatum Clemens VIII variis & selectis marmoribus convestivit .... Altare oratorii hujus muro adhæresci, & duabus columnis ex alabastrite exornatur, quarum bases & capitella ænea sunt miro artificio elaborata, & spectatur medio loco statua S. Joannis Euangelistæ opera fusili perfecta elegantissimè ... Postes januæ, quibus oratorium clauditur, æneæ sunt ; aliæ tamen ab illis, quæ ab Hilaro Pontifice, oratorii hujus conditore, constructæ sunt *&c.*

F

tertium est sanctæ Crucis nunc destructum, quod multis dotavit ornamentis ;

95 *De oratorio sanctæ Crucis Rasponus cap.* 9 *hæc habet :* Versus Occasum à latere baptisterii olim erat oratorium sanctæ Crucis, pariter ab Hilaro Pontifice constructum, & ad quod per ejusdem sacri fontis januam iter erat. Hoc oratorium extabat adhuc tempore Sixti V, habebatque ante areolam parvam porticum circumvallatam, quæ septem columnis, & tribus parastatis fulciebatur. Portæ verò peristylium sustenta-

A ſtentabatur duabus columnis ex alabaſtro ſtriatis . . . Januæ erant æneæ argento interſtinctæ, & ipſa ædicula formam crucis referens ſtructurâ quadratâ, adeo elegantis ſcitique erat artificii, ut non deſint auctores graviſſimi, qui Vaticanæ baſilicæ delineationem à Michaële Angelo ex hoc oratorio depromptam tradant *&c. De ornamentis hujus oratorii per* Hilarum *factis Bibliothecarius ſic habet :* Oratorio ſanctæ Crucis fecit confeſſionem, ubi lignum Dominicum poſuit, cum cruce aurea cum gemmis, quæ penſabat pondus librarum viginti. Fecit ex argento puriſſimo in confeſſione januas, penſantes pondus librarum quinquaginta : ſupra confeſſionem aureum arcum, qui penſabat libras quatuor ; quem portant columnæ onychinæ, ubi ſtat agnus aureus, penſans libras duas : coronam auream ante confeſſionem : pharos cum delphinis *(inſtrumenta ſunt ad lumina continendum, à figuris ſuis dicta)* quæ penſant libras quinque : lampades aureas numero quatuor, penſantes libras duas. *Hactenus de ornamentis intra oratorium conſtructis.*

B *& ante quod conſtruxit nymphæum magnificum ;* 96 *Deinde alia refert ante oratorium erecta, ita pergens :* Nimphæum & triporticum ante oratorium ſanctæ Crucis *exſtruxit* ; ubi ſunt columnæ miræ magnitudinis, quæ dicuntur hecaton, penta. *Ad has voces obſervat Blanchinus, à Nardino pro* hecaton, penta *legi* hecatopeda ; *putatque eum eſſe ſenſum, ut columnæ à mira altitudine dicantur* centumpedales. *Vox* hecatonpenta, *aliàs* hecatompeta *&* hecatompeda *mirè variatur, ut incertum ſit, quid illâ ſignificetur. Obſcura etiam ſunt ſequentia, quæ de eodem loco addit Anaſtaſius :* Lacus & conchas triantas duas cum columnis porphyreticis ragiatis * foratis aquam fundentes, & in medio locum porphyreticum cum concha aſſirta * in medio aquam fundentem, circumdatam à dextris vel ſiniſtris : in medio cancellis æreis & columnis cum faſtigiis & epiſtyliis undique ornatum ex muſivo, & columnis Aquitanicis *ſeu marmoris Aquitanici* & tripolitis & porphyreticis. *Hæc omnia ad nymphæum ejuſque locum ſpectant. Jam verò per* Nymphæum *hîc deſignatur fons aquæ ſalientis arte compoſitus, qui erat in loco ſive ædificio, quod* triporticum *erat,*

C *ſeu tribus conſtabat porticibus, & conditum erat ad lavandum ibi manus vel caput. Hinc lacus ad aquam continendum, & conchæ ad excipiendum. Columnæ ſerviebant partim ad ornatum, partim ad porticus ſuſtinendos ; reliqua ad ornatum.* Nunc verò ſtructuræ hujus tam eximiæ ne veſtigium quidem ſupereſt, *inquit laudatus Raſponus.*

97 *Anaſtaſius verò redit ad oratorium S. Joannis, alia dona eidem oblata recenſens hoc modo :* Ante confeſſionem beati Joannis *(fecit)* coronam argenteam, penſantem libras viginti : pharum cantharum, penſans libras viginti quinque. *Item ad* ſanctum Joannem intra ſanctum fontem lucernam auream cum nixis * luminum decem, penſantem libras quinque : turrem argenteam cum delphinis, penſantem libras ſexaginta : columbam auream, penſantem libras duas. *Deinde recenſet aliqua ipſi baſilicæ Lateranenſi data, ſic pergens :* In baſilicam Conſtantinianam phara-canthara argentea, quæ pendent ante altare decem, penſantia ſingula libras viginti : ſcyphum aureum, penſantem libras ſex : calices aureos, penſantes ſingulos libram unam : ſcyphos argenteos duos, penſantes ſingulos libras decem : alium ſcyphum aureum, penſantem libras quinque : calices miniſteriales argenteos viginti, penſantes ſingulos libras duas : amas argenteas quinque, penſantes libras decem. *Hactenus de datis eccleſiæ Lateranenſi. Ad hæc ſolùm obſervo*, coronas, pharos-cantharos *aut* phara-canthara, *eſſe inſtrumenta diverſarum formarum, quibus multa ſimul lumina imponebantur. De his videri poteſt in deſcriptione baſilicæ Vaticanæ apud nos tom.* VII *Junii pag. 129 & ſeq.*

98 *Poſt præmiſſa Anaſtaſius incipit recenſere dona eccleſiæ S. Petri oblata, de quibus ſic loquitur :* Ad beatum Petrum apoſtolum *(fecit)* ſcyphum aureum, penſantem libras quindecim, alium ſcyphum aureum cum gemmis praſinis & hiacynthinis, penſantem libras quatuor : calices argenteos miniſteriales decem, penſantes ſingulos libras duas : amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras octo : phara-canthara argentea viginti quatuor, penſantia ſingula libras quinque. *De ſimili liberalitate in eccleſiam S. Pauli ita proſequitur :* Ad beatum Paulum apoſtolum, ſcyphum aureum, penſantem ſing. * libras quinque : ſcyphos argenteos quatuor, penſantes ſingulos libras ſex : calices miniſteriales argenteos decem, penſantes ſingulos libras ſeptem : amas argenteas duas, penſantes ſingulas libras decem. *Plura hiſce ſubjicit, eccleſiæ S. Laurentii data :* Ad beatum Laurentium martyrem *(fecit)* ſcyphum aureum cum gemmis praſinis & hiacynthinis, penſantem libras quatuor : lucernam auream nixorum decem, penſantem libras quinque : ſcyphum aureum puriſſimum, penſantem libras quinque : lampadas aureas duas, penſantes ſingulas libram unam : pharam-cantharam auream, penſantem libras duas : turrem argenteam cum delphinis, penſantem libras viginti quinque : ſcyphos argenteos tres, penſantes ſingulos libras triginta quatuor : calices argenteos miniſteriales duodecim, penſantes ſingulos libras duas : altare argenteum, penſans libras quadraginta : lampadas argenteas decem, penſantes libras duas : amas argenteas duas, penſantes libras decem : in baſilica beati Laurentii martyris phara-canthara argentea decem, penſantia ſingula libras decem : canthara ærea viginti ſex : miniſteria ad baptiſmum argentea, libras decem : phara E ærea, libras quinquaginta. *Hæc omnia eidem eccleſiæ S. Laurentii data exiſtimo, nec diſtinguendum putem inter phraſes*, ad ſanctum Laurentium, *&* in baſilica beati Laurentii.

99 *Quæ ſequuntur apud Anaſtaſium, obſcuriora ſunt ; ſed eo ſenſu videntur exponenda, ut ad uſum multorum ſimul locorum, ubi ſtationes erant, cenſeantur donata. Verba dabo cum iis interpunctionibus, quæ exhibeant ſenſum, quem magis probabilem exiſtimo. Si qui aliter locum velint intelligere, poterunt ſuo ſtare judicio.* In urbe Roma conſtituit miniſteriales, qui circuirent conſtitutas ſtationes, ſcyphum aureum anſatum, penſantem libras octo : ſcyphos argenteos per titulos viginti quinque, penſantes ſingulos libras decem : amas argenteas viginti quinque, penſantes ſingulas libras decem : calices argenteos miniſteriales quinquaginta, penſantes ſingulos libras duas. Hæc omnia in baſilica Conſtantiniana, vel ad ſanctam Mariam conſtituta recondidit. *Blanchinus per* miniſteriales, qui circuirent *intelligit* clericos ad Sacris inſerviendum iis in locis addictos, ubi

AUCTORE J. S.

item baſilicis S. Petri, S. Pauli, S. Laurentii,

F

& pro ſtationibus :

dona oblata oratorio S. Joannis, & baſilicæ Lateranenſi,

* *i. e.* reticulatis

* *fortè* adfita

* lychnis

* *redundat*

AUCTORE J. S.

ſtatio celebrabatur. *Baronius ad annum* 467 *num.* 9 *omnia verba adducta explicat* de ornamentis & miniſterialibus inſtrumentis ; *& ſic priora verba rectiùs congruunt poſterioribus. Sanè* miniſteriales *intelligi poſſunt veſtes aut libri. Quidquid tamen ſignificetur hic voce* miniſteriales, *facilè aſſentior Blanchino, memorata omnia fuiſſe præparata à* S. Hilaro, *& depoſita in eccleſiis item dictis, ut tempore ſtationum ferrentur ad illum locum, ubi tunc ſtatio habebatur.*

100 *Redeo ad Anaſtaſium, qui demum aliquot recenſet ædificia* S. Hilari *his verbis :* Hic fecit monaſteria *(clericorum aut canonicorum, opinor)* ad S. Laurentium, & balneum & prætorium S. Stephani *. Fecit autem oratorium S. Stephani in baptiſterio Lateranenſi. Fecit autem & bibliothecas duas in eodem loco : item monaſterium intra Urbem ad Lunam. *Hæc ædificia hodie vix nota ſunt, quia pleraque ſunt deſtructa. Oratorium S. Stephani in baptiſterio Lateranenſi, illud eſſe credit Eminentiſſimus Raſponus, quod deinde vocatum* S. Venantii *prope oratorium S. Joannis Euangeliſtæ, quodque nunc frequentiùs nominatur* S. Mariæ ad Fontes. *Agit de eo lib.* 3 *cap.* 10 *&* 12. *Idem de bibliothecis ibi per* S. Hilarum *conditis diſputat cap.* 14, *& in ichnographia baſilicæ Lateranenſis locum aſſignat, ubi veſtigia quædam illarum bibliothecarum putat ſupereſſe. Blanchinus verò in Annotatis ad Anaſtaſium hæc habet :* In horto ad titulum S. Euſebii in Exquiliis ſito ante annos circitèr viginti vidimus detegi parietes eccleſiæ cum adjacenti ædificio ex effoſſo ad palmos viginti circitèr ſolo ; indéque extrahi columnas, & epiſtylium ab Hilaro tunc archidiacono inciſum ſub patrocinio beati Laurentii : quod epiſtylium ita inſcriptum præſervat nunc collectio lapidaria eminentiſſimi Cardinalis Alexandri Albani.

monaſteria, bibliothecæ, aliaque Hilari ædificia : * al. S. Laurentio

B

D

✠ AUXILIANTE DNO DO NP XPO ORANTE BEATO LAURENTIO MARTYRE HILARUS ARCHIDIAC FECIT.

Hinc laudatus ſcriptor exiſtimat, eo loco fuiſſe monaſterium, quod ad Lunam *condidit* S. Hilarus ; *& ad id probandum plures affert rationes, quæ ibidem videri poſſunt. Aliorum monaſteriorum, quæ ad S. Laurentium condita fuerunt, ne veſtigia quidem inveniri poſſunt, quia tractus ille nimiùm fuit devaſtatus, ut idem ſcriptor obſervat.*

101 *Quæ hactenus de ædificiis, ornamentis ſacrorum locorum, & pretioſiſſima eccleſiarum ſupellectile dicta ſunt, luculenter oſtendunt, inſignem fuiſſe* S. Hilari *munificentiam, eumque mirè dilexiſſe decorem domûs Dei. Hiſce adnecto ultima Anaſtaſii de* Hilaro *verba :* Hic fecit ordinationem in Urbe per menſem Decembris, presbyteros viginti quinque, diacònos ſex, epiſcopos per diverſa loca viginti duos : qui etiam ſepultus eſt ad ſanctum Laurentium, in crypta juxta corpus beati Epiſcopi Sixti, & ceſſavit epiſcopatus per dies decem. *Tillemontius minùs accuratè loquens ſcripſit* S. Hilarum *eſſe ſepultum juxta corpus S. Laurentii, cùm ſepultus ſit juxta S. Sixtum Papam, qui hujus nominis fuit tertius : ſed hic apud Anaſtaſium legitur ſepultus* juxta corpus B. Laurentii, *ita ut* S. Hilarus *ab eo non longè abfuerit.*

ordinationes ejuſdem, & locus ſepulturæ.

E

DE S. SALVIO EPISCOPO CONFESS.

ALBIGÆ IN OCCITANIA

J. S.

COMMENTARIUS HISTORICUS.

C

§ I. Sancti in Faſtis memoria & cultus vetuſtus : geſta ejus olim fuerunt confuſa cum geſtis S. Salvii Ambianenſis ; ſed facilè diſcerni poſſunt ex S. Gregorio Turonenſi, qui præcipua narravit.

F

ANNO DLXXXIV. *Martyrologia S. Salvium Albigenſem hodie annuntiant,*

*Albiga, urbs vetuſta Aquitaniæ ad Tarnem fluvium, modò Occitaniæ incluſa, à multis ſeculis inter Sanctos venerat*ur Salvium *epiſcopum ſuum, geſtis ſanctis & mirabilibus inſignem, celebratumque à S. Gregorio Turonenſi, ita ut mirum videatur, eum non innotuiſſe omnibus medii ævi martyrologis. Attamen pleriſque non innotuit : nam in ſolo ex vetuſtioribus Rabani Martyrologio* S. Salvium *Albigenſem reperio annuntiatum, talique hodie exornatum elogio :* Eodem die, depoſitio S. Salvii epiſcopi, de cujus ſanctitate Gregorius Turonenſis epiſcopus ſcripſit, narrans quòd per revelationem vidiſſet divinæ vocis evaginatum gladium imminere ſuper tegulum, quod Hilperi-

cus rex juſſit conſtrui. Cui viſioni veritas ſtatim ſecuta eſt : nam poſt dies XXII filii regis in eadem domo obierunt. *Deinde memoria* S. Salvii *addita eſt aliquot codicibus Uſuardinis, ex quibus eam editionibus ſuis inſeruerunt Grevenus & Molanus. Prior ita habet, corrupto utcumque Sancti nomine :* Item, depoſitio beati Silvii epiſcopi Albigenſis & confeſſoris, qui contempto ſeculo, monaſterium ingreſſus, oblitus quæ retro ſunt, in anteriora ſemetipſum indeſinenter extendens, in abbatem electus eſt. Sed ipſe utilius reputans inter monachos latêre, quàm abbatis habere nomen in populo, recluſorium ſubiit : unde poſtmodùm extractus, præfatæ eccleſiæ præeſſe cogitur, tandemque laboris ſui mercedem à Domino vocatus cum aliis multis accepit. *Molani verba non addo, quia*

Rabani

A *Rabani elogium leviter mutatum contraxit.*

2 *In codice Hagenoyensi apud Sollerium legitur ad hunc diem :* Item Salvii episcopi & martyris. *At nomen* Martyris *Albigensi non videtur congruere. Quare suspicio esse potest, ab interpolatore illius codicis confusum fuisse cum* S. Salvio *episcopo & martyre, de quo apud nos actum est ad* XXVI *Junii. In Florario Sanctorum Ms.* S. Salvius *Albigensis sic memoratur :* Item S. Silvii Albigensium episcopi & confessoris. *Martyrologi recentiores passim omnes* S. Salvium *Albigensem hodie memorârunt, sed necesse non est eorum verba huc transferre. Solius igitur Martyrologii Romani annuntiationem subjungo :* In civitate Albigensi S. Salvii episcopi & confessoris. *Benedictini martyrologi suis quoque Fastis inseruerunt* Salvium, *acsi fuisset Ordinis Benedictini. Verùm vidit Mabillonius id non esse verisimile, ideoque* S. Salvium *inseruit Praetermissis seculi primi Benedictini.*

maximè recentiora :

3 *Cultum fuisse* S. Salvium *episcopum ipso seculo* VI, *quo obiit, omnino existimo, non solùm quia S. Gregorius Turonensis* Beati & Sancti *titulum eidem attribuit, sed vel maximè quia eximiam ipsius sanctitatem mirificè celebrat. Lubens tamen fateor nulla mihi esse argumenta, quibus cultùm tam vetustum omnino certum faciam. Verùm monumenta varia recitavit Dionysius Sammarthanus tom.* 1 *Galliæ Christianæ inter instrumenta ecclesiæ Albiensis, ex quibus certò constat de ecclesia & monasterio* S. Salvii *nomine insignitis à seculo saltem* X : *atque ab eo seculo abbates primùm, & deinde præpositos illius monasterii* S. Salvii *recenset laudatus Sammarthanus col.* 49 *& seqq., ubi de ecclesia* S. Salvii *servatisque in ea ejusdem Sancti reliquiis hæc præmittit :* Ecclesia sancti Salvii, olim abbatia, clericorum an monachorum, nescimus, nunc celebris collegiata, post medium undecimum seculum canonicis Regularibus sancti Augustini cessit ; ex quo tempore nulla fit mentio abbatis . . .

cultus Sancti, vetustus : ecclesia eidem dicata,

B

4 Ut ut sit, insignis semper fuit ecclesia S. Salvii, ubi primi Albienses episcopi sunt sepulti, inter quos S. Salvius, cujus sacræ reliquiæ integræ ibidem adhuc servantur : caput in capsa pretiosissima & vetustatis venerandæ includitur, quæ à Raimundo Tolosano duce, ut constat ex inscriptione, injuriâ temporum penè abrasa, fuit concessa : arcam verò, quâ teguntur ossa & cineres, dedit Ludovicus de Ambasia episcopus Albiensis. *Ex hisce aliisque, quæ leguntur apud Sammarthanum in instrumentis de donationibus ecclesiæ* S. Salvii *factis, satis liquet, cultum Sancti apud Albigenses celebrem fuisse seculo* X, *cœptumque verisimiliter aliquot seculis citiùs, puta brevi post mortem sancti Antistitis. Præcipuam autem ipsius festivitatem hac die* X *Septembris celebrari, testantur passim scriptores, qui de* S. Salvio *agunt. Verùm & aliæ forsan* S. Salvii *festivitates peraguntur : nam Claudius de Vic & Josephus Vaissete in Historia Occitaniæ tom.* 1 *lib.* 6 *pag.* 287 *ex Proprio Albiensi referunt, seculo* XII *ignotum fuisse, ubi depositæ essent* S. Salvii *reliquiæ, easque inventas anno* 1194 *post altare S. Saturnini. Cùm autem pro ea inventione laudent Proprium Albiense ad* VIII *Octobris, suspicio oritur, eo die celebrari dictæ inventionis memoriam.*

in qua conservantur Sancti reliquiæ :

C

5 *Præterea Bailletus in Vita* S. Salvii *ad hunc diem loquitur de gemina translatione reliquiarum* S. Salvii, *sed non indicat, unde ea desumpserit. Verba ejus Latine reddita huc transfero :* Reliquiæ ipsius, saltem ex parte, à tempore Caroli Magni dicuntur translatæ in oppidum modicum provinciæ Nivernensis, quod nunc ab ejus nomine vocatur sancti Salvii (*vulgo* saint Sauge *ut videri potest in tabulis geographicis ducatûs Nivernensis.*) Ædificata est in illo loco ecclesia ad ejus honorem, fundatumque monasterium, quod modò prioratus est, dependens ab abbatia sancti Martini Augustodunensis. Verùm pars maxima reliquiarum Sancti videtur mansisse Albigæ in loco primæ sepulturæ, ubi est ecclesia collegiata nomine ipsius insignita, & ubi cultus ipsius sine interruptione semper continuatus est. Illarum seculo XI facta est translatio, cujus memoria quotannis renovatur die XXII Martii. Caput deinde à reliquis separatum est, impositumque thecæ aureæ : partes reliquæ in area argentea conservatæ sunt. *Hactenus Bailletus, cujus de hisce relatio quam sit exacta aut certa, invenire non potui. At si pars reliquiarum ad provinciam Nivernensem fuerit translata,* integræ *modò non servantur Albigæ, ut suprà asseruit Sammarthanus.*

AUCTORE J. S.

aliquæ ex illis dicuntur translatæ ad provinciam Nivernensem,

E

6 *In Hagiologio Franco-Gallia, quod edidit Labbeus tom.* 2 *Bibliothecæ Mss., ad* XVI *Octobris* Salvius *aliquis* confessor *annuntiatur* in territorio Nivernensi. *Castellanus ad hunc diem non dubitat, quin sit* S. Salvius *Albigensis, qui in territorio Nivernensi celebratur, cùm ad marginem observet, eum in Nivernensi provincia vulgò nominari* saint Sauge. *In addendis pag.* 979 *dicit, mortuum esse circa finem Novembris, & in indice memoriam* S. Salvii *Albigensis figit* X *Septembris, &* XXX *Novembris. Malui omnia illa indicare, quàm de istis aliquid certi statuere ; cùm ea monumenta non inveniam, ex quibus certa possim facere, quæ de translatione reliquiarum* S. Salvii *ad territorium Nivernense ex Bailleto dedi. Quod sufficit ad propositum nostrum, cultus vetustus* S. Salvii *Albigensis, cujus sedes episcopalis præterito seculo ad dignitatem metropoliticam evecta est, certus est & indubitatus. Sententia verò Castellani de die emortuali circa finem hujus Commentarii discutietur.*

at id incertum, licet Sanctus ibidem ecclesiam habeat.

F

7 *Quæ de gestis* S. Salvii *ad posterorum memoriam pervenerunt, scripsit S. Gregorius Turonensis, non modò ipse contemporaneus, sed etiam amicus & familiaris. Ex hoc fonte profluxerunt, quæ collegerunt alii recentiores. Habeo quidem duas Vitas Mss., alteram ex Ms. Bodecensi, alteram ex Fungrensi, & partem tertiæ ex Ms. Fuldensi ; sed omnia tam fideliter ex Operibus S. Gregorii Turonensis excerpta sunt, ut nihil additum reperiam præter diem emortualem, ita ut necesse non sit, Vitas illas huc transferre, cùm ipsa S. Gregorii verba simus daturi, simulque examinaturi, an aliunde aliquid addi possit, aut recte ab aliis fuerit additum. Examinanda tamen priùs est opinio Cointii, qui credidit non esse S. Gregorii Turonensis, sed interpolatoris cujusdam, caput primum libri septimi, quod totum est de* S. Salvio *Albigensi : nam si revera Gregorii non esset, pauca de gestis* S. Salvii *satis essent certa.*

Gesta Sancti scripta à S. Gregorio Turonensi,

8 *Rationes Cointii non urgent magnopere, & jam refutatæ sunt à Ruinartio. Verùm quia non ausim adoptare omnia, quæ scripsit ea occasione Ruinartius, aliqua ejus verba dabo, alia ipse adjiciam.*

cui omnino attribuendum est caput 1 libri septimi :

AUCTORE J. S.

adjiciam. Primò objicit Cointius ad annum 580 *num.* 17, *caput illud non legi in codice Metensi. Ad hoc Ruinartius ita rectè respondet :* Primò codicum auctoritas nobis omnino favet, ut jam sæpè diximus, cùm multos integros optimæ notæ, & majoris antiquitatis unico Cointiano mutilato, scriptoris incuriâ vitiato, & sequioris ævi, opponamus. *Objicit secundò Cointius, quòd in illo capite mors* S. Salvii *referatur ad annum* 584, *cùm apud Gregorium lib.* 8 *cap.* 22 *videatur referri ad annum* 585. *At neque hæc difficultas magni momenti est, cùm Gregorius solùm dicat, Desideratum* Salvii *successorem anno* 585. *Albigensibus episcopum datum ; nam inter mortem* S. Salvii *& consecrationem Desiderati facilè aliquot menses intercurrere potuerunt. Imò si annus integer intercurrisset, non magnopere esset mirandum, ut patebit ex dicendis, ubi agetur de tempore mortis* S. Salvii. *Nihil præterea loco allegato objicit Cointius, sed tom.* 4 *ad annum* 686, *ubi agit de S. Salvio Ambianensi, num.* 6 *asserit, ex Vita S. Salvii Ambianensis totum istud caput Historiæ S. Gregorii infartum esse ab audaci impostore. Verum respondeo, id sine ulla ratione verisimili à Cointio asseri, cùm satis clarum sit Vitam S. Salvii Ambianensis malè ex Gregorio aliisque consarcinatam esse, ut etiam observat Ruinartius, cujus argumenta aliqua huc transfero.*

B

ut probatur contra Cointium,

9 *Primò* Gregorii genius & stylus, ejusque loquendi modi genuini *in capite illo impugnato relucent. Secundò* Gregorii narratio nullam prorsus in se involvit contradictionem, nihil habet, quod à teste oculato & scriptore æquali diei non potuerit. Multa è contrario complectitur, quæ, ipso fatente Cointio, ita Salvio Albigensi propria sunt, ut alteri Salvio absque errore tribui non possint. *Tertio* auctor ille Deum testem invocat, se vera scribere, (*aut potiùs audita ab ipso* Salvio. *Albigensi*) proindeque perjurus & gravissimi criminis reus censeri debet, si falsa dixerit : quod sanè absque maxima & evidenti causa de quoquam ne quidem cogitare licet. Immò hæc omnia narrationem arguunt veram & sinceram. *Hisce addo sequentia : Gregorius se auctorem hujus narrationis apertissimè profitetur, ita ordiens :* Licèt sit studium Historiam

C

prosequi, quam priorum librorum ordo reliquit, tamen priùs aliqua de beati Salvii episcopi obitu exposcit loqui devotio, qui hoc anno obiisse probatur. *Quod vero spectat ad auctorem Vitæ S. Salvii Ambianensis, certum est, eum multa confudisse ac perperam narrâsse, variaque* S. Salvii *Albigensis gesta attribuisse Ambianensi.*

qui illud sine justa ratione Gregorio abjudicavit.

10 *Sufficiet unum exemplum, quod ipsis Ruinartii verbis affero :* Auctor (*istius Vitæ*) narrat Mummolum patricium, capta civitate & dirutis muris, multos captivos in Hispaniam transmisisse, qui Salvio, jubente rege, redditi fuerunt. At hæc ut de Ambianorum civitate, aut de Salvio ejus episcopo dici possint, vetant temporum, personarum & locorum circumstantiæ : quæ omnia optimè congruunt, si de civitate Albigensi intelligantur, quam certum est, sancto Salvio vivente, à Mummolo occupatam fuisse, ut post Gregorium nostrum scripsit ipse Cointius. Unde fateri cogitur, suum illum auctorem nonnulla ex gestis Salvii Albigensis in Ambianensis Acta transtulisse. *Fatetur id sanè Cointius ad annum* 686 *num.* 9 : *atque ex eo facto discere debuerat, duos Salvios fuisse confusos in Vita S. Salvii Ambianensis, indeque sana crisi ulteriùs inferre poterat, potiùs credendum esse relationi apud Gregorium inventæ, quàm isti Vitæ, quæ tam clarè confusionis convincitur. Hisce plura non adjungo, nisi utramque Vitam Ms., de qua suprà egi, omnia habere de* Salvio *Albigensi, quæ de ipso narravit Gregorius, tam illo capite quàm aliis locis, & ex omnibus concludo, opinionem illam Cointii meritò ab omnibus passim historicis rejectam, cùm non sit idonea dubitandi ratio, nedum narrationem illam Gregorio abjudicandi.* D

§ II. Sancti natales ignoti : vita secularis primùm, deinde monastica, in qua abbas electus latêre mavult : visio planè mirabilis.

E

Patria & familia Sancti non sunt satis notæ : juvenis egit causidicum.

QUa stirpe quove in loco natus sit S. Salvius, *non memoravit Turonensis, aut ullus scriptor antiquus. Verùm scriptores Historiæ Occitaniæ tom.* 1 *pag.* 286 *allegant traditionem, quâ Albigæ natus esse creditur. Huic traditioni conjecturam suam de nobili stirpe adjungit Hadrianus Valesius lib.* 19 *Rerum Francicarum pag.* 142, *ubi existimat,* splendidissima apud Gallos genitum familia, *ex qua orti sunt Rusticus & S. Desiderius fratres, ambo Cadurcenses episcopi seculo* VII. *Ratio hujus conjecturæ est, opinor, quia pater S. Desiderii etiam* Salvius *vocabatur, ut in ejus Vita legitur. At incerta est ea ratio, & consequenter conjectura ipsa. Litteris bene in adolescentia institutum fuisse* S. Salvium, *colligitur ex munere causidici, quod juvenis obivit, teste Turonensi, qui lib.* 7 *cap.* 1 *ita habet :* Hic enim (*Salvius*) ut ipse referre erat solitus, diu in habitu sæculari commoratus, cum judicibus sæculi mundiales causas est exsecutus : nunquam tamen se in his concupiscentiis obligans, quibus adolescentum animus solitus est implicari.

F

deinde monachus factus, & abbas electus : cellâ demum se recludit.

12 *Deinde vitam monasticam amplexus est, & postea abbas electus, sed huic dignitati renuntiavit, ut cellæ se includeret. Hæc omnia breviter tradit Gregorius his verbis :* Jam cùm divini spiramenti odor interna viscerum adtigisset, relicta sæculari militia, monasterium expetivit, intellexitque Vir jam tunc Divinitati deditus, melius esse uti paupertate cum Dei timore, quàm sæculi pereuntis lucra sectari : in quo monasterio diu sub Regula à patribus instituta versatus est. Jam verò cùm in robore majori tam intellectûs quàm ætatis evectus esset, defuncto abbate, qui huic monasterio præerat, alendi gregis suscipit officium ; & qui se magis fratribus publicum pro correctione reddere debuerat, sit adsumto honore remotior. Illico sibi secretiorem cellulam quærit. Nam in priore, ut ipse adferebat, ampliùs quàm novem vicibus nimiâ exesus abstinentiâ, pellem corporis demutavit. Denique accepto honore, cùm in hac contentiùs parsimonia orationi & lectioni vacaret, illud plerumque revolvebat, melius sibi fieri, si esset inter monachos occultus, quàm nomen acceperit abbatis in populos.

A los. Quid plura ? Includitur valedicens fratribus, sibique ipsis valedicentibus. In qua inclusione in omni abstinentia, magis quàm priùs egerat, commoratur : studens pro caritatis obsequio, ut cùm quisque veniſſet extraneus, & orationem tribueret, & eulogias gratiâ pleniſſimâ miniſtraret, quæ multis infirmis plerumque salutem integram detulerunt.

Dubitatur, an mortuus fuerit S. Salvius,

13 *Mira planè est visio, quæ sequitur apud Gregorium. At hic eam ita ex ore ipsius* Salvii *confirmat, ut prudens non esset censendus criticus, si quis sancto & docto antistiti fidem abrogare vellet, præsertim cùm & aliæ similes visiones hominibus sanctis obtigerint, ut jam observavit Ruinartius in præfatione num.* 118, *à quo testes adducuntur* Augustinus in libro de Cura pro mortuis, Gregorius Magnus, scriptor Passionis SS. Perpetuæ & Felicitatis, & alii passim magni nominis auctores. *De illo uno dubitari meritò potest, an* S. Salvius *revera fuerit mortuus, ut S. Gregorius credidit : nam id facilè ignorare potuit* Salvius *ipse, & cum eo Gregorius ; quandoquidem Apostolus ignoraverit, dum* in tertium cælum *&* in paradisum *raptus est, ibique* audivit arcana verba, quæ non licet homini loqui, *juo id modo contigisset,* sive in corpore, sive extra corpus. *Bailletus ad hunc diem in* Salvio *non fuisse mortuum* S. Salvium *definivit, totamque Gregorii relationem sic immutavit, acsi* Salvius *sciviſſet, se mortuum non fuisse. Verùm ejusmodi antiquorum scriptorum corruptiones rectius omisisset, dando ipsa Gregorii verba, ubi pro verbis Gregorii assignantur ; suamque opinionem propriis verbis exprimendo. Quidquid sit de opinione Baillëti, quam nolim certè improbare, sed multò minùs probare ausim, cùm non existimem ipsum post tot secula accuratiùs instrui de re tota potuisse, quam ex ore ipsius* Salvii *instructus fuit S. Gregorius ; ego, relicta illa dubitatione, Gregorii relationem subjungo.*

quando mortuus credebatur, & feretro erat impositus. Certè habuit

C 14 Quodam autem tempore, *inquit*, febre nimia exhaustus, anhelus jacebat in lectulo : & ecce subito magno lumine cellula clarificata contremuit. At ille extensis ad cælum manibus cum gratiarum actione, spiritum exhalavit. Mixto quoque ululatu monachi cum ipsius genitrice corpus defuncti extrahunt, aquâ diluunt, vestimentis induunt, & feretro superponunt, atque in psallentio fletuque labentem exigunt noctem. Mane autem facto, funeris officio præparato, corpus moveri cœpit in feretro. Et ecce malis rubescentibus, vir quasi de gravi somno suscitatus excutitur, apertisque oculis, & manibus elevatis, ait : O Domine misericors, quid feciſti mihi, ut me in hunc tenebrosum mundanæ habitationis locum redire permitteres, cùm mihi melior esset in cælo tua misericordia, quàm istius mundi vita nequissima ? Stupentibus autem suis & interrogantibus, quid fuerit tale prodigium, nihil interrogantibus ille respondit. Surgens autem de feretro, nihil mali sentiens de incommodo, quo laboraverat, triduo absque cibi ac poculi perstitit alimento.

visionem de cælo, ibique se fuisse credidit,

15 Die autem tertio, convocatis monachis & matre, ait : Audite, ô dilectissimi, & intelligite, quia nihil est, quod cernitis in hoc mundo : sed sunt, juxta id, quod Salomon propheta cecinit, omnia vanitas. Felix est enim, qui ea agere potest in sæculo, ut gloriam Dei cernere mereatur in cælo. Et cùm hæc diceret, dubitare cœpit, utrùm loqueretur amplius, an

sileret. Quo tacente, implicitus fratrum precibus, ut, quid vidisset, exponeret, ait : Cùm me ante hos quatuor dies contremiscente cellula exanimem vidistis, adprehensus à duobus angelis in cælorum excelsa sublatus sum, ita, ut non solùm hoc squalidum sæculum, verùm etiam solem ac lunam, nubes & sidera sub pedibus habere putarem : deinde per portam luce ista clariorem introductus sum in illud habitaculum, in quo omne pavimentum erat quasi aurum argentumque renitens, lux ineffabilis, amplitudo inenarrabilis ; quam ita multitudo promiscui sexus obtexerat, ut longitudo ac latitudo catervæ prorsus pervideri non possit. Cùmque nobis via inter comprimentes ab his, qui præcedebant, angelis pararetur, pervenimus ad locum, quem jam de longinquo contemplabamur : in quo superpendebat nubes omni luce lucidior, in quo non sol, non luna, non astrum cerni poterat, sed super his omnibus naturali luce splendidiùs effulgebat, & vox procedebat de nube, tamquam vox aquarum multarum. Ibi etiam me peccatorem humiliter salutabant viri in veste sacerdotali ac sæculari, quos mihi, qui præcedebant, enarraverunt esse martyres ac confessores, quos hic summo excolimus famulatu. E

sed fuisse remissum in terram, ut ipse narravit,

16 Stans igitur in loco, in quo jussus sum, operuit me odor nimiæ suavitatis, ita ut ab hac suavitate refectus, nullum adhuc cibum potumque desiderem. Et audivi vocem dicentem : Revertatur hic in sæculum, quoniam necessarius est ecclesiis nostris. Vox enim audiebatur : nam qui loqueretur, penitus cerni non poterat. Et ego prostratus super pavimentum, cum fletu dicebam : Heu ! heu ! Domine ! cur mihi hæc ostendisti, si ab his frustrandus eram ? Ecce hodie ejicis me à facie tua, ut revertar ad sæculum fragile, & huc ultra redire non valeam. Ne, quæso Domine, auferas misericordiam tuam à me, sed deprecor, ut permittas me hic habitare, ne illuc decidens peream. Et ait vox, quæ loquebatur mihi : Vade in pace. Ego enim sum custos tuus, donec reducam te in hunc locum. Tunc relictus à comitibus meis, descendens cum fletu, per portam, quâ ingressus fueram, huc sum regressus.

F

non sine subsecuto scrupulo, quòd arcana illa revelásset.

17 Hæc eo loquente, stupentibus cunctis, qui aderant, cœpit iterum Sanctus Dei cum lacrymis dicere : Væ mihi, qui tale mysterium ausus sum revelare. Ecce enim odor suavitatis, quem de loco sancto hauseram, & in quo per hoc triduum sine ullo cibo potuque sustentatus sum, recessit à me. Sed & lingua mea gravibus est operta vulneribus, & ita tumefacta, ut omne os meum videatur implere. Et scio quia non fuit beneplacitum Domino Deo meo, ut hæc arcana vulgarentur. Sed tu nosti, Domine, quia in simplicitate cordis hæc feci, non in jactantia mentis. Sed quæso, ut indulgeas, & non me derelinquas, juxta pollicitationem tuam. Et hæc dicens, siluit ; & accepit cibum potumque. Ego verò hæc scribens, vereor ne alicui legenti sit incredibile, juxta id, quod Salustius historiam scribens ait, ubi de virtute atque gloria bonorum memor est : quæ sibi quisque facilia facta putat, æquo animo accipit : supra ea, veluti ficta pro falsis ducit. Nam testor Deum omnipotentem, quia ab ipsius ore omnia, quæ retuli, audita cognovi. *Hactenus S. Gregorius, cui plura de hisce non addo.*

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

§ III. Sanctus ad episcopatum promotus : gesta in episcopatu : felix obitus, ejusque annus.

Sanctus fit episcopus Albigensis,

POstquam S. Salvius *prædicta visione gavisus fuerat, rediit ad cellulam suam, ibique piam duxit vitam, ut solebat, donec anno* 575 *aut sub finem anni* 574 *ad cathedram Albigensem fuerit evectus. Initium illud episcopatûs ex tempore obitûs infrà probando certum est, si decimum tunc in episcopatu agebat annum, ut existimavit Gregorius, qui ita enarrat hanc promotionem :* Post multum verò tempus ipse Vir beatus cellulâ suâ extractus, ad episcopatum electus, invitus est ordinatus. *Inter gesta Sancti tempore episcopatûs, quæ innotuerunt, primo loco referenda est eximia ejus charitas, quâ redemit captivos Albigenses apud Mummolum Guntramni regis ducem.*

B

multos captivos Albigenses liberat,

19 *Res sic narratur à S. Gregorio :* Cujus tempore cùm Mummolus patricius multos captivos ab ea urbe duxisset, prosecutus ille omnes redemit. Tantamque ei Dominus gratiam cum populo illo tribuit, ut ipsi etiam, qui captivos duxerant, & de pretio ei concederent, & in reliquo munerarent : & sic patriæ suæ captivos libertati pristinæ restauravit. *Scriptores hodierni Historiæ Occitaniæ tom.* 1 *pag.* 285 *factum istud innectunt anno* 576, *creduntque Albigam tunc fuisse captam à Mummolo. Certè Mummolus eo anno Desiderium Childerici regis ducem cruento prælio superavit, ut narrat Gregorius lib.* 5 *cap.* 13 ; *ita ut verisimile sit multos tunc ab eo captos Albigenses, sive urbem ipsam expugnârit, sive ab ea abstinuerit, quod in medio relinquo.*

scriptum Chilperici regis errore infectum graviter improbat,

C

20 *Circa annum* 580 *contigit congressus* S. Salvii *cum rege Chilperico, qui Gregorium Turonensem eadem de re fuerat primum allocutus. Factum contraham ex Gregorio lib.* 5 *cap.* 45. Per idem tempus, *inquit*, Chilpericus rex scripsit Indiculum, ut sancta Trinitas non in Personarum distinctione, sed tantùm Deus nominaretur. *Opusculum illud, de quo plura subdit Gregorius, eidem Gregorio ostendit Chilpericus ; cùm autem ab illo improbaretur, utpote Sabellianismo infectum, rex* commotus ait : Sapientioribus te hæc pandam. Et ego, *reposuit Gregorius :* Numquam erit sapiens, sed stultus, qui hæc, quæ proponis, sequi voluerit. Ad hæc ille frendens, siluit. Non post multos verò dies adveniente Salvio Albigensi episcopo, hæc ei præcepit recenseri, deprecans ut sibi consentaneus fieret. Quod ille audiens ita respuit, ut, si chartam, in qua hæc scripta tenebantur, potuisset adtingere, in frusta discerperet. Et sic rex ab hac intentione quievit. *Hactenus S. Gregorius Turonensis, qui non dicit hæc facta esse, quando laudati episcopi ibant ad synodum Brennacensem, uti facta narrat Bailletus ex conjectura prorsus incerta, cùm videatur citiùs contigisse hic congressus.*

adest concilio Brennacensi,
* Braine

21 *Fuit tamen* S. Salvius *in synodo illa Brennacensi, quæ à Chilperico convocata est anno* 580, *habitaque Brennaci * in agro Suessionensi, quia S. Gregorius Turonensis falsò accusatus erat apud Chilpericum de calumnia contra* D *reginam Fredegundam prolata, ut videri potest apud ipsum Gregorium lib.* 5 *cap.* 50. *Interfuisse verò illi concilio* S. Salvium, *colligitur ex ejus visione, quam S. Gregorius cap.* 51 *narrat hoc modo :* Et licèt de beati Salvii episcopi conlocutione superiùs memorare debueram, sed quia mente excessit, esse sacrilegum non arbitror, si in posterum scribatur. Igitur cùm vale post synodum memoratam regi jam dicto, ad propria redire vellemus, non antè discedere placuit, nisi hunc Virum libatis osculis linqueremus. Quem quæsitum in atrio Brinnacensis domûs reperi. Cui dixi, quia jam eram ad propria rediturus.

prævidet & prædicit ruinam familiæ regis Chilperici :

22 Tum remoti paullulùm, dum hinc inde fermocinaremur, ait mihi : Videsne super hoc tectum, quæ ego suspicio ? Cui ego : Video enim supertegulum, quod nuper rex poni præcepit. Et ille, Aliud, inquit, non adspicis ? Cui ego : Nihil aliud, inquam, video. Suspicabar enim, quòd aliquid joculariter loqueretur. Et adjeci : Si tu aliquid magis cernis, enarra. At ille alta trahens suspiria, ait : Video ego evaginatum iræ divinæ gladium super domum hanc dependentem. Verumtamen non fefellit dictio Sacerdotem : nam post dies viginti, duo filii regis, quos superiùs mortuos scripsimus, obierunt. *De eorum morte videri potest cap.* 35, *ubi natu major vocatur* Clodobertus, *junioris nomen, ibi prætermissum, erat* Dagobertus, *ut videri potest in Epitaphio apud Baronium ad annum* 583. E

morte prævisa obit.

23 *De ultimis* S. Salvii *gestis ejusque morte pretiosa S. Gregorius ita habet lib.* 7 *cap.* 1 : In quo (*episcopatu*,) ut opinor, decimum annum cùm ageret, invalescente apud Albigensem urbem inguinario morbo, & maxima jam parte de populo illo defuncta, cùm jam pauci de civibus remanerent, Vir beatus, tamquam bonus pastor, numquam ab illo loco recedere voluit, sed semper hortabatur eos, qui relicti erant, orationi incumbere, ac vigiliis instanter insistere : & bona semper tam in operibus quàm in cogitatione versare, dicens : Hæc agite, ut, si vos Deus de hoc mundo migrare voluerit, non in judicium, sed in requiem introire possitis. Cùm autem, ut credo, jam revelante Domino, tempus suæ vocationis agnosceret, ipse sibi sarcofagum composuit, corpus abluit, vestem induit : & sic intentum semper cælo beatum spiritum exhalavit. Fuit autem magnæ sanctitatis, minimæque cupiditatis, aurum numquam habere volens. Nam si coactus accepisset, protinus pauperibus erogabat : ... Multaque de hoc Viro bona audivi : sed dum ad historiæ cœptum reverti cupio, plurima prætermitto. F

Dubitatur an obitus Sancti figendus sit anno 584, *an* 585 ?

24 *De anno emortuali scriptorum varia admodùm fuit sententia : nam alii statuerunt annum* 584, *alii* 585, *alii* 586 *aut etiam* 587. *Baronius, cujus auctoritatem secuti sunt aliqui, mortem* S. Salvii *retulit ad annum* 587 ; *sed ea opinio à recentioribus passim deserta est, & meritò. Solùm hoc tempore dubitari potest, utrùm obitus Sancti contigerit anno* 584, *an* 585, *quia ipse Gregorius huic dubitationi aliquid præbet fundamenti. Nam lib.* 7 *cap.* 1 *dicit :* Aliqua de beati Salvii episcopi obitu exposcit loqui devotio, qui hoc anno obiisse probatur. *Gregorium autem ibi loqui de anno* 584, *non modò editor Ruinartius, sed omnes passim neoste-*

A *neoterici, excepto Pagio, consentiunt: atque hæc est præcipua ratio, quâ Cointius caput illud S. Gregorio abjudicat, quia credit mortem* S. Salvii *deinde à Gregorio referri ad annum* 585. *Ratio est, quòd S. Gregorius lib.* 8 *cap.* 22, *relata aliquorum morte, hæc subjungat:* Post obitum sancti Salvii, hoc anno Desideratus Albigensibus episcopus datus est. *Verùm hæc minimè pugnant cum verbis præcedentibus: frequenter enim contingit, ut episcopus aliquis non accipiat successorem eodem, quo obiit, anno, sed solùm anno sequenti, quòd novi episcopi electio & consecratio ad menses aliquot differatur. Gregorius ipse, cùm non dicat* S. Salvium *anno* 585 *obiisse, sicut de aliis ibidem expressè asserit, satis insinuat se solùm agere de electione Desiderati, nec alia de causa adjungere hæc verba,* post obitum S. Salvii, *nisi ut insinuaret, Desideratum in locum* Salvii *fuisse substitutum, nullo alio intermedio. Ita sanè loqui poterat tantò securiùs, quantò clariùs mortem* S. Salvii *anno* 584 *fixerat.*

B *verùm cùm episcopatus post mortem Sancti diu vacare debuerit;* 25 *Jam verò si consideremus tempus, quo* S. Salvius *vitâ excessit, nequaquam mirari poterimus electionem successoris ad menses aliquot dilatam fuisse. Etenim mortuus est* S. Salvius *eodem ferè tempore, quo obiit rex Chilpericus, cui Albiga videtur paruisse. Post mortem verò Chilperici diu nesciverunt Albigenses, cui tandem ex contendentibus inter se regibus Albiga subjiceretur, ut clarè colligi potest ex laudata jam Historia Occitaniæ ad annum* 584 *&* 585. *Gondebaldus enim, qui per adhærentes sibi duces rex proclamatus erat in Lemovicensi provincia, quique deinde eodem anno* 585 *interiit, occupabat civitates, quas poterat. Reges verò Guntramnus & Childebertus sibi ambo Albigam cum aliis civitatibus attribuere cupiebant. Quapropter, cùm in electione episcopi consensus regis requireretur; nec scirent Albigenses, cui tutò parèrent; diu dilata videtur electio. Hac de causa inutilis est annotatio Ruinartii, qui observat Theofridum ab aliquibus interponi* Salvio *& Desiderato; præsertim cùm Theofridus ille numquam sederit Albigæ, ut modò satis constat, sed episcopus fuerit Ambianensis.*

C *nec alius dies emortualis quærendus est quàm* 10 *Septembris;* 26 *Eadem de causa necesse non est, ut dicamus* S. Salvium *obiisse circa finem anni, mense Novembri aut Decembri, ut hac ratione minor fiat electionis dilatio. Suspicor tamen, hanc solam fuisse rationem Castellano, qui in addendis ad Martyrologium universale pag.* 979 *annuntiationi ad* x *Septembris data vult addi, mortuum esse* circa finem Novembris. *Certè existimo, mortualem Sancti diem semper creditum fuisse decimum Septembris, quo colitur, ut in utriusque Vitæ Ms. titulo legitur. In utraque etiam Vita in fine obiisse eodem die asseritur: & in Tungrensi quidem Ms. his verbis:* Et sic intentum semper cælo spiritum IV Idus Septembris exhalavit. *In Bodecensi:* Evenit verò depositio corporis ejus quarto Idus Septembris. *Pagius ad annum* 587 *num.* XI *alia methodo conatus est conciliare dicta S. Gregorii, mortemque* S. Salvii *sic retulit ad annum* 585. *At subtilia magis adduxit quàm solida aut vera. Quin & conclusionem elicit dictis suis repugnantem: nam primò dicit:* Sanctus Salvius Albigensis episcopus obiit anno quingentesimo octogesimo quinto. *Deinde volens ostendere dicta Gregorii facilè conciliari, ita concludit:* Hoc enim pacto anno DLXXXIV inter diem undecimum Novembris & primum Decembris Salvius ad Deum migravit. *Huc respexit, opinor, Castellanus.*

E *nec ulteriùs dubitandum videtur, quin obierit anno* 584.

27 *Verùm tantam attentionem non meretur mendosus ille Pagii locus, ut communem opinionem de die emortuali* x *Septembris deserere oporteat; cùm dicta S. Gregorii modo planè naturali & facili invicem concilientur, si dicamus* Salvium *anno* 584, *die* x *Septembris obiisse, Desideratum verò post menses aliquot anno* 585 *consecratum esse. Contrà totum Pagii fundamentum omni caret soliditate, quia conciliare tentavit, quod nullo modo conciliari potest, quodque conciliandum minimè est, ut rectè scripsisse censeatur Gregorius. Observat nimirum Desideratum electum dici anno Guntramni regis* XXIV; Salvium *verò dici mortuum anno* IX *regis Childeberti. Deinde ostendere nititur, aliquot saltem dies anni* XXIV *Guntramni concurrere potuisse cum anno* IX *Childeberti, ut inde concludat idem tempus utroque loco apud Gregorium assignari. Verùm, licèt evincere potuisset annum* IX *Childeberti revera concurrisse cum anno* XXIV *Guntramni, nihil omnino profecisset apud peritos; cùm Gregorius electionem Desiderati non modò figat anno* XXIV *Guntramni, sed etiam anno* X *Childeberti, quem jam inchoavit lib.* 7 *cap.* 24, *& perducit usque ad caput* 37 *libri octavi. Itaque mors* Salvii *consignata fuit à Gregorio anno* IX *Childeberti; electio Desiderati anno* X *ejusdem Childeberti, ita ut frustra laboraverit Pagius, qui duo illa eodem tempore facta probare voluit.* F

AUCTORE J. S.

A D

DE S. THEODARDO EPISCOPO TRAJECTENSI MARTYRE

APUD NEMETES IN GERMANIA

J. I.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Acta edenda, quorum antiquissima ante medium seculum VIII scripta videntur.

CIRCA ANNUM DCLXVIII. *Actorum, quæ primo loco dabuntur, auctor anonymus*

B

INter varia, quæ præ oculis habeo, *Acta* S. Theodardi *Trajectensis ad Mosam episcopi & martyris ea longè antiquissima sunt, quorum apographum in fronte transcriptum esse notatur* ex Ms. Patrum Cister. Buscoducis, *id est, monachorum Cisterciensium prioratûs Coronæ-Marianæ; qui seculo* XVI *exeunte Heusdeno ob fidem exsulare coacti Silvamducis migrârunt, atque hanc urbem usque ad annum* 1629, *quo à Batavis expugnata fuit, incoluerunt. Acta illa auctorem habent verisimiliter, ut mox videbitur, medio seculo* VIII *vetustiorem, cetera mihi ignotum. Nullis hactenus, quòd sciam, typis integrè vulgata fuere: aliquas dumtaxat partes inde excerptas in libris impressis reperire potui. Nec aliud exemplar Ms., quod eadem Acta integrè exhibeat, ad nostras manus pervenit præter apographum Silvaducense; quod post hunc Commentarium primo loco edetur, in duo divisum capita, quorum primum antiqua, ut mihi apparet, manu exaratum, sed nonnihil hinc inde contractum, exstat in musei nostri codice signato Q Ms.* 5. *Ex hoc ea dumtaxat in Notis lectiones variantes adferentur, quæ mihi præ ceteris observatu dignæ videbuntur.*

C

se multo tempore posteriorem esse negat passione S. Theodardi: sed junioem se

2 *Prologum Actis præmissum ita concludit auctor anonymus:* De quorum *sanctorum Martyrum* collegio non abhinc multa tempestate extitit præsul Theodardus; de cujus vita & actibus operæ pretium rati sumus, quemdam igniculum enucleare, & qua serie viam universæ terræ intraverit, promulgare. *Hìc biographus se* multa tempestate *posteriorem esse negat martyrio* S. Theodardi *circa annum* 668 *passi, ut num.* 21 *ostendetur: sub Actorum verò fine de S. Lamberto ea commemorat, unde eruitur, illum non ante annum circiter* 721 *scripsisse.* In villa, *inquit*, quam uno ex latere fluminis unda alluit, ubi idem *Lambertus* postea successit episcopus, cinereſque proprii corporis ex hac luce migrando consecravit, sancto Dei Præsuli Theodardo, *quem sustulerat à loco, ubi primùm non longè à martyrii palæstra fuerat humatus*, summo cultu libitinam elegit. *Per* villam, *cujus hic fit mentio*, Leodium *debet intelligi, nunc urbs amplissima, utramque Mosæ ripam occupans; at* SS. Theodardi *& Lamberti temporibus villa exigua in sinistra ejusdem fluvii decurrentis ripa: ubi tunc visebatur parva ecclesia seu sacellum SS. Cosmæ & Damiani, seculo* VI *erectum à S. Monulpho episcopo Trajectensi, de quo ad diem* XVI *Julii actum fuit. In sacellum istud* S. Theodardi *corpus transtulit S. Lambertus, dein creatus episcopus Trajectensis; cui ecclesiæ cùm præfuisset* quadraginta annis, *uti apud Surium ad* III *Novembris in S. Huberti successoris Vita, ab ipsius discipulo conscripta, legitur, circa annum* 708 *in eodem sacello martyr occubuit; corpus verò ejus Trajecti in Apri patris tumulo conditum fuit; sed quod S. Hubertus, uti in memorata ipsius Vita narratur,* tertio decimo anno sui præsulatûs, *Christi circiter* 721, *in dictum SS. Cosmæ & Damiani sacellum retulit, jam tum amplioris ecclesiæ ædificio inclusum. Anselmus canonicus Leodiensis, cujus ætas infrà indicabitur, apud Chapeavillum in Gestis pontificum Tungrensium, Trajectensium & Leodiensium tom.* 1 *cap.* 21 *de S. Huberto asserit:* Hic cum ossibus B. Lamberti Leodium transtulit sedem episcopii, quæ eatenus habebatur Trajecti.

esse prodit anno circiter 721: *medio tamen seculo* 8 *verisimiliter antiquior est:*

3 *Biographus verbis numero præcedente relatis, quibus S. Lambertus* in villa *Leodiensi, ubi idem* postea successit episcopus, *sepulcrum* S. Theodardo *elegisse ait, vel agit de successione in loco sepulturæ, & translationem S. Lamberti innuit; vel de successione in cathedra episcopali, & hanc Leodii constituit per anticipationem: nemo enim mihi persuaserit, biographum, qui antè affirmârat, S. Remaclo subrogatum fuisse* S. Theodardum *in episcopatu, cujus* loeus habebatur Trajecti, *alibi postea significare voluisse, cathedram episcopalem fuisse in villa Leodiensi, quæ etiam eo tempore, cùm post quadraginta annos inde elapsos sanctus Lambertus ibi martyrio afficeretur, locus ignobilis erat, teste Godeschalco synchrono vitæ ejus scriptore apud laudatum Chapeavillum tom.* 1 *cap.* 7. Ad villam, *inquit*, parvi adhuc nominis .. quæ Leodium dicta fluvio Mosa alluitur, cum congestis copiis Dodo *S. Lambertum interfecturus* accessit. Ibi Vir sanctus tunc temporis morabatur ... Illic non in spatiosis aut operosis ædibus, sed in parvæ viliſque clausuræ ecclesia sanctorum Cosmæ & Damiani insistebat orationi *&c. Relinquitur ex dictis, ut biographus noster non priùs scripserit, quam cùm corpus S. Lamberti unà cum sede episcopali Trajecto Leodium anno circiter* 721, *à passione* S. Theodardi 53, *transtatum fuisset. Nullum verisimilius tempus, quo Sancti Acta litteris mandârit, assignari mihi posse videtur, quàm quod post annum* 721 *usque ad medium seculum* VIII *effluxit, ante quod etiam SS. Lamberti & Huberti vitæ primum conscriptæ fuere. Certè istud biogra-*

A *biographi noſtri in Prologo effatum :* Non abhinc multa tempeſtate extitit præſul Theodardus, *veritati propiùs accedit, ſi medio ſeculo* VIII *antiquior, quàm ſi eodem poſterior eſſe ſtatuatur.*

notatì in ejus narratione defectus contrarium non evincunt.

4 *Poſt longum ac obſcurum Prologum, quem ab ipſa mundi creatione exorditur, ſtatim enarrat biographus, quomodo ad eccleſiæ Trajectenſis adminiſtrationem à S. Remaclo abdicatam aſſumptus fuerit* S. Theodardus ; *quem deinde omnibus ferè, quæ epiſcopum exornant, virtutibus excelluiſſe prædicat, pauca admodùm Sancti geſta, nec niſi ſummatim commemorans. Martyrium, ſubſecutaque prodigia, quibus ejus ſanctitas innotuit, uti & primam ſepulturam, tranſlationemque corporis in villam Leodienſem paſſim more declamatoris verboſa relatione proſequitur. Maximè in ea diſplicent poëticæ phraſes inconvenienter interjectæ & prolixiores perſonarum, quæ loquentes inducuntur, ſermones; quos nemo iis verbis prolatos fuiſſe credet, quibus utitur biographus. Hæc tamen omnia ſufficiens non præbent fundamentum opinandi,* B *illum lectori imponere voluiſſe & ſe antiquiorem feciſſe, quàm revera fuit : nam ſimiles defectus in aliis etiam deprehendi ſeculi* VIII *auctoribus, qui Sanctis, quorum Vitas ſcripſerunt, æquè vel magis vicini fuere. Nec adeo mirum videri debet, ſi biographus noſter res à ſancto Epiſcopo geſtas, non ſatis fuerit edoctus : nam temporis inter utrumque medii ſpatium, quod numero præcedente deſignavi, non ita breve fuit, quin ille multa de Sancto facilè ignorare potuerit ; quemadmodum neque adeo longum, ut in prologo falsò dixiſſe exiſtimandus ſit,* non abhinc multa tempeſtate *exſtitiſſe* S. Theodardum.

Interièrè, quæ de Sancto ſcripſit Notgerus. Quod Anſelmo

5 *Vitam S. Remacli à Notgero epiſcopo Leodienſi ante finem ſeculi* X *conſcriptam & in Opere noſtro ad* III *Septembris magna ex parte Commentario prævio ſparſim inſertam, integram mutato ſtylo vulgavit Surius ; ſed qui genuinam phraſim ſervavit in præfixa epiſtola ad Werinfridum abbatem Stabulenſem, in qua Notgerus,* Non ejus modo, *inquit,* cujus meminimus, ſancti videlicet Remacli, verùm ceterorum noſtræ ſedis pontificum tempora & geſta, quæ undecumque potuere corradi, ad noſtra uſque tempora collegi, & cujus potiſſimùm anhelabas deſiderio, Vitam *S. Remacli* inde exceptam votis tuis porrexi. *Operis, cujus auctorem ſe eſſe hîc fatetur Notgerus, pars poſterior* S. Theodardi *& ſucceſſorum ejus geſta complectens, deperdita eſt. At partem priorem ſeu geſta antiſtitum, qui ante Sanctum noſtrum Tungris ac Trajecti ſederunt, apud Chapeavillum exſtare credo, Harigero abbati Lobienſi attributa, quòd is eadem recenſuerit, limârit ac ſuo nomine emiſerit. Vide Bollandum ad* III *Februarii in Commentario de S. Hadelino* § 3. *Lucubrationi Harigero adſcriptæ in editione Chapeavilli proximè ſubjicitur Hiſtoria epiſcoporum Trajectenſium & Leodienſium à* S. Theodardo *continuata uſque ad mortem Wazonis, auctorem præferens Anſelmum Leodienſis eccleſiæ S. Lamberti canonicum. At hic etiam Hiſtoriæ iſtius auctor non fuit, niſi eo ſenſu, quòd eamdem ab alio compoſitam & à ſe fortaſſe recognitam atque expolitam vulgârit.*

C

auctori tribui ſolet elogium S. Theodardi, edetur ſecundo loco,

6 *Ex quo ſcriptore Hiſtoriam ſuam deſumpſerit Anſelmus, & quo tempore id fecerit, in proœmio his verbis declarat :* Deinceps quæ ſequuntur *de* S. Theodardo *& ſucceſſoribus uſque ad Wazonem* anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quinquageſimo ſexto ex alterius Opuſculi libello, quem quidam ex canonicis ſancti Lamberti, Alexander nomine, compoſuit monitu Idæ venerabilis abbatiſſæ, quæ regebat monaſterium ſanctæ Cæciliæ virginis in Colonia huic Operi, *Harigeri ſcilicet,* ſunt annexa. *Vivere deſiit Wazo epiſcopus Leodienſis anno* 1048 *vel circitèr. Paulo pòſt Alexander ſcribere cœperit neceſſe eſt ; cùm Anſelmus ingenuè fateatur, ſe anno* 1056 *ex illius lucubratione* S. Theodardi *& ſubſequentium epiſcoporum Acta accepiſſe. Integra ac pura, prout ea litteris tradidit Anſelmus, ſub cujus nomine deinde citabuntur, ex vetuſto codice Ms. Andaginenſis monaſterii typis Pariſienſibus anno* 1729 *prodiêre, ampliſſimæ veterum ſcriptorum Collectioni à Martenio inſerta tom.* 4 *à col.* 843. *Elogium, quo ibidem Sanctus noſter exornatur, poſt hunc Commentarium & antiquiorem illius Vitam recudetur, collatum cum editione Chapeavilli ; quæ Anſelmi Proœmium fœdè mutilatum depravatumque proponit, & in ceteris etiam plurimùm diſcrepat ab optimæ notæ codice Ms., quo uſus* E *eſt Martenius. Qui de ſcriptis Alexandri & Anſelmi canonicorum cathedralis eccleſiæ Leodienſis plura edoceri cupit, conſulat auctores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 7 *à pag.* 474.

ac dein Vita prolixior à Sigeberto Gemblacenſi conſcripta.

7 *Poſtremo loco dabuntur ex Surio prolixiora* S. Theodardi *Acta, aliquot nævis expurgata ſubſidio cujuſdam Ms., neſcio unde accepti, & lectionum variantium, quas impreſſum editionis Surianæ exemplar, quod præ manibus eſt, è codice Ms. Rubeæ Vallis in margine adſcriptas habet. Actorum iſtorum auctor eſt Sigebertus monachus Gemblacenſis, qui in capite ultimo libri de illuſtribus Eccleſiæ ſcriptoribus,* Vitas, *inquit,* ſanctorum Maclovi & Theodardi urbaniori ſtylo melioravi. *Floruit Sigebertus in fine ſeculi* XI *& ſequentis initio. Sancti autem Epiſcopi noſtri Vita, quam in meliùs à ſe mutatam fuiſſe dicit, ea eſt, de cujus pervetuſto auctore anonymo ſuprà egi. Quæ ab ipſo memoriæ prodita fuere, alio & politiore ſermone paſſim explicatiùs, hinc inde etiam contractiùs enarrat Sigebertus : ſed iis, quæ in antiquiore Vita reperit, & quoad ſtylum melioravit, plurima aliunde accepta attexuit, quæ illam deteriorem reddunt ; cùm pleraque vel ſuſpecta vel falſa ſint, ut ſuis locis videbitur, vel ad* S. Theodardum *non pertinentia. Non edendam eſſe judico ejus Vitam, quam Ægidius de Leodio Aureæ Vallis monachus ſeculo* XII *ſcripſit. In noſtro apographo* è Ms. Ultrajectino S. Salvatoris *multis in locis illa compendioſior eſt quàm apud Chapeavillum, qui illam integram edidit poſt Anſelmi de Sancto elogium. Hinc aliqua decerpſit Ægidius ; aliqua etiam à Sigeberto Gemblacenſi mutuavit ; reliqua omnia ferè tranſcripſit ex antiquiore Vita, quæ penè tota in idioma Flandricum converſa exſtat in muſei noſtri codice* ✠ *Ms.* 37, *ante trecentos annos exarato. Multa alia Sancti noſtri Acta & elogia tam Mss. quàm typis excuſa pervolvi, quorum auctores ex iiſdem, quibus Ægidius, fontibus omnia hauſerunt, ſi nonnulla excipias ex Vitis SS. Lamberti ac Remacli, aliiſque litterarum monumentis extracta, quæ per Commentarii decurſum referentur.*

F

AUCTORE J. L.

§ II. Sancti Vita ante episcopatum, de qua varia traduntur suspecta & falsa: S. Remacli, fuit discipulus, at non abbas Stabulensis aut Malmundariensis.

Alii Sanctum natione Gallum esse ajunt, alii principis Bavari filium esse fabulantur.

Sigebertus Gemblacensis Sanctum nobili loco in Gallia natum fuisse ait, sed è quo stemmate & in qua Galliæ regione progenitus fuerit, non exprimit. Jacobus Lobbetius in Opusculo de Gloria Leodiensis ecclesiæ pag. 54, Sunt, *inquit*, qui *cum Sigeberto* velint natione Gallum & domo nobilem. Duo antiquissima manuscripta, quæ legi, adjectis etiam insignibus gentilitiis probant, principis Bavarorum filium fuisse, quod arridet magis. *Lobbetius duo manuscripta, quæ laudat, frustra* antiquissima *appellat: nam si etiam insignia Sancti gentilitia exhibeant, quilibet eruditus lector illa ad fidem faciendam satis antiqua esse inficiabitur. Vehemens sanè mihi est suspicio, in utroque Ms., quod vidit Lobbetius, idem commentum referri, quod auctor Vitæ* S. Theodardi *in codice Trajectensi ad Mosam* ✠ *Ms.* 79, *non citiùs quàm sub finem seculi* XV *conscripto, hisce verbis obtrusit:* Hic filius magni Baronis à Bavaria ex filia comitis Namurcensis. *Fabulam hanc ineptè imperitèque confictam Sancti elogio in duobus aliis recentioribus musei nostri Mss. insertam invenio, uti etiam futili Catalogo antistitum Tungrensium, Trajectensium & Leodiensium, quem Joannes Placentius ante medium seculi* XVI *typis evulgavit.*

Sigebertus eum sub Lothario II natum & monachum factum fuisse ait,

9 *Nativitatem* S. Theodardi, *positumque nescio in quo cœnobio, cui à parentibus in extrema pueritia vel prima adolescentia fuerit oblatus, monasticæ vitæ tirocinium, Sigebertus innectit temporibus Lotharii II Francorum regis. Ipsa biographi verba adducere lubet.* Beatus Theodardus natus in Gallia, clarescit pro nobili parentum prosapia, regni decus & Ecclesiæ gloria futurus. Eo tempore regnum Francorum regebat Chilperici *regis Suessionum* filius Lotharius, nomine & fortitudine referens avum suum Lotharium, *hujus nominis primum* . . . Igitur sub Lothario secundo Theodardus à pueritia usque ad bivium adolescentiæ provectus, contempsit latam viam, in qua multos vocatos sinistrorsum evagari videbat; & elegit arctam viam, per quam pauci electi ad vitam dextrorsum tendunt: ex devotione quippe parentum suorum mancipatus monasteriali disciplinæ voluntariè portabat leve jugum Christi. *Ex iis, quæ subjunguntur, manifestum est, monasticam* S. Theodardi *vitam à Sigeberto componi cum tempore, quo Lotharius II post diuturnum in Neustria regnum totius Franciæ monarchiam tenebat. Si Sanctum tunc quoque natum fuisse velit Sigebertus,* & adolescentiam *accipiat pro ætate, quæ ab ineunte decimo quinto anno inchoatur; relata ipsius dicta vix conciliari possunt cum ejusdem Chronico, quod Lotharium tredecim dumtaxat annis monarcham fuisse statuit, videlicet ab anno* 618 *usque ad* 631. *At nunc convenit inter eruditos, Sigebertum in Chronico aberrâsse & Lotharii II monarchiam durâsse quindecim annos, deducendos ab anno* 613 *usque ad* 628, *quo è vivis excessit. Facilè quidem intelligitur, quomodo* S. Theodardus *intra* 15 *istos annos potuerit & nasci, &* à pueritia ad bivium adolescentiæ *pervenire, & à parentibus alicui monasterio tradi, monasticis disciplinis imbuendus: sed quid est, quod ea omnia intra idem tempus contigisse persuadeat? Dicerem, Sanctum in lucem editum fuisse, priusquam Lotharius anno* 613 *Franciæ totius monarchiam adipisceretur, si vera esset mox danda Sigeberti narratio, è qua conficitur,* S. Theodardum *monachum adhæsisse S. Arnulpho, antequam episcopatum Metensem anno* 625 *abdicaret: sed admodùm suspecta mihi est tota illa narratio, quam nunc lectori expendendam propono.*

ac dein SS. Arnulpho, Eligio ac Joanni Agno adhæsisse,

10 *Inter eos,* quorum exemplo vel instituto Theodardus meliora charismata æmulabatur . . . præeminebat Arnulphus ex majore domûs Metensium episcopus, Eligius ex aurifice pòst Noviomensis episcopus, Johannes etiam Tungrensis ex laïco in episcopum . . . à Deo electus. Tales Theodardus imitando in gemina scientia proficiebat: horum lateri adhærens, palatinis principibus notus & charus erat. Jam fama de nomine ejus ascenderat ad solium Dagoberti, post patrem Lotharium regnantis *&c. S. Arnulphi Acta ad diem* XVIII *Julii diligenter illustravit noster Boschius, qui in Commentario prævio* § 2 *improbat, quod hîc asserit Sigebertus, scilicet Sanctum illum antistitem Metensem factum fuisse ex majore domûs regiæ. Non tamen negat, ejus episcopatui honorem illum accessisse sub Dagoberto I, cùm pater Lotharius II eum regni consortem fecisset anno* 622, *Austrasiisque Francis regem præposuisset. Ibidem* § 3 *ostendit, S. Arnulphum anno* 625, *cathedra episcopali aulaque Dagoberti relictis, in Habendensis monasterii solitudinem secessisse. S. Eligius aurifex peritissimus, teste S. Audoëno episcopo Rothomagensi in ipsius Vita, quæ dabitur ad* 1 *Decembris, artem suam, antequam ecclesiæ Noviomensi præficeretur, exercuit Parisiis, ibique vel in vicinia frequentavit aulam Lotharii II, ac dein filii ejus Dagoberti I, postquam in patris anno* 628 *mortui monarchia successisset. Floruit iisdem temporibus S. Joannes Agnus episcopus Trajectensis, quem à cathedra in hanc urbem Tungris translata Sigebertus* Tungrensem *appellat. De eo actum fuit ad* XXV *Julii.*

quod fieri videtur.

11 *Sancti modò memorati ex laicis omnes creati fuerunt episcopi. Unus ex illis Arnulphus vitam monasticam professus fuit, postquam episcopatui anno* 625 *renuntiâsset. At de Sancto illo non ut monacho, sed ut episcopo, manifestè agere videtur Sigebertus. Itaque* S. Theodardus *monasterium in pueritiæ & adolescentiæ confinio ingressus, vitæ monasticæ disciplinam à nullo ex tribus istis Sanctis edoctus fuit. Ut tamen ipsorum virtutes coram intueri atque imitari posset, Sigebertus sanctum Adolescentem suo monasterio eductum eorumdem lateri adjunxit, licèt in locis valde dissitis sua domicilia fixissent, S. Arnulphus Metis, S. Eligius Parisiis & S. Joannes Agnus Trajecti.* Horum, *inquit*, lateri adhærens, palatinis principibus notus & charus erat. *Addendum hîc erat, juniorem nostrum Monachum innotuisse & in amoribus fuisse palatii regii principibus: adhæsit scilicet SS. Eligio & Arnulpho, qui inter illos pluri-*

A *plurimùm versati fuere, hic in Austrasia, ille in Neustria; ubi etiam* ad solium Dagoberti, post patrem Lotharium regnantis *fama virtutum* S. Theodardi *ascenderit. Apud scriptores Sigeberto antiquiores nihil horum omnium invenio; quæ proinde ad Sancti memoriam utcumque exornandam ab illo excogitata fuisse arbitror. Neoterici nonnulli, qui* S. Theodardum *omnem recti normam didicisse ajunt à S. Joanne Agno episcopo Trajectensi, nimiùm faciles secuti fuerunt Sigebertum.*

Fuit discipulus S. Remacli, & in cœnobio Stabulensi

12 *De Sancti nostri vita ante episcopatum acta nihil posterorum memoriæ transmisit pervetustus auctor anonymus, præterquam quòd* parentibus nobiliter editus, *sed* nobiliùs conversatus *fuerit, & vixerit sub S. Remacli disciplina, de qua filet Sigebertus.* Mirabatur clerus, *inquit anonymus de* S. Theodardo *ad episcopatum promoto*, tam subitò venerabilis magistri sui sancti Remacli fore conformem, quem nuperrimè discipulatûs regimini viderant esse subjectum. *S. Remacli discipulum fuisse* S. Theodardum *etiam testantur in illius Vita Notgerus episcopus Leodicnsis & Harigerus. Notgeri verba legi possunt tom.* 1 *Septembris pag.* 678 *num.* 37. *Harigerus apud Chapeavillum in fine capitis* 50 *& sequentis initio de S. Remaclo hæc habet:* Cœnobiorum extitit plurimorum fundator, discipulorum multorum fuit pater & institutor. Ex quorum numero beatus extitit Theodardus, disciplinis ab eo ecclesiasticis informatus, & ab ipso sibi successore * designatus, & ad ultimum martyrii coronâ insignitus. *In Vita S. Hadelini à laudato Notgero conscripta tom.* 1 *Februarii pag.* 374 *num.* 8 *sequentia occurrunt:* In Catalogo virorum illustrium, qui ibidem (*in ecclesia Stabulensi*) super altare apparet assiduè, habetur insertum: Hæc sunt, inquit, nomina eorum, qui cum B. Remaclo monasterium Stabulaus inhabitare cœperunt: S. Remaclus, S. Hadelinus, S. Theodardus *&c.*

B

* *l.* successor

vitam monasticam egit, quam verisimiliter susceperit solemniaci aut Casæcongiduni.

13 *Quatuor monasteriorum primus abbas fuit S. Remaclus. Rexit imprimis Solemniacense in Aquitania & diœcesi Lemovicensi, quod ante annum* 638 *Dagoberti I emortualem à S. Eligio postmodùm episcopo Noviomensi erectum fuit; dein Casæcongidunense in hodierno ducatu Luxemburgensi ad Sesmarum fluvium, quod à Dagoberti I filio S. Sigeberto III Austrasiæ rege inter annum* 644 *&* 648 *conditum fuit; denique Stabulense simul & Malmundariense in confiniis ducatuum Luxemburgensis, Limburgensis & Juliacensis sita, quæ ab eodem piissimo rege Sigeberto fundata fuere, postquam S. Remaclus anno* 650 *vel sequente ad cathedram Trajectensem esset evectus. Plura de quatuor istis monasteriis videri possunt in Commentario de S. Remaclo* § 3 *&* 6. *Non putem in dubium vocari posse, quin inter omnium primos, qui Stabulense aut Malmundariense monasterium incoluere, fuerit* S. Theodardus. *In antiquo documento, quod numero præcedente ex Notgero adduxi, dicitur* cum S. Remaclo monasterium Stabulaus inhabitare *cœpisse. Jam verò quosnam potiùs in novis cœnobiis Stabulensi & Malmundariensi S. Remaclus constituisse putandus est, quàm suos quondam discipulos in Casæcongidunensi aut Solemniacensi monasterio? Hinc verisimile mihi fit,* S. Theodardum *in alterutro religiosæ vitæ fundamenta posuisse. Sigebertus Gemblacensis, qui tempore Lotharii II regis, sub quo neutrum è duobus jamjam memoratis cœnobiis exstitit, Sanctum vix aut ne vix quidem pueritiâ egressum monasticam vitam suscepisse asserit, nullius apud me est auctoritatis; cùm satis perspiciam eum ex meris conjecturis nonnulla de Sancto minùs verisimilia adstruere, imo luculentis antiquorum testimoniis contradicere, ut statim patebit.*

C

AUCTORE J. L.

Non fuit primus abbas monasterii Stabulensis aut Malmundariensis:

14 *Anonymus monachus Stabulensis in Actis S. Remacli circa medium seculum* IX *scriptis & ad* III *Septembris editis cap.* 2 *num.* XI, *& Notgerus in Commentario illis prævio* § 6 *num.* 48, *uti etiam Harigerus apud Chapeavillum cap.* 56, *diserte testantur, utriusque recèns constructi monasterii Stabulensis æquè ac Malmundariensis regimen S. Remaclo episcopo auctoritate regia fuisse commissum. Sola Harigeri, cùm aliorum verba in Opere nostro locis indicatis inveniri possint, hìc retulisse sufficiet.* Peractis igitur utriusque cœnobii oratoriis, ad dedicanda ea Domino beatus pontifex admonitione regia proficiscitur, peractaque solemniter benedictione, curam utriusque ac regionem à regia suscepit sublimitate. *Harigeri idemque asserentium Notgeri & anonymi Stabulensis testimoniis manifestè repugnantia comminiscitur Sigebertus biographus; nam postquam sermonem intulisset de S. Sigeberto utriusque cœnobii fundatore & Grimoaldo majore domûs, qui ejus in pio illo opere adjutor fuit, mox subjungit:* Hi communicato consilio cum Remaclo Tungrensium episcopo & Cuniberto Colonienſi episcopo, ad quorum diœceses loca illa appendebant, nullum magis Theodardo idoneum invenerunt, quem locis illis præficerent, ut superponeret spirituale fundamentum in summo angulari lapide Christo Jesu. Theodardus verò sciens, quòd onus, non honor, imponitur præesse nescienti, malebat esse, quàm vocari abbas, ut omnia omnibus factus, omnes lucrifaceret. *Auctor Chronici Leodiensis, quod ad annum* 1192 *perductum dat Martenius tom.* 3 *Thesauri novi anecdotorum à col.* 1403 *& alii recentiores, qui vel Malmundarium in Colonienſi, vel Stabuletum in Trajectensi, nunc Leodiensi, diœcesi situm, vel cum Sigeberto utrumque monasterium à* S. Theodardo *primo abbate administratum fuisse dictitant, minimè lectorem morari debent; cùm adhærendum sit vetustioribus auctoribus suprà laudatis; ex quorum dictis evidens est, primum abbatem utriusque cœnobii fuisse S. Remaclum.*

D

refutantur, qui Sanctum

15 *Cointius & Mabillonius in suis quisque Annalibus, hic Benedictinis ad annum* 652, *ille ecclesiasticis Francorum ad annum* 653, *Dionysius Sammarthanus tom.* 3 *Galliæ Christianæ col.* 825, 939 *& seq. & alii neoterici volunt,* S. Theodardum *secundum abbatem fuisse monasteriorum Stabulensis & Malmundariensis. Horum originem referunt ad annum* 648, *& S. Remaclum monachis, quos ibidem congregârat, præfuisse asserunt, donec cathedram Trajectensem ascenderet, illique in regimine dictorum cœnobiorum statim vel, ut Cointius & Dionysius Sammarthanus opinantur, perbrevi temporis spatio interjecto, subrogatum fuisse* S. Theodardum. *Episcopatum verò à S. Remaclo initum fuisse negant ante annum* 652, *quòd non priùs illum deposuisset S. Amandus. At utrumque anno* 650 *aut certè non seriùs quàm* 651 *factum fuisse contendo, atque ita probo. Mense Octobri anno* 649 *Romæ concilium contra Monothelitas celebratum fuit sub S. Martino*

E

F

AUCTORE J. L.

tino PP. I, qui S. Amando ejus Acta, ab episcopis Galliæ in unum locum conventuris subscribenda, transmisit, illumque monuit, Sigebertum regem hortaretur, ut in urbem mitteret episcopos, Sedis Apostolicæ legatione ad Constantem imperatorem functuros & ejusdem concilii Acta ad ipsum delaturos. Quis hinc non inferat, Pontificias, in quibus ista leguntur, ad S. Amandum litteras, à Labbeo tom. VI Conciliorum a col. 383 editas, statim post dicti concilii celebrationem anno 649 scriptas fuisse? In isdem litteris Pontifex dissuadet S. Amando, ne ob cleri sui incontinentiam & contumaciam episcopatui renuntiet. Nihil sanè convenientius sanctitati apostolicisque laboribus S. Amandi dici potest, quam ipsam omnes per unum & alterum annum adhibuisse artes, quæ clero corrigendo profuturæ videbantur, ac tum demum episcopatûs abdicandi consilium arripuisse, cùm se suis laboribus & curis nihil proficere conspicèret: atque ideo ecclesiæ Trajectensis administrationem susceptisse censendus est anno 647 vel certè eo non diu præterito. Sed S. Amandi discipulus Baudemundus tom. I Februarii pag. 352 col. 2 refutatur, magistrum suum non diutiùs sedisse quam per triennium ferè *: atque episcopatus à S. Amando abdicatus & successio S. Remacli minimè differenda sunt ultra annum 651, sed huic vel præcedenti anno 650 alligenda. Hanc sententiam, sæpius in Opere nostro traditam, à qua Comitum, Mabillonium & alios nulla solida ratione auctoritateque suffultos recessisse comperio; hic stabiliendam esse duxi, quod ex admissâ ejus veritate & argumento mox aliunde assumendo consequens fiat; ne iidem auctores fallantur, dum, S. Remaclo creato antistite Trajectensi, statim vel paulo post* S. Theodardum *monasteriis Stabulensi & Malmundariensi abbatem præfectum fuisse ajunt.*

16 Henschenius tom. I Februarii pag. 235 num. 20 profert diploma, quo Sigebertus rex abbatiis Stabulensi & Malmundariensi concedit nonnulla vectigalia, irritamque declarat donationem, si quam ex illis alteri cuicumque fecerit ante superiores annos, dum adhuc sub tenera *esset* ætate, *id est, dum ad legitimam annorum 21 ætatem seu annum regni sui decimum quartum nondum pervenerat, uti colligitur ex iis, quæ proxime subjungit:* Dum & aliter, *inquit*, compluribus fidelibus nostris noscitur esse conventum, ut dum auxiliante Domino in regnum ad legitimam pervenimus ætatem, cessiones illius, quæ * ex originario fisco nostro aliquid serenitas nostra concesserat, deinceps in antea, hoc est, de anno decimo quarto regni nostri, debeant in Dei nomine esse stabiles. *Annus Sigeberti regis decimus quartus a morte patris Dagoberti I, mense Januario anni 638 vita defuncti, currere cœpit eodem mense Januario anni 651: quo circiter tempore etiam legitimam annorum 21 ætatem complevit Sigebertus: natus enim fuit circa initium anni 630. Dum verò idem rex donationes suas ratas habet* de anno decimo quarto *regni sui, minimè significat, se diploma, quo id continetur, eodem isto anno dedisse imo ab anno 14 regni sui usque ad tempus datæ diplomatis aliquot annos effluxisse innuit, dum dicit, se* ante superiores annos *constitutum fuisse* sub tenera ætate, *quâ eam procul omni dubio intelligit, quam egit usque ad 14 regni sui annum: acturus utique, si hoc ipso anno diploma concessisset,* ante hunc annum, *vel si illud fecisset anno principatûs sui 15,* ante superiorem annum, *non verò* superiores annos. *Quis eo tempore, quo diploma suum dedit Sigebertus, Stabulensis & Malmundariensis abbas fuerit, rex ipse hisce verbis manifestat in eodem suo diplomate:* Igitur sancta ac venerabilia monasteria, Stabulaus sive Malmundarium cognominata, ubi vir venerabilis Remaclus episcopus abba, Christo auspice, præesse videtur *&c.*

secundum utriusque cœnobii,

abbatem fuisse tenent.

17 *Nunc ita argumentor: S. Remaclus, ut numero 15 ostendi, Trajecti sedit aut saltem sedere cœpit anno 651, quo Sigebertus annum regni sui 14 mense Januario inchoavit; sed in sæpe memorato ejus diplomate, quod aliquot annis inde elapsis confectum fuit, ut etiam satis probâsse mihi videor, clarè exprimitur, S. Remaclum episcopum monasteriis Stabulensi & Malmundariensi abbatem præfuisse: rejicienda igitur est opinio Cointii, Mabillonii & aliorum, qui, S. Remaclo ad episcopatum Trajectensem assumpto, statim vel paulò post* S. Theodardum *utriusque monasterii abbatem constitutum fuisse dicunt. Cùm adversarii communissimam sequantur sententiam, quæ S. Remaclum non nisi post regis Sigeberti obitum ecclesiæ Trajectensis curam dimisisse statuit; quod illis opposui argumentum vim suam omnem retineret, licèt etiam concederem, monasteria Stabulense & Malmundariense ante S. Remacli episcopatum fundata fuisse. Sed & hoc sine ullo solido fundamento asserunt contra Harigerum, Notgerum & utroque multò antiquiorem anonymum Stabulensem, ad quos iterum lectorem remitto. Ad levia aliquot argumenta, quibus nituntur, responsum est tom. 1 Septembris in Comment. de S. Remaclo num. 22 & 49.*

§ III. Fit episcopus, an post mortem regis Sigeberti? Institutio S. Lamberti; tempus, causa & locus martyrii; cultus.

Fortè Stabuleti & Malmundarii vicarius fuit S. Remacli, cui succedit

B *Artholomæus Fisen in Floribus ecclesiæ Leodiensis in* S. Theodardi *elogio* Cùm Remaclus, *inquit*, Stabuleti ac Malmundarii monastices fundamenta jecisset, & ad ecclesiam suam episcopatûsque negotia subinde se referre cogeretur; idoneus quàm maxime visus est Theodardus, qui novum utriusque familiæ plantarium, quod Remaclus conseverat, rigaret ipse. Fecit ille tantâ vigilantiâ, desiderioque divini honoris, ut cùm denique, posito episcopatu in Stabulensem solitudinem se Remaclus abdidit, utrumque illum religiosum cœtum recturus, illi successerit Trajecti Theodardus: quem spes erat ea animi magnitudine religioneque episcopatum gesturum, quâ Remacli vices impleverat Stabuleti. *Lubens hæc omnia admisero, modò supponatur, S. Remaclum episcopum Trajectensem & simul abbatem Stabulensem ac Malmundariensem fuisse, &* S. Theodardum *vicariam dumtaxat & ab ipso dependentem monasteriorum istorum curam gessisse: hanc autem à S. Remaclo, qui ob munia episcopalia Trajecti residere debebat, Sancto nostro commis-*

A *commiſſam fuiſſe, ex eo aliquam veriſimilitudinem accipit, quòd ipſum deinde præ ceteris idoneum judicârit, qui eccleſiæ Trajectenſi præeſſet: nam cùm à rege impetrâſſet, ut alius ſibi in Stabulenſem eremum ſeceſſuro in ſede epiſcopali ſuccederet;* Sancti Theodardi vitam ſatis probabilem regi & optimatibus oſtentavit, eumque vicem ſuam ſupplere & poſt ſe cathedræ ſuæ ſubrogandum ex nomine deſignavit, *inquit Notgerus in Actis S. Hadelini ad* III *Februarii editis cap.* I *num.* 3. *Audi & Harigerum in Vita S. Remacli apud Chapeavillum cap.* 57: Igitur beatus ſacerdos, quod ſemper habuit in voto, remotioris vitæ ſolitudinem deſideranter aggreſſus, ex permiſſu regis & principum & cleri ſibi commiſſi totiuſque plebis aſſenſu, S. Theodardum probabilis vitæ virum ſibi ſuccedere inſtituit, & in Stabulaus monaſterium, ubi remotus à curis ſæcularibus Deo liberiùs vacaret, ſeceſſit.

in epiſcopatu, quod an mortuo S. Sigeberto rege factum ſit, in dubium vocatur.

B 19 *Tenent ſcriptores celebriores paſſim omnes, & in Opere noſtro variis locis aſſeritur, S. Remaclum epiſcopatu ſe abdicâſſe anno* 660 *vel etiam ſeriùs. Nihilominus ego dubito, an id fecerit mortuo, an verò vivente S. Sigeberto rege; qui certè uſque ad annum* 660 *vitam non protraxit, ut nunc in confeſſo eſt apud omnes. Fortiſſimum & unicum, quod mihi dubitanti objici poteſt, argumentum ego ipſe proponam. Apud Mabillonium Seculo* 2 *Benedictino S. Trudo in Vita ſua, quam Donatus diaconus ſeculo* VIII *ad finem vergente conſcripſit, ad S. Clodulphum antiſtitem Metenſem miſſus fuiſſe dicitur à S. Remaclo præſule, & ad hunc epiſcopatu etiamnum fungentem,* tranſactis *in urbe Metenſi* plurimis annis, *rediiſſe. At S. Clodulphus conſecratus fuit epiſcopus Metenſis menſe Aprili anno* 654, *ut Pagius tenet, vel* 655, *ut Boſchio noſtro præplacet tom.* IV *Julii pag.* 430. *Itaque S. Remaclus* plurimis annis *præfuit poſt annum* 654 *vel* 655, *& conſequenter etiam poſt mortem Sigeberti regis; quem non ſeriùs quàm Calendis Februarii anno* 656 *obiiſſe, communior nunc fert eruditorum ſententia, cui ego aſſentior. Donato anonymum ineditæ Vitæ* S. Theodardi *auctorem oppono: qui cùm diſertè teſtetur, illum S. Remaclo in epiſcopatu Trajectenſi ſucceſſiſſe ſub rege Sigeberto, cúmque probare nequeam, eumdem anonymum in prologo lectori hiſce verbis impoſuiſſe:* De quorum *ſanctorum Martyrum* collegio non abhinc multa tempeſtate extitit præſul Theodardus, *anno circiter* 668 *paſſus; non poſſum non dubitare, an ſtandum ſit auctoritate Donati, qui centum & pluribus annis Sancti noſtri martyrio poſterior eſt, & ex cujus dictis ſequitur, S. Remaclum poſt Sigeberti obitum cathedram Trajectenſem tenuiſſe. Dubium meum auget anonymus monachus Stabulenſis, medii circiter ſeculi* IX *auctor, qui S. Remaclum, ut ex hujus Vita ab illo ſcripta evinci poteſt, ſub Sigeberto epiſcopatui renuntiâſſe cenſet. Idem aperte tradunt Notgerus & Harigerus & alii quamplurimi. Scriptores jamjam laudati adverſus eos, qui* S. Theodardum *ſecundum abbatem Stabulenſem & Malmundarienſem fuiſſe contendunt, argumenta ſubminiſtrant magnam ſanè vim habitura, ſi certum foret, ſedem Trajectenſem à S. Remaclo relictam fuiſſe, regnante Sigeberto: verùm cùm auctoritas Donati, cui tamen an potius adhærendum ſit, mihi dubitare licet, rem incertam faciat; ego argumenta iſta § præcedente fruſtra*

produxiſſem contra adverſam partem, quæ S. Remaclum multis annis poſt Sigeberti mortem Trajecti ſedisſe aſſeverat; atque ideo in hac illam ſententia refutandam eſſe duxi, uti & me feciſſe inſinuavi num. 17. AUCTORE J. I.

Conſecratio eccleſiæ Sarchinienſis;

20 *Dionyſius Sammarthanus tom.* III *Galliæ Chriſtianæ col.* 825, Anno, *inquit,* DCLXIV dedicata eſt eccleſia Sarchinienſis cœnobii à Trudone conſtructa. Verùm à quo? de ipſa etiam dedicatione ſilet omnino Amatus * diaconus, primus Vitæ S. Trudonis ſcriptor; ſilet & Herigerus in Vita S. Remacli. Notgerus cæremoniam illam Remaclo tribuit in ejus Vita; Theodardo verò Theodoricus, *ſeculi* XI *exeuntis ſcriptor,* in Vita Trudonis *apud Surium ad* XXIII *Novembris,* quem ſecutus eſt auctor Chronici Trudonenſis. Fortè dedicationi uterque, Remaclus, *& ejus in regimine Trajectenſis eccleſiæ ſucceſſor* Theodardus interfuêre, quemadmodum cellæ S. Giſleni dedicandæ operam ſuam contuliſſe perhibentur Amandus & Autbertus epiſcopi. *Tom.* I *Septembris pag.* 683 *num.* 55 *conſecratio eccleſiæ à S. Trudone erectæ Sarchinii, qui locus nunc Trudonopolis nuncupatur, eidem anno* 664 *innectitur: additurque hæc ratio, quòd ſcilicet in Chronico Trudonenſi legatur, eccleſiam iſtam à* S. Theodardo *epiſcopo Trajectenſi dedicatam fuiſſe* III *Idus Octobris, atque hæc dies toto, quo ille præfuit, tempore in Dominicam non inciderit, niſi dicto anno* 664. *Verum id eſt, ſi S. Remaclus anno* 660 *vel* 661, *ut ibidem aſſeritur, nec à me negatur, epiſcopatum abdicârit: ſed ſi iſtud fecerit, vivente Sigeberto, puta anno* 655; S. Theodardus *certè ſedebat anno* 659, *quo dies* XIII *Octobris etiam Dominica fuit.*

egregia inſtitutio

21 *Sanctus* Theodardus *ab antiquo biographo anonymo appellatur* magiſter *S. Lamberti, adoleſcentis naturæ & gratiæ donis ornatiſſimi; qui quantum ſub illius magiſterio in virtute, in ſacris ſcientiis atque omni morum honeſtate profecerit, ex Vitæ ipſius auctoribus Godeſchalco diacono & Stephano epiſcopo Leodienſi intellige. Prior ſcripſit circa annum* 730, *atque apud Mabillonium Seculo* III *Benedictino part.* I *pag.* 70 *hæc habet:* Pueritiæ annos excedens, ævum adoleſcentiæ cum induſtria ſenectutis gerebat. Eodem tempore opido Trajectinſe cathedræ pontificali præſidebat ſummus pontifex Theodoardus divinæ diſpenſatione providentiæ. Protinus pater ejus commendavit eum jam ſupradicto Antiſtiti, divinis dogmatibus & monaſticis diſciplinis in aula regia erudiendum. *Profeſſione monachus fuit* S. Theodardus: *an etiam S. Lambertus, qui hîc dicitur* monaſticis diſciplinis *ab eo inſtitutus? Id examinare propiùs ad eum ſpectat, qui de S. Lamberto acturus eſt ad* XVII *Septembris. Pergo itaque cum Godeſchalco:* Erat enim adoleſcens ſapiens, adſpectu amabilis, conloquio affabilis: recta converſatione tam cum Pontifice, quàm & in domo regia militare cœpit. Etiam cùm eſſet formâ præcipuus, fortis & velox, agilis & multùm firmus in bello, animo clarus, ſpecie ornatus, caritate, caſtitate & humilitate fundatus, etiam & ad opus ** lectioni vacabat. Tantam denique gratiam in conſpectu Pontificis invenire meruit, ut quaſi filium heredem & ſucceſſorem ſibi eum adoptaret eligere, ſi licitum ei fuiſſet propter inſtitutionem canonicam.

** *al.* cùm opus erat

22 *Optimi præceptoris* Theodardi *atque ejus diſcipuli Lamberti laudes inſigni elogio ita celebrat* S. Lamberti;

AUCTORE J. L.

lebrat *Stephanus Leodienſis ineunte ſeculo* x *epiſcopus in Ms. muſei noſtri codice ſignato Q Ms.* 5 : Eodem tempore agius * pontifex Theodardus, & clariſſimus Chriſti martyr futurus, vir ſacerdotali reverentia plenus, & coram divinis conſpectibus ſacerdos beatificandus, in memorato ſuperiùs vico *Trajectenſi* epiſcopalem amminiſtrabat dignitatem. Huic memorabilis adoleſcens Lantbertus, nobilitate cluentiſſimus, formâ corporis elegantiſſimus, commendatur in aula regia educandus, ut velut precioſus lapis multiplicibus poliretur argumentis, ut competens fieret cæleſtibus ornamentis. Tunc ſanè columba Chriſti ſine felle amaritudinis, Lantbertus videlicet, alumnus laudabilis, ſollerter adhærens magiſterio præfati Antiſtitis, cœpit illum venerari ſicut dominum, diligere quemadmodum patrem cariſſimum, & in cunctis actis obſequi juxta edictum Apoſtoli, ceu decebat ſervum Domini. Enimvero ex tanti Patris conſortio replebatur propenſiùs gratiâ, ditabatur locupletiùs ſapientiâ, augebatur cotidie meritorum affluentiâ. Quod idem Antiſtes tacito contemplans & ſubtili indagatione perſcrutans, quantus qualiſque foret, intellexit; ideoque totum ſe in ejus amorem tranſvexit, utpote in dilectum heredem & gratiſſimum ſucceſſorem. Adeptus ſiquidem magni Sacerdotis amorem, & edoctus admodùm tenêre monita Scripturarum, implebat duplex caritatis præceptum, diligens tota mente Dominum, amplectenſque proximum integro amore, ſicut ſemetipſum ... Poſtquam verò ab impiis interfectus, palmam beatitudinis ſanctus percepit Theodardus, fidelis Trajectenſium caterva, pio Paſtore viduata, cœpit vehementer perquirere alium ſimilem ſanctitate, quem in ejus loco poſſet ſubrogare *&c.*

* *id eſt*, ſanctus

B

23 *Henſchenius tom.* 1 *Februarii pag.* 235 *profert diploma Childerici II Auſtraſiæ regis, in quo fit mentio ſancti præſulis noſtri* Theodardi. *Notas chronicas diplomatis, quæ ibidem omittuntur, idem dat Henſchenius in Exegeſi de epiſcopatu Tungrenſi & Trajectenſi ante tomum* VII *Maii num.* 86. *Referuntur etiam in Commentario de S. Remaclo ad* III *Septembris num.* 60. *Illas & hoc loco adducere lubet :* Data quando fecit menſis September dies VI, anno VIII regni domni Childerici regis. Trajecto feliciter. *Cointius ad annum* 667 *num.* 29, *Pagius ad annum* 658 *num.* 4 *& Ludovicus Du Four in Annalibus Francorum ad calcem tomi* III *Scriptorum rerum Gallicarum & Francicarum pag.* 690 *diem* VI *Septembris, quæ incidit in annum octavum Childerici regis, innectunt anno Chriſti* 667 ; *quo etiam diploma confectum fuiſſe aſſeritur in Exegeſi & Commentario laudatis. Sanctus uno dumtaxat anno vivus ſupereſſe potuit in opinione Cointii.* In Auſtria, *inquit ad annum* 668 *num.* XI, Theodardus Trajectenſis epiſcopus martyrium ſubiit hoc anno, quarto Idus Septembris. Dies notatur in Tabulis eccleſiaſticis. Annus, ſuper quo varii ſcriptores tot tamque diverſas ſententias protulerunt, facilè colligi poteſt. Theodardum ad hunc annum (668) perveniſſe docet diploma, quod Childericus anno priori die ſexto Septembris emiſit ; nam Theodardus, qui tunc vivebat, quarto pòſt die non occubuit ; ſiquidem præceptum Trajecti datum legitur, & Theodardus prope Nemetum interemptus eſt, cùm proficiſceretur ad Childericum regem, qui Trajecto procul aberat. Martyrium autem ejuſdem Theodardi poſt hunc annum differri nequit ; Lambertus enim illi ſucceſſit in epiſcopatum, verſante in Auſtria Childerico, cujus profectionem in Neuſtriam poſt obitum Clotarii fratris exponemus anno ſequenti.

C

D

24 *Rectè Cointius Sanctum non priùs quàm anno* 668 *paſſum fuiſſe tenet : at fallitur, dum id ſeriùs fieri potuiſſe negat ; nam Pagius ad annum* 668 *à num.* 6 *& Joannes Georgius ab Eckhart in Commentariis de rebus Franciæ Orientalis lib.* 14 *num.* 14 *& ſeqq. fusè probant, Clotarium III Neuſtriæ ac Burgundiæ regem non anno* 669, *ſed declinante* 670 *obiiſſe, & Childericum II fratrem ejus ad totius Franciæ monarchiam capeſſendam ex Auſtraſia in Neuſtriam non veniſſe, niſi cùm brevi aliquo tempore poſt mortem ejuſdem Clotarii in Neuſtria & Burgundia regnâſſet alter ipſius frater Theodoricus III. Potuit itaque* S. Theodardus *etiam anno* 669 *ad Childericum in Auſtraſia commorantem proficiſci & in itinere martyr occumbere, ac deinde S. Lambertus ſub eodem Auſtraſiæ rege illi ſuccedere dicto anno* 669 *exeunte vel ineunte* 770. *Plures tamen Sancti noſtri paſſionem affigunt anno* 668, *quos ſecutus ſum, appoſita voce* circitèr, *ne annus ſequens excluderetur. Certum eſt, uti ex dictis num.* 2 *liquet, quadraginta annis eccleſia Trajectenſi præfuiſſe S. Lambertum ; in cujus honorem Leodii jam erecta erat baſilica, antequam Pippinus Herſtallius anno* 714 *vitâ defungeretur : nam ipſius filius Grimoaldus in illa à Rantgario occiſus fuit, cùm pro patris ægrotantis ſanitate preces funderet, teſte Fredegarii Scholaſtici Chronico continuato apud Ruinartium col.* 671. *Hac memoro, ne quis facilè* S. Theodardi *martyrium differat uſque ad annum* 670, *licèt fortè compertum habeat, aliunde nihil obſtare : nam ſi ad annum illum perveniſſet* S. Theodardus, *pariter ad annum* 710 *perveniſſe dicendus eſſet S. Lambertus, poſt* 40 *annorum epiſcopatum eodem, quo Sanctus noſter, menſe Septembri interfectus. Annus autem* 710 *tam vicinus eſt anno* 714, *quo Leodii baſilica S. Lamberto jam poſita viſebatur, ut potiùs ſuſtinendum ſit, hunc ſanctum anno* 709 *paſſum fuiſſe vel anno* 708, *qui mihi præplacet.*

anno 668 vel ſequenti

E

25 *Corpus S. Lamberti in dictam baſilicam tranſtulit S. Hubertus* tertio decimo, *ut in ipſius Vita à diſcipulo conſcripta legitur*, anno ſui præſulatûs, *Chriſti* 721 *vel circiter. Leodienſes annuam tranſlationis iſtius memoriam agunt* XXVIII *Aprilis, quæ dies anno* 720 *in Dominicam incidit. Hinc Pagius ad annum* 658 *num.* 5 *&* 698 *num.* 1 *eamdem tranſlationem jamjam memorato anno & die factam fuiſſe credidit ; & ut intelligi poſſet, S. Hubertum tunc egiſſe epiſcopatûs ſui annum decimum tertium, anno* 707 *S. Lamberti, atque anno* 667 *martyrium* S. Theodardi *illigavit, hunc* X *Septembris paſſum fuiſſe negans, licèt iſto die ejuſdem natalis celebretur. Ad tempora ita ordinanda Pagium induxit error, quo tranſlationem S. Lamberti olim peractam fuiſſe putavit die* XXVIII *Aprilis. At hoc die illius memoria dumtaxat recoli cœpit anno* 1141 *ſub Alberone II epiſcopo Leodienſi, uti teſtatur Ægidius Aureæ Vallis monachus apud Chapeavillum tom.* 2 *cap.* 38 : Sancitum, *inquit*, inſuper epiſcopali eſt authoritate, id ipſum eccleſia Leodienſi probante, ut quarto Calendas Maii ejuſdem triumphi *de caſtro Bullonienſi S. Lamberti ope expugnato* necnon tranſlationis, quâ idem martyr de Traje-

illiganda ;

F

passio

A Trajecto à beato Huberto Leodium eſt tranſlatus, ſolennis inpoſterum agatur memoria; quia octavo Calendas Januarii, ipſa primitus tranſlationis factæ die, propter Dominici Natalis vigiliam debitâ non poſſet celebrari honorificentiâ. *Cùm itaque S. Lamberti corpus* XXVIII *Aprilis tranſlatum non fuerit, quæ ratio poteſt eſſe negandi diem* X *Septembris* S. Theodardo *ſupremum fuiſſe? Non potuit is pertinere ad annum 667, uti ex ſuprà relatis Cointii verbis patet: igitur innectendus eſt anno ſaltem 668, & conſequenter paſſio S. Lamberti & ejus tranſlatio differri debent ad tempora poſteriora iis, quæ Pagius determinavit.*

26 *Suprà laudatum diploma die* VI *Septembris anno regni ſui octavo, Chriſti 667, Trajecti jam dederat Childericus, atque etiam ab iſta urbe, ni fallor, diſceſſerat, quando* S. Theodardo, *ut ipſis anonymi biographi verbis utar,* compertum eſt, quoſdam fundos à ſuis patribus minùs juſtè obtinuiſſe. Hac verò cura pro malè multatis eccleſiæ poſſeſſionibus infra ſui archana cordis recurſans, dubitare cœpit, quid mallet, utrùm ut nactus eſt, ſineret permanere, an ſuper hoc negotio pergeret ire aures regias compellare. Tandem in Domino protectore confiſus, neque metuens, quid faceret ei homo, ſtetit ſententiæ, *& ad regem iter arripuit.* Jam diœceſis ſuæ vicum exceſſerat, & in pago Alliæſedem, quem ſic nomine incolæ dicunt, bonis adhuc proventibus greſſum fixerat; cùm repentè prædonum peſtifer cuneus de ſuarum latebris fovearum emergens exſurgit, arreptiſque lancearum ſuarum ſpiculis in Beatum prorui t; *& poſtquam multis vulneribus eum confeciſſet,* quàm celerrimè latebrarum ſuarum foveas *repetit. De voce* Alliæſedem *in apographo noſtro corrupta ſtatim ſermo redibit. Sed quales S.* Theodardum *interfecerunt prædones? An bonorum eccleſiaſticorum, pro quibus recuperandis Sanctus noſter ad Childericum regem pergebat? Ita in ejus elogio diſertè affirmat Anſelmus canonicus Leodienſis:* Hic pro rebus eccleſiæ ſibi creditis, dum regias aures pergit compellare, & contra pervaſores prædiorum eccleſiæ auxilium poſtulare; in ſaltu quodam, qui dicitur Biwalt, haud longè ab urbe Nemetenſi, C quæ uſitato nomine Spira nunc dicitur, AB IPSIS SUÆ ECCLESIÆ PRÆDONIBUS ex improviſo undique vallatur, & diffugientibus à ſe circumquaque comitibus, ipſe innocens ibidem trucidatur. *Sigebertus Gemblacenſis Sancti interfectores etiam non diſtinguit ab iniquis poſſeſſoribus bonorum eccleſiæ Trajectenſis:* Qui ſcientes, *inquit,* quia in nullo ſibi reſponderet juſtitia, ſi de præſumptis rebus eccleſiæ coram palatinis ageretur controverſia, mala malis accumulant & ex deſperationis periculo de morte innocentis Præſulis tractant, & iter ejus diligenter obſervant, *inſidias ei ſtruunt, interceptumque crudeli cade perimunt. Itaque ſecundum Anſelmum & Sigebertum, quos recentiores penè omnes ſequuntur,* S. Theodardus *pro vero martyre habendus eſt: cùm ſuſcepta juris ac rei eccleſiaſticæ apud regem defenſio fuerit cauſa mortis ipſi illatæ. Ego pariter Sanctum ut verum martyrem honoro, quòd piæ iſti ſententiæ anonymus biographus manifeſtè non adverſetur, quamquam magis inſinuare videatur, illum occiſum fuiſſe ab hominibus latrocinio & rapto vivere aſſuetis.*

27 *In Commentarii hujus fronte poſui, S. Septembris Tomus III.* Theodardum *paſſum fuiſſe* apud Nemetes in Germania. *Eorum caput nunc* Spira *vocatur.* Non longè *ab hac urbe* in ſaltu quodam, qui dicitur Biwalt, *Sanctum caſum fuiſſe ſcribit Anſelmus. In aliquot tabulis geographicis, quas conſului, ſilva* Bienwalt *in ea notatur regione, quam olim Nemetes incolebant, videlicet in Palatinatu inferiore & diœceſi Spirenſi, ad ſiniſtram Rheni ripam, inter fluvios Queicheum, qui Landaviam præterlapſus Germersheimii in Rhenum influit, & Lutharum, qui Alſatiam ſtrictiùs acceptam à Palatinatu inferiore dividit. Tractus, qui inter utrumque fluvium medius jacet, olim pars erat Alſatiæ, cui etiam nunc multi illum accenſent. Igitur Anſelmo contrarius non eſt Sigebertus Gemblacenſis, dum Sanctum martyrium ſubiiſſe aſſerit, cùm Alſatiam eſſet ingreſſus.* Jam, *inquit,* diœceſis ſuæ terminos longè exceſſerat, & in pago, quem Aliſatiam vulgò dicunt, bonis adhuc proventibus gradum fixerat; & ecce cuneus inimicorum Dei *&c. Biographus anonymus, cujus ſtylum Sigebertus expolivit, in mendoſo noſtro apographo ita habet:* Jam diœceſis ſuæ vicum exceſſerat, & in pago Alliæſedem, quem ſic E nomine incolæ dicunt, bonis adhuc proventibus gradum fixerat; cùm repentè prædonum peſtifer cuneus *&c. In muſei noſtri codice Q. Ms. 5 pro* Alliæſedem *legitur* Allieſede. *Utrobique vocem corruptam eſſe credo ex* Alſatia *vel, ut olim ſcribebatur,* Aliſatia, Eliſatia *&c. In hac regione, ante ſeculum* VIII *ſub iſto nomine nota, Sanctum noſtrum ita annuntiat Martyrologium Pariſienſe anno 1727 excuſum:* In Alſacia ſancti Theodardi Trajectenſis epiſcopi, qui dum ad comitatum regis Auſtraſiæ pergeret, ab injuſtis bonorum eccleſiæ ſuæ poſſeſſoribus trucidatus eſt.

28 *Apud anonymum lego, epiſcopum urbis Vangionum, quæ nunc Wormatia appellatur, intellecta cade* S. Theodardi *& miraculis, quibus mox inclareſcere cœpit, eatenus ſibi gratulatum fuiſſe,* quòd in procinctu ſuæ diœceſeos martyrio confectus exiſtiſſet. *Sigebertus Gemblacenſis in eadem quoque diœceſi eum coronatum fuiſſe ſcribit ex anonymo; qui fortè ſolùm ſignificare voluit, Sanctum martyrio affectum fuiſſe in loco, præſulis Vangionum juriſdictioni ſubjecto; licèt epiſcopatûs Nemetenſis, nunc Spirenſis, finibus incluſo. Id ego non nego, neque etiam antedictis repugnat. Et verò quidni olim Vangionum epiſcopo ſubeſſe potuit pagi Nemetenſis tractus, in quo Sanctus paſſus fuit, quemadmodum illo ipſo tempore vicus Sarchinienſis, qui deinde in oppidum crevit, Trudonopolim dictum, pertinuit ad eccleſiam Metenſem, licèt ab hac toto ferè epiſcopatu Trajectenſi eſſet diviſus. Ut ut res ſe habuerit; non putem me numero præcedente aberrâſſe in aſſignanda ſancti Martyris palæſtra, modò in diœceſi Spirenſi ſita. Securiorem ea in re me fecit ſequens notitia à Bollando relicta, quam ad hunc diem ſepoſitam inveni.* Scripſit mihi 2 April. MDCXLVIII Etlingâ in marchionatu Badenſi P. Joannes Gamans: "Exploravi & inveni locum martyrii S. „Theodardi epiſcopi Tungrenſis, ni fallunt o„mnia, hodienum ſolenniſſimè votivum, ac pro„prio ſacello rurali ad viam publicam conſecra„tum circa Landaviam, imperiale oppidum diœc. „Spirenſis „. *In tabula geographica Matthæi Seutteri duobus milliaribus Germanicis Landaviâ prope ſaltum* Bienwalt *in ipſa via publica nota-*

AUCTORE J. L. *& palæſtra*

martyrii; ſacellum in loco primæ ſepulturæ conditum;

F

AUCTORE J. L.

tur locus S. Didric, *ita nominatus à patrono ſuo, haud dubiè* S. Theodardo. *Sacellum ipſi conſecratum, cujus meminit Gamanſius, alibi quærendum non eſt: nec locus* S. Didric *diſtinguendus ab eo, qui olim dicebatur* Nec; *ubi Sanctus noſter, ut Sigebertus & alii tradunt, prope martyrii ſui palæſtram honorificâ ſepulturâ affectus fuit. S. Lambertus, antequam fieret epiſcopus Trajectenſis, inde Leodium tranſtulit ejus corpus: quod Fiſenus in Hiſtoria eccleſiæ Leodienſis lib.* 15 *num.* 15 *à S. Huberto elevatum, publicæque veneration exhibitum fuiſſe ait.*

cultus Leodii; memoria in Faſtis ſacris.

29 *Auctor anonymus in Hiſtoria oſtenſionis reliquiarum, Leodii anno* 1489 *celebratæ, apud Chapeavillum tom.* 3 *pag.* 206 *ſcribit*, pro quinta vice *monſtratum fuiſſe* feretrum S. Theodardi epiſcopi Tongrenſis & martyris, in quo corpus ejus integraliter continetur, unà cum majori parte corporis S. Magdalbertæ virginis, *de qua actum fuit ad diem* VII *Septembris. Utriuſque reliquias, uni eidemque feretro incluſas, multis retro ſeculis religiosè in eccleſia cathedrali Leodienſi aſſervatas fuiſſe, docet Ægidius Aureæ Vallis monachus apud laudatum Chapeavillum tom.* 1 *pag.* 145. *Fullonius in Hiſtoria Leodienſi de epiſcopo Erardo Marcano, qui ab anno* 1506 *uſque ad* 1536 *ſedit*, Inexhauſta, *inquit*, præſulis religio ac liberalitas thecam argenteam mole præſtabilem divi Theodardi corpori parari juſſit, tam exquiſito opere, ut vix aliam pluris artifices Belgio toto faciant, materiamque cenſeant partem eſſe pretii minimam. *Eccleſiæ Leodienſis Directorium pro anno* 1702 *ritum, ſub quo Sancti noſtri Officium ad* X *Septembris ſit recitandum, ita præſcribit:* S. Theodardi epiſc. & mart. dup. in cathed. dup. 2 cl. *Ex variis Breviariis Leodienſibus didici, Sanctum in eccleſia cathedrali ac per totam diœceſim ſimili cultu ſeculis* XVI *&* XVII *honoratum fuiſſe. Ejus ſit commemoratio in antiquis Breviariis impreſſis Tungrenſi & Bruxellenſi S. Gudilæ. Trajectenſe S. Servatii vetuſtæ pariter editionis Breviarium de S.* Theodardo *tres habet Lectiones proprias. Frequens ejus occurrit memoria in Auctariis ad Martyrologium Uſuardi apud Sollerium. In codicibus Mss. Antverpienſi maximo, Ultrajectino, Leydenſi, Lovanienſi, Alberghenſi & Danico, item in editione Colonienſi & Lubecana Sanctus ita refertur:* Eodem die paſſio S. Theodardi epiſcopi Trajectenſis. Hic beati Remacli ſucceſſor, ſanctique Lamberti extitit eruditor. *Conſonant codices Mss. Bruxellenſis & Hagenoyenſis, necnon Grevenus. Addit Molanus:* Quieſcit in Legia in baſilica S. Lantberti: *Florarium verò noſtrum Ms. Sanctorum ita proſequitur:* Qui pro eccleſiæ ſuæ immunitate ſanguinem ſuum fudit, plurimis reſulgens miraculis *&c. Martyrologium Romanum, ut cetera præteream, Sanctum Leodii, ubi colitur, hoc modo annunciat:* Leodii in Belgia*, ſancti Theodardi epiſcopi & martyris, qui animam ſuam poſuit pro ovibus ſuis, *ſeu potiùs pro defenſione bonorum ſuæ eccleſiæ*, & pòſt mortem miraculorum gratiâ illuxit.

B

C

* *l.* Belgica

D

ACTA INEDITA

auctore anonymo pervetuſto

Ex Ms. Silvæducenſi.

PROLOGUS.

Cùm omnium rerum conditor Deus hominem ad æternam ſalutem creârit,

OMnipotens Deus ante tempora ſæcularia exiſtens verbo ſuo, cooperante Spiritu Paracleto, condidit cælum & terram campoſque liquentes *a*, eaque velut ſapiens artifex innumerabilium creaturarum expolivit ornatu. Cælum quippe ſanctorum Angelorum agminibus, quibus præſidet & per quæ ſua judicia diſcernit, habitaculum præbuit; aëreum quoque cælum avium gregi pervagandum reliquit; pelagus namque ſquamoſo pecori oberrandum mandavit, ſicut Pſalmiſta texente novimus: Volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris. Telluri ſanè, quod elementorum graviſſimum & corpulentiſſimum eſt, hominem provida ratione præfecit, quatenus is ad honorem & gloriam nominis ſui ſufficeret, & de cæteris, irrationabilibus videlicet, ejus magnalia peroraret. Cùm itaque tam ſolerti indagine, ſicut Salomone concionante didicimus, omnia in menſura, pondere & numero librâſſet; mox omnipotenti ſuæ libitum eſt Majeſtati, jam dictum hominem per ſucceſſionem prolis mirabiliter fœcundari, ut in ſui notitiam Creatoris luminum ſuorum fide ac devotione fixiſſet aſpectum, & in jocunda paradiſi amœnitate mallet *b* eum feliciter æternare. Contigit autem primùm multos eam amœnitatem attigiſſe, ſed plures aberrâſſe. Deinde paulatim nonnulli Sanctorum, ſeptiformi Spiritûs globo *c* conflagrantes, adeo illuc, unde originem ſuſceperunt, ſuſpirârunt, ut non modò *d* minæ adverſantium, ſed nec cunctarum molimina mortium eos deterrêre quiverint, ut à recto propoſito declinarent.

E

b

c

d

F

eorum, qui illam conſecuti fuere, acta ad aliorum utilitatem

2 Interea juſtitiæ verus Sol, jubaris ardentis ignes emittens, cœpit ſe timentium corda perluſtrare; qui juxta beati Joannis Apoſtoli mentionem, omnem hominem venientem in hunc mundum illuminat, & de virtute in virtutem potentia ineffabili dictitat commigrare. Quorum dicta vel geſta quiſque fidelium ſub regimine conſtitutus ſi ob ædificationem cujuſlibet propalare piguerit; is in divinis Voluminibus reus ſubſcribitur, atque obnoxius Dei verbo judicatur: quidquid enim Eccleſiæ Dei profuturum erat, culpatur occultâſſe; & quod cunctis erogandum acceperat, arguitur abſtraxiſſe. De hoc verbo prophetam David ſic canentem recolamus: Juſtitiam tuam, Deus, non abſcondi in corde meo; veritatem tuam & ſalutare tuum dixi. Non abſcondi miſericordiam tuam & ſalutare tuum à ſynagoga frequenti. Et pro hoc fidelis diſpenſator in conſequentibus orat ſibi humiliter vicem rependi: Tu autem, inquit, Domine, ne proteles miſerationes tuas à me: & ſicut ego neſcientibus viam tuam ad correctionem patefeci, ita, gratia tua me protegente, tuam ſemper ſentiam miſerationem.

3 Qualiter ergo vernula neque talenti unius expoſi-

A *publicanda esse auctor ostendere conatur.*

expositor verbis Salvatoris convitiatur, quòd trapizetis *e* ad mensam hoc non dederit; sic procul dubio, qui prodesse aliis novit, ad pœnam exigitur, si notitiam effectus continuò non sequatur. Quare verbo Sapientis liquidò clamatur: Sapientia abscondita & thesaurus occultus, quæ utilitas in utrisque? Hujuscemodi verò exemplis Sancti, per Spiritum Dei in interiori homine corroborati, Deum quotidie in omnibus glorioſiùs operantem indesinenter laudaverunt, & pro sui dilectione Plasmatoris * mirabiliter triumphantes somata * sua morti arrogaverunt, quò spiritus eorum non habentes maculam neque rugam in die *f* gloriosis passionibus candidati chorusearent. De quorum collegio non abhinc multa tempestate *g* extitit præsul Theodardus; de cujus vita & actibus operæ pretium rati sumus quendam igniculum enucleare, & qua serie viam universæ terræ intraverit, promulgare.

* Creatoris
* corpora

e

f

g

ANNOTATA.

B

a *Id est*, mare. *Virg. Æneid. lib. 6 ℣. 724.*

b *Non aptè coharent membra orationis, haud dubiè à librario corrupta.*

c *Auctor exotica hac phrasi septem dona Spiritûs sancti intelligit.*

d *Adde* nullæ.

e *Lege* trapezitæ. *Sensus hujus periodi est:* Qualiter ergo servus, qui unum talentum acceperat, neque exposuerat ad lucrum faciendum, à Christo reprehenditur, quòd illud non dederit ad mensam trapezitæ seu numularii *&c. Vide Matth. cap. 25.*

f *Adde* Domini.

g *Vide Commentarium prævium à num. 2 usque ad 5.*

CAPUT I.

Episcopatus Trajectensis; gesta & virtutes: pro recuperandis ecclesiæ suæ bonis ad regem pergens crudeliter occiditur.

C

Ecclesiæ Trajectensis regimen abdicat S. Remaclus;

INclytus *a* Sigibertus, rex orthodoxus, patre Dagoberto *b*, regni Austriæ Francorumque in fascibus regebat palatium; sanctus quoque Remaclus, confessor Domini pretiosus, per idem tempus Tungrensis *c* ecclesiæ administrabat pontificatum; cùm æternus omnipotens Deus, Dei Patris Sapientia cum sancti Spiritus societate eundem beatum virum à curis secularium rerum sequestrare voluit, & singularem, quod ei semper in animo fuit, dignum duxit singulariter habitare. Sine mora affuit ei eventus. Regem jam dictum *d* Remaclus venerabilis adiit, eique, quam instinctu Dei voverat *e* causam memorat. Rex, divina favente gratia, aurem facilem præbens, [his annuit;] *f* omnisque ædituorum palatinorum favorabiliter applausit consensus.

a
b
c
d
e
f

5 Sanctus itaque Theodardus propter cujus memoriam & venerationem hæc adorsi sumus, utpote à bono pædagogo Remaclo disciplinis amicis amicabiliter monitis informatus, vix petitionis sancti Remacli magistri sui obtentu impetrante, à rege & omnibus primoribus in ejus episcopio subrogatur, & quamdiu *g* optavit, beati pontificis flagitatio Remacli effectum obtinuit. Sed episcopii tunc fortè locus habebatur Trajecti. Deinde jam prælibatus antistes Theodardus parentibus nobiliter editus, nobiliùs conversatus, sanctorum *h* actuum famositate claruit, ut jam nihilo minùs à beato viro Remaclo prædecessore suo omnibus in commune placeret, & præsulatûs infula nobilium & ignobilium, senum & juvenum, cunctique sexûs & ætatis unanimi delectu, fundamento immobili firmaretur. Nec mora, in tanto honore provectus, cernens messem innumerosam, falcarios profectò quàm rarissimos, intellexit jure se eò sublimatum, non modò dumtaxat ut præesset, quàm ut pro virium valetudine omnibus benignissimè prodesset.

A. ANONYMO PERVETUSTO *succedit in episcopatus ejus discipulus S. Theodardus,*

g
h

6 Mox mirum in modum totus in Dei opere conversus, ut fortis athleta, ad debellandas aëreas potestates loricâ justitiæ se induit, galeâ salutis *i* se munivit, verbo Dei, quod est vivum & efficax & penetrabilius omni gladio ancipiti, se undique confortavit. Talibus insignitus armis, & Apostoli dictum, ea quæ sursum sunt, alta mente revolvens, animum induxit suum, diœceseos suæ oves invisere, ne fortè antiquus hostis omnibus bonis semper invidens, qui per mille nocendi artes indesinenter circuit quærens, quem devoret, aditum in ovile Christi per incuriam inveniret. Mirabatur clerus tam subitò venerabilis magistri sui sancti Remacli fore conformem, quem nuperrimè discipulatûs regimini viderant esse subjectum. Nemo quis ambigat, fratres, hæc Spiritus sancti fuisse opera, qui juxta vocem Salvatoris, quem vult, inspirat, & quem sibi receptaculum parat, plena confovet caritate.

qui munere suo egregiè fungitur & diœcesim lustrat;

i

E

7 Præter illa, quæ extrinsecus erant instantia negotia, sollicitudo quotidiana erat [ei] *k* omnium suæ diœcesis ecclesiarum, ut in quibus deerant locis instrueret, aut in quibus, cogente paganorum sævitiâ, sive temporum vetustate dirutæ fuerant, restauraret. Omittamus plurima; pauca pro stili modulo recolamus. Erat beatus Theodardus inter discordes pacis mansuetissimus reformator, caritatis inter affines egregius solidator, senum, ut in bono proposito perseverarent, spectatissimus exhortator, juvenum ab æquitate per petulantiam exorbitantium peritissimus redargutor, eleemosynarum dapsilis largitor, viduarum atque pupillorum facundissimus tutor, hospitalitatis secundum Apostolum libentissimus insectator: ad extremum omnes *l* fratres æquè diligens. Semper gaudebat, sine intermissione orabat; hilaris cum gaudentibus, lugens cum mœrentibus, locuples cum divitibus, egenus cum pauperibus: id ipsum in se atque aliis sentiebat. Quid amplius verborum agimus cursum? Totus Deo deditus, qualem sacra Lectio commendat episcopum, talem se irreprehensibilem vitâ & moribus ostendebat.

ecclesias adificat & restaurat; omnibus, quæ præsulem commendant, fulget virtutibus;

k

F

l

8 His omnibus ex ordine prosecutis, rebusque pariter fideliterque supputatis, compertum est, quosdam fundos à suis patribus minùs justè obtinuisse. Hac verò cura pro malè multatis ecclesiæ possessionibus infra sui archana cordis recursans, dubitare cœpit, quid mallet, utrùm,

pro recuperandis ecclesiæ suæ possessionibus

A. ANONYMO PERVETUSTO.

ut nactus est, sineret permanere; an super hoc negotio pergeret ire aures regias compellare. Tandem in Domino protectore confisus, neque metuens, quid faceret ei homo, stetit sententiæ, id est, si Christus annueret, pertentaret, quod animo conceperat. Interea jam tempus aderat, quo omnipotentis sublimitas Deitatis Virum justum, sicut postea próbavit eventus, glorioso passionis palmario coronare in concilio secretali perpendebat, atque animæ splendidissimam gemmam per manus sanctorum Angelorum in æterna quiete ut jure emeritam collocare.

regem adit, atque in itinere a prædonibus, *m*

9 Pro commisso clero magis quàm pro se curam gerens, omnibus rebus suis gnaviter dispositis, ac illis, quæ tempus & ordo postulaverat, solenniter adimpletis, præsentiam paravit regis *m* visere. Nulla interceſſit dilatio: alimentis, quibus in itinere sustentaretur, congestis, iter, sicut disposuerat, pauca admodum manu expetivit. Jam diœcesis suæ vicum excesserat, & in pago Alliæsedem *n*, quem sic nomine incolæ dicunt, bonis adhuc proventibus

n

B

greſſum fixerat; cùm repentè prædonum *o* pestifer cuneus de suarum latebris fovearum emergens oxsurgit, arreptisque lancearum suarum spiculis, in Beatum proruit, mortemque minatur. Hoc viso, Vir sanctissimus, sicut semper in Domino confisus, paululum substitit imperterritus, & talibus perhibetur esse usus affatibus.

o

quos frustra ad sanam mentem revocare conatur, *p*

10 O cives *p*, quæ tanta insania mentes exagitat vestras, ut desperationis sortiti chirographum, Deum Creatorem vestrum negligentes abdicetis & desiderio sathanæ satisfacere cupiatis? Nolite, filii, quæso, nolite manibus vestris hoc tantum flagitium arrogare. Habetote, obsecro, fidem Dei & pacem inter vos. Est pax serenitas mentis, tranquillitas animæ, simplicitas cordis, insciа fraudis; elatos expugnat, secordes glutinat; cunctis est acceptabilis; simultates aufert, coërcet prœlia, supprimit iram; dilectionis est repagulum, caritatis consortium. Hanc quia tenêre destitistis, repetite; quia amisistis, requirite: quia qui in ea non fuerit repertus, abdicatur à Patre cœlesti, captivatur à Filio, & à Spiritu sancto alienus existit. Si pacificè venistis, accipite hæc animis, & mea

C

in cordibus figite dicta: sin autem, ut fortuna feret, omnia tacito feremus animo. Si autem tempus meæ acceleratur vocationis, nil me vestra terrent spicula. Non recuso bibere pro Salvatore meo calicem mortis, qui non dedignatus est in corpore suo ferre pro me stigmata passionis. Si sic Deus in libra suæ æquitatis disposuit, fiat voluntas ejus. Sufficiat mihi, quòd huc usque certavi. Gregem mihi commissum ab illo & creditum reddo; & sicut pro ejus dilectione in morte fortiter juvat occumbere, sic juvet istius seculi onerosam exire humanitatem: tali præstat corona triumphare: istâ dulce est victoriâ cælorum alta penetrare.

crudeli morte perimitur.

11 Contra hæc viri sanguinarii perhibentur fuisse congressi: Quid nobis, homo, supervacuum verborum agis cursum? Tua sint tibi, quæ loqueris. Nil nostrâ refert. Tuarum scientiam semitarum abhorremus. Mors solummodo, quæ turres regum & tabernas pauperum æquo

q

pulsat pede *q*, tibi præ manibus instat. Nec mirum; cùm juxta sententiam Domini omnium bonorum invidus diabolus sustulit verbum de corde ipsorum, ne credentes salvi fiant. Miserabile tunc erat cernere Virum sanctum: quem quasi agnum mansuetissimum luporum rapacitate invadunt, contumeliis affectum humi prosternunt; capiti ejus diadema *r* in frusta secant, cunctaque, quæ secum detulerant, sacrilegè dispendunt, & quàm celerrimè latebrarum suarum foveas repetunt. Sic à beato Pontifice est peroratum, sic certatum, sic ad sydera sua lumina torquens, animam claris cælorum reddidit astris.

D

r

ANNOTATA.

a *Hoc caput, in octo Lectiones distributum, sed hinc inde nonnihil abbreviatum, exstat in musei nostri codice Q Ms.* 5. *Multa ibi aliter leguntur, quàm in apographo nostro Silvaducensi: sed varietates, quæ præ ceteris observatione dignæ mihi videntur, dumtaxat indicabo. Solœcismos non paucos in Actis occurrentes etiam non annotabo, neque iis infectas orationis partes explicabo; cùm hisce tantas tenebras non offundant, quin lector animum advertens res significatas facilè intelligere possit, quod sufficere debet.*

b *In codice Ms.* patre Dagoberto satus, regni Austri Francorum in fascibus *&c. Sermo hîc est de Dagoberti I filio* S. Sigeberto III *rege* Austrasiæ, *quæ olim etiam* Auster *& sæpius* Austria *vocabatur. De sancto rege actum fuit ad diem* 1 *Februarii, in quem felix ejus obitus incidit.*

E

c *Nulla* Tungrensis ecclesiæ *mentio fit in dicto codice; in quo ita legitur:* sanctusque Remaclus, confessor Domini pretiosus, ovilis Christi per idem tempus amministrabat pontificatum. *S. Remacli Acta ad* 3 *Septembris data sunt.*

d *Videlicet* S. Sigebertum, *sub quo tamen ea, quæ hîc narrantur, contigisse, nunc plerique negant eruditi. Dubito, an rectè. Adi Commentarium prævium num.* 19.

e *In nostro codice legitur* noverat.

f *Uncis inclusa addidi ex eodem codice, in quo ita pergitur:* omnis ædituorum, palatinorumque *&c.*

g *Rectiùs ibidem:* quem diu optavit, *scilicet S. Remaclus.*

h *Ibid.* eatenus sanctorum *&c.*

i *Additur hîc:* quæ est insigne decorum.

k *Hanc vocalem ex memorato codice adjunxi.*

F

l *In eodem:* omnes æquè ut fratres diligens.

m *Childerici II Austrasiæ regis. Relege dicta in Comment. prævio num.* 23 *& seq.*

n Alliesede *habetur in codice nostro, etiam corruptè. Quomodo hic locus restituendus sit, indicavi in Comment. num.* 27.

o *Aliiterum Comment. num.* 26.

p *Longa Sancti ad sui interfectores oratio, quæ hîc recitatur, verisimilis non est.*

q *Credibile etiam non est, hæc verba à sicariis reddita fuisse.*

r *Sigebertus Gemblacensis in Sancti Vita inferiùs edenda hunc locum ita exponit:* Caput sancto oleo perunctum in frusta secant.

CA-

A

CAPUT II.

Miracula ; honorifica ſepultura ; tranſlatio Leodium.

Mulier ancillam percutiens, quòd ad diſſecti ſacri capitis partes uniendas ſitum dediſſet,

INterea de circumſtantibus comitum ſuorum unus extitit, qui, cùm felicis corporis ſui reliquias ſanctas dejectas non pateretur, commodum duxit, ut recolligens partem parti coaptaret. Res quidem mira, quæ contigit, auditu dictuque notanda. Cùm puero ad vinciendum Martyris caput inſtitæ non ſufficerent, atque ejus animus anxius ſuper hac re huc illucque divideretur ; ratum duxit villam, quæ proxima erat, petere, ut inde quippiam filaminis aſportando huic neceſſitati ſupplementum poſſet accommodare. Nihil hæſitans, callem ingreditur: in eundo mulierculam quamdam in paſcendarum ovium cura occupatam comperit, quam

B

ſic ſuo affamine compellat: Mulier non videatur tibi ab re, quod poſtulo : petitioni meæ aſſenſum celeriùs præbere cures, rogo. Unum tui operis filum ad faſciandum mei præſulis Theodardi caput adhuc tepidum, à viris ſanguinum crudeliter interempti, concede. Sub his fragilis mulier perterrita dictis, ſteterunt comæ, voxque faucibus hæſit. Poſtremò, reſumpto ſpiritu, lacrymabiliter facinus ſcéleſtiſſimum vocibus æthera pulſantibus increpitat ; ſibique importunè aſſiſtenti taliter reſpondit : Dira te neceſſitas, bone adoleſcens, ut fateris, huc appulit ; ſed mei juris non eſt, quæ petis, tibi impendere : nam diurnum impenſum, quod operor matrifamilias, cui ancillor, ad veſperam reddo. Quod ſi minus fuerit inventum conſueto, profectò novi, quia non impunè abibo.

viſum amittit, quem apud Sancti corpus, cæleſti lumine illuſtratum, recuperat.

C

13 Tandem precibus ſupplicantis evicta, licèt ſciret ſibi à domina enorme imminere periculum, ſpontanea ceſſit, quæ petebantur. Homo itaque lætatus, ſe quæſita abſque difficultate impetrâſſe ; iter, quo venerat, repetivit. Cúmque jam præceps pro ſuo Domino ſollicitus perpeti ferretur excurſu ; contigit, mirabile viſu ! luminaria bina flammarum globos ſcintillantia intueri, quæ altrinſecus ſita ſancti Martyris caput pedeſque perluſtrabant. Interea jam clauſo die *a* veſper componebat olympo, cùm puella prædicta oves è paſtu ad caulas reduceret. Cùm verò accita æquam filationis ſuæ metretam juxta morem priſtinum non rependeret ; ictum ferientis dominæ graviter ſenſit in capite. Affuit illico beati Viri divinum ſubſidium : materque familias utrorumque perpeſſa eſt detrimentum luminum. Siquidem altiùs ad vitalia deſcendens oculorum dolor, à dolore cordis intrinſecus tacta, pœnitere compulit. Veniam quærit, ad ſancti Viri corpus ſe orat perduci : quæ potiora habuit ad placandum munera, obtulit ; oculos mirabiliter reſtauratos recepit.

a

Frequente populo exſequias celebrante, ſepelitur S. Theodardus & miraculis claret.

14 His itaque geſtis, diutius civitas ſupra montem poſita latitare non potuit. Famæ nuntium, quo nil velocius, par levibus ventis, ad loca circumquáque poſita diffunditur ; & ad beatum loculum ab omni ſexu & ætate, quaſi apes ad alvearia, tota concurritur regione. Fit ſtrepitus plangentium ; it clamor cœlo : clamatur ab omnibus, quòd Vir modeſtus & juſtus inter manus ſceleratorum nefanda cæde diem clauſiſſet extremum. Sed rurſus ſolabantur invicem viciſſim, quòd ob ſalutem ſui communem in vicinio eorum martyrii palmam eſſet indeptus. Jam qui aſſunt, pretioſum corporis retegunt margaritum ; vulnera mollibus linteis exſiccant ; membra quaſſata atque ſecta in geſtatorio reponunt, necnon ſuper illa velamina quamplurima conjiciunt. Inde pars eorum ſacrando ſubit feretro, pars cetera præcedendo vias planas oſtentat, & juxta condictum matriſamilias in loco, qui dicitur Alliæ *b*, ei tumbam diſponunt. Deinde exequiis ritè celebratis, ſanctos artus humi decentiſſimè mandant. Quódque ibidem extiterit illuſtrium patrator operum atque ſignorum, indicium præbent paralyticorum multa ſubſellia, cæcorum frequentes illuminationes, febricitantium curationes ; quæ ab incolis loci illius per beati Viri merita in priſtinum ſtatum feruntur eſſe redintegrata.

A. ANONYMO PERVETUSTO.

b

E

Ejus corpus transferre volentes, orta ſubitò tempeſtate, ab incepto deſiſtunt.

15 Fama igitur quietis neſcia, ſua mobilitate vigens, apud urbem Wangionum *c* tunc temporis curis pontificalibus inſiſtentis aures præſulis pulſat, omnemque rem ex ordine pandit. Multa ſuper beati Patris exceſſu admiratione in varia diſtrahitur ; ac ſupra modum, quòd in procinctu ſuæ diœceſeos *d* martyrio confectus extitiſſet, gratulabatur. Prædicta verò fama ſuper Rheni fluminis prolabitur undas, atque urbis Nemeti omnium domorum culmina perflat ; longéque inde progrediens, alis aſſumpta pernicibus, civitatis Argentinæ *e* civium ora pervolitabat. Revera credidit ſeſe memoratus urbis Wangionum pontifex beati ceſpitis * theſaurum adepturum ; & optimatum ſuorum conſilio fretus, cum cæterarum civitatum conſortio antiſtitum locum, quo Sanctus Dei in pace quieverat, ſtatim ſanctam glebam * inde tranſlaturus acceſſit. Siquidem jam Sancti reliquias effodere ac auferre ſatagentes, ilico mirabilis viſu ac horribilis fera, quam dicunt hyenam *f*, ſurgens apparuit : magnoque mugire murmure incipit cælum, ſubitoque fragore ætheris intumuit ſævum. Sequitur immanis mixtus cum grandine nimbus : cæci etiam reſplenduerunt ſub nubibus ignes. Mox promiſcui generis vulgus nimio terrore perterritum domatum * tecta ſubeunt, cognoſcentes de medio Majeſtatem Dei à tanto tumultu nondum juxta eorum judicium eos tanto velle fruſtrari Patrono. Sic autem voti ſui impotes effecti cum magna confuſione ad propria ſunt reverſi.

c

d

e

* corporis

* corpus

f

F

* domorum

Illud repetit S. Lambertus, & tandem

16 His itaque geſtis, rumor ſtare loco neſciens, vireſque eundo acquirens, ad beati Lamberti *g*, ut liquet, poſtmodùm in epiſcopio ſubrogati notitiam pervenit ; qui almus vir ſcelus horrendum per ſuſpiria longa revolvens gemitus ex alto ciebat ; pulchras genas jam primo flore vernantes oculorum flumine calido perrorabat : & quis à lacrymis temperaretur, qui vultum angelicum tanto mœrore obnubilatum conſpiceret. Ergo quamprimùm ſe ex more eripiens diu deſiderati Magiſtri præſentiam felix feliciter requiſivit ; quæſitum invenit. Populo refragante, quem toto corde deſideravit, minimè adipiſcens, ſpem conceptam ſibi conſiderans ademptam, continuò eſt reverſus. Nec mora datur, nec requies. Secundò etiam, parato multo ære, felicioribus auſpiciis ſe appulit ad eumdem locum. Mox venerabilis Viri repentina reditio illius terræ colonos oppidò ſollicitos reddidit ; & quaſi avium agmina denſatis cuneis ejus præſentiam

g

A. ANONYMO PERVETUSTO.

sentiam proceres repetebant, quorum pectora saluberrimis cibans mandatis, placido sic ore profatur *h* : Fratres carissimi & commilitones constantissimi, semper pati quàm facere præstat injuriam. Corpus patris nostri Theodardi præsulis, jam altera repedatione petitum, nolite negare, quem à nobis sospite vitâ digressum, in confinio vestro rebus humanis constat exemptum. Nolite, quæso, filios proprio privare genitore; cùm potiùs ex præceptis divinis proficuum orbatis solatium impendere debeatis. Sufficiat vobis, quòd vestras sanguine terras sacravit. Jam nunc exanime reddite corpus.

h

impetratum avehit,

17 His dictis omnium rigor astantium flecti cœpit ad misericordiam; neque enim ante angelici viri mellifluam supplicationem quisquam inflexibilis quiverat permanere : &, collatâ sententiâ, humillimè deprecantem statuunt exaudire. Hos igitur vir Deo devotus, ut eos sibi arctiùs devinciret & suo proposito faceret conniventes, loculis opulentissimis, quos secum tulerat, patefactis, non modò argenti xenia cuique virorum ac mulierum parvulorumque secundum cujusque modulum non distulit erogare; &, ut de plurimis fileamus, numquam abstitit, donec virorum quemque, senem & adolescentem singulorum nummorum, prægnantes verò gemino munere solaretur. Denique omnipotentem Deum, qui sibi felices tribuerat successus, gratificans, omnibus valefaciens, secum corpus beatissimi Martyris cum hymnis & laudibus feliciter avexit.

B

atque in villa Leodiensi deponit.

i

18 Tum demum sui potitus efficientiâ, in villa *i*, quam uno ex latere fluminis unda alluit; ubi idem postea successit episcopus, cineresque proprii corporis ex hac luce migrando consecravit, sancto Dei præsuli Theodardo summo cultu libitinam elegit. Horum itaque sanctorum Martyrum & antistitum pietatem; quia maximè apud Deum valent, suppliciter exoremus, quatenus illorum meritis & intercessionibus Dominus noster Jesus Christus suæ fidei cultoribus pacem tribuat universis, seque qualem intueri possunt oculi mundi Sanctorum, æternaliter conspicere mereamur in Trinitate perfecta per infinita sæculorum sæcula. Amen.

C

ANNOTATA.

a *Lege* diem, *ut est apud Virgilium lib.* 1 *Æneid.* ℣. 378. *Ex numeris sequentibus patet, auctorem ex eodem Virgilio lib.* 4 *Æneid. à* ℣. 174, *ubi fama describitur, varias phrases poeticas, à quibus rectiùs abstinuisset, narrationi suæ immiscuisse. De versuum fragmentis aliunde desumptis, quæ hoc & præcedente capite occurrunt, lectorem identidem monere, operæ pretium non judicavi.*

b *Hanc vocem non modò corruptam, sed etiam à librario transpositam arbitror, atque ita legendum esse :* in loco Alsatiæ, qui dicitur Nec. *Sanctum in* Alsatia *latius accepta passum fuisse dixi in Commentario prævio num.* 27 : *nomen verò* Nec *in Ms. nostro omissum esse, colligitur ex eo, quòd illud exprimat non solùm Sigebertus Gemblacensis, qui Acta, quæ hîc dantur, quoad stylum emendavit; verùm etiam Ægidius Aureæ Vallis monachus, qui omnia, quæ ab initio hujus capitis usque ad num.* 16 *referuntur, de verbo ad verbum ferè transtulit in* S. Theodardi *Vitam à se conscriptam, & à Chapeavillo editam tom.* 1 *à pag.* 101 *usque ad* 106. *De loco* Nec *egi in Comment. num.* 28.

c *Quæ nunc vocatur* Wormatia. *Satis nota est Germaniæ civitas ad Rhenum, uti etiam* Spira, *quæ paulò infrà usitato olim nomine* Nemetum *appellatur.*

d *Relege dicta in Comment. num.* 28.

e Argentoratum, *Alsatiæ caput*, Argentinam *nominat Eddo urbis hujus episcopus in Testamento suo, quod confecit* III *Idus Martii anno Pippini regis* XI, *Christi* 762; *ad quem illud profert Cointius.*

f *Imperitus librarius* feram hyemem *seu tempestatem ridiculè transformavit in* feram, *quæ* hyæna *appellatur. Apud Ægidium monachum legitur :* subitò (terribile visu !) fera surgit hyems.

g *De celeberrimo episcopo Trajectensi S. Lamberto agetur ad* XVII *Septembris.*

h *Auctor verbis à se haud dubiè excogitatis S. Lambertum hîc loquentem inducit.*

i Leodiensem *intellige. Vide quæ circa hanc periodum observavi in Comment. num.* 2 *& seqq.*

D

E

ELOGIUM

Auctore *a* Anselmo Leodiensis ecclesiæ S. Lamberti canonico

a

Ex editione Martenii tom. 4 *Collectionis amplissimæ à col.* 845, *collata cum exemplari impresso apud Chapeavillum tom.* 1 *pag.* 100.

Episcopatus Trajectensis; martyrii causa & locus;

b

c

F

BEatus igitur Theodardus, sub beato Remaclo ecclesiasticis ad unguem *b* disciplinis informatus, magistro ultro pontificatûs honorem desiderio arctioris vitæ declinanti, in cathedra Tungrensi, sive Trajectensi, successit vicesimus octavus *c*. Hic pro rebus ecclesiæ sibi creditis dum regias aures pergit compellare, & contra pervasores prædiorum ecclesiæ auxilium postulare; in saltu quodam, qui dicitur Biwalt, haud longè ab urbe Nemetensi, quæ usitato nomine Spira nunc dicitur, ab ipsis suæ ecclesiæ prædonibus ex improviso undique vallatur, & diffugientibus à se circumquaque comitibus, ipse innocens ibidem trucidatur *d*.

d

mulier cæcitate punita, & visus ei redditus;

e

2 Nec mora, quanti meriti apud se vir iste fuerit, omnipotentis Dei clementia declaravit *e*. Nam puella quædam, dum pia temeritate fila subtegminis, unde in frustra comminutum caput Martyris colligaretur, dominæ subtraxisset; rediens cum pecore * ipsam dominam suam, eò quòd pensum non redderet, vehementer offendit; adeo ut furore exagitata, pugnis & verberibus in ipsam insurgeret. Sed repentè dum percutit, ipsa graviore ictu, cæcitate videlicet, divinitus percutitur. Perstrepit illico lugens familia, adsunt acciti domesticorum plangore vicini. Exquisita diligenter tam subitæ cæcitatis causa; ad cadaver Sacerdotis ociùs cucurrit * ; rea

* *Apud Chapeavillum* pecoribus

* *ibid.* curritur

A rea illuc cum fide & precibus confluentium perducitur ; in confeſſione criminis venia poſtulatur, & impetratur : diſcitque ab eo miſericordiam quærere, cujus funeri paulò antè noluerat pietatem ab ancilla fuiſſe exhibitam. Unde indigenarum ſollicitudo, certificata de virtutibus Sacerdotis tam evidenti indicio, ejus oſſa terræ ibidem mandare ſtudet *f* cum ſumma reverentia.

f

corporis tranſlatio Leodium, & cultus Sancti in loco primæ ſepulturæ.

3 Procedente verò tempore *g* ſucceſſor ejus venerabilis patronus noſter Lambertus eadem Magiſtri oſſa inde ad nos transferre ſæpiſſime *h* tentavit. Cúmque multùm reclamante ruſticorum manu, & ſui, ut ajebant, Martyris oſſa cum armis vindicante, hoc diu fruſtra eſſet ; miſericordia tandem divina conceſſit gratiam, ut inde transferendi tanti theſauri darent copiam ſacerdoti *i*. Quorum ſingulos uberrimis pecuniæ muneribus cumulatos relinquens, ſacri funeris pignus eccleſiæ ſuæ ſanctus advexit Lambertus *k*. Cujus adhuc diem paſſionis ejuſdem provinciæ compatriotæ ſingulis annis cum ſumma celebritate ſolent frequentare ; & licèt oſſibus abſentem, meritis & ſignis, quæ ibidem frequenter fiunt, gaudent ſe habere præſentem.

g

h

i

k

B

ANNOTATA.

a *Geſta epiſcoporum Trajectenſium & Leodienſium a* S. Theodardo *uſque ad Wazonem perducta, è quibus hoc elogium deſumptum eſt, Anſelmo auctori attribuuntur ab omnibus penè ſcriptoribus. Hos ego ſecutus ſum, licèt ille memorati Operis auctor appellari nequeat, niſi eo ſenſu, quem in Commentario prævio num. 5 indicavi. Rationem ipſe allegat Anſelmus, cujus verba ibidem numero ſubſequente retuli ; ex quibus etiam conſtat, illum anno* 1056 *ſcripſiſſe.*

b *In editione Chapeavilli voces* ad unguem *non exprimuntur.*

c *In eadem editione lectio hìc ita variat :* magiſtro pontificatûs honorem arctioris vitæ deſiderio ſponte declinanti in ſede Trajectenſi viceſimus octavus ſucceſſit. *Id ita intelligendum non eſt, ut in ſede Trajecti conſtituta* S. Theodardum 27 *epiſcops præceſſerint, cùm* 18 *tantum numerentur ; ſed hiſce accenſendi ſunt novem præſules, qui Tungris ſediſſe creduntur ante S. Servatium, à quo cathedra inde Trajectum tranſlata fuit.*

C

d *Sequentia ibidem hoc modo abbreviantur :* in ſaltu Biwalt nominato, *de quo vide Comment. num.* 27 *& ſeq.*, haud longè ab urbe Nemetenſi, quæ Spira nunc dicitur, ab ipſis eccleſiæ ſuæ prædonibus interceptus, diffugientibus à ſe comitibus, innocens trucidatur.

e *Apud Chapeavillum hæc iterum occurrit lectionis varietas :* Nec mora, ab omnipotentis Dei clementia beati Viri meritum declaratur.

f *Ibidem :* indicio tam evidenti, ejus oſſa ibidem terræ mandare ſtudent.

g *Secundum noſtrum auctorem anonymum ſuprà num.* 16 *& ſeqq. S. Lambertus in cathedra Trajectenſi nondum ſucceſſerat* S. Theodardo, *quando hujus ille corpus è loco primæ ſepulturæ Leodium tranſtulit.*

h *Id S. Lambertus ſemel dumtaxat fruſtra tentavit, teſte anonymo citato ; qui de* ruſticorum manu, *Sancti noſtri corpus, ut paulo infrà Anſelmus ſcribit,* cum armis vindicante, *nihil meminit.*

i *Sanctus Lambertus, audita magiſtri ſui* S. Theodardi *cæde*, quamprimum, *inquit anony-*

mus loco indicato, ſe ex more eripiens *ad corpus illius transferendum profectus eſt ; at cùm illud avehi non ſinerent habitatores loci, ubi ſepultus fuerat ;* continuò eſt reverſus. Nec mora datur, nec requies : ſecundò etiam, parato multo ære, felicioribus auſpiciis ſe appulit ad eumdem locum, *ſacrum corpus obtinuit & Leodium detulit. Itineris à S. Lamberto inſtituti tanta non eſt longiquitas, quin intra bimeſtre illud facilè bis confici potuerit : tempus verò, quod ſecundum inter ac primum S. Lamberti iter ſtatim ab intellecta* S. Theodardi *cæde ſuſceptum interceſſit, anonymus tam breve fuiſſe ſignificat, ut à Sancti noſtri paſſione uſque ad ejus tranſlationem tres menſes vix effluxiſſe videantur.*

A. ANSELMO CAN. LEODIENSI.

k *Quæ ſequuntur uſque ad* ſacri, *deſunt in editione Chapeavilli, in qua narratio ita contrahitur :* miſericordia tandem divina favente, inde transferendi tanti theſauri copia datur ſacerdoti ; ſacrique funeris pignus eccleſiæ ſuæ revexit.

E

ACTA ALTERA

auctore Sigeberto monacho Gemblacenſi

Ex editione Surii & Mss.

CAPUT I.

Vita ante epiſcopatum Trajectenſem ; virtutes, quibus eccleſiam ſuam illuſtrat.

Natales & vita monaſtica ſub Lothario II rege ;

BEatus Theodardus, natus in Gallia, clarebat pro nobili parentum proſapia, regni decus & Eccleſiæ gloria futurus. Eo tempore regnum Francorum regebat Chilperici filius Lotharius *a*, nomine & fortitudine referens avum ſuum Lotharium, filium Ludovici *b*, qui gentem Francorum, ſecum à beato Remigio *c* baptizatam, fecit adſcribi ad æterni Regis militiam. Igitur ſub Lothario ſecundo Theodardus, à pueritia uſque ad bivium adoleſcentiæ *d* provectus, contempſit latam viam, in qua multos vocatos ſiniſtrorſum evagari videbat ; & elegit arctam viam, per quam pauci electi dextrorſum tendunt. Ex devotione quippe parentum ſuorum mancipatus monaſterialì diſciplinæ, voluntariè portabat leve jugum Chriſti. Et quia juxta vocem Dominicam non poterat arbor bona fructus malos facere, oſtendebat in flore creſcentis ætatis, quàm ſuavem & quàm uberem fructum daret in tempore ſuo. Nempe gratia Dei, quæ eum prævenerat, ut bona vellet, ſubſequebatur etiam, ut perficere poſſet. Sicut enim, arridente tempori bona aëris temperie, uberiùs terra fructificat, ita tempore regis Lotharii *e*, arridente rerum tranquillitate, ſancta Eccleſia in Sanctis Dei uberiùs fructificabat ; quos exteriùs nulla aut rara rerum procella inquietabat. Nam ferventibus bellis per totum penè orbem terra-

a

b

c

F

d

e

A. SIGEBERTO GEMBLACENSI.

rum, Langobardis Italiam vexantibus, quam recenti *f* tempore invaserant; Asiam verò & Africam modò Persis, modò Saracenis incursantibus, solæ, quas Franci incolebant, Galliæ firma pace gaudebant, & ceteris gentibus pro salute pugnantibus, Franci pro gloria pugnabant.

f

conversatio cum SS. Arnulpho, Eligio ac Joanne Agno:

2 Sed hoc non tantùm humanæ virtuti, quantùm divinæ pietati est adscribendum, quæ tunc temporis proceres regni & Ecclesiæ armaverat prudentiâ & fortitudine, sanctitate & sapientiâ, ut per eos longè latéque prosperaretur regnum & Ecclesia. Quos quanti faceret Deus, totus penè mundus sensit, in hoc maximè, quòd eo tempore Heraclius imperator Romanorum, victis Persis, Crucem Christi, quam Persæ, incensa Hierusalem, absportatam annos quindecim tenuerant, revexit in Hierusalem, & diem Exaltationis ejus celebrari indixit *g*. Ut sciamus autem, qui fuerint illi, quorum exemplo vel instituto Theodardus meliora charismata æmulabatur; à paucis multos, à vicinis longinquos, à notis colligamus ignotos. In iis præeminebat Arnulphus ex majore domûs Metensium episcopus *h*, Eligius ex aurifice pòst Noviomensis episcopus, Johannes etiam Tungrensis ex laïco in episcopum eodem signo, quo primus Aaron, à Deo electus; dum hujus quoque virga, quam manu gestabat, in terram jussu angeli defixa reviruit, frondùit, floruit, fructificavit. Tales Theodardus imitando in gemina scientia proficiebat; horum lateri adhærens, palatinis principibus notus & charus erat *i*.

g

B

h

i

famâ virtutum innotescit Dagoberto I monarchæ, sub quo varia monasteria condita:

3 Jam fama de nomine ejus ascenderat ad solium Dagoberti *k*, post patrem Lotharium regnantis: & post famam veritas rei ad animum quoque regis illum admittebat. Jamque Deus, qui potens erat, ut in servo suo Theodardo omnem gratiam abundare faceret, parabat causam, ut inter multi nominis viros hunc quoque multo nomine dignum faceret. Siquidem sub Dagoberto pro feliciori temporis illius successu multo plures accendebat gratia Spiritûs sancti, ut pro lucrandis Deo animabus operam darent in fundandis monasteriis. Primus horum occurrit nobis Landelinus, qui ex prædone in præconem fidei alteratus, Lobiense cœnobium fecit esse fundamentum suæ devotionis. Aldegundis thalamum suæ virginitatis sponso suo Christo in Malbodiensi cœnobio locavit. Soror ejus Waldetrudis sexagesimum continentiæ fructum in monasterio Castrilocensi seminavit. Cujus sponsus Vincentius dux, triumphato mundo, vexillum Deo in Alto-monte erexit. Ecquid verò opus est prædicare nobilitatem Gertrudis Nivellensis, cujus nominis gloria est diffusior, quàm tota Gallia? His cultoribus fidei Dominum messis rogantibus, ut in multam messem multos operarios mitteret, peregrinos operarios direxit à transmarinis partibus Bertuinum, Ettonem & alios, Foillanum cum fratribus suis Ultano & Fursco; ex quibus Foillanus Fossense cœnobium fundavit & martyrio suo sacravit *l*.

C

k

l

Stabulense & Malmundariense à S. Sigeberto III Austrasiæ rege fundata, quorum abbas

4 Prævidit verò divinæ dispensationis oculus, ne inter tot & tales viros dilecto suo Theodardo deesset locus, in quo & ipse, erecto fornice triumphali, victorias suas depingeret, & spolia de hostibus capta affigeret. Sigebertus post patrem suum Dagobertum regnans in Austria, potentiam regalem honorificabat affectu divinæ religionis, ut probaret non esse otiosum, quod Deus de eo ostenderat, miraculum. Nam cùm sanctus Amandus catechizaret eum, vix quadraginta dies à nativitate habentem, finita oratione, cùm nemo circumstantium responderet, Amen; aperuit Deus os ejus, & cunctis audientibus, clara voce respondit, Amen *m*. Hic Deum adoptans sibi rerum suarum hæredem, duodecim constituit monasteria; sed in fundando Stabulensi cœnobio impensiùs instabat, cooperante sibi majore domûs Grimoaldo in ædificando monasterio in loco, qui dicitur Malmundarium. Hi, communicato consilio cum Remaclo Tungrensium episcopo & Cuniberto *n* Colonienſi episcopo, ad quorum diœceses loca illa appendebant, nullum magis Theodardo idoneum invenerunt, quem locis illis præficerent *o*, ut superponeret spirituale fundamentum in summo angulari lapide Christo Jesu.

D

m

n

o

constituitur S. Theodardus; sub eodem Sigeberto ecclesiæ Trajectensi præficitur,

5 Theodardus verò sciens, quòd onus, non honor, imponitur præesse nescienti, malebat esse quàm vocari abbas ut, omnia omnibus factus, omnes lucrifaceret. Postremò talem se exhibuit, ut à regno & ab ecclesia meritò diceretur ei: Major est sapientia tua & majora opera tua, quàm rumor, quem de te audivimus. Remaclus pro regimine Tungrensis episcopatûs paterna quidem solicitudine laborabat, sed hoc eum malè habebat, quòd malè sibi responderent proventus fructuum. Unde pertæsus laborum, recurrebat animo ad portum solitariæ vitæ; unde à rege Dagoberto *p* extractus, navim ecclesiæ susceperat regendam. Regem Sigebertum *q* adit, & impossibilitatis suæ causas prætendens, missionem sibi dari, & ecclesiæ canonica auctoritate pastorem substitui petit. Res à palatio ad Ecclesiæ judicium defertur. Ecclesia palatio assentitur. Remaclus onere episcopalis sarcinæ expeditus, & de naufragio mundi se enatâsse lætatus, portum Stabulensis cœnobii expetiit, & contemplationi vacans, habitavit secum. De episcopo substituendo in commune facta deliberatione, ad Theodardum recurritur, & ex omnibus solus placet, qui dignè omnibus præesse debeat. Quia enim secundum Apostolum bene ministraverat, bonum gradum sibi acquisierat *r*. Pari ergo consensu Ecclesiæ & palatii & unanimi applausu cleri & populi Theodardus electus & à Cuniberto episcopo in episcopum consecratus, præsedit ecclesiæ Trajectensi vicesimus octavus à Materno *s* primo Tungrensium episcopo.

E

p

q

r

F

s

in cujus administratione perfectissimum vitâ & moribus se exhibuit episcopum.

6 Qui quoniam sicut de virtute in virtutem ibat, ita de honore ad honorem promotus erat, pro speculo præferebat in animo suo Paulum Apostolum, qui qualis debeat esse episcopus, viva adhuc voce eloquitur. Hoc magisterio; quia se omnibus conformabat, omnium affectus in se transferebat: & quámvis omnes gloriâ anteïret, omnibus tamen charus erat. Potens erat exhortari in doctrina sana & contradicentes redarguere: quia quod docebat verbo, ostendebat exemplo. Præcepto enim & exemplo Domini Jesu, quia major erat omnium, erat omnium servus & minister: ante omnia indutus armaturam Dei, succinctus lumbos suos in veritate, indutus loricam justitiæ, calceatus pedes in præparatione Euangelii pacis; galeâ salutis & scuto fidei & gladio spiritûs, quod est verbum Dei, munitus confortabatur in Domino & in potentia virtutis ejus, ut posset stare adversus insidias diaboli, & debellare spiritualia nequitiæ in cælestibus. Quem urgebat instantia sua quotidiana, sollicitudo scilicet omnium ecclesiarum;

A siarum ; nihil remissi patiebatur, nullum locum dabat desidiæ, sed nocte ac die salutem suam operabatur. Attendens etiam, quòd Deus per Ezechielem prophetam comminetur pastoribus, qui semetipsos & non gregem Dei pascunt ; pascebat gregem Dei secundum Deum, non turpis lucri gratiâ, sed voluntariè ; non dominans in clero sed forma factus gregis ex animo : ut cùm veniret Princeps pastorum perciperet immarcescibilem gloriæ coronam.

ANNOTATA.

a *Sancti Acta à Sigeberto monacho Gemblacensi conscripta, qui sub finem seculi* XI *& sequentis initium floruit, hîc recuduntur ex editione Surii, quam ex duobus Mss., quorum memini in Commentario prævio num.* 7, *hinc inde emendabo. Sic ex Mss. illis hoc loco posui* Chilperici filius Lotharius *pro* Childerici filius Clotarius, *uti legitur apud Surium. Imprimis certum est, Lothario II Francorum regi, de quo hîc agitur, patrem fuisse Suessionum regem, nomine* Chilpericum, *non verò* Childeri-
B cum. *Malui autem ex dictis Mss. scribere* Lotharius *quàm* Clotarius, *quia prior lectio primigenia mihi videtur, cùm in Sigeberti Gemblacensis Chronico & aliis ejus lucubrationibus ubique invenerim* Lotharius. *Regnavit ab anno* 584, *quo pater ejus Chilpericus interfectus fuit, usque ad annum* 628, *non verò ab anno* 587 *usque ad* 631, *ut vult Sigebertus in Chronico : qui etiam fallitur, dum eumdem Lotharium II anno* 618 *totius Franciæ monarchium consecutum fuisse ait ; id enim anno* 613 *contigit.*

b *Seu* Clodovei I.

c *Dabitur* 1 *Octobris.*

d *Quæ hoc numero Sigebertus de* S. Theodardo *refert, expendi in Commentario prævio num.* 9.

e *Sequentia ad Lotharii monarchiam, seu ad tempus, quod ab anno* 613 *usque ad* 628 *fluxit, referenda sunt.*

f *Langobardi in Italiam irruperunt anno* 568.

g *Consule obvios rerum ecclesiasticarum scriptores.*

C h *Sancti hujus Acta illustrata sunt ad* 18 *Julii, ubi in Commentario prævio § 2 probatur, illum ante episcopatum majorem domûs regiæ non fuisse.* S. Arnulpho *hîc subjunguntur* S. Eligius, *dandus ad diem* 1 *Decembris, &* S. Joannes Agnus, *datus ad* 25 *Julii.*

i *Admodum suspecta mihi sunt, quæ hîc de* S. Theodardo *asseruntur. Vide Comment. num.* 10 *& seq.*

k *Post Lotharium II anno* 628 *mortuum regnavit ipsius filius Dagobertus I usque ad annum* 638, *quo ineunte obiit. Mortem Dagoberti Sigebertus in Chronico perperam illigat anno* 645.

l *Plerosque Sanctos hoc numero memoratos dederunt majores nostri ;* Furseum *ad diem* 16 *Januarii,* Aldegundem *ad* 30 *ejusdem,* Gertrudem *ad* 17 *Martii,* Waldetrudem *ad* 9 *Aprilis,* Ultanum *ad* 1 *Maii,* Landelinum *ad* 15 *Junii,* Ettonem *ad* 10 *Julii, denique* Vincentium *ad* 14 *ejusdem mensis. De* Foillano *agetur ad* 31 *Octobris,* de Bertuino *ad* XI *Novembris. Ex monasteriis, quæ Sigebertus eodem hoc numero sub Dagoberto I condita fuisse scribit,*

nullum est, cujus primordia tutò credas anteriora esse morte istius regis seu anno 638 *ineunte : imò ferè ausim dicere, tot errores commisisse Sigebertum, quot hîc asserit monasteria sub dicto rege fundata fuisse.* A. SIGEBERTO GEMBLACENSI.

m *De* S. Amando *actum fuit ad diem* VI *Februarii, ubi in ipsius Vita à Baudemundo discipulo conscripta cap.* 4 *num.* 17 *idem miraculum refertur ; quod Sigebertus Gemblacensis etiam narrat in Vita S. Sigeberti regis ad* 1 *Februarii edita cap.* 2 *num.* 5, *uti etiam in Chronico ad annum* 633 ; *sed illud triennio citiùs contigisse tenendum est.*

n *Martyrologio Romano inscribitur ad diem* 12 *Novembris.*

o *Errorem hunc refutavi in Commentario prævio num.* 14.

p *In suo tamen Chronico Sigebertus S. Remaclum post mortem Dagoberti I episcopum Trajectensem anno* 646 *ordinatum fuisse scribit. Utrobique aberrat ; nam sanctus ille præsul non priùs in cathedra Tungris Trajectum translata sedere cœpit, quàm anno* 650 *vel sequente, uti ostensum fuit in Comment. prævio num.* 15.

q *Relege, quæ ibidem num.* 19 *dicta fuêre.* E

r *In Ms. Rubeæ Vallis hæc adduntur :* & in pauca fidelis, dignus erat super multa constitui.

s *De eo agetur ad* 14 *Septembris.*

CAPUT II.

Instruit S. Lambertum ; pro recipiendis rebus ecclesiasticis regem adit ; ab iniquis earum possessoribus martyrio afficitur.

Adolescentiam S. Lamberti optimis institutionibus format ; rerum

LAmbertus bonæ indolis hoc tempore in bonam spem adolescebat, quem pater ejus vir illustrissimus Aper commiserat viro Dei Landoaldo *a*, Amandi episcopi archipresbytero, ut ejus pueriles annos disciplina regulari & doctrina liberali imbueret. Pater gaudens filium rudimentis utriusque scientiæ à Landoaldo ad votum suum esse initiatum, commisit eum etiam Theodardi magisterio, ut quo amplius de multorum hauriret scientia, eo ampliori proficeret gratia. Qualiter argentum melioratur, quando ab aurifice deauratur, taliter Lambertus naturalis ingenii argento resplendens, dum ex addito Theodardi magisterio melioratur, quasi ex superposita auri materia ampliùs decoratur. Theodardus in se ipso expertus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, gaudebat omnia prosperè sibi cedere, & laborem suum bonus fructuum proventus alleviabat. Cùm ergo multa per Dei gratiam & suam industriam restauraret ; hæc cura eum remordebat acriùs, quòd possessiones ecclesiæ suæ à domesticis hostibus & iniquis raptoribus direptas noverat, & multo jam tempore ab ecclesiæ alienatas jure in jus iniquorum cessisse. a F

ab ecclesia sua alienatarum restitutionem

8 Hoc accidisse dolebat ex nota temporum & majorum suorum negligentia : ex nota temporum, quia securitas ex longo pacis ocio contracta multos à respectu divini timoris averterat,

A. SIGEBERTO GEMBLACENSI.

& ex rerum affluentia irrepſerat bonorum morum negligentia, & ceſſantibus externis bellis, inteſtinis bellis animorum periclitabantur. Inde paſſim contra eccleſiam Dei dominante injuſtitia, quæ ſemper primos impetus exerit contra bonorum innocentiam, non opitulabatur eccleſiæ Dei alicujus juſtitia, nulla ei principum patrocinabatur potentia. Hic dolor non parvus Theodardo præſuli incumbebat, Trajectenſem eccleſiam magna poſſeſſionum ſuarum quantitate eſſe mutilatam, & per triginta circitèr annos nullum pro eccleſiæ Dei jure repugnâſſe vel ſaltem reclamâſſe. Amandus enim, cujus ſanctitas paucis laudari non debet, pro eo quòd regem Sigebertum baptizavit & de fonte ſuſcepit, coactus eſt Dagoberti regis precibus, ut, Johanne epiſcopo defuncto, epiſcopatum Trajectenſem ſuſciperet. Sed irruentibus undique in eccleſiæ navim tempeſtatum procellis, cogitans quod ait Apoſtolus, quia nemo militans Deo implicat ſe negotiis ſecularibus, poſt triennium, epiſcopatu relicto, in portum optatæ quietis ſe recepit. Cujus vices Landoaldus archipresbyter ſuus opportunè per novem annos executus,
B pro eccleſia ſtare non potuit, quia nihil pontificalis juris habebat. Ea omnia raptoribus opportuniora erant. De Remaclo, quia non potuerat brachia tendere contra torrentem inundantium malorum, Theodardus ſuis oculis &
b auribus credebat *b*. Ipſe ſuſcepto Dominicæ navis gubernaculo, inconſtantiæ notam timebat, ſi periculis impulſus loco cederet.

urget ab injuſtis earum poſſeſſoribus;

9 Ne ergo diutina injuſtitiæ impunitas ampliùs inoleſceret, accinxit ſe viriliter & ſtans pro caſtris eccleſiæ clamare non ceſſabat: quaſi tuba exaltans vocem ſuam annunciabat populo ſcelera eorum, & raptoribus peccata eorum. Quaſi aquila ſtans ſuper domum Dei acumine oculorum verſutias iniquorum prævidebat, & unguibus ſe defendebat. Et quia erat ei integritas vitæ, & verbum ſanum & irreprehenſibile; is, qui ex adverſo erat, reverebatur eum, nihil habens mali de eo dicere. Tutabatur eum
c contra omnes favor Sigeberti *c* regis, qui amator divinæ religionis oculos habebat columbinæ ſimplicitatis. Quo defuncto, regnum Auſtraſiæ, quod tenuerat, dedit frater ejus Clodoveus filio ſuo *d* Hildrico. Tum verò omnis ma-
d C litia & injuſtitia in regno prævaluit, & contra eccleſiam gravis domeſticæ tempeſtatis turbo intonuit. Theodardus autem, quia mercenarius non erat, non fugit à facie luporum; ſed pro ovibus ſuis conſtantiùs ex adverſo ſtetit. Et quia Paſtor eſſentialiter bonus dixerat: Majorem charitatem nemo habet, quàm ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; nec in hoc ſurdus auditor fuit, paratus pro ovibus animam ponere.

contra quos cauſam ſuam acturus ad regem pergit, & ab illis in itinere interfectus,

10 Sed ne quid inexpertum relinqueret, deliberat regem Hildricum adire & ante eum ſuper injuſtitiis eccleſiæ illatis legaliter expoſtulare, ſi fortè per cenſuram regalem eccleſia poſſeſſiones ſuas reciperet: & divinitus edoctus à mentis ſuæ oraculo, imminere ſibi tempus paſſionis, diſpoſuit domui ſuæ, & omnibus ultimum vale dicens, oveſque ſuas illi commendans, qui ſibi illas commendavit, duce mentis conſtantia, cum paucis iter arripuit. Porrò filii Belial, qui præ duritia impœnitentis cordis theſaurizabant ſibi iram, nullo modo potuerunt adduci ad aliquam reſipiſcendi viam. Qui ſcientes, quia in nullo ſibi reſponderet juſtitia, ſi de præſumptis rebus eccleſiæ coram palatinis ageretur controverſia, mala malis accumulant, & ex deſperationis periculo de morte innocentis Præſulis tractant, & iter ejus diligenter explorant. Vir ſanctus juſti propoſiti tenax, quem armabat vivus & efficax ſermo Dei dicentis: Nolite timere eos, qui occidunt ſolum corpus, jam diœceſis ſuæ terminos longè exceſſerat, & in pago, quem Aliſatiam *e* vulgò dicunt, bonis adhuc pro- *e*
ventibus gradum fixerat; & ecce cuneus inimicorum Dei de inſidiis emergens, arrectis lanceis, in necem innocentis proruit. Ille munitus tuto patientiæ clypeo eos ad pacis bonum invitare volebat: ſed quia non erant filii pacis, pax non inveniens in eis, ubi requieſceret, ad amicum pacis reverſa eſt. Ut lupi agnum impii circumſtant pium, illumque oculos ad cælum tollentem & pro eis orantem exemplo Jeſu in Cruce pendentis contumeliis afficiunt, humi proſternunt & quia nequit iram explere poteſtas, caput ſancto oleo perunctum in fruſta ſecant, corpus ſanctum membratim dilaniant.

palmam martyrii conſequitur.

11 Terra quidem ſic data eſt in manus impiorum; ſpiritus autem ab omni terræ rudere excoctus per ignem paſſionis & ut aurum in fornace probatus rediit ad Dominum, qui fecit illum. Fides nimirum, quæ protomartyri Stephano aperuit cælos, ut videret Jeſum à dextris Dei ſtantem ad auxiliandum ſibi, hæc quoque Theodardo martyri cælos aperuit, eumque ferentem ſtigmata Jeſu in libro vitæ cum Martyribus adſcribi fecit. Deus, qui notavit incredulitatem Judæorum, quando dixit: Niſi ſigna & prodigia videritis, non creditis: notat noſtram quoque incredulitatem, qui merita Deo placentium non æſtimamus ex virtute operum, ſed ex oſtenſione ſignorum: ſigna enim non faciunt hominem beatum, ſed eum beatæ vitæ fuiſſe oſtendunt, & ex novitate rerum nos ad venerationem Sanctorum adducunt. Ecce Theodardus, qui fuerat organum Spiritûs ſancti ab impiis interfectus, jacebat quaſi vilis & deſpectus, & quaſi percuſſus à Deo & humiliatus. Sed divina pietas totum de eo ſcandalum hominibus abſtulit, dum ad teſtimonium ſanctitatis ejus evidentia ſigna oſtendit.

ANNOTATA.

a *Hunc Sanctum dedimus ad* 19 *Martii.*

b *Hoc numero non ſolùm falſa, ſed etiam Sanctis injurioſa obtrudit Sigebertus Gemblacenſis. Doluiſſe ait* S. Theodardum, *quòd partim* ex majorum ſuorum negligentia *acciderit, ut magnam poſſeſſionum ſuarum jacturam fecerit & multis annis tulerit eccleſia Trajectenſis. Quo verò difficiliùs intelligas, illos culpa omni vacâſſe, bonorum ſacrorum alienationem iiſdem notam fuiſſe ſupponit, & tamen* per triginta circitèr annos, nullum pro eccleſiæ Dei jure repugnâſſe vel ſaltem reclamâſſe *pronuntiat. Tantæ diſſimulationis cauſas, quas ſubjungit, non omnem penitus, ut conſideranti patet, abſtergunt negligentiæ nimiæque animi dejectionis maculam, quam priùs* S. Theodardi *deceſſoribus aſperſerat. His S. Landoaldum archipresbyterum accenſet, quem vicariam* per novem annos *eccleſiæ Trajectenſis curam geſſiſſe ait, poſtquam S. Amandus abdicâſſet epiſcopatum*, Dagoberti regis, *anno* 638 *mortui*, precibus *ſuſceptum. Certò falſa hæc ſunt: nam S. Remaclus anno* 650 *vel ſeq. proximè ſucceſſit S. Amando, quem exeunte anno* 649

A 649 *ſediſſe conſtat, neque diutius quàm ferè per triennium ſub S. Sigeberto rege præfuiſſe. Relege dicta in Comment. prævio num.* 15. *In eodem num.* 27 *& ſeqq. probavi, anno* 668 *vel* 669 *paſſum fuiſſe* S. Theodardum, *quod Sigebertus in Chronico perperam anno* 658 *contigiſſe aſſerit. Tam in noſtra quàm in aberrantis Sigeberti ſententia* 30 *anni non effluxerunt inter Sancti noſtri martyrium & obitum S. Joannis Agni Itaque & hic adjungendus eſt SS. Amando & Remaclo, quorum negligentiæ nimiæque diſſimulationi aperte imputat idem Sigebertus, quòd* S. Theodardus *eccleſiam magna poſſeſſionum parte ſpoliatam invenerit. At unde auctor iſte didicit, id memoratis ſanctis epiſcopis vitio dandum eſſe? Certè anonymus Vitæ* S. Theodardi *ſcriptor nihil habet, ex quo illud extundi poſſit.* His omnibus, *inquit ſuprà cap.* 1 *num.* 8, ex ordine profecutis, rebuſque pariter fideliterque ſupputatis, compertum eſt, quoſdam fundos à ſuis patribus minùs juſtè obtinuiſſe. Hac verò cura pro malè multatis eccleſiæ poſſeſſionibus infra ſui archana cordis recurſans, dubitare cœpit, quid mallet, utrùm, ut nactus eſt, ſineret permanere; an ſuper
B hoc negotio pergeret ire aures regias compellare. Tandem in Domino protectore confiſus, neque metuens, quid faceret ei homo, ſtetit ſententiæ, *ad Childericum II Auſtraſiæ regem profectus & in itinere cæſus fuit. Ex data anonymi relatione & ex eo, quòd Childericus* 6 *Septembris anni* 667 *Trajecti in ſuo palatio verſatus fuerit, ut in Comment. num.* 23 *videri poteſt, ſatis colligitur, ſanctum noſtrum Præſulem non niſi poſt dictum diem & annum comperiſſe, bona eccleſiæ ſuæ ab iniquis poſſeſſoribus detineri. Pro officio ſuo haud dubiè citiùs ea repetiiſſet, ſi citiùs illud ipſi innotuiſſet. Idem præſumendum eſt de S. Remaclo, qui, cùm S. Sigebertum regem ſibi addictiſſimum nactus eſſet, quemadmodum beneficia, quibus eum cumulavit, teſtatum faciunt, alienata facilè bona recuperâſſet. Neque aliter ſentiendum de S. Amando, qui à Martino PP. I liberationem ab onere epiſcopali efflagitans, ne verbo quidem mentionem fecit de rebus eccleſiæ ſuæ injuſtè occupatis, ſed corruptos tantummodo cleri mores attigit. Etſi fortè à S. Joanne Agno* minus juſtè *fundos aliqui acceperint, ac dein mala*
C *fide poſſederint, non ideo tamen ſanctus ille culpandus eſt; nam fraude circumveniri potuit, quam tandem detexerit* S. Theodardus.

c *Sanctus noſter non ſedit ſub rege Sigeberto, niſi fortè brevi admodum tempore.*

d *Poſt Clodoveum II Francorum monarcha factus eſt ejus filius Clotarius III, qui Auſtraſiæ regnum fratri ſuo Childerico II ceſſit anno* 660.

e *Conſule Comment. prævium num.* 27.



A. SIGEBERTO GEMBLACENSI.

CAPUT III.

Mulier cæcitate punita & viſus ei redditus; exſequiæ à frequente populo celebratæ; miracula in loco primæ ſepulturæ; corpus inde avectum & Leodii depoſitum.

Ancilla, quæ filia dederat ad lacerum S. Theodardi corpus tuendum, quod

PUer è famulitio ſancti Præſulis, qui ſolus, cæteris in fugam verſis, excubabat ad corpus exanime, dolens eſſe disjecta à ſe beati corporis membra, nitebatur, ut ea quoquo modo uniret: & membrum quidem membro aut partem parti coaptans, non habebat, unde ea colligaret. Nempe inimici juſtitiæ, ſcelere perpetrato, omnes etiam ſarcinas diripuerant. Quod ſolùm potuit puer, fecit, & quotquot membra unire potuit, inſtitis ſuis colligabat. Cùm adhuc ei ſuæ non ſufficerent inſtitæ, cœpit animo deficere, & multa ſecum revolvens, ex conſilio animi ſui villam, quæ proxima erat, petiit, ſperans Dei auxilium ſibi non defuturum: nec ſpes eum fefellit; nam inter eundum offendit mulierculam, in cura paſcendarum ovium occupatam & nendo diducentem de colo fila. Mulierem compellat, & ſibi fila dari ſupplex poſtulat, & cur poſtulet, cauſam dicit; remque omnem ordine pandit. Audiens illa execrandi ſceleris acerbitatem, primò horreſcens ſtupuit. Deinde humanitatis affectu penè ad lachrymas adducta. Quod petis, inquit, ô puer, libens darem; ſed eſt certa cauſa, ut denegem. Matrifamilias quippe, cui ancillor, diurnum penſum debeo; quod ſi fuerit minoratum, non impunè feram, nec damnum effugiàm. Dixit & animi compaſſionem præponens timori, dedit voluntariè fila petenti.

E

F

cæleſti lumine illuſtratum invenitur, percutitur à domina; hæc verò mox cæcitate punitur.

13 Compos voti puer repedabat quantocyus; & ne eum pigeret laboris, majorem voto conſolationem accepit divinitus. Invenit namque duo luminaria, ad caput & pedes Martyris altrinſecus lucentia. Quis non miretur tua, Chriſte, magnalia? Quia Theodardus lux in Domino fuerat, & ut filius lucis ambulaverat; tu Lux vera, omnem hominem illuminans, obſequium luminis per angelicum miniſterium procurâſti exſequiis illius, quem de mundi tenebris ad veram æternamque lucem vocaveras. Hoc miraculum majori miraculo virtus divina confirmat, ut citiùs & diffuſiùs nomen & meritum Martyris innoteſcat. Mulier, quæ penſum ſuum pro obſequio illius minoravit, veſperi revocatis ad caulas ovibus, penſum diurnum dominæ reddidit. Quod quia minoratum ſenſit domina, fraudis ancillam arguens, caput illius gravi ictu percuſſit. Sed Dei pietas ancillam fraudis excuſat: domina enim ſubitâ oculorum cæcitate percuſſa exclamat cum ejulatu ad famulam, exclamat & famula ſuam miſerando dominam. Res publicatur per familiam: fama rei totam villam facit attonitam. Ancilla coram cunctis cauſam cæcitatis illatæ exponit, & ut culpa fiat venialis, hortatur, ut Præſulem ſibi reconciliet, ut

A. SIGEBERTO GEMBLACENSI.

lumen, quod offensa sibi abstulerat, impetrata à Deo venia restauret.

culpam fassa & veniam petens visum à Sancto recuperat,

14 Cogit dominam angustia, ut verbis ancillæ credula consulat suæ miseriæ. Duce ancilla, venit domina ad locum, ubi jacebat corpus venerabile: quòd ita videre disjectum erat omnibus miserabile. Domina pro cæsa injustè ancilla culpam fatetur, & ut mereatur impetrare veniam, votis & donis placat sancti Martyris gratiam. Quando fuit difficile Deo exaudire preces miserorum fideliter ad se clamantium? Mulier, impetratâ veniâ, gaudet redivivo lumine, & videns membra sancti corporis suis filis colligata, agnoscit tandem quantùm peccaverit, quæ ancillam innocentem & sancto Martyri devotam percusserit. Fletur ab omnibus præ lætitia, Deo laudes, Deo gratias clamantibus cunctis: crescit debita Martyri reverentia, fama volat per totam viciniam, discurrit longiùs per totam quoque provinciam. Quaquaversum oculos flecteres, concurrentium turbas cerneres. Materfamilias, quæ causa & testis erat tanti miraculi, totam se rejiciebat in gratiam

B

sancti Martyris, verbo & exemplo suo invitans omnes ad obsequium celebrandi funeris. Docebat rerum vicissitudo dolere pro extraneo; at insita homini naturæ pietas eliciebat & lachrymas. Quis enim posset videre sine lachrymis, quòd etiam sepulturâ egeret Vir apud seculum tantæ quondam nobilitatis, tantæ in Ecclesia dignitatis, tantæ apud Deum sanctitatis.

qui ab indigenis honorificè tumulatur, & variis à Deo miraculis honoratur.

15 Instatur ergo ab omnibus, ut decenter justa sepulturæ expleantur. Isti vulnera mollibus pannis exsiccant: isti vestes sanguine sancto infectas ad sui patrocinium reservant; membra satis defleta in gestatorio ponunt, & preciosa velamina superponunt. Materfamilias locum sepulturæ condicit, & juxta suum condictum in loco, qui dicitur Nec *a*, tumbam disponi facit. Levato corporis loculo, nunc isti, nunc illi gaudent succedere vicissim oneri corporis ferendi. Alii verò præcedendo planas vias bajulis ostendunt. Cum tanta omnis ordinis & ætatis & promiscui sexûs frequentia, cum tali humanitatis & devotionis reverentia celebrantur sancti Martyris exsequiæ, & corpus honorificè tumulatur. Jam lachrymas omnium ea causa repressit, quòd

C

gaudendum sibi esse credebant, se tanti apud Deum haberi, quòd insperatò eis Patronum tanti meriti misisset, qui sibi contra omnia adversa præsidio vel remedio esset. Coëunt undique infirmorum agmina, per merita novi Martyris sperantium consequi à Deo morborum medicamina. Quot ibi pietatis opera, quot sanitatum beneficia, quàm frequentes cæcorum illuminationes, quot febricitantium curationes ibi provenerint per Theodardi patrocinia, testantur multa paralyticorum subsellia & plurima rerum monumenta, quæ pendent ibi ab incolis affixa, ut per hæc recenseat memoria posterorum, quanta ibi per nomen Theodardi claruerit gratia Dei.

Vangionum præsul corpus sacrum

16 Fama longè latèque evagando subintrat Wangionum urbem, quæ nunc Wormatia nuncupatur; & postquam popularium aures & linguas multo implevit susurrio, ad ipsum quoque urbis præsulem viam sibi fecit. Præsul excessu beati Patris audito, post longa ab imo pectore ducta suspiria diversus sibi agitabatur: namque tristabatur & lætabatur. Tristabatur propter perpetratum intra suam diœcesim immane scelus: porrò lætabatur propter collatum cælitus diœcesi suæ patrocinium novi Martyris. Progressa ulteriùs fama, attigit urbem Spiram, quam antiquitas Nemetum appellabat: nec subtraxit pedem ab urbe Argentina, quam Strazborch nominat Teutonica lingua. Totam regionem, quam alluit Rhenus, perlabitur fama vento velociùs; nec celeriùs aut longiùs defluit unda Rheni, quàm decurrit fama hujus rei: nec citerioris ripæ spatio contenta vagari, Germaniæ terminos utrimque attigit. Wangionum præsul præ cunctis super hac re suspensus, invitat ad se vicinarum urbium præsules, convocat totius provinciæ primates & optimates; quid faciendum sibi sit super hoc verbo, quod Dominus fecit & ostendit eis, eorum consilio committit, liceatne sibi corpus sancti Præsulis amovere ab indigniori loco, & ad majorem ecclesiam transportare. Facile est eò transferre consilium, ubi in unum transpirat voluntas omnium. A communi consilio unum concipit assensum devotio omnium, ad majorem Martyris gloriam corpus ejus esse inde transferendum.

D

E

transfaturus divinitus impeditur:

17 Die ad hoc condicto ab omnibus concurritur, & numerus confluentis populi non erat certior numero stellarum cæli. Jam se accingebant operi, jam tumulus sancti Martyris debebat aperiri. Sed non est ratio, non est consilium contra Dominum, quia natura rerum, militans pro Domino rerum, obsistit ipsi obsistentibus. Cælum subitò inhorruit, & horrore suo terram tremefecit; prænunciant tempestatem præcurrentia ventorum murmura; præstringit oculos præsens fulgurum coruscatio; aures & animos omnium exterrent tonitrua solito graviora; proruit tam procellosa nimborum inundatio, ut, si fuisset diutina, posset sufficere faciendo diluvio. Tot rebus præsentem mortem intentantibus, diffugerunt omnes: desistunt ab incepto, quod de corde suo faciebant; super quo quia os Domini non interrogaverant, se contra Deum sensisse intellexerunt. Quis unquam consiliarius Dei fuit? Ut hoc quoque miraculo longè latèque clarescceret Theodardi gloria, de longè & latè tot populorum millia in unum contraxerat, ut dum omnes unius merita prædicarent, per nomen ejus benediceretur ab omnibus Deus.

F

S. Lambertus

18 Trajectenses certificati de nece sui Antistitis, ostendebant ex quantitate sui doloris, quo amore erga eum ferverent. Insidebat enim altiùs in corde cunctorum pia ejus paternitas; recurrebat ad eos magna Patris pro ecclesiastica utilitate sedulitas, pro qua usque ad sanguinem restiterat inimicis. Sua cuique causa aderat, pro qua de morte Præsulis singulariter plangere habebat. At Lambertus, qui vivente Theodardo erat spes altera Trajectensis ecclesiæ, ex proventu bonæ indolis eò pervenerat, ut, defuncto Præsule suo, tota ecclesia in eum inclinata recumberet. Hic plus omnibus mortem Magistri deflebat, quia plus omnibus Magister eum amaverat. Sed post vulnus doloris inflictum cordi, assumens scutum constantiæ, totus ad hoc ferebatur, ut saltem corpus Magistri reciperet. Longam viam celeri voluntatis volatu emensus, venit ad locum, ubi corpus defuncti Patris peregrinabatur. Ubi postquam solvit lachrymas, quas debebat filius Patri, pandit incolis terræ causam sui adventûs, & petit, ne quis eorum suo desiderio contradicat de referendo corpore Patris.

A tris. Uno omnium ore contradicitur Lamberto: conclamabant enim omnes, esse suum jure Theodardum, quem sibi pro patrono Deus ultro miserit, quibus per eum tot miracula ostenderit, & magno rerum miraculo vetuerit, ne ab episcopis provinciæ corpus sanctum aliò transportaretur.

Illud 19 Ita Lambertus impos voti Trajectum redit, ut cum clero & populo ea de re agat. Clerus verò & populus totius pondus rei Lamberto imponit. Lambertus aliâ viâ vincere aggressus, multos sumptus & commeatus viæ apparat, multum auri & argenti & aliarum specierum congregat, & jactans spem in Domino, optatum locum repetit. Itaque indigenæ pro tam celeri ejus reditu suspensi, excipiunt eum favorabili affectu, & ex vultu & habitu ejus attendentes, quæ reverentia deberetur ei, officiosè illi adhærent. Lambertus verò eos pietatis affectu sibi conciliat, causamque viæ eis ingeminans, addit preces, ut corpus Patris sui non ultrà sibi denegent, dicens, absurdum esse Patrem filiis & episcopum civibus denegari; sufficere eis, quòd terram eorum sanguine suo consecraverit; non
B defuturum ipsis sancti Patris patrocinium, quem tanti habuerint, ut honorificè tumularent. Jam rigor eorum flectebatur, quia vir angelicus suo mellifluo ore eos mollierat. Quos ut ampliùs ad animum suum attraheret, aperto suæ largitatis sinu, singulos eorum honorat donis competentibus: nec ab invalida plebe manum suam retrahit: & senibus & pueris singulos, prægnantibus verò mulierculis geminos porrigit nummos. Tali affectu & industriâ victos, ut eos fecit esse suos, pro libitu suo usus est eorum cordibus. A. SIGEBERTO GEMBLACENSI. *Leodium defert.*

20 Igitur illis jam non obsistentibus, sed ad omnia officiantibus, amabile Patris corpus tulit, & cum hymnis & laudibus revexit, & in villa publica Legia tumulavit cum honore, qualis decebat martyrem. Quis non videat hîc Dei dispensationem? Operabatur in Lamberto Dei providentia, quando præordinavit decorari Legiam tumulo Theodardi: cuia enim Lamberto ibi designatus erat locus passionis, & ipsa Legia per Lambertum in urbem ampliari & episcopalis sedis honore habebat exaltari, noluit Deus longè à se disjungi tumulo, quos solos è numero Tungrensium episcoporum sibi æquales per martyrii gloriam prævidebat, æquales fore etiam per meritorum gratiam. Præripuit tantummodo Theodardus Lamberto, ne primus in hac ecclesia esset martyr, præripuit Lambertus Theodardo, ne solus in hac ecclesia foret martyr. O te, Legia, felicem! Quorum pari decoraris martyrio, eorum pari ante Deum adjuvaris patrocinio. Nos Deum magnificemus per Sanctorum suorum gloriam, ut Sanctorum meritis illius impetremus gratiam, qui vivit & regnat in
E secula seculorum. Amen.

ANNOTATIO.

a *Loci hujus situm assignavi in Commentario prævio num.* 28.

DE S. THOMA ABBATE,

FARFÆ IN SABINIS.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

I. P.

§ I. Sancti memoria in Fastis sacris, cultus, Acta.

C F

ANNO DCCXII VEL DCCXV. *Thomam Farfensis cœnobii instauratorem*

Arfam, seu potiùs Farfense beatæ Mariæ Virginis monasterium Ordinis S. Benedicti in Sabinensis diœcesεos territorio celeberrimum descripsimus tom. I *Februarii ad diem* III, *pag.* 362, *in Commentario prævio ad Acta S. Laurentii, cognomento* Illuminatoris, *qui depositis episcopatus sui insulis, monasterii ejusdem conditor exstitit ac primus parens: in ipsis autem Actis ex Jacobillo, eorum collectore, dicti cœnobii statum dedimus pag.* 364. *Nova quodammodo ejusdem notitia hauriri poterit hîc ex iis, quæ dicenda occurrent ad Acta* S. Thomæ, *qui, quantumvis plus seculo integro posterior sit S. Laurentio illuminatore, à multis tamen primus Farfensis cœnobii Abbas dictus est; quia nempe illud, post obitum S. Laurentii devastatum, & usque adeo dirutum, ut vix aliquæ ruderum reliquiæ supereſſent, locusque ipse, ubi steterat, in solitudinem esset redactus, instauravit, aut veriùs de novo erexit, & primus abbas gubernavit. Hujus sancti Abbatis honorifica memoria est in sacris Fastis recentioribus bene multis, ac magnis elogiis effertur ejus sanctitas in vetustis monumentis, quæ laudabimus inferiùs.*

memorant hac die martyrologi recentiores multi.

2 *Annuntiant eum hac die Castellanus in Martyrologio universali, Saussayus longiori, ut solet, elogio in Supplemento Gallicani, & in utroque Sanctorum Catalogo Ferrarius, citans præter Tabellas Farfenses, Martyrologium Benedictinum Arnoldi Wionis, cujus annuntiationem huc transfero:* Farfæ depositio S. Thomæ abbatis, qui cùm inspiratione divina, & beatæ Mariæ Virginis admonitu ad monasterium Farfense se recepisset, dirutumque pristinæ restituisset dignitati, multorum monachorum pater, clarus miraculis migravit ad Dominum. *Idem auctor in Annotationibus ad diem* x *Septembris subdit catalogum abbatum Farfensium ad annum usque* 1140, *ac de* S. Thoma, *quem primo loco collocat, sic habet:* Tabulæ monasterii sanctæ Mariæ Farfensis à domno Constantino Cajetano,

AUCTORE J. P.

jetano, Siculo Siracusano, hujus congregationis monacho, & cœnobii sancti Nicolai de Arenis civitatis Catanensis professo, mihi communicatæ de eodem agunt hac ipsa die. *Wioni consonant in Fastis Benedictinis Menardus ac Dorganius. Agit & de Sancto nostro ad hanc diem Bucelinus in Menologio, prolixius quidem, ut & ipsi mos est, sed cum nihil habeat, quod ex aliis jam citatis vel citandis dignosci nequeat, ejus verbis referendis supersedeo.*

Ex antiquis scriptoribus eruitur ejus sanctitas,

3 *Abbati nostro in Fastis sacris locum non concesserunt quidem martyrologi, quos vidi, jam recensitis antiquiores, illum tamen à seculis multis habitum fuisse pro Sancto colligitur non tantùm ex Catalogo abbatum Farfensium, quem vulgavit Antonius de Yepes in Chronico generali Ordinis S. Benedicti, parte 2, ad annum Christi 680; verùm etiam ex Chronico ipsiusmet Farfensis monasterii infrà pluribus laudando; ubi* Thomas *passim titulo* Sancti, Beati *aut* Beatissimi *insignitur; & ex Indice ducum Spoletanorum & abbatum Farfensium, quem Ludovicus Muratorius tom. 2 part. 2 de Rerum Italicarum scriptoribus præfixit mox memorato Chronico; Mabillonius verò tom. 1, part. 2 Musei Italici descriptum profitetur è brevibus Annalibus, majori Farfensi Chartario insertis. Sic autem incipit dictus Index:* Anno DCLXXX sanctus Thomas abbas. *Mitto Vitam SS. Paldonis, Tasonis, ac Tatonis, de qua in fine Appendicis subnexæ Actis* S. Thomæ *edendis à nobis, recurret sermo, ubi auctor Petrus presbyter non semel* Thomam, Sanctissimum patrem *appellat.*

B

& antiquus cultus ex Officio ecclesiastico, sub annum 1636

4 *Eruitur autem antiquitas cultûs ex Notitiis Mss., quæ cum Majoribus nostris anno* 1643 *à D. Gregorio Romano, abbate S. Matthæi, Annalium Farfensium id temporis scriptore, communicata sunt pro illustrandis Actis SS. Laurentii &* Thomæ. *In iis compendio complectitur auctor utriusque Sancti gesta præcipua, & his interserit sequentia:* Quòd autem Laurentius Fundator, sicut & Thomas instaurator fuerint Sancti, apparet ex antiquissima traditione, & ex quibusdam fragmentis antiquissimi Breviarii manu Longobarda descripti. Insuper usque ad annum MDCXXXVI nos celebravimus dies festos dictorum Sanctorum, recitantes eorum Officium: sed cùm quidam Prior, nomine Gregorius à Perusio, tulisset dictum Officium, asserendo non esse ex Apostolica auctoritate, rursum illud reassumere non valuimus, respondente sacra Rituum Congregatione, nos non debuisse illud dimittere; cùm autem dimissum sit, non esse reassumendum. *Reliqua, quæ ibidem de Sanctis tradit, concludit hâc formulâ memoratus auctor:* Hæc ergo sunt, quæ fideliter ex nostris Chronicis haberi possunt. Ita ego D. Gregorius Romanus Annalium Farfensium auctor manu propria & cum juramento confirmo. *Porrò gesta* S. Thomæ *iis Notitiis contenta necesse non est hîc transcribere, utpote quæ fusiùs enarrantur in ipsismet chronicis ac Vita, de quibus mox suus erit dicendi locus; sufficit inde delibâsse ea, unde innotescat immemorabilis ac legitimus cultus.*

C

imprudenter, ut apparet,

5 *Ceterum ex allatis laudati Annalistæ verbis certò definire nolim, prorsus interruptam fuisse ab anno* 1636 *SS. Laurentii &* Thomæ *festivitatem. Etenim ea legenti dubium saltem aliquod relinqui potest, an memoratus Prior suppresserit dumtaxat Officium de Sanctis proprium, eique commune Sanctorum substituerit, an verò & Officium & festivitatem omnino sustulerit. Priori interpretationi videntur favere postrema verba, per qua solius dimissi Officii mentio fit, nulla festivitatis; secunda tamen mihi probabilior apparet. Nam cùm antea dicat auctor:* Usque ad annum MDCXXXVI nos celebravimus dies festos dictorum Sanctorum, recitantes eorum Officium, *verisimiliter per subsequentia innuit, ab eo anno desisse recitari Officium & unà celebrari festos dies. Igitur totâ hâc, quam recitavimus, periodo probare intendit primò immemorabilem utriusque Sancti cultum, & secundò, quantùm equidem conjicio, monere lectorem, ne suspicetur, festivitatem cum Officii recitatione, dicto anno suppressam, anteà non fuisse ritè ac legitimè celebratam; quandoquidem, ut satis insinuat, suppressa dumtaxat fuerit ob imprudentem & intempestivam cujusdam anxietatem.*

D

dimisso Farfæ,

6 *Et verò, si responsum sacræ Rituum Congregationis attentè consideres, haud difficulter intellexeris, quòd ipsamet agnoverit, Officium eousque licitè ac legitimè fuisse recitatum, atque in futurum similiter recitandum ab eis, si retinuissent; cùm dicat,* non debuisse *eos* illud dimittere, *tacitè quodammodò improbans, quòd hujusmodi in specie cultum, tam diuturna possessione stabilitum, ultrò intermisissent. Huic expositioni mirè patrocinatur concessa postmodùm à dicta Rituum sacra Congregatione facultas recitandi Officium, Missamque celebrandi in honorem Sanctorum Sabinæ diœcesis, de qua scribit, qui hodie universæ Ecclesiæ feliciter præsidet summus Pontifex, Benedictus* XIV, *in secunda ac locupletiore editione præclari Operis de Servorum Dei beatificatione & Beatorum canonizatione lib. 4, part. 2, cap. 6, num. 2, ubi agit de concessione Officii & Missæ in honorem Sanctorum canonizatorum. Ejus verba hîc transcribo:* Ad hanc rem facit recens concessio à sacrorum Rituum Congregatione facta Officii, & Missæ in honorem Sanctorum Sabinæ diœceseis; inter quos recensetur sanctus Laurentius episcopus Sabinorum & confessor, cujus nomen licèt descriptum non sit in Martyrologio Romano, de ejus tamen sanctitate, & juxta antiquum ritum canonizatione nulla dubitatio esse potest &c. *Hæc laudatus Pontifex. An verò sicut S. Laurentius, sic etiam* S. Thomas *recensetur inter Sanctos Sabinensis diœceseis, in quorum honorem ista concessio facta est, neque ex recitatis verbis, prout patet, neque aliunde nobis licuit cognoscere.*

E

ubi annuo cultu honoratur. Acta ejus

7 *Certè Mabillonius tom. 2 Annalium Benedictinorum ad annum* 715, *pag.* 44 *asserit Sanctum nostrum Farfæ annuo cultu honorari in basilica beatæ Mariæ Virginis, ubi, sicut in Actis legitur, corpus ejus à discipulis humatum est; prope S Laurentium fundatorem, ut addit Gregorius Romanus in Notitiis suprà memoratis; & hactenus unà cum corpore S. Laurentii requievit, teste Antiocho Honofrio pag.* 110 *&* 160 *libri, quem* Heroum compilata præconia *inscripsit. Atque hæc sunt, quæ de* S. Thomæ *cultu antiquo & recentiore nobis innotuerunt. Vitam ejus, erutam ex Ms. codice Farfensi typis evulgavit laudatus Mabillonius part.* 1, *seculi* 3 *de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Servatur & in museo nostro Sancti Vita Ms.,*

A *Ms., diviſa in Lectiones excerptaque ex Breviario membranaceo, ut notavit in margine Papebrochius; ſed locum unde accepta ſit, non exprimit. Valdè ſuſpicor eam ipſam eſſe, quam ſuprà Gregorius Romanus in Notitiis vocat* fragmenta antiquiſſimi Breviarii manu Longobardâ deſcripti, *ex quo Breviario, vel in Farfenſi cœnobio, vel fortaſſe in bibliotheca eminentiſſimi Cardinalis Barberini, perpetui ejuſdem cœnobii abbatis commendatarii, apographum ſibi procuraverit Papebrochius; quando cum patre Henſchenio Italiam peragrans vetera monumenta ad Opus noſtrum conducentia perſcrutatus eſt. Fortaſſe, inquam, in bibliotheca Barberina, in qua hujuſmodi codices & inter hos codex Ms. Chronici Farfenſis exſtare diſcimus ex Muratorio mox laudando, & ad quam invitatis Henſchenio ac Papebrochio prater alia magnæ benevolentiæ indicia, quæ ipſis exhibuit, memoratus Eminentiſſimus* facultatem dedit quoſlibet libros domum aſportandi, *ut inde, quæ ſibi uſui eſſent, deſcriberent, prout cum ſumma grati animi ſignificatione teſtatur ipſemet Papebrochius in Diario de ſua in Urbe mora, anno* 1661.

B 8 *Demum unde unde acceptum ſit noſtrum apographum, authenticum mihi apparet; non modò quia conſonum eſt iis, quæ in Farfenſi Chronico de Sancti geſtis referuntur; ſed potiſſimùm quia, quæ habet, ita congruunt Vitæ editæ à Mabillonio & à nobis recudendæ, ut dubitare nequeam, quin Lectiones deſumptæ ſint ex eadem Vita. Eadem ſunt utrobique phraſes, imò eadem voces, quantumvis hinc inde paulò immutatæ, eademque rerum narratarum diſpoſitio. In noſtro tamen apographo, uti neceſſe erat, ne juſto ampliùs excreſcerent Officii Lectiones, plura prætermiſſa ſunt; atque inde facilè colliget lector, cur id prelo commitendum non judicârim; attamen haud inutile mihi fuit; juvit enim primò ad confirmandum id, quod infrà ſtatuetur circa annum Sancti emortualem; deinde ad ſupplenda nonnulla, quæ ex incuria procul dubio deſcribentis deſiderari videntur apud Mabillonium.* collata cum Officii Lectionibus,

9 *Haud parùm etiam ad elucidanda, confirmandaque quædam Sancti noſtri geſta contulit duplex Vita SS. Paldonis, Tatonis & Taſonis, quarum altera exarata fuit à Petro presbytero, altera à S. Authperto Vulturnenſis cœnobii abbate, ſeculi* VIII *ſcriptoribus. De utraque, quod de prima jam memini num.* 3, *fuſiùs agemus in Appendice. Contulit item memoratum aliquoties Farfenſe Chronicum, Ludovici Muratorii operâ poſt longas tenebras luci redditum tom.* 2, *part.* 2 *de Rerum Italicarum ſcriptoribus. Audi de illius auctoribus Gregorium Romanum in Notitiis:* Tres fuerunt Farfenſis monaſterii chroniſtæ, ſinguli Gregoriano nomine inſigniti. Primus Gregorius ſcripſit anno DCCCLX; ſecundus, Catinenſis Gregorius nuncupatus, anno MXC; tertius ego minimus anno MDCXLIII, qui & nunc Opus ſub titulo Annalium Farfenſium proſequor. *Muratorius in Prolegomenis ad dictum Chronicon prioris Gregorii non meminit, de ſecundo ſeu Catinenſi agit pluribus, oſtenditque ex præfatione ipſi affixa, ab hoc Gregorio duo primùm conflata fuiſſe magnæ molis volumina complectentia Chartas, privilegia & inſtrumenta Farfenſis Archivi; poſtea verò, ne tanta Chartarum ſeries lectori tadium pareret, volumen tertium multò compendioſius confectum fuiſſe, monaſterii originem, abbatum ſeriem & acta atque præcipua privilegia continens; & hoc* nihil aliud eſt, *inquit,* quàm Chronicum Farfenſe, quod publici juris facio. aliiſque antiquis

C 10 *Verùm ne in hoc quidem tertio volumine, ut rectè advertit Muratorius, lectoris tædio avertendo ſatis conſuluit chronographus; quandoquidem & hîc unicè intentus fuiſſe videatur enumerandis aſſerendiſque iis, quæ ad donationes, privilegia, ac jura monaſterii ſpectarent, parùm ſollicitus de virtutibus & præclarè geſtis ſanctorum fundatoris & Inſtauratoris aliorumque abbatum referendis; quæ perſtringit paſſim, nec adducit, niſi in quantum apta ſunt ad propugnanda jam dicta privilegia & jura. Hoc profitetur ipſemet, ubi agit de jure quodam cœnobii ſui in Vulturnenſe S. Vincentii monaſterium; nam relatis hujus monaſterii primordiis, deſcriptiſque ſolito prolixiùs geſtis quibuſdam* S. Thomæ *cum SS. Paldone, Tatone & Taſone, mox ſubdit:* Hæc autem omnia idcirco veraci relatione breviſſimè reſtringere voluimus, ut præfatum beati Vincentii monaſterium huic beatæ Mariæ cœnobio pertinere & ejus fore dominii debere, & canonica & legali auctoritate aſſerere per omnia valeamus. *Tum ultimum hoc aſſertum probare pergit multis teſtimoniis ac ratiociniis, an etiam ſolidis noſtrum non eſt diſquirere. Verumtamen ut ut brevitati ſtuduerit, non potuit, quin de* S. Thoma, *cujus nimirum operâ inſtauratum eſt ac multùm accrevit cœnobium Farfenſe, ageret locis variis, ex quibus conjicio, eum longiore Vita uſum fuiſſe, & eâdem fortaſſe, quam ex Farfenſi codice erutam affirmat Mabillonius num.* 7 *laudatus; atque hoc mihi ſuadet multorum textuum omnimoda ſimilitudo.* monumentis

11 *Supereſt, ut pauca ſimiliter notemus circa Vitam, quam collatam cum memoratis hactenus monumentis Commentario ſubnectemus. De ejus auctore nihil ſibi dicendum occurrere ait Mabillonius in Obſervatione ad eam prævia. Et ſanè nullibi biographus aut nomen ſuum prodit, aut ætatem expreſsè declarat, quâ* S. Thomæ *Acta concinnavit. Nihilominus ex nonnullis periodis ſuſpicari nos ſinit, ſe nec Sancto coætaneum, nec tamen ab eo valdè fuiſſe remotum. Primum elicitur ex numero Vitæ ultimo. Nam poſtquam narravit, quo pacto Sanctus noſter juverit SS. Paldonem, Taſonem & Tatonem fundatores monaſterii S. Vincentii juxta Vulturnum flumen, ita proſequitur:* At verò memorati viri, ſucceſſoreſque eorum multa annorum curricula, congruis temporibus ad monaſterium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ veniebant, & hebdomadas ſuas in coquinæ officio, ſicut & alii Fratres, in ipſo faciebant monaſterio, atque per diſpoſitionem domini Thomæ abbatis, ſucceſſorumque ejus ipſum ſancti Vincentii monaſterium ordinabatur. *Igitur ut reliqua omittam, vixit auctor noſter, poſtquam* S. Thomas *habuiſſet aliquot ſucceſſores abbates, ac veriſimiliter ei non convixit, quod mox confirmabitur.* edenda. Ætas

12 *Interim ne quis judicet, biographum valdè remotum fuiſſe à Sancti temporibus contra ſecundam conjecturæ noſtræ partem; quia jam datus ejus textus tempus audum præteritum omnino ſpirare videtur; notandum, quòd conſuetudo in ipſo deſignata obtinueris dumtaxat, ſiquidem* auctoris.

AUCTORE J. P.

dem rectè ſcribit auctor Chronici Farfenſis, uſque ad tempus domni Fulcoaldi, qui Prælato ac monachis ejuſdem monaſterii (*Vulturnenſis*) causâ pietatis & inconſultè hebdomadas in coquinæ officio indulſit, & præceptum, quod vir Domini Thomas à duce acquiſiverat Giſulfo, largiens, ut ſui tantùm curam gererent monaſterii, eis deinceps indixit. *Per* præceptum *chartam hîc intellige ſeu diploma, ex quo probari contendit ibidem chronographus, Vulturnenſe monaſterium Farfenſis cœnobii dominio fuiſſe ſubjectum. Porrò Fulcoaldus defunctis Hauneperto & Lucerio, primis* S. Thomæ *ſucceſſoribus, abbas ſuffectus legitur circa annum* 740, *præfuiſſeque monaſterio uſque ad annum circitèr* 759; *ergo ſuppoſito etiam, quòd ſub finem vitæ ſuæ dictam conſuetudinem reſciderit, hæc non duravit ultra annos* 45 *à morte Sancti, quam contigiſſe anno* 712 *vel* 715 *dicam inferiùs; ac proinde non cogit nos textus numero præcedente recitatus ætatem biographi differre ultra idem ſeculum* VIII *jam provectum, vel ſequens haud multùm inchoatum; imò id prohibere videtur alter ejuſdem textus in laudata Vita num.* 3. *Illic enim* S. Thomæ *in Italiam adventum enarrans ita habet:* Venienſque in locum, qui dicitur Cervinaria, ibi ſub quadam arbore, quæ nunc ſupereſt, requievit. *Annoſa ſatis arbor profectò fuiſſet, quæ ab anno* 77 *ſeculi* VII, *quo hæc contigiſſe videbimus num.* 15, *uſque ad finem* VIII *vel initium* IX *ſeculi ſuperfuiſſet. Denique cùm dicat idem auctor ibidem num.* 2, *ſe, quæ narrat, comperiſſe* relatu patrum, *rurſum conjicio, eum Sancto quidem coætaneum non fuiſſe, attamen convixiſſe iis, qui illi vel coætanei vel valdè propinqui fuerant.*

§ II. Sancti patria; Farfenſis cœnobii reſtauratio; annus emortualis.

C

S. Thomas, natione Gallus, monachus non fuit Caſſini

DE parentibus Sancti noſtri, deque ejus genere aut primæva ætate nihil quidquam litteris conſignatum reperi apud ſcriptores ſeu veteres ſeu recentiores; omnes tamen conſtanter eum natione Gallum affirmant, & plerique patriâ Maurigenam, qua voce deſignatam volunt Maurianam Sabaudiæ regionem tum Gallis ſubjectam, cujuſque urbs primaria & epiſcopalis, ſub archiepiſcopatu Viennenſi, Mauriana itidem nuncupatur, aliis Fanum S. Joannis de Mauriana, vulgò Saint Jean de Maurienne. *Presbyterum fuiſſe priuſquam in Palæſtinam proficiſceretur, tradit cùm reliquis biographus noſter; at fuiſſe monachum ſolus Gregorius Romanus in ſupra citatis Notitiis Ms., compendium de geſtis* S. Thomæ *in hunc modum inchoans:* S. Thomas Maurigena (qui ponitur monaſterii Farfenſis primus abbas) fuit monachus Caſinenſis; & cùm poſt deſtructionem itidem ſui monaſterii Caſinenſis ſe reparâſſet ad ſanctum Domini ſepulcrum, & ibidem orationi, & contemplationi eſſet intentus, fuit quadam nocte à beatiſſima Virgine ſic admonitus: Vade Thoma & repara monaſterium meum in Sabinis, quod jam diu deſtructum jacet. *Equidem non aſſequor, unde ſimilia hauſerit Gregorius, aut cur verbis num.* 4 *relatis teſtetur haberi poſſe, quæ ſcribit, ex Farfenſibus Chronicis. Certè de* S. Thomæ *in Caſinenſi cœnobio monachatu ne mentio quidem fit in Chronico apud Muratorium, imò oppoſitum potiùs elicitur ex ſequentibus inde deſumptis:* Cùm verò divinæ placuit pietati, ut reſtauraretur (*monaſterium Farfenſe*) almæ Dei Genitricis & ſemper Virginis Mariæ admonitus revelatione ſanctus Thomas, functus officio presbyteri, à Hieroſolymis & ſepulchro Domini, quò à Gallia & Occidente perrexerat, reverſus Italiam, repertor & reſtaurator hujus ſacri cœnobii mirificus exſtitit.

D

ante reſtauratum Farfenſe monaſterium

14 *His congruunt, quæ tradit Vitæ auctor num.* 3: *dicit enim Sanctum Hieroſolymis moratum fuiſſe annos tres, & alios tres Epheſi, tum verò his annum unum addens, tam longæ peregrinationi impenſum, concludit:* Sicque factum eſt, ut id, quo ad Orientem de Gallia profectus, ibidem commoratus, & quo idem reverſus eſt tempus, ſeptem complerentur ſpatia annorum. *Unde patet, Sanctum non niſi pertranſiſſe Italiam, &, Romæ ſalutatis ſanctorum Apoſtolorum liminibus, iter proſecutum fuiſſe in Orientem, ſicut ſcribit laudatus Vitæ auctor num.* 1. *Dicendus igitur eſt parùm advertenter illa notâſſe Gregorius Romanus, vel ſecutus fuiſſe Chronicum, à Gregorii Catinenſis Chronico diverſum & mendoſum. Mendoſum, inquam; nam quamvis demus, verum eſſe, quòd* S. Thomas *ante peregrinationem in Terram ſanctam profeſſus fuerit in Italia vitam monaſticam, necdum veriſimile fiet, eum in Caſinenſi monaſterio nondum deſtructo habitâſſe, poſtque ejus deſtructionem in Orientem perrexiſſe, uti præ ſe ferunt Gregorii Romani verba. Neque enim in tam unanimi ſcriptorum omnium ſilentio veriſimile eſt, Sanctum jam à centum circitèr annis monachum fuiſſe & presbyterum, cùm Farfenſe monaſterium reſtaurare cœpit & gubernare.*

E

ſub annum 680.

15 *Admittendum tamen id foret ut verum, ſi Gregorio Romano fides habenda. Contigit quippe monaſterii Caſinenſis deſtructio, ut contendunt plurimi & probat operosè Mabillonius tom.* 1 *Annalium, circa annum* 580; *reſtauratio verò Farfenſis circa* 680; *ſicut colligitur ex hujus monaſterii Chronico. Accipe verba:* Beatiſſimi Thomæ præfati, hujus cœnobii ſacri abbatis, felix & glorioſum tempus nos per annos Pontificum & tempora regum, ſucceſſioneſque abbatum, nec non & chartulæ Indictiones deſcriptæ ſecundum annos ipſius XXXV & menſes VII ac dies V, quibus huic præfuit reconſtructo ab eo monaſterio, enucleatiùs & perſpicaciùs colligentes, invenimus exſtitiſſe circa Incarnationis Dominicæ annos plus minus DCLXXX. *Is idem annus notatur in Indice ducum Spoletanorum & abbatum Farfenſium, quem num.* 3 *diximus ita inchoari:* Anno DCLXXX ſanctus Thomas abbas. *Sunt autem inter ſcriptores, qui Farfenſem reſtaurationem eo anno inchoatam putent, ſunt contrà, qui abſolutam, & hi quidem conformiùs ad chronographum paulò poſt mox recitata verba diſertè aſſerentem,* Anno Chriſti DCLXXVII . . . ſanctum Thomam reperiſſe & reſtaurâſſe monaſterium. *Ita ille apud Muratorium tom.* 2, *part.* 2 *de Rerum Italicarum ſcriptoribus col.* 328. *His favet Index alter abbatum Farfenſium, quem eidem Chronico præfixis*

F

A *fixit laudatus Muratorius col. 296, ſub hoc titulo:* Incipiunt Catalogi omnium abbatum cum ſuis temporibus, quibus præfuerunt: *Primus ibidem locus tribuitur S. Laurentio fundatori, ſecundus Sancto noſtro in hunc modum:* Thomas autem venerabilis poſt deſtructionem reſtaurator hujus monaſterii primus, presbyter & abbas temporibus domni Adeodati Papæ, & Conſtantini, ac Tiberii Auguſtorum, atque Joannis VI Papæ, necnon & Giſulfi Beneventani ducis, ſive Tranſmundi & filii illius Faroaldi ducum ducatûs Spoletani. Præfuit verò annis XXXV, & menſibus VII, ac diebus V. Obiit autem IV Idus Decembris in pace. *Adeodatus enim PP. juxta calculos Papebrochii noſtri in Conatu chronico-hiſtorico defunctus eſt dicto anno 677, die* XVIII *Maii.*

16 *At exſurgit hîc quædam difficultas; neque enim iſta tempora videntur conſiſtere cum referendis mox ejuſdem Chronici verbis, neque cum iis, quæ narrantur in Vita num. 5 & ſeqq., quæque in compendium contracta ſic ſonant: Cùm apud repertam beatæ Mariæ Virginis baſilicam* aliquantos dies *perſtitiſſet* S. Thomas *cum ſociis ſuis, cœperunt hi puſillanimes fieri, timere, ne in loco non niſi feris & latronibus pervio trucidarentur, vel certè deficientibus, quæ detulerant, alimentis, inediâ perirent. Conſolatus eſt eos Vir ſanctus, pollicituſque eſt fore, ut brevi divina eis providentia ſubveniret; uti revera contigit; nam Faroaldus, qui* per idem tempus magno regimine ducatum tenebat Spoletanum, *à ſanctiſſima Virgine Maria monitus magnam ad eos alimentorum copiam direxit. Ita ferè biographus. Quæ ſanè facta inſinuantur pauco, poſtquam illuc advenerant, tempore, uti clarius patebit perlegenti integram eventûs hiſtoriam in Vita loco citato. Sed deſignatus hic Faroaldus ejus nominis ſecundus non videtur Spoletanum ducatum tenuiſſe, niſi multis annis poſt ſexcenteſimum octogeſimum; ac proinde dici poſſet, hic erratum fuiſſe in nomine poſitumque Faroaldum pro Traſemundo illius patre ac deceſſore, vel multò ſeriùs iſta omnia contigiſſe, ac ſcribit chronographus, uti viſum eſt Jacobillo poſtmodum laudando. Videamus itaque, quid de Faroaldi ducatu ac temporibus proditum ſit ab Italicarum rerum ſcriptoribus, indeque quid circa hanc difficultatem probabiliùs ſtatui poſſit.*

difficultas orta ex hac epocha,

B

17 *Faroaldo pater fuit Traſemundus primò comes Capuanus, deinde ob inſignem in bello navatam operam Spoletanum ducatum adeptus à Grimoaldo Longobardorum rege, ſocero ſuo; cùm hic Conſtantem Græcorum imperatorem à Beneventana obſidione diſcedere compuliſſet, ut tradit Paulus diaconus de Geſtis Longobardorum lib. 5, capite 16, id eſt, anno circiter Chriſti 663. Carolus Sigonius lib. 2 de Regno Italiæ putat, Traſemundum Spoletano ducatui præfuiſſe ad annum uſque 712. Narrata enim Ariperti II Longobardorum regis morte, quæ juxta communem chronotaxim ei anno innectitur, ſic proſequitur:* Eodem tempore Tranſemundo Spoletanorum duce mortuo, ſucceſſit Faroaldus filius. *Sed hujus auctoris opinioni adverſatur Paulus diaconus mox laudatus lib. 6, qui quidem Traſemundi obitum eodem ferè modo memorat cap. 30 ſic ſcribens:* Defuncto Traſemundo duce Spoletanorum, Faroaldus ejus filius in loco patris eſt ſubrogatus; *citiùs tamen id factum eſſe, ac velit Sigonius, ſatis inſinuat; quandoquidem capite dumtaxat proximè ſequenti narrare incipiat, quo pacto Juſtinianus junior, devictis atque occiſis Tiberio Abſimaro, & Leontio, imperium recuperaverit, quod contigit ſeptennio certè ante Ariperti obitum, cujus idcirco etiam Paulus non meminit niſi capite 35. Philippus Argelatus tom. 2 Operum Sigonii col. 151 corrigit in Notis recitatum ejus locum, & Faroaldum circa annum 703 patri ſucceſſiſſe colligit tum ex Paulo Diacono, tum ex Catalogo ſeu Indice ducum Spoletanorum à nobis aliquoties allegato, ubi hæc notantur:* Anno DCXCI Tranſemundus dux, pater Faroaldi. Anno DCCIII Faroaldus dux. *Argelati opinio prorſus mihi veriſimilis eſt.*

C

& ætate Faroaldi

18 *At verò, quo ſenſu dicitur in Vita* S. Thomæ *Faroaldus* magno regimine ducatum tenuiſſe Spoletanum *& juſſu SS. Dei Genitricis alimenta deſtinâſſe ad* Thomam *ejuſque ſocios ante monaſterii Farfenſis reſtaurationem, factam, ut ſuprà ſuppoſuimus, circa annum 680? Ludovicus Jacobillus tomo 1 de Vitis Sanctorum Umbriæ, quibus ad diem* XIX *Februarii* E *annumerat Faroaldum, eum reſtauratorem Farfenſis cœnobii nuncupat, & haud dubiè ob eamdem difficultatem, ſerrùs multo, uti mox dixeram, omnia contigiſſe ratus eſt. Verba ejus ex Italico reddita Latino ſermoni ita habent:* Anno Domini noſtri DCCII (*Faroaldus*) cum ingenti comitatu Romam proficiſci cupiens apparentem habuit in ſomnio Virginem beatiſſimam, dicentemque ſibi, ne eò tenderet, ſed itineris expenſis uteretur ad ſubminiſtranda vitæ neceſſaria quibuſdam monachis, deſertum ſui ducatûs locum incolentibus, & in extrema, quam patiebantur, penuria vagantibus per Sabinenſem provinciam; ac præterea eorum deſtructum monaſterium reſtauraret. Expergefactus Faroaldus cognovit, præfatos monachos eos eſſe, qui habitabant juxta Farfarum amnem in monaſterio Acutiano . . . Mox ad eos monachos Ordinis S. Benedicti, & præſertim ad S. Thomam de Maurienna, cœnobii abbatem, ex dictis indigentibus unum, alimenta pro multo tempore, & munera non pauca direxit, annoque DCCIII magnis eleemoſynis eos juvit ad reſtaurandum illud (*monaſterium*) quod à Longobardis deſtructum fuerat. *Ita Jacobillus.*

F

examinatur

19 *Fateor res iſta hoc modo quadamtenus concipi poſſet, ſiquidem unicè dependeret ab initiis Faroaldi in principatu Spoletano probabiliter deductis ex Paulo Diacono, & fortaſſe diſertè expreſſis in Indice ducum Spoletanorum, ubi ponitur dux Faroaldus ad annum 703. Fortaſſe, inquam; nam ibidem ſimiliter Traſemundus dux ponitur ad annum 691, quo certè ejus initia exprimi nequeunt, cùm conſtet ex Paulo Diacono, Traſemundum ab anno circiter 663 Spoletanes ducem fuiſſe datum à Grimoaldo ſocero ſuo. Sed, ut reliquis ſupерſedeam, memorata Faroaldi erga* S. Thomam *& hujus ſocios liberalitas à Jacobillo differri non debuit in annum 702, cùm illum ab anno 691 una cum patre Traſemundo ducatum gubernâſſe ipſemet aſſerat ſub initium Vitæ Faroaldi; nec tamdiu differri potuit, niſi fides omnino abnegetur tum laudato ſæpe Indici ducum & abbatum, ubi* S. Thomas *abbas Farfenſis ponitur anno 680, tum Chronico Farfenſi, quod citat in margine Jacobillus, ubi cir-*

AUCTORE J. P.

ca eumdem annum monaſterium à S. Thoma *reſtauratum ſcribitur, & , quæ ad Faroaldum pertinent ita exponuntur:* Reverſus Italiam (S. Thomas) repertor & reædificator hujus ſacri cœnobii mirificus exſtitit, & cùm ceu novus hoſpes in hoc jam invento loco unà cum aliquantis diſcipulis pauperrimè moraretur, Faroaldus glorioſus dux Spoletanus, in ſomnio à beata Dei Genitrice juſſus, multa Farfenſi monaſterio erogavit & expenſas direxit, plurimaſque donationes, præcepti per paginas huic ſacro monaſterio conceſſit, quæ præ longitudine temporum, & incuriâ cuſtodum multâ, nunc minimè cernuntur. *His inquam fides abneganda, ſi vera ſit Jacobilli chronotaxis; quâ enim veritatis umbrâ dici poteſt* S. Thomas *ſubſtitiſſe Farfæ ab anno* 680; *ſi, poſtquam ibidem* aliquantos dies, *ut dicit biographus*, ceu novus hoſpes *moratus eſſet, Faroaldus ejus inopiæ ſuccurrerit anno* 702 ? *Eodem jure, & quidem majore falſitatis arguendi erunt alter jam dicti Chronici locus, & Index ſecundus abbatum Farfenſium, quorum verba recitavimus num.* 14.

B

20 *Quapropter, ut ex ea difficultate emergamus, aliam viam inibimus atque iniverit Jacobillus, & ſcriptores inter ſe, quoad ſpeciem ſaltem, diſcrepantes conciliare conabimur. Rem itaque abſque longiore ratiocinio ſic expono. Traſemundus circa annum* 663, *ut colligimus ex Paulo Diacono, uxorem duxit Grimoaldi regis filiam, & cum ea Spoletanum ducatum obtinuit. Igitur Faroaldus Traſemundi filius natu major, ſuppoſito etiam, quòd non ex priore quadam Traſemundi conjuge procreatus fuerit, anno* 677 *facilè attigiſſe potuit ætatem annorum* 13 *vel* 14, *ſatis provectam, ut cum ingenti comitatu Romanum iter cogitaret, monitus a ſanctiſſima Virgine ab eo avocaret animum, alimenta ad illud deſtinata ad* S. Thomam *dirigeret, & hunc, aſpirante piis filii conatibus Traſemundo, donis multis ad reſtaurandum monaſterium adjuvaret. Lapſu temporis, creſcente monachorum numero id cumulatiùs præſtitit, tum vivente patre, tum præſertim eo mortuo; quando inſuper publicis inſtrumentis, ne in futurum monachis moleſtiæ creari poſſent, quaſcumque donationes & privilegia cœnobio conceſſa confirmari voluit. Inde ſuſpicari fas eſt, contigiſſe, ut biographus & poſt hunc chronographus, quorum hic ſeculo* XI, *ille forſaſſe, ut advertimus num.* XI, *ſeculo* VIII *vel* IX *ſcripſit, in dictis inſtrumentis ubique Faroaldum Spoletani ducis titulo inſignitum reperientes, nec ſatis accuratè diſtinguentes tempora, eodem etiam titulo ipſum appellârint, cum ſcriberent de iis annis, quibus reipſa ducatum necdum tenebat.*

ac duplici ratione

C

21 *Præterea quid obſtat, quominus credamus, Faroaldum a patre heredi ſuo conſulente, volenteque ſubditos ſuos ejus aſſueſcere regimini, aſſumptum fuiſſe in ſocietatem principatûs jam tum, quando primùm ſancti Abbatis noſtri indigentiæ ſuccurrit? Sic rectè ſcripſiſſent laudati auctores, peracta eſſe omnia*, per idem tempus, *quo Faroaldus* magno regimine ducatum tenebat Spoletanum. *Neque putes, hîc excidiſſe mihi locum Pauli Diaconi allegatum num.* 16, *ubi* defuncto Traſemundo Faroaldus in loco patris ſubrogatus *ſcribitur: non video enim, cur Faroaldus patri ſub annum* 703 *vel* 704 *demortuo ſubrogatus intelligi nequeat hoc ſenſu, ut tum primùm ſolus, alteriuſque arbitrio haud obnoxius gubernare cœperit ſubditos, quibus antea præfuerat unà cum patre, cujus voluntati judicium ſuum ſubmittere oportebat in multis. Expoſitis in eumdem ſenſum verbis ex Indice primo ducum Spoletanorum, numero* 17 *recitatis, ſarta tecta manent quæcumque ex vetuſtis monumentis pro tempore reſtaurati monaſterii Farfenſis in medium protulimus.*

diſſolvitur.

D

Mors Sancti à multis innexa anno 706,

22 *Sicut annum* S. Thomæ *natalem non produnt, ſic neque exprimunt emortualem antiquiora monumenta: hunc tamen aſſecutos ſe putârunt ſcriptores neoterici ex numero annorum, quibus ſanctus Abbas Farfenſe monaſterium gubernavit. Conſpirant in id omnes, ut primum ipſi regiminis annum aſſignent Chriſti* 680, *à quo velut epochâ poſtremum vitæ ipſius deducunt. At cùm pars maxima errârit in numero annorum, queis Sanctus noſter monaſterium rexit, erravit ſimiliter in figendo ejus emortuali anno. Wion & Tepeſius atque hos ſecuti Bucelinus, Ferarius, Caſtellanus aliique obitum ipſius illigârunt anno* 706, *autumantes nimirum Sanctum cœnobio non præfuiſſe ultra annos ſex & viginti, quod unde hauſerint non percipio; citant quidem Wion & Tepeſius Tabellas Farfenſes; at dubitare non poſſum, quin ea corruptæ fuerint, vel valdè negligenter deſcriptæ. Etenim in omnibus monumentis antiquioribus, quorum hactenus meminimus, & in quibus annorum numerus exprimitur, puta in Indice ſecundo abbatum Farfenſium, in Vita typis vulgata à Mabillonio, in Lectionibus veteris Breviarii apud nos Mſs., atque in Chronico apud Muratorium, conſtanter legitur congregationi ſuæ præfuiſſe* S. Thomas annis XXXV, & menſibus VII ac diebus V.

E

differenda in anni

23 *Hinc Mabillonius, qui prælaudatos auctores ſimiliter ſecutus fuerat Seculo* I *de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti in Vita S. Laurentii Illuminatoris, deſeruit eos Seculi* 3, *parte* 1, *meliùs edoctus ex Actis Sancti noſtri, in quorum Annotatis ejus obitum differendum monuit ad annum uſque* 715, *addens:* Siquidem anno DCLXXX (ut volunt) Farfenſe monaſterium Thomas inſtaurare cœpit. *Unde liquet, hunc auctorem annos præſulatûs Sancti noſtri computâſſe ab incepta monaſterii inſtauratione. Atqui ſicut num.* 15 *inſinuavi, ſententia collocantium primordia inſtaurationis anno* 680 *mihi minùs probabilis apparet, non tantùm ex Chronico Farfenſi, ubi traditur* S. Thomas anno Chriſti DCLXXVII ... reperiſſe & reſtaurâſſe monaſterium: *verùm etiam ex ſæpe laudato Indice ſecundo abbatum Farfenſium, ubi dicitur,* presbyter & ABBAS *fuiſſe* temporibus domni Adeodati Papæ *circa annum* 677 *demortui; igitur juxta rationem computandi à Mabillonio conceptam prorogari non poterit vita Sancti ultra annum* 712. *Quod miror à laudato auctore obſervatum non fuiſſe; quoniam ipſemet ultimò nominatum Indicem, è Farfenſi Chartulario deſcriptum, prelo jam commiſerat tom.* 1, *part.* 2 *Muſei Italici, & alia dicti monaſterii vetera monumenta conſuluerat, antequam ad conſcribendos Ordinis ſui Annales animum adjiceret; in his tamen tom.* 1 *&* 2 *eamdem, quam in Actis, temporum rationem ſervat, mortemque Sancti invexit anno* 715.

F

24 *No-*

A 712 vel 715

24 *Nolim tamen inde exiſtimes, mihi prorſus certum videri, Sancti noſtri obitum affigendum eſſe anno* 712 ; *dubium eſt enim utrùm annos* 35, *menſes* 7, *dies* 5 *regiminis numerare oporteat ab anno* 677, *quo incepta eſt monaſterii inſtauratio, an ab anno* 680, *quo abſoluta creditur. Poſterius ſuadet Index primus ducum Spoletanorum & abbatum Farfenſium ſic habens :* Anno DCLXXX ſanctus Thomas abbas, *&*, Anno DCCXVI Haunepertus abbas. *Sed cùm hic Index non accuratè notet initia gubernationum, ſicut probavi num.* 19, *cúmque tum ex Vita, tum ex Chronico conſtet Sanctum ab ipſo ſuo in locum deſtructi monaſterii adventu ſocios habuiſſe ſeu diſcipulos ſibi ſubditos, ac præterea in Indice altero abbatum nominetur Abbas ſub Adeodato PP., valdè etiam inclino in priorem ſententiam, atque idcirco obitum ejus fixi anno* 712 *vel* 715. *Longiùs hic aberravit, quàm ceteri ſcriptores laudati num.* 22, *Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani, quando* S. Thomam *ex hac vita emigrâſſe ſcripſit ſub Joanne V Pontifice, qui certè ultra annum* 687 *vitam non protraxit.*

B diem 10 Decembris.

25 *Minor difficultas, imò nulla eſt, ad determinandum diem ac menſem, quo mors* S. Thomæ *obtigit. Diſertè enim is exprimitur in ſecundo Indice abbatum, in Vita, in Lectionibus Mss. & in Chronico, his verbis :* Obiit verò IV Idus Decembris in pace. *Hinc, niſi quis ſuſpicari velit, in omnia hæc monumenta antiqua irrepſiſſe mendum, quod veriſimile non eſt, hinc, inquam, corrigendus Ferrarius, aſſerens Sanctum ad cœlos demigrâſſe* IV *Idus Septembris, haud dubiè, quia hoc die eum coli cognoverat ; ob eamdem rationem Wion ac Bucelinus ejus hodiè depoſitionem recolunt, in quo & ipſi corrigendi. Atque hæc ſunt, quæ de* S. Thoma *prælibanda cenſuimus, reliqua ejuſdem geſta diſcet ſtudioſus lector ex Vita, quam de more Notis illuſtratam ſubnectimus, & ex fragmento Vitæ ſanctorum abbatum Vulturnenſium Paldonis, Tatonis & Taſonis, quod quia prolixius eſt, quàm ut Notis inſeratur, in Appendicem rejecimus.*

C

VITA

auctore anonymo,

Ex editione Mabillonii.

CAPUT I.

Sancti patria ; peregrinatio in Terram ſanctam & reditus ; geſta pro reſtauratione Farfenſis monaſterii.

Profectus è Gallia, patriâ ſuâ, Romam, & inde Hieroſolymam

FUit namque in Gallia vir vitæ venerabilis Thomas nomine ; ut alii ferunt, Maurigenâ exortus provinciâ. Hic etenim Vir ſanctus presbyterii fungebatur officio : cui quippe Dominus inſpirare dignatus eſt, ut Hieroſolymam ad ſepulcrum Dominî atque alia ſancta loca adoranda pergere deberet. Qua inſpiratione vehementer accenſus, aliquantis ſecum adſumtis diſcipulis, peregrinationis arripuit iter. Cumque Romam veniens ſanctorum Apoſtolorum limina adorâſſet, quantociùs ad loca deſtinata feſtinabat. Adjunctis etiam ſibi religioſis de Italia viris, Marciano videlicet, qui poſtea Firmanæ *a* tenuit eccleſiæ epiſcopatum ; necnon & Martyrio, qui apud B. Petri *b* eccleſiam poſtmodùm monaſterio præfuit. Hi namque omnes caritatis adnexi vinculo, ſocialis viæ carpebant iter : qui poſt longa valde itinera tandem optata perveniunt ad loca. Tunc igitur deſiderii ſui vota complens *, vivificum lignum crucis Chriſti, & ſepulcri venerabilem atque glorioſum adoraverunt locum, ſimulque cuncta ſancta loca habitationis & paſſionis Chriſti viſitantes ſimiliter adoraverunt. Sed Marcianus & Martyrius ſupradicti glorioſi * viri ſuam repetentes viam reverſi ſunt in Italiam.

a

b

* *al.* complentes

* *al.* religioſi

A. ANONYMO

2 Ut verò venerabilis Thomas ad glorioſum Domini reverſus eſt ſepulcrum, ibi per tres continuos deſerviens annos, Dominum diu noctuque cum fletu & nimio precabatur mærore, ut ipſum pro ſua clementia ad ſalutis dignaretur dirigere portum. Sed quia ſecundùm Domini promiſſum, Omnis qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur ; eum quantociùs exaudire dignatus eſt Dominus. Denique, ut relatu comperimus patrum, dum nocte ad idem Domini pernoctaret ſepulcrum, precibus fatigatus nimiis atque vigiliis ſopore depreſſus eſt : tumque beatiſſima Dei Genitrix Virgo Maria per viſum apparere eumque perunctari dignata eſt dicens : Quid eſt, Frater, quòd tanto mærore ac fletu conficeris ? Conſtans eſto, & viriliter age, Dominuſque adimplebit deſiderium tuum. Oportet namque te Italicas remeare ad auras : cumque illuc fueris, Domino protegente, regreſſus require in provincia Sabinenſi, in loco qui dicitur Acutianus, tres magnæ altitudinis cypreſſos ſimul poſitas, juxta quas etiam baſilicam pulcri decoris in meo reperies honore dicatam, quem ego frequenter viſitare ſoleo locum. Hunc quoque cùm repereris, ibi curſum tuæ conſummabis vitæ. In quo videlicet loco nunquam tibi vel poſteris tuis aliquid boni veniet minùs : ſed omnibus vitæ præſentis ibidem perfruemini bonis, copioſaque fratrum multitudo tuo exemplo cæleſtia migrabit ad regna. Nam cùm hæc beatiſſima Virgo per revelationem venerabili Thomæ retexeret verba, panem miræ magnitudinis atque candoris manu geſtans ei detulit dicens : Accipe panem hunc, & perge ſecurus. Hoc autem ſcito, quia nunquam ex eo minùs habebis, ſed omni vitæ tuæ ævo abundanter tibi ſufficiet *c*. Tantam namque deinceps illi gratiam compunctionis atque lacrymarum divina largiri dignata eſt pietas, ut pænè de Deo loqui nihil ſine lacrymis poſſet, & die noctuque pſalmodiæ, vel orationis accenſus deſiderio divino ſuaves funderet lacrymas. Verè enim hic Pſalmiſta dicere poterat : Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte.

E *aliquamdiu ad ſepulcrum Domini moratur, monituſque à SS. Virgine Maria*

c

F

3 Igitur venerandus Vir de revelationis ſollicitus admonitione, reverſionis ad Italiam cum omni ſuo comitatu arripuit iter : venienſque Epheſum apud B. euangeliſtæ Johannis ſepulcrum

Italiam repetit, & ab eadem SS. Virgine ſecundò

A. ANONYMO.

moratus est, ubi fecit alios tres annos: sicque factum est, ut id quo ad Orientem de Gallia profectus ibidem commoratus, & quo idem reversus est tempus, septem complerentur spatia annorum. Reversus verò in Italiam, Sabinensem peragrabat provinciam *d*: venienſque in locum, qui dicitur Cervinaria, ibi sub quadam arbore, quæ nunc supereſt *e*, paullisper requievit; placuitque illi, ut ibi sacrificium Deo offerri deberet. Peractis itaque Missarum sollemniis, eum gravitudo arripuit. Tunc verò præcepit discipulis suis, ut dum ipse paullulùm requiesceret, si aliquid in suis haberent marsupiis ad reficienda corpora, pararent mensam. Aiebat enim se festinanter Romam proficisci velle, ut adoratis iterum beatorum liminibus Apostolorum suam repetendi provinciam adsumeret iter.

d

e

admonitus, apud inventam ejusdem nomini dedicatam basilicam subsistit cum sociis,

4 Mox ut sopore depressus est Vir sanctissimus, iterum beata Dei Genitrix Virgo semper Maria, læto ac benignissimo, ut est, vultu, ei apparuit dicens: Ecce, Frater, iste est, quem tibi promiseram, locus: nunc verò confortare in Domino, & noli pusillanimis esse. Iterumque ostendit ei tres in visu præfatas cypressos, & ait: Vade, & juxta has, quas cernis arbores, invenies, quam tibi prædixi basilicam, nomini dicatam meo: ibi namque permanens optimam reperies quietem, & labora sicut bonus miles *f*, ut accipias coronam vitæ. Ego verò tecum semper cum tuisque omnibus ero tam præsentibus quàm futuris, & congregabitur ad te copiosa Fratrum caterva ad omnipotentis Dei servitium animas commendantes suas. Cumque evigilans hæc Fratribus detulisset, circumquaque respiciens vidit non procul contra Orientis plagas tres prædictas cypressos, gavisusque ait: Ecce in veritate modò in visione ostensæ sunt arbores: surgite itaque pergamus ad eas. Qui jussa complentes, cum multo labore dextro, lævoque latere condensa, quæ ibi fuerevant spinarum ac veprium, cultris succidentes suis, illuc usque profecti sunt: respectamque * ingressi basilicam, Domino immensas retulere grates.

B

f

* *al.* repertamque

quos loci asperitate deterritos confirmat.

5 Cumque ibi aliquantos in Dei peregissent laudibus dies, cœperunt memorati viri Dei pusillanimes effici, & eum cum magno percunctari mærore dicentes: Quid faciemus, ô venerabilis Pater, cùm hæc quæ nostris detulimus in fasciculis alimenta defecerint? Locus enim iste nulli præter bestiis & latronibus est pervius, à quibus forsitan latronibus trucidandi sumus. Quos idem vir venerabilis Thomas benignè refovens, consolatus est dicens: Confido de omnipotentis Dei magna largitate & intercessione beatissimæ Dei Genitricis Mariæ, quia neque fame hîc laboraturi, neque à latronibus perimendi sumus; sed citò nobis ejus subveniet clementia, quia ipse per Prophetam polliceri dignatus est dicens: Sperantes in Domino non deficient omni bono: cujus quoque promissa citò nobis complebuntur.

C

Faroaldus dux Spoletanus, jubente Virgine Matre,

g

6 Per idem namque tempus Faroaldus *g* magno regimine ducatum tenebat Spoletanum. Hic denique Romam proficisci illo tempore volens, apparatum suum in ciborum atque vini copia cum oneratis hominibus atque jumentis præire jussit; in crastinum ipse quoque, ut cogitabat, suis cum commilitibus eos sequuturus. Sed eadem sancta Dei Genitrix Virgo Maria nocte hunc admonere per visum dignata est, dicens: Vide, ut ab hac profectione quiescere debeas, quia incommodum est nunc te pergere Romam, eoquòd minimè tibi expediat; sed potiùs meo consilio, quod tibi meliùs proderit, præbe consensum. Est namque in territorio Sabinensi basilica nomine dicata meo, in qua videlicet monachi degunt peregrini, qui die noctuque in hymnis & orationibus Deo inserviunt. Has itaque omnes, quas præire jusseras, eò deferre facito expensas, quatenus eorum adjutus orationibus Deum possis habere propitium.

D

alimenta dirigit

h

i

7 Qui statim de somno consurgens, hanc suis protulit ministris revelationem, dixitque eis: Perquirite quisnam hîc de Reatina *h* sit urbe. At illi dixerunr, quòd probator ipsius civitatis Castallus *i* ibidem esset. Quem accersitum percunctari cœpit, ubi in Sabinis ad honorem B. Mariæ semper Virginis esset ecclesia dicata, in qua peregrini degerent monachi. At ille inquit: Multæ in honorem B. Mariæ semper Virginis basilicæ in Sabinis habentur constructæ, sed in qua horum monachorum, vel peregrinorum sit habitatio, penitus ignoro. Tunc ille inquit: Vade, & diligenter fac perquirere ubi peregrini habitent monachi, & omnia quæ Romam adire jusseram alimenta, eis quantociùs facito ferre. Cujus statim imperio parens, omnes illas Sabinis direxit impensas. Cúmque homines illius alimenta, quæ jam dicta sunt, perferebant, ad locum, qui dicitur Pompeianus, perveniſſent, ab incolis loci illius inquirere cœperunt, quonam in loco in honorem B. Mariæ Dei Genitricis constructa esset basilica, ubi peregrinorum esset habitatio monachorum. Qui omnes una voce responderunt dicentes: Equidem in honorem B. Mariæ Sabinis multas novimus ecclesias esse: sed ubi Monachorum sit habitatio, omnino nescimus. Verumtamen à patribus nostris audivimus, quòd patres vel avos suos referre audierunt, quoniam in Casale *k*, qui dicitur Acutianus, juxta tres cypressos ibidem posita sit ecclesia B. Mariæ miro fabricata decore, in qua antiquitus tempore Romanorum habitatio dicitur fuisse monachorum; sed modò nullam ibidem hominum scimus esse habitationem. Et hæc dicentes ostenderunt eis non procul ab ipso loco tres prædictas cypressos.

E

k

F

ad Sanctum ejusque socios,

8 Cumque ad ipsum pergere locum minimè scirent, viamque nequaquam reperire possent; onerata, quæ secum habebant, jumenta eos præire cœperunt, rectoque itinere ad locum pergere destinatum: quæ sequentes ad locum ipsum pervenerunt. Sed antequam ad ipsum perveniſſent, vocem ac strepitum audierunt Fratres: qui timore perculsi cogitabant, quòd armata latronum manus ad eos adveniret perimendos. Protinusque ad oratorium confugientes, venerabilem virum Thomam conquesti sunt dicentes: Ecce, Pater, sicut diximus, latrones adsunt, qui nos interficere volunt, januamque ecclesiæ oppilare curaverunt. At verò hi, qui onera deferebant, ante fores ecclesiæ ipsa ponentes, jumenta exonerare fecerunt. Tunc unus ex iisdem venerandi Viri Dei discipulis respiciens per foramen januæ, vidit ipsum apparatum ante fores ecclesiæ depositum: revertensque nuntiavit Patri atque sociis nihil mali adesse; sed econtra largissimis dapibus ciborum atque vini dorsis jumentorum humeris advectatis adveniſſe repletos.

9 Tunc exeuntes ad eos interrogare curaverunt,

runt ; quænam eſſent ipſæ dapes , aut quis eas illuc direxiſſet. Hi verò , qui advenerant , proſtrati in terram eorum ſe precibus commendare ſtuduerunt , primuſque eorum , per quem directa fuerant alimenta , dixit : Farovaldus glorioſus dux Spoletanus admonitus à beata Dei Genitrice Maria , almæ veſtræ beatitudini benedictionem dirigere curavit , poſtulans , ut eum ſanctis precibus Domino commendare dignemini. Tum oblatis muneribus , benedictione percepta Sanctorum , ad propria reverſi ſunt : & ex eo jam tempore ipſe glorioſus dux eis ſæpiſſime ſua munera dirigere curavit , ipſumque præfatum virum venerabilem Thomam abbatem Spoletum ad ſe venire rogavit , atque ejus ſanctis precibus commendare ſtuduit , aliquantamque donationem per ſuum Præceptum ejus contulit monaſterio.

& monaſterio dona confert.

ANNOTATA.

a *Firmum , urbs eſt Piceni in Marchia Anconitana percelebris , epiſcopalis quondam , nunc archiepiſcopalis. In ſerie ejuſdem antiſtitum , quam dat Ughellus tom. 2 Italiæ ſacræ col. 682 & ſequentibus , Marcianum non reperio ; at ſufficiens temporis ſpatium relinquitur inter Lobianum , qui anno 650 ſediſſe ſcribitur , & huic immediatè ſubnexum Valpertum , qui floruit circa annum 780 , ut medius illis inſeratur Marcianus.*

b *Haud liquet , quæ hîc S. Petri eccleſia , quodve cœnobium deſignetur.* An monaſterium S. Petri apoſtoli , *inquit Mabillonius in ſuis Annotatis* , quod fundatum prope muros Benevento , ſubjectumque S. Vincentii de Vulturno legitur in Chronico apud Cheſnium tom. III Hiſt. Franc. ? *Mihi quidem id non apparet ; nam conſtat , monialium , non monachorum illud fuiſſe cœnobium , de quo Paulus diaconus lib. 6 , cap. 1 de Geſtis Longobardorum tradit ſequentia :* Theuderada (*Romoaldi ducis Beneventanorum conjux*) eodem tempore (*ſeculo* VII) foràs muros Beneventanæ civitatis baſilicam in honorem beati Petri apoſtoli conſtruxit , quo in loco multarum ancillarum Dei cœnobium inſtituit. *Conſonant , quæ ex diplomate Giſulphi I in Chronico Vulturnenſi apud Muratorium huc ſimiliter transfero :* Monaſterium .. beati Petri apoſtoli juxta noſtram Beneventanam civitatem , quod eſt ſanctimonialium , quod domna Theoderada avia noſtra conſtituit. *Quapropter , niſi dicendus ſit Martyrius præfuiſſe monialibus , ut ſpiritualis director , crediderim equidem deſignari hîc monaſterium aliquod ex iis , de quibus ſub medium ſeculi* XVI *ſic ſcripſit Panvinius in libello de ſeptem Urbis eccleſiis :* Circa abſilicam S. Petri (*in Vaticano*) per circuitum erant antiquitus multa ſacella , oratoria & monaſteria. Horum ex multis adhuc ſupereſt memoria. Ante omnia retro abſidam eccleſiæ erant monaſteria quatuor monachorum, die noctuque in S. Petro ſucceſſivè per vices ſuas pſallentium à dextro baſilicæ latere duo , vetuſtiſſimum S. Martini reliquorum princeps , cujus initia obſcura , & S. Stephani minoris ab Hadriano Papa conditum : à ſiniſtro verò latere duo alia , S. Stephani majoris , cognomine Catabarbara patricia & SS. Joannis & Pauli . ante mille plùs minùs annos incertis auctoribus excitata.

c *Eadem , ſed contractiùs , memorantur a S. Autperto , qui tamen perſonam non exprimit , quæ apparens Sancto porrexit panem , myſticum haud dubiè , ſicut innuunt adjuncta omnia. Vide Appendicem noſtram num. 2.* A. ANNO. NYMO.

d *In Lectionibus noſtris Mss. hoc loco inſerta ſunt ſequentia :* Locum videlicet quærens , qui per revelationem fuerat promiſſus. Sed cùm nullum invenire loci illius potuiſſet indicium , de revelatione diffidens , jam mente deliberabat , ut ad ſuam reverteretur provinciam , venienſque &c.

e *Adi Commentarium num. 12.*

f *Additur in Lectionibus Mss.* Chriſti Jeſu.

g *Hunc Faroaldum ejus nominis ſecundum Sanctis accenſet Jacobillus tom. 1 de Vitis Sanctorum Umbriæ ad diem 19 Februarii , ad quem & nos illum inter Prætermiſſos recenſuimus. Plura de eo vide in Comment. num. 16 & ſeqq.*

h *Reate civitas in Sabinis epiſcopalis , Italis* Rieti.

i *Prætorem intelligit hîc Mabillonius , uti & Cangius in Gloſſario ad vocem* Caſtallus , *de qua voce dubitat , an caſtri cuſtodem ſignificet , an villæ præfectum , idemque ſit , quod* Caſtaldus, *& hunc eumdem biographi noſtri textum producit. In Lectionibus Mss. ita lego :* Dixerunt, quòd probatus ipſius civitatis Gaſtaldus ibidem eſſet. *Quid ſi* Probatus *ſit nomen proprium , ſenſuſque hujuſmodi :* Dixerunt , quòd Probatus , præfectus civitatis Reatinæ , eſſet in aula *ſeu* in urbe Spoletina ? Gaſtaldus *enim juxta eumdem Cangium ſonat præfectum ſive adminiſtratorem.*

k Caſale *præter alias , quas patitur ſignificationes , quandoque caſam , tugurium , villam deſignat , quandoque caſarum ſibi invicem adjacentium numerum ; hac poſtrema ſignificatione hîc ſumi exiſtimem , & loco tum temporis deſerto nomen iſtud apud accolas remanſiſſe ; quia olim ante deſtructum monaſterium exſtiterant ibidem plures numero caſæ.*

CAPUT II.

Monaſterii Farfenſis incrementa ; geſta Sancti cum SS. Paldone, Taſone & Tatone, Vulturnenſis cœnobii fundatoribus , ejuſque obitus.

Diſcipulos ad ſe trahit. Tres nobiles Beneventanos , clam parentibus

IGitur *a* cùm venerabilis ejus Patris ſanctitas, odoriſque boni fama lòngè latéque diffuſa eſſet , cœperunt ad eum tam de proximis quàm de longinquis provinciis certatim concurrere , ut ejus ſcilicet magiſterio ſe Domini ſervitio ſubderent , atque in ipſo cœnobio beatæ Dei Genitricis ſemper Virginis Mariæ monaſticam degerent vitam. Eodem tempore fuerunt Benevento tres nobiles exorti progenie viri , conſanguinitatis quoque jure propinqui , quorum uni nomen erat Baldo , alter verò Taſo , tertius quoque vocabatur Tato. Hi enim ex duobus progeniti patribus , Baldo ſcilicet ex uno , Taſo autem & Tato ex altero , divino ſuccenſi amore ,

A. ANONYMO. amore, uno consilio parique voto decreverunt, ut patriam parentesque relinquentes, ac mundi hujus se pompis, fallacibus exuerent divitiis, quatenus veras atque cæleſtes attingere possent opes. Galliarum itaque desiderârunt penetrare provincias, ut ibidem videlicet corpore, non animo separati, per diversa sese monasteria servitio subjugarent Dei omnipotentis.

in Galliam, ut Deo se consecrent, cogitantes

11 Sed cùm hoc apertè pro suorum erga ipsos parentum sollicita cura implere minimè possent, ad sanctorum adoranda limina Apostolorum Romam se ire velle professi sunt. Nam oneratis ex his, quæ eis in via videbantur esse necessaria, animalibus, adscendentes equos profecti adorsi sunt iter. Ut ergo Beneventi peragrati sunt fines, Marsorumque ingressi sunt provinciam; descendentes de equis, pueris præcipiunt, ut equos & omnia, quæ secum detulerant, auferentes ad propria remearent. Dicebant enim cæleste votum se habere, ut hi tantummodo tres Romam suis pergere deberent pedibus. Quibus quoque remeantibus pueris, dum præfati milites incœptum pergerent iter, viles sordidosque habentibus pannos pauperibus obviârunt, B quibus pretiosa sua largientes vestimenta, eorum sordidis atque vilibus adoperti sunt indumentis.

hospitio excipit, laudatoque consilio,

12 Recto verò pergentes itinere, Sabinis ad cœnobium beatæ Dei Genitricis semper Virginis Mariæ pervenerunt, in quo tunc præfatus vir vitæ venerabilis Thomas regiminis curam habebat. Qui dum eosdem Christi milites suscepisset hospitio, more solito cum patribus perrexit, ut secundùm Domini præceptum eorum ablueret pedes. Denique dum eorum delicata candidaque membra sordidis contecta vidisset vestibus, eorumque adspectus præclaros cernens, intellexit nequaquam eos publicos, ut ipsi fingebant, esse mendicos. Cumque operis dominici omne compleviſſet mandatum, in sua se contulit claustra. Mane igitur primo eos secretè ad se fecit venire, subtiliterque eos ac blandè interrogare curavit, dicens: Qui estis vos, fratres, vel unde venistis? Obsecro itaque, ut non mihi adventûs vestri celare debeatis causam, forsitan enim aliquid * à judicibus hujus sæculi aliquod sustinetis judicium; aut etiam, ut humanæ contingere solet fragilitati, in aliquod dilapsi crimen fugistis. Credite, inquit, mihi, quia in quantum valuero, vobis suffragium præbere conabor, tantummodo si rectam profitemini veritatem. Illi verò cernentes nequaquam venerabili Patri suum abscondi posse secretum, ei cuncta, quæ egerunt, & unde essent, adventusque sui causam, suaque ac patrum suorum nomina per ordinem narrârunt.

* aliquid *abundat*

C

Romam comitatur;

13 Porrò quòd Romam pergere vellent atque Galliarum expetere provincias, ei minimè celant; adjurantes eum, ut nequaquam eorum impediret propositum. At ille: Absit, inquit, ô filii, ut à bono proposito vos revocare cupiam, sed potiùs vobis adminiculum impendere volo. Nam usque ad limina beatorum Apostolorum vestri socius ero itineris. Idcirco hæc venerandus Pater volebat facere, ut ipsos religiosos viros sancto consilio à tam longo revocaret itinere, sicut & fecit. Quod utique Dei nutu actum fuisse minimè dubitamus. Qui cùm Romam cum beato viro Thoma iidem viri perveniſſent, suam cum lacrymis devotionem suffragiis Apostolorum commiserunt.

14 Erat denique Romæ eodem tempore anus quædam, vidua religiosa, quæ cum omni domo sua hospitalitatis studio serviebat. Quotiescumque verò venerabilis Thomas Romam causâ orationis vel ad salutandum Pontificem pergebat, in ejus domo hospitium habere consueverat: in qua etiam tunc cum prædictis hospitatus est viris *c.* Peracta igitur (ut suprà retulimus) oratione, hos cœpit verbis admonere suaſoriis, ut secum ad monasterium deberent reverti, quatenus institutionis suæ propositum videndo & operando addiscere possent, ac deinceps quò eos Dominus vellet dirigere, jam instructi securiùs irent. Nam hujusmodi eos alloquitur verbis: Audite inquit, ô carissimi filii, consilium meum, & mecum ad monasterium beatæ Dei Genitricis Mariæ, ubi Domino largiente præesse videor, reverti vos minimè pigeat. Et quamvis extra usum sit nostri monasterii; propter ardorem tamen vestri laudabilis desiderii, vos intrinsecus recipi faciam, ut videlicet communi cum Fratribus participetis mensa, eademque ubi ipsi dormiunt domo, vos quoque soporetis, ac simul ad opus adsistatis E divinum, ad manuum quoque labores pariter exeatis, ut eorum imbuti documentis scire possitis, quo ordine monachus degere in monasterio debeat. Hæc autem & his similia venerabili Patre dulci admonitione prosequente, adsensum ei memorati præbuerunt viri: sicque cum eo ad monasterium redière.

D *reducit illos ad monasterium suum.*

c

15 Igitur cùm hæc omnia (ut diximus) peracta fuissent, contigit patrem duorum fratrum, Tasonis videlicet & Tatonis, cum ceteris parentibus suis huc illucque eos perquirendo anxiando discurrere, Romamque venire: ubi dum eos studiosè per monasteria ecclesiasque atque domos singulorum perquirentes, religiosæ, cujus superiùs memoriam fecimus, viduæ ingressi sunt domum; quam solliciti percunctantes, eorum adspectus signaque dicentes, hunc * ab ea accepêre responsum: Hos quos vos quæritis viros, ego in hac domo mea cum venerabili patre Thoma hospitio recepi: nam Sabinis eos in cœnobio beatæ Mariæ, ubi regimen tenet, absque dubio reperietis. Hæc autem illi audientes valde gavisi effecti, utpote magni amoris stimulis agitati, ad prædictum monasterium veloci properantes cursu, obnixè prædictum rogantes Patrem, ut eos adspectibus eorum præsentari juberet.

Inventos à parentibus;

* hoc

F

16 At verò venerandus vir Domini Thomas compatiens eorum doloribus, suasibilibus verbis admonuit viros religiosos prædictos, videlicet Baldonem, Tasonem, & Tatonem, ut ad colloquium suorum exire deberent parentum. Quibus quoque hoc facere renuentibus, auctoritate cogens eos persuasit ejus parêre præceptis. Cumque ad eos ingressi fuissent, eos objurgare cœpere parentes: Cur nos, inquiunt, ô dilectissimi filii, tamquam mortuos æstimantes relinquere voluistis, nostrarumque deseruistis curam animarum? Etenim nullus inest vobis pietatis affectus, consanguinitatisque nulla compassio? Nos namque converti ad Dominum, & sæculum funditus relinquere parati sumus: propterea rogamus vos, & per Dominum cæli & terræ conditorem adjuramus, ne nos deseratis, sed potiùs nobiscum revertamini; alioquin sciatis de vestra manu nos esse requirendos. At illi verba eorum lacrymasque ac singultus pro nihilo

nec illorum querelis permotos

A hilo ducentes, nulla omnino pietate permoti sunt; sed Gallias, ut Domino voverant, se profecturos esse dicebant.

Ipse ab itinere in Galliam avocat,

17 Tunc verò venerandus vir Domini Thomas, sancto in se loquente Spiritu, his eos alloquitur verbis: O dilectissimi, inquit, filii, audite consilium, & de Dei misericordia diffidere nolite. Si enim mea monita aure cordis vobis percipere placuerit, per vestrum bonæ operationis exemplum ad cælestia multi regna migrabunt. Propterea, ô carissimi, salubres meos auscultate sermones, & vestrorum nolite preces despicere parentum. Nam si vultis, ostendam vobis locum, in quo vestri possitis adimplere desiderii vota. Confido enim de Domini clementia & largiflua pietate, quoniam bonum ibidem Domino acceptabilemque facietis fructum. Siquidem isdem Vir Domini, dum de Orientis partibus Italiam remeâsset, per Samnii provinciam habuit iter, in qua videlicet super Vulturni fluminis ripam, à mille ferè passibus à quo initium sumit, reperit in honore B. Vincentii martyris oratorium dedicatum, quod densissima quoque ex utraque parte fluminis silva ambiebat, & nulla ibidem erat habitatio præter ferarum & latronum fortasse latibula.

B

& ut ad Vulturnum fluvium secedant, persuadet;

18 Ad quem locum præfatos dirigere cupiens viros, hoc, quod suprà diximus, eis dedit ipsius loci indicium, ad eumque locum quantocius eos properare admonuit dicens: Ite, ô fortissimi athletæ Christi, ite securi, & in eodem loco itineris vestri figite gressum: valet enim omnipotens Deus vos in eodem loco ab omni malo servare illæsos, & à timore latronum cunctos per id iter agentes reddere securos. Ego verò loci à principe illius terræ vobis firmitatis accipiam præceptum, atque in ejus vos revocare gratiam curabo. His igitur atque hujuscemodi emolliti admonitionibus, ab intentione, quam cœperant ad Gallias eundi, suos revocant animos, & tamquam Christum loquentem attendentes in venerabili Viro, benedictione ab eo percepta, ad ipsum locum arripiunt iter. Et non multo pòst, sicut promiserat isdem Domini vir Thomas, nimio caritatis succensus amore eorum causâ Beneventum pedester profectus est.

C

ubi à Gisulfo duce Beneventano, cui cum B. V. Maria in visione apparet,

19 Erat enim eodem tempore Gisulfus *d* vir spectabilis ducatûs tenens principatum: cui quadam nocte per visionem sancta Dei Genitrix Virgo Maria cum eodem venerabili viro Thoma apparere dignata est, eique præcepit dicens: Vide quidquid à te iste postulaverit peregrinus, ei nequaquam negare debeas: quia vir sanctus est, & orabit pro te. Et hæc dicens abscessit. Qui mane idem dux de suo consurgens stratu, præcepit suis ministris dicens: Ite, inquit, & ante fores ejus perquirite palatii, si fortè invenire possitis peregrinum quemdam virum monastico vestitum habitu, estque venusti adspectûs atque calvus; quem cùm inveneritis, ad me cum honore introducere festinate. Egressi verò ministri statim eum reperiunt ante januas stantem palatii, & sicut eis præceptum fuerat, ipsum sanctum Virum ad eum perduxerunt ducem Gisulfum: quem mox quoque prout vidit, in visu recognoscens, continuò de suo surrexit solio, & omni in terram prostrato corpore, eum adorans dixit: Alma Dei Genitrix Maria te mihi hac nocte per visionem ostendit. Nunc verò quidquid tibi placuerit, pete à me, & ego devotus tuæ libentissimè tribuam sanctitati.

A. ANONYMO. *locum exstruendo monasterio impetrat.*

20 At ille: Unam, inquit, parvulam vestræ celsitudinis pietati postulo petitionem. Est namque in Samnii provincia super Vulturni amnis ripam locus quidam in solitudinem redactus, ubi nulla est habitatio hominum, & in B. Vincentii martyris ibidem honore habetur oratorium constructum: quem videlicet locum obsecro, ut mihi pietatis vestræ largitio concedere dignetur, quatenus habitatio ibi debeat esse monachorum, & vestræ pro hoc pietati magna apud Dominum merces accrescat. Quam videlicet petitionem ipse dux libenter accipiens, hilari vultu respondit, dicens: Ecce, Pater, ipse, de quo postulas, locus ab hac hora in tua permaneat potestate, & firmitatis ex eo à me accipe præceptum. Quod videlicet præceptum se habere jussit, roboratumque ejus tradidit potestati: præfatos *e* verò viros Baldonem, scilicet Tatonem atque Tasonem vir Domini Thomas in gratiam ejusdem revocavit ducis, atque cum eis festinanter ad eumdem perrexit locum. Ibi quoque aliquantis demoratus diebus, eis multa dedit monita salutis, ostendit eis, in quo loco refectorium dormitoriumque atque hospitum susceptionem, & omnia, quæ necessaria erant, habitacula construere deberent.

e

E

huic præficit Paldonem, & sanctè moritur.

21 Baldonem quoque, qui omnibus mitior erat, elegit, ut illis in regimine præesse deberet. Ipse autem reverentissimus vir Domini Thomas reversus est Sabinis ad suum monasterium, deferens secum illud, quod ei Gisulfus dux dederat præceptum. At verò memorati viri successoresque eorum multa annorum curricula *f* congruis temporibus ad monasterium sanctæ Dei Genitricis Mariæ veniebant, & hebdomadas suas in coquinæ officio, sicut & alii fratres, in ipso faciebant monasterio, atque per dispositionem domini Thomæ abbatis successorumque ejus ipsum sancti Vincentii monasterium ordinabatur. Venerabilis igitur Thomas cùm in suo monasterio per longa annorum spatia exemplum sanctæ conversationis discipulis dedisset suis, jam senex plenusque dierum migravit ad Dominum: corpusque illius humatum est à discipulis in B. Mariæ Dei Genitricis basilica. Præfuit namque huic sanctæ congregationi annis XXXV & mensibus VII, ac diebus V *g*. Obiit verò IV Idus Decembris in pace.

f

F

g

ANNOTATA.

a *Sequentia usque ad num.* 19 *desunt in Lectionibus Mss.*

b *Hi tres monasterio Vulturnensi, quod, juvante* S. Thoma, *construxerant, ut dicitur infra, primi abbates præfuerunt. Vitam ipsorum à S. Autperto conscriptam ediderunt Mabillonius in Actis Sanctorum S. Benedicti Seculo* III, *part.* I, *& Muratorius de scriptoribus Italiæ tom.* I, *part.* 2. *Baldo, aliis passim Paldo, primus abbas obiit anno* 720, *die* XI *Octobris; ei successit Taso, qui ob animium rigorem à subditis Tatonem substituentibus primùm depositus est, ac dein, jubente Gregorio II PP., restitutus. Ita in utraque Vitæ editione. At ex nominum affinitate orta confusio est, quoad horum obitum. Alter quidem mortuus est anno* 729, *die* XI *Januarii, alter anno* 739, *die* XI *Decembris; sed in editione Muratorii sic legitur:* Obiit autem

A. ANONYMO. Tato prædictus pater tertio Idus Januarias in pace anno Dominicæ Incarnationis DCCXXIX : *Huic lectioni favet Chronicum Vulturnenſe, in quo Taſonis vita protrahitur ad annum* 739, *eamque confirmarent vetera diplomata Chronico inſerta, niſi hæc multis mendis & anachroniſmis conſperſa eſſent, ut probat ipſemet, qui edidit Muratorius. Editio Mabillonii in textu mox dato pro Tatone habet Taſonem, quæ lectio ſi melior ſit, ut ſuadet reliquus Vitæ contextus, corrigendus erit Ferrarius, in Catalogo Sanctorum Italiæ, ubi Tatonem memorat ad diem* XI *Januarii, Taſonem ad* XI *Decembris; corrigendus item in Opere noſtro Bollandus, qui defectu aliorum monumentorum ex Ferrario ad diem* XI *Januarii dedit Tatonem pro Taſone. Verumtamen res iſta operoſiùs examinari poterit ad diem* XI *Decembris, ubi de alterutro agendum erit.*

c *Nihil de anu eorumque apud ipſam hoſpitio memorant S. Autpertus & Petrus presbyter. Conſule Appendicem.*

d *Is Beneventanum ducatum tenuit, teſte Paulo Diacono lib.* 6, *cap.* 2, annis decem & B ſeptem; *puta ab anno circiter* 690 *uſque ad* 707, *juxta calculos Bollandi noſtri in Commentario prævio ad Acta S. Sabini epiſcopi Canuſini, tom.* 2 *Februarii ad diem menſis* 9, *pag.* 320.

e *Hæc uſque ad* Ipſe autem reverentiſſimus *&c. deſiderantur iterum in Lectionibus noſtris Mss.*

f *Vide Commentarium num.* XI *&* 12.

g *Adi Commentarium num.* 22 *& ſeqq.*

APPENDIX.

Geſta S. Thomæ cum Paldone Taſone & Tatone ex S. Ambroſio Autperto.

QUantumvis S. Thomæ *geſta cum SS. Paldone, Taſone ac Tatone dilucidè ſatis deſcripta ſint in jam data ipſius Vita, rem tamen curioſo lectori gratam me præſtiturum exiſtimavi, ſi eadem ex S. Autperto oculis ſubjicerem, tum ut facta cum his collatione conjiciat, quam fideliter reliqua Sancti geſta ſcripſerit biographus noſter, tum ut diſcat ex honorificis teſtimoniis, quanta fuerit apud laudatum ſcriptorem* S. Thomæ *exiſtimatio. Itaque S. Ambroſius Autpertus, Vulturnenſis cœnobii abbas, qui paulò poſt Sanctum noſtrum floruit, defunctus nimirum anno* 778, *ut probavit Cuperus noſter ad diem* XIX *Julii in Commentario prævio ad ejus Acta, Autpertus, inquam, narrato SS. Paldonis, Taſonis ac Tatonis è patria diſceſſu, eorumdem ad Sanctum noſtrum acceſſum ita enarrat.*

C

Tres Juvenes in Galliam cogitantes

2 Cœpto itinere dum pergunt, ad monaſterium glorioſæ Dei Genitricis Mariæ, quod eſt in Sabinis, perveniunt, in quo vir vitâ venerabilis Thomas pater præerat. De quo à pluribus audivi, quia olim in partibus Orientis conſtitutus, ſicut ipſe narravit, tamdiu ad Redemptoris ſepulcrum orationi vacavit, quoad uſque impetraret, quod precibus poſtulabat; denique ut adſerunt, nocte quadam precibus fatigato, ſoporeque depreſſo aſtitit ei quidam, geſtans in manu miræ pulchritudinis panem, cui & dixit: Accipe hunc panem & abſcede; ſcito autem te minùs ex eodem numquam habiturum. Tantæ etenim deinceps, ut aiunt, qui eum viderunt, compunctionis Vir fuit, ut penè de Deo ſine lacrymis nil poſſet loqui.

S. Thomas hoſpitio perbenignè excipit,

D

3 Is dum præfatos Dei famulos hoſpitio ſuſcepiſſet, ut monachorum ac bonorum moris eſt Chriſtianorum, cum fratribus, ut ei ſolitum fuit, ſecundum Domini præceptum eorum pedes abluere pergit. Ii autem, qui advenerant delicata ac candida membra vilibus ac ſordidis veſtimentis tegebant, elegantem ac compoſitum vultûs aſpectum prætendebant. Quamobrem nec eorum ſecretum abſcondi potuit oculis Viri Dei. Peracto itaque caritatis officio noctiſque curſu tranſacto, cùm aurora daret initium diei, ſeorſim eos blanda loquutione inquiſivit, qui eſſent, unde, cur advenerint, ne fortè aliquod præjudicium ſuſtinerent, ne peccati crimine peracto fugerent, promittens, ſe eis, in quo valeret, adjutorium adminiſtrare: tantùm ut profiterentur, cur eis ita placuerit tantam ſimulationem arripere.

& detecto eorum conſilio,

4 Ad hæc illi obſtupefacti, videntes conſilium ſuum Seniori celari non poſſe, conſilio accepto, narrant cuncta per ordinem, qui fuerint, unde, cur advenerint, qualiterve Romam pergere vellent, indeque Galliarum regiones expetere: multis eum adjurationibus conſtringentes, ne eorum propoſito ipſe fieret impedimento. Ad hæc ingemiſcens venerabilis Senex ait: Nequaquam, ô filii, in hoc tam laudabili propoſito vos impedire cupio, ſed magis adjuvare: nec vos interim relinquam. Aliquantiſper vobiſcum pergam, itineris veſtri uſque ad Apoſtolorum limina me habebitis comitem. Propterea autem Vir Deo plenus itineris illorum particeps fieri geſtiebat, ut eos, ſicuti & fecit, ſuis ſalutaribus conſiliis ab illius itineris longitudine revocaret. Quod Dei providentiâ factum fuiſſe nullus ignorat, qui hoc monaſterium cernit. E

Hos ſpecie, formâ, cognoſcit munere dogma,
Conſilio refovet, levat obſequio Pater almus,
Ne paveant, faveant, facilis pateat labor altus.

Romam comitatus

5 Pergunt interea ſimul, ut Senis fuit voluntas, multiſque lacrymis profuſis, devotionem ſuam Apoſtolorum commiſerunt ſuffragiis. Oratione verò completa, cœpit eos reverendæ memoriæ jam dictus Pater verbis ſuaſoriis admonere, ut ſecum ad monaſterium reverterentur: & aliquamdiu apud eum remorati, propoſitum inſtitutionis ſuæ videndo & operando addiſcerent, & tum demum, quò eos Dominus vellet vocare, properarent. Et ut verbis illius utar: Audite, inquit, ô filii conſilium meum. Ad monaſterium, cui deſervio, revertimini mecum, & propter ardorem veſtri deſiderii, quamquam extra uſum monaſterii, intrinſecùs vos recipiam, ut ſimul cum fratribus edatis, ſimul dormiatis, ſimul orationi vacetis, ſimulque ad opus manuum exeatis: ut his exercitiis probati ſciatis, quibus modis propoſitum monachi adimplere valeatis. Hæc & his ſimilia eo dicente, præbuerunt adſenſum, pariterque cum eo ad monaſterium ſunt regreſſi, in quo paucis diebus remorati, ad plenum inſtructi ſunt. F

Te ſimul ecce petunt, Petri dum limina quærunt,
Roma beata nimis, fratreſque Senexque fidelis,
Quos trahit ipſa ferens fidei per littora navis.

ad monaſterium reducit, inventoſque à parentibus

6 Accidit autem, ut dum pater duorum fratrum, Tatonis ſcilicet atque Taſonis, cum ceteris parentibus huc illucque eos quærerent, rapidiſ-

A *rapidiſſimo curſu* Romam venirent. Quos dum ſtudioſè quærerent, ac nequaquam inibi invenirent; audiunt à dicentibus Sabinis, eos eſſe in monaſterio glorioſæ Dei Genitricis Mariæ. Tunc illi majoris amoris ſtimulis agitati, ſpatium itineris illius quaſi tranſvolantes, ad prædictum monaſterium pervenerunt; à prædicto monaſterii Patre petierunt, ut adſpectibus illorum præſentarentur. Venerabilis autem Senex, ut erat ſuadibilis eloquio, admonuit, ut exirent. Illis autem renitentibus, compulit eos, ut ſibi imperanti obedirent. Ut verò egreſſi ſunt, parenteſque eos viderunt, vehementer flere cœperunt, elevataque voce ad eos dixerunt: Cur nos peccatores tamquam mortuos reliquiſtis? Ut quid curam animarum noſtrarum deſeruiſtis? Nulluſne vobis ineſt pietatis affectus, nulla conſanguinitatis compaſſio? Obſecramus, inquiunt, obſecramus, & per Deum conditorem cæli & terræ deprecamur, ne nos deſeratis: quia ad Chriſtum converti, & ſæculum penitus relinquere ſumus parati. Sin autem, conteſtamur cælum & terram, ſanguinem noſtrum de manu veſtra à Deo fore quærendum.

B 7 Ad quorum verba lacrymaſque atque ſingultus, dum illi pietate nequaquam moverentur, ſeque ut Deo promiſerant, Gallias petere dicerent; propterea *, ut apertè nunc cognoſcimus, fertur Senex ad eos voce dixiſſe: Confidite, inquit, filii confidite, & de Dei miſericordia præſumite: quia ſi modò meis monitis aurem obedientiæ accommodaveritis, multi per veſtræ actionis exemplum cæleſte ingredientur regnum. Audite, inquit, filii hominum, audite conſilium Patris veſtri, & horum preces ſpernere nolite. Oſtendam vobis, ſi vultis, à Deo vobis locum præparatum. Spero enim in Domino, quoniam illic adimplebit Deus deſiderium veſtrum, ibique faciet Deo fructum acceptum. Indicium autem loci percipite, & ad eum quantociùs properate.

nec eorum precibus permotos ipſe ab itinere in Galliam

Non Pater hos monitis, gemitu movere parentes;

Sed * patriam gentem contemnere ritè fatentes
Mollia ſpernentes, pro Chriſto dura ferentes.

* *apud Murator.* prophetica

8 Eſt autem, dilectiſſimi, locus ad quem vos ire deſidero in Samnii partibus ſuper ripam Vulturni fluminis, ubi initium ſumit à mille ferè paſſibus, in quo videlicet loco ſitum eſt oratorium martyris Chriſti Vincentii nomine dedicatum: ex utraque verò parte fluminis ſilva denſiſſima, quæ habitationem tantùm præſtat ferarum, latibulaque latronum. Omnipotens autem Dominus, cui vos famulatum exhibere deſideratis, & vos in eodem loco illæſos ſervabit, & cunctis iter agentibus à timore latronum pacatum atque ſecurum conſtituet, nec non & ceraſis, dumis ac ſentibus, lignis fructiferis abundare faciet. Ite, ait, filii & in eodem loco ſine metu cujuſcumque permanete.

AUCTORE J. P.

Hos Pater ire monet, loca monſtrat pervia nullis,
Arboribus multis, quæ comant flumina, pulcris,
Montibus, & ventis, nivibus ſunt frigida mæſtis.

avocat, & aptum habitationi locum oſtendit.

C 9 His igitur & hujuſmodi à rigore obſtinationis emolliti, tamquam Chriſtum in Seniore loquentem attendentes, Apoſtolique dictum recordantes, Nolite quærere, quæ veſtra ſunt ſinguli, ſed quæ alterius; ab his, quæ cœperant, revocant animos, atque ab eodem benedictione percepta, iter arripiunt, & ad hunc, quem incolimus, perveniunt locum &c. *Hactenus juxta editionem Mabillonii, collata cum Muratorii editione, S. Autpertus, qui in Prologo ſuo apud Muratorium cauſam, cur ſcribat, edicens, manifeſtè tradit, quod de ipſius ætate dictum eſt num. 1 hujus Appendicis:* Hoc enim, *inquit*, ago non temeritatis auſu impulſus, ſed abbatis mei monita ſecutus, eaque modò ſtylo proſequor, de quibus adhuc teſtes exſiſtunt, qui ſe hæc ab his (*SS. Paldone, Taſone & Tatone*) audiſſe confirmant.

Eadem, quæ S. Autpertus,

E

10 *Porrò Vitæ à S. Autperto conſcriptæ ſubjungitur apud laudatum Muratorium Vita altera SS. Paldonis, Taſonis & Tatonis, in qua eadem prorſus, ſaltem quoad ſubſtantiam, de Sancto noſtro memorantur, & cujus auctor ſe ſuamque ætatem ſic indicat in Prologo:* Hæc, quæ dicturus ſum, omnia ex ordine retulit mihi Petro presbytero & monacho benigniſſimus pater, domnus abbas meus Taſo. *Unde conjicias eum S. Autperto fuiſſe anteriorem, cùm Taſo, ut diximus, obierit certè ante annum 740, imò fortè ante 730. Verùm hanc Vitam deinde interpolatam fuiſſe, evidens fit ex eo, quòd priuſquam in ea fiat mentio Gifulfi Beneventanorum ducis, de quo biographus noſter num. 19, referantur nonnulla de unione ac mutua charitate inter Caſinenſes & Vulturnenſes cœnobitas* uſque ad tempora Angellarii abbatis *Caſinenſis, quo nomine abbatem non habuerunt Caſinenſes, niſi circa annum Chriſti 883.*

narrat etiam ſcriptor alius illo antiquior.

F

A D

DE S. ODGERO DIACONO

RURÆMUNDÆ IN BELGIO,

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

AUCTORE JOANNE BOLLANDO.

De Sancti cultu, patria, vita monastica incerta, ætate, gestis & reliquiis.

SEC. VIII. *S. Odgerus Martyrologiis inscriptus* 10 *Septemb. colitur Ruræmundæ,* B

Celebratur IV *Idus Septembris natalis* S. Odgeri Diaconi & Confessoris, *ut totidem verbis expressum in veteri Ms. Martyrologio ecclesiæ S. Mariæ Ultrajecti : cui congruit Ms. monasterii S. Martini Treviris, Martyrol. excusum Coloniæ anno* MCDXC, *Hermannus Greven in additionibus ad Usuardum editis anno* MDXV *&* MDXXI, *Canisius in Martyrol. Germanico, Joannes Molanus in primâ editione auctarii sui ad Usuardum : nam in posterioribus ita de eo plenius scribit :* Item S. Otgeri confessoris & diaconi, qui ex Britannia comes peregrinationis fuit sanctis episcopis Wironi & Plechelmo, atque post multa pietatis exercitia, sepulturam accepit in ecclesia Montis Petri juxta Ruræmundam. *Andreas Boëyus noster in Martyrol. Flandrico :* In ecclesia Montis S. Petri, S. Odgerus diaconus & confessor. *Philippus Ferrarius in generali Catalogo :* Ruremundæ in Geldria S. Otgeri Diac. *Utrumque locum expressit Balduinus Willotius noster in Martyrol. Belgico :* In Monte S. Petri & Ruræmondæ colitur S. Otgerus diaconus, socius SS. Wironis & Plechelmi. *Promiscuè* Odgerus *&* Otgerus *appellatur, apud Grevenum* Othgerus, *in quodam Ms.* Ogerus.

C *non in Brabantia : nec Episcopus fuit, aut Sacerdos :*

2 *Nescio quid in mentem venerit Thomæ Dempstero, ut in Menologio Scotico ita scriberet :* In Brabantia Otgeri episcopi, apostoli, Ruræmundæ patroni. *Molanum citat, qui nec Scotum, nec episcopum facit, nec in Brabantia coli scribit. Transiisse quidem verisimile est per Brabantiam, (cui tamen, toti certè quidem, id tunc minimè erat nomen) cùm in Geldriam venit ; forsan & populis quibusdam, qui nunc intra Brabantiam censentur, prædicârit, præsertim inferiori Masegau ; at non est in Brabantia Mons S. Petri, ubi habitavit, nedum Ruræmunda, ubi nunc colitur. Sed neque episcopus fuit ; ne sacerdos quidem, quamquam id Joannes Wilsonus in posteriori editione Martyrologii Anglicani scripserit, cùm in priori* Diaconum *vocâsset. Auctor Ms. Florarii, ne erraret, utramque amplexus sententiam est :* Et Otgeri, *inquit*, presbyteri, aliàs diaconi, & confessoris, anno salutis DCCXXXII.

an Scotus fuerit, incertum, verisimiliùs Anglus :

3 *Fuisse alioquin* natione Scotum *scribit Saussayus in Martyrol. Gallicano hoc ipso die. At Daniel Camerarius lib.* 3 *de Scotor. pietate ad* XII *Septembris reposuit : credo, quòd alium non haberet Scotum, quo diem illum ornaret. De patria* S. Otgeri *ambiguè loquitur Molanus cap.* 7 *Chronici Sanctorum Belgii :* Venerunt quoque ex Scotiâ, *inquit*, ad Pippinum S. Wiro episcopus, S. Plechelmus episcopus, uterque Romæ ordinatus, & S. Otgerus levita. *Et certè quidem cùm Româ in Scotiam reverterentur, eò secum duxisse* Odgerum *videntur, quem & secundæ peregrinationis socium, cùm eorum alterutri præsens adesset, adscivêrunt. Alioquin Vita S. Wironis cap.* 2 *num.* 5 *innuere videtur, Anglum fuisse ; ita enim habet :* Beatus quoque Wiro, tali comitante socio, dum partes Anglorum peragraret, divinitus adjungitur Othgerus levita. *Ipsius quoque* Odgeri *Vita sic habet :* Fuit in Britanniæ partibus vir vitæ venerabilis, nomine Odgerus. *Licèt enim, quas regiones Scoti in Albione insulâ Pictique incolebant, veteris quoque Britanniæ pars essent ; tamen utrique vel aliunde advenerant, ut Beda aliique scriptores tradunt ; vel si Picti inter Aborigines numerandi, vix tamen Bedæ ejusdem tempore & deinceps Britanni habiti, nisi qui cis Fortham ad usque Oceanum Gallicum Romanæ reip. anteà subjecti, dein vel immisti Saxonibus, vel ab his in occiduas ejusdem insulæ provincias repulsi fuerant. Ipse Dempsterus Historiæ Ecclesiast. gentis Scotorum lib.* 14 *cap.* 970 *ita loquitur :* S. Otgerus an Scotus fuerit, haud facilè divinârim, ac multò minùs certò affirmârim. *Ast infrà addit :* Scotiâ Romam iviſſe idem Molanus adfirmavit, Indiculo SS. Belgii pag. 76 & in Chronico eorumdem pag. 89. *Molanus priore loco ita habet :* S. Wiro, episcopus in Scotia electus, pro consecratione cum Plechelmo & Otgero Romam ivit. *Ac paullò pòst :* Cum iisdem ex Scotia venit ad Pippinum. *Quod & nos fassi antea sumus. At non dicit Molanus* è Scotia *cum iis Romam iisse ; sed* Wironem in Scotia electum, pro consecratione Romam iviſſe cum Plechelmo & Otgero : *nec affirmat eos illi in Scotia tunc adjunctos fuisse. Quæ secundo loco habet Molanus, Chronici nimirum* 7 *cap., suprà retulimus.* E F

an monachus fuerit, non omnino constat :

4 *Joannes Wilsonus in* 1 *editione Martyrol. Anglicani, ait* monachum fuisse in Boreali Angliæ plaga, ubi & natus erat. *In* 2 *edit. illud de patria omisit : tamen ibi monachum fuisse asseverat. Credibile videtur, haud tamen fortassis omnino certum, ex Anglia oriundum fuisse : at nihil uspiam occurrit, unde definiri possit, quâ ex Angliæ parte extiterit. Monachum fuisse, & quidem Benedictinum, censent Arnoldus Wion, Benedictus Dorganius à S. Joanne, Hugo Menardus, in sui Ordinis Martyrologiis, Edouardus Maiheu in Tropæis Congregationis Anglicanæ tom.* 2, *Gabriël Bucelinus in Menologio Benedictino, Constantinus Ghinius inter Sanctos*

A *ctos Canonicos eum recenſet. Neutrum liquet. Huic tamen videri poteſt Vita ſuffragari num.* 3, *ubi iſta leguntur:* Et cùm diu dubitaret, quid mallet, aut ſubjici monaſticæ converſationis regulis, aut in eo, quem in monaſterio primum puerulus acceperat, habitu permanere finetenus. *Quibus verbis innui videtur, habitu quidem clericali indutum, at non monaſticæ converſationis regulis ſubjectum fuiſſe. Neque poſtea mentio fit monaſticæ converſationis ſuſceptæ, quam Wironem quoque ac Plechelmum profeſſos eſſe, non conſtat, neque qualem in Monte S. Petri congregationem inſtituerint. Bucelinus* Otgerum S. Wironis ſanctitate ac conſuetudine captum, ſeculo renuntiâſſe *aſſerit: non probat.*

illius ætas: Vita unde hic edita:

5 *Ætas* S. Otgeri *ex iis quæ* VIII *Maii ad Vitam S. Wironis, quæque ad S. Plechelmi* XV *Julii diximus, colligi poteſt: at non certò definiri, an illis ſuperſtes fuerit, an potiùs antè obierit, qui ſacerdotio initiatus non videatur, cùm ſemper Diaconus nominetur: erat alioquin ſacerdotii gradus eo tempore, ad fidei pietatiſque propagationem, magnam allaturus utilitatem. Niſi, ut alii plures Sancti, ex modeſtiâ ac ſubmiſſione animi eum honorem deprecatus ſit. Vitam ejus hîc damus ex Ms. codice eccleſiæ S. Martini Ultrajecti, qui nunc aſſervatur in Carthuſia Colonienſi. Quis eam compoſuerit, in obſcuro eſt. Ex Vita S. Wironis ſumpta materia eſt, verbiſque amplificata. Eadem exſtat, ſed contracta aliquantùm, in ſecunda parte Legendes, ut vocabat Molanus, quæ Coloniæ anno* MCCCCLXXXIII *excuſa fuit, rurſumque Lovanii biennio pòſt.*

B

an libros ſcripſerit.

6 *Quòd Dempſterus ipſum affirmet* ſcripſiſſe pro ſynodo Germanica librum unum, *ſolens facit: quippe arbitrari audet, ut alibi ſæpiùs monuimus, non ſatis decorum fore, ſi non omnes Scoti Sancti, ut ſanctimoniâ, ita & eruditione ac libris vulgatis celebres extitiſſe dicantur. Quid verò pro Germanica ſynodo ſcribendum fuit, aut quanam illâ? an eâ fortè, cujus Canones in Concilio Leptinenſi approbati?*

Reliquiæ tranſlatæ Ultrajectum: aliquæ Ruræmundam, C

7 *Reliquiæ* S. Odgeri, *uti & SS. Wironis ac Plechelmi, cùm monaſterium* Berg, *ſive* Montis S. Petri, *aut* S. Odiliæ, *Hungero antiſtiti Ultrajectino datum à Lothario rege eſſet anno* 858, *ut plenius ad S. Wironis Vitam diximus, Ultrajectum aſportatæ fuerunt, parte tamen earum aliquâ in templo Montis S. Odiliæ relictâ: & hæ miraculis frequentibus illuſtratæ, Ruræmundam tranſlatæ unà cum Canonicorum collegio fuerunt, inque baſi majoris altaris eccleſiæ ſancti Spiritus, quæ nunc cathedralis* * *eſt, repoſitæ: & cùm mirâ Numinis providentiâ, ſacrilegis manibus Calviniſtarum eſſent ſubductæ, inventæ demum ſunt anno* MDXCIV, *cùm altare inſtauraretur, & honorificè elevatæ. Memoria illius Inventionis reliquiarum trium illorum Sanctorum, feriâ tertiâ poſt feſtum ſanctiſſimæ Trinitatis, anniverſariâ celebritate recolitur, Officio duplici 2 claſſis, ut videre eſt in Officiis eccleſiæ & diœceſis Ruræmundenſis. At quæ Ultrajectum avectæ erant reliquiæ, eas deinde metu Nortmannorum abſcondi uſpiam oportuit: donec centum pòſt annis Baldricus epiſcopus, uti & corpora* SS. Isburni, Werenfredi, Odulphi, & Radbodi *deceſſoris ſui*, divinâ revelatione reperit, *iiſque* eccleſiam ſuam adornavit, *ut narrat Willelmus Heda.*

** deinde cathedralis facta eccleſia S. Chriſtophori.*

8 *Quæ alia de* S. Otgero *quæri poſſent, ea ad S. Wironis ac Plechelmi Vitam ſunt pertractata, ubi & refellimus, quod in Vita S. Suiberti ſub S. Marchelmi nomine, ab ignoto quopiam fabulatore editâ, narratur, de ſynodo Ultrajectenſi ſub S. Willebrordo habitâ, cui illi finguntur interfuiſſe. Agit de* S. Otgeri *ſociis, uti alibi relatum, Joannes Gerbrandus à Leidis Chronici Belgici lib.* 2 *cap.* 16, *ubi & de ipſo hæc ſcribit:* Similiter & B. Othgerus, levita Chriſti, in eodem monaſterio in magna ſanctitate degens, tandem omni virtute plenus, diviniſque miraculis clarus, infirmitate corripitur, & terminum vitæ ſuæ præcognoſcens, coram Fratribus ſuis poſitus, Sacramentiſque Eccleſiæ ſuſceptis, migravit ad Dominum, cum eo, ut promeruit, perenniter gaviſurus. Corpus ejus in eccleſia ſuper montem S. Petri prædictum, ſepultum eſt, ubi meritis ejus fiunt plura miracula. AUCT. J. BOLLANDO. *miracula:*

fors aliquæ olim Gruningæ & Daventriæ.

9 *Vitæ* S. Otgeri *epitomen exhibet in Natal. SS. Belgii Molanus, itemque Miræus ex citatis anteà Officiis eccleſiæ Ruræmundenſis, in qua* X *Septemb. colitur Officio duplici. In diœceſi Ultrajectina, Gruningenſi, (mendosè apud Ghinium* Grudigenſi) *Daventrienſi, agitur eo die feſtum S. Nicolai Tolentinatis, quocum ſit* S. Odgeri *commemoratio. Quod Molanus loco citato ſcribit; à Cathedralibus eccleſiis, Ruræmundenſi & Gruningenſi natalem ejus recoli, quia* utraque eum ut prædicatorem & patronum veneratur; *equidem Gruningæ aut in vicinia prædicâſſe, nuſquam legi: at nec circa Daventriam. Divinârim potiùs aliquas ejus reliquias olim Ultraiecto ad urbem illam utramque eſſe delatas.* E

VITA

auctore anonymo

Ex Ms. Eccleſiæ Ultrajectinæ.

S. Odgerus probè inſtitutus, virtute adhuc puer conſpicuus, F

FUit in Britanniæ partibus vir vitæ venerabilis, nomine Odgerus, propagine nobilium patrum, Deo prædeſtinante, procreatus, meritis tamen & ſanctitatis religione nobilior effectus. Parentes verò illius, in annis adoleſcentiæ teneris ſuam induſtriam cognoſcentes, tradiderunt eum religioſis Fratribus, ut ſacris lectionibus erudiretur ſtudioſiùs. Tunc ſanctâ Dei concedente gratiâ, teneros adoleſcentiæ annos edomabat, ſpiritualiumque Patrum, quorum ſe ſubjugaverat magiſterio, perſpicaciter imitabatur exempla. Sed inter hæc mira illi inter condiſcipulos erat obedientia, infatigabilis inter eventus injuriarum patientia, majorum quàm plurimos minorumque caritatis ſuperexcellens officio, jam tamen ſe velle præfigurabat in opere, quod maturiores expleverant ætate. Tunc verò Dei famuli, qui inibi ſub Chriſti caſtris ſervire Regi altiſſimo erant contenti, cognitâ bonæ indolis intentione, plus eum coævulis venerabantur. Colebant etiam eum propinqui & penè totius provinciæ vicinitas, omneſque, quî eum noverant, magis ſuæ mentis induſtriam venerantes quàm parentelæ nobilitatem inſpicientes. Cùm autem per annorum circulos pubetenus creſceret, & viam caritatis ſibi inardeſcere ſentiret, & nequaquam animum terrenæ ambi-

A. ANONYMO EX MSS.

tionis voluptatibus subdidisset, sed potiùs coarctando semetipsum, totius lasciviæ illecebras devitaret; sic in Dei servitio proficiebat, ut cælesti rore irrigaretur, nec non & litterati perspicuè imbueretur arte.

ordinatur diaconus, dignas eo gradu virtutes exercet:

2 Interea Christus Dominus & Salvator noster, qui suos usquequaque glorificat famulos, illius loci antistitis inspiravit cordi, talem meritis præcipuum ecclesiasticis non esse indecorum ordinibus: qui divinâ dispensante gratiâ per gradus humiliter ecclesiasticos fecit eum ascendere, donec nutu divino levitici ordinis dignitate sibi condignâ fulciri promeruit. Quo suscepto sanctus Dei Famulus, sancti Spiritus fervore illuminatus, intellexit se arctioribus vinciri vinculis, quò se totum manciparet in Dei servitiis. Quantum in diaconatûs officio ministerii se præstiterit, modum pronuntiationis superat. Nam sedulus erat in orationibus, assiduus in lectionibus, in morum honestate compositus, floribus sapientiæ ordinatus, in eleemosynarum dapsilitate largus, in geminæ dilectionis amore, Dei videlicet & proximi, fervidus, in obedientia promptus, pietate eximius, omnique bonitate præditus. Hujusmodi autem beatus Christi Dei Athleta se vallabat munitionibus, & salutiferæ Crucis stigmatibus pro armorum copia armatus, contra omnes ludicri erroris spurcitias dimicare non trepidabat. Cùm autem ætatis plenitudinem attingeret, coarctando semetipsum, fæpissimè in mentis oculos volvebat, quomodò se implicaret lectionis Euangelicæ feriis.

B

deliberans de ulteriore statu vitæ, SS. Wironi & Plechelmo peregrinationis se socium jungit.

3 Et cùm diu dubitaret, quid mallet, aut subjici monasticæ conversationis regulis, aut in eo, quem in monasterio primùm puerulus acceperat, habitu permanere finetenus; innotuit infra suæ habitationis patriam, sacerdotes Christi quoque, pro æternitatis gloria & cælestis patriæ acquisitione, S. Wironem & Plechelmum æquè sanctimoniæ virum, peregrinationem velle suscipere. Quod cùm Vir sanctus audiret, multùm congaudens in Domino, & illud, quod Euangelicis inseritur præceptis, sedulò revolvens animo, Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus; tunc subitò suis omnibus despectis, ad supradictos Dei famulos conferre se cupiebat, tantorum virorum desiderans instrui disciplinis, & comes esse peregrinationis. Hoc etiam divinæ pietatis adminiculo annuente peractum est: nam tantæ perfectionis desiderio feliciter anhelans, ad prædignos Dei famulos constanti animo tendit pergere properanter, quærens illos, suæque voluntatis intentionem sibi inventis suppliciter indicans, ac illorum se patrociniis fideliter adjungens, peragendi itineris affatim carus accipitur comes.

C

mari cum illis transmisso; eos sedulò imitatur

4 In summæ Trinitatis nomine fratres coadunati, perennis vitæ præ cordiali amore indesinenter cupidi, corde sollicito Deum exorare, sermonem Euangelicæ lectionis secum adimpleri: Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi in medio eorum sum. Ille verò, ut miræ erat probitatis, per omnia præfatis placens Dei famulis, ponti littus petebat cum illis, simulque navem ingressi, prospero cursu & secundis velis transierunt stagna maris, usque dum ad optatam beatæ peregrinationis meruerunt pervenire terram. Ibique vitâ & exemplo eorum doctus, pauper seculo, Deo autem dives, sanctæ religionis propositum prævidendo extitit præclarus. Beatus igitur Levita Christi intantùm se mancipavit Dei obsequio, ut per nullam mundanæ inhabitationis ambitionem inclinari videretur magistris. Et cùm ita evidenter se ageret, ut suæ voluntatis professio constantissima perspicuè claruisset omnibus; solis inhians cælestium laudum conatibus, lascivis elongari curabat fabularum figmentis, frequentissiméque memorabat dicens: Adjutor meus, tibi psallam, quia Deus susceptor meus, Deus meus, misericordia mea. Cum ceteris quamplurimarum virtutum perfectionibus, hymnis & psalmodiis vacans, vigiliis & orationibus insistens, divinæ majestatis instantiam sequens, Christianæ pietatis misericordiam diligens, inter omnia mundanæ varietatis adversa, magnoperè pacificus esse dinoscebatur omnibus: nam patientia est mater omnium virtutum.

D

simul Pippinum adeunt, à quo montem S. Petri accipiunt;

5 Intereà cum præfatis pontificibus Dei Pippinum regem, virum strenuum, Deo amabilem, & omni populo placabilem, adiit; regique inditium adoptionis opponitur, & ob quam causam peregrè profecti essent, depromitur, atque ab eo benignè suscipiuntur. Ibique diu degentes, plus ceteris honorantur. Post multum verò temporis datur illis à rege præceptum, ut infra sui regni terminum transmitti debuissent ad quemdam locum, Mons-Petri vocatum, quò liberiùs potuissent Dei ad obsequia prævidere, mundique crimina prorsus aufugere. Beatus igitur levita Christi Otgerus die noctuque incessabiliter scire curabat, ac particeps esse satagebat, quocumque conamine sui priores Dei mysteria perviderent, & qualiter pro Christi amore prædicando, admonendo, docendo, eleëmosynas dando, hominibus prodessent pervigilii diligentiâ, recordans admonitionis Psalmistæ David: Cum sancto sanctus eris & cum viro innocente innocens eris: horum assiduè memor, taliter concordans magistris, ut affatim æqualis meriti crederetur haberi.

F

sumptis Sacramentis ibi piè moritur, & in ecclesiâ honorificè sepelitur.

6 Appropinquante autem tempore, quo persolvere debuit universæ carnis debitum, Christoque favente præclara beatæ retributionis præmia accipere; corporeæ molis dissolutione, cœpit infirmari, & artubus totis se sensit nimiùm relaxari: sed Spiritu sancto se gaudebat confortari, vitæque perennis remuneratione sperabat consolari. Alacriter Dei Servus ibidem commorantibus fecit notum fieri, eum ad hujus vitæ exitum ocyùs accersiri. Grave hoc indicium cunctis extitit, omnibusque ritè peractis Viaticum suscepit, & se Domino commendabat, dicens: In manus tuas, Domine, commendo spiritum meum. Deinde valedicens Fratribus, feliciter migravit ad Christum, in æterna requie cum beatis Sanctorum animabus sine fine victurus. At verò ad beati Viri exequiarum ministeria non modica tam cleri quàm populi tristitiâ compuncti confluebat turba: & corpus ejus in ecclesiam super præfato Petri monte constructam deportabat, illudque ibidem juxta debitum honorem cum hymnis & psalmodiis sepeliebant. Atque ibi usque in hodiernum diem patrocinia ejus à fidelibus circumquaque habitantibus pro summo honore venerantur: fiunt etiam ibi plurimæ miraculorum virtutes, per merita S. Odgeri confessoris, præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & gloriatur Deus per infinita secula. Amen.

APPEN-

A

APPENDIX

De eccleſia de Berg SS. Wironi, Plechelmo & Odgero conſecrata, tranſlatiſque in eam illorum Sanctorum reliquiis: ac de diſtinctione S. Plechelmi ab alio ferè ſynonymo.

J. S.

Poſt illuſtratam à Bollando S. Odgeri Vitam,

B

HAbes, *Studioſe lector, Commentarium Bollandi noſtri & Vitam* S. Odgeri *ab ipſo ad prelum paratam ab annis ferè nonaginta. Sic ad* VIII *Maii S. Wironis & ad* XV *S. Plechelmi datæ ſunt Vitæ, quas ſimul cum hac illuſtrandas ſuſcepit Bollandus, quia Sanctorum illorum geſta invicem erant connexa. Porrò, licèt in ſcriptis à Bollando nihil mutare, nihil addere aut demere voluerim; omittenda tamen non exiſtimo, quæ poſt obitum ipſius reperio facta, & ad gloriam poſthumam Sanctorum illorum ſpectantia. Quapropter ea huc breviter transferam.*

Eccleſia de Berg conſecrata tribus Patronis, quorum eò tranſlatæ reliquiæ,

2 *Joannes Knippenberg in Hiſtoria eccleſiaſtica Geldriæ lib.* 8 *cap.* 4 *ita habet:* Hoc eodem anno (1686) eccleſia de Berg, cujus ſuprà injecta mentio, ex fidelium oblatis, ac ipſius etiam antiſtitis, nec non canonicorum liberalitate jam reſtaurata erat. Hanc epiſcopus in honorem ſanctorum Wironis, Plechelmi & Otgeri (antea ſanctos apoſtolos Petrum & Paulum patronos habuerat) decimâ Menſis Maii hoc anno conſecravit, repoſitis inibi patronorum reliquiis: epiſcopus quippe quatuor ab ante diebus, canonicis ac parocho de Bergh inſpectantibus, in eccleſia cathedrali Sanctorum, quos dixi, reliquias diviſit etiam minutiſſimas, ut de ſingulis etiam patronis ſacrum pignus eccleſia recèns extructa indubitanter poſſideret: quibus hunc in modum paratis, communem ſupplicationem ad diem duodecimum ejuſdem menſis indixit epiſcopus. Parochiani igitur de Bergh,

C

& qui in confinio erant paſtores, indicto die Ruræmundam tendunt, deſignatas reliquias allaturi, quas in feretro aut capſula decenter locatas in humeros ſumunt paſtores quatuor, comitante epiſcopo ac clero Ruræmundano; primarii etiam civitatis viri admodùm frequentes lumine agmen ſacrum ornabant inter affluentem de vicinia fidelium turmam, atque ita hymnis canticiſque per viam laudantes ac benedicentes Deum, ſacra pignora in eccleſia de Bergh deponunt; antiſtes mox primum in ea Sacrum celebrat. Aſt ubi eccleſia affluentis populi multitudinem non caperet, concionem ſub dio extra illam habere placuit: ea autem fidelium devotio atque Sanctorum merita quàm fuerint grata Deo, patenti id miraculo cunctis teſtatum voluit.

cæca ibidem tunc viſum recipit,

3 Erat in vicino pago de Kercken filia æditui, ſeu cuſtodis, ſexennis, Catharina nomine: hæc ante biennium ex morbo orbata viſu nullâ poterat medicorum operâ juvari. Puellæ mater (Afra dicebatur) humano ſubſidio deſtituta, religioſo affectu ad dictam etiam ſolemnitatem cum filia acceſſit, per merita dictorum Sanctorum pro ejus ſalute remedium quæſitura; & ecce, Deus, qui preces votaque humilium haud ſpernit, matri, quod petiit, miſericorditer conceſſit. Hæc quippe in ea populi frequentia ac compreſſione perſeverabat in eccleſia, ac poſt effuſas preces jam egredi volenti, Maneamus, inquit, filia, adhuc tantiſper; nam videre incipio; quo dicto læta mater ardentius orationi inſtitit; atque ita Sanctorum meritis puella viſum recepit, ſublato etiam, quem continuum patiebatur, oculorum dolore; quemadmodum hæc à Guilielmo Baſel ibidem parocho narrante accepi, idque toti viciniæ innotuit, quod ipſa etiam puella, jam adultior facta, mihi nuper per Kercken tranſeunti coram parocho ſuo, domino Smets, aſſeveravit, eratque claris adeo luminibus, ut ne ullus quidem nævus aut caligo in iis appareret.

AUCTORE J. S.

annus ferè milleſimus ab obitu illorum Sanctorum celebratus.

4 Cœpit itaque hoc modo locus hactenus neglectus ingenti demum fidelium pietate frequentari, qui zelus dum identidem accreſceret, illuſtriſſimus dominus Angelus d'Ongnyes, qui in præſens Ruræmundenſi eccleſiæ antiſtes præeſt, jubilæum milleſimi anni in eadem eccleſia de Bergh anno MDCCVI ab undecima Julii per octavam celebrari ſolemniter juſſit, obtentis in id à Pontifice Indulgentiis plenariis: nam ante decem ſæcula circa idem ferè tempus ſub principatu Pipini Herſtallii eoſdem Sanctos inibi fixiſſe ſedem, Annales, & quæ ſuperſunt memoriæ, paſſim aſtruunt; erat autem in dicto jubilæo tanta populi affluentia ex vicina etiam ditione Juliacenſi, Leodienſi ac noſtra Gelrienſi, ut non eccleſiam dumtaxat, ſed & montem, in quo ſita eſt eccleſia, caſtrorum inſtar impleret, qua etiam occaſione antiſtes quinque circiter hominum millia Sacramento Confirmationis munivit. *Hactenus laudatus ſcriptor.*

E

Bollandum, qui S. Plechelmum diſtinguit ab epiſcopo Caſæ Candidæ, impugnat Pagius

5 *Jam verò, cùm ad S. Plechelmum non minùs ſpectet hæc appendix, quàm ad* S. Odgerum, *lubet & alia quædam de eodem Sancto hîc obſervare. Monuit Sollerius noſter in præfatiuncula, die* XV *Julii ante Commentarium Bollandi de Plechelmo data, qua occaſione Vitas SS. Wironis, Plechelmi &* Odgeri *tam citò illuſtrandas ſuſceperit Bollandus, nimirum quia Pſeudo-Marcellinus, cujus fabulas* I *Martii in S. Suiberto detexit, aliquot etiam de hiſce Sanctis errores invexerat. Addere potuiſſet Sollerius, alicujus ex erroribus Pſeudo-Marcellini patrocinium ſuſceptum eſſe à Pagio, priuſquam impreſſus eſſet Bollandi æ S. Plechelmo Commentarius, in quo error ille uberiùs refutatur. Rem expono. Bollandus ad* XXI *Februarii in Commentario de B. Pippino duce num.* 49 *obſervavit breviter, S. Plechelmum illum, qui prope Ruræmundam diu habitavit & defunctus eſt, & cui Pippinus Herſtallus quandoque conſcientiæ maculas expoſuiſſe dicitur, alium eſſe à Pechthelmo, quem Beda ſcribit fuiſſe anno* 731 *Candidæ Caſæ epiſcopum, hacque ratione id probavit:* Nam XVII tunc anni ab obitu Pippini Herſtalli effluxerant. *Pagius verò in Critica ad annum* 734 *num.* 4 *recitatis Bollandi verbis hæc ſubjungit:* Verùm vana hæc ratio: Pechthelmus enim XVII & ampliùs annos Pippino Heriſtallo ſuperſtes eſſe potuit, & auctores, qui de Pechthelmo locuti ſunt, eum Wironis fuiſſe ſocium docent. *Hanc Pagii criſim adoptavit auctor Bataviæ Sacræ pag.* 81 *in Plechelmo. Sed utriuſque opinionem refutavit abundè Bollandus in Commentario Vitæ S. Plechelmi prævio* § 3, *ubi*

F

ſuam

AUCTORE J. S.

suam sententiam magis exposuit & stabilivit.

hinc argumentum Bollandi exponitur,

6 *Attamen cùm Bollandus tanto minùs prævidere potuerit objectionem Pagii, quanto illa ineptior est; vim rationis, quæ* vana *visa est Pagio, paucis exponam, & deinde ad objectiones Pagii respondebo. Bollandus num.* 47 *dixerat, S. Plechelmum cum SS. Wirone &* Odgero, *post prædicatum Euangelium, sedem fixisse ad Ruram flumen* in monte S. Petri, *ut ipse quoque Pagius dicit, qui addit id factum videri circa annum* 700. *Per verba autem* sedem fixerunt, ædificato monasterio, *insinuavit Bollandus, tres illos Sanctos ibidem deinde habitâsse usque ob obitum, quemadmodum de singulis certò constat. Itaque quæ præmissa erant à Bollando, æquivalebant huic propositioni:* Plechelmus fuit in Gallia, vivente Pippino Herstallo, ibique mansit usque ob obitum. *Deinde æquivalenter hanc subdit:* Atqui Pechthelmus, de quo loquitur Beda, anno 731, id est, annis septemdecim post mortem Pippini, degebat in Brittannia. *Ex quibus sponte fluit hæc conclusio:* Ergo alter ab altero distinguitur: nam idem non fuit simul aut mortuus aut vivens

B in Gallia Belgica, & vivens in Anglia.

& rationes Pagii refutantur:

7 *Nunc Pagii quoque singula excutiamus.* Pecthelmus, *inquit*, XVII & ampliùs annos Pippino Heristallo superstes esse potuit. *Supponamus id ita esse. At saltem idem non fuit simul in Monte S. Petri ad Ruram, & eodem tempore in Britannia. Deinde verisimile non est, S. Plechelmum annos septemdecim vixisse post Pippinum, cum Vita ipsius num.* XI *habeat, Montem Petri fuisse donatum à Pippino, quando S. Plechelmus jam erat* senio fessus. *Id Pagius figit* circa annum DCC. *Quis igitur credat, virum senio fessum deinde superfuisse ad annos triginta? Redeo ad Pagium:* Et auctores, *inquit*, qui de Pecthelmo locuti sunt, eum Wironis socium fuisse docent. *Hæc dicit Pagius, sed non potuit adducere ullum scriptorem antiquum, qui id habeat. Ex Pseudo-Marcellino fabulis pleno, orta est ea recentiorum opinio. Ipse autem Pagius ad annum* 690 *num.* 3 *agnoscit, fabulas Pseudo-Marcellini refutatas esse in Opere nostro,* variaque errata de SS. Columbano, Ceadvalla, Judoco, Winoco, Aidano, Wirone, Plechelmo aliisque, certis argumentis *manifestata. Bollandi ea laus est, quam Henschenio tribuit, ad* 1 *Martii in S. Suiberto* § 4, *ubi Pechthelmum Candidæ Casæ episcopum similiter à S. Plechelmo distinguit, ita de utroque scribens:* Erat autem hic (*Pechthelmus Candidæ Casæ episcopus*) Anglus, vir doctus, S. Aldelmi discipulus, qui & à Bonifacio per litteras nonnunquam consultus legitur. Verùm illo senior haud paullò fuit S. Plechelmus, cui, uti & S. Wironi, ... solitus erat Pippinus dux peccata confiteri *&c. Non alias rationes hoc loco affert Bollandus ad distinctionem probandam, & tamen* certis argumentis manifestavit *Pseudo-Marcellini* errata *non modò de aliis Sanctis, sed etiam de Plechelmo, ipso judice Pagio.*

unde Pagius in eum errorem fuerit lapsus, exponitur,

8 *Itaque facilè videbit studiosus lector, Pagium sibi non minùs contradicere quàm Bollando, cùm eamdem sententiam uno loco probet, altero improbet. Verùm, quantùm existimo, Bollandum ex mera insciția oppugnavit, quòd non vidisset Vitam S. Plechelmi, ideoque rationem Bollandi non satis perciperet. Nescivit, opinor, S. Plechelmum in Belgio mortuum esse & sepultum: nescivit jam senio fessum fuisse, dum in Monte S. Petri sedem fixit: sed credidit redire potuisse in Angliam, ibique episcopatum administrare & mori. Disputare igitur voluit de controversia, cujus fundamenta ignorabat, quòd non vidisset monumenta ad S. Plechelmum spectantia. Hæc paullò prolixiùs deducere volui, ut studiosus lector intelligat, quàm frivolis rationibus subinde impugnata sint scripta Majorum nostrorum à viris etiam magni nominis. Possem plurima id genus exempla adferre: at satis erit, si lector intelligat, non solere nos respondere ad argumenta adversariorum, nisi ubi locus occasionem præbet, aut alia ratio ad id faciendum invitat.*

E

C

DE S. EUNUCIO EPISCOPO CONF.

NOVIODUNI IN BELGICA SECUNDA.

J. S.

SYLLOGE

Sancti cultus, corporis translationes, episcopatus ejusque tempus.

SEC. VIII ANTE AN. DCCXLVIII. *Memoria Sancti in recentioribus Fastis,*

DE S. Eunucio *varii hodie meminerunt recentiores martyrologi, mutato tamen nonnihil nomine: nam* Eunucium *à pluribus quidem nominatum reperio; sed &* Eunutium, Eunuchium, Enuchium *vel* Ewicichium *apud scriptores Gallos dictum video. Molanus ipsius memoriam in additionibus ad Usuardum sic annuntiat:* Eodem die, sancti Eunucii episcopi Noviomensis & confessoris. *Molanum secuti sunt Ferrarius & Canisius, & è recentissimis Castellanus ac auctor Martyrologii Parisiensis, qui omnes* S. Eunucium *breviter memorant ut episcopum Noviodunensem seu Noviomensem, uti & Saussayus elogio paulò prolixiori. Molanus de eodem agit in Natalibus Sanctorum Belgii ad eumdem hunc diem, ubi observat, eum haberi* in Kalendario Breviarii Noviomensis; sed cum adjectione: NIHIL FIT.

ejus cultus Noviomi, non Tornaci:

2 *Deinde tamen de* Eunucio *facta est commemoratio, tertiaque lectio de eodem recitata, ut disco ex Breviario Noviomensi, quod impressum est anno* 1630: *in eo enim ad* x *Septembris præscribitur Officium trium lectionum de Octava Nativitatis beatissimæ Virginis Mariæ,*

in

A *in quo lectio tertia est de* S. Eunucio *episcopo & confessore, cujus & in primis Vesperis & in Laudibus sit commemoratio. Ex litteris anno* 1670 *ad Papebrochium nostrum datis de eadem commemoratione etiam constat. Guilielmus Gazet in Historia ecclesiastica Belgii pag.* 214 *affirmat, in ecclesia Tornacensi die* IV *Septembris celebrari Officium* S. Eunucii *ritu semi-duplici. Sammarthani etiam tom.* 3 *pag.* 812 *ita habent:* S. Enuchius vel Ewicichius x Septembris in hac ecclesia (*Noviomensi*) in Tornacensi die quarto ejusdem mensis illius memoria recolitur. *Verùm hi fallunter: nam Cousinus Gazeto posterior in Historia Tornacensi lib.* 2 *cap.* 41 *scribit, nullum Tornaci de* S. Eunucio *fieri Officium; nec ego in Breviariis Tornacensibus mentionem de* Eunucio *inveni.*

Corpus Sancti translatum

3 *Reliquiæ* S. Eunucii *variis vicibus translatæ sunt. Miræus in Fastis Belgicis ad hunc diem de una translatione hæc scribit:* Caput ejus Radulphus Noviomensis episcopus circa annum CMLXII transtulit ad monasterium S. Lupi, quod nunc S. Eligii dicitur, extra muros Noviomenses ab eodem Eligio fundatum. *Idem de corpore translato scribit Joannes Cousin, quem laudat Miræus, in Historia Tornacensi lib.* 2 *cap.* 10, *additque illud ibidem suo tempore fuisse servatum. Nescio cur Miræus scripserit* caput, *cùm Cousinus, quem laudat,* corpus *translatum asserat. At suspicor memoriæ lapsu id contigisse, præsertim cùm etiam Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii, Guilielmus Gazet in Historia ecclesiastica Belgii pag.* 251, *Joannes Buzelinus in Annalibus Gallo-Flandricis lib.* 3 *pag.* 90, *& laudatum suprà Breviarium Noviomense de corpore per Radulphum episcopum ad monasterium S. Eligii translato consentiant. Erravit igitur Miræus, & errorem ipsius adoptavit laudandus infrà Saussayus, qui etiam* caput *pro corpore habet, quia Miræum, opinor, præ manibus habuit.*

B

variis vicibus, celebrataque translationis festivitas.

4 *Nicolaus de la Haye decanus Noviomensis in litteris ad Papebrochium anno* 1670 *datis de dicta translatione aliisque deinde secutis memoravit sequentia:* Ipsius corpus pluries translatum, scilicet x Kalendas Julii ad ecclesiam S. Lupi, quæ etiam S. Eligii nuncupata est, in suburbio Noviomensi: VI Idus Julii, cujus translationis pari die anniversaria fit solemnitas in cœnobio S. Eligii: demum die XXI Junii an. MDIX, quo sacrum illud corpus translatum est per Carolum de Hangest, qui cathedralem ecclesiam & dictum S. Eligii cœnobium simul moderabatur, à minori sacello in templum majus, ac depositum in una capsularum, quæ majori altari innitebantur. *Hactenus de variis corporis translationibus.*

C

Sanctus episcopus Noviomensis & Tornacensis,

5 *Nunc audiamus, quid de gestis Sancti afferat Saussayus.* Noviomi sancti Eunuchii episcopi & confessoris, qui post Guidonem hujus & Tornacensis ecclesiæ, quæ connexæ erant, gubernacula capessens, piis vitæ institutis & religionis studio indefesso admirabilem se præbuit: testificataque etiam divinis miraculis sanctitate, ad repositam piorum laborum vocatus est remunerationem. Hujus divini Viri cùm pignora sacra virtutes magnas ederent; caput (*imò corpus*) venerandum Radulphus episcopus Noviomensis ad monasterium transtulit sancti Lupi, à sancto Eligio fundatum, cujus jam nomine insignitur. *Hactenus Saussayus, cujus dicta de miraculis* S. Eunucii *ex mera conjectura videntur profluere, cùm nullibi quidpiam de iis inveniam, nullaque miraculorum mentio fiat in lectione Officii de Sancto. Vix quidem dubito, quin* S. Eunucius *miracula aliqua post mortem patraverit, cùm Sanctorum cultus occasione miraculorum soleat inchoari. At nollem asseri similia sine idoneo testimonio.* AUCTORE J. S.

aliqui tantùm coëpiscopum fuisse credunt, sed minùs probabiliter:

6 *Quod spectat ad episcopatum Noviomensem & Tornacensem; hic in dubium vocatur à Molano & Miræo. Audiamus priorem, cui alter adhæret:* Nihil aliud, *inquit*, de eo legi, præterquam quòd Demochares vigesimo septimo loco inter Noviomenses episcopos, qui simul erant & Tornacenses, Guidonem ponat cum sancto Eunucio. Unde coëpiscopus videtur fuisse, non autem primarius dicti loci præsul. *Verùm laudatus Cousinus observat, hanc opinionem non esse admodùm probabilem, quia* S. Eunucius *in catalogo Ms. Tornacensi, & in altero per Meyerum edito, ponitur solus ut episcopus. Buzelinus jam laudatus de opinione Molani sic loquitur:* Qui dant Eunucium Guidoni E socium potiùs, quàm successorem, illi parùm mihi placent; quòd in contrarium tabulæ ducant, in quibus is post Guidonem pontifex nuncupatur. Hunc insigni virtutum lumine claruisse accipio, & ob singularis vitæ merita Noviomensium Sanctorum catalogo insertum fuisse. *In lectione Officii etiam dicitur fuisse episcopus Noviomensis, atque eum in catalogo Noviomensium episcoporum recensent cum aliis plerisque Sammarthani tom.* 3 *Galliæ Christianæ pag.* 812 *inter Guidonem & Elisæum. Quare saltem mihi probabilius est, episcopum revera fuisse ecclesiæ Noviomensis & Tornacensis: nam etiam apud nos ad caput* 15 *Democharis, ubi habet:* Guido cum Enucio, *manu antiqua in margine adscriptum reperio:* Hos separat Ms.

obiit seculo VIII *ante annum* 748.

7 *Laudata Officii lectio insinuat ætatem* S. Eunucii *valde esse obscuram. Hoc enim modo inchoatur:* De sancto Eunucio hujus sedis episcopo, quando ei impositus sit, quanto tempore moderatus, quibus rebus nomen sibi fecerit, etsi vix proditum videmus; non est tamen in tanta rerum & temporum densitate nomen ejus & sanctitatis decus obscurum. Hac una laude clarus est: satis est clarus, quia sanctus. *Attamen, quoniam in aliquot catalogis ponitur inter Guidonem & Elisæum, ex ætate Elisei cognita utcumque innotescit ætas* S. Enucii. *Etenim epistola Zachariæ Papæ ad Raginfridum Rotomagensem aliosque Galliæ episcopos, quam Baronius in Annalibus rectè recitavit anno* 748, *ut liquet ex epistola ejusdem Zachariæ ad Bonifacium, ibidem à Baronio præmissa, etiam inscripta est* Elisæo Noviomensi episcopo. *Sedebat igitur Elisæus, successor* S. Eunucii *anno* 748, *ita ut mortem* S. Eunucii *figere liceat seculo* VIII *ante annum* 748. *At vicinam magis anni emortualis investigationem aliis relinquimus, donec plus lucis affulgeat. Cointius quidem ad annum* 747 *num.* 25 *ait:* Ad Deum transiit hoc anno sanctus Eunucius quarto Idus Septembris. *At arbitrarias illas definitiones temporum in Cointii Annalibus frequenter reperimus, sed numquam probare possumus.* F

A D

DE S. COSMA ARCHIEPISCOPO AFRICANO

PANORMI IN SICILIA

C. S. COMMENTARIUS HISTORICUS.

§ I. Memoria in Martyrologiis & ſcriptoribus Siculis: geſta ex probabilibus conjecturis eruta: patria fortè Panormus.

PROBABILIUS ANNO MCLX. *S. Coſmæ cultus ex Faſtis Siculis:*

B *Octavius Caietanus è Societate Jeſu in ſuo Martyrologio Siculo, quod in Idea Operis de Vitis Sanctorum Siculorum exhibet, ſanctum Præſulem noſtrum bis commemorat, videlicet ad diem* x *Septembris & ad* x *Octobris. Priori loco ſic habet:* Panhormi, depoſitio venerabilis epiſcopi Coſmæ: *poſteriori verò ſic:* Panhormi, tranſlatio corporis S. Coſmæ epiſcopi, ſub altare in ſacellum S. Mariæ, quod eſt in æde maxima. *Utroque loco laudat Ms. Breviarium Panormitanum. Cajetanum ſecutus eſt Philippus Ferrarius ad utrumque diem, & Franciſcus Carrera ad* x *Septembris, in Pantheo Siculo, ubi illius elogium recitat. Ejuſdem pariter cultum agnoſcunt Rocchus Pirrus lib.* 1 *Siciliæ Sacræ, Franciſcus Baronius lib.* 3 *cap.* 8 *de Panormitana majeſtate, aliique rerum Sicularum ſcriptores: & laudatus quidem Baronius* Coſmam *inter eos recenſet, qui* in Sanctorum numerum relati, non ab eccleſia modò Panormitana, ſed ab univerſo terrarum orbe eâ, quâ par eſt, duliæ veneratione percoluntur: *quod tamen non videtur verum eſſe; cùm non appareat, illum extra Panormitanam archidiœceſim, vel ſaltem extra Siciliam ſacris honoribus auctum fuiſſe. Indubitatum tamen & antiquum eſſe apud Panormitanos* S. Coſmæ *noſtri cultum, ex dicendis conſtabit. Neque obeſt, quòd priori loco à Caietano* venerabilis *tantummodò titulo decoretur: id enim vel ipſe, vel laudati ab eo Breviarii Ms. auctor fecit, quia is titulus in epitaphio infrà referendo adſcriptus legitur. Quin & ipſe Caietanus in Animadverſionibus ad Vitas Sanctorum Siciliæ oſtendit, inſignes alios Sanctos ſic quoque compellatos fuiſſe.*

C 2 *Non ita certa ſunt Sancti patria, ætas, geſta, ſedes epiſcopalis, mortiſque genus & locus. Apud Franciſcum Baronium mox citatum perperam legitur:* S. Coſmas, epiſcopus Panormitanus; *niſi fortè vox* Panormitanus *patriam, non epiſcopalem ſedem, deſignet. Perperam pariter Jacobus Adria in Topographia Mazariæ eumdem* Conum *dixit, interque Panormitanos epiſcopos numeravit; ut obſervant laudati Rocchus Pirrus & Caietanus. Africanum epiſcopum fuiſſe apud alios certum eſt, quamvis de loco epiſcopatûs, mortiſque genere non ita conveniat. Caietanus tom.* 2 *de Vitis Sanctorum Siciliæ geminam ſententiam, nihil ipſe definiens, proponit his verbis:* Beatus Coſmas, incertum, cujus ſedis in Africa epiſcopus fuerit, quâve in Siciliam ratione delatus advenerit; incertum item mihi eſt, an is, ut quidam ex fama tradunt, dum in Africa divinam immolaret Hoſtiam, ab ethnicis interfectus ſit, & corpus exinde Panormum in Siciliam deportatum fuerit; an causâ religionis (Africanâ eccleſiâ à Saracenis, Africam tenentibus, dilaceratâ) ſeu metu ſeu vi pulſus, in Siciliam tranſgreſſus, Panormi extremam obierit diem, datumque optimi Antiſtitis reverentiæ, ut in æde maxima ſepeliretur. Obiiſſe illum IV Idus Septembris, anno poſt Chriſtum natum MCLX, marmor docet, quod ante ſepulcrum ejus fuit. *Similia habet Carrera in Pantheo ſuprà memorato.* E

patria, geſta, & mortis genus non ita certa:

3 *Verùm Antoninus Mongitorius in Opuſculo Italico, quod* Monumenta vitæ, mortis & antiquiſſimi cultûs S. Coſmæ *inſcripſit, annoque* 1737, *occaſione ejuſdem ſacri corporis anno priore elevati edidit, hæc omnia elucidare, nec inaniter, conatus eſt. In primis pro re minimè dubia aſſerit,* S. Coſmam *circa medium ſeculi* XII *civitatis* Africæ, *quæ olim munitiſſima civitas, aliàs* Aphrodiſium & Mahadia & Almahdia *dicta, ſitaque eſt in ora maris Mediterranei,* 20 *leucis Adrumeto in Ortum diſtans, archiepiſcopum fuiſſe. Nec verò deeſt ratio, quâ id veriſimile reddat. Rogerius, qui in Sicilia id temporis regnabat, vir bellicoſus & fortis, minorem Africam aggreſſus, Tripolim, Africam aliaque oppida feliciter cepit, ut inter alios à Mongitorio laudatos teſtatur Hugo Falcandus ſcriptor coævus Hiſtoriæ Siciliæ apud Muratorium in Rerum Italicarum ſcriptoribus tom.* 7 *col.* 260, *ubi de Rogerio hæc habet:* Tripolim namque Barbariæ, Africam, Faxum, Capſiam aliaſque plurimas Barbarorum civitates multis ſibi laboribus ac periculis ſubjugavit. *Conſonat anonymi Caſinenſis Chronicon in laudata Muratorii collectione tom.* 5, *pag.* 142, *in quo legitur ad annum* MCXLV rex Rogerius cepit Tripolem; *rurſuſque ad annum* MCXLVI rex Rogerius cepit Africam. *De eadem Rogerii expeditione Africana videri poteſt Pagius in Critica Baronii ad annum Chriſti* 1146, *num.* 25, *annumque* 1147, *num.* 26 *&* 27, *ubi monet, pro annis* 1145 *&* 1146 *ſubſtituendos* 1146 *&* 1147. *Mongitorius tamen, laudans Auguſtinum Inveges, civitatem Africam anno primùm* 1150 *captam putat, neſcio, quâ ductus ratione: verùm id anno* 1147 *potiùs illigandum eſſe, ex laudato Pagio colligimus.* F

videtur tamen a Rogerio Siciliæ rege

circa medium ſec. XII *epiſcopus in Africam miſſus eſſe,*

4 *Exiſtimat porrò Mongitorius,* S. Coſmam *hac occaſione civitatis Africæ epiſcopum creatum*

A *tum eſſe. Et ſanè omninò veriſimile eſt, aliquem ea dignitate inſignitum in recèns ſubactas infidelium terras à Chriſtiano rege Rogerio miſſum fuiſſe. Ut autem hunc* Coſmam *credamus, ſuadet vetus inſcriptio, marmoreæ tabulæ ſepulcrali litteris Gothicis inciſa, prout eam infrà exhibemus, eſtque hujuſmodi:* In hac tumba jacet Coſmas venerabilis archiepiſcopus Africanus, anno Dominicæ Incarnationis MCLX, Indictione nona menſe Septembris die X. *Favet, inquam, hæc inſcriptio: nam cùm* Coſmas *ille* archiepiſcopus Africanus *hìc dicatur, & adjectum tempus, quod emortuale fuiſſe apparet, rerum eventui optimè cohæreat; omninò quoque veriſimile eſt, hunc ipſum eſſe, quem recèns ſubjugatæ ditioni à Rogerio epiſcopum datum fuiſſe credibile eſt.*

eâque à Saracenis capiâ,

5 *Pagius enim in Critica Baronii ad annum* 1159, *num.* 18 *&* 19 *refert, Abdelmumen Almohadum imperatorem ſeu principem, regnante apud Siculos Willelmo, qui Rogerio patri ſucceſſerat, capto Tuneto, Almahdiam ſive Africam obſedìſſe; cúmque eam vix expugnabilem cerneret, relictis, quæ illam terrâ marique coanguſtarent copiis, reliqua Siculorum in Africâ oppida ſubjugâſſe, tandemque Africanæ urbis præſidiarios, rei frumentariæ inopiâ ad extrema redactos, eam quoque urbem Abdelmumi tradidiſſe, pactos tamen, ut ſibi reliquiſque incolis in Siciliam reverti liceret. Pluribus hæc narrant Romualdus Salernitanus in Chronico, Hugo Falcandus in Hiſtoria Sicula, & Fazellus de Rebus Siculis lib.* 7, *cap.* 4 *poſterioris decadis, ſed ſine anno: at laudatus Pagius ex Noveirio oſtendit, urbem illam hoſtibus traditam fuiſſe* XXI *Januarii anno* 1160, *quem annum pariter notat Caſinenſis anonymi Chronicon his verbis:* Anno MCLX Maſemuti ceperunt Africam.

B

Panormum appuliſſe, ibique mortuus eſſe,

6 *Ex his ſanè rectè intelligitur, quâ occaſione* Archiepiſcopus Africanus *anno* 1160 *Panormi defungi potuerit, quemadmodum ex epitaphio habemus. Potuit ſcilicet cum præſidiariis reliquiſque urbis Africæ Chriſtianis incolis eo ipſo anno Panormum appuliſſe, ibidemque poſt paucos menſes mortem oppetere, quam toleratæ in obſeſſa urbe moleſtiæ, dolorque ex Chriſtianæ religionis in Africa damno conceptus forſitan maturârunt. Hæc, inquam, omnia admodum veriſimile faciunt,* S. Coſmam *noſtrum non diu poſt annum* 1146 *à Siciliæ rege Rogerio in ſubactam Africæ partem epiſcopum miſſum eſſe, indéque anno* 1160 *in Siciliam reverſum, Panormi obiiſſe: niſi quis contendere velit, in laudato epitaphio tempus tranſlati in tumbam ſacri corporis, non obitûs deſignari. At præterquam quòd id gratis aſſereretur, Mongitorius veteris cujuſdam inſtrumenti meminit, in quo eum Panormum ex Africa reverſum dici aſſeverat. Juverit ipſa Mongitorii verba ex Italico Latinè hìc ſubtexuiſſe.*

C

ubi etiam ejus ſacra ſupellex ſervata fuit:

7 Tum *(amiſſâ Africâ)* ſanctus archiepiſcopus Coſmas unà cum omnibus urbis Africæ Chriſtianis incolis Panormum reverſus eſt. Quamquam autem id ab auctoribus expreſsè non tradatur, clarè tamen colligitur ex quadam charta archivii capituli S. Petri in regali palatio Panormitano, in qua legitur, eccleſiaſticam Sanctì ſupellectilem, poſt ejuſdem mortem, quæ in annum MCLX incidit, ſequeſtro depoſitam & poſt LXV annos ab obitu, anno MCCXXV donatam fuiſſe prædicto ſacello regali; in ea autem donatione expreſsè dicitur eſſe ſupellex civitatis Africæ, allata ab archiepiſcopo Coſma, dum ab infidelibus pulſus, Panormum advenit. Idem nobis confirmatur à D. Roccho Pirro, qui cùm dicti regalis ſacelli canonicus eſſet, chartam illam in manibus habuit, ſcripſitque de Nicolao Cantore anno MCCXXV: " Huic Nico-„ lao fuêre aſſignata omnia bona eccleſiæ ca-„ thedralis & S. Nicolai Africæ, cùm archiepi-„ ſcopus Africæ Coſmas, unà cum bonis ſuæ „ eccleſiæ Panormum venit, ut à Saracenorum „ tyrannide aufugeret. Ex Tabulis eccleſiæ ſan-„ cti Petri „. Et verò illorum bonorum elenchus in pergameno ſervatur in eodem archivo, ex quo liquet, ea ſplendida pretioſaque fuiſſe. AUCTORE C. S.

Rocchi Pirri error correctus.

8 *Hactenus Mongitorius: verùm illa Rocchi Pirri verba ſanctum Antiſtitem noſtrum ad ſeculum* XIII, *quo prædictus Nicolaus floruit, perperam pertrahunt: quare exiſtimo, cum ſcribere intendiſſe, Nicolao circa annum* 1225 *aſſignatam fuiſſe ſupellectilem, quam* S. Coſmas *Panormum olim appulſus, ex Africa advexerat. Vellem tamen, ut Mongitorius utrumque inſtrumentum, quod laudat, produxiſſet, ut diſpicere licuiſſet, utrùm Sanctus ab urbe Africa potiùs, quàm ab Africana ditione, quæ Siculis parebat,* archiepiſcopus Africanus *dicatur. Porrò ex adductis rationibus parùm veriſimilis fit ea opinio, quam apud Caietanum, num.* 2 *relatum, quidam ex fama tradunt; videlicet Sanctum noſtrum cùm divinam Hoſtiam in Africa immolaret, ab ethnicis interfectum fuiſſe; præſertim cùm de martyrio vetus ſepulcri inſcriptio alìum ſileat, nec ullum aliud inſtrumentum laudetur, quod de eo meminerit.* E

Rationes, ob quas patriâ Panormitanus,

9 *Haud ita certa ſunt, quæ de* S. Coſmæ *patria à nonnullis traduntur. Panormitanum fuiſſe cenſent varii à Mongitorio citati; & ipſe quoque, etſi fateatur, id ſibi certò non conſtare, colligi tamen putat ex quibuſdam conjecturis, quas ex eodem ſubnectimus.* Cùm, *inquit,* Africæ archiepiſcopus electus fuerit à rege Rogerio, qui Panormi regiam habebat, cúmque poſt occupatam ab infidelibus Africam Panormum redierit, Panormique vitâ functus ſit, nec alibi quàm in urbe Panormitana ullum ipſius cultûs veſtigium occurrat, indicia ſunt, quæ ipſius in hac urbe nativitatem faciunt veriſimilem. Quare ob hæc forſitan aliave momenta inducti ſunt Franciſcus Baronius de Majeſtate lib. III, cap. VIII, Auguſtinus Inveges in Apparatu Panormi ſacræ, D. Vincentius Auria in Crucifixo, & P. Joannes Amatus de Principe templo, ut eum Panormitanum dicerent. Inſuper quædam illius imago paulò minùs ab uno retrò ſeculo picta in eccleſia paroeciali S. Nicolai la Kalſa diſertè oſtendit illum fuiſſe Panormitanum. In hujus eccleſiæ media porticu & angulis, qui inter arcus intercedunt, Panormitani Sancti depicti viſuntur, & in eo quidem, qui ſecundum inter tertiumque arcum medius eſt, S. Coſmas in habitu pontificali depictus cernitur, dextera pedum paſtorale tenens, cum hac ſubſcriptione: S. COSMAS PAN. Quam ob rem credamus neceſſe eſt, eum militiæ eccleſiaſticæ adſcriptum, iis virtutibus ornatum viziſſe, quæ eum in eccleſiaſtico ſtatu cunctis venerabilem reddiderint & Rogerii regis, qui tum in Sicilia dominabatur, gratiam ipſi conciliârint. F

credatur, ſanctum Antiſtitem Panormitanis addere conantur, quæque breviter examinanda ſunt. Et primum

10 *Hæc ſunt Mongitorii argumenta, quibus*

AUCTORE C. S.

mum quidem ex argumentis mihi omnino debile apparet : etenim licèt pro certo haberemus , quod admodum probabile diximus , S. Cosmam *à Rogerio rege , Panormi regiam tenente , subjugatæ Africanæ ditioni episcopum datum fuisse ; non video , cur Panormi potiùs , quàm in alio Siciliæ oppido vel vico natus dicendus sit ; cùm sancti Viri fama , ex quolibet regni Siculi loco fuisset oriundus , vel ubicumque in Sicilia degeret , Rogerium inducere potuerit , ut eum præ ceteris ad id muneris promoveret. Nec plus evincunt reliqua , quæ de Sancti in urbem Panormitanam ex Africa adventu , obituque ac cultu ibidem , nec alibi , antiquitus vigente subjecit. Nam quis neget , potuisse Sanctum multis aliis de causis , captâ à Saracenis ipsius sede episcopali , vel à rege Willelmo , Rogerii filio , Panormum accersi , vel eò sponte contendere , ibidemque paulò pòst mori , quamvis in ea urbe minime natus fuisset ?*

exponuntur.

B

11 *Quòd autem sola Panormus eumdem antiquitus coluisse legatur , fieri id potuit ob mortem ibidem obitam , corporisque sepulturam ; quemadmodum centenis in locis varii Sancti ob delatas eò reliquias honorantur. Pictura denique, de qua meminit Mongitorius , docet quidem , quæ fuerit seculo* XVII *quorumdam Panormitanorum de Sancti patria opinio ; sed eam non probat , cùm ipsius vetustas idonea non sit ad persuadendum. Quare cùm alia in alterutram partem argumenta non suppetant* , S. Cosmæ *patriam in dubio relinquo , paratus eum Panormitanum dicere , ubi eruditi certiora pro hac opinione momenta produxerint. Ceterùm dolendum hujus sancti Præsulis gesta usque adeo obliterata esse, ut præter ea , quæ ex probabilibus conjecturis hucusque deduximus , de iis nihil habeamus.*

§ II. Antiqua Sancti apud Panormitanos veneratio : veteres sepulcri inscriptiones , & corporis translationes : cultus penè intermissus : inspectio reliquiarum non sine prodigio.

C

Sancti antiquus Panormi cultus

DE antiqua S. Cosmæ *apud Panormitanos veneratione hæc scribit P. Octavius Caietanus in Vitis Sanctorum Siciliæ tom.* 2 , *pag.* 144 *& sequenti :* Sanè demortuo Cosmæ divinos honores olim tributos , satis constat. Nam corpus ejus sub altare conditum , quem virorum sanctorum honorem exstitisse scimus , superioribus temporibus in veneratione fuit. A fronte altaris crates è ferro , ad quas pendens lampas ardebat : illic fundebantur à fidelibus preces , & oscula cratibus , ubi oraverant , piè dabantur , per quas mira cum fide pulvis è sepulchro sumebatur ab ægrotis , qui morbosis frigoribus corripiebantur. At vetus ara , sub quam Cosmæ episcopi corpus antea condebatur , uni columnarum innixa stetit in ecclesiæ gremio : crediderim eò translatum VI Idus Octobris , Christi anno MCCCLXIX , seu ex Africa, si Cosmas illic ferro exstinctus , seu ex loco , si miti obitu Panormi excessit , in quo primùm humaverant , cùm miraculis inclarescceret.

13 *Deinde subjicit geminam inscriptionem , quam infrà exhibebimus , ac mox prosequitur.* Ex hoc altari rursus B. Cosmæ corpus in sacellum , cui nomen sancta Maria , translatum à Cæsare Marullo , archiepiscopo Panormitano , qui ædis elegantiæ studiosus altaria ad columnas demoliri jussit , sacellaque à læva ecclesiæ ædificanda curavit. *In animadversionibus quoque pag.* 58 *sic ait :* Exstant antiquæ sanctitatis & B. Cosmæ cultûs excepti testes jurati à notario Antonino Camalio , auctoritate jussuque Didaci Aëdi archiepiscopi Panormitani , anno Domini MDXCVIII , VI Idus Octobris ; quod instante me factum. Vehementer enim angebar , penè extinctam Viri clarissimi memoriam , quam majores nostri insignibus officiis percoluissent : nam orare ad ejus sepulchrum , accendere faces ac lampades , exosculari saxum illud beatum , in quo condebatur , operari sacris , ac precibus invocare ejus nomen. Jam verò antiquis temporibus in ecclesia Panormitana Cosmæ episcopi festus dies peragebatur IV Idus Septembris , ad quem diem in antiquo Breviario Ms. ecclesiæ Panormitanæ , in præfixo Sanctorum Kalendario ita scriptum est : IN URBE PANORMO , COSMÆ EPISCOPI. Intermissus est festus in ea ecclesia dies , posteaquam Breviarium Romanum jussu Pii PP. V servari cœptum. *Hactenus Caietanus.*

D

probatur ex Octavio Caietano ,

E

14 *Hisce omnibus consonat Mongitorius in laudatis Monumentis , in quibus fol.* 19 *pro lectione Officii ac Missæ præter Breviarium Ms. , quod ex antiquiore anni* 1452 *, quodque Simeonis de Bononia fuerat , descriptum ait , citat Kalendarium quoddam Breviario in folio ecclesiæ Panormitanæ olim præfixum , litteris Gothicis exaratum à tribus circitèr , ut opinatur , seculis. Quamquam verò ob Bullam S. Pii V , quâ Romani Breviarii usus præceptus est* , S. Cosmæ *Officium recitari cessârit , ostendit tamen Mongitorius , ejusdem propterea cultum minimè abolitum fuisse. In hunc finem meminit de quodam beneficio simplici anno* 1526 *die* V *Aprilis per Jacobum la Liarda Panormitanum fundato , cum onere unius Missæ singulis hebdomadis celebrandæ* in altari (*verba fundatoris sunt*) S. Cosmi in majori Panormitana ecclesia : *atque hoc beneficium anno , quo scribebat ,* 1737 *sine interrupta beneficiatorum serie etiam perseverâsse ostendit. Præterea addit testimonium Vincentii Velardo canonici Panormitani , qui anno* 1599 *interposito jurejurando testatus est* , sacerdotem Leonardum la Liarda in dicto altari Missam ad honorem dicti B. Cosmæ celebrâsse , *seu celebrare soluisse.*

& Antonino Mongitorio.

F

15 *Ut cetera , quæ ad Sancti cultum spectant, ordinatiùs exsequamur , ab ejusdem sepultura ordiendum est. Sæpe laudatus Mongitorius marmoream tabulam seu lapidem sepulcralem , quæ etiamnum Panormi in principe templo servatur, æri incisam exhibet. Hujus medium occupat duplex inscriptio. Hinc & inde verò SS. Petri & Pauli & utrique adstantis angeli effigies eidem saxo insculptæ sunt. Ego solas epigraphas ex Mongitorii typo , nonnihil tamen contracto , à chalcographo nostro calandas commentarioque inserendas curavi. In priori inscriptione emortuale tempus notari putamus ; nam licèt id non exprimatur , omninò tamen verisimile est ex iis , quæ præcedenti § disseruimus : altera translationis annum exhibet. Ex Indictione , quæ* nona *adscribitur , collige Constantinopolitanam , quæ à* 1 *Septembris incipiebat , quamque in Italia*

Exhibetur duplex sepulcri

A *lia in uſu fuiſſe oſtendit Cangius in Gloſſario, ibidem tum etiam non inſolitam fuiſſe. Collige ſecundò, errorem obrepſiſſe Georgio Gualthero, vel certè ejus editori, dum in Tabulis inſcriptionum Sicularum apud Joannem Graevium Theſauri antiquitatum Siciliæ vol. 7, col. 1215 hoc epitaphium referens, pro anno* MCLX *ſcripſit* MCIX, *litterâ* L *in* I *commutatâ.*

inſcriptio: Pirri de hoc epitaphio

16 *Hiſce obſervatis, ipſam ſepulcralem tabulam, prout ea apud laudatum Mongitorium exſtat, & à chalcographo noſtro inciſa eſt, exhibeo, prætermiſſis tamen, ut monui, quæ ad ornatum utrimque adſunt, Sanctorum ſtatuis.*



In quo templo primùm humatum fuerit ſancti Antiſtitis corpus, ignorari ait Mongitorius; putat tamen, illud altero poſt obitum menſe, miraculis clarum ab Hugone archiepiſcopo Panor-
C *mitano in cathedralem eccleſiam illatum fuiſſe, tumque inciſum ſepulcrali marmori epitaphium:* In hac tumba *&c. Pro hac ſententia laudat Rocchum Pirrum, qui in Sicilia ſacra Notitiâ* I, *lib.* I, *Theſauri mox citati vol.* 2, *col.* 76 § 9 *hæc ſcripſit:* Eâdem quoque religione Hugo beati Coſmæ Africani archipræſulis cadaver ſacrum (quem tamen Conum, eumque Panormitanum archiepiſcopum putabat Adria) honorificè in cathedrali templo condidit x Octobris, poſt menſem ab illius obitu.

ſententia: corpus

17 *Unde hæc Rocchus Pirrus didicerit ignoro: at multùm vereor, ne tranſlationem, quam ſecunda inſcriptio die quidem* x *Octobris, ſed anni* 1369, *id eſt ducentis & novem poſt Sancti mortem annis, factam docet, ad annum* 1160, *primumque ab obitu menſem ex errore retulerit. Hanc ſuſpicionem movet mihi ipſe Rocchus, eò quòd poſteriorem tranſlationem ignorâſſe videatur, tum quia de ea nuſquam meminit, tum quòd priorem dumtaxat inſcriptionem ex Georgio Gualthero, correcto tamen, qui in annum irrepſerat, errore, recenſeat; de altera altùm ſileat. Itaque cùm ipſi de tranſlatione die* x *Octobris facta aliunde conſtaret, perſuaſiſſe ſibi potuit, eam eodem, quo* Coſmas *obierat, anno contigiſſe. Porrò ſi ſacrum iſtud pignus in eccleſia cathedrali re vera primùm humatum, vel uno poſt menſe eò tranſlatum fuerit, credibile eſt, illud anno* 1185, *quo prædicta eccleſia, teſte Mongitorio, ſolo æquata eſt, ut nova conderetur, in alio ſeu templo ſeu ſacello decenter depoſitum fuiſſe.* AUCTORE C. S.

anno 1369 *ſub quadam ara depoſitum eſt:*

18 *Utut eſt, conſtat ex ſecunda inſcriptione, quam ſuprà exhibuimus, ſancti Antiſtitis corpus anno* 1369 *die* x *Octobris ſub quadam ara in metropolitana eccleſia honorificè conditum & à fidelibus piè cultum fuiſſe, ſive eò ex altero templo, ſive ex alio ejuſdem eccleſiæ loco tum fuerit tranſlatum. Exſtant apud Mongitorium pag.* 23 *quatuor oculatorum teſtium de hac ara relationes, quas die* XVI *Novembris anni* 1599, *ut ipſe habet, vel* x *Octobris anni* 1598, *prout vult Caietanus in Animadverſionibus, archiepiſcopus Didacus Aëdus per Antoninum Camalium notarium, inſtante Caietano, excipi juſſit, quæque in archiepiſcopali archivo aſſervantur. Ex hiſce unam ad prædictorum fidem faciendam, Mongitorii verbis, ſed ex Italico Latinis ſubjungo.* Dominus Blaſius la Rocca noſtræ eccleſiæ beneficiatus, annorum LXXIV, teſtabatur, quòd à ſexaginta retrò annis, quo tempore à clericatu ſervivit eccleſiæ, inter cetera altaria viderit altare S. Coſmæ, innixum columnis, quódque ſub eo fuerint crates, retro quas collocatum erat Sancti corpus, antè verò lampas ardebat; quòdque coleretur adorareturque à fidelibus, qui crates oſculabantur, honorando illum ut Sanctum; quódque deinde tranſlatum fuerit in facellum Sanguinis Chriſti, poſitumque ſub altari ejuſdem ſacelli cum quodam marmore inſcripto. *Similia teſtati ſunt Petrus Viſconte commiſſarius curiæ archiepiſcopalis, Andreas Fontana, archiepiſcopalis curiæ delegatus, Andreas Fontana beneficiatus & Vincentius Velardo ejuſdem eccleſiæ canonicus.* E

unde anno 1580 *ad aliud altare delatum eſt,*

19 *Altera tranſlatio, cujus Blaſius la Rocca mox meminit, contigit anno* 1580, *quo ſimul cum ſacro pignore ea ara ſubmota eſt; qua de re ſic ſcribit Caietanus:* Ex hoc altari rurſum B. Coſmæ corpus in facellum, cui nomen Sancta Maria, tranſlatum à Cæſare Marullo, archiepiſcopo Panormitano, qui ædis elegantiæ ſtudioſus altaria ad columnas demoliri juſſit, ſacellaque à læva eccleſiæ ædificanda curavit. *Eadem habet Mongitorius, qui & locum, in quo tum depoſitum eſt, explicat his verbis:* Reliquiæ ipſius tranſlatæ fuerunt ſub altare ſacelli tum Chriſti ſanguini, deinde ſanctiſſimæ Virgini dicati, ex adverſo ſacelli S. Roſaliæ in ſiniſtro eccleſiæ latere. *In eadem ara uſque ad annum* 1736 *aſſervatæ ſunt, ut ex dicendis patebit. Quare oportet, rurſum hallucinatum fuiſſe Rocchum Pirrum, ſeculi* XVII *ſcriptorem, dum loco ſuprà citato addit:* Cineres illius in æternitatis ſpe ſub altari hodie divæ Roſaliæ Panormitanæ virgini ſacro deliteſcunt: *niſi forte eadem ara etiam S. Roſaliæ olim fuerit conſecrata.* F

cultuſque però exſtinctus:

20 *Quis fuerit ſacri corporis ſub eo altari ſitus, tumbaque compoſitio, aptiùs infrà dicemus, ubi de ejuſdem ſolemni elevatione agemus: ſuffecerit hîc lectorem monuiſſe, totam tumbam velo altaris tectam, & priſtinas crates, per quas, ut vidimus, Sancti reliquiæ honorabantur, ab ea remotas fuiſſe; atque hinc factum puto, ut priſtina illa fidelium veneratio paulatim intepuerit, imò ferè penitus fuerit exſtincta. Quæ*

AUCTORE C. S. *de re meritò conqueritur Caietanus num.* 13 *relatus ; qui propterea apud illuſtriſſimum Didacum Aedum archiepiſcopum inſtitit , ut juraticonſtes , de quibus num.* 18 *meminimus , exciperentur , ne ſancti Præſulis memoria penitus obliteraretur.*

corpus defoſſum ſuavi odore fragrat.

21 *Eodem auctore factum crediderim , quod in Animadverſionibus de corporis inſpectione ſcribit his verbis :* In quo ſacello (*Beatiſſimæ Virginis Mariæ*) ante paucos annos B. Coſmæ corpus , juſſu illuſtriſſimi & reverendiſſimi domini D. Joannettini Doriæ , Cardinalis archiepiſcopi Panormitani , me præſente , defoſſum eſt. Viſa & contrectata à me ſanctiſſimi epiſcopi Coſmæ oſſa , candida quidem illa & ordinariis paulò majora , quæ ſtatim atque detecta ſunt , ſuaviſſimum odorem , ſanctitatis teſtimonium , exhalare ac replere ſacellum , omnium cum admiratione & voluptate maxima cœpêre. *Quo anno hoc contigerit , non exprimit Caietanus ; at Mongitorius pag.* 14 *obſervat , id inter annum* 1609 , *quo Joannettinus Doria ad archiepiſcopatum evectus eſt , annumque* 1620, *quo Caietanus obiit , fieri debuiſſe.*

B

§ III. Corpus ſolemniter exhumatur : ſepulcri ſitus & compoſitio : ſacrorum oſſium recenſio.

Illuſtriſſimus D. Joſephus Stella ,

Jacuerant annis circitèr 156 *ſub prædicta beatiſſimæ Virginis ara ſacræ Antiſtitis exuviæ , cùm tandem anno* 1736 *magno cum ſplendore ac pompa elevatæ ſunt , cultuſque penè exſtinctus , ſolemniter & cum fœnore reſuſcitatus eſt. Elevationem hanc Antoninus Mongitorius rei geſtæ oculatus teſtis , Opuſculo ſæpe laudato expoſuit , additis inſtrumentis authenticis , quibus ſua dicta confirmaret. Elevando corpori occaſionem dedit* S. Coſmæ *Officium , quod anno poſtero , videlicet* 1737 , *Panormitano Breviario inſerendum erat ſecundum indultum Gregorii XIII , qui Bullâ Romæ datâ die* XXX *Decembris anni* 1573 *Hiſpaniarum eccleſiis , quæque illi regno ſuberant , recitationem Officii de Sanctis ſuis conceſſerat. Hinc illuſtriſſimo ac reverendiſſimo domino Joſepho Stella , eccleſiæ cathedralis archidiacono ac tum temporis , ſede vacante , vicario generali , totique capitulo ingens injectum eſt deſiderium* S. Coſmæ *reliquias luſtrandi , eaſque è latebris eductas priſtinæ venerationi reſtituendi.*

C

ſupplicante Capitulo Panormitano ,

23 *Id itaque die* XXVII *Novembris ejuſdem anni* 1736 *aggreſſus eſt , & ad finem perduxit , quemadmodum liquet ex inſtrumentis à Mongitorio editis , quorum aliqua , ex quibus rei geſtæ modum lector ſimul intelliget , ſubjungo.* Die vigeſimo ſeptimo Novembris , XV Ind. MDCCXXXVI. Ex quo veniens ad notitiam reverendiſſimi Capituli ſanctæ metropolitanæ eccleſiæ , hujus Siciliæ regni primariæ , quòd in venerabili altare ſub titulo Immaculatæ Conceptionis , intus dictam metropolitanam eccleſiam & ſubtus planitiem dicti altaris , reperiebatur ſacrum corpus ſancti Coſmæ Panormitani , archiepiſcopi Africani ; ſupplicavit illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino , S. T. D. archidiacono D. Joſepho Stella V. G. C. S. V. , pro deshumatione dicti ſacri corporis à dicto loco , ad effectum , * meliorem adorationem & fidelium * *adde* ut venerationem haberet. D

ſepulcrum ſolemniter aperiri

24 Ideo præfatus reverendus dominus de Stella vicarius generalis capitularis , conferens ſe ſuper loco in dicta venerabili cappella Immaculatæ Conceptionis , unà cum Sp. & adm. RR. canonico S. T. D. D. Laurentio Migliaccio advocato fiſcali ejus tribunalis , canonico D. Mariano Maurigi cancellario , canonico D. Antonino Mongitore , canonico D. Xaverio Amico , canonico D. Franciſco Ricordo , canonico D. Franciſco Teſta , canonico theologali S. T. doct. D. Ignatio Spia , & canonico penitenziario doct. D. Jacobo Longo , ac rev. primo terminatore & cæremoniarum magiſtro D. Carolo Gandolfo , beneficiato D. Giſmundo Ruſſo Submaragmerio , Magn. D. Franciſco Santanna proc. fiſcali , & me infraſcripto D. Joſeph Xiacca promagiſtro notario dicti tribunalis , ordinavit magiſtris fabris murariis illic exiſtentibus , quòd tollatur primus lapis marmoreus in fundo interiori dicti altaris , ubi erat tumba. E

jubet , oſſaque

25 Et dictus lapis marmoreus & bene & diligenter obſervatus à prædictis rev. canonicis , aliiſque perſonis eccleſiaſticis aſſiſtentibus , inventus fuit modo infraſcripto ; videlicet ; à dextris celatus divus Paulus Apoſtolus , tenens dexterâ pallium ante pectus , & lævâ gladium : à ſiniſtris divus Petrus Apoſtolus , dexterâ benedicens , lævâ tenens claves ; & cum infraſcripta inſcriptione in medio lapidis inciſa , tenoris ſequentis : IN HAC TUMBA JACET COSMAS VENERABILIS ARCHIEPISCOPUS AFRICANUS ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCLX , INDICTIONE NONA , MENSE SEPTEMBRIS DIE X. Et infrà : IN HOC ALTARI TRANSLATUM EST PRÆSCRIPTUM CORPUS ANNO DOMINI MCCCLXIX INDICTIONE VIII , X OCTOBRIS , DIE MERCURII. Subtus reperti fuêre bini lapides petræ , ut dicitur , di S. Maria di Geſu , quibus ſublatis , inventum fuit , ut vulgò dicitur , Un interciſato di mattoni , pietra & calcina (*id eſt concameratio è lateribus , petra & calce*) , ad formam tumbæ bene compoſitæ. Quo ſublato , illicò apparuit ipſa tumba prædicta , in qua jacebat totum corpus diſſolutum. F

à medicis recognita , ad eccleſiæ theſaurum deferri :

26 Et fuit ordinatum à prædicto reverendiſſimo de Stella V. G. C. , quòd oſſa prædicti corporis & alia in dicta tumba inventa elevarentur à dicta tumba , & exhibeantur coram dicto reverendiſſimo domino de Stella V. G. C., & prædictis rev. canonicis aliiſque perſonis eccleſiaſticis & officialibus dicti tribunalis ; à quibus facta diligenti recognitione , cum aſſiſtentia rev. ſacerdotis Ar. & med. doctoris D. Hieronymi Battaglia & doctoris chir. D. Joachim Pariſi , fuit diſtinctum de membro in membrum : & recognoverunt eſſe totum integrum corpus : nec non reperta fuêre nonnulla fragmenta tabulæ & clavorum , denotantia , priùs fuiſſe corpus prædictum clauſum in arca lignea ; nec non & fragmenta baculi eburnei elaborati. Denique oſſa prædicta poſita fuêre in tribus capſulis ligneis cum goſſipio , quibus ligatis cordulâ rubrâ , & ſigillis reverendiſſimi capituli & maragmatis ſignata , fuit ordinatum , quòd transferantur in theſauro majoris Panormitanæ eccleſiæ ; ut illicò factum eſt. Unde ad futuram rei memo-

A memoriam de ordine ipſius reverendiſſimi de Stella factus eſt præſens actus.

D. Joſeph Xiacca Pro-mag. notarius.

hujus ſepulcri ſitus

27 *In relationibus magiſtrorum Petri Battaglia & Franciſci Benſo, fabrorum murariorum, nec non magiſtrorum Antonini & Balthaſſaris Lupo, fabrorum lignariorum, qui exhumationi adſtiterunt, ipſe corporis locus & ſitus clariùs exprimitur, ideoque lectori non ingratum fore autumo, ſi quædam ex iis huc transferam. Inter reliqua igitur Italicè hæc habentur:* Levatum fuit pallium altaris Immaculatæ Conceptionis B. Mariæ, exiſtentis in ſiniſtro latere dictæ metropolitanæ eccleſiæ, quo ſublato viſebatur tabula marmorea alba, ab antiquiſſimo tempore cælata figuris & inſcriptionibus. Quæ tabula juſſu dictæ majoris curiæ archiepiſcopalis & coram RR. ſacerdotibus DD. Carolo Gandolfo terminatore & DD. Sigiſmundo Roſſo, aliiſque perſonis, à relatoribus refixa & loco ſuo amota eſt; ſub ipſa verò inventum, eſt opus cæmentarium, quo per eoſdem diruto, apparuit quoddam ſpatium quatuor palmis latum, quod cornu Euangelii dicti altaris reſpondebat. *Subduntur inventa in eo loco Sancti reliquiæ, quas ex medicorum recenſione infrà enumerabimus, interim reliqua inſtrumenti accipe.*

B

& compoſitio exponitur:

28 Cùm deinde prædictum ſpatium luſtrâſſent prædicti teſtatores, deprehenderunt, prædictum ſpatium diſtincto ſolo ex rudibus ſilicibus terraque compacto terminari: ita ut uno conſenſu omnes judicarent, prædictum ſpatium non poſſe longiùs excurrere. Similiter ſecundum artis præcepta diligenter inquirentes, experti ſunt, prædicti ſpatii ſolum pavimento dicti ſacelli incumbere, ejuſdemque ſupremam oram ſub linea ſcabelli altaris compleri. Unde colligebant, loculum, in quo aſſervata fuerant oſſa, in eo vacuo, velut in loco ſingulari & à qualibet alia ſepultura diverſo, collocatum fuiſſe. *Hucuſque ex laudato inſtrumento, cui ſubjungo & aliud, in quo ſancti Præſulis reliquiæ à medicis recognitæ Latinè enumerantur.*

ſacrá oſſa in eo reperta,

29 Ego infraſcriptus ſacerdos S. T. & A. M. D. D. Hieronymus Battaglia, medicus phyſicus ordinarius reverendiſſimi capituli, & reverendi cleri Panormitanæ metropolitanæ eccleſiæ & hoſpitalis magni & novi hujus felicis & fideliſſimæ urbis Panormi; nec non ego infraſcriptus A. M. D. D. Joachim Pariſi, juratam fidem facimus & teſtamur omnibus & ſingulis has literas inſpecturis, qualiter vocati ab illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino, D. Joſeph Stella, vicario generali capitulari, ſede vacante, pro tribunali ſedente, ad reviſenda & recognoſcenda oſſa, ſervata ſub altare Deiparæ Immaculatæ, in una ex cappellis cathedralis eccleſiæ, in urna lignea, cujus in anteriori marmoreo lapide ſepulcrali hæc extat inſcriptio: (IN HAC TUMBA JACET COSMAS VENERABILIS ARCHIEPISCOPUS AFRICANUS &c.), accuratiſſimo inito examine oſſium ſingulatim, infraſcripta invenimus oſſa corporis, cujus molis textum & qualitas paulò major ordinario viſa eſt.

C

ex medicorum teſtimonio & recenſione

30 Oſſium autem numerus, indoles & nomenclatura, juxta trinam humani corporis regionem diſtinctâ methodo ab auctoribus deſcriptam, hìc deſcribitur, videlicet:

Oſſa capitis.

Cranium & mandibulæ duæ in duas partes diviſæ.

In utraque mandibula molares dentes quatuor, canini duo, inciſorius unus. AUCTORE C. S.

Os frontis in duas partes notabiles diviſum.

Oſſa ſupercilii duo, duo item inſuli.

Oſſa thoracis.

Coſtæ in partes notabiles diviſæ numero quadraginta quinque; aliæ verò in fruſta diviſæ, quarum tamen una pars mediocris molis, calci, clavo & baculi paſtoralis eburnei portioni commixta apparet.

Ex claviculis integra una & quidem ſiniſtra, dextera verò in plures partes diviſa.

Ex ſpatulis integra una, altera in portiones diviſa.

Humerus dexter integer; ſiniſter verò in duas partes diviſus.

Utriuſque brachii officina, major & minor, in ſex partes diviſa.

Digitorum oſſa integra decem & octo; tres partes verò & reliqua in fragmenta & in pulverem redacta.

Ex oſſibus dorſi vertebræ integræ undecim; reliquæ diſruptæ & in fragmenta diviſæ.

Os ſacrum integrum.

E

Oſſa reliquorum artuum.

enumerantur.

31 Iſchion os dexterum integrum, ſiniſtrum verò in ſeptem partes diviſum.

Os fœmoris dexterum quaſi integrum, ſiniſtrum verò in duas partes æquales diviſum.

Rotula in novem partes diviſa.

Ex tybiis una integra, & phyſtula quaſi integra, altera tybia medietate major, & alia phyſtula in tres partes diviſa.

Articuli pedum duodecim integri, reliqui verò in plura fragmenta diviſi.

Alia oſſa in majora & minora innumerabilia quidem fragmenta diviſa, & alia in pulverem redacta: omnia tamen hucuſque deſcripta, oſſa albicantia viſa ſunt.

Præter oſſa, baculus paſtoralis eburneus ſculptus, in innumeras penè portiones diviſus adinventus eſt.

In quorum omnium teſtimonium has literas manu noſtrâ ſubſcriptas & proprio ſigillo munitas dedimus. Panormi die XXVII Novembris, Indict. XV, anno MDCCXXXVI.

✠ Sac. S. T. & A. M. D. D. Hieronymus Battaglia confirmo, ut ſuprà. F

✠ A. M. doctor, D. Joachim Pariſi confirmo, ut ſuprà.

Locus ✠ Sigilli.

Atque hæc quidem die XXVII Novembris anni 1736 acta fuêre, quando & ſacra illa lypſana, tribus thecis ligneis incluſa, in theſauro eccleſiæ pauliſper depoſita ſunt, donec cum publica veneratione ſolemniter elevarentur, ut ſequenti § oſtendemus.

§ IV. Sancto ejuſque reliquiis priſtina veneratio ſolemniter decreta, delataque: beneficia quædam ejus patrocinio impetrata.

In ampliſſimo conceſſu

RECognitis, *ut ſuprà vidimus*, S. Coſmæ reliquiis, ſtatuit laudatus illuſtriſſimus Stella,

AUCTORE C. S.

la priſtinum Sancti cultum reſuſcitare, ejuſdemque ſacra lipſana fidelium venerationi reddere. In hunc finem pios ac eruditos tum è clero, tum ex religioſis Ordinibus viros, uti & duos medicos, qui ſacra oſſa recenſuerant, ad palatium archiepiſcopale convocavit. Hi omnes numero ſeptem & ſexaginta, quorum nomina recitat Mongitorius, in maximam palatii aulam ſtatuto die convenerunt. Dies is erat XII *Decembris ejuſdem anni, teſte Mongitorio: ſed in litteris illuſtriſſimi Stellæ à num.* 35 *recitandis, dici videtur, hæc poſtridie exhumationis, id eſt, die* XXVIII *Novembris contigiſſe. Omnino tamen ſtandum eſt dictis Mongitorii; quippe qui pag.* 17 *diſertè aſſerit*, paucorum dierum anguſtiis, *qui inter reliquiarum exhumationem approbationemque, de qua agimus, interceſſerant, à ſe collecta fuiſſe, quæ pro iiſdem approbandis die* XII *Decembris in eo conſeſſu recitavit. Adde, quòd laudatæ illuſtriſſimi litteræ ſignatæ ſint die* XIII *Decembris, poſtridie ſcilicet quàm in eodem conſeſſu publicus reliquiarum cultus fuerat decretus: ex quo fortè capite is error in Stellæ litteras irrepſit: pridiè enim quàm ſupplici*

B

agmine ad theſaurum denuò reportarentur ſacra lipſana, rurſum recognita fuêre, ut videbimus.

reliquiæ approbantur,

33 *Conveniendi locus erat ampliſſima palatii aula, ſplendidè exornata, in eaque erectum erat altare magnifico ornatu multiſque cereis conſpicuum, juxta quod* S. Coſmæ *reliquias in quadam menſa collocârant. Omnibus ad ſua ſubſellia deductis, reverendus dominus Laurentius Migliaccio, canonicus, ſacræ Theologiæ doctor & advocatus fiſcalis, illuſtriſſimi mentem expoſuit, atque ex antiquo* Coſmæ *cultu contendit, eum pro Sancto canonizato habendum eſſe, atque adeò publicè colendum, ejuſdemque reliquias venerationi fidelium meritò exponendas eſſe. Adjecit, nihil hìc novi introduci, ſed vetuſtum approbatumque cultum ſolummodò renovari; quem illuſtriſſimus Stella idcirco coram ipſis publicè reſtaurare decreverat, ut illi populum hac de re edocerent. Poſt hæc reverendus dominus Antoninus Mongitorius dicere juſſus, ea quæ de Sancti geſtis, antiquoque nec umquam penitus intermiſſo ipſius cultu collegerat, recitavit; oſtenditque inſuper, oſſa illa, quæ ex S. Mariæ altari extraxerant, ipſas eſſe* S. Coſmæ *archiepiſcopi Africani ſacras exuvias & in veneratione habendas eſſe. Quæ omnia in laudato Opuſculo, quo utimur, in lucem dedit.*

C

& priſtino cultui reſtituuntur;

34 *His peractis, unanimi omnium conſenſu & acclamatione, publica reliquiarum decreta eſt veneratio, eaque à medicis denuò recognitæ, ac iiſdem thecis duplici ſigillo conſignatis rurſum incluſæ ſunt, hymnoque* Te Deum *cum oratione* pro gratiarum actione *inter feſtivos campanarum minorumque tormentorum bellicorum applauſus, concio dimiſſa eſt. Poſtera verò die, quæ erat* XIII *Decembris, prædictæ reliquiæ cum ſupplice cleri agmine ad eccleſiam metropolitanam ejuſque ſacrum theſaurum relatæ ſunt, donec ampliores ſancto Archiepiſcopo honores pararentur. Porrò ad prædictorum omnium confirmationem ſubjicio decretum, quod laudatus vicarius generalis Joſephus Stella ea occaſione edidit, exſtatque apud Mongitorium.*

ut probatur

35 Chriſti nomine invocato. Nos S. T. D. D. Joſeph Stella &c. Cùm ea ſit humanæ conditionis infirmitas, ut etiam debitæ veneratio-

* *fortè* debita veneratio

nis * cultuſque ſacer erga Sanctos, qui de ſua ſecuri, de noſtra etiam vivunt ſalute ſolliciti, temporum injuriâ & irrepente ſenſim oblivione tepeſcant, atque inde penitus extinguantur; doluimus certè, ubi primùm à piis eruditiſque viris accepimus, in noſtra metropolitana eccleſia aſſervari ſacrum corpus B. Coſmæ, civis noſtri Panormitani & Africani archiepiſcopi, quem & probatorum hiſtoricorum fide & publicis monumentis, poſtquam redux ex Africa ob Saracenorum invaſionem, hìc Panormi in oſculo Domini diem clauſit extremum anno MCLX, nobis liquidò demonſtrârunt, in noſtra cathedrali eccleſia cum ſanctitatis honore tumulatum, ibi longo temporum curſu ab anno MCCCLXIX in altari, quod tunc temporis ad dexteram majoris eccleſiæ navim ſitum erat, accenſâ lampade, populi frequentiâ, divinis Officiis, quin & beneficii eccleſiaſtici in ejus honorem inſtitutione cultum, adeoque uti Sanctum votis omnium invocatum: donec anno MDLXXX, deſtructis ad eccleſiæ ornatum, quæ in dicta navi erant, altaribus, & in cappellas ejuſdem eccleſiæ tranſlatis, prædictum ſacrum corpus in cappella & ſub altari, quod noſtris temporibus ſub invocatione beatæ Virginis ſine labe originali conceptæ colitur, honorificè ad multum temporis jacuit.

D

E

ex decreto illuſt. Joſephi Stella

36 Nos interim, ubi hæc omnia diligenti conſideratione perpendimus, è re noſtra noſtrique muneris futurum exiſtimavimus, ſi ſacris beati Archipræſulis lypſanis priſtinæ fidelium venerationi reſtitutis honorem illum & cultum, qui Sanctis concivibus noſtris omni jure debetur, & dudum offuſis à principe tenebrarum negligentiæ nebulis fuerat intermiſſus, cum fœnore ſolveremus. Dei igitur numine implorato, ut ex ejus vultu noſtrum judicium proderet *, nos cum tota noſtra archiepiſcopali capitulari curia, adhibitis etiam nonnullis ejuſdem ſacræ metropolitanæ eccleſiæ canonicis, locum inviſimus, & fabrorum ope idem, quod per publica documenta indigitatum erat, altare reverenter deteximus, in quo primum marmoreus lapis, hinc & inde beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli imaginibus cælatus apparuit, in quo ſequentem inſcriptionem læti perlegimus: IN HAC TUMBA JACET COSMAS VENERABILIS ARCHIEPISCOPUS AFRICANUS, ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS MCLX INDICTIONE NONA, MENSE SEPTEMB., DIE X. IN HOC ALTARI TRANSLATUM EST PRÆSCRIPTUM CORPUS ANNO DOMINI MCCCLXIX, INDICT. VIII, X OCTOB. DIE MERCURII.

* *fortè* prodiret

F

hac ſuper re edito.

37 Sublato inde lapide, ſacras reliquias, albo colore, prout ab hiſtoricis deſcribuntur, & magnitudine humanum faſtigium paulùm ſuperante conſpicuas, eximiorum medicorum teſtimonio & juramento probatas, venerabundi adoravimus, eaſque ſimul cum fragmentis eburnei baculi paſtoralis in ligneis thecis goſſipio decenter, quoad potuit, involutas repoſuimus, noſtro capitularis curiæ & cathedralis eccleſiæ ſigillis munivimus, donec poſtridie adhibito plurimorum theologorum conſilio, in aula maxima archiepiſcopalis palatii, iterum & medicorum teſtimonio & aſtantium theologorum approbatione recognitas, audito inſuper archiepiſcopalis capitularis curiæ noſtræ fiſci patrono, coram eiſdem plurimiſque aliis memoratæ eccleſiæ canonicis & noſtræ urbis parochis, in plena curia & in forma pro tribunali ſedentes, eas eſſe veras & identicas S. Coſmæ Panormitani archiepiſcopi Africani reliquias pronunciavimus, eiſque

A que debitum cultum, Miſſam & Officium juxta morem priſtinum reſtituimus, tandemque eccleſiaſtico ritu cum hymnis & canticis, clero noſtro & capitulo præcedente, in metropolitanam eccleſiam retulimus, fidelium veneration, populo paſſim plaudente, reddidimus; ſicuti vigore præſentium ad perpetuam rei memoriam reddimus, atque iterum, quatenus opus eſt, prælaudatas ſacras reliquias veras & indubitatas eſſe ejuſdem beati Coſmæ, auctoritate ordinaria declaramus; quod in Dei Optimi Maximi gloriam, qui magnificatur in Sanctis ſuis, & in cæleſtis curiæ honorem ceſſurum, oppidò gratulamur. In cujus rei & noſtræ declarationis fidem, præſentes fieri juſſimus, noſtra ſubſcriptione munitas & ſigilli, quo utimur, impreſſione roboratas. Panormi in palatio archiepiſcopali die XII Decembris MDCCXXXVI.

Archid. D. Joſeph Stella V. G. C.

Locus ✠ Sigilli.

Sancti cultus Panormi & per ejus diœceſim promotus.

38 *Approbatis elevatiſque in hunc modum Sancti reliquiis, illuſtriſſimus Stella aliique ejuſdem cultum diligenter promovêre conati ſunt. Et primò quidem decretum eſt, ut ſanctus Antiſtes annuo Officio ac Miſſâ non Panormi modò, ſed & per totam illam diœceſim ad diem* x *Septembris coleretur. Fundatum quoque eſt à domina Roſalia Serria beneficium eccleſiaſticum ſimplex, ut vocant, ea lege, ut in ejuſdem feſta luce quotannis Miſſa celebraretur. Sed & ſacellum, in quo jacuerat, exornare aggreſſi, minora oſſium fragmenta, eorumque ac carnium & veſtium cineres, unà cum veteris loculi reliquiis in eodem altaris loco decenti in urna recondiderunt, præfixo denuò veteri lapide ſepulcrali, auro hinc inde condecorato. Utque fidelium deſiderio facerent ſatis, notabilem ſacri corporis portionem, alteri thecæ ligneæ affabrè elaboratæ auroque cooperta incluſam, in ejuſdem altaris medio collocârunt, quam ſubducto velo per crates ferreas argento oblitas, inſertamque thecæ cryſtallum, ſolemnioribus feſtis populo venerandam exhiberent. Sancti quoque imaginem habitu pontificali depictam publicæ veneration expoſuêre. Tenuit is labor uſque ad menſem Martium, cujus die* XXIX *anni* 1737 *triduana in eo ſacello ſolemnitas juſſu ejuſdem*

C *vicarii Joſephi Stella in* S. Coſmæ *honorem inchoata eſt: quæ omnia ſtudioſus lector apud laudatum Mongitorium prolixiùs enarrata reperiet.*

Quædam beneficia ejus ope impetrata.

39 *Subjungo denique aliquot ſeu miracula ſeu beneficia, quæ* S. Coſmæ *patrocinio id temporis divinitus collata Mongitorius cap. 6 Italicè refert, quæque in Latinum idioma converti.* Hâc, *itaque inquit*, occaſione inventionis & manifeſtationis reliquiarum ſancti archiepiſcopi Coſmæ, dignata eſt divina Bonitas illius ſanctitatem variis miraculis ac beneficiis, ejuſdem patrocinio conceſſis, approbare. Suffecerit mihi aliqua hîc retuliſſe, quæ debita cum diligentia examinata & à variis teſtibus interpoſito juramento aſſerta fuêre.

Puer ex variolis periclitans,

40 Antonium Ambroſii, Joannis & Antoniæ Ambroſii filium, ætatis duorum annorum & unius menſis, maligni morbilli corripuerant, diligenterque curatus jam convaluerat & pro ſano relictus à medico. At poſtridie, die V Decembris anni MDCCXXXVI, acri correptus eſt febri, quæ eum tam vehementer afflixit, ut clauſis oculis decumbens nec comederet nec vocem articulatè proferret; unde & intra triduum ad extrema vitæ ſupremumque penè anhelitum deductus eſt. Octava ejuſdem menſis die, cùm medicus, qui eum à morbillis convaluiſſe opinabatur (quippe quem ſe meliùs habentem reliquerat) illum inviſeret & contemplaretur, ejuſdem matri & circumſtantibus prædixit, fore ut nocte proxima certò moreretur. Venam tamen brachii ſecari mandavit; ex qua ſectione nullum æger ſolatium hauſit, niſi quòd oculos paululùm aperiret, febri interim ſummopere ingraveſcente. AUCTORE C. S.

poſt adnotatum ipſi goſſipium, quod Sancti oſſa attigerat,

41 Die XII ejuſdem menſis Pater Onufrius Panormitanus, lector & concionator Minorum obſervantium, ægri patruus (*vel* avunculus, *Italicè enim eſt* zio, *quæ vox utrumque ſignificat*) audiit ex P. F. Paulo Panormitano, ejuſdem Ordinis Religioſo, lectore jubilato, unoque è theologis, qui Sancti noſtri reliquiarum declarationi adfuerant, eas feliciter inventas atque pro S. Coſmæ reliquiis approbatas fuiſſe. Quapropter ab eodem Paulo parum goſſipii, quod repertas reliquias attigerat, ſibi impetravit, vivaque animatus fide ad infirmi nepotis ædes contendit, & pueruli matri aliiſque, qui aderant, reliquiarum inventionem enarravit. Deinde Sancti patrocinio confiſus tam ipſe quàm reliqui in genua provoluti, ſemel PATER, AVE & GLORIA PATRI recitârunt; ac mox conſurgens P. Onufrius infantis ægri frontem ſignavit, dicens: Dominus noſter Jeſus Chriſtus per interceſſionem & merita S. Coſmæ, epiſcopi & confeſſoris, liberet te ab hac infirmitate, Amen. E

convaleſcit:

42 Poſt hæc relicto in infirmi capite goſſipio, ad monaſterium ſuum regreſſus eſt. Elapſo horæ ſpatio, idem Religioſus patruus ægrum reviſens, matrem cum circumſtantibus jubilantem, puerum verò ridentem comedentemque, febrim leviſſimam reperit; deprehenditque ex infantis ore ejectum bolum quemdam viridem, minimè tamen fœtentem, magnitudinis nucis ordinariæ, ſed tam durum, ut ad eum conterendum ligno opus fuerit: ejuſque partes intimæ viridis pariter coloris repertæ fuerunt. Reverſus eodem die medicus, puerulum omni febre liberum, poſtridie verò apprimè ſanum invenit. Ita ad Sancti gloriam in quadam relatione cum juramento teſtatus eſt P. Onufrius, judicans prædictum eventum verè miraculoſum eſſe. F

alter ab oculi malo, alioque morbo,

43 Dominus Joſephus Triſchitti, filius D. Joannis & D. Roſaliæ Triſchitti, ex quodam oculi malo uſque adeo luſcus evaſerat, ut ante ſe poſita minimè diſcerneret, unumque præ alio apprehenderet. Variolis præterea ac febri correptus erat, & in veternum propendebat. Dominus doctor Joachimus Pariſi, unus è medicis, qui, ut diximus, S. Coſmæ noſtri reliquiarum examini interfuerunt, parum goſſipii, quod Sancti lipſana attigerat, pueri matri donavit; quod ipſa filii capiti oculiſque cum viva fide applicavit, & intra duarum horarum ſpatium puer evigilavit, omni liber tum oculorum infirmitate, tum veterni periculo. Quare prædictus dominus doctor Joachimus Pariſi mirabile factum authentica atteſtatione aſſeruit.

alter à dyſenteria liberatur.

44 Ignatius Salamanca dyſenteriâ ſanguineâ longo tempore conflictatus, cùm varia medicamenta inutiliter adhibuiſſet, audita S. Coſmæ reliquiarum inventione, ad cathedralem eccleſiam ſe contulit, ibidemque in ſacello, ubi fuerant abſconditæ, cum viva fide ſe Sancto commendavit, ac deſideratam ſanitatem ipſius patrocinio ſubitò recepit.

Maleficia a muliere

45 Onufria la Cava diu fuerat infirma, & licèt

AUCTORE C. S. licèt variis medicamentis pro reſtauranda valetudine uſa fuiſſet, morbus nihilominus ſine ullo ſolatio eodem in ſtatu pertinax perſeverabat. Applicatum ei fuit cum firma fiducia aliquid goſſipii, reliquiis S. Coſmæ attacti, & evidenti mox ſigno apparuit, eam à maligno ſpiritu vexatam fuiſſe: cujus rei fidem multi fecerunt, qui præſentes adfuerant.

& viro depulſa: 46 Simile quid accidit Paulino Montalto, habitanti in platea di Baidà, qui ſex continuis menſibus quartana febri vexatus fuerat. Is varia medicamenta fruſtra adhibuerat: at poſtquam parum goſſipii, quod Sancti oſſa contigerat, ipſi fuerat applicatum, eum obſeſſum fuiſſe mox patuit.

47 Quatuordecim menſium infantem corripuerat gutturis malum, quo maternum lac fugere prohibebatur, eaque de cauſa de ejus vita omnes deſperabant. Admotum eſt pueruli collo aliquantum goſſipii ſancti Coſmæ, moxque impedimentum evànuit, & puer omnimodè convaluit. Sacerdos D. Nicolaus lo Giudice, muris morſu in oculo dextero læſus, in evidenti periculo cæcitatis verſabatur: cúmque medici medicinam adhibere vererentur, tum quia pars læſa multùm intumuerat, tum quia valde periculoſa erat, commendârunt infirmum ſancto Archiepiſcopo, parúmque goſſipii, quod Sancti reliquias attigerat, læſo oculo veſperi applicârunt. Poſtera die meliùs ſe habuit, ac intra breve tempus omnino ſanatus eſt. *Plura de hoc ſancto Archiepiſcopo non reperi.*

D *gutturis & oculi mala curata.*

DE B. JOANNE SALERNITANO CONFESSORE

B ORDINIS PRÆDICATORUM E

FLORENTIÆ IN ETRURIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

J. S.

Beati cultus qualiſcumque probatus: corpus hac die tranſlatum: Vita ejus danda.

SEC. XIII. *Beati cultus qualiſcumque ex publica ſepulcri*

QUamquam non invenio B. Joannem Salernitanum, *ut paſſim à patria vocatur, umquam honoratum fuiſſe Officio eccleſiaſtico, nec memoria ipſius Martyrologiis eſt inſerta; cultus tamen publici ea ſe offerunt indicia, ut inter Beatos Operi noſtro inſerendum credamus. Primò enim Ughellus in Italia ſacra tom.* C *3 col.* 106 *editionis ſecundæ teſtatur, corpus ipſius in eccleſia S. Mariæ Novellæ Ordinis Prædicatorum* ſumma religione *jacêre* in marmoreo ſepulcro, *ibique ſpectari hanc inſcriptionem:* Beati Joannis Salernii hîc ſunt oſſa loçata, cujus caput cum multis Divorum reliquiis in ſacrario ſervatur. Hic autem à divo Dominico, Prædicatorum familiæ principe atque auctore, cum duodecim ſociis in hanc urbem miſſus, auguſtum hoc templum & cœnobium publicè ædificatum primus coluit atque inſtruxit, & gregem antiſtes rexit, & vitâ, moribus, præceptis, veràque doctrinâ, & poſtremò miraculis fulſit, & Chriſtianam pietatem decoravit.

& reliquiarum veneratione, 2 *Franciſcus Orlendius in Orbe ſacro & profano part.* 2 *tom.* 2 *pag.* 1268 *deſcribens magnificam eccleſiam Sanctæ Mariæ Novellæ, ad propoſitum noſtrum hæc de beato* Joanne *memorat:* Inter aras S. Hyacinthi & Catharinæ Senenſis nobili ſepulcro marmoreo reconditum eſt corpus B. Joannis à Salerno, divi Dominici diſcipuli, ejuſdem cœnobii fundatoris, vitæ innocentiâ, morum integritate, prædicatione divini verbi, operibus ac ſignis celebris, quem ipſe beatiſſimus patriarcha Dominicus, qui ſemel iterumque præſentiâ ſuâ & ſacris concionibus Florentiam decoraverat, primum Fratrum ſuorum præſulem illic inſtituit, religioſo atque immemorabili cultu à fidelibus honoratur: cujus ſacrum caput thecâ inauratâ incluſum in ſacrario inter alias reliquias Sanctorum aſſervatum, ad hanc uſque diem ſuavem efflat odorem, uti egomet experimento comperi. *Hæc ſcriptor nuperrimus, cujus Opera Florentiæ impreſſa ſunt. Præterea Papebrochius noſter in Itinerario Ms. referens ea, quæ anno* 1662 *Florentiæ vidit in eccleſia ſanctæ Mariæ Novellæ pag.* 208, *eodem ferè modo loquitur de cultu* B. Joannis, *quo ſcribit de cultu B. Villanæ Bottiæ, quæ in eadem eccleſia ſepulcrum itidem habet marmoreum, & cujus Vita data eſt ad* XXVI *Auguſti. Teſtatur utriuſque ſepulcrum ex oppoſito eſſe* cum circumſculptis miraculis, *lampademque perpetuò ante ſepulcrum ardere:* dieque anniverſario, *inquit*, altare exſtruitur ſacris ibidem faciendis, & exponendis ad publicam venerationem reliquiis capitis, eodem proceſſionaliter deferendi. F

quæ vetuſta eſt, atque ex Beati titulo

3 *Hæc de ardente ante ſepulcrum lampade, & de reliquiis capitis ad publicam venerationem exponi ſolitis, etiam habeo ex litteris Raphaëlis Badii, viri doctrinâ & humanitate inſignis, qui ſeculo præterito degebat Florentiæ in dicto ſanctæ Mariæ Novellæ cœnobio. Lampadem verò illam ab aliquot ſeculis ante Beati ſepulcrum arſiſſe, multaque item votiva donaria eidem oblata fuiſſe, patebit ex miraculis in Vita referendis; indeque certò infertur, qualemcumque hunc Beati cultum ſatis vetuſtum, latiſque*

A *tisque notabilem esse, ad titulum* Beati *eidem attribuendum, præsertim cùm illo titulo honoratus sit plusquam centum annis ante decretum Urbani VIII, & verisimiliter ab ipso, quo obiit, seculo* XIII. *De ultimo hoc quidem dubitari potest, quia S. Antoninus Hist. part. 3 tit. 23 cap. 10 § 5, etsi* Joannem *numeret inter viros sanctissimos & miraculis coruscantes, abstinet tamen à* Beati *titulo, paucis verbis eum sic commemorans:* In conventu sanctæ Mariæ Novellæ Florentiæ frater Joannes de Salerno sepultus, dicti conventus fundator. *Attamen certum est*, Beatum *vocari in Vita per Leandrum Albertum anno 1517 edita, & seculo* XV *conscripta; indeque verisimile fit, illum* B. Joannis *titulum longè vetustiorem esse, maximè cùm miraculis claruerit in Vita & post mortem, cultuque honoratus sit vetustissimo, ita ut credibile sit S. Antoninum abstinuisse tantùm à* Beati *titulo, quòd is* Joanni *datus non esset decreto summi Pontificis.*

B *& corporis translationibus asseritur.*

4 *Præterea constat de corpore translato, idque videtur variis vicibus factum. Razzius in Vitis Sanctorum & Beatorum Ordinis S. Dominici pag. 39, & Marchesius in Diario Dominicano ad* XVIII *Februarii affirmant, corpus* B. Joannis *anno 1571, die* XVIII *Februarii translatum esse ad honorificentius sepulcrum. Papebrochius noster ex codice Ms. Strozziano de alia, ut videtur, translatione verba Italica exscripsit, quæ reddo Latina:* Die x Septembris anni MDLXIX translata sunt ossa beati Joannis Salernitani, fundatoris hujus conventus. *Dubitari potest, utrùm unica an gemina sit translatio illa, cùm diei & anni diversitas innuat, geminam fuisse: contrà verò temporis brevitas, quæ utrique interfuit, erroris suspicionem ingerat, magisque suadeat unicam translationem ad diversa tempora relatam esse à scriptoribus. At cùm anno 1569 altaria & sepulcra Beatorum in ecclesia S. Mariæ Novellæ innovata sint, sacraque ossa tum delata sint ad sacrarium, ut honorificentiori sepulcro deinde reconderentur, sicut narravi ad* XXVI *Augusti in B. Villana Bottia num. 5, existimo ossa ad sacrarium delata esse* x *Septembris anni 1569, translata verò ad novum sepulcrum die* XVIII *Februarii, sive id contigerit anno mox sequente 1570, sive anno 1571, ut laudati scriptores asseruerunt. Porrò quemadmodum illi Beatum retulerunt ad diem, quo corpus translatum credunt,* XVIII *Februarii, quia ignoratur dies emortualis; ita & ego hoc die translationis de eodem agendum credidi, quia id nullo alio die commodiùs fieri potest.*

C

5 *Vita* B. Joannis *scripta fuit per Joannem Caroli, Ordinis Prædicatorum scriptorem, qui floruit seculo* XV, *sive annis facilè ducentis post mortem Beati, ut testatur Jacobus Echardus in Bibliotheca Scriptorum Ordinis sui pag. 899, ubi scripta Joannis Caroli recenset, virumque insigni elogio ab eruditione & pietate commendat. Eumdem Vitæ* B. Joannis *Salernitani scriptorem commendat Thomas Malvenda in Annalibus Prædicatorum pag. 314: imò & eam Vitam Annalibus suis per partes inseruit. Nescio quæ de causa Majores nostri eam Vitam non exscripserint, dum erant Florentiæ, nisi forte laborem illum minùs crediderint necessarium, quòd jam edita sit apud Leandrum Albertum in Viris illustribus Ordinis Prædicatorum lib. 5 fol. 198 & sequentibus. Certè eam Ms. in scri-*

Vita scripta & jam edita:

niis nostris modò non invenio; tantoque facilius AUCTORE J. S. *ab ea per amicum perenda abstineo, quanto minus est damnum, quia in Annalibus Malvendæ omnia etiam habentur.*

6 *Quinam insuper ante Malvendam de* B. Joanne *scripserint, exponit ipse pag. 395 hoc modo:* Cæterùm res insigniter præclaréque gestas B. patris Fr. Joannis Salernitani fusè quoque præscripserunt post Carolum Ferdinandus Castillus lib. 1 Hist. S. Dominici cap. 46 & 57; Seraphinus Razzius lib. de Beatis Ordinis Prædicatorum; Antonius Senensis in Chronico Ordinis pag. 48 & alii. Sed & S. Antoninus ejus Sanctitatis meminit 3 p. Hist. tit. 23 cap. 10 § 5. *De eodem scripserunt Bzovius in Annalibus ad annum 1225 num. 12, Michael Pius in Opere de viris illustribus Ordinis Dominicani col. 59 & 60, Marchesius in Diario Dominicano ad* XVIII *Februarii, & alii quidam, quorum catalogum texere non est necesse. Attamen* Joannem *Salernitanum non invenio in Opere nuperrimo de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum, quod Gallicè edidit Antonius Touron. Nunc Vitam ex editione Leandri Alberti subjiciam, collatamque cum editis apud Malvendam, iis illustrabo annotationibus, ut plura hic examinanda non occurrant.*

alii scriptores, qui de Beato egerunt.

E

VITA

auctore Joanne Caroli

Ex editione Leandri Alberti, collata cum datis à Malvenda.

CAPUT I.

Beatus Joannes unus è sociis S. Dominici, à quo cum duodecim Fratribus Florentiam missus est, Fratribusque præfectus.

F

JOannes Salernitanus *a*, Vir profectò venerabilis atque justissimus, beati Dominici comes ac socius tempore multo *b* fuit. Hujus Viri optimi ac præstantissimi nulla vel perexigua monumenta comperio, nisi hoc dumtaxat, eum à beato Dominico Florentiam fuisse destinatum. Cujus rei causas & publicas & privatas paulò pòst explicabo. Cæterùm quòd Vir multæ dignitatis & reverentiæ fuerit duobus potest esse indiciis manifestum: altero quidem quòd beati patris Dominici societate atque conversatione dignatus est, cui non par fuit nisi summa virtute præditos adhæsisse viros, eoque præsertim quòd novam militiam inchoare volenti non inerti aut ignavo milite indigebat *: altero verò, quòd ad florentissimam Italiæ urbem Florentiam missurus, non minimos ac abjectissimos ex suis sum homines demandâsset, quandoquidem multum incrementi nova Religio esset habitura, si Florentiam

B. Joannes vir planè insignis:

a

b

* *Malv.* ita digere vi-

A. JOANNE CAROLI.

rentiam urbem fama esset novam Religionem cupidissimè susceptisse. His igitur persuaderi potest, Joannem insignem pietate virum & divinâ gratiâ singularem fuisse, quem ad tantam urbem beatus pater Dominicus duxerat esse mittendum.

Apulus quidam, ad Ordinem admissus; cùm pravorum consilio c

2 Cùm beatus Dominicus plurimos ad se virtutibus provocaret atque exemplis, Apulum *c* quemdam contigit habitum postulare. Id cùm à beato patre Dominico perbenignissimè impetrâsset, sodales ejus in sæculo cœperunt plurimis irrisionibus (ut fieri solet) juveni esse molesti, ignavum hominem ingenioque vecordem asseverantes, existimâsse verò quondam se in juvene florentis ætatis egregiam indolem, quam forma ipsa proferret, non fraternam animi vilitatem esse reperturos. Monebant autem, ut animadverteret ne suos omnes tristes efficeret, præcipuè ne fratres aut cognatos ipsius hoc suo decreto in summa mœstitia collocaret; atque his & hujuscemodi verbis juvenem tunc primùm in Religione plantatum excerpere atque à Religionis proposito revocare omni studio contendebant. Ad hæc verò illud adjiciebant; nunc eum quietè satis à fratribus pertractari, paulò verò pòst eorum paupertati atque inopiæ subjiciendum. Id quàm insigne, quàm decorum, quámve honoris plenum duceret, intueretur, orabant. Quæ extrema verba ita menti juvenis insederunt, adeoque gravia visa sunt, ut mox à sententia revocatus eas, quas paulò antè exuerat, vestes instantissimè à fratribus postularet.

B

Seculares repetisset vestes; divinitus in priori proposito confirmatur. d

3 Quod cùm fratres beato Dominico nuntiâssent, confestim ad solita orationis arma confugiens, Deum multis lachrymis & devotione pro adolescentis salute instantissimè precabatur. Mirabile dictu! Jam fratres habitum illi sæcularem reddiderant, jamque penè sæculi vestes induerat, cùm subitò maximis cœpit vocibus clamare: Heu heu! quis me ignis *d* exurit, aut quæ flamma miseram mihi vitam extorquet? Hanc abjicite vestem, fratres, hunc sæculi habitum removete, qui non ad solatium aut corporis honestatem, sed ad combustionem meumque interitum mihi videtur à vobis fuisse restitutum *. Illum autem denuo afferte, quid * corpus hoc tegat, & tamquam indumentum mihi salutis & lætitiæ vestis exstat. Quis ambigat hanc subitam adolescentis mutationem patris nostri orationibus ac lachrymis proveniisse? Quippe ea mutatio haud nisi dexteræ Excelsi fuit.

* restitutus
* qui

C

Deusdedit civis Florentinus, condit oratorium in suburbio, idque offert Dominico,

4 Per idem tempus quidam Florentiæ civis fuit, qui cùm peccata sua fuissent sacerdoti confessus, eò fortasse quòd alieni aliquod sustulisset, mercaturæ intentus, nec inde, cui sustulerat, certò sciret; id pœnitentiæ illi est à sacerdote injunctum, ut oratorium in suburbano statueret, quod ad religiosarum personarum habitationem pariter & exceptionem esset idoneum. Hic verò civis Deusdedit proprio nomine vocabatur, qui confestim, cùm rebus multis & opibus abundaret, constructo oratorio omnibusque pariter opportunè ritéque dispositis, aliud nihil deesse pœnitentiæ videbatur *, nisi ut dignis habitatoribus domos illas impleret. Erat autem in suburbano civitatis exstructum, ad tertium ferè lapidem distans ab urbe, qui locus Ripolitanus appellatur ager. Perfecto igitur sacello, incredibilis hujus novæ Religionis [fama] ad Deusdedit aures delata est, indicibilemque ejus animo cupiditatem invexit, ut ejus Religionis in eo homines collocaret. Neque enim melius aut utilius injunctæ sibi pœnitentiæ satisfactum iri putabat, quàm sibi * jam noviter orienti Religioni ipse construxisset domos. Itaque Bononiam, ubi S. Dominicus residebat, perrexit, eique suum desiderium multa devotione aperuit. Quod ubi S. Dominicus accepit, vehementer gavisus, se cum fratribus suis pro re ipsa collocuturum respondit, ac deinde suo desiderio satisfacturum.

* *fortè* videbat

* si illi

D

qui è suis, quos ad animarum zelum hortatur, e

5 Cúmque illius didicisset nomen, convocatis fratribus, his eos verbis allocutus fertur: Maximas fratres gratias *e* mei ac filii, Deo referamus oportet, quandoquidem nobis pro hac ipsa re minimè cogitantibus Deus novas præparaverit domos: quòd autem res ita se habeat, hoc maximè posset probari indicio, quòd Deus Florentinum civem demiserit, qui Deusdedit proprio nomine vocaretur, à quo ejus sacellum in Florentino agro, quod hactenus magnopere desideravimus, nobis nescientibus divino profectò munere constructum est; postulare autem illum fratres ad eum locum transmitti, nec dubitare civitati & populis futuros esse gratissimos; esto autem, quòd ita non esset, tamen ad omnia oportere niti, quæ videri possent animarum corporumque salutem esse allatura. Ego quidem in Domino Jesu Christo confido, quòd vobis in innocentia civitatem illam ingressis, si in justitia ac sanctitate vixeritis coram illo, nequaquam infirmabimini, sed indies sobole præclara crescentes multùm utilitatis & gratiæ illis populis afferetis. Quare accingimini, ac viri fortes estote, bellumque Domini adversus fidei ejus infestissimos hostes assumite: nec paucitatem vestram, nec hostium validissimas manus, divina vos gratia protegente, metuite. Non minoris autem vobis curæ sit, ut in sanctimonia perseveretis quàm ut alios ad æterræ vitæ gaudia provocetis; quoniam quemadmodum prima ex vobis charitas, ita & prima debet sanctitas inchoare.

E

duodecim Patres mittit Florentiam: hisce præfectus B. Joannes, f

6 His igitur adhortatus fratres, oratione verò præmissa, quos Florentiam destinaret, elegit XII probatissimos patres: quibus *f* in patrem Joannem Salernitanum virum profectò sanctitate præcipuum tradidit, illique, ut Florentiam se conferret, præcepit. Quo humillimè imperatam sibi obedientiam suscipiente, Deusdedit advocari præcepit, cui electos fratres pro suo desiderio commendaret: quos paterna benedictione confirmans, à se abire *g* non sine multis lachrymis pro innata ei charitate permisit. Cùm igitur ad destinatas domos, Deusdedit pariter se eis comitem exhibente, venissent; illas ingressi, hymnum Deo devotissimè cantaverunt ex more, divinisque laudibus eam absumpsere diem. Deinde aliquot diebus pro loci & rerum omnium dispositione quiescentes, cùm jam Deusdedit operâ satis rebus omnibus pro loco & tempore videretur esse provisum, nequaquam ultra Joannes Salernitanus differendum ratus, fratribus *, qui cum eo erant, humanissimè convocans, in hunc modum eos hortatus est. Non sum nescius, quemlibet vestrum non ignorare, fratres, nos ad hunc locum, non solùm ut Deusdedit voluntati consuleretur, à beato patre Dominico fuisse destinatos, verùm ut populorum saluti omni studio incumberemus mandatos. Id autem fieri nequaquam potest remanentibus nobis domi, & sancta rusticitate, ut beatus inquit pater Hieronymus, nobis ipsis orationibus nostris atque vigiliis prodesse curantibus. Neque enim ita agendum, multò antè præviderat propheta, cùm

F

f

g

* fratres

A cùm diceret : Exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam uſque ad veſperam.

ſubditos ſuos præclara oratione

7 Quamvis igitur bonum ſit confiteri Domino, & pſallere nomini ejus altiſſime *, tamen quandoquidem ad annunciandum mane miſericordiam ejus & veritatem illius per noctem delegati ſumus, nequaquam nobis quieſcendum eſt, fratres mei, ſi nolumus * legationis nobis injunctæ munus officiumque obire. Itaque nobis ſatis non eſſe debet, nos Florentiæ, ut ita dixerim, nunc primùm natos fuiſſe, niſi & multum Domino populum acquiramus. Cernitis enim, fratres, ut propheta referebat, exortos jam ampliſſimos peccatores & abundè apparuiſſe omnes, qui operantur iniquitatem : qui tametſi videantur robuſti & fortes ; meminiſſe tamen debetis, omnem humanam carnem, non ſecus quàm fœnum aut agrorum flores, qui momento oriuntur & occidunt, à viris ſanctiſſimis habitam ſemper fuiſſe. Proinde & alter propheta quoſque humaniſſimè commonebat, dicens : Vidi impium ſuperexaltatum & elevatum ſicut cedros Libani. Tranſivi, & ecce non erat, quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Homini verò pacifico Deumque timenti reliquias eſſe divino pollicebatur oraculo. Exaltabitur igitur, ſi eſſe volueritis viri, ſicut unicornis cornu noſtrum, ſenectuſque noſtra in uberrima apud Deum miſericordia futura profectò eſt. Seneſcentem hunc mundum, fratres, omnia hæc conſequuntur mala, quæ cernimus. Omnis jam ager ſpinis, ſentibus, & zizaniorum ſeminibus repletus eſt : in quo agro Apoſtoli omnes & martyres, & ſanctiſſimi hactenus in Eccleſia viri, multis anguſtiis & ſudoribus laboraverunt. Hos * autem in eorum jam introiiſſe labores exiſtimare debemus. Quo circa non terreamini, fratres mei, nec expoſitas vobis coronarum cauſas rerum tædio ſeu puſillanimitate aut vecordiâ à vobis abire patiamini. Magis autem, cùm uberem Dei miſericordiam videamus, multiplicemini & creſcatis, exoro, ut non fruſtra à tanto patre videamur fuiſſe tranſmiſſi. Ergo inimicos deſpicite, hoſtes minimè formidate, inſurgentibus verò in nos etiam corpora, ſi expediat, liberaliſſimè condonate. Eſto autem, quòd vos hoc primo congreſſu irrideant, veſtramque C inopiam ac paupertatem deſpiciant, non metuatis, oro, quoniam cùm dives factus fuerit homo, cúmque multiplicata fuerit gloria domûs ejus, cùm interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet cum eo gloria ejus. Confidite præterea, quòd Dominus euangelizantibus verbum virtute multa præſtabit, multiplicabitque ſemen & augebit incrementa juſtitiæ veſtræ, ut veſter referebat Apoſtolus.

* Malv. altiſſimo
* nos

ad virtutes Apoſtolicas hortatur :

8 Neque verò impoſterum pœnitebit ſub tanto principe Chriſti exercuiſſe militiam, atque patri noſtro præſtabitis, ut juſtus ipſe ut palma miniſterio veſtro floreſcat, & ſicut cedrus Libani multiplicetur in Eccleſia Chriſti. Nos autem ab eo in domo Domini plantati, in atriis quoque domûs Dei noſtri florebimus, ſi in divini verbi annunciatione toto animi & mentis ardore benè in perferendis & tolerandis incommodis patientes dixerimus *. Beato quoque patri noſtro Dominico quanto * gaudii creditis exultationiſque dabimus, cùm intellexerit nos officio noſtro quàm ſtudioſiſſimè fuiſſe perfunctos ? Credo equidem diuturnis eum orationibus Dei gratiam implorare, ut nobis linguam & ſpiritum ſua pietate miniſtret, cujus orationes inanes efficere magno ſupplicio dignum eſſe, certiſſimum fore non dubito. Quamobrem quum jam factorum potiùs tempus eſt quàm dictorum, prætermiſſis, in hanc ſententiam quæ dici poſſent, jam ad hos erudiendos populos accedamus, ſcientes eos, qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellas in perpetuas æternitates (ut inquit Scriptura) eſſe futuros. Quod cùm à nobis fuerit cum ſancta fide & integritate perfectum, laborantium in vinea Domini mercedem nos proculdubio conſecuturos cum ſancta omnium noſtrûm pace, & tranquillitate confido.

* vixerimus
* quantum

A. JOANNE CAROLI.

Beatus cum ſuis Florentiæ prædicat.

9 His igitur dictis accenſi animis, in poſterum diem edixere divinas acies introire. Ac prior pater ipſe Joannes, ut aliis viam daret, voluit in ea congreſſione primus pugil fortis exiſtere. Itaque venientibus illis ad civitatem, multitudo cœpit populi pro rei novitate concurrere, & ad verbi Dei audientiam numeroſiùs convenire. Nam & jam pridem, cùm eorum adventum fama vulgâſſet, magno deſiderio agebatur novos homines audire. Nihil in his hominibus perſpici potuiſſet, niſi ardor ſpiritus, & multa B in elocutione devoto, ſoliſque veſtibus videbantur amicti, nihil levitatis nihilque inconcinnitatis in ſemetipſis habentes. Multa verò in Joanne Salernitano erat gravitas, multaque in perſuadendo virtus, multoſque ad ſe pertrahebat tum eloquentiæ venuſtate, tum & vitæ præſtantiâ. Veſperi verò, cùm perfeciſſent divina, ad proprias denuò remeabant domos. Atque hoc pacto ſingulis diebus agentes, incredibilem fructum in populis faciebant.

ANNOTATA.

a Salernitanum *vocari à patria, ſive quia Salerni in regno Neapolitano natus eſt, omnes conſentiunt. Qua ſtirpe fuerit genitus, non dicit biographus, quia id veriſimiliter ignorabat : nam Razzius clarè edicit ignorari, quibus parentibus quâve ſtirpe fuerit natus ; idque ſilentio ſuo uicumque comprobant Abrahamus Bzovius, Ferdinandus de Caſtillo & Thomas Malvenda. Nihilominus Michaël Pius aſſerit, ſanguine nobilem & facultatibus divitem fuiſſe ; ſed ex errore, opinor, hanc conjecturam deduxit, quia mox ea, quæ inferius narrantur de Apulo illo vacillante, perperam de* B. Joanne *explicuit. Marcheſius contentus non fuit vulgari nobilitate, ſed aſſeruit natum fuiſſe nobiliſſima ſtirpe* Guarna, *quam ad principes Normannos, qui regnum Neapolitanum & Siculum adminiſtrârunt, liberaliter deducit. Verùm ſaltem indicare debuerat Marcheſius, unde didicerit ignoratam ab antiquioribus tantam* B. Joannis *nobilitatem : neque enim æquum neque juſtum eſt, ut ſcriptor aliquis neotericus ſibi fidem haberi velit in re tali, niſi idonea ſatiſque vetuſta attulerit teſtimonia.*

b *Si* tempore multo *fuit Socius S. Dominici, ut maximè eſt veriſimile, quia ut Superior aliorum ab eo Florentiam miſſus eſt, erravit haud dubiè Caſtillus, qui habitum à* B. Joanne *ſuſceptum anno* 1220, *incogitanter ſcripſit : nam cap.* 46 *dicit, id contigiſſe* eodem tempore, *& circa finem capitis* 45 *deſignaverat annum* 1220. *Malim credere*, Joannem *à S. Dominico Ordini aggregatum eodem ferè tempore, quo is confirmatus eſt, ſive circa annum* 1216.

c *Hanc hiſtoriam de* B. Joanne Salernitano

A. JOANNE CAROLI.

perperam narrant Caſtillus, Pius, imò & Marcheſius, etſi hic obſervet, factum de alio relatum eſſe ab Humberto, Theodorico de Apoldia, & S. Antonino. At, ſi vel mediocri criſi uſus fuiſſet Marcheſius, neque hoc factum de B. Joanne *retuliſſet contra antiquorum auctoritatem, neque dubitâſſet, utrùm Caſtillo credendum hîc eſſet, an vetuſtioribus. Sanè res tam clara eſt, ut minimè dubitandum ſit, quin error obrepſerit Caſtillo & Pio: neque enim* Apulus *eſt* B. Joannes Salernitanus, *cùm Salernum non ſit in Apulia: neque ignotus eſt ille, qui vacillans in propoſito ſuo veſtes mundanas repetiit. At* Joannes *non vocabatur Apulus ille, ſed* Thomas, *ut videri poteſt apud nos tom.* 1 *Auguſti pag.* 597 *in Vita S. Dominici per Theodoricum de Appoldia conſcripta, & apud Malvendam ad annum* 1220 *pag.* 312, *ubi dantur verba Humberti, qui quintus fuit magiſter generalis Prædicatorum; aut potiùs ex Vitis Fratrum, quod Opus Humberto perperam fuit attributum. Verba tranſcribo in gratiam lectoris:* Recepit idem beatus pater Dominicus quemdam Apulum, qui dictus eſt frater Thomas: quem ob innocentiam & ſimplicitatem in tantum dilexit ſancto quodam amore, quòd à Fratribus FILIUS B. DOMINICI vocabatur. Quadam autem die ſocii ejus quidam, ſatellites diaboli, captantes opportunitatem, violentiâ & fraudulentiâ ipſum in quamdam traxerunt vineam, & veſtes ſæculares induerunt, clauſtralibus ſpoliantes. Quo audito, cucurrêre Fratres ad patrem, En, inquiunt, filius veſter ad ſæculum trahitur à conſociis ſuis. Mox Sanctus eccleſiam intrans, ſe in oratione proſtravit non fruſtra: nam quantæ fuerit virtutis ejus oratio, patuit per effectum. Statim enim ut dictus juvenis camiſiâ fuit

* indutus

inductus * ad carnem, clamare cœpit fortiter, dicens: En totus exuror. Nec enim aliquo quieſcere potuit, quouſque exutus camiſiâ, religioſis veſtibus eſt indutus, & ad clauſtrum reductus. Vixit autem poſtea multo tempore Frater utilis, & admodùm gratioſus. *Eodem ferè modo Theodoricus, qui addit Bononiæ rem contigiſſe. Malvenda autem ex hiſce prudenter obſervat, Caſtillum id de* B. Joanne *perperam retuliſſe, quia in ejus Vita relatum invenit ſine nomine.*

d *Hæc verba omnino oſtendunt, Thomam Apulum ab auctore deſignari; licèt aliàs hic ſcriptor dicat candidè, petitas fuiſſe à Thoma veſtes: quod alii diſſimulârunt. Bzovius ad annum* 1225 *num.* 12 *addit:* Reſumpto itaque iterum Ordinis indumento, Apulus ille Joannem Salernitanum adeo ad perfectionis deſiderium exemplo ſuo inflammavit, ut brevi tempore tantus evaſerit *&c. Conjectura mera eſt, cujus fundamentum non video.*

e *Lege potiùs:* Maximas gratias fratres *&c. Orationem autem hanc ab ipſo ſcriptore compoſitam exiſtimo, uti & illam quæ mox ſequetur.*

f *Editio mendoſa eſt quidem aliis aliquot locis, at non hîc, ubi* Pater *idem eſt ac* Prior. *Malvenda tamen ſic correxit:* Quos fratri Joanni Salernitano ... tradidit *&c.*

g *De tempore hujuſce rei Malvenda pag.* 313 *recitat* vetera monumenta conventûs S. Mariæ Novellæ, *quæ ſibi à Seraphino Razzio communicata teſtatur. Ea ſic habent:* Cùm beatiſſimus pater noſter Dominicus poſt generale capitulum, humanæ ſalutis anno MCCXX Bononiæ celebratum, ibi commoraretur; quidam Florentinus civis, nomine Deuſdedit, ſanctitatis ejus & ſuorum Fratrum famâ permotus, ipſum adiit, eique expoſuit, ſe domum quamdam Religioſis valde accommodam in planitie Ripolitana, ad duo milliaria ab urbe Florentia diſtanti, ædificâſſe, & nullo adhuc Ordini attribuiſſe: eſſeque ſibi in animo Ordini ſuo tunc conſurgenti conferre: quare ipſum inſtanter rogare, ut domum ipſam recipere, & ex ſuis aliquot ſecum mittere dignaretur. Cui cùm pater ſanctiſſimus morem gerere vellet, venerandum virum Fr. Joannem Salernitanum cum duodecim ſociis cum Deuſdedit ad eum dimiſit locum. *Ex hiſce Malvenda & alii plerique ejuſdem Ordinis ſcriptores rem anno* 1220 *contigiſſe exiſtimant. Attamen Echardus in Bibliotheca Prædicatorum pag.* 32 *his non acquieſcit; ſed aliquot allegat rationes, quibus perſuadere nititur fundationem hanc Florentinam figendam eſſe vergente ad finem anno* 1219. *Differentia eſt non magna; nec ſatis apparet, pro qua parte ſtet veritas.*

CAPUT II.

Inſignes Beati virtutes, dotes, forma corporis: ex priori habitatione cum ſuis Florentiam migrat: multos Ordini aggregat, virtutibuſque floret & gravem tentationem ſuperat.

Egregiæ Beati virtutes, crebra oratio,

CReſcebat autem quotidie opinio & fama eorum hominum, qui apud Deuſdedit oratorium verſabantur, multaque illis ſubjiciebant ad victum & ad res divinas opportunè gerendas, quando videbant in ſumma paupertate viventes, ſolius verbi Dei prædicatione inſiſtere. Maxima autem apud omnes erat beati Joannis Salernitani opinio. Nihil enim ei deerat, quod ad ſanctitatem atque virtutem poſſet pertinere. A beato quidem patre Dominico tantâ fuerat diligentiâ educatus, & ita ejus mores, doctrinam ſanctimoniamque apprime imbiberat, ut qui hominem eſſet intuitus, veluti exemplar quoddam virtutis & probitatis ejus aſpiceret. Nam licèt ætate junior haberetur, ſenectus tamen in eo venerabilis, tantaque gravitas, & in converſatione benignitas apparebat, ut jam virtutis omnis domicilium videretur. Cibi verò ac potûs parciſſimus fuit, diuturnis atque nocturnis orationibus magna devotione intentus, nihilque apud eum potius videbatur exiſtere, quàm ut contemplationi & divinarum rerum meditationi incumberet. In his enim tantum fruitionis & gaudii aſſumebat, & ita abſorbebatur ſpiritu, ut omnium videretur humanorum, etiam ſui ipſius fore oblitus.

obſervantia, corporis forma, regimen præclarum,

11 Itaque quum ſimul advenientium utriuſque ſexus hominum eſſet liberatus curis, confeſtim ſe lectioni ac meditationi reddebat, ne morulam quidem elabi ſineret, quin in ea divinis rebus intenderet. Cærimoniarum verò, quæ Religionum ſunt ornamenta, ita ſervantiſſimus fuit,

A fuit, ut earum penitus prætermitteret nullam, quin potiùs negligentes, & ad earum obſervantiam tardos, ſuæ virtutis exemplo ad earum cuſtodiam provocaret. Erat autem, ut ex multis conjecturari poſſumus, egregiâ formâ, & aſpectu decorus, licèt exiguus corpore: addebatque illi gratiam habitûs ipſe nitor atque venuſtas. Ad regimen quoque tanta illi ſolertia fuit, tanta cautio circumſpectioni conjuncta, ut non incuriâ à beato patre Dominico, ut Florentiam adveniret, videretur fuiſſe electus.

& fortitudo in difficultatibus.

12 Cùmque parvo pòſt tempore Deuſdedit è vita migrâſſet, cujus ſtudio & operâ ſæpiſſimè fovebantur, multis verò deinceps afficerentur incommodis, ipſe eos, ad puſillanimitatem & omnium rerum tædium uſque perductos, verbis & exemplis humaniſſimè ad patientiam atque adverſorum tolerantiam animabat, errantesque, & mente in varia proruentes, ne omnino deficerent, confortabat. Maxima autem omnium incommoditatum illa erat atque difficilis, mane ad civitatem veniendi, & veſperi denuò ad propria remeandi. At beatus Joannes invictum gerens animum, quæque ardua & aſpera divino amore ardens, fortiſſimè atque conſtantiſſimè ſuſtinebat. Multa præterea illi erat auctoritas, dignitas admiranda, non minor hominum omnium reverentia, atque fides, ut omnes, qui Hominem intuerentur, ejus admirarentur virtutem. Quocirca labores hujus miſerati cives, pariter & ſuæ conſulentes ſaluti, qui videbatur, illâ veniendi ac redeundi moleſtiâ non mediocriter retardari, eis apud S. Pancratium *a* habitaculum ſtatuere decreverunt.

B

a

Domum in urbe impetrat: viros præſtantes Ordini aggregat:

13 Quod ubi factum eſt, ex agro Ripolitano ad eum, quem prædiximus, tranſmigravere locum. Jam verò cœperat eorum numerus augeri, plurimoſque ad ſalutis vias ſuis prædicationibus attrahebant, ut ſpretâ hujus vitæ labentis miſeriâ, ad Religionis præſidia ſe conferrent. Itaque per eos dies & Clarum Sextium *b*, virum ſcientiâ & virtute præſtantem, ad noſtram Religionem beatus Joannes traduxit, quem confeſtim plurimi, ejus devotione permoti, ſecuti ſunt. Hos inter Odericus * ſancti Petri Scharadii canonicus, & Jacobus Rubacontis, qui ex noſtris ſecundo poſt Joannem loco domus noſtræ obtinuit præfecturam, & Octavantes * Nerlâ familiâ ortus, qui tertio loco hujus domus prioratum eſt conſequutus. Iſtis adjectus eſt Rogerius Calcagnus *c*, hæreticorum ex noſtris inquiſitor primus, qui Florentiæ fidem Catholicam adverſus eorum perfidiam plurimùm roboravit, tandemque ad Caſtrenſem *d* pontificatum devectus, Aretii *e* obiit diem ſuum. Sed & Rodulphus Guidalotus, & Romæus Vicedominus, quæ tum nobiliſſimæ familiæ Florentiæ habebantur, Laurentius quoque plebanus oppidi, quod Sancti Sepulcri *f* vocamus, & Raynerius Brozienſis & ipſe plebanus, ac permulti alii noſtræ religionis habitum ſunt induti, qui omnes ad hujus religionis additi ſunt firmitatem.

b

* *Malv.* Odoricus

C

* *Malv.* Ocravantes

c

d

e

f

Fratribus Minoribus priorem locum concedit; deinde verò monialibus,

14 Nam, qui tales ac tantos viros audiebat Religionem fuiſſe ingreſſos, fieri id non poſſe, niſi ſumma virtute, arbitrabatur. Per idem tempus cùm fratres Minores Florentiam adveniſſent, ac propter fraternam charitatem, quam Religionis utriuſque parentes inter eos eſſe voluerant, nec locum tunc primùm venientes haberent, permittentibus fratribus noſtris, in agro Ripolitano, ubi hactenus ipſi manſerant, tempore aliquo permanſerunt. Sed cùm eiſdem difficultatibus & Minores agerentur, quibus antè afficiebantur & noſtri, locum in Ripolitano agro poſitum, ut antè convenerant, reſtituentes noſtris, apud S. Stephanum Pontis tempore aliquo commorati ſunt. Locum verò in præfato agro ſitum cùm recepiſſent noſtri, in eo ſanctimonialium fœminarum [monaſterium] conſtruxerunt, in quo per multas nobiles habitum Ordinis induentes, brevî inſigni caſtitatis ſpeculum ediderunt. Quo in loco tanta virtute & gratiâ floruerunt, ut cùm beatus Petrus martyr *g* fuiſſet martyrio coronatus, inter cæteros, quibus ejus gloria revelata eſt, una ex Ripolitanis ſororibus fuit.

A. JOANNE CAROLI.

g

quibus in urbe duo condunntur monaſteria: Dominicus venit Florentiam:

15 Cæterùm procedentibus annis, cùm creberrimis bellorum tumultibus Florentia quateretur, imminere * autem ſororibus illis haud negligendum animæ corporiſque periculum, decrevere patres eas revocare in urbem. Cùmque magno eſſent numero, duo monaſteria conſtrui placuit intra urbem, quorum alterum primæ ſuæ originis retineret nomen, alterum verò beati Dominici appellarent ſorores, opes in his duobus monaſteriis æquis diſtributionibus dividentes. His igitur in hunc modum geſtis *h*, ad aures beati patris noſtri Dominici fama delata eſt, fratres ſuos, quos Florentiam deſtinaverat, mirum in modum excreſcere, proficere, & augeri, multam verò populi gratiam obtinuiſſe, nec quidquàm Florentiæ duarum Religionum fratribus potius eſſe. Præcipuè verò Joannis Salernitani probabatur auctoritas, ut vir eſſet inſignis, ut in omni virtute excellens, ut populo carus, utque fratribus ſuis miro animo acceptus. Quare Deo B. Dominicus mirificè gratias agens, pro fratrum conſolatione atque honore & ipſe Florentiam venire decrevit. Venit itaque & cum ſumma fratrum exceptus eſt lætitia: ubi ea, quæ famâ acceperat, propriis luminibus longéque majora conſpexit, ardentiùs Deo gratias agens, eos ad perſeverantiam adhortatus, atque humilitatem mutuamque ſuper omnia charitatem, aliquot apud eos pro illorum ſolatio dies manere conſtituit. Quo tempore orationi ac Verbi Dei promotioni vir ſanctus operam dare non deſtitit. Nam & ad ſanctum Gallum & apud S. Paulum in plurimiſque aliis locis Florentiæ eum legimus prædicâſſe. Deinde nonnullos quoque fratres ad Ordinis provocâſſe ingreſſum, multaque alia probè egregiéque geſſiſſe. Cùmque ſatis eorum feciſſe deſiderio videretur, vale dicens fratribus, eoſque paterna benedictione complectens, multis profuſus * lachrymis reliquit, ac Bononiam remeavit.

E

h

F

* *fortè* perfuſus

Joannes viros inſignes Ordini ſuo aggregat:

16 Cujus quidem receſſus etſi cunctis fratribus fuerit mœſtitiæ, & dolori, præſertim tamen beato Joanni noſtro acerbiſſimus fuit. Quem beatus Pater humaniſſimè conſolatus, ad ea, quæ jam inchoâſſet, bona perficienda multâ caritate ammonuit. Cùm ergo receſſiſſet, idem B. Joannes ad ſancta negocia regreſſus, ſuo Religionis augmento quàm maximè intendebat. Proinde & Bonifegnam *i* virum conſtantiſſimum ad Ordinem eum ſuſcepiſſe par eſt, quem conſtat pro fide cum nonnullis aliis apud Antiochiam fuiſſe occiſum; Ambroſium *k* quoque prædicatorem ferventiſſimum, qui deinde Ariminenſi eccleſiæ præfuit cum ſumma Religionis noſtræ gloria & honore: præterea & Morandum *l*, virum juſtitiâ & pietate præclarum, qui

i

k

A. JOANNE CAROLI.

qui Fanenſem & ipſe cathedram glorioſiſſimè gubernavit ; ſed & Aldobrandinum Cavalcantem *m*, cujus laudes ſuprà retulimus, plantulam ejus fuiſſe perſpicuum eſt, quandoquidem tribus & ſexaginta annis dumtaxat poſt Ordinis confirmationem, quæ facta fuit anno Domini MCCXVI, Florentiæ hic pater migravit. Iſtis adjecit Ugonem, eccleſiæ ſancti Pauli canonicum, virum profectò ſumma laude digniſſimum, cujus fortaſſe operâ & ſuaſu Ordo prædictam eccleſiam eſt conſecutus.

m

migrat ad S. Paulum: ſecreta animorum cognoſcit:

17 Cæterùm inſurgentibus clericis, qui id ægerrimè tulerant, res ſuas ita diminui non ferentes, ab his perſecutionem paſſi, tandem eorum voluntati cedentes, ad alium tranſmigravere locum. Sed antequam ex ſancto Pancratio (ut prædiximus) ad ſanctum Paulum tranſmigrarent, beatus Joannes cum ſuis, quos genuerat Chriſto, prædicationis munus diligenter obibat, ſumm amque in populo gratiam obtinebat. Poſteaquam verò ad ſanctum Paulum *n*, habitandi ſuſcepere locum, cœpit beatus Joannes plurimis clarêre virtutibus. Nam præter ea, quæ

n

B

Religioſis omnibus conſueverunt eſſe communia, humanarum quoque mentium multa illi erat cognitio, ut ferè nihil lateret Hominem ; ſed quæcumque homines cogitâſſent, etiam ſecretiora cordis archana, divino ſpiritu penetraret. Accidit perſæpè, ut ex multis cognitum eſt, quòd cùm fratres ad ſacram Corporis Chriſti ſuſceptionem accederent, ipſe eorum providebat mentes, & aut quidem eos ſecretè commonebat verbis, ut de cætero pœniterent, aut peracto myſterio illos ſeorſum vocans, quòd ad tantum præſumpſiſſent accedere Sacramentum non ſatis mundâ conſcientiâ, arguebat, conferendam quidem Religioſo in omnibus rebus diligentiam eſſe commemorans, ſed in iſta præſertim, in qua animæ ſalus & pignus vitæ æternæ conſtitutum eſt.

ardor ſacrificantis & concionantis: mulier laſciva,

18 Afficiebatur autem in ea re conficienda tanto mentis fervore, ut longa nonnumquam intercederet mora, quâ Corpus Dominicum manu geſtans, piis lachrymis & devotione ampliſſima meditabatur, proque omnibus ardentiſſimas ad Deum effundebat preces. Cúmque prædicandi fervore accenſus, ſuavem Chriſti odorem humanis mentibus infundere properaret, homineſque ad meliora & ſaniora conſilia operâ ſuâ diſponeret, id ſibi quandoque accidit, quod Apoſtolus non * multo antè præviderat ; Chriſti inquit bonus odor ſumus, aliis quidem odor vitæ in vitam, aliis verò odor mortis in mortem. Bonis quidem ad utilitatem, malis autem & ad pejora diſpoſitis, ad ſpiritualis ruinæ fomentum, videtur eſſe prolatum. Memini me à patribus accepiſſe, qui dicebant ſe à ſenioribus audiviſſe, hujuſcemodi temptatione Deum hunc Virum beatiſſimum voluiſſe probare : is enim cùm ſæpiſſimè prædicationis officio inſerviret, in faciem ejus intendentibus cunctis, ut fieri ſolet, quamdam quoque mulierem, formâ profectò & flore ætatis egregiam, curioſiùs quàm debuerat, contigit hominem inſpexiſſe. Quod cùm ſæpè, maligno hoc ſuadente ſpiritu, effeciſſet, tandem vehementi ejus amore accenſa eſt.

C

* non *redundat*

ſimulato morbo, Joannem ad ſe vocatum tentat: ſed ille fugâ evadit,

19 Cúmque miro conficeretur mentis tumultu, ac malo æſtuaret igne, modum exquirebat, quo voti compos evaderet. Furore igitur miniſtrante arma, ſimulato languore, lecto incubuit. Suis verò ita (ut videbatur) verè eam languere putantibus illa ſuaſit, ut beatum ad ſe Joannem vocarent, quatenus ei ſua poſſet peccata confiteri, ejuſque mereretur benedictione juvari. Jam enim ſanctitatis ejus excellens in civitate erat opinio. Quod cùm illi conceſſum eſſet, vocatus Vir beatus venit, nihilque ſuſpicatus adeſſe mali, ad lectulum decumbentis acceſſit. Remotis igitur arbitris, cubiculo clauſo, cœpit illa ſuæ confeſſionis ſimulato quodam modo ordinem explicare. Cæterùm aliò tendebat ejus intentio. Inter confitendum quidem ſuaviſſimis, & in voluptatem tendentibus verbis uſa, tandem diu ſe ſuis verbis convolvens, mentis ſuæ ardorem, quibus potuit, verbis aperuit. Ac deinde plurimis ſignis hominem hortabatur conſentire in ſtuprum. At Vir innocentiſſimus (quique ſuam Domino pudicitiam dedicârat) facinus horrens, ejus petulantiam leniter primùm caſtigare properabat verbis. Ubi verò cernit eam obſtinatiſſimo animo in præconcepto facinore permanere, & obſcœnis jam illum nutibus graviter oppugnare, extra cameram confeſtim ſemetipſum proripuit, nullique hominum rem ipſam aperiens, illæſus mente corporeque, triſtis pro illius perditione, receſſit.

D

E

ut dæmon agnoſcit per os energumenæ, quæ à Beato liberatur.

20 Illis autem ferè diebus quidam dæmonio plenus miſerrimè vexabatur. Cúmque advocati ſacerdotes & religioſi viri ſtolaſque ac benedictam aquam, ac Sanctorum plures reliquias attuliſſent, multis verò exorciſmis adverſus malignum ſpiritum uterentur, ut inde exiret, tandem per os ejus ſpiritus ita loquutus eſt : Quid tantopere inaniter laboratis ? Ego hinc nequaquam exibo, niſi is veniat, qui in igne conſiſtens nequaquam combuſtus eſt. Circumſpicientibus autem ad hanc vocem ſibi invicem cunctis, inſtantibuſque, ut diceret, quis ille eſſet, tandem Priorem fratrum Prædicatorum magnis vocibus nominavit. Confeſtim ad fratrem Joannem miſerunt, eum ſuppliciter deprecantes, ut ad illum dignaretur accedere. Quum ille recuſaret, victus tamen eorum precibus, vix tandem acceſſit. Cujus adventum malignus ſuſtinere non valens, hominem majorem in modum diſcerpens, ad ejus præceptum miro modo egreſſus eſt. Qua ex re cum celeberrima ejus evaſiſſet fama, jam omnes, qui anguſtiis aut vitæ hujus calamitatibus tenebantur, ejus præſidia expoſcebant, illius ſe orationibus commendantes. Ille verò humilitati ſtudens, id eorum vel fidei vel orationibus vel Sanctorum reliquiis, quàm * ſuis meritis tribuebat. Mulieri quoque quum innotuiſſet res, ipſa mente compuncta, vitam ſuam deinceps in melius commutavit.

F

* *forte* non

ANNOTATA.

a *De mutato domicilio monumenta conventûs S. Mariæ Novellæ, quorum partem ad caput* 1 *lit. g recitavi, ita pergunt apud laudatum Malvendam :* Ubi (*in agro Ripolitano*) cùm menſes paucos permanſiſſent, & locus ipſe eſſet valde incommodus civibus ad eorum officia, & conciones, & ad peccatorum ſuorum confeſſiones illis faciendas ituris ; decreverunt eos in urbem ducere. Ducti itaque intra mœnia piiſſimi illi Patres, manſerunt primò prope S. Pancratii martyris ædem & paulò pòſt ad vicinam S. Pauli Apoſtoli migraverunt eccleſiam, ibique incoluerunt ad annum uſque MCCXXI.

b *De Claro Sextio, qui poſtmodùm*, fuit Prior Provincialis in Romana provincia, & domini Papæ pœnitentiarius & capellanus, *agit Malvenda ad annum* 1219 *pag.* 247. *Verùm ad hunc lo-*

A *locum pag.* 317 *ita ſcripſit :* Alium hunc oportuit eſſe à Fr. Claro Sextio Florentino, de quo egimus anno ſuperiori cap. 6 & 7 : nam ille jam anno MCCXIX in Religione vir erat inſignis : iſte verò hoc anno (1220) Prædicatorum habitum ſuſcepit. *Plura de Claro Sextio diſputat Echardus tom.* 1 *Bibliothecæ Prædicatorum pag.* 92. *Malim exiſtimare, eumdem Clarum Sextium à biographo fuiſſe deſignatum. At ſcriptoribus Dominicanis diſpiciendum relinquo, utrùm hic biographus errâſſe cenſendus ſit, quòd Clarum Sextium Florentiæ à* B. Joanne *ad Ordinem traductum ſcribat ; an verò malint credere rem illam anno* 1219 *Florentiæ contigiſſe, Florentinumque fuiſſe Clarum Sextium, quem Bononienſem Echardus mavult credere. Ceterùm eos, qui mox ſubduntur, tantoperè inclaruiſſe non invenio.*

c *Elogium Rogerii Calcagni aut Calcagnini, ut vocatur ab aliis, contexuit Echardus tom.* 1 *pag.* 388, *ubi mortem ejus figit anno* 1282.

d Caſtrum, *Italis* Caſtro, *civitas erat olim epiſcopalis in Etruria. Caſtrenſes epiſcopos recenſet Ughellus tom.* 1 *col.* 578 *& ſequentibus,*

B *interque eos hunc Rogerium. Verùm, quia, ut ſcribit Ughellus col* 583, *Caſtrenſes ultimum epiſcopum ſuum anno* 1649 *occiderunt, Innocentius X civitatem Caſtrenſem delevit, & epiſcopatum tranſtulit ad oppidum Aquæpendentis. Ducatus Caſtrenſis, cujus caput erat Caſtrum, modò ſubeſt ſummo Pontifici.*

e Aretium, *vulgò* Arezzo, *civitas epiſcopalis Etruriæ eſt ſub dominio Magni ducis.*

f Oppidum ſancti Sepulcri, *aliàs*, Burgum S. Sepulcri, *vulgò* Borgo di San Sepolcro, *poſt ætatem ſcriptoris epiſcopali dignitate auctum eſt à Leone X. Nunc igitur epiſcopalis eſt civitas ſub archiepiſcopo Florentino, ſitaque in Umbria prope confinia Etruriæ, cujus Magno duci ſubeſt ab aliquot ſeculis.*

g *Vita S. Petri martyris data eſt ad* 29 *Aprilis* ; *ibique cap.* 5 *num.* 41 *dicitur S. Petrus à quadam Sanctimoniali* in monaſterio de Ripolis *viſus aſcendere in cælum. Verùm ſi illa viſio contigit, dum moniales incolebant locum illum ſuburbanum, multis ibi annis manſerunt : nam martyrium S. Petri apud nos figitur anno*

C 1252.

h *Hoc intelligi nequit de tranſlatis ad urbem monialibus, aut de viſione mox dicta, cùm tamdiu non vixerit S. Dominicus, ſed defunctus ſit anno* 1221.

i *Nihil præterea de eo invenio.*

k *Ughellus tom.* 2 *Italiæ ſacræ col.* 424 *inter epiſcopos Ariminenſes brevi, ſed præclaro, elogio recenſet hunc Ambroſium, dicens epiſcopum creatum anno* 1265, *defunctum anno* 1277.

l *Et hunc inter Fanenſes elogio celebrat Ughellus tom.* 1 *col.* 666, *dicens primò fuiſſe Callianum in Umbria epiſcopum, deinde anno* 1265 *tranſlatum ad Fanenſem eccleſiam, obiiſſe verò anno* 1276.

m *Factus hic eſt epiſcopus Urbevetanus anno* 1272, *ut vult Ughellus tom.* 1 *col.* 1472, *ubi eum ut virum ſanctum inſigni planè elogio celebrat, notatque defunctum Florentiæ anno* 1279, *ut etiam legitur in ipſius epitaphio. Hæc omnia rectè congruunt cum dictis hoc loco.*

n *Tempus hujus migrationis colligitur ex annotatis lit.* a.

A JOANNE CAROLI.

CAPUT III.

Beatus adeſt morienti S. Dominico : migrat ad S. Mariam Novellam : Beati inſignes conciones, miracula, virtutes, monita, mors, ſepultura, tranſlatio, miracula poſt mortem.

Beatus B. nomine adeſt S. Dominico morienti : * *lege* hic

DUm hæc Florentiæ agerentur, Bononiâ ſupervenere fratres, qui dicerent beatum patrem Dominicum gravi languore detineri. Dubitari verò ab omnibus affirmabant, ne tunc eum Dominus evocaret. Id cùm accepiſſet hunc * Joannes ſimulque quòd beatus pater fratres omnes Bononienſis domûs advocari mandâſſet, intelligens ſe unum ex his eſſe, decrevit illò ſe conferre. Veniens ergo Bononiam, invenit beatum Patrem extremum ferè ſpiritum jam agentem. Quem ut vidit, vehementer ingemuit, quum cerneret tantum patrem è vita migrare. Beatus verò Dominicus intuens eos invicem collacrymantes, piè illos conſolabatur. Demum quum morti ſe intelligeret jam propinquum, teſtamentum illis ſuum piis reliquit vocibus, dicens : Hæc ſunt, fratres mei, quæ vobis, uti filiis, poſſidenda relinquo. Charitatem habete, humilitatem ſervate, paupertatem voluntariam cuſtodite. Hiſque dictis, felix ille ſpiritus evolavit ad cælos. *a* Tum verò omnibus obortæ lachrymæ tanti patris deceſſum tenerrimè devotiſſimèque deflebant. Peracto tandem pietatis officio, debitas illius ſacroſancto corpori facientes exequias, quum tandem quieviſſent, poſt aliquos dies B. Joannes, conſalutatis fratribus, Florentiam remeavit.

E

a

F

cùm ob eccleſiam S. Pauli litigarent clerici ; Beatus eorum ſuis

22 Quum ergo Florentiam revertiſſet, communis omnium factus eſt luctus, nec ſatis tanto parenti arbitrati ſunt factum, ſi ſolis lachrymis proſequerentur mortem, niſi etiam piiſſimis verbis condolerent. Licèt autem cum beato Dominico optimè exiſtimarent geſtum, quòd ex hujus habitationis lutea domo glorioſiſſimè eſſet eductus, pro ſuis tamen incommodis graviter angebantur atque dolebant. Sed cùm jam ſatis lacrymis temperâſſent, divinis deinceps rebus omnem animum tradidere. Verùm res eccleſiæ S. Pauli illos magnopere perturbabat, metuentes ne tandem proficere non poſſent, ſi totiens tranſferrentur. Juſtabant enim clerici, eccleſiam, quam nuperrimè invaſiſſent, reddi ſuis ſtudioſiſſimè poſtulantes. Dum eſſet hic ſtatus rerum, peropportuna illis familiaritas Foreſii ſacerdotis fuit, viri profectò egregii, qui eccleſiæ admodùm parvulæ, quæ in convicinio erat, quam ſanctam Mariam Novellam dicebant, rector & gubernator habebatur. Qui cernens fratres, quibus tanta afficiebatur devotione, ita à ſuis clericis perturbari, egit cum beato Joanne, quatenus ſuam eccleſiam Ordini condonaret, ſicque liti imponeretur finis. Quod cùm pro pace & quiete fratrum abundè placuiſſet beato Joanni, eum cum ſuis fratribus in propoſito confirmabat.

A. JOANNE CAROLI.

migrat ad conventum S. Mariæ Novellæ, suo Ordini donatum.

23 Per eos dies Florentiam venerat Ugolinus *b* Hostiensis & Velitrensis episcopus, atque apostolicæ Sedis legatus, apud quem cùm clerici de ecclesia S. Pauli exposuissent querelas, visum legato est eas pace intercedente finire. Igitur partis capitibus advocatis, cœpit cum eis de concordia & pace tractare. Inter tractandum, cùm in Foresii mentionem incidissent, placuit ejus quoque intelligere voluntatem. Qui cùm omnia in legati & fratrum arbitrio se jamdudum posuisse dixisset, VI Idus Novembris, anno salutis MCCXXI, Foresius sacerdos in manibus legati ecclesiæ suæ ultro renuncians, cessionem ipsam publico instrumento ex legati sententia & auctoritate firmavit. Postero verò die, quo res ipsa majori firmitate constaret, nullisque de cætero possent fratres clericorum perturbationibus molestari, Ugolinus legatus, & Florentinus antistes Julianus, *c* archipresbytero cæterisque canonicis totoque cleri capitulo assensum præbentibus, dono ecclesiam S. Mariæ Novellæ venerabili viro Ubaldino *d*, fratrum Prædicatorum nomine recipienti, dederunt. Fratres verò
B ecclesiæ S. Pauli cedentes pace cum clericis multo gaudio sese in arbitrio legati ponentes, quæque facienda videbantur diligentissimè perfecerunt. Quæ omnia jure ipso perfecta sunt pridie Idus Novembris. Legatus & Florentinus antistes beatum Joannem vocantes, S. Mariæ Novellæ *e* ecclesiam, hortum cæteraque omnia, quæ ad eam pertinere viderentur, Ordini Prædicatorum liberalissimè tradiderunt, fratres ipsos in ejus introducentes domos. Atque in hunc ferè modum nostra Religio firmum ac stabilem in urbe obtinuit locum.

Multos suis concionibus ad Ordinem pertrahit:

24 Eo verò tempore, quo fratres magnopere constructioni intendebant domûs, B. Joannes cum cæteris prædicationi & orationibus insistentes, plurimos ad Ordinem attrahebant, quorum deinde patrimonia in eos usus exponerent. Neque verò solùm ex civitate, sed ex suburbanis & circumadjacentibus civitatibus & oppidis habitu induebant, ultrà quàm credibile videatur, Deo ita volente, crescentes. Nam & Pistorienses *f*, quosdam, & Pratenses *g* plurimos, fratres nostræ domus fuisse, memoriæ proditum est. Inter quos Conradus *h* vir scientiâ & virtute excellens Pistoriensis fuit ex illo-
C rum, qui de Penna dicti sunt, familia ortus. Quem tandem ad Fesulanæ ecclesiæ administrationem translatum nunc nostra ecclesia servat sepultum. Fratrem quoque Nicolaum *i* Pratensem, Albertinorum comitum familiâ natum, quem posterior ætas Hostiensem & Veletrensem episcopum Cardinalem vidit. Quum igitur in dies beati Joannis fama esset celebrior, ipse verò multa humilitate atque devotione præstaret, fiebat ut multi ejus sese orationibus commendarent.

gravem capitis dolorem momento pellit,

25 Ea igitur tempestate quidam vir, gravi capitis dolore attritus, ac præterea quartana febri detentus, medici nullius præsidio valebat penitus liberari: eam invaletudinem migraneam *k* vulgò appellant. Ita verò hominem molestabat, ut quàm sæpissimè in frenesim, ac penè in furorem ob doloris vehementiam deveniret. Is ubi vidit omnia medicorum remedia inania evasisse, ejusque rei periculum tempore multo fecisset; tandem ad beatum Joannem se contulit, ejusque se orationibus devotissimè commendavit. Utque sibi, tum quidem dolenti, manus imponeret, humiliter supplicavit. At Vir mitissimus, precibus ejus commotus, præmissa ora- D
tione, manus illi imposuit, sua benedictione percepta, ut domum rediret, evestigio imperavit, dicens, se sperare divinam ei gratiam minimè defuturam. Mirum in modum, vix verba finierat, illo surgente, mox dolor omnis abscessit, ut nullatenus de cætero eo foret dolore affectus. Igitur Deo & beato Joanni gratias agens, ad propria remeavit.

periclitantem ex vulnere sanat:

26 Alius quoque in litigio (ut arbitror) constitutus, cùm diu adversariis luctatus esset, tandem letali confossus vulnere, vix domum semivivus relatus est: cumque propediem sui omnes ejus operirentur mortem, in Prioris & fratrum Prædicatorum memoriam incidentes, languenti suaserunt, ut ejus patrocinia imploraret. Oranti igitur, & eo modo, quo poterat, emittenti votum, ad eam, quam penè amiserat, vitam revocatus est. Aiebat autem se, postquam emisisset votum, quasi in somnum fuisse resolutum. Vidisse verò lectulo assistentem fratrem Joannem, qui ei dicere videbatur, eum omnino sanitati restitutum. Igitur evigilans, ita
E esse, ut audierat, reipsa cum ingenti omnium admiratione & gaudio comprobavit. Quare paucis pòst diebus exurgens, ad ecclesiam Prædicatorum venit gratiasque Deo ingentes & beato Joanni multa cum devotione persolvit.

Insignes Beati virtutes:

27 His itaque gestis, licèt jam esset ejus fama percelebris, ipse tamen nulla ratione efferebatur; sed quo majora per eum Dominus efficeret, eò humiliùs & apud semetipsum abjectiùs se gerebat. Quumque multæ essent charitatis ac præcipuæ fidei, ejus tutelam adversus hæreticorum insultus magno & constanti animo peragebat. Zelo quidem domûs Dei accensus, & laniari & irrideri, ac nonnunquam injuriis & contumeliis affici minimè recusabat, modò fides ipsa dilataretur & crescceret. Multæ verò gravitatis fuit, in loquendo parcus, in consulendo liber, in admonitione suavis, in corripiendo verò mediocris severitatis erat: in oratione quoque assiduus, in disputatione acutus, inque omnibus rebus suis miro modo compositus. Dignitatis præterea amplissimæ habebatur cunctis, & aspectu longè venerabilis. Incessus verò præ se ferebat ingenuitatem quamdam, quæ omnium in se oculos convertebat. Scientia verò non communis illi aut vulgaris fuit, sed præter humanam, quâ pollebat plurimùm, & eam *, quam Sanctorum scientiam appellamus, excel- F
lenti quadam largitate à Deo fuerat decoratus.

** lege eâ*

æger optima suis data monita,

28 Quumque multis jam annis hujusce * sanctis ac piis operibus satis in vinea Domini laborâsset, tandem persentit, superveniente languore, se propediem esse moriturum. Quare fratribus convocatis, illis transitus sui tempus instare aperuit. Quibus pro tanti Patris decessu vehementer ingemiscentibus, optimis eos sermonibus adhortatus est, ut lachrymas cohiberent, nam & ita fieri oportere, ut quicquid egisset Deus, id summa ratione factum arbitrarentur, & ob id ejus voluntati obtemperandum. Quamvis autem lachrymas fundere humanitatis officium sit, nimiùm tamen his indulgere non satis bene in Deum dispositæ mentis esse indicium asseruit. Quocirca magis in suo decessu orationibus quàm lachrymis deditos esse admonuit. Præterea, despicientiam omnium humanarum rerum complecterentur, admonuit, nihilque in mundo firmi aut stabilis esse, omnia verò caduca & momentanea, Religiosos quosque arbitrari debe-

** forte* hisce

A debere, ſolis patriæ cæleſtis deſideriis inhiare, & ad illa, cæteris poſthabitis rebus, greſſum dirigere, quæ ſtabilia & æterna ſunt; ſperare ſe paulò pòſt non ſuis meritis, ſed divinæ benignitatis gratiâ, ad illa, quæ jam pridem deſiderâſſet, omnino eorum orationibus perrecturum.

piè moritur, & magno cum populi concurſu ſepelitur:

29 Quæ quum dixiſſet, peccatorum remiſſione percepta, Viaticum humiliter poſtulavit, ac mira devotione & lachrymis ſuſcepit. Ubi verò ad extremum ſpiritum ventum eſt, ſancto illum inungentes oleo, illum orantem, & erectis in cœlum luminibus quaſi ſanctos angelos intuentem, qui ejus operirentur egreſſum, orantes fratres quietè, acſi obdormiviſſet, ſpiritum efflare *l* viderunt. Tum verò, profluentibus omnium lachrymis, domus omnis vehementer indoluit, corpuſque venerabile deponentes, piis officiis omnem erga illud charitatis curam propriis manibus peregerunt. Solemus enim defunctorum lavare corpora & alia hujuſmodi efficere, quæ ad ſepulturæ officium videantur eſſe percommoda. Quæ omnia quum illi feciſſent, devotiſſimè corpori aſſidentes, pſalmis ex more, lachrymis verò ex tempore horam expectabant, quâ illius celebraretur funus. Siquidem pro tanti Viri deceſſu non minima convenerat Religioſorum & clericorum multitudo, ac præterea populus univerſus, & propter Hominis dignitatem, & propter ea, quæ vivens feciſſet prodigia, magno concurſu acceſſerat. Tandem verò multa devotione & lacrymis, veluti ſuæ civitatis amiſiſſent Patronum, juſta funeri perſolventes, in veteri *m* (ut puto) eccleſia venerandum corpus inſigni clauſere ſepulcro.

l viderunt

B

m

corpus deinde ad novam eccleſiam tranſlatum.

30 Quod poſtea, novo ædificato templo, in eo, in quo nunc conditum eſt, jacet loco tranſlatum. Cujus quidem ſepulcri longitudo non videtur ad ſtaturam hominis pervenire; quo intelligi poteſt, procedentibus annis ejus dumtaxat oſſa in eo loculo fuiſſe recondita; inſigni autem ejus temporis ſculpturâ confectum conſtat. Circunquaque miracula per illum, dum viveret, & poſteaquam è vita exceſſerat, operatus eſt Deus, egregia arte depicta, quæ nunc ipſi referemus, quantùm ex ea pictura colligi poteſt. Neque enim alia nos ſcriptura ejus miracula docuit. Poſtquam igitur venerabile ejus corpus ſepulturæ traditum eſt, cœpit ad ſepulcrum ejus mira populi eſſe devotio, multis ejus patrocinia implorantibus. Quumque plurimi ſe invenirent ejus præſidio liberatos, multæ ob eam cauſam oblationes afferebantur, cæreæque imagines & funalia juxta uniuſcujuſque votum circùm videbantur eſſe appenſa; unde & nonnulla ejus rei adhuc monumenta ſuperſunt.

C

Oleum pro lampade ante ejus ſepulcrum in vaſe antè vacuo inventum:

31 Quum autem die quadam lampadi ad ejus ſepulcrum dependenti ex more oleum defeciſſet, frater Bartholomæus Murellenſis, tunc ſacriſta, mulierem eo in loco orantem comperiens, ubi tum ejus conditum aſſervabatur corpus, eam hortatus eſt, ut oleum venerabili ejus corpori, ut aliæ plurimùm facere conſueviſſent, afferri curaret. Qua reſpondente, vas ea die evacuatum fuiſſe, ſe verò, unde emeret, non habere, & ob id non mediocriter angi, ait frater Bartholomæus: Perge domum iterumque diligentiùs perſcrutare, an quid olei ſuperfuiſſet in vaſe, quæ cùm eveſtigio perrexiſſet, olei vas, quod antè vacuum reliquerat, oleo exuberans invenit. Summo igitur affecta gaudio, mox ad eccleſiam cum oleo reverſa, narrabat evidentiſſimum meritis beati Joannis factum fuiſſe miraculum.

A. JOANNE CAROLI.

infirmus apud ſepulcrum ſanatus,

32 Alius item vir, quum gravi detineretur corporis totius, maximè verò pedum imbecillitate; ac præterea etiam linguæ officio eſſet plurimùm impeditus, nullis aliis medelis auxilium ei conferentibus, tandem ad ejus ſepulcrum orare perrexit. Cùmque diutiùs orâſſet, viſum eſt illi beatum Joannem quaſi è ſepulcro prodire, atque ad illum manus protendere ſuaque benedictione, ut abiret, præcipere. Quare illico ſurgens, ita ſe reperit ab omni eo langore curatum, acſi nihil umquam detrimenti paſſus fuiſſet.

item puer clauduſ.

33 Mulier quoque eiſdem ferè diebus, quæ maxima beato Joanni afficiebatur devotione, quum filium ante eos annos peperiſſet, contractis denique pedibus atque invalidis evaſiſſet, ita ut omnino, ſi ita viveret, fuiſſet inutilis, ad B. Joannis præſidium convolavit: allatoque infante, ante illius ſepulcrum expoſuit, multiſque lacrymis ſuam orationem effudit. Id cùm feciſſet, accepto iterum puero, fiduciâque aſſumptâ ex meritis ejus, tibiis pueri ejus tetigit ſepulcrum, corde invocans toto ejus præſidia. Mirabile dictu! mox ut tetigit puer ſepulcrum, conſolidata ſunt ejus membra pedeſque erecti, atque ita perfectè reſtitutus ſaluti, ut qui ante alienis manibus portabatur, deinceps ſuis pedibus remearet ad propria. Plura verò alia Deus meritis ejus operatus eſt, quorum notitia ad nos non pervenit. Nota verò divinæ ſunt pietati, quæ illa per ſervos ſuos tanta largitate dignatur efficere.

E

ANNOTATA.

a *De obitu S. Dominici plura ſtudioſus lector inveniet in Actis ipſius, & Commentario Vitæ præfixo ad 4 Auguſti.*

b *Hugolinus, Oſtienſis eo tempore & Velitrenſis epiſcopus Cardinalis, anno* 1227 *ad ſummum Pontificatum evectus eſt, dictuſque Gregorius IX.*

c *Qui hic* Julianus *vocatur, apud Ughellum tom.* 3 *col.* 105 *nominatur* Joannes: *cùmque hic Joannes ſecundùm Ughellum archiepiſcopus Florentinus fuerit ab anno* 1205 *uſque ad* 1230; *ſuſpicor mendum impreſſionis eſſe, quo irrepſerit pro Joanne nomen* Julianus; *ſicut alia non pauca menda in illa editione reperio. Verumtamen erravit etiam in referendo hoc facto Ughellus, dum hiſce adfuiſſe aſſerit Raynaldum Oſtienſem epiſcopum Cardinalem ac legatum Pontificium in Etruria, qui ex ipſius Ughelli calculo tantùm anno* 1227 *ad Oſtienſem & Velitrenenſem epiſcopatum evectus eſt: fatente enim Ughello, donatio facta eſt anno* 1221, *quo Hugolinus erat Oſtienſis epiſcopus, Joannes Florentinus.*

F

d *Laudatus Ughellus tom.* 3 *col.* 5 *hanc referens donationem, Ubaldinum vocat* Priorem. *At magis credo,* B. Joannem *Salernitanum fuiſſe Priorem, Ubaldinum verò ipſius procuratorem.*

e *Manent etiamnum Patres Prædicatores in eodem monaſterio.*

f *Piſtorium, vulgò* Piſtoia, *urbs eſt epiſcopalis in Etruria ſub archiepiſcopo Florentino, ſitaque ad radices Apennini montis, & ad amnem Stellam.*

g *Pratum, vulgo* Prato, *gaudet etiam dignitate epiſcopali, ſed hujus civitatis epiſcopatus perpetuò conjunctus eſt cum Piſtorienſi. Pratum ferè medium eſt inter Florentiam & Piſtorium.*

A. JOANNE CAROLI.

h Conrardus à Pinna, alias de Gualfreduccis Piſtorienſis, Ordinis Prædicatorum *inter Feſulanos præſules occurrit apud Ughellum tom. 3 col. 253, qui dicit epiſcopum creatum anno 1309, defunctum anno 1312. Fortè* B. Joannes *dudum erat defunctus, dum hic Ordini nomen dedit: neque etiam dicit auctor, ab eo admiſſum fuiſſe. Idem obſervari poteſt de Nicolao Oſtienſi.*

i *Hic apud Ughellum tom. 1 col. 70 dicitur priùs fuiſſe Spoletanus epiſcopus, deinde verò Oſtienſis à Benedicto XI creatus anno 1303, defunctuſque Avenione anno 1321. Vocatur ab Ughello* Nicolaus Martini; *ſed in ſecunda editione hæc addita eſt annotatio:* E comitibus Albertis erat: Martini verò, ſi genus inſpiciatur maternum.

k *Dolor eſt, qui alterutram capitis partem affligit, & Græca voce* hemicrania *dicitur.*

l *Annum emortualem auctor non exprimit. At cum ſuprà dicat, eum* multis annis *laborâſſe in vinea Domini, dubitare nequeo, quin multò ſeriùs obierit, quàm neoterici aliqui ſcripſerunt. Malvenda pag 393 rectè dicit* obitûs certum tempus *eſſe incompertum. Attamen Bzovius ad annum 1225 num. 12 ait:* Hoc ferè anno *obiiſſe Beatum. Ughellus tom. 3 col. 106, Marcheſius aliique illo ipſo anno 1225 mortuum dicunt. Verùm facilè viginti, triginta aut etiam pluribus annis ſeriùs vivere potuit, nec veriſimile eſt eum tam citò obiiſſe. Quapropter mortem fixi ſeculo* XIII: *nam facilè ad decem annos à vero aberrare poterit, qui ex ſola Vita annum emortualem voluerit aſſignare; nec allibi eum aſſignatum invenio in monumentis vetuſtis.*

m *Nimirum, quia nova eccleſia necdum erat ſtructa; nam hanc anno 1278 inchoatam eſſe, ſcribit Joannes Villanius lib. 7 cap. 55.*

DE S. NICOLAO TOLENTINATE,

ORDINIS EREMITARUM S. AUGUSTINI,

TOLENTINI IN MARCHIA ANCONITANA,

C. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Antiqui Vitæ ſcriptores, ejuſque exemplaria edita & inedita: Acta unde edenda: aliqui ſcriptores neoterici.

ANNO MCCCV, *vel* MCCCVI. *Recenſentur antiqui Vitæ ſcriptores,*

Sacer Ordo Eremitarum S. Auguſtini inter Cælites ſuos numerat S. Nicolaum, *cognomento* Tolentinatem, *quem mirabili vitæ ſanctimoniâ, ac cæleſtibus prodigiis tum ante tum poſt mortem celeberrimum, univerſa Chriſti Eccleſia hoc die religioſè veneratur. Acta hujus ſanctiſſimi Viri conſcripta ſunt à variis tam domeſticis, quàm externis auctoribus, quos magno numero recenſet Ludovicus Torellius tom. 5 Annalium Auguſtinianorum, ad annum Chriſti 1305, num. 53, & majori etiam numero Dominicus Antonius Gandolfus in Diſſertatione hiſtorica de ducentis celeberrimis Auguſtinianis ſcriptoribus, pag. 357 & ſeqq. Inter hos verò vetuſtiſſimi, quique reliquis præiverunt, à Torellio numerantur B. Henricus de Urimaria, B. Jordanus de Saxonia & Petrus de Monte Rubiano, ejuſdem Ordinis Religioſi, in quorum propterea elucubrationes imprimis inquirendum eſt.*

2 *Thomas de Herrera in Alphabeto Auguſtiniano honorificum elogium nectit de memorato Henrico de Urimaria, quem aliàs* de Alemannia *etiam dictum ait, eumque* Beati *pariter titulo illuſtrat, & ſecundum Philippum Bergomenſem ſub annum* 1334, *ſecundum alios ſub* 1340 *obiiſſe ſcribit. Conſentit Torellius in Vitis illuſtrium Auguſtinianorum, Centuria 2, cap. 76, & in Annalibus ad annum Chriſti* 1340, *à num. 4 uſque ad 22, ubi varia ejuſdem Opuſcula recenſet, ſed nullum tamen, quod de* S. Nicolai *aut aliorum ſui Ordinis Sanctorum vita inſcribatur. Sed nec laudatus Gandolfus ipſius meminit, nec alibi eam lucubrationem potui reperire: quare ſuſpicor, illum fortè non niſi ſparſim in Opuſculis ſuis de Sancto noſtro tractâſſe.*

inter quos Jordanus de Saxonia,

3 *Jordani à patria ſua* de Saxonia *cognominati illuſtre elogium habes apud Herreram in Alphabeto, ubi ab inſigni doctrina, ſummis muniis, quibus feliciter functus eſt, vitæque ſanctimonia, quâ* Beati *titulum promeruerit, multùm laudatur, ac ætate gravis anno Chriſti* 1380 *dicitur obiiſſe. Eumdem celebrat Torellius in Annalibus ad annum Chriſti* 1380, *cui ipſius mortem pariter illigat. De doctrina ejus ſic ſcribit Joſephus Pamphilus in Chronicis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini:* Jordanus Saxoneus, in Quintelingeburgenſi patria natus, ex illo Theologorum numero, qui in Germania divinam ſapientiam profitebantur, princeps agnitus, doctrinæ ſuæ eminentiâ obtinuit non ſolùm ſuprema in gymnaſiis Germanorum ſubſellia, ſed & per univerſam Germaniam totius Ordinis præfecturam. *Porrò hic inter varia pietatis ingeniique ſui monumenta reliquit Opuſculum,* Vitasfratrum *inſcriptum, cujus geminum exemplar exſtat in Muſeo noſtro, alterum typis Romanis anno* 1587, *Leodienſibus alterum anno* 1625 *excuſum. In hoc Opuſculo, quod aſce-*

A *aſceticas lectiones continet, frequenter meminit de* S. Nicolao *noſtro, ejuſque inſignia geſta ex Petro de Monte Rubiano, eiſdemque penè verbis hinc inde enarrat & imitanda proponit. Quod ſanè laudati Petri lucubrationem non parùm commendat: Jordanus enim non minùs doctrinæ quàm ſanctitatis laude floruit, ut ex dictis habemus, eodemque ſeculo vixit, quo Sanctus ad cælos emigravit. Scripſit autem idem Jordanus ſpecialem libellum de Sancti miraculis: nam lib.* 2, *cap.* 1 *ad calcem ſic ait:* Multa & innumera alia miracula Deus per eumdem beatum Virum operatus eſt, quæ vix lingua ſufficeret dicere, vel calamus exarare, & operatur hodierna die, de quorum aliquibus eſt tractatus ſpecialis in fine libri. *Verùm hunc Tractatum deſiderari, notatur in margine utriuſque exemplaris noſtri. Ceterùm cùm Jordanus ſua ferè omnia ex Petro de Monte Rubiano deprompſerit, non niſi pauca ex ipſo hauriemus.*

& ante hunc Petrus de Monte Rubiano, B 4 *De Petro de Monte Rubiano, qui à cognomine conventu, in Marchia Anconitana ſito, id cognomen accepit, hæc ſcribit Herrera in Alphabeto Auguſtiniano:* Petrus de Monte Rubiano Theologiæ lector, divo Nicolao Tolentinati coævus, ejus Vitam, ut Ambroſius Frigerius de Baſſano in Vita S. Nicolai cap. 1, pag. 11 affirmat, devoto ſtylo conſcripſit. Eam inſeruit, ſupreſſo nomine, Laurentius Surius ſuo Operi de Vitis Sanctorum, exſtabatque Ms. Romæ in archivo Ordinis tempore Ambroſii Frigerii: nos eam quæſivimus, ſed non licuit invenire. Indicat hujus Vitæ auctor, ſe illam luci dare circa annum MCCCXXVI. *Similia ferè habet Torellius ad annum Chriſti* 1336, *num.* 7, *ubi ait, ex illa Vita Officium Sancti, quo tam Eccleſia, quam Ordo Eremitarum S. Auguſtini utitur, concinnatum eſſe, additque unum hujus Vitæ apographum à ſe viſum lectumque, Romæ in bibliotheca Angelica ſui Ordinis. Aliud ejuſdem exemplar Ms. ſervatum fuiſſe in bibliotheca Senenſi ejuſdem Ordinis, aliudque in bibliotheca Strozziana, mox videbimus.*

qui ſcripſit anno 1326 C 5 *Laudatam Vitam à Petro de Monte Rubiano ſcriptam fuiſſe viginti circiter annis poſt Sancti obitum, & Chriſti anno* 1326, *diſcimus ex editione Mombritii & apographo noſtro Senenſi. Priori hic titulus præfigitur:* Hiſtoria beati Nicolai Tholentinatis. Primùm de ejus nativitate, quæ fuit ab angelo nunciata, & quæ compoſita fuit à Fratre Petro de Monte Rubiano lectore, anno Domini milleſſimo, trecenteſſimo, vigeſſimo ſexto, tempore Domini Johannis Papæ vigeſſimi ſecundi. *Deinde capite, quod* de miraculis poſt ejus obitum factis *inſcribitur, & apud nos eſt caput* 6, *dicit auctor:* Jam anni viginti præterière, ex quo tempore hujus Sancti innumera miraculorum genera dignatus eſt Dominus ſuis fidelibus oſtendere. *Similiter in Ms. noſtro Senenſi legitur:* Tempore enim amodò viginti annorum continuatis diebus, hujus Sancti meritis glorioſis innumera miraculorum genera dignatus eſt in ſuis fidelibus facere. *Porrò ex dicendis clariſſimè patebit,* S. Nicolaum *mox ob obitu miraculis inclaruiſſe, adeoque hoſce annos viginti ab ejuſdem obitu numerâſſe auctor cenſendus eſt: quæ omnia apprimè conveniunt cum anno illius emortuali, quem Chriſti* 1305 *vel* 1306 *fuiſſe, infrà oſtendemus.*

vel circiter, 6 *Verùm idem auctor ſcrupulum mihi injicit, dum cap.* 4, *num.* 38 *de aqua, quâ mulier quædam Sancti jamjam ſepeliendi manus pedeſque laverat, ſic ait:* Hæc aqua per viginti octo annos conſervata nullam umquam ſenſit putrefactionem, ſed clariſſima ſemper apparens, incorruptibilis ſemper manſit. Viginti & octo annos *pariter habet Jordanus de Saxonia, lib.* 2, *cap.* XI, *ubi eadem exponit: ex quibus conſequens fieret, Vitam hanc aliquot annis ſeriùs conſcriptam fuiſſe. Torellius id etiam ſeriùs factum putat, videlicet poſt annos* 31, *ut ad annum Chriſti* 1336, *num.* 7, *legere eſt. Verùm ego ſuſpicari malim, annos* octo *prioribus* viginti *adjectos eſſe ab aliquo, qui cùm poſt totidem annos Petri Opuſculum deſcriberet, aquam illam necdum corruptam ſciverit. Nolo tamen id multis contendere, cùm parùm referat, pauciſne annis antè, an poſt concinnata ſit: ſed ex dicendis patebit, priores calculos cum anno emortuali optimè cohærere.* AUCTORE C. S.

Sanctumque potuiſſe noviſſe. 7 *Ex hactenus dictis habemus biographum Sancto coævum fuiſſe, ipſique etiam convivere potuiſſe, ut ſcribit Torellius mox laudatus, quamvis auctor id nuſquam inſinuet. Utut ſit, non dubitamus, quin plurima ex ipſis* S. Nicolai *ſodalibus didicerit; nam cap.* 1, *num.* 6, *referens mirabilem Jeſu in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento* Nicolao *nondum pueritiam egreſſo apparentis viſionem, ita loquitur:* Audivi enim à quodam fratre, qui in ſuis infirmitatibus ſancto Viro devotiſſimè ſerviebat, quòd cùm inter eos ſermo de innocentia parvulorum fieret, ipſe Vir ſanctus ſic allocutus eſt Fratrem *&c. Ut autem viſionem hanc ex ipſius ſodali accepit, ita & alia procul dubio ex eodem aliiſque didiciſſe dicendus eſt. Nicolaus de Tombeur ex eodem Ordine ſacræ Theologiæ licentiatus in prologo ad* S. Nicolai *Vitam cenſet, laudatum Petrum hoc Opuſculum veriſimiliùs concinnâſſe occaſione examinis de Sancti geſtis ac miraculis pro ejuſdem canonizatione demandati per Joannem XXII PP. anno* 1325, x *Calendas Junii, cujus Acta anni ſequentis die* V *Decembris eidem Pontifici tradita fuiſſe, poſtea videbimus. Neque immeritò ita opinatur: nam & tempus apprimè convenit, & cap.* 6 notariorum *meminit, qui mercede conducti, Sancti miracula conſcribebant. Haud ſcio tamen, an hæc ipſa Acta fuerint ad Pontificem tranſmiſſa; imò pro privato potiùs uſu (ſaltem quod ad miracula ſpectat) conſcripta videntur, ut colligi videtur ex clauſula Ms. Senenſis, in qua auctor dicit, ſe miracula, quæ refert, ex tabellionum ſcriptis hauſiſſe, at multa faſtidii vitandi causâ prætermiſiſſe; quod certè non fuiſſet facturus, ſi pro Proceſſu ad Pontificem mittendo laborâſſet.*

Hujus Vitæ exemplaria edita & inedita: 8 *Laurentius Surius laudata Acta edidit, ſed ſtylo, ubi viſum fuit, expolito, omiſſiſque miraculis poſt obitum factis, quæ generali tantummodò phraſi inſinuavit. Nomen quoque auctoris ignoravit, quia, ut inquit, codex Ms., quo uſus eſt, nullum præferebat. At Mombritius ea unà cum miraculis, ſervato primigenio ſtylo, expreſſoque auctoris nomine & tempore, quo ſcripta ſunt, tom.* 2 *de Vitis Sanctorum inſeruit. Habemus & nos apographum Ms. bibliothecæ Patrum Auguſtinianorum Senenſium in Hetruria; partim Papebrochii, alienâ partim manu deſcriptum. Huic prologus præfigitur, ab alio, quàm à Petro de Monte Rubiano concinnatus, prout ex floridò ſtylo legenti manifeſtum eſt. Exordium ejus hujuſmodi eſt:* Nova lux oriri viſa eſt, gaudium honor & tripudium apud omnes populos. *Subdebatur in Ms. ſermo*

AUCTORE C. S. de interpretatione nominis, *quem Papebrochius operæ pretium non censuit describere. Post hæc capitum tituli & exordia recitantur, prætermissa rerum gestarum narratione, quod factum puto, quia hanc cum editione Mombritiana concordare, aut saltem ei similem noverat, quemadmodum ex capitum initiis licet colligere.*

qualia nos edituri simus. 9 *Subduntur denique miracula post Sancti obitum facta, quæ Papebrochius, cùm Florentiæ in Hetruria degeret, contulit cum Ms. codice illustrissimi viri Caroli Strozzi senatoris Florentini, ex eoque aliqua, quæ in Senensi deerant, excerpsit. Ego editionem Mombritii recudendam censui, quia apographum nostrum Senense, ut monui, Sancti gesta non continet, ex illo verò in Annotata referam, quidquid operæ pretium videbitur: nam solas phrasium discrepantias sciens præteribo, ne nimiis observationibus lectori frustra molestus sim. Post Vitas ac antiqua miracula, de Sancti gloria posthuma agemus, quam ex variis scriptoribus colligemus. In primis verò dicendum erit de prodigiosis sacri sanguinis effusionibus, quibus Sancti brachia, veluti perpetuo quodam miraculo,* B *illustrantur.*

Reliqua instrumenta: 10 *Præter prædictum apographum Senense exstant in Museo nostro bina Mss., alterum depromptum* ex Ms. Ultrajectino S. Salvatoris, *alterum à P. Gamansio Societatis nostræ presbytero transmissum, notatur acceptum* ex Bodecensis cœnobii Ord. Regular. S. Augustini, diœcesis Paderbornensis, Passionali pergameno Ms. insigni, mensis Septembris, fol. CCIIII. pag. A. *Utrumque quoddam est majoris Vitæ compendium, prætermissis etiam miraculis post mortem factis; ideoque nulli nobis usui erit. Utilius nobis est quoddam instrumentum, quod Dominicus Antonius Gandolfus num.* 1 *laudatus post Centurias exhibet ex insigni Ms. bibliothecæ S. Augustini Senensi; estque Vitæ compendium, ab advocato consistoriali, ut aiunt, coram Eugenio IV PP. ac purpuratis Patribus recitatum, dum de Sancti canonizatione ageretur. In fine dicti Ms. sequebatur series miraculorum unà cum testibus de ipsis deponentibus &c.: verùm hæc Gandolfus inedita reliquit. Nos ipsam Relationem ex eo dabimus post Vitam primam. Addit ibidem laudatus scriptor, præter eam Re-* C *lationem exstare in eadem bibliotheca Senensi tomum magnum Ms. in folio regali, in quo continetur Processus, mandante Joanne XXII PP. formatus: fortè is ipse est, ex quo Papebrochius noster supradicta excerpsit.*

quorumdam neotericorum elucubrationes, 11 *Scriptores neotericos, qui* S. Nicolai *gesta ac miracula magno numero scripserunt, non recenseo præter unum & alterum, qui id singulari modo præstiterunt. Inter hos Baptista Mantuanus, ex Ordine B. M. V. de Monte Carmelo, seculi* XV *poëta clarissimus, illius Vitam eleganti carmine heroico cecinit, exstatque apud varios. Alter est R. P. Nicolaus de Tombeur, S. Theologiæ licentiatus, Ordinis Eremitarum S. Augustini in Belgio nostro, qui ejusdem gesta ex Opusculo Jordani de Saxonia, insertis nonnullis ex Petro de Monte Rubiano, compilavit, & eruditis observationibus illustravit. Denique Bailletus Vitam Gallicè conscripsit, in qua, quæ lubuit, retulit, omisitque. In Tabula verò criti-* *ca sequentem censuram posuit:* Vita ejus scripta à quodam ipsius Ordinis Religioso, cujus nomen ignoratur, legitur in tom. 2 Mombritii, & in collectione Surii, qui hinc inde stylum expolivit. Non id erat, quod correctione egebat maximè. Dolendum est, aliud, quàm istud, monumentum nobis productum aut conservatum non esse, ex quo genuinam gestorum Sancti nostri notitiam habeamus. D

Bailleti censura rejicitur. 12 *Hæc ipse: at oportet, eum Mombritii editionem, quam laudat, ne vidisse quidem, cùm hic auctorem Vitæ verbis tam disertis exhibeat. Deinde cur, quæso, hæc ipsi Vita tantopere displicet, aliaque desiderat monumenta? An quia unum alterumque insolitum in ea prodigium legerat? Verùm, qui Deum mirabilem in Sanctis suis noverit, hujusmodi miracula à synchrono aut saltem coævo, ejusdem Ordinis ac provinciæ Religioso, tradita, non sine solida ratione rejiciet. At si Bailletus velit, non omnia Sancti gesta ab eo memorari, libens consentio: verùm id minimè insolitum est plerisque Sanctorum biographis, qui præcipuis eorum gestis, præsertim mirabilioribus intenti, reliqua solent negligere, nec propterea tamen hujusmodi censuris notantur.*

§ II. Cognomentum Tolentinatis: patria, parentes, annus obitus, suprema ætas, annus natalis. E

A domicilio Tolentini dictus Tolentinas, COgnomentum Tolentinatis S. Nicolao *nostro non à natali loco, sed à diuturno triginta annorum postremoque inter mortales domicilio in civitate Tolentino adhæsit. Est autem* Tolentinum Piceni pervetusta civitas, in eminenti amœnoque colle sita inter Camerinum & Maceratam, ab Ancona & Fulgineo diei itinere distans, cujus radices Cluentus adluit fluvius, *teste Ughello Italiæ sacræ resuscitatæ tomo* 2, *col.* 770; *qui & col.* 772 *arbitratur, eam jam à primis Ecclesiæ seculis episcopatu insignitam fuisse, quem postea exstinctum Sixtus V PP., cujus Bullam recitat, anno* 1586 *restituit aut erexit, ac primò Romanæ Ecclesiæ immediatè subjecit, deinde verò novæ metropoli Firmanæ; voluitque, ut idem episcopus Tolentinati & Maceratensi diœcesibus præsideret. Quantopere verò hoc suum domicilium, sibi divinitus destinatum, postremâ sanctissimæ vitæ suæ periodo, mortalibus exuviis, prodigiisque illustrârit, ex dicendis patebit.* F

natus est in Castro S. Angeli, è parentibus 14 *Sancti patria fuit exiguum quoddam oppidum,* Castrum Sancti Angeli *nuncupatum, situmque pariter in Piceno, & in diœcesi Firmana, ut discimus ex biographo num.* 1, *ubi ait,* S. Nicolaum ex Castro S. Angeli, districtûs civitatis Firmianæ, provinciæ Marchiæ Anchonianæ (*lege* Anconitanæ) *duxisse originem. Idem asserit Eugenius IV PP. in Bulla canonizationis infrà recitanda, consentiuntque, quotquot de Sancti gestis scripserunt. Pater ejus* Compagnonus, *mater* Amata *dicitur in Relatione Vitæ, lecta coram Eugenio IV, quam num.* 10 *laudavimus, atque ita etiam ab aliis scriptoribus vocitantur: at patris nomen desideratur in editione Mombritiana, in nostro autem Ms. Ultrajectensi is* Paimo *appellatur, amanuensis, ut suspicor, vitio. Ludovicus Torellius in Annalibus Augustinianis ad annum Christi* 1305, *num. 6 patrem* Compagnonem

de

A de Guarutti, *matrem* Amatam de Guidiani *nuncupat : ſed incertum mihi eſt, an adjectis vocibus utriuſque patriam potiùs, an familiæ cognomen deſignare voluerit.*

honeſtis ac modicæ fortunæ ;

15 *Cujus porrò fortunæ hi fuerint, non edicit biographus : at neoterici ſcriptores paſſim tradunt, eos mediocris fuiſſe ; quod biographi dictis ſatis eſt conſonum. Unus, quem viderim, eſt Andreas à S. Thoma, Auguſtinianus diſcalceatus in Italia, qui parte* I *Vitæ, cap.* I *ſcribat eos nobiles fuiſſe, licèt facultatum mediocritate contenti viverent.* Erant, *inquit*, nobiles ſecundum ſanguinem, ſed multò nobiliores vitâ & moribus, in quibus vera nobilitas ſita eſt : non curabant magnas divitias poſſidere, ſed eâ contenti erant mediocritate, quam Salomon poſtulabat. *Favet ipſi apographum Bullæ canonizationis, quod ad calcem Ms. noſtri Ultrajectini adjectum legitur ; in eo enim expreſsè dicitur* Nicolaus ex Caſtro ſancti Angeli juxta Firmanam diœceſim parentibus ortus nobilibus.

ſed non nobilibus.

B 16 *Verùm Juſtus Fontaninus, archiepiſcopus Ancyranus, in Codice Conſtitutionum, quas ſummi Pontifices in ſolemni Sanctorum canonizatione ediderunt, quemque ipſe juſſu Benedicti XIII anno* 1729 *Romæ vulgavit, eamdem Bullam exhibens, pro* nobilibus *legit* honeſtis, *in hunc modum :* Beatus igitur hic Nicolaus honeſtis ex Caſtro ſancti Angeli intra Firmanam diœceſim parentibus ortus *&c. Eodem planè modo legerat Laërtius Cherubinus tom.* I *Bullarii, quem Fontaninus ſecutus eſt. Quare crediderim, in memoratum Ms. Ultrajectinum errorem hunc ſeu amanuenſis ſeu cujuſdam ſcioli vitio irrepſiſſe ; præſertim cùm non modò reliqui ſcriptores, quos ſatis magno numero conſului, verùm etiam Officii Eccleſiaſtici concinnator, illum natalium ſplendorem penitus ignorâſſe videantur : laudatus verò P. Andreas, qui Vitam illam Italicam anno* 1648 *Genuæ edidit, recentior eſt, quàm ut ex ſolo ipſius teſtimonio id aſſeramus.*

Varia opinio de Sancti ætate & anno obitûs:

17 *De ſuprema* Nicolai *ætate, emortuali natalique anno, de quibus nihil apud biographum, non parùm variant ſcriptores. Nam quod ad ætatem ſpectat, quidam illum annis quinquaginta, alii ſexaginta, alii ſeptuaginta, nonnulli etiam octoginta & uno vixiſſe voluerunt.*

C *Emortualem verò annum Joſephus Pamphilus, ex Eremita S. Auguſtini epiſcopus Signinus, in Chronicis ſui Ordinis, Scipio Jardinus, qui Vitam ex Italica Ambroſii Senenſis Latinè vertit, & Ludovicus Zacconius, cum anno Chriſti* 1294 *connectunt ; at Jacobus Albericius in Vita Italica, Bernardus Navarrus in Hiſpanica, & Torellius in Annalibus, eumdem uſque ad annum* 1305 *differendum ſtatuunt. Poſterioribus hiſce proximè accedunt Herrera in Alphabetho, & Tombeurius in Annotatis ad Vitam Latinam, ubi annum* 1305 *vel potiùs* 1306 *aſſignant.*

obiit anno 1305,

18 *Poſtrema opinio mihi placet præ omnibus : nititur enim ſolidis fundamentis, quibus priorum deſtituta eſt. In Relatione Vitæ à Gandolfo edita, de qua egimus num.* 10, *ad propoſitum noſtrum hæc leguntur :* Dicens ultimò : In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum ; junctis manibus ad cælum, oculis ante Crucem levatis, jucundo vultu & hilari ſpiritum ad Dominum commendavit anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, die Sabbathi, x menſis Septembris, ætatis videlicet LX. *Ex hiſce minimè dubium foret, quin ſanctiſſimi Viri obitus anno Chriſti* 1305 *contigerit, niſi in diem* AUCTORE C. S. *Sabbathi incidiſſe ſimul notaretur : eo quippe anno dies* X *Septembris cum die Veneris, non cum Sabbatho concurrebat, adeoque vel die Veneris anni* 1305, *vel Sabbatho* 1306 *Sanctus obiiſſe dicendus eſt. Quemadmodum autem credibilius eſt, Relationis auctorem in hebdomadis die potiùs, quàm in anno errâſſe, ita ejuſdem deſcriptori pariter prænius fuit annum* 1305 *pro* 1306, *ſi is cyfris expreſſus fuerit, ſubſtituere ; ut adeo incertum ſit, utrùm in hoc, an in illo erratum credamus.*

19 *Pro anno* 1306 *ſtat editio Suriana, in* vel 1306, *qua legitur :* Ille verò dicens, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum ; junctis ſurſum manibus & oculis ad crucem ipſi propoſitam ſublatis, jucundo & hilari vultu animam efflavit anno Salutis milleſimo trecenteſimo ſexto, quarto Idus Septembris. *Quamvis autem Surius primigenium auctoris ſtylum more ſuo expoliverit, veriſimile tamen non eſt, eumdem emortuale tempus adjuncturum fuiſſe, niſi illud in ſuo apographo, aut aliquo ſaltem bonæ fidei inſtrumento reperiſſet. Idem quoque annus pro emortuali aſſignatur Lectione* 6 *in Octava feſtivitatis Sancti noſtri, inter Officia propria ejuſdem Ordinis, anno* 1641 *Pariſiis edita ; verùm is in editione Antverpienſi anni* 1674 *prætermiſſus eſt. Incertum igitur eſt, an Sancti mors in annum* 1305, *an* 1306 *inciderit : ſed in alterutrum incidiſſe dubitare non poſſumus propter allata inſtrumenta, quibus apprimè conſonant ea, quæ num.* 5 *de tempore ſcriptæ Vitæ produximus, ſcilicet ſcriptam illam eſſe anno* 1326, *cùm jam anni viginti ab ejuſdem obitu effluxiſſent.*

ætatis 60, natus anno 1245

20 *Ex memorata Relatione præterea habemus,* S. Nicolaum *noſtrum anno ætatis ſuæ ſexageſimo mortuum eſſe ; quos annos ſi ab anno* 1305, *vel* 1306 *ſubduxerimus, prodibit Chriſti annus* 1245 *vel* 1246, *quorum alterutri ipſius auſpicatiſſimam nativitatem conſequenter affigere debemus. Torellius tamen, qui ad annum Chriſti* 1246, *num.* 9 *Herreræ ſententiam ſecutus,* Nicolaum *anno* 1246 *natum ſcripſerat, ad annum* 1305, *num.* 9 *eâ deſertâ, ſcribit, conſtare ſibi ex Proceſſu, id anno* 1249 *alligandum eſſe, ideoque num.* 50 *quinquaginta & octo integros annos vitæ ipſi tantummodò tribuit. Quem è duobus Proceſſibus (alter enim ſub Joanne* XXII, *alter ſub Eugenio IV confectus eſt) hîc laudet Torellius, non perſpicio : verùm apud Gandolfum ſuprà laudatum, in utroque dicitur* 60 *annorum fuiſſe, dum denatus eſt.*

F

vel 1246, *ut probatur*

21 *Verba Proceſſûs coram Eugenio IV inſtituti, dedimus num.* 18 : *de altero ſic ſcribit Gandolfus :* Ultra ſupranotatam Relationem (*Eugenio IV exhibitam*) aſſervatur quoque in eadem bibliotheca Senenſi tomus magnus Ms. fol. regali, in quo continetur Proceſſus efformatus ab epiſcopis Federico Senogallienſi & Thoma Cæſennatenſi, Apoſtolicæ Sedis deputatis & commiſſariis, nempe mandante Joanne XXII ; ut ex Bulla in ipſo & in Bullario Ordinis inſerta, anno MCCCXXV data. Teſtes, qui aſſeruerunt, eum obiiſſe ætatis annorum LX, fuerunt Fr. Auguſtinus Tolentinas, in ordine (*teſtium*) CCLXXI, qui illum per plures annos agnovit, & Fr. Joannuccius ejus ſervus, in ordine CCXXI, à me expreſsè obſervati in Proceſſu. Iſte Joannuccius ille fuit, qui inſuſurrabat

AUCTORE C. S.

bat in ipſius S. Nicolai auribus tempore obitûs, & illo mandante : Dirupiſti, Domine *&c.*

22 *Clara hæc ſunt & a fide dignis teſtibus prolatâ, & à Gandolfo ipſo in Proceſſu obſervata : contrà, quod Torellius hîc aſſerit, ex aliorum, qui Proceſſum inſpexerant, relatione accepit, ut ex ipſo diſcimus, dum num.* 5 *hæc præmittit :* Ex certiſſimis relationibus, quas nuper ab iis accepimus, qui authenticum de Sancti vita, morte ac miraculis Proceſſum, pro ſolemni ejuſdem canonizatione confectum, legerunt, conſtat nobis, illum re vera anno MCCCV, die X Septembris obiiſſe. *Itaque ex aliorum tantùm relatione annum ætatis vel nativitatis didicit Torellius ; at Gandolfus ex utroque Proceſſu illum deprompſit, ideoque malo huic, quàm illi credere, Sanctique nativitatem anno* 1245 *vel* 1246 *illigare.*

contra Torellium.

§ III. Sancti canonicatus probabilius ſecularis : Ordo Eremitarum S. Auguſtini, & qua ætate, ſuſceptus.

B

Fuit canonicus eccleſiæ S. Salvatoris

BIographus, *relatis Sancti in puerili ætate piis ſtudiis, vitæque innocentiâ, ſubdit, eum canonicis eccleſiæ S. Salvatoris, in eodem, ubi natus fuerat, Sancti Angeli Caſtro, adſcriptum eſſe.* In juvenili, inquit, ætate tam ſanctè converſans, eccleſiæ S. Salvatoris canonicus ordinatur. *Conſonat apographum Ultrajectinum, verbis tantummodo pauliſper mutatis :* Juvenili ætate tam ſanctæ converſationis fuit, ut eccleſiæ cujuſdam nobilis, ſancti ſcilicet Salvatoris, canonicus ordinaretur. *Similiter Ms. Bodecenſe :* Deinde procedenti tempore factus eſt canonicus cujuſdam nobilis eccleſiæ. *Denique Surius :* In ipſa juventute cujuſdam nobilis eccleſiæ, puta S. Salvatoris, canonicus effectus eſt. *Biographum ſecuti ſunt ſcriptores neoterici, inter quos aliqui Sanctum canonicum Regularem, alii ſecularem fuiſſe contendunt. Gandolfus in laudatis obſervationibus utramque ſententiam in dubium revocat.* Nec in Relatione, *ait,* C nec in Proceſſu adinvenire potui, quòd ante ingreſſum Religionis fuerit canonicus ſeu clericus : unde neſcio, quo fundamento incedant aliter ſcribentes.

in Caſtro S. Angeli : ſed veriſimiliùs

24 *Quidquid ſit de iſthoc ſilentio, mihi minimè dubius apparet aſſertus ſancti Juvenis ante Religionis ingreſſum canonicatus, quippe quem non modò Petrus de Monte Rubiano, ſed etiam, qui eodem ſeculo vixit, Jordanus de Saxonia diſertiſſimè tradit, ut infrà videbimus : nec quemquam reperi præter laudatum Gandolfum, qui de eo dubitârit. Porrò qui illum canonicis Regularibus adſcribunt, ducem habent S. Antoninum, qui parte* 3 *Hiſtoriarum, tit.* 24, *cap.* 10 *de* S. Nicolao *hæc ait :* In juvenili igitur ætate ſanctè converſans, cujuſdam eccleſiæ ſancti Salvatoris canonicus efficitur Regularis. *Hinc Gabriel Pennottus in Hiſtoria tripartita ſacri Ordinis Canonicorum Regularium, lib.* 2, *cap.* 21, *eccleſiam illam ſui Ordinis olim fuiſſe ſcribens, ſic inquit :* Eccleſiam collegiatam S. Salvatoris in Caſtro S. Angeli, diœceſis Firmanæ, canonicorum Regularium, ſub B. Auguſtini Regula militantium extitiſſe, quo tempore S. Nicolaus de Tolentino illius eccleſiæ erat canonicus, teſtatur divus Antoninus tertia parte Hiſtoriali. D

25 *Neſcio, an S. Antoninus in exemplari, quo uſus eſt, vocem Regularis invenerit, an verò eam ipſe addiderit : poſterius tamen mihi veriſimilius apparet, cùm hæc nec in Mss. noſtris, nec in Mombritiana Surianaque editionibus occurrat. Deinde contrarium ſatis colligitur ex biographo, cujus verba propterea juverit breviter perpendiſſe.* In juvenili, *ait,* ætate tam ſanctè converſans, eccleſiæ ſancti Salvatoris canonicùs ordinatur : verùm quia contemptum mundanarum rerum omnino incipiebat appetere, cogitare cœpit, quam vitam, quam Regulam poſſet adire, ex qua fieret ſic Dei ſervus, ut mundus non eſſet eo dignus. *Tum ſubdit, eumdem Eremitarum S. Auguſtini inſtitutum elegiſſe. Jam verò ſi Sanctus noſter, cùm hæc animo agitaret, canonicorum Regularium Ordinem jam ſuſcepiſſet, de mundanarum rerum contemptu, eligendaque vitæ Regula, ipſi minimè deliberandum fuiſſet, cùm in hoc ſuppoſito, utrumque jam præſtitiſſet.* E

non Regularis,

26 *Clariùs etiam loquitur ejuſdem ſeculi ſcriptor Jordanus de Saxonia in Opuſculo aſcetico, quod Vitas-Fratrum inſcripſit ; quippe lib.* 3, *cap.* XI, *cui titulus,* De relinquendo omnia in Religionis ingreſſu, S. Nicolaum *propter abdicatum canonicatum laudat, reliquiſque imitandum proponit. Verba accipe :* Item exemplum in B. Nicolao de Tolentino, qui cùm eſſet ordinatus canonicus cujuſdam eccleſiæ nobilis, ad contemptum mundi cor habens accenſum, intra ſe ſolicitus cogitare cœpit, quam vitam poſſet aſſumere, ut perfectus fieret Dei ſervus... Itaque Juvenis ad Ordinem (*Eremitarum S. Auguſtini*) recipitur, & probationis tempore finito, juxta morem & ſtatuta Ordinis ſolenniter profitetur ; & ſic in primo ſuo ingreſſu apoſtolicam vitam ducere cupiens, canonicatui & omnibus rebus mundanis renunciavit, nudus & pauper ſequutus eſt nudum & pauperem Chriſtum crucifixum. *Manifeſtum eſt, Jordanum hîc de ſeculari canonicatu agere ; alioquin enim non niſi ineptè Sanctum à dimiſſo canonicatu velut egregium rerum mundanarum contemptorem laudaret. At, inquies, unde igitur Sancti canonicatum Regularem didicit Antoninus ? Id verò ignorare me fateor ; nec quidquam occurrit, unde in eam opinionem veniſſe poſſit videri, niſi fortè prædicta S. Salvatoris eccleſia à canonicis Regularibus aliquando inculta fuerit, ideoque ipſe exiſtimârit, eam* S. Nicolai *ætate ad eoſdem pertinuiſſe.* F

ut habet S. Antoninus.

Fit Eremita Auguſtinianus :

27 *Sacrum Ordinem, quem Sanctus amplexus eſt, illum eſſe, cujus alumni* Eremitæ S. Auguſtini *appellantur, in confeſſo eſt : videntur tamen Patres ejuſdem S. Auguſtini Ordinis, qui* Diſcalceati *nuncupantur, eum ſui inſtituti feciſſe : nam Sacrorum Rituum Congregatio, poſtulante Procuratore generali Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, anno* 1637, *die* XIX *Decembris edito decreto* cenſuit, imagines S. Auguſtini, S. Nicolai de Tolentino & aliorum Sanctorum ejuſdem Ordinis S. Auguſtini, impreſſas aut depictas à Fratribus Diſcalceatis ejuſdem Ordinis, cum habitu, quo ipſi Diſcalceati utuntur, ſuſpendendas & abolendas eſſe, injungendumque dictis Fratribus diſcalceatis, ne ſub pœnis arbitrio hujus Sacræ Congregationis talia ampliùs audeant peragere. *Decretum hoc Urba-*

A *nus VIII PP. auctoritate Apoſtolica roboravit confirmavitque Bullâ datâ anno 1638 die* XXVIII *Januarii, quam unà cum laudato Decreto legere eſt tom. 5 Bullarii Romani, Conſtitutione Urbani 221.*

quo anno, & quâ ætate id fecerit,

28 *Quâ porrò ætate quove anno Sanctus Religioſæ vitæ tyrocinium exorſus ſit, incertum eſt, nec convenit inter ſcriptores. Torellius, qui tomo 4 Annalium, ad annum Chriſti 1264, num. 24 illum tum 22 annorum fuiſſe ſcripſerat, tom. 5 ad annum 1305, num. 14, decem tantùm annorum facit, illiuſque ingreſſum in Religionem, non anno 1264, ſed 1259 affigit. Totidem integros vel incompletos ſancto Tyroni annos attribuit Albericius cap. 4 Vitæ Italicæ, aliique: nec longè ab iis diſſidet Baptiſta Mantuanus, dum in Vita metrica eum* Puerum *vocans, de ſuſcepto Religioſo ſtatu ita canit:*

Huc adoleſcentes prudens Puer attulit annos,
Et ſacer evadens, duplicem veſtitur abollam:
Alba ſubeſt nigræ, duplicique obnubit amictu
Tempora; proximior nudo, candore nivali
B Albicat, exterior fuligine tingitur atra.

Hanc ætatulam Torellius aſſerit exactè deduci ex Proceſſu Canonizationis, Bullâque pro eadem editâ ab Eugenio IV.

non convenit inter ſcriptores:

29 *Torellii dictis conſona ſunt, quæ Gandolfus in annotatis ad ſæpe laudatam Relationem obſervat his verbis:* In juvenili ætate intravit Religionem; erat enim decem annorum ætatis, vel undecim ad plus, ut aſſeruit teſtis in ordine XVI & tres alii. *In Bulla verò Eugenii dicitur* in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab ejus pueritia educatus. *Denique in quodam Officio proprio ejuſdem Ordinis legitur* vix decennis *in ſolitudinem vocatus, teſte Nicolao de Tombeur in annotatis ad Vitam. Ab hiſce nihilominùs diſſentiunt alii, inter quos Ludovicus Zacconius eum annorum unius & viginti, Tombeurius circitèr octodecim, Joſephus Pamphilus in Chronicis ſui Ordinis* adoleſcentem, *Herrera in Alphabetho* adulta ætate *fuiſſe ſcribunt, quando laudatum inſtitutum amplexus eſt.*

longè probabilius eſt, C

30 *Poſteriorum ſententia mihi multò probabilior apparet: præterquam enim, quòd tantilla ætas Religionis oneribus ſubeundis minùs idonea ſit, Petrus de Monte Rubiano, ſcriptor ejuſdem Ordinis, provinciæ & ætatis, non modò nihil de re tam inſolita meminit, verùm etiam diſertè tradit,* Nicolaum juvenili ætate *fuiſſe & eccleſiæ S. Salvatoris canonicum, priuſquam ſacro iſti Ordini nomen daret. Conſule, ſi lubet, Vitam à num. 7, & ex tota rerum ſerie ſatis colliges, tam teneram Sancti ætatem, dum id ageret, biographum penitus latuiſſe. Nec aliter ſenſit Jordanus de Saxonia, ejuſdem pariter ſeculi & Ordinis ſcriptor: hic enim, poſtquam lib. 3, cap. XI in Vitis Fratrum, dixiſſet,* Nicolaum *canonicis eccleſiæ S. Salvatoris adſcriptum fuiſſe, de ſuſcepto Religioſo ſtatu, biographi verbis ferè uſus, in hunc modum proſecutus eſt:* Interea verò quidam Frater de Ordine Eremitarum S. Auguſtini ... inter alia doctrinæ ſuæ verba, hæc dixit: Nolite diligere mundum, nec ea, quæ ſunt in mundo; quia mundus tranſit & concupiſcentia ejus. Quæ verba mentem Juvenis ſic ardenter penetrârunt, quòd ſtatim poſt prædicationem Fratrem illum adivit, rogans, ut eum ad Ordinem reciperet; quia omninò mundum relinquere volebat.

31 Sed Frater precibus Juvenis non annuit, donec requireret voluntatem parentum, ne deinde perturbatio oriretur: parentes autem audientes votum Filii, læti effecti, laudaverunt Deum, qui ſua promiſſa in Filio perficere dignabatur. *Mox paucis interjectis, nullâ tamen tam teneræ ætatis factâ mentione, ſubdit:* Itaque Juvenis ad Ordinem recipitur, & probationis tempore finito, juxta morem & ſtatuta Ordinis ſolenniter profitetur; & ſic in primo ingreſſu, Apoſtolicam vitam ducere cupiens, canonicatui & omnibus rebus mundanis renunciavit, nudus & pauper ſequutus eſt nudum & pauperem Chriſtum crucifixum. *Hæc Jordanus; quæ ut decennem puerum minimè ſapiunt, ita in maturum adoleſcentem, vel, ut Sanctum appellat,* Juvenem, *apprimè conveniunt.* AUCTORE C. S. *Sanctum tunc decennì*

multò majorem fuiſſe.

32 *Eodem, quo nos, modo biographum etiam intellexit S. Antoninus parte 3 Hiſtoriarum, tit. 24, cap. 10, ubi tyrocinium ingreſſurus dicitur fuiſſe* ætate juvenis, mente canus. *Conſonat Breviarium Romanum, in quo ad diem* X *Septembris, hæc habentur:* Adulta ætate jam clericali militiæ adſcriptus & canonicus factus, cùm quodam die concionatorem Ordinis Eremitarum S. Auguſtini de mundi contemptu dicentem audiſſet, eo ſermone inflammatus, ſtatim eumdem Ordinem eſt ingreſſus. *Denique, ne longior ſim, in Officio proprio laudati Ordinis, anno 1641 Pariſiis excuſo, alteroque primùm Romæ juſſu Hieronymi Valvaſorii, deinde juſſu Nicolai Olivæ, Priorum Generalium, anno 1674 Antverpiæ edito, eadem planè leguntur. Ob haſce rationes mihi multò probabilius videtur,* S. Nicolaum *annos ad minimum 16 aut fortè etiam plures numerâſſe, dum memoratum Ordinem ingreſſus eſt.* E

Reſpondetur ad quaſdam objectiones

33 *Verùm, inquies, quid igitur ad objecta Torellii & Gandolfi dicendum eſt? Fateor, ea minimè contemnenda ſunt, faciuntque, ut opinionem meam pro omnino certa habere non audeam. Multum tamen intereſt, à quibus teſtibus aliquid aſſeratur, ideoque vellem, ut addidiſſet Gandolfus, cujus ætatis, cujus ordinis, aut auctoritatis hi quatuor fuerint, quorum teſtificatione tam tenera Sancti ætas aſſerta nitatur. Forſitan tamen memorati teſtes nihil aliud aſſerere voluerunt, quàm quòd Sanctus, dum adhuc puer eſſet, eum Ordinem amaverit & expetierit, quemadmodum in Relatione coram Eugenio IV recitata, editaque à Gandolfo legitur his verbis:* Adhuc parvulus mulierum & puerorum conſortia vitabat, dicens, ſe velle effici Fratrem Eremitam. *Id unum, inquam, ipſi forſitan teſtati aut malè interpretati fuêre. Certè in laudata Relatione dicitur non* puer *vel* decennis, *ſed* in juvenili ætate ingreſſus Ordinem S. Auguſtini in dicto Caſtro S. Angeli. F

aliter opinantium.

34 *Quod ſpectat ad Eugenii IV Bullam, in qua* in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Auguſtini ab ejus pueritia educatus *dicitur, ea commodè intelligi poteſt de ſancti Pueri apud ejuſdem Ordinis Religioſos pia inſtitutione, contractaque inde eorumdem monaſterium frequentandi conſuetudine, ut ibidem quaſi* educatus *meritò cenſeretur. Eodem modo tam hanc Eugenii Bullam, quàm quoddam ſui Ordinis Officium interpretatus eſt Tombeurius, ad cap. 4 Vitæ, ubi hæc habet:* Quod itaque in Officio Ordinis dicatur in ſolitudinem vocatus vix decennis; id ita intelligendum arbitror, quòd ab ea ætate ſenſerit interiùs, & exteriùs expreſ-

AUCTORE C. S.

ferit, se ad vitam Fratrum Eremitarum S. Augustini vocari à Deo; & quòd inter eos à pueritia conversatus fuerit & educatus, ut legitur in Bulla canonizationis per Eugenium IV; non autem sequitur, quòd ab ea ætate Ordinem, seu Religionis habitum susceperit, sed potiùs id usque ad adultam ætatem distulerit; *quemadmodum scilicet ab aliis asseritur. Ceterùm in utroque Officio suprà à me laudato, non reperi, cum* vix decennem *in solitudinem vocatum fuisse.*

§ IV. Quædam Sancti gesta, quæ in Vita non leguntur.

Quædam monasteria,

Præter Sancti gesta, quæ in Vita recitantur, Torellius aliique quædam referunt, quibus, ne quid lector desideret, hoc § locum dabimus. In Vita quatuor tantùm loca, quæ jam Religiosus incoluerit, numerantur; videlicet Castrum S. Angeli, in quo tyrocinium posuit,

B *conventus Vallismanensis, qui* Valmanente, *sive* Valmagnente *vulgò vocatur, unumque tantùm milliare Pisauro distat, teste Torellio, Recinetum, indigenis* Reccanati, *ac denique Tolentinum, in quo triginta circitèr postremos vitæ annos exegit, & morte Sanctorum defunctus est. At Torellius ad annum Christi* 1305, *num.* 19 *plura enumerat in hunc modum:* Post factam professionem glorioſus Nicolaus superiorum jussu aliquot Marchiæ Anconitanæ monasteria incoluit, ac nominatim monasterium S. Genesii, Maceratense, Firmanum, Recinetense, Auximanum, Cingulanum, Vallismanense, Fanense extra civitatem, & S. Elpidii, ubi magister novitiorum fuit; in quibus monasteriis successivè habitavit undecim annorum spatio, videlicet ab anno MCCLXIV, quo solemnem professionem emisit, usque ad annum MCCLXXV, quo Tolentinum commeare jussus est. *Hæc ipse, sed quo fundamento, non edisserit.*

in quibus habitâsse dicitur:

C 36 *Non tamen difficulter colligimus, cur Sanctum undecim annis in memoratis cœnobiis habitâsse velit, antequam Tolentinum migraret. Ita scilicet statuit, quia illum decennem dumtaxat puerum anno* 1259 *tyrocinium inchoâsse dixerat, ejusdem professionem ad annum usque* 1264 *distulit, ut non ante annum ætatis* 16 *seu completum seu inchoatum eam emisisse videretur. Deinde cùm ex biographo haberet,* Nicolaum *triginta circitèr postremis vitæ annis Tolentini habitâsse, undecim annos, qui inter annum* 1264, *annumque emortualem* 1305, *intercesère, in prædictis cœnobiis egisse opinatus est. Verùm § prædecenti ostendimus* Nicolaum *probabiliùs plures annos ad tyrocinium attulisse, ideóque Torellii dicta non nisi pro opinione minùs probabili possumus admittere. Imò quamvis de minori illa ætate constaret, ne sic quidem quinquennalis tyrocinii tempus nobis indubium appareret, cùm seculo* XIII *annus sextus decimus ad Religiosæ professionis valorem minimè requireretur, saltem jure communi, quemadmodum apud Thomassinum tomo* I *Veteris & novæ disciplinæ Ecclesiæ, lib.* 3, *cap.* 55 *videre est.*

a quo consecratus sit sacerdos.

37 *Laudatus Torellius suspicatur,* Nicolaum *sacrarum litterarum studiis operam navâsse in conventu Firmano vel Recinetensi in Marchia Anconitana, vel in utroque fortè loco, quia, ut inquit, utrobique ab ipsa ferè fundatione ea litteræ tradebantur. Sed utut id sit, constare sibi ait, eum Cinguli, indigenis* Cingolo, *quod Marchiæ Anconitanæ in ditione Pontificia oppidum est ad Musonem fluvium, sacerdotio initiatum fuisse à S. Benevenuto, episcopo Auximano, in cujus diœcesi Cingulum censetur. Ab Auximano episcopo consecratus sacerdos fuisse in Relatione à Gandolfo edita, & suprà nobis laudata, pariter dicitur. De S. Benevenuto actum est in Opere nostro tom.* 3 *Martii, ad diem* XXII, *ibidemque dictum, eum ab anno* 1264, *usque ad* 1276 *Auximanæ ecclesiæ episcopum præfuisse: intra quos propterea annos Sanctus sacerdotium suscepisse dicendus est, si à S. Benevenuto re vera fuerit consecratus. Porrò à num.* 34 *narrat laudatus Annalista Augustinianus prodigia quædam à Sancto patrata, quæ apud biographum desiderantur.*

D

Narratur fontem elicuisse,

38 *In primis scribit illum, dum Tolentini monasterium ampliaretur, & aquarum vena irrito labore diu quæsita esset, infixâ humo cannâ, susaque ad Deum prece, magnam aquæ copiam ex arido fundo subitò elicuisse, eodemque loco tum effossum puteum, qui suo tempore, id est seculo* XVII, *aquas limpidissimas multisque ægris salutares scaturire perseverabat. Huic miraculo addit & alterum: ait enim, dum excavantes prædictum puteum, terram egererent, ingentem terræ massam, quæ murum proximæ ecclesiæ sustentabat, collapsam, eaque ruinâ murum jam titubantem necessariò involvendum fuisse, nisi ejusdem Sancti precibus sustentatus fuisset, donec ingestâ rursum terrâ firmaretur. Utrumque miraculum inter alios etiam refert Albericius, additque in perpetuam illius memoriam juxta memoratum puteum hæc legi:*

E

Fons hic duplici fulget miraculo:
Quæ nulla arte inveniri poterat, unda salubris
Pii Nicolai lachrymis ac orationibus effluxit.
Stetit, eodem orante, templi paries, qui in effodiendo puteo jam ruere cœperat.

De eodem quoque sic cecinit Baptista Mantuanus:

Prætereo (quia multarum me copia rerum
Vincit) ut invenit latices & idonea fonti
Seu puteo loca, quæ nulla ars invenerat antè;
Utque salutares fecit, quas repperit undas:
Nam medicamen habent, & adhuc potantur ab ægris:
Ut prece sustinuit templum terramque ruentem,
Cùm putei scrobs alta gravem feciſſet hiatum,
Et movisset humum, quæ fundamenta ferebat.

F

panem in rosas,

39 *Idem Torellius num.* 36, *Albericius cap.* 18 *Vitæ, aliique, Sancti in pauperes misericordiam celebrant, miraculo comprobatam, verso scilicet, dum hyems rigeret, in rosas pane, quem egenis deferebat. Albericius in hujus prodigii confirmationem profert monumentum, quod subdo, quodque ad conventûs Tolentinatis portam legi ait in hunc modum:* Hilarem datorem Nicolaum sic Deus dilexit, ut illum objurgari non permiserit, quòd conventui necessarias facultates, nimium pauperibus largiendo, consumeret. Cùm siquidem mappulam panibus ad egenos plenam deferret, Priori occurrenti ac exploranti, purpureis & fragrantibus rosis media hyeme eandem refertam ostendit; datâ sibi ob id in posterum libertate cuncta ad libitum distri-

A distribuendi. *Eleganti hæc eadem carmine laudatus poëta Mantuanus sic expositi:*

Sua namque solebat
Prandia partiri in miseros & porgere egenti
Clandestina manu poterat quæ dona pienti.
Hoc animadvertens, penoris cui cura, ferentem
Triticeas aliquando dapes deprendere lecto
Tempore constituit: cùm candida bruma per Alpes
Hybernabat, humus sterili sub frigore lenta
Otia ducebat, pigrum pertæsa Decembrem.
Occurrens igitur, gremio quid ferret onusto,
Postulat: ille rosas (spiravit in illius ora
Hæc dicenda Deus) dixit se ferre recentes;
Et gremium solvens, roseos (mirabile!) flores,
Quales ferre solent Pastana rosaria, cùm ver
Provocat ad carmen volucres, ad gramina campos,
Protulit extemplo; diffusus in aëra nidor
Naribus applausit, sacrique oluêre penates.
Hoc opus, hoc ingens studium pietatis, honore
Duxit honestandum tali Deus arbiter æquus.

B Præses id admirans, Homini præcepit apertum
Esse penus, pascendi inopes permissa potestas.

& aquam in vinum mutâsse.

40 *Denique laudati scriptores asserunt, aquam non semel ipsi in vinum mutatam fuisse. Lubet Albericii verba ex Italicis Latinè annectere.* Excelsa summaque Clementia videns, Sanctum ex continuo aquæ potu nimiùm infirmari, aquam ipsi sæpiùs in vinum vertit, tam illustri miraculo illius succurrens debilitati; quemadmodum asseruit oculatus testis, reverendus Conradus ex Orbisaglia, territorii Tolentinatis, sacellanus S. Laurentii, qui cùm familiaris & addictus Sancto esset, aliquando convescens, vasculum solitâ plenum aquâ ipsi porrexit; quam cùm biberet, dixit: Errâsti: quàm hoc excellens vinum est, quale hoc vinum est! Cúmque ipse eam quoque gustaret, optimum re vera vinum esse deprehendit: idque non semel, sed bis coram eo contigit, qui cùm tantum prodigium admirari non cessaret, multis precibus & per amorem Dei sanctus Pater illum obtestatus est, ne hac de re cuiquam loqueretur... In veteri triclinio, ubi hoc illustre miraculum accidit, hæc verba leguntur: "Jejuniis & absti-
C „nentiis adeò animam virtutibus saginavit di-
„vus pater Nicolaus, ut nec carnem, nec pin-
„guia, nec quidquam gustu delectabile susci-
„peret umquam, solo pane & aquâ contentus:
„at divina beati Senis languorem miserata Cle-
„mentia, aquam pluries illi hoc in loco in vi-
„num mutavit „. *Torellius tradit, prædicti Conradi hac super re testimonium in Processu legi, additque idem prodigium non modò duabus vicibus coram Conrado, sed etiam sæpiùs in memorato triclinio iteratum, ibidemque paulò post Sancti mortem depictum fuisse, verbis, quæ mox recitavimus, adscriptis.*

Dicitur perdicem assam resuscitâsse,

41 *Jordanus de Saxonia in Vitis Fratrum lib. 2, cap. 3 aliud præterea miraculum recitat his verbis:* Fertur de eodem, quòd, cùm quadam vice in infirmitate sua una perdix assata ad manducandum sibi fuisset apposita, & ipse comedere de ea recusâsset, præceptum fuit sibi à Priore per obedientiam, ut manum poneret ad manducandum: at ille nolens non obedire, ingemuit, & elevatis oculis in cælum, facto Crucis signo, manum ad perdicem posuit; & ecce perdix revivíscens, protinus avolavit. *Ita*

ipse, ex eoque alii prodigium hoc S. Nicolai *Vitæ inseruêre, quamquam de adjunctis non satis inter se conveniant. Torellius ad annum 1305, num.* 40 *unicam tantùm perdicem Sancto appositam scribit cum Jordano; sed eam non modò assam, verùm etiam* in plura frusta dissectam *fuisse affirmat, ac deinde per Crucis signum novis plumis instructam avolâsse. Albericius non unam, sed duas perdices assas allatasque memorat, idemque censuit Petrus de Uzeda, qui, teste Tombeurio, alludens ad sydus, quod Sancto postmodum apparuit, ita cecinit:*

AUCTORE C. S.

Do volucres cælo, cælum mihi sidera reddit.

42 *Scipio Jardinus in Vita, quam ab Ambrosio Senensi Italicè scriptam Latino idiomate donavit, miraculum hoc cum alio, quod apud nos num.* 18 *&* 19 *in Vita refertur, confundens, duas item perdices vult appositas fuisse, Sanctumque ex earum altera aliquid gustâsse, antequam eas Crucis signo resuscitaret; additque hac contigisse in monasterio Vallismanensi, mille passibus dissito ab urbe Pisaurensi. Coturnicum meminit Baptista Mantuanus, quem non injucundum lectori fore arbitror de hoc argumento canentem audire. Sic igitur ait:*

prout ex Jordano

Pertransire nefas opus admirabile, nullis
Auditum sæclis, usque ad labentia mundi
Mœnia, cùm totum terrarum incendia molem
Ultima corripient, longos memorabile in annos.

E

43 Æger erat, febris lassos emunxerat artus, *ab aliis aliter narratur:*
Atque sepulchralis pallor confecerat ora
Hispida: dixisses, si non spirâsset anhelo
Gutture paulisper, gelidum sine mente cadáver.
Vis ea, quæ in venis salit, & quæ in pectore lævo
Palpitat, ut lampas jamjam moritura, tenorem
Perdiderat, motuque abiens trepidabat inerti.
Vivificas adhibere dapes medicina jubebat,
Pabulaque exilem reparare potentia vitam.
Ergo coturnices, ut mandat Apitius, assas
Attulit impigri manus officiosa ministri.
Ille autem solitus semper frænare palatum,
Ac genium fraudare, cibis contentus ineptis,
Horruit has epulas & detestanda putavit
Prandia: mos longis sic illum effecerat annis.
Accedunt præcepta Patris, cogentia vesci
Pinguibus, oppressæ tanto in discrimine vitæ.
Quid faciat, nescit mens ægra, quid eligat horum
Cogitat: hinc angit sancti reverentia Patris,
Hinc pia suscepti premit observantia voti.
Angustatur, uti quotiens Symplegades inter
Navita transibat, tum, cùm concurrere, ventis
Flantibus, impulsæ naveque arctare solebant.
At Deus impactum syrtem miseratus in istam,
Favit, & ex altis traxit præcordia curis:
Nam pluit in volucres pennas, animamque repentè
Restituit: mox illæ alas movêre recentes,
Et simul excusso saliêre per aëra disco.
Quà via visa, volant, speculisque * feruntur apertis
Aëreum per iter: Pater, & quæ plurima Fratrum
Turba aderat, tuiti grandis miracula casûs,
Obstupuêre, oculis non convenientibus, ore
Attonito, voce amissa, manibusque supinis.

F

* *i. e.* fenestris

44 *Post hæc Mantuanus poëta aliquot Veteris Testamenti prodigia commemorat, quibus huic adstruat fidem: nec dubitandum sanè est, quin hujusmodi miraculum, non secus ac reli-*

nec omnium

AUCTORE C. S.

qua, omnipotenti Deo facile fuerit patrare; imò verò ſimile prorſus narratur in Vita S. Guntheri eremitæ, apud Mabillonium Seculo VI *Benedictino, parte* I, *pag.* 482, *ubi biographus, quem Mabillonius* Wolferum *vocat, ſanctoque Gunthero æqualem ſtatuit, ſcribit pavonem aſſum, vitæ redditum ab eodem Sancto fuiſſe. Miraculum hoc habes etiam in Opere noſtro, tom.* I *Septembris, pag.* 529 *num.* 289 *in Actis S. Stephani, Hungariæ regis, coram quo id accidiſſe dicitur; & ulteriùs diſcutiendum veniet ad diem* IX *Octobris, ad quem S. Guntherum refert Mabillonius. Verùm hic quæritur, utrùm memoratum* S. Nicolai *miraculum ſatis ſolido firmamento nitatur, ut ſine ſcrupulo pro hiſtoricè certo & indubitato admitti poſſit.*

certum, nec tamen

45 *Unicum, quod ipſum in dubium revocat, eſt altum Petri de Monte Rubiano ſilentium, qui rem tam memorandam, ſi revera contigerit, non videtur ignorare potuiſſe, aut prætermiſſurus fuiſſe, ſi eam reſciviſſet. Nec eſt, quod quis Ms. Mombritii hic culpet, quaſi ſcribentis oſcitantiâ hac in parte mutilatum ſit, quemadmodum in Ultrajectino multa deſiderari,* § I

B *obſervavimus: nam nec apud S. Antoninum & Surium ulla hujus prodigii mentio fit, adeoque nec in eorumdem exemplaribus legebatur. Argumentum hoc negativum quidem eſt, ſed eo tamen minùs contemnendum, quo illuſtrius magiſque inſolitum eſt miraculum, de quo agimus: nam quæ communiora ſunt, ſcribentium memoriæ facilius ſolent excidere, ut re vera biographo aut excidit aut latuit, quod de viro quodam, cujus totum ſiniſtrum corporis latus paralyſis infecerat, per* S Nicolaum *miraculosè ſanato, ab Eugenio IV in Bulla canonizationis refertur.*

improbabile hoc apparet miraculum.

46 *Sed nec contemnenda eſt Jordani auctoritas, quem & vitæ ſanctimonia & eruditio commendat; quique cùm ejuſdem Ordinis eſſet, eodemque, quo Sanctus obiit, ſeculo ſcriberet, potuit aliqua ex ſuis Auguſtinianis diſcere, quæ alii præterierant. Sinceritatem viri præterea ſic laudat Tombeurius:* lib. I, cap. XIV agens de iis, quæ priſcis temporibus ante tempora Innocentii III in Ordine noſtro circa vitam & mores Fratrum dici potuiſſent, Scripto authentico, inquit, non inveni: unde de hoc aliquid ſcribere non curavi. *Laudat ſecundò ex eo,*

C *quòd pleraque Sancti geſta ex coævo ſcriptore, Petro ſcilicet de Monte Rubiano deprompſerit. Laudat denique, quòd ab incertis abſtinere, quàm ſcribere maluerit, cùm lib.* 2, *cap* XI *dicat:* Multa alia miracula de eodem Sancto audivi; ſed quia diſtinctè non recolo, in genere quædam rememoror. *Forſitan nec miraculum, de quo diſſerimus, pro certo voluit venditare, cùm dubitandi verbo* Fertur *utatur,* Fertur de eodem, *inquiens &c. Hiſce dictis rationibus non poſſum memoratum prodigium pro indubitato admittere, nec rejicere pro fabula, ideoque illud in medio cenſui relinquendum. Reliqua autem adjuncta, quæ ab aliis aliter narrari diximus, meris eorumdem conjecturis abſcribenda putamus.*

D

VITA

Auctore Fratre Petro de Monte Rubiano coævo,

A. PETRO RUBIENSI.

Ex editione Mombritiana, collata cum Mss. Ultrajectino & Senenſi.

CAPUT I.

Sancti nativitas ab angelo prædicta, & à S. Nicolao Myrenſi epiſcopo impetrata: pia pueritia: Chriſti in SS. Euchariſtia apparitio: canonicatus ipſi collatus: Religio Auguſtiniana ſuſcepta.

E

Poſt factum pro ſuſcipienda prole votum,

GLorioſus Deus in Sanctis ſuis, qui cùm eos ad gloriam elegit ſempiternam, nedum finem aut medium, ſed eorum vitæ exordia ſanctificare dignatur, & magnificare, quandoquidem beatum Nicolaum presbyterum venerandum Ordinis Heremitarum beati Auguſtini, ex caſtro ſancti angeli, diſtrictûs civitatis Firmianæ *a*, provintiæ Marchiæ Anchonianæ * ducentem originem, volens ad coronam gloriæ & honoris patriæ cæleſtis aſſumere, viſitatione angelica ſuum ortum digniſſimum extollere & magnificare dignatus eſt. Sanè cùm mater ejus Amata cum viro *b* manens & multis diebus ætatis ſuæ proceſſiſſet, velut ſterilis filios procreare non poſſet, de filiis unà cum viro ſitibunda, velut altera Anna *c* veteris Teſtamenti, templum vel eccleſiam intrans, devotione beatiſſimi Nicolai è civitate Baro *d* contractâ, flens largiter vovit dicens: Domine mi, F Chriſte Jeſu, qui omnia potes & vales, reſpice ancillam tuam oculis pietatis & gratiæ tuæ: amputa obprobrium ſterilitatis meæ, & fac, ut fœcunda in domo viri mei exiſtens, filium concipiam, ſervum tuum concipiendo pariam in laudem & gloriam nominis tui. Sed quia preces meæ parvæ ſunt & exiles in conventu Majeſtatis tuæ, antiſtitem Nicolaum ſanctum tuum ſuppliciter deprecor, ut ſuis orationibus à te Omnipotente merear conſolari, ſuum famoſum tumulum viſitare promittens unà cum viro meo ſervo tuo.

a

* *l.* Anconitanæ

b

c

d

Sancti parentes, ſic ang[elus] Barium * in *e*

2 Poſt hæc autem cùm vir & uxor ſimul dormirent in ſtrato ſuo, ipſis dormientibus angelus apparuit, dicens; Surgite, ſurgite, ad ſanctum Nicolaum è * civitate Baro properate *e*: ibi dicetur vobis, qualis debeat eſſe Filius ex vobis quàm citiùs oriturus. O mira Dei dignatio; An fortè Sampſon hic, cujus matri dictum eſt: Sterilis es & abſque liberis; ſed concipies & paries filium? Pronuntiatur ab angelo, naſcitur Sampſon, qui Dei populum de manu Phyliſtinorum in ſignis fortitudinis liberare debebat: pro-

A pronuntiatus est & iste, qui animas corporaque fidelium à pœnis & infirmitatibus in prodigiis & miraculis curare veniebat. Lauda ergo sterilis, quæ non paris: decanta laudem & hymnum, quæ non pariebas, quia multi filii desertæ magis, quàm ejus, quæ habet virum, dicit Dominus. Multi, inquam filii hujus desertæ, hujus sterilis: quia per dilectum suum filium Nicolaum multos sacrosanctæ Ecclesiæ & Christi gratiæ bajulandos reddidit & alendos.

proficiscuntur, ubi S. Nicolaus Myrensis apparens

3 Expergefacti igitur vir & uxor, de tantaque visione mirabiliter jucundati, mox hilariter de lectulo surrexerunt, referentes gratiam bonorum omnium Deo largitori. Quod autem promissum erat ab angelo, in dubium non vertentes, mox post commendationem rerum & possessionum suarum suis consanguineis & amicis, sanctum iter arripiunt, in modum peregrinorum habitum assumentes. Pervenientes autem ad sacram ecclesiam beatissimi Nicolai in civitate Baro, quàm solicitè Christo & beato Nicolao gratiarum exolverunt debitas actiones. Muneribus autem oblatis, in pavimento ecclesiæ ante beati Nicolai
B altare obdormire cœperunt: & ecce sanctissimus Nicolaus habitu pontificis eisdem in somnis apparuit, dicens: Angelus, qui vobis nunciavit filium oriturum: Christus mihi dixit, ut ad vos lassos ex peregrinatione ad meam ecclesiam venientes, quantocyus nunciem, quia vobis nascetur filius, & vocabitur Nicolaus, ut meo fungatur nomine, qui in mundo meo obtentu nascetur *f*.

f

eis filium promittit.

4 Hic erit Domino meo Christo servus acceptissimus, religiosam arctamque vitam ducens, sacerdotioque fungens, acceptabile sacrificium offeret Deo Patri. Hic est enim, cujus vita terminabitur miraculis, signis & prodigiis fulgens. Securi igitur petitione, necnon & de angelica nunciatione, redite. Surgunt à sompno devotissimi peregrini, & indignos se tanta apparitione existimantes, ob Filium ex eis oriturum præ lætitia gemebant ac mæstitia lætabantur. Non enim, inquiunt, Domine Jesu, sumus digni tantâ gratiâ, tantaque consolationis dulcedine gloriari: sed quia dictum est nobis, Redite, nec sit, qui tuæ possit resistere voluntati, dirige, quæsumus, gressus nostros in beneplacitum tuum, & visita nos in promissis in
C salutari tuo. Pulchrè Filium suum Salutare appellant, qui secundùm Dei promissa multorum saluti revelari debebat.

Nascitur, & Nicolaus vocatur:

g

h

5 Redeunt igitur jucundi ad propria, fitque uxor viri gravida, & demum parit *g* Filium, qui sollicitudine honesta sacrosancto Baptismi fonte immergitur, & Nicolaus à parentibus nominatur. Crevit interea Parvulus & liberalibus studiis traditur edocendus *h*, mulierum & puerorum non solùm lasciviam, sed consortia vitans, senum religiosarumque personarum conversationem amplectens, illud nempe propheticum mente gerens: Quia cum sancto sanctus eris, & cum perverso pervertêris. Pauperes insuper in domo patris *i* avidissimè recipiebat, ad divina libentissimè accedebat, sed & verbum Dei desyderabiliter audiebat, acsi esset ætate provectus. Quod homines sui castri admirantes, quasi spiritu prophetico ad alterutrum * loquebantur, dicentes: Si Parvulo isti Dominus concesserit vitam, sanctus erit.

i

* ad invicem

Christum in SS. Eucharistia videt:

6 Ecclesiam autem frequentans, sic in Deum suum attollebat animum, ut Christum etiam corporalibus oculis conspexisse crederetur: au-

divi enim à quodam Fratre, qui in suis infir- A. PETRO
mitatibus sancto Viro devotissimè serviebat *k*, RUBIENSI.
quòd, cùm esset inter eos sermo de innocentia *k*
parvulorum, ipse Vir sanctus sic allocutus est Fratrem: Fili, malè talis innocentia perditur, & ad seniorem ætatem provehitur: ego enim ipse peccator, quem vides, dum illa innocenti gauderem ætate, in ecclesiam, ad quam consuetudine accedebam, & sacerdos celebraret *l* *l*
& Corpus Dominicum, ut moris est, manibus elevaret, his meis oculis aspexi patenter Puerum aspectu pulcherrimum, vestitu splendidum, facie rutilantem, visu applaudentem, linguaque dicentem: Innocentes & recti adhæserunt mihi: sed postquam fui majori ætate gravatus, visione carui tam jucunda.

fit canonicus: a consecionatore Augustiniano

7 In juvenili ætate tam sanctè conversans, *m*
ecclesiæ sancti Salvatoris canonicus *m* ordinatur: verùm quia contemptum mundanarum rerum omnino incipiebat appetere, cogitare cœpit, quam vitam, quam Regulam posset adire, ex qua fieret sic Dei servus, ut mundus non esset eo dignus. Interea verò quidam Frater *n* Ordinis prædicti in castello sancti Angeli, prædicatorque
E verbi divini & doctrinâ & vitâ populo erat acceptissimus. Cùm verò in platea prædicaret, ubi maxima convenerat multitudo, inter alia hæc ait: Nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mundo sunt; quia mundus transit & concupiscentia ejus. Quod verbum sic mentem Juvenis penetravit, quòd statim post prædicationem Fratrem impensiùs rogavit, ut eum, qui mundum relinquere cupiebat, reciperet. Precibus autem suis primùm noluit annuere sine consensu parentum, ne tristicia oriretur, unde gaudium deberet exigere.

incensus, in Ordinem admittitur,

8 Requiruntur parentes, & eorum Nati aperitur perfecta voluntas; quam parentes audiunt libenter, susceptoque gaudio, Deum laudant, qui in eorum Filio promissa perfecit. Ab illo igitur Fratre recipitur *o*, & tempore probationis finito, votum obedientiæ & paupertatis atque sanctissimæ castitatis sollemniter promittens, inter professos mirabili sanctitate avidiùs conversabatur. Hic est ergo, qui veterem hominem exuens, novum induit Jesum Christum: Christi namque obedientiam promittens atque amplectens, primi parentis inobedientiam detestatur, relictoque proprio arbitrio, se divinæ subdidit voluntati. Hic est, qui apostolicam vitam perficere cupiens, relictis retibus concupiscentiatum hujus sæculi, patre insuper & matre, sequutus est paupertatem, induitque Crucifixum. Hic est, qui castitatis munditiam diligens, clavis omnem concupiscentiam carnemque propriam *p* crucifixit.

o

F

p

& professus, virtutibus emicat.

9 Mox enim ut novit, quæ promiserat, violanda non esse; & castitas servari non posset *q*, nisi corpus castigatum in servitutem redigeret; cœpit etiam præ Fratribus cæteris vitam ducere arctiorem. Jejuniis namque, vigiliis, orationibus, castigationibusque duris semper intentus, totam suam vitam mundam & castam inter hujus sæculi temptationum vepres traduxit. Unde cùm quæreretur ab eo, quomodò temptationibus carnisque stimulis resistere posset, non dabat responsum: noverat enim, quàm subtiliter antiquus hostis semper agere contra hominem consueverit, ut, quem non potest lasciviæ vitio superare, jaculo vanæ gloriæ monstret esse devictum.

q

A. Petro Rubiensi.

ANNOTATA.

a Firmum, *indigenis* Fermo, *urbs eſt archiepiſcopalis Marchiæ Anconitanæ in ditione ſummi Pontificis, tria millia paſſuum à mari Adriatico diſſita.*

b *Hunc* Compagnonem *vel* Compagnonum *appellatum fuiſſe, diximus in Commentario prævio num.* 14, *ibidemque num.* 15 *&* 16 *de utriuſque parentis natalibus ac facultate paucis egimus.*

c *Matre ſcilicet Samuelis, de qua lib.* 1 *Regum, cap.* 1.

d *Deſignatur S. Nicolaus epiſcopus Myrenſis in Lycia, cujus corpus Barium deinde tranſlatum eſt, eaque tranſlatio Romano Martyrologio inſcripta eſt ad diem* 9 *Maii, quo etiam in Prætermiſſis legitur in Opere noſtro. Sigebertus in Chronico eam anno* 1087 *factam ſcribit, quod examinari poterit ad* 6 *Decembris, quo ejuſdem Sancti natalis colitur. Porrò* Barium, *incolis* Bari, *urbs eſt archiepiſcopalis regni Neapolitani in Apulia, ad mare Adriaticum, eſtque agri Bariani caput.*

B

e *Non rectè hæc expoſuit Baptiſta Mantuanus, dum in Vita metrica ait, eos ab angelo tantùm juſſos eſſe S. Nicolai templum adire, non expreſſo Bario, eoſque propterea aliquamdiu hæſitâſſe, quò eundum eſſet. Verba ſubjungo.*

Lux ierat, feſſos nox intempeſta diurnis
Mortales operis ſomno compreſſerat alto;
Ecce unus Divûm æthereo dimiſſus Olympo
Viſus adeſſe (Deus tali dignatur honore,
Quos amat) & verbis ita compellare jacentes:
Si pròlis vos pulſat amor, Nicolaica templa
Quærite & illius de nomine dicite natum:
Dixit, & in cælum levibus ſe ſuſtulit alis.
Evigilant, & viſa alacres inſomnia narrant,
Suſpenſiſque putant animis, quæ templa jubentur
Quærere; nam tali nôrant cognomine templa
Multa per Italiæ, per Chaonis oppida multa.
Audierant Barri magnis inſignia votis
Mœnia & illuſtres Nicolai antiſtitis aras:
Huc igitur ſecuêre viam, puppimque ſubintrant;
C Littora ſe introrſum ſinuant & mœnia pandunt
&c.

f *Hæc luxata periodus vitioſa pariter eſt in Ms. noſtro Ultrajectino: apud Surium verò ſic legitur:* Et ecce mox eis in pontificis habitu apparet S. Nicolaus, dicitque ad illos: Angelus, qui vobis nunciavit Filium vobis naſciturum, dixit mihi, ut ad vos tanta peregrinatione fatigatos in meam eccleſiam venirem, confirmaremque meis verbis, edituros vos Filium, qui Nicolai nomen ſit habiturus, quippe qui, me impetrante, naſcetur.

g *Id anno* 1245 *vel proximè ſubſecuto factum diximus in Commentario prævio num.* 20.

h *Gandolfus in obſervationibus ad Relationem Vitæ coram Eugenio IV recitatam de ſancti Pueri inſtitutione ex Proceſſu canonizationis ſub Joanne XXII inſtituto hæc notat:* Ipſius magiſter in ſæculo exſtitit dominus Angelus, capellanus S. Salvatoris, loci S. Angeli; cui cùm dixiſſet B. Nicolaus: Volo effici Frater Heremita; reſpondit: Mihi placet, quia eris vir bonus, & bonus eris.

i *Surius habet:* In domo paupere.

k *Hinc diſce biographi ætatem.*

l *Hanc phraſim ſic reſtitue ex Ms. Ultrajectino:* Dum illa innocenti gaudebam ætate, in eccleſia, quam ex conſuetudine accedebam, dum ſacerdos celebraret *&c.* D

m *Non Regularem, ut quidam exiſtimant, ſed ſecularem canonicum veriſimiliùs fuiſſe oſtendimus § 3 Commentarii prævii. In inſtrumento authentico de variis reliquiis in oppido S. Angeli aſſervatis, quod anno* 1701 *ad Muſeum noſtrum fuit tranſmiſſum, dicitur ibidem etiam exſtare* pervetuſtum S. Salvatoris templum, ubi (S. Nicolaus) fuit luſtralibus aquis & ſacro chriſmate donatus, initiatus minoribus Ordinibus & canonicus factus.

n *De hoc Religioſo Auguſtiniano laudatus Gandolfus ſic ſcribit:* Concionator & Prior, qui in Ordine eum excepit, fuit Lector Frater Reginaldus, ejuſdem patriæ. *In Ms., de quo mox littera præcedenti, inter monumenta* S. Nicolai, *quæ in Caſtro S. Angeli ſuperſunt, recenſentur* duæ columnæ marmoreæ, quæ ſuſtinebant ſuggeſtum, in quo à concionatore Auguſtiniano inflammatus fuit ad Inſtitutum FF. Eremitarum, & ubi ipſe pluries concionatus eſt. E *Nominantur ibidem & alia monumenta, quæ neſcio, an ad vitam ejus ſecularem, an monaſticam potiùs pertineant; videlicet* crypta lapidea in loco deſerto, ubi orare, jejunare & flagellis ſe cædere ſolebat, ... cyathi & patinæ fictiles, quibus utebatur, affixæ & incruſtatæ in parietibus dicti templi (*S. Salvatoris, quantùm apparet*) quæ etiam hodie videntur.

o *Sunt, qui Sanctum decennem dumtaxat puerum fuiſſe velint, dum in laudatum Ordinem admiſſus eſt: verùm hæc omnia maturiorem ætatem ſapiunt. Vide dicta in Commentario prævio à num.* 28.

p *Vocem* propriam *ex Ms. Ultrajectino mutuatus ſum: nam apud Mombritium non minùs vitiosè quàm ineptè legebatur* perperam.

q *In laudato Ms. rectè:* & caſtitatem ſervari non poſſe.

CAPUT II.

Sacerdotio initiatus, animas è flammis piacularibus eripit: tentatus à conſobrino, in aſſumpto ſtatu conſtans perſeverat: Tolentinum mittitur. F

Sacerdotio initiato apparet anima a b c

QUâ igitur vitâ & ſcientiâ in poſterum convenienter probatâ, ad ſacerdotium *a* aſſumitur, & ad quamdam heremum, quæ Vallimans dicitur, prope civitatem Piſaurienſem *b*, à ſuo provinciali Priore pro conventuali *c* tranſmittitur: ubi ex nimiæ devotionis fervore promptus & ſollicitus tempeſtivè Miſſam quotidie celebrabat. In conventuali autem Miſſa pro hebdomadario *d* poſitus, nocte diei Dominicæ immediatè ſequentis in ſtrato aliquantulùm obdormivit: & ecce anima quædam voce magna & ejulatu non modico vocat eum: Frater, inquit, Nicolae vir Dei, reſpice in me. Qui ipſam reſpiciens, & quia eam intuitus, viventem non noverat *e*, recognoſcere fatagens, ſed non valens, quis eſſet, concitus perquiſivit. d e

10 Cui

A *sibi aliisque auxilium poſtulans : f*

11 Cui reſpondit illa : Ego ſum anima Fratris Peregrini ex Auximi *f* civitate, quem viventem me ſervum tuum nôſti : crucior enim in hac flamma ; cujus contritionem Deus non renuens, ut non ad pœnam æternam, quam ut fragilis merui, ſed ad purgatoriam me ſuâ miſericordiâ deputavit. Te igitur humiliter precor, Miſſam digneris pro mortuis celebrare, ut ab his tandem flammis eripiar. Qui reſpondit : Juvet te, Frater, Salvator meus, cujus Sanguine es redemptus : ego autem, quia ad conventualem Miſſam ſollemniter celebrandam ſum deputatus, præſertim inſtante Dominica die, cujus Officium mutari non decet, Miſſam pro mortuis celebrare non poſſum. Et ille : Veni, venerande Pater, veni & reſpice, utrùm te deceat petitionem tam miſeræ multitudinis, quæ me miſit, immiſericorditer rejicere. Ipſum autem ad alteram partem heremi ducens, illam parvam planitiem, quæ eſt juxta Piſaurum *g* illi oſtendit, in qua promiſcui ſexûs erat, multarum ætatum, ſtatuum atque etiam ordinum diverſorum, innumerabilis multitudo. Miſerere, Pater, inquit, miſerere turbæ tam miſeræ, utile ſibi auxilium expectantis : nam ſi pro nobis dignatus fueris celebrare, maxima pars ab his tormentis atrociſſimis eruetur.

g

B

quas ſeptem Miſſis è purgatorio liberat. h

12 Evigilans *h* ergo Vir ſanctus, magnâ horum pietate commotus, cum maxima lachrymarum effuſione cœpit pro eis omnibus Salvatorem omnium exorare ; manè verò ante Priorem ſuum reverenter proſtratus, & evitans jactantiam, non plenè, ut viderat, ſed aliqualiter opportunitatem oraculi reſeravit, ſupplicans, ut ipſum pro mortuis illâ hebdomade permitteret celebrare. Qui mox ejus precibus annuens, alium ejus vice ſubſtituit : ipſe verò per totam hebdomadam pro mortuis celebrans, die ac nocte pro oſtenſa ſibi multitudine cum præcordialibus lachrymis affectuoſiſſimè exorabat. Et ecce tranſactâ hebdomade, eidem prædictus Frater Peregrinus apparuit, deque jam impetrata miſericordia egit gratias, aſſerens, ſe cum magna parte prædictæ multitudinis *i* à pœnis atrociſſimis Dei miſericordiâ & ipſius Sacrificiis orationibuſque lachrymoſis erutum eſſe, & ad Dei gloriam feliciter convolâſſe : Liberâſti nos, inquiens, de affligentibus nos, & odio habentes nos diſperſiſti & confudiſti.

i

C

Animæ fratris ſui ſalutem impetrat.

13 O ineffabilem Virum, cujus ſanctitatis primordia, initiaque meritorum in redemptione veniunt electorum Dei ! Hujus juvenilis ætas in purgatorio cœpit agnoſci, cujus ſenilis vitæ ſanctitas in mundo noſcitur venerari : jam purgatorii mare meritorum navis ſulcat, & precibus hujus mundi terram poteſtatis ſibi traditæ quaſi quodam vomere ſcindit ; qui non ſolùm purgatorium ſuis denudavit meritis, ſed & infernum ſpoliare videtur orationibus pietatis. Nam cùm in civitate Rhacanathenſi *k* conventualis degeret, de fratris domo nuncius dolens ei affuit, qui mox ut ſanctum Virum conſpicit, ad terram provolutis genibus lachrymando fortiterque clamando ait : Ubi preces, ubi virtutes tuæ, Nicolae ſanctiſſime ? Ecce de tuis manibus requiretur anima & corpus fratris tui *l* ; ab iniquis enim in caſtello Aperiam *m* ſubitò occiſus eſt, acſi tua ſanctitas ſui corporis ſuæque animæ dilectrix penitus non extitiſſet. Audiens hæc Vir ſanctus lachrymas non potuit continere ; Heu, inquiens, miſer, quia damnatus es ! Remiſſo ergo nuntio, abſtinentiæ graviori ſe ſubdidit, orans cum lachrymis die ac nocte per quindecim dies, ut Salvator ſuus Jeſus Chriſtus ei dignaretur, ſi ſalvata, aut damnata eſſet anima fratris ſui, oſtendere. Cùm igitur ſtaret in eccleſia, accendens lampadem in reverentiam Corporis Domini in altari exiſtentis, audivit vocem clamantem & dicentem : Frater mi, Frater mi, gratias ago Deo meo & Domino Jeſu Chriſto, qui tuas preces & lachrymoſas orationes oculo ſuæ pietatis attendens, cùm damnatus eſſem *n*, liberavit me. Timens autem Vir ſanctus verſutias inimici, qui ſe interdum transformat in angelum lucis, ut animas faciliùs laqueis peccatorum involvat, ſine ſtupore aliquo ait : Ut quid me temptas, hoſtis maligne ? Frater meus mortuus eſt, & ut Deus damnare, ſimiliter ſalvare poteſt. Et ille : Nihil nunc, frater mi, dubites ; rectè enim ſum Gentilis frater tuus, precibus tuis à Chriſto Jeſu modò de inferno exutus. Confortare igitur, & robuſtus eſto in operibus pœnitentiæ, quæ cœpiſti : ſic enim Deo & Salvatori noſtro grata ſunt opera tua, quòd quidquid ab eo petieris, impetrabis, & multa *o*, dum vixeris, in hac, in qua ſum, eris glorioſus.

n

o

E

Tentationem.

14 Invidus tamen hoſtis antiquus tam præclariſſimis ſanctitatis initiis per conſobrinum ſuum, ſicut hominem per Evam, ſanctum Virum circumvenire procuravit. Erat namque conſobrinus ſuus in quodam monaſterio Prior prope civitatem Firmianam juxta fluvium, quod Tenna dicitur, cujus nomen ſancta Maria Jacobi *p* appellatur : conſpiciens autem Viri ſancti paupertatem, nuditatem, pœnitentiam atque egeſtatem, affligitur, eidemque compatiens ait : Ut quid tantam pateris miſeriam ? Tui Ordinis conditio pauperrima eſt, nec religionis præcepta aſpera poteris adimplere : tuæ igitur conſule juventuti ; in hujus monaſterii bonitate mecum gaudere potes ; conſtrictus namque cognationis vinculo non poſſum ampliùs in tua tantam miſeriam conſpicere juventute.

p

cæleſti viſione recreatus, ſuperat, & Tolentinum mittitur. q

F

15 At Vir ſanctus jaculum temptationis cognoſcens, in eccleſia dicti monaſterii *q* orationem devotiſſimam pro ſcuto defenſionis accepit : cæleſtis autem Agricola, qui non vult, eos, qui ad ejus aratrum manus mittunt, retrò aſpicere, ſibi flexis genibus & ſurſum elevatis manibus dicenti, Dirige, Domine, in conſpectu tuo viam meam, ſubitò ſcutum bonæ voluntatis contra dictum temptationis jaculum contribuit ſalutare. Mox namque in eadem eccleſia & loco, ubi orabat, viginti juvenes in duobus quodammodo choris, induti veſtibus albis, faciebuſque rutilantibus, eidem pariter aſtiterunt, unanimi voce ter clamantes : Tolentini, Tolentini, Tolentini erit finis tuus *r* : in vocatione autem, quâ vocatus es, maneas ; in ea namque erit ſalus tua. Qui in ſpiritu intelligens, quòd non homines viderit, ſed potiùs Deum * eum ſpiritus monuiſſet, ſicut ipſe poſt magnum tempus Fratribus ſimpliciter revelavit, prænuncians nempe, quòd moriturus eſſet ibidem. Præterea, ut infrà pleniùs ſcribitur, quantumlibet eum conſobrinus poſtea blandiciis niſus fuerit retinere, dehortans ab aſperitate Ordinis, & hortans ad monaſterii levitatem *ſ* ; ejus tamen animum, vel aſperis deterrendo, vel proſperis demulcendo, utpote jam temporalia omnia contemnentem, non potuit commovere, ſed Tholentinum juxta divinum oraculum concitus properavit *t*.

q

r

* *l.* Dei

ſ

t

ANNO-

A. PETRO RUBIENSI.

ANNOTATA.

a *Consecratus ab episcopo Auximano, ut dicitur num.* 37, *& quidem à S. Benevenuto, ut ibidem vult Torellius.*

b Pisaurum, *indigenis* Pesaro, *pervetusta quondam Umbrorum, vel ut alii maluêre, Picenatium, nunc in ducatu Urbinate Pontificii juris urbs, sedet ad Isaurum seu Pisaurum, vulgò* Foglia *fluvium, ubi hic in Adriaticum mare illabitur. Vetustissimo episcopatu soli Romanæ Sedi subdito multis seculis claruit, donec is anno* 1563 *erecto per Pium IV PP. in metropolim Urbino suffraganeus factus est. Non procul hinc, uno scilicet milliari, distabat conventus Vallismanensis, qui hîc* Vallimans, *in Ultrajectino Ms.* Vellemanes, *apud Surium* Vallimavensis *vocatur; à Torellio autem num.* 35 *Commentarii* Valmanente, *& nunc vulgò* Valmagnente *appellari dicitur: Tombeurius verò ait, eum olim* S. Mariæ, *nunc* S. Nicolai Tolentinatis *nuncupari.*

c *Id est, ut in eo conventu subditus habitaret.*

d Hebdomadarius *in monasticis institutis is dicitur, qui eâ hebdomadâ quacumque ratione Fratribus reliquis inservire debebat: hîc sumitur pro eo, cujus vices erant eâ hebdomadâ Missam conventualem, seu solemniorem, & cui omnes interesse oportebat, celebrare; qui etiam aliàs* Hebdomadarius Missæ majoris *dicebatur, ut videre est apud Cangium in Glossario.*

e *In Ms. Ultrajectino rectiùs legitur:* Qui respiciens ipsam, & quia eum, cujus erat anima, dum viveret ipse, noverat, *&c.*

f Auxumum, *indigenis* Osimo, *episcopalis urbs est ditionis Pontificiæ in Marchia Anconitana, ad Musonem fluvium colli imposita.*

g *Surius perperam hîc* Pisas *habet.*

h *Ex hac voce* evigilans, *uti & ex num.* 9, *noti dicitur,* In strato aliquantulùm obdormivit, *manifestum est, hanc visionem dormienti obtigisse: eodem modo legitur in Ms. Ultrajectino & apud Surium, atque ita pariter legerunt Jordanus de Saxonia, Albericius, aliique. Quare nescio, quo fundamento Torellius ad annum Christi* 1305, *num.* 21 *scribat, hæc Sancto vigilanti, &* more suo fervidè oranti *accidisse, omniaque, puta accessum ad parvam planitiem, conspectum animarum, quæ in ea torquebantur &c., ita refert, acsi re ipsa facta fuissent, cùm ea biographus non nisi per visionem Sancto ita exhibita testetur.*

i *Torellius littera præcedenti relatus, num.* 22 *hanc multitudinem unà cum Fratre Peregrino liberaliter inducit apparentem* S. Nicolao *nostro.*

k Recinetum, *Italis* Recanati, *ditionis Ecclesiasticæ urbs est in Marchia Anconitana, montis supercilio imposita, quinque milliaribus Italicis distans Laureto. Porrò Albericius, Torellius, aliique hæc, quæ sequuntur, non* Recineti, *sed* Maceratæ *contigisse volunt: at Jordanus de Saxonia ea* in civitate Recanatensi *pariter facta scribit.*

l *Ex dictis à num.* 1 *hujus Vitæ Amata* S. Nicolaum *suis precibus & patrocinante S. Nicolao Myrensi episcopo à Deo impetravit,* cùm multis diebus ætatis suæ processisset, & velut sterilis filios procreare non posset: *qua igitur ratione Sanctus hîc fratrem habere dicitur? An is privignus fuit ex alia procreatus matre? An post* S. Nicolaum *iisdem genitus parentibus? Ultimum conformius est dictis Jordani de Saxonia, à quo* frater *ipsius* germanus *appellatur. Torellius eum Italicè* Cugino carnale, *id est,* fratrem patruelem *vel* consobrinum, *vocat, atque ita vocem* fratrem *latiùs accipiendo, difficultatem evadit.*

m *Hæc vox haud dubiè vitiosa est. Apud Jordanum legitur* in Castro Apetiani, *in Ms. Ultrajectino,* Apeiani, *apud Albericium Italicè est,* nel castel, *seu* in castro, di monte Aponi, *sed nullus ex his locis mihi in Tabulis occurrit, nec operæ pretium duxi pluribus investigare.*

n *De strictè dicta, seu æterna damnatione hæc intellexisse videtur biographus, cùm suprà num.* 12 *infernum purgatorio opposuerit, dum hæc ipsa narraturus præmisit:* Non solùm purgatorium suis denudavit meritis, sed & infernum spoliare videtur orationibus pietatis. *De inferno damnatorum hæc etiam intellexit Jordanus de Saxonia; rectiùs tamen addit sequentia:* Quod si cui videtur extraneum ad credendum; quòd ille de inferno precibus hujus sancti Viri fuerit ereptus; potest intelligi, quòd ille damnatus fuerit non ad pœnam æternam, sed ad temporalem, & quòd per infernum accipitur etiam locus purgatorii: unde & limbus Patrum dictus est infernus, cùm dicitur: Christus ad inferna descendit. *Forsitan nihil aliud Gentilis hic indicare voluerit, quàm quòd Deus ob Sancti merita, fusasque ab eo preces, gratiam perfectæ contritionis in articulo mortis concesserit, sine qua certò fuisset damnandus. Certè qui mortali infectus peccato moritur, huic, nisi resuscitetur, spes nulla salutis est.*

o *Vitiosam hanc periodum ex Ms. Ultrajectino sic corrige:* Sic enim grata sunt opera tua Deo & Salvatori nostro, ut, quidquid ab eo petieris, impetrabis (*imò* impetraturus sis) in vita præsenti dum vixeris; & in ista, in qua ego sum, vir gloriosus eris. *Porrò Surius totam hanc narrationem de liberata Gentilis anima prætermisit.*

p *De hoc loco ita cecinit Baptista Mantuanus:*

Edita ab excelsis penetralibus Apennini
Labitur in pontum Firmi sub mœnibus altis
Tignia & ad ripas ejus celeberrima quondam
Nominis urbs istius erat, volventibus annis
Diruta; sed templum supereſt, cui pinguia subsunt
Pascua, lanigerique greges, opulentaque rura.
His opibus sancti quidam de sanguine patris
Nicolei præfectus erat, qui sæpius orsus
Ad se Sobrinum blandis inflectere verbis *&c.*

His ipse significat, monasterium S. Mariæ Jacobi fuisse in castro Marchiæ Anconitanæ, quod hodiedum S. Mariæ Georgii, *indigenis* Sancta Maria in Georgio, *appellatur: hoc enim in loco vetus* Tignium *fuisse perhibetur. De urbe Firmana vide dicta ad cap.* 1, *lit.* a.

q *Scilicet* S. Mariæ Jacobi, *quod monasterium Sanctus seu sacri ministerii ergò, aliave de causa adierat.*

r *Ita edidi ex Ms. Ultrajectino: in editione enim Mombritiana mendosè legitur,* Tolentinas, Tolentinas, Tolentinas erit filius tuus.

s *Nihil infrà de consobrino, ejusve perversis consiliis legitur: quare has voces,* Ut infrà pleniùs scribitur, *intellige non de consobrino tentante,*

A *tante, ſed de Sancto in religione, quam profeſſus fuerat, conſtantiſſimè perſeverante.*

† *S. Antoninus parte 3 Hiſtoriarum, tit. 22, cap. 10, § 1 exiſtimavit*, S. Nicolaum, *ſimulac ex hoc monaſterio ad conventum ſuum redierat, Tolentinum miſſum eſſe: ita enim ibidem ſcripſit:* Contemptis igitur Nicolaus blanditiis Prioris illius conſanguinei, quibus conabatur eum in ſuis deliciis retinere, reverſus Firmum, invenit ſui ſuperioris obedientiam de conventualitate ſui Ordinis (*id eſt mandatum de conventu, quem inhabitare deberet*) ei aſſignatam, ſcilicet Tolentini conventus: qui ut verus obediens concitus illuc perrexit. *Si hæc opinio, cui ſatis conformis eſt biographi narratio, vera ſit, dicendum eſt, hæc circa annum 1275, vel 1276 contigiſſe: etenim cùm Tolentini* quaſi triginta annis *habitâſſet, ut dicetur, mortuus eſt, idque anno 1305 vel 1306, ut in Commentario prævio oſtenſum eſt.*

CAPUT III.

B *Mirabilis Sancti abſtinentia & corporis caſtigatio: morbi & miraculoſæ ſanationes: tentationes ſuperatæ: conflictus cum dæmonibus.*

Mirabili abſtinentiâ emaceratus,

Quærit igitur hoſtis humani generis ſanctum violare affectum, qui, Domino & Salvatore noſtro juvante, tranſiit mirabiliter ad profectum. Nam ſi tamquam aurum in fornace probat electos Dominus, diabolica illa cognatio *, mediante ſuggeſtione fornacis * ædificii fuit initium, quia velut aurum electum probari debuit beatiſſimus Nicolaus. Sed quia ubi diaboli antiqua malitia tentationis machinas erigit fortiores, ibi divina Clementia virtutes ponit ampliores, quò magis ac magis præfatus Vir ſanctus à Domino virtutibus præornatur, defenſatur & fortificatur, eò magis ac magis diabolica percipit tentamenta *a*. Rediens namque Tholentinum, ſicut per divinum oraculum ei fuerat intimatum, in virum alterum mirabiliter eſt mutatus: ibi namque quaſi triginta annis *b* degens, nuſquam * carnes, ova, piſces, aut aliqua pinguia vel lacticinia aut poma, ſanitatis aut infirmitatis tempore compertus eſt comediſſe. Unde cùm ſemel infirmatus fuiſſet, & Fratres de ſui * debilitate dubitarent, vocant medicos, quos ipſe vitare volebat, ſpem ſuam ponens in medicum ſuum Jeſum Chriſtum.

* *Mſ. Ultraj.* cogitatio
* *ibid.* fortioris

C *a*

b
* *ibid.* numquam

* *ibid.* ejus

17 Qui deſperantes de ejus ſalute, etiam contracta debilitate *c*, conſulunt, ut carnes comedat leviores: quorum conſilio nullo modo annuens, medicos renuit eoſdem. Prior *d* autem loci, ſui ſubditi videns periculum, ſuum * hortatur ſæpiùs, ut acquieſcere velit conſilio medicorum. Cui Vir ſanctus reſpondebat humiliter: Ut quid, Prior mi, moleſtus eſſe cupis? An ignoras, quòd corpus hoc, quod * eſcam, quam ſemel guſtavit delectandam, redire ſatagit feſtinanter? Parce igitur, quæſo, mihi: melius eſt enim huic carni ponere frænum, quàm ei laxare habenas, ut * ad peccatorum foveas animam obruat condemnandam.

morboque afflictus,

c

d
* *ibid.* ipſum

* *cum Ultraj. l.* ad

* *ibid.* ne

Viri igitur ſancti propoſito Prior non valens * reſiſtere, Priorem generalem *e* adiit, qui tunc erat in conventu, eique prædicta exponens, ſupplicat, ut ſancto Viro injungat, quod per medicos erat conſultum *f*.

A. PETRO RUBIENSI.
* *ibid.* volens

e f

18 Generalis igitur Prior, periculum imminere cognoſcens, infirmum ſalutat, & poſt multa diverſaque admonitionis exempla præcepit per obedientiam ſalutarem, ut carnes comederet, ſicut per medicos noverat eſſe conſultum. Non audet Vir ſanctus obedientiam renuere; carnes tamen nititur faſtidire. Vocat ergo Priorem, & dicit, Generali parendum eſſe: Hoc eſt enim, inquit, quod promiſi: hoc Salvatori meo, ſuæque ſanctiſſimæ Genitrici & beato Auguſtino primum obtuli: hoc eſt, quod uſque ad mortem ſervare concupivi. Secundùm ergo medicorum conſilium parantur carnes. Inter igitur gulæ & inobedientiæ vitia, quaſi inter duo pericula conſtitutus, prælia diverſarum cogitationum Vir ſanctus in mente perſentit: deliberat tamen, & parvâ acceptâ particulâ, ſemel tantùm guſtavit carnes, dicens: Ecce, parui; me ampliùs de gulæ vitio me * moleſtare nolite.

ex obedientia carnem guſtans,

E

* me *abundat ſubitò ſanatur: graviter tentatum*
* *i. e.* cœleſtis

g

19 Inde melioris medici adhæſit conſilio: cæ-litus * enim medicus Jeſus Chriſtus tantam in Servulo ſuo agnoſcens conſtantiam, aſſuetis fine pinguedine cibis & abſque medicinæ pigmentis ipſum celeriter ſanat *g*. Quare abſtinentiæ gloriabatur anguſtiis, carnem domando, quam ſua premebat valetudo: nam & cùm præter dictam abſtinentiam graviore morbo penitùs laboraret, ſecundâ, quartâ & ſextâ feriâ, & in honorem glorioſæ Virginis Sabbato, pane & aquâ ſemel reficiebatur *h*. Qui autem primos parentes gulæ vitio ſuperavit, & ſecundum Adam Chriſtum Salvatorem noſtrum temptavit, hic Virum temptando pariter ſuperare nititur. Revocabat namque in ejus memoriam, quo pacto & alii Fratres in cibis tractarentur, & quomodo infirmitates paterentur * frequentes, præſertim juncturarum dolores, ſtomachi tortiones, capitis debilitates, oculorumque vel visûs obfuſcationes, propter nimiæ abſtinentiæ feritatem.

h

* *l.* paterentur

20 In his autem & ſimilibus cogitationibus ſtimulatus ſæpiùs, cœpit ſemel intûs turbari ac dicere: Fortè non eſt Deo accepta pectoris mei abſtinentia, ex quo tantarum temptationum in me diabolo conceſſit dominium. Ecce ergo, Deus, adjuva me; quia niſi tu, Domine, adjuves me, paulò minùs habitaret in inferno anima mea. Invictiſſimus ergo Princeps Jeſus Chriſtus ſuum Militem præliantem in campo temptationis perire nolens, eidem in ſomnis apparens, ait: Nicolae, depone, inquit, mœſticiam & lætare; quia tua mihi placent opera, quæ cœpiſti. Ad quam vocem expergefactus, gaudens dixit: Lætatus ſum in iis, quæ dicta ſunt mihi, in domum Domini lætantes ibimus. Et tunc taliter effectus ſecurus, temptationes præfatas lætanter ſuſcipiebat & gaudens.

Chriſtus in ſomnis confirmat.

F

21 Ardentius igitur inhærens abſtinentiæ, à febre arripitur & graviùs infirmatur, illo procurante inimico, qui in carne ſancti Job acceperat à Domino poteſtatem, ut quam temptationibus ad gulæ vitium trahere non poterat, ſaltem infirmitatis tædio trahere niteretur *i*. Videns autem Vir ſanctus ſe debilem adeò, quòd de vita ejus dubitaretur, diabolique tentationem agnoſcens *k* glorioſæ Virginis & beatiſſimi Auguſtini frequenter implorabat auxilium; in cujus imploratione auxilii delectabiliter ſom-

Decumbens invifitur a Deipara
* *l.* qui in

i

k

A. PETRO RUBIENSI.

pnium cœpit : moxque dicitur, quòd Dei Genitrix unà cum beato Auguſtino, aſpectu inæſtimabili, dormienti apparuit : in qua Vir ſanctus intendens, atque inter cogitationes admirationis proſiliens, in talia verba prorumpit : Quæ es, inquit, domina, quæ ad me, qui ſum cinis & pulvis, tam admirabilis adveniſti ?

& S. Auguſtino, ab iiſque

22 Et illa : Ego ſum Salvatoris tui Mater, Virgo Maria : me enim crebrò cum Auguſtino, quem juxta me conſpicis, in tuum auxilium invocâſti. Ecce, jam venimus, ut me curante, accipias ſanitatis conſilium, prætenſoque digito verſus plateam, ait : Mitte illuc ad aliquam dominam, & panis recentior * in nomine Filii mei Jeſu Chriſti pro te portet, quem ut recipies, aquâ intinctum comedas, & tunc ſanitatis beneficio potiêris. O Virgo prudentiſſima, in hac medicina rectè conſulis Viro ſancto : alia enim cibaria non ſic libenter in infirmitate guſtâſſet, ſicut illa, quæ pro tui amore in ſanitate interdum ſumebat avidiùs : & ut ei oſtenderes, ſuam abſtinentiam tibi tuoque Filio eſſe acceptam, cibo abſtinentiæ eidem reſtituis ſanitatem.

* panem recentiorem

B

buccellâ panis ſanatur.

23 Evigilans igitur Vir ſanctus, ſuum excitat ſervitorem, viſionemque tacens, ad oſtenſum ſibi locum ipſum pro pane in nomine Jeſu Chriſti petendo tranſmiſit. A quadam igitur domina ſervitor panem recentem lætanter recipiens, imbibit cum aqua, & ſancto Viro obtulit comedendum : qui ſigno * præmiſſo, panis modicâ aſſumptâ particulâ, abſque intermedio aliquo, ſanitatis pleniſſimæ recepto beneficio exurrexit *l*. Quid autem amplius de ejus abſtinentia dicam, cùm ſeptimo anno ſuæ ætatis, tribus diebus ſingulâ hebdomade jejunare cœpit, in aliquo imitans ſanctum Nicolaum, qui ſecundâ, quartâ & ſextâ feriâ à matris hubere abſtinebat *m*. Rectè igitur infantiæ non præſentit ætatem, qui ſibi modum & ætatem juvenum, ſenilem abſtinentiam peragebat. Mirum ergo non eſt, ſi ſic jejunat provectus, ex quo ſic abſtinebat puerili ætate ſubvectus.

* *nempe* Crucis

l

m

Corpus ſeverè caſtigat : orationi ſemper

24 Non ſolùm autem jejunio & abſtinentiâ, ſed verberibus, pœniſque aliis ſuum corpus in ſervitutem animæ redigebat. Solis enim paleis per aliquam noctis horam contentus, ad orationem ſurgebat, ferreaque cathenulâ *n* carnes proprias caſtigabat ; tunicis aſperis utebatur, corporiſque delicias vitans, mollia veſtimenta fugiebat, illud Euangelicum ſemper attendens : Ecce qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Orationi autem in tantum aſſiduus, quòd poſt Completorium uſque ad galli cantum, & poſt Matutinum uſque manè & poſt Miſſam, niſi fortè confeſſionibus occupatus, uſque ad Tertiam ; & poſt Nonam, niſi obedientiis intentus, uſque ad veſperam, præter conſtitutas horas, in quibus continuò primus erat, ſemper orabat. Locus autem orationis ejus non tantùm oratorium erat apud unum ex altaribus, ubi in præſentia jacet tumulatus, ſed & cella, in qua duos conſtituerat lapides, ad quorum unum genua flectebat, ad alterum verò brachia, quando nimio orationis labore laſſus erat : ut, ſi brachia non affligebantur laſſitudine, ex intenſionis ſuæ frigore ſaltem caſtigarentur.

n

C

intentus, à dæmonibus

25 Illius autem devotæ orationi diabolus invidens, non modò per inſpirationes malas, ſed etiam per dura verba & apparitiones ipſum moleſtabat : unde cùm aliquando in oratorio ante prædictum altare Vir ſanctus oraret devotiùs, lampadem accenſam diabolus non extinxit ſolùm, ſed ipſam ad terram dejiciens fregit *o*. Super autem oratorii tecto ſtans, voces diverſarum ferarum formabat, imbriceſque revolvens, tectum ſubvertere videbatur : at Vir ſanctus dæmonis illuſionem eſſe cognoſcens, orationi fortiùs inſiſtebat. Et ecce per hoſtium * cum furiis & terrore hoſtis nequiſſimus intrans, adorantem accepit, ipſumque verberibus ſic afflixit, quòd per multos dies vulnerum cicatrices in toto ſuo corpore apparebant.

D

o

* *l.* oſtium

illuditur,

26 Cùm verò aliquando ſibi ſueret tunicam, præfatus humani generis inimicus unam illi tunicæ partem ſubtraxit ; quam Vir ſanctus cùm vellet alteri parti conjungere, non inveniens, inquirit & requirit : invenire autem non valens, dicebat : Sancte Deus, & quis potuit mihi ſic illudere ? Verè qui dignus nominari non eſt, ille ita mihi illuſit. Mox ad verbum ſancti Viri diabolus reſpondit, dicens : Verum eſt ; & illuſi & illudam : ſed aliter tecum agam, ex quo ſic te ſuperare non poſſum. Et Vir ſanctus : Quis es tu ? Et ille : Ego ſum Belial, datus in ſtimulum ſanctitatis tuæ. Et ille : Si Dominus mihi adjutor eſt, non timebo, quid faciat mihi homo.

E

peſſimèque multatur.

27 Noctu autem aſſuetam orationem relinquere nolens, cùm oratorium apertum non eſſet, quia Matutinalem horam Vir ſanctus prævenerat, intrare * domum refectorii, ubi Crucifixi imago depicta erat in limine hoſtii, à dicto Belial ad terram taliter impingitur & proſtratur * , quòd in eo halitus vix remanſit. Confortat ſe tamen, & in nomine Crucifixi ſurgit à terra ; & cùm vellet ad orandum procedere, verberibus cæditur, & ad terram iterum inclinatur : tandem cogitur inde recedere, & ad omnem angulum loci, quem inveniebat, inter eundum vehementer alliditur. Deo autem volente, auditur rumor dæmonum, cum Viro ſancto præliantium ; excitatique Fratres conveniunt ad beatum Nicolaum, ad terram eliſum erigentes, ſtareque non compotem ad lectulum pauperculum deportaverunt ; ubi confortatus à Chriſto protinus, baculo tamen ſe ſubſtentans, conſuetaſque orationes perficiens, gratiarum actiones & laudes Chriſto reddidit Salvatori *p*.

* *adde* volens

* *imò* proſternitur

p

F

ANNOTATA.

a *Totam hanc periodum ex Ms. noſtro Ultrajectino hic inſerui, quia apud Mombritium mutilata legebatur in hunc modum :* Si quia ibi diaboli antiqua malicia temptationis machinas cùm magis ac magis diabolica percipit temptamenta. Rediens *&c.*

b *Erat igitur triginta circitèr annorum, dum Tolentinum miſſus eſt, cùm anno ætatis ſuæ ſexageſimo obierit, ut in Commentario prævio oſtenſum eſt.*

c *Ms. Ultrajectinum habet :* Ex jam contenta debilitate : *at legendum eſt :* Ex jam contracta debilitate.

d *Torellius ad annum* 1305, *num.* 39 *hunc Priorem* Fratrem Angelum de ſancta Victoria *appellat.*

e *Gandolfus in ſæpe memoratis obſervationibus ex Proceſſu canonizationis hæc notat :* Generalis Ordinis, qui in infirmitate juſſit, ut (S. Nicolaus) carnes comederet, fuit reverendiſſimus Franciſcus à Monte Rubiano. *Conſentit Torellius in Annalibus. Porrò Franciſcus ille Generalis ſui Ordinis Prior electus eſt in comitiis Neapoli*

A *Neapoli habitis anno* 1300, *obiitque Gandavi in Belgio anno* 1307, *teſtibus Joſepho Pamphilo in Chronicis, Herrera in Alphabetho, & Torellio in Annalibus: quare dicendum eſt, hunc Sancti morbum, prodigioſamque ſanationem inter annum* 1300 *&* 1305 *vel* 1306, *quo hic obiit, contigiſſe.*

f *Ms. Ultrajectinum ſic habet:* Priorem Generalem, qui tunc in loco erat, adiit, exponens ei Fratris periculum, firmumque propoſitum, & medicorum conſilium.

g *Hæc paulò aliis ac paucioribus verbis leguntur in Ms. Ultrajectino, quod poſt illa,* uſque ad mortem ſervare decrevi, *ita proſequitur:* Cùm ergo Prior & infirmarius carnes ſibi offerrent comedendas, ipſe omnino obedire volens, acceptâ parvâ particulâ, ſemel tantùm guſtavit de carnibus, dicens: Ecce obedivi, me ampliùs de vitio gulæ moleſtare nolite, quia melioris medici adhæſi conſilio. Et ecce, tum celeriter eſt ſanatus; quod utique non uſui tantillæ carnis, ſed cæleſtis Medici medicamini & meritis obedientiæ adſcribebatur. *At longè aliter hæc narrat Albericius cap.* 17 *Vitæ Italicæ:*
B *ait enim, dum* S. Nicolaus *conſilio ac precibus induci non poſſet, ut eſu carnium infirmi corporis vires reſtauraret, quempiam è Fratribus Trajanam (indigenis* Montecchio*), ubi tum provincialis Prior degebat, properâſſe, ab eoque litteras obtinuiſſe, quibus carne veſci Sanctus jubebatur: verùm hunc, quidquid ille egerat, divinitus innotuiſſe. Addit, illum, ut mandatis obtemperaret, parùm carnis libâſſe; at non modò non ait, hoc pacto morbum ceſsâſſe, verùm etiam vult, eum indies invaluiſſe. Deinde ſubdit apparitionem, quæ ex Mombritii editione apud nos num.* 21 *& ſeqq. legitur. Ubi hæc didicerit Albericius, incompertum mihi eſt: certè in exemplari, quo uſus eſt Surius, eadem, quæ in Mombritiano legebantur: eadem quoque habet S. Antoninus, niſi quòd tantùm de* Prioris *non de* Prioris Generalis *mandato meminerit.*

h *Hæc tota periodus deſideratur in Ms. Ultrajectino: ſed apud S. Antoninum & Surium correctiùs exſtat. Verba prioris, ut Mombritiana menda corrigas, juverit deſcripſiſſe:* Nec
C ſolùm à prædictis abſtinebat cibariis, ſed &, niſi gravi teneretur languore, ſecundis & quartis & ſextis feriis, & in honorem Virginis glorioſæ Sabbatho ſemel in die pane reficiebatur & aquâ. *Porrò laudatum Ms. Ultrajectinum hîc narrat miraculum de perdice aſſa, quæ cùm Sancto appoſita eſſet, reviviſcens, mirabiliter avolâſſe dicitur: de quo miraculo vide dicta in Commentario prævio* § 4, *ubi jam monuimus, illud nec apud S. Antoninum, nec apud Surium, nec in editione Mombritii, quam recudimus, reperiri. Contrà in eodem Ultrajectino apographo multa deſiderantur, quæ in his legere eſt, videlicet quæcumque ab hoc num.* 19 *uſque ad* 48 *recitabimus, præter angelorum apparitionem, de qua num.* 46, *& generalem miraculorum ipſius commemorationem.*

i *Hanc totam periodum ex Opuſculo Jordani à Saxonia lib.* 4, *cap.* 10 *deprompſi: in Mombritio enim mendosè legebatur his verbis:* Ardentiùs igitur inhærens abſtinentiæ, à febre accipitur & graviùs infirmatur, illo procurante meritò, quia carnem beati Job quando à Domino acceperat poteſtatem, ut quem temptationibus ad gulæ vitium trahere non poterat, ſaltem infirmitatis tædio trahere videretur.

A. Petro Rubiensi.

k *Hîc rurſum aliqua ex eodem Jordano correxi, quæ apud Mombritium vitiosè ſic habentur:* Adeo, qui de ipſi tranſitu diaboli temptationem cognoſcens.

l *Hæc divæ Virginis apparitio &c. deſunt in Surio, at non in S. Antonino. Obſervat autem Torellius ad annum* 1305, *num.* 38 *& Tombeurius in Annotatis ad Vitam, ex hoc facto natum eſſe uſum panes ſub* S. Nicolai *invocatione benedicendi, de quorum ſalutari virtute agemus in Gloria poſthuma* § 30 *& alibi.*

m *Deſignat* S. Nicolaum *Myrenſem epiſcopum, de quo in Breviario Romano legitur:* Infans, cùm reliquos dies lac nutricis frequens ſugeret, quartâ & ſextâ feriâ ſemel dumtaxat, idque veſperi ſugebat; quam jejunii conſuetudinem in reliqua vitæ ſemper tenuit. *Nihil hîc de* ſecunda feria, *quam hîc etiam prætermiſit Surius. Porrò S. Nicolaus epiſcopus Myrenſis inſcriptus eſt Martyrologio Romano die* 6 *Decembris, ad quam hæc examinari poterunt.*

n *Ludovicus Zacconius parte* 1 *Vitæ Italicæ, cap.* 107 *laudans Compendium Vitæ per Fratrem Joannem Baptiſtam conſcriptum, ait, cingulum ferreum, quo Sanctus nudam carnem ſtringebat, ſervari Tolentini in ſacello, in quo præcipuæ ejuſdem Sancti reliquiæ accluſæ ſunt. Capite verò* 40 *dixerat, alias catenas, quibus innocentiſſimum corpus ſuum flagellare ſolebat, in ſacello conventûs Palliſmanenſis ſuo tempore, id eſt, ſeculo* XVII, *in veneratione haberi.*

o *Torellius ad annum* 1305, *num.* 31 *ſcribit, hanc lampadem Sancti precibus reſtauratam, oleoque, quod quaquaverſum diſperſum fuerat, rurſum impletam ſponteque accenſam fuiſſe. Idem habet Albericius, qui addit, in hujus prodigii memoriam non procul à lampade, quæ coram ſanctiſſimo Euchariſtiæ Sacramento ardet, legi ſequentia:* Lampadam à torvo jam ſpiritu effractam in formam reſtituit integram, atque exſtinctam ſine igne pius Nicolaus orans accendit. *Verùm cùm de hoc prodigio nihil apud S. Antoninum, nihil apud Jordanum & Surium reperiam, nec Albericius edicat, quanta vetuſtatis ea ſit inſcriptio, non poſſum de hujus rei veritate quidquam ſtatuere.*

p *Hujus quoque rei memoriam ad triclinii fores exſtare, ſcribit laudatus Albericius, his verbis expreſſam:* Porta hæc graviſſimo Nicolai certamine inſignita, ubi ab humani generis hoſte nocturnis horis accerrimè impulſus, claudo pede humi exanimis procubuit: at Chriſti nomine invocato, à Patribuſque adjutus, ſurrexit. *Ludovicus Zacconius parte* 1, *cap.* 107, *ex quodam Compendio Vitæ notat, baculum, quo Sanctus vapulavit à dæmone, Tolentini aſſervari.*
E F

A. PETRO RUBIENSI.

CAPUT IV.

Charitas ejus in proximum : mirabilis ſideris apparitio ; beneficia quædam proximo divinitus collata.

In operibus charitatis

SIcut autem placebat Domino orationibus, ſic placebat Domino & proximo operibus pietatis. Infirmos namque viſitabat, eis ita compatiens, quòd, quidquid delectabile habere pro eis poterat, acquirebat & dabat ; tantaque pietate erat affectus, quòd, cùm ipſe ſine baculo ex dictis verberibus ad ambulandum impotens eſſet, viſitationes tamen hujuſmodi non dimittebat, ipſos infirmos confortans divinis eloquiis, quæ geſtabat in corde velut ſagittas acutas. Inter ſanos namque & infirmos converſans, ſatiari non poterat de dulcedine mirabili verbi
B Dei continuò prædicare & loqui *a*. Compatiebatur ſpecialiter infirmis, ita ut pro multis peccatoribus ſibi confitentibus oraret, jejunaret, celebraret, & lachrymas fundaret * coram Deo, ut à peccatorum vinculis ſolverentur *b*. Pauperes diligebat, & verbo & fide fovebat, veſtimenta eis acquirebat & cibos. Hoſpites Fratres libenter excipiebat ut angelos. Mœſtis erat lætitia, afflictis conſolatio, diviſis pax, laborantibus refrigerium, pauperibus ſubſidium, captivis remedium ſingulare.

a

* funderet *b*

erga proximum elucet.

29 Caritate autem adeo fulgebat, ut mori lucrum putaret ; nedum pro Chriſto, ſed pro proximo. Quidquid victûs, veſtitûs erat, Fratribus modicum reputabat, cùm tamen ipſe modicis eſſet contentus. Hujus virtutis gratiâ, quæ ſua erant, non quærebat, ſed quæ Jeſu Chriſti, non propria communibus, ſed communia propriis anteponens, ut ſui ſanctiſſimi patris Auguſtini Regulæ eſſet pleniſſimus obſervator ; qui Apoſtoli Pauli verba ibidem exponens, ait : Caritas Dei, de qua ſcriptum eſt, quòd non
C quærit, quæ ſua ſunt, ſic intelligitur, quòd non propria communibus, ſed communia propriis anteponit. Sua inſuper verba, quia à corde caritate pleno procedebant, nil otioſitatis, nil ſuperfluitatis ſapiebant ; ſed omnia ædificatoriâ pietate, honeſtateque plena erant. Et quia tanta ſanctitas mundo non poterat * lucêre, quia Chriſtus Lux vera numquam lucernam aliquam in Sanctum aliquem ſic accendit, ut ponat eam ſub modium, ſed ſuper manifeſtationis candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo ſunt Eccleſiæ ; rationabilis * quidem extitit, ut claritate meritorum aliquod patêret præſagium ſingulare.

* *adde* non

* rationabile

Prodigioſum ſidus

30 Ille igitur, qui olim Joſeph, filio patriarchæ Jacob in ſomnis ſolem & lunam & undecim ſtellas adorantes eum oſtenderat, noviter præfato inclyto Viro ſyderis demonſtravit præfulgidi, ſuorum miraculorum, miræque ſanctitatis indicium. Nam aliquando cùm noctu ipſe orationi diu vacâſſet in cella, aliquantulùm obdormivit ; & ecce in ſomnis apparuit ſydus clariſſimum, quantitate magnum, motu verò rectæ lineæ, ſitu verò non altum, ſed quaſi per terram incedens. Videbatur autem ei, quod hujus ſyderis noviſſimum * Caſtro ſancti Angeli, à quo originem traxerat, haberet initium, motu verò rectæ lineæ progrediens Tholentini ante altare poſt chorum oratorii, quod erat eâ tempeſtate juxtà clauſtrum, ubi ipſe conſueverat celebrare manè, & die frequentiùs, & nocte quandoque, in oratione perſiſtere, ſtabilitatem haberet & terminum : ad cujus rei ſpectaculum gentes diverſarum provinciarum & linguarum ei convenire videbantur. D

* in *vel* à

Sæpiùs ſancto

31 Cùm autem ex ſigno hoc permaximo eâdem nocte pluribuſque aliis certificatus eſſet, quodam animi ſtupore repletus eſt : & quia tantæ rei exitum avidiùs cupiebat agnoſcere, cuidam Fratri, qui & judicio valebat & ſcientiâ, quod ſibi familiariter viſum fuerat, ſimpliciter percontatur. Ille verò quodam ſermone prophetico reſpondit : Pater, re vera hoc ſydus eſt verè tuæ præſagium ſanctitatis : nec mens mea vertit in dubium, quia ubi ſydus explevit ſuum motum, ibidem corpus tuum locabitur ; & ex multis miraculis, quæ ibi fient, ad percipienda beneficia ſanitatis, gentes venire, quæ te non noverant, undique properabunt, & tuum tumulum cum reverentia adorabunt. At Vir ſanctus humilitate, quæ ei ſummopere cordi erat, fulcitus, ait : Depone, inquit, hanc de me, care Frater, opinionem ; quia ſemper Chriſti inutilis ſervus fui : ipſe Deus meus exponat, quia tu viſum meum non intelligis. E

apparet, ac deinde defuncti

32 Poſt paucos verò dies cùm more ſolito interdiu oratorium intraret, quædam ſtella quaſi motu pigerrimo eum uſque ad locum dicti altaris præcedebat ; & cùm hoc quottidie illi eveniret, in ſpiritu intellexit, quia hæc divina ſtella, illius, quam in ſomnis viderat, nuncia veritatis aliquid retineret. Cùm itaque die alio oratorium rurſus intraret, ſtella, ut priùs, antecedebat eum : at Vir ſanctus ſummâ reverentiâ & aliquali oratione ante ſæpe memoratum altare factâ, in longum perambulans oratorium, ſtellam ulteriùs non videbat : cùm verò ad altare redibat, mox ſtella ſupra locum illum ei apparebat. De hoc igitur ſæpiùs ſe certificatus, per plures annos *c* ante obitum ſuum ; cùm eſſet infirmus, & in diebus, in quibus tempus ſuæ migrationis inſtabat, Fratribus cum caritate commiſit, ut in dicto loco ipſum ſepelirent, & nullo tempore, nullo inde pacto umquam removerent. F

c

tumulum illuſtrat.

33 O Chriſti veritas, numquam fallens, & quæ abſcondita ſunt in tenebris, in lucem miræ claritatis producis. Stellam enim, quæ præfatum venerabilem Virum in ſignum ſuæ ſanctitatis viventem præcedebat, multis & diverſis populis ſupra ejus tumulum poſt ejus obitum demonſtrâſti : multis namque annis & temporibus ſemper in die, quâ Vir Dei diem extremum clauſerat, multæ & variæ gentes ad honorandum ejus corpus, ſanitatis remedio, undique conveniebant ; & ut antè, hæc poſtea etiam ſtella ab omnibus percipere volentibus rectè ſupra ſuum tumulum, quaſi aſtrum ſe non movens, videbatur *d* : ut clarè detur intelligi, quòd beatiſſimus Nicolaus non ſolùm in terris fulget miraculis, ſed in cælo præmiis jucundatur æternis.

d

Mulieri abortus ſæpius paſſæ

34 Lucet autem hujuſmodi ſtella, beatus ſcilicet Nicolaus, inter caliginoſas nebulas peccatorum non ſolùm ſanctitatis vitæ radiis, ſed miraculorum fulgoribus glorioſis ; ejus enim præclara merita non poterant à ſuæ poteſtatis effectu etiam in vita miſera abſtinere ob immenſam

A mensam gratiæ & virtutis hubertatem. Sanè vir Tholentinas quidam, Bernardus nomine, à Pigia terra *e* trans mare navigavit, uxorem Margaritam *f* cuidam commendans; illa verò ante viri sui reditum masculum peperit sanum & pulcrum: demum infirmitate præventus, natus moritur, & magno matris dolore traditur sepulturæ. Qui dolor natus ejusmodi fuit causa morbi, ut deinceps, quotiens gravida veniret ad partum, semper abortivum pareret. Hæc igitur gravi morbo ferè per septem annos pluries fit gravida: cogitans autem, quòd frustra gravida esset, cùm semper abortivum parere consuevisset, gemit & dolet.

e

f

feliciora puerperia prædicit:

35 Quod ubi Vir sanctus cognovit, ex conversatione solita eidem compatitur, orationeque pluribus diebus factâ, quasi securus de futurorum filiorum vita, mulieri ait: Confide à Domino benedicta, nec ulteriùs voces nec lamentationes emittas; statim enim nascetur tibi filia, animam habens à Factore Domino meo Jesu Christo creatam, de cujus pietate confidens, tibi dicere audeo, quòd ex hac hora filium vel filiam numquam paries, qui victuri

B non sint. Partùs autem tempore adveniente, filiam peperit, animam habentem & vitam, sicque deinceps juxta sancti Viri oraculum semper filios peperit animatos. Quod ex virtute suæ orationis mulier esse cognoscens, donorum omnium Largitori, beatoque Nicolao gratiarum laudes reddere non desinit juxta posse.

puellulæ tuber tollit:

36 Hujus mulieris quædam altera fuit filia, nomine Cecha, quæ cùm parvula esset, tumefactionem sub mento ad modum ovi anseris retinebat. Tandem medicus quæritur, cujus consilio puella curari possit: morbo ab eo cognito, ad incisionem consulit procedendum. Timens autem de periculo mater, inter diversos prolixosque doloris gemitus ignorat, quid agere debeat. Morietur, inquit, filia mea, si ferro tangetur; si autem sic eam dimisero, à morbo pessimo superata citò suos finiet dies. At Vir sanctus doloris hujus in spiritu intelligens, nuncium vocat, dicens: Vade, & à muliere ipsa perquire, quæ sit ei causa doloris. Vadit puer, & redit, doloriscque causam expressit Viro sancto. Remittit Sanctus puerum, &, ut

C puella portetur ad eum, injungit. Bajulat mater puellam, & Viro sancto ait: Verè scio & credo, quòd per te liberanda sit filia mea. Tace, ille inquit, nec de me dicere ista præsume; roga Deum, Matremque ejus ac beatum Augustinum, ut tua filia prosperæ sanitati restituatur: factoque signo Crucis super puellam, & tacto morbo, ait: Vade, Dominus meus Jesus Christus det tibi consolationem, quam desyderas. Illa verò Hominis virtutem considerans, mox ut fuit domi, filiam respexit, nullum dictæ tumefactionis & morbi invenit vestigium.

oblata ipsi visio de puero mortuo:

g

37 Eidem autem mulieri interim nascitur masculus, cujus labia & alia membra aliqualiter moveri videbantur *g*: baptizatur ex hoc à circumstantibus mulieribus puer; sed inter baptizandum animam eum habere nequaquam cognoscere poterant. Plorat ergo mater, Heu, inquiens, filium genui, cujus anima dampnata est! Cogitur Vir sanctus visitare dolentem, ut, quod in nocte viderat de filii anima, ad matris solatium recitaret. Cùm autem circùm dæmones terribiles astarent, dicentes: Quia hujus anima

b nostra est *b*; nondum enim baptismum decedens perfectè susceperat; ego autem quamvis fragilem me dignoscerem, pro anima meis manibus commendata Deo supplicavi, ut angelum salutis ab alto dimitteret in defensorem & propugnatorem animæ pereuntis: cujus immensæ placuit pietati angelum dirigere fortiorem, qui dæmonibus ejectis, de meis manibus suscepit animam cælestis * sedibus collocandam *i.* Consolare igitur, consolare, & de Dei juditiis non turberis: melius est enim, quòd filium genueris cælo altissimo, quàm huic infirmo mundo, & quæcumque, Deo volente, de Dei gratiis in me misero conspexisti, nulli, dum vixero, ullo modo dicere audeas. A. PETRO RUBIENSI.

* *imò* cælestibus

38 Hæc est illa mulier, quæ Viri sanctitatem cognoscens, cùm ipsius aliàs non posset habere reliquias, in die, qua ejus sanctissimum corpus sepulturæ tradendum erat, inter multas gentes, quæ ad præfatum corpus honorandum concurrerant, feretro adhærens, ejus manus lavit & pedes; cujus lotionis aquam in vitro mundo reverenter reposuit, quæ quidem multis pòst infirmis occasio exstitit sanitatis. Mirum autem, quia cùm aqua diu servata, naturaliter residens putrefactionem facere consueverat, hæc aqua E per viginti octo *k* annos conservata nullam umquam sensit putrefactionem; sed clarissima semper apparens, incorruptibilis semper mansit.

aqua, quâ Sanctus ablutus fuit, salutaris.

k

ANNOTATA.

a *De sacris* Nicolai *ad populum exhortationibus hæc invenio à Gandolfo ex Processu canonizationis annotata:* Magnificus & potens miles D. Joannes, natus quondam nobilis & potentis viri D. Rodulphi Camerinensis, testis XXVIII, de ejus prædicatione asseruit: Quando prædicabat, propter magnam devotionem, quam populus erga eum habebat, ibant multæ dominæ ad prædicationem ejusdem Nicolai: & etiam deposuit, quòd gentes, quæ erant ad ejus conciones, multùm recedebant contentæ.

b *Apud mox laudatum Gandolfum ad propositum nostrum hæc rursus lego:* Domina Aldisia Jacobucci de Tolentino, testis XCI, exposuit: In confessionibus erat multùm attractivus peccatorum, dicendo & exhortando, ut ulteriùs non peccarent; & offerendo, se velle pœnitentiam portare pro eis. Dominus Franciscus Domini Adernolfi, testis XIV, dixit: Ad hoc, ut peccatores non diffiderent de immensitate Misericordiæ divinæ, pro magno delicto parvam pœnitentiam imponebat: contentabatur namque, ut iidem peccatores ad cordis contritionem redirent. F

c *Ita etiam legerunt S. Antoninus, Jordanus de Saxonia & Surius: Torellius tamen prodigium hoc* aliquot *tantummodò* mensibus *ante* S. Nicolai *mortem contigisse scribit, ideoque illud anno* 1305 *illigat, quo eumdem obiisse statuit, ut dictum est. Cur verò pro annis menses substituerit, ignotum mihi est. Porrò ex memorati sideris apparitione factum dicunt, ut* S. Nicolaus *noster cum stella depingatur. Baptista Mantuanus, nescio, quo nixus fundamento, hujus rei initium Eugenio IV PP. adscribit. Verba accipe:*

Sidus ob id, quod sæpe Patrem vidisse relatum est,
Pontifici visum Eugenio, qui rettulit illum
Divorum in numerum, flammâ signanda comanti

A. PETRO RUBIENSI.

Pectora, mirifici casûs memorabile signum. *Ita ipse : at Scipio Jardinus cap. 20 Vitæ, quam olim ab Ambrosio Senensi conscriptam Latinè vertit, scribit quidem, laudati Pontificis jussu* S. Nicolaum *Eremitarum S. Augustini habitu cum lilio in manu altera, libroque in altera, depictum fuisse ; sed de stella tantùm ait :* Hisce Romana Ecclesia rationibus (*ob sideris apparitionem*) solaris facis speculum, aut cælestis syderis corpus in pectore omnium imaginum S. Nicolai effingi permittit. *Quò minùs autem eum stellæ appingendæ usum ab Eugenio repetendum putem, facit laudati prodigii altum silentium tum in Relatione coram ipso recitata, tum in Bulla canonizationis ab eodem Pontifice edita.*

d *Quamdiu hæc stella Sancti tumulum illustrare perrexerit, incertum est : verùm ex ipso scribendi modo satis liquet, id prodigium jam cessâsse, dum biographus scribebat, id est, verisimiliùs circa annum* 1326, *ut* § 1 *Commentarii prævii ostensum est.*

e *Hæc vox vitiose exarata fortè cognomen viri est ; nam apud Torellium is vocatur* Bernardus Pilaterra, *apud Scipionem Jardinum verò,* Gerardus Aquila de Tolentino. *At Jordanus de Saxonia legit :* Erat vir quidam de Tolentino, nomine Leonardus de Apulia.

B

f *Torellius ad annum* 1305, *num.* 42 *ait, hanc eam esse mulierem, à qua Sanctus, per beatissimam Virginem admonitus, dum agrotaret, panem peti jusserat, ut num.* 22 *narratum est.*

g *Apud Jordanum de Saxonia legitur :* Eidem quoque mulieri natus fuit filius, cujus labia, & non alia membra moveri videbantur *&c.*

h *Luxata est hæc periodus, ideoque eam ex Jordano accipe :* Cogitur Vir sanctus visitare dolentem, ut, quod viderat in nocte de filii anima, ad matris consolationem recitaret. Eram, inquit, in meo lectulo dormiens, & ecce filii anima in manibus meis deponitur ; circumcirca autem dæmones terribiles astiterunt, tractantes inter se, & dicentes ; Quia hujus anima nostra est : nondum enim *&c.*

i *Si hæc simpliciter, ut biographus refert, accipiantur, conciliari non possunt cum sana Theologia, dicente Christo Joannis cap.* 3, ℣. 5 : Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei. *Hinc S. Augustinus lib.* 1 *de anima & ejus origine, cap.* 10, *cùm ipsi à Vincentio Victore ex Actis S. Perpetuæ, Felicitatis &c. martyrum, in Opere nostro ad diem* 7 *Martii illustratis, similis casus objiceretur, respondit in hæc verba :* De fratre autem S. Perpetuæ Dinocrate, nec Scriptura ipsa canonica, nec illa sic scripsit, vel quicumque illud scripsit, ut illum puerum, qui septennis mortuus fuerat, sine Baptismo diceret fuisse defunctum, pro quo illa, imminente martyrio, creditur exaudita, ut à pœnis transferretur ad requiem. Nam illius ætatis pueri & mentiri & verum loqui, & confiteri & negare jam possunt. Et ideo cùm baptizantur, jam & Symbolum reddunt, & ipsi pro se ad interrogata respondent. Quis igitur scit, utrùm puer ille post Baptismum persecutionis tempore à patre impio per idololatriam fuerit alienatus à Christo, propter quod in damnationis mortem ierit, nec inde nisi pro Christo morituræ sororis precibus donatus exierit. *De eodem denuò tum alibi tum lib.* 3, *cap.* 9 *ait :* Noli credere, nec dicere, nec docere, infantes, antequam baptizentur, morte præventos, pervenire posse ad originalium indulgentiam peccatorum, si vis esse Catholicus. Exempla enim, quæ te fallunt, vel de latrone, qui Dominum est confessus in cruce, vel de fratre S. Perpetuæ Dinocrate, nihil tibi ad hujus erroris sententiam suffragantur *&c. Tombeurius, ut auctorem, quem bona fide scripsisse non dubito, excusat, hæc notat :* Hoc autem non adeò crudè intelligendum, quasi absolutè sine Baptismo è vita decesserit ; sed quòd id à matre crederetur, & à dæmonibus intra se tractantibus allegaretur ; & reipsa contigisset, nisi S. Nicolai meritis & precibus, quasi manibus commendata ac reposita fuisset, & in vivis, donec baptizaretur, retenta. *Benigna, nec tamen inepta est hæc interpretatio.*

C

D

k *Vide, quid de hisce* viginti octo *annis observaverimus in Commentario prævio num.* 6.

E

CAPUT V.

F

Varia mala morbique depulsa : panes prodigiosè multiplicati : cælestis melodia sex extremis mensibus à Sancto audita : postremus morbus & sancta mors.

Mulieris disformem faciem, pueri ambustas manus, a

VErdiana Compagnoni Maceratensis *a* uxor, Tholentini habitans, infirmitate quadam adeò gravabatur, quòd oculi faciesque tota ita vertebantur ad alteram partem, quòd auribus ferè jungebantur. Hæc ergo ad sanctum Virum summa cum devotione veniens, petit ab eo benedici & tangi. Motus ille in eam pietate, benedixit illi, Sanet, inquiens, te Salvator meus Jesus Christus : mox oculi, os & facies tota ad statum rediit naturalem. Huic mulieri filius fuit, cui ex mala custodia in ignem cadenti brachium & manus inustæ sunt ; immò sic ignis ejus manum invasit, quòd digiti ex carnis liquefactione per ignem facta conjuncti invicem videbantur. Mater autem, quia ex recepto miraculo virtutem Dei in Viro sancto esse, non ignorabat, lachrymans cum filio, filiique sanitatem postulans venit. Cui Vir sanctus, Sanet, inquit, eum Dominus meus Jesus Christus ; & signo Crucis super eum facto, statim digiti & manus cum brachio ita consolidati sunt, acsi numquam eos ignis contigisset.

mulierem ex capitis dolore, puerum ex adustione cæcos sanat

40 Viridiana ex urbe Tholentino oculorum infirmitate nil videre poterat : quæruntur medici, & eorum consilio diversæ in capite fiunt puncturæ, ex quibus non minuitur morbus, sed augetur ; adeo ut capitis vigorem perderet. Quid tamen quæreret anxia ? Postquam temporalem medicum non invenit, recurrit ad spiritualem : protinus in mente eius succurrit, ut præfatum Nicolaum Virum sanctum requireret. Missam itaque celebranti mulier adducitur, quæ velox importunis vocibus, ut super caput ejus Vir sanctus PATER NOSTER diceret, signumque sanctæ Crucis faceret, orare cœpit ; Spero, inquiens, in Deum meum, quòd tuis sanctis meri-

A meritis me ſanabit. Pudet Virum tantæ laudis, ab importuna tamen cogitur, dictoque PATER NOSTER, & ſigno Crucis ſuper caput languidæ facto, ait: Vade, Dominus erigit eliſos, Dominus illuminat cæcos. Mox viſus illi reſtituitur, & capitis dolorem non ſentit. Veridiana Bonionis Tholentinatis filium habuit, qui aliquando in faciem cadens, in ignem lapſus & mox inuſtâ facie totâ, lumen perdidit oculorum. Gemit mater, & tanti periculi remedium ſatagit obtinere: quod non inveniens, ad Nicolai confugit ſuffragia: ille verò ejus filium tactum liberavit.

Mulieris mamillam graviter læſam,

41 Quædam inſuper, Genanteſſa nomine, Nicolai Tolentinatis filia, cum viro ſuo minùs parêre vellet, ab eo nudatur, amplâque corrigiâ fortiſſimè caſtigatur. Accidit, ut inter verberandum fibulâ ferreâ mammillam attingeret. eamque vehementer vulnerans, in quatuor partes cum ſanguinis effuſione diviſit. Fiſtulæ proinde infirmitatem mulier incurrit: cùm verò medicorum curæ nil prodeſſent, mulier quædam antea dolore partûs per octo dies caſtigata, ſanctique Viri orationibus liberata, vicinitatis cauſâ

B hanc viſitat, & ut ad Fratrem Nicolaum cum devotione properet, hortatur. Illa conſulenti vicinæ acquieſcens, cucurrit, Virumque Dei reverentet cum lachrymis precatur, ut ſigno Crucis ſuam ſignet mammillam. At Vir ſanctus importunitatem videns, ſigno Crucis facto ſuper eam

b dixit: Ille te ſanet, qui beatæ Agatæ *b* pectori mammillas dignatus eſt reſtituere; & ſi Dominus tibi hanc gratiam conceſſerit, vide, ne cui dixeris; ſed in te ipſa lauda Medicum mundi Jeſum Chriſtum. Redit domum illa, mammillaque ſolutâ, nullum cicatricum in illa reperit veſtigium.

cujuſdam herniam, mulieris ſanguinis fluxum ſanat:

42 Frater Joannes de Monticulo, antiquus in Ordine, & vitæ & morum honeſtate conſpicuus, cùm circa partes inferiores effuſorum viſcerum dolore urgeretur, & pondus ſuſtinere non valeret, ſumma devotione affectus, vocat ad ſe beatiſſimum Nicolaum: Amore, inquit, effuſi Sanguinis Chriſti, Frater Nicolae, precor, ut hunc doloris locum contingere non faſtidias. Tanto autem dolori, pudendoque ponderi Vir ſanctus compatiens, ſigno Crucis præmiſſo, locum tetigit; nec mora, quæ effluxerunt viſcera, in naturalem & priſtinum locum conſolidata ſunt. Mulier quædam Tholentinas, Duncella nomine, cùm jam ſanguinis fluxum ultra annum paſſa eſſet, nec medicinis ullo modo curari poſſet, ad ſanctum defertur Virum; qui advehentium importunis precibus inclinatus, ſigno Crucis mulierem munit & tangit: quæ mox liberatam ſe ſentiens, domum propriam concita

c properavit *c*.

crus graviter læſum curat:

43 Quidam nomine Thomas, ligna concidens, fortè pedem proprium ferro tam vehementer percuſſit, ut ipſum ſubitò penetraret nervum. Curare omnino deſperantibus medicis, ille ex multa devotione ad ſanctum Nicolaum delatus, humiliter ſupplicabat, ut ſimpliciter

d ſuper ejus pedem incantationem *d* facere dignaretur. Qui cathaplaſmate inde ammoto, viſoque vulnere, quaſi obſtupefactus ait: Fili, Deus te adjuvet, citò cohoperi; dicenſque ſuper eum PATER NOSTER, ut priùs fuerat, religari juſſit, tamen ſigno Crucis facto, ait: Vade in pace, fili; quia te graviter vulnerâſti; Salvator meus Chriſtus adjuvet fidem tuam. Ille autem, etſi ſtatim non cogitavit, tamen ſe convaluiſſe aliquantisper perſentit, & qui venerat auxilium divinum expetere, humanum nihilominus non dereliquit. Venit ergo medicus conſuetâ horâ, diſſolvenſque pedis ligaturas, nullum læſionis veſtigium reperit. Hoc itaque ægrotus conſpiciens, exclamans ait: O homo Dei, inquit, Nicolae, quia tuis ſum hodie meritis ex atrociſſimo vulnere mirabiliter liberatus! Et ſtatim dimiſſo terreſtri medico, ad nobilem Nicolaum patrem feſtinans, ei gratias coram fratribus egit. Ille ægrè ferens rogavit, ut non ſuis meritis, ſed propriæ fidei & fervori devotionis hoc adſcriberet, nullique de cetero, niſi vellet imprecationis maledictionem incurrere, quamdiu in vita viveret, præſumeret revelare. A. PETRO RUBIENSI.

panes panes percula.

44 Erat in memorata terra quidam Minaldutus nomine, in egeſtate degens; parùm ſibi frumenti pro temporis qualitate emere conſueverat. Præfixerat autem tempus & modum uxori ſuæ de panis quantitate conficienda & duranda *. Emptâ igitur aliquando frumenti ſalmâ *e*, pane inde confecto, mulier Viro ſancto eleëmoſynam, mendicantium Fratrum more, petenti, panem unum dedit. Incipit Vir ſanctus tribuenti pauperculæ benedicere, Deus, inquiens, multiplicet tibi farinam, ſi quam habes, pro cujus amore hanc hilarem eleëmoſinam, cùm pauperrima ſis, perfeciſti. Nec deſtitit Vir ſanctus à benedictionibus hujuſmodi, donec perveniſſet ad locum Fratrum: erat enim mulieris domus vicina monaſterio.

* *i. e.* ſervanda *e*

E

multiplicat:

45 Cùm autem inſtaret tempus reficiendi * panes, vadit mulier ad archam, & ipſam plenam, agitatam & ſuperaffluentem inveniens, gratias reddidit Salvatori & beato Nicolao, quando quidem tantam ſit virtutem dignatus impartiri: tacet tamen mulier, nec viro ſecretum aperit. Adveniente autem tempore, quo farina exiſtimaretur propè deficere, tamquam bonus paterfamilias, conſulit cum uxore Minaldutus, quò pacto frumentum emendum eſſet: uxor verò reſponſum non dabat, quamquam ſæpe numero eadem verba vir ejus repeteret quidem, quòd ad vitæ neceſſaria ſecum non conſulat. Illa verò non ultrà reſiſtere valens, arcam farinâ abundantem ei oſtendit, & cur hoc obtigerit, demonſtrat.

* *i. e.* pinſendi

F

angelicâ melodiâ ſæpius recreatur: ægrotans

46 Non ſolùm hoc pro laboris mercede Rex ille æternus etiam in præſenti vita Servo fideliſſimo declaravit; ſed longè his majora pro certitudine ſperandæ gloriæ voluit revelare. Enimverò ſex ante ejus obitum menſibus ſingulâ nocte ante matutinalem horam, eum corporalibus auribus canticum angelicum ſuaviſſimum faciebat audire, & adeò delectari, quòd dicebat: Cupio diſſolvi & eſſe cum Chriſto. Ex hoc Vir ſanctus vitæ ſuæ terminum cognoſcens adeſſe, ſuum ſanctum obitum citò prænunciavit *f*. Cùm autem ſemper poſt memoratam dæmonis flagellationem factus eſſet claudus, nunc fit majori infirmitate gravatus, & ſicut antè baculo, ita nunc jacens ſubſtentatur in lecto, ad quem languentem multi ſalutationis gratiâ accedebant.

f

mulierem diuturno capitis dolore, alteram cæcitate liberat:

47 Blanda nomine, Tholentinas, cùm per quindecim annos acerrimum capitis dolorem paſſa fuiſſet, ità ut ſæpe numero aut videre aut audire non valeret, ad jacentem veniens, rogavit, ut ejus caput tangere dignaretur: qui ut mulieris caput tetigit, ſignumque Crucis ſuperexpreſſit, omnis dolor in ea penitus conquievit *g*. Defuncto quoque Fratre Thoma noſtri Ordinis, ſoror ejus in diuturnas verſa lachrymas, adeò plo-

g

A. PETRO RUBIENSI.

ploravit, quòd nato in oculis ejus apoſtemate nihil omnino per viſum diſcernebat. Ad ſanctum ducitur Nicolaum: ille cauſâ amiſſionis viſûs cognitâ, cœpit & ipſe ſuper prædicti Fratris Thomæ morte, pietate motus, complorare: videbatur enim ei, Ordinem S. Auguſtini utili admodùm viro fuiſſe privatum. Signo itaque Crucis præmiſſo, ipſam tangens, ait: Deus & Dominus meus Jeſus Chriſtus tuæ miſereatur triſtitiæ, & ſanitatem tibi reſtituat oculorum, ut videas, quæ placita ſunt coram eo in æternum. Verbis ſancti Viri ſublevatur ægrota, deque cella illius recedens, eccleſiamque intrans, viſum ei fuit, quòd nova claritas oculis ſuis adveniſſet. Tunc ait conſociis ſuis: Videte, ſi aliquid mali eſt in oculis meis, quæ, cùm cæca eſſem, modò video. His dictis, ad propria, ſalvis oculis ut antè, reverſa eſt.

erratorum veniâ petitâ

48 Quia bonorum quippe mentium eſt ibi culpam cognoſcere, ubi culpa non eſt; morti factus propior, vocat Fratres, & eos ſic alloquitur: Quamvis mihi nihil conſcius ſim, tamen in hoc juſtificatum me eſſe, non cognoſco; ideò, ſi quem læſi umquam aut injuriatus ſui
B in aliquo, vos ipſi judicate, & parcite meis delictis, ut & debita veſtra vobis dimittantur. Tibi autem, Prior, obnixè ſupplico, ut meorum omnium delictorum abſolutionem facias, Sacramentaque ſanctæ matris Eccleſiæ mihi conferas; præſertim Corpus Domini communicandum præbeto, ut tanto Viatico mecum ſumpto, de mundo hoc ad patriam vadens, non deficiam, & ſi meis exigentibus malis, Belial inimicus meus mihi occurrerit, confidenter id objicere poſſim.

& Sacramentis refectus,

49 Circumſtantibus itaque hinc inde Fratribus, & unà cum ipſo orantibus, ſollemni abſolutione recepta, cum ingenti lachrymarum effuſione Corpus ſumit Dominicum, dicens: Benedictus, qui venit in nomine domini. Poſt hæc autem ad Priorem verſus, inquit: Crucem illam argenteam optimorum caſtelli hujus virorum eleëmoſinis, me operante, fabricatam, ubi ſanctiſſimæ Crucis verum lignum, me proſpiciente, intropoſitum eſt, quæſo autem te, ut, antequam moriar, oculis iſtis mortalibus eam
* *l.* oſtendatis oſtendite*, ut in ejus virtute, velut in baculo poteſtatis altiſſimæ, Jordanem hujus ſæculi liberè tranſire poſſim, & Paradiſi fluvium candidum tamquam chryſtallum, in cujus utraque
C parte lignum vitæ eſt Chriſtus Jeſus, feliciter poſſim pervenire *h*.

h

Crucemque amplexus,

50 Cujus petitioni Prior non renuens, crucem, quam optabat, afferre jubet: hanc ubi Vir ſanctus conſpexiſſet, ut potuit, provolutus in lecto cum lachrymarum inundatione ait: Salve crux ſpecioſa, quæ mundi precium portare digna fuiſti, in te Salvator quievit & ſedit, & paſſionis æſtu roſeo ſanguine ſudavit, latroni miſericordiam imploranti peperit, ſuam Matrem vix cognoſcens, virgini diſcipulo commendavit, denique pro ſe crucifigentibus invocavit Patrem: ille me per te defendat ab hoſte maligno in hac hora. Hâc itaque oſculatâ, ut priùs jacuit, unum è ſervientibus vocans, Vide, ait, ne meis auribus omittas intonare: Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis; ut ſi carne hâc debilitata, aliquid proprio ore dicere non poſſem, memoriâ ſaltem dicere valeam Domino meo.

51 Videntes autem Fratres, quòd incolumis eſſet memoriæ, modò ad eum accedunt, modò ab eo recedunt. Ipſis autem recedentibus vox gaudii audiebatur & risûs; & cùm eſſet vox ſua, alia videbatur; ſed nec mirum, quia vox illa, quæ Deum laudare conſueverat per ſpem, nunc laudare incipit ipſum per ſpem* videndo. Unde cùm ab eo quæreretur: Quid eſt tibi & læticiæ, Pater; de viſione habitâ attonitus ait: Deus eſt, & Deus meus Jeſus Chriſtus, qui ſuæ Matri, noſtroque patri Auguſtino inhærens, dicit mihi: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. His* autem Fratres perpendentes, quòd proximus ejus inſtabat tranſitus, in conſuetis orationibus Deum & Sanctos invocant; ipſoque dicente, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, junctis ad cælum manibus, & oculos ad antepoſitam crucem levans, jucundo & hylari vultu ſpiritum Domino reddidit.

D *in conſpectu Jeſu, S. Mariæ & S. Auguſtini moritur.*

* *fortè* ſpeciem

* ex his

ANNOTATA.

a Macerata *epiſcopalis urbs eſt ſub archiepiſcopo Firmano, ſub dominio ſummi Pontificis, in Marchia Anconitana, cujus præcipua cenſetur.*

E

b *De S. Agatha virgine martyre actum eſt ad diem 5 Februarii, quâ colitur, ibidemque pag. 616 & ſequenti barbara caſtiſſimæ virginis mamillarum abſciſſio & prodigioſa curatio enarratur.*

c *Miraculum hoc narratur in Bulla canonizationis ab Eugenio IV edita; ſed ibi non modò ultra annum, ſed* triennium *eo morbo dicitur laborâſſe: verba ſubdo:* Quædam verò mulier triennio continuo ſanguinis fluxum patiens, ad Nicolaum veniens, & manum illius devotiſſimè oſculans, precabatur eum, ut preces ad Dominum pro illius ſanitate recuperanda porrigeret. Sanctus ipſe illam Crucis ſigno ſignavit, & liberata receſſit. Et hæc ante obitum.

d *Per* incantationem *homo rudis ſupernaturalem curationem intellexit.*

e Salma, *vel* Sagma, *quæ vox aliàs ſellam jumenti clitellarii ſonat, hîc quamdam frumenti copiam vel menſuram ſignificat. Sic apud Cangium in Gloſſario legitur,* ſalma lignorum, ſalma ſalis, ſalma vini, ſalma frumenti.

F

f *Cæleſtis hujus melodiæ etiam meminit Ms. Ultrajectinum, prætermiſſis omnibus, quæ à num. 19 recenſuimus, ut ibidem annotatum eſt. De duobus miraculis, quæ ſequuntur, pariter tacet, plura tamen facta fuiſſe ait his verbis:* Et viſitaverunt eum multæ perſonæ in lecto jacentem, & facta ſunt permulta miracula in lecto ægritudinis; ſicut & B. Auguſtinus infirmus infirmum dicitur curâſſe.

g *Hujus periodi pars, perperam tranſpoſitis paucis vocibus, ita legitur apud Mombritium:* Ad jacentem veniens, qui ut mulieris caput manu tetigit, ſignumque Crucis ſuperexpreſſit, rogavit, ut ejus caput tangere dignaretur, omnis dolor in ea penitus conquievit.

h *Quæ de Cruce hîc habentur, etiam deſunt in Ms. Ultrajectino: ſed de ea etiam mentio fit apud S. Antoninum, & Surium, uti & in Relatione ſæpe laudata.*

A

CAPUT VI.

Cæcitas, aliaque oculorum mala depulsa : contracti erecti.

Auctor ex plurimis miraculis aliqua narrat.

DOminus *a* autem, qui Sanctum suum vitam hanc ingressum egredientemque perfectiùs attollere dignatus est *b*. Mira enim signa & prodigia per eum multiplicavit adeò, ut, qui recitare illa aut scribere voluerit, calamo opus esset velociter scribentis, illius quidem, qui non calamo aut graphyo, sed suæ virtutis digito in monte Synai tabulas descripsit lapideas. Jam anni viginti *c* præterière, ex quo tempore hujus Sancti innumera miraculorum genera dignatus est Dominus suis fidelibus ostendere, qui facit mirabilia magna solus. Immò dictorum miraculorum usque adeò numerus excrevit, ut notariorum multitudo copiosa, velut ex multis scriptis mirabilibus victa, mercedis etiam præmio haberi non possit. De pelago igitur tantarum gratiarum quædam in præsentia, non omnia, quandoquidem id ferè esset impossibile, haurire cogitavi *d*.

a
b
c
B
d

Puella utroque oculo,

53 Lux igitur vera Jesus Christus præfati Sancti merito de sede magnitudinis suæ prospiciens, multos privatos lumine luci restituit. Quædam namque de Civita nova *e*, Massecta * nomine, filia Alexandri, oculorum passione penitus privata lumine videbatur *f* Repletur mœstitia patri *g*; quia nullius medecinæ suffragio poterat filia liberari : ad supernum ergo recurrit Medicum, & beati Nicolai auxilia implorare non cessans, moxque pectus concutiens plorabat : non multò pòst clariùs, ut antè, videns patri extitit lætitia singularis *g*.

e
* *Mſ. Scn.* Maxetta
f
* pater
g

mulier uno

54 Dimissa, Cachei Henrici Bernardi Sancti Severinatis *h* sinistro oculo sic laborabat, quòd luce privata nullam in medicis spem habebat *i*. Sancto igitur Nicolao pollicitis quibusdam muneribus se commendat : verùm quia in fide non exsisteret *k*, vehementiore repercutitur ægritudine. Correcta igitur, beati Nicolai ardentiùs suffragia implorat, repetitoque voto, mox de ejus oculo squama cecidit, & ad lucem pristinam restituta est. Procurante autem antiqui hostis invidiâ, filia, quæ suis genibus residebat, manu taliter liberatum jam oculum repercussit, ut à propria sede oculus excideret *l*. Iterum ad beati Nicolai suffragia cucurrit, &, ut priùs, sana facta est.

h
i
k
C
l

item vir uno, cæci curantur : mirabilis alterius

55 Andriolus Merius, nunc verò Tholentini incola, fratrem carnalem habuit, qui oculo taliter percussus est, quòd lumine indicio medicorum nulla arte recuperaturus sperabatur *m* : humano ergo auxilio destitutus, divinum adiit, & beati Nicolai meritis se commendans, redintegratâ oculi pupillâ, illico visum recepit. Contenatius Ugolini *n* de sancto Genesio *o*, cùm oculorum luce privatus esset, multis ad beati Nicolai tumulum visitandum euntibus, volebat & ipse accedere, tali & tanta devotione affectus, quòd si Sancti attingere posset limina, continuò oculorum luminis recipere claritatem se speraret. Verùm quia caritas refrigescit multorum, sine luce cunti nullus comes * ; fit inter eundum tardior, qui in beneficio suscipiendo præ cæteris debebat esse velocior.

m
n
o
* *Mſ. addit,* factus est

56 Mira res! pervenitur nocte, & superno instinctu sub quadam oliva residet dormiturus, laudatoque Sancto, cui humiliter se commendavit, securus inter noctis tenebras, ferarumque timorem effectus est, quasi secum commorantium assisteret multitudo. Ille autem, cui se devotiùs commendaverat, tantam fidem desuper prospiciens, miro modo diu desideratam lucem suis oculis condonavit. Nam lux de cælo circumfulsit eum, & qui priùs nil suis oculis conspicere poterat, clarè & lucidè in nocte perspicere quæque potest. Manè sine ducis * impedimento ad beati Nicolai tumulum concitus properat, solutisque votis, Deum in Sancto suo commendat & laudat. Bona Sancti-Severinas *p* filium habuit, cujus oculus sanguinis fluxum patiebatur, ita ut videre nullo modo posset. Ad beati Nicolai limina confugit, moxque filii sanitas, promissis redditisque votis, secuta est *q*.

A PETRO RUBIENSI.
caci curatio : alia oculorum mala
* *ibid* lucis
p
q

subiata r

57 Guilinus Barthelini de Monte Vulmo *r*, apostema in oculo habens, per dies quindecim nil videre valebat, judicioque medicorum naturaliter oculus ipse sanari non poterat : omnipotentem igitur Medicum quærit ; Nicolao votum emittens, absque temporis intervallo purificationem oculi cum luce suscepit. Thomasia uxor Materni de Monte sancto *s*, duobus annis luce caruit ; consueraque beati Nicolai subsidia postulans, lucem statim perditam invenit.

E
r
s

Blasphemæ matris puer oculis privatur,

58 Porrò cùm Deus sancti Viri tumulationis tempore mirabilia & inaudita multiplicaret, nobilis mulier, cujus nomen ob detestandam ejus iniquitatem subticeo, dum quis vulgo campanas audiret, quæ ac multorum publicationem miraculorum pulsabantur, ausu temerario, Sic posset, ait, iste miracula facere, sicut meus filius posset oculos non habere. Stupenda res! mox enim ad iniqui verbi prolationem, sui nati tunc in nutricis ulnis residentis oculi de capite exeunt, & usque ad maxillas parvuli oculorum nervi se extendunt ; ita ut monstrum videretur, qui priùs pulcher & delectabilis lactabatur. Plorat nutrix, materque multiplicat luctus ; sed & vocatur pater ; præ magnitudine accidentis casûs stupet.

deinde sanatur.

59 Quid plura? Novit vir maledictum uxoris ; sed maledictionem in benedictionem mutare conatur : Nam laudat Sanctum, ejusque patrocinia postulans, clamat : Nicolae sanctissime, adjuva incredulitatem meam : filius noster, qui nostris exigentibus culpis excæcatus est, à te illustratus & liberatus, tuus sit, tibi serviat, tibi intendat ; sed & nos servi tui cupimus esse. Ne ergo despicias nos, & fac nobiscum secundùm multitudinem caritatis tuæ, quam de te populi multi prædicant : ne in perpetuum irascaris nobis ; sed vindictam muta in gratiam, & pro tristitia, te quæso, redde lætitiam. O potestatis altitudinem beato traditam Nicolao! Subitò namque querulis lamentationibus & piis postulationibus parentibus crebrò intentis, excæcati nati ad proprium locum oculi redeunt. Ex quo viso parentes cum promissis muneribus ad Sancti tumulum reverenter accedunt *t*.

F

Alii ex oculorum morbis restituti u

60 Johannes Petriboni Sanæ *u* Tholentinatis filium & filiam habuit, in oculis fluxum sanguinis patientes ; dum enim naturaliter humorem aqueum eorum oculi debebant emittere, sanguineum sanè ejiciebant. Medicorum itaque consilia inutilia esse conspiciens, ad singularem medicum beatissimum Nicolaum cum devotione accurrit ; cujus auxilia idem Johannes flagitans, am-

A. PETRO RUBIENSI. amborum filiorum oculos quantociùs perſpicit liberatos. Romanus Thomæ Tholentinatis paſſus fuit obtalmiam *x*, morbum ſcilicet oculorum, ita quòd tribus hebdomadibus cæcutiens fuit: afflictus hujuſmodi morbo emiſit votum, ex quo beati Nicolai patrociniis fretus, mox eſt oculorum obtalmiâ liberatus. Servita uxor Boniſtangi *y* filium habuit; hic paſſus eſt caliginem oculorum adeo vehementer, ut privatus funditus lumine per menſem cæcus omnino eſſet. Ob hoc mater dolore repletur, ut maluiſſet filium mortuum habere, quàm cæcum. Implorat eum, qui non obliviſcitur miſereri, cæcum filium beato Nicolao commendat; tum, quæ ante votum cæcum patiebatur, emiſſo voto, recepit illuſtratum.

x

y

Memoranda hominis manibus cruribuſque capti

z

61 Sicut autem hujus Sancti meritis cæci vident, ita & claudi ambulare non deſinunt. Nuper *z* Florentiæ quidam, qui ad petendam eleimoſinam non ſolùm pedibus cruribuſque claudus, aut brachiorum libertate deſtitutus, ſed & ulceribus plenus ante portam eccleſiæ Sancti Spiritûs, noſtri Ordinis, per duos annos jacebat afflictus. Erat autem in ea eccleſia beati Nicolai imago, ad quam multi concurrebant infirmi & languidi, ſanitatis beneficium implorantes. Ait quidam Frater ad infirmum, Valeas, ait; Ut quid, fili, huic Sancto te non commendas? Hujus namque merita Deo ſic accepta eſſe noſcuntur, quòd, eis intervenientibus apud eum, univerſæ infirmitates ſe illi commendantibus penitus & omnino tolluntur.

B

& ulceribus pleni ſanatio.

62 Fratre autem iſto recedente, ſubitò in cor languentis devotio tam magna inſurgit, quòd projectis baculis, inſtrumentiſque aliis, quibus ſuſtentabatur, interdum in terram cadens, lacrimabiliter oravit, dicens: * Sancte Nicolae, adjuva me *aa*. Mox enim ad languentis devotam invocationem contracta crura extenduntur, baſes & plantæ conſolidantur in longum, manuſque in directum prolongantur. Surgit igitur, qui jacebat, ambulanſque per eccleſiam uſque ad clauſtri hoſtium *, vocat Fratres; Venite, inquiens, venite; quia beati Nicolai meritis liberatus ſum. Accedunt Fratres ad infirmi vocem, multi conveniunt ſeculares *bb*. O fides quàm fortiter frigeſcis in multis! Curioſi namque illic Florentini uſque ad primum ſomnum non ſinunt quieſcere liberatum; ſed modò huc, modò illuc eum jubent ambulare, brachia protendere, manus aperire, corpus totum erigere *cc*. Proſpiciunt, illum eſſe incolumem, & ulcera vident conſolidata & ſicca; ita ut totius corporis, quod * conſueverat, unius eſſet coloris, caro redintegrata & ſana *dd*.

* oſtium

bb

C

cc

** ibid. addit.* non *dd*

Alter contractus ſanatur.

63 Quidam inſuper alius Tholentinas * ex membrorum omnium contractione quodam curriculo * curvatus jacens, etiam naturæ neceſſaria ibidem turpiter explere cogebatur: cujus rei causâ ſibi ipſi vita erat nedum laborioſa, ſed faſtidioſa nimiùm. Proinde quidam Mercantus * nomine, cùm iſtum tranſiens videret, memorque miraculorum beatiſſimi Nicolai tunc noviter tumulati, ait ad eum: Ut quid, fili, non te Deo & beato Nicolao commendas, qui tot & tantis miraculis jam coruſcat? Ait ille: Ipſe me adjuvare dignetur, quem ſic Deus exaudit. Et ille: Fac votum ſincero corde ad Deum, & liberaberis. Mox ille, Rogo te, ait, ſancte Nicolae vir Dei, ut ſaltem me erigere impetres tantùm & ſublevare, aut quòd inter has immunditias ultrà non volvar *ee*. Inaudita res! Mox namque ad hanc vocem, multis videntibus, de curriculo ſurrexit, ſtanſque baculis ambulat, qui priùs in caruca jacebat. Nec Vir ſanctus plus voventi contulit, quàm petierat; ut oſtenderet, ſe apud Deum miraculorum poteſtatem habere, & illum in fide aliqualiter hæſitâſſe: acſi diceret: Sicut credidiſti, fiat tibi: modicùm credidiſti, & factum eſt; ſi multùm credidiſſes, multum tibi condonatum fuiſſet.

** ibid. addit.* Domine

aa

** ibid.* Tolentini

** ibid.* in quadam caretta

** ibi* Mercatanti

ee

D

ANNOTATA.

a *Apographum noſtrum Senenſe, quod, ut in Commentario prævio monuimus, præter Præfationem dumtaxat Vitæ capitum titulos refert, miracula etiam continet ſub hoc titulo:* De miraculis per eum poſt mortem ſuam. *Prodorit nobis hoc apographum ad caſtigandos errores, qui in Mombritii editionem irrepſerunt.*

b *Luxatam hanc phraſim ex laudato apographo ſic reſtitue:* Dominus autem Sanctum ſuum etſi in ingreſſu ad præſentem vitam, progreſſu ſimiliter & egreſſu, perfectiùs tamen poſt mirificare dignatus eſt. *In ſequentibus etiam idem Ms. non ſine mendo aliquantulum variat; ſic enim proſequitur:* Mira enim ſigna & prodigia per eum multiplicavit in tantum, ut lingua ipſa recitare volentes, illius ſiquidem, qui non calamo aut graphio, ſed fuæ virtutis digito in monte Sinai tabulam deſcripſit lapideas. Verum enim & abſque dubio eſt, quòd humanitus ad dicta miracula deſcribenda deficeret omnis homo. Nec quis audeat inſtare procaciter, impoſſibilia aſſerens, quæ Dei pietati ſunt placita: tempore enim amodo viginti annorum continuatis diebus hujus Sancti meritis glorioſis innumera miraculorum genera dignatus eſt in ſuis fidelibus facere, qui facit mirabilia magna ſolus.

E

c *Surius, qui ſtylum expolivit, habet:* Ut minimùm certè annis viginti: *at Ms. noſtrum Senenſe* Viginti *tantùm* annos *cum Mombritiano exemplari numerat. Ex hoc loco ſimul & alio ætatem ſcriptoris* § 1, *annum verò Sancti emortualem* § 2 *Commentarii prævii collegimus.*

d *Gemina præcedens periodus paulò aliter rurſus legitur in Ms. Senenſi, hiſce ſcilicet verbis concinnata:* Imò dictorum in tantum excrevit numerus, ut notariorum copioſa multitudo, velut ex multis conſcriptis mirabilibus laſſa, etiam mercedis præmio trahi non poſſit ad Viri ſancti exaranda veſtigia, quæ quotidie fiunt magis ac magis de novo miracula. De pelago ergo tantarum gratiarum inundationis quædam ad præſens haurire cogitavi, ut de ejus devotione Dominique & Salvatoris noſtri poteſtate fidelibus ſitibundis hauſtum tribuam, æſtum laborantibus refrigerantem, & pigritiam jacentium excitantem, ut tandem illi fortiores, iſti verò vigilantiores effecti, ad illa conſpicienda mirabilia veniamus, quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendere ad illa umquam potuit.

F

e Civitas nova *incolis* Civita nova *oppidum eſt ditionis Eccleſiæ in Marchia Anconitana, ſex circiter milliaribus diſtans Laureto, nec procul à mari Adriatico monti impoſitum. Sunt & alia hujus nominis oppida; verùm prius deſignari exiſtimo.*

f *In Ms. Senenſi eſt:* Tam graviter in oculis paſſa eſt, quòd funditus lumine probaretur eſſe privata *&c.*

g *In*

A g *In eodem Ms. hæc periodus ſic exprimitur:* Mox, quæ cæca plorabatur, clariùs revidens *&c. Ceterùm dum impoſterum ſimiles variationes occurrent, quæ ad rem non faciunt, eas tacitè præteribo, ne nimiis obſervationibus lectori moleſtus ſim.*

h *Ibidem legitur:* Domina Dimiſia Zachæi Henrici Berardi uxor de S. Severino. *Eſt autem* Fanum S. Severini, *ſive* Septempeda, *urbs ditionis Eccleſiaſticæ in Marchia Anconitana, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Firmano, diſtatque ſex ſeptemve circitèr milliaribus Italicis Tolentino.*

i *In laudato Ms. dicuntur medici de recuperando viſu deſperâſſe:* Luce privata pro ipſa tempore aliquo recuperanda, à medicis omnibus eſt diffiſa.

k *Ibidem:* Quia in fide hæſitans poſtulabat, vehementiori repercutitur paſſione.

l *Laudatum apographum ſic habet:* Filia, quæ ſuis genibus reſidebat, taliter liberatum jam oculum repercuſſit, quò diſgregatus oculus liberè videre non poſſet.

B m *In eodem apographo legitur:* Andreolus quidam de Nocerio, nunc verò habitator Tolentini, habuit carnalem fratrem, qui ſubulâ in oculo taliter eſt percuſſus, quòd lumine multorum judicio medicorum irrecuperabiliter eſt privatus. *Porrò per* Nocerium *haud dubiè* Nuceriam, *incolis* Nocera *intelligit, quæ urbs epiſcopalis eſt umbriæ in limite Marchiæ Anconitanæ.*

n *Idem Ms. habet:* Cùm Tenatius Guillermi *&c.*

o Santo Geneſio *non procul Tolentino monti impoſitum notatur in Tabula Statûs Eccleſiaſtici apud Fredericum de Wit.*

p *Id eſt*, ex fano S. Severini, *de quo ad lit.* h *mox aliquid notavimus.*

q *Hoc miraculum deſideratur in Ms. Senenſi; at in codice Strozziano etiam legitur.*

r *Senenſe Ms. habet:* Guilielmus Bartholi de Sancto Monticolo. *Porrò Fredericus de Wit ſuprà laudatus* Monte del Olmo *tribus cum dimidio milliaribus Germanicis Tolentino collocat, non procul Maceratâ verſus mare Adriaticum. Legendum igitur eſt*, de Monte ulmi.

C s *Memoratæ Tabulæ Frederici de Wit* M. Santo *quinque cum dimidio milliaribus Germanicis ab urbe Tolentino verſus mare Adriaticum, & in ipſo maris littore* P. di Monte ſanto *exhibent. Hoc miraculum pariter abeſt à Senenſi codice: at in Strozziano ſic legitur:* Tomaza uxor Martini de Monte ſancto duobus annis luce caruit, conſuetaque B. Nicolai ſubſidia poſtulans indefeſſa, lucem perditam reinvenit, & Deum, qui talem gratiam hominibus contulit, laudare & prædicare non diſtulit viva voce.

t *Torellius in Annalibus miraculum hoc paulò aliter narrans, illud ex aliorum ſententia ad annum* 1310 *refert, dum ſcilicet ob quadraginta quinque miracula in nocte ſolemnitatis Omnium Sanctorum Tolentini impetrata, campanæ pulſarentur: verùm id minùs probabile apparet, cùm, ut ipſe etiam obſervat, præſens miraculum* ſancti Viri tumulationis tempore *contigiſſe dicatur. Ita ipſi fortè exiſtimârunt, quia in monumento dictorum* 45 *miraculorum, quod num.* 4 *Gloriæ poſthumæ recitabimus, inter cetera legitur:* Mulier infida ad fidem provehitur: *ſed nihil obeſt, quominus hîc aliam mu-*

lierem ab infidelitate ſeu hæreſi ad fidem Catholicam converſam intelligamus. A. PETRO RUBIENSI.

u *In Ms. Senenſi dicitur* Joannes Petrus Bonſanene; *annotavitque ibidem Papebrochius noſter, alibi legi*, Petri Ponſaine.

x *Lege*, Ophthalmiam, *Græcè* ὀφθαλμία. *Deſideratur & hoc miraculum in Senenſi; ſed in Strozziano legitur, aliis tamen hinc inde verbis.*

y *Senenſe habet:* Boniſcagi, *alibi, teſte ibidem Papebrochio*, Bonaſcagni. *In priori etiam poſt*, filium habuit, *additur:* Qui vocatus eſt Ceccus.

z *In Ms. Senenſi præmittitur:* Ac primò lectorem volo attentum in ea re mira & magna, quæ his accidit annis: nuper enim Florentiæ quidam erat nomine... *&c. De Florentia, notiſſima Hetruriæ urbe nihil addo.*

aa *In eodem Ms. additur:* O quàm potens & terribilis es Deus, altus & magnificus in ſanctitate hujus Sancti & Electi tui! Mox enim *&c.*

bb *Ibidem ſubjungitur:* Tandem pulſatur campana & gens amplior confluit ad prædictum miraculum perſcrutandum. O fides *&c.*

cc *Rurſum in eodem additur:* Nec faſtiditi de ſerò, manè deſinunt redire: proſpiciunt illum *&c.* E

dd *In laudato Ms. præterea legitur:* Ex qua re tam miranda, tam ſtupenda & nova, curioſi fiunt humiles, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum in ſuo Sancto laudantes, qui ſic ſuos ſervulos magnificat & extollit, ad proprias domos redeunt cum tremore.

ee *Ms. Senenſe habet:* Rogo te, ſancte Dei Nicolae, ut ſaltem me tantùm erigere & ſanare velis, quòd hîc in tam parvo loco inter meas feces non volvar.

CAPUT VII.

Membra diſtorta contractaque, reſtituta: Surdi & muti, curati: mortui vitæ redditi.

F

Membra diſtorta a

JAcobutius Giſi de Ortezano *a*, diſtrictûs civitatis Firmianæ, eâ erat infirmitate detentus, quòd os obliquum diſtortumque taliter haberet, quòd omnibus hominibus abominabilis videbatur. Quærit conſilia, invenire conatur remedia; omni humano tamen auxilio deſtitutus, hujus Sancti meritis ſe commendat: in cujus ſanctitate abſque dubio non dubitans, ſubitum ſanitatis effectum conſecutus eſt. Alius Tholentinas, Anchonæ *b* nunc incolens, filium habuit à nativitate claudum: pes enim dexter, cùm deberet ſecundùm aſſueta naturæ antè procedere, dextrorſum protendebatur. Audiens autem dictus pater hujus Sancti miracula, quantocyus ingenti cum devotione prædictum filium vovit beatiſſimo Nicolao: qui voventis preces non expectat repeti, ſed ejus deſyderium de alto exaudiens, ſtatim ægroti filii pedem dirigit, & qui priùs gradiebatur non rectè, liberè & abſque impedimento ambulans diſcurrit. b

& horrendum in modum

65 Sed & quidam Fulginas *c*, cùm membris omnibus deſtitutus eſſet, quodam vehiculo ligneo ab aliis portabatur. Augetur hujus fides

 c

A. PETRO RUBIENSI. & devotio ex auditis miraculis tanti Sancti, & multis interpositis precibus, à Fulgino Tholentinum vehitur, ubi corpus sanctissimum latitat tumulatum. Jacet iste, & Sancto præfigit terminum suæ desyderatæ liberationis; in quo termino Sanctus adest suâ virtute, & infirmi ossa cœperunt extendi: & quòd ibi Sancti mira esset operatio, ex eo ostendit, quia dum ossa nervique distenduntur, sonus immensus auditur, acsi lignum distortum ad rectitudinem violento modo reduceretur. Concurrunt ergo undique, qui ipsum portaverant, aliique, qui ad Sancti tumulum visitandum concurrerant, & ex tanta re quasi dementes effecti, stupore simul & piâ devotione conterriti clamant: Benedictus Deus & beatissimus Nicolaus! Tunc, qui jacebat, surgit & Deum in Sancto laudat, qui membra penitus operationibus propriis destituta, tam pulchrè, ut petivit, restituit.

contracta, curantur. *d* 66 Calandra uxor Conradi de Montemidone *d*, manibus pedibusque distorta erat, adeò ut potiùs monstrum, quàm humanum corpus videretur. Hæc, dum ad tumulum Beati hujus in gestatorio portaretur, asseruit, se unam pulcherrimam dominam vidisse, quæ ei placito vultu dixit: Intra ad locum, ubi sancti Nicolai reliquiæ conduntur; ad quem cùm fuisset delata, eadem mulier * disparuit; sed affuit Dei gratia, eam subitò Sancti hujus meritis sanans: at ista beneficii tanti immemor, dare, quod promiserat, differebat. Vidit igitur in somnis nocte quadam beatum Nicolaum, unius instar pueri cum habitu Fratrum heremitarum *e*, dicentem, cur, quæ promiserat, non solvisset: illa autem tanto visu correcta, ad sepulchrum rediit, &, quod voverat, adimplevit.

B

* *Ms. Sen.* Domina

e

Surdus & mutus in peregrinatione ad Sanctum, *f* 67 Hujus Sancti insuper meritis gloriosis surdi audiunt, muti loquuntur: unde & quidam Cichus nomine & urbis Esculi oriundus *f*, cùm esset surdus & mutus, signis, ut potuit, beati Nicolai ab aliis miracula didicit: in cujus corde tanta insurrexit devotio, ut quantocyus ire ad tumulum dicti Sancti concupiscceret. Tandem qui ipsum noverant, eidem socii ex caritate effecti, Tholentinum simul properant. Pervenerunt autem ad quemdam collem prope Tholentinum, ex quo beati Augustini ecclesia ex parte, ubi corpus sanctissimum requiescit, conspicitur. Auge fidem in te sperantium, Deus *; tanta enim in muto illo fides aucta est, ut visâ dictâ ecclesiâ, loqui inciperet atque diceret: Beate Nicolae, adjuva me. Quod socii admirantes, Deum laudant, & liberatum ad Sanctum deducunt, cui vota exolvunt, & post publicationem miraculi ad propria cum gaudio redierunt.

C

* *ibid. addit.* inquit.

alter eo invocato, alii *g* 68 Matthæus Antonini de Monte ulmi *g* tali infirmitate aurium pressus, tres annos auditu privatus est. Tandem omnis medicinæ destitutus auxilio, hujus Sancti meritis se commendat, & statim aures patefactæ sunt, ut, quam perdiderat, potiretur facultate. Baldus de Sancto Severino *h*, cùm esset à nativitate mutus & surdus, ob gentis ejus frequentiam hoc sanctum corpus didicit visitare *i*: plenam igitur devotionem attollens, cum multis ejus tumulum perrexit visitare. Tandem circa ipsum revigilans, verè loqui incipit, qui fuerat mutus, & audit, qui surdus extiterat: quod socii consyderantes, genua flectunt, & Deum, qui sibi fideliter servientes sic honorat, laudare non desinunt.

h

i

69 Alius è civitate Esculana, qui ex passione linguæ & auditûs mutus dicebatur *k*, stans cum quibusdam Faleronensibus *l* Firmianæ *m* dyocesis, caritate prævia ducitur ab eis ad sanctum Nicolaum, ab eis multa caritate ducitur *n*; qui brachiis genibusque ac fide, signis, quibus poterat, Sanctum deprecabatur avidiùs: cujus fidem, & ipsum ducentium & venientium devotionem, qui facit mirabilia magna solus, de cælo prospexit, atque illicò muto os apertum & aures apertæ factæ sunt, eo clamante & dicente: Gratias tibi, Nicolae sanctissime, quia liberâsti me. Et eâ horâ appositum est ei nomen, & vocatus est Johannes *o*, quia gratiam pro gratia à beato Nicolao susceperat *p*.

D

ad ejusdem tumulum sanatus.

k

l *m*

n

o

p

Infans ante Baptismum mortuus, resuscitatur; 70 Sponsus inclytæ matris Ecclesiæ Christus Jesus sic ipsam diligit, ut fœtu novæ polis eam semper amplificet, signa & prodigia per Sanctos suos, quasi per Ecclesiæ filios, innovando, ne sponsa destituta videatur, si fœtu sanctissimæ prolis, velut sterilis & infirma careat. Complures enim Sanctorum mortuos suscitâsse legimus, beatum verò Nicolaum non multos tantùm, sed diversis modis suscitâsse reperimus *q*. Cuidam namque Tholentinati, cui nomen erat Thomas, natus est filius semimortuus, obstetricesque ad sacrum lavacrum feræ fuerunt, ut, priusquam aquam baptismi attulerunt, puer extinctus sit. Prohibet ergo pater natum baptizari, quia sine anima ipsum esse videns, plorare non cessabat, & sepeliri illum præcepit in domo. Clamat ergo pater, clamat mater, & preces beato Nicolao offerunt, ut saltem à Deo impetraret, ut sic tam horrendam & monstruosam rem genuisse non dicerentur, & anima illa non damnaretur. Quo fit, ut beati Nicolai precibus anima monstruoso corpori redderetur *r*.

q

E

r

puella defuncta, *s* 71 Thomas quidam filiam habuit Cæcham *s* nomine, quæ longo tempore infirmitate adeò gravata est, ut omnium judicio spiritum exhalâsset: quinquaginta enim diebus & noctibus sine cibo & potu permanserat *t*. Adsunt Fratres Minores, apud quos elegerat sepeliri; dato signo cùm ad eam efferendam veniissent, subitò paterno cordi irrepsit beati Nicolai memoria, cui intentissimo corde filiam commendavit. Res stupenda! Apostolicum prorsus opus. Quæ mortua plorabatur, repentè viva & incolumis paternis est amplexibus restituta.

t

F

mulier ad funus composita, *u* 72 Lippus Lucii Gentilis de Cingulo *u* uxorem habuit, Miram nomine: ea per annum febribus ubi laborâsset, & physici de ejus salute desperâssent, Sacramentis Ecclesiæ & extrema Unctione, utpote moribunda se munivit; tandem hæc mulier lota aquâ fuit, ut mos sepeliendorum est corporum. Vocatur absens maritus; posteaquam alius ad eam sepeliendam non expectaretur *x*, vir statim adest, clamatque eam beato Nicolao sub certis pollicitis commendâsse, & quòd propterea de illius misericordia minimè dubitaret. Ad hanc vocem Mira expergiscitur, & in viri sui pristinis solatiis est restituta.

u

item alii mox efferendi, vita restituuntur.

y 73 Niva Cordi ex urbe Macerata *y* filium habuit Giamidum * nomine, qui viam erat universæ carnis ingressus; motu enim carebat & sensu, loqui non poterat, & exanimis decumbebat in lecto. Quid plura? Cum enim mortuum omnes communiter clamarent, parantur funeralia, subditur sepulchrum, ut efferatur cadaver *z*. Mater verò ad divinum confugit auxilium, votum emisit, & filium beato Nicolao precibus commendavit: quo facto revivisit puer,

y

* *ibid.* Zanulum

z

puer, & Deus in Sanctis ſuis mirabilis prædicatur. Johanna Guilhelmi Benuti *aa* uxor filium habuit Cichum * nomine. Is fortè juxta omnis carnis conditionem diem clauſerat extremum : ſiquidem inſtitis fuerat conſutus, tamquam qui debebat tumulo ſtatim induci. Mater filii ſui nece anxia adeò, ut ſeſe alapis tradendo vehementiùs ploraret : interim ſubit in ejus mentem, ut filium, quem mortuum deplorabat, beati Nicolai meritis commendaret ; idque factum eſt : quam ob rem mox, qui jacebat mortuus, matri vivens locutus eſt.

aa

* *ibid.* Cicoum

74 Giliolus Parmenſis *bb* filium habuit nomina Venturinum : hic continuis febribus preſſus, tandem à medicis nullâ ſalutis ſpe deſtituitur. Parantur interea omnia, quæ funeri opportuna videbantur. Et ego tunc Bertinam quamdam nomine audivi mihi referentem, quia nocte illâ, quâ Venturinus debitum univerſæ carnis exolverat, viro ſuo, quippe qui pigmentarius eſſet, apparatu ceræ aliorumque funeri debendorum intento, & ipſa uſque ad matutinalem horam inter alias ad funeris cuſtodiam deputata vigilabat *cc*. Porrò Victorini uxor præ dolore amaros fletus dabat, beatiſſimum invocans Nicolaum, ut precibus ſuis virum vitæ, quâ tunc privatus erat, reſtitueret.

Alius feretro impoſitus, *bb*

cc

75 Hæc illâ in thalamo, in quo vir functus jacebat *dd*, orante, mirandum ſplendorem de thalami feneſtra ſubitò advenire proſpexit ; quo exhilarata, Eya, inquit, Nicolae ſanctiſſime, adjuva famulum tuum * in hac hora. Et ecce ad eam, qui ad funeris erant deputati cuſtodiam, advenerunt dicentes : Noli ampliùs plorare ; quia vir tuus vivit : nobis enim circa pheretrum conſidentibus, vox de eo inſonuit, dicens : Quàm pulchra, quàm magna res, Deus meus ! Acceſſit uxor bis gaudens ; quem jam mortuum ploraverat, vitæ redditum amplexatur *ee*. Quærunt interea ab eo curioſi magnates : Tu dicis, quia de morte ad vitam beati Nicolai meritis redditus es ; dic ergo, ubi eras, quando in corpore anima tua non ſedebat ?

ſubitò reviviſcit, *dd*

* *ibid.* famulam tuam

ee

76 Quibus ille, Poſteaquam ex hac, inquit, vita receſſi, ad quoddam perveni pratum, herbis virentibus odoriferiſque floribus perornatum. Hinc inde ſedilia humanis quietionibus apta aromaticis herbis conſperſa eminebant *ff*. Hæc me admodùm illic ſedentem quieſcentemque delectabant. Hac illac me volutabam, tanta ſuavitate repletus, ut nil ultrà deſyderare poſſem. Supervenit autem parvulus quidam pulcherrimus, de cujus adventu mœſtus factus ſum, ne ob ejus conſortium meo gaudio jam privarer. Et ecce ſuper humeros meos ſe ponens, gravis mihi mirabiliter videbatur ; illam fortè gravitatem vitæ ſignans, ad quam me reducere veniebat.

& ubi fuerit

ff

77 Rogatus tandem à me multis precibus, de humeris ad terram deſcendit, facie rutilans, veſtimentis reſplendens ; imò ſui ſplendoris radius ita me perfudit, ut quaſi inter ſolares radios anima mea videretur adeſſe. A cujus ore & vox laudis procedebat & cantus, ex quo modò non tantùm condonatum eſt gaudium, ut præteritæ delectationis in dicto prato acceptæ factus immemor, æternæ vitæ gaudiis perfrui jam viderer. Admiratus igitur quæſivi, quiſnam eſſet : & dixit mihi : Angelus ſum tuæ cuſtodiæ deputatus. Hujus ergo ſplendoris, cantûs & collocutionis gaudio & felicitate ſopitus, ad corpus redii, triſtem me inveniens, quòd tantum gaudium amiſeram : redii ad vitam, quam dimiſeram, & felicitatem perdidi, quam habebam. Compertum eſt itaque, quòd eâdem horâ ſplendor uxori apparuerat de feneſtra, quâ cum multo ſplendore ipſum angelus reduxit ad mundum *gg*.

exponit.

A. PETRO RUBIENSI.

gg

78 Mulier quædam è Sancto Geneſio *hh*, ad filium *ii* ut pannos lavatura iverat, ſecum parvulum natum ducens : incautus tamen parvulus in flumine abſorptus expiravit *kk*. Fit autem cadaver viciniori molendino impedimentum : mirantur molendinarii, molarem lapidem non circumverti, ut aſſolet ; clamant, inquirunt, matrem audiunt filium plorantem, clamantemque : Sancte Nicolae, ubi eſt filius meus, quem tibi ſæpiùs commendavi ? Tandem canale explorato, puerum inveniunt ſuffocatum. Majoribus hinc mater affligitur doloribus, beatum invocat Nicolaum, ut filium ſuſcitet : nec mora, ſpiritus redditur corpori, puerque factus incolumis cum matre & aliis ad propria remeavit.

Puer ſubmerſus, *hh* *ii* *kk*

79 Quidam è caſtello Belforte *ll* paterfamilias ob uxorem turbatus, fortè cùm uxor ipſa, totaque familia è domo receſſiſſet, deſperatione motus, laqueo ſe ſuſpendit. Domum mulieribus redeuntibus & illum ſuſpenſum contuentibus, clamor ingens ſublevatus eſt ; cadaver deponitur, preces & vota beato Nicolao fiunt *mm* : ad quorum vocem reſedit mortuus, beatum Nicolaum laudans & magnificans, qui eum de turpi admodùm morte ut viveret, impetravit.

vir ſuſpenſus, reſuſcitati. *ll* *mm*

ANNOTATA.

a Ortezzano *locus eſt in Marchia Anconitana, quem olim Urticinorum oppidum fuiſſe à Romanis exciſum ſcribit Baudrandus in Geographia, laudans Franciſcum Pamphilum.*

b Ancona *Marchiæ Anconitanæ urbs primaria, ac nobile emporium, in ditione Eccleſiæ, maris Adriatici oræ inſidet, eſtque epiſcopalis ſoli Romanæ Sedi immediatè ſubdita. In Ms. noſtro Senenſi deſiderantur hæ voces :* Anconæ nunc incolens.

c Fulginium, *incolis* Foligno, *urbs eſt ditionis Eccleſiæ in Umbria ferè medio, lata in planitia ſita inter Aſſiſium & Spoletum, & epiſcopatu ſoli Romanæ Sedi immediatè ſubjecto illuſtrata.*

d *In Ms. noſtro Senenſi legitur :* Domina Calandra, uxor Conradi Corrigioli de Monte Milone. *Apud Joannem Bleau in Tabula Marchiæ Anconitanæ,* Mons-Melone *inter Tolentinum & Maceratam æquali ferè diſtantiâ ſitus eſt, eſtque oppidum prædictæ Marchiæ, in veteris Polentiæ ruinis exſtructum, teſte Baudrando in Lexico.*

e *In eodem Ms. additur :* S. Auguſtini.

f *Ibidem legitur :* Quidam de Eſculo, Siceus nomine *&c. Per* Eſculum *autem videtur* Aſculum Picenum *deſignari, quod eſt urbs epiſcopalis in Marchia Anconitana ad Truentum flumen, & in confiniis regni Neapolitani.*

g *Vide dicta ad caput præcedens lit.* r. *Miraculum hoc in Ms. noſtro Senenſi deſideratur, at in Strozziano legitur ; in quo prima periodus habetur his verbis :* Matthæus autem Antoni de Monte Ulmi tali infirmitate in auribus percuſſus eſt, ut per tres annos ſteterit, quòd audire non poſſet *&c.*

h *Conſule Annotata ad caput* 6, *lit.* h.

i *Obſcuram phraſim ſic interpretor : Ex fre-*

A. Petro Rubiensi. *quenti popularium ſuorum ad* S. Nicolai *tumulum acceſſu didicit, eumdem ſibi quoque accedendum eſſe. In Senenſi Ms. rectiùs legitur :* Ex multitudine populi illius terræ venientis ad hoc ſanctum corpus didicit Sancti virtutem. Plenam ergo devotionem attollens, venit cum aliis ejus tumulum viſitare : tandem circum ipſum dormitat ; evigilans verò *&c.*

k *Ms. Senenſe ſic habet :* Quidam de Eſculo (*de qua urbe adi lit.* f) non proprium nomen habens, ſed ex paſſione linguæ & auditûs à nativitate mutus dicebatur.

l *Id eſt incolis vici* Fallerone, *juxta Tennæ fluvii fontes in Marchia Anconitana, qui olim oppidum* Faleria, *modò exciſum, fuiſſe perhibetur.*

m Firmum, *incolis* Fermo *urbs eſt archiepiſcopalis Marchiæ Anconitanæ in ditione Eccleſiæ, tria millia paſſuum à mari Adriatico diſtans.*

n *Aliqua, ut apparet, hìc abundant : in Senenſi quoque apographo ſic legitur :* Caritate prævia ducitur ab eis ad S. Nicolaum, denotatum, qui devotione affectus & fide multiplici,
B brachiis *&c.*

o *Non facilè credidero, iſti homini ante id temporis nullum impoſitum nomen fuiſſe, niſi fortè velit auctor, eo nomine tum primùm compellari cœpiſſe, quod priùs fruſtra factitatum fuiſſet, quippe qui ſemper fuerat ſurdus. Fortè etiam ipſius nomen penitus ignorabatur, ideoque tum ipſi aliquod impoſitum eſt.*

p *In Senenſi apographo ſubditur :* Lætabundi igitur ad propria remeantes & mirantes de virtute & poteſtate beato tradita Nicolao, nec prædicare & annuntiare tam novum miraculum deſinunt in porticis, vicis & plateis tam caſtri quàm civitatis ſuæ.

q *Excelluiſſe* S. Nicolaum *noſtrum in mortuis ad vitam revocandis, colligere licet tum ex dicendis, tum ex Baptiſta Mantuano, celebri poëta ex Ordine B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, qui ſeculo* XV *de his ita cecinit :*

Rerum Annales poſt fata reverſas
Tot memorant animas rurſum in ſua corpora, facto
Jam tumulo, cùm jam inciperet procedere pompa
C Funeris, ut dici poſſit præfectus Averno,
Et poſſe ad nutum manes revocare ſepultos,
Atque tribus leges, quas vult, imponere Parcis.

r *Senenſe apographum poſt verba illa,* præcepit in domo, *ita progreditur :* Sed horrendum tunc fecit natura, quia animâ exhalatâ, remanet caro illa membris indiſtincta ad modum cujuſdam maſſæ, quæ per manus conducta diverſas ſumeret formas. Clamat ergo pater, clamat & avia nati, & ſuas offerunt preces B. Nicolao, ut ſaltim conceſſum à Deo impetraret, ne ſic horrendam & monſtruoſam rem ipſum & uxorem genuiſſe diceretur, ac etiam quòd anima illa non damnaretur, & anima reunita corpori, membra in creatura perciperentur, & poſtremùm ſuam faceret voluntatem. Hanc invocationem Sanctus non parvipendens, ſuis precibus animam reddidit monſtruoſo corpori, & caro membris pulchrè diſtincta, ſuo naturali redditur juri. *Hæc ibi ſatis obſcura, quibus pater informi fœtui naturalem membrorum ſitum, vitamque, ſaltem donec baptiza-*
retur, flagitaſſe, impetráſſeque narratur. Porrò licèt in Annotatis ad cap. 2, *lit.* n, *&* *cap.* 4 *lit.* i *rejecerimus, quæ ibidem de Gentile in peccato mortali, pueroque ſine Baptiſmate mortuis, ſanctique* Nicolai *patrocinio ſalvatis narrantur ; non propterea exiſtimet lector, ea, quæ hìc dicuntur, à nobis pariter repudiari : longè enim alia hìc eſt ratio ; cùm reſuſcitatus ad ſtatum meriti redeat, non item mortui, qui non reſuſcitantur. De hujuſmodi reſuſcitatis conſuli poteſt Eminentiſſimus Proſper de Lambertinis nunc Benedictus XIV, in præclaro Opere de Servorum Dei beatificatione & Beatorum canonizatione, lib.* 4 *parte* 1 *cap.* 21 *à num.* 31, *ubi de hoc argumento eruditè diſſerit, exemplisque illuſtrat.* D

f *In præcitato apographo legitur :* Thomas Martini, *vel, ut additur,* Mancinus de Offida filiam habuit Ciceam nomine *&c. Eſt autem* Offida *caſtrum ditionis Eccleſiæ in Marchia Anconitana, duobus circitèr milliaribus ab* Aſculo (*de quo lit.* f. *aliqua notavimus*) *niſi fallant Tabulæ geographicæ.*

t *In eodem Ms. dicitur quinquaquinta & uno diebus ac noctibus omni cibo potuque abſtinuiſſe. Verba ſubjicio :* Præceſſerat etiam in ea inaudita res, quia quinquaginta uno diebus & noctibus ſine omni cibo & potu permanſerat. *In eruditiſſimo Opere eminentiſſimi Proſperi de Lambertinis, lit.* r *laudato, lib.* 4, *parte* 1, *cap.* 27 *exſtant mirabilia diuturni jejunii naturalis exempla, ut difficile ſit ex hoc capite de hujus puellæ obitu certò ſtatuere.* E

u Cingulum, *indigenis* Cingoli, *oppidum eſt ditionis Eccleſiaſticæ in Marchia Anconitana, juxta Muſonem amnem, tribus circitèr milliaribus Germanicis diſtans Tolentino, ſecundum Tabulas geographicas Frederici de Wit. Proprium olim epiſcopum habuit, deinde verò Auximanæ diœceſi adjectum eſt, donec anno* 1725 *à Benedicto XIII PP. propria cathedra ac diœceſis ipſi reſtituta eſt, ſic tamen, ut idem epiſcopus Auximanæ ac Cingulanæ diœceſibus præeſſet, teſte Orlendio Orbis ſacri & profani tom.* 1, *parte* 2, *lib.* 3, *cap.* 12, *num.* 7.

x *De arceſſito marito hæc habet Ms. Senenſe :* Miſſum ad Lippum prædictum virum iſtius Miræ, qui tunc ob certam cauſam aberat à F
Cingulo, ut cum omni celeritate veniret ; quia uxor ſua tradenda erat ſepulturæ, & ipſum ſolum & non alium expectabant. Hic vir defunctæ ad ſe rediens, quam multùm dilexerat, beato commendavit Nicolao, & domum concitè reverſus, feſtinavit ad locum, ubi uxor jacebat, clamans adſtantibus & dicens, quòd eam ſub certis pollicitationibus beato commendaverat Nicolao, & quòd de ejus miſericordia nullatenus dubitaret. Ad hanc vocem viri ſui expergiſcitur Mira, & in corde ſuo, quoniam ore non poterat, viri votis annuens, vitæ hujus eſt, ſi tamen ſint ſolatia, ſolatiis reſtituta. *Ex hac narratione videtur mulier potiùs pro defuncta habita ; quàm defuncta fuiſſe.*

y *In eodem Ms, eſt :* Domina Nina domini Coradi de Macerata *&c. Porrò* Macerata *urbs eſt Marchiæ Anconitanæ in ditione ſummi Pontificis, ad Chientum fluvium monti impoſita, cenſeturque totius Marchiæ primaria. In ea iſtius provinciæ præſes reſidet, celebrique univerſitate ac academiis gaudet, epiſcopatu quoque à Joanne XXII PP. illuſtrata eſt.*

z *Memoratum apographum ſic habet :* Viam

erat

A erat universæ carnis ingressus, nisi quis velit procaciter instare, quòd ille funditus non fuerat mortuus, qui motu carebat & sensu, loqui non poterat, & tamquam exanimis, supinus jacebat in lecto. Quid plura? Cùm enim eum mortuum omnes communiter acclamarent, parantur funeralia, suffoditur sepulcrum, campana pulsatur, ut efferatur cadaver, & impendatur mortuo sepultura.

aa *In eodem Ms. est:* Domina Johanna uxor Golini Benevenuti.

bb *Nota est urbs* Parma, *cognominis ducatûs in Italia caput. In sæpe laudato apographo pro* Parmensis *scribitur* de Pina: *est autem* Pinna, *indigenis* Civita di Penna *urbs regni Neapolitani in Aprutio ulteriori.*

cc *Hæc paulò clariùs referuntur in Ms. Senensi, ex quo sequentia accipe:* Giliolus de Pina habuit filium nomine Venturinum, qui continuis febribus diebus pluribus distentus, & tandem à medicis derelictus pro mortuo, à quibusdam Religiosis & personis curiæ marchionis visitatur; qui ipsum mortuum videntes, parari juB bent omnia funeri opportuna: & ego ipse vidi illam dominam Bertinam nomine, quæ tunc erat uxor cujusdam speciarii (*id est* pigmentarii) de Macerata, mihi referentem, quòd tota nocte, quâ ille debitum universæ carnis exsolverat, vir intenderat circa paratum ceræ & aliorum funeri decentium, & ipsa usque ad matutinum inter alias ad funeris custodiam deputata est. *Adduntur etiam ibidem preces, quibus defuncti uxor* S. Nicolaum *invocâsse dicitur; verùm cùm hæ à scriptore potiùs compositæ, quàm à memorata muliere dictæ videantur, eas hîc non refero.*

dd *Legendum est*, jacuerat, *quemadmodum ex sequentibus colligitur: rectius igitur habet Ms. Senense:* Erat hæc in sua camera (*in suo cubili*) ista dicens, mortuo recumbente in sala, *id est*, in aula *vel* atrio.

ee *In eodem Ms. interjiciuntur sequentia:* O incredulitas stulta, & stultæ incredulitatis præsumptio! Postquam vitæ & sanitati est redditus, quærunt ab eo *&c. Adduntur postmodum & alia quædam, quæ cùm ad rem nil faciant, prætermittam.*

C ff *Ibidem de sedili additur:* Cujus longitudo & latitudo erat quater tantum, quàm sit mensura corporitatis meæ.

gg *Quid de mirabili hac visione statuendum sit, eruditi lectoris judicio permitto: Nil tamen obstat, quominus hæc pro veris admittamus. Ceterùm lectu dignissima sunt, quæ Eminentissimus Prosper de Lambertinus, ad lit* r *laudatus, disserit de loco, in quo animæ resuscitatorum moratæ fuisse dicendæ sint. Ibidem num.* 34 *narrat cujusdam hominis ethnici, anno* 1734 *defuncti, resuscitatique historiam, cujus Processus ab episcopo Essestiensi, vicario Apostolico in provincia Kenxi in Sinarum imperio, Romam missus fuit. Hic resuscitatus cujusdam* juvenis, *angeli scilicet, etiam meminit, sic inquiens:* Postquam oculos clausi, atque ex hac vita discessi, ad locum quemdam perveni, ubi cùm ingredi non possem, nescio, qua vi compulsus, eram in infernum descensurus. Verùm mihi descendenti juvenis quidam, qui lanceam manu tenebat, se obviam fecit, mihique aditum ad inferos intercludendo, dixit *&c.*

hh *Consule Annotata ad cap.* 6, *lit.* o.

ii *In Ms. Senensi est: Ad* Morum *vel* Mosum fluvium. A. PETRO RUBIENSI.

kk *Modus, quo submersus puer est, in memorato Ms. sic exprimitur:* Tandem incautus parvulus ad vallatum Molendini accedens, ipsumque intrans, absorbetur ab aqua; ad canale autem, quod (*lege* ad canalem, qui *&c.*) erat ex parte coopertum conductus, propter structuram canalis & desuper cooperturam inter canalis latera constringitur ipse, & sic excrescentibus aquis suffocatus est.

ll Belforte *castellum est non procul Tolentino.*

mm *In Ms. sæpe memorato præter dicta hæc leguntur:* Clamant, tollentesque voces in altum, unà cum mulieribus aliis, ex dictis vocibus convenientibus, de loco ipsius deponunt, & omnem experientiam fecerunt, si anima adhuc esset in corpore: cognoscentes autem ipsum mortuum, beato devoverunt Nicolao; ad quarum vocem *&c.*

CAPUT VIII.

E

Insontes à suspendio mirabiliter liberati: periclitantibus in mari subventum.

FRatres, Mizulus * scilicet & Vannes, ex urbe Auximo *a* per territorium Aquilanæ *b* civitatis pariter gradientes, propter perpetratum eâdem horâ homicidium capiuntur, & rectori civitatis puniendi adducuntur: qui etsi se de imposito scelere, ut rei erat veritas, excusare contenderent, tormentis tamen durissimis victi, mori potiùs, quàm in pœnis vitam agere eligentes, confitentur contra se, quod non cogitaverant, facinus commisisse. Quam ob causam morte digni facti sunt & suspendio condemnantur. Invocant hi Dei misericordiam, utpote innocentes, & beati Nicolai meritis se commendaverunt. Quid plura? Vannes suspensus est, post quatuor verò Dies venerunt ministri, F ut & Mizulum * alterum fratrem simili nece trucident; Vannemque, quem quatriduanum in furcis fœtentem existimaverant, vitæ habere spiritum comprehenderunt. Depositus itaque de patibulo, cognitâ Dei & beati Nicolai virtute, à præside unà cum fratre liberatur.

Insons suspensus, alter suspendendus, liberati:
* *ibid.* Nuzolus
a
b
* *ibid.* Nuzolum

81 Petrus Bonagratia de Matelca *c* accusatus est quia castrum ipsum hostibus prodere voluisset; ab apparitoribus tandem captus cum sociis, qui hujus rei conscii videbantur, carceri traditur, catheniisque ferreis compedibusque omnes pariter colligant. Post mensem *d*, ut suspendio moriantur, sententia lata est: illi verò beati Nicolai suffragia implorare non desinunt *e*; qui de nocte proximâ accedens, vincula disrupit, carcerem reseravit, eosque extra castellum comitatus, Ego, inquit, sum Nicolaus, quem tam tenerâ devotione petîstis: hæc via vestra est, sepulchrum meum petite; & vota vestra reddite.

damnati ad suspendium, carcere & vinculis soluti.
c
d
e

82 Quidam de sancto Genesio *f* mercaturæ gratiâ cum matre multisque aliis navigabat: ortâ demum tempestate, eorum navis submergi videbatur. At navigantibus diversorum Sanctorum diversa insurrexit devotio: quattuor è Sanctorum

Maris tempestas
f

A. PETRO RUBIENSI.

ctorum numero ab aliis implorantur; qui è ſancto Geneſio venerant, ob loci vicinitatem, in quo beatus Nicolaus fuit oriundus, ipſum, ut naufragantibus ſuccurrat, impenſiùs precantur. Singulum itaque cereum ſingulis invocatis Sanctis multitudo periclitantium vovit: & ecce ſubitò in aëre ſupra mare quinque cerei accenſi apparuerunt, quorum flamma à vento tam valido extingui non poterat. Et mirum quia aſcendebant & deſcendebant ac motu notabili cerei ipſi procedebant, acſi animali ſpiritu moverentur. Illi hujus rei abſque dubio ſignum videntes, quia illorum virtute miro modo agitabantur, quorum erat potentia invocata.

mirabiliter ſedatur.

83 Pulchra res, quia duo hîc innovantur ſigna, duo immutantur mirabilia; unum quòd ad modum columnæ ignis & nubis veteris Teſtamenti angelica virtute cerei movebantur; alterumque, quòd pro Sancto nondum à militante Eccleſia canonizato, per triumphantem Eccleſiam quintus cereus apparebat, ut promptum eſſet intelligi, quòd in terris honoraretur, qui tam excellenter mirificabatur de cœlis. Audite, quæſo, mirabilem hujus apparitionis effectum: gradientibus enim ſimul ac flammantibus, ut dictum eſt, cereis, tempeſtas cedit, tranquillitas accedit, & qui priùs morti expoſiti videbantur, vitæ redditi, Deum in Sanctis ſuis laudare & magnificare non ceſſant *g*.

B

g

ANNOTATA.

a Auxumum, *incolis* Oſimo, *urbs eſt Pontificiæ ditionis in Marchia Anconitana, ad fluvium Muſonem, epiſcopatu nulli ſuffraganeo inſignita.*

b Aquila *urbs regni Neapolitani, Aprutii ulterioris caput, juxta* Aternum, *incolis* la Peſcara, *fluvium condita, epiſcopalis eſt ſub archiepiſcopo Theatino.*

c *In Ms. Senenſi* Mathellica. *Porrò* Matilica *ſive* Matelicæ, *Italiæ oppidum eſt in Marchia Anconitana, quatuor circiter milliaribus Germanicis diſtans Tolentino.*

d Poſt menſem *non legitur in Ms. noſtro Senenſi.*

e *In eodem Ms. habetur:* Quod parentes audientes, poſt dolores luctûs, ad B. Nicolaum recurrunt, qui de nocte eis apparens *&c.*

C

f *Vide dicta ad cap. 6, lit.* o.

g *In Ms. Senenſi adduntur ſequentia:* Quia verò hujus Sancti miracula quaſi infinita noſcuntur, eorum ſcriptioni finem impono, aſſerens, me vidiſſe & audîſſe & ſcripta tabellionum manibus perlegiſſe de dæmonum effugationibus & aliorum infirmitatum diverſarum liberationibus tot & tanta, quòd faſtiditus labore, ea ſcriptitare & dictare dimiſi aliis, cauſam tribuens circa horum inveſtigationem & dictamen ad honorem illius, qui gloriâ & honore iſtum coronavit Sanctum, qui cum Patre & Spiritu Sancto vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

D

VITA ALTERA

Auctore anonymo,

Ex editione Dominici Antonii Gandolfi.

Sancti nativitas, a

REcolendæ *a* memoriæ Nicolaus de Tolentino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, natus eſt ex legitimo matrimonio contracto inter Amatam & Campagnonum de Caſtro ſancti Angeli, Firmanæ diœceſis, parentes ejus Catholicos & Chriſtianos fideles, qui pro habenda prole voto eundi peregrè ad B. Nicolaum de Bario emiſſum *, cùm ab angelo admoniti in ſomniis, ut ſurgentes ad S. Nicolaum de Bario properarent, & quòd ibi eis diceretur, qualis erit naſciturus ex eis, promptè perrexerunt. Ipſis in pavimento eccleſiæ ante B. Nicolai altare dormientibus, ſanctiſſimus Nicolaus in habitu pontificali apparuit, dicens: Angelus, qui vobis apparuit, mihi dixit, ut ad vos venirem nuncians & confirmans, quia vobis meo obtentu naſcetur filius, & vocabitur Nicolaus, ut meo fungatur nomine.

* emiſſo

E

pueritia, Ordo & ſacerdotium ſuſcepta, habitatio Tolentini:

2 Hic erit Chriſto acceptiſſimus, religioſam arctamque vitam ducens, ſacerdotio erit inſignitus; acceptabile ſacrificium offeret Deo; cujus vita terminabitur alto miraculo, ſignis & prodigiis fulgens. Hic Nicolaus legitimus Chriſtianus inter fideles Catholicos converſatus & pro tali habitus, adhuc parvulus mulierum & puerorum conſortia vitabat, dicens, ſe velle effici Fratrem Eremitam. Ad divina libentiſſimè accedebat, & verbum Dei deſiderabiliter audiebat: quod inde homines admirantes, dicebant: Si Parvulo iſti Dominus vitam conceſſerit, ſanctus erit. In juvenili *b* ætate ingreſſus eſt Ordinem S. Auguſtini in dicto Caſtro ſancti Angeli; factus presbyter ab epiſcopo Auximano; & poſtmodum venit Tolentinum *c*, inhibique manſit, nec inde receſſit, donec vixit.

b

c

F

humilitas, caſtitas, fervor in divinis,

3 Fuit converſatione humilis & benignus, obediens Priori & Fratribus. Caſtitatis munditiam diligens, concupiſcentias, tentationeſque malas evitare volens, carnem propriam crucifixit, caſtigando corpus ſuum jejuniis, vigiliis, orationibus, caſtigationibusque duris, vitam aſperam, arctam, mundam & caſtam tranſduxit. Diſciplinabat ſe vinclis aliquando, interdum corrigiis, & quandoque catenis. Præter horas conſtitutas, in quibus continuè primus erat, quaſi ſemper orabat. Omni die ut plurimùm, etiam tempore infirmitatis, dummodò poſſet ambulare, dicebat Miſſam cum multa devotione & lacrymis; & ſemper, antequam celebraret, confitebatur.

orationis aſſiduitas,

4 Orationi erat aſſiduus: poſt Completorium uſque ad galli cantum, poſt Matutinum uſque manè, poſt Miſſam, niſi confeſſionibus occupatus, uſque ad Tertiam, & poſt Nonam, niſi obedientiis intentus, uſque ad veſperam. Dicebat continuè canticum Graduum & mortuorum Officia, pſalmos ſpirituales cum Litaniis, & multas ſalutationes beatæ Virginis genuflectendo. Locus

A cus orationis ipſius non ſolùm in oratorio apud altare, ubi modò jacet tumulatus, ſed etiàm in cella, in qua duos habebat lapides marmoreos, ad quorum unum genuflectebat, alterum verò, ad quem laſſus extenſa brachia ſaltem frigore caſtigaret.

luctæ cum dæmonibus,

5 Dum autem devotioni & orationi devotiſſimè inſiſteret, diabolus invidens ei, duris verberibus & terribilibus apparitionibus ipſum moleſtabat. Et primò, dum oraret ante ſanctum altare, lampadem accenſam nedum extinxit, ſed & ad terram diruens, eam fregit. Secundò ſuper oratorii tectum ſtans, voces diverſarum ferarum formabat, imbriceſque revolvens, tectum revolvere videbatur. Tertiò per oſtium domûs, in qua S. Nicolaus habitabat, diabolus cum furia & terrore intrans, ad Sanctum orantem acceſſit, ipſumque verberibus ſic afflixit, quòd per multos dies vulnerum cicatrices in toto ſuo corpore apparebant. Quartò cùm gaydam *d* unius ſuæ tunicæ altiùs vellet conſuere, quærens & requirens, ac invenire non valens, dicebat: Sancte Deus, quis potuit mihi ſic illudere? Verè, qui dignus non eſt nominari, B ille mihi illuſit. Ad cujus verbum mox diabolus reſpondit, dicens: Illuſi & illudam, & aliter tecum agam, ex quo ſic te ſuperare non poſſum. Tunc S. Nicolaus dixit: Quis es tu? Ego ſum Belial, datus in ſtimulum ſanctitatis tuæ. Et ille reſpondit: Si Dominus mihi adjutor eſt, non timebit cor meum. Quintò in limine oſtii refectorii à Belial impingitur, & in terram proſtratus, ac iterum verberatus à diabolo, humiliter & patienter portavit, & ab orationibus minimè ceſſavit.

d

vitæ auſteritas, patientia,

e *f* *g* *h* *i*

6 Parvo palearum ſaccone *e* contentus, mantellum *f* pro coopertorio, & pro capitali *g* lapidem quandoque tenebat. Tunicis aſperis & repezzatis *h* utebatur, & veſtimenta mollia fugiebat. A carnibus, ovis, piſcibus & carnium pinguedine, lacticiniis & pomis etiam abſtinuit, repulſis conſiliis medicorum, precibus Fratrum & aliis importunitatibus. Abjecto brodio *i*, ponebat aquam frigidam in coquina, ſi benè fuiſſet condita. Potabat vinum bene limphatum, & erat contentus tribus parvis ſciphis inter vinum & aquam in die. Secundâ, quartâ & ſextis feriis, ac Sabbatho in honorem Virginis glorioſæ, ſemel in die pane reficiebatur & aquâ, ac etiam per totam ſeptimanam ſanctam. In ſuis infirmitatibus erat patiens & benignus. C

charitas erga proximum,

7 Compatiebatur multùm in defectibus & infirmitatibus aliorum, & de conſolatione eorum gaudebat. Tribulatorum & infirmorum maximus erat conſolator; viſitabat libenter eos, & egentibus victum & neceſſaria procurabat. In dando eis eleemoſynas erat multùm ſollicitus, & ad hoc Priorem & divites inducebat. Si aliquid boni fuiſſet ſibi, etiam infirmo, tranſmiſſum, non comedebat, ſed aliis pauperibus infirmis mittebat. De operibus enim charitatis & pietatis ſollicitus, primò infirmos viſitabat, & quod delectabilius erat, pro eis procurabat, confortans eos divinis eloquiis, compatiebatur iiſdem. Pro multis ſibi confitentibus orabat, jejunabat, celebrabat, & lacrymas effundebat coram Domino, ut à peccatorum tenebris liberarentur. Pauperes diligebat, verbo eos & facto fovebat, veſtimenta eis acquirebat & cibos. Mœſtis erat lætitia, afflictis conſolatio, diſcordiam inter ſe gerentibus pax, laborantibus refrigerium, captivis remedium.

A. ANONYMO, reliquæ virtutes & ſanctitatis fama.

8 Pro Chriſto & proximo non dubitabat mori. Pudicus, caſtus, modeſtus, verecundus, lætus, largus, quietus, fugiens invidiam, repellens ſcandala; cupiditate & fantaſiâ vacuus, moribus ornatus, juſtus, ſapiens, prudens, diſcretus, avaritiæ inimicus, negligentiæ contrarius, in ſibi commiſſis perſpicuus: fuit enim boni ſenſûs, fidelis, humilis & benignus; pallidus & faciem habebat angelicam. Incedebat oculis caputio & capite inclinatis, quòd vix ejus facies poterat videri. Habebatur pro ſancto viro in magna devotione & reverentia. Non erat aliquis, qui ei denegaret eleemoſynam. Qui ejus Miſſas & prædicationes audire, vel ei confiteri poterant, remanebant contenti. Parvas pœnitentias imponebat, & confitentes confortabat humiliter & benignè.

Decumbens inviſitur à Chriſto & Maria, in quorum

9 Octo diebus ante mortem ſuam fecit ſibi iconem, quam ſemper habebat in cella, apponi ex appoſito faciei; & ſecundo die rogavit Virginem Mariam & beatum Patrem Auguſtinum, ut apparitiones Chriſti & ipſorum conſolationem reciperet. Tertiâ verò die poſt dictas orationes apparuit Chriſtus cum B. Maria, ſicut ipſe Frater Nicolaus petiit; qui eis humiliter ſupplicavit, ut notum ſibi fieret, ſi illis diebus tranſitus ſuus eſſe debebat. Tunc beata Virgo Maria dixit: Tertia die poſt Nativitatem meam *k* de hoc mundo tranſibis ad regnum cælorum; Sacramentis igitur Eccleſiæ receptis, te præparare feſtina. Tunc dictus Nicolaus ab ea petiit, quòd in hora mortis ſuæ nullus occurreret inimicus, cum quo ſic pugnaverat vivus; ad quod dictus Frater Nicolaus reſponſione non habita, devotiùs orans, quinta die poſt appoſitionem iconis angeli vocem audivit dicentem: Exaudita eſt oratio tua. E

k

& S. Auguſtini conſpectu ſanctè moritur.

l

10 Deinde octavo die poſt appoſitionem iconis crucem ſanctam ſibi oſtendi fecit ipſe Nicolaus aſtantibus fratribus, & humiliter veniam petiit offenſarum, ac Fratri Joannutio *l* de Tolentino, ſervitori ſuo dixit, quod ſemper inſuſurraret ad aures ſuas: Dirupiſti, Domine, vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Poſtea in cella ejuſdem Nicolai vox lætitiæ audiebatur, & ex gaudio magno ridere videbatur. Tunc ejus ſerviens dixit Nicolao: Quid tibi gaudii & lætitiæ Pater? Idem Nicolaus poſt multa rogamina reſpondit: Deus eſt & Dominus meus Jeſus Chriſtus, qui ſuæ Matri & meo patri Auguſtino inhærens, dixit mihi: Euge ſerve bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. Et dicens ultimò, In manus tuas, Domine, commendo ſpiritum meum, junctis manibus ad cælum, oculis ante crucem levatis, jucundo vultu & hilari ſpiritum ad Dominum commendavit, anno Domini milleſimo trecenteſimo quinto, die Sabbati, X menſis Septembris, ætatis videlicet LX *m*. F

m

Concluſio Vitæ.

11 In Ordine igitur laudabiliter converſatus, ſanctitatis nitore, dum vixit, emicuit, vitâ & converſatione reſplenduit, ac magnis & multis tam ante quàm poſt obitum ejus, in reſuſcitatione mortuorum, diverſorum curatione morborum, effugatione dæmonum, illuminando etiam cæcos, liberando captivos, ſurdis auditum, & claudis greſſum præbendo; aliisque quàm plurimis miraculis diverſis coruſcavit: de quibus ante & poſt mortem dicti Nicolai fuit & eſt in illis partibus publica vox & fama *n*.

A. ANONYMO.

ANNOTATA.

a *Huic Vitæ compendio, in quo virtutes Sancti heroicæ recenſentur, & publica ſanctitatis ac miraculorum fama proponitur, apud Gandolfum is titulus præfigitur:* Relatio vitæ S. Nicolai de Tolentino, ab advocato conciſtoriali coram Eugenio IV ac purpuratis Patribus facta ante ipſius canonizationem, excerpta ex inſigni Ms. bibliothecæ S. Auguſtini Senarum. *Varii præterea tituli hinc & inde interſeruntur, quos ordine ſuo hic refero:* 1 De ingreſſu & progreſſu ejus in Ordine. 2 De ejus humilitate. 3 De ejus caſtitate & munditia. 4 De aſſiduitate orandi. 5 De impedimento dæmonum in oratione. 6 De lecto & veſtimentis ipſius. 7 De cibo & potu ejus. 8 De jejuniis & ipſius patientia. 9 De operibus charitatis &c. 10 De D. Nicolai tranſitu ex hoc mundo. 11 Concluſio vitæ ejus, & de miraculis. *Porrò lectorem hîc monitum volo, me iteratis annotationibus non illuſtraturum ea, quæ in Vita prolixiori illuſtrata jam ſunt; ne actum agam.*

B b *Nihil hîc dicitur de Sancti canonicatu, quem tamen extra dubium eſſe, oſtendimus in Commentario prævio § 3.*

c *Hæc non ita accipias, quaſi Sanctus non niſi in Caſtro S. Angeli habitâſſet, antequam Tolentinum mitteretur, contrarium enim ex prolixiori Vita manifeſtum eſt. Itaque illud* poſtmodum *alia domicilia non excludit, ſed potiùs involvit.*

d *Ludovicus Muratorius tom. 6 Rerum Italicarum, col.* 1002 *notat,* gaidas *eſſe* fimbrias ſeu plicamenta muliebris veſtis, quæ ad talos uſque deſcendit, Italicè Ghede. Cangius *in Gloſſario legit* Gaydes *in plurali numero, & ab Italico* Ghode *deducens, Latinè* limbos *vel* Fimbrias *interpretatur, quæ veſtium talarium infimis oris dilatandis inſerviebant.*

e Saccone *Italis, Latinis eſt culcitra ſtraminea, ſeu ſtramine farta.*

f Mantellum & Mantum, *ab Italico* Manto, *Latinè* Pallium *eſt.*

g Capitale *Latinè* Cervical *eſt. Ita in Regula S. Benedicti cap.* 55 *legitur:* Stramenta autem lectorum ſufficiant matta, ſagum, lena & capitale.

C h Repezzare *Italicum verbum eſt à* Pezza *vel* Pezzo, *Latinè* Fruſtum, Fragmentum, *ut apud Muratorium tom.* 2 *Antiquitatum medii ævi, col.* 1263 *legere eſt. Itaque* tunica repezzata, *eſt tunica centonibus obſita. Eadem ſignificatione apud Cangium in Gloſſario* Repetiatus *a* Pecia *vel* Petia *legitur; eaque uſus eſt S. Antoninus, de* S. Nicolao *ſic ſcribens:* Tunicis aſperis & repetiatis induebatur. *Apud Jordanum de Saxonia* reapetiatis *legitur.*

i Brodium, *Italis* Brodo, *elixarum carnium aut alterius rei juſculum eſt. Varia hujus vocis exempla habes in Cangii Gloſſario.*

k *Hoc triduo ipſa Nativitatis ſanctiſſimæ Virginis ſolemnitas includenda eſt: hæc enim die* 8 *Septembris celebratur,* Nicolaus *verò die* 10 *ejuſdem menſis defunctus eſt. Ita de Chriſto Domino in Symbolo legimus:* tertia die reſurrexit à mortuis.

l *Hic ipſe eſt, qui, dum Proceſſus canonizationis ſub Joanne XXII inſtitueretur, teſtatus eſt, Sanctum ætatis anno ſexageſimo obiiſſe, teſte Gandolfo.*

m *De anno, menſis & hebdomadæ die, emortuali, ætateque, quâ obiit, conſule dicta in Commentario prævio à num.* 17. D

n *Hiſce ſubdit Gandolfus:* Deinde ſequitur in dicto Ms. (*Senenſi*) ſeries miraculorum unà cum teſtibus de ipſis deponentibus &c.: *Verùm hæc deſideramus.*

GLORIA
SANCTI POSTHUMA

§ I. Statim ab obitu à fidelibus invocatur: ſepulcrum miraculis claret: ſub Joanne XXII PP. Proceſſus canonizationis inſtitutus: cur dilata fuerit canonizatio. E

Statim poſt obitum claret miraculis:

Quæ ex biographo huc uſque recitavimus, nullum dubium relinquunt, quin Nicolaus *mox à beatiſſimo obitu ſuo, tamquam Sanctus, fidelium votis invocatus, ejuſque ſepulcrum frequenti concurſu populi ac multis prodigiis illuſtratum fuerit. Sanè Jordanus de Saxonia in Vitis Fratrum lib.* 2, *cap.* 13 *poſt relatam mortem* Nicolai, *quem ubique* Beati *vel* Sancti *titulo compellat, mox ſubdit:* Poſt cujus tranſitum plura miracula evidentiſſima meritis ejus facta ſunt: mirificavit enim Dominus Sanctum ſuum in Vita ſua, & ampliùs poſt mortem ſua ſigna & prodigia multiplicavit. *Idem cap.* XI, *narratis aliquot miraculis, dixerat:* Multa & innumera alia miracula Deus per eumdem beatum Virum operatus eſt, quæ vix lingua ſufficeret dicere, vel calamus exarare, & operatur hodierna die, de quorum aliquibus eſt Tractatus ſpecialis in fine libri. *Ita ipſe circa medium ſeculi* XIV: *at dolendum, quòd Tractatus, quem memorat, hodiedum deſideretur.* F

ad ejus tumulum unica nocte

2 *Memorabile eſt, & ad antiquum Sancti cultum confirmandum conducens, quod Torellius ad annum Chriſti* 1310, *id eſt, quarto quinquove ab obitu anno factum ſcribit, quodque propterea ejuſdem verbis Latinè verſis huc tranſfero.* Elapſi jam fuerant, *inquit,* quinque anni & ultrà, ex quo magnus Sanctus noſter Tolentinas ex hac inferiori mundi valle ad cæleſtis Hieroſolymæ celſitudinem avolârat; & licèt ſummus monarcha Deus ob magni Servi ſui merita, ejuſque efficaciſſimum patrocinium piis clientibus ejus, qui miſeriis preſſi potentiſſimam ipſius protectionem imploraverant, inſignia ſemper miracula conceſſiſſet, numquam tamen legitur tot unico tempore patrâſſe, quot hoc anno Domini MCCCX in ſolemniſſima nocte feſtivitatis omnium Sanctorum operatus eſt.

quadraginta quinque miracula

3 Omnes enim Sancti Vitæ auctores referunt, idemque ex ſolemni canonizationis Proceſſu manifeſtè conſtat, quòd, cùm frequens languentium variiſque malis afflictorum turba in eccleſiam, in qua ſanctum ejus corpus jacebat, pervigilatura conveniſſet, ut amiſſam valetudinem ex Sancti meritis reſtauraret, quinque & qua-

A quadraginta ſe prodigiosè eſſe ſanatos ſubitò agnoverint, indéque præ lætitia geſtientes, elatis vocibus magno Deo ac deinde glorioſo ſancto Nicolao debitas grates rependerint, quódque eodem tempore prædicti templi æra campana ſponte inſonuerint, concurrente univerſa civitate, & unoquoque benigniſſimo Deo gratias agente, quòd tam mirabile opus totque miracula ad magni ſervi ſui Nicolai gloriam eâ nocte manifeſtâſſet.

facta dicuntur.

4 *Eadem ferè ſcribit Simplicianus Saint-Martin Eremita S. Auguſtini & ſacræ Theologiæ profeſſor regius Toloſæ, in Hiſtoria Sanctarum & illuſtrium perſonarum ſui Ordinis, ubi ad faciendam dictis fidem, ſubjungit ſequentia:* Qui Tolentini fuerint, legere potuerunt horum miraculorum monumentum, prope æris campani turrim hiſce verbis exaratum: "Dum „in ſolemni Sanctorum omnium nocte permulti „fideles variis languoribus laborantes, in eccle„ſia divi Nicolai ex voto pervigilarent, ægris, „ſalus affunditur, mulier infida ad fidem pro„vehitur, campanis præ gaudio ex ſe pulſan„tibus, quadraginta quinque miracula à divo B „Nicolao eâdem nocte peracta probantur." *Diſſonat tamen à Torellio Sant-Martinus, dum memorata prodigia non anno* 1310, *ſed* 1325 *adſcribit. Albericius in Vita Sancti parte* 2, *cap.* 1 *ea ad annum* 1310 *pariter refert quidem, ſed laudatum monumentum pro miraculis anno* 1325 *factis recitat, ideoque, niſi error irrepſerit, cenſuiſſe videtur, prædicta prodigia poſteriori anno iterata fuiſſe. Ceterùm quamvis Torellius præter canonizationis Proceſſum laudet omnes Vitæ ſcriptores, nihil tamen ſimile apud Petrum de Monte Rubiano, aut Jordanum de Saxonia reperio: forſitan quia poſt ſcriptam ab illo Vitam contigêre: hic verò in Tractatu, quem deſiderari diximus, ea ipſa potuit conſignâſſe.*

Mirabile ſidus,

5 *Porrò præter conceſſa in miſerorum ſolamen miracula, quæ Sanctorum venerationem in fidelium animis ſolent accendere, accurſum populi haud dubiè multùm auxit mirabilis illa ſtella, quam, ut Sancto olim inter vivos degenti crebrò præluxiſſe, ita demortui tumulum ipſo, quo obierat die, mirabili ſanè prodigio illuſtrare quotannis ſoluiſſe, tradit biographus, & poſt hunc Jordanus de Saxonia. Prioris verba dedimus in Vita num.* 30 *& ſequentibus: poſterior lib.* 2, *cap.* 17 *hæc habet:* Sic etiam per omnia præparatus (*ad orationem*) fuit ille eximiæ ſanctitatis vir, B. Nicolaus de Tolentino, in cujus devotæ orationis & theoricæ contemplationis ſignum quædam ſtella præfulgida, cùm ad locum orationis iret, eum ſæpiùs anteceſſit. Cùm enim quâdam nocte Vir Dei diu in oratione perſtitiſſet in cella ſua, aliquantulùm obdormivit; & ecce in ſomnis apparuit ſidus clariſſimum, quantitate permaximum, motu velociſſimum, ſitu non altum, ſed quaſi prope terram ad ſtaturam hominis incedens.

quod Sancto viventi ſæpe præluxerat,

6 Videbatur autem, quòd hujuſmodi ſidus noviſſimum ex Caſtro S. Angeli, unde idem Sanctus traxerat originem, haberet initium, motu verò progrediens Tolentinum, ante altare poſt chorum oratorii, quod tunc erat verſusclauſtrum, ubi ipſe conſueverat frequentiùs celebrare de mane, & in die frequentiùs & de nocte interdum perſiſtere in oratione, ſtabilitatem haberet & terminum; ad cujus rei ſpectaculum gentes diverſarum provinciarum & linguarum (ut ei videbatur) convenerunt. Cùmque de hoc ſigno mirifico non tam illâ nocte, quàm pluribus aliis noctibus certificatus eſſet, cum admiratione intra ſe cogitare cœpit, quid ſibi hæc viſio ſignificationis portaret: ſed non inveniens, cuidam Fratri bonæ opinionis & laudabilis vitæ viſum ſuum ſub ſecreto aperuit: qui quodam prophetico ſermone reſpondit, dicens: Pater reverende, re vera hoc ſidus præſagium eſt ſanctitatis tuæ; nec mea mens vertit in dubium, quòd ubi ſidus explevit ſuum motum, ibidem locabitur corpus tuum, & ex multis miraculis, quæ ibi fient, ad percipienda beneficia ſanctitatis * gentes variæ, quæ te non noverant, undique properabunt & tumulum tuum adorabunt. AUCTORE C. S. * *fortè* ſanitatis

ejuſdem tumulum multis annis

7 At Vir ſanctus ſemper humilitate fulcitus ait: Depone, care Frater, talem opinionem; quia ſemper Chriſti ſervus inutilis fui: ipſe Deus mihi exponat, quia non intelligis viſum meum. Ad paucos autem dies, cùm ipſe more ſolito de die intraret oratorium, quædam ſtella quaſi motu progreſſivo ibat ante eum uſque ad altare prædictum; & cùm hoc quotidianis diebus accideret, intellexit in ſpiritu, quòd hæc ſtella illius, quam in nocte viderat, expreſſiva veritatis aliquid contineret. Cùm igitur die alio oratorium rurſus intraret, ſtella, ut priùs antecedebat eum; at Vir ſanctus reverentiâ & aliquali oratione ante memoratum altare factâ, in longum perambulans oratorium, ſtellam ultrà non videbat; ſed cùm ad altare ibat, mox ſtella ſuper eum locum apparebat; & cùm hoc per plures annos ante ſuum obitum ei accideret, ipſe non ſuam, ſed Dei gloriam cum omni humilitate recognoſcens, gratias egit Deo, bonorum omnium Largitori. E

in die emortuali illuſtrat.

8 Cùmque tempus ſuæ migrationis inſtaret, Fratres in omni charitate rogavit, ut in eo loco eum ſepelirent, & inde quocumque adveniente tempore nullatenus removerent. Conveniens quippe erat ubi ſpiritus Viri Dei tempore orationis ad exceſſus theoricos, teſte ſtellâ, ſublimari conſueverat, ibi corpus in meritorum ſuorum jugem memoriam remaneret. Ad evidentiorem autem divinæ Pietatis manifeſtationem factum eſt, ut poſt ejus obitum multis annis ſemper in die tranſitûs ſui, in qua gens infinita ad ſuum venerabile corpus pro ſanitatis remedio expectando confluebat, & non antè, nec poſtea, ab omnibus hominibus perſpicere volentibus rectè ſupra ſuum tumulum, quaſi ſe non movens, videbatur; ut daret intelligi, quòd B. Nicolaus non ſolùm in terris fulgebat miraculis, ſed & in cœlis præmiis jucundabatur æternis. *Hoc, inquam, ſtellæ prodigium conceptam de Viri ſanctitate exiſtimationem procul dubio multùm auxit, miſeroſque mortales ad Sancti tumulum attraxit. At quot annis ſtella iſta recurrerit, nec biographus nec Jordanus edicit: verumtamen cùm utriuſque loquendi modus ſatis inſinuet, illam eo, quo ſcribebant, tempore apparere deſiiſſe, veriſimile eſt, anno* 1326, *quo horum prior ſcripſit, jam ceſſâſſe.* F

C

Anno circiter vigeſimo ab obitu canonizatio tentatur.

9 *Quanta verò fuerit miraculorum magnitudo ac frequentia, colligere licet ex eo, quòd vigeſimo circiter poſt Sancti obitum anno, Chriſti ſcilicet* 1325, *Joanne XXII Eccleſiæ præſidente, de eodem inter Sanctos referendo, ſeriò fuerit agitatum. Quippe Amelius de Lautreco canonicus Regularis S. Auguſtini ac monaſterii S. Saturnini Toloſani abbas, poſtmodum Caſtrenſis in Occitania epiſcopus, eo verò tempore, ut videtur,*

AUCTORE C. S.

tur, jam Marchiæ Anconitanæ Rector, unà cum magistratibus ejusdem Marchiæ civitatum, apud Joannem XXII, Avenione residentem, institit, ut Nicolai *vitam ac miracula examinari juberet, eumque Sanctorum catalogo adscribere dignaretur; quibus Pontifex benignè annuens, eam provinciam Senogallienſi & Cæſenati episcopis, ac abbati monasterii S. Petri Perusini imposuit. Ita discimus ex Bulla ejusdem Joannis XXII, quam Innocentii VI insertam Brevi Laurentius Empoli in Bullario Ordinis Eremitarum S. Augustini recitat, ex quo eam huc transferimus.*

Bulla, quâ Joannes XXII episcopos Senogallienſem

10 Joannes Episcopus, Servus Servorum Dei. Venerabilibus fratribus Senogallienſi & Cæſenati episcopis, ac dilecto filio abbati monasterii S. Petri Perusini salutem & Apostolicam benedictionem. Pater luminum & misericordiarum, & totius consolationis Deus, qui secundùm multitudinem miserationum suarum Ecclesiam suam fœtu novæ prolis amplificat, & per novella Sanctorum miracula animas peccatorum illuminat, fidelium corda roborat, & accendit zelum ad æternæ lucis præmium animarum, multam nobis & meritò confert materiam gaudiorum, magnaque gratiarum & laudum impendenda sibi jugiter nobis debita cumulat, dum per ostensiones veridicas nostræ Fidei fundamenta confirmat, ad altiora spem fidelium erigit, ad virtutum amorem per Sanctorum exempla nos provocat, & viam, per quam itur ad patriam, evidenter ostendit; ut per hæc æterni spe præmii, malignitate superatâ, virtute terrena pessundemus vitia, & cum felici commercio pro caducis seculi (illo, qui Potens est, opitulante) nobis acquiramus æterna.

B

& Cæſenatenſem, & abbatem S. Petri Perusini

11 Nuper siquidem ex parte dilecti filii Amelii abbatis monasterii S. Saturnini Tolosani rectoris, & quàm plurimarum civitatum, castrorum & locorum insignium Marchiæ Anconitanæ fuit expositum coram Nobis & fratribus nostris, etiam cum frequenti instantia & pluries repetita, quòd recolendæ memoriæ Nicolaus de Tolentino, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Camerinensis diœcesis, diutiùs in eodem Ordine laudabiliter conversatus, sanctitatis nitore, dum vixit, emicuit, vitâ & conversatione resplenduit, ac magnis & multis, tam ante quàm post ejus obitum, in resuscitatione videlicet mortuorum, & diversorum curatione morborum, effugatione dæmonum, illuminando etiam cœcos & liberando captivos, surdis auditum & claudis gressum præbendo, & aliis quàm pluribus diversis & variis miraculis coruscavit. Quare pro parte ipsorum fuit Nobis humiliter supplicatum, ut de ipsius Nicolai vita & miraculis inquisitione præmissâ, si inveniremus prædicta veritate fulciri, Sanctorum catalogo adscriberemus, eundemque faceremus solemniter per universas orbis ecclesias venerari.

C

in Sancti vitam & miracula jubet inquirere.

12 Licèt autem præmissa, si vera sint, nostrum & fratrum nostrorum corda multâ jucunditate reficiant & labiorum vitulum Altissimo immolemus, qui bases columnarum nostræ fidei fundavit supra firmam petram; attendentes tamen hujusmodi negotium tam sublime tam arduum inscrutabile fore mortalibus & profundè ipsorum sensibus abditum, cùm nullus carne circundatus arcanâ possit scrutari cælestia, & vix queamus absque labore & quandoque defectu veridicè investigare terrena; & propter hoc Romana Ecclesia in tanto negotio consueverit cum exacta diligentia multaque maturitate procedere; considerantes etiam, quòd vos tanquam vicini loco, habere poteritis de præmissis plenam certitudinem veritatis; prædictorum rectoris, civitatum, castrorum & locorum supplicationibus inclinati, discretioni vestræ, de qua plenam in Domino fiduciam gerimus, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo vestrùm, in loco seu locis, de quibus expedire videritis, de vita & conversatione atque miraculis prædicti Nicolai ac de circumstantiis omnibus negotium hujusmodi contingentibus, juxta formam, quam vobis sub Bulla nostra mittimus intercluſam, inquiratis diligentiùs veritatem; & quæ super iis inveneritis, in scriptis redacta fideliter sub sigillis vestris per viros idoneos ad Sedem Apostolicam destinctis, ut per inquisitionem vestram diligenter instructi in hujusmodi negotio, ad laudem divini Nominis & honorem, firmamentum Catholicæ Fidei & consolationem fidelium populorum (dirigente Domino actus nostros) securiùs procedere valeamus. Datum Avenione, decimo Calendas Junii, Pontificatûs nostri anno nono.

D

Laudati episcopi anno 1326

13 *Hucusque Joannes XXII; cetera, quæ ibidem subduntur, verba sunt Innocentii VI, quibus fidem facit, apographum hoc suo autographo omnimodè esse conforme, ideoque ejusdem cum illo auctoritatis. Ceterùm cùm laudatus Joannes XXII die* VII *Augusti anno* 1316 *creatus sit Pontifex, Bullamque, quam recitavimus, Pontificatûs sui anno* IX, *decimo Calendas Junii consignaverit, manifestum sit, eam anno* 1325 *datam fuisse, adeoque eo anno, qui à* Nicolai *obitu erat circiter vigesimus, canonizationem ipsius tentatam fuisse. Porrò hanc Joannis Bullam Frater Petrus de Castello Provincialis Marchiæ Anconitanæ, & Frater Simon de Monticulo Prior Tolentini ad Federicum Senogallienſem & Thomam Cæſenatenſem episcopos detulerunt, qui post initum de more examen, quæ de Sancti gestis ac miraculis colligere potuerant, ad laudatum Pontificem, ut jussi fuerant, transmittenda curârunt.*

E

ad Pontificem transmittunt Processum,

14 *Ita constat ex Bulla Innocentii VI, data anno* 1357, *infrà recitanda, ex qua quædam huc spectantia accipe. Cùm dixisset, à Joanne XXII mandatum fuisse episcopis Senogallienſi ac Cæſenatenſi, & abbati S. Petri Perusini, ut in* Nicolai *vitam miraculaque inquirerent, ita prosequitur:* Dictique postmodùm duntaxat episcopi, ficut fide dignorum relatione percepimus, juxta ipsarum litterarum tenorem & directam eis formam prædictam, de præmissis diligentiùs inquirentes & repertam per inquisitionem hujusmodi super dicto negotio ad Sedem Apostolicam sub eorum sigillis fideliter remittentes, illa fecerunt per idoneum nuntium Prædecessori præfato, suisque Fratribus S. R. E. Cardinalibus, qui tunc erant, die videlicet quinta mensis Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo sexto, in consistorio præsentari; idemque Prædecessor illa nonnullis ex dictis Cardinalibus examinanda & sibi postmodùm referenda commisit, quorum examinatio & relatio dicto Prædecessori & singulis aliis Cardinalibus, qui tunc erant, tradita & etiam assignata.

F

qui Senis servari dicitur:

15 *Exstare istum Processum apud PP. Augustinianos Senenses, scribit laudatus Gandolfus his verbis:* Aſſervatur in eadem nostra bibliotheca Senensi tomus magnus Ms. fol. regali, in quo continetur Processus efformatus ab episcopis

A pis Federico Senogallienſi & Thoma Cæſennatenſi, Apoſtolicæ Sedis deputatis & commiſſariis ; nempe mandante Joanne XXII, ut ex Bulla in ipſo & in Bullario Ordinis inſerta, anno MCCCXXV data : *verùm is ad manus noſtras non pervenit ; niſi forte Ms. Senenſe, de quo in Commentario prævio num.* 8 *&* 9 *egimus, pars Proceſſûs ſit, quemadmodum ibidem num.* 10 *ſuſpicati ſumus.*

16 *Cur verò optato ſucceſſu pii conatus tum caruerint, habemus ex laudata Innocentii Bulla, in qua ſubdit :* Cùm autem ſicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Prioris generalis & Fratrum prædicti Ordinis petitio continebat, licèt per inquiſitionem, examinationem & relationem præmiſſas, & alia, quæ ſuper dicto negotio acta tunc temporis extiterunt, de ſanctitate converſationis & vitæ, ac miraculis ipſius Nicolai plenè ac evidenter appareat ; tamen propter occupationes multiplices dictæ Sedis & cauſas alias præfatum negotium juxtà morem, quem in talibus Romana ſervat Eccleſia, non potuerit expediri *&c. Clarius loquitur Eugenius IV in Bulla canonizationis infrà recitanda, ſic inquiens :* Itaque hujus beati Viri, quando vitâ eſt functus, famâ ſummaque ad eum populorum devotione creſcentibus, felicis recordationis Joannes Papa XXII, Prædeceſſor noſter, Avenione cum ejus curia præſidens, cum Fratribus ſuis cœpit de ejus canonizatione tractare, quam niſi ejus obitus & horrenda ſuperveniſſent ſchiſmata, procul dubio conſummâſſet. *Hæc ipſi, Ludovici Bavari tyrannidem, & Petri de Corbario, qui hujus ope ſub Nicolai V nomine Pontificatum invaſerat, neſarium ſchiſma, ac denique Joannis XXII obitum, qui in annum Chriſti* 1334 *incidit, allegantes.*

ratio dilatæ canonizationis.

B

§ II. Canonizatio iterum tentata ſub Innocentio VI PP. ; ſed conatu irrito.

C

Auctо Nicolai cultu,

QUamquam *ob rationes ſuprà allatas* Nicolaus *Sanctorum albo à Joanne XXII adſcriptus non fuerit, videtur tamen publicus ejuſdem cultus à Sede Apoſtolica jam tum permiſſus fuiſſe : imò Lucas Caſtellinus in Tractatu de certitudine gloriæ Sanctorum canonizatorum cap.* 2, *puncto* 58, *ex Hieronymo Romano lib.* 4 *de Republica Chriſtiana refert, eum jam centum annis ante canonizationem, quæ anno* 1446 *peracta eſt, beatificatum fuiſſe, feſtumque cum Officio de illo agi ſoluiſſe. Certè conſtat hoc ipſo ſeculo* XIV *erecta ipſi fuiſſe altaria ac ſacella, indulgentias à ſummis Pontificibus ad ipſius honorem conceſſas, feſtumque de eo diem quotannis celebratum fuiſſe, quemadmodum ſuis locis infrà oſtendemus.*

& miraculis increbeſcentibus, cauſa

18 *Interea* Nicolaus *novis indies miraculis magis magiſque inclareſcebat ; quibus Patribus Auguſtinianis injecta mens eſt intermiſſam canonizationis cauſam reſumendi. Itaque Innocentio VI, qui univerſæ Chriſti Eccleſiæ tum præerat, ſupplicârunt, ut miracula, quæ poſt primum proceſſum increbuerant, examinari mandaret. Annuit Innocentius, Bulláque anno* 1357 *datâ eorumdem examen Eminentiſſimo Cardinali Ægidio Carillio, Sabinenſi epiſcopo, ſuoque per Italiam legato curandum impoſuit. Exſtat ea Bulla in Bullario Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, unde huc tranſcripſi.* Innocentius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Venerabili fratri Ægidio epiſcopo Sabinenſi, Apoſtolicæ Sedis legato ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Quæ ad divini nominis laudem ac ſplendorem Catholicæ fidei, & conſolationem fidelium populorum per Sedem Apoſtolicam ſunt laudabiliter inchoata, libenter & ſtudiosè proſequimur, & ad conſummationem illorum, quantùm poſſumus, diligentem operam adhibemus.

AUCTORE C. S.

canonizationis jub Innocentio VI reſumitur,

19 Dudum ſiquidem pro parte rectoris, qui tunc erat, & quamplurimarum civitatum, caſtrorum & locorum inſignium Marchiæ Anconitanæ expoſito fel. rec. Joanni Papæ XXII prædeceſſori noſtro, quòd recolendæ memoriæ Nicolaus de Tolentino, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, Camerinenſis diœceſis, diutius in eodem Ordine laudabiliter converſatus, ſanctitatis, dum vixit, nitore micuerat, vitæ converſatione ſplenduerat, ac magnis & multis tam ante quàm poſt ejus obitum, in reſuſcitatione videlicet mortuorum, diverſorum curatione morborum, effugatione dæmonum, illuminando etiam cæcos & liberando captivos, ſurdis auditum & claudis greſſum præbendo, & aliis quàmpluribus diverſis & variis miraculis coruſcârat.

E

cujus Bulla

20 Dictoque Prædeceſſori pro dictorum exponentium parte humiliter ſupplicato, ut de ipſius Nicolai vita & miraculis inquiſitione præmiſſa, ſi prædicta invenirentur veritate fulciri, eumdem Nicolaum catalogo Sanctorum adſcribi, eumque faceret ſolemniter per univerſas orbis eccleſias venerari ; idem Prædeceſſor dedit Senogalienſi & Cæſenati epiſcopis ac abbati monaſterii S. Petri Peruſini, qui tunc erant, per ſuas litteras in mandatis, ut ipſi vel duo eorum, in loco ſeu locis, de quibus expedire viderent, de vita & converſatione atque miraculis dicti Nicolai & de circunſtantiis omnibus negotium hujuſmodi contingentibus inquirerent juxta formam eis per dictum Prædeceſſorem ſub Apoſtolica Bulla tranſmiſſam, diligenter veritatem, & quæ ſuper iis invenirent, in ſcriptis redacta fideliter ſub eorum ſigillis per viros idoneos ad Apoſtolicam Sedem deſtinarent, prout in ejuſdem Prædeceſſoris literis plenius continetur.

F

ad Eminent. Ægidium Carillium

21 Dictique poſtmodùm duntaxat epiſcopi, ſicut fide dignorum relatione percepimus, juxta ipſarum literarum tenorem & directam eis formam prædictam, de præmiſſis diligentius inquirentes, & repertam per inquiſitionem hujuſmodi ſuper dicto negotio ad Sedem Apoſtolicam ſub eorum ſigillis fideliter remittentes, illa fecerunt per idoneum nuntium Prædeceſſori præfato ſuiſque fratribus S. R. E. Cardinalibus, qui tunc erant, die videlicet quinta menſis Decembris, anno Domini milleſimo treceteſimo vigeſimo ſexto in conſiſtorio præſentari, idemque Prædeceſſor illa nonnullis ex dictis Cardinalibus examinanda & ſibi poſtmodum referenda commiſit ; quorum examinatio & relatio dicto Prædeceſſori & ſingulis aliis Cardinalibus, qui tunc erant, tradita & etiam aſſignata.

Sedis Apoſtolicæ legatum recenſetur ;

22 Cùm autem, ſicut exhibita nuper nobis pro parte dilectorum filiorum Prioris generalis & Fratrum prædicti Ordinis petitio continebat,

AUCTORE C. S.

licèt per inquisitionem, examinationem & relationem præmissas & alia, quæ super dicto negotio acta tunc temporis exstiterunt, de sanctitate conversationis & vitæ ac miraculis ipsius Nicolai plenè ac evidenter appareat; tamen propter occupationes multiplices dictæ Sedis & causas alias præfatum negotium juxta morem, quem in talibus Romana servat Ecclesia, non potuerat expediri, & interim ipse misericordiarum Pater à dicto tempore remissionis & præsentationis præmissorum in ipso Nicolao virtutis * sive opera manifestatis * quàm plurima propter ipsius Nicolai merita miracula fuerit operatus, & continuò operetur; fuit nobis pro parte ipsorum Prioris & Fratrum humiliter supplicatum, ut ad pleniorem indaginem veritatis & clarificandum propensam celebrem ipsius Nicolai memoriam, de dictis miraculis post tempus prædictum ob ipsius merita, ut præmittitur, factis diligenter inquiri de benignitate Apostolica mandaremus.

* *fortè* virtutes
* *fortè* manifestationis

23 Nos igitur attendentes, quòd quantò virtutum lumina perspicaciùs inspectantur, tantò clariùs elucescunt, quantóque magis teruntur aromata, tantò fortiùs redolescunt, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per Apostolica scripta mandamus, quatenus de hujusmodi miraculis, quæ à præmissæ præsentationis tempore divina Clementia ob ipsius Nicolai merita operata extitit, ut præfertur, per te vel per alios ad præmissa idoneos, in locis, ubi expedire videris, juxta formam, quam sub Bulla nostra tibi mittimus intercluſam, inquiras diligentiùs veritatem, & quæ super iis inveneris, fideliter in scriptis redacta, nobis sub tuo sigillo cum tuarum literarum, harum seriem continentium, testimonio intimare procures; ut in dicto negotio, favente Deo, certiùs agi valeat & procedi. Datum Avenioni Idibus Aprilis, Pontificatûs nostri anno quinto; *id est Christi* 1357.

sed successu irrito.

B

24 *Quid porrò hac in parte præstiterit laudatus Eminentissimus Carillus, non reperi; nec quisquam, quòd sciam, confecti ab eo Processûs meminit. Torellius ad annum Christi* 1359 *num.* 3 *& seqq. existimat eo anno in Ordinis sui comitiis Patavii celebratis, in quibus R. P. Matthæus Ascalanus Generalis totius Ordinis Magister electus est, inter varia decreta unum de urgenda* S. Nicolai *canonizatione editum fuisse, eumque in finem authenticum Bullæ Joannis XXII apographum per Augustinum de Brisaco, generalem Ordinis procuratorem, ex Pontificio Registro describendum, ab Innocentio VI flagitatum concessumque esse. Ita ipse non improbabiliter censuit, quia in Bullario Ordinis apud Empoli exstat laudati Innocentii Bulla, anno Pontificatûs ipsius octavo data, quâ memoratæ Joannis XXII Bullæ authenticum apographum Patribus Augustinianis concedit: estque ea, quam subjicimus.*

Alia ad eamdem

C

25 Innocentius Episcopus, servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Tenorem quarumdam literarum fel. rec. Joannis Papæ vigesimi secundi, prædecessoris nostri, in Registro ipsius prædecessoris nostri repertum, ad dilecti filii Augustini de Brisaco, Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini professoris, & eorumdem Fratrum & Ordinis generalis procuratoris, asserentis, se dicto tenore pro ipso Ordine indigere, supplicationis instantiam, de Registro ipso de verbo ad verbum transcribi, &

causam

præsentibus annotari fecimus, qui talis est. *Tum sequitur, Bulla Joannis XXII, quam à num.* 10 *suprà recitavimus. Deinde Innocentius in hunc modum prosequitur:* Ceterùm ut earumdem literarum tenor prædictus, sic insertus, omnimodam rei seu facti certitudinem faciat, Apostolica auctoritate decernimus, ut illud idem robur, eamque vim, eumdemque vigorem dictus tenor per omnia habeat, quem haberent originales literæ supradictæ, & eadem prorsus eidem tenori fides adhibeatur, quandocumque & ubicumque, sive in judicio vel alibi fuerit exhibitus vel ostensus, ut eisdem stetur firmiter in omnibus, sicut eisdem originalibus staretur literis, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli igitur *&c.* Datum apud Villam novam Avenionensis diœcesis, quarto Idus Julii, Pontificatus nostri anno octavo: *id est Christi* 1360.

D

spectantia.

26 *Quantùm tum temporis ea causa promota fuerit, planè ignoro, ipseque Torellius ignorare se fatetur; asserit tamen constare sibi, varia instrumenta eò spectantia tum confecta fuisse: quæ tamen hæc fuerint, nec ipse edicit, nec alibi potui reperire; ideoque mihi verisimilius apparet, aut parùm aut nihil tum effectum fuisse. Sub eo tamen Pontifice re vera actum fuisse de* Nicolao *inter Sanctos referendo, etiam habemus ex Bulla Sixti V, anno* 1585 *pro restituenda Sancti festivitate edita; in ea enim sic loquitur Pontifex:* Hunc itaque miraculorum signis, in quo inexhausta Dei benignitas in vita ac post mortem operari voluit, adducti felicis recordationis Joannes XXII & Innocentius VI primò in numerum Sanctorum referre concurrerunt *&c. Ceterùm verisimile est, Innocentii mortem, quæ in annum* 1362 *incidit, pios conatus irritos feciſſe.*

E

§ III. Cultus ante canonizationem ipsi exhibitus; erecta sacella & altaria: insignes indulgentiæ à Bonifacio IX PP. concessæ in ipsius festo, & die Dominica infra Octavam.

F

Eodem, quo obiit, seculo

Repto è vivis Innocentio VI, Urbanus V, Gregorius XI ac denique Urbanus VI succeßêre; sub quo ultimo deplorandum schisma, quod in Martini V Pontificatu tandem exstinctum est, Ecclesiam Dei miserandum in modum afflixit; quare nil mirum est, quòd dudum inchoata canonizationis causa tam luctuosis temporibus veluti sopita permanserit. Increbuerunt tamen interim Nicolai *miracula, & cum miraculis populi ergo ipsum veneratio, ita ut jam* Beati Sanctique *titulo, non modò à vulgo, sed etiam à summis Pontificibus honoraretur, ac publico cultu gauderet. Nolo equidem singula hujus rei indicia hic congerere, quæ ex variis Gloriæ posthumæ locis colligere est; præcipua tamen hoc § exponam, ut liqueat,* Nicolaum *nostrum, priusquam ab Eugenio IV inter Sanctos referretur, publicis omnium votis, altaribus ac sacellis celebratum fuisse.*

ipsi sacella

28 *Ac primò quidem jam ab anno* 1338 *vel proximè subsecuto erectum ipsius nomini sacel-*

A *cellum Anconæ in Piceno fuiſſe, oſtendit Torellius ad annum Chriſti* 1338, *producens inſtrumentum quoddam anno* 1339 *à Fratre Jacobo de Ancona, qui conventui Anconitano tum præerat, ad rei memoriam confecto, ex quo hæc tranſcribo:* Ad laudem & reverentiam omnipotentis Dei, ſuæque Matris glorioſæ Virginis Mariæ, beati Auguſtini & Nicolai confeſſorum, & omnium Sanctorum & Sanctarum ejus, & ad perpetuam rei memoriam. Univerſus populus civitatis Anconæ dedicavit & fundavit hanc eccleſiam Fratrum Eremitarum Ordinis S. Auguſtini de Ancona, nomine & vocabulo S. Mariæ populi, & capellam inferiorem ſubtus dictam eccleſiam, nomine & vocabulo B. Nicolai de Tolentino & ſanctæ Requiei pro ſtatu pacifico & tranquillo Anconæ civitatis & populi.

& altaria 29 *Poſt hæc recenſentur nomina eorum, qui primos lapides in fundamenta miſerunt, ac denique ſubditur:* Anno à Nativitate ejuſdem Dei & Domini noſtri Jeſu Chriſti MCCCXXXIX, Indictione VI, die IX menſis Novembris, tempore Domini Benedicti Papæ XII, in Dedicatione baſilicæ Salvatoris; in cujus rei teſtimonium F. Jacobus de Ancona Prior dicti loci & Ordinis præſentes litteras fieri fecit & ſigillis prædictorum omnium (*ſcilicet qui fundamentis ſolemniter jaciendis adſtiterant*) præmuniri. *Laudat præterea hujus eccleſiæ fundationis dedicationiſque monumentum marmoreæ tabulæ inſcriptum; in quo annus* 1338 *cum eadem Indictione, dieque ac menſe ſignatur.*

B

erecta, feſtumque ejus celebratum: 30 *Piſis quoque ac forte etiam alibi erectum ipſi fuiſſe altare, diemque ipſius feſtam eodem ſeculo celebrari ſolitam fuiſſe, diſcimus ex Herrera in Alphabetho, ubi habet ſequentia:* Reperi etiam in Regiſtris Ordinis, die VIII Julii, anno MCCCLXXXVII hæc verba Prioris generalis de conventu Piſano loquentis: " Ei conceſſi-
„ mus, ut recipere poſſit DVI libras, quas ha-
„ bere debet ab illis de Bondi, convertendas
„ ſimiliter in poſſeſſiones pro dotibus altarium
„ S. Nicolai de Tolentino & S. Urſulæ „ &c. Et die IX Junii, anno MCCCLXXXVIII: " Hinc
„ ad feſtum B. Nicolai de Tolentino immedia-
„ tè futurum „. Et die XXII Januarii, anno MCCCLXXXIX: " Inſtituimus & fecimus capellanum
C „ Fr. Paulum de Tolentino lectorem oratorii
„ ſive capellæ S. Nicolai de Tolentino „ *&c.*

inſignes indulgentiæ à Bonifacio IX 31 *Neque verò populi hæc tantùm fuit erga* S. Nicolaum *veneratio, ſed & Bonifacius IX ejuſdem Sancti ſacellum Tolentini, ad augendum populi concurſum, inſignibus indulgentiis donavit, teſte laudato Herrera, qui loco mox citato his verbis proſequitur:* Et quod magis eſt, Bonifacius IX Bullâ datâ Romæ Calend. Martii anno ſecundo Pontificatûs, & Chriſti MCCCXCI, indulgentiam Portiunculæ conceſſit viſitantibus capellam S. Nicolai (ſic illum Pontifex vocat) de Tolentino in ejus feſtivitate. Fit hujus Pontificiæ conceſſionis mentio in actis capituli Erbipolenſis anno MCCCXCI celebrati, ubi ſic habetur: " Item, ut noſtræ Reli-
„ gionis fama ampliùs dilatetur, & in Dei po-
„ pulo devotio creſcat uberiùs, diffinimus &
„ præſenti diffinitione monemus Provincialibus *
„ Prioribus & localibus, & exhortamur in Do-
„ mino, quatenus in eorum piis informationi-
„ bus gratiam & indulgentiam modò conventui
„ de Tolentino in die B. Nicolai per Apoſtoli-
„ cam Sedem conceſſam per ſanctiſſimum in
„ Chriſto P. & D. N. D. Bonifacium, divinâ
„ providentiâ Papam IX, per ſeipſos ſubditoſ- AUCTORE
„ que ſuos publicent ſub forma, quâ ſereniſſi- C. S.
„ ma Venetiarum civitas in feſto Aſcenſionis in
„ eccleſia S. Marci à Sede habet eadem.

in Sancti feſto conceſſæ. 32 „ Inducentes Chriſticolas tam in confi-
„ liis, quàm in confeſſionibus, exhortationi-
„ bus, quoad acceſſum & peregrinationem ad
„ eccleſiam & conventum B. Nicolai de Tolen-
„ tino, ſuperiùs expreſſam, in die depoſitionis
„ ejuſdem, quæ celebris eſt die X menſis Se-
„ ptembris; volentes, quòd Priores provincia-
„ les in eorum provinciis, ſingulique Priores
„ ſibi ſubditos monerent, cæteroſque Fratres ad
„ conſimilia peragendum; addentes, quòd ad
„ minus Fratribus quatuor de eorum provinciis,
„ ad conventum ſæpe dictum progredi volenti-
„ bus, Provinciales eorum licentiam debeant
„ impertiri, niſi caſus obſiſteret retractivus „.

error Herreræ corrigitur. 33 *Ex hoc capituli Herbipolenſis, quod Joſephus Pamphilus in Chronico eodem anno* 1391 *celebratum etiam notat, decreto conſtat, inſignes indulgentias in die feſta* S. Nicolai *viſitantibus ipſius eccleſiam Tolentini à Bonifacio conceſſas eſſe: verum vehementer hallucinatus* E *eſt Herrera, dum hæſce cum aliis, quas aliquot annis poſt idem Pontifex eidem eccleſiæ largitus eſt, confundens,* indulgentiam Portiunculæ *nuncupavit. Erroris cauſa fuit malè intellectus Pontificatûs annus, quem, cùm in Bulla mox recenſenda* XI *notaretur, ipſe facili cyfrarum* XI *&* II *lapſu* ſecundum *interpretatus eſt, ideóque ad annum Chriſti* 1391 *retulit, qui ad* 1400 *erat remittendus. Porrò hanc indulgentiarum conceſſionem ab illa diverſam eſſe, oſtendit Torellius ad annum* 1391 *num.* 4 *&* 5, *inter cetera rectè obſervans, priores, de quibus capitulum Herbipolenſe meminit, ipſi feſto ea* ſub forma, quâ ſereniſſima Venetiarum civitas in feſto Aſcenſionis in eccleſia S. Marci à Sede habet eadem, *affixas fuiſſe; poſteriores verò Dominicæ primæ poſt feſtum ad normam earum, quæ* Portiunculæ *dicuntur. Plura, lector ex Bulla mox ſubdenda intelliget.*

Item aliæ indulgentiæ 34 *Joſephus Pamphilus, epiſcopus Signinus, in Chronicis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini ad propoſitum noſtrum ſic habet:* Anno MCD Bonifacius nonus Pont. Max. concedit annuatim eamdem indulgentiam & remiſſionem pec- F
catorum, quæ eſt Aſſiſii in feſto Portiunculæ, viſitantibus ſacellum beati Nicolai de Tolentino in Dominica feſtum ejuſdem beati Nicolai immediatè ſequente, à primis Veſperis uſque ad totum diem ipſius Dominicæ; & vult, quòd Prior monaſterii S. Auguſtini de Tolentino cum quinque aliis ſacerdotibus, ab eo deputatis, poſſint per decem dies ante dictam Dominicam fideles confluentes annuatim pro dicta indulgentia, confeſſionibus auditis, ab omnibus caſibus (niſi ſint Sedi Apoſtolicæ reſervati) abſolvere & pœnitentiam ſalutarem eiſdem injungere.

ab eodem Bonifacio 35 *Bullam ipſam ex Bullario Laurentii Empoli accipe.* Licèt is, de cujus munere venit, ut ſibi à ſuis fidelibus dignè & laudabiliter ſerviatur, de abundantia ſuæ pietatis, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſervientibus ſibi multò majora retribuat, quàm valeant promereri; nihilominus tamen deſiderantes Domino populum reddere acceptabilem & bonorum operum ſectatorem, fideles ipſos ad complacendum ei, quaſi quibuſdam allectivis muneribus, indulgentiis videlicet & remiſſionibus, invita-

* *Torel.* Provinciales *&c.*

mus,

AUCTORE C. S.

mus, ut exinde reddantur divinæ gratiæ aptiores.

pro Dominica infrà Octavam quotannis

36 Cupientes igitur, ut capella S. Nicolai de Tolentino, sita juxta ecclesiam S. Augustini, Camerinensis diœcesis, congruis honoribus frequentetur, & ut Christi fideles eò libentiùs causâ devotionis confluant ad eandem, quò ex hoc ibidem dono cælestis gratiæ uberiùs conspexerint se refectos; de omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus verè pœnitentibus & confessis, qui in Dominica festum ipsius S. Nicolai immediatè sequente à primis vesperis usque per totum diem ipsius Dominicæ capellam ipsam devotè visitaverint, annuatim illam indulgentiam & remissionem peccatorum auctoritate Apostolica concedimus, quam visitantes ecclesiam beatæ Mariæ in Portiuncula, aliàs dictam de Angelis, extra muros Asisinates, primâ & secundâ diebus mensis Augusti annuatim auctoritate præfata quomodolibet consequuntur.

B *cum ampla absolvendi potestate*

37 Et nihilominus, ut fideles ipsi in hujusmodi Dominica ad dictam capellam confluentes, conscientiæ pacem & animarum salutem (Deo propitio) uberiùs consequantur, ac indulgentiæ hujusmodi participes efficiantur, dilecto filio Priori S. Augustini de Tolentino dictæ diœcesis, qui pro tempore fuerit, ut ipse per se & quinque sacerdotes idoneos sæculares vel Religiosos, qui, ac etiam ipse Prior, confessionibus omnium Christi fidelium hujusmodi per decem dies ante dictam Dominicam & per eamdem ad capellam ipsam confluentium annuatim, & eis confiteri volentium, confessionibus diligenter auditis, eis pro commissis, præterquam in casibus Sedi Apostolicæ reservatis, absolutionis debitæ beneficium auctoritate nostra impendere, & pœnitentiam salutarem injungere valeant, deputare possit auctoritate prædicta, tenore præsentium concedimus facultatem.

visitantibus tumulum concessæ

38 Volumus autem, quòd, si aliàs visitantibus capellam ipsam, vel ad ejus fabricam seu conservationem manus porrigentibus adjutrices, vel aliàs inibi pias eleemosynas erogantibus, aut aliàs aliqua alia indulgentia in perpetuum, vel ad certum tempus nondum elapsum, duratura, per nos concessa fuerit, hujusmodi præsentes

C literæ nullius existant roboris vel momenti. Datum Romæ apud S. Petrum, Calendis Martii, Pontificatûs nostri anno undecimo. *Hæc laudatus Empolius* ex Bulla originali, quæ cum sigillo plumbeo asservatur Romæ in archivo Ordinis num. 2, *ut præmiserat.*

anno 1400.

39 *Ex annotato Pontificatûs anno & Calendis Martii, eruimus, Bullam hanc anno Christi* 1400, *ut rectè habet Pamphilus, non autem* 1401, *ut in margine perperam annotavit Empolius, datam fuisse. Bonifacius enim initio Novembris anni* 1389 *creatus est Pontifex, eodemque mense coronatus, atque adeò annus ejus undecimus Calendis Martii anno* 1400 *currebat, ejusdemque anni mense Novembri terminabatur. Ceterùm Torellius ad hunc annum, num.* 23 *observat, prædictas indulgentias ac facultatem, in Bulla expressas, anno* 1679, *quo scribebat, Tolentini etiam viguisse, cum numeroso non tantùm ex Marchia Anconitana, sed & ex aliis regionibus, peregrinorum ad prædictam ecclesiam in Dominica, quæ Sancti festum proximè subsequitur, concursu. Hinc colligimus, indulgentias, quas capitulum Herbipolense commemorat, aut revocatas, aut ad paucos tantummodò annos tum jam elapsos concessas fuisse, cùm Pontifex posteriores in hac Bulla contentas alioquin irritas esse voluerit.* D

Ante canonizationem Sanctus appellatur.

40 *Notatu quoque dignum est*, Nicolaum, *pendente canonizationis processu, à Pontifice nondum inter Sanctos relatum*, Sancti *titulo ab eodem illustratum fuisse. Denique quanta jam tum populi frequentia ad ejusdem tumulum affluere soluerit, colligere licet ex facultate ab eodem Bonifacio in prædicta Bulla Priori Tolentinati facta, quinque sacerdotes eligendi, quibuscum per dies undecim pœnitentiæ Sacramentum lucraturis indulgentias administraret. Hæc de cultu ante canonizationem Sancto publicè delato sufficiant, plura per decursum sese offerent ejusdem argumenti indicia, interim ad canonizationem progredior.*

§ IV. Inter Sanctos refertur ab Eugenio IV PP.: Bulla canonizationis recensetur. E

Sanctis adscribitur

F *Luxerant à Sancti obitu anni circitèr* 140, *cùm Eugenius IV Pontifex inchoatam à Joanne XXII centum & viginti antè annis canonizationis causam ad diu desideratum finem tandem feliciter perduxit. Latissimi hujus eventûs testem habemus S. Antoninum, auctorem synchronum, qui parte* 3 *Historiarum, titulo* 22, *cap.* XI, § 17, *de Eugenio sic scribit:* Demum ad urbem Romanam perveniens, cum honore & gaudio receptus est. Ibi autem existens beatum virum Nicolaum de Tolentino, Ordinis Eremitarum, qui per plurimos annos antè obierat, quum claruisset multis miraculis, quæ sunt recitata in publico consistorio, Eugenius Sanctorum catalogo de communi consilio & assensu Cardinalium & prælatorum adscripsit, & celebrandum ejus festum ac colendum universis fidelibus tradidit.

ab Eugenio IV

42 *Tempus, quo hæc acta sunt, habemus ex Josephi Pamphili Chronico, in quo hæc lego:* Cùm Eugenius IV ab innumerabilibus, iisque dignissimis fide viris, sanctitatem ejus & miraculorum, nullo tempore interrupto, multitudinem ac magnitudinem cognovisset, celebrato œcumenico concilio Florentino, Armenis & Indis in fidei unitatem coëuntibus, & inter Romanam & Græcorum Ecclesiam pace demum conventa, Romam reversus, beatum virum Nicolaum in Sanctos retulit: nam à templo S. Petri cum omni clero publica supplicatione ad ecclesiam S. Augustini procedens, Missæ solemnia, magno Cardinalium omnium & prælatorum conventu, astante etiam populo Romano, idem Pontifex celebravit anno Domini millesimo, quadringentesimo', quadragesimo sexto, Nonis Junii, quæ fuit Pentecostes feria secunda.

die 5 Junii.

43 *Inter Officia propria Eremitarum S. Augustini ea festivitas ad diem* v *Junii quotannis recolenda præscribitur, ibidemque idem annus, eademque mensis dies, sed quæ rectiùs in ipsam Pentecostes diem tum incidisse dicitur, in hunc modum assignatur:* Qui (*Eugenius IV*) Florentino œcumenico concilio celebrato, in Urbem reversus, beati Viri gestis ac miraculis super ter centum iterùm ritè atque ordine cogni-

A tis & probatis, eumdem solemni pompâ Sanctorum Fastis adscripsit anno post Christum natum millesimo quadringentesimo quadragesimo sexto, Nonis Junii, ipsa die Pentecostes tum incurrente. *Inter Auctaria quoque Usuardina apud Sollerium nostrum editio Lubeco-Colonienſis ad* v *Junii hujus canonizationis meminit his verbis :* Eâdem die Canonizatio S. Nicolai de Tollentino, presbyteri & confessoris, Ordinis Eremitarum. *Hæc dubitare nos non sinunt, quin canonizationis solemnitas die* v *Junii re ipsa contigerit.*

anno 1446. 44 *Joannes Stella relatus apud Papebrochium parte secunda Conatûs ad Catalogum Romanorum Pontificum, pag.* 119 *obscuriùs loquitur ; sic enim habet :* Obiit autem (*Eugenius*) anno à natali Domini MCCCCXXXXVI, XII Kalendas Martii, ætatis suæ LXIV, quo quidem anno B. Nicolaum de Tolentino in sanctos retulit confessores. *Obiit autem Eugenius anno nostro vulgari* 1447 *: annus verò à Stella notatus, ducto numerandi initio à* XXV *Martii, incidit partim in annum vulgarem* 1446, *partim in* 1447, *ideoque certò dici non potest, utrum è duobus voluerit designare, præsertim quia posteriori Bulla canonizationis primùm edita est, ut infrà ostendemus. Verumtamen cùm ex dictis liqueat, solemnitatem canonizationis die* v *Junii ab Eugenio peractam fuisse, & memorata Bulla Kalendis Februarii anno* 1447 *vulgari signetur, quo anno ac mense Eugenius defunctus est, omnino dicendum est,* S. Nicolai *ca-*

B *nonizationem in annum Christi vulgarem* 1446 *incidisse.*

Miracula 301 *probata :* 45 *Relationem vitæ Sancti nostri, pro canonizatione ipsius coram Eugenio IV recitatam, dedimus suprà sub titulo* Vitæ secundæ, *ex fide Dominici Gandolfi, qui, ut asserit, eam ex Ms. codice bibliothecæ S. Augustini Senensis excerpsit, aitque præter eam exstare in eadem biblioiheca Processum jussu Joannis XXII ab episcopis Senogallienſi & Cæsenatensi olim confectum ; verùm tam hic, quàm miracula, quæ dicta Relationi subjici affirmat, ad manus meas non pervenerunt : vide tamen dicta num.* 8 & 10 *Commentarii prævii. Porrò trecenta & unum miracula, ad quorum probationem trecenti septuaginta & unus testes examinati sunt, in regestis annotata, & coram Eugenio IV in publico consistorio tum prælecta fuisse, testatus ipse est in Bullâ infrà recensenda. Torellius ex fama narrat, advocatum consistorialem trecenta illa miracula absque ulla hæsitatione memoriter recitâsse ; quod cùm Eugenius prodigii instar haberet, ab eo jussum esse, ut & hoc trecenis reliquis adderetur, atque ita trecenta & unum numerata fuisse. Verùm hæc ex fama tantummodò à se referri ipse fatetur.*

C

puer submersus revivisce : 46 *Certiora apparent, quæ ad diem* v *Junii, quâ Sancti canonizatio recolitur, in Officiis propriis Ordinis Eremitarum S. Augustini leguntur his verbis :* Ceterum insigni miraculo hæc ipsa celebritas nobilitata fuit : puer enim, tubicinis cujusdam filius, ab Ælio ponte, prementibus turbis, in Tyberim dejectus, atque inde urinatorum operâ exanimis vix demùm extractus, patre pro eo S. Nicolao votum nuncupante, paulò pòst summa omnium admiratione revixit. *Eadem habet Torellius, qui hæc facta scribit, dum Pontifex ad ecclesiam Augustinianorum procederet, ut* Nicolaum *ibidem solemni ritu Sanctis adscriberet.*

47 *Orationem, quâ in hac solemnitate usus est Pontifex, recitat Josephus Pamphilus in Chronico, estque eadem, quæ pro annua Canonizationis festivitate in mox laudatis Officiis præscribitur. Josephi verba accipe :* Itaque Eugenius Papa, qui eum singulari quodam studio in Sanctorum numerum retulisset, eidem piam admodùm ac memorabilem orationem hujusmodi contextam verbis decantavit : Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut Ecclesia tua, quæ in fine seculorum ineffabili providentiâ beati Nicolai confessoris tui virtutum & miraculorum magnitudine coruscat, ipsius meritis & intercessione eliminatis erroribus, perpetua pace ac unitate lætetur. Per Dominum. AUCTORE C. S. *oratio, quâ tunc usus est Pontifex :*

48 *Porrò Ecclesiæ pacem ac unitatem, quas hac oratione Eugenius postulabat, quæque deinde sublato omni schismate subsecutæ sunt,* S. Nicolai *meritis acceptas refert Sixtus V Pontifex in Bulla* XXII *Januarii anno* 1585 *pro celebratione Officii ejusdem ritu duplici data, in qua ita loquitur :* Post cujus relationem inter numerum Sanctorum celeberrimum maximumque illud miraculum extitit, quòd Ecclesia Romana, jam per annos ampliùs quinquaginta schismatum diffidiis gravitèr afflicta, hujus beati Viri meritis & intercessione sublatis erroribus, pacem præter spem summam consecuta est. *Ecclesiæ pax subsecuta,*

E

49 *Hinc etiam in Officio canonizationis ejusdem ad diem* v *Junii legitur :* Sed & illud celeberrimum extitit, ipsius Eugenii voto expetitum & successorum Pontificum oraculo firmatum ; quòd Ecclesia Romana, jam per annos ampliùs quinquaginta variis schismatum turbinibus exagitata, S. Nicolai meritis & intercessione, eliminatis erroribus, summam præter spem tranquillitatem consecuta est. *Etenim Germani principes, qui diuturna neutralitate inter Eugenium & Basileenses patres fluctuaverant, anno* 1446 *eidem Pontifici obedientiam præstiterunt, ut apud Franciscum Pagium in Breviario Pontificum, Raynaldum in Annalibus, aliosque videre est : Felix vero V antipapa, seu Amedeus Sabaudiæ dux, derelictus ab omnibus, abdicato pseudopapatu, Nicolaum V, Eugenii successorem, ut legitimum Pontificem Christique in terris Vicarium agnovit ; atque ita Basileense schisma tandem penitus exstinctum est.* *Sancti meritis adscribitur.*

F

50 *Quamquam verò* Nicolaus *die* v *Junii anno* 1446, *ut vidimus, inter Sanctos relatus sit, Bullam tamen canonizationis Eugenius non nisi subsequenti anno, qua de causa ignoramus, ad fideles direxit. Bullæ hæc apud varios exstat, eodem quidem mensis die annoque Pontificatûs, sed non eodem Christi anno signata. Apud Laertium Cherubinum tom.* 1 *Bullarii, quique eum secutus est, Justum Fontaninum in Codice canonizationum, notatur* Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MCDXLVII, Calend. Februarii, anno sextodecimo, Pontificatûs *scilicet Eugenii. Eodem modo legit Odoricus Raynaldus tom.* 18 *Annal. Eccles. ; ad annum Christi* 1447, *num.* 8, *ubi subdit :* Qui (*annus* XVI *Pontificatûs Eugenii*) in hunc annum (1447) incidit ; quocirca miror, hæc à nonnullis scriptoribus recentioribus accuratissimis in superiorem annum conjici. *Bulla canonizationis edita*

51 *At Laurentius Empolius in Bullario Ordinis S. Augustini, eamdem Bullam recitans* ex transumpto authentico auditoris cameræ, quod Romæ asservatur in archivo Ordinis num. 2, *pro anno Incarnationis* 1447, *legit* 1446. *Et* *anno Pontificio* 1446.

AUCTORE C. S.

rectè quidem : alioquin enim ea vulgari anno Christi 1448, *quo Eugenius jam obierat, data fuisset. Nam Eugenius in Bullis subsignandis annos ab Incarnatione Domini sive à* XXV *Martii auspicatus est, ut pluribus ostendit Papebrochius in Conatu ad Catalogum Romanorum Pontificum : scrupulus autem, quem ex tribus ultimis ejusdem Pontificis Bullis, quarum prima hæc est, ibidem concipit de mutato stylo postremis ejusdem vitæ annis, evanescit ex Empolii Bullario, ex quo liquet, in hac quoque pristinam signandi methodum ab Eugenio servatam fuisse.*

qui in vulgarem 1447 *incidit,*

52 *Præcedebat itaque annus noster vulgaris tribus circitèr mensibus, à prima scilicet Januarii usque ad* XXV *Martii, annum in Romana curia tum adhiberi solitum ; ideoque, si Eugenius laudatæ Bullæ annum* 1447 *adscripsisset, ea ad annum nostrum vulgarem* 1448 *referenda esset ; quod dici nequit, cùm Eugenius mense Februario vulgaris anni* 1447 *vivere desierit. In oppositum errorem lapsus est Henricus Spondanus, Baronii Annalium continuator,*

B *dum annum* 1446 *memoratæ Bullæ subscriptum deprehendens, hanc anno nostro vulgari* 1446 *illigavit, non advertens, annum* XVI *Pontificatûs Eugenii Kalendis Februarii cum vulgari anno* 1447 *concurrisse. Modò Bullam ipsam, prout ea exstat apud Empolium, accipe.*

exhibetur.

53 Eugenius episcopus, servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus præsentes literas inspecturis salutem & Apostolicam benedictionem. Licèt militans in terris Ecclesia triumphantem in cælis filiali & devoto veneretur affectu, ac virtutes, laudes, præconiaque Sanctorum, quantùm humana finit fragilitas, dignissimis attollat titulis, devotis quoque precibus solemni ritu sacrificia laudum offerat ad decus & venerationem civium supernorum, nihil tamen illis accrescit novæ perfectionis & gloriæ, nec eorum persancta felicitas nostris operibus firmari poterit vel augeri ; misericors tamen miseratorque Dominus per intercessiones meritaque Sanctorum, quos in terris celebritate congrua veneramur, mirabili dignatione imperfectum nostrum suppleri providit, & * quod nostris meritis non valemus, eorum suffragiis assequamur.

* *l.* ut

C *Nicolaum sanctimoniâ & miraculis clarum*

54 Æternus itaque Deus, qui facit mirabilia magna solus, confessorem suum eximium Nicolaum de Tolentino in approbata Religione Fratrum Eremitarum S. Augustini ab ejus pueritia educatum, puritate candidum, charitate fœcundum, electum ex millibus, exemplar præfulgidum, sapientiâ ejus infinitâ produxit, singularis vitæ suæ excellentiam signis & prodigiis probans, ac constantibus crebrisque miraculis manifestans. Lætentur itaque cæli, exultet terra, jucundeturque pariter totus orbis, quando ei, qui effulsit in templo Dei, cùm viveret, spatiosum in cælo præstant hospitium cæli cives.

Joannes XXII Sanctis adscribere voluit.

55 Itaque hujus beati Viri, quando vitâ est functus, famâ summaque ad eum populorum devotione crescentibus, fel. record. Joannes Papa XXII, prædecessor noster, Avenione cum ejus curia præsidens, cum Fratribus suis cœpit de ejus canonizatione tractare ; quam, nisi ejus obitus & horrenda superveniissent schismata, procul dubio consummâsset.

Ob Sancti virtutes,

56 Beatus igitur hic Nicolaus honestis ex Castro sancti Angeli intra Firmanam diœcesim parentibus ortus, puerorum consortia vitans, ecclesias divinaque mysteria frequentabat ; & ne præclara opera lucidæ vitæ suæ longo latoque sermone curramus *, pauca lubet referre de pluribus, ut ex his existentes in via Domini Patrem glorificent, sicut decet. Sanctus equidem iste in ætate existens tenera, se sub magna Religionis diligentia, summa cum obedientia & humilitate servabat, castigando corpus, jejuniis, vigiliis, orationibusque insistebat devotus, gratus, humilis, obediens, benignus, suavis, pius, patiens, constans, maturus, compositus virtutum quibusdam aromatibus plurimos attrahebat, adeò quòd * fidei cultor erat, ut cuncta illius verba & opera virtute * fidei redolerent.

D

* *l.* percurramus

* *l.* adeóque

* *al.* virtutem

57 Tribulatorum & infirmorum consolator assiduus existebat, & demùm pudicus, castus, modestus, verecundus ac lætus, ad vitæ vesperam veniens, divinitus audire meruit : Euge serve bone, intra in gaudium Domini tui. Sic granum frumenti, cadens in terram & mortuum, uberem consurgit in spicam ; sic botrus in torculari calcatus liquoris redundat in copiam ; sic regnum cælorum percipitur, & Sancti per fidem sublimia regna vicerunt. Verùm, quia decebat divinæ magnitudinem Bonitatis, & *, E quem in terris ornârat præclaris virtutibus, in cælis regnare certis testimoniis probaretur ; multis enim magnisque miraculis, & dum viveret, & post obitum, clarum fecit ; quorum quædam dignissimis probatis * testibus, oneroſæ multitudinis vitandæ gratiâ duximus præsentibus adnotanda.

beatam mortem

* *l.* ut

* *fortè* probata

58 Quidam in sinistro latere adeò perditus erat, ut nec illius manum aut pedem posset quovis modo movere, aut quidquam ex oculo sinistro videre ; post plurimorum medicorum antidota atque collyria in vanum experta, Sanctus hic latus illud Crucis signaculo tetigit, viroque illi benedixit ; qui statim è grabato surgens, factus est videns, & integrè liberatus. Quædam verò mulier triennio continuo sanguinis fluxum patiens, ad Nicolaum veniens & manum illius devotissimè osculans, precabatur eum, ut preces ad Dominum pro illius sanitate recuperanda porrigeret : Sanctus ipse illam signo Crucis signavit ; & liberata recessit : & hæc ante obitum.

& miracula ante

F

59 Post obitum verò, cùm puer quidam annorum quatuor in canale molendini cecidisset, & intra rotam & aquam per spatium temporis, quo communiter quis bene ambulans milliario ambulâsset, continuò jacuisset ; inde tandem laboriosè extractus mortuus, & pro mortuo reputatus, emisso priùs per matrem voto, quòd, si restitueretur vitæ auxilio beati Nicolai, illum supra sanctum tumulum habitum Religionis indueret, adjuvante Sancto prædicto, vivus apparuit. Vir insuper quidam inventus in domo sua suspensus & mortuus, precibus & voto per ejus uxorem ad B. Nicolaum emissis, factus est vivus, & ex tunc diutius supervixit.

& post obitum facta,

60 Quamplurima etiam miracula tam in vita, quàm post ejus obitum fecit ; plurèsque homines utriusque sexûs à morte resuscitavit, cæcos illuminavit, & ab oculorum infirmitatibus liberavit, contractos & protractos membris & claudos erexit, paralyticos à membrorum impotentia sanavit, & à tremore capitis & membrorum, dæmoniacos, captivatos, incarceratos cum apparitionibus & revelàtionibus liberavit, cadentes & elisos *, à naufragiis & captivitate personæ, à perditione bonorum, & febribus, ab ethica, ab

trecenta & unum probata,

* *al.* allisos

A ab hydropiſi, à podagra, à doloribus iliorum & ſtomachi ac cordis, aliiſque infirmitatibus liberavit, priſtinæque ſanitati reſtituit. Quæ omnia trecenta & unum miracula, ad quorum probationem examinati fuerunt trecenti ſeptuaginta & unus teſtes, in regiſtris adnotata, coram Nobis in publico conſiſtorio relata fuerunt.

poſtulantibus fidelibus, Eugenius IV

61 His igitur & aliis miris operibus, Sancti hujus adſtruentibus ſanctitatem & Chriſtianæ fidei virtutem, miraculorum linguâ loquente, concurrit ad Nos undique populus, crevit de his fama atque devotio, laudatur Dominus de ſalutiferis gratiis, ſalutis Auctori gratiæ referuntur. Invaluit ſuper his vox communis & celebris, & plurimorum vox exultationis etiam prælatorum nobis intonuit, & noſtra auctoritate inquiſitionem fieri ſuper dictis obtinuit. Primùm quidem venerabili fratri Joanni epiſcopo Prænestino, & dilectis filiis noſtris Joanni, tituli ſancti Laurentii in Lucina presbytero, & Proſpero S. Georgii ad Velum aureum diacono, Cardinalibus commiſimus, ut veritatem præmiſſorum & de

al. etiam miraculorum continuatione inquirerent diligenter; quorum relatione &

B * continuationis miraculorum probata veritas Nos & venerabiles fratres noſtros S. R. E. Cardinales de Sancti ejuſdem vita mirabili, miraculis & meritis glorioſis inſtruxit.

cum Sanctum declarat, & ejus feſtum annuum indicit,

62 Et quia majora & plura de Sancto ipſo comperimus, quàm inſinuata fuiſſent, de fratrum præfatorum conſilio & aſſenſu, plurimis eccleſiæ prælatis adſtantibus, de omnipotentis Dei virtute & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ac noſtra auctoritate confiſi, eundem beatum Nicolaum ſanctorum confeſſorum catalogo duximus adſcribendum. Ideo univerſitatem veſtram monemus & hortamur attentè, per Apoſtolica ſcripta vobis præcipiendo mandantes, quatenus quarto Idus Septembris, quo Sanctus ipſe migravit ad Dominum, feſtum ejuſdem devotè & ſolemniter celebretis, & faciatis ab omnibus veneratione congrua celebrari, ut pia ejus interceſſione & hîc à noxiis protegi, & in futurum ſempiterna gaudia conſequi valeatis.

& tumulum viſitaturis indulgentias concedit

63 Et ut ad venerabile ejus ſepulcrum eò ardentiùs Chriſti fidelium confluat multitudo, &

C celebriùs ejuſdem Confeſſoris colatur feſtivitas, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui cum devotione & reverentia illic in eodem feſto acceſſerint, annuatim ipſius ſuffragia petituris de omnipotentis Dei miſericordia & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi ſeptem annos & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentiis miſericorditer relaxamus. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſexto, Calendis Februarii, Pontificatus noſtri anno decimo ſexto: *id eſt vulgari anno Chriſti* 1447, *ut initio hujus § oſtendimus. Cur verò Eugenius ad hoc uſque tempus hanc canonizationis Bullam edere diſtulerit, ignotum mihi eſt.*

§ V. Sancti Officium Eccleſiaſticum vetus & novum.

Officio eccleſiaſtico

DUbitari *non poteſt, quin* Nicolai *jam inter Sanctos relati cultus non leve incrementum ceperit apud fideles, qui eum ante canonizationem ob beneficiorum multitudinem tam avidè fuerant venerati. Non tamen ingratum le-*

ctori fore arbitror, ſi pauca ad cultum ejus ſpectantia hoc § expoſuero. Cajetanus Maria Merati in Theſauro ſacrorum rituum Bartholomæi Gavanti auctо, tom. 2, *parte* 1, *ſect.* 7, *cap.* XI *de eccleſiaſtico Sancti Officio hæc notat:* X Nicolai de Tolentino. In Breviario Vatic. vol. 4760. Reſtituitur à Sixto V MDLXXXV, cum Officio & duplici ritu; ſed comparatione facta cum Nicolao Mirenſi epiſcopo, à quo hic Nicolaus prodiit in lucem, (*id eſt cujus precibus & patrocinio natus eſt*) Clemens VIII ſemiduplici ritu feſtum decrevit fieri, mutavitque orationem. . . . Duplex denuò à Clemente IX. *Hæc ipſe, ad quæ aliqua notanda occurrunt.* AUCTORE C. S.

celebratus.

65 *Feſtum* Nicolai, *die* X *Septembris, quâ obierat, quotannis celebrandum ab Eugenio IV indictum fuiſſe anno* 1447, *vidimus ſuprà num.* 62, *atque adeo ab illo tempore per univerſam Chriſti Eccleſiam Officio eccleſiaſtico, ſeu proprio ſeu communi, cultus fuiſſe videtur. Quale iſtud fuerit, de quo Merati mox meminit, non explicat; uti nec ætatem Breviarii Vaticani, quod laudat. Non minùs incertum mihi eſt, an ea Officii recitatio lapſu temporis prætermiſſa fuerit, prout laudatus auctor inſinuat,* E *aſſerens illud à Sixto V anno* 1585 *reſtitutum fuiſſe. Bullam Sixti exhibet Laërtius Cherubinus in Bullario tomo* 2, *Conſtitutione* 16 *inter Sixtinas; nec inutile duxi eam ad Sancti gloriam hic inſerere.*

Bulla, quâ Sixtus V PP.

66 Sixtus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam. Sancta Romana univerſalis Eccleſia, quos omnipotens Deus, ſicut ſol in conſpectu ſuo fulgentes, in cœlo coronat, pio cultu & admirabili honore per anni circuitum, die ut plurimum, quâ eos ad cœleſtia regna migrare contingit, in terris voluit venerari; ut eorum Chriſti fideles gloriosâ memoriâ incenſi, & exemplis inflammati, per exercitium bonorum operum, piis etiam ſuffragiis adjuti, divinæ Majeſtatis gloriam in Sanctis ſuis agnoſcere, & ipſius beneficia promereri faciliùs valeant. Ad hunc itaque laudabilem Sanctorum numerum B. Nicolaus Tolentinas, de cujus vita, converſatione & ſancta obdormitione in Domino Tolentinates gloriantur, Regularia S. Auguſtini Eremitarum inſtituta amplexus, cum tanta vitæ puritate & integritate contendit, ut ipſius Viri ſanctitas longè latéque per diverſas mundi regiones ad Indos uſque Occidentales propagata diffuſaque ſit. F

Sancti Officium

67 Hunc itaque miraculorum ſignis, in quo inexhauſta Dei benignitas in vita ac poſt mortem operari voluit, adducti felicis recordationis Joannes XXII & Innocentius VI primò in numerum Sanctorum referre concurrerunt, & deinde piæ memoriæ Eugenius IV, Romani Pontifices, prædeceſſores noſtri, eorumdem Sanctorum catalogo ſolemni ritu adſcripſit. Poſt cujus relationem inter numerum Sanctorum celeberrimum maximumque illud miraculum extitit, quòd Eccleſia Romana, jam per annos ampliùs quinquaginta ſchiſmatum diſſidiis graviter afflicta, hujus beati Viri meritis & interceſſione, ſublatis erroribus, pacem præter ſpem ſummam conſecuta eſt.

ritu duplici celebrari jubet.

68 Quare nos, qui eccleſiæ Firmanæ, in cujus diœceſi oppidum ſancti Angeli, ubi ſanctus ipſe Nicolaus eſt ortus, conſiſtit, in minoribus conſtituti præfuimus, nomen & ſanctitatem ipſius B. Nicolai dignis, quantùm noſtra patitur infirmitas, honoribus decorare volentes, hac præſenti noſtra conſtitutione mandamus, ut ejuſdem

AUCTORE C. S.

B. Nicolai, confessoris glorioſi, dies festus quarto Idus Septembris agatur, duplicique posthac & proprio, & ubi propria non erunt, de communi confessorum non pontificum Officio, per cunctas totius Christiani orbis ecclesias singulis annis perpetuis futuris temporibus celebretur, & in Calendario Romano cum duplicis festi adjectione inscribatur. Sicubi verò festus B. Nicolai dies supradictus ex fidelium devotione seu consuetudine, præcepto aut indulto Apostolico, majori aliqua celebrari consueverit observantiâ, ea omninò ibidem retineatur. Mandantes omnibus patriarchis, archiepiscopis, episcopis, cæterisque ecclesiarum prælatis in toto orbe terrarum constitutis, ut faciant in suis quisque ecclesiis, provinciis, civitatibus & diœcesibus præsentes nostras litteras solemniter publicari, & ab ecclesiasticis personis secularibus, & quorumvis Ordinum Regularibus omninò observari, quamvis in ultimis Breviarii & Missalis reformationibus adnotatio hujus solemnitatis posita non fuerit . . . Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXXXV, X Cal. Januarii, Pont. nostri anno I.

B

De hoc Officio

69 *Ad manum mihi sunt Breviaria Romana, Sixto V vetustiora, ex quibus liquet, illum Bullâ, quam recensuimus, pristinum* S. Nicolai *officium tantummodo restituisse, aut majori ritu donâsse, non autem primitus instituisse. Horum unum anno* 1522 *Venetiis excusum ad diem* X *Septembris Officium novem Lectionum cum hymnis ac antiphonis propriis præscribit. In eodem ad* V *Junii* canonizatio S. Nicolai de Tolentino *memoratur. Sunt & duo alia Romanæ Ecclesiæ Breviaria, unum anno* 1479, *alterum* 1518, *Venetiis excusa, in quorum utriusque Kalendario prævio ad eamdem Septembris diem festum* S. Nicolai, *ac in posteriori præterea ad* V *Junii etiam* Canonizatio *annotatur. Quod spectat ad Clementem VIII, is ab anno Christi* 1592 *usque ad* 1605 *summum Pontificatum tenuit; at quo anno memoratum Officium ad ritum semiduplicem reduxerit, non reperi.*

quædam

C

70 *Oratio, quam Meratius à Clemente VIII mutatam ait, ea ipsa fuisse videtur, quâ Eugenium IV in canonizationis solemnitate usum esse, ex Josepho Pamphilo num.* 47 *retulimus: hæc enim in mox memorato Breviario anni* 1522, *& in Propriis Eremitarum S. Augustini etiamnum recitatur: in hujus verò locum successit ea, quæ in recentioribus Breviariis Romanis præscribitur, de communi scilicet confessoris non Pontificis:* Adesto Domine *&c. Ceterùm dubito, an pro Clemente IX, à quo Officium ad ritum duplicem elevatum scribit, Clemens X substituendus non sit; hunc enim notant Torellius ad annum Christi* 1345, *num.* 23, *& Bailletus in Vita.*

annotantur.

71 *Patres Augustiniani sanctum Thaumaturgum suum gemina quotannis festivitate celebrant; die* V *scilicet Junii Officio duplici ipsius canonizationem, die* X *verò Septembris duplici secundæ classis cum Octava ejusdem natalem recolentes, quam quidem Sanctum per octavam celebrandi consuetudinem seculo* XV *in Italia jam viguisse, tradit Torellius ad annum Christi* 1493, *num.* 12, *ubi de comitiis congregationis Hispanicæ habitis hæc habet:* In hoc capitulo duo decreta edita fuêre: primum, ut præcipua festa seraphicæ matris Monicæ sanctique Nicolai Tolentinatis ritu duplici majori agerentur; alterum, ut eorumdem Octava eodem, quo S. Joannis Baptistæ, ritu celebrarentur, quemadmodum in Romanis Italiæque oris fieri consueverat. *Hæc de publico Sancti per Ecclesiam cultu sufficiant; nam de eo, qui à particularibus sive oppidis sive personis ipsi delatus est, aptiùs per decursum agemus.*

D

§. VI. Prodigia in brachiorum resectione & furto facta: corpus absconditum etiamnum latet: eadem Brachia Tolentini honorata.

Prodigia resecti utriusque brachii

E

Venio nunc ad insigne istud sacri corporis prodigium, quod tot aliorum initium fuit, quæ ex mirabili Dei providentia successivis temporibus contigerunt: de præcisis impio ausu geminis Sancti brachiis loquor, prodigiisque, quæ deinde subsecuta fuêre. Exstat hujus rei memoria apud omnes passim, qui de S. Nicolai *gestis ac miraculis scripserunt: nec obest, quòd de ea nihil apud biographum Petrum de Monte Rubiano, nihil apud Jordanum de Saxonia legatur: nam prior multis annis, antequam contigit, suum Opusculum concinnavit; alter verò Vitas Fratrum seriùs quidem edidisse videtur, verùm hic illa tantùm prodigia in Opusculo suo recensuit, quæ ad instillandum ceteris virtutis amorem magis idonea reputabat, reliqua* S. Nicolai *miracula ad specialem Tractatum distulit, quem periisse dolemus, ut num.* 3 *Commentarii prævii annotavimus.*

quo fundamento nitantur.

73 *In Processu quoque, quem sub Joanne XXII anno* 1325 *& sequenti confectum diximus, nihil pariter de hoc prodigio potest memorari, quia scilicet hic illud multis annis antecessit. At miror altum tam memorabilis prodigii silentium in Bulla canonizationis ab Eugenio IV anno* 1447 *edita; nisi fortè Eugenius silendum duxerit, ne simul audax ac sacrilegum cujusdam laici Fratris facinus propalaret. Certè hoc Eugenii silentium mihi rem non parum suspectam redderet,* F *nisi constans scriptorum consensus, quorum minimè intererat sui fratris scelus confingere, ipsaque brachia, quæ hodiedum à reliquo corpore separata Tolentini servantur, contrarium persuaderent. Et inter scriptores quidem, apud quos hujus rei memoriam reperi, vetustissimus est ambrosius Senensis, qui testibus Herrera & Torellio, Vitam* S. Nicolai *anno* 1511 *Venetiis excudit sermone Italico, quam Scipio Iardinus Latinè reddidit, excuditque Maceratæ anno* 1592.

Sancti brachia resecta

74 *Hic itaque cap.* 25 *ad propositum sic habet:* Nulla sanè ratio patitur, ut silentio transigatur insigne quoddam ejusdem sanctissimi corporis miraculum, quod fideli testimonio à plurimis nostræ heremitanæ Religionis Fratribus usu veniſſe accepimus. Est autem hujusmodi: Cùm S. Nicolaus in ecclesia nostræ Religionis Tholentini, quo in loco diem postremum obierat, humi traditus sepulturæ fuisset, evenit, ut propter illustria, quæ indesinenter egrediebantur ex eo indies miracula, tandem post quadraginta annorum & paulò prolixiora curricula Fratres nostri

A nostri Heremitani sacrum ejus corpus exhumaverint, illudque super terra in sacrario templi intra delectam, quam sacro ipsi corpori addixerant, arcam inclusum abdiderint, ibique inmorari ac permanere permitterent.

sanguine manant, nec auferri possunt:

75 Id, quod Frater quidam heremitanus, vir Theutonicus, qui coquinæ operam navabat, animadvertens, ex animi devotione, atque ut Alemanniæ sibi patriæ esset honori, animo firmiter statuit brachia divi Nicolai auferre eaque in patriam celeri fugâ auferre, & propterea quadam nocte clandestino per insidias ingressu sacrarium petiit, arcamque sanctam confregit, & sanctissima divi Nicolai brachia ex sacro ejus corpore præcidendo divulsit atque sejunxit. Propter quod usque adeò vehementer affluenti admirabiliter ubertate sacer sanguis celerrimè ex incisis partibus emanare cœpit, ut longè uberiores sanguinis fontes, confestim decurrentibus rivulis, inde permanaverint, quàm si vivo ipso S. Nicolao, vir ille Theutonicus sacra ejus ex viventi corpore brachia præcidisset. Neque insuper umquam valido quocumque conatu sacrarium illud cum sacris illis reliquiis egredi vir Alemannus

B potuit.

hic sanguis pluribus impertitus.

76 Manè autem facto, cæteri ejus conventûs heremitani Fratres furem hunc cum sacro in manibus patenti penitùs furto, in loco delicti, nempe in ipso deprendiderunt sacrario, intimaque animorum devotione atque lachrymarum fluminibus sanctissimum illum sanguinem in vasa plurima solerti studio singuli collegerunt. Qui sacer exinde sanguis mira indies atque inexplicabiliter celsa operari cœpit, atque operatur miracula; fuitque per varias portiones variè in varios illustres aut dominio aut nobilitate viros munificè divisus, liberalique munere plurimi, vel depressioris conditionis singulares homines, aliquali ejus sanguinis portione piè donati fuêre. Et Venetiis intra nobile quoddam tabernaculum in ecclesia S. Stephani pars non exigua ejus sanguinis conquiescit, & pariter Venetiis per moniales S. Andreæ portio alia quædam possidetur, atque Cyprus insula intra civitatem suam, nomine Nicosiam, aliaque sanè plurima globi terrestris loca sanguinem hunc benedictum fortita fuerunt, atque apud gentes ipsas miraculis

C elucens servatur.

Aliorum de his prodigiis

77 *Ita Ambrosius Senensis, vel qui ejus Opusculum Latinè reddidit Scipio Jardinus; consentitque Torellius quoad substantiam, licèt in quibusdam adjunctis variet, In primis de exhumato post quadraginta aut plures annos sacro corpore nihil memorans, memorata prodigia anno post Sancti obitum quadragesimo primo, ideoque Christi anno* 1345, *affigit: Fratrem illum laicum, quem* Conversum *vocant, non coquinæ, sed sacristiæ ministeriis addictum fuisse scribit, ipsumque sanguinem non à reliquis Augustinianis, sed ab ipsomet Alemanno primùm duabus patinis, ac his repletis, gossypio collectum esse; cúmque brachia nihilo minus sanguine manarent, hæc mappæ, quam ex altari sumpserat, ab eodem involuta fuisse, in Alemanniam asportanda. Addit, illum, dum fugeret, divinitus ita delusum fuisse, ut cùm sub auroram oppidò defatigatus Tolentini districtum longè excessisse sibi videretur, in ipso conventu suo Tolentini se deprehenderit, ideoque alterius consilii ignarum ad superioris sui pedes procidisse, veniamque precatum esse; tumque novo rursus miraculo, evolutâ mappâ, pro sanguine Manna apparuisse.*

78 *Eadem ferè habent Jacobus Albericius, Ludovicus Zacconius, aliique; quibus consonat hujus triplicis miraculi monumentum, quod cuidam sacristiæ Tolentinatis templi inscriptum aiunt hisce verbis:* Sacrum furtum pius latro excogitat, at Alemanam patriam illustret *, brachia scindit sacro à corpore divi Nicolai, quadragesimo sui obitûs anno cruor exivit: dumque ea mundo linteamine involvit, manna ubique spargitur; magno ac nocturno itinere defatigatus, dum procul à Tolentino se esse credit, arte divina deluditur, intra septa monasterii clarâ luce se cernit deprehensum, audax facinus accusans ac deplorans, veniam sibi poscit * benignam. Argenteis deauratis gemmatisque hîc vasibus * pretiosum redditum furtum colitur, tribus miraculis cunctis sæculis admirandum.

AUCTORE C. S. *relatio, & monumentum*

* *al.* illustraret

* *al.* propo-scit

* *imò* vasis

79 *Quàm vetustum sit hoc monumentum nemo eorum tradit. Albericius, qui seculo* XVII *scripsit, tantùm ait:* Renovata est memoria hujus stupendi eventûs in sacristia, ubi hæc verba leguntur *&c., quibus satis insinuat, eam inscriptionem non admodum antiquam esse, ideoque incertum est, quantam in singulis auctoritatem* E *mereatur. At hyperbole haud dubiè usus est San-Martinus, dum in Vita Sancti Gallica scripsit, totum oppidum Tolentinum odore prædicti mannæ, quod è cœlo decidisse credidit, perfusum fuisse. Quid porrò sacris brachiis, sanguinolentâ mappâ, mannaque factum sit, infrà dicemus, postquam aliqua de reliquo Sancti corpore annotaverimus.*

Tolentini.

Corpus deinde absconditum

80 *Torellius ad annum* 1345, *num.* 16 *scribit, sacrum* Nicolai *corpus, utroque brachio à cubitis truncatum, ne imposterum hujusmodi furtis patêret, ex communi Ordinis consilio, in eodem quidem, in quo antè jacuerat sacello, sed ignoto penitus loco absconditum fuisse. Addit tamen, ex quadam traditione haberi, locum illum soli totius monasterii seniori cognitum esse, qui eum ante obitum suum alteri manifestat, ne omni memoriæ excidat: sed traditionem hanc pro certa asserrere non audet, quamvis eam Tolentini sæpius audierit. Eamdem aut penitus ignoravit aut rejecit Zacconius, dum parte* 1 *Vitæ, cap.* 100 *scribit sepulti corporis locum post mortem eorum, qui illud absconderant, omninò latêre, licèt eum extra vetus Sancti sacellum minimè quærendum moneat.*

F

dudum latet.

81 *Hisce consona sunt, quæ Papebrochius noster in Ms. libello de suo itinere Romano* S. Nicolai *templum Tolentini describens, annotavit his verbis:* Est autem templum illud totâ urbe ornatissimum: nam & laquearia habet tota sculpta inaurataque, & sub coronide speciosa utrimque sacella quinque, plastico opere elegantia, ac tria ex his una cum parte coronidis inaurata; chorum verò per novem distinctum latera, velut in hemicyclo, eleganti picturâ atque inauratione spectabilem. Ad hæc egregium frontispicium, novumque in sinistra ala sacellum sub octogona cupula, octo quadratis fenestris illuminata. Ex dextera verò ala templi transitus est ad quadratum amplumque sacellum, in quo divi Nicolai corpus tumulatum creditur, etsi de loco non satis constet; & præclarum ex marmore visitur in medio cœnotaphium, & ejusdem imago religiosè colitur, & plurima ex fornice anathemata pendent. *Cœnotaphium, cujus hic meminit Papebrochius, haud dubiè illud ipsum est, quod Zacconius parte* 1 *Vitæ, cap.* 126 *ait a nobilissima Romana familia Melina anno* 1474

AUCTORE C. S.

in S. Nicolai *memoriam & honorem erectum fuisse ; monet tamen ejusdem Sancti corpus in eo non requiescere.*

Brachia pretiosis thecis inclusa

82 *Porrò ut, unde degressi sumus, redeamus; laudatus Torellius num.* 16 *de abscissis brachiis ita prosequitur sermone Italico :* Facta deinde sunt duo splendidissima brachia ex argento inaurato, quæ cum inclusis sacris brachiis servantur in quadam theca ferreis laminis munita, grandique cincta catenâ, & tribus obserata clavibus, quarum una illustrissimo magistratui, altera Priori conventûs, tertia nobilissimæ familiæ Mauritiæ tradita est, ob summa tum in ipsum Sanctum, tum in Ordinem merita. Dum verò prædicta brachia spectanda exhibentur, accedit cum sua clavi magistratus, solemniterque assistit. *Zacconius cap.* 101 *unius tantùm thecæ, utrique brachio communis, argenteis laminis interiùs obductæ, multisque pretiosis gemmis exornatæ meminit, quam in memorata majori arca similiter accclusam refert. Addit ibidem, sacra illa brachia primùm panno involuta, deinde verò pretiosis manicis induta fuisse, quas illustrissima*
B *marchionissa Camilla Malvezzi propria manu elaboratas eum in finem dono miserat. Verùm ex dicendis patebit, singula brachia in singulis thecis argenteis servari, eorumque nudam carnem per adaptatam thecæ crystallum spectari, atque adeo manicas illas, si olim his induta fuerint, jam detractas esse.*

Tolentini honorantur,

83 *Pro loco, in quo hæc pretiosa pignora servantur, sacristiam assignat ; favetque in hac parte ei monumentum num.* 78 *relatum. At Papebrochius, num.* 81 *citatus, thesaurum illum sub cujusdam sacelli ara conditum ait.* Ex eadem, *inquit*, ala (*de qua num.* 81) ingressus est in aliud amplum sacellum juxta chorum, ubi ejusdem Divi brachium (*imò* brachia) sub ara in cysta ferro circumdata servatur ; nec facilè videri potest, eò quòd clavis altera penes magistratum sit. Hìc novem lampades jugiter ardent, & præcipua est Sancti veneratio. *Ut hæc conciliemus, dicendum est, aut posticum aræ latus foresque, quibus ea clauditur, exstare in sacristia, aut certè reliquias post editum Zacconii Opusculum ex sacristia ad memoratum altare delatas fuisse.*

C *uti & alia huc spectantia.*

84 *Quod attinet ad sanguinem, quem ex præfectis brachiis effluxisse diximus, Zacconius parte* 1 *Vitæ, cap.* 102 *&* 110 *auctor est, eum in tabernaculo argenteo affabrè facto, mappam verò eodem sanguine tinctam, & repertum in eo manna alteri inclusa thecæ ex argento pariter ac crystallo confectæ servari, eademque, quâ sacra brachia, cystâ custodiri ; & utramque hanc thecam festiva* S. Nicolai *die in supplicatione quotannis deferri, ac in solemni Missa venerationi fidelium exponi solere.*

§ VII. Miraculum sanguinis ex Sancti brachiis crebrò erumpentis : eruptiones anno 1676 factæ.

Resecta brachia

PRodigiosa sanè sunt, *quæ præcedenti* § *de copioso è præcisis post quadraginta aut fortè plures ab obitu annos Sancti brachiis profluvio enarravimus ; at non minùs mirabiles mihi apparent spontaneæ ex iisdem brachiis sanguinis* D *eruptiones, adeò frequentes, ut eximius P. Gerardus Melyn Antverpiensis eremi Augustiniani Prior ac sacræ Theologiæ doctor in Oratione panegyrica, quam de* S. Nicolao *habuit, editque anno* 1707, *duas de viginti numerârit. Non sunt quidem eæ sanguinis copiâ cum priore conferendæ ; verùm id habent singulare, quòd etiam quarto post ejusdem mortem seculo sua sponte accidant, soleantque grave aliquod Ecclesiæ aut reipublicæ Christianæ malum, vel irati Numinis impendentem vindictam portendere.*

86 *Sanctissimus Dominus noster Benedictus* *sponte sua*
XIV lib. 4, *parte* 1, *cap.* 31, *num.* 8 *eruditi Operis sui, quod de servorum Dei beatificatione ac Beatorum canonizatione olim Cardinalis conscripsit, ac postmodum jam Pontifex recognovit, de hisce sacri sanguinis effusionibus habet sequentia :* Vulgatum est illud S. Nicolai de Tholentino : cùm enim anno MCCCXLV Religiosus quidam Ordinis Augustiniani, incensus desiderio ad suam patriam deferendi aliquas beati corporis reliquias, brachia abscidisset, à venis
E copiosus sanguis erupit ; neque tunc solùm, sed sæpe aliàs brachia ipsa resecta cruore manârunt ; quod fuit semper manifestum ostentum impendentis reipublicæ Christianæ mali, quemadmodum, enumeratis sanguinis eruptionibus, quæ in varia tempora inciderunt, nec non malis, quibus respublica Christiana pro ea temporum varietate afflicta fuit, editis voluminibus ostenderunt ex eadem Augustiniana familia Pater Nicolaus Hieronymus Ceppius, & Pater Ægidius Crapols, mihi, dum viveret, singulari amicitiâ conjunctus.

87 *Scriptores à Sanctissimo Domino laudatos* *sanguine*
ad manum non habeo ; verum hanc penuriam non- *sæpe manant.*
nihil levat P. Nicolaus de Tombeur, qui in Appendice 6 *ad Vitam* S. Nicolai *varias hujusmodi eruptiones enarrat, quas ego ex ipso referam ; quia tamen eæ ibidem tantùm leviter perstringuntur, nec ipse prodigii modus nec adjuncta explicantur, satius duxi, tres alias, licèt reliquis tempore posteriores, quarum relationes ad Majores meos transmissæ sunt, studioso lectori exhibere, ut ex his de aliis judicet : quid tamen variis temporibus portenderint, non examinabo. Harum prior contigit anno* 1676, *&* F *à R. P. Michaële Heckio, Ordinis S. Augustini, Assistente generali pro Provinciis utriusque Germaniæ, litteris mandata, ac in Belgium missa est, cujus triplex exemplar impressum habeo.*

Anno 1676, die 17 Julii, sinistrum brachium

88 In nomine Christi amen. Magister Fr. Michaël Heckius Gandavensis, S. T. doctor & professor SS. Litterarum in universitate Romana Pontificius, Ordinis Eremitarum S. Augustini, Assistens generalis pro provinciis Germaniæ Superioris & Inferioris, regnorumque Poloniæ, Angliæ & Hiberniæ, &c. Omnibus has visuris, seu lecturis, salutem in Domino. Ut pateat per omnes provincias, de mandato Clementis X piæ memoriæ per Breve speciale mihi commissas, quàm sit Deus mirabilis in Sancto suo Nicolao de Tolentino, & excelsus in operibus suis, per has nostras patentes publicam fidem facimus & testamur, quòd die XVII Julii anni præsentis MDCLXXVI, unâ horâ ante noctem, cum solemniter ex arca ferrea, collatis clavibus illustrissimi senatûs urbis Tolentini & Patrum nostri conventûs ibidem, deferrentur brachia ejusdem S. Nicolai, ut per P. Josephum Mariani Lucensem,

A sem, Vicarium ejusdem conventûs, monstrarentur Illustrissimis personis, comitissæ Bonifacii, Annæ Crescentii, matri ejusdem comitissæ, Joanni Baptistæ comiti Bonifacii, germano dictæ comitissæ, Romanis, archipresbytero cathedralis ecclesiæ Ferrariensis cum alio sibi assistente sacerdote, capitaneo Gambucci Pesaurensi, & aliis diversis devotionis causâ confluentibus, consule ac deputatis ejusdem senatûs præsentibus cum secretario, tibicinibus &c.; quando per dictum P. Vicarium cum solita virgula argentea denotabatur ultima effusio sanguinis facta v Augusti MDCLXXI in brachio sinistro ejusdem Sancti; mox in conspectu omnium ex improviso cum magno impetu eruperunt iterum per carnem & venas aliquot guttæ sanguinis ex brachio, & apparuerunt in crystallo, ac fecerunt lineam quasi digiti, currentes ad instar fontis ad fundum crystalli; quæ videbantur erupturæ, nisi idem Vicarius statim reliquiarium invertisset.

coram pluribus sanguinem sudat:

89 Guttæ autem apparuerunt rubeæ, vivæ, inflatæ & quasi bullientes, & cum inversione SS. reliquiarum manserunt affixæ crystallo usque ad fundum. Cùm verò ad tantum prodigium obstupescerent omnes, subitò simul in genua provoluti, cum calidis lacrymis invocabant misericordiam Domini super se, & in corde contrito tundentes pectora sua, cum gemitibus & singultibus alta voce inclamabant linguâ patriâ: Misericordia san Nicolao. Sed cùm unus adesset nobilium spectatorum eques Romanus, qui miras illas sanguinis ex aridis brachiis effluxiones habuerat hactenus ut ridiculas & adinventiones, ut dixerat, Fratrum in proprium commodum, modò convictus oculari experimento, publicè in rubore & dolore confessus est incredulitatem suam, deditque gloriam Deo & Sancto ejus, protestans, quòd esset indignus spectator tam sanguinolenti prodigii, & quòd deinceps S. Nicolaum coleret & prædicaret coram toto mundo, tamquam magnum protectorem Ecclesiæ Dei.

examinatur à Vicario episcopi,

C 90 Sed ibi non stetit finis prodigii. Pervenit Maceratam, urbem quatuor horis distantem Tolentino, factum mirabile ad notitiam illustrissimi ac reverendissimi domini Francisci Cini, episcopi Tolentinatis, qui pro sua solita prudentia mandavit reverendo domino Alexandro Borrocci nobili Maceratensi, canonico istius cathedralis, & vicario generali per diœcesim, ut ad vesperam sequentis, quæ fuit Sabbatho XVIII Julii, privatim visitaret sanctas reliquias, & authenticè recognosceret de miraculosa effusione facta tam recenter in brachio sinistro. Uti præscriptum, ita factum. Dictus vicarius generalis cum assistentia reverendi domini Josephi Quarini, canonici cathedralis, & reverendi patris Antonii Ponzini Augustiniani, Prioris nostri conventûs, & cum solito interventu consulis & de corpore magistratûs, ad horam primam post occasum solis curârunt datis clavibus deferri brachium sinistrum ad exhibendum & loco solito honorandum; & invenerunt, ita se habere novam effusionem factam hesterna die, uti suprà narratum est, sine aliqua mutatione, nisi quòd novus ille sanguis erat modò concretus & siccus, non verò fluidus & inflatus, sicuti erat vesperâ præcedenti.

& dexterum quoque sudâsse deprehenditur:

91 Verùm ex ordine dicti domini vicarii visitantes etiam brachium dextrum, invenerunt circa concretum sanguinem effusum aliàs sub perditione Golettæ in Africa, tres guttas sanguinis novas, grossas instar pisorum parvorum, & alteram recentem & fluidam, affixam crystallo, cum altera parvula stilla, quæ apparebat adhuc extra brachium stillare. Quod dum mirantur, stupor magis accrevit in omnibus, quòd inspicientes ipsum cooperculum, detexerunt in illo sex guttas sanguinis inter crystallum & argentum penetrâsse, & in ipsum incidisse; quarum una recens adhuc erat, quasi eo momento effluxisset. Ipsum verò brachium & caro Sancti visa sunt inflata, tumida & elevata, & ad novam effusionem præparata. Viso miraculo, & terminata visitatione, reposita sunt in loco suo brachia, intra arcam ferream sub altari ejusdem Sancti reconditam. AUCTORE C. S.

accurrit episcopus,

92 Vigesimo ejusdem mensis Julii præfatus D. episcopus Tolentinum venit, & unâ horâ ante noctem intravit capellam nostram S. Nicolai cum domino suo vicario generali & aliis primariis personis urbis, tam ecclesiasticis quàm sæcularibus; & assumpto secum specialiter Gregorio Benaducci notario episcopali, fecit visitationem, & formavit processum super ipso miraculoso portento. In hac visitatione inventus est sanguis aridus & siccus cum linea sanguinea impressa crystallo & aliis, ut dictum est suprà; nisi quòd brachium sinistrum esset solito magis tumidum & rubicundum, & vena dicta cephalica quasi è brachio expansa, insigniter elevata & sanguinis plena; qualis non apparebat Sabbatho ad vesperam in visitatione facta per reverendissimum Vicarium. E

& utrumque miraculum approbat:

93 Postea jussit dominus episcopus sibi adferri brachium dextrum, & omnia in illo & ex illo inventa sunt, sicuti Sabbatho apparuerunt: alia non fuit differentia, nisi quòd gutta recens, quæ videbatur intra crystallum, & quæ quasi ex vena stillabat, jam ceciderat in fundum, in signum manifestum, quòd tum recenter ex brachio fluxerat. Et antequam dictus prælatus reverteretur Maceratam, XXI ejusdem Julii voluit primò iterum recognoscere & adorare SS. Reliquias, atque cum concursu quasi totius civitatis SS. brachia publicè exposita fuerunt, & nihil novi apparuit; sed omnia inventa sunt, ut superiùs enarrata. Unde in conspectu omnium cum juramento Patrum nostrorum, testimonio illustrissimi magistratûs & civium, & cum fide publica multorum exterorum, qui præsentes fuerant præfatis sanguinis effluxionibus, dictus Benaducci notarius ex ordine præfati episcopi rogavit, approbavit, & authentizavit tam admirabile prodigium, quod in sanctis brachiis Nicolai de Tolentino recenter Dominus operari dignatus est ante conspectum solis hujus. F

testatur etiam magistratus Tolentinas.

94 In quorum omnium fidem & certitudinem majorem consul & senatus dictæ civitatis etiam hanc actam publicam dederunt, de verbo ad verbum hîc insertam.

Confalonerius & Priores civitatis Tolentini. Supradicta miracula in sanctis brachiis D. Nicolai, nostræ civitatis Tolentini præcipui advocati, ut suprà descripta, vera fuisse & esse, & ex oculari inspectione in ambobus sanctis brachiis sub dictis diebus XVII & XVIII cadentis mensis Julii sanguinis effusiones omnibus intuentibus, evidenter apparere testamur. In quorum fidem &c. Datum Tolentini ex nostro priorali palatio hâc die XXXI Julii MDCLXXVI, & signatum.

Theodorus Morionus pro-secret.

Hisce mox Clemens X

95 Quid autem portendant istæ admirabiles in brachiis S. Nicolai sanguinis effluxiones, licèt no-

AUCTORE C. S. noſtrum non ſit ingredi arcana conſilii divini, tamen effectus probavit virtutem, quando poſt emiſſas & uſque ad cooperturam penetratas ſex ſanguinis guttas, quatuor diebus pòſt vidimus occaſum ſex ſtellarum in morte inopinata Clementis X, Pontificis verè clementis, pro quo videtur noſter Sanctus fleviſſe ſanguineas lacrymas; ut quemadmodùm Pontificatum in ſumma humilitate coactus potiùs quàm voluntariè ſuſcepit, ita poſt ſex annos regiminis clauderet illum beato fine, unicè intentus ſuæ ſaluti æternæ cum ſubditorum ſublevamine.

prædicta putatur. 96 Atque hæc, uti ſuprà, quantùm ad veritatem facti conveniunt cum libello deſuper idiomate Italico impreſſo Camerini cum licentia ſuperiorum, & approbatione R. P. Antonii Mariæ Ponzini, Prioris conventûs noſtri de Tolentino, ut patet ex litteris ejuſdem datis IV Auguſti & munitis ſigillo officii ſui Prioralis. In quorum omnium fidem præſentes etiam dedimus, ad majorem Dei gloriam fideli populo in S. Nicolao prædicandam, & per provincias nobis commiſſas ubique publicandam, & propria manu ſubſcripſimus, atque ſigillo officii noſtri
B communivimus. Romæ ad S. Auguſtinum, die S. Nicolai feſto MDCLXXVI; & erat ſignatum Fr. Michaël Heckius Aſſiſtens generalis U. Germaniæ Ordinis ſancti Auguſtini, M. propria, qui ſuprà.

Locus ✠ Sigilli.

Idem miraculum die 19 Auguſti iteratur: 97 Poſtea in publicam notitiam devenit, quòd XIX Auguſti proximè elapſi eadem brachia iteratò emiſerunt copioſum ſanguinem in præſentia eminentiſſimi ac reverendiſſimi domini Cardinalis Gabrieli, qui Ravennâ ex legatione ſua Tolentinum tranſiens, voluit ſacras reliquias venerari, antequam Romæ aſcenderet in conclave Vaticanum pro electione ſummi Pontificis; quam ut Deus proſperet per ſanguinem Juſti ſui, meliùs clamantem, quàm Abel, & det Eccleſiæ viduatæ virum ſecundum cor ſuum, hoc votum ſacris aris appendimus:

O Sponſe caſti ſanguinis,
Sis nuntii præco boni:
Procul fugato ſchiſmate,
Ovile Chriſti gaudeat
Paſtore juxta cor Dei.

pauca circa hæc annotantur. C 98 *Hæc relatio clara eſt, neque indiget illuſtratione; unum tamen & alterum obſervo. In primis quæ num.* 88 *de conſulis, deputatorum è ſenatu ac tibicinum præſentia habet, conformia ſunt dictis Zacconii, quibus parte* I *Vitæ, cap.* 104 *explicat, quæ ſervari ſoleant, dum principibus perſonis ſacræ illæ reliquiæ venerandæ exhibentur. Ait enim tum duos ex Auguſtinianis à Priore conventûs ad magiſtratum urbis deputari, ut cum ſua clavi dignetur aſſiſtere: ex magiſtratu verò aliquos deputari, qui præeuntibus tubicinibus, ac ſonantibus campanis, quibus populus ad ſpectandum invitetur, ad* S. Nicolai *templum progrediuntur, nec niſi ſepoſitis rurſum brachiis, ſuaque clavi obſeratis, inde recedunt. Quòd verò in eadem relatione dicitur ea ſanguinis eruptio Clementis X mortem portendiſſe, non improbabile eſt; utrùm tamen ſex illæ guttæ in cooperculo deprehenſæ ſex Clementis Pontificatûs annos denotârint, lectoris judicio relinquo; plures enim quàm ſex eruperant, ut ex dictis conſtat.*

Alia relatio 99 *Porrò ad majorem hujus prodigii fidem faciendam, ſubjungo epiſtolam P. Antonii Berti, ex eadem Auguſtiniana familia, quam* XX *Julii ejuſdem anni* 1676 *hac ſuper re, variatis tamen nonnihil uno alterove adjunctis, Tolentino dedit ad P. Antonium Forolivienſem, lectorem in conventu Bononienſi, prout ea exſtat apud Torellium, ſed Italicè conſcripta.* Die Veneris præterito per tempus mihi non licuit certiorem te facere novi prodigii, quod glorioſiſſimus noſter S. Nicolaus denuo exhibuit, nova è ſanctis brachiis ſanguinis effuſione. Scias itaque, dictâ die, quæ fuit XVII currentis menſis, dum circa horam XXIII dicta brachia quibuſdam dominabus domini Cardinalis Creſcentii, novi epiſcopi Recanatenſis & Lauretani conſanguineis monſtrarentur, viſam eſſe è ſiniſtro brachio ſtillare guttam vividi ſanguinis, quæ per latus interius quadratæ cryſtalli, quæ in dictâ brachii inferiori parte poſtrema eſt, dimanans, ac deinde verſus dexterum dictæ cryſtalli latus fluens, reperto inter argenti cryſtalliſque commiſſuram meatu, foràs erumpebat, & per argentum lapſa, ad finem brachii defluebat, cruentatâ non ſolùm dictâ cryſtallo, verùm etiam argento in exteriori dictæ cryſtalli parte uſque ad finem brachii, ſpatio quatuor vel quinque digitorum circitèr in longitudinem. E

priorum ſanguini 100 Sequenti veſperâ, quæ fuit dies XVIII currentis, circa medium ſecundæ nocturnæ, in præſentia magiſtratûs ac domini vicarii epiſcopalis arcam privatim aperuimus, extractoque memorato brachio, obſervavimus elapſum ſuprà dictum ſanguinem jam veluti congelatum fuiſſe, nulla aliàs mutatione apparente, niſi quòd turgidum tumidumque videremus in eum modum, ut in cryſtallo majori ac rotunda, quæ affixa eſt ad medium alterius partis brachii, in qua cernitur ſanguis ultimò effuſus anno MDCLXXI, is ſanguis vividus appareret, ita ut recenter è brachio ſcaturiiſſe videretur.

eruptionum 101 Repoſito deinde dicto brachio, eductum eſt dexterum, ut diſpiceremus, an in eo quidquam novi appareret. Perluſtrantes autem accuratè, deprehendimus cryſtallo, quæ inferiori brachii parti retrò annexa eſt, recentem apparere ſanguinem, ac præcipuè unam guttam largitudine ſua unam circitèr lentem æquantem, vividamque acſi primùm emanâſſet, interiori dictæ cryſtalli parti adhærere; obſervavimuſque in cooperculo, quo ſanctum brachium tegitur, ipſo in loco, cui dicta cryſtallus præfixa erat, ſex ſanguinis guttulas, quarum major inſtar albi piſi circitèr groſſa, tam vivida, acſi recèns effluxiſſet, conſpiciebatur, ac ipſum præterea brachium ultra modum inflatum, caroque tumida apparebat. F

Tolentino miſſa, 102 Hâc veſperâ poſt datum ſignum ad AVE MARIA, rurſum viſitatæ ſunt reliquiæ coram illuſtriſſimo domino epiſcopo, qui hunc in finem Maceratâ advenerat; at, laus Deo, nihil novi animadverſum eſt, præterquam quòd ſacra brachia tumida ac inflata permanſiſſent. Qui in proceſſibus, factis in ſimilibus occaſionibus verſati ſunt, negant exſtare memoriam, utriuſque brachii, niſi dum primùm abſciſſa fuêre, eodem tempore ſanguine manantis, quemadmodum nunc contigit; cùm id aliàs modò in uno, modò in altero accidiſſet. Forſitan hac vice propter multitudinem peccatorum noſtrorum flagella in utraque manu apparent. Deus nos ſuâ gratiâ ac S. Nicolaus ſuo patrocinio adjuvet. Ex corde paternitatem veſtram revereor. Tolentini XX Julii MDCLXXVI.

devotiſſimus famulus
F. Antonius Berti Imolenſis.

103 *Hæc*

A *& alia nonnihil discrepant.*

103 *Hæc relatio nonnihil differt à priori, ideoque eam etiam dandam censui: altera tamen magis authentica apparet. Forsitan hæc qualiscumque discrepantia in P. Antonii Berti epistolam ex aliqua præcipitantia irrepsit: scripta enim est die* XX *Julii, id est eâdem nocte, quâ ultima, quam affert, visitatio facta est. Divinam vindictam eo prodigio portendi, non immeritò verebatur, quia Clementis X mors, quæ in diem* XXII *ejusdem mensis incidit, nondum contigerat. Ceterum Torellius notat, hunc Pontificem in Ordinem Eremitarum S. Augustini beneficum sè semper exhibuisse, Sanctique Officium, quod Clemens VIII ad semiduplicem ritum reduxerat, ad duplicem revocâsse, ac denique eidem Ordini concessisse, ut semel singulis mensibus, die non impeditâ Officio novem lectionum, Officium commemorationis recitare valerent: quibus beneficiis Sanctus dici possit respondisse insolita pro instante ipsi morte ex utroque brachio sanguinis effusione: verùm hæc divinæ Providentiæ relinquimus.*

B

§ VIII. Variæ & insignes sanguinis effusiones factæ annis 1679 & 1698.

Nova sanguinis eruptio

ANno Christi 1679, *mense Augusto rursum ex utroque brachio prodigiosus sanguis manare visus est; ut fidem facit epistola, ejusdem, nî fallor, R. P. Antonii Berti, Prioris Tolentinatis, cujus copiam eximius P. Christianus Lupus, S. Th. doctor Ordinis Eremitarum S. Augustini, ac in Belgio Prior provincialis, ex Italia allatam publici juris fecit, atque hîc subnecto. In fronte sequenti titulo insignita est:* Copia epistolæ scriptæ à R. P. Priore conventûs Tolentini Ord. Erem. S. Augustini, Romam ad admodum R. P. procuratorem generalem conventûs S. Mariæ del Populo ejusdem Ordinis, super nova emissione sanguinis ex utroque brachio S. Nicolai Tolentinatis, Latinè versa, inhærendo verbis & idiotismis Italicis, quoad fieri potuit.

C *ex utroque*

105 *Epistola verò sic habet:* Admodùm reverende Pater, deessem meo muneri, si non redderem P. V. adm. Rev. certiorem de nova emissione sanguinis, hisce diebus detecta in sanctissimis brachiis nostri glorioſissimi sancti Nicolai. Sciat itaque, quomodò die Martis proximo, currentis mensis primo, ego inter monstrandum has SS. reliquias quibusdam dominis Firmensibus & Lauretanis, qui ex devotione erga Sanctum, huc venerant, detexerim in ambobus brachiis novas emissiones sanguinis. Primo aspectu hæsi attonitus, atque ad evitandum strepitum & quærens expedire me bono modo, retuli brachia, quàm potui citissimè ad suam arcam. Re postea cum Religiosis collata, conclusum fuit eam referre ad dominos magistratûs, ut cum illis conjuncti ipsa brachia visitaremus, & observaremus magis distinctè novum prodigium; quod executioni mandatum fuit.

Sancti brachio

106 Et vespertino tempore diei secundæ mensis currentis cùm veniſſent iidem domini secretò sub horam noctis primam in conventum, aperta est arca; & extracto à me reverenter brachio dextero, invenimus sanguinem novum & recentem in crystallo rotunda, posita ad exteriorem partem brachii versus cubitum, unde itidem anno MDCLXXVI sanguinem emisit; & vidimus, quòd per rimulam, quæ est in commissura argenti & crystalli, erumpens sanguis decidisset in velum sericum, quo intra arcam coopertum & involutum est sanctum brachium, atque ibidem reliquisse maculam sanguineam, quæ apparebat etiamnum recens & rubicunda, magnitudine unius grandis ciceris. Præterea observata fuit caro sancti brachii tumida & inflata ad eum modum, ut videretur argenteam arcam perrumpere, & usque adeò madefacta sudore, acsi in aquâ fuisset posita. AUCTORE C. S.

107 Repositò brachio dextero; extraxi sinistrum, & invenimus, quòd in crystallo grandi & rotunda, posita ad medium brachii (ubi itidem anno MDCXXI sanguinem copiosè stillavit) apparerent stillæ recentis sanguinis; quia vena brachii, quam dicunt cephalicam, respondens dictæ crystallo, tota inflata & tumida sanguine usque adeò excreverat, ut crystallum ipsam attingeret, à qua ordinariè distat medio digito & ampliùs, totamque crystallum ex parte inferiori insperserat sanguine, quem videre erat moveri & fluere modo hùc, modò illuc, prout movebatur Sancti brachium. Fuit etiam observata caro hujus brachii inflata & humida sudore ad eum modum, quem dixi de dextero. Heri vesperi deinde, cùm esset à me monitus, hic reverendissimus dominus vicarius episcopalis venit, ut acciperet, uti fecit cum notario & testibus, debitam informationem: atque inventa fuerunt omnia, quæ narravi, & insuper in cooperculo, quo involutum est brachium dexterum, visa fuit altera gutta sanguinis recentis, illi similis, de qua suprà. Hoc totum est, quod observatum fuit. Si alia accedat novitas, non prætermittam, quin faciam participem, ut eam possit illis communicare, quorum interest, ac præcipuè eminentissimo protectori Altieri. *observata anno 1679, & approbata:*

D

108 Similes sanguinis effusiones solent esse prognostica futurarum calamitatum Ecclesiæ & Christianitati. Placeat divinæ Majestati suæ placare per merita tanti Protectoris Ecclesiæ justam indignationem suam. Hoc ipsum precor Deum ego ipse, etsi peccator indignus, & P. V. admodum Reverendæ me inclino humillimè. *ejusque relatio in Belgium missa.*

F

Tolenti * IV Augusti MDCLXXIX

*Tolentini

P. V. adm. reverendæ
obsequentissimus &c.
Fr. Antonius Berti Prior.

Hisce denique subjunguntur sequentia: Hanc Copiam per postremum Italiæ cursorem huc transferri jussit adm. Rev. & exim. P. M. Christianus Lupus, S. Th. doctor, & Ord. Erem. S. Augustini in Belgio Prior provincialis, ut omnibus Christi fidelibus publica fieret, & per eam ad unanimem devotionem erga præfatum glorioſum Sanctum excitarentur, ejusque intercessione S. Rom. Ecclesia, & Belgium nostrum imminentibus malis posset liberari, nosque omnes Deo justo vindici conciliari.

Variæ ac insignes

109 *Sequens relatio alterius sudoris sanguinei, qui in annum* 1698 *incidit, Italicè conscripta est à P. Antonio Manfredi Societatis Jesu presbytero, Laureti tum degente, ad P. Janningum nostrum, qui id temporis Romæ versabatur, à quo ad Museum nostrum delata est. Manfredi verba Latinè accipe:* Renovatio, *inquit*, grandis miraculi sudoris sanguinei è brachiis S. Nicolai Tolentinatis, quod ad hoc us-

AUCTORE C. S.

que tempus in Ecclesia perpetuum est, subitò excitavit piam curiositatem omnium fidelium, assequendi eventum, & aliquam ejusdem notitiam acquirendi : tu verò, qui erga tam magnum Sanctum piè afficeris, singularem exigis relationem. Ecce eam tibi mitto secundum notitias, quæ ex bono fonte & à personis, quæ prodigio adfuêre, ad nos pervenerunt.

ex utroque brachio

110 Die XXII Septembris hujus anni MDCXCVIII cùm sacra brachia quibusdam viris nobilibus exteris spectanda exhiberentur, observata in iis est aliqua mutatio & quædam nova sanguinis effusio ; ex qua prædictis circumstantibus reverenti timore perculsis, visum fuit brachia suo loco reponere, & quos par erat, hujus eventûs commonere. Sequenti die, quæ erat XXIII, dominus vicarius cum domino Laureto Baptista medico, domino Petro Accorsi chirurgo, aliisque ministris eò se contulit, ut rem examinaret ; observatusque est ab omnibus novus sanguis cum manifesto carnis tumore, cùm sacra brachia aliàs arida ac sicca sint. Subsecutis diebus, XXIV, XXV, XXVIII & XXX Septembris renovata sunt examina à domino episcopo Varani, qui propterea Maceratâ advenerat, cum domino medico Scaramuccia & domino chirurgo Veronici.

B

sanguinis

111 Die XXIV tumor sinistri brachii magis manifestus apparuit cum effusione sanguinis è vena basilica ; & per rimam ostioli, quod est in exteriori latere argenti, & Seraphino leviter cælato clauditur, deprehensa est caro brachii dexteri rubicunda & humida, cum vivido recentique colore sanguinis, qui in quibusdam locis concretus & coagulatus erat. Præterea in crystallis, quorum tria ab interiori, totidemque ab exteriori utriusque brachii parte argento inserta sunt, per quæ sacra brachia spectantur, notatæ sunt plures veteris sanguinis stillæ, olim emissæ & vetustate sua obscuriores ; in crystallo autem, quod in medio sinistri brachii ab exteriori parte affixum est, observata fuit nova linea transversa sanguinis, qui è brachio erumpens, crystallo adhæserat, in eoque recentem sanguineam maculam reliquerat.

effusiones, C

112 In utroque etiam crystallo inferiori interioris partis multæ videbantur maculæ lucidæ ac fluidæ vividi & recentis pariter cruoris. In suprema verò crystallo extimæ partis brachii dexteri duæ novæ guttæ fluidi sanguinis cernebantur, quarum una à brachio dilapsa, vicinæ maculæ antiquiori adhæsit. Duæ pariter in inferiori crystallo ejusdem extimæ partis, unaque altera perquàm recens, in infimo crystallo non procul à cubito spectabantur. Quin & vela serica cyanei coloris, quibus sacra brachia obvolvuntur, novo conspersa sanguine visebantur, septem guttis seu maculis in dexteri velo, tribus in sinistri notatis præter alias vetustiores ante adventum domini episcopi observatas.

coram viris dignitate præstantibus

113 Subsecutis diebus usque ad tertiam Octobris prædictæ inquisitiones clariùs confirmatæ sunt, prodigiumque novarum eruptionum semper magis magisque inclaruit, ita ut hujus rei fama per totam hanc viciniam constantissimè propalata, multos è vicinis prælatis Tolentinum attraxerit, ut sacra brachia & hunc prodigiosum sudorem venerarentur ; quemadmodum inter alios fecerunt dominus Anguyciola gubernator Marchiæ & dominus Firrac gubernator Laureti. Idem fecerunt multi exteri, qui cùm sacram ædem Lauretanam inviserent, novo pietatis stimulo excitati, renovatum istud prodigium etiam spectare voluerunt ; inter quorum primos numerantur dominus marchio Vitelli, cubicularius sereniss. magni ducis, & dominus marchio Franciscus Maria Centurione senator Genuensis, aliique singularis ordinis meritique viri. D

facta anno 1698.

114 Die tertia Octobris dominus episcopus desiderans miraculum accuratiùs investigare, ostiolum argenteum, Seraphini imagine cælatum, aperire constituit, ut, cùm hactenus sacra brachia dumtaxat deforis & per crystalla fuissent lustrata, develata veritas in semetipsa immediatè conspiceretur. Inspecto itaque more solito primùm brachio sinistro, in media crystallo partis exterioris novus repertus est sanguis coagulatus, venaque magis tumida ; velum quoque album, quod cyanei loco appositum fuerat, variis sanguinei seri maculis denuò respersum erat. Deinde cùm ad dexterum brachium ventum esset, Pater Prior conventûs jussu domini episcopi prædictum ostiolum aperuit, apparuitque omnium oculis pars sacri brachii vivida carne instructa, coopertaque sanguine concreto & ad plures uncias effuso, qui suprà versus pulsum arteriæ humidior lucidiorque conspiciebatur, extendebaturque inferiùs usque sub argento, quod ipsius terminum occultabat. Nemo erat, qui ad hoc spectaculum lacrymas retineret ; prælati, sacerdotes, medici, populus præ devotione & stupore piis planctibus indulgentes, laudabant admirabanturque mirabilia & magnalia Dei in Sancto suo. In hunc modum cum summa voluptate terminata est inquisitio, & brachia suo loco reposita fuêre. E

§ IX. Ejusdem prodigii renovatio anno 1699 : octiduana solemnitas propterea indicta ab Innocentio XII PP. magno cum populi concursu celebrata.

F

Anno 1699

IDem prodigium denuò renovatum est anno proximè subsecuto, videlicet 1699, *de quo idem P. Antonius Maria Manfredi Conrardo Janningo nostro, tum item Romæ degenti, Italico idiomate perscripsit in hæc verba :* Anno nuper elapso die XVIII Octobris certiorem te feci de sanguineo prodigio brachiorum S. Nicolai Tolentinatis, quod à die XXII Septembris usque ad istud usque tempus, ut dixeram, continuatum est : deinde nihil de hoc argumento perscripsi, quia miraculum cessaverat & sanguinis fluxus stiterat. Jam verò ecce prodigium anno MDCXCIX à die XXIX Maii denuò repentè innovatum ; & hæ lacrymæ seu voces sanguinis, cum ingenti stupore, pioque sensu omnium vicinorum populorum, qui concurrerant, auctæ & ultra mensem continuatæ sunt. Quin & ego ipse eò accurri, ut viderem visionem hanc magnam ; & ne tu erga Sanctum devotissimus, hujus consolationis expers sis, accipe eventus, quos è fide dignis notitiis collegi.

iterumque

116 Die XXIX mensis Maii hujus anni MDCXCIX, die Veneris, sub horam XI, cùm quibusdam viris nobilibus sacra brachia ostenderentur,

A rentur, repentè visum est horum dexterum, satis tumidum, multum effudisse sanguinis, qui etiam ex argenteo ornamento, cui brachium inclusum est, elapsus, tribus aut quatuor locis tinxerat velum sericum album, quo obvolutum erat; sinistri verò brachii caro cœpit perfici & intumescere. Re superioribus, ut oportebat, significatâ, dominus vicarius generalis & domini magistratûs cum medico, chirurgo & notario, aliisque deputatis, die xxx eò se ad inspiciendum prodigium contulerunt; inventaque est in brachio major sanguinis effusio, maculæque veli usque ad octo multiplicatæ, ac præterea per pannum sericum penetrâsse repertæ sunt.

brachium 117 Die xxxi, quæ Dominica erat, inspectione iteratâ, observatum est, maculas in dexteri brachii velo usque ad numerum duodenarium excrevisse, sinistrum verò brachium pariter sudâsse sanguinem, ac tribus maculis velum tinxisse. Sequentibus diebus continuata est inspectio; at primâ & secundâ Junii nihil singulare notatum. De die tertia accipe, quæ Religiosus Franciscanus de Observantia ad me perscripsit. Die tertiâ, favente domino vicario, B ego quoque adfui, inventumque est brachium dexterum copioso sanguine oblitum, & Pater Prior crystallum, quâ parte sanguis manârat, velo serico albo detersit, quod inde maculatum est; idque propriis meis oculis conspexi. Die quarta nihil novi contigit, quintâ verò nulla facta inspectio.

multis diebus 118 At verò die sextâ rursum convenerunt, apparuitque in sinistro brachio vividus sanguis, qui in omnium circumstantium conspectu intra thecam fluebat; caro autem conspicua vigore, vegeta & humida videbatur. Eadem in dextero brachio cernere erat; nec tamen sanguis eruperat foràs, ut aliàs contigerat. Pater Prior detersit crystallum versus cubitum, velumque solitò maculatum est. Die septimâ dominus comes Paulucci gubernator copiarum per Marchiam Anconitanam & frater eminentissimi Cardinalis, stupendum hoc prodigium spectare expetiit; dumque sacra brachia ipsi exhiberentur, velum sinistri novâ sanguinis maculâ aspersum apparuit, & in utraque theca visus est sanguis intra crystalla sursum ac deorsum, prout brachia movebantur, fluere cum magna prædicti domini, C reliquorumque circumstantium admiratione, stupore & pietate.

sanguine 119 A memorata die usque ad xiv, nihil singulare novi accidisse: at xiv, quæ Dominica erat & festum sanctissimæ Trinitatis, deprehensum est brachium magnam sanguinis copiam extra crystalla profudisse, qui non modò velum sericum album infecerat, verùm etiam auri texturam penetraverat; imò, dum brachia reponerentur, repertum est & aliud velum, quod in eadem arca servabatur, sanguine infectum. Quid verò die xv contigerit, subjicio ipsis verbis cujusdam domini Trajanensis *, amici mei, qui hæc scripsit: "Adstiti inspectioni * di Monte-cchio „ sacrorum brachiorum, & oculatus testis fui „ sanguinis, qui videbatur fluidus, adeóque re„ cens, ut velum, quo Pater Prior eum per „ rimam argenteæ thecæ, quâ sacrum brachium „ continetur, abstergebat, notaretur maculâ „ sanguinis tam recentis, ut, dum hoc com„ plicaretur, duas alteras lituras imprimeret, „ ac præterea una guttula à crystallo, cui ad„ hæserat, dilaberetur & versus carnem dif„ flueret ...

AUCTORE C. S.

120 *Post hæc Manfredius nonnulla observat circa magnitudinem causasque tanti prodigii, quæ prætermittenda censui, & divinæ Providentiæ relinquenda: reliquum verò epistolæ sic habet:* Die Veneris, xxix mensis, placuit domino episcopo Varani Maceratâ Tolentinum accurrere, eóque sub horam xxiii cum magno Maceratensium comitatu adveniens, mox collectis dominis magistratûs, medico, chirurgo, notario & deputatis, ac præterea aliquot nobilibus Germanis & quodam Religioso præsentibus, sacra brachia recognoscere aggressus est. Observatum est, in sinistro brachio sanguinem fluere adeò recentem ac rubicundum, quasi è vena saliret; verumtamen foràs extra crystalla non erupit. Deinde dexterum brachium extractum, jussusque ab episcopo est P. Prior conventûs ostiolum argenteum aperire, quemadmodùm anno tum nuper elapso factum fuerat: quo aperto, nudum clarèque apparuit carne vegeta vestitum, vividoque ac rubicundo instructum sanguine, qui forìs elapsus variis in locis velum notaverat magnitudine medii nummi, quem Piastram appellant.

manat:

E

121 Effusio tam copiosa, tanto tempore continuata, tamque frequens, ut Tolentinates negent, quemquam eorum recordari, similem à se visam auditamve fuisse, movit Sanctissimum Dominum nostrum Innocentium XII, ut tum Tolentinates, tum exteros, ad quædam singularis pietatis officia paterno zelo exstimularet, ideóque octiduanam devotionem instituit, quæ à xxviii Junii, die Dominicâ, inchoaretur, & supplicationibus, orationibus, & exhortationibus transigeretur, concedens plenarias indulgentias omnibus, qui de peccatis suis confessi, & sacrosanctâ Eucharistiâ refecti, sacras Nicolai reliquias inviserent. Eodem die, quo huic Octavæ initium datum est, dominus episcopus Varani, & eminentissimus Cardinalis, gubernator Marchiæ, eò accurrerunt; totumque matutinum tempus confessionibus excipiendis, divinoque Epulo exhibendo impensum est.

indicta propterea ab Innocentio XII

octiduanæ preces

122 Sacra brachia ex arca extracta cum supplici agmine ad aram principem delata sunt ante solemnem Missam, post cujus Euangelium exhortatio ad populum est habita: deindo ad arcam relata sunt. Post cantatas Vesperas denuò F cum simili agmine, magistratu virisque nobilibus comitantibus, delata, publicæ veneration expositæ fuêre: verùm ob periculum, ne sanguis, quo manabat, foris decideret, non portabantur nec exponebantur, ut aliàs fieri solebat, erecta, sed reclinata in pulvinaribus holosericis ferebantur à sacerdotibus, sacro habitu indutis, atque ita altari imponebantur. Die Martis manè dominus Gherardi episcopus Lauretanus ac Recanatensis cum domino abbate fratre suo eò pariter advenit, & post celebratum in Sancti sacellulo Sacrum, privatim adstitit expositioni brachiorum, quæ vigorem resumere carneque vestiri visa sunt. Aliquis etiam concreti sanguinis grumus, moto brachio, movebatur.

cum ingenti populi concursu celebrantur

123 Horum prælatorum exemplo allecta ingens nobilium ac populi ex omnibus ferè oppidis, terrisque Marchiæ Anconitanæ subsecutis diebus confluxit, ut tanti boni tamque prodigiosæ visionis participes fierent. Dominicâ secundâ, quæ ultima Octavæ dies erat, & v Julii, impossibile fuit ob nimium concursum turbamque populi, ad concionem dicere, sacraque

AUCTORE C. S. brachia solitò exponere. Ab hac die deinceps sæpius inspecta, numquam sine vivido vegetoque sanguine, qui intra thecas manabat, reperta sunt; velumque holosericum album, quo crystalla detergebantur, novo semper cruore tinctum apparuit. Hæc scribo die XIV Julii, nec adhuc cessavit effusio, duratque etiamnum miraculum. *Hucusque Manfredius, qui deinde varias refert populi opiniones de hujus tam diuturni prodigii causa, sive de malo, quod per illud portendebatur.*

§ X. Reliquæ effusiones eodem anno 1699 factæ, item multæ aliæ, quæ variis annis contigêre.

Effusiones sanguinis

B *Prodigiosa sanguinis effusio, quam § præcedenti ex Manfredii litteris recitavimus, nondum cessaverat, dum is eas die* XIV *Julii ad Janningum conscriberet, ut ibidem vidimus: eapropter alias eo ipso anno* 1699 *ad eumdem dedit, quas Latinè pariter versas hîc subjungo.* Cùm tam jucunda tibi, *inquit*, acciderit relatio miraculosæ effusionis sanguinis magni sancti nostri Nicolai Tolentinatis, quam die XIV Julii ad te transmisi; cúmque hic Sanctus ab illo ad hoc usque tempus sanguinis aspersionem, meliùs loquentem quàm Abel, continuet, æquum est, ut te participem reddam eventuum, quos ex hac vicinia amici mei mecum communicârunt.

125 Die Dominica, XIX Julii, iteratâ inspectione, repertum est dexterum brachium novum denuò sanguinem extra thecam fudisse, eumque satis vividum ac rubicundum, relictis duabus maculis, magnitudine unius parvi nummi; in utriusque etiam brachii thecis cruor vividus & recens inventus est. Die XXIX ejusdem mensis duo Prælati, quorum alter gubernator Septempedæ, alter Nursiæ, Tolentinum advenêre, ut pio Sanctum venerandi ac divina prodigia propriis oculis spectandi desiderio indulgerent. Conspecta sunt brachia sanguinea, quæ concretum cruorem, carnemque splendidam & vegetam conservaverant; è dextero autem brachio effusus sanguis thecam perruperat, velumque tinxerat unâ maculâ, quæ largitudine sua nummum Julium æquabat: ad quod spectaculum prædicti Prælati ac reliqui circumstantes stupore & sacro horrore pleni hæserunt. Die secunda Augusti deprehensum est, è brachio sinistro, quod jam ab aliquo tempore nihil moverat, tantum sanguinis effluxisse, ut totum crystallum eo aspersum coopertumque cerneretur.

à die 19 *Julii*

C

126 Jam tres menses sunt à XXIX Maii usque ad XXIX Augusti, quibus magnus Sanctus hisce sanguineis vocibus prædicat, & defunctus adhuc loquitur; quemadmodum de Abele ait S. Paulus: verùm inter hos arcanos clamores nullus major fuit illo, qui die Veneris, XIV Augusti coram domino episcopo Varani contigit. Cùm hic Prælatus deberet die Sabbatho, qui Assumptæ in cælos Virgini sacer erat, sacris officiis in illa cathedrali ecclesia solemniter fungi, Maceratâ dicto die adveniens, unà cum magistratu ac deputatis illâ ipsâ vesperâ ad invisenda

anni 1699

sacra brachia se contulit. Inspectio cum debitis ceremoniis authenticè facta est: verùm ô Dei magnalia! Dum episcopus dexterum brachium detegit, ut, si quid novi accidisset, per crystalla dispiceret, repente ex quodam foramine versus cubitum, non secus atque ex quadam ampullula, tanta sanguinis fluidi, rubrique subnigri coloris, copia erupit, ut omnes adstantes cum stupore sacraque veneratione ad pias lacrymas excitaret, totamque provinciam, divulgatâ prodigii famâ, mirabili devotione repleret. D

127 Qui hæc ad me perscripsit, dixerat, *usque ad* sanguinem, qui effluxerat, suâ copiâ unciam æquâsse: at deinde ex domino Firao gubernatore Laureti intellexi, dominum episcopum Varani proprio ore ipsi testatum fuisse, prædicti sanguinis copiam sesquiunciam attigisse, tantoque cum impetu erupisse, ut dominus episcopus vereretur, ne etiam ad vultum suum vestesque pertingeret: certè totum velum maculavit, relictâ in eo lineâ uno palmo Romano latâ. Die XV iteratâ inspectione, inventum est, sinistrum brachium copiosum sanguinem effudisse, velumque unâ maculâ, tribus digitis latâ & octo circitèr longâ, tinctum esse: porrò sanguis non apparebat rubicundus, ut aliàs, sed pallidus & melancholicus: ex quo præter alia prodigia, quæ in hac effusione renovata sunt, aliud eluxit miraculum per immutationem ac variationem in colore sanguinis, qui modò purpureus ac rubicundus, modò pallidus, squallidusque & languidus apparuit. E

128 Die XVI dum sacra brachia ostenderentur domino Caraccioli, gubernatori Marchiæ, & cuidam Rectori Jesuitarum Maceratensium, qui ipsius obsequiis addictus erat, nulla veli pars sine maculis reperta est, ita ut in hujus locum aliud substituere oportuerit. Die XIX & XXII in utroque brachio quædam nova effusio deprehensa est; idem contigit die XXV, coram Patre Generali Minorum conventualium S. Francisci, aliisque Religiosis ejusdem sacri Ordinis. Die XXVII adfuêre duo Patres Pœnitentiarii Lauretani, casuista & Gallus, qui testati sunt, vidisse se carnem vegetam, unumque sanguinis grumum in brachio sinistro, qui dum theca moveretur, dissolutus est, lapsusque per commissuram crystalli; medietatem verò crystalli majoris, quod dextero brachio versus cubitum præfixum est, spumâ sanguineâ opertum fuisse, eâque detersâ, post spatium, quo psalmus Miserere tertiò recitaretur, nova denuò & copiosiore spumâ tectum fuisse: hæc viderunt, dum Pater Prior diceret: Hodie nulla est effusio. *diem* 10 *Septembris* F

129 Deinde dum brachium dexterum verteretur, relictæ sunt in velo, quod duos tresve palmos ab illo distabat, quinque aut sex guttæ, quæ se dilataverunt. Ostendebantur ipsis etiam vela, quæ in magna illa effusione dici XIV maculata fuerant, tumque erant complicata & conglutinata: verùm dum ea evolverent avellerentque, sanguis vegetus, viscosus & tenax repertus est. Die XXX inspectioni adfuerunt quidam nobiles Mediolanenses, coram quibus sinistrum brachium septem sanguinis guttas non sine ingenti terrore & pavore horum nobilium, in velum effudit. Die I Septembris advenit Pater Inquisitor Anconitanus, ut Sanctum veneraretur, simulque sacra brachia videret: verùm tum sanguis tantummodo vegetus absque ulla majori effusione apparuit. *ejusdem anni*

130 Die III & VI Septembris effusio iterata *deprehensa* est,

A eſt, velaque denuò aſperſa maculis, nummum, quem Itali Julium dicunt, magnitudine æquantibus. Die x, qui Sancto ſacer eſt, cùm ſacra brachia, publicæ populi, qui frequentiſſimus aderat, venerationi exponenda tollerentur, horum ſiniſtrum unam guttam coram domino epiſcopo ſtillavit, quæ levi maculâ velum tinxit: ab hac die uſque ad XIV, quâ ſcribo, nihil præterea dignum memoriâ novi contigiſſe. Porrò non exigui momenti ſunt, quæ retuli; cùm omnes aſſerant, confirmentque, effuſionem, quæ à XIV Auguſti uſque ad Sancti feſtum continuata eſt, maximam eſſe, quæ ab omnium civium ac Religioſorum memoria umquam acciderit.

Aliæ ejuſmodi

131 *Denique ut hujuſmodi prodigioſis effuſionibus exponendis finem imponam, breviter ſubjungo aliquot alias, quas, licèt tempore anteriores ſint, hùc rejiciendas cenſui, ut ſtudioſus lector ex præmiſſis relationibus, in quibus adjuncta ſingula enucleatè exponuntur, de ceteris poſſit judicare. Itaque Nicolaus de Tombeur in Appendice 6 ad Vitam* S. Nicolai *eas in hunc modum recenſet:* Multiplicem contigiſſe

B diverſis temporibus ſacri ſanguinis effuſionem, referunt ſcriptores fide digni: uti antequam Mahomet II, Turcarum imperator, occuparet armis Mitilenem, Negropontum, Albaniam, Boſniam, regioneſque alias. Item dum Eccleſiam Catholicam in Albania, Croatia & Corintho vexabat Bajazeth; rurſus priuſquam civitates munitas, Belgradum, Budam &c., expugnabat ejus ſucceſſor Solymannus; denuò dum Joannis XXII & Innocentii VI temporibus Eccleſia Romana hæreſum & ſchiſmatum turbinibus exagitaretur.

ſanguinis

132 Sed his omiſſis, utpote quæ (licèt à variis ſcriptoribus referantur, & legi poſſint apud Joſeph Arimani & alios multos) non omninò authenticè & in forma convincente annotatis, eas referemus tantummodò, quæ incredulos & obſtinatiſſimos convincere poſſunt efficaciter. Prima notatur anno MDX ſub Julio II, de qua factum eſt & exſtat inſtrumentum authenticum, prout & de illis, quæ factæ ſunt anno MDLXX ſub Pio V; item anno MDLXXIV ſub Gregorio XIII, & MDXCIV ſub Clemente

C VIII. Denuò anno MDCX & MDCXII ſub Paulo V: item MDCXXV ſub initium Pontificatûs Urbani VIII, & anno MDCXLV ſub Innocentio X. Anno MDCLVI alia & copioſa facta eſt menſe Julio ſacri cruoris effuſio ex brachio dextero ſub Alexandro VII, adeo notabilis, ut ſua Sanctitas ſuper his relationem & proceſſum formalem fieri, & prælo dari præceperit. Hujus autem Proceſsûs titulus tenoris eſt ſequentis: " „ Inſtrumentum fidei, continens emanationem „ ſanguinis divi Nicolai Tolentinatis. Verbi Je„ ſu Sanguine prædicamus ſanctam eſſe con„ ſtructam Eccleſiam; & ſanguine S. Nicolai „ narramus eſſe protectam „.

eruptiones,

133 Anno MDCLXIX contigit & alia ſub Clemente IX: ſed copioſior & frequentior viſa eſt ſanguinis è brachio ſiniſtro effuſio anno MDCLXXI ſub Clemente X, quam ſex diverſis vicibus vidit & viſitavit illuſtriſſimus dominus Cini, Maceratenſis & Tolentinus epiſcopus, præſente magiſtratu & conventûs noſtri Tolentini Patribus. Eodem tempore, cùm dominus Corſi, viſitator Pontificius ſacra brachia viſitaret, vidit ex iis tres ſanguinis guttas emanare. Nova rurſum viſa eſt anno MDCLXXVI: *dedimus hanc* §7, *ideoque ad cetera progredior.* Inſuper an- AUCTORE
no MDCLXXVII, XXIX Aprilis, & MDCLXXIX, ſub C. S.
Innocentio XI, quæ inchoata Auguſto, continuata eſt per uſque XVII Septembris, & interim diverſis vicibus factæ ſunt viſitationes, & ſingulæ per notarium & epiſcopi cancellarium authenticè annotatæ, præſentibus epiſcopo, gubernatore & Priore conventûs. *Cetera prætereo, quia haſce effuſiones* § 8 *jam expoſuimus.*

variis annis factæ.

134 Anno MDCXCVIII alia denuò, *proſequitur laudatus Auguſtinianus*, ſub Innocentio XII inchoata eſt XIV Septembris, & continuata uſque ad XVIII Octobris, & interea ſeptem factæ ſunt viſitationes in præſentia epiſcopi Maceratenſis, magiſtratûs per medicos &c. 5 & in qualibet viſitatione factæ XXIII, XXV, XXVI, XXVII & XXX Septembris, & ultima, quæ contigit XXX, reperta eſt cruoris effluentis renovatio. Denique iteratò facta eſt anno MDCXCIX & MDCC. *De priore harum trium egimus* § 8 *ex relatione & fide Antonii Manfredii, Societatis Jeſu presbyteri; verùm eà nonnihil diſcrepat à Tombeurii narratione: quippe in hac initium effuſionum diei* XIV *Septembris, in illa autem* XXII *ejuſdem menſis aſſigitur. Sunt & alia nonnulla diſcrepantia, quæ Manfredius loco & tempore proximior melius potuit noviſſe. De effuſionibus anno* 1699 *factis hoc ipſo* § *& præcedenti pariter actum eſt. Denique poſtremam anni* 1700 *ex utroque brachio ſanguinis eruptionem tam copioſam fuiſſe ſcribit P. Franciſcus de Corte, ut reverendus Pater Generalis Eremitarum S. Auguſtini triduanas preces publicas per univerſum Ordinem ſuum propterea indixerit, ut divinam clementiam implorarent, pœnaſque, quas portendi verebantur, averterent. Ex hoc ſanguine, eodem teſte, magiſtratus Tolentinas Clementi XI PP. donum miſêre. Ceterùm de hujuſmodi ſanguinis eruptionibus verè prodigioſis videri etiam poteſt Torellius in Annalibus ad annum Chriſti* 1345 *à num.* 17, *ubi varias recenſet, adjectis etiam calamitatibus, quas illis portendi exiſtimavit.*

§ XI. De Sancti reliquiis, ac præſertim de ejuſdem prodigioſo ſanguine variis in locis aſſervato.

Pollex vel digitus manûs

QUæ § 6 de S. Nicolai *corpore produximus, inſinuare videntur, nullas illius reliquias, præter ſacrum ſanguinem aliò deportatas fuiſſe. Quippe corpus totum incorruptumque Tolentini jacuiſſe, donec temerario auſu utroque brachio mutilaretur, ibidem dictum eſt; eoque facinore mirabiliter detecto, memorata brachia argentei incluſa thecis ex eo tempore Tolentini ſervari, corpus verò reliquum ſecretiori loco abditum latêre. Nihilominus Roschus Pirrus tom.* 2 *Siciliæ ſacræ, Notitiâ* 6, *San-Martinus in Vitâ Gallica, & P. Franciſcus de Corte Auguſtinianus in Flandrica, unum Sancti digitum Drepanenſibus in Sicilia aſcribunt. Idem facit Zacconius parte* 1, *cap.* 97, *ubi etiam occaſionem modumque exponit, quo ad Drepanenſes pervenerit. Narrationis compendium ſubjungo.*

Drepanum in Siciliam

136 *Erat, inquit Zacconius, Drepani in Sicilia quidam paterfamilias, vir multùm ho-*

AUCTORE C. S.

noratus, qui cùm filiam haberet, fortè unicam, à maligno ſpiritu obſeſſam, ſolitis Eccleſiæ exorciſmis eam liberare fruſtrà tentaverat. Quid multa? Fuſſus tandem dæmon eſt, ſolum Fratrem Nicolinum *ſibi formidandum eſſe, ejuſque ſolius imperio ſe è corpore diſceſſurum. Ad hæc quidam ex amicis, qui fortè aderat, ſciſcitatus ex quodam Religioſo Auguſtiniano, quis tandem is Frater eſſet, quem dæmon tantopere formidaret; reſponſum accepit, eum haud dubiè Patrem* Nicolaum *eſſe, qui è Caſtro S. Angeli in Marchia Anconitana ortus, vitam auſteram Tolentini ducebat, multiſque inclareſcere miraculis dicebatur. His dictis, amicus ille, celato reliquis conſilio ſuo, Tolentinum mox properat, ut ipſum* S. Nicolaum *adduceret Drepanum, aut aliquod ſaltem tanto malo remedium ab eodem impetraret.*

delatus, per eumque

137 *Verùm non longè à patria abſceſſerat, cùm è duobus Patribus Auguſtinianis inaudiit,* S. Nicolaum *nuper è vivis exceſſiſſe, jamque humo traditum eſſe. Perculit hominem inopinatus nuncius, hæſitque pauliſper dubius, an ab incepto itinere abſtineret: perrexit tamen Tolentinum, & ſacrum corpus veneratus, multis precibus apud Patrem ſacriſtam inſtitit, obtinuitque, ut aliquam illius portionem ſibi concederet. Noctu igitur ad Sancti tumulum acceſsêre, & primò auricularem dexteræ manûs digitum, ac deinde tres medios irrito conatu reſcindere tentârunt: at ubi ad pollicem ventum eſt, hunc nullo negotio reſectum, pixidique incluſum peregrinus ille Drepanum detulit, alto ſilentio premens tum exacti itineris cauſam, tum ſacrum cimelium, quod apportârat.*

B

energumena liberata dicitur:

138 *Subinde cùm energumena ſacris Eccleſiæ exorciſmis luſtraretur, ipſe cum memorato pollice, nemine rei conſcio, templum ingreditur. Tum verò dæmon frendêre & maledicta in* S. Nicolaum, *cujus reliquias horrebat, ingerere occœpit. Stupebant omnes, qui aderant, ignari, quid ageretur. Ille verò ſacrum pollicem exorciſtæ tradens, juſſit eum energumenæ imponi: at dæmon nihil ultrà moratus, puellam humo alliſam, mortuæque ſimillimam deſeruit. Poſtquam huic mens rediit, & ab inviſo hoſpite libera deprehenſa eſt, memoratus amicus, hoc lætus ſucceſſu, totam rei ſeriem aperuit, ſacraſque reliquias Patribus Auguſtinianis donavit, qui illas altari impoſitas venerati, inter feſtivos æris campani applauſus hymnum* Te Deum *concinuerunt.*

C

utrumque dubium apparet;

139 *Ita ferè Zacconius; quæ ſi vera ſint, miror ea Petrum de Monte Rubiano, ejuſdem temporis, Ordiniſque ſcriptorem latuiſſe, aut, ſi ſciverit, inter reliqua miracula non retuliſſe. Æquè ignota fuerunt Torellio, aliiſque ſcriptoribus, quos quidem viderim. Parùm etiam veriſimile mihi apparet, amicum illum, quiſquis fuerit, conſilio nemini communicato, Tolentinum Drepano, tam procul ab invicem diſſito properâſſe, ut* S. Nicolaum *arceſſeret, aut aliquod ab eo remedium energumenæ poſtularet. Præterea Torellius ad annum Chriſti* 1345, *num.* 19 *diſertè affirmat, è dexteri brachii pollice anno* 1656 *ſanguinem fluxiſſe, atque adeò is anno* 1305 *vel* 1306, *quo Sanctus obiit, à reliqua manu reſectus non fuit, nec Drepanum delatus; niſi fortè Torellius hallucinatus fuerit, aut pollicem pro loco pollicis uſurpârit. Denique, ut paucis mentem eloquar, ſuſpecta eſt mihi hac Zacconii relatio, præſertim cùm nullum teſtem aut monumentum alleget.*

D

videntur tamen aliquæ reliquiæ Drepani,

140 *Non propterea tamen quaſlibet* S. Nicolai *reliquias Drepanenſibus abjudicare auſim; cùm præter laudatos ſcriptores aliquas ipſis etiam adſcribat Jacobus Albericius parte* 2 *Vitæ, cap.* 2: *quæ tamen ea portio ſit, non ſatis exploratum habeo. Rocchus Pirrus ſuprà laudatus* digitum *eſſe ait, & hunc dexteræ manûs eſſe aſſerunt San-Martinus & auctor Vitæ Flandricæ; Zacconius ejuſdem manûs* pollicem, *Frigerius vel Albericius dumtaxat* aliquid ex pollice manûs dexteræ *eſſe affirmat; atque hoc poſterius cum Torellii dictis facilè poteſt conciliari. Quod ad tempus acceptæ reliquiæ ſpectat, laudatus Pirrus ſcribit,* digitum S. Nicolai ante annos MCCC à nobili familia de Cariſſima *ibidem donatum fuiſſe. Sed pro annis* MCCC *legendum puto* CCC, *niſi ipſe voluerit eam donationem circa annum* 338 *factam fuiſſe, quod utique falſum eſt. At ſi* CCC *legamus, donatio in idem fere tempus inciderit, quod Zacconius ſtatuit. Ceterùm Tolentinates, & qui Sancti brachia propiùs conſpexerunt, meliùs quàm ego diſpicere poterunt, utrùm aliquis dexteræ manûs digitus aut pollex aliò fuerit delatus.*

E

uti & Senis in Hetruria fuiſſe.

141 *Alium præterea digitum Senis in Hetruria ſervatum fuiſſe, tradit Ambroſius Senenſis, vel qui ejus Opuſculum Latinè vertit Scipio Jardinus, cap.* 31 *Vitæ hæc ſcribens:* Apud ſepulchrum ipſius S. Nicolai in urbe Tholentini, & in civitate Senarum, in ſacello, ubi digitus ipſius divi Nicolai ſervatur, vexati à dæmonibus, illuc ſe conferentes, creberrimè ejectis ipſis ſpiritibus immundis, in priſtinam tum libertatem tum ſanitatem ope ejuſdem S. Nicolai vindicantur. *Similiter Zacconius ex ipſo Ambroſii Opuſculo ſcribit, unum* S. Nicolai *digitum in quodam tabernaculo Senis honoratum fuiſſe, multiſque inclaruiſſe miraculis: ſed an is manûs an pedis digitus fuerit, non explicat. Addit, eum ſuo tempore, id eſt ſeculo* XVII, *ibidem non ampliùs ſuperfuiſſe, neque ſciri, quo caſu perierit.*

Aliquid prodigioſi ſanguinis

142 *Certiora ſunt, quæ de miraculoſi ſanguinis portionibus ad varia tranſmiſſis oppida narrantur. Ad manum mihi eſt inſtrumentum authenticum, anno* 1701 *in Caſtro S. Angeli in Marchia Anconitana confectum, debitaque vicarii, aliorumque teſtium ſubſcriptione & notarii publici auctoritate munitum, in quo aliquot reliquiæ, in memorato oppido aſſervatæ recenſentur, & inter ceteras de* S. Nicolai *reliquiis hæc dicuntur:* Aſſervatur quoque & publicæ venerationi exponitur, ſingulisque annis in ejus diebus feſtivis, x Septembris & ſecundâ die Pentecoſtes ſolemniter cum baldachino circumfertur, in capella cum tholo erecta in eccleſia Fratrum S. Auguſtini, inſignis reliquia S. Nicolai, fui popularis, maſſa ſanguinis concreti in quantitate notabili, effuſi & collecti in fruſtulo illius mappæ, in qua præciſa fuerunt ſancta brachia S. Nicolai.

F

aliaque Sancti monumenta in Caſtro S. Angeli

143 *Recenſentur ibidem quædam ejuſdem Sancti monumenta, de quibus in memorato inſtrumento poſt prædicta mox ſubditur in hunc modum:* Sed hæ ſunt minimæ memoriæ dicti ſancti Patroni; cujus etiam in dicto oppido exſtant crypta lapidea in loco deſerto, ubi orare, jejunare & flagellis ſe cædere ſolebat dictus ſanctus Patronus; pervetuſtum templum, ubi fuit luſtralibus aquis & ſacro chriſmate donatus, initiatus minoribus Ordinibus & canoni-

A cus factus; duæ columnæ marmoreæ, quæ ſuſtinebant ſuggeſtum, in quo à concionatore Auguſtiniano inflammatus fuit ad inſtitutum Fratrum Eremitarum, & ubi ipſe pluries concionatus eſt; cyathi & patinæ fictiles, quibus utebatur, affixæ & incruſtatæ in parietibus dicti templi, quæ & hodie videntur. *Hæc ibi: nunc ad ſanguinis reliquias redeamus.*

Portio ſanguinis conceſſa

144 *Aliquam ejuſdem ſanguinis partem anno* 1467 *à R. P. Alexandro Anconitano, Marchiæ Anconitanæ Priore provinciali, donatam fuiſſe domino Guilielmo de Paiellis, Prætori pariter Anconitano, tradit Torellius ad præcitatum annum à num.* 4, *probatque ex laudati Alexandri epiſtola, quam ex eo tranſcripſi, eſtque hujuſmodi:* Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus frater Alexander, ſacræ Theologiæ profeſſor & Prior provincialis S. Nicolai Marchiæ Anconitanæ, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſalutem & lætos in Dei opere ſucceſſus. Ex offitio nobis injuncto tenemur fidelium precibus quantùm cum Domino poſſumus, annuere: hinc eſt, quòd de conſenſu venerabilium Patrum conventûs S. Nicolai de Tolentino, magnifico & generoſo equiti, juriſconſulto & comiti Vicentino, D. Guilielmo de Paiellis, digniſſimo prætori Anconitano ac ſecretario Apoſtolico, de miraculoſo ſanguine glorioſiſſimi confeſſoris S. Nicolai de Tolentino, cùm nullæ aliæ ejus reliquiæ nunc haberi poſſint, particulam unam conceſſimus, pro ſua devotione penes ſe cum veneratione tenendam.

prætori Anconitano,

145 Affirmantes ſine aliqua dubitatione, hunc verè eſſe ex illo miraculoſo ſanguine, qui de ipſo ſanctiſſimo corpore emanavit; offerentes nos ad omnia majora, cùm Deo propitio facultas ſe obtulerit. In quorum fidem præſentes fieri juſſimus, & noſtri Provincialis ſigilli impreſſione muniri. Dat. Tolentini Kal. Auguſti MCCCCLXVII, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D. D. Pauli divinâ providentiâ Papæ II, anno III. *Torellius ibidem ſubjungit, aliam præterea ejuſdem R. P. Provincialis epiſtolam ad curatores fratreſque ſodalitii S. Mariæ, ſanctique* Nicolai, *Bragantiæ in agro Vicentino, quâ eos certiores facit de tranſmiſſo ſacro ſanguine ad memoratum comitem Vicentinum, additque ſe in ipſius arbitrio reliquiſſe, ut eum feſtis Sancti diebus publicè exponeret. Ait etiam, non niſi ſumma cum difficultate eam ſanguinis portionem potuiſſe obtineri; cùm illius provinciæ conſtitutionibus ſancitum eſſet, ne cuiquam aliquid reliquiarum ejuſdem Sancti donaretur.*

B

C

& ab hoc

146 *Altero pòſt anno, ſeu Chriſti* 1469 *prælaudatus comes aliquam ejuſdem ſanguinis particulam Vitalianæ ducatûs Mantuani oppidulo conceſſit. Probant id ejuſdem litteræ apud Torellium, quas hìc quoque recitâſſe proderit, quia laudati oppidi ſingularem erga Sanctum venerationem manifeſtant. Sic itaque habent:* Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus Gulielmus de Paiellis, juriſconſultus, eques Vicentinus, comes & ſecretarius Apoſtolicus, ſalutem & felices in Dei opere ſucceſſus. Emerita eſt ſingularis obſervantia & immenſa quædam devotio, quam vetuſtiſſimum oppidum Vitalianæ in extollendo ſacratiſſimo nomine glorioſiſſimi Nicolai de Tolentino, & præſertim in conſtruendo ei ampliſſimo templo certatim adhibuit, ut ſicut ego quoque præcipua quadam veneratione hujus divi Confeſſoris memoriam proſequor, ita in ejuſdem profeſſionis homines benevolentiæ meæ manifeſta documenta præbeam, & animi mei dilectionem erga illos omnibus patefaciam. AUCTORE C. S.

incolis oppidi Vitalianæ

147 Hinc eſt, quòd annuens præcibus venerabilis & religioſi viri D. Fratris Silveſtri de Leſſe, Prioris conventûs S. Nicolai de Tolentino iſtius terræ Vitallianæ, ac etiam D. Angelini de Lulmo, & D. Antonii della Colomba oratorum, qui cum litteris ipſius præſtantiſſimæ Communitatis Vincentiam venerunt, particulam miraculoſi ſanguinis ſanctiſſimi confeſſoris Nicolai de Tolentino, in templo illo perpetuis temporibus cum veneratione tenendam, libenti animo conceſſi. Et ne ullo umquam tempore verti poſſit in dubium, hunc eſſe ex illo ſanctiſſimo ſanguine, qui in partibus illis miraculis coruſcat, atteſtationes omnes hìc inferiùs defendendas mandavi. *Subjungebantur teſte Torellio duæ R. P. Alexandri Provincialis litteræ, de quibus ſuprà meminimus. Dein ſequitur:* Propterea venerabilis D. vicarius reverendiſſimi D. epiſcopi Anconitani & venerabile capitulum Anconitanum, propter ejuſdem reverendiſſimi D. epiſcopi abſentiam, earum puris documentis & pendentibus ſignis viſis & lectis per me notarium infraſcriptum de prædictis fidem faciunt.

E

piè erga Sanctum affectis.

148 Veſtrum igitur erit hujus divi Confeſſoris miraculoſum ſanguinem non minùs piè, honorificè & devotè proſequi, quàm etiam ejus ſanctiſſimam vitam pro virili veſtra imitari. Offerendo ſemper me ad omnia majora, cùm Deo propitio facultas ſe obtulerit: in quorum omnium fidem præſentes fieri juſſi, & conſueti pendentis ſigilli mei impreſſione muniri. Actum & datum Vincentiæ in domo meæ ſolito * habitationis XI Kal. Januarii MCCCCLXIX. Et ego Antonius, quondam Ambroſii de Claracenis, notarius publicus, civis Vicentinus ac cancellarius, ſcripſi. Quia dubitari ſæpe ſolet de fide & legalitate notariorum propter locorum diſtantiam, ideo nobilis Caſtellanus Azmoto Vincentiæ, & diſtrictûs Poteſtas pro illuſtriſſ. ducali dominio noſtro Venetorum &c., fidem facimus & manifeſtum omnibus præſentibus * inſpecturis: contraſcriptus Antonius de Claracenis, qui præſens privilegium ſcripſit, eſt notarius publicus Vincentiæ, & ſcripturis & inſtrumentis per ipſum confectis & in publicam formam relevatis plena fides adhibetur. In quorum fidem & teſtimonium præſens fieri juſſimus, & ſigillo noſtro S. Marci ſigillari. Ex Vincentia die Mercurii, die XIX menſis Decembris anni MCCCCLXIX. *Pro* die Mercurii *legendum videtur* die Martis, *qui eo anno erat* XIX *Decembris.*

* ſolitæ

* præſentes

F

Item aliæ Valentiæ, Venetiis, Nicoſiæ, Luſitaniæ Infanti,

149 *Valentiæ quoque aliquam ſanguinis particulam eſſe, ſcribit Albericius parte* 2 *Vitæ, cap.* 2, *quæ tamen ex variis ejuſdem nominis urbibus ea ſit, non edicit. Ibidem etiam aliquid ejuſdem cruoris attribuit monaſterio S. Stephani & S. Andreæ partbenoni Venetiis; ac præterea aliquid Nicoſiam in Cyprum olim fuiſſe delatum aſſerit, ſcilicet ante annum* 1570, *ex quo ſub Turcico jugo gemit. Denique affirmat, anno* 1578 *die* VIII *Martii juſſu Gregorii XIII PP. fruſtulum mappæ & parum goſſipii ſanguine conſperſi per illuſtriſſimum Alphonſum Binarinum, Camerinenſem epiſcopum, deſumptum fuiſſe, ut ad ſereniſſimam Luſitaniæ Infantem mitteretur, quæ aliquus* S. Nicolai *reliquias reponendas in ſacello, quod eidem Sancto dicaverat, à memorato Pontifice flagitaverat. Laudat Alberi-*

AUCTORE C. S.

Albericius pro hoc asserto suo epistolam R. P. Ægidii Savonensis, tum vicarii generalis Augustinianorum per Lombardiam, litterasque Apostolicas Gregorii XIII ad memoratum episcopum Camerinensem hac super re datas.

& Neapolis consessæ:

150 *Ludovicus Zacconius parte* I *Vitæ Italicæ, cap.* CXI *alias præterea civitates assignat, simili sacro thesauro ornatas. Ac primò quidem citans Ambrosium Senensem, ait, ampullam cum* S. Nicolai *sanguine conventui sui Ordinis in urbe Neapoli olim donatam fuisse, idque in eo singulare fuisse observatum, quòd, dum festâ Sancti die à supplicum agmine circumferretur, non aliter ac S. Januarii sanguis, ebulliens fervènsque appareret. Hanc ampullam sub Joanna I, quæ circa annum* 1343, *vel sub Joanna II, quæ sub annum* 1414 *Neapolitanum regnum adepta est, & quibus Ordinis sui Religiosos à sacris confessionibus fuisse ait, eò delatam fuisse suspicatur. Fatetur tamen, eam suo, quo scribebat, tempore ibidem non amplius repertam fuisse; sed aliquo casu periisse, aut in regum thesauris reconditam esse. Mihi verò hementissima suspicio penè persuadet, S. Januarii ampullam sanguinemque prodigiosum cum* S. Nicolai *miraculoso pariter sanguine perperam confusum esse. Nolim tamen negare, aliquam prodigiosi sanguinis* S. Nicolai *portionem Neapoli haberi, cum clarissimus vir Josephus Antonius de Fabritiis in libello, quem de Vita, translatione & miraculis S. Thomæ Apostoli conscripsit, annoque* 1702 *Neapoli excudit, inter sacras reliquias, quæ in S. Augustini ecclesia apud PP. Augustinianos in eadem urbe servantur,* sanguinem S. Nicolai Tolentinatis *diserte recenseat.*

B

item Pisauro & Ferrariæ.

151 *Pisaurum quoque in Umbria pauxillum gossipii, quo sacer sanguis fuerat exceptus, seculo* XVI *ineunte delatum fuisse, idem auctor scribit, laudans cujusdam ejusdem urbis incolæ contemporanei scriptum testimonium, quod Italicè est hujusmodi:* Conventus S. Augustini accepit reliquiam, scilicet de sanguine S. Nicolai in die Ascensionis, quæ erat XVI Maii MDIV; itumque est ipsi obviam cum omnibus Fratribus S. Augustini Sanctique Andreæ sodalibus usque ad S. Lazarum extra portam Fanestra: ubi cùm summa solemnitate & devotione suscipientis recepta esset & introducta; ordinatum est, ut imposterum post Missam solemnem sequens antiphona diceretur: Ave Maria gratiâ plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, ut Nicolai meritis ad cæli trahamur gaudium. *Denique Ferrariæ (ducatûs cognominis caput, ni fallor, intelligit) aliquid ejusdem sanguinis servari ait à sodalibus, qui sub* S. Nicolai *titulo olim in templo S. Augustini, at nunc in proprio congregantur.*

C

Pars mappæ sacro sanguine tinctæ

152 *Verùm memorabile est, quod idem Albericius de frustulo mappæ, eodem sanguine tinctæ, Sulmone in Aprutio factum scribit. Lubet id propriis ipsius verbis & ex ejusdem fide referre, ne quid addidisse aut detraxisse videar.* Sulmone, *inquit*, civitate Aprutii, servatur frustum mappæ, cui cruentata prædicti glorioli patris S. Nicolai brachia involuta fuêre, certóque constat, reliquiam illam genuinam ac veram esse. Quippe anno MDLXXXIII cùm audîsset episcopus, Patres nostros quartâ Dominicâ mensis, quæ nobis simul est Dominica Cinguli, cum supplice agmine circumferre in quodam tabernaculo frustum cappucii S. Augustini, dubitavit, an ea reliquia ficta non esset ad imponendum populo; ideoque accersitum Priorem rogavit, quâ ipsi (scilicet Patres nostri) certitudine aut quâ ratione scirent, istud cappucium esse S. Augustini. Respondit Prior, dicendo, ab antiquis Patribus suis ut tale habitum fuisse, seque pro tali honorare, quemadmodum illi fuerant venerati.

D

ignem illæsa Sulmone

153 Episcopus igitur, ne quemquam injuriâ afficeret, Aquilanum ac Pennensem episcopos invitavit, editoque decreto sanxit, ut omnes Sulmonenses reliquiæ statuto die in ecclesiam cathedralem deferrentur; exstructoque extra prædictæ ecclesiæ portam igne, episcopi pontificalibus induti vestibus cum clero advenêre, & singulas examinârunt. De duabus tantùm hîc agam, scilicet de S. Patris Augustini cappucio frustoque mappæ S. Nicolai, quæ utræque igni injectæ, tamdiu in eo hæserunt, ut sine ullo dubio consumendæ fuissent; deinde in conspectu omnium quatuor circitèr pedes in altum elevatæ sponte exilierunt cum tanta prædictorum antistitum, aliorumque admiratione, ut eas summa cum reverentia tollentes, diligentissimè perlustrarent, an ex aliqua sui parte ambustæ essent; ubi verò intactas & ne ignem quidem redolentes deprehenderunt, easdem in suis lipsanothecis reposuerunt, finitoque examine reliquiarum, quæ ad alios Religiosos spectabant, singulæ domum relatæ sunt.

E

mirabiliter sustinuisse dicitur.

154 Quia verò hæc publicè solemniterque acta fuerant, ære campano tympanisque applausum est, & uterque cancellarius, unus scilicet ecclesiæ cathedralis, alter magnifici magistratûs, rei gestæ instrumentum postulavit; ille quidem, quia hæc causa episcopalis erat fori, hic autem, ut eam inter urbis monumenta referret; cùm illa tanta solemnitate pompâque peracta esset, quantâ umquam altera per multa milliaria in circuitu facta fuerat. *Hucusque Ludovicus Zacconius, ad quæ pauca observanda. Modum illum sacras reliquias per ignem probandi olim in usu fuisse, videri potest in erudito Opere eminentissimi Prosperi de Lambertinis, nunc Benedicti XIV PP. feliciter regnantis, de Servorum Dei beatificatione &c., lib.* 4, *parte* 2, *cap.* 24; *cujus etiam rei exemplum habes in Opere nostro ad diem* VIII *Septembris in Appendice ad Acta S. Adriani martyris pag.* 237 *num.* 37. *Observandum est secundò, Ludovicum Zacconium Vitam hanc anno* 1624 *Pisauri vulgâsse, patriaque Pisaurensem fuisse; atque adeo nec loco nec tempore longè abfuisse à prodigio, quod hîc enarrat.*

F

Alia portio ad magnum Hetruriæ ducem, alia Monachium missa.

155 *In Sancti Vita Flandrica sæpe laudata exstat epistola reverendissimi Patris Petri Le Dron, ex Ordine S. Augustini episcopi Porphyriensis, anno* 1699 *die* XII *Decembris ad R. P. Melyn ejusdem Ordinis Româ data, in qua mentio fit similis frusti panni serici sacro sanguine conspersi, jussu Innocentii XII PP. magno Hetruriæ duci anno circitèr* 1695 *dono missi; additque ibidem Vitæ auctor, eas reliquias Florentiæ in aulico ejusdem magni ducis sacello servari, & quotannis die* X *Septembris supplici agmine, centumque stipatas prætorianis militibus, ad templum Augustinianorum deferri, finitaque festivitate, inde ad memoratum sacellum reduci. Exstat ibidem & alia epistola ejusdem illustrissimi Porphyriensis, anno* 1706 *ex Urbe pariter data ad amplissimum magistratum Antver-*

A *Antverpienſem, quæ hujuſmodi reliquiarum anno 1705 Monachii in Bavaria ſolemniter elevatarum meminit. Utramque epiſtolam infrà recitabimus.*

§ XII. Variæ ſacri ſanguinis portiones in Belgium delatæ, ibidemque cultæ.

Sacri ſanguinis portiones delatæ in Belgium,

R*Everendus pater Nicolaus de Tombeur, cujus jam ſæpe meminimus in Commentario prævio, varias ſanguinis* S. Nicolai *particulas in Belgio noſtro honoratas recenſet in Appendice 7 ad Vitam ejuſdem Sancti, ex qua ſequentia accipe.* Partes etiam lintei ſanguine S. Nicolai tinctæ de conſenſu Papæ variis donatæ: ſed omiſſis aliis, de ſolis illis agam, quæ ad provinciæ hujus Flandro-Belgicæ cœnobia ſunt delatæ. Ardens populi Belgici erga S. Nicolaum zelus & cultus à multo tempore ſummo

B deſiderio anhelârat aliquas ſaltem tanti Patroni obtinere reliquias; & tandem ſumma cum exultatione voto ſuo potitus eſt. Quanto cum applauſu & grati animi teſtificatione ſuſceperit, extraordinariæ lætitiæ, & triumphi ſigna, in ſingulis civitatibus illis in die exaltationis reliquiarum &c. exhibita, viva fuêre teſtimonia. Etenim in ſolemni proceſſione, comitantibus clero ſeculari pariter & Regulari, magiſtratu in corpore, ædium illuminatione & ornatu magnifico ſanctæ reliquiæ delatæ ſunt, ignes triumphales extructi cum maximo populi confluxu.

& primùm Gandavum anno 1705.

157 Anno MDCCV conventus Gandenſis theſaurum hunc obtinuit ante omnes in Belgio, xv Junii, manu propria Clementis XI datum Petro Lamberto Le Drou P. M., tum ſacriſtæ Pontificio & epiſcopo Porphyrienſi, & poſtea diœceſis Leodienſis vicario generali, pro conventu Gandenſi. Eſt autem FRUSTULUM tegumenti SERICEI MIRUCULOSO SANGUINE BRACHIORUM S. Nicolai Tolentinatis IMBUTI, deſumptum ex alia parte majori, ab Alexandro Varano, epiſcopo Maceratæ & Tolentini, ſuæ Sanctitati dono miſſa. Româ huc delatum eſt

C per R. adm. P. Gregorium Ackerboom, tum conventûs Priorem, olim diffinitorem &c. Eodem anno ſumma cum magnificentia exaltatum eſt Gandavi.

Antverpienſes ſimilem portionem

158 Conventus Antverpienſis anno MDCCVII per inſtantiam magiſtratûs iteratam ad augendam pietatem & ditandum confraternitatem nobiliſſimam, in ejuſdem Sancti honorem & animarum refrigerium jam pridem inſtitutam, *aliquam particulam obtinuit.* Contigit exaltationis celebritas v Junii, eximio P. M. Gerardo Melyn S. T. D. & tum conventûs quartùm Priore. *De hiſce Antverpienſibus* S. Nicolai *reliquiis agit pluribus P. Franciſcus de Corte in ſæpe memorato libello; nec ingratum lectori fore arbitror, ſi ex eo aliqua huc transferam, ut inde colligat, quanto in pretio ſacer ille Thaumaturgi ſanguis habeatur, & quàm difficile ſit aliquas ejuſdem guttas obtinere. Copioſa cruoris effuſio, quam annis* 1698 *&* 1699 *contigiſſe diximus* § 8, 9 *&* 10, *in Antverpienſis magiſtratûs ſenatoribus, quorum, inquit, plurimi pio* S. Nicolai *ſodalitio, in refrigerium defunctorum inſtituto, nomen dederant, deſiderium excitaverat aliquam ipſius particulam obtinendi. In hunc*

finem ſimul cum R. P. Gerardo Melyn, ejuſdem ſodalitii moderatore, Romam litteras dedêre ad illuſtriſſimum Petrum Lambertum Le Drou epiſcopum Porphyrienſem & ſacriſtam Pontificium. Verùm res tum temporis ex eorum votis minimè ſucceſſit. AUCTORE C. S.

159 *Is enim die* XII *Decembris anni* 1699 *ad memoratum eximium Patrem Melyn reſpondit in hæc verba:* Eximie Pater, nec Pater Generalis, nec Patres noſtri Tolentini, poſſunt obſequii deſiderio dominorum magiſtratûs veſtri quoad cruorem miraculoſum S. Nicolai; eò quòd tam brachia, quàm panni ſacro illo cruore tincti, ſint ſub eorum cuſtodia ſimul & magiſtratûs Tolentini, qui nullo modo patitur, quidquam vel minimum alteri donari; & eapropter, quoties brachia exponuntur aut viſitantur, (quod non niſi ejus in præſentia fieri poteſt) plus quàm Argi oculos habet ad obſervandum, ne Patres noſtri quidquam ſurripiant aut ſeponant. Jam annus eſt & amplius, ex quo propter dictam cauſam fruſtra laboro, ut operâ noſtrorum Patrum, quos maximè optare, ac velle in hoc mihi morem gerere certò ſcio, aliquid accipiam ex eodem ſacro cruore. Nihil omninò, niſi Pontifice jubente, poteſt ab iſto magiſtratu extorqueri; & dum jubet, (quod rariſſimè facit) adhuc ægrè & inviti obſequuntur. Cujus rei ſum ab annis quatuor aut circitèr teſtis oculatus, dum me præſente, etiam non ſine ſtrepitu, allocuti ſunt Pontificem, rogantes (licèt fruſtra) poſſe retinere pannum ſericum dicto ſanguine reſperſum, quem ille magno Etruriæ duci dari juſſerat. *diu fruſtra*

160 *Spe fruſtrati Antverpienſes, vota ſua in magis opportunum tempus diſtulerunt; nec multis annis pòſt ſeſe obtulit occaſio, quâ & feliciter uſi ſunt. Anno* 1700 *ſacra brachia copioſum rurſus ſanguinem ſudârant, ex eoque aliquid panno ſerico exceptum, Maceratenſis epiſcopus vel magiſtratus Tolentinas, ut ſuprà diximus, Clementi XI PP. miſerat; hic autem aliquam ejuſdem portionem, flagitante ſuprà laudato epiſcopo Porphyrienſi, Conventui Auguſtinianorum Gandavenſi in Flandria, alteramque Monachienſi in Bavaria anno* 1705 *conceſſerat. Hac Pontificis benignitas exſtimulavit Antverpienſes, ut pro obtinenda ſimili portione denuò inſtarent; inſtiteruntque per litteras à ſuprà dicto R. P. Melyn ad laudatum epiſcopum Porphyrienſem datas, qui eos eodem anno ſpe plenos, & proximè ſubſecuto voti planè compotes fecit.* *precati*

161 *Nam anno quidem* 1705 *epiſtolam, quàm ſubjungo, ad memoratum Patrem Melyn Româ tranſmiſit:* Eximie Pater magiſter, Prior, mox ut veſtras noviſſimas legi, cenſui vos expoſcere rem magnam ac multò ſingularem, quam & expeterent, haberentque in pretio reges; ſcilicet de tegumento brachiorum S. Nicolai de Tolentino, miraculoſo ejus ſanguine imbuto. Cumque non ita pridem obtinuiſſem à Sanctiſſimo pro conventibus noſtris Monachienſi & Gandenſi, vix animus erat ultrà petere; quòd crederem, fieri non poſſe citra notam audaciæ & ſalvâ, quam cum ſupremo Eccleſiæ monarcha ſervare decet, modeſtiâ ac verecundiâ. Impulſus tamen veſtro, veſtrique nobiliſſimi ſenatûs ingenti deſiderio, itidemque mea in vos propenſione, auſus fui Sanctitati ſuæ ſex abhinc diebus ſupplicare; & benignè *tandem per epiſcopum Porphyrienſem*

AUCTORE C. S.

annuere dignata est, moxque optatum accepissem donum, si tunc Sanctitas sua fuisset in intimo seu secretiori suo cubiculo, ubi eximia illa exstat reliquia: certò tamen accepturus sum. Mihi subinde est occasio ipsam accedendi, dum ad illud se recepit; neque tunc omittam captare opportunitatem refricandi ejus memoriam, aliis propè infinitis negotiis distractam: & ubi sacrum accepero pignus, sine mora transmittam.

à Clemente XI PP.

162 *Promissis stetit episcopus, dudumque expetitas reliquias undecim post mensibus à Clemente XI obtinuit, & ad prænemoratum Patrem Melyn in Belgium transmisit, simulque amplissimum senatum Antverpiensem tam lati successûs certiorem fecit his verbis:* Nobilissimi & amplissimi domini. Tandem à sanctissimi Domini nostri Clementis Papæ XI summa benignitate obtinui frustulum sericei tegumenti brachiorum S. Nicolai Tolentinatis, miraculoso ejus sanguine imbutum, cujus ardenti desiderio nobilissimæ & amplissimæ dominationes vestræ pridem tenebantur, & ne ultrà proteletur sacri istius pignoris vestra expectatio, illud hodie

B

transmitto ad eximium P. magistrum Gerardum Melyn, unà cum litteris nostris testimonialibus, Sanctitatis suæ jussu in forma authentica exaratis & cum Apostolico Brevi indulgentiarum, quas unusquisque intra octiduum exaltationis ejusdem, apud vos (ut mea quidem fert opinio, & vestra omnium ingens pietas sperare jubet) solemni ritu peragendæ, semel consequi poterit: adjuncta insuper exacta relatione eorum, quæ Monachii in Bavaria consimilis reliquiæ, tum adornandæ, tum solemniter exaltandæ causâ, anno proximè elapso præcipuè gesta sunt, eximiæ devotioni vestræ exemplum futura & piâ forsitan æmulatione eamdem provocatura.

impetrant,

163 Porrò non solùm impensè lætor, verùm & in potiorem partem eorum, quæ mihi umquam fausta acciderunt, meritò refero semperque referam, potuisse me aliquid apud Sanctissimum Dominum nostrum conferre operæ, ut nobilissimum vestrum sodalitium ac amplissima juxta & celeberrima civitas vestra tam raro tamque pretioso thesauro ad plurimorum invidiam ditaretur, atque hoc pacto fieret utriusque enixo desiderio satis... *Infrascriptum erat:* F. Petrus Lambertus episcopus Porphyriensis. Romæ xxv Septembris MDCCVI. *Foris verò inscripta erat epistola,* Nobilissimis & amplissimis DD. summo prætori, consulibus & senatui civitatis Antverpiensis.

C

annoque 1706 acceptas,

164 *Subjungo & alias ejusdem episcopi litteras, quibus sacri pignoris authentiam declarat, prout eæ editæ sunt post Orationem panegyricam hac occasione dictam à sæpe memorato eximio Patre Melyn, suntque hujusmodi:* F. Petrus Lambertus Le Drou Huyensis, Ordinis Erem. S. Augustini, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ episcopus Porphyriensis, sacrarii Apostolici præfectus & pontificii solii episcopus assistens. Omnibus & singulis præsentes nostras litteras inspecturis fidem facimus & attestamur, qualiter SS. Dominus Noster, D. Clemens Papa XI, cupiens magis magisque in celeberrima civitate Antverpiensi, nobilissimo Belgii emporio, augere illic vigentem magnopere devotionem erga S. Nicolaum de Tolentino, ad nostras humillimas & enixas preces benignè jubere dignatus sit, ut ex parte sericei tegumenti brachiorum ejusdem S. Nicolai, miraculoso ejus sanguine imbuti, sibi ab illustrissimo ac reverendissimo domino Alexandro Varano Maceratæ & Tolentini episcopo, unà cum litteris authenticis, à nobis visis & recognitis, aliàs dono missâ, desumeremus frustulum, eodem sacro cruore consperssum, ad effectum illud Sanctitatis suæ nomine donandi conventui Antverpiensi, Ordinis Eremitarum S. Augustini, & venerabili ac nobilissimæ confraternitati, in ecclesia ejusdem conventûs sub invocatione præfati S. Nicolai de Tolentino pridem erectæ: Nosque pia ejusdem SS. Domini Nostri mandata reverenter exequendo, frustulum ejusmodi ex probato sericeo tegumento exsciderimus, & successivè illud collocaverimus in reliquiario argenteo formæ ovalis, idemque reliquiarium sacro illo thesauro ditatum ac filo sericeo rubri coloris in parte inferiori clausum, nostroque sigillo minori ex eodem filo sericeo pendente, & ceræ rubeæ Hispanicæ impresso, munitum transmiserimus reverendo admodum & eximio Patri magistro Gerardo Melyn Ordinis Erem. S. Augustini S. Theologiæ doctori & conventûs Antverpiensis Priori, pro eodem conventu & antefata confraternitate, cum facultate illud tam

E

publicè quàm privatim fidelium venerationi exponendi, & cum expressa Sanctitatis suæ prohibitione sub pœna excommunicationis, & insuper quoad Regulares privationis vocis activæ & passivæ, ipso facto incurrendæ, ne quisquam præsumat prædictam S. reliquiam vel ex toto vel ex parte quovis prætextu umquam distrahere, vel cuivis alteri loco aut personæ quovis modo donare. In quorum fidem has nostras litteras à nobis & à secretario nostro subscriptas, nostroque sigillo majori hostiæ rubræ impresso obsignatas in forma patente expediri jussimus. Romæ xxv Septembris MDCCVI. Et signatum erat

F. Petrus Lambertus
episcopus Porphyriensis.

Locus ✠ Sigilli.

inferiùs habebatur

Caspar Fabricius Secret.

anno 1707 solemniter elevant.

165 *Denique hæ sacræ reliquiæ ab illustrissimo Reginaldo Cools episcopo Antverpiensi die* XVIII *Octobris anni* 1706 *recognitæ, elegantique argenteæ thecæ postmodum inclusæ, die* V *Junii anno* 1707 *magna cum pompa elevatæ, totoque octiduo singulari solemnitate, in RR. PP. Augustinianorum templo honoratæ sunt, ubi earumdem cultus hodiedum non parùm viget. Nunc Patris Tombeurii, quam paulisper interrupimus, narrationem resumamus.*

F

Alia sanguinis portio Angiæ,

166 Conventûs Angiensis (*incolis* Enghien, *oppidulum est Hannoniæ in confiniis Brabantiæ, ducatûs titulo insigne*) anno MDCCX particulam alteram per serenissimam principem Arembergicam, Egmontiæ comitissam, Româ procuratam exaltavit solemniter sub Priore Adriano Le Verd, nunc provinciæ definitore. Conventûs Bruxellensis idem consecutus beneficium ad instantiam eminentissimorum S. R. E. Cardinalium Paulucci & Julii Piazza tum episcopi Faventini & apud Cæsaream & regiam suam majestatem Nuntii Apostolici, magnificam in die exaltationis sacri cruoris instituit Octavam, Kalendis Februarii inchoatam & diebus octo solemnibus officiis musicè decantatis, concionibus indies habitis, cum indulgentiis plenariis &c.

alia Bruxellis elevatæ & cultæ,

167 Pridie Kalendas Februarii ædibus ac plateis, foro potissimùm & domo civica, ut in triumphis publicis assolet, undique illuminatis, sub tympanorum tubarumque clangoribus, incredibili

A credibili populorum frequentiâ atque devotione, è templo S. Gudulæ ad noſtrum ſumptuoſiſſimè ornatum tranſlatus eſt, præcedente cum facibus gymnaſii noſtri juventute cum vexillis, & ſubſequentibus ſeptem Ordinum diverſorum Religioſis, confraternitate Zonigera & Lauretana, quæ Tolentinum viſitavit; deinde nobiliſſimo ac ampliſſimo magiſtratu in corpore ac venerabili D. Gudulæ Capitulo: quos inter ferebatur pretioſiſſima cum incluſo ſacro cruore hierotheca, ſuccollantibus alternatim è prælaudato Capitulo & ex Ordine noſtro ſacerdotibus octo cum ſtolis. Inſuper quotannis Dominicâ ante Sanctorum omnium ſolemnitatem Octavam celebrat cum pompa & populi confluxu, ſolicitudine potiſſimùm ac induſtriâ eruditiſſimi Patris magiſtri Philippi Tax, tum ſecundùm, poſtea tertiùm Provincialis, cultûs S. Nicolai promotoris indefeſſi.

item Huoï, Bullonii & Dieſtemii.

168 Conventui Huenſi (Huy *oppidum Belgii eſt in Leodienſi diœceſi, ad Moſam fluvium, inter Leodium & Namurcum*) anno MDCCXV obtentæ ſunt hæ reliquiæ, procurante præfato epiſcopo Porphyrienſi, tum ſacrarii Apoſtolici

B præfecto, & hujus conventûs filio; exaltatæ autem ſub R. P. Alipio Gikin. Et hinc etiam obtinuit anno MDCCXVI conventus Bullonienſis (Bouillon *oppidulum eſt ducatûs cognominis caput in Belgio*) cùm Prior eſſet Fulgentius Collignon. Denique conventus Diſtemienſis (*incolis* Dieſt, *Belgii pariter oppidum eſt in ducatu Brabantiæ*) anno MDCCXX eodem theſauro honoratus, ſolemnitatem in exaltatione tenuit extraordinariam, & per Octavam indies habitæ ſunt conciones, ad quas cives penè confluxerunt univerſi. Ad requiſitionem magiſtratûs reliquias illas ſollicitavit & impetravit eximius Pater magiſter Joannes Libens S. T. D., tum ſtudii Lovanienſis regens, nunc ejuſdem conventûs Prior. Solatium magnum experti ſunt plurimi. *Hæc ſunt, quæ de reliquiis* S. Nicolai *prodigioſi ſanguinis, variis in locis honorificè exceptis reperi; neque dubium eſt, quin in pluribus aliis etiam ſervetur.*

§ XIII Sancti apparitiones factæ BB. Ritæ Caſſiæ & Helenæ Utinenſi: ſtatuæ Tolentini, Cordubæ, Venetiis & alibi miraculis illuſtres.

C

B. Ritæ Caſſiæ SS. Joannes Baptiſta, Auguſtinus

Quamvis inter miracula, à variis collecta & inferiùs recitanda, plurimæ occurrant apparitiones, quibus ſanctus Eremita noſter clientes ſuos frequenter dignatus eſt, viſum tamen fuit duas, quibus alibi aptus locus non erit: hîc recenſêre. Tomo 5 Maji Operis noſtri ad diem XXII *exſtat Vita B. Ritæ viduæ, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ab Auguſtino Cavalluccio ex duabus aliis concinnata, in qua inſignis* S. Nicolai *noſtri apparitio refertur. Poſtquam laudatus ſcriptor cap.* 1, *num.* 3 *dixiſſet, beatam illam viduam, caſo marito & defunctis liberis, jam tertiò fruſtra poſtulâſſe inter Auguſtinianas monachas Caſſiæ in Umbria admitti, num.* 4 *ſic progreditur:* Ergo conſueta exercitia orationis proſequens, dum nocte quâdam pervigilat ſupplicans, domûs ſuæ oſtium vehementiùs pulſari audivit, vocemque clamantis: Rita, Rita. Accurrit illico ad feneſtram, ſed nemine ante domum viſo, cum ſe denuò orationi reddidiſſet, ſimilem vocem ad ſe fieri audivit, quâ monebatur à Jeſu petere, ut in ſponſam ejus reciperetur; viditque tres Sanctos in ſuum auxilium miſſos. Tum rapta in extaſim, ſenſit ſibi voce clara dici: Veni dilecta Rita, jam enim tempus eſt, ut ingrediaris monaſterium, unde toties fuiſti repulſa. AUCTORE C. S.

170 Rurſum ergo ad feneſtram illa; viditque ante fores S. Joannem Baptiſtam, poſt quem protinus egreſſa uſque in locum, qui Scopulus Rupis-Porenæ nuncupatur, obſtupuit ad horrorem tam præcipitis altitudinis, quam vel pleno die tentare quis horreat. Sed apparentibus mox duobus aliis ipſius advocatis, ſancto Patre Auguſtino & S. Nicolao Tolentinate, animos reſumens, eoſdem ſecuta eſt uſque Caſciam, & intra monaſterium ipſum penetravit, portis, feneſtriſque omnibus clauſis, ut erant, manentibus. Quod cùm admirarentur monachæ, aliæque in alias referatæ domûs culpam ſuſpectando rejicerent; illa, quod factum mirabiliter erat, ingenuè profeſſa, facilè perſuaſit Sororibus, ne vellent ejectam, quam Sancti introduxerant. *Torellius in Annalibus hac anno* 1417 *innectit.* *& Nicolaus apparentes eam in monaſterium deducunt.*

E

171 *Alias Sancti apparitiones tradit Simon Romanus, Eremita S. Auguſtini, in Vita B. Helenæ Utinenſis, pariter viduæ & ejuſdem Ordinis ſanctimonialis, quam eodem, quo Beata obiit, Chriſti anno* 1458 *ſcripſit, & Majores noſtri tom.* 3 *Aprilis ad diem* XXIII *illuſtrârunt. Hic cap.* 3, *num.* 2 *beatam illam monacham cum quadam Sorore, Perfecta nomine, in hunc modum loquentem inducit:* O Soror chariſſima, aperiam tibi ſecretum cordis mei, tantùm ne, dum vivo, cuiquam illud manifeſtes; poſt mortem autem meam facias, prout tibi Dominus inſpiraverit. Scito, quòd hoc veſpere, multiſque aliis vicibus, mihi indigniſſimæ peccatrici loqui & apparere dignatus ſit dulcis Dominus meus Jeſus Chriſtus, unà cum ſua ſanctiſſima Matre, Domina mea, in cujus comitatu erant dilectus pater meus S. Auguſtinus & S. Nicolaus & S. Monica, cujus habitum indigna geſto: quando autem eos video, tanta repleor dulcedine, quantam humana lingua nequeat explicare. *S. Nicolaus B. Helenæ Utinenſi*

F

172 *Rurſum num.* 6 *ſic ſcribit:* Alias ibidem in oratione perſiſtens, quaſi extra ſenſus rapta fuit, donec S. Nicolaus in habitu nigro Eremitæ Auguſtiniani pulſans ad oſtium oratorii dixit: Aperi mihi, ſoror Helena: priùs autem, quàm ipſa aperiret, apertum ei divinitus oſtium eſt, & intravit Sanctus, dicens Helenæ: Pax tibi tecum ſit. Denique illam amplectens, ſupra oratorium ſuſtulit, rurſumque depoſuit, dicens: Sic age, de bono in melius proficiens, ſoror; ſic enim in paradiſum infereris ab angelis: & his dictis diſparuit Sanctus; Beata autem mox de eo Sacrum cantari ſolenniter juſſit, & hanc viſionem prænominatæ ſuæ ſorori declaravit. *ſæpius apparet.*

173 *De* S. Nicola *imaginibus ſeu ſtatuis nonnulla etiam prodigia referuntur, ex quibus illuſtriora tria, quæ legerim, hîc ſubjicio. In primis Zacconius parte* 1 *Vitæ, cap.* 122 *refert, Sancti imaginem, quæ in ejuſdem ſacello Tolentini colitur, inſtantem Eugenii IV PP. obitum, qui in annum Chriſti* 1447 *incidit, manifeſto ſudore præſignâſſe. Pro hoc argumento* *Sancti imago Tolentini obitum Eugenii IV PP. ſuaans prædicit*

AUCTORE C. S.

laudat Ambrosium Frigerium, cujus verba recenset, & nos ex ipso Latinè referimus. Hic Pontifex, *inquit*, singulari pietate gloriosum Patrem S. Nicolaum venerabatur, ob varia beneficia, quæ in infirmitatibus ac periculis per ejusdem merita & patrocinium à Deo impetraverat: sed & ante ipsius Eugenii obitum paulùm antequam exspiraret, illud præterea in ejusdem Sancti sacello, quod in ecclesia S. Augustini Tolentini erectum est, miraculum apparuit, quòd ejusdem primaria effigies in conspectu omnium uberrimè sudârit. Ad hoc miraculum spectandum legatus ac Marchiæ Anconitanæ gubernator cum omni populo accurrit, & legatus hæc ait: Brevì aliquam in Ecclesia Dei mutationem videbitis. Et sanè postridie de suæ Sanctitatis post novemdecim (*imò sedecim circitèr*) annorum Pontificatum, obitu allatus est nuntius simulque intellectum, Pontificem eâdem, quâ Sancti effigies sudaverat, ac memoratum ediderat prodigium, suam animam reddidisse.

Prodigia imaginum Crucifixi ac S. Nicolai Cordubæ,

B

174 *Pater Augustinus Paoletti, Ordinis Eremitarum S. Augustini per provinciam Senensem in Italia Prior Provincialis, sermone 29 de* S. Nicolao *Tolentinate, aliud cujusdam Sancti statuæ prodigium, Cordubæ in Hispania factum memorat, sic ipsum compellans:* Quodsi urbe Cordubensi, quæ totius Hispaniarum Andalusiæ metropolis est, pestis, manifestum Dei flagellum, furores suos exserat, universæ autem civitati ad placandum divinæ Justitiæ furorem in devotam quamdam processionem sese recipienti sodalitas tua obviam processerit, vexilli loco ex una parte Crucifixum, ex altera verò S. Nicolai statuam deferens, protinus videbitur, quòd mox ut ambæ turmæ sese proximè contigerint, statua tua, ô S. Nicolae, tametsi lignea, ad Crucifixi pedes genuflexa corruet; ipse autem Crucifixus è clavis & cruce manus suas resolvens, te Servum suum dulciter amplectetur, cessabitque subitò in tui gratiam eâdem prorsus die totius urbis contagio.

à Paoletto & Leenheero relata,

C

175 *Paolettum secutus Pater Joannes de Leenheer, Eremita Augustinianus Bruxellensis in Belgio, memoratum prodigium æri incidi vulgarique curavit, & subscripsit sequentia:* Anno MDCII vitiaverat Cordubam oppidum Hispaniæ Beticæ, dira lues. Post adhibita nequicquam humana remedia itum est ad cælestia. Instituebatur uno die gemina supplicatio versus nosocomium, situm extra urbis mœnia. In una supplicationum, quæ erat RR. PP. Franciscanorum, circumferebatur veneranda Crucifixi imago; in altera, quæ erat RR. PP. Augustinianorum, lignea statua D. Nicolai Tolentinatis. Occurrunt sibi casu circa urbis portam hæ duæ imagines: sed ô rem stupendam? Corruit ad Crucifixi pedes statua D. Nicolai, eosque deosculans, Deum pro populo Cordubensi precari videbatur. Quod miraculum, spectante universo populo, non pauco duravit tempore; donec tandem & ipse Crucifixus, è cruce manibus resolutis, Nicolaum in fronte dulciter amplexus, quasi populi cum Deo reconciliationem ad D. Nicolai preces indicaret. Sicque factum est, ut eadem die totius urbis contagio prorsus cessaret. *Hæc ipse, laudans Paolettum: verùm uterque prodigia auxisse ac multiplicâsse mihi certò videtur.*

examinantur, & ex Christophoro de Busto

176 *Ita sentire me cogit Pater Christophorus de Busto, Eremita pariter Augustinianus, qui de miraculis, quæ per* S. Nicolai *patrocinium annis* 1601 *&* 1602, *sæviente peste,* D *in urbe Cordubensi, ubi ipse tum habitabat, impetrata fuêre, Opusculum Hispanicè conscripsit, quod nos ex recensione Bernardi Navarro, ejusdem Ordinis Religiosi, qui istud recudit, ex Hispanico Latinè* § 17 *& sequentibus exhibebimus. Porrò totam rei seriem, quæ ad prodigiosam Sancti imaginem spectat, lector* § 20 *ipsis auctoris phrasibus Latinè, ut monui, versis reperiet; hìc verò ea paucis tantùm referemus, quæ ad discernendum, quid in recensitis relationibus verum aut falsum appareat, planè conducunt.*

ostenditur, quid in eorum narratione

177 *Laudatus itaque Christophorus de Busto scribit, dominum Jacobum de Vargas & Carnajal, toparcham del Puerto, prætorem ac justitiæ Cordubensis præsidem, unà cum reliquis senatoribus decrevisse, ut in grassantis pestis remedium* S. Nicolai *statua ad nosocomium S. Lazari, quod extra urbis mœnia erat, deferretur, eóque reipsa, memorato prætore ac reliquo senatorum collegio comitante, à Patribus Augustinianis anno* 1602 *die* VII *Junii delatam fuisse. Prodigium verò his verbis enarrat:* In termino viæ ex arboribus, herbis, variisque floribus sacellum cum altari piè adornato excitatum erat, in quo Pater Frater Joannes de Navas, Ordinis sancti Patris Francisci, nosocomii confessarius, eos opperiebatur, albâ stolaque indutus, & magnam piamque Crucifixi iconem in manibus gestans. Ad unum sacelli latus feminæ puerique, ad alterum viri convalescentes stabant; & quotquot per vires licuerat, ad recipiendam Sancti imaginem eò confluxerant . . .

verum,

178 Cùm sacra effigies ad altare deferretur, Pater, qui eam gestabat, in genua procidit coram Patre confessario, qui Crucifixum tenebat, eodemque tempore, quotquot in eo campo aderant, similiter in genua procubuerunt. . . . Pater, qui Sancti effigiem gestabat, cœpit eam extollere, . . . elevavitque, donec Sancti vultus ad sacratissimos Crucifixi pedes pertingeret; ad quos cùm pertigisset, glorioſus Sanctus eos exosculatus est, & ore suo sanctissimis pedibus spatio, quo quis Symbolum Apostolorum recitaret, adhæsit. *Subdit, hoc Sancti osculantis prodigium summis infirmorum, qui circumjacebant, vocibus ac lamentis exceptum, idemque prodigium paulò pòst iteratum, ac denique memoratam statuam in nosocomium illatam fuisse. At verò nihil de reddito à Crucifixi icone amplexu memorat, memoraturus haud dubiè, si id re vera accidisset. Nec tamen dubium apparet, quin hoc* S. Nicolai *statuæ prodigium idem illud sit, quod à suprà memoratis Patribus aliis vestitum adjunctis auctumque narratur.* F

quid falsum appareat.

179 *Præterea verum non est, eadem die, quâ memoratum prodigium non prope urbis portam, sed ante nosocomium contigerat, totius urbis contagionem cessâsse: etenim memoratus Christophorus de Busto, oculatus rerum testis, licèt fateatur, pestem à prædicta die* VII *Junii tam in urbe, quàm in nosocomio multò mitiùs sæviisse, capite tamen 6 expresse affirmat, eam tum minimè fuisse exstinctam, testaturque à die* XX *usque ad* XXX *ejusdem mensis Junii quinque sui conventûs Religiosos ea lue sublatos, cum ad id usque tempus conventus ille ab eo malo planè intactus stetisset. Addit denique, aliam* S. Nicolai *statuam à Patribus Augustinianis, tam multiplici suorum funere perculsis, die* XXX *Junii intra monasterii claustra noctu circumla-*

tam

A *tam fuisse, ab eoque tempore pestem tantum remisisse, ut die* XV *Julii nullus in tota urbe câ amplius infectus reperiretur, ac tandem* XXVIII *ejusdem mensis die salus publica promulgata fuerit, quemadmodum* § 23 *videbimus.*

Vetus è marmore Sancti statua.

180 *Venetiis quoque claram miraculis Sancti statuam in Augustinianorum templo coli, discimus ex quadam epistolâ à Fratre Fulgentio Arminio Abellinate Augustiniano Italicè conscripta, ac Bononiæ primùm, deinde Romæ anno* 1653 *edita. Hæc sequentem præfert titulum:* Litteræ, in quibus referuntur prodigia facta in statua marmorea S. Nicolai Tolentinatis, Venetiis in Templo S. Stephani PP. Augustinianorum. *Inscripta verò est* Multùm reverendo P. Magistro, Fr. Aurelio Augustino Siliman, Augustiniano doctori collegiato Bononiensi: *at quo anno exarata sit, quove prodigium contigerit, non exprimitur, fortè quia eodem, quo contigit, anno impressa est. Porrò ex hac epistola ea tantùm referam, quæ ad propositum nostrum faciunt, omissis scriptoris observationibus allegoricis, in quibus satis prolixus est.*

B *In templo Augustinianorum Venetiis*

181 Requirit à me, *inquit*, sancta multùm reverendæ Paternitatis vestræ curiositas, ut se certiorem faciam de prodigiis, quæ in marmorea S. Nicolai Tolentinatis statua apparuerunt... Visitur in hoc templo Sancti sacellum, quod antiquitate sua novos semper reverentiæ affectus fidelibus instillat, & quamvis sit ex marmore, quod tam durum est, Christianorum corda emollit. Altare in tribus distinctis ædiculis tres admirabilis cælaturæ statuas exhibet, quas sua vetustas multùm commendat, nec tot annorum spatia deturpârunt. Ad dexteram S. Pauli effigies;... à sinistra S. Hieronymi visitur... In medio harum statuarum positum est S. Nicolai simulacrum, tam simile vivo homini, ut in præsentiarum aperiendo os suum ostenderit, sibi nec loquelam deesse. Longobardicum cælum ferramenta, quibus Sanctus se flagellavit, imitatum, eam emaceravit, & ipsa à tot ictibus exsanguis remansit. *Id est, ea statua Sanctum rigidis corporis castigationibus emaceratum ac velut exsanguem exhibet. Denique addit, eam lilium manu gestare, nec magnæ molis esse.*

C *prodigioso splendore irradiata, os & oculos aperit*

182 Jam diu est, quòd divinæ pietati placuit piis nostri Herois, qui in hoc statua honoratur, clientibus beneficia conferre, ut testantur multæ tabulæ, quæ in sacello appensæ, humili picturâ gratias Sancto humillimè agunt, & pro veris beneficiis pictas grates rependunt... Magna erat ad hoc altare populi devotio; verùm Deus, qui eam fortè majorem cupiebat, voluit illam per prodigia augere. Feriâ secundâ Pentecostes, dum sol ad occasum vergebat, ipsius gratiæ exortæ sunt, dumque is mundi tenebris involvendus erat, hujus Sancti majestas illustrata permansit. Erant tum in templo domini D. Lucas Carrara & D. Ludovicus Bartatti sacerdotes, dominus Joannes Baptista Rovetti, dominus Joannes Brochii, aliique ibidem genuflexi orantes; qui, dum ut sua Sancto desideria exponebant, ita oculos in ejusdem statuam defixerant, viderunt (quemadmodum in judicio testati sunt) effigiem suos oculos & os aperientem; & supra statuæ caput luminosi splendores flammabant...

coram plurimis senatoribus & primæ notæ viris,

183 Accurrerunt hi devoti (*ad Patres Augustinianos, qui tum cœnabant*) & perfusi lachrymis in tanta serenitate imbres exhibebant. Advocârunt Patres, qui in templum concurrentes, in genua prociderunt, & pias preces concinuerunt; cúmque etiam numerosa populi turba confluxisset, perseverârunt prodigia usque ad horam noctis secundam... Hæc eadem signa multos dies continuârunt, eaque tantæ existimationis senatores jurejurando testati sunt, ut non minùs ex marmore factos illos crediderim, qui ea negaverint, quàm statuam, in qua apparuerunt. Plenissimam hujus veritatis fidem, quippe qui eam clarissimè viderant, fecerunt illustrissimi & excellentissimi domini, Franciscus Trono & Franciscus Morosini, & ab hisce excellentissimis dominis, luculenter confirmata est. Eamdem planissimè asserârunt illustrissimus dominus Joannes Dominicus Grimani, illustrissimus dominus Julius Donato, illustrissimus dominus Joannes Luigi, dominus Joannes Toffetti, illustrissimus dominus comes Hippolytus Francanzano, illustrissimus dominus eques Joannes Baptista di Settimo, aliique: unde concludo, non posse istud prodigium esse obscurum, ad quod illustrandum tot tituli concurrunt.

AUCTORE C. S.

E *qui id testati sunt. Multis etiam miraculis*

184 Eamdem veritatem confirmârunt clarissimi domini, Petrus Regia, Fredericus Porta, Daniel Giordano, uti & excellentissimi domini Dominicus Vincenti, N. Frugazzati & alii tanto numero, ut, cùm epistolam, non calendarium, scribere mihi animus sit, eos prætermittendos censuerim. Eamdem quoque comprobârunt beneficia, quæ infirmi sibi collata confessi sunt, tam evidenter, ut quædam illustrissimi ac excellentissimi domini Morosini del Campo neptis palàm fecerit, se visum recuperâsse; quidam mercator cum tota sua familia se veneno liberatum testaretur; plures quàm triginta contracti, se sanatos prædicaverint, totque ægroti restitutam sibi valetudinem prædicaverint, ut, cùm medicinæ vis non sit in herbis aut lapidibus, sed in Sancti invocatione consistat, ea imposterum dici possit solùm in verbis sita esse. Obtenta beneficia alii jam conscripserunt, ideóque ego, qui brevis esse cupio, hæc nolui exponere, ne ea calamo meo extenuem, quæ numero & argumento sublimia esse declarantur.

& beneficiis

F

185 Non defuêre, qui initio dicerent, hæc piorum errórem, oculorumve lusum, aut aliquid ejusmodi esse: verùm ratio hanc veritatem tam firmiter animis persuasit, ut pro indubitata habeatur... Viri nobiles summæ æstimationis, senatores optimi nominis, homines integerrimæ famæ, eam attestati sunt, & ad confirmandum statuæ os suum aperientis prodigium, asperrimi judicii homines sententiam dixerunt. Quidam aiebant, miracula ob certum finem patrari, & quibus hic ignotus erat, æquum videbatur dicere, hic nullum esse. Et verò divina pietas, quæ peccata nostra fert patienter, voluit in carneis cordibus inchoare prodigia, ut lapideæ statuæ finem declararet. Currebant priùs ad Sanctum maximè inveterati peccatores, dumque hi forsitan maximè recusabant credere, miraculum conspexerunt, veteraque delicta lacrymis immergentes, ea ad sacerdotis pedes abjecerunt. Non poteram minùs quàm arridere ad postulata tot lacrymis digna. *Post hæc scriptor inscrutabilia Dei judicia veneratus, ostendit, hujusmodi miraculis, a tot primæ notæ & integerrimæ famæ viris, aliisque hac in parte minimè suspectis, legitimè confirmatis fidem iniquè denegari, cùm in civilibus causis duorum*

AUCTORE C. S.

aut trium teſtium auctoritas tanti æſtimetur.

populique frequenti concurſu illuſtratur.

186 *Deinde rurſus proſequitur in hunc modum :* Summa cum pietate confluxit & etiamnum ad eccleſiam confluit populus . . . Nec imaginari ſibi quis poteſt, quàm frequentia ſint beneficia, quibus hic afficitur. Auguſtiores impoſterum ſunt parietes tot votorum prodigiorumque tabulis capiendis, iidemque picturis eorum, qui calamitates ſuas publicè exponunt, ornatiores apparent, quàm priùs, cùm barbaris tapetibus obducti, barbariem tam ſplendidè oculis exponebant. *Inſigne præterea fluvii Mamaconæ in Peruvia, Meridionalis Americæ regno, aquarum ſuarum, dum* S. Nicolai *ſtatua ad Valverdenſe Auguſtinianorum cœnobium deferebatur, curſum ſuſpendentis narrat Joachimus Brulius lib. 16 cap. 6 Hiſtoriæ Peruanæ : ſed de eo § ultimo aptiùs agemus.*

§ XIV. Mortui ad vitam revocati.

B

Sanctus multis illuſtratur miraculis,

QUàm *frequentibus miraculis hic ſanctus Thaumaturgus ſtatim à morte inclaruerit, colligere licet ex Jordano de Saxonia, qui ſeculo* XIV *in Vitis Fratrum lib.* 2, *cap.* XI *ait :* Multa & innumera alia miracula Deus per eumdem beatum Virum operatus eſt, quæ vix lingua ſufficeret dicere, vel calamus exarare, & operatur hodierna die, de quorum aliquibus eſt Tractatus ſpecialis in fine libri. *Neque hæc à Jordano immeritò dicta eſſe, liquet ex Bulla canonizationis, ſeculo* XV *edita, in qua Eugenius IV teſtatus eſt, trecenta & unum miracula pro ejuſdem canonizatione probata fuiſſe, ut* § IV *oſtendimus. Hinc Joannes Baptiſta Mantuanus, ſeculi* XV *eximius poëta de hoc argumento ſic cecinit :*

Nil opus eſt nobis ejus portenta referre
Morborum circa omne genus, circum aëra, circum
Fortunas & fata hominum, contraria circum
Æquora : nam Divûm nemo eſt, qui pluribus umquam
Claruerit ſignis à tempeſtate recentum
C Chriſtigenûm, fidei qui fundamenta fuerunt,
Tempus ad hoc; nec habent ejus miracula finem;
Aſſiduè fluit hæc virtus uberrima, tamquam
Fontis inexhauſti veniens de gurgite flumen.

ex quibus multa ex variis collecta damus.

188 Sunt, qui tercentum referant oſtenta relatu
Digna legi; ſed nulla poteſt vigilantia in unos
Contrahere Annales, totum quæ facta per orbem
Hactenus; incertum eſt & inexplorabile, quamquam
Inſudare velis, totoque aſſurgere nixu.
Quodque magis miror (namque hæc res ardua plus quàm
Conari natura queat, mortalia plus quàm
Corda hominum ſperare auſint, niſi cognita virtus
Spem faceret) rerum Annales poſt fata reverſas
Tot memorant animas rurſum in ſua corpora, facto
Jam tumulo, cùm jam inciperet procedere pompa
Funeris, ut dici poſſit præfectus averno,
Atque tribus, quas vult, leges imponere Parcis.
Porrò horum magnam partem jam dedimus ſuprà ex biographo; hìc verò ea recitabimus, quæ apud varios paſſim neotericos recenſentur. Nec tamen intendimus omnia recitare; nam præterquam quòd hac ratione Commentarius nimium excreſceret, vix dubitamus, quin magnus eorum numerus nos lateat.

D

Quidam trucidatus & in aquas fervidas injectus,

189 *Incipio à prima claſſis miraculis, videlicet à mortuis vitâ redonatis, qui, teſte Jordano lib.* 2, *cap.* XI, *ſeculo* XIV *plures quàm viginti numerabantur. Laudatus auctor loco jamjam citato mirabilem hiſtoriam narrat, cui non facilè ſimilem reperias, ac propterea eam ipſius verbis & ex ejuſdem fide recenſebo.* In Monte Rotundo Vir quidam vadens per viam, occurrentibus ſibi inimicis ſuis, nec valens manus eorum evadere, petivit amore Dei & S. Nicolai, ſibi vocari ſacerdotem confeſſorem, antequam eum interficerent; quod illi ſibi denegantes, eum occiderunt recommendantem ſe Deo & B. Nicolao. Eo mortuo, acceperunt corpus, & projecerunt in lacum calidum, ubi erat aqua bulliens & inde ſcaturiens è terra; in qua ejectione corpus dedit ſe ad fundum, & remanſit ibi octo diebus.

E

à Sancto reſuſcitatur, & domum redux

190 Octavo die B. Nicolaus venit in habitu ſuo, & excitavit illum de lacu; à quo ipſe exſiliens, ducente eum B. Nicolao, venit ad caſtrum præfatum (*Montem Rotundum*) de nocte, clamans, ſibi aperiri portam : quâ apertâ, venit intus in domum ſuam, uxore & filiis præ gaudio flentibus, & eum recipientibus. Qui poſuit ſe ad lectum, & poſtulato ſacerdote confitebatur & communicabatur Corpore Domini; & inunctione facta, fecit teſtamentum, & ſic valedicens uxori, filiis ac cunctis, exſpiravit horâ tertiâ, dicto priùs, quomodo B. Nicolaus ſuſcitâſſet eum, cuſtodîſſet, & duxiſſet ad locum ſuum. Quo facto, poſito eo in feretro, fuerunt oſſa candida ſine carne, quæ reſervata dicuntur pro miraculo uſque in hodiernum diem.

& de peccatis confeſſus moritur.

191 *Ita Jordanus, qui mirabilem hanc hiſtoriam primus, quod ſciam, tradidit; neque enim apud Petrum de Monte Rubiano, aut alium Jordano antiquiorem, ullam illius memoriam reperi. Porrò exiſtimabam per* Montem Rotundum *iſtud oppidum deſignari, quod in Tabulis geographicis* Monte Ritundo & Rotondo *ſcribitur, poniturque in Sabina provincia, duobus circitèr milliaribus à Tibere, novem verò aut decem ab urbe Roma verſus Septemtrionem : at Ludovicus Zacconius parte* 2 *Vitæ, cap.* 2 *monet, locum, de quo hìc agitur, nunc dici* Mont' Ortona, *nec procul à Patavio in dominio Veneto ſitum eſſe. Favet Zacconio loci indoles, nam non procul inde ferventium aquarum fontes ſcaturiunt,* Fontes Aponi & Patavini *appellati, in quos interfecti cadaver injici potuit.*

F

Puella, Firmi mortua,

192 *Alterum inſigne reſuſcitatæ puellæ prodigium refert Torellius ad annum Chriſti* 1318, *num.* 12, *quod eo ipſo anno Firmi in Italia contigiſſe ait, laudatque pro eo Proceſſum canonizationis, in quo illud eo modo, quo ipſe tradit, exponi affirmat; atque ideo juverit ipſa Torellii verba ex Italico Latinè ſubjunxiſſe.* Hoc anno contigit ingens miraculum, per merita glorioſi S. Nicolai Tolentinatis, à Deo factum in civitate Firmana (quemadmodum clarè conſtat ex Proceſſu canonizationis dicti Sancti), ſcilicet reſurrectio prodigioſa cujuſdam puellæ. Res autem ſe habet in hunc modum : Cùm quædam puella, Philippina nomine, filia Barachi Firmani, graviſſimè ægrotaret, eam mater S. Nicolao

A lao fervidè commendavit, ac quoddam prætere-
rea ei votum fecit: verùm ecce, invalescente
acriter febre, proximâ nocte filia defuncta est,
cum tanto dolore planctuque miseræ matris, ut
humanâ linguâ satis exprimi nequeat.

dum tumulanda effertur,

193 Verumtamen animum non despondens, eam denuò magna cum fide Sancto commendavit: & ecce, dum afflicta domina, tantis planctibus lassa, in lecto quiesceret, apparuit ei Sanctus, qui illam consolans, dixit: Bona domina, noli plangere, quia filia tua non est mortua, sed viva. Deinde domina paulatim evigilavit, è lecto exsiliit, & ad locum, ubi filia jacebat, confestim properavit; sed eam, ut priùs, mortuam reperiens, intermissos planctus magno cum dolore iteravit. Verùm cùm deinde sacerdotes, inter quos quinque è Fratribus nostris erant, eò accederent, ut prædictæ filiæ funus ad ecclesiam deferrent, cúmque jam re ipsa illud extra domum efferri conspiceret; tum verò velut amens, in furorem acta, desperabundâ sacrilegâque linguâ profata est: Ah sancte Nicolae, traditor, tu me decepisti; quia hac
B nocte dixisti mihi, filiam meam non mortuam, sed vivam esse; jam verò ecce, video illam mortuam efferri ad sepulcrum, nec ulla mihi spes supereſt eam umquam revisendi.

subitò revixit, diuque superfuit.

194 Dum verò hasce ineptias desperabunda mulier effutiret, ecce defuncta filia repentè revivíscens, erexit se, ut in feretro resideret, matremque increpans ait: Sile, ô mea mater, neque enim aliter mortua sum, sed viva. Moxque feretro humi depositò, bona Philippina domum suam reversa est, unà cùm matre, jam pœnitente, Deum laudans ac S. Nicolaum. Vixit postmodum hæc juvencula multo tempore, viro nupta fuit, multosque peperit filios. Ita prorsus legitur in suprà citato canonizationis S. Nicolai Processu, eademque referunt primæ classis auctores Vitæ Sancti, quamvis annum non determinent, in quem tam stupendum miraculum inciderit.

Puer Venetiis submersus,

195 *Ambrosius Senensis, vel qui Vitam ab eo Italicè conscriptam Latinè vertit, Scipio Jardinus, cap. 30 memorabile prodigium de puero Venetiis submerso exponit, quod ex eodem, præcisis superfluis, hîc recito.* Quid, quæso,
C effari, *inquit*, aut sacris laudibus eloqui possumus circa insigne illud miraculum, quod in Murano Venetiis, ubi phialæ & cyathi ceteraque conflantur vitrea vasa, tempore canonizationis ipsius S. Nicolai refulsit? Etenim octo diebus continuis in conventu S. Stephani Heremitarum S. Augustini propter Sancti hujus Romæ factam canonizationem celebris refloruit semper sacrosancta solemnitas... Et ecce in illo tempore præceps casus intra Murani grandiorem aquarum canalem, & sub salebroso undarum cumulo violentiori, qui rapido illic defluxu in similitudinem celerrimi fluminis velociter dilabitur, puerum quemdam parvulum absorbuit, & aquis ipsis involvit, funditusque in imas partes demersit, integráque totius diei mensurâ sub aquarum tegmine continuit, nec piscatoribus sursum deorsumque natatu pervigili illum intra aquas quæritantibus ullatenus umquam apparuit.

vesperè incolumis emergit.

196 Quam ob rem lacrymis affluens propter submersum filium pia mater, cùm etiam apud ejus percrebuisset multorum sermonibus aures insignium fama miraculorum, quæ S. Nicolaus de Tholentino indies explicabat, ipsum sibi glo-
rioso Dei Confessori atque virgini humillimè commendavit: vesperèque facto, super aquarum decurrentibus undis... puer vivus atque ab omni prorsus læsione immunis, ante omnium oculos ablatus emersit, suique erga matrem sermonis lætus aciem direxit, dicens: O domina mater, totius hodiernæ lucis curriculo penes quemdam apprimè pulcherrimum Fratrem, nigris indutum fulgidissimè vestibus immoratus fui; qui jucundissima vultûs hilaritate sanctis me illecebris consolatus fuit. Novitque propterea pueri mater, S. Nicolai ope puerum emersisse, mortisque vincula per miracula dirupisse: quare ad hanc usque hodiernam diem viri illi Murani summa semper devotiùs veneratione feruntur erga sanctum ipsum Nicolaum de Tholentino. *Canonizatio Sancti incidit in annum* 1446, *annoque subsecuto ejusdem Bulla emanavit, ideoque alterutro ex hisce annis memoratum prodigium debuit contigisse.* AUCTORE C. 3.

alter, Sancto patrocinante natus,

197 *Torellius suprà laudatus, num.* 13 *subjungit & aliud non minus mirabile, quod ex Fratris Antonii Dulciati Florentini, viri, ut inquit, non minùs sanctitate, quàm doctrinâ conspicui, Opusculo, anno* 1515 *Florentiæ edito, se hausisse præfatur, at quo anno contigerit, non edicit. Relationis, quæ paulo prolixior est, compendium subjicio. Gratianopoli, quæ urbs Galliæ est & Delphinatûs caput, quidam vir nobilis ac pius cum simili conjuge diu vixerat sine ullo matrimonii fructu, quod ipsius animum non parùm cruciabat. Subinde accidit, ut cum quodam Religioso Augustiniano hac super re tristis loqueretur; hic, ut erat* S. Nicolai *studiosissimus, suasit, ut ipsius patrocinium, emisso quolibet voto, imploraret. Assensit suasori vir nobilis, juratoque voto promisit fore, ut, si masculam prolem procrearet, ea* Nicolai *nomine nuncuparetur, utque festam Sancti lucem solemnem haberet, eâque multis pauperibus in domo sua epulum exhiberet.* E

postea in ferventem cacabum lapsus & coctus

198 *Audiit votum Sanctus; neque enim diu pòst concepit matrona, & evolutis uteri mensibus filium in lucem edidit, qui & in sacro fonte Nicolaus dictus est. Jamque puer biennium expleverat, cùm inopinatus casus parentum lætitiam paulisper interrupit. Festa* S. Nicolai, *luce, quam religiosi parentes sacris officiis, amicorum convivio, pioque pauperum epulo, ex voto quotannis transigere solebant, dum ipsi rei divinæ interessent, puer per culinam inobservatus oberrans, in ferventem cacabum prolapsus est. Redierant interim domum parentes, & carissimum pignus suum frustrà requirebant, donec tandem coquus, dum ex prædicto cacabo carnes tollere tentabat, puerum miserè coctum extraxit. Hinc in desperationem acta mater, se-
se è fenestra præcipitem dedisset, nisi circumstantes prohibuissent: at pater sui magis compos in conclave secessit, ibique ante* S. Nicolai *sacram iconem provolutus in genua, cum ingenti lacrymarum imbre, Patroni sui auxilium enixè imploravit.* F

mirabiliter revivisset.

199 *Interim nunciatur, adesse quemdam Patrem Augustinianum, qui ipsius alloquium petebat: hic introductus omnes bono animo jubet esse, puerique mutilum corpusculum, aptatis suo cuique loco membris, mensæ imponit; deinde cum tota familia aliquamdiu Deum precatus, surgit, & defunctum in Dei nomine ad vitam revocat. Nec mora, revixit puer sanus & integer, ipse verò subitò disparens, totam fami-*

AUCTORE C. S.

familiam inopinato gaudio replevit. Ita Torellius, ſed prolixiori, ut monui, ſtylo; qui deinde & aliud refert ex eodem Antonio Dulciati, quod hujus tempore, puta ſeculo XV, *vel initio* XVI, *in oppido Emporio (Italis* Empoli) *ad Arnum fluvium, inter Florentiam & Piſas in Hetruria ſito, factum ait, cujus compendium pariter ſubjicio.*

Trium filiorum, è quibus unus jam obierat, matri

200 *Graſſante per Hetruriam fame, quadam florentis ætatis ſed pauper vidua, Emporii habitans, tres parvulos filios, quos habebat, enutrire non poterat: quod cùm vir quidam opulentus reſciret, neceſſarias ipſi ſuppetias obtulit, dummodò impuris ſuis amoribus obſecundaret; verùm ipſa facinus deteſtata, mori ſe malle retulit, quàm id ſceleris committere. Moritur interim è parvulis unus; nec meliùs de reliquis poterat ſperare. His afflicta curis ad* S. Nicolaum *ſe convertit, & coram ejus imagine perfuſa lacrymis, eum precatur, ut in tanta neceſſitate ſibi ſuccurrat, nec patiatur, ſe ob inopiam in peccatum prolabi. Dum hæc orat mulier, fores audiit pulſari, ſuſpicataque, ne impurus ille procus eſſet, aliquantulum quid*

B

ageret, dubia hæſit; deinde implorato Sancti auxilio, ejuſque icone pectori impoſitâ, ad fores properat.

ſummâ inopiâ laboranti ſaccum cum pane,

201 *Reſeratis foribus, Religioſum Auguſtinianum offendit, qui eam ſic allocutus eſt:* Novi, filia, magnam inopiam, quâ ſimul cum filiis laboras, ideoque tibi aliquid ſubſidii attuli: *moxque dedit illi ſacculum pane plenum, dicens:* Accipe hunc ſacculum, teque cum filiis tuis refice pane, quem continet, nec verêre: nam benedictus Deus nihil tibi deeſſe patietur. *Hiſce dictis læta mulier oblatum ſacculum retro januam depoſuit; at cum deinde ad agendas benefactori ſuo gratias ſe converteret, neminemque reperiret, agnovit, hunc ipſum fuiſſe* S. Nicolaum, *cujus auxilium imploraverat. Intrò igitur concedit, & oblato munere ſuam ſuorumque famem depellere aggreditur.*

ad cujus attactum puer revixit, & pecuniam donat.

C

202 *Poſt hæc, ex divino, ut creditur, inſtinctu, demortui parvuli ori aliquid ex eodem pane admovit; quo facto, mox puer revixit, & cum reliquis ſatiatus eſt. Hiſce prodigiis acceſſit & alterum beneficium: quippe cùm reliquum panis paulatim conſumpſiſſet, tantum pecuniæ in ſacculi fundo reperit, quantum neceſſe habuit, ut toto, quo fames ſævire perrexit tempore, familiam ſuam ſuſtentaret. Inſigne ſanè ac memorabile hoc prodigium eſt, ideoque pro fide ipſi facienda pauca obſervo. Joſephus Pamphilus in Chronicis ad annum* 1511 *cum laude meminit de Antonio Dulciato, à quo illud habemus.* Antonius Dulciatus Florentinus, *inquit*, vir acutiſſimi ingenii, ſcripſit Opus celeberrimum, Computum ſolis & lunæ, cum ea, quæ ad clericos ſpectat, aſtronomiæ ratione, inſcriptum, quod... Romæ in archivo Ordinis aſſervatur Ms. *Secundò Vitam* S. Nicolai, *in quo memoratum miraculum refert, teſte Torellio, edidit Florentiæ anno* 1515: *credendum igitur non eſt, virum doctum ac pium auſurum fuiſſe tantum prodigium veluti ſuo tempore Emporii, id eſt, non procul Florentiâ factum, confingere, & pro vero venditare; cùm alioquin non difficulter potuiſſet de mendacio ac impoſtura convinci.*

D

§ XV. Alii mortui aut pro mortuis habiti, ſanitate donati: item alii ſuſpendio affecti, in vita conſervati.

Puer ex equo lapſus,

JAcobus Albericius *cap.* 6 *Vitæ varios præterea commemorat, qui ſive verè mortui, ſive pro mortuis habiti, priſtinæ ſanitati ſubitò reſtituti fuêre. Horum multos jam recenſuimus ex Petro de Monte Rubiano, aliquot velut ad aliam claſſem ſpectantes, alio loco memorabimus; ceteros ejuſdem verbis ex Italico Latinè jubjungimus.* Anſovinus puer, filius Anſovini Camertis, decurrentis equi ungulis oppreſſus & ita conculcatus, ut in ejuſdem capite ſolearum clavorumque veſtigia apparerent, viſceraque conquaſſata eſſent, loquelam ſenſumque amiſerat ac mortuus videbatur. Facto per matrem S. Nicolao voto, ſubitò vires reſumpſit

E

ac belliſſimè ſanatus eſt.

Religioſus lapſâ in cerebrum laminá,

204 Cùm Frater Petrus de S. Geneſio, (*oppidulum eſt Marchiæ Anconitanæ*) Ordinis Continentium, cuidam parieti innixus ſtaret, grandis ferrea lamina in ejuſdem caput decidit, eáque percuſſus obiit & ad templum S. Franciſci tumulandus delatus eſt. Quædam domina, Gregoria nomine, pro illo vovit S. Nicolao, promittens, ſe ad ipſius tumulum oblaturam imaginem ceream ejuſdem cum dicto Fratre magnitudinis. Facto voto, repentè ipſi ſpiritus, loquela ac ſanitas reſtituta ſunt.

puer è morbo, pro mortuis habiti, ſanantur.

205 Salimbenus, filius Jacobi Septempedani (*Septempeda, Italis* San-Severino, *ejuſdem Marchiæ urbs eſt*) ætatis trium annorum, cordis ac ſtomachi doloribus inopinatò correptus, multùm plangere & per magnæ horæ ſpatium ſanguinem vomere cœpit, tandemque loquelâ ac ſpiritu deſtitutus eſt in eum modum, ut mortuus appareret, frigeretque, & ab omnibus, qui eum videbant, pro mortuo haberetur: atque ita mortuus à primo veſpere uſque ad ſolitam cubitum ſecedendi horam jacuit. Pater verò eum S. Nicolao vovit, promiſitque fore, ut

F

puerum ad ipſius tumulum portaret, ibidemque imaginem ceream offerret. Voto emiſſo, puer ſubitò locutus & ſanatus eſt.

Mortuus natus, aliique

206 Filius cujuſdam Compliti Tolentinatis natus mortuus, & unius horæ ſpatio ab omnibus pro mortuo habitus eſt. Hunc pater S. Nicolao commendavit; nec mora, puer mox ſpiritum recepit. Ceccus, filius Matthæi ex Trajana (*incolis* Montecchio, *caſtrum eſt Marchiæ Anconitanæ*) cùm octiduo graviſſimè ægrotâſſet, à primo ſomno uſque ad horam Miſſæ mortuus jacuit. Pater S. Nicolao vovit, ſe illum ad ejuſdem tumulum delaturum, ibidemque eum ſuis veſtibus exuturum, unáque cum his imaginem ceream, candelamque, puero longitudine parem, oblaturum. Facto voto, ſubitò reſpiravit, locutus & ſanatus eſt.

ad vitam

207 Joannutius, filius Roſæ Matilicanæ (Matilica *oppidum eſt Marchiæ Anconitanæ in Italia*) graviter infirmus, in eamque deductus debilitatem erat, ut, qui eum viderent, mortuum dicerent. Pro hujus incolumitate parentes ejus ceream imaginem voverunt; moxque poſt votum reſumptis viribus ſine ullo medicorum ſubſidio

A subsidio convaluit. Filia quædam cujusdam Viri nobilis civitatis Firmanæ (*in eadem Marchia Anconitana*) , ætatis duodecim circitèr annorum , obierat : eam mater S. Nicolao vovit , promittens ipsius tumulum invisere , ibidemque filiæ vestes ac comam offerre : facto voto convaluit.

revocati. Blanca Mediolanensium ducissa ,

208 Cola filius Clarundinæ Septempedanæ , simulac baptizatus erat , tantopere infirmatus est , ut mortuus videretur & pro tali habitus est ab hora tertia usque ad occasum solis. Cùm verò mater ejus S. Nicolao voviſſet fore , ut , si filius reviviſceret , ejus tumulum cereis cingeret ; puer sensum recepit , cœpitque mammam sugere , & octo mensibus supervixit. *Hæc Albericius : quæ subdo , deprompta sunt ex Ambrosio Senensi apud Jardinum cap.* 30 , *ubi hæc lego :* Vastissimæ civitatis Mediolani domina , nomine Blanca , nempe uxor ducis ejus civitatis , dum quandoque parturiens edidisset infantem mortuum , stabilemque & penitùs immobilem , haud aliter quàm si rude frustulum informis carnis emisisset , neque enim motu aliquo
B excitabatur creatura , & prorsus caro mortua immobilisque jacebat.

ob factum suæ proli miraculum ,

209 Attamen , quoniam mira erga S. Nicolaum de Tolentino inerat devotio ipsi dominæ , iccirco protinus pia pollicitatione vovit fore , ut altare sacellumque Mediolani in honorem & sub titulo S. Nicolai intra ecclesiam Incoronatæ celebriter erigeret , calicemque aureum (*Zacconius habet* argenteum) in terram Tolentini pro ecclesia S. Nicolai repentè mitteret : & vix votum voce domina compleverat , cùm natus infans dulci cœpit vagitu plorare , motuque puerili vitales jam carpere auras summa omnium hilaritate monstravit ; unde etiam confestim omni prorsus cunctatione rejecta , explevit piæ pollicitationis votum domina Blanca , & jubileum à Romano Pontifice pro omnibus utriusque sexûs personis , quæ sacellum ejusmodi divi Nicolai fideli visitarent accessu , multis duraturam annis impetravit. *Eadem habet Zacconius, parte* 1 , *cap.* 129 , *& San-Martinus in Vita Sancti Gallica , num.* 58 , *quamvis in adjunctis non nihil discrepent.*

C *sacellum Sancto Mediolani condit , & indulgentiis*

210 *San-Martinus scribit , memoratam Blancam fuisse conjugem Francisci Sfortiæ , primi ejus nominis Mediolanensium ducis , quam Joannes Simoneta lib.* 5 *Historiæ memorati ducis , apud Muratorium tom.* 21 *Rerum Italicarum , ipsi anno* 1441 *nuptam scribit , & Christophorus à Soldo in Historia Brixiana apud laudatum Muratorium col.* 914 , *die* XIX *Octobris anni* 1468 *defunctam notat. Torellius ad annum* 1460 , *num.* 23 *agit de memorato sacello seu templo* S. Nicolai , *aitque illud à laudata ducissa templo S. Mariæ Coronatæ , quæ Patrum Augustinianorum est , adjunctum fuisse in eum modum , ut , licèt utrumque templum gemino frontispicio distinguatur , intrinsecus tamen non nisi unum sit ; atque hinc intelligitur , cur* S. Nicolai *sacellum ab aliis intra ecclesiam S. Mariæ Coronatæ , ab aliis juxta eam conditum dicatur. Idem Annalista ex monumentis istius monasterii ad propositum nostrum ibidem recitat sequentia :* Illustrissimus D. D. Franciscus Sfortia dux Mediolani magnam pecuniæ quantitatem erogavit in fabricam monasterii. Illustrissima D. D. Blanca Maria , uxor ejus , etiam magnam pecuniæ quantitatem erogavit in fabricam monasterii ; quæ insuper ecclesiam S. Nicolai de Tolentino construxit , ad cujus altare quotidie celebrare debemus. AUCTORE C. S.

à summo Pontifice impetratis ditat.

211 *Herrera in Alphabetho Augustiniano hujus pariter ecclesiæ meminit , aitque ibidem supra ejusdem monasterii seu templi portam hæc legi :* Hanc ecclesiam ædificari fecit illustrissima D. Blanca Maria , ducissa Med. in honorem B. Nicolai de Tolentino , cui impetravit à sanctissimo Papa Pio II plenari (*lege* plenariam indulgentiam) peccatorum , anno suæ dedicationis , & septem quadragenarum in festo S. Nicolai in perpetuum MCCCCLX , X Septembris. *Eadem inscriptio , sed paulò aliter & mutila extat apud San-Martinum in hunc modum :* Hanc ecclesiam ædificare fecit illustrissima Blanca Maria , ducissa Mediolani , Papiæ , Angeriæque comitissa , ac Cremonæ domina , in honorem sancti Nicolai de Tolentino &c. Anno MCCCCLX , die VII Septembris. *Uter rectiùs referat , judicent Mediolanenses. Porrò etsi Torellius ac Herrera laudans Gasparum Ambigatum lib.* 6 *Historiæ Mediolanensis , templum illud anno* 1460 *à memorata ducissa conditum etiam asserant , neuter tamen de suscitatæ ipsius prolis miraculo meminit ; imò verò posterior suspicatur , illud hortante forsan Gabriele Sfortia Augustiniano , mariti fratre , ab eadem erectum esse. Fides itaque sit apud Ambrosium Senensem , qui , unde id prodigium didicerit , non docet.*
E

Puer jam jam efferendus revivisci.

212 *Accipe & aliud ab eodem Ambrosio apud Jardinum relatum.* Prope civitatem Filtri , (Feltria *urbs est in Marchia Tarvisina*) in loco dumtaxat per milliaris exigui spatium ab ea distanti , illique cohærenti , evenit , ut cujusdam ejus regionis incolæ filius intra mortis usque adeò vehementer desudârit difficillimos agones , ut omnes illum tandem mortuum existimaverint , atque propterea jam iter ad illius ædes , quò sepulturæ ipsum traderent , sacerdotes arripuissent. Interim verò totius cordis fidenti affectu mater ejus illum divo Nicolao commendavit , & confestim S. Nicolai ope apparuit , quòd dumtaxat obdormîsset puer : quare eum repentè immortali accedente gratiarum actione , ad altare S. Nicolai detulerunt , eumdemque etiam illicò habitu ipsius divi Nicolai hilari veneratione vestierunt.

Regis Cypri cubicularius , de furto annuli
F

213 *Magis mirabile est , quod eodem capite de quodam regis Cyprici famulo refertur , his verbis :* Memoriæ , *inquit* , repetendum consuluerim , nec umquam , quæso , oblivione obrui sinamus , excelsum illud divi Nicolai miraculum , quod sublimis iste Confessor Dei altissimi explicuit erga cubicularium regis Sacchi , qui insulæ amœnissimæ Cypri regnum . . . obtinebat , & nostris hisce temporibus claruit. Etenim quadam die rex post prandium , ad finem , ut commodiùs manus ablueret , annulum regium deposuit intra summitatem argentei vasis undique aurati , intra quod ex phiala aurea aqua descendebat in regias manus. Annuli autem depositionem famulus minimè animadverterat ; quam ob rem annulum unà cum aqua ablutionis insciis projecit in terram. Rex autem post horæ curriculum repetit à famulo annulum ; ille verò nihil prorsus se annuli regii conscium esse , non minùs reverenter , quàm verissimè affirmabat.

falsò accusatus & suspensus.

214 Quocirca rex intra ignem furoris iracundiæ . . . raptatus , jussit famulum suum regium protinus eâ horâ suspendi : cui ex pio Catholicoque more adhibitus fuit confessarius Fra-

AUCTORE C. S.

ter Guilielmus Ordinis Heremitarum, & iſte erat confeſſarius regis: qui auditâ regii cubicularii innocentiâ, eidem piè conſuluit, ut divo Nicolao de Tolentino ſingulari fidenter devotione penitus ſemetipſum commendatum faceret. Id, quod lubenti animo regius famulus, confeſſarii monitis humiliter morem gerendo, præſtitit; fuitque deinceps ad patibulum executivè deductus; juſſio enim regis inrevocabiliter pronunciata urgebat, & propterea tamquam fur regii annuli per acerrimum fuit carnificem ſuſpenſus. Veſpere autem facto, regius amiſſus annulus humi in cœnaculo niteſcens apparuit, & regi oblatus per inventorem fuit.

Sancti ope vivus deponitur:

215 Propter quod animi cruciatu vehementer torqueri, nimiſque cordis intrinſecus dolore confici rex mirum in modum cœpit, atque repentè juſſit ſuſpenſum manè famulum de patibulo ſtatim celerrimè deponi: qui miraculo S. Nicolai vivus repertus fuit, atque à rege interrogatus, quo pacto vitales auras carpſerit, & intra mortis carcerem non abierit; miti benignitate famulus regi reverenter reſpondit, ſe ineffabili ope divi Nicolai de Tolentino non ſolùm intima mortis penetralia evaſiſſe, ſed neque priora ſummaque veſtibula attigiſſe. Et iccirco ſingulâ quâque die Mercurii illic confuetudo invaluit, ut univerſus Cyprius populus ante altare S. Nicolai in eccleſiam divi Auguſtini adoranter confluat; quandoquidem inſigne hoc miraculum intra labentia diei (ut meminimus) Mercurii ſpatia illuxerit. *Hæc Jardinus ex Ambroſio, ex quo eadem habet Ludovicus Zacconius, & poſt hos San-Martinus in Vita Gallica; ad quæ pauca obſervanda ſunt.*

B

quis ille rex Sacchus potuerit fuiſſe,

216 *Inter Cypri reges, qui poſt captam anno* 1191 *per Richardum regem Angliæ inſulam, à Guidone Luſiniano uſque ad annum* 1487 *vel* 1488, *quo Veneti juris facta eſt, illius regnum tenuerunt, nullus* Sacchus *occurrit. Zacconius tamen eum Italicè* Sacho, *San-Martinus Gallicè* Sache *appellant. Verùm ex tempore, quo memoratum prodigium factum dicitur, ſatis colligimus, quem* Sacchi *nomine indicatum velint. Etenim rex ille ſcriptoris temporibus dicitur claruiſſe: Ambroſius autem Senenſis, teſte Herrera in Alphabetho, Senenſi cœnobio anno* 1478, *annoque* 1483 *toti provinciæ præfuit, Vitam verò, de qua agimus, anno* 1511 *edidit Venetiis, ut etiam ſcribit Torellius: nam quod Jardinus ait, eam anno* 1424 *editam eſſe, certò falſum eſt, cùm in ea plurima narrentur eo anno multùm recentiora.*

C

inquiritur.

217 *Porrò reges Cypri, quibus Ambroſius convivere potuit, ſunt Joannes II, Joannes III, regina Carlotta, quæ è regno pulſa eſt, Jacobus nothus, & Jacobus puer, qui infans obiit. Unum itaque ex hiſce* Sacchi *nomine compellârunt, atque is veriſimiliùs fuit Jacobus nothus, cujus Italicum nomen* Giaccomo, *vel, ut à Franciſco Sanſovino in Deſcriptione urbis Venetiarum, & in Chronico Veneto ſcribitur,* Giacco, *faciliùs quàm reliqua in* Sacchum *potuit mutari. Erat autem Jacobus ille filius nothus Joannis III Cypri regis, iſque pulsâ Carlottâ, legitima hærede, regno potitus, Catharinam Marci Cornelii ſeu Cornari, ſenatoris Veneti filiam, uxorem duxit, quæ marito ac prole, quam ex eo poſthumam genuerat, defunctis, Cypri regnum ad Venetos tranſtulit anno* 1487, *teſte Sanſovino in Chronico. Ceterùm cùm Ambroſius Senenſis aſſerat, memoratum miraculum ſuis temporibus contigiſſe, non poſſumus iſtud, quamvis, neſcio quid fabulæ redoleat, pro falſo abſolutè rejicere.*

D

Alter ſuſpenſus, dum deponitur, vivus repertus,

218 *Ambroſius Frigerius, vel qui ejus Opuſculum auxit, Jacobus Albericius, cap.* 6 *Vitæ huic ſimile miraculum narrat, cujus Torellius ad annum* 1319 *num.* 5 *meminit, rurſumque ad annum* 1507, *num.* 28, *quo iſtud ex Regeſtis Ordinis per R. P. Ægidium Viterbienſem, tunc totius Ordinis Priorem Generalem, deinde verò S. R. E. Cardinalem conſcriptis, accidiſſe ſtatuit. Verba Albericii Latinè verſa accipe.* Petrus Antonius Bononienſis (*in Romandiola ditionis ſummi Pontificis*) à curia captus ac poſt multa tormenta morte damnatus, cùm ad ſupplicium duceretur, ad glorioſa B. Nicolai merita & auxilium ſe convertit, eumque precatus, ut à tam ignominioſa nece ſe liberaret, vovit fore, ut ſacro ejuſdem habitu aſſumpto, ipſi impoſterum in vitæ ſanctimonia famularetur. Cùm ad ſupplicii locum perveniſſet, aſcenſis ſcalis, lictor eum ſuſpendit, pedibuſque humeris inſtitit, quò citiùs enecaret. Pependit infelix uſque ad horam XXII, quâ dum miniſtri eum tumulandum deponerent, vivum repererunt.

E

Religionem Bononiæ ingreditur;

219 Ad ſtupendum hoc prodigium univerſa quaſi civitas accurrit; ipſe verò à primoribus rogatus, quâ ratione etiam viveret, reſpondit: Invocavi S. Nicolaum Tolentinatem, iſque mihi ſubitò in auxilium venit; dumque ſuſpenſus eſſem, glorioſus Sanctus me ſuis manibus ita ſuſtentavit, ut mihi ſuaviter dormire, non pati viderer. Divulgato miraculo, ipſe Eremitarum S. Auguſtini habitum in cathedrali eccleſia induit, veſtituſque à reverendo Priore magiſtro Joanne de Ripa, in memoriam accepti à B. Nicolao beneficii, Frater Nicolaus dictus eſt. Dum ita veſtitus cinctuſque ſupplicantium agmine Fratrum Eremitarum monaſterii S. Jacobi Bononienſis, ac maximâ populi frequentiâ tranſiret ſub fornice palatii magiſtratûs, ubi ſacellum S. Maria de populo dictum viſitur, Frater Nicolaus ibidem ante dictam imaginem oraturus in genua procidit; & ecce ex innumero populo, qui aderat, quidam ducti devotione ob factum miraculum, ad eum acceſſerunt, ejuſdem veſtem nigram quaſi ea res ſancta fuiſſet, in mille partes diſciderunt: quare ipſe ſpoliatus, in monaſterium dictorum Fratrum S. Jacobi venit, ibique promeritas Deo glorioſoque S. Nicolao gratias egit, atque altera veſte indutus eſt.

F

ſed ad ingenium rediens, ex eadem expellitur.

220 *Torellius, qui eadem ex Frigerio, & ex Regeſtis ab Ægidio Viterbienſi, ut monui, confectis refert, ait, memoratum Petrum furti, cujus re vera reus & convictus erat, damnatum fuiſſe. Ad confirmandam verò prodigii veritatem, præter Frigerii ac Ægidii fidem, laudat tabellam muro veteris ſacelli* S. Nicolai *Bononiæ appenſam, quæ illud eo ipſo, quo contigit, tempore depictum, exhibeat. Ceterùm non minùs inepta, quàm præpropera fuit Bononienſium in diſcindendis Petri Antonii veſtibus, iiſque pro re ſacra habendis devotio; hic enim, teſte eodem Ægidio Viterbienſi apud Torellium ad annum* 1507, *num.* 28, *ad ingenium rediit, ita ut neceſſe fuerit eum ex ſacro Eremitarum Ordine expellere.*

Triduo ſuſpenſi,

221 *Antequàm huic paragrapho finem faciam, addo & alterum apud eumdem Albericium relatum.* Duo, *inquit*, Fulginates (Foligno *urbs Umbriæ eſt in ditione Eccleſiæ*) apud urbi

A urbis prætorem de furto duorum boum accusati sunt, ideoque illius jussu comprehensi, multisque torti cruciatibus : cúmque nihilominus facinus negarent, eodem mandante, tam vehementer denuò cruciati sunt, ut falsum fateri tandem fuerint compulsi; scilicet se istius furti reos esse, cùm essent innocentissimi : verùm nimii cruciatus sic eos coëgerant. Agnito facinore, suspendio damnati sunt : sed dum ad supplicium ducerentur, glorioſum S. Nicolaum in auxilium advocârunt, dicentes : O S. Nicolae Tolentinas, te per amorem, quo Jesum Christum amplexus es, precamur, ut, quemadmodum impositi nobis criminis insontes sumus, ita nos adjuves. Ad supplicii locum deducti, in scalarum ascensu denuò dixêre : O S. Nicolae, adjuva nos. Suspenduntur innocentes, suspensique triduo permanserunt.

per Sancti opem incolumes evadunt.

222 Die tertio quidam eques illac transiit, cujus equi strepitum illi audientes, clamare cœperunt : O chare eques, nostri miserere. Ille verò subsistit, ratusque, malignum quemdam spiritum ea cadavera contaminanda occupâsse, respondit : Per Dei virtutem vobis impero, ut, si boni spiritus sitis, id mihi indicetis; sin mali, in Spiritûs Sancti virtute impero, ut inde discedatis, & in deserta ab hominibus loca commigretis. Ad hæc suspensi, Non sumus, inquiunt, spiritus, sed rationales animæ nostris corporibus conjunctæ : suspensi invocavimus S. Nicolaum Tolentinatem, ut, sicut insontes eramus criminis nobis falsò impositi, ita ipse nobis auxiliaretur; atque ecce dum penderemus, glorioſus S. Nicolaus adfuit, manusque nostris pedibus suppositit, ne injustè pateremur. His auditis, eques amborum restes ense resecuit; ipsi verò illæsi ad S. Nicolai sepulcrum commeârunt, ibique suos laqueos appenderunt : quo miraculo per totam regionem divulgato, laudes Deo redditæ fuerunt. *Hæc ibi, ex Compendio miraculorum, Tolentini servato, ut isti capiti præmittitur.*

§ XVI. Quidam peste liberati in Italia, Hispania & Occitania.

C

P. Paulus Tridentinus, dum puer esset,

Potentissimum S. Nicolai *patrocinium ac præsentem opem varii peste infecti pariter senserunt, ex quorum numero aliquos hoc paragrapho recensemus. In primis Ambrosius Senensis apud Jardinum cap.* 30 *de hoc argumento tradit sequentia :* Reverendus sacræ Theologiæ magister Paulus, cujus natale atque origo ex civitate Tridentina descendit, in sacræ suæ conscientiæ inviolata veritate apud me testatus fuit, quòd, dum ipse circa ætatem septennii puer versaretur, duos in agone mortis dies graviter infirmus desudavit, & id quidem propter pestis luem, quæ in utrisque sibi coxendicibus intumuerat; ita ut intra funesta circumseptus discrimina, accensam secundùm ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ candelam, tamquam ex hoc seculo in aliud illo instantis horulæ tempore migraturus, intra manus haberet.

peste infectus, ab apparente Sancto

224 Tuncque, cùm nulla vitæ ipsius spes ulteriùs supereſſet, Juliana mater, quæ fidenti erga divum Nicolaum de Tolentino devotione ex more ferebatur, ipsum S. Nicolao humillimè commendaverat; & post duorum dierum cur-

ricula S. Nicolaus eidem apparuerat, in hæc verba loquens : O fili, numquid me noscis? Qui affirmativè respondidit *: Utique novi te. Quare S. Nicolaus iterùm loquutus fuit, dicens: Quis igitur ego sum? At puer dixit : Tu ille es Heremitanus Frater, qui super altare S. Marci vigilias ducit. Nam conventus S. Augustini in Tridentina civitate sub divi Marci vocabulo designatur, atque insuper sublimata cernitur supra altare celebris illius ecclesiæ in ligno sculpta S. Nicolai imago, quoad externas vestes nigro effecta colore; & propterea iste magister Paulus, illo tempore puer, tenerâ adductus ætate, existimabat eum esse Heremitanum quemdam Fratrem, vitâ hac mortali tunc fruentem, qui diu noctuque in ecclesia S. Marci super altari illo custodias traheret; & cùm sub eadem illa forma, intra quam ejus sancta imago sculpta effictaque rutilabat, apparuisset sibi puero, iccircò ea, de quibus memini, verba erga S. Nicolaum puerulus ipse protulit.

AUCTORE C. S.

* respondit

subitò sanatur,

225 Sanctus verò Nicolaus in hac divinitus contexta cœpti sermonis tela erga illum tandem reciproca replicatione effari dignatus fuit : Utique ego Frater ille Heremitanus sum, de quo tu loqueris. Veni igitur me in meam ecclesiam visum, quandoquidem non ulteriori amodò infirmitatis potestate quatieris, neque pestis lue exinde cruciaberis. Atque talia, fulgidis elucens splendoribus, fatus, ex oculis pueri sanctus ipse Nicolaus confestim evanuit : & immediatè loquendi puer facultate adeptâ, matrem Julianam propriæ vocis limpiditate accersivit, & in hæc verba efficaci viriliter virtute eam alloquutus fuit : Ecce mater, sanitatem sum nactus, quoniam Heremitanus Frater, qui in ecclesia S. Marci super altare vivit, ille mihi verbo suo significavit fore, ut à morbo prorsus sim futurus immunis. Intellexitque Juliana mater, quòd S. Nicolaus apparuerat puero, interimque pestis repentè abierat, completoque recessu evanuerat.

E

ac postea ejusdem Ordinem amplectitur.

226 Quam ob rem illicò ex suo cubili puer, nacto sanitatis robore, surrexit, & in ecclesiam S. Marci ad S. Nicolaum se contulit : & nihilominus post alicujus labentis temporis fluentia curricula intra illud idem monasterium heremitanæ Religionis habitum divina benignitate assumpsit; id, quod fuit circa annum MCDLXVI. *Eadem habent Frigerius seu Albericius, & Zacconius; verùm apud posteriorem error irrepsit, dum dicitur prodigiosa illa sanatio anno Christi* 1474. *Paulo tum puero obtigisse, idemque ille anno* 1466 *Eremitarum Ordinem amplexus esse. Frigerius scribit, eumdem Paulum paucis post miraculum mensibus Eremitarum habitum suscepisse : quod non de Ordinis ingressu (tum enim septennis aut octennis tantùm puer erat) sed de sacri habitûs gestatione, quo in* S. Nicolai *memoriam pueri indui solebant, accipiendum puto; nisi pro* mensibus *legendum sit* annis. *Zacconius asserit, eumdem anno* 1496 *Venetiis munere concionatoris magna cum laude sanctum fuisse.*

F

Ejusdem ope urbs Pisana

227 *Bernardus Nabarro lib.* 2 *Vitæ Hispanicæ, cap.* 15 *memorat, Pisas in Hetruria sua peste per ejusdem Sancti patrocinium liberatas fuisse.* Cùm urbs Pisana, *inquit*, peste vehementer affligeretur, jamque major incolarum pars exstincta esset; S. Nicolao se commendavit, ac mox istud malum cessavit. Quam ob rem populus ejusdem festivitatem magna cum

AUCTORE C. S.

solemnitate celebrare vovit, & miraculum, quod Deus per Sanctum suum operatus fuerat, depingi jussit in tabula, in qua Sanctus orationi intentus, multaque emissa tela vestibus excipiens exhibetur.

peste liberata dicitur:

228 *Zacconius parte* 1 *Vitæ, cap.* 128 *hæc paulò latiùs enarrat. In primis ea ad annum* 1495, *vel* 1527, *quo utroque anno Pisanos lue conflictatos scribit, referenda putat. Deinde asserit*, S. Nicolaum *quibusdam piis incolis supra urbem stare, suarumque vestium sinibus immissa in eam è cœlo tela ac fulmina excipere visum esse; cúmque id cessaturæ luis auspicatissimum indicium ad senatum populumque delatum esset, etiam alios hujus gratissimi spectaculi oculatos testes fieri meruisse. Denique imaginem illam ait à pio* S. Nicolai *sodalitio, sub ejusdem invocatione ibidem pridem instituto, fieri curatam esse, eamque manu dextera librum, sinistrâ verò tria tela vel fulmina in depulsæ pestis memoriam gestare. Uter rectiùs, ignoro: at Zaccionius loco proximior, certiora potuit cognoscere. Displicet tamen mihi, annum tam memorandi prodigii (si verè acciderit) ab uno penitus prætermitti, ab alio certum non determinari.*

B

alibi ulteriùs serpere prohibita.

229 *Concha, incolis* Cuença, *Hispaniarum civitas est in Castella nova, episcopalis sub metropoli Toletana. In hac diœcesi similem contagiosum morbum ulteriùs serpere prohibitum fuisse, tradit laudatus Navarrus verbis, quæ subdo, sed sermone Hispanico.* Anno MDLX in quodam loco Castellæ, dicto Baluerde, diœcesis Conchensis, tam gravis sæviit pestilentia, ut magnus populi numerus è medio tolleretur. Cúmque vicini sortes mitterent consulendi gratiâ, quis Sanctorum in tanta calamitate sibi esset opitulaturus, eductus est S. Nicolaus Tolentinas, & per hujus patrocinium Deus illos servavit incolumes, & in hujus beneficii monumentum incolæ sacellum in santissimæ Virginis Deiparæ, glorioſique S. Nicolai honorem erexerunt.

Tolosæ in Occitania quidam peste infectus,

C

230 *Sensit & Tolosanus in Occitania Patrum Augustinianorum conventus potentissimam Sancti in simili malo tutelam, teste Simpliciano San-Martin, ejusdem Ordinis Religioso, regioque ibidem professore. Hic in Vita Gallica cùm dixisset, multos memorati conventûs Religiosos annis* 1628, 1629, 1630 *&* 1631, *quibus pestis Tolosæ atrociter grassata est*, S. Nicolai *ope partim ab ea immunes servatos, partim sanatos fuisse, ita Gallicè prosequitur:* Quodque inter miracula benedicti panis S. Nicolai reputari posset, horum unus, qui etiamnum in eo conventu superstes degit, die IV Octobris anni MDCXXXI duobus carbunculis, uno in dextero capitis tempore, altero in faucibus correptus fuerat, simulque pestis juxta ejusdem lateris auriculam se manifestàrat. Hi carbunculi brevi tempore ita sese diffuderant, ut intra triduum æger deformato vultu agnosci ampliùs nequiret, caputque plenum ardoribus, & instar urcei ex veneno turgidum, horrorem incuteret, lacrymasque eliceret invisentibus, qui eum non nisi remedio, quod naturæ vires exsuperet, sanari posse arbitrabantur.

usu panis benedicti

231 Nec aliter æger ipse censebat, qui generali delictorum confessione peracta, ad excipiendam, si ita Deo videretur, mortem jam comparatus, minimè oblitus est S. Nicolaum in periculoso rerum cardine invocare, confidens eum non minùs propitium sibi jam fore, quàm aliàs fuisset, dum panem sub invocatione nominis ipsius benedictum sumpsisse, fuerat à febribus convaluisse. Itaque cùm vovisset, quinque diebus Mercurii in ejusdem honorem solo pane & aquâ vesci, reliquisque totius anni Mercurii diebus jejunare; tres ejusmodi minores panes, malagmatum in morem letiferis tuberibus applicavit, ut horum in prohibenda apostematum, quibus suffocabatur, effusione pertinaciam vinceret. D

feliciter sanatur:

232 Quia autem speravit, frustratus non est: cùm enim post hæc recubuisset, & recuperandæ salutis spe animatus leviter obdormivisset, se erigere coactus fuit, ut remedii effectum admitteret; idque eo successu, ut magnâ saniei copiâ ex ore naribusque tertiò emissâ, venenum efluxerit; ardores, quibus æger consumebatur, per istud spiramentum exhalati sint, & ipse ex eo tempore cor suum ejusmodi epithematis roboratum senserit, quæ omnem mortis metum depellebant, eumque inter diuturnas molestasque chirurgiæ curationes gaudio ac voluptate replebant. Hæc memoratus Religiosus nobis tunc temporis declaravit, cùm ut implendi voti facultatem obtineret, tum ut hoc testimonio suo veritatem palàm faceret, testareturque, se per S. Nicolai patrocinium eo periculo feliciter defunctum, quo plurimi ipsius sodalium perierant. Eadem postmodum denuò confirmavit. E

vota, ob hoc & alia beneficia, ibidem facta.

233 Hic igitur conventus tam calamitoso tempore multis per Sancti merita à Deo affectus beneficiis, eidem splendidam ex argento lampadem, quæ ante ejusdem aram appensa visitur, ex voto obtulit, vovitque præterea fore, ut die IX Septembris, quæ Sancti festivitatem immediatè præcedit, perpetuò jejunaret, duasque quotannis Missas solemnes, unam die V Junii, in quam canonizatio incidit, alteram die X Septembris, quâ ejusdem in cælo natalis recolitur, in eodem altari post panis benedictionem celebraret, sub eaque Missa omnes non sacerdotes ejusdem conventûs Religiosi sanctissimo Corporis Domini epulo reficerentur.

§ XVII. Grassante Cordubæ in Hispania peste, puer eâ correptus, miraculosè sanatur. F

Cordubæ in Hispania

PRæ ceteris tamen *urbibus, quæ* S. Nicolai *patrocinio contra pestem gavisæ sunt, memoranda venit Corduba, Hispaniæ in Vandalitia urbs, ac cognominis regni olim sedes regia & caput, quæ annis* 1601 *&* 1602 *dira lue infecta, miraculorum Thaumaturgi nostri velut ampliſſimum theatrum facta est. Habitabat tum in ea urbe P. Christophorus de Busto, Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui miracula ibidem tum divinitus collata collegit & Hispanico sermone vulgavit. Fatetur tamen, sibi minimè propositum fuisse omnia enarrare; cùm vix, inquit, domus fuerit, quæ aliquam Sancti opem non senserit: ideoque ea tantummodò retulit, quæ aut pro indubitatis miraculis legitimè fuêre approbata, autem saltem certiori testium assertione nitebantur: hæc tamen tanto sunt numero, ut ea variis paragraphis exponere cogamur; quamvis autem nonnulla occurrant,*

A *rant, quæ ad depulſam peſtem non pertinent, cùm tamen iiſdem annis contigerint, ea cum ceteris recitabimus.*

graſſante peſte annis 1601 & 1602

235 *Exſtat memoratum Chriſtophori Opuſculum Hiſpanicè apud Bernardum Navarro, ut jam aliàs monui, ex eoque hic Latinè dabimus, reſciſſis tamen hinc & indè, quæ ad propoſitum non faciunt, quæque narrationem æquo prolixiorem redderent. Ceterùm dabit, ſpero, lector veniam, ſi auctoris phraſibus preſſiùs inhærendo, minùs eleganti ſtylo utar; id enim unicè factum noverit, ne à ſcriptoris mente vel latum unguem videar receſſiſſe. Priuſquam rem ipſam aggrediamur, juverit aliqua ex auctoris prologo pro fide facienda recitâſſe. Sic itaque orditur:* Quamvis Dei Domini noſtri Majeſtas infinitam potentiam ſuam variis modis manifeſtet, ejuſdem tamen effectus præcipuè ex miſericordia, quâ in peccatores utitur, intuemur: & multis quidem experti ſumus, velle ipſum à ſuis Sanctis rogari, ut per eorum patrocinium æquè gratiam animabus, quàm ſalutem corporibus impertiatur.

B *multa miracula contigerunt.*

236 Vidimus id oculis noſtris, manibuſque palpavimus in civitate Cordubenſi, quâ per potentem Dei manum peſte, quæ toti regno communis fuit, anno MDCI tantopere caſtigatâ, ipſe volens eam pœnam temperare, oſtendit ipſi, quid in eo ſolo Sancto haberet, eumque Patronum adſciſcendum eſſe ad tam crudelis mali remedium obtinendum. *Deinde poſtquam inter cetera dixit, vix ullam Cordubæ domum omnis beneficii expertem fuiſſe, ſubdit:* Videor compegiſſe quoddam breve compendium aliquorum ex multis magniſque miraculis & raris ac memorabilibus caſibus, quæ Deus Dominus noſter per hujus glorioſi Sancti patrocinium in hac urbe operatus eſt: per decurſum autem recenſebo ſententias, quæ de iis latæ fuerunt, ad majorem fidem faciendam dictis miraculis ac ſingularibus caſibus, quæ per inſignem hujus Sancti cultum contigerunt. *Modò ipſa miracula exponamus.*

Puer peſte correptus,

237 Die feſtâ Octavâque glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis in Cordubenſi ſancti patris noſtri Auguſtini conventu, menſe Septembri anno MDCI celebratâ, multiſque miraculis, quæ glorioſus hic Sanctus, teſte Eugenio IV in Bulla canonizationis, operatus eſt, ac pluribus aliis, quæ indies operatur, pro concione expoſitis, contigit, ut quidam trium annorum puer quartâ die poſt dictam Octavam, ipsâ glorioſi apoſtoli S. Matthæi feſtâ luce, horâ quartâ pomeridianâ, Cordubæ in area S. Auguſtini ſanus & incolumis conſiſtens, peſtifero carbunculo corriperetur, orto in inguine dextero tubere, quod magnitudinem ovi æquabat, eratque inſtar lapidis durum, lividique coloris. Hinc dolore percitus puer, moribundo vultu, aliiſque teter indiciis, magnos ejulatus ciebat, ex quibus colligebant adſtantes, eum peſtiferâ puſtulâ fuiſſe correptum.

C *poſt votum per matrem Sancto factum,*

238 Mater verò filium ſuum eo in ſtatu ſpectare ampliùs non ſuſtinens, amotis veſtibus, prædictum carbunculum deprehendit; indéque graviſſimè afflicta, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem, cui erat addictiſſima, magnis vocibus inclamavit, ſupplicans, ut tantis doloribus ſe eximeret. In hunc modum gemebunda, filium in ulnas ſuſtulit, & verita cavenſque, ne alii ſe ſuamque domum propterea vitarent, in cujuſdam vicinæ ſuæ ædes ſe proripuit; ubi puerum denuò denudare ac carbunculum quærere exorta, cùm denuò conſpexiſſet, vehementiùs plangere, Sanctumque implorare occœpit. Tum vicina ait: Non ceſſavi proximè elapsâ hebdomadâ glorioſum S. Nicolaum invocare, ut filiam meam, quæ graviter ægrotabat, ſanaret, promiſique ipſi unam Miſſam; quo facto, mox ſanata eſt. Hæc audiens pueri mater, magna cum pietate ac lacrymis pollicita eſt jejunare, donec Miſſam pro filii incolumitate in glorioſi Sancti honorem fieri curâſſet. AUCTORE C. S.

239 Hæc tanta cum fide, pietate ac lacrymis Sancto promiſit, ut eo ipſo momento dictus puer quieverit, placicéque in ſinu obdormiverit, qui præ magnis anguſtiis ſine ulla quieſcendi facultate plorare debuiſſet. Cúmque mater filium ſuum tam repentinâ quiete placidum ſpectaret, eam corporis partem, quam lethalis carbunculus occupaverat, rurſum inſpexit, eamque ſine tubere ſanam integramque ac ſine ullo mali, quó tumuerat, veſtigio deprehendit; ac propterea ſummas Domino noſtro, glorioſoque patri S. Nicolao Tolentinati, qui tam inſolitum miraculum patraverat, gratias egit. Porrò prædicta mater, ut promiſſa expleret, poſtridie ſummo manè, allato ſecum puero ad S. Auguſtini templum venit, petiitque, ut Miſſa, quam voverat, diceretur. Pater ſacriſta, intellecto prodigio, eumdem puerum interrogavit, quis ille Sanctus eſſet, à quo fuerat ſanatus. At ipſe, licèt tantùm trimulus eſſet, & ipſius mater ſæpe juraverit, Sancti nomen nec à ſe, nec à quopiam alio illi indicatum fuiſſe, verſus S. Nicolai altare, in quo ejuſdem ſtatua viſebatur, ſe convertit, intentoque in eam digito, repoſuit: Hic Sanctus me ſanavit. *ſubitò ſanatur.*

240 Porrò cùm Deus, patrocinante glorioſo S. Nicolao, tantum prodigium patrâſſet, Cordubenſis ſancti patris noſtri Auguſtini conventus rem detulit ad Ferdinandum Mohedano de Saavedra, canonicum ſanctæ eccleſiæ Cordubenſis, ejuſdemque ac ipſius epiſcopatûs, ſede vacante, proviſorem generalem, poſtulans, ut in dicti miraculi veritatem inquiri juberet. Hic poſtulatis annuens, ejuſdem examen ſecretò, reliquiſque cum ſolemnitatibus, in ejuſmodi cauſis adhiberi ſolitis, inſtituit; atque ipſemet examinavit teſtes ac medicos, qui teſtati ſunt, id naturaliter fieri non potuiſſe. Ea probatione admiſſa, proviſor decrevit indixitque conventum. *Hæc ſanatio per epiſcopatûs vicarium*

241 Ad hunc die Lunæ, XII Octobris anni MDCI in capitulum majoris eccleſiæ domini Capitulares & ſuperiores quatuor Ordinum mendicantium convenerunt: videlicet dominus Fredericus Fernandez de Cordova decanus, doctor D. Alphonſus de Miranda cantor, D. Gonſalvus Flores de Caruajal, archidiaconus de Caſtro, dominus Franciſcus de Vera y Aragon, archidiaconus de los Pedroches, D. Petrus Lopez de Angulo Prior, D. Chriſtophorus de Meſa Cortes canonicus, D. Jacobus Lopez de Fromeſta canonicus, D. Alphonſus de Cañaueral canonicus, D. Ludovicus de Gongora præbendarius, P. M. F. Joannes de Angulo Prior conventûs S. Pauli Cordubenſis, Ordinis glorioſi patris S. Dominici; P. F. Martinus de Celis, guardianus conventûs glorioſi patris S. Franciſci; P. magiſter Frater Baltaſar de Molina, definitor Ordinis noſtri Patris S. Auguſtini; P. Jacobus Ruyz collegii Societatis Jeſu; P. Alphonſus de Salinas Ordinis B. Mariæ Virginis *alioſque ritè examinata,*

AUCTORE C. S.

de monte Carmelo Theologiæ lector ; P. Præsentatus F. Joannes Emmanuël de Heneſtroſa lector Primæ conventûs S. Pauli Cordubenſis.

verum miraculum fuiſſe declaratur,

242 His omnibus præſentibus & in prædicto capitulo unà cum proviſore congregatis, dictus proceſſus, ejuſque acta prælecta fuêre, iiſque recitatis, ſuum ſinguli ſuffragium dedêre, & poſt audita ſuffragia, quilibet ſuam opinionem, ſententiam & conſilium ſubjunxerunt. Memoratus Proviſor dixit, prædictum miraculum ad majorem Dei ac Domini noſtri, beatique Nicolai Tolentinatis honorem & gloriam, & ad majorem confirmationem noſtræ ſanctæ fidei Catholicæ, ac incrementum devotionis fidelium, declarandum eſſe, declaravitque judicare ſe, dictum prodigium, patrocinante glorioſo S. Nicolao Tolentinate factum, verum authenticum miraculum eſſe, ac pro tali ſe illud in præſentiarum ac impoſterum habere, æſtimare & revereri; ideóque teſtari ac facultatem dare illud pro concione publicandi, ut ejuſdem notitia ad omnes Chriſti fideles perveniret.

B *omnium que campanarum ſonitu annuntiatur ;*

243 Pronuntiatâ ſententiâ, dominus decanus ac capitulum æra campana majoris eccleſiæ, uti & reliqua totius civitatis, tam paræciarum, quàm monaſteriorum, eremorum & noſocomiorum, in gratiarum actionem pulſari juſſit. Quæ res non exiguo gaudio urbem affecit ; etenim cùm tam crudeli morbo afflicta, applausûs cauſam intellexiſſet, & miraculi fama de domo in domum ſpargeretur, dum hæc agerentur (erat tum circa horam orationis) tanta erat in ea tam virorum, quàm mulierum puerorumque exultatio, ut omnes è ſuis ſedibus in miraculum inquiſituri proſilirent. Ut verò puerum à peſte miraculosè liberatum cognoverunt, mox omnes ad glorioſum Sanctum, (*id eſt ad* S. Nicolai *ſtatuam*) accurrerunt, qui in majori ſacello conventûs noſtri patris S. Auguſtini tam pulchrè reſplendens ſtabat, ut cunctos magno ſolatio repleret. Interea Patres conventûs egrediebantur, ut lætum illum hymnum TE DEUM LAUDAMUS in gratiarum actionem concinerent.

& gratiarum actio publicè redditur.

C

244 Tam frequens fuit populi concurſus, qui eâ nocte glorioſum Sanctum inviſebat, ut horâ duodecimâ templi fores nondum fuerint obſeratæ. Puerum autem, cui miraculum obtigerat, juxta altare, in quo benedictus Sanctus ſtabat, collocaverunt. Fuit hæc nox toti urbi hilaris ac fortunata, quia omnes bene ſperare cœperunt fore, ut per glorioſi Sancti patrocinium tam crudeli, quo tum vexabatur, morbo liberaretur. Octiduo poſtquam hæc contigerant, conventus cum ſingulari devotione ac ſolemnitate dicti miraculi approbationem celebravit, præſente ſenatu civitatis, civitatem repræſentante ; qui etiam à Patribus petiit, ut eo die agmen glorioſo Sancto ſupplicantium educerent; idque factum eſt. Quatuor S. Jacobi & Calatravæ equites (*Sancti ſtatuam*) ſuis humeris portabant) puerumque, cui Sanctus miraculum contulerat, in ea ſupplicatione circumtulerunt, comitantibus omnibus majoris eccleſiæ muſicis cum ... (*Hiſpanicè* Los ſeyſes) ſplendidè veſtitis, qui varias Sancti laudes hymnoſque concinebant. *Hiſce addit auctor, feſtivitatem hanc frequentiſſimo populi concurſu celebratam fuiſſe; multa etiam epigrammata ac hymnos in ejuſdem* S. Nicolai *honorem condita fuiſſe, ex quibus unum ibidem Hiſpanicè ſubjungit.*

D

§ XVIII. Miracula ac beneficia, ſæviente peſtilentiâ Cordubæ à 21 Septembris anni 1601 uſque ad 22 Januarii anni 1602 impetrata.

Puer ex lapſu penè mortuus,

I*Dem, qui ſuprà, Chriſtophorus de Buſto relationem miraculorum, quæ anno* 1601 *Cordubæ contigêre, cap.* 2 *in hunc modum, ſed verbis Hiſpanicis proſequitur :* Quidam puer ſex annorum, Miſſam audiens è loco ſuo decidit in pavimentum, indéque domum ſuam relatus eſt, ubi ſenſuum impos ab hora decima diei, quâ in malum inciderat, uſque ad quartam pomeridianam jacuit, nec tum etiam eum veſtibus exuere potuerunt. Cùm verò pater ejus, qui aliud remedium non noverat, illum omni deſtitutum ope, ac ſine loquela & veluti E mortuum videret, vehementer afflictus, ſacellum glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis adiit, ibique cum multis lacrymis & pietate filii incolumitatem precatus eſt, unamque Miſſam promiſit ; & eodem momento & horâ, quâ pater ſuas ante glorioſum Sanctum preces fundebat, puer domi ſuæ ſanus & incolumis ſurrexit, matre ceteriſque, qui domi aderant, tam repentinam incolumitatem admirantibus. Petiitque mater : Fili, quis te ſanavit ? Reſpondit puer : Mater, S. Nicolaus Tolentinas. Tum ſubdidit mater : Quis eſt S. Nicolaus Tolentinas ? At puer retulit : Mater, Sanctus, qui in S. Auguſtini templo cum perdice in manu viſitur, is me ſanavit. Poſtero autem manè venit pater curaturus Miſſam, ſecumque duxit dictum filium, ut glorioſo Sancto gratias ageret.

& alter peſte infectus, ſanati.

246 Sexennem puerum die Lunæ noctu furioſa febris occupaverat, eâdemque horâ diei Mercurii ſubſecuti peſtilens quoque carbunculus invaſit ; cúmque ſe tam malè affectum, fatigatumque ſentiret, à quadam pia muliere, quæ eum ex charitate curabat, panem glorioſi Patris S. Nicolai Tolentinatis (*id eſt panem in illius honorem benedictum*) petiit, quem & ipſa ei dedit, poſuitque ſuper carbunculum. Dixitque memoratus puer : Glorioſe Sancte, ſana me, ut cras manè tuum ſacellum inviſam, ibique orem. His dictis, puer in ſomnum incidit, & à prædicta muliere relictus eſt. Poſt medium verò horæ ſpatium ejuſdem pueri pater, rurſ domum reverſus, ut filium ſuum carbunculo affectum audivit, ex paterno amore nihil ſibi à crudeli morbo cavens, cum eadem femina ad illum ingreſſus eſt, eumdemque ſanum ac planè incolumem ſine ullo carbunculi indicio deprehendit, amotoque ab infecta priùs parte pane, puer benè ſanus ſurrexit, cœnavitque cum patre ſuo, non ſecùs acſi nullo malo afflictus fuiſſet. Manè verò pater eum ad Sanctum adduxit, ut ipſi gratias ageret, ac Patres conventûs de prodigio faceret certiores.

Alter à ſuffocatione liberatus.

247 Quidam decem menſium puer, cùm luderet aliquot fruſtulis vitri Argentarienſis (*Hiſpanicè eſt* con unos vidros de Argenteria, *cujus nominis inſula eſt in Archipelago, aliàs* Cimolus *dicta, itemque oppidulum in Occitania*) unum imprudenter diglutiens, cœpit ſuffocari, nemine

A nemine cauſæ conſcio. Jamque ore moribundo, retortis oculis, compreſſiſque oculis ad extrema deductus erat, ita ut, quotquot eum videbant, ipſique aderant, multùm condolerent. Mater mirum in modum afflicta, lamentabili voce, magnaque pietate & lacrymis in genua procidens, dixit: Glorioſe pater S. Nicolae Tolentinas, ſana meum filium, & miſerere mei, quæ præter hunc nullum habeo: ego tibi promitto fore, ut, ſi filium meum ſanaveris, novem dies ad ſacellum tuum pronis genibus accurram. Dum autem ita exclamaret, & Sancto tres Miſſas voveret; quædam vicina cum pane glorioſi Sancti domum ingreſſa, eum infantis gutturi applicavit, eodemque momento hic dictum vitrum, quod gutturi tranſverſim inhærebat, ejecit, tamque ſanus, vegetus & pulcher evaſit, quaſi tam crudelem ac periculoſum caſum minimè ſubiiſſet. Poſtera verò die eum ad agendas gratias promiſſaſque Miſſas curandas, ad Sanctum attulerunt.

Hæc tria miracula

248 *Poſt hæc auctor, interjectis aliquibus, quæ ad propoſitum noſtrum aut parùm aut nihil faciunt, ſubdit, ampliſſimum dominum Ferdinandum Mohedano de Saauedra canonicum,*

B *ac epiſcopatûs, ſede vacante, vicarium, ad ſupplices preces, quas auctor ipſe ſui conventûs nomine ipſi exhibuerat, prædictos tres caſus primùm per Damianum de Vargas, licentiatum ac eccleſiæ Cordubenſis præbendarium, & duos medicos examinari juſſiſſe, deinde verò inſtructum Proceſſum ad monaſteriorum præſides ac theologos miſiſſe, ut ſuam quiſque ſuper eo opinionem ediceret; ac denique die* XIII *Decembris anni* 1601 *concilium aliquod in eccleſiam noſocomii majoris convocâſſe, ut, quid cenſendum eſſet, demum ſtatueret.*

legitimè examinata, approbantur.

249 *Huic congregationi ſequentes interfuiſſe recenſentur:* D. dominus Alphonſus de Miranda, cantor ſanctæ eccleſiæ Cordubenſis, doctor Chriſtophorus de Meſa Cortes canonicus, doctor Alvarus Pizaño de Palacios canonicus, dominus Ludovicus de Gongora præbendarius, & licentiatus Damianus de Vargas præbendarius. *Porrò hi omnes, prælectis Proceſſûs actis, unanimi voce ſtatuerunt, memoratos tres caſus pro veris miraculis habendos eſſe; &*

C *ut talia à vicario declarata fuêre, ac mox feſtivo æris campani ſonitu promulgata: quod afflictam, ingraveſcente etiam tum peſte, urbem non parùm recreavit. Denique Patres Auguſtiniani ſolemnes Deo pro memoratis miraculis gratias magna cum feſtivitate die* XXVII *Decembris ejuſdem anni perſolverunt. Nunc ad caput* 3, *in quo ſex alia miracula ſimiliter approbata referuntur, progredior.*

Adoleſcens, Miſſâ pro ipſo dictâ, peſte liberatur.

250 Ex quo tria miracula, jam relata, approbata fuêre, uſque ad XXII Januarii, id eſt, quadraginta unius dierum ſpatio, Deus multa miracula per benedicti Sancti patrocinium operatus eſt, quæ ſubjungemus, atque hîc quidem tantummodo ſex, quæ approbata fuêre, ſuntque ſequentia. Adoleſcens quidam ſedecim annorum febri peſtilenti correptus & in altero inguinum infectus carbunculo, derelictus à medicis & Sacramentis ſuſceptis, ſacroque oleo inunctus, à ſuo hero petiit, ut unam Miſſam glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis dici faceret; dictuſque herus eam mox ad Sancti altare faciendam curavit. Eodem autem tempore, quo Sacrum celebrabatur, memoratus æger domi ſuæ omninò convaluit. Finito Sacro, domum reverſus herus rogat, quî ſe habeat: reſpondit adoleſcens: Bone domine! ut S. Nicolaus me ſanavit! Non vidiſti me, dum Miſſam audiebas, ſtantem poſt te, Sanctumque deſcendentem, meoque vultui, ubi peſtis fervebat, manum imponentem & ſanantem? Herus hæc admiratus, aſpexit illum, ſalvumque & vegetum agnovit; quam ob rem tota familia exultans, gratias Sancto actum venit. AUCTORE C. S.

Bos, admoto pane benedicto, ſanatus:

251 Cùm cujuſdam villici Cordubenſis plurimi boves morbo, qui (*Hiſpanicè*) aſerrio dicitur, periiſſent, accidit, ut unius ex ejuſdem operariis bos pariter periclitaretur. Hic igitur, ſuum quoque morientem conſpiciens, multùm ingemuit, magnaque cum pietate dixit: Glorioſe pater S. Nicolae Tolentinas, cùm in omni neceſſitate ſuccurrere ſoleas, tibi humillimè ſupplico, ut reſpicias ſaneſque hunc bovem, dictoque morbo liberes, ut me tibi, donec vixero, devotum ſervum addicam, faciamque unam Miſſam celebrari. His dictis, tulit panem S. Nicolai, quem collo alligatum geſtabat, eumque bovis collo appendit, nec mora bos ſe ſanus erexit, evaſitque fortis ac vegetus, quique tam propè mortuus fuerat, mox cum ceteris arare cœpit. Poſt triduum dictus operarius alligatum bovi panem ſuſtulit, ſibique ſupra pectus appendit; ſed vix id egerat, quin bos in priſtinum, nec leviorem quàm priùs morbum, imò graviorem relapſus ſit: nam de eo mactando jam cogitabat. Prædictus autem operarius moribundum bovem intuens, panem ſibi denuò ſublatum, bovi devotiſſimè appendit, & è veſtigio hic incolumis ac robuſtus ſurrexit, & junctus aratro, validiùs ceteris aravit. E

eodem pane adhibito, puella decem menſium

252 Quædam puella decem menſium, horâ nonâ diei peſtiferâ febri correpta eſt, alterumque ejuſdem inguen occupavit carbunculus; idque malum eam tam vehementer invaſit, ut medicamentis adhibendis tempus deeſſet. Cúmque ipſius pater & amita * tantopere infectam, afflictam, omnique medicinæ ſpe deſtitutam cernerent, eam glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati commendârunt, & pane ſuper carbunculum impoſito, unam Miſſam ſumma cum pietate fletuque voverunt. Eodem autem tempore, quo Miſſa vovebatur, infans planè convaluit, & ſine ulla plaga bella & vegeta remanſit.

* *vel* matertera, *Hiſpan.* Tia

puer ſexennis

F 253 Puer ſex annorum ſub occaſum ſolis in peſtilentem febrim inciderat, nato etiam in altero inguinum ferali tubere, magnitudine nucis avellanæ, multiſque angoribus & frequenti vomitu premebatur. Hujus mater cùm eum tam periculosè infectum peſte intueretur, verita, ne ad noſocomium deferretur, rem nemini indicavit, præterquam uni Religioſæ S. Iſabellæ Angelorum, quæ ipſi conſuluit, ut benedicto pane glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis uteretur, filiumque ipſi commendaret. Id mater magna cum devotione præſtans, panem carbunculo applicavit, puerumque in lecto depoſuit; eodemque momento hic obdormivit. Media verò nocte reverſa mater exploratura, an quieſceret, eum in lecto incolumem canentemque offendit, ortoque manè actura gratias ad Sanctum adduxit.

& puella ſeptennis mox à peſte convaleſcunt:

154 Puella ſeptennis febri æſtuans cum vomitu multiſque anguſtiis, infectaque peſtilenti tubere, lethali lue laborans, panem S. Nicolai Tolentinatis à matre petiit, poſtulans, ut eum carbunculo, quo multùm affligebatur, applicaret. Mater illum collo appendit, eamque in lectulo collocans, magno cum fletu & pietate Sancto Miſſam vovit: quo facto filia ſtatim quievit.

Deo-

AUCTORE C. S.

Duabus pòst horis eam revisens mater, dormientem reperit, panemque à collo sublatum carbunculo, ut ipsa petierat, alligavit: deinde post medium horæ quadrantem anxiè revisens, filiam sanam & sine ullo tubere in lecto confidentem, canentemque & dicentem, sese à S. Nicolao Tolentinate sanatam esse, deprehendit; moxque mane eam ad agendas Sancto gratias adduxit.

per ejusdem usum ingens captura piscium obtinetur.

255 Tres piscatores cùm tribus diebus in fluviis montium Marianorum piscati fuissent, non nisi centum & quinquaginta pondo piscium ceperunt. *Priusquam progrediar, lectorem hîc monitum velim, in Hispanico pro* centum quinquaginta pondo, *legi*, seys arrobas: arroba *autem in Lexicis Hispanicis, quæ apud nos exstant, est mensura viginti quinque librarum; unum tamen* arroba *Latinè* amphoram *vertit. Quid propriè intenderit auctor, ignoro: sed memorata piscium copia non satis congruit cum sequentibus. Modò, unde digressi sumus, redeamus.* Itaque eam inopiam perpendentes, ad quemdam amnem, qui Guadalmellato appellatur, se contulerunt, ibique retia sua laxantes, panem S. Nicolai, ut pisces allicerent, iis imposuêre, voveruntque cum magna devotione tres Missas glorioso Sancto, ut optatum piscatûs successum sibi apud Deum impetraret. Deinde unica vice mille & quingentas libras (*Hispanicè* seysenta arrobas) piscium ceperunt, præter plures quàm decem (*arrobas*), quæ quia contineri non poterant, in amnem resilierunt, ita ut non possent omnes ad urbem deportare. Extemplo dicti piscatores gratias Sancto acturi properârunt, & quinquaginta piscium pondo in eleëmosynam conventui donârunt.

Ex his tria pro miraculis legitimè admittuntur:

256 *Hucusque Christophorus, qui addit, sese hîc multa alia miracula prætermittere, quia personæ, quibus ea collata fuêre, id ita postulârunt. Quæ deinde facta sunt, summatim accipe. Dominus Ferdinandus Mohedano ecclesiæ ac episcopatûs provisor, flagitantibus Patribus Augustinianis, prædicta miracula examinari, processumque de iisdem formari jussit. Hisce factis, conventum in capitulo principis ecclesiæ in diem* XXII *Januarii anni* 1602 *indixit, ad quem præter multos canonicos viri eruditi ex singulis religiosis Ordinibus, numero triginta tres convenerunt. Congregatis omnibus prælectus est Processus, & collecta suffragia, ac denique quatuor è sex memoratis beneficiis pro veris & authenticis miraculis habenda esse, declaratum est: de reliquis verò duobus, quorum primum num.* 250, *alterum num.* 255 *retulimus, decretum est, utrumque pro admirabili casu, imò etiam probabiliter miraculoso admittendum esse.*

nomina eorum,

257 *Porrò nomina eorum, qui huic examini interfuêre, ad majorem dictorum fidem, ex Christophoro recenseo:* Canonicus Ferdinandus Mohedano de Saauedra, Provisor: Doctor dominus Alphonsus de Miranda, cantor: dominus Gonsalvus Flores de Caruajal, archidiaconus de Castro: dominus Franciscus de Vera y Aragon, archidiaconus de los Pedroches: dominus Petrus Lopes de Angulo, Prior ecclesiæ: doctor Jacobus Lopez de Fromesta canonicus, doctor Christophorus de Mesa Cortes, canonicus & vicarius generalis, jurista & consultor sancti Officii: doctor Alphonsus de Buytrago canonicus jurista: doctor Alvarus Pisaño de Palacios, canonicus sanctæ Scripturæ, consultor sancti Officii: canonicus de Alderete: licentiatus Damianus de Vargas præbendarius. Ex Ordine S. Dominici, Pater magister frater Joannes de Angulo, Prior S. Pauli Cordubæ: Pater magister frater Joannes Carillo Vanegas, consultor sancti Officii: Pater magister frater Petrus Martin, consultor sancti Officii: Pater præsentatus frater Joannes Emmanuël de Hestrosa lector.

qui ea approbárunt.

258 Ex Ordine S. Francisci, Pater frater Joannes Moreno, consultor sancti Officii & lector. Ex Ordine S. Augustini, Pater frater Augustinus de la Torre: Pater magister frater Baltasar de Molina, definitor sui Ordinis & consultor sancti Officii: Pater frater Petrus Cavallero, lector: Pater frater Joannes de Ocampo, prædicator: Pater frater Petrus Mora, prædicator conventûs. Ex Ordine Carmelitarum, Pater frater Alphonsus de Salinas, lector Theologiæ. Ex Ordine S. Hieronymi, Pater magister frater Petrus de Cabrera. Ex Ordine de Mercede, Pater magister frater Joannes Nuñez Franco: Pater præsentatus frater Joannes de Vega. Ex Ordine Victoriæ, Pater frater Joannes de Piña lector Theologiæ: licentiatus Petrus de Nauarrete advocatus: licentiatus Joannes de Valuarea, advocatus; & præter hos multi alii Religiosi ex quolibet Ordine, qui simul erant numero triginta tres.

Gratiæ Deo solemnissimè actæ.

259 *His ita, ut dictum est, peractis, jussu capituli signum ære campano ecclesiæ principis datum est, eodemque tempore omnes urbis paræciæ ac monasteria suis campanis applausêre: tota quoque subsecuta nox summa populi exultatione ducta est. Deinde in templo S. Augustini gratiæ Deo per octiduum actæ sunt, Missæ solemnes primo die à canonicis, reliquis septem à variis religiosis Ordinibus solemniter cantatæ, habitaque ad populum orationes. Octavâ denique die, quæ erat Dominica Sexagesimæ, instituta supplicatio, in qua pueri à peste liberati, eodem in habitu, in quo sanati fuerant, circumducti sunt. Bos quoque, de quo num.* 251, *appenso ad collum pane benedicto, ad templi fores stabat, multique pueri, qui Sancti ope eâdem illâ nocte à peste convaluerant, in ejusdem sacello visebantur, & Sospitatoris sui gloriam prædicabant.*

§ XIX. Tredecim alia miracula, Cordubæ, vel prope eam facta & à quatuor medicis & viginti theologis approbata.

Puella peste infecta, invocato Sancto,

MAgna fuit, (*prosequitur cap.* 4 *laudatus Christophorus de Busto*) populi devotio, quâ per dictam Octavam, totamque Quadragesimam usque ad XV Aprilis ad hunc glorioſum Sanctum accurrit; quo etiam tempore ipse plurima miracula patravit, quæ postea referemus; hîc autem tantummodo tredecim enarrabimus, de quibus firmiores probationes habentur. Quædam puella sex annorum primò in frigidam, deinde in calidam febrim incidit; accesserunt vomitus, & ferale tuber instar pugni magnum in brachii axilla ortum fuit; atque ita duobus diebus totidemque noctibus periclitata est. Sub medium verò ultimæ noctis cùm se solam, afflictamque & omnis humani remedii spe cassam perpenderet, sese super lecto suo in genua erexit, dixitque: Glorioſe sancte Pater, S. Nicolae Tolentinas, miserere mei, quæ sine spe remedii morior,

A rior; cúmque tu ſanes omnes pueros, qui ſe tibi commendant, me quoque incolumitati reſtitue. His dictis, obdormivit, & poſtero mane orto ſole, ſanata eſt, optiméque ſe habuit. Imò tam robuſtæ fuit valetudinis, ut ad horam diei nonam cum ceteris puellis in ſchola laboraverit.

puer. 261 Puer triennis tam vehementi febri, pectoriſque ob natum in eo carbunculum dolore correptus fuit, ut brevi moriturus videretur, qui jam multa inſtantis mortis indicia edebat. Poſt horæ ſpatium, quo moribundus jacuerat, dixit matri ſuæ puer: Da mihi panem Sancti, eumque carbunculo, qui me tantopere cruciat, impone. Mater dictum panem tuberi, quod magnitudine ovum æquabat, applicuit: quo facto puer quievit: poſt medium horæ quadrantem rediit mater, ut tuber exploraret, ſed illud prorſus evanuiſſe, puerumque ſine febri ſanum & incolumem deprehendit. Elapſis poſt hæc decem diebus, prædictum puerum ad Sancti ſacellum deduxerunt, ut gratias ipſi agerent, Miſſamque, quam mater pro ejus reſtauranda ſanitate voverat, fieri curarent. Cúmque eccleſiam S. Auguſtini ingreſſi eſſent, varias Sanctorum imagines

B puero oſtenderunt, quærentes, quis horum eum ſanâſſet. Inter ceteras etiam aliquot S. Nicolai imagines, quæ præter miraculoſam in ea eccleſia viſuntur, ipſi monſtrârunt: verùm hic nullum verbum reſpondit: ſed ubi Sancti ſacellum intravit, ejuſque miraculoſam imaginem conſpexit, tum verò ſponte ſua velum aviæ vellicans dixit: Avia, avia, hic me ſanavit, ille vivus, ille vivus! Monſtravitque illum digito: quam rem frequens turba, quæ in ſacello aderat, admirata eſt, gratiaſque Deo egit.

aliæque tres puellæ 262 Quædam novem annorum puella horâ tertiâ pomeridianâ dolorem in coxendice ſenſit; tempore verò orationis frigore ac febri correpta eſt, & in qua parte dolorem ſenſerat, peſtilens tuber magnitudine pruni exortum eſt. Ità læſam ſe tamque crudeli malo afflictam videns, glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati ſe commendavit, alta voce exclamans: Sancte mi, Sancte mi, cùm ſanes omnes pueros, ſana me; moxque petens glorioſi Sancti panem, eum tuberi admovit, atque ita uſque ad medium noctis manſit, quando tandem in ſomnum incidit; manè verò ſana & incolumis omniſque mali expers ſurrexit.

C 263 Puella ſex annorum primùm frigore, deinde febribus, vomituque laborabat, & lethalis carbunculus axillam brachii occupaverat, atque in hunc modum triduo decubuit. Tertio verò die manè matre linteum quærente, ex quo veſtem funebrem conſueret, quâ ipſa ſimul cum ejuſdem germanâ ſorore, quæ eodem defuncta morbo nondum humata fuerat, ſepeliretur, cuidam ejuſdem amitæ (*vel* materteræ*) glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis in mentem venit, & cum amaris lacrymis, magnaque devotione ad monaſterium S. Auguſtini accurrens, panem in honorem Sancti benedictum petiit, & ad matrem attulit; quæ ad exſpirantem filiam ingreſſa, eum inter lacrymas & pios affectus infectæ parti admovit, ac deinde egreſſa retulit, ſe id jam præſtitiſſe. Poſt medium horæ quadrantem eadem mater ad filiam rediit, exploratura, an jam obiiſſet, ut ſepulturæ mandaretur: verùm eam ſanam ac optimè ſe habentem reperit, veſtivitque illam, & eodem die in platea luſit, non ſecùs ac ſi tali malo non laborâſſet.

eâdem lue correptæ, admoto pane benedicto,

* *Hiſpanicè* Tia

264 Quædam puella quinque annorum febri-

bus ac ventris fluxu ægrotabat, iſque morbus inceperat horâ ſeptimâ matutinâ, quintâ verò pomeridianâ poſt auriculam ejus peſtilens tumor appartuit: cúmque mater & reliqua familia eam tam ſauciam intuerentur, glorioſum patrem S. Nicolaum devotiſſimè invocantes, panem benedictum tumori impoſuerunt. Factum id eſt horâ quintâ pomeridianâ, ſcilicet dum tuber primùm fuerat exortum; ad orationis verò horam jam omninò convaluerat, & ad agendas gratias ad Sanctum deducta eſt. AUCTORE C. S. *miraculose ſanatur.*

Hirudo gutturi inhærens expulſa. 265 Quidam vector, Gades proficiſcens, per viam è fonte potans, hirudinem diglutiit, quæ viginti & quinque dies gutturi inhærens nullis remediis, quæ varia adhibita fuerant, potuit expelli. Cùm itaque ſibi fauces præcludendas ſentiret, glorioſi patris S. Nicolai opem, tres Miſſas vovens, imploravit: ac mox poſt prolatum ore votum hirudinem, quæ quartam ulnæ partem longitudine, craſſitudine verò digitum æquabat, feliciter ejecit.

Alii 266 Puer bimulus vomitu ac peſtilenti febri laborabat, alterumque inguinum ferali tumore

E ſaucium habebat; quem dum mater tam ægrum afflictumque doleret, pro ejuſdem ſanitate reſtauranda vovit novem diebus Sancti ſtatuam inviſere. Secundo die, quo cum recubante in ulnis puero ſuas Sancto preces obtulerat, membrum malè affectum oleo ex ſacelli lampade deſumpto unxit, ac panem, in ejuſdem honorem ſacratum, tumori impoſuit. Vix hæc fecerat, quin puer bellè placidéque quieverit, & matri omnem tumorem penitus evanuiſſe, puerumque convaluiſſe deprehenderit.

pueri 267 Sexennem puerum febris peſtilens horâ diei duodecimâ cum lethali carbunculo invaſerat: quod ejuſdem avia advertens, illum eadem nocte piis lacrymis perfuſa ad Sanctum detulit. Verùm cùm templi fores tum clauſas reperiſſet, poſtridie horâ decimâ eódem retulit, Miſſamque in ejuſdem Sancti honorem faciendam curans, carbunculum oleo lampadis, quæ in ſacello pendet, oblinivit, panemque benedictum applicavit; horâ autem duodecimâ memoratus puer integra ſanitate gaviſus eſt.

ac puella 268 Puella quinque annorum die Sabbathi, ad horam orationis in acrem febrim incidit, eâque uſque ad pomeridianum diei Lunæ tempus, quo morbus vehementer invaluit, conflictata eſt. Horâ duodecimâ nocturnâ magis conqueri cœpit; ideoque ipſius genitrix ex materna ſolicitudine exploravit, an in ipſa quidam peſtilens

F tumor appareret; & reipſa tuber inſtar nucis avellanæ magnum deprehendit. Intelligens, filiam ſuam peſte laborare, eam obortis lacrymis glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati devotiſſimè commendavit, admotoque ad mortiferum tumorem pane benedicto, unum Miſſæ ſacrificium feſtumque ſolemne Sancto vovit. Hæc horâ noctis undecimâ agebantur; horâ autem diei nonâ eam reviſens, ſanam ac incolumem ſine ulla plaga repertam ad agendas gratias ad Sanctum deduxêre.

peſte liberati. 269 Puer ſexennis circa horam orationis vomere ac febricitare cœperat, & poſt medium horæ quadrantem inſtar fabæ carbunculus in eodem apparuit. Cùm igitur mater cum ceteris domeſticis eum tam ſaucium ſpectaret, in pios effuſa planctus, Sancte mi, ait, Sancte mi, Pater mi, S. Nicolae, ſana filium meum; & hæc dicens benedictum panem tuberi applicuit. Erat tum, ut dictum eſt, orationis hora: ad Ave

AUCTORE C. S.

MARIA autem puer febri omnique tumore liber ſanuſque ac hilaris evaſit.

Quidam in medio incendio

270 Erat quidam adoleſcens, ætatis undecim annorum, qui cùm glorioſi patris S. Nicolai ſtudioſiſſimus eſſet, ex ejuſdem benedictis panibus unum collo alligatum, alterum dorſo admotum perpetuò geſtabat. Hic cùm quodam veſperi multa ad glorioſi Sancti cultûs commendationem domeſticis retuliſſet, ingruente jam nocte, cubitum ivit. Erat autem cubile ejus valdè anguſtum, lectulus verò matta impoſita paleis, quibus etiam reliquum cubilis ad uſus ſtabuli refertum erat. Exuit ſe adoleſcens & ad quietem componens, omnes veſtes ſuas pro cervicali adhibet & candelam, quâ utebatur, exſtinguere oblitus, ſomno corripitur. Noctis hora nona tum erat, cùm circumjacentes paleæ ſuccendi cœperunt, & ſimul cum lecſuli medio combuſtæ ſunt, ita ut à cervicali uſque ad lecſuli medium, ut dictum eſt, nihil non in cineres redactum ſupereſſet.

per panem benedictum illæſus ſervatur.

B

271 Sub medium verò noctis domus tam copioſo fumo repleta eſt, ut domeſtici omnes è ſuis cubiculis proſilirent, exploraturi, quæ domûs pars conflagraret. Omnes enim præ ſpiſſo fumo penè ſuffocabantur. Dum itaque ædem perluſtrant, viſo per adoleſcentis cubiculi fores lumine, eò concurrunt, eumque reſeratis foribus ſuper igne, qui ab hora nona uſque ad duodecimam nocturnam arſerat, dormientem reperiunt. Excitatus tam ſanus & illæſus ſurrexit, ut ne capillus quidem ei aduſtus eſſet, quamvis, ut diximus, media pars lecti, in quo jacuerat, conflagrâſſet, nec quidquam à cervicali uſque ad lecſuli medium ignis ſub eodem incombuſtum reliquiſſet. Quare omnes tantum prodigium tantumque pietatis præmium prædicto adoleſcenti, totique familiæ, quòd nullus ex eo incendio fumoque periiſſet, à Deo conceſſum, admirati ſunt. Porrò panis benedictus, quem is adoleſcens tum geſtabat, ad Sancti ſtatuæ pedes depoſitus fuit.

Alter peſte infectus, dum ad noſocomium vadit, ſanatus:

C

272 Adoleſcens ætatis annorum decem crebro vomitu, febri ac peſtifero carbunculo ſub ortum ſolis laborare cœpit, ejuſdemque diei horâ ſecundâ pomeridianâ à medico, cujus munus erat de peſte cenſere, litteras accepit, quarum tenore in noſocomium admitteretur. Dum verò puer ille cum memorata ſchedula eò iturus erat, glorioſi Sancti panem à matre ſua petiit, eoque affectæ parti applicato, inter eundum tanta cum pietate & fide S. Nicolaum precatus eſt, ut, cùm poſt expiatas apud noſocomii confeſſarium conſcientiæ labes, ejuſdem loci medico ſe ſiſteret; jam planè ſanatus deprehenſus, non ſine magno ipſius ſolatio in urbem curriculo lætus regredi juſſus fuerit. In regreſſu primum Sancto gratias agere cordi habuit; deinde verò ad priorem medicum, à quo cum litteris ad noſocomium deſtinatus fuerat, deductus eſt, ut is eum examinaret, ac de priſtino morbo, repentinaque ſanitate ſententiam diceret. Vidit igitur illum, & tentato arteriæ pulſu, exploratoque tuberis loco, eum tam febris quàm omnis tumoris expertem agnovit. Quod utrumque vehementer admiratus, teſtatuſque eſt, & de tam inſigni miraculo gratias Deo rependit.

item infans ab eadem lue ſubitò convaleſcit.

273 Unius anni infans horâ quintâ pomeridianâ febri peſtilenti, decimâ verò nocturnâ etiam carbunculo retro aurem correptus, tam vehementer ægrotavit, ut nulli medicinæ locus daretur. In hunc modum ab eo tempore, quo carbunculus acceſſerat, uſque ad horam quartam ſubſecutæ veſperæ jacuit; quando mater filium miſerata, magna cum pietate & fletu eum, pane benedicto ad tuber admoto, glorioſo patri S. Nicolao commendavit. Nec mora, puer ſanatus eſt, & à febri peſtiferoque carbunculo liberatus, debitas acturus gratias ad Sancti ſtatuam delatus eſt.

D

Hæc miracula à 4 medicis & 20 theologis approbata.

274 Hæc tredecim miracula à quatuor medicis, qui jurejurando declarârunt, memoratos infirmos ſecundum ſuæ artis præcepta naturalibus viribus non potuiſſe ſanari, & à viginti Theologis, qui eadem pro evidentibus miraculis habenda cenſuerunt, ſubſcriptis cujuſque nominibus, approbata fuere; ita ut ſola his deſit prælati confirmatio, qui tum Cordubâ abſens, eam nequiit præſtare. Dum verò illa examinarentur, Deus multa alia hujuſmodi prodigia operatus eſt; verùm ea, quòd tam frequentia eſſent, ut infrà videbimus, peſtiſque acerrimè ſæviret, legitimè probari non potuerunt; ideòque nos ea tantùm hîc referemus, quæ ad Sancti cultûs augmentum hiſce diebus ſucceſſivè contigerunt.

Variæ ſupplicationes ad Sanctum

275 Per Quadrageſimalis jejunii tempus infinitus fuit populi opem S. Nicolai implorantis accurſus, eò quòd morbi vehementer graſſarentur. Hoc ſacro tempore noctu æquè ac interdiu multa pœnitentium agmina ad ipſius ſacellum acceſſerunt; quorum ea erat devotio, ut, qui in templo ſpectandi ergò frequentes ſtabant, in lacrymas ac ſingultus prorumperent, dum alios gravibus trabibus, alios laminis metallicis oneratos, alios compedibus vinctos, alios faces ac funalia geſtantes, hinc ſenes, inde adoleſcentes teneræque ætatis pueros ſupplicantium ritu adventantes viderent, & quidem ea pietate ac ſilentio, ut devotionem in ſpectatorum animis vehementer accenderent; præſertim dum in glorioſi Sancti conſpectum venientes, omnes in genua procideret, atque eo ritu uſque ad eiuſdem altare, quinquaginta novem paſſuum ſpatio, proreperent; quo quidem inceſſu adeò fatigabantur, ut ſurrecturos adjuvare oporteret, & gravi onere, quod humeris incumbebat, exonerare.

E

non ſine fructu factæ.

276 Ut verò ex his ſimilibuſque pietatis exercitiis (ſemper enim aliqua omnis ordinis turba apud glorioſum Sanctum vigiliis, precibus & contemplationi piiſſimè intenta videbatur) ſingularis in omnium mentibus devotio excitabatur, ita omnes ſalutem animæ ac corporis flagitabant, multique eam feliciter conſecuti ſunt, quemadmodum ex miraculis & inſignibus eventibus, quæ retulimus, & deinceps referemus, manifeſtum eſt.

F

§ XX. S. Nicolai imago, jubente & præſente Cordubenſi ſenatu, ad ſuburbanum peſte infectorum xenodochium defertur: hæc Crucifixi Domini pedes oſculatur: ex peſte moribundus ſanatur.

Proſperente peſtis contagio,

SUprà § 13, *ubi de quibuſdam* S. Nicolai *ſtatuis prodigio illuſtratis egimus, meminimus etiam de Cordubenſi, ratione miraculi, quo dum ad S. Lazari extra Cordubam ſitum xenodochium deferretur, mirabiliter claruit; verum to-*

A *totam rei geſtæ ſeriem huc referre maluimus, quia ad miracula tempore peſtis, de qua hîc agimus, impetrata, cultumque ejus occaſione Sancto tum Cordubæ exhibitum propriè ſpectat. Laudatus Pater de Buſto cap. 5 de hoc argumento ſic ſcribit:* Cùm peſtis contagio hocce tempore (*anno* 1602) poſt tot ſupplicationes, proceſſiones ac novemdiales in omnibus templis monaſteriiſque civitatis ſævire pergeret, nec Deus ob peccata noſtra nos exaudiret; dominus Jacobus de Vargas y Carauajal, toparcha del Puerto, corrector & judex major Cordubenſis, unà cum urbis collegio decrevit, ut glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis imago ad S. Lazari noſocomium in infirmorum ſolamen ſummo cum ſilentio deferretur; idque exſecutioni mandatum eſt.

Senatus Cordubenſis ſtatuam Sancti

278 Feriâ quintâ manè, quæ erat dies VII Junii, corrector cum viginti quatuor & Juratis ad curandam publicam ſalutem deputatis, in S. Auguſtini templum convenientes, Miſſam ad miraculoſi Sancti altare, in quo altera ipſius ſtatua poſita erat, audierunt. Finito Sacro, quidam ſacerdos ſuperpelliceo ſtolâque indutus, eam

B ſtatuam, quæ deferenda erat, è manibus ejus, qui celebraverat, ſuſcepit, atque inde eam corrector & ſenatores, deputatique ac Prior cum ſuis, omnes ordine incedentes, & cereos manibus geſtantes comitati ſunt, donec in noſocomium, ubi infirmi curabantur, inferretur. Quia verò ea, quæ in hujus ſtatuæ ſuſceptione, dum ad xenodochium adventaret, ibidem contigerunt, aliàs nec audita nec viſa, ut opinor, fuêre, ea tamquam teſtis oculatus enarrabo.

cum ſupplici agmine ad S. Lazari noſocomium defert,

279 *Subdit duas magnas ſportas panibus benedictis plenas ſimul latas fuiſſe, atque hoc ſupplex agmen ſub ortum ſolis ſummo cum ſilentio proceſſiſſe, ne exciti cives unà ad noſocomium pergerent, atque ita, præſertim cùm intenſi tum calores eſſent, contagio latiùs proſerperet. Deinde ita proſequitur:* Eo, quo diximus, ritu ad urbis portam, quæ Nova vocatur, pervenimus, per quam ingreſſi, & ab illo ſancto conventu S. Mariæ de monte Carmelo, qui juxta illam ſitus eſt, inter muſicos concentus recepti, per ejuſdem conventûs eccleſiam inceſſimus, & per portam, quæ campum reſpicit, & ad xenodochium ducit, egreſſi ſumus.

C Porrò viam illam uſque ad noſocomii portam populis aliiſque arbuſculis & odoriferis herbis Fratres noſocomii, ad ſuſcipiendam ſtatuam pulchrè exornaverant.

ante quod ſummo cum gaudio ſuſcepta,

280 In termino viæ ex arboribus, herbis variiſque floribus ſacellum cum altari piè adornato excitatum erat, in quo Pater Frater Joannes de Navas, Ordinis ſancti Patris Franciſci, noſocomii confeſſarius, eos operiebatur, albâ ſtolâque indutus, & magnam piamque Crucifixi iconem in manibus geſtans. Ad unum ſacelli latus feminæ puerique, ad alterum viri convaleſcentes ſtabant; & quotquot per vires licuerat, ad recipiendam Sancti imaginem eò confluxerant. Dum in eo campo omnes ita ſtarent, ut nos, qui eò adveneramus, à ceteris, qui ibidem morabantur, ſeparati eſſemus, dumque glorioſi Sancti ſtatua ad ſacellum, in quo Pater confeſſarius cum Crucifixo expectabat, deferretur, muſici è turri Carmelitarum feſtivè cecinerunt, tum ut ægros exhilararent, tum ut Sanctus cum gaudio, & devotione reciperetur.

Crucifixi imaginis pedes

281 Cùm verò ſacra effigies ad altare portaretur, Pater, qui eam ferebat, coram confeſſario, Crucifixum tenente, in genua procidit, codemque tempore, quotquot in campo aderant, ſimiliter in genua procubuêre. Hiſce ſummo cum ſilentio ac humilitate ita proſtratis, Pater, qui Sancti effigiem geſtabat, ante Crucifixum genuflectens, cœpit illam in eum modum, quo ſacer calix ſolet, extollere, elevavitque, donec Sancti vultus uſque ad ſacratiſſimos Crucifixi pedes pertingeret; ad quos cùm pertigiſſet, glorioſus Sanctus eos exoſculatus eſt, & ore ſuo ſanctiſſimis pedibus ſpatio, quo quis Symbolum Apoſtolorum recitaret, adhæſit. Utinam faventibus ſuperis, quæ tum contigêre, dignè queam exponere: quippe dum glorioſi Sancti imago os ſuum ad ſacratiſſimos Jeſu Chriſti pedes admotum teneret, tanti fuerunt omnium iſtorum inconſolabilium infirmorum planctus, lamenta & lacrymæ, ut admirabile ſpectaculum præberent, & fortiſſimi quique virorum, qui ſtatuam eò deduxerant, velut pueri plorarent.

AUCTORE C. S.

inter acclamantium ægrorum voces

282 Hinc muſici lituis ſuas partes explentes, omnium animos movebant; inde frequens mulierum, viduarum, nuptarumque ac puellarum convaleſcentium turba, lamentabiles in cælum voces extollebat, acclamante orphanorum, qui mulieribus immixti erant, multitudine, ingentique ægrotantium numero, quorum omnium alii parentes ſuos, alii liberos, alii conjuges ibidem vitâ functos plangebant, ac omnes unanimi voce clamabant, dicentes: Pater S. Nicolae, mi ſancte Pater, Sancte mi, miſericordiam, ſalutem, ſalutem, quam pueris in urbe præſtas, etiam in hoc afflictiſſimo xenodochio hiſce miſeris, afflictiſque & ægris peccatoribus à Jeſu Chriſto impetra. Submotâ deinde per eumdem ſacerdotem à Crucifixi pedibus ſtatuâ, totus pariter campus conticuit; eâque paulò pòſt denuò elevatâ, & ore pedibus Crucifixi admoto, licèt multi fuerint primâ vice ejulatus, plures tamen ſecundâ fuêre: & dimotâ denuò ſtatuâ, campus pariter rurſum conquievit.

E

ſemel iterumque oſculatur:

283 Porrò dum dictus Pater, qui Sancti ſtatuam tenebat, eam iterùm elevaviſſet, hæc magnam reverentiam ac humilitatem exhibens, Domini Jeſu Chriſti pedes denuò oſculata eſt; moxque tantus rurſum per campum exortus eſt clamor, ut omnium, qui aderant, mentes percellerentur. Subinde ſacerdos ſtatuam à Crucifixi pedibus amotam, & facie ad populum verſa, elevatis brachiis, in altum ſuſtulit, idemque confeſſarius, qui Crucifixum tenebat, ipſius juſſu fecit; quod dum magna cum gravitate pietateque fieret, ſimili, quo priùs planctu, populus iteravit clamores, & miſericordiam tam humiliter imploravit, ut mihi certò perſuadeam, Deum exinde iram ſuam mitigâſſe; dum ſcilicet ſpectaret audiretque tantam Chriſtianorum turbam, tam ſauciam, peſteque afflictam; & inter hos alios ſenes, alios juvenes, alios orphanos pueros, tot vetulas ac honoratas matronas, tot floridæ ætatis mulieres, tot viduas, multas etiam adoleſcentulas puellaſque orphanas; qui omnes, verſâ ad eos Sancti effigie, ſimul cum reliquis, qui eam adduxerant, conjunctis vocibus lacrymiſque exclamabant: Pater S. Nicolae, pater S. Nicolae, adjuva nos, ne omni ſolatio fruſtremur: ſalutem, ſalutem. *Reliquos miſerorum clamores, preces ac lamenta, quæ ibidem ſubjunguntur, præterea, & ad reliqua progredior.*

F

eâdem ipſo in noſocomium delatâ,

284 Paulò poſtquam ea, quæ diximus, fa-

AUCTORE C. S.

cta fuerant, Pater, qui ſtatuam ferebat, eam altari reverenter impoſuit, quam confeſſarius, quodam noſocomii Fratre Crucifixum præferente, ad ejuſdem loci gynæceum detulit; quod Pater confeſſarius ingreſſus, cum fletu ac pietate mulieres ſalutans, ait: Sorores meæ in Jeſu Chriſto, videtis Crucifixum, ejuſque glorioſum, prodigioſum ac dilectum S. Nicolaum Tolentinatem, quem conventus S. Auguſtini in veſtrum ſolatium & ſalutem unà cum ejuſdem Sancti panibus vobis adduxit. His dictis, infirmæ ad Crucifixi Domini ac benedicti Sancti conſpectum tantos clamores & ejulatus edidêre, ut nos, qui forìs remanſeramus, percellerent voces ac lamenta per noſocomii feneſtras delata, dicentium: Pater S. Nicolae, miſericordiam, miſericordiam; non aliter acſi ea ex quadam profunda ſpecu emiſſa fuiſſent.

& diſtributo in ægros pane benedicto,

285 In eo loco omnes afflictæ ac peſtiferis tumoribus fauciæ verſabantur, aliquæ furibundis febribus correptæ, manibuſque ac pedibus ligatæ, aliæ animam agentes, aliæ jamjam mortuæ, aliæ apertis apoſtematis, aliæ putrefactis & præ carbunculis ſanie manantibus corporibus jacebant. Nec is tantùm dolor eas angebat; ſed alio non minori torquebantur. Erant ſcilicet inter illas plurimæ matres, filiæ, nepteſque ac parvuli nepotes; matres autem filias, filiæque matres coram ſe exſpirantes intuebantur, & abſque ullo ſepulturæ ritu tumulandas aſportari; quà re non parùm ſanè cruciabantur.

B

quidam agonizans ſubitò ſanatus,

286 Poſt hæc benedicti panes in infirmos omnes diſtributi ſunt. Inter hos unus, fractis oculis, dentibuſque compreſſis, animam agebat, quam dum Deo interim commendarent, nomen Jeſu ipſi inſuſurrârunt, ſuaſeruntque, ut glorioſum patrem S. Nicolaum invocaret. Ad quæ moribundus, receptis ſenſibus, magna cum fiducia ait: S. Nicolae, S. Nicolae; eaque nihil prætereâ addens, repetendo, animam recipere, ſibique reddi cœpit, ac tam brevi tempore convaluit, ut noſocomii præfectus & medicus, cum reliquis, qui aderant, ad tantum miraculum, ſubitamque, quam infirmus adeptus fuerat, ſanitatem obſtupuerint.

C

& peſtis mitiùs graſſata eſt.

287 Sed & Deo placuit ex divina ſua clementia etiam reliquis miſericordiam exhibere; nam ab ea die lues mitiùs graſſari, & tam in noſocomio, quàm in urbe notabiliter meliùs haberi cœptum eſt; multa quoque miracula per ejuſdem Sancti patrocinium impetrata fuêre, ut ex ſequenti capitulo patebit. *Obiter hic adverte lector, nihil in hac P. Chriſtophori de Buſto relatione de* S. Nicolai *ſtatuæ in genua procidentis, nihil de Crucifixi Domini, manus à cruce refigentis, Sanctumque amplectentis prodigio memorari; (quod utrumque quidam factum aiunt* § 13*) cum tamen ſcriptor ille rei geſtæ adfuerit, atque adeo id nec ignorare potuiſſet, nec tacere voluiſſe cenſendus ſit. Adverte ſecundò, peſtem tum contrà ac iidem volunt, minimè ceſſâſſe, quemadmodum ex ſequentibus etiam manifeſtiùs liquebit.*

D

§ XXI. Varii peſte aliiſque malis anno 1602 Cordubæ liberati.

Puer in Sancti ſacello,

Sæpe laudatus auctor ſuprà num. 274 *&* 276, *itemque* 287 *promiſit, ſe aliquot è multis miraculis, quæ poſt tredecim alia* § 19 *recenſita contigerant, recitaturum: id cap.* 6 *præſtitit his verbis:* Die Veneris ſancto quidam puer unius anni, horâ ſeptimâ matutina vomitu febrique, & enato in inguine peſtifero tubere laborare cœpit: quod ubi mater advertit, eum in ulnas ſublatum ad Sanctum attulit, & in ipſius ſacello genuflexa, dum ſanctiſſimum Sacramentum exponeretur, multis cum lacrymis & pietate ſic effata eſt: Glorioſe pater, S. Nicolae Tolentinas, Sancte mi, Sancte mi, ſana hanc tam teneram prolem, ipſiuſque ac mei, cui unica eſt, miſerere. Hæc, dum ſupplicatio procedebat, tam efficaciter protulit, ut eâ finità puer jam convaluerit, tamque ſanus & vegetus fuerit, ut omnes ſpectatores exhilararet. Huic miraculo adfuit corrector cum tota curia ſua, qui eo die divinis officiis in S. Auguſtini templo intererat.

E

puella in noſocomio, peſte ſubitò liberati:

289 Cùm puella quædam manè febri peſtiferâ, & horâ ſecundâ pomeridianâ etiam carbunculo infecta eſſet, à medico, qui peſte contactis præerat, examinata, & cum ſcripto teſtimonio ad noſocomium, ut curaretur, deſtinata eſt, quò horâ tertiâ poſt meridiem advenit. Hæc domo egreſſura, benedictum glorioſi Sancti panem tumori applicavit, ipſiuſque opem magna cum fide imploravit: dum autem ad noſocomium perveniſſet, mater, quæ eam adduxerat, ipſi valedicens, ait: Filia mea, Dominus & benedicta ejus Mater, & glorioſus pater S. Nicolaus Tolentinas te comitentur; te ipſi devotè commenda, dum ego hinc ad ipſius ſacellum me confero, remedium tibi & ſolamen precatura. Deinde mater Sanctum adiit, filia verò in noſocomium admiſſa, ſtatim de peccatis confeſſa eſt. Porrò eodem tempore, quo mater Sanctum orabat, puella, peracta confeſſione à confeſſarii pedibus ſana & vegeta, vividique coloris ſurrexit, admirantibus confeſſario & ceteris, eò quòd puellam tam deformem, tam brevi temporis momento omninò incolumem & bellam conſpicerent: ideóque mox in urbem remiſſa eſt.

F

item vir

290 Quidam vir ſub initium noctis lenem febrem expertus, ſub medium in vehementem incidit; qui dum tibiam dexteram removeret, ratus hujus pedem ſiniſtro inguini admotum fuiſſe, inſtar ovi columbini carbunculus in ea exortus eſt, & ipſe ſimul frequenti anhelitu & mortis angoribus oppreſſus fuit. Cúmque ſe eo in ſtatu deprehenderet, glorioſum Patrem S Nicolaum Tolentinatem invocans, panem benedictum, quem collo alligatum geſtabat, prædicto tuberi impoſuit, Sanctoque duas Miſſas & unius libræ cereum in ejuſdem gloriam accendendum, promiſit. Eodem autem momento (erat hora noctis duodecima) quo hæc vovebat, ſine ullo mali veſtigio penitus convaluit, ac facto mane mox ad agendas Sancto gratias, promiſ-

A missaque Sacra curanda, properavit.

& adolescens factis votis, & pane adhibito.

291 Adolescens annorum quindecim sub dextera maxilla pestifero carbunculo sauciatus est, qui nec aquæ transitum permittebat, eratque instar medii pomi auriaci tumidum. Huic cùm ad nosocomium campestre, ut curaretur, iturus esset, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis in mentem venit, vovitque illi unam Missam; mater verò glorioſi Sancti panem tumori devotissimè alligavit, dicens: Sancte mi, Sancte mi, sana filium meum, ut sanas ceteros peste infectos. Hæc horâ orationis agebantur, ac deinde obdormivit: sub medium verò noctis integerrimæ valetudini absque ullo pestis indicio restitutus est, quod mater & ipse admirati, Sancto gratias rependere non distulerunt.

Ab eadem hùc aliquot alii,

292 Quidam operarius, ingruente nocte, vomitu ac pestilenti febre laborare cœpit: & postero mane etiam cum lethifero tubere apparuit. Erat tum Dominica Septuagesimæ, quâ ecclesiæ principis capitulum ob glorioſi Sancti miracula in templo S. Augustini divina solemniter peragebat. Cùm itaque is homo audîsset, festum de memoratis prodigiis in eo templo celebrari,
B circa horam diei nonam eò se contulit, Sanctumque devotissimè precatus est, ut sibi misero ac inopi mederi dignaretur. Finitis precibus, consedit, donec sacer orator, qui erat doctor Piçano canonicus, usque ad argumentum de Sancti miraculis pertigisset: de quibus dum hic ad populum verba faceret, ille sese magna cum fide Sanctò denuò commendavit. Dimissa concione infirmus pariter surrexit incolumis, & domum suam rediit, ex qua non alio animo fuerat egressus, quàm ut rectà ad nosocomium contenderet, postquam S. Nicolaum, ut voverat, invisisset, eumque pro sua incolumitate precatus fuisset.

Sancti ope implorata,

293 Eâ nocte, quæ diem, quo postrema glorioſi Sancti miracula approbata fuerant, subsecuta est, mulierem quamdam febris occupavit, & quo tempore campanæ in gratiarum actionem pulsabantur, eamdem pestilens tuber corripuit: cúmque sciret, quare eæ pulsarentur, glorioſum patrem S. Nicolaum invocans, vovit fore, ut, si postero mane supereſſet in
C vivis, ipsius sacellum inviseret, nec inde nisi incolumis aut mortua recederet. Mane fecit, ut voverat; ibidemque usque ad meridiem insistens precibus, tandem se sanam sensit, & proximam noctem in domo sua hilariter traduxit.

adhibitoque pane benedicto

294 Quatuor teneræ ætatis, & prosperæ valetudinis pueros pestilens febris tumorque repentè infecerat, quos dum parentes tam horrendo morbo afflictos spectarent, perfusi lacrymis, glorioſum patrem S. Nicolaum devotissimè precati, ut filiis, præter quos alios non haberent, mederi dignaretur; panem Sancti benedictum carbunculis admoverunt: quo facto tam subitò convaluêre, ut parentes tam repentinam sanitatem admirati, eos mox pro referendis gratiis ad Sanctum apportârint.

miraculosè convalescunt.

295 Duo trimuli infantes in pestiferam febrim inciderant; & horum uni duo, alteri quinque carbunculi fuerant enati. Hos matres, carbunculis vehementer intumescentibus afflictissimos intuitæ, glorioſo Sancto magna cum pietate supplicârunt, ut suis filiis succurreret; & interprecandum, pane glorioſi Sancti tumoribus admoto, eos in lectulo deposuêre: post medium autem horæ ad eos reversæ, sanos rectéque habentes repererunt, & in gratiarum actionem ad Sanctum attulerunt.

AUCTORE C. S.

Aliud beneficium Sancto adscriptum.

296 Cùm quædam mulier, quæ viginti duos annos maritata fuerat, nec toto illo tempore dotales litteras à marito suo multis precibus potuerat obtinere, Patrem magistrum Fratrem Balthazarem de Molina, ex Ordine sancti patris nostri Augustini, de Sancti miraculis è suggestu disserentem, ac inter cetera dicentem audîsset, Sanctum illum afflictis omnibus patrocinari; ipsa domi suæ provoluta in genua, certamque in Sancti auxilio spem colleçans, eum humiliter flagitavit, ut suis apud Deum precibus maritus ad concedendas dictas litteras moveretur. Hæc ipsâ orante, surrexit maritus, assumptaque chlamyde, domo egressus est; post horæ verò quadrantem cum notario, testibus & charta ad eam redux; dotales ipsi litteras concessit: quibus confectis, dicta mulier marito, notario ac testibus spiritualem diligentiam, quâ usa fuerat, & felicem ejusdem successum enarravit: ideoque hi omnes Deo ac benedicto Sancto ejus gratias persolverunt.

E

Pueri ex editiori loco lapsi, per panem benedictum

297 Duo pueri ætatis quatuor annorum, quorum unus in quoddam ambulacrum, alter in parietem septem tapias (*Hispanica hæc vox est, quæ* muros terreos *significat, hîc autem pro quadam mensura usurpari videtur, ideoque eam non verti*) altum conscenderat, præcipites deciderunt. Horum unum quædam nigra (*mancipium Maurum videtur designari,*) alterum ipsius amita *, cadentes conspexêre; dumque caderent, nigra uni dixit: S. Nicolaus Tolentinas te adjuvet. Gestabat autem is puer panem benedictum collo alligatum, atque ita in lateritium pavimentum lapsus est, nec tamen quidquam inde mali passus, in pedum plantas decidit. Alteri similiter puero dixit amita: S. Nicolaus Tolentinas te adjuvet: & hic similiter in plantas prolapsus, nihil inde mali contraxit; amboque incolumes evaserunt, & pro agendis gratiis ad Sanctum adducti sunt.

* *Hispanicè* Tia

præservati & sanati.

298 Duo pueri & una puella prolapsi sunt; puella è loco quindecim tapias (*vide numerum præcedentem*) pueri autem è quinque virgas alto proni ruentes. Ad horum succussum matres exsiliêre, ut, quid ageretur, exquirerent; repereruntque filios suos mortuorum instar in solo jacentes; nec eorum ullus totius horæ spatio suis
F sensibus restitutus est. Cùm itaque matres eos inter mortuos reputarent, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis auxilium implorantes, magna cum devotione flagitârunt, ut filios suos incolumes redderet. Hæc dicentes, panem glorioſi Sancti eorum oribus imposuerunt; & mox pueri sensibus & integræ sanitati absque ulla læsione restituti sunt, & pro solvendis gratiis ad Sanctum deducti.

duo senes ab urinæ retentione liberati:

299 Cùm duo admodùm provectæ ætatis senes periculosa urinæ retentione multis horis laborâssent, tantoque tormento ac periculo nullum humanum remedium reperiretur, ad divinum conversi, sanctum patrem Nicolaum Tolentinatem invocârunt, medelam postulantes, & parùm panis benedicti paululo aquæ imposuerunt; utque hanc medicinam adhibuêre, eodem momento sani & incolumes evaserunt.

jumenta curata,

300 Erant duo viri extranei & pauperes, quorum quisque unicum jumentum habebat, quo sibi victum comparabat. Utrumque de vita periclitabatur, ignotâ mali causâ. Cúmque jam penè exspirâssent, nec ulla spes vitæ affulgeret,

AUCTORE G. S.

prædicti viri de Sancti miraculis inaudierunt, intellexeruntque, bruta æquè ac homines ab eo sanari; hunc igitur devotissimè precati sunt, ut hæc jumenta, quorum labore inopes familias suas sustentabant, sibi servaret. Horum unus panem Sancti benedictum habebat, huncque contritum jumento suo, quod jam penè mortuum triduo non comederat, manducandum dedit: alter Sancto duas Missas vovit: nec mora, dum hæc piè agitant, jumenta, pulso morbo, surrexerunt, & labores solitos tolerârunt.

puerorum ambustæ manus sanatæ.

301 Duo lactentes pueri, recedentibus matribus, ad accensum carbonibus focum relicti, ut erant rationis expertes, manus suas prunis inseruerunt; quas dum aduri sentiebant, compresserunt; eóque arctiùs constringebant, quò inhærentes prunæ eas vehementiùs urebant; unde & amaros vagitus edidêre. His exciti matres accurrerunt, causam fletûs cognituræ, & vivos carbones liberorum manuum palmis insertos repererunt, eorumque casum miseratæ, glorioſum patrem S. Nicolaum invocârunt, & benedictum ejusdem panem donec opportuna è pharmacopolio remedia quæsivissent, adustis manibus illigavêre. Porrò dum post unius horæ quadrantem, allatis medicamentis, manuum fascias resolverent, earum palmas integras, nullaque adustionis cicatrice relicta illæsas conspexêre, ac mox ad rependendas Sancto gratias ad ipsius ecclesiam eos asportârunt.

B

Pestis à variis

302 Cùm quidam cujusdam conventûs Cordubensis prælatus cum aliquot mercatoribus contendens Hispalim (*quæ Vandalitiæ propriæ in Hispania metropolis est*) Illipulam (*Hispanicè* Peñaflor, *quod oppidum est Hispaniæ inter Cordubam & Hispalim itinerantibus occurrens*) perveniſſet, in pestilentem febrim, orto etiam in altero inguinum carbunculo, incidit; quâ re vehementer afflictus est, eóque magis, quòd se à viæ comitibus destitui videret. In his angustiis positus, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem invocavit, ejusque benedictum panem, quem collo alligatum habebat, lethali tuberi admovit: quo facto tam repentè sanatus est, tamque incolumis evasit, ut cum ceteris cœptum iter fuerit prosecutus. Hic deinde Cordubam redux, factum Patri Priori Augustinianorum notum fecit, postulans, ut suum nomen celaretur.

C

per usum panis benedicti,

303 Pestifera febri tres viri laborabant, orto in singulis carbunculo: hi dum se peste infectos, tumoremque augeri adverterent, glorioſi patris S. Nicolai opem devotissimè implorârunt, & memoratum panem carbunculis applicuerunt, ac præterea singuli unam Missam sunt polliciti. Deinde ingruente nocte, quo scilicet tempore benedictum panem adhibuerant, in somnum inciderunt; postero autem manè integra sanitate donati, promissa Sacra facienda curârunt.

Sanctique Nicolai

304 Tres viri, inter quos unus nobilis, singuli duobus carbunculis ac pestilenti febre, frequentique vomitu & mortis angoribus conflictati, à domesticis, qui eorum miserabantur, consilium acceperunt, ut sese glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati commendarent, quod tam hi quàm domestici exsecuti, glorioſi Sancti auxilium implorârunt, simulque panem benedictum tuberibus admoverunt, & eodem momento sanati, acturi gratias ad Sanctum festinârunt.

305 Vir ac mulier, orto jam tubere, peste correpti, dum nosocomium, ut ibidem curarentur, adibant, polliciti sunt fore, ut per viam glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis sacellum inviserent, ipsius patrocinio medelam à Deo petituri. Itaque horâ diei nonâ Sancti sacellum adiêre, & ante ejusdem statuam usque ad duodecimam precati, se erexerunt, ut ad nosocomium properarent: verùm tum se sanos & incolumes admirati, domum suam lætabundi reversi sunt.

D

invocatione

306 Mulierem quamdam febris pestilens cum duobus tuberibus totidemque carbunculis tam subitò occupavit, ut vis mali nullum medicinæ locum concederet, & medicus eam extremis Ecclesiæ Sacramentis extemplò muniri præciperet. Jamque sacro oleo uncta fuerat, cùm glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordata, ipsius panem petiit, eumque magna cum pietate tuberibus & carbunculis imposuit: quo facto obdormiit, & post mediam horam integerrimæ valetudinis, sine ullo tuberum aut carbunculorum vestigio, reperta est.

ac patrocinium

307 Quædam mulier horâ nonâ diurnâ fluxu ventris ac febri cœpit laborare; horâ autem undecimâ duo tuberâ ac tres carbunculi accessêre: quare nosocomium adire meditans, panem benedictum è sua capsa deprompsit, & tuberibus ac carbunculis devotissimè applicavit, hæc dicens: Glorioſe Sancte, pater S. Nicolae Tolentinas, miserere mei, quæ me eo malo tam afflictam experior, ut quàm proximè mihi videar moriturâ. Hæc horâ diei duodecimâ contigerunt; horâ autem primâ jam planè convaluerat; moxque ad Sanctum accurrit, gratias pro tam insigni beneficio solutura.

mirabiliter

E

308 Alia mulier maritata, orto sole, cum tubere & pestifera febri deprehensa est; quod ejusdem parentes & conjugem vehementer afflixit. Cùm itaque eam pater peste infectam cerneret, is cum tota familia illam glorioſo patri S. Nicolao devotissimè commendavit; ipsa verò magna cum pietate in genua procumbens, ait: Sancte mi, Sancte mi, sana me, cum tot sanes: eodemque momento, quo hæc exclamaverat, meliùs habere cœpit; dumque se in pedes erigeret, omnino incolumem experta est.

& subitò

309 Quidam è præcipua nobilitate Cordubensi eques in aliqua villa, quò vitandæ pestis causâ se receperat, commorans, horâ orationis primùm frigidam, deinde ardentem febrim nactus est; nec dubitavit, quin pestem concepisset; & re vera sub noctis medium magnæ cordis angustiæ accesserunt, tuberque in inguine exortum est. Cùm hæc domestici ejus cognoscerent, suaserunt ei, ut glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem invocaret. Paruit ille, & ejusdem imaginem petiit, eamque suo ori admovens, medelam devotissimè flagitavit: hæc agens mox in somnum incidit, & postero mane incolumis deprehensus est.

depulsa.

E

§ XXII. Alia miracula eodem anno 1602 Cordubæ impetrata.

Augustiniani pro exstinguenda lue

PErgimus cum *P. Christophoro de Busto* reliqua, quæ eodem anno 1602 Cordubæ acciderunt, enarrare. *Mense Junio memorati anni*

A *ni nondum ceſſaverat dira lues urbem affligere, quinimò in Auguſtinianorum conventu, cui eò uſque pepercerat, à die* xx *Junii uſque ad* xxx *ejuſdem menſis quinque florentis ætatis & in Sanctum devotiſſimos Religioſos ſuſtulit. Moverunt hæc funera Patres, ut ſancti Thaumaturgi ſui opem ardentiùs implorarent; conſtituerunt que, ut ultimâ Junii nocte, circumlatâ per monaſterium Sancti ſtatuâ, pro ſuorum ac totius urbis ſalute ſupplicationem inſtituerent; quod nudis pedibus, faceſque manibus geſtantes inter preces & pias lacrymas præſtiterunt.*

non ſine fructu ſupplicationem inſtituunt.

311 *Nec irrito ſanè conatu: quippe non modò nullus in memorato conventu deinde agrotare viſus eſt, verùm etiam quidam urbis magiſtratus, quem* Corregidor, *ſive* Correctorem *appellant, poſterâ die Auguſtinianis teſtatus eſt, plures quam centum, de quorum vita medici jam deſperaverant, eo mane in noſocomio extra periculum repertos, nec ullum ibidem ea nocte defunctum fuiſſe. Decrevit deinde in eum modum lues, ut teſte laudato Chriſtophoro die* xv *Julii ejuſdem anni nullus in noſocomio, totaque in urbe eâ ampliùs laborârit, & die* xxviii

B *ejuſdem menſis ceſſatio peſtis aeriſque ſalubritas ibidem fuerit publicata. Exſtinctâ tam feliciter peſte, ſubdit idem auctor, ingens fuit populi ad agendas de beneficiis mœſtiſſimo illo tempore obtentis gratias, ad* S. Nicolaum *concurſus. Ex hiſce miraculis ipſe cap.* 7 *narrat ſequentia, quæ ejuſdem denuò verbis Latinè verſis ſubjungo.*

Puella à dæmone correpta

312 Puella quædam ætatis novem annorum cum ceteris domeſticis in cubiculo ſedens, explorabat, an capilli ſui, qui propter morbum tonſi fuerant, jam creviſſent; quòd cùm ſecùs accidiſſet, ait: Diabolus hos mihi capillos auferat. Cúmque propterea à circumſtantibus caſtigaretur, ait denuò: Diabolus hos mihi capillos auferat; ſecundò reprehenſa, retulit: Diabolus hos mihi capillos auferat, & me pariter. Hiſce dictis à dæmone correpta, tanta cum velocitate ac levitate proſiliit, tantoſque edidit ſtrepitus, ut omnibus ſcandalo, horrori & admirationi eſſet, quòd puellam, priùs tam modeſtam & tranquillam, modò tam immodeſtam inquietamque viderent, ut omnes domeſtici ipſius dictis & factis offenderentur. Inter ce-

C tera enim, quæ agitabat, dum ſanctiſſimum Sacramentum ante ejuſdem januam deferretur, juſſa adorare, noluit; nec niſi demum vi coacta adduci potuit, ut ſaltem illud deferri ſpectaret; quod ut vidit, illudere cœpit ac dicere: Videſis, quis incedat inter quatuor faculas, præcedente vexillo! Poſt hæc etiam linguam exſeruit, & geſticulationibus injuriari cœpit, ita ut domeſtici hiſce admodum offenderentur.

per panem benedictum liberatur:

313 Hi itaque infelicis puellæ vices miſerati, magna cum devotione glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem invocârunt, dictæque puellæ panem in ipſius honorem benedictum obtulerunt; verùm illa, licèt priùs dixiſſet, præ fame ſibi dentes prurire, eum reſpuit. Omnes igitur domeſtici ex ipſius dictis factiſque turbati ſunt (præſertim dum illam non tacto pedibus ſolo vagari ac hujuſmodi effurire conſpicerent) & medelam quæſiverunt. Tandem vir quidam memoratum panem ei violenter in os ingeſſit, quem cùm evomuiſſet, eumdem aquæ impoſitum, aperto violenter ori unà cùm aqua in nomine glorioſi Sancti infudit; utque hæc in puellæ fauces defluebant, ipſa demiſſo in pavimentum corpore reſedit, quievitque, ac deinde ſenſibus reſtituta, nullum præterea malum ſenſit. Interrogata autem, à quo ſanata eſſet, reſpondit: A S. Nicolao Tolentinate: & ad rependendas gratias ad Sanctum deducta eſt. AUCTORE C. S.

ejuſd. in panis uſu, quædam vidua peſtem,

314 Viduam quamdam peſtilens febris ac tuber occupaverat: quod ut cognovit, glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati ſe commendans, ejuſdem ſacellum precatura acceſſit, ibidemque medelam devotiſſimè flagitavit, ac benedictum ejus panem petiit, cujus alterum medium comedit, alterum tuberi applicavit: his piè peractis, ſe ſanam experta, & plena gaudii domum ſuam reverſa eſt.

alia mulier epilepſiam,

315 Quædam mulier multis annis epilepſiâ laboraverat, eoque malo quotidie ad orationis horam tam vehementer concutiebatur, ut domeſticis ſuis, omnibuſque, qui eam videbant, miſerationi eſſet; præſertim eò quòd malum iſtud ſingulis vicibus per integram horam ſæviret. Cum verò hocce tempore Sanctus tam frequentia miracula patraret, prædicta infirma, glorioſo patre S. Nicolao Tolentinate piiſſimè invocato, ipſius panem ſuo cordi applicuit, ac certa inſuper pietatis exercitia vovit: nec umquam E deinde eo morbo correpta eſt, ſed ſemper integra uſa eſt valetudine.

ac alia item peſtem, curárunt.

316 Sub noctis medium peſtilens febris mulierem quamdam annorum viginti corripuit, manè verò ejuſdem axillam brachii carbunculus occupavit, ideoque ante ortum ſolem ad noſocomium tranſmiſſa eſt. Domo egreſſura, nullum voluit admittere medicamentum præter glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis benedictum panem; quem cùm accepiſſet, tuberi devotè admovit. Dum autem ad medium itineris pertigerat, uſque adeo defatigata fuit, ut ulteriùs progredi nequiret. Id ſentiens, majori cum devotione ac fiducia Sancti opem invocavit, & paulatim progreſſa, ſub ſolis ortum ad noſocomium pervenit, ante cujus fores Sanctum denuo intenſiſſimè invocavit, idque tanta cum fide ac pietate, ut ibidem ante noſocomii portam ſubitò ſanata ab omnibus conſpecta ſit; quare illud ingreſſa non eſt, ſed ad Sancti ſaccellum properavit, in quo reliquum diei agendis Deo, ejuſque benedicto Sancto gratiis traduxit.

Puellula epileptica, F

317 Infans quædam, undecim menſes nata, epilepſiâ torquebatur: cúmque mater perpenderet, triſte illud ac periculoſum malum jam ſex menſibus duraviſſe, & quotidie bis ſævire, infantemque velut exanimare, eam glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati commendavit, vovitque ſore, ut eamdem ad agendas in ipſius ſacello ſacras vigilias adduceret. Ab eadem hora, quâ hæc promiſerat, prædicta infans eo malo numquam ampliùs correpta fuit, ſemperque eo libera ac incolumis permanſit.

vir peſte infectus, ſanatus:

318 Quidam vir, ætatis quadraginta annorum, die quarta Mercurii Quadrageſimæ in peſtilentem febrim manè incidit, & uno tubere correptus eſt. Hic dum noſocomium S. Lazari curandus peteret, vovit, inter eundum S. Auguſtini templum adire, ut glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem inviſeret, & remedium flagitaret. Dum verò in Sancti ſacello, quod circa horam undecimam diurnam intraverat, oraret, intra unius horæ ſpatium ſanus optiméque ſe habens evaſit, & domum ſuam plenus gaudii reverſus eſt.

fugitivus adoleſcens, domum reductus:

319 Cuidam mulieri filius erat annorum quindecim, quem tenerrimè amabat, nec præter hunc habebat alium. Cùm hæc bona mulier intellexiſſet,

AUCTORE C. S.

tellexiſſet, glorioſum Sanctum afflictis omnibus opitulari, vovit facellum ipſius novem diebus precatura accedere, ut filium ſuum reduceret, qui jam novem menſibus abſceſſerat, & de quo nihil interim inaudierat. Exeunte novemdiali devotione, die ultima in glorioſi Sancti ara Miſſam ad ejuſdem honorem celebrari curavit; quâ finitâ domum redux, dictum filium ſuum in ea offendit, ac mox ad facellum reverſa, Sancto grates perſolvit, Patreſque de rei eventu fecit certiores.

mulier a peſte,

320 Quædam mulier, poſtquam omnibus domeſticis peſte infectis, quorum octo ex ea defuncti fuerant, inſerviviſſet, tandem & ipſa eodem malo correpta eſt. Cùm igitur ſe gemino tubere ac peſtilenti febre ſauciam deprehenderet, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis auxilium imploravit, & præter duas Miſſas, vovit fore, ut ſi poſtero manè viveret, Sancti facellum oratura adiret. Poſterum manè attigit, ſed tam fatigata, ut vix incedere poſſet: ivit tamen, ut potuit, & horâ diei decimâ adventavit; duodecimâ verò ab omni libera malo optimè ſe habuit.

B

vir à ſanguinis ex ore fluxu,

321 Cùm quidam vir per diem & medium ſanguinis ex ore fluxu laboràſſet, jamque à medicis, ut immedicabilis relictus eſſet, glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati ſe commendavit, ipſiuſque benedictum panem petiit: qui cùm ad manum non eſſet, ejuſdem glorioſi Sancti imaginem ori ſuo impoſuit; eodemque momento ſanguis ſtetit, & ipſe ſalvus & incolumis remanſit, nec eo malo umquam ampliùs vexatus eſt.

monialis item à peſte,

322 In quodam urbis Cordubenſis monaſterio una monialium peſtiferâ febri ac tubere correpta, toti iſti familiæ terrorem incuſſerat. Sub ſolis ortum dum medicus arceſſitur, quædam ex iis piè erga S. Nicolaum affecta, unà cum ceteris omnibus hujus glorioſi ſancti Patris opem cœpit implorare, ejuſdemque benedictum panem enato tuberi admovit. Interea medicus horâ die octavâ advenit: verùm jam tum planè convaluerat; ideoque in gratiarum actionem glorioſi ac miraculis clari Sancti imago in ejuſdem monaſterii choro depicta viſitur.

C

& Religioſus ab angina ſubitò convaleſcit.

323 Quidam Religioſus, vir gravis & magiſter in ſacra theologia, ex certo Ordine Mendicantium, noctu anginâ correptus, plurimùm anguſtiabatur. Erat autem dictus Pater erga glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem devotiſſimus, ejuſque panem benedictum ſemper penes ſe habebat: hunc igitur ſuis faucibus, ubi angina maximè premebat, admovit; & mox illa evaſuit, & ipſe tam moleſto malo liberatus eſt.

Puer peſte infectus, cum teſtimonio medici

324 Quidam puer ætatis decem annorum, cùm à patre ad domum medici, qui peſte infectis præerat, delatus eſſet, ut acceptâ ab eo ſchedulâ in noſocomium admitteretur, examinatus à prædicto medico, peſtilenti febre unoque tubere laborare deprehenſus eſt, & petitam ſchedulam hiſce conceptam verbis accepit: Admittite Joannem, puerum decem annorum, qui peſtiferâ febri unoque in inguine tubere correptus eſt. Joannes Fernandez. Acceptâ ſchedulâ, memoratis verbis conſcriptâ, firmatâque, dixit puer patri ſuo: Pater mi, antequam me ad noſocomium deferas, duc me ad templum S. Auguſtini, ut glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem inviſam, quia ipſum orare cupio.

325 Pater itaque eum ad Sanctum detulit, ibidemque aliquantulum precati ſunt: deinde ad noſocomium perrexêre, quò puer admodùm afflictus & æger pervenit. Dùm autem pater filium in manus cuſtodum traderet, indoluit puer, quòd à patre avelleretur, cœpitque Sanctum devotiſſimè implorare. Adductus ad noſocomii portam, ſchedulam ſuam iis, à quibus admitti debebat, exhibuit; verùm in ea contrarium, quàm quod medicus ſcripſerat, legebatur; ſic enim habebat. Ne admittite Joannem, puerum decem annorum, qui ſanus eſt. Joannes Fernandez de Alfaro. Lectâ hac ſchedulâ, puerum examinârunt, eumque ſalvum & incolumem repertum redire juſſerunt, & patri reddiderunt, qui nondum portam civitatis attigerat, per quam puer fuerat egreſſus.

D

noſocomium ingreſſus, mutato divinitus teſtimonio, ſanus mox remittitur.

Quædam digna obſervatu.

326 *Memorabile eſt, quod hic auctor advertit; videlicet neutiquam neceſſe fuiſſe veſtes eorum, qui per* S. Nicolaum *miraculosè à peſte convaluerant, concremari; nec, ut alias fieri aſſolet, concrematas fuiſſe. Singulare quoque id fuit beneficium, quòd, eodem teſte, in quacumque domo aliquis ejuſdem Sancti ope peſtem excuſſiſſet, nullus deinceps toto illo tempore, quo in reliquos ſævire perrexit, eâ fuerit correptus, licèt ſanatorum pars maxima pueri fuerint, qui in ipſis parentum ſuorum lectulis luem contraxerant, in iiſque, donec miraculosè ſanarentur, decubuerant. Hiſce obſervatis, reliqua ex eodem Patre Chriſtophoro accipe.*

E

Duæ mulieres totidemque pueri, gravi malo,

327 Duæ mulieres ex acutiſſimis laterum doloribus ad extrema deductæ, & à medicis jam derelictæ erant, duo item pueri ex graviſſima infirmitate jam biduo viribus ac loquelâ deſtituti jacuerant: quos cùm matres humanis remediis curari non poſſe adverterent, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem invocaverunt, & quatuor ipſi Miſſas pollicitæ, ſingulorum oribus panem Sancti impoſuerunt: quo facto mox omnes quatuor receptis ſenſibus, ſalvi & incolumes ſurrexerunt, & ad agendas gratias ad Sanctum adducti ſunt.

duæ alia paralyſi, liberati:

328 In noſocomio de la Lampara Cordubæ, in quo feminæ curabantur, duæ paralyticæ multo tempore moratæ fuerant; harum altera, auditis miraculis, quæ glorioſus Sanctus frequenter patrabat, dixit alteri: Soror, capo hanc glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis effigiem, & incolumitatem tibi flagita. Paralytica prædictam effigiem in manus cepit, in eamque ſuos oculos figens, multis cum lacrymis Sanctum precari cœpit, ut ſibi ſanitatem reſtitueret; tantæque efficaciæ ipſius fletus ac devota precatio fuit, ut ſubitò ſe ſanam deprehenderit, ſurgenſque, æs capanum noſocomii in gratiarum actionem pulſaverit. Poſt triduum altera paralytica, quæ id conſilii dederat, perfuſa lacrymis, eâdem prece uſa eſt: quod dum faceret, ſibi viſa moneri eſt, ut ſurgeret; quam cogitationem ad turbandam orationem ſuam ſibi tantummodò immiſſam reputabat. Verùm idem ſibi toties repeti viſum eſt, donec an levare ſe poſſet (jam enim ab annis eo malo laboraverat) experiri voluerit. Surrexitque ſana & integra, & præ lætitia ad agendas grates æs campanum pulſatura properavit.

F

dolores colico

329 Quidam canonicus ſanctæ Cordubenſis eccleſiæ noctu tam acri ſtomachi ac colicæ cruciatu tortus eſt, ut magnopere anguſtiaretur. Circa medium noctis in hoc ſtatu ſe deprehendens, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordatus eſt, eumque devotiſſimè rogavit, ut eo malo ſe liberaret: cùmque ita orare incepiſſet,

A pisset, unamque Missam in ipsius altari faciendam vovisset, mox depulso malo sanus permansit.

abacti: 330 Cùm quidam ex certo Mendicantium Ordine Religiosus, vir admodum gravis, cui posterò manè in aliqua glorioſi Sancti festivitate pro concione dicendum erat, noctu in strato recumberet, tam acribus stomachi doloribus, cordisque angustiis correptus fuit, ut vehementer cruciaretur, & malo magis magisque ingravescente, surgere non valeret. Hic igitur sese ita affectum videns, & simul periculosam pestis contagionem perpendens, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordatus est, ipsiusque panem, à suo collo sublatum, cordi admovit, dicens: Glorioſe Sancte, hodie mihi de tua festivitate concionandum est; ideoque te obsecro, ut mihi à Deo Domino nostro remedium impetres. His dictis, omnis dolor cessavit, & ipse incolumis surrexit, eodemque die prosperrimâ usus valetudine ad concionem dixit, magnasque Sancto gratias persolvit.

crurum plagæ, 331 Quidam secundi Ordinis canonicus sanctæ ecclesiæ Cordubensis cùm cruribus, quæ
B pluribus plagis adinstar palmæ latis sauciata erant, diu laborâsset, cerneretque se variis, quibus usus fuerat, medicamentis nihil proficere, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem magna cùm pietate invocavit, dicens: Glorioſe Sancte, ne respicias peccata ætatemque meam, sed impetra mihi à Deo sanitatem, quemadmodum eam impetras parvulis. His dictis, panem Sancti benedictum conteri jussit, & aquæ imposuit, quâ cùm plagas suas lavisset, eas mundis fasciis religavit. Nec multò pòst easdem denuò inspexit, & penitus sanatas expertus, mox ad templum divinis officiis adfuturus properavit, & collegas suos de eo, quod sibi contigerat, certiores fecit.

& resecta arteria subitò curatæ: 332 Dùm quidam chirurgus sanctimoniali S. Mariæ de Gratia venam aperire tentaret, ejusdem arteriam resecuit; cúmque sanguinem sistere non valerent, quamvis inter plurima nequicquam adhibita remedia etiam gypso vulnus operuissent, intuentes eam tam afflictam, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordati sunt, panemque ejusdem Sancti benedictum plagæ imposuerunt; quo facto mox sanguis stetit, nec
C ulla ampliùs gutta effusa est: quam ob rem plurimas Sancto gratias reddiderunt.

pede capti, 333 Quidam vir in monte ligna cædens, pedem sibi vulneravit; eoque malè curato, toto crure captus est. Cúmque jam sex mensibus se in hoc statu deprehendisset, videretque omne suum, quod exiguum fuerat, peculium in medicamenta nequicquam expensum fuisse; vovit glorioſi patris S. Nicolai sacellum invisere, ibidemque incolumitatem flagitare. Igitur duobus fulcris innixus, à porta Almodovarensi usque ad Sancti sacellum, unius milliaris quadrante ab ea dissitum, pervenit, ingressusque sacellum, ab hora circitèr diei decima usque ad quintam pomeridianam devotissimè oravit; ac tum denique surgens, salvum se & incolumem expertus est, fulcrisque in glorioſi Sancti sacello relictis, domum suam gratulabundus repetiit.

gressu dotati: infans vitæ redditus: 334 Quædam Maura, è regno Granatensi oriunda, ex quodam cruris malo, eo membro capta, cùm miracula, quæ glorioſus Sanctus operatus fuerat, audivisset, magna cum pietate sese ipsi commendavit, unamque Missam vovit; ac mox sanata est, venitque ad monasterium, ut eam fieri curaret. Puer undecim mensium quodam die obiisse videbatur; quem mater, dum ad sepulturam componeret, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordata, in ulnas sublatum ad ejusdem sacellum detulit; ipsique coram illo in genua posito vitam deprecata est; nec mora infans planè convaluit. AUCTORE C. S.

infans gravissimo malo liberata. 335 Cuidam pusillæ infanti intestina omnia per umbilicum effundebantur: videns autem mater filiolam suam tam insolito correptam malo, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem in memoriam revocavit, ejusdemque panem benedictum contrivit & in aquam conjecit, eâque aquâ ac pane infantis intestina lavit, & tres Missas devotè pollicita est: quo facto, intestina suo statim loco reddita sunt, & infans integrâ sanitate donata est.

Vir nobilis jam moribundus, sanitati restituitur. 336 Cùm vir quidam nobilis, ætatis viginti annorum & uxoratus, jamjam moriturus videretur, ipsiusque animam Religioſi, qui Augustiniani erant, Deo jam commendâssent, incidit ipsis de glorioſo patre S. Nicolao Tolentinate cogitatio, & ægrotantis conjugi suaserunt, ut virum suum glorioſo Sancto quàm devotissimè commendaret. Illa hoc usa consilio, quasdam ipsi festivitates pollicita est, & ipsius panem benedictum morientis capiti imposuit. Vix hæc fecerat, quin ipse omni mox defunctus periculo convaluerit, ac nihil præter virium debilitatem ex pristino morbo reliquum senserit. E

simile beneficium tribus pueris 337 Ægrotabant tres octennes pueri: horum unus amissâ cum viribus loquelâ moribundus jacebat; alterius ori jam à duabus & ultrà horis speculum admoverant, dubii, utrùm vivus, an mortuus recumberet; tertius denique præ febrium ardore animam agebat; omnium morbus à medico insanabilis censebatur. His ita, ut dictum est, constitutis, puerorum matres ad opem Sancti, qui omnibus succurrit, conversæ, eum inter uberes lacrymas pioſque affectus invocârunt, ut suis filiis mederetur, simulque benedictum ejusdem panem illorum oribus applicârunt. Quo facto, repentè sanati & ad agendas Sancto gratias à matribus deducti, aliquot cereos, quos istæ, dum panes benedictos admoverent, pollicitæ fuerant, ad Sancti altare obtulerunt.

ac nobili juveni collatum. 338 Cùm quidam nobilis juvenis, patriâ Cordubensis, triduo febri laborâsset, medicus, consulto arteriæ pulsu, ad horam orationis ipsi dixit: Oportet, ut vestra dominatio Sacramenta recipiat; neque enim sine miraculo usque ad noctis medium vitam poterit producere. Cúmque ipse, quæ medicus dixerat, intellexisset, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem enixissimè invocavit, vovens fore, ut quotannis solemnem ipsi festivitatem celebrari curaret, &, si posset, in perpetuum collatâ dote stabiliret. Emisso voto (erat tum hora noctis nona) repentè salvus & incolumis, omni infirmitate depulsa, evasit. F

Oculorum morbus depulsus. 339 Quædam sex mensium infans ejusmodi oculorum morbo correpta fuit, ut eos multis diebus clausos tenuerit, nec potuerit aperire. Deinde verò sic eos aperuit, ut non nisi eorum albor apparêret, & tam velociter rotarentur, ut spectatoribus horrorem inculerent, dum eos perpetuò moveri, latente semper pupillâ, conspicerent. Itaque mater filiolam suam omni remedio destitutam videns, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordata est, eamque ipsi commendavit, dicens: Glorioſe Sancte, respice hanc creaturam tam insolito malo correptam: sic locuta,

AUCTORE C. S.

signum Crucis super infantis faciem cum pane benedicto formans, dum eum super oculos duceret, mox sanos & ut antè incolumes reddidit, puellaque ab eo morbo planè libera permansit, & ad solvendas gratias ad Sanctum allata est.

Exstincta peste, salus publica promulgatur.

340 *Observat hic laudatus scriptor, inter hæc triginta & tria miracula, quæ inter diem primam &* XXVIII *Julii anni* 1602 *ad Augustinianorum monasterium delata sunt, tantùm sex recenseri, quæ ad depulsam pestem spectabant; quia scilicet jam tum plurimùm remiserat contagio, quæ eodem mense tandem ita sopita vel exstincta est, ut die* XXVIII *publica salus magna cum solemnitate, erectoque vexillo, cujus alterum latus sacratissimam Dei Genitricem, ad ejusque pedes* S. Nicolaum *cum aliquot pueris, quos à peste servaverat, exhibebat; alterum sanctum martyrem Sebastianum, sanctumque Rochum repræsentabat, tandem fuerit promulgata.*

§ XXIII. Reliqua miracula & beneficia Cordubæ & circa eam urbem facta: gratiæ solemnes à clero & senatu Cordubensi S. Nicolao decretæ.

Mulier benedicto pace armata

Nondum ad finem miraculorum pertigimus, quibus Sanctus verè thaumaturgus seculo XVII *ineunte usque ad diem* X *Septembris anni* 1602 *apud Cordubenses eluxit. Supersunt enim quatuor & viginti, quæ ex laudato toties Patre Christophoro subjungimus.* Quædam mulier malè sibi metuebat à marito suo, qui ejus vitæ imminebat, eò quòd hæc datam ipsi fidem re vera violâsset. Cùm igitur videret, maritum ipsi mortem machinari, glorioso patri S. Nicolao Tolentinati se commendavit, promisitque fore, ut imposterum conjugii fidem servaret, vitamque Christianè institueret, si tanto periculo eriperetur. Quodam autem die circa horam orationis maritus, suggerente diabolo, dixit ipsi: Mulier, indue te velo tuo, ut in ripa fluminis deambulemus.

C

binos sicæ ictus illæso pectore excipit.

342 Hæc ipsa audiens gravissimo perculsa metu, glorioſum Sanctum enixè invocavit, ejusque benedictum panem suo pectori imponens, ut à marito jussa fuerat, velum induit, cum eoque egressa est, glorioſum Sanctum continuò invocans, precansque, & solicita, ne memoratus panis à pectore dimoveretur. Interim maritus eam per varios viculos tandem ad illum, qui Palma S. Petri vocitatur, perduxit; cúmque ad secretum in eo locum pertigissent, ipse ejusdem pectus sicâ aggressus, eam in panem benedictum impegit, atque hac ratione nihil ipsi intulit mali. In hoc discrimine mulier Sancti opem denuò enixissimè imploravit; at maritus alterum ei ictum inflixit, quo cùm ipsa penè exanimis in solum prolapsa esset, ille eam mortuam ratus aufugit, nec deinde ampliùs apparuit. At mulier è solo surgens, suum pectus inspexit, illudque sanum & integrum omnisque vulneris ac mali expers deprehendit, & postero mane de peccatis confessa, totam rei seriem exposuit.

343 Quædam mulier vicina partui, cùm hunc justis de causis celari oporteret, ad honoratarum mulierum domum paritura secessit, ut, quemadmodum decebat, partus non divulgaretur. Dum verò dictis feminis rem exponeret & ad earum domum adveniret, mox doloribus occupata parturiit, emissoque uno dumtaxat prolis crure, reliquum in lucem edere nequivit; ex quo in id discriminis deducta est, ut sacro oleo fuerit inungenda. Dum in hoc periculo ipsa versaretur, ceteræque omnes perturbatæ essent, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis, qui in omni necessitate præstò est, recordatæ, ipsius opem in hoc tam præsenti malo devotissimè flagitârunt, unaque ex mulieribus, quæ ipsi aderant, Sancti panem benedictum prolis cruri fascià alligavit; quo facto, proles illud unà cum pane in uterum retraxit, ac mox se invertens in utero, conversò seorsim capite, cum alligato ad tibiam pane in lucem prodiit: quam rem omnes admiratæ, pro tam prodigioso puerperio, Domino Deo nostro, ejusque benedicto Sancto gratias persolverunt.

D

Parturienti succurrit:

per ejusdem opem

344 Alia mulier vehementer afflicta, eò quòd vir ejus jam à multo tempore in una secum domo in quodam Cordubensis agri vico concubinam aleret, sacerdotem, qui ipsi à sacris confessionibus erat, consuluit, dicens: Pater quid faciam marito meo, qui isti peccato pertinaciter inhæret; ego verò acerbissimam vitam duco? Respondit Vicarius, eo enim conscientiæ moderatore utebatur: Domina, ego Cordubâ reversus sum, ibidemque audivi miracula glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis pro concione exponi, & inter cetera à concionatore, doctore Piçaño canonico asseri, ab Apostolorum ætate nullum eo Sancto clariorem miraculis exstitisse; hunc enim succurrere, ubicumque invocetur, in purgatorio, in terra, in mari, in igne, in aëre, & in morbis desperatis: ubi pax non est, ibi ab eo conciliari multosque è vitiorum cœno, cui diu inhæserant eductos fuisse. Tuum igitur est, illum Sanctum invocare, ut tibi propitium habeas.

E

concubina ejicitur:

345 His auditis, mulier constituit Sanctum invisere, petiitque à marito facultatem, quam ipse, Deo jam propitio tam benignè concessit, ut mulier non parùm admiraretur. Postridie manè mox Cordubam profecta, Sancti sacellum adiit, ibidemque tres Missas legi ac unam præterea cantari curavit, & inter uberes lacrymas, pioſque cordis affectus, Sanctum enixè precata est, ut maritum suum è tam grandi periculo perversoque, in quo versabatur, statu eriperet. Finitis precibus, post meridiem suam villam repetiit; quò cùm sub occasum solis perveniſſet, memorata pellex non modò in domo ipsius non ampliùs versabatur, verùm etiam eo vico excesserat; quia maritus eam jam domo expulerat, ac toto vico jusserat excedere. Suscepitque vir conjugem perbenignè, cum eaque vixit in pace: qua de re universus vicus lætatus est; erat enim res ibidem notissima.

F

bos è præcipitio lapsus, illæsus redditur:

346 Cùm quidam bubulcus per Cordubenses montes incederet, unus è bobus, quos agebat, lapsus est, & ex quodam excelso jugo ita præceps provolutus, ut cùm ad humum pertigisset, bubulcus, qui accurrerat, eum velut mortuum ac sine spe vitæ deprehenderit. Id dolens, eum glorioso patri S. Nicolao Tolentinati commendavit, & unam ipsi Missam pollicitus est: cúmque post hæc bos nec moveri nec respirare videretur, bubulcus cum reliquis bobus iter profecutus, unum illum pro mortuo reliquit.

A quit. Sed postquam inter eundum, Rosarium in honorem glorioſi Sancti recitans, tantum viæ confeciſſet, quantum trina baliſtæ exploſione ſagitta mitti poteſt, totumque Roſarium jam percurriſſet, bos, qui prolapſus fuerat, mugitum edidit; quem bubulcus audiens, reſpexit, eumque ponè ſequentem vidit, & admirabundus ſanum & illæſum unà cum reliquis abduxit.

mulus, item lapſus, erigitur:

347 Mulus cujuſdam vectoris, qui Gades proficiſcebatur, trecentis & triginta pondo onuſtus in quadam ſecreta ſemita lapſus eſt; cumque eum ob nimium pondus levare nequiret, nec ipſe mulus ſe poſſet erigere; vector invocans glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem, ipſi unam Miſſam vovit, & cùm neminem haberet, qui illum in elevando mulo adjuvaret (ſolus enim erat) panem Sancti benedictum, quem ſuper pectus geſtabat, mulo impoſuit; quo facto, mox, nemine adjuvante, cum toto onere, acſi nullum fuiſſet, ſe in pedes erexit.

mulâ ſanatur.

348 Quidam vir veniens Zalameâ (*quæ oppidulum Hiſpaniæ eſt in provincia Extremadura*) optimâ vectus mulâ ad Villam Sanctorum
B in montanis Cordubenſibus ſitam proficiſcebatur; ad quam cùm perveniret, mula ſubito correpta malo ita concidit, ut mortua putaretur, omneſque, qui aderant, ipſius domino dicerent: Frater tolle ipſius ſoleas & eamus hinc: nullus enim remedio locus eſt. Cùm verò id agere pararet, quidam profectus ex Azavaga (*forſan* Azuaga *vicus Hiſpaniæ in provincia Extremadura deſignatur*) eò fortè advenit; hic re cognitâ, mulæ domino dixit: Frater accipe hunc panem glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis, eumque magna cum fiducia mulæ imponito, ut Sanctus te adjuvet, quemadmodum & multis aliis ſuccurrit. Itaque panem accepit, mulæque, quantâ potuit fiduciâ, impoſuit, unam Sancto Miſſam vovens. Hoc facto, mula ſalva & incolumis ſurrexit, comeditque, & iter poſtmodum Cordubam proſecuta eſt, ubi ejus dominus Sanctum inviſit, ut Miſſam celebrari curaret, & quod actum fuerat, declararet.

Abacta à pueris veneficia:

349 Septem puſilli pueri in diverſis ædibus rèpentè ſuffocabantur; ita ut, dum matres eos conſpicerent, multùm angerentur; omnes enim nigrâ facie, retortis oculis & quaſi mortui jacebant. Cùm verò eo tempore glorioſus Sanctus
C pluribus in pueros collatis beneficiis maximè inclareſceret, afflictæ parentes, quas ſuffocationis cauſa penitùs latebat, glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem piiſſimè invocârunt, ſupplicantes, ut hiſce pueris ſuccurreret; ſimulque eis de panibus Sancti benedictis in mentem venit, & quæque earum hujuſmodi panem ſui cujuſque filii faucibus impoſuit. Vix hæc egerant, quin puerorum unus aciculam, alter annulum aureum, tertius grandem piſcis ſpinam, quartus ſardiniæ (*exigui piſcis non multùm haleci abſimilis genus eſt*) item ſpinam, quintus clavi caput, ſextus quemdam nummum *, ſeptimus ſimilem pariter nummum evomuerint, omneſque ſani & hilares evaſerint; quapropter ad agendas gratias ad glorioſi Sancti ſacellum delati fuêre. Quæ à pueris ejecta diximus, ad Sancti pedes depoſita ſunt. *Hi pueri haud dubiè veneficio fuerant infecti: fortè etiam variis diebus hæc contigerunt.*

* *Hiſpanicè* ochavò

amiſſi loculi recepti:

350 Cuidam vectori, Cordubâ Gades proficiſcenti, ſaccus nummis aureis (*quos* ducatos *appellant*) ultra mille plenus, quem in medio tertiæ partis oneris poſuerat, per viam excidit; quod non niſi tertio milliari à loco, ubi amiſerat, animadvertit. Hac jacturâ vehementer afflictus, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis recordatus eſt, vovitque ipſi tres Miſſas; & unde venerat, cum aliis ſociis regreſſus eſt, ut amiſſos nummos quæ rerent. Porrò hi omnes, multique alii, qui eâdem viâ, in qua prædicti nummi jacebant, proceſſerant, eos tranſierunt, nec à quoquam reperti ſunt, donec ipſe vector, qui poſtremus incedebat, eò veniſſet; hic autem eos reperit, Deoque ac benedicto ejus Sancto plurimas gratias reſolvit. *Piè quidem memoratus vector* S. Nicolao *acceptum retulit, quòd amiſſa recuperârit, ac forſitan etiam revera debuit: verùm cùm hujuſmodi etiam caſu poſſint contingere, non poſſumus hæc pro certo miraculo vel beneficio, admittere.*

AUCTORE C. S.

ſuppellex ignem illæſa ſuſtinet:

351 Quidam vir honoratus peſtem fugiens, Cordubâ ſe contulit ad quemdam locum in Marianis montibus ſitum, pretioſiſſimam ſupellectilem ſuam duabus ciſtis incluſam ſecum vehens. Cùm in eo loco moraretur, contigit, ut iſtius pars domûs, in qua memoratæ ciſtæ ſervabantur, conflagraret, nec eæ ulla ratione incendio poſſent ſubduci. In harum altera erat panis benedictus ſancti patris Nicolai Tolentinatis; cumque tandem cubiculum, quod conflagraverat, ingreſſi eſſent, unam cum tota ſupellectili in cineres redactam, alterius verò in qua prædictus panis ſervabatur, quæque eodem in loco poſita fuerat, aſſeres omnes ſimiliter combuſtos, ſed univerſam ſupellectilem intactam atque ignis planè expertem repererunt. Dum autem tanti prodigii cauſam exquirerent, glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis benedictum panem inter ſupellectilem invenerunt, ac propterea concluſerunt, Deum per ſacrum iſtud amuletum memoratam ſupellectilem domino integram ſervare voluiſſe.

E

contagio à grege arcetur:

352 Cùm quidam vir nobilis Cordubenſis è viginti quatuor urbis (*fortè ſenatoribus*) multa è grege ſuo pecora, videlicet boves, vaccas, jumenta, altilia, aliaque animalia morte amiſiſſet, ita ut vitandæ contagionis ergò neceſſe fuerit eorum ſtabula mutare; nec tamen quidquam proficeret, miſit: dictus eques, qui S. Auguſtini templum accederent, magnamque panum copiam in honorem S. Nicolai luſtrari curarent, ut eos aquæ impoſitos, memoratis animalibus comedendos traderet; ſimulque menſuram viginti quinque librarum (*Hiſpanicè eſt* una arroba) olei ad alendam lampadem, quæ ante Sancti ſtatuam ardet, dono miſit. Porrò ſimulac prædictum glorioſi Sancti panem gregi ſuo & altilibus dediſſet, extemplo ceſſavit ea lues, nec ex omni grege quidquam amplius periit.

F

quidam fluminis periculo ereptus:

353 Quidam iter pedes faciens, fluvium Guadiato, qui tum temporis frequentibus nimbis vehementer intumuerat, tranſvadare tentavit: ſed cùm medium inflati amnis pedes ſuperâſſet, aquarum vi ſeſe abripi ſenſit. Quo in periculo omni deſtitutus evadendi ſpe, S. Nicolai Tolentinatis recordatus eſt, ſeque ea devotione, quam tantum diſcrimen excitare natum erat, glorioſo Sancto commendavit, & unam Miſſam pollicitus eſt. Vix ita voverat, quin omni defunctus periculo in altera fluvii ripa derepentè ſe deprehenderit. Poſtmodum Cordubam reverſus, promiſſum Sacrificium fieri curavit, & ad agendas Sancto gratias ad ſacellum acceſſit.

AUCTORE C. S.

alter à mulo raptatus, feliciter evadit.

354 Cùm cujuſdam viri nobilis Cordubenſis ſervus, è villa Cardenas egreſſus, Bujalance (*Hiſpaniæ vicum*) mulo vectus peteret, iter oſcitanter proſequens, obvium lacertum contrivit. Hujus ejulatu mulus territus, ſervum excuſſit, hicque dum caderet, pedum alterum ita loris implicuit, ut nulla ratione poſſet expedire: mulus verò eodem correptus terrore, miſerum raptans, pernici curſu viam relegit. Videns igitur ſervus ſeſe ita comprehenſum, nec adeſſe quemquam, à quo mulus ſiſteretur, imò ſe ab illo magis magiſque rapi & præcipitari, elata voce glorioſum patrem S. Nicolaum Tolentinatem inclamavit: & ecce eodem tempore, quo illum invocaverat, dicens: Sancte mi, Sancte mi, ſuccurre mihi; mulus ſubſtitit, & ipſe pedem loris expeditus, ſalvum & illæſum ſe miratus eſt, viamque relegens, ſpatium, per quod raptatus fuerat, menſus eſt, reperitque paſſus quadringentos.

Item alter à tauro raptatus.

B

355 Stabat quidam ſexagenarius ſenex in Cordubenſi S. Salvatoris area, cum taurus publicis ludis deſtinatus, & vinculo ligatus eò duceretur, nec ſatis in tempore loco ceſſerat. Dum verò taurus, qui erat ferox & validus, ponè ipſum tranſiret, reſiliens ſenex delapſo in terram vinculo pedes intricavit, & à tauro raptari cœpit. Cumque ſe hoc modo afflictum turbatumque & in tanto periculo deprehenderet, raptarique videret, magna voce opem glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis imploravit; eodem autem momento, quo glorioſi Sancti nomen protulit, ſtetit taurus, nec ultrà progreſſus eſt, ſed ad dictum virum ſe convertit; ita ut omnes exiſtimarent fore, ut eum mox in fruſta diſcerperet. Verùm illo in hoc diſcrimine exclamante, Sancte mi, Sancte mi, adjuva me, taurus non modò verſus ipſum ſe non movit, ſed etiam duobus viris locum ceſſit, ut jacentem alligatumque ſolverent, nec horum cuiquam, nec lapſo ſeni nocuit; imò hic ſurgens incolumis, mox acturus gratias ad Sanctum properavit.

De Sancti miraculis dubitantes

C

356 Quidam juriſperitus plurima, quæ Sanctus patraverat, miracula inter fabulas reputabat, nec cuiquam tamen ſuam incredulitatem indicaverat. Placuit autem Deo, ut ipſius filius, quem unicum habebat, tam gravi morbo corriperetur, ut jamjam videretur moriturus. Quod cùm ipſe adverteret, dixit uxori ſuæ: Domina, vade ad templum S. Auguſtini, ibidemque prolem noſtram glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati commenda. Ipſa verò filium ſuum jam mori conſpicata, extemplò ad Sanctum accurrit, multiſque cum lacrymis & pietate ejuſdem ſanitatem precata eſt, & Miſſam mox fieri curavit. Finitâ Miſsâ, domum rediit, quid puero actum eſſet, viſura: quò cùm perveniſſet, is jam planè convaluerat. Poſt hæc pater cùm aliquorum incredulitatem pro concione reprehendi audiret, clàm ad conventum venit, ut ſuam incredulitatem accuſaret, dicens, ſeſe illum eſſe, quem concionator arguerat, ac impoſterum ob ſanatum filium piiſſimè erga glorioſum Sanctum affectus fuit.

divinitus correcti

357 Quidam alius eccleſiaſticus & theologus, audiens tam multa glorioſi Sancti miracula, de iis dubitabat: cúmque quodam die ipſi diceretur, duo denuò miracula à Sancto patrata fuiſſe, nequiens ultrà celare, quid ipſe ſentiret, coram aliis exclamavit: Tot miracula! tot miracula! Cùm igitur in eo verſaretur error, ut crederet, ea, quæ de Sancto narrabantur, miraculoſa non eſſe, permiſit Deus, eumdem in pœnam incredulitatis de myſteriis fidei ita dubitare, ut variis dubiis miſerè anxiaretur, nominatim de beatiſſimæ Virginis Mariæ Virginitate ac ſeptem myſteriis humanitatis Chriſti. His vehementer afflictus, præſertim cùm parentes apprimè Chriſtianos ac Catholicos haberet, cœpit inquirere, quâ culpâ Deum offendiſſet, ob quam tam graviter tentari permitteretur. Tandem ipſi de incredulitate, quâ glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis prodigia rejecerat, in mentem venit; ac mox ſummo dolore percitus, magna cum reverentia & humilitate dixit: Glorioſe Sancte, credo omnia miracula tua, doleoque, quòd de iis dubitaverim. Unum peto mihi concedas, videlicet ut me liberes eo dubiorum tormento, quo tantopere crucior, torqueorque; ego verò ſpondeo fore, ut tui, dum vixero, meminerim. His dictis, numquam ampliùs memoratis, aliiſve de myſteriis fidei dubiis, cruciatus eſt.

D

& caſtigari.

358 Quædam matrona cum aliis in quodam cubiculo confabulans, ubi de miraculis glorioſi Sancti ſermo miſcebatur, aſſeruit, ea commenta eſſe, nec vera, ſed conficta prodigia. Hæc protulit ſub occaſum ſolis, ac deinde domum reverſa, filium unicum, juvenem, nobilem ac prædivitem peſtilenti tubere correptum reperit, qui & breviſſimo pòſt tempore defunctus eſt, quamvis omnia divina ac humana remedia tentata fuiſſent. Poſt paucos dies pauper quidam, qui in una ex ejuſdem matronæ domûs officinis habitabat, filiam ſuam ſimili tubere infectam glorioſo Sancto commendavit; eòque facto, mox ſanata eſt. Atque hoc unum eſt ex decem approbatis miraculis. Hæc autem hîc referre placuit, ut pateat, quomodo Deus illos caſtiget, qui nolunt credere miracula, quæ ipſius omnipotentia per ſui glorioſi Sancti patrocinium operatur.

E

Puer è puteo ſalvus educitur.

359 Cùm puer ſex annorum cuidam hidriæ, quæ in ora putei poſita erat, innixus biberet, ea unà cum puero in puteum delapſa eſt. Quem cùm mater, ejuſque vicinæ cadentem conſpicerent, magnis vocibus ac ejulatu & devotione glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis opem implorârunt, dicentes: S. Nicolae, S. Nicolae Tolentinas, ſuccurre huic puero, ne ſubmergatur; dumque hæc dicerent, panem in honorem ejuſdem Sancti benedictum injecerunt in puteum, & ſimilem puer etiam collo alligatum habebat. Interea accerſivêre, qui puerum extraheret, inveneruntque aliquem, qui in puteum deſcendens, illum ſuper aquam ſalvum & incolumem, omniſque mali expertem reperit; quamquam jam duas horas in eo puteo fuiſſet. Deinde explorantes metienteſque altitudinem aquæ ac putei, eum altitudine ſuâ hominis ſtaturam ſepties, aquâ verò quater æquare experti ſunt. Omnes igitur Deo, ejuſque benedicto Sancto gratias egerunt, quòd prædictum puerum periclitari non permiſiſſet, ac mox ad Sanctum adduxerunt, ut grates perſolverent, Miſſamque, quam mater voverat, celebrari juberent.

F

puellula in cacabo ſubmerſa, ſanitati reſtituta.

360 Puella duorum annorum aberraverat à matre hora diei prima, tertiâ autem promeridianâ quædam mulier per domûs aream tranſiens, eam in grandi cacabo, aquâ pleno, reperit ſuffocatam, toto corpuſculo aquæ immerſo, ac ſolis pedibus oræ cacabi adhærentibus, ita ut prona

A ptona incidiſſe videretur. Quod mulier intuita, in ejulatus erumpens, matrem dictæ puellæ advocavit, cum qua aliæ feminæ accurrentes, eam, ut dictum eſt, invenerunt, extractamque in ſolo collocârunt, in quo ultra horam ſine anhelitu jacuit, nec poſt varia remedia quidquam vitæ in ea potuit deprehendi. Cùm itaque parentes adverterent, filiam ſuam ab omnibus mortuam reputari, eam uberrimis cum lacrymis, magnaque devotione glorioſo patri S. Nicolao Tolentinati commendaverunt, & fuſis precibus, duas Sancto Miſſas voverunt. Tum verò prædicta puella, ſubitò receptis ſenſibus, ſalva & incolumis evaſit, ac mox pro agendis gratiis ad Sanctum adducta eſt.

Senatus & clerus Cordubenſis debitas Sancto grates decernit.

361 *Hucuſque laudatus P. Chriſtophorus de Buſto, qui obſervat, præter memorata miracula, multò plura variique generis, ſpatio quindecim menſium, quo Cordubam peſtis afflixerat, ejuſdem* S. Nicolai *patrocinio impetrata fuiſſe; ſed quæ ipſe ob temporis anguſtias prætermiſit. Deinde ſubdit, clerum populumque Cordubenſem ſanctiſſimo Soſpitatori ſuo debitas*

B *grates rependiſſe: exſtinctâ enim peſte, ac publicâ ſalubritate ſolemniter declaratâ, ab urbis ſenatu die* XII *menſis Auguſti anni* 1602 *communi ſuffragio ſancitum eſſe, ut ipſe nomine totius civitatis quotannis die* X *Septembris, quæ* S. Nicolao *ſacra eſt, ad S. Auguſtini templum ſe conferret, ibidemque in tanti beneficii perennem memoriam ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, ſacræque concioni ac ſupplicationi intereſſet. Collegium quoque canonicorum, eodem teſte, decrevit, ut eâdem feſtâ die quatuor è ſuis omnium nomine idem templum quotannis adirent, è quibus tres ſolemne Sacrum canerent, quartus ad concionem diceret. Addit denique die* X *Septembris ejuſdem anni præſentibus ſenatorum & canonicorum collegiis, ac incredibili populi concurſu debitas Sancto gratias ſolemniſſimè actas fuiſſe. Ceterùm miracula, quæ ſequentibus paragraphis ſubjiciemus, ex variis ſcriptoribus à nobis collecta ſunt.*

C § XXIV. Prodigioſa nobilis virginis Veronenſis, omnibus membris captæ ſanatio: alii contracti & paralytici curati.

Nobilis virgo Veronenſis omnibus capta membris,

VErona, *ampla præclaraque Italiæ in Veneta ditione ad Atheſim fluvium urbs, illuſtre* S. Nicolai *in nobili virgine, Petri de Giuſti filia, anno* 1504 *miraculum ſpectavit, quod Hieronymus dalla Corte, nobilis Veronenſis, & ejuſdem ſeculi ſcriptor, parte ſecunda Hiſtoriæ patriæ ſuæ, lib.* 16 *ſermone Italico refert in hæc verba:* Non multis antè diebus in urbe noſtra maximum acciderat miraculum. Ægrotabat, omnibuſque membris capta erat quædam ætatis annorum ſedecim filia viri equeſtris Petri de Giuſti, in eum modum, ut nec ſponte ſua, nec ab aliis adjuta, ſine acutiſſimis doloribus ſeſe poſſet movere. Nec medici chirurgique, qui magno numero adhibiti fuerant, ullum, quod prodeſſet, remedium potuerant reperire; ita ut de recuperanda ſanitate jam planè deſperatum eſſet. AUCTORE C. S.

à S. Nicolao, quem invocaverat

363 Porrò cùm vigilia feſtivitatis B. Nicolai Tolentinatis ageretur, ægraque ſub ſeram veſperam æra campana S. Euphemiæ (*ſcilicet eccleſiæ Auguſtinianorum*) pulſari audiret; à matre petiit, quid ſolemnis ille ſonitus indicaret; cumque hæc retuliſſet, id fieri ob feſtum S. Nicolai poſtridie celebrandum, ipſa ſubitò elevatâ mente memoratum Sanctum cœpit humillimè orare, ut per ipſius apud divinam Majeſtatem patrocinium tam gravi tamque diuturna infirmitate, quæ nulla arte humana medicabilis erat, liberaretur; eaſque preces toties tamque uberibus cum lacrymis iteravit, donec tandem fuerit exaudita.

nocte apparente ſibi ſanatur.

364 Quippe ſub noctis medium, cunctis domeſticis dormientibus, ei Sanctus apparuit, dixitque: Gaude filia, quia preces tuæ exauditæ ſunt; ſurge è lecto in nomine Domini, de accepto beneficio ſanctiſſimæ Trinitati gratias age, & poſtero manè vade inviſum altare meum in eccleſia S. Euphemiæ. His dictis diſparuit: ipſa verò è lecto deſiliens, ſalvam ſe ac incolumem E ſenſit, & mox præ ingenti gaudio matrem inclamavit; quæ expergefacta accurrens, filiamque in pedes erectam intuita, vehementer obſtupuit, eamque ex dolorum violentia phreneſi correptam rata, precari cœpit, ut in lectum ſe reciperet: cùm autem ipſa, ſe pleniori, quàm umquam ſanitate frui repoſuiſſet, mater eam certè mentis inopem judicans, videnſque nihil verbis profici, vi aggredi ſtatuit, mediamque arripuit, ut in lectum reportaret. Tum verò filiam verè incolumem deprehendit, intellectoque ex illa, quod factum erat, unà cum ipſa præ gaudio geſtiens, in ſanctiſſimæ Trinitatis ac B. Nicolai laudes prorupit.

ſenatus feſtum Sancti quotannis celebrandum decernit:

365 Ad harum voces experrecti reliqui domeſtici accurrerunt, & adoleſcentulâ incolumi repertâ, cognitâque ſanitatis causâ, omnes pariter Dominum Deum ac B. Nicolaum piiſſimè laudare & gratias agere cœperunt. Poſtero autem mane unà cum matre pluribuſque aliis nobilibus matronis, quæ, audito miraculo, domum ejus viſuræ & congratulaturæ acceſſerant, templum adiit, ad quod, ſparsâ jam per urbem miraculi famâ, tam frequens populus eam videndi gratiâ convenerat, ut nec ædes, nec plateæ F ſufficerent. Propter hoc, aliaque plurima miracula ab hoc inſigni Sancto patrata, noſtri (*Veronenſes*) die XIV Februarii proximè ſubſecuti anni MDV publico decreto ſanxerunt, ut ejuſdem feſta dies ab omnibus omninò celebraretur, cum publico campanarum ſonitu, quemadmodum in reliquis urbis feſtivitatibus fieri conſueverat. *Hucuſque laudatus hiſtoricus, à quo hæc, ut monui, eodem ſeculo mandata litteris fuêre.*

de quo feſto eodem tempore quædam ad Scipionem Jardinum cap. 40, *ubi de annua Sancti apud Veronenſes feſtivitate hæc addit:*

366 *Eadem ferè Ambroſius Senenſis, qui eodem tempore in Italia floruit, narrat apud* Propterea ex illa ejus diei hora ad hanc uſque diem univerſa Veronenſis civitas, & haud exiguis diſtenſus finibus ipſius civitatis comitatus, ſolenni cultu & ſupplicationibus totius cleri & clauſtralium Ordinum, hominumque cujuſque ſtatûs, feſtum diei lætiſſimè concelebrant, melodiſque & muſicali ſanctiſſimè cantu virtutes Dei & S. Nicolai in organis & cytharis, in tym-

AUCTORE C. S.

panis & psalterio & cymbalis jubilationis, in ecclesia, in viis & in plateis exultantes extollunt; ita ut, quamdiu lux volvitur super orbe terrarum, & noctis obscuritas ex olympo descendat, civesque & plebem in domesticas suas ædes depellat, tamdiu laudes & gloriam Dei atque S. Nicolai ineffabili concelebratione unanimiter erigant.... Eademque puella singulis quibusque annis eâ die ex domesticis paternis laribus genuflexa exiens, totius itineris lineâ genibus flexis procedebat ad ecclesiam usque, & altare sancti ipsius Nicolai. *Hæc Ambrosius, si hujus Opusculum Jardinus fideliter interpretatus sit.*

ab aliis referuntur.

367 *Ludovicus Zacconius parte* I *Vitæ Italicæ, cap.* 133, *ejusdem supplicationis meminit, asseritque se anno* 1602 *eidem interfuisse. Præterea ait, in ejusdem prodigii memoriam quindecim vel sedecim annorum adolescentulam, quam aliæ juniores puellæ, mediæque ætatis matronæ honoris gratiâ comitabantur, in ea supplicatione quotannis circumduci soluisse; verum id ob quarumdam earum petulantiam postmodum prætermissum esse. Subjungit denique, per*

B *campanarum pulsum, de quo in Veronensi decreto agitur, intelligendum esse applausum campanarum publici palatii, quæ in solemnioribus festis Domini, Deiparæ Virginis ac Sanctorum tutelarium urbis pulsari consueverant.*

Alia puella Veronensis contracta sanatur.

368 *Laudatus Ambrosius Senensis aliud præterea contractæ puellæ pariter Veronensis miraculum refert, quod Jardinus verbis, quæ subdo, interpretatus est.* Medicæ disciplinæ insignis ille eruditione professor, dominus Bartholomæus de Bonfantibus, intra civitatem Veronæ hospitalis sanctissimæ Pietatis physicus, singulos quosque, suâ cujusque humanitate fretus, enixè hortatur, ut illustre miraculum, quod domi suæ evenit, benignis attendere auribus haud dedignentur. Cùm enim esset sibi filia annis decem & quatuor nata, miraque membrorum retractione undique comminuta, quam & singuli quique medici deseruerant, & cujus postremæ vitalis auræ vires intra difficillimos mortis agones desudabant; & propterea ii, qui sanguinis necessitudine puellæ jungebantur, & erga divum Nicolaum de Tholentino singulari cultu

C devotioneque tenebantur, illam sancto ipsi Nicolao humillimè commendâssent, piumque adimplendi animo votum emisissent, statim puella, quæ intra mortis transitum lacrymabiliter agonizabatur usque adeo, ut nihil ulterius circa eam statui supereesset, nisi ut de sepelienda ea ageretur; quasi ex morte in vitam feliciter rediens, absolutis, quæ fiebant erga S. Nicolaum, orationibus, piæque pollicitationis voto deprecantibus verbis expleto, in pristinam integerrimè sanitatem repentino actu, citiùs quodammodo (ut aiunt) oculi ictu translata fuit. *Quo anno aut seculo hoc miraculum contigerit, non reperi; nec Bartholomæum de Bonfantibus inter illustres Veronensis collegii medicos ac philosophos, ab Andrea Chiocco recensitos reperio. Fieri tamen debuit antequam seculum* XVI *adolesceret, cùm ante id tempus Ambrosius Opusculum suum edidisse dicatur.*

Pectoris tumor sublatus:

369 *Incerti pariter sunt temporis, quæ ex Italica Ambrosii Frigerii lucubratione auctâ per Jacobum Albericium, Latinè subjungo:* Massarello filio Thomæ Matilicensis (Matilica *oppidum est Marchiæ Anconitanæ in Italia*) ex quadam infirmitate gibbus in pectore excrevebat, eoque malo jam ultra tres menses laboraverat, cùm mater eum Deo & benedicto S. Nicolao obtulit, vovens fore, ut, si eo liberaretur, templum, in quo jacet sepultus, inviseret, & cereum ejusdem cum filio longitudinis offerret: nec multò post emissum votum liberatus est, & post obtentum miraculum semper sanus vixit. D

malè torta facies restituta: varii

370 Franciscus Joannis ex Amandola (*locus est Marchiæ Anconitanæ versus montes, inquit Zacconius*) cui os, oculique in eum modum detorta fuerant, ut vix videre posset, quarto die postquam id malum ipsi obtigerat, corpus S. Nicolai invisit, in ejusque templo Deum per vitam, preces ac merita B. Nicolai precatus est, ut ea infirmitate liberaretur; simulque sex solidorum cereum obtulit, & in templo pernoctavit; manè verò, dum surgeret, se deprehendit incolumem. Petrus Herculani Callienfis (*ex urbe Callio, incolis* Cagli, *in ducatu Urbinate sub dominio summi Pontificis*) multos annos uno brachio manuque, quæ nulla ratione poterat elevare, captus fuerat: hic ex voto templum S. Nicolai visum adiit, afflictoque brachio Sancti arcæ impositio, obdormivit: deinde verò illud inde extrahens, liberum reperit, eoque semper sano usus est. E

membris capti

371 Ricca Septempedana (Septempeda, *indigenis* San Severino *urbs Italiæ est in Marchia Anconitana*) manu dexterâ quinque annis capta fuerat, nec variis remediis quidquam profecerat. Tandem S. Nicolao vovit ipsius festum quotannis celebrare; cùm verò ab ejusdem sepulcro, quod piè inviserat, sine sperata incolumitate rediret, votum iteravit, & cum planctu sanitatem precata est. Noctu autem quidam senex, S. Augustini habitu indutus, ipsi in somnis apparuit, dixitque: Ne dubita, veni ad templum meum, Deus enim B. Nicolai pro tua incolumitate preces exaudivit. Itaque postero manè ipsa surrexit, & Tolentinum profecta est, manuque arcæ S. Nicolai impositâ, obdormivit, ac deinde evigilans, manum tam vegetam sensit, ut eam non secus ac aliam extenderet.

& contracti

372 Bellaflora Angeli ex S. Genesii (*oppido vel castro prædictæ Marchiæ*) pede dextero per unum annum in eum modum claudicabat, ut solo pollice terram attingeret, isque pes ac pollex usque adeo intumuerat, ut vix posset incedere. Nec medicorum cura quidquam ipsi solatii attulerat, dicebantque hi, pedem illum contractum ac paralyticum esse. Ejus mater Deum, sanctumque Nicolaum precata, ut filiæ suæ sanitatem restituerent, vovit non vacuis manibus ad visitandum S. Nicolai sepulcrum, Tolentinum accedere, eóque filiam mittere, & ceream pedis effigiem offerre. Hoc emisso voto, puella repentè incedere cœpit, & absque ulla mora sanata est, ac imposterum rectissimè ambulavit. F

integra sanitate

373 Asta Andreæ Septempedana toto corpore, ac præsertim cruribus contracta, in medicorum opera nihil auxilii repererat: at postquam mappam quinque brachiis longam in ornamentum altaris S. Nicolao vovisset, hic ipsi noctu apparuit, jubens eam in Deo, à quo sananda erat, totam spem suam collocare; videbaturque ipsa sibi à S. Nicolao tangi, ex eoque attactu penitus sanari, membraque extendi ac restaurari videbantur. Orto manè cum divino auxilio sanctique Nicolai favore surrexit, & scipione nixa per ædes ambulare cœpit, & intra mensem tam perfectè liberata est, ut quo-

libet

A libet incederet. *Suspectum fortè hoc cuiquam miraculum videbitur, eò quòd tam lenta fuerit ista curatio; verùm ea forsitan fuit mali vis, ut unica nocte tantum, quantum hîc contigisse dicitur, naturaliter remittere non potuerit.*

Donati. 374 Vincentiæ ex Salvia (*Italis* Urbisaglia, *castrum seu vicus est in memorata Marchia*) ex quodam subito malo totum latus dexterum exaruerat, & manus nigra apparuerat, eaque infirmitas undecim hebdomadis tenuit. Hæc facto pia mente voto fore, ut, dum sanitati restituta esset, mappam xylinam, cereumque ejusdem, cujus ipsa erat longitudinis, S. Nicolao offerret, postridie se levare spontéque ambulare cœpit; die verò Dominicâ Sancti tumulum adiit, vótumque explevit. *Quæ circa præcedens miraculum vel beneficium annotavimus, ea hîc pariter observata velim.*

§ XXV. Energumeni liberati, dæmonumque præstigiæ abactæ.

B

Frater Raphaël, 375 *Præsentem* S. Nicolai *opem experti pariter sunt energumeni, quos ab infernis hospitibus liberavit. Varia de hoc argumento apud neotericos Sancti biographos reperio, quæ hoc § collecta lectori exponere aggredior. In primis Ambrosius Senensis apud Fardinum cap. 31 ejusmodi memorabile sui seculi prodigium refert in hunc modum:* Stupor ineffabilis quandoque mentem mortalium vehementer invasit, nempe eorum, qui hoc, quod subdimus, propriis oculis inspexere miraculum, non minùs insigne, quàm universæ Ariminensi (*Italiæ in Romandiola*) civitati notissimum. Etenim anno ab Incarnatione Domini nostri Jesu Christi circitèr MCCCCXLIX quidam Frater Raphaël Germanus, Ordinis nostri heremitani, qui nondum sacros conscenderat ordines, & floribus adolescentulæ ætatis pollebat, ab immundo quodam spiritu, qui eum possidebat, cruciatibus plurimis inexplicabiliter torquebatur, indiesque incredibiliter vexabatur.

C Propter quod ceteri heremitani Fratres eum aquâ benedictâ aspergebant, & ille replicationibus adversus eos obsistebat, dicens: Cujus, quæso, virtutis est hæc à vobis benedicta atque in me aspersa totiens aqua; quandoquidem viginti & ultra dierum effluxerint curricula ab hora benedictionis ejus: numquid haud probè nôstin, quòd singulâ quâque die Dominicâ benedici ipsam aquam oportet?

Eremita Augustinianus, 376 Qui sanè insuper Frater quotidiana pulsatione vexatus, dum ex pietate reverendi Prioris de ipsius licentia, ut paulisper quiescendi facultas illi competeret, super strato Prioris cubabat, tunc immundus ille spiritus vexandi ipsum potestate carebat: id quod ægrè ferens sordidus iste spiritus, & requiem haud inveniens, confestim ostium cubiculi subtili machinatione haud cognitus validè pulsare cœpit, & confictâ mortalis hominis voce, simulando dicebat: Laus sit Deo, ô reverende Prior, adest, qui accersit te in aream claustri apud januam; aperi ostium, accurre ad eum. Id autem immundissimus ille spiritus eâ ratione moliebatur, ut ablatâ optimi reverendi Prioris præsentiâ, vexationis suæ potestas contra miserum Fratrem, de quo commemoramus, in se rediret, illiusque omnino dominari posset. Dum enim vexatus apud reverendum Priorem, qui & sacerdos & insuper prælatus erat, se continebat, expers inveniebatur pessimus ille spiritus facultate vexandi illum; atque hinc propterea notissimè patuit, quòd quàm verissimè Frater ille Germanus à malignó torquebatur spiritu. AUCTORE C. S.

energumenus, 377 Cœpitque vociferationibus apprimè inauditis & clamoribus admodùm incredibiliter maximis ipsorum dæmonum vexatio, quâ Frater ille premebatur, manifestiùs detegi; quocirca & durioribus catenis & densis undique funibus jussu reverendi Prioris intra quoddam per Fratres cubiculum arctissimè innodatus fuit. Etiimverò vexatus ille ferreas catenas & iteratis contortas vicibus funes quàm facillimè disrumpebat, illumque ii, qui divino permissu possidebant, ipsum spiritus immundi quotiescumque solum deprehendebant, accerrimè verberabant, & fermè mortuum ac summatim vix in vita permanentem dimittebant; iidemque fathanæ invisibiles spiritus eumdem visibilem altiùs ad trabem usque aulæ, in qua dormitur, elevabant, & deinceps E ex trabe in trabem per sarta tecta sacri dormitorii ipsum celerrimè transverso per aëra cursu deferebant, ita ut res adeò mira numquam aliàs tam limpidè cuiquam inspecta fuerit.

à dæmonibus 378 Quocirca reverendus Prior arctioribus vinculis ipsum intra obscurum carcerem perclusit; ille verò longè facilius ex crate illa ferrea & parvulis foraminibus inde egrediebatur, id, quod humano cuicumque corpori penitus impossibile est per naturam. Factumque hinc fuit, ut reverendus ipse Prior ecclesiæ S. Joannis Euangelistæ Fratrum heremitarum S. Augustini Ariminensis civitatis, perquàm ingenti erga vexatum pietate excitatus, imperaret, longè citiùs & ante medium noctis iter campanas Horarum matutinarum pulsari, ad finem, ne diabolus illum vexandi facultate ulteriùs potiretur. Quippe cùm post Horas ipsas matutinas, pulsu campanæ indictas, ex diuturna experientia patuisset, quòd mali dæmones illum ulteriùs angoribus conficiendi, cruciatibusque contorquendi potestate exuebantur, vexationisque facultate spoliati deprehendebantur, tametsi ante pulsum campanæ, F Horas insonantis matutinas, per ipsos cacodæmones durissimis Alemannus ille Frater vapulatur* flagellis.

* *imò* vapularet

horrendum in modum 379 Evenit autem, quòd, dum id moris per Fratres aliquibus noctium numeris continenter observari spiritus, qui vexabant illum, immundi animadvertissent; illicò etiam medium noctis punctulum ipsi longiori interstitio prævenerunt, & vexatum super turris fastigio extulerunt, eumque sedentem super campana, quam pulsare oportebat, statuerunt, validissiméque gravi pondere infixerunt; quare sacrista, dum campanam summo nixu fortique pro viribus conatu traheret, ut matutinæ Fratribus Horæ pro more innotescerent, funis ipsa nequaquam attrahi, neque ullâ ratione inferiùs deduci, & summatim campana pulsari haud ullo pacto poterat. Accurrentesque ceteri Fratres, adhibitis ad funem manibus, nitebantur trahere funem & campanam pulsare; sed pariter neque potuerunt.

diu vexatus, 380 Unde ad aream claustri spectatum turrim ipsam monasterii concurrunt, statimque vexatus Frater ex fenestra turris apparens, ex altoque cacumine illos prospiciens, ridere cœpit, iterum

AUCTORE C. S.

rumque ac rursus cachinnatus fuit, & sacristam alloquutus fuit, dicens : Profectò nimis admodùm prudens sacrista claruisti ; quoniam hùc tu visum, quid causæ esset, ne funis campanæ excurreret, haud te sollicito ascensu contulisti ; ipse enim te ex hujus cacuminis vertice per fenestram turris deorsum valido impulsu præcipitem dare omninò voluissem, atque longo hoc cœli descendenti spatio per aëra decurrere, & Illiricâ saltatione radicem turris, imasque soli partes invenire coëgissem : tibi enim Horas matutinas pulsandi animus erat, & tamen pulsationis terminus in Horis matutinis nondum advenit.

tandem

381 Pluriesque visus fuit per spiritus ipsos immundos per aëra ferri, atque circa horam ad Vesperas postquam eum dæmones effera verberatione percusserant, ut vitales aures carpere ulteriùs vix posset, patuit eumdem semivivum usque ad tecti fastigia in dormitorio per ipsos dæmones elevari, populo Ariminensi universo, qui accucurrerat *, inspiciente. Qui insuper cruciatus adolescens etiam illicò tot carbones ignis ardentis palàm ex ore interdum horribiliter evomit *, ut propemodum perquàm immensus ex illis impleri integerrimè potuisset catinus. Demumque protinus cacodæmones extulerunt illum in verticem turris, & super pinnaculo ejus posuerunt illum, atque inde eum præcipitem dare in infimas areæ partes summa vi nitebantur. Fratres autem heremitani omnes & populus, qui ex solo claustri discrimen vexati pauperis Religiosi intuebantur, unanimi vocum clamore cohortabantur eum, ut se divo Nicolao de Tholentino commendatum faceret.

*accurrerat

*evomuit

B

382 Et confestim illi divinitus illuxit cæleste auxilium, atque lingua ejus, valido priùs innodata invisibili nexu, statim feliciter soluta apparuit, ita ut loqui posset ; & limpido vocis sono acclamavit, dicens : ô S. Nicolae, adjuva me, succurre mihi ; & repentè illi jaculum quoddam intra manus porrectum visibiliter splenduit, ita ut omnes limpidissimè id conspexerint ; invisibiliterque S. Nicolaus de Tholentino manu ipsum apprehendidit *, & usque intra ecclesiam adduxit, atque semivivus intra altare Corporis Christi in hæc verba concinere cœpit : Te Deum laudamus ; Fratresque heremitani respondiderunt * : Te Dominum confitemur. O illustre miraculum ! O celebre miraculum ! O insigne divinæ Pietatis miraculum ! Voluit enim diebus hisce nostris testimonio nobis esse Deus, quàm vehementer jucunda, quàm ineffabiliter pergrata, quàm suavissimè indies carior sit ei innocentia, puritas & virginitas S. Nicolai de Tholentino.

per invocatum S. Nicolaum

*apprehendit

*respondeRunt

C

383 Et sanè immutabilis Atropos in solida ejus colo adhuc minimè absoluta stamina retinet, atque fortiens Lachesis nondum, quæ trahuntur ex colo, fila completè obtinuit, & circumvolvens destruensque Clotho digitis adhuc lubentissimè nendo, haud hactenus voluit præcidere funicula vitæ (*breviùs rectiúsque dixisset : Nondum contigit mors*) reverendi magistri Arcangeli de Arimino, ejus temporis lectissimi Prioris in Ariminensi ipso conventu, qui propter formidinem ejus rei visæ senuisse nimis, perinde acsi prolixiora adhuc viginti annorum curricula propriæ ætati senescendo cælitus superadjecta fuissent, fideliter testificatur ; & ego ipse, qui sacram hanc historiam divina ope contexui, intra Christianæ conscientiæ aulam testimonium dico indubium, quòd hominem hunc religiosum novi, & socium comitemque pluries habui, mihique frequenter hoc à se nitidissimè propriis oculis visum proprio ore enarravit miraculum, illudque in corio ovinæ pellis tum imaginibus effictum, tum scripturâ enucleatum indies omnibus visendum exhibebat, & universa ipsa Ariminensis civitas suâ palàm testificatione cuicumque idem miraculum manifestum facit : quippe cùm & visibile omnibus fuerit, & notorium evaserit.

mirabiliter liberatur :

D

384 Sed & apud sepulcrum ipsius S. Nicolai in urbe Tholentini, & in civitate Senarum in sacello, ubi digitus ipsius divi Nicolai servatur, vexati à dæmonibus illuc se conferentes, creberrimè ejectis ipsis spiritibus immundis, in pristinam tum libertatem, tum sanitatem ope ejusdem S. Nicolai vindicantur. *Eadem de Fratre Raphaële leguntur apud Zacconium parte 2 Vitæ, cap. 3 : sed in eo hic discrepat, primò, quòd miraculum hoc anno 1469 illiget. Secundò, quòd hymnum* Te Deum laudamus *ab ipso Sancto, non ab energumeno inceptum velit : at Ambrosii verbis standum est, si à Jardino rectè versa sint. Ceterùm addit Zacconius, energumenum ex illo tempore planè liberatum fuisse, quod Ambrosius factum supponit.*

idem beneficium alibi aliis collatum.

E

385 *Alias reproborum spirituum è fidelium corporibus expulsiones refert Ambrosius Frigerius, vel, qui ejus Opusculum auxit, Jacobus Albericius, cap. 8, ex quo sequentia Latinè versa subjungo :* Philippina, monacha parthenonis S. Luciæ in castro S. Genesii (*Marchiæ Anconitanæ in Italia*) Ordinis Cisterciensis, à dæmone per quinquennium usque adeò vexata fuit, ut mente capta, omnique pudore & memoriâ destituta, sæpe dæmones ac nominatim Belial, dominum Joannem Asculanum, Reynaldum de Brunforte, aliosque mortuos inclamaret. Torquebantur ejus ora, manusque ac pedès ; rotabantur oculi, manibus pedibusque prona incedebat, ova in planissimo muro deponebat, eaque ibidem immota manebant, non secùs ac in plana humo jacuissent ; inhonesta verba jactabat, quæ olim miminè proferre consueverat, aliaque moniales dedecentia agitabat. Hæc cùm subinde mitiùs haberet, sese S. Nicolao devotissimè commendavit, vovitque fore, ut, si tam gravi malo liberaretur, ipsius sepulcrum veneratura, Tolentinum accederet : accessitque ligatis manibus & nudis pedibus ad prædictam Sancti arcam, eique innixa planè liberata est, & per divinam gratiam glorioseque S. Nicolai patrocinium ac merita pristinæ incolumitati restituta est.

Duæ sanctimoniales energumenæ

F

386 Antonia filia Jacobi Raimoni, monialis ejusdem monasterii S. Luciæ, octo mensibus ab inferno spiritu pessimè mulctata est, in eum modum, ut lapides jaceret, indecentes cantilenas caneret, verba inhonesta ac turpia coram reliquis sanctimonialibus proferret, noctuque impiè strideret. Jacobus pater ejus & Servandia ejusdem soror eam magna cum pietate glorioso S. Nicolao commendantes, voverunt fore, ut, si Sanctus desideratum beneficium ipsi præstaret, eam ad ejusdem tumulum deducerent, & ejusdem vestimenta unà cum cereo ibidem offerrent. Cumque paulò pòst ad Sancti loculum adducta esset, promissaque munera fuissent oblata, per Dei gratiam sanctique Nicolai merita ad suum monasterium libera rediit, semperque sana vixit.

ad Sancti sepulcrum liberatæ ;

387 Salimbena Vissanucci ex Visse, diœcesis Spoletanæ (*in Umbria*) à dæmone reprobisque spiritibus menses undecim vexata fuit : hæc Scaurum Raynaldi ex Poggio (*nescio, an hic* Phalarium,

item alia mulier,

A rium, *aliàs* Poggio longo *in Sicilia*, *an* Mandelam, *aliàs* Poggio Mirteto *in Sabina ſignificet*) Nicolettam ex Paterno (*Siciliæ oppido*) duoſque alios, quos minimè noverat, homines peſſimos & ſupremo ignis ſupplicio affectos, inclamabat, aiebatque ſe ab iis aggreſſam eſſe, ac multa inhoneſta & turpia proferebat. Cùm quadam die à prædictis ſpiritibus non agitaretur, Deo ac S. Nicolao vovit, ſe hujus tumulum inviſuram, ipſique ſemper addictiſſimam victuram, ſi memorata vexatione liberaretur; Deumque precata eſt, ut per ejuſdem S. Nicolai merita & preces liberari mereretur. Facto voto, Tolentinum properavit, unaque nocte juxta tumulum jacuit, & liberata eſt.

& vir. 388 Quidam vir ex Monte Falcone (*oppidulum eſt in Umbria*) diœceſis Firmanæ, eum in modum à dæmone vexabatur, ut linguâ ceteriſque omnibus membris captus, nec attollere brachia, nec incedere, nec loqui valeret. Is pro ſua incolumitate vovit decem ceræ libras ad S. Nicolai arcam offerre: deinde juſſus una nocte in arca jacêre, poſtero manè planè liber repertus eſt.

B *Aliæ dæmonum præſtigiæ* 389 Aldiſia Jacobi Tolentinas quinque hebdomadis à dæmone vexata eſt. Videbatur autem ei quotidie, cùm ſe cubitum reciperet, dæmon totum lectum ſuſdéque vertere; ideoque S. Nicolaum ſemper orabat, ut eâ vexatione liberaretur. Quadam nocte dum lecto inſidebat, viſus eſt milvus per feneſtram magno cum impetu ſtrepituque intrare & ad lecti ima conſidêre: ipſa verò dicere cœpit: ô S. Nicolae, ora B. Virginem Mariam, ut me tueatur; nec mora dæmon, qui milvi effigiem induerat, per dictam feneſtram avolavit, & ex eo tempore numquam ampliùs vexata eſt.

coërcita. 390 Tola ex Morro (*vico Marchiæ Anconitanæ*) quatuor annos à malignis ſpiritibus malè habita eſt; videbaturque ſibi videre Alardum & Traverſum, ejuſdem regionis homines ſceleratos, qui ob ſua crimina igne fuerant ſublati: & hos quidem velut ambuſtos canes cernere videbatur, multaque turpia verba jactitabat. Maritus verò eam S. Nicolao commendavit, vovens ipſi tantum ceræ, quantum ad cingendam aream ſufficeret, ac quoſdam præterea denarios pollicitus eſt; conduxitque eam Tolentinum, & juxta dictam arcam una nocte jacêre juſſit; manè verò penitus liberata fuit. *Hæc uſque Frigerius vel Albericius, ex quorum fide hæc retulimus.*

C

§ XXVI. Cæcitas, ſurditas aliaque oculorum ac aurium mala depulſa: hernia, & detentio urinæ curata.

Duæ utroque EX *eodem Frigerio vel Albericio deprompta ſunt, quæ hoc § recenſemus.* Anfelira, Marci Antonii Tolentinatis uxor, cùm ex quadam infirmitate ultra quadriennium cæcitate afflicta fuiſſet, poſt humana remedia nequiequam adhibita frequenti prece ad Deum recurrit, ſanctoque Nicolao ceream effigiem, quæ ejuſdem ſtatuam magnitudine æquaret, ad ipſius arcam offerendam vovit: quare & ſubitò exaudita, lumen recepit, eoque, dum vixit, impoſterum gaviſa eſt.

oculo cæca, 392 Mendina ex variolis adeò laboravit, ut utriuſque oculi lumen amiſerit: hanc avia S. Nicolao piè vovens, pollicita eſt fore, ut, dum viſum recepiſſet, eam ad viſitandum Sancti tumulum adduceret, ibidemque eam veſtibus exueret, & has unà cum cereo ipſi offerret. Poſtero die non ſine omnium admiratione viſu ſimul & incolumitate donata eſt. AUCTORE C. S.

393 Catharina Camers (*Camerinum urbs Eccleſiæ eſt in Marchia Anconitana*) uno oculo per menſem ita laborabat, ut ex eo nihil prorſus videret; nec apud medicos quidquam ſuperabat ſpei. Mater igitur precibus ad Deum converſa, eam S. Nicolao vovit, promiſitque illam, ſi incolumitatis beneficium impetrâſſet, ad Sancti arcam adducere & unum cereum offerre. Quod beneficium cùm obtinuiſſet, implere votum diſtulit: unde & prædicta filia poſt anni ſpatium eodem rurſus malo correpta eſt, & ad exſequendum votum Tolentinum deducta, derepente denuò penitus ſanata eſt. *alia una,*

394 Joanna ex Caſiro S. Geneſii (*in Marchia Anconitana*) cæcitate correpta duobus menſibus lucem non aſpexerat, & à medicis fuerat derelicta. Mater eam omni ſpe remedii deſtitutam dolens, S. Nicolao votum fecit, pollicita ipſi mappam offerre: cùmque dicta Joanna templum ingrederetur, ſubitò cœpit videre, manſitque ibidem totam noctem, manè verò planè liberata fuit. *item altera utroque, illuſtrantur.*

E

395 Cùm Montucchius, filius magiſtri Jacobi ex Caſtro S. Angeli (*in memorata Marchia*) magno oculorum malo plures menſes ita conflictatus fuiſſet, ut tumidi & apoſtematis infecti, ſanie fluerent, nec ſanari ex medicorum judicio valerent; pater eum S. Nicolao vovit, promittens fore, ut, ſi filius ſanaretur, eum ad Sancti ſepulcrum conduceret, detractaſque ibidem veſtes ac quadraginta ſolidorum facem ceream offerret: quo voto emiſſo, filius mox ſanus & incolumis evaſit. *Alia oculorum*

396 Lucida filia Morvidellæ triginta & unum dies privata lumine, oculos quidem ſanos habere videbatur, ſed eos nec noctu nec interdiu claudere poterat; ejuſdem quoque caput paralyſi correptum tremebat. Mater ferventiſſimè precata, eam S. Nicolao vovit, illique effigiem ceream promiſit. Votum hoc veſperi nuncupaverat, manè verò duo ipſi Fratres heremitæ apparuerunt, quorum unus ait: Surge, quia filia tua, ſanata eſt; addiditque, ſe eſſe Nicolaum. Itaque illa filiam ſuam ſanam omnique malo liberam manè reperit. *gravissima mala,*

F

397 Lippa filia Amicæ Matilicenſis (*Matilica oppidum eſt Marchiæ Anconitanæ*) ſiniſtri oculi lumine triennium caruerat: hanc pater S. Nicolao veſperi vovit; manè verò dicta Lippa viſu donata eſt. Nicolina Joannis Gentilis ex Caſtro S. Geneſii, oculis quidem optimis eſſe videbatur, nihil tamen videbat, uſque adeo ut menſæ accumbens, dum manum in lancem extendere arbitrabatur, eam menſæ imponeret. Hanc mater S. Nicolao vovit, pollicita ſe imaginem ceream, ſi filia ſanaretur, ad ipſius arcam quotannis oblaturam. Itaque prædicta Nicolina cum cerea effigie ad Sancti arcam deducta, tota nocte in S. Auguſtini templo jacuit, poſtero autem manè liberata eſt, & oculis impoſterum limpidiſſimis uſa. *poſt factis Sancto votis,*

398 Frater Angelus de monte Robino (*Zacconius ſuſpicatur legendum eſſe* Monte Robiano) Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani, oculi dexteri lumine quinquennium privatus, ſeſe S. Nicolao vovit & unum florenum (*Italicè* fiorino, *ſubitò duo pulſa.*

AUCTORE C. S.

quæ vox quandoque etiam pro quodam nummo aureo in Italia uſurpatur) Sancti arcæ impoſuit, ac mox ſanatus eſt, eoque oculo optimè uſus. Nucha uxor Cecchi Septempedana oculis ſanie fluentibus, maloque oris, quod aperire nequibat, afflictabatur; hæc poſt nuncupatum S. Nicolao votum, lucem & incolumitatem ſubitò recepit.

Mulier cæcitate divinitus caſtigata, & dein liberata:

399 Domina Euangeliſta Tolentinas ab ipſo Sancto, dum adhuc inter mortales degeret, ſolo attactu à quodam oculorum malo liberata fuerat: cùm verò Frater Scambius (*Auguſtinianus haud dubiè Eremita*) miraculum hoc poſt Sancti obitum narraret, ipſaque ægrè ferret, iſtud palàm fieri, mox viſum denuò amiſit: at cùm eodem die facti pœnitens fruſtulum veſtis ipſius ſuis oculis applicâſſet, poſtridie aliquantulum videre cœpit, ac poſt hebdomadæ ſpatium priſtino lumine gaviſa eſt.

oculi macula ſublata: alterius fiſtula ſanata:

400 Quidam filius dominæ Simonæ ex Force (*caſtrum eſt diſtrictûs Firmani in Marchia Anconitana, teſte Zacconio*) oculorum alterum maculâ ita infectum habebat, ut ex eo nihil videre valeret: quam ob rem mater eum S. Nicolao vovit, & quamdam vicinam ſuam ad viſendam Sancti arcam cum donis miſit. Eodem autem tempore, quo hæc apud arcam morabatur, laudatus filius in prædicto caſtello ſubitò ſanatus eſt. Siſtus filius Monaldeſci Joannis, habitantis Tolentini, fiſtulâ ſupra oculi palpebram quinque menſibus laboraverat, quæ fiſtula inſtar vulneris longa & larga erat, ex eaque pus emanabat, nec ullam apud medicos repererat medelam. Ejus mater arcam S. Nicolai quotidie inviſebat, vovitque, ſi filius eo malo liberaretur, ſe ad arcam tantum frumenti oblaturam, quantum prædictus filius pendêret. Hoc facto voto, veſperi turunda ſine pure primùm amota eſt, & ipſe ſine medicina & medici operâ poſt octiduum ſanatus eſt. *Sanatio hæc piè quidem* S. Nicolao *adſcribitur ac fortè etiam debetur; verumtamen in ſimilibus non apparet manifeſtum miraculum.*

Tres alii cæci illuminati.

401 Antonius filius dominæ Finæ ex Montecchio (*in Piceno*) ex quodam oculorum morbo viſu per triennium deſtitutus eſt, ita ut nihil videret. Mater vovit eum ad S. Nicolai arcam deducere, & imaginem ceream offerre; conduxitque ad arcam. Poſtquam autem in eo templo pernoctâſſet, manè videre cœpit, ac deinde ſemper optimo viſu gaviſus eſt. Nuccius ex S. Anatoliæ (*vico in Marchia*) qui integro menſe cæcus fuerat, vovit arcam S. Nicolai nudis pedibus inviſere: quo cùm perveniſſet ſubitò viſum recepit. Quædam mulier Tolentinas, quæ undecim annos cæcitate afflicta fuerat, ad S. Nicolai ſepulcrum perducta, ibidemque ab hora Miſſæ uſque ad Tertiam genuflexa, ſurrexit, dicens: Liberata ſum per beati Fratris Nicolai merita.

Quidam à morbo ſurdus,

402 *De ſurdis quoque ac mutis, ejuſdem ſancti Thaumaturgi patrocinio ſanatis, ſequentia habet Frigerius vel Albericius cap* XI: Angeluccius Forte Matilicenſis, gravi morbo conflictatus, obtuſis auribus multos dies vel potiùs hebdomadas ſurdus permanſit. Poſt humana remedia per ferventes preces ad Deum recurrit, totoque ex corde ſe glorioſo ſancto Nicolao commendavit, vovitque, promittens fore ut, ſi priſtinum auditum recuperaret, Sancti arcam Tolentini inviſeret. Unde & per Dei gratiam & hujus glorioſi Sancti patrocinium ac merita ſubitò ſanatus eſt.

403 Ferrafolus Raynaldi ex Caſtro S. Geneſii cùm gravi aurium malo, quo auditus multùm obtuſus fuerat, diu laborâſſet, adverteretque humana remedia ſibi nihil prodeſſe, magna cum fide & pietate vovit, commendavitque ſe glorioſo S. Nicolao Tolentinati, & per ipſius patrocinium & merita liberatus eſt. Thomaſa uxor magiſtri Raynaldi ex Maſſa (*præter gemina hujus nominis Hetruriæ oppida, cognominis vicus eſt in Marchia Anconitana*) diebus octo vel decem apoſtemate in aure afflicta, ſeſe S. Nicolao vovit, pollicita, dum liberata eſſet, ipſius arcam inviſere, cereumque offerre. Facto voto, obdormivit, eâdemque nocte apoſtema ſua ſponte crepuit, ipſaque cœpit meliùs ſe habere ac brevi pòſt tempore ſanata eſt.

aliter ſurdaſter, curati: aûris apoſtema ſanatum:

quoddam grave malum, & paralyſis depulſa.

404 Venantius Petri ex Borgiano (*ejuſdem Marchiæ vico*) quinque continuis diebus ſemper hallucinabatur, quamvis ſanis oculis eſſet, maléque loquebatur, non ſecus acſi mentis inops fuiſſet. Hujus pater, à quo tenerrimè amabatur, eum magna cum pietate ac fide glorioſo S. Nicolao commendavit, vovitque, ſe ad viſendam ipſius arcam Tolentinum iturum, ac medium frumenti onus oblaturum, dum filius incolumitati reſtitutus fuiſſet. Emiſſo voto, miraculosè ſubitò ſanatus eſt; nec umquam toto, quo vixit, tempore ullam ex eo malo moleſtiam paſſus. Petrus Lauri cùm multos annos in eum modum paralyſi laborâſſet, ut etiam non niſi maxima cum difficultate loqui poſſet, glorioſo S. Nicolao ſe commendavit, magnaque cum fide & devotione vovit, ac mox repentè miraculosè liberatus eſt.

Herniâ graviter

405 *De ope herniosis divinitus præſtita idem rurſus Albericius cap.* 10 *hæc memorat:* Forenſis ex State, (*loco territorii Firmani, teſte Zacconio*) ætatis quadraginta annorum, & quod excurrerat, jam duodecim annis continuis herniâ laboraverat, ita ut, viſceribus in inferiores partes diffuſis, incedere vix valeret. Hic cùm voviſſet velum ſericum pro ſua incolumitate ad S. Nicolai arcam deferre, ſubitò ſine ullius medicinæ ope ſanatus eſt, neque toto ſexennio, quo ſupervixit, eo malo umquam amplùs afflictus fuit.

afflicti, nuncupatis votis,

406 Berardus Morvidellæ ex Caſtro S. Geneſii tam gravi herniâ per annum tortus eſt, ut alter teſticulorum uſque ad genu dependêret. Mater filium S. Nicolao vovit, ſpondens, ſe primo anno effigiem ceream, deinde verò quotannis candelam ejuſdem cum puero longitudinis ad ipſius arcam laturam. Hoc votum veſperi nuncupavit, poſtero autem manè miraculosè ſanatus repertus eſt, ſemperque eo malo liber vixit. Brutus Thomæ Matilicenſis cùm quatuor annis in eum modum herniâ afflictus fuiſſet, ut incedere non poſſet, Deo ſanctoque Nicolao vovit fore, ut, ſi liberaretur, ipſius arcam inviſeret & cereis cingeret. Facto voto, prodigiose liberatus eſt.

incolumitatem adepti.

407 Bonanus Rubeus ex S. Anatoliæ (*vico*) multis annis herniam paſſus, adhibitis nequicquam remediis, ad Deum ſanctique Nicolai patrocinium recurrit, vovens ipſius arcam viſere ac cingere cereis, ſi eo malo liberaretur. Emiſſo voto repentè incolumis evaſit, Deoque ac S. Nicolao gratias egit. Salvius Scambri Fulginas (Fulginum, *indigenis* Foligno *urbs eſt dominii Eccleſiaſtici in Umbria*) longo tempore herniâ conflictatus, nullo pacto ſanari potuit, niſi poſtquam ſe S. Nicolao voviſſet; tum enim ſubitò ſanus & liber factus eſt.

408 I-

A *Urinæ detentione laborantes,*

408 *Idem auctor eodem capite de iis, qui urinæ detentione & calculi doloribus cruciabantur, ſubdit ſequentia:* Petrus Matthæi Septempedanus cùm tribus diebus totidemque noctibus urinare nequiviſſet, indéque ſe mori arbitraretur, S. Nicolao vovit ipſius arcam inviſere & circumcingere cereis, ſi tam gravi malo eximeretur. Facto voto, nullâ interpoſitâ morâ, urinam emiſit & ſanatus eſt. Filius cujuſdam hoſpitæ apud S. Flaviani (*vicum*) in Aprutio (*ulteriori*) quinque circitèr annorum, calculo ita laborabat, ut urinare non poſſet: hunc mater S. Nicolao vovit, ſpondens, ſe candelam eâ, quâ puer erat, longitudine oblaturam. Facto voto, puer ſe è gremio matris proripuit, urinavitque, & omnino ſalvus domum regreſſus eſt.

ſanati:

409 Dominus Peregrinus, præceptor S. Michaëlis Septempedanus, viginti & uno diebus ex urinæ retentione graviſſimè decubuit. Hic videbatur ſibi, uti & reliquis circumſtantibus viſum eſt, quemdam Fratrem videre, qui ipſi diceret: B. Nicolaus me tibi mittit, aitque magiſtrum Angeluccium (*quemdam ex amicis ejus, inquit Zacconius*) pro tua incolumitate orâſſe, B per quem te ipſi commendabis. Mox æger ſe S. Nicolao vovit, ſpondens ſeſe ipſi ſemper addictiſſimum fore; &, ſi liberaretur, ejuſdem arcam cereis quotannis cincturum; factoque hoc voto, ſtatim liberatus eſt & urinam emittere valuit.

ſimile malum curatum.

410 Magiſter Joannes Camers ultra duos menſes quoddam malum in virga, quæ inde intumuerat, paſſus fuit; medicique de ipſius ſalute timebant. Uxor illum S. Nicolao vovit, & pro ejuſdem ſanatione promiſit, ſe nudis pedibus ligatiſque manibus Tolentinum ituram. Cúmque brevì pòſt Tolentino reverſa eſſet, maritus meliùs habere cœpit, ac in triduo ſanatus eſt.

§ XXVII. Varii morbi, vulnera, aliaque corporum mala, ſanata & depulſa.

Comitiali morbo laborantes

C PErgo *ex Frigerii Albericiique Opuſculo reliqua miracula & beneficia enarrare. De ſublato comitiali malo cap.* 10 *ſic ſcribit:* Tuccus filius magiſtri Berardi Tolentinatis intra octiduum comitiali morbo bis correptus eſt, nec quidquam profuerat conſilium medici: mater igitur ait: Volo ad B. Nicolaum recurrere, ut hunc filium meum adjuvet. Is interim malo correptus decumbebat humi, retortis oculis, manibuſque ac pedibus & toto corpore trementibus, ſalivâque ex ore diffluente, & exanimati inſtar uno die jacuit. Cúmque poſt hæc Tuccus ſuos ſenſus recepiſſet, mater eum ad Sancti arcam detulit, & pro ejuſdem ſalute oravit, & ab eo tempore numquam hujuſmodi morbo impoſterum vexatus eſt.

ſanati.

412 Lucius filius Caroluccii Maceratenſis eodem afflictus malo, os vehementer torquebat: at poſt factum per matrem S. Nicolao votum liberatus eſt. Ceccus filius Biliæ Septempedanus peſſimo illo malo conflictatus, torquebat ora, rotabat oculos, multumque ſalivæ eructabat. Hunc mater S. Nicolao vovit, ſpondens, ſe eum ad arcam conducturam, ibidemque veſtibus (*Sancto donandis*) exuturam. Facto hoc voto numquam eo morbo ampliùs correptus eſt, imò mox liberatus fuit. Paulus Maria Gardanus Vitellianenſis (*Viadana oppidulum eſt Italiæ in ducatu Mantuano*) filius domini Julii & dominæ Aldæ, comitiali morbo laborabat tam vehementer, ut ſæpe caderet, ſemperque mortuus appareret. Parentes magna cum pietate & fide eum S. Nicolao Tolentinati voverunt, & ad viſendam ejuſdem arcam conduxêre; nec umquam eum morbum ampliùs expertus eſt. AUCTORE C. S.

Puer è lapſu moribundus, ſubitò convaleſcit.

413 *Laudatus auctor cap.* 6, *ubi de mortuis ad vitam revocatis tractat, mirabilem pueri curationem exponit in hæc verba, ſed Italicè:* Canginitius Andreæ Camers unicum filium habebat, qui puer quemdam murum aſcendens, lapſus eſt, & magnum ſaxum in ipſum decidit, quod alteram coxendicum ita contrivit, ut veluti abſciſſa foret, ipſiuſque oſſa confracta ſimul cum medulla foris apparerent. Jamque ex ea plaga vermes naſcebantur, & puer inſtar mortui jacens biduo nihil manducaverat biberatque, nullum verbum protulerat, nec quidquam ſentire videbatur; ita ut medici eum morti proximum affirmarent; verùm Canginitius cum ſua conjuge Catharina S. Nicolao vovit hunc filium ſuum, ſi non moreretur, ligatis manibus ad ejus ſepulcrum deferre, ibidemque coxendicem ceream cum tibia & pede donare: quo facto, puer locutus eſt, petiitque potum & ſanatus fuit. E

puella in puteum projecta, inde ſalva eripitur:

414 *Alia rurſum cap.* 12 *narrat, in hunc modum:* Lucia filia Scambri Camertis, habitans Tolentini, à duobus fratribus ſuis, qui de ea malè ſuſpicabantur, in puteum ſeptem ulnis altum dejecta eſt; quod dum fieret, ſumma cum pietate & humilitate Deum, ejuſque Matrem glorioſiſſimam Virginem Mariam & glorioſum S. Nicolaum Tolentinatem precata eſt, ut ſibi in tam præſenti periculo, & ſine ulla miſericordia violenter projectæ, ſuccurrerent. Hinc illæſa, nulloque valetudinis damno affecta, ibidem undecim diebus totidemque noctibus ſine cibo & potu permanſit, ſub quorum finem ope funis cum ſumma exultatione & jubilo viva inde extracta eſt, meritaſque omnipotenti Deo, glorioſique S. Nicolai meritis & patrocinio, qui eam tanto in diſcrimine tutatus fuerat, gratias egit.

F *abſciſſus pollex, manui reſtitutus,*

415 Franciſci Andreoli Maceratenſis pollicem manûs dexteræ frater ita læſerat, ut abſciſſus in terram decideret: Franciſcus verò ſublatum pollicem manui denuò applicuit, dicens: O glorioſe S. Nicolae Tolentinas, probè nôſti, me plurima pro tua canonizatione ſcripſiſſe; obſecro te, ut tuam mihi potentiam manifeſtes, ne hoc digito mutilus vivam: ſpondeo enim, me quàmprimùm tuam arcam Tolentini veneraturum, manum ceream unius pondo oblaturum, in vigilia tuæ feſtivitatis perpetuò jejunaturum, & abſque ulla mercede pro tua canonizatione continuò ſcripturum, cùm id à me requiretur. Facto hoc voto, dictus pollex ſponte ſua ſeſe manui adaptavit.

exareſcit, facto voto, ſanatur.

416 Sed poſt quatriduum exareſcens, carne ungueque nudatus eſt; manus quoque & brachium, imò totum latus cœpit intumeſcere. Die verò Sancti feſtâ Tolentinum equitavit; dumque promiſſam manum ceream arcæ imponeret, prædictus aridus pollex ſanguinem emittere ac meliùs habere cœpit, & intra quindecim dies carnibus & ungue, ut olim, veſtitus fuit. *Zacconius hoc miraculum parte* 2 *Vitæ, cap.* 12 refe-

AUCTORE C. S.

referens, probabiliter opinatur, eam pollicis exsiccationem ac reliqua mala in pœnam dilati voti Francisco accidisse: nam intra quatriduum promissam manum ceream necdum Tolentinum detulerat, quod tamen commodè facere potuisset.

Matronæ immeritò periclitanti succurrit:

417 Quædam pia erga gloriosum S. Nicolaum domina de violato matrimonio ex invidia apud maritum accusata fuit: unde ipse nimiùm credulus, sine ullo examine, nec certus de crimine, in furorem actus, gladium strinxit, magnoque impetu conjugem adorsus est: at illa tantis in angustiis & discrimine oculos suos in quamdam S. Nicolai imaginem, quam in sua domo venerabatur, subitò conjecit, seque piissimè multaque cum fiducia ipsi commendavit. Nec valuit perfidus maritus eam quovis pacto ferire aut lædere; quia scilicet ipsa à glorioso S. Nicolao protegebatur, cui se tam pio corde commendaverat. Maritus nihilominus certus eam alia ratione è medio tollere, venenum ei propinavit, quod ipsa securè hausit; nec quidquam inde mali, sub S. Nicolai patrocinio tuta, umquam experta est. Denique cùm tandem divinæ Majestati placuisset, uxoris innocentia pietasque patuit, & maritus deposuit errorem.

B

transfixum guttur sanat:

418 Venetiis cuidam medico guttur ita transfixum fuit, ut pugio inhærens utrimque emineret; hic igitur in tam præsenti periculo se deprehendens, glorioſum S. Nicolaum invocavit, ac mox sanatus est, & in grati animi tesseram S. Nicolaum, seque ante ipsum genuflexum in ejusdem altari Venetiis pingi curavit.

pueros, ex alto lapsos,

419 Quidam nobilis patritius Venetus piè erga S. Nicolaum affectis crebrò narravit singulare, quod per S. Nicolai patrocinium in filio suo receperat beneficium, eratque hujusmodi: Dum ipse Feltriæ (*quæ Marchiæ Tarvisinæ urbs est sub dominio Veneto*) dux militibus præesset, filiolum suum cujusdam nutricis curæ commiserat. Accidit autem quodam die, ut dum dicta nutrix in quodam colle cum puero lusitaret, hic manibus elapsus præceps rueret non sine magno vitæ periculo tum ob loci altitudinem tum etiam ob plurima saxa, quæ in valle jacebant. Verùm ecce, dum puer per aëra decem passibus à terra volveretur, non solùm nutrix, sed & omnes domestici subita invocatione eum S. Nicolao commendaverunt, dicentes: Succurre, obsecro huic puerulo, ne lædatur. Nec mora postulatum beneficium impetrârunt; etenim illum illæsum planéque incolumem, hilaremque repererunt; ideoque eum mox ad S. Nicolai aram deferentes, divinæ Pietati de tanto favore per S. Nicolai clientelam concesso gratias egerunt, puerumque in miraculi memoriam sancto (*Eremitarum S. Augustini*) habitu induerunt.

C

servat incolumes:

420 Cuidam nobili civi Perusino (Perusia *urbs est Pontificiæ ditionis in Umbria*) unicus filius erat, quem tenerrimè amabat: hic ex altissima paterni palatii fenestra in subjecti putei oram delapsus est: quod cùm mater conspiceret, subito dolore percita, alta voce vociferando, eum toto cordis affectu beato Dei servo S. Nicolao commendavit; quare & subitò exaudita est: quippe puer sine ulla læsione & malo in terram decidit; gratiæque de tanto favore ac beneficio, per glorioſi S. Nicolai Tolentinatis merita & patrocinium impetrato, Deo actæ fuerunt.

421 Martinus filius Novellæ, ex Castro S. Genesii, è quodam asino lapsus, illiso in terram capite, pedibusque clitellarum funi innexis, per jactum lapidis raptatus est, atque inde fronte & à capite usque ad coxendicem pessimè mulctatus, quinque dies sine loquela, cibique ac potûs & luminis expers jacuit. Judicantibus medicis, eum sanari non posse, mater illum glorioso S. Nicolao Tolentinati commendavit, vovitque ligatis manibus unà cum filio ipsius arcam invisere, & duas candelas ejusdem, cujus filius erat, longitudinis offerre. Facto voto, de noctu dormienti matri duo Fratres Augustiniani apparuerunt, quorum alter S. Nicolaus esse videbatur; eâque deinde expergefactâ prædictus Martinus fari, meliùs se habere & comedere cœpit, convalescentemque mater ad Sancti arcam portavit; at videre necdum poterat, jacuitque ibidem tota nocte: manè autem lumen cernere cœpit, & planè sanatus est, & sponte sua cum matre ad S. Genesii Castrum pedes reversus est.

D

item alterum à jumento raptatum sanat.

Febri hecticâ,

422 Bartoluccius filius Alisæ ex vico S. Joannis, nunc ex oppido Cingulo (*uterque locus est Marchiæ Anconitanæ*) febri hecticâ ita laborabat, ut ex ea jam ad extrema deductus esset. Hujus mater S. Nicolaum tamquam Sanctum precata est, ut suis precibus filio suo sanitatem à Deo impetraret; promisitque tumulum invisere, & ejusdem altare cingere cereis. Finitis precibus, non tantum temporis, quo quis quinque milliaria conficeret, effluxit, quin locutus fuerit, quod antè non potuerat; deinde verò ultra annos quatuordecim supervixit.

E

diuturno corporis tumore,

423 Thomas filius Gentilis ex villa Bragugnani per quadriennium ita intumuit, ut medici medicinæque nihil ipsi prodessent: post hæc vovit arcam sive sepulcrum, in quo glorioſi S. Nicolai Tolentinatis corpus quiescit, ligatis manibus invisere, & intra octiduum, ineundo computum à die, quo sanatus fuisset, unum cereum quadraginta solidorum offerre; moxque eo, quo dictum est, modo ligatus, Tolentinum equo vectus est, & una nocte vicinus arcæ jacuit; postero autem manè morbo planè liberatus, hilaris ecclesiâ egressus est, & pedes Camerinum rediit. At cùm octiduum, nondum oblato, quod promiserat, effluxisset, febri denuò tentari cœpit: quare Tolentinum reversus, expleto supra arcam voto, salvus & incolumis factus est.

F

& hydrope liberati.

424 Frater Franciscus Nursinus (*Nursia urbs parva est in Umbria*) tribus mensibus hydropem passus, quem medici nequicquam depellere tentaverant, fusis precibus factoque voto offerendi S. Nicolao pro sua salute imaginem ceream, illo morbo per vitam, preces & merita ejusdem glorioſi S. Nicolai secundum ipsius fidem & constantiam à Deo liberatus est.

Grave gutturis malum,

425 *Capite* XI *de gutturis malo à quadam muliere depulso, aliisque ægris sanatis hæc habet:* Margarita ex Urbe Salvia (*Marchiæ Anconitanæ vico*) gravi gutturis malo duodecim annos afflicta fuit, nec ullo humano remedio potuit sanari. Deum itaque ejusque Matrem glorioſam Virginem Mariam & S. Nicolaum Tolentinatem pro sua incolumitate precata est, spondens hujus arcam visere & velum sericum, cereumque suæ magnitudinis donare. His precibus finitis, cœpit penitùs meliùs se habere, & intra unius mensis spatium absque ulla medicina planè sanata est. *Dubium apparet, hoc beneficium,*

A *neficium, niſi forte duodecim annorum ſpatio malum adeo inoleviſſet, ut naturaliter curari non potuerit. Pergo ad alia.*

426 Servita uxor Gentiluccii Tolentinas, dum etiam parvula eſſet, ſtrumâ correpta eſt. *Eſt autem ſtruma quidam glandularum tumor, qui ex materia pituitoſa oritur, & aliquando ipſe velut in glandulas concreſcit, & in cervice, gutture, alis & inguinibus naſci ſolet, ut pluribus videri poteſt apud Gorræum in Definitionibus medicis.* Porrò Sanctus, dum viveret, ab ipſius matre rogatus, malè affectum puellæ guttur attigerat, & ſuper illud ſanctæ Crucis ſignum formârat: poſt mortem autem S. Nicolai quodam die Sabbathi ejuſdem anni, veſperi dictæ ſtrumæ partem evomuit, aliamque partem eâdem horâ ſubſecutæ diei dominicæ, ac denique omnem reliquam ſub idem tempus die Lunæ excreavit, ac planè munda & incolumis facta eſt. *ſtrumæque*

427 Magiſter Verinus, magiſtri Gualteronii Septempedanus, duodecim annis ſtrumas in faucibus ac pectore paſſus fuerat, nec à variis medicis, medicinæque ac balneorum ope valuerat curari. Tandem magna cum pietate & fide Deo glorioſoque S. Nicolao Tolentinati vovit, ſi convaleſceret, omnes veſtes ſuas ad Sancti arcam offerre, & quotannis in ejuſdem vigilia ſolo pane & aquâ veſci, ipſoque feſto die, dum poſſet, quolibet pariter anno ipſius eccleſiam inviſere. Facto voto, per divinam miſericordiam, glorioſique S. Nicolai patrocinium ac merita, cœpit ſe meliùs habere, & intra unius menſis ſpatium omnes plagæ penitus evanuerunt: nec umquam eo malo laboravit impoſterum. *Apud Albericium poſt vocem* pectore, *Italicè* petto, *legitur* & cedole, *quæ vox Latinè ſyngraphum vel* ſchedulam *ſonat; quare neſcio, quid ibidem voluerit deſignare, niſi fortè mendum irrepſerit.* *variis*

428 Gentilis Accorombonus ex Monte Lupone (*vico Marchiæ crebrò memoratæ*) cùm per duodecim annos afflictus ſtrumis fuiſſet; nec toto vitæ tempore ullius medici medicinæve ope, quamvis varia tentâſſet, potuiſſet ſanari; voto ſeſe S. Nicolao obſtrinxit, ſpondens ſe ſepulcrum, in quo ejus ſacrum corpus jacebat, inviſurum, magnaque cum pietate & fide ad ejuſdem templum venit, & tota nocte vicinus arcæ quievit: manè verò per divinam Clementiam ſe ſanum & liberum deprehendit. *ſublatæ*

429 Margarita, uxor magiſtri Berardi Tolentinatis, in dextero corporis latere graviſſimos dolores paſſa fuerat; quippe apoſtemate laborabat. Hæc, dum aquâ, quâ beatus Dei ſervus S. Nicolaus poſt obitum ablutus fuerat, ſe lavat, ſubitò liberata eſt, ruptoque & aperto ſponte apoſtemate per divinam miſericordiam ſalva & incolumis evaſit. *Forſitan hæc ipſa Catharina eſt, quæ non unum à Sancto, dum viveret, beneficium impetraverat, ac demortui manus pedeſque laverat, ut in Vita prima à num.* 34 *uſque ad finem cap.* 4 *legere eſt.* *apoſtemata*

430 Franciſca monacha cœnobii S. Luciæ è Caſtro S. Geneſii ultra duodecim annos apoſtema, quod tria capita fecerat, multoque pure manabat, in ventre toleraverat; cúmque humanis remediis, quæ plurima adhibuerat, nihil proficeret, ſeſe glorioſo S. Nicolao Tolentinati humillimè commendavit, vovitque, & ligatis manibus ad honorandam ipſius arcam acceſſit, ibidemque una nocte jacuit: facto autem manè per divinam clementiam, glorioſique S. Nicolai patrocinium & merita, ad monaſterium ſuum incolumis reverſa eſt, eoque malo ſemper libera vixit. *ſanata* AUCTORE C. S.

431 Gentiluccius ex Caſtro S. Geneſii ſpinam ſiniſtri cruris genu infixam habebat, unde tota illa pars uſqueadeò intumuerat, ut ſex menſium ſpatio eam nullo pacto movere, nec incedere, nec erigere ſe, nec ſedere valeret, medicique penitus deſperarent. Hic igitur ſe Deo glorioſoque S. Nicolao commendavit & vovit, ſeſeque equo (*curru, opinor*) ad ejuſdem arcam deferri curavit, ubi cùm oblatâ cereâ tibiâ pernoctâſſet, manè tibiam ſanatam expertus eſt, & ad S. Geneſii Caſtrum pedes reverſus. *cruris mala*

432 Dominus Fridericus, ſacellanus ad S. Georgium Maceratæ, ultra tres annos malo quodam, quod tria capita habebat, in dextera tibia cruciatus eſt; quod cùm ex medici judicio curari non poſſe videretur, magna cum pietate fideque ſeſe Deo glorioſoque S. Nicolao commendans vovenſque, ad ejuſdem arcam portari ſe juſſit, & poſt oblatam tibiam ceream, crus ſuum in feneſtra arcæ collocavit, quod paulò pòſt retrahens, meliùs habere deprehendit, ac intra quatriduum ſine ullius auxilio Maceratam ſalvus repetiit. *curata* E

433 Lippulo Bartoli Matilicenſi per unum menſem corpus ita intumuerat, ut quatuordecim diebus ac noctibus nihil comederit, deque ipſius vita timeretur. Hunc pater, fuſis precibus, glorioſo S. Nicolao commendavit, vovens, ſe ipſi cereum ejuſdem cum filio longitudinis oblaturum; & miraculosè ſanatus eſt. *corporis tumor diſſipatus:*

434 Maccarellus Jacomuccii ex Urbe Salvia viginti annos in cruris tibia fiſtulâ laboraverat, quo crus vehementer intumuerat, multaque ex eo exempta fuerant oſſicula. Cùm autem adverteret, quòd nec medici, nec medicinæ ſibi quidquam prodeſſent, Deum ejuſque ſanctiſſimam Matrem precatus eſt, ut per glorioſi S. Nicolai merita liberaretur; vovitque ipſius arcam inviſere & viginti ſolidos offerre. Intra octiduum poſt emiſſum votum circa diluculum placidiſſimè, quod diu non fecerat, obdormivit, & interea ulcus crepuit, multumque puris ejecit, atque intra duos menſes penitus ſanatus eſt, non niſi unâ turundâ uſus. *Hæc ſanatio cum ſuis adjunctis hujuſmodi non eſt, ut pro miraculo certò poſſit haberi.* *periculoſæ cruris* F

435 Rinalduciæ, filiæ Marinæ Fulginatis, dexterum brachium fiſtula infecerat, quam cùm medici inſpicerent, curare nequibant. Itaque mater eam Deo, glorioſoque S. Nicolao commendans, vovit ipſi velum aureum offerre; hinc & miraculosè ſanata eſt. *& brachii fiſtulæ ſanatæ.*

§ XXVIII. Alii varii generis morbi ſanati.

Alia denuò miracula vel beneficia variis collata ſæpè memoratus Albericius cap. 13 *enarrat, quæ ut cetera Latinè ſubjungo.* Planca uxor Mariæ Tolentinatis laterum doloribus per decennium cruciata fuerat, iiſque tam pertinacibus, ut medicorum medicinæque opem eluderent; verùm fuſis precibus nuncupatoque in S. Nicolai honorem voto, repentè ſanata eſt. *Laterum, ſtomachi ac brachii dolores repulſi.*

AUCTORE C. S.

Flordalisa Franciſci ex Caſtro S. Angeli, habitans Tolentini, cùm graves ſtomachi cruciatus toleraret, aſperſa aquâ, quâ S. Nicolai cadaver lotum fuerat, mox iis liberata eſt. Flordaliſa, uxor Julii Septempedani, acres dolores in brachio ſex menſibus paſſa, vovit fore ut, ſi ſanaretur, aram, ubi glorioſi S. Nicolai corpus jacebat, quotannis cereis & argenteo filo cingeret; quo voto facto, ſanata eſt ſemperque ſana vixit.

morbus articularis mitigatus

437 Bernardus epiſcopus civitatis Camerinenſis quâdam nocte magnis podagræ-doloribus in dextero pede cruciatus, cùm nullum ex humanis remediis levamen percepiſſet, recordatus plurium favorum beneficiorumque, quæ miſeris mortalibus Sanctus impetraverat, eum invocavit, vovitque ſe, ſi dolores mitigarentur, pedem cereum ad ipſius arcam miſſurum, ſeque metipſum eamdem inviſurum, ſimulac per pedes liceret. Facto voto, mox dolores remiſerunt; cúmque ante id temporis ſingulis menſibus eo morbo moleſtaretur, poſthac ultra quatuor menſes eo caruit. *Apud Ferdinandum Ughellum tomo* 1 *Italiæ ſacræ unum hujus nominis inter epiſcopos Camerinenſes reperio, cognomento* Bon-Joannem, *qui col.* 566 *ab anno* 1537 *uſque ad* 1574 *Camerinenſem cathedram ſumma cum laude tenuiſſe dicitur. Huic igitur iſtud qualecumque beneficium obtigiſſe dicendum eſt.*

B

& ſublatus:

438 Cùm Zappa Taraſius Septempedanus ultra menſem podagrâ, ac tribus hebdomadis ſimul febri continuâ laborâſſet, uxor pro viri incolumitate vovit S. Nicolai arcam Tolentini inviſere, ipſius feſta luce quotannis à pane abſtinere, ejuſdemque vigiliâ jejunare. Emiſſo voto, maritus ambulare cœpit, & poſt hoc miraculum numquam eo malo correptus fuit. Frater Franciſcus Spoletanus (*eſt autem Spoletum Italiæ urbs in Umbria*) Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani eodem articulari morbo tam vehementer ac diu tortus fuerat, ut non modò non incedere, ſed nec impoſita pedibus linteamina ferre valeret. Sed nuncupato in S. Nicolai honorem voto, mox omnis dolor evanuit, nec in eum morbum umquam relapſus eſt.

cordis

C

439 Rinalducius Andreæ Tolentinas gravi cordis malo per octiduum ita afflictus fuit, ut ſe moriturum crederet, & à medicis de ipſius ſalute deſperaretur, nec ullam quietem capere, ac vix loqui valeret. Is intimo cordis affectu S. Nicolaum invocans, pollicitus eſt, ſe, ſi eo morbo ac dolore liberaretur, mox ad honorandam Sancti arcam properaturum, & decem ſolidorum cereum donaturum. Poſt hæc viſus ſibi fuit ſentire capillum à corde intra corpus decidentem, ac mox dolor omnis evanuit, & ipſe omninò ſanatus eſt.

ſtomachique cruciatus abſcſſi:

440 Angeluccius Neri Florentinus, habitans Septempedæ viginti menſibus acres dolores ſtomachi, qui multùm agitabatur, paſſus, cùm nullum ex medicinis levamen experiretur, poſt preces voto ſe obſtrinxit ad deferendum nudis pedibus ad glorioſi S. Nicolai Tolentinatis arcam quinque pondo cereum, & quotannis in ipſius vigilia jejunandum, ipſiuſque tumulum, alterumve locum, in quo illius feſtum ageretur, nudo capite adeundum. Cùm id votum emiſiſſet, ſeque Deo, ſanctoque ejus ſervo Nicolao enixè commendâſſet, quievit, meliúſque habere cœpit, & abſque ulla medicina aut humana ope convaluit.

441 Bartholomæa filia Manfredini Tolentinas cùm uno die nocteque ſpaſmo laborâſſet, & medicus eam coquere (*id eſt calido balneo purgare*) decreviſſet, noluit mater, magnaque cum pietate & fide eam glorioſo S. Nicolao Tolentinati commendavit vovitque; atque ita ſine balneo ſpaſmus ceſſavit & puella ſanata eſt. Indiola uxor Mucarelli Septempedana à menſe Majo uſque ad Decembrem gravi gangrenæ malo os infectum habuit, quæ carnes ſponte ſua ita exederat, ut os aperire nequiret. Hæc poſt fuſas preces vovit, ſe nudis pedibus Tolentinum ituram, & ſimulac eam urbem in conſpectu habitura eſſet, ligatis manibus ad glorioſi ſervi Dei S. Nicolai arcam uſque proceſſuram, ibidemque quatuor pondo cereum oblaturam: quo facto, mox meliùs ſe habere & os aperire cœpit, ac per divinam miſericordiam ſanctique Nicolai Tolentinatis, cui ſe intimo cordis affectu commendaverat, denique planè convaluit.

D

ſpaſmus & gangrena ſanata:

mulier græviſſimo malo,

442 Muta uxor Lipponi Cingulana quodam malo tam graviter correpta eſt, ut tres dies totidemque noctes ſenſibus ac loquelâ fuerit deſtituta. Lipponus vovit quotannis in vigilia S. Nicolai Tolentinatis jejunare, ligatiſque manibus ad arcam, in qua ejuſdem ſanctum corpus jacet, accedere, ac præterea ſex pauperes cibare. Facto hoc voto, Muta ægra rubrum vermem uno palmo longum ſubitò evomuit, & per divinam gratiam ſanctique Nicolai tutelam eo malo liberata eſt.

E

alii dentium

443 Petrus Marci ex villa Cupi (*Zacconius legit* Clepi) acres oris ac maxillarum cruciatus perpeſſus fuerat, ad quos tollendos duos ſibi dentes erui fruſtra curaverat. Cùm verò deinde ſeſe S. Nicolao devotiſſimè commendâſſet, voviſſetque cum cerei ſerti dono ad ejuſdem arcam accedere, nocte ſubſecuta eo tormento planè liberatus eſt. Dominus Amidus Tolentinas, doctor juris, ſimili dentium cruciatu afflictus, Deum enixè precatus eſt, ſummaque cum devotione ac fide glorioſi S. Nicolai Tolentinatis patrocinium flagitavit. Nocte ſequenti ſub primum ſomnum S. Nicolaus ei apparuit, ac benignè petiit, quis ipſi dens doleret. Æger, digitum denti imponens, Hic, repoſuit; ac mox S. Nicolaus ſanctiſſimæ Crucis ſignum ſuper eum formâſſe ipſi viſus eſt. Experrectus infirmus, ſeſe omnis doloris expertem deprehendens, multas divinæ Majeſtati glorioſoque patrono ſuo S. Nicolao Tolentinati gratias perſolvit.

F

crucialu, puer ſcabie liberati.

444 Marcheſina magiſtri Nicolai acerrimis dentium cruciatibus & furore adeò torta, ut nec interdiu nec noctu vel paululùm quieſcere valeret, quodam die Anconitanam S. Auguſtini eccleſiam ingreſſa eſt, ibidemque ante S. Nicolai altare proſtrata in genua, ſeſe toto cordis affectu ipſi commendavit, enixè rogans, ut ejus meritis tanto malo liberaretur; unde & ſubitò miraculosè ſanata eſt. Dominicus filius Flordaliſæ, uxoris Franciſci Septempedani, puer duodecim annorum, pedes durâ aſperâque ſcabie infectos habebat. Fuſis precibus, factoque voto pueri ad S. Nicolai tumulum deferendi, ibidemque candelam ejuſdem cum illo longitudinis donandi, ſine ullius medicinæ ope octiduo pòſt ſanatus eſt.

puerpera ſublevata: proles impetrata,

445 *Capite* 14 *idem Albericius hæc habet:* Saccuccia, vicina Margaritæ Camertis, in partu laborans, mori ſe exiſtimabat: at facto per prædictam Margaritam voto, quo ad viſitandam ligatis manibus, pedibuſque nudis S. Nicolai arcam ſe obſtrinxerat, cœpit loqui, quod antè

A non fecerat, & liberata fuit. Philippus Arma ditiſſimus mercator Neapolitanus, cùm è conjuge ſua nullum filium procreare valeret, S. Nicolaum precatus eſt, vovitque fore, ut, ſi filium gigneret, Nicolaum appellaret, & quotannis, dum is viveret, feſta ipſius luce unum ferculum Fratribus Neapolitanis donaret. Obtinuitque, quod rogaverat, & filium ex uxore progenuit, qui Nicolaus nuncupatus eſt, vixitque. Pina uxor Vanni Matilicenſis, cùm poſt multos cum viro exactos annos nullam interim prolem peperiſſet, vovit S. Nicolao, ſi filium pareret, ejuſdem ei nomen imponere. Poſt factum votum eodem menſe filiam concepit. *Ita Albericius, niſi fortè pro* figlivola, filiam, *legendum ſit* figlivolo, filium.

446 Cùm Ciccus Areſto Septempedanus multos filios genuiſſet, qui omnes obierant, vovit S. Nicolao, ſi ipſi filius naſceretur, iſque vivere perſeveraret, fore ut ipſum Nicolai nomine appellaret, tantumque ceræ ad illius arcam offerret, quantum filius pendêret. Præterea addidit, ſe minimè reluctaturum, ſi is grandior factus, Eremitarum Ordinem amplecti deſideraret. Poſt paucos dies ejuſdem uxor filium enixa eſt, qui ſupervixit.

& ſervata:

B

447 *Subdo quædam alia, quæ à laudato ſcriptore hinc & inde referuntur. Capite* 8 *de frenetico quodam, ope Thaumaturgi noſtri ad ſanam mentem reducto, ita ait.* Joannes Salimbeni Matilicenſis, furioſus ac inſanæ mentis erat, & uxorem ſuam occidere ſemel tentaverat, volueratque: at cùm ipſa ſeptem panni linei ulnas ad S. Nicolai arcam offerre voviſſet, eo malo liberatus eſt, & priſtinæ ſanitati reſtitutus. *Capite* 14 *aliam moribundi pueri curationem exponit.* Puer quidam, *inquit*, in civitate Feltrienſi (*in Marchia Tarviſina*) animam agebat; jamque exſpirâſſe credebatur, habebaturque pro mortuo: at poſtquam eum mater piis cum lacrymis S. Nicolao commendaverat, puer, non aliter quàm ſi è ſomno evigilâſſet, ſenſibus reſtitutus eſt, & mater perfuſa gaudio, Deo ſanctoque Nicolao gratias egit.

inſanus mentis, moribundus ſenſibus redditi:

448 Margarita, uxor magiſtri Joannis Camertis, acres hæmorrhoidas tribus hebdomadis paſſa, per quas nec jacêre, nec dormire, nec quidquam facere permittebatur, S. Nicolao vovit, ſe, ſi liberaretur, arcam ipſius inviſuram, cincturamque filo argenteo: poſthæc in ſomnum ſubitò incidit, ac paulò pòſt expergefacta, tam ſanam ſe reperit, acſi nullo umquam morbo laborâſſet; & poſt hoc miraculum optimâ ſemper valetudine gaviſa eſt. Franciſcus Raynaldi Berardi fluxu ſanguinis ſex menſes afflictus fuit, nec quidquam ex medicorum ope retulerat ſolatii: tandem S. Nicolaum invocavit, ſpondens, ſe unum cereum ad ejuſdem arcam delaturum, & ſubitò ſanatus eſt.

hæmorrhoides curatæ:

C

449 Joannes filius Franciſci tam vehementi febri correptus fuerat, ut præ languore ſine pulſu arteriæ & vitæ ſpe jaceret, nec movere ſe poſſet. Interim pater S. Nicolai opem invocavit, filiumque equo impoſitum ad honorandam Sancti arcam miſit, ibique is valetudinem recepit, & ſine aliorum auxilio equitans, domum reverſus eſt. *Non capio, quâ ratione Joannes, ſi re vera tam debilis fuerit, ac dicitur, ad Sancti tumulum equo vehi potuerit. Poſt hæc ait Albericius, conſtare ex Proceſſu, multa pecora, invocato per eorum dominos Sancto, ſanata fuiſſe; at nullum in particulari recenſet.*

febris pulſa:

450 *Denique pœnam, quam quædam mulier, ſive ob mendacium ſive ob contemptum, incurrerat, ejuſdemque pœnitentiam & ſanationem, his verbis ſubjungit.* Domina Joanna, uxor Franciſci Septempedani, cùm à quadam vicina ipſo S. Nicolai feſto ad Tolentinum honorandæ arcæ gratiâ adeundum invitaretur, abnuit, ægritudinem cauſata. Eodem autem temporis ſpatio ex toto latere ſiniſtro dolere cœpit; rataque in mendacii pœnam, quo ſe ægram falsò dixerat, id ſibi accidere, extemplo iter arripuit, ut feſtivitati adeſſet. Nec cruciatus per viam ceſſaverunt; at cùm templum ingreſſa, ſuæ longitudinis candelam ad Sancti arcam obtuliſſet, repentè evanuerunt, ipſaque Deo gratias agens, glorioſumque S. Nicolaum laudans, domum ſuam repetiit.

AUCTORE C. S.

mulier ob contemptum Sancti cultum caſtigata:

451 *Subjungo hîc tres alias curationes, quarum altera ab Ambroſio Senenſi apud Scipionem Jardinum refertur in hunc modum.* Coram me magiſtro Ambroſio Senenſi, tametſi indigno ſacroſanctæ theologiæ profeſſore, hujuſmodi illuxit divi Nicolai miraculum: nempe quòd, dum quidam noſtri heremitani Ordinis frater Baptiſta de S. Geminiano in noſtro conventu degens, vir admirabili probitate conſpicuus, acriter & acerbè flagrantibus cruciaretur febribus, uſque adeò, ut tribus diebus ac noctibus abſque loquela, cibo & potu, inſuper & ſine elevatione aut ſuppreſſione corporis in arteria, nempe abſque pulſu, & id, quod incredibile dictu videtur, etiam ſine flamine & reſpirationis ſolamine, agonizans jacuiſſet; ita ut ſermo inter Fratres exierit, quo in loco aptiùs tradi ſepulturæ eum oporteret, me illuc ad infirmum redeunte, quidam Frater Salvatorius de Monte S. Savini, illum totius charitatis genuflexione S. Nicolao commendavit; & immediatè infirmus loquendi facultate donatus, in hæc verba prorupit: Laus ſit & gratiarum actio rerum omnium Opifici Deo, & ipſi S. Nicolao, qui mihi apparuit, & me ſanum fecit: atque è cubili confeſtim ſurgens, ulteriùs infirmitatis cruciatu aut languore aliquo haud vexatus fuit.

Auguſtinianus moribundus, ſubitò ſanatur:

E

452 *Alterum beneficium Torellius memorat in Annalibus ad annum Chriſti* 1510 *num.* 5, *ubi curationem Reverendi admodum P. Ægidii Caniſii, ſui Ordinis Magiſtri generalis*, S. Nicolao *acceptam refert verbis, quæ ex Italicis Latina reddo.* Bonus Ægidius ſentiens ſeſe morbo vehementer atteri, medicique in ſua ſententia, quâ eum ex illo moriturum dixerant, perſiſtentibus, Religioſo habitu ſeſe indui & è lecto in terram collocari juſſit, ibique ſanctiſſimo Sacramento ſumma cum pietate ſuſcepto, regimen cum ſigillo Ordinis in manus Procuratoris generalis, qui tum aderat, depoſuit.

Prior generalis Ordinis S. Auguſtini

F

453 Deinde peccatorum ſuorum offenſarumque ac erratorum, quæ contra commune Ordinis & filiorum atque fratrum bonum commiſiſſe poterat, veniam à Deo humillimè precatus, ad beatiſſimam Virginem, magnam Patronam ſuam, & glorioſum S. Nicolaum Tolentinatem, alioſque Sanctos, quos maximè venerabatur, converſus, illorum præſentiſſimam opem & clientelam enixis precibus imploravit. Et ſanè orationis ſuæ effectum brevi expertus eſt: quippe die xxx memorati menſis Auguſti, quæ decima quinta infirmitatis erat, contra medici ſententiam omne periculum non ſine miraculo ex ſententia tum medici, tum aliorum virorum prudentium, jam

à periculoſo morbo convaleſcit.

AUCTORE C. S.

jam evaſerat. *Non video tamen in hac curatione certum miraculum ; niſi fortè ea fuerint morbi ac recuperatæ valetudinis adjuncta, quæ miraculum certum fecerint.*

Quidam alter Auguſtinianus,

454 *Tertium denique legitur apud Ludovicum Zacconium parte 2 Vitæ, cap. 3, cujus verba Latinè exhibeo.* Lubet hîc ultimò ſingularem quamdam, quæ hocce tempore contigit, apparitionem referre, quæ fuit hujuſmodi : Anno Domini noſtri MDCX quidam Pater, Ordinis noſtri Religioſus, Argentiæ, quæ alicujus nominis locus eſt in ducatu Ferrarienſi, in morbum inciderat, qui quidem tam vehementer ingraveſcebat, ut ſine dubio moriturus crederetur. Id ipſum æger medicos aſſerentes jam audierat : unde, invaleſcente indies morbo, de ſeſe actum eſſe, non dubitabat ; cùm tandem, ut ad rem veniamus, à menſe Auguſto, quo morbum contraxerat, ad S. Nicolai vigiliam, quæ in diem XIX (*imò* IX) Septembris incidit, tacitè ait : O mi glorioſe S. Nicolae, ecce hodie vigilia, cras feſtum tuum celebratur : præteritis annis ego hanc ſemper colui, & ſanctam Miſſam tuam eâ devotione, quam mihi Dominus conceſſit, ſemper celebravi, ut ipſe nôſti ; hoc autem anno iſtud facere (de vigilia loquebatur) non poſſum, nec magis tuam Miſſam potero celebrare : quò redactus ſim, vides.

B

periculosè decumbens, à Sancto juſſus,

455 His dictis, nihil præterea fecit, niſi quòd dum inter meridiem & veſperam id diceret, nemine tum in cubili præſente, aliquantùm ſomni ceperit : cùmque ſemiſopitus quieſceret, S. Nicolaus ejuſdem cubile ingreſſus & ad lectum accedens, eum primò ſalutavit his verbis : O devote ſerve mi. Deinde verò ait : En tibi hanc ſchedulam, cape & lege. Videbaturque ipſi Sanctus quamdam pixidem aperire, ex eaque depromptam ſchedulam ipſi oſtendere, &, quæ retulimus, dicere. Ipſe autem eam ſchedulam evolvens, in ea ſanctiſſimum nomen JESUS invenit ; unde timore perculſus, repentè ait : Væ mihi miſero ! hæc ſyngrapha mortis eſt ; perii ! Contrà ipſe, ſcilicet S. Nicolaus, retulit : Ne te miſerum dixeris, cedò eam mihi ; falleris, nec quidquam ſapis. Hæc ſyngrapha, ſive ſchedula, utut eam appellare volueris, ſignum mortis non eſt, ſed ſanitatis, quam tibi impetravi. Sume igitur animos, nec dubita, quin ſanatus & omni malò liberatus ſis : his dictis diſparuit.

C

ſurgit incolumis,

456 Eodem verò tempore æger ille Religioſus expergefactus & plenus gaudio, cœpit ſibi dicere : Atqui certè verum eſt, S. Nicolaum mihi adfuiſſe : in fide mea, non mentior : ac mox convocans, qui eum curabant, ait : Heus, heus, accurrite, auſcultate : ubi lræretis ? accedite & audite. Hinc ipſi cubiculum ingreſſi quæſierunt : Quid ſibi vult iſta tua inſolita lætitia ? At ille : Tacete, inquit, neſcitis, quid ſit. Sanctus pater Nicolaus Tolentinas ad me venit, dixitque, me ſanatum eſſe : atque ita eſt ; ego nihil mali ſentio. Porrò non fuit hæc inanis viſio aut fallax ſomnus : etenim eodem tempore viribus ac loquelâ receptis (quod ſanè cuſtodes ejus non parùm mirabantur) ſeſe erigens in lecto reſedit, ſumptaſque veſtes induit, invitis omnibus, qui eum phreneſi agitari arbitrabantur.

& mirantibus omnibus,

457 Eo die indutus veſtibus domi ſe continuit, nec foras progreſſus eſt : veſperi verò medicus adveniens, eum omni malo liberum reperit ; auditiſque, quæ ipſe de S. Nicolao ei referebat, ait : Ingens tibi beneficium præſtitit ; alioquin enim de te actum fuerat. Poſtero à ſuſcepta ſanitate elapſo die, reluctantibus ceteris, iter Tolentinum versùs capeſſivit : ad quemcumque autem conventum per viam digrederetur, cuilibet eum intuenti homo jamjam è ſepulcro ſuſcitatus videbatur, ideoque omnes miſericordiâ moti ajebant : Heu, Pater, Frater N., unde nobis tam moribundus ades ? Næ iſtud eſt in via velle exſpirare : noli ultrà procedere : mane hîc ; aliàs in itinere morieris. Ita Patres illi familiares & amici loquebantur, eò quòd illum tam macilentâ pallidaque facie ex gravi, quo laboraverat, morbo, intuerentur, &, quid ipſi acciderat, ignorarent.

D

Tolentinum proficiſcitur.

458 Ipſe verò ſingulis reſpondebat : Cauſam ignoratis : & viſione ſua Sanctique apparitione, prout contigerat, expoſitâ, audientibus omnibus lacrymas eliciebat ; & tum denique etiam hi ajebant : Vade Tolentinum, priuſquam ad tuum monaſterium revertaris. Poſſem hîc viri nomen ac patriam adſcribere : verùm cùm is adhuc in vivis ſuperſit, ſequimur iſtud monitum : Lauda poſt mortem, magnifica poſt conſummationem. S. Ambroſius Sermone LXIX. *Huc uſque Zacconius.*

E

§ XXIX. Captivis, à latronibus comprehenſis, & ad mortem damnatis ſuccurrit : innocentem ſupremo ſupplicio mirabiliter ſubducit.

Sanctus iniquè damnatum ſalvat :

Vinctis quoque, & ad mortem damnatis, qui ſancti Thaumaturgi noſtri opem implorârunt, eum præſtò fuiſſe, habemus ex ſæpe memorato Albericio cap. 9, ex quo ſequentia Latinè huc transfero. Quidam vir nobilis Mediolanenſis contra jus & fas perduellionis falsò accuſatus, in carcerem conjectus eſt, diligenterque interrogatus, examinatuſque, tandem tormentorum vi & cruciatibus afflictus, miſer, quod non fecerat, confeſſus, & ſine ulla misericordia capite damnatus eſt. Hujus uxor, à quo tenerrimè amabatur, magnis cum lacrymis, majorique cum pietate ac fide, eum S. Nicolao Tolentinati, quem enixè venerabatur, commendavit, ut ipſius probitatem & innocentiam tueretur. Sanctus igitur tam mulieri, quàm captivo nobili ſæpius benignè apparuit, eumque ad ſupplicium comitatus eſt. O grande omnibuſque ſeculis memorandum prodigium ! Quidquid ageret carnifex, fruſtra eum lædere tentavit : quare cùm hæc non ſine Dei numine fieri animadverſum eſſet, omnium cum admiratione ad carcerem reductus eſt, & cognitâ poſtmodum viri innocentiâ, liber dimiſſus.

F

alium innocentem ;

460 Alius vir nobilis Venetus magna ſub cuſtodia cautelâque Patavio Venetias deductus, & ex invidia falsò accuſatus fuit : quem cùm uxor viri amantiſſima, perfuſa lacrymis piiſſimè vivaque cum fide glorioſo & beato Nicolao Tolentinati commendâſſet, poſtero manè per ejuſdem Sancti merita è carcere miraculosè eductus eſt, ipſiuſque innocentia deinde etiam probata eſt. In hujus autem miraculi memoriam in vigilia Sancti feſtæ lucis cereus quotannis accendi ſolet

A solet ante ejusdem marmoream statuam, quæ in Fratrum Eremitarum Ordinis S. Augustini templo honoratur. *Utrumque miraculum etiam legitur in Ambrosii Senensis Opusculo apud Jardinum, ubi dicitur idem ille, cui beneficium collatum fuerat, memoratum cereum ejusdem, cujus ipse erat magnitudinis, quotannis Venetias misisse. Nunc ad Albericium redeamus.* AUCTORE C. S.

461 Cùm Jacobus Petruccii ex Sarnano (*Marchiæ Anconitanæ vico*), nunc Tolentini incola, bovem furto abstulisset, captus & cum dicto bove Asculum (*ejusdem Marchiæ urbem*) deductus, horrendo carceri, compedibus vinctus, octo menses inclusus est. Cùm huic S. Nicolaus sæpiùs appareret, causam suam ipsi commendavit, pollicitus fore, ut, si ex dicto carcere liber evaderet, cereum ad ejus arcam offerret, eamdemque cerâ circumcingeret. Facto voto, priusquam verbum addere potuisset, S. Nicolaus repentè apparuit, dixitque: Surge & exi è carcere; ego enim tibi fores aperui. Dum autem captivus hic id alteri captivo, qui Placentinus Asculanus dicebatur, quique quinquaginta pondo catenâ, quâ collum brachia reliquumque corpus vincta erant, oneratus, ad carcerem damnatus erat, indicâsset; memoratusque Placentinus reposuisset: Ah ego modò somniavi, me ex hac captivitate & carcere ab eodem liberari; catenæ à collo, corpore ac manibus confestim decidêre, tentantesque carceris fores, nec obseratas reperientes, foràs proruperunt. Deinde secundam portam sine custode inventam pariter tentârunt, eáque ruptâ è carcere ac urbe prodigiosè evaserunt. *& duos alios è carcere liberat:*

B

462 Dominus Bernardus, domini Joannis, Polentianus judex (Polentia *oppidum Marchiæ Anconitanæ est*) & duo ejusdem familiares, per Perusinum agrum iter facientes, à latronibus capti, exuti vestibus, viginti sex florenis spoliati, diversisque in locis eorum domuum alligati sunt. His ita constitutis, dominus Bernardus sese S. Nicolao commendavit, vovens, se ejusdem arcam cum allatis muneribus invisurum, si ipse ejusque socii evaderent. Post emissum votum idem dominus Bernardus per divinam opem absque sua aliorumve operâ vinculis subitò solutus est, & in medio custodum suos socios pariter solvit, resumptisque vestibus ac equis salvi & illæsi evasêre & cœptum iter prosecuti sunt. *captis à latronibus*

C

463 Quidam Tolentinas à latronibus captus, in Piccini territorium pertractus, ligatis manibus pedibusque, horreo inclusus est. Dum autem eò raperetur, S. Nicolaum invocaverat; unde & ipsi sub auroram apparuit, & exemptum vinculis, manuque apprehensum, in viam duxit, Vade, inquiens, Nejam (*Montecchio*), & non Tolentinum; ita enim evades. *His similia sunt, quæ cap.* 13 *in hunc modum Italicè enarrat:* Quidam mercator, erga S. Nicolaum optimè affectus, in latrones incidit, ab iisque fustibus contusus, & spoliatus, arbori alligatus est. Dum verò nebulones illi de eo trucidando deliberarent, ipse S. Nicolaum tacitè invocabat, meruitque exaudiri: quippe latronibus somno prodigiosè sopitis, ab apparente ipsi Sancto solutus ab arbore, vestes suas, equumque ac loculos recepit, & inter debitas Deo, glorioso ipsius Sancto, gratiarum actiones aufugit. *Huc pariter spectat, quod ibidem subditur.* Petrus Vannuccii Cingulanus, cùm à latronibus detentus, sedecim plagis, quarum major pars lethalis erat, vulneratus esset, S. Nicolao imaginem ceream vovit: quo facto, meliùs habere se cœpit, & integræ sanitati restitutus est. *Redeo ad cap.* XI. *succurrit:*

464 Cùm dominus Accursius, doctor juris, Tolentinas, tum judex major Florentiæ, ob captivum, qui sine illius culpa aut fraude elapsus fuerat è carcere, jussu supremi urbis magistratûs sine spe recuperandæ libertatis incarceratus esset, sese S. Nicolao devovit; postulans, ut vel quolibet pacto sponte evaderet, vel publicè liberaretur. Nec frustra; etenim, Deo ob merita S. Nicolai ita disponente, absque difficultate & sumptu, in concilio, præter morem tum opportunè collecto, per publicam sententiam ab impositio crimine intra triduum absolutus est. *immeritò carceri damnatus,*

465 Jacobus Boncni Maceratensis ab Ecclesiæ hostibus & dominis marchionibus captus, in Mogliano (*Marchiæ Anconitanæ vicum*) deductus, & in carcerem conjectus, ibidem octodecim diebus detentus est. Die autem decimâ nonâ Septembris noctu Deo sanctoque Nicolao vovit, si ex eo carcere liberaretur, se ferrea vincula, quibus pedes constrictos habebat, unà cum cereo ad Sancti arcam oblaturum, ibidemque Sancti imaginem pingendam curaturum, ac præterea in ejusdem vigilia quotannis jejunaturum. Facto hoc voto, cœpit manus vinculis extricare, inventaque fortè bipenni, compedes percussit, ita tamen, ut circumjacentes custodes nihil hujusmodi inaudirent. Deinde perrupto compedis acuto ferro, unum pedem extricavit, alligatoque ad alteram tibiam memorato compede, domûs portam aperuit, & per medios custodes vicumque inobservatus incedens, eâ ipsâ nocte Maceratam advenit. *alter ab hostibus captus,*

E

466 Berardus Nuccii Polentinus, homicidii, quod non commiserat, falsò accusatus, Polentiæ carceri mancipatus est; cúmque tormentorum metu prædicti homicidii reum se dixisset, ideóque cuidam tabulæ alligatus funibus, compedibus & catenis arctissimè constrictus esset; SS. Nicolaum & Venantium enixè precatus est, ut custodes suos somno sopirent, donec ipse evasisset; eumque in finem spopondit, se quotannis festâ ejusdem luce nudis pedibus, ligatisque manibus arcam, in qua sacrum ejusdem corpus quiescit, invisurum, omnia peccata mortalia vitaturum, ac præterea arcam cerâ cincturum, aut saltem tantumdem pretii soluturum. *tertius vi equulei crimen falsò confessus,*

F

467 Facto voto, custodibus carceris, à quibus servabatur, alto sopore oppressis, ipse sese memoratis vinculis cœpit expedire, & solutis compedibus ad primam portam accedens, eam apertam reperit; secundam quoque dumtaxat leviter obseratam facili negotio patefecit; cúmque tertiæ manum supposuisset, ea in ipsum recidit. Egressus autem foràs, inimicum suum obvium habuit; qui licèt eum probè novisset, præstò tamen ad accelerandam fugam fuit, & ad quemdam canalem duxit, per quem feliciter omnis mali expers ex Polentino agro excessit. *Hæc Frigerius vel Albericius; quæ si veræ sint, oportet, non minori miraculo, quàm cetera omnia, Bernardi vincula soluta fuisse.* *ejusdem ope liberati:*

468 Thomasuccius Walteri Tolentinas, carceri Tolentini per annum inclusus, cùm nec parentum auxilio, nec amicorum gratiâ libertatem assequi potuisset, gloriosum S. Nicolaum crebrò humillimè piéque obsecravit, ut se ex eo obscuro ergastulo educeret, totidemque vicibus ipsi Sanctus in somnis apparuit, consolans *item alterum carcerem patefacit.*

AUCTORE C. S. eum, & jubens, ne vereretur, nec diffideret; brevì enim liberandum, eodem ſcilicet menſe, quo eò fuerat conjectus. Et ſanè die quadam Jovis ſub noctem fores carceris miraculosè patefactas deprehendens, ſopitis ſomno cuſtodibus, per eorum medium ac Tolentini territorium ſecurus pertranſiit, ſummas Deo, ſanctoque Nicolao Tolentinati gratias enixè perſolvens.

aliumque innocentem,

469 *Memorabile quoque eſt, quod ex eodem Albericio cap. 6 ſubjungo.* Cùm Peruſiæ quidam trucidatus eſſet, idque toti urbi innotuiſſet, magiſtratûs miniſtri omnem induſtriam in perquirendo homicida adhibuerunt; ſed fruſtra; is enim ſubitò elapſus latebat. Interea contigit, ut cùm miniſtri quemdam fugientem currentemve vidiſſent, ſuſpicati illum ipſum homicidam eſſe, captivum ducerent. Hic verò equulei tormentis victus, homicidium à ſe factum confeſſus eſt, quamquam iſtud neutiquam perpetrâſſet: at cùm cruciatibus ferendis imparem ſe ſentiret, ſecum ſtatuerat, ſatius eſſe ſemel mori, quàm mille tormentis perire. Porrò homi-
B cidium confeſſus, capitis diminutione damnatus eſt.

à carnificis ictibus

470 Cúmque jam ad ſupplicii locum deductus eſſet, ad preces converſus, hæc precatus eſt: O glorioſe S. Nicolae Tolentinas, te per Domini noſtri Jeſu Chriſti charitatem obſecro, ut, quemadmodum ego alieni ſanguinis inſons ſum, ita tu miraculorum tuorum efficaciam palàm facere digneris, ne tam iniquè peream. Quod ſi me liberaveris, ô glorioſe Sancte, ecce voveo per unum annum in monaſterio tuo ſine ulla mercede famulari. Poſt hæc juſſu curiæ miniſtri collum in ferali trunco reclinavit, ac mox impoſitam ſecurim, dato ſigno, carnifex malleo ligneo ter validè percuſſit; verùm illæſo prorſus collo, lignum & ſecuris in fruſta diſſiliit. Id advertens miniſter, alium truncum mox afferri imperavit; verùm non aliter ac priùs, poſt tertium carnificis ictum, lignum & ſecuris in multa pariter fruſta dirupta ſunt.

illæſum

471 Cúmque nihilominus alius denuò truncus juſſu miniſtri allatus eſſet, condemnatus ait: Noveris, domine, me ejuſmodi nomen ſupra me habere, ut, licèt omnes enſes in me converteres, nihil eſſes effecturus. Miniſter igi-
C tur ſuſpicatus, eum quamdam ſchedulam aut magicum amuletum penes ſe habere, veſtibus exutum, ac penè nudum, juſſit collum denuò ſecuri ſupponere. Tum verò condemnatus ita elocutus eſt: O impii & increduli! ego S. Nicolaum Tolentinatem invocavi, ut, ſicut ego impoſiti mihi ſceleris purus ſum, ita ipſe me liberaret; & ecce non permittit, me injuſtè mori; ſentio enim manum ipſius meo collo impoſitam, ne ſecuri lædar. Audito tam grandi miraculo, populus quaſi tumultuari & contra prædictos miniſtros murmurare cœpit, dicens, ſcelus eſſe, hominem juſtum morte condemnari.

ſervat.

472 At miniſter, indicto pauliſper ſilentio, repoſuit: Fratres, audite: hic ait, ſeſe iſto ſupplicio injuſtè affici, ideóque S. Nicolaum ſibi opitulari: experiamur denuò, an id verum ſit; & ſi tertium ictum illæſus evaſerit, liber abeat; tum enim de miraculo conſtabit. O duri cordis incredulitas! Captivum in terram proſterni jubet, eique tres denuò ictus inflixit carnifex; verùm lignum ferrumque in mille, ut antè, fruſta iterum diſſiliit, & innocens illæſus permanſit. Denique agnito ſtupendo miraculo, D miniſter cum ſuis ex equo deſiliens, ſeſe ad inſontis pedes proſtravit, veniamque petiit, quam & facilè adeptus eſt. Tum verò inter applauſus populi, Deum glorioſumque S. Nicolaum laudantis, honorificè in urbem reductus eſt, & priſtinæ libertati reſtitutus, Tolentinum properavit, magnumque miraculum propalavit, & promiſſa exſequens, ibidem Fratribus Eremitis ſine ullo ſtipendio per annum famulatus eſt. *Huc uſque Frigerius vel Albericius, qui tam hæc, quàm cetera, quæ ex eo retulimus, ex Summario* miraculorum, *quod Tolentini ſervatur, hauſta eſſe profitetur.*

§ XXX. Antiqua panes in S. Nicolai honorem benedicendi conſuetudo, pluribus miraculis, quorum aliquot recenſentur, divinitus approbata. E

Unde orta conſuetudo

Celeberrimus eſt panis in S. Nicolai *noſtri honorem benedicti uſus, multiſque miraculis confirmatus, de quo hoc & ſequentibus paragraphis modò agendum eſt. In Vita per F. Petrum de Monte Rubiano conſcripta, cap. 3, num. 21 & duobus ſequentibus, vidimus, Sanctum, dum graviter decumberet, à glorioſiſſima Dei Matre, ſanctoque Auguſtino recreatum, & ipſius juſſu ſumptâ, quam paululo aquæ intinxerat, panis buccellâ, ſubitò convaluiſſe. Ex hoc prodigio eam panis benedicendi conſuetudinem ortam fuiſſe, auctores, qui de hoc argumento ſcripſerunt, paſſim tradunt. Unum ex multis P. Nicolaum de Tombeur, Auguſtinianum Belgam in Appendice 6 ad Vitam Latinam differentem audiamus.*

panes in Sancti honorem benedicendi:

474 Ex miraculoſa, *inquit*, Deiparæ Virginis apparitione, facta S. Nicolao periculoſiſſimè ægrotanti, & panis emendicati, aquâ intincti beneficio, ſanitati mox reſtituto, ... in Auguſtiniana familia mos inolevit, ut panes ſacris precibus benedicti diſtribuantur, quorum F ſalutares effectus pellendis morbis, maleficiis, ſedandis tempeſtatibus, ſopiendis incendiis ubique terrarum humana quotidie vita experitur. Narrant ſcriptores varii, quòd panis ille, cujus particulam tantùm guſtaverat S. Nicolaus, ab eodem, qui illius virtutem fuerat expertus, ægrotis aliis ex charitate diſtributus, eumdem tribuerit ſanitatis effectum; & quòd, pane illo abſumpto, civium & vicinorum precibus compulſus, panes alios ipſe, quamdiu ſupervixit, & poſt mortem conventûs Priores benedixerint, qui ſingulare erant in omnibus adverſitatibus & morbis remedium. Sed de hac traditione nullum hactenus teſtimonium authenticum ad manus meas pervenit. *Ita ipſe, de traditione illa meritò dubitans: ſanè nullum ejuſdem fundamentum in Vita apud Petrum de Monte Rubiano, vel apud Jordanum de Saxonia reperias. Non dubito tamen, quin ea benedicendi panis conſuetudo, quocumque tempore incœpta ſit, ex Sancti prodigioſa curatione per uſum panis, de quo in Vita mox laudata, fuerit exorta. Ad Tombeurium redeamus.*

475 Quidquid ſit, *proſequitur*, id certiſſimum

A mum eſt, quòd Eugenius IV poſt S. Nicolai canonizationem Bullâ expreſsâ anno MCDXLVI, vel conſuetudinem jam pridem introductam approbârit, vel de novo conceſſerit Religioſis Ordinis noſtri ſub certa forma & præſcripto ritu licentiam panes in honorem S. Nicolai ſolemniter benedicendi, in ipſius præſertim feſtivitate x Septembris. Et neminem alium niſi de expreſſa Superiorum Ordinis noſtri facultate poſſe illos benedicere, iteratis vicibus declaravit ſacra Cardinalium Congregatio anno MDCXXII & MDCXXVII. *Approbatum laudatumque ab Eugenio IV PP. cum panis benedicendi, ſumendique uſum fuiſſe, etiam tradit Torellius in Annalibus, aliique; at nullum, quo id probent, inſtrumentum proferunt. Bullam, quam hîc Tombeurius memorat, nec apud Laertium Cherubinum in Bullario Romano, nec apud Empolium in Bullario Auguſtiniano reperi, eademque ignota Torellio fuiſſe videtur, cùm illius ſaltem expreſsè non meminerit.*

quæ per ſacram Cardinalium Congregationem

476 *In Bulla quoque canonizationis anno* 1446 *more Pontificio, ſive anno* 1447 *more vulgari data, de hiſce panibus Eugenius nihil memorat. Forſitan inter trecenta miracula, quæ Eugenio exhibita fuêre, quædam per memorati panis uſum impetrata fuerint, atque hac ratione ejuſdem panis benedicendi ſumendique uſus ab eodem fuerit approbatus. Verumtamen cùm Tombeurius Bullam aliis ignotam præ manibus habere potuerit, non auſim ipſius aſſertum negare. Certiora ſunt, quæ de gemino ſacræ Cardinalium Congregationis decreto ſubjungit; utrumque enim exhibet Empolius in Bullario pag.* 386 *& ſequenti; ex quo diſcimus, memoratam Sacram Congregationem, poſtulante Patrum Eremitarum S. Auguſtini procuratore generali, prohibuiſſe, ne quædam laicorum ſodalitia, quæ memorati panis benedicendi diſtribuendique facultatem ſibi arrogaverant, id impoſterum præſumerent, eamque poteſtatem ſolis laudati Ordinis S. Auguſtini ſuperioribus competere ſanciviſſe.*

ſolis Superioribus Auguſtinianis permiſſa eſt:

B

477 *Porrò undecumque repetendus ſit hujus ſacri panis uſus, conſtat, eum antiquum eſſe & innumeris beneficiis ac miraculis divinitus approbatum. Baptiſta Mantuanus in Vita metrica eam conſuetudinem à* S. Nicolai *facto pariter repetens, glorioſiſſimam Dei Matrem cum Sancto colloquentem inducit, ac memorati panis prodigioſos effectus generali quadam recenſione ſic enumerat.*

& certè antiqua, multiſque miraculis approbata:

C

Fœmina, quæ veſtris laribus vicina, calenti
Triticeam furno Cererem * tractura, caniſtrum
Fert humero, panem (nec ſit mora) mitte miniſtrum,
Qui ferat, & ſacrata ſuper dic verba; ſubinde
Veſcere; confeſtim pulſo ſanabere morbo,
Quem tua tartarei misêre in viſcera manes;
Sic potes inſidias, ſic vim depellere Averni.
Dixit, & integram ſic eſt largita ſalutem.
Hunc poſt fata Senis morem tenuêre nepotes:
Nam ſimili ritu Cererem ſacrare quotannis
Et plebi donare ſolent, cùm ſancta reverſo
Natali ſunt feſta die, medicamine tali
Morborum genus omne fugant, ſic dæmones arcent:
Sic ſteriles curant uteros, ſerpentia ſanant
Ulcera, reſtituunt oculos, ſic fulmina pellunt;
Aëreas tempeſtates, irataque ſedant
Æquora, deprenſos ſervant à turbine nautas,

* *i. e.* panem

Ceteraque humanæ cohibent incommoda vitæ. *Hæc Mantuanum verè ceciniſſe miracula, quæ ex variis collecta ſubdimus, teſtantur.*

AUCTORE C. S.

478 *Ambroſius Senenſis apud Jardinum cap.* XI *& ſequentibus de hoc argumento narrat ſequentia:* Puellam quandam in civitate Venetiarum, in via S. Raphaëlis, ſex annos corporis ſanitas uſque adeò penitus dereliquerat, atque ita gravis eam premebat infirmitas, ut cum lineaminibus per cubilis plateolam ad dexteram ſiniſtramque volvi, placidéque propelli ipſam lacrymabiliter oporteret; cúmque illam mulier quædam, veſtibus S. Franciſci benedictis donata, viſitatum iviſſet, erga eam id genus verba protulit: O filiola, poſtquam neque ulla medicorum celebris peritia, nec potionum aut medelæ alicujus vel lectiſſima ſpecies, tibi auxilio ſanitatique eſſe poſſunt, vertas, quæſo animi tui preces erga S. Nicolaum de Tholentino, illique te commendatam fidenti humiliter corde facias, & ad eccleſiam S. Stephani, ut panem ejus benedictum Fratres Heremitani illius eccleſiæ tibi impartiantur, abſque moroſiori cunctatione mittas, illumque devotiſſimè comedas. Id quod cùm feciſſet puella, ſpatio ſex dierum integerrimam ſanitatem adepta fuit. Quod divinum S. Nicolai miraculum magiſter Paulus, cujus origo ex civitate Tridentina deſcendit, intra ſacramentalem confeſſionem ab ea puella accepiſſe teſtatus eſt.

illius uſu puella convaleſcit,

E

479 Porrò mulier nomine Gratioſa, in civitate Venetiarum lares ſui domicilii poſſidens, cùm partum edere nullo penitus pacto poſſet, & ad ejus memoriam cæteræ quædam mulieres redegiſſent panem S. Nicolai de Tholentino, ſolerti precum humilitate ſe divino Nicolao commendavit, panemque ſuum benedictum alacri devotione comedit; & protinus partum gaudenter emiſit. Idemque indies admirabiliter uſuvenit; nempe ut, ſi mulier in parturiendo deſudans, humili fidenter corde comedat panem hunc, illico ſine ulteriori agone partum feliciter emittat.

puerperæ feliciter pariunt,

480 Ad hæc mulier ſterilis, cujus habitatio erat in via S. Vitalis ejuſdem civitatis Venetiarum, cùm intra ſacramentalem confeſſionem verſaretur, pia fœcunditatis cupidine confeſſarium ſuum conſuluit, quidnam per ipſam mulierem fieri poſſet, ut à ſterilitatis afflictione elabi, & fœcunditatis gaudia ſortiri à Domino Deo mereretur. Cui reſpondens pater ille ſapiens, dixit: Vade ad altare S. Nicolai de Tholentino, & celebri Sancto illi plurimùm te commendatam fidenter facito, atque de pane ejus benedicto frequenter aſſumas. Idque cùm feciſſet mulier illa ſterilis, intra quindecim dumtaxat dierum curricula prægnantem ſe eſſe, jucundiſſimâ tum mariti, tum ſua hilaritate ſenſit, atque pulcherrimum deinceps peperit filiolum, quem Nicolaum nomine nuncupavit.

ſterilis prolem impetrat;

F

481 Inſuper juris quidam pontificii interpres apud digniſſimum quemdam interdum narravit epiſcopum, & ipſemet quoque id puriſſima veritate niti ex limpido ſcitu propriæ conſcientiæ teſtimonium dico; quòd, cùm ipſe juris interpres ante doctoreas inſulas in almo illuſtri Patavino gymnaſio ſacrorum canonum ſapientiæ operam navaret, caſu quodam evenit, ut domus quædam univerſa excurrentibus in cælum flammis cremaretur; ita ut nulla jam ſpes ulteriùs ſupereſſet, quin tota penitus abſorberetur incendio. Quare demum ut panis S. Nicolai de

incendia Patavii

AVCTORE C. S. Tholentino in locum incendii portaretur, miserant; illumque repentè intra accensiores totius validissimi vastissimique illius ignis flammas injecerunt, atque statim exstinctus evanuit, friguitque ignis, & juris ille, de quo meminimus, interpres, se propriis oculis hoc inspexisse miraculum testatus est.

& Venetiis exstincta,

482 Proindéque cùm in civitate Venetiarum iterum atque iterum diversis vicibus geminæ flagrarent incendio ædes, altera in via S. Pauli, & altera in via ecclesiæ SS. Apostolorum, panem hunc sanctum intra flammas, quæ domos illas vorabant, conjecerunt, & confestim fixo flammarum volatu, incendium ulteriùs progredi haud potuit. Sed & tempore sereniſſimi principis Joannis Mozzanigi, dum S. Marci palatium insigni consumeretur incendio, novissimùm accessit hujus panis benedicti efficax auxilium & jacto hoc intra flammas pane, finem sortitus est ignis, atque flammarum evanuêre protinus penitusque elatissimæ faces; crebróque hic panis plurima id genus extinxit incendia. *Franciscus Sansovinus in Vita Joannis Mocenici, Venetiarum ducis, de S. Marci palatii incendio meminit, quod in Chronico Veneto ad annum* 1479 *refert, additque partem palatii à flammis servatam fuisse; at de miraculo nullum verbum facit. Non est tamen, cur propterea Ambrosio Senensi non credamus, cùm hic Sansovino antiquior sit, & incendio synchronus; quippe qui apud Herreram in Alphabeto Augustiniano anno* 1478 *cœnobii Senensis Regens, annoque* 1483 *provinciæ totius præsul jam fuisse, in Ordinis Registris legitur. His observatis, ad Jardinum, Ambrosii interpretem redeamus.*

B

mare sedatum,

483 Magister quidam Benedictus, cujus origo à Januensi civitate defluxit, celeberrimus concionator, miraculum hoc, quod statim subjiciemus, intrà concionem per eum Venetiis habitam coram omnibus retulit; nempe quòd, cùm maris Ligustici prope Januensem ipsam civitatem longè latéque distensa decurrenter fluctibus spatia inexplicabili ventorum rabie & procellarum fremitu, irruentiumque clamitanter fluctuum incussione, horribiliter quaterentur, & incredibilis dictu tempestas totum ipsum usque adeò Ligusticum obtinuisset mare, ut nunc in montes propemodum Atlanteos erigeret aquas,

C

nunc verò in valdè nimis imas deprimeret valles, ita ut nec portus ipse Januensis versaretur in tuto, sed naves quoque in portu alligatæ, maximo atque evidenti discrimine tenerentur; propter quod publicas supplicationes celebrari, atque etiam paropsidem seu catinum Cœnæ Christi, cineresque S. Joannis Baptistæ in supplicationibus ipsis deferri respublica Januensis curâsset; factum est, ut cives ipsi Januenses demum panem S. Nicolai in fluctuantes aquas, admodum frementis iratius, quam ut verbis exprimi possit, tempestate maris, projecerint; atque illico omni cunctationis morulâ rejectâ, ictu oculi abiit horrida tempestas, illuxitque ridens serenitas, invaluitque undique placida tranquillitas.

naves naufragio subductæ,

484 Anno autem MCDXCIII, nocte ea, quæ festum S. Sebastiani præcessit, binæ divagatæ fuerunt, extra portum civitatis Venetiarum dilapsæ naves, quarum altera periit, altera autem, intra quam continebantur duo fratres Heremitani, quibus erat panis ille sanctissimus S. Nicolai, immunis ab omni malo semper evasit, rediitque in portum. Et Belgica rates anno MCDXCV rabidi maris gurgite absorpta, miserabiliter interiit; verùm navis domini Petri Bragadini, D apud quem erat panis hic divi Nicolai, ex maris voragine faucibusque erepta, portum felicissimè petiit, pluraque navigia atque innumeræ indies crebrò naves, hoc pane sanctissimo eis suffragante, à procellis & naufragio evaserunt immunes, alioquin perituræ. Dum autem flumina augentur, & riparum nuditates, cæteraſque contiguarum regionum planities uberrimis incredibiliter inundationibus tegunt, si panis iste sanctissimus in frementes ipsas injiciatur aquas, protinus ad suos fines alveosque admirabiliter revertuntur. *Quæ hîc de subductis naufragii periculo duabus navibus enarrat, certum miraculum non præferunt, cùm sæpe, aliis pereuntibus, alia evadant: fortè tamen earum felix evasio Sancti tutelæ reipsa debetur.*

insanus mentis restitutus;

485 *Addit Jardinus, eumdem panem ad pellenda quoque fulmina ac aëris tempestates sedandas crebrò feliciter adhibitum esse, ac deinde prosequitur his verbis:* Præterea tabellio quidam, vir probitate conspicuus, quem ipsemet novi (qui historiam hanc S. Nicolai quandoque cursim evolveram) in castra furoris totiusque dementiæ penitus concessit; ita ut pueri atque universa populi multitudo eum fatuitate opprimi & in cæcutientis amentiæ regionem dilapsum, probè noscerent. Quare Veneti omnes, qui aut necessitudinis alicujus, aut pristinæ benevolentiæ nexu cum eo innodabantur, miro animi cruciatu, suo quisque pondere torquebatur: verùm germana soror ejus intra perenniter labentia totius anni spatia numquam singulo die solers defuit, quin panem S. Nicolai comestum illi traderet; atque factum est, ut ad mentis sanitatem feliciter, integerrimèque reversus, tabellionatûs officium iterum perquàm optimè per ipsum exerceri summa cum laude & sapientia cœperit.

E

moribunda sanitati reddita;

486 Mulier quædam viæ S. Vitalis Venetiarum in articulo mortis constituta, & medicorum ope atque visitationibus, tamquam ex hac vita omninò citiùs transitura, penitus derelicta, votum vovit sancto huic Nicolao de Tolentino, plurieſque panem sanctissimum istius benedicti Confessoris Dei comedit, atque eleemosynas quasdam erogare in utilitatem conventûs Vallis Magnentis Pisauri (*de quo vide dicta ad cap.* 2, *lit. b.*) piæ pollicitationis vinculo se obstrinxit, quo ex loco tot tantasque fidelium animas ex pœnis purgatorii purissimis ejus precibus sanctus ipse Nicolaus quandoque exemerat; & statim atque voti promissum spontaneâ animi oblatione emisit, illicò ab infirmitatis mœrore immunem se omnino feliciter sensit.

F

auctor ipse pestifera febri liberatus;

487 Porrò ipsemet, qui hanc divi Nicolai historiam decurro, fidem indubiam facio ex nitidissimo Christianæ conscientiæ speculo, quòd, cùm in Perusino gymnasio scientiarum studiis operam navarem, è Roma rediens, Romanâ quâdam urenti febre usque adeo vehementer accensus flagravi, ut passim omnes, atque sine delectu, formidabili pestis lue me infectum esse haud dubitarent. Propter quod singulus quisque à me celeri discessu, quasi volatu quodam, terga vertens, fugam arripiebat: quæ me res præter ceteras impulit, ut statim atque me à totius orbis humana creatura miserrimè derelictum deprehenderim, intimo cordis gemitu divi Nicolai de Tholentino auxilia invocaverim, panemque ejus devotè comederim atque illico (mirabile dictu.) ab omni prorsus malo liber evaserim.

488 Ma-

A *puer clavum, quo ſuffocabatur,*

488 Magiſter Marianus de Genezano, celebris admodum concionator, dum in noſtro Heremitarum conventu eccleſiæ S. Stephani civitatis Venetiarum publicam concionem haberet, teſtimonium dixit, quòd anno MCDXC Florentiis in die feſto S. Michaëlis archangeli cùm devota quædam mulier contuliſſet ſe ad eccleſiam prædictam S. Stephani, domi duos reliquerat dormientes parvulos infantes, qui expergefacti matrem haud conſpicientes, pro puerorum more inſigni cœperunt clamitare ploratu, ita ut tandem major natu ex eis puerulus, quo blandum minori indiceret ſilentium, porrexit * ei ferreum clavum, quem ille ſtatim intra guttura injiciens, cœpit diſcriminosè ſuffocari, atque vix pauxillò reſpirans, mortis ſentiens agonem, carnibus niger apparuit, velut exſtinctus carbo, aut tamquam camini nigerrima caligo.

* porrexerit

è gutture ejicit;

489 Quo tempore mater domum reverſa, horribilem intuens caſum, valido lacrymarum querulæque vocis ſonitu rumorem per viciniam excitavit; confeſtimque innumera accurrit gentium multitudo, à qua nullo pacto clavus è pueri gulâ extrahi aut divelli poterat; atque dum nulla ſalutis ſpes ſupereſſet, ex conſilio vicinæ cujuſdam mulieris, quæ etiam convenerat, panem S. Nicolai de Tholentino porrexerunt infanti; quo tenera infantis guttura ingreſſo, direxit Deus clavum, qui ſtrangulabat puerum, & ſua ſponte foras ex ore admirabiliter prodiit.

B

P. Ambroſius Senenſis febri liberatus;

490 Hiſque accedit, quòd cùm magiſter meus, nempe reverendus Frater Ambroſius Senenſis, validiſſimæ febris cruciatu langueret, & propterea phyſicorum juſſu medicinalia ei pararentur plurima; protinus ego, tot medicorum pharmacis pauliſper rejectis, illum divo Nicolao, quem ſingulari conſueveram cultu venerari, devotiùs commendavi, panemque ejus benedictum eidem comedendum præbui; atque illico priſtinæ ſanitatis jucundiſſimam quietem adeptus fuit, propriiſque oculis pluries inſpexi centenas & ultrà languoribus infirmitatum perquàm variarum divexatas perſonas in civitate Venetiarum, Perufina, Veronenſi, Senarum, atque Tolentini, propter panem hunc à cujuſque infirmitatis multiplici funiculo retibuſque elapſas, integerrimæ ſanitatis gaudio potitas fuiſſe.

C *qui fortè alius ab auctore fuit.*

491 *Memorata Ambroſii Senenſis ſanatio ex adjunctis non nihil difficultatis habet, ſi ipſe fuerit Ambroſius, cujus Opuſculum Jardinus interpretatus eſt. Etenim cùm, teſte Herrera in Alphabetho, Ambroſius ille* in Regiſtris Ordinis anno 1478 Regens cœnobii, & anno 1483 totius provinciæ præſul *fuiſſe notetur, non potuit Jardinus, qui illius Opuſculum Latinitate donatum, anno 1592 Clementi VIII PP. inſcripſit, excuditque, memoratum ægrotanti obſequium præſtitiſſe, niſi ad ſummum ſenium usque pervenerit. Multò minùs id intelligi poteſt, ſi verum ſit, quod in ejuſdem Jardini Opuſculo ad calcem legitur; videlicet Sancti Vitam jam ab* anno Domini MCDXXIV, die VII Martii, *id eſt annis 168 ante Jardini editionem, ab Ambroſio Senenſi Venetiis impreſſam fuiſſe: ſed manifeſtum eſt, in hoſce calculos aut Jardini aut typothetæ vitio errorem irrepſiſſe. Albericius idem miraculum refert; verùm ita loquitur, quaſi Ambroſius Senenſis ſponte ſua lauduto pane uſus fuiſſet.*

Ejuſdem panis mirabiles effectus

492 *Poſt hæc de ſalutari illo antidoto ita proſequitur Jardinus:* Hic eſt ille panis, qui ab omni cujuſque infirmitatis multiplici varietate liberum quemque reddit; dæmoniacos ad ſalutem redigit, peſtis luem à propemodum infinitis, ea contagione afflictis hominibus omnino rejicit, ex miſerrimo morbi caduci lapſu, ex turgida hydropiſi, ex frementi iliorum dolore, ex febribus etiam ethicis, & ex omni demum omnium infirmitatum quacumque ſpecie, placidæ incolumitati reſtituit. Qui ſi infantibus propter tenellam nimis ætatem nequeat interdum exhiberi, tali caſu mater ejus, ſeu nutrix, cujus ubera infantulus fugit, de hoc pane benedicto comedat, proderitque infanti.

AUCTORE C. S.

493 Atque ut ea, quæ fuſiori potuiſſem oratione proſequi, gratiori erga te, candide lector, ſermonis brevitate conſtringam; illud dumtaxat ſummatim dixiſſe velim, quòd nulla umquam illuceſcit dies, quin plurima ex hoc pane proficiſcantur miracula: id quod vel inde manifeſtum redditur, quoniam in civitate ipſa Veronenſi ſingulis quibuſque annis in die feſto S. Nicolai quatuor tum ampla latitudine, tum longitudine diſtenſiùs contexti culei hoc pane benedicto implentur, iſque totus inter populum dividitur, atque eadem ſervatur panis fabricandi, & diſtributionis etiam longè majoris, generica methodus in civitate Venetiarum, & in ſingulis ubique monaſteriis, propter indefinentia, quæ ſanctus ipſe Nicolaus de Tholentino divina voluntate in ſuo iſto pane benedicto indies operatur miracula. *Huc uſque Ambroſius Senenſis, interprete Jardino, qui poſterior ſtylo ſuo ad nauſeam luxurianti non exiguam hinc & inde auxeſeos ſuſpicionem movet.*

ſummatim memorantur.

E

§ XXXI. Varia alia miracula per panis benedicti uſum impetrata.

Uſu panis benedicti.

PLura alia *memorati panis benedicti uſu impetrata miracula edidit Ludovicus Zaccolius, jam crebrò laudatus, quæ ex Italico Latinè ſubjungo. Poſtquam ex Frigerio Albericiove retulit ea, quæ ex Jardino mox recenſuimus, in hunc modum proſequitur:* Pater Ambroſius Senenſis in Vita dicti Sancti ſcribit, Patrem magiſtrum Gregorium Perufinum Ordinis noſtri (*Eremitarum S. Auguſtini*) cùm anno MCDLXXIX Arimino (*quod Italiæ urbs eſt in Romandiola*) navim ſolviſſet, Venetias profecturus, jamque per viginti milliaria in altum provectus eſſet, tantâ ſubitò occupatum fuiſſe tempeſtate, ut ruptis antennis vela in mare deciderent, ipſeque nauclerus certum ſibi exitium auguraretur.

F

periclitantes invocari,

495 At bonus Pater animum nequaquam deſpondens, nauclerum & aliquot Veronenſes mercatores, qui à nundinis Anxano (*regni Neapolitani in provincia Aprutii citerioris urbe*) redierant, bene ſperare juſſit, ac deinde panem glorioſi S. Nicolai Tolentinatis in undas projiciens, Sanctum precatus eſt, ut ſe ſocioſque naufragio ſubduceret, & ejuſdem ſanctum benedictumque nomen crebrò repetens, ait: O glorioſe S. Nicolae, adjuva nos & præſentiſſimo mortis periculo eripe. Exauditis tandem precibus, tempeſtas ad horam nonam ſedata eſt, ipſeque Deo prædictoque glorioſo Sancto gratias perſolvit, & quocumque ſacras conciones

AUCTORE C. S.

habiturus accederet (erat enim excellentiſſimus concionator) factum propalabat, extollebatque, ut ſummas Sancto grates rependeret.

præſenti naufragio

496 *Poſt pauca, quæ aut huc non ſpectant, aut præterito § jam retulimus, laudatus Zacconius demum alia ex variis ſcriptoribus à P. magiſtro Andrea Gelſomini Cortonenſi; deinde procuratore totius Ordinis generali, collecta, annoque* 1619 *Patavii edita, proponit; teſtatus, ſe iiſdem ſcriptoris verbis uſum fuiſſe, nec quidquam iis à ſeſe additum vel detractum eſſe. Hæc igitur, lector, Latinè accipe. In primis ex Sancti Vita per Hieronymum Romanum, ſui Ordinis chronologum, anno* 1579 *edita, ſequentia enarrat:* Cùm quidam Pater ſacerdos ex Ordine S. Auguſtini, provinciæ Caſtellanæ (*in Hiſpania*) mari navigaret, tam horrida exorta tempeſtas eſt, ut quotquot ea navi vehebantur, in ſummo naufragii periculo verſarentur: quippe navis, in qua qualemcumque ſpem habuerant, penitus quaſſata erat, nec in humanis auxiliis ulla ſupererat ſpes evadendi. Hic itaque Religioſus Deo ſanctoque patre Nicolao Tolentinate fretus, cœpit nonnihil animos reſumere, aitque omnibus, qui in navi erant: Domini ac fratres mei, erigite mentes, & in Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, ejuſque ſanctiſſimam Virginem Matrem ac S. Nicolaum Tolentinatem confidite, qui piè invocatus, in hujuſmodi neceſſitate ac periculis ſolet ſuccurrere.

B

feliciter erepti.

497 Hiſce dictis, miſeri viatores, qui mortuis quàm vivis ſimiliores erant, nonnihil recreati, Dei, glorioſiſſimæ Virginis, ſanctique Nicolai Tolentinatis miſericordiam implorare cœperunt, voveruntque, ſe tres Miſſas fieri curaturos, & pro cujuſque modulo eleëmoſynam largituros. Religioſus verò poſtquam deſtitutos humano auxilio ſocios ad meliorem ſpem ita revocâſſet, panem benedictum in manus cepit, ejuſque aliquot fruſta hinc & inde in mare ſpargens, obortis lacrymis S. Nicolaum obſecravit, ne in tanto diſcrimine deſereret, qui eum implorabant, ad ejuſque auxilium & tutelam recurrebant. Mirabile viſu! Injecto in undas pane, mox quidam ſylveſtrium ferarum ululatus ſub navi auditi ſunt; deinde verò aves magnæ, nigræque & horridæ viſæ ſunt avolare: quare & ab omnibus creditum eſt, eas dæmones fuiſſe, qui navem mergere fuerant conati, eoſdemque per memoratum S. Nicolai Tolentinatis panem, deſperatâ, quam tentaverant, navis ruinâ, in fugam fuiſſe abactos. Porrò mari malaciæ ſenſim reſtituto, omnes præſentiſſimo periculo erepti, portum feliciter tenuerunt, quæque periclitantes voverant, impleverunt.

C

Hujuſmodi panis extinguit incendium,

498 Circa annum Domini MDXXVI in vico Chinchon archiepiſcopatûs Toletani (*in Hiſpania*) ingens incendium in quadam domo excitatum eſt, quod magnam jacturam non modò rebus, quæ in ea conflagrabant, verùm etiam vicinis ædibus minabatur. Fratres Ordinis S. Auguſtini, qui ibidem honorificum conventum, à S. Maria Vallis-paradiſi (*Italicè eſt*, di noſtra Signora da Valparadiſo) dictum incolebant, opem laturi eò quoque accurrerunt; cúmque inter hos quidam aliquot benedictos panes attuliſſent, eorum aliquis implorato S. Nicolao, unum ex iſtis panibus in medium incendium projecit. Placuit Deo hujus populi fidem, pietatemque erga hunc glorioſum Sanctum excitare; cùm ingens mox miraculum apparuerit: quippe totus ignis non ultrà progreſſus, retroceſſit, ſeque ſupra panem benedictum colligens, inſtar globi ſeu pilæ ſtetit, ſubitóque exſtinctus eſt.

D

& inter cineres illæſus reperitur.

499 Ceſſante incendio, benedictus panis quæſitus, albus & integer, ac ſine ulla læſione, nec ſecus atque injectus fuerat, inter cineres repertus eſt. Ut autem tam prodigioſi eventûs ſempiterna memoria exſtaret, is ipſe panis excellentibus & admodùm religioſis dominabus, filiabus Catholici regis Ferdinandi V, in monaſterio S. Mariæ regalis Matricalenſis (*Italicè* di S. Maria Reali di Madrille) ejuſdem Ordinis & habitûs S. Auguſtini, dono miſſus eſt; ubi ad hunc uſque diem tamquam ſacræ reliquiæ aſſervatur. De eodem hoc pane meminerunt præterea Patres conventûs S. Patris noſtri Auguſtini, Burgis (*in Caſtella veteri, Hiſpaniarum regno*) in Vita S. Nicolai, adjuncta libro Miraculorum ſanctiſſimi Crucifixi Burgenſis, edita ibidem anno Domini MDLXXIV. *Duæ memoratæ virgines fuerunt Ferdinandi V, Hiſpaniarum regis, ex furtivis complexibus filiæ naturales, de quibus meminit Lucius Marineus Siculus lib.* 22 *de Rebus Hiſpaniæ; & Torellius in Annalibus ad annum Chriſti* 1514 *num.* 7, *ubi magnis laudibus honorantur.*

E

Eodem adhibito, graviter decumbens ſanatur;

500 Anno Domini MDVI, *proſequitur Zacconius*, cùm Hiſpanæ provinciæ præeſſet admodum religioſus Pater, Frater Gonſalvus de Alva, qui primus ejuſdem obſervantiæ in iſta regione Provincialis fuit, vir iſte eximius & auſteræ vitæ in graviſſimum morbum incidit, quo ad extrema deductus, & à medicis omnibus, veluti deſperatæ ſalutis, derelictus eſt. Degebat ibidem tum temporis quidam venerabilis Religioſus, Frater Jacobus de Montacies, S. Nicolao Tolentinati plurimùm addictus; qui cùm tam præſtantem virum, qui eam congregationem tertiò laudabiliter rexerat, mori videret, Deo ſanctiſſimaque Virgine Matre ac ſancto patre Nicolao fretus, dum cuncta medicamina, humanamque induſtriam nihil prodeſſe adverteret, ad divina recurrit, fruſtoque benedicti panis aquæ impoſito, curavit, ut circumſtantes quinquies PATER NOSTER, & AVE MARIA, quia id æger non poterat, piè recitarent; atque ex eo pane particulam aliquam infirmo Patri ſumendam dedit. Quam ſimul ac ſumpſerat, mox per divinam gratiam meliùs habere ſe cœpit; cúmque id per quinque dies factitâſſet, omni malo liberatus eſt, atque ita per glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis merita deſideratam valetudinem prodigiosè recuperavit.

F

Puella Anconæ in mare lapſa,

501 *Capite* 30 *refert Zacconius miracula per ejuſdem benedicti panis uſum Cordubæ in Hiſpania annis* 1601 *&* 1602 *facta, de quibus conſule dicta à nobis* § 17 *& ſeqq. Deinde cap.* 31 *ex P. Joannis Baptiſtæ Carminati, Congregationis Longobardicæ Auguſtiniani, Opuſculo Maceratæ anno* 1618 *edito ſequentia exhibet:* Anno MDXCV Anconæ, quæ famoſa Marchiæ urbs eſt, duæ puellæ in portûs crepidine ſtabant, & ut ſolent id ætatis pueri ſeſe in aqua velut in ſpeculis admirari, in maris unda ſe contemplabantur. Harum una, fallente pede, in mare prolapſa eſt, ſolâ ſociâ ſpectante. Mater, quæ filiam interim domi exſpectabat, cùm ipſa ſolito tempore non comparuiſſet, aliquid mali ſuſpicata, eam quæſivit, ſed fruſtra. Sociam deni-

A denique interrogat ; hæc autem eam lacrymabunda ad portum deduxit, locumque, in quem illa deciderat, oſtendit.

inde mortua exſtracta, reviviſcit;

502 Incredibile dictu eſt, quantus tum dolor maternum pectus inceſſerit, cujus ipſa impatiens lamentis ac planctibus totum portum replebat. Mox fabri navales magno numero accurrerunt, & piſcatores advocati ſunt, inter quos, qui probè nare poterant, ſeſe mari immerſerunt ; horum unus reliquis peritior eam reperit & ex aquis extraxit ; animadverſumque eſt, puellæ ſupercilia à limacibus jam inde arroſa fuiſſe. Ad hoc ſpectaculum genitrix deliquium animi paſſa, omnes circumſtantes ad miſericordiam commovit. Ecce autem, quidam cum benedicto S. Nicolai pane adveniens, eum puellæ dentibus inſeruit, ac mox veluti novo ſpiritu animata, falſum liquorem ſubitò ejecit, & abſorptam aquam evomuit ; & quæ jamjam mortua plangebatur, maternis brachiis viva inhæſit, & ad hunc uſque diem cum marito ſuo ſupervivit, multorum liberorum parens.

B *item navis naufragio ſubducta ;*

503 Cùm anno MDLXXXVIII, die XXV Aprilis quædam navis circitèr viginti quinque viatores vehens, inter quos duo erant Religioſi Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, unus Patavinus, alter ex Cantalicio in Aprutia, ex Iſtria Venetias verſus vela faceret, tanta mari tempeſtas incubuit, ut nauclerus pro certo haberet fore, ut navis naufragio periret ; idque eo certius, quòd quædam altera ratis, onerata lignis, haud procul inde ſubmerſa jam eſſet. Cùm itaque viatores illi in præſentiſſimo mortis periculo verſarentur, unus è memoratis Religioſis recordatus, ſe aliquot benedictos glorioſi patris S. Nicolai panes penes ſe habere, ſupremos navis foros aſcendens, eos in undas projecit ; moxque ventus ſecundus velut miraculosè exortus eſt, expanſaque veli Latini laſciniâ (quippe procellæ injuriâ cetera vela in mille partes diſciſſa fuerant) navis breviſſimo temporis ſpatio ad gemini caſtelli portum Venetum ſalva appulit.

puerpera in partu periclitans

C

504 *Hucuſque Zacconius ex memoratis ſcriptoribus ; quæ ſequuntur, Zacconium ipſum auctorem habent.* Anno Domini noſtri MDC Adriæ, Aprutii urbe, ducatûs titulo inſignitâ, quædam mulier parturiens, inſtante partu doloribus correpta eſt ; fœtus autem in lucem proditurus, non caput, ſed brachiorum alterum primò exſeruit : quapropter obſtetrix, ac reliquæ, quæ aderant, laborârunt, ut retracto brachio, conſueto modo naſceretur ; ſed fruſtra. Hinc puerpera acerbiſſimis doloribus, quos tranſverſæ prolis ſitus creabat, ſeptem diebus, totidemque noctibus cruciata, ferè ſemper cum morte conflictata eſt ; ita ut paulatim deficiens, omni ſalutis ſpe deſtituta jacêret.

proſperè enititur ;

505 Interim plurimæ vicinæ ejuſdem conditionis mulieres ex pietate & miſericordia eam inviſebant, multæque ſanctimoniales & piæ feminæ pro ejuſdem ſanitate Deum precabantur ; è quibus una benedictum S. Nicolai Tolentinatis panem ei attulit, eumque aquâ maceratum ſumma cum pietate ſumendum præbuit. Utque pii deſiderii ſui finem feliciùs obtineret, curavit, ut, quotquot aderant mulieres, ante quamdam beatiſſimæ Virginis iconem proſtratæ in genua, PATER NOSTER & AVE MARIA tertiò recitarent. Id agebat ſcilicet, quia perita legere, ex ea S. Nicolai Vitæ parte, in qua de miraculis agitur, multa beneficia per memorati panis uſum intellexerat impetrata fuiſſe. Porrò ſimulac prædicta puerpera eum minuſculum panem, mollitum aquâ diglutierat, fœtus retracto intrò brachio, præpoſterum ſitum mutavit, & ſine ullâ matris læſione, naturali modo in lucem prodiit. AUCTORE C. S.

alia, mortua in utero prole, periclitans ;

506 Cùm biennio pòſt in eadem civitate quædam mulier parturiret, fœtus ex prava corporis compoſitione & infelici ſorte in materno utero exanimatus eſt ; unde exortis cruciatibus, mater per octiduum, ad mortis fores, ut fert adagium, jamjam moritura perſtitit ; nec tentatis omnibus remediis, fœtus ex utero potuit expelli. Itaque dum hunc in modum moribunda jacêret, mulieres, quæ circumſtabant, ipſius animam commendabant, monebantque, ut ſe Deo commendaret, & precaretur, ut condonatis offenſis, ſuam animam in pace ſuſciperet.

eam ejicit.

507 Interea cuidam earum in mentem venit feliciſſimus eventus, qui illi alteri, quæ pariter partu laborans, morituram ſe exiſtimaverat, à biennio obtigerat ; nec mora panem S. Nicolai juſſit afferri, & prædictæ parturienti, cujus ſpiritus penè à labris fugerat, ſumendum dedit. Porrò dum quædam ex præſentibus coram B. Mariæ Virginis effigie interim genuflecterent ac tertiò PATER NOSTER & AVE MARIA in honorem S. Nicolai recitarent ; dicta puerpera ſine ulla læſione, damno aut malo, fœtum mortuum tam graveolentem ac fœtidum ejecit, ut præſentes omnes naſum ſibi obturare cogerentur. *Hîc ſubjungit Zacconius, ſe geminum hoc miraculum, dum anno 1603 concionandi causâ in Aprutium miſſus, Adriam tranſiret, didiciſſe ex quadam ingenti elegantique pictura, ſub qua utrumque litteris exaratum erat, quaque in ſui Ordinis eccleſia viſebatur. Modò textum reſumamus.*

E

Similis panis in ardentem domum

508 Anno Domini MDLXXXV Fani, quæ celebris & antiqua Marchiæ civitas eſt (*ſed intra fines ducatûs Urbinatis, à quo avulſa fuit, ſita*) quinque milliaribus à patria mea (*Piſauro*) diſtans, ignis domum vicinam monaſterio monialium ſancti Archangeli fortè corripuerat, & inſtar Æthnæ flagrans multis vicinis ædibus ruinam minabatur. Et ſanè omnes in cinerem fuiſſent redactæ, niſi delato ad monaſterium prædictarum monialium nuntio, una harum, quæ S. Nicolaum Tolentinatem magnopere venerabatur, ad arcam ſuam, in qua aliquot Sancti panes ſervabat, è veſtigio cucurriſſet, ex iiſque duos per quamdam mulierem ſine ulla mora in ignem conjiciendos miſiſſet. Dum autem panes eò deferrentur, eadem ſanctimonialis in cella ſua (vel fortè in choro) proſtrata in genua, prædictum glorioſum Sanctum continuò precata eſt, ut eam ſibi gratiam præſtaret, ignemque exſtingueret.

F

conjectus, ignem exſtinguit, & integer recipitur.

509 Mulier eò adveniens, quò cuncti Fanenſes ad ſpectandum incendii finem concurrerant, panes tradidit cuidam, qui ad exſtinguendum incendium præ ceteris laborabat ; qui cùm eos projeciſſet in flammas, ignis ſubitò cedere cœpit, ita ut eo ſponte ſua deficiente, extra dubium fuerit habitum, quin incendium iſtud per divinum miraculum dictique panis efficaciam exſtinctum fuiſſet. Qui verò id noverant, panemque injici conſpexerant, actis Deo gratiis, factum divulgârunt ; eoque facto quilibet ad S. Nicolai cultum magis magiſque fuit accenſus. Porrò caſus eò mirabilior viſus eſt, quòd poſt exſtinctum ignem prædictus panis inter cineres etiam tum tepidos & calentes minimè exuſtus

au-

AUCTORE C. S.

aut consumptus repertus sit : quod cùm monialis, à quo missus fuerat, inaudîsset, jussit ad se referri, eumque in manus receptum obortis lacrymis, gemituque iterum iterumque piissimè exosculata est, ac deinde inclusum thecæ instar amuleti summa cum veneratione semper è collo pendentem gestavit.

Horrida maris tempestas,

510 Anno MDCIX duo Patres Congregationis Longobardicæ ex superiorum suorum placito Tolentini habitaturi, per viam Venetam, ipsis magis commodam profecti, ibidem mari se commiserunt Anconam versus ; dum autem rectâ viâ bonoque, ut dici solet, itinere navigarent, validissimus repentè ventus & tempestas exorta est, cúmque navis jam in pleno mari versaretur, nauclerus ac gubernator sese perditos rebantur ; nec tamen vultu desperationem prodebant, ne miseros viatores, quos periculum jam vehementer afflixerat, terrerent. Unus è prædictis Patribus, qui vigilabat, socium ex stomachi perturbatione, quam marini motus creaverant, dormientem excitavit, dixitque : O Pater, non vides, nos perire ? Rectè monueram, mari minimè proficiscendum esse : jam verò quo in discrimine nos deprehensos videmus ?

B

injecto in aquas pane benedicto,

511 Expergefactus Pater, & periculosissimam tempestatem agnoscens, se in pedes erexit, apertâque perâ, in qua aliquas reculas servabat, quosdam ex benedictis S. Nicolai panibus inde sustulit, atque omnes hujusmodi verbis allocutus est : Fratres, omnes in genua procumbite, & PATER NOSTER & AVE MARIA tertiò recitate, glorioſum S. Nicolaum Tolentinatem obsecrantes, ut ex hoc discrimine formidandi, exitiumque nobis minitantis pelagi eripere & salvos conducere dignetur. Prostratis omnibus, & PATER NOSTER cum AVE MARIA ter repetendo intentis, ipse panem benedictum in mare projecit : quo facto, procella usque adeo cessavit, ut navis velut in malacia provecta, ad portum nostrum hunc Pisaurensem appulerit, ex quo duæ aliæ egressæ rates, in littus, altera supra Catholicam (*Italiæ vicum in ora Sinûs Veneti*) altera non procul à portu nostro, projectæ fuêrunt.

C

subitò sedata :

512 In littus salvi & incolumes expositi, omnes simul ad reddendas glorioso patri S. Nicolao Tolentinati gratias ad templum nostrum accesserunt, & postero manè dum ad ejusdem altare Sacrum celebraretur, omnes, qui liberati fuerant, adfuêre. Rem hanc, quam modò narravi, ita factam novi, quia dum ego cum iis ipsis de eorum casu, quem subierant, fabularer, me ad spectandos socios, templum ingressuros abduxerunt. Eo autem tempore minimè ratus, hæc mihi aliquando usui fore, & quidem eo in loco, quo retuli, eorum nomina aut patriam inquirere non curavi, quæ alioquin hîc libenter expressissem, ac fortè etiam quædam alia adjuncta didicissem.

per eumdem ictus fulminis

513 Anno MDCXVII, die x Septembris quidam Pater Congregationis Longobardicæ, qui tum temporis Prior erat Crucifixi Recinetensis, ejusdem Congregationis (*in Marchia Anconitana*) monasterii, Tolentino redibat, eo scilicet die, quia cùm hic prædicto patri S. Nicolao Tolentinati sacer esset, sese illuc summo cum gaudio contulerat, magnoque animi solatio sanctissimas ejusdem reliquias honoraverat. Quamvis autem Recineti, æquè ac in omnibus aliis Ordinis domibus, dicti glorioſi Sancti panes benedici soleant, procul dubio tamen nusquam tanta copia benedicitur, quàm Tolentini, videlicet ut simul sanctissimis ejus reliquiis admoveantur, & aliò portentur, mittanturque ; ipse quoque bonam horum partem, qui sacras reliquias attigerant, sibi petiit, eisque suo sinui impositis, lætus & alacer domum repetiit. Dum verò in planitie, quæ Maceratam inter & Recinetum occurrit, procederet, quoddam fulmen in umbellam decidens, ipsius pectus percussit, eumque in terram dejecit ; ita ut se planè periisse putaret.

D

innocuus redditur,

514 Verùm non ita erat, ut arbitrabatur : nam fulmen, perforatâ veste, non fuerat ausum eos sacros panes aliter attingere ; sed aliò mox girans, in vicinam palearum struem impegerat, atque alia intulerat damna. Interim Pater resumpto repentè animo, è terra surrexit, seque incolumem expertus, dum Recinetum adveniret, rem amicis suis manifestavit, & insigne beneficium, quod per gestatum in sinu S. Nicolai panem sibi Deus præstiterat, videlicet quòd ictus à fulmine non periisset nec ullatenus læsus esset, gratus agnovit, fulminisque tam in vestibus, quàm in umbella vestigia ostendit. Sparso hujus rei per populum rumore, nullus erat, qui super ea cum illo loqui, & ex ipsiusmet ore tantum prodigium & mirabilem casum cognoscere non averet.

E

& febris depellitur.

515 Anno MDCXIX cùm in mea patria Pisaurensi quidam magister Simon figulus tertianâ febri laboraret, quæ ipsâ glorioſi patris S. Nicolai festâ die (decimâ scilicet Septembris, ut suprà monui) recursura erat, illius festivitatis recordatus est, ac mox panem & vas aquâ plenum ad nostram S. Augustini ecclesiam benedicenda misit. Postquam mulier, quæ missa fuerat, cùm pane & aqua benedictis domum reversa esset, panem in prædicta aqua emolliit, eoque cum ardentissimo desiderio piâque fiduciâ sumpto, optatum beneficium adeptus est. Etenim cùm de sumpto antidoto lætus sese in lecto ad somnum composuisset, tamdiu obdormivit, donec deinde expergefactus, statam febris horam jam effluxisse cognosceret : eoque majori gaudio postmodùm affectus fuit, quòd eâ febri numquam deinde fuerit correptus. Hoc miraculum is ipse mihi retulit, dum quodam die eum inviserem. *Huc usque Zacconius.*

F

§ XXXII. Alia miracula in Italia & in Belgio facta.

Incendia Bononiæ,

PRater miracula jam relata, aliquot præterea apud Torellium in Annalibus ad annum Christi 1349 à num. 9 reperio, quibus Latinè versis hîc locum dabo. Hoc anno (*scilicet* 1349, *inquit*) dignatus est Dominus noster Jesus Christus ingens miraculum ad gloriam & honorem servi sui S. Nicolai Tolentinatis, per ejusdem benedicti panis usum, in hac patria nostra Bononiensi operari. Casus contigit in hunc modum : Die quartâ mensis Julii ædes Dardi Francisci Bonaventuræ Paleotti in platea S. Donati, ex nobilissima familia, quæ in hodiernum usque diem antiquum nobilitatis splendorem magis quàm umquam aliàs sustinet, ignis corripuerat, nec ullus humanus labor aut ingenium tanto incendio exstinguendo par erat. Interim

A terim dum totum iſtud ædificium voraci igne undique flagraret, demum aliquis è noſtris Religioſis, motus pietate, panem S. Nicolai in flammas conjecit: quo facto, non ſecus ac ſi undarum flumen infudiſſet, ingens iſtud incendium ſponte exſtinctum eſt. Porrò hîc notandum venit, quàm antiquus ſit is benedicti panis S. Nicolai in ſancta Eccleſia pius uſus, cùm glorioſus ille Dei Servus tum temporis nondum fuerit canonizatus, ac fortè ne beatificatus quidem. Ceterùm hoc miraculum refertur à noſtro Cherubino Ghirardacci tom. 2 Hiſtoriæ Bononienſis, lib. XXII, pag. CXCIII.

Venetiis,

517 *Hiſce ſubdit ſimile incendium per ejuſdem panis uſum Venetiis exſtinctum, quod nos num.* 482 *jam retulimus; ac deinde ita proſequitur:* Hiſce duobus prodigioſis miraculis, quæ Deus per benedictum glorioſi S. Nicolai panem patravit, juvat tria alia ſubjicere, quæ eodem tenore à P. F. Antonio Dulciati Florentino, exemplaris vitæ Religioſo noſtro, in Vita S. Nicolai, Florentiæ in auctoris patria anno Domini MDXV edita, enarrantur. Ait itaque, quòd,

B cùm palatium familiæ Medicææ tam diro incendio flagraret, ut voraces flammæ jam aliquot ulnis ejuſdem faſtigium ſuperâſſent, indéque impoſſibile crederetur, tam immane incendium humanâ operâ exſtinguere; quidam è noſtris Religioſis, devotiſſimus Sancti cliens, id conſiderans, in tectum aſcenderit, ingentique cum fiducia unum benedictum panem in memoratum ignem injecerit, quódque hic cohibito repentè furioſo impetu, prodigioſè fuerit exſtinctus.

Florentiæ & alibi

518 Præterea narrat laudatus auctor, orto in eadem urbe Florentina in cujuſdam piſtoris ædibus magno incendio, quod nulla ratione potuerat exſtingui, panem benedictum à quodam devoto Sancti cliente in flammas magna cum fide ſimiliter injectum fuiſſe, atque eo pacto, horrendum iſtud incendium, cunctis admirantibus, extemplò penitus exſtinctum fuiſſe, & quod ſpectatores majori etiam ſtupore replevit, panem illum, qui in flammas conjectus fuerat, poſt incendium miraculosè compreſſum, album, pulchrum & integrum, qualis antè fuerat, repertum fuiſſe.

C *per eumdem panem exſtincta.*

519 Denique referente eodem Patre Dulciati, extra Caſtrum Gaufridi in Longobardia fœnile quoddam duabus ædibus vicinum noctu ignem concepit, incolæque timebant, ne ſimul cum fœnili prædictæ ædes conflagrarent: quod cùm Prior noſtri conventûs, quem in eodem caſtro habemus, intellexiſſet, ſine mora ad prædictum incendium velociter accurrit, magnaque cum fide benedictum S. Nicolai panem in ignem conjecit, qui è veſtigio retrocedens, ſine alio damno mox exſtinctus eſt.

Eodem pane Padus, aggerem perrupturus,

520 Porrò poſtquam hæc miracula, in exſtinguendis incendiis per S. Nicolai panis uſum à Deo patrata retulimus, non poſſumus non aliud ſanè magnum eodem adhibito pane in aqua factum exponere, qualiter à ſuprà laudato auctore narratur. Res ita ſe habet: Cùm ejus tempore magnum Padi flumen, auctis horrendum in modum aquis, vicinum celebri Viadanenſi terræ aggerem perrumpere jam cœpiſſet, atque inde miſeri incolæ, qui rationem, quâ imminentem ruinam averterent, ignorabant, in ſummum diſcrimen adducti eſſent, ecce Prior conventûs noſtri non procul inde diſſiti, & glorioſi patris S. Nicolai Tolentinatis nomine inſigniti, divinâ miſericordiâ in primis ac memorato Sancti pane fretus, unà cum omnibus Religioſis ſuis, ſupplicantium in morem, ad locum, quem Padus perrumpere & excavare inceperat, ſe contulit. AUCTORE C. S.

521 Cúmque eò adveniſſet, accepit memoratum panem benedictum, eumque in voraginem jam inde excavatam, ex qua furibundi fluminis concitatæ aquæ jamjam erupturæ, ac fertiliſſimum illum tractum cum irreparabili damno inundaturæ erant, Religioſo involutum pallio immiſit; quo facto, furentibus undis omnium cum admiratione è prædicta voragine ſubitò retroactis, incolæ conceptum timorem depoſuêre. Porrò memoratus Prior Frater Alphonſus à Muſco vocabatur. *Hæc apud Torellium, qui addit, ſeſe alia magno numero miracula hîc præterire.* *coërcetur.*

522 *Nunc ad Belgium noſtrum, cujus variis in locis miraculoſum Sancti ſanguinem ſervari* § 12 *oſtendimus, tandem veniamus. Reverendus Pater Nicolaus de Tombeur in Vita S. Nicolai Latinè edita de hoc argumento ſic ſcribit:* Quæ in Belgio noſtro Deus operari dignatus eſt mirabilia, referre nonnulla, operæ pretium duxi. Nonnulla, inquam; omnibus enim recenſendis non ſufficio: nam ſi libêret hîc referre teſtimonia illorum, qui in omnibus Belgii civitatibus ultrò fatentur, ſe per panis benedicti uſum, & invocationem & merita S. Nicolai in manifeſtis periculis & humanæ vitæ miſeriis, expertos patrocinium, integra repleri poſſent volumina. *Miracula in Belgio facta:* E

523 Agmen ducat oppidum in Hannonia Angienſe: cùm enim lue peſtiferâ vaſtaretur penè totum, nec adhibitis remediis ſiſteretur, ad S. Nicolai præſidium conſilio ſaluberrimo cives confugientes, ſolemni ſupplicatione indictâ, ſtatuam ejus per urbis vias maxima cum pietate & fiducia circumtulêre: cúmque in forum perveniſſent, eamdem ibidem conſtituentes, communi inſtantiâ à Dei Confeſſore præſentibus malis ſubſidium poſtulant opportunum. Nec ſpe ſua ſunt fruſtrati: ſtatim enim adfuit divina benignitas, & malum, antea ſupra modum deſæviens, ultrà non dimanavit, & quos jam invaſerat, curati ſunt. Unde cives, ut Benefactori ſuo gratias referant, in hodiernum uſque diem quotannis die x Septembris, qui S. Nicolai eſt feſtivus, ſequentibuſque ſeptem diebus, vicatim ad hoc invitati, in templo noſtro comparentes, divino Officio interſunt, & vota cum recognitione debita perſolvunt; & Dominicâ infra Octavam ſtatuam illius per urbem ſolemni proceſſione circumferunt. *peſtis Angiæ exſtincta;* F

524 Idem experti ſunt Gandavi & Brugis cives plurimi, qui anno MDCXXXIV, civitatibus illis eâdem lue infectis, nullo alio contra eam uſi ſunt remedio, quàm pane hoc benedicto. Curârunt enim viciniores maximè conventui noſtro cives quotidie omnem etiam cibarium panem à Fratribus noſtris benedici; & cùm tota civitas ob conſanguineorum & carorum amiſſionem eſſet in luctu, ipſi fuerunt ſervati intacti. *aliqui etiam ab eadem Gandavi, Brugis*

525 Expertus eſt idem Mechliniæ P. Servatius Smets, aliquando ibidem conventûs noſtri Prior, qui cùm anno MDCXXV, & iterum ex requiſitione domini archiepiſcopi Mechlinienſis & ſenatûs populique ejuſdem civitatis anno MDCXXXIV, contagione illâ laborantibus ex charitate aſtiterit indefeſsè, hujus panis beneficio & quotidiano uſu ſemper à lue illa intactus permanſit. Hæc ex P. Joanne Nævio olim Provin- *& Mechliniæ liberati, vel ſervati.*

AUCTORE C. S.

ciali, in libro, cui titulus : Eremus Auguſtiniana.

Elector Colonienſis ſanatus :

526 Anno MDCCIV, die XVII Septembris ſereniſſimus Elector Colonienſis & princeps Leodienſis Joſephus Clemens dux Bavariæ teſtimonio propria manu exarato & ſubſcripto Inſulis palàm atteſtatur, ſe per uſum panis hujus benedicti ſanatum ſupernaturaliter.

partu periclitans, proſperè enixa :

527 Prægnantes quoque fœminæ, dum in partûs doloribus periclitantur, frequenter hujus benedicti panis uſu ſublevatæ ſunt. Novi & ipſe, inquit Nævius, Haſſeleti (*oppidum id eſt in diœceſi Leodienſi ad Demeram fluvium*) fœminam, quæ cùm ob ſummam partûs difficultatem, in qua jam hæſerat per triduum, de vita periclitans ſine liberationis ſpe, hunc à noſtris panem accepiſſet, ex eoque partem ſumpſiſſet cum fiducia ; ſtatim ſublevata, prolem ſuam enixa eſt. Quod ita ſibi contigiſſe, domino Joanni Frederici Haſſeletenſium paſtori ſub juramento retulit, & ille mihi fideli teſtimonio perſcripſit, inquit Nævius ibidem.

miſerè contracta erigitur :

B

528 Antverpiæ quoque Maria de Wael, uxor Bartholomæi van Eechhoven à contractione nervorum adeò afflicta, ut tibiæ illius, retrorſum converſæ, corpori increſcerent ; & ipſa quaſi in globum convoluta, nec ſtare poterat, nec ſine faſciis ſedere, jam per quadriennium. Hæc anno MDCXXXIV, die unâ intra S. Nicolai Octavam, cùm panem benedictum à filio ſuo Adriano cum devotione ſumpſiſſet veſperi, ſequenti die ſub ſolemni Miſſæ officio faſciæ omnes, quibus hærebat ſedi ſuæ alligata, ſponte ſua reſolutæ ſunt, tibiæque exporrectæ & ad ſtatum ſuum naturalem reductæ ; ſtatimque iis inniti cœpit, & ſenſim iiſdem confirmatis, ambulare. Quæ ita per interceſſionem hujus Sancti ſibi contigiſſe, prædicta Maria adhuc hodie ſuperſtes & ſana, inquit Nævius, mihi narravit, & palàm omnibus confitetur.

ſilius ad frugem reductus :

C

529 Anno MDLXXXIV Leodii mater quædam filium habens rebellem & furioſum, tandem Patri Thomæ Gratiano, tum ibidem Priori, & poſtea Provinciali, conqueſta, ab eoque accepti panis benedicti duas treſve particulas, de prædicti Patris conſilio ſorbitiunculæ filii ſui impoſuit ; quâ ſumptâ, filius omnium horum ignarus, ob matris pietatem adeò in alium juvenem eſt illico mutatus, ut ex eo tempore numquam matrem contriſtârit.

ſenex graviter decumbens, ſubitò ſanatus :

530 Anno MDCXVIII Antverpiæ Petrus Phaleſius, anno ætatis ſuæ ſeptuageſimo tertio, febri malignâ lecto affixus, cùm nocte quadam angelorum chorum audiiſſet pſalmum Davidicum dulci melodiâ concinentem, eique apparuiſſet Virgo Deipara cum S. Nicolao in Ordinis noſtri habitu, præ gaudio canere & ipſe cœpit : cujus inuſitatæ lætitiæ ſignis à ſomno excitatæ ejus filiæ ad patrem accurrunt, eumque hilari ac ſereno vultu jacentem reperiunt. Qui narravit eis, B. Nicolaum, cantu ceſſante, acceſſiſſe & dixiſſe : Petre, preces & ſuſpiria, per tuos Deo oblata, tibi vitam ad annos aliquot prolongârunt. Ipſe autem Petrus eodem momento ſe ſenſit adeò ab omni languore curatum, ut medici, qui pridie de ejus ſalute deſperaverant, ad eum reverſi, non ſine miraculo eveniſſe credi debere, affirmarent. Et vixit Petrus adhuc poſtea per annos undecim.

mirè affectum pueri genua curavit.

531 Ejuſdem patrocinium ſimiliter Gandavi expertus eſt illuſtriſſimus dominus Jacobus Stalins, parlamenti, ſeu concilii magni Mechliniæ reſidentis, olim præſes, anno MDCCXIV defunctus. Hic enim, cùm ſexennis eſſet aut ſeptennis, tanta circa genu laborabat nervorum contractione, ut poples ſeu patella à genu crederetur avulſa, & perpetua timeretur claudicatio. Sed præter omnium ſpem ad S. Nicolai invocationem & interceſſionem liberatus eſt : unde gratitudinis ergo picturam cum parvuli genuflectentis effigie confici curârunt parentes, quæ in hodiernum diem in altari S. Nicolai in eccleſia noſtra Gandavi conſpicitur. Ipſe verò beneficii percepti memor, ut Benefactorem ſpecialem & Patronum delegit, &, quoad vixit, ſingulari pietate coluit S. Nicolaum, & apud nos Mechliniæ ſepeliri voluit. *Hæc Tombeurius: nec dubito, quin multò plura hujuſmodi miracula, ut ipſe ſuprà monuit, per Belgium noſtrum ejuſdem ſalutaris panis uſu fuerint impetrata ; verùm ea ad manus meas non pervenerunt.* D

§ XXXIII. Miracula aliquot Limæ in regno Peruano obtenta. E

Sancti cultus ad utraſque Indias propagatus.

QUæ hucuſque retulimus miracula, in Europa facta fuêre ; ſed quemadmodum ſanctiſſimi Thaumaturgi gloria cultuſque hâc terrarum orbis parte minimè concluſa fuêre, ita nec ipſe ſuam erga miſeros beneficentiam intra ejuſdem limites continuit. De propagatione cultûs luculentum ſanè teſtimonium habemus in Bulla Sixti V PP., quam num. 66 & ſeqq. Gloriæ poſthumæ recenſuimus, & ex qua pauca hîc repeto. B. Nicolaus, *inquit Pontifex*, de cujus vita, converſatione & ſancta obdormitione in Domino, Tolentinates gloriantur, Regularia S. Auguſtini Eremitarum inſtituta amplexus, cum tanta vitæ puritate & integritate contendit, ut ipſius Viri ſanctitas longè latéque per diverſas mundi regiones ad Indos uſque Occidentales propagata diffuſaque ſit. *Ex miraculis verò, ad ejuſdem Sancti invocationem in America factis, aliquot narrat reverendus ac eximius P. Joachimus Brulius, Eremita Auguſtinianus, ſacræ Theologiæ doctor, ac per Belgium Prior Provincialis, in ſui Ordinis Hiſtoria Peruana, anno 1651 Antverpiæ edita, ex quâ ſequentia totidem verbis excerpo.* F

Recenſentur aliquot miracula Limæ facta:

533 *In primis lib. 6, cap. 6 miracula Limæ facta enarrat. Eſt autem Lima, Hiſpanis* Los Reyes, *Americæ Meridionalis urbs ampla & pulcherrima, archiepiſcopalis, totiuſque Peruviæ caput, ac nobile emporium ; ſed quæ anno labentis ſeculi quadrageſimo ſexto horrendis terræ motibus ultra modum concuſſa, non parùm priſtini ſplendoris haud dubiè amiſit. Verùm hæc triſtia miſſa faciamus, & ad propoſitum argumentum revertamur.* Tertia, *inquit laudatus Brulius*, quâ conventus Limenſis illuſtris redditur, imago (*de Crucifixi Domini ac B. V. Mariæ ſtatuis antè egerat,*) eſt S. Nicolai de Tolentino ; qui cùm per totum mundum tam ſit prodigus miraculorum, non decuit eum in novo mundo eorum fieri parcum. Ingenuè fateor, eorum is eſt numerus, ut ſola, quæ Limæ contigerunt, potentia ſint integrum tomum explere ; cùm uno nonnumquam die referantur

A ferantur octo, pauci verò percurrant dies, quorum ſinguli non aliquo miraculo celebrentur. Inter cætera paniculi, in honorem S. Nicolai benedicti, in veneratione ſunt maxima; cùm dietim unus ſeniorum Religioſorum deferendis ad domos ſæcularium paniculis à manè in veſperam ſe impendat, & contingat eſſe dies, quando unus non ſufficiat omnibus. Delibabimus ex pluribus pauca: neque pluribus opus eſt apud credulum mundum, cujus nullus eſt angulus non aliquot domeſticis ejus prodigiis præoccupatus.

puer in profundum puteum lapſus,

534 Dum in veteri noſtro monaſterio Limenſi ipsâ S. Nicolai feſtivitate verba ad populum faceret Pater Ludovicus Alvarez, vir planè apoſtolicus, fortè ibi ludens puer octo annos natus, Didacus Limenſis dictus, in cœnobii puteum lapſus eſt profundiſſimum & anguſtum. Labentem alius puer animadvertens, exclamat: Sancte paniculorum ſuccurre. Rumor interim ad eccleſiam uſque excurrit, & cùm nomen lapſi non exprimeretur, perculit ſupra modum, quotquot meminerant, ſe puellos habere, atque ad puteum certatim accurrunt. Vox autem ex imo puteo audiebatur: Eripite me;

B nam ſanus & illæſus ſum.

incolumis extrahitur:

535 Dimittunt ergo ſitulam, in quam cùm puerulus ſe injeciſſet, extractus non modò integer apparuit, ſed & ſiccus. Utriuſque cauſam rogatus, reſpondit: Auguſtinianus quidam ſtellis undique rutilans me cadentem, ne quid nocumenti acciperem, manibus portavit, & Domina quædam formoſiſſima poſtea detinuit, ne aquas contingerem. Ut ipſa beatiſſima Virgo in ſolemnitate S. Nicolai, dum hoc miraculum patraret, obſequium aliquod præſtare voluiſſe videatur. Puteus autem exinde SANCTUS dictus eſt, præſtititque aquas multis infirmitatibus ſalubres.

idem puteus, urgente aquæ penuriâ,

536 Aliud in eodem puteo accidit miraculum tribus annis poſtquam Auguſtinianis in novum monaſterium tranſlatis (*quod anno* 1573, *cùm vetus ab anno* 1551 *incoluiſſent, factum fuiſſe, lib. 6 cap.* 2, *& lib.* 12 *cap.* 7 *dicitur*) ſucceſſerant Religioſæ S. Bernardi, quarum fundatrix & abbatiſſa erat Lucretia de Sanſoles, noſtra, antequam Religionem capeſſeret, non minima benefactrix & cultûs S. Nicolai ſtudioſiſſima. Vehemens diuturnaque ſiccitas fontes ac

C puteos civitatis Limenſis omnes arefecerat, etiam hunc, quem SANCTUM appellatum fuiſſe diximus, ut cogerentur Religioſæ magnis incommodis ex fluvio plurimùm diſtante neceſſariam ſibi aquam petere. His moleſtiis fatigatæ, in honorem S. Nicolai proceſſionem inſtituunt, quam nondum abſolverant, quando famulæ monaſterii accurrunt, nuntiantes putei, quem ſuprà notavimus fuiſſe profundiſſimum, aquam effluere.

prodigiosè undas effundit.

537 Rei novitas, aquæque neceſſitas totam ad ſpectandum civitatem exciverat; ut timeretur, multitudinem, duabus illis cauſis excitatam, monaſterii clauſtra perrupturam. Prodigii rumore & populi ſtudio ad archiepiſcopum Hieronymum de Loayſa delatis, ipſe ſubitò adveniens, multitudinis ardorem contemplatus, conceſſit, ut laxatis foribus omnes admitterentur, eo obtentu quaſi aquam miraculoſam pro ſe quiſque hauſturi. Intrârunt omnis generis ſtatuſque plurimi, eccleſiaſtici, nobiles, viri, mulieres, ſenes, juveneſque, ipſe etiam prorex Franciſcus de Toledo; omnes non tantùm miraculi magnitudine attoniti, verùm etiam aquæ opportunitate læti, quam factis canalibus in plateas derivârunt, ut & ſua monaſterio clauſura conſtaret, & ſuppeteret ex hac ſcaturigine ſacra civium neceſſitatibus; quam plurimis infirmitatibus tamquam medicam adhibuerunt, & fuiſſe ſunt experti. AUCTORE C. S.

Sanctus apparens matronam febri liberat;

538 Febribus deſperatè laborabat Nicolaa Rodriguez, nobilis viri Petri de Salaçar uxor, cui hæreditaria erat erga S. Nicolaum devotio; ex ea ſiquidem parentes eam illo nomine vocari voluerant. Hæc ergo in tanta adflictione maximè devotionis fervorem explicat, factiſque votis, Sancti patrocinium promereri ſtudet. Ille, nec ſurdus nec immitis, per cervical ab ægrotante tranſire in habitu Auguſtiniano viſus, juſſit eam eſſe ſecuram, cui hæc infirmitas mortalis non eſſet. Quo viſo, mox ſpiritum reſumpſit & paulò pòſt ſanitatem.

eamdem alias modum curandi morbi ſui edocet.

539 Aliàs eamdem Nicolaam malum invaſit, ingens quidem, ſed quod omnis medicorum cohors ignorabat: quod dum fortuitis remediis expellere conati ſunt, exacerbatius reddiderunt, & tandem deſperatum. Hìc illa notum ſibi inter cœlites Medicum inclamare aggreſſa, eumdem iterum propitium experta eſt. Nam tranſiens ante lectum decumbentis Nicolaus, Infirmitas, inquit, tua deliquii genus eſt, & ut tale curandum. Quod dum faciunt medici, brevì reddidêre ſanitatem. E

Duo pueri per Sancti invocationem

540 Nobilis mulier N. multos annos impatienter prolem expetiverat: illi filius naſcitur; ſed denaſcitur iterum poſt paucos menſes. Eum tamen mater ſepeliri vetuit, ſeu exceſſu amoris, ſeu excellenti in Cælites fiduciâ. Corpuſculum ergo ſindone involutum ad eccleſiam defert, & ſuper altare S. Nicolai reclinat, ipſa lacrymis precibuſque à mane uſque ad horam poſt meridiem quintam illius Sancti patrocinium importunè ſollicitans. Tunc oculos puerulus aperuit, arridenſque matri, teſtis fuit irrefragabilis veræ reſuſcitationis.

vitæ redditi:

541 Simile Mauro cuidam accidiſſe ferunt, qui filiolum, ut ipſe teſtatus eſt, mortuum in eodem altari depoſuerat. Hunc ſacerdos ibidem celebraturus amoveri volebat; pater autem, ne amoveretur, plangendo rogandoque inſtabat, atque etiam obtinuit ſimul, ut Sacrum in honorem S. Nicolai celebraretur: quod nondum erat abſolutum, cùm puer vivere viſus eſt. F

nobilis à febri convaleſcit.

542 Anno MDCXXIV Henricus de Caſtrillo, Ordinis S. Jacobi eques & equitum præfectus, occidit illum, qui ſibi mendacii injuriam irrogaverat, & aſylum in collegio noſtro S. Ildefonſi quæſivit; ſed quem ibi invaſerunt febres periculoſiſſimæ. Uxor ejus Jacoba Loboguerrero, viri periculo conſternata, religioſo voto ad S. Nicolaum recurrit, promittens, cerâ pondus ſtaturæ illius ſe, ſi convaleſceret maritus, exæquaturam. Factumque, ut non tantùm ſanitati reſtitueretur, ſed & libertati, quam ei dedit prorex marchio de Gualdacaçar, ut Jacobo Termin piratæ, qui cum undecim majoribus navibus portui Callaoano illapſus erat, occurreret. Uxor deſiderii compos facta, etiam ſe mox voti debito ſolvit. Callao, *cujus hìc mentio fit, portus erat urbis Limanæ, duobus milliaribus ab ea diſſitus: verùm is iiſdem terræ motibus, de quibus num.* 533 *meminimus, ſeu maris inde horrendum in modum intumeſcentis fluctibus, triſti ſanè & apud poſteros non ſine horrore memoranda ſorte vaſtatus eſt. Ad Brulium redeamus.*

AUCTORE C. S.

Miraculum in panibus benedicendis factum :

543 Miraculorum per paniculos, in honorem S. Nicolai benedictos, factorum velle inire numerum, idem ſit, ac arenam maris velle computare. Multos annos in ædibus ſuis pinſuerat paniculos, fidelibus diſtribui ſolitos, Anna de Eſcarcena, mulier, ſi quæ alia, S. Nicolai ſtudioſiſſima. Factum autem fuit, ut cùm humana inconſideratione, quæ vigilantiſſimis ſæpe obrepit, paniculi in furno die quâdam illi Divo ſacrâ negligerentur, torrerentur omnes, nigreſcerentque inſtar carbonum extinctorum, quos proinde illa tamquam inutiles in angulum aliquem officinæ conjecit, triſtis & de S. Nicolao querula. Mittunt ſacriſtæ, qui paniculos coctos ad ſe deferant; ſed Anna non remiſit, niſi querelas, & uſtorum infortunium. Sed, quia plurimùm deſiderabantur, adeſt mox ad ædes ejus par Religioſorum, integriores ſelecturorum. Illa horum diffidentiam non ſatis æquè ferens, Intrate, inquit, & ipſimet projectorum inutilitatem inſpicite. Intrantes verò, candidiſſimos omnes pulcherrimoſque invenerunt, miraculo commutatos, ingenti Annæ, famularumque rei conſciarum ſtupore.

B *diſſectus & erutus puellæ oculus,*

544 Si in domum nobilis virtuoſæque fœminæ, Mariæ de la Torre ingrediamur, ipſiſſimam ingrediemur miraculorum officinam. Anno MDCXXIII ludens cum coæva ſibi Elvira de la Serna formoſiſſima puellus ſex annorum, cultro oculum alterius medium diſſecuit, & ſimul integrum penè Mariæ, apud quam orphana Elvira educabatur, cor, dum propendentem extra orbiculum contuetur oculum. Illa anxia, inopſque conſilii, ſubitò paniculum molere, S. Nicolai interim patrocinium identidem implorare, oculum in orbiculum remittere, ſuper cum molitum paniculum colligare, & in ſtratum reclinare, ſi poſſet, quieturam; dum aliquis interea chirurgus advocaretur.

impoſito pane benedicto, ſanatus :

545 Quievit non tantùm puellula, ſed placidè dormivit duas horas; poſt quas non priùs à ſomno exſtitit libera, quàm vulnere; permanente tamen non tam vulneris cicatrice, quàm quodam quaſi veſtigio, in modum lineæ criſtallinæ, rectà à ſupremo ad infimum oculi projectæ; quæ ita miraculi memoriam omnibus inſpicientibus refricaret, ut nullum viſionis præſtaret impedimentum, ſed adderet inſuper pulchritudini ornamentum. Rogata aliquando à Patre magiſtro Antonio de la Calancha, numquid diſcurrens per oculum linea viſum offuſcaret; Tantum, inquit, iſtud abeſt, ut etiam adferat claritatem: experta ſiquidem aſſevero, clariùs me ſanato, quàm intacto oculo quælibet contueri.

C

ſervus febribus,

546 Anno MDCXXV ad mortis veſtibulum febres deduxerant ſervulum (*Hiſpanicè* negrito *legi monet, quod* parvum Maurum *interpreteris*) dictæ Mariæ de la Torre. Periculi admonita, cùm pridie feſti S. Nicolai paniculos pinſeret, hortata ægrum eſt, ut fiduciâ patrocinii S. Nicolai conceptâ, paniculum, licèt nondum benedictum ſumeret; hanc benedictionis præventionem in ſubitis caſibus miraculoſæ operationi non obfuturam. Sumpſit, & poſt puſillum, Hera, ait, dereliquerunt me febres; quæ deinceps numquam redierunt.

famula eodem morbo & ſanguinis excreatione, liberati;

547 Anno ſequenti paulò ante S. Nicolai ſolemnitatem non minus mortis periculum adibat alia dictæ Mariæ ſerva, cui illa non parùm adficiebatur. Hæc præter febris malum magnos ſanguinis coagulati bolos frequèns evomebat. Maria opis à S. Nicolao ferendæ, quam toties fuerat experta, quaſi ſecura, etiam minari Sancto auſa eſt, non pinſendos in poſterum in ſuis ædibus panes, niſi famulæ redderet ſanitatem; & diſtulit aliquot dies operam ſuam, expectavitque ſervæ curationem fruſtra. Tum temeritatem ſuam accuſans, imminente jam feſto, ſolitum opus exequi & paniculos pinſere cœpit Maria, & ſimul ſervam, ſed humiliùs, S. Nicolao commendavit; atque eo ipſo die non febres modò, ſed omnis ſanguinis eructatio deſierunt. D

puella nobilis

548 Anno MDCXXXI medicorum judicio deſperata erat ſalus Annæ-Mariæ de Urdanivia, Mariæ de la Torre filiæ; quod periculum cùm advertiſſet Ignatius de Urdanivia, Annæ frater, & ipſe pœoniæ artis peritiſſimus

....Poſtquam mortalia cernit
Tentamenta nihil, nihil artes poſſe medentûm;
Auxilium cæleſte rogat,

Idque per S. Nicolai, cujus imaginem in cubiculo ſuſpenſam videbat, patrocinia, formâ uſus precandi, quam non niſi plenus fiduciâ animus commendare poteſt. Niſi, ajebat, integram, Divorum glorioſiſſime, valetudinem ſorori reſtituas, nullæ in poſterum in his ædibus manus paniculos pinſent, nullus furnus coquet. E

à gravi morbo convaleſcit :

549 Vix tam breviter oraverat, cùm mox ingens eum per integrum corpus ſtupor, anxietaſque invaſit, ſteterunt in altum erecti capilli; locum fugiendo mutare, etiamſi conaretur, non potuit: viſuſque ſibi eſt ſentire tergo ſuo inſtantem perſonam plurimùm adflictam. Atque illo ipſo temporis momento meliùs ſe ſoror habere cœpit, intraque pauculos dies ſurrexit integrè ſana. Verùm quia in iiſdem ædibus etiam F. Franciſci Solano Limæ id temporis miraculis clari depicta erat & culta imago, incerti, utri hanc præter naturæ modum curationem tribuerent, jactis ſortibus, quæ tertiò S. Nicolai nomen reddiderunt, huic ſe parti credulitate & devotione addiderunt, more nec inuſitato, nec ſuperſtitioſo. *Pro harum ſortium uſu laudatur hîc in margine* S. P. Auguſtinus lib. 1 de Doctrina Chriſtiana, cap. 28, & in Epiſtola 180 ad Honoratum. S. Thomas 2 2. q. 95, art. 8: *verùm hujus loci non eſt de his agere, ideoque ad cetera progredior.* F

incendium exſtinguitur :

550 Sæviebat Limæ in platea S. Crucis incendium, & jam ad ædes quaſdam, ad Mariam de la Torre ſpectantes, vorando volandoque pervaſerat: illa famulum properè miſit, qui paniculum in furentes flammas immitteret; quas injectus ipſo momento extinxit, undâ omni, quam inutilem cives experti fuerant, in ignem potentior. Plura in ejuſdem matronæ ædibus ac familia facta miracula refert P. Antonius de la Calancha.

hernia ſubitò curata :

551 Cùm Patrem magiſtrum Alphonſum Pacheco viſitâſſet Joannes de Canſeco medicinæ doctor, exque eo intellexiſſet egregium prorſus in ſe per S. Nicolaum factum miraculum, quod referetur, dum vitam ejus deſcribam, ab eo deflexit ad Ferdinandum Niño, ætate gravem, & quem herniæ malum, frigidaque & extra ventrem proſtantia plurimùm inteſtina, morti proximum conſtituerant; narravitque, quod ex Patre magiſtro Alphonſo Pacheco audierat miraculum: cujus narratione excitatus, paniculum malo extremo applicuit; & dictu mirum, eo ipſo

A ipſo tempore retracta ſunt in ventrem inteſtina, nullo herniæ veſtigio, niſi quæ miraculum teſtaretur linea, relicto.

nobilis mulier graviter decumbens, mancipium febri hectica,

552 Nec minùs in domo Leonoræ, nobilitate æquè ac virtute inſignis fœminæ, quæ Joanni de Mendieta nupſit, cultus fuit aut benevolus S. Nicolaus de Tolentino. Extra ſpem ſalutis laborabat Joanna Leonoræ filia; ſed applicatione panis integram ſanitatem eſt conſecuta. Ejuſdem Leonoræ filius, Gonſalvus ſacerdos, mancipium habebat hecticâ febri irremediabili properans ad mortem: cujus miſerens Gonſalvus, illud duxit ad S. Nicolai altare, oblatoque pro eo incruento Sacrificio, reduxit pleniſſimè ſanum.

ſerva paralyſi laborans, ſanitate donatur.

553 Leonoræ ſerva paralyſis genere conflictabatur, omnis medicinæ regulis mortali, & jam non aliud, quàm ſupremus anhelitus expectabatur, quem applicatus paniculus prolongavit, redditâ inſtantaneè ſaluţe. Ad bruta etiam animalia horum paniculorum virtus ſe extendit: nam fractam mulæ, hero ſuo utilis & charæ, tibiam ſolidaverunt.

B

§ XXXIV. Miracula Potoſii, Valverdæ, Zañæ & Guanuci in regno Peruano obtenta.

In urbe Potoſienſi infans

IN ejuſdem Peruviæ Auſtrali parte, in regione, quam Hiſpani de los Charcas *dicunt, ad Potoſii montis, argenti fodinis ditiſſimi radices, cognominis urbs Potoſium ab Hiſpanis condita viſitur, in qua, teſte laudato Brulio lib. 16, cap. 4, Patres Auguſtiniani primùm duas paræcias, S. Barbaræ ſcilicet ac S. Bernardi adminiſtrârunt, ac deinde anno 1584 oblatum ab incolis monaſterium adierunt. Porrò miracula aliquot per ſanctum Thaumaturgum noſtrum hac in urbe patrata, idem Brulius cap. 5 his verbis exponit.* Erat hîc aër infantibus Hiſpanis tam infauſtus & inſalubris, ut aut nondum aut vix natos mox extingueret, certâ ferè horum condemnatione, & ineluctabili parentum, omniumque verè Catholicorum luctu. Obſervabatur, non ſupereſſe quempiam ultra decimum quintum diem: quapropter matres de utraque, animæ ſcilicet corporiſque, ſuarum prolium ſalute ſollicitæ, ad vicinas valles parituræ ſecedebant, non antè prolem reducentes, quàm primum ætatis annum exceſſiſſet, nec iſtâ ſatis ætate tutam contra aëris injuriam.

C

ab infeſto ceteris omnibus pueris aëre

555 Utroque malo infortunatiſſimus fuit Franciſcus Flores, vivens etiamnum anno MDCXXXIII, & audientiæ Limenſis ſecretarius. Huic enim aut viva proles non naſcebatur, aut relata è vallibus moriebatur. Erat ille jam pridem cultui S. Nicolai addictus, atque ex mali magnitudine fiduciam augens, ſtatuit non ultrà permittere, ut uxor ad valles paritura Potoſiâ exiret, ſed offerre prolem S. Nicolao, & ſuum illi nomen imponere. Quod factum cùm non temeritatis modò, ſed crudelitatis ab omnibus notis accuſaretur, reſpondit, in ſola ſe de S. Nicolai ope fiducia ſecurum vivere.

per Sancti opem incolumis ſervatur;

556 Naſcitur ei filius pridie Nativitatis Dominicæ anno MDXCVIII; vocatur Nicolaus, quem non tantùm contra aëris iniquitatem S. Nicolaus ſervavit; ſed plures ab eo infirmitates manifeſto miraculo diſpulit. Fuit hic primus, qui quinquaginta trium annorum ſpatio potuit ex Hiſpanorum filiis in vivis conſervari. Supervixit autem multis poſtea annis, atque in univerſitate Limenſi lauream doctoralem accepit, appellatus Doctor Nicolaus Flores, factus etiam capituli Rector. Novitate miraculi etiam cæteri fiduciâ de S. Nicolai auxilio importunum ſuarum uxorum exilium votis S. Nicolao nuncupatis redimere auſi ſunt; quare quotquot iſtis temporibus naſcebantur, Nicolai nomine appellabantur. AUCTORE C. S.

ejuſdem hernia ſubitò curatur;

557 Idem Nicolaus adhuc puer utrimque rumpebatur, defluxerantque inteſtina, clauſo & indurato rupturæ orificio, ut nullâ medicâ manu aut fomentis poſſet reduci, certo mortis periculo. Sanctum ergo Nicolaum collati priùs beneficii admonent, rogantque, ne perire permittat ſolitario malo, quem contra communem omnibus infantibus calamitatem ſummo miraculo defenderat. Et fuit ad preces auritus S. Nicolaus, momentaneam illi ſanitatem impetrando.

E

incendia per panem benedictum extincta.

558 In eadem urbe paniculus in honorem S. Nicolai benedictus, injectus tribus diverſis vicibus lociſque in furentes incendio flammas, toties ignem extinxit. Varias infirmitates, maximéque febres, toties curavit, ut numerus iniri nequeat. *Potoſio Valverdam, alteram Peruani regni civitatem, cum Brulio adeamus.*

Valverdæ matrona à graviſſimo morbo

559 *Loci ſitum lib. 16, cap. 6 tradit in hunc modum:* Valverda civitas, quam vetere gentis vocabulo ICAM à valle, in qua ſita eſt, vulgò nominant, quinquaginta leucis quàm Lima eſt Meridionalior, in decimo quarto latitudinis Meridionalis gradu, habetque longitudinem uno circitèr gradu Limâ majorem. *Deinde cap. 8 ejuſdem libri ad propoſitum noſtrum ſcribit ſequentia:* Altera in monaſterio Valverdenſi ſtatua (*præcedenti capite de S. Auguſtini effigie egerat*) fuit S. Nicolai Tolentinatis, non infructuosè culta. Prima cæleſte ejus beneficium experta eſt Anna del Caſtillo, Didaci de Morales conjux. Hæc malo, de cujus curatione medici deſperabant, adflicta, ad ejus, cui in elementa omnia, omneſque prorſus morbos amplum à Deo imperium tributum ſciebat, S. Nicolai ſcilicet Tolentinatis auxilium, forti prece & uberibus lacrymis confugit, impetravitque ipſo momento ſanitatem.

F

ejuſdemque filia

560 Hæc Archiatro ſuo non ingrata, annuo cenſu, cui in præcipuis ſuis bonis hypothecam conſtituit, ſacellum ejus, ne umquam ornamenta deficerent, ditavit; crediditque poſtea eum ſe habere velut hoc ſtipendio conductum, tantâ ejus opem fiduciâ in quacumque neceſſitate imploravit. Hujus fiduciæ magnitudinem, conſtantiamque oſtendit prorſus ſingularem, dum filiam ſuam vidit morti proximam, morbum verò humanum conſilium ſuperare. S. Nicolaum interpellat, non exauditur; reiterantur ſæpe ad eumdem preces; obturatas putâſſes Sancti tam velocis aliàs auditûs aures. Ita ſciebat S. Nicolaus, Præceptorem ſuum Chriſtum ſupplicantium nonnumquam preces aut neglexiſſe, aut fuiſſe cum conviciis (*paulò duriora, licèt juſta, ad mulierem Chananæam verba intelligit*) averſatum, ut fidem eorum patientiamque redderet illuſtriorem, vel ut beneficium conferret cumulatiùs; certè ut omnes perſeverandi in precibus doceret exemplum.

jam moribunda convaleſcunt

561 Aderant agonizanti filiæ Auguſtiniani, neque

AUCTORE C. S.

neque aliud expectabatur, quàm ut supremum spiritum morbi violentia protruderet. Nec hìc desperavit mater; sed ab aliis tantisper secreta, Mi Sancte, dixit, Sancte glorioſe, cujus precibus assa aliquando & concisa perdix vitam alasque resumpsit, & evolavit, redde sanitatem adhucdum, quamquam languidè, spiranti. Recurrit ab oratione ad filiam anxia, & reperit sine moriendi periculo quietam: oravit rursus, & integram intra paucos dies obtinuit sanitatem. In beneficii accepti memoriam multo tempore filia habitu S. Nicolai induta incessit.

puer mortuus creditus, miraculosè sanatus:

562 Ista miraculorum in ædibus Annæ del Castillo continuatione credere populus incepit, illas hospitale quoddam esse, cui S. Nicolai auxilium, si non obnoxium, certè usitatum esset. Quapropter ad illas pater filium moribundum detulit, quem cùm ulnis suis Anna, quàm poterat molliſſimè, exciperet, extenso corpore, jactatoque capite, ac postea languidè reclinato, vitam finiisse ab utroque credebatur. Anna verò etiam post vitam potestatem S. Nicolai extendi, planè confidens, bono esse animo patrem jussit, atque in conventu Augustinianorum sancto Thaumaturgo filiolum constanti fiduciâ offerre. Habuit obsequentem in re desperata patrem, qui mortuum, uti rebatur, filiolum altari S. Nicolai imposuit; oravit, ne se solum inter tot cultores miserum esse pateretur, ac cum repulsa rejiceret. Inter quas preces agitare se puer cœpit, & plenè vivere; ut omnes non sanatum puellulum, sed resuscitatum indubitato miraculo acclamarent. Idem multos postea annos supervixit, præco miraculosæ suæ vitæ.

B

ejusdem matronæ nepos sanitatem mirabiliter obtinet.

563 Et hæreditariâ quâdam successione ad posteros Annæ del Castillo S. Nicolai patrocinium transmitti videbatur: ejus siquidem nepos ob reverentiam illius, quem plurimùm venerabantur, nomine Nicolaus, annos natus septem gravi infirmitate ita obruebatur, ut tertio die periculo mortis, amissâ loquelâ, urgeretur. Parentes ejus consanguineique oratione ad solitum in familia medicum S. Nicolaum confugerunt: vix orationem absolverant, cùm puer in hæc verba prorupit: Succurre mihi, S. Nicolae. Ex quo tempore ita in melius fuit mutatus, ut intra pauciſſimos dies robustissima sanitate frueretur.

C

Fluvius transeuntibus cum Sancti statua

564 Tot beneficiis provocati Didacus de Morales & Anna del Castillo statuam S. Nicolai Pisci sculpi curârunt artificioſiſſimè; sed nec ea sine evidenti miraculo Valverdam allata fuit. Eam, dum deferretur, comitabantur Pater Joannes Serrano, Didacus de Morales, & honoris causâ non infrequens societas. Turgebat insolitâ aquarum accessione Mamacona fluvius, rapiebaturque majori impetu, quàm ut usitata vada mulioni tuta viderentur: quapropter statuam aut comites transmittere pervicaciter detrectabat. Illi fiduciâ Sancti, cujus statuam ferebant, audaciores, obluctante mulione, illam mulo, qui inter cæteros fortissimus videbatur, imponunt, adiguntque ad transvadandum. Vix ungulis supremam aquam contigerat, cùm tanta velocitate contra naturam in sui fluxûs originem retrocessit, ut vix pedum extrema mulus iste sequentesque transeundo humectarent.

transitum mirabiliter prabet.

565 Ut verò in adversam ripam evaserant, subito quodam sonitu consternati, vident duplicato impetu Mamaconam aquas, quas superiore imperio reduxerat, in declivia profunde-

re; reputaveruntque, se nihil impotentius aut minùs sacratum, quàm Arcam, quæ Jordanem retrorsum convertit, deducere, quotidie ad S. Nicolai venerationem ardentiores. *Piscum, de quo suprà facta mentio est, oppidum fuit ejusdem regni Peruani, audientiæ, ut loquuntur, Limanæ, in ipso maris littore conditum; verùm hoc anno 1682 concusso elatoque per terræ motum mari deletum est, atque ita factum, ut Hispani alterum ejusdem nominis oppidum, paulò longiùs à mari & ab ejusdem furiis tutum construxerint, teste M. Bruzen la Martiniere in novo Lexico geographico Gallicè edito, in quo etiam duodecim milliaribus Valverdâ dissitum dicitur, ad vocem Valverde.* D

Zañæ etiam miraculis clarére dicitur:

566 *Zañam etiam, aliud Peruani regni oppidum, quod aliàs* S. Jacobi de Miraflores *dictum, nec amplius quàm sex & medium latitudinis Australis habere ait, plurimis* S. Nicolai *miraculis illustratum scribit ejusdem libri cap.* XI; *verùm ea non nisi summatim memorat.* Huc coloniam, *inquit*, Augustiniani deduxerunt anno MDLXXXIV... A provincia verò anno MDLXXXVII admissam coloniam primus Prior rexit Pater Joannes Baptista N., qui aliique ejus sequaces non alium magis fautorem experti sunt, quàm S. Nicolaum de Tolentino, qui ab exordio tam frequentibus ibi miraculis celebrari cœpit, ut non magna difficultate ex oblationibus ac eleëmosynis, quas undique copiosè fideles adferebant, exiguo temporis spatio Augustiniani pulcerrimam ecclesiam monasteriumque perfecerint. Major est ibi miraculorum per S. Nicolai intercessionem patratorum numerus, quàm ut eorum ratio habeatur. Claudorum, cæcorum aliisque malis desperatorum, ibi liberatorum ingens est catalogus; sed multo major puerperarum. Quare fraternitas ibi instituta est, quâ nulla est celebrior, magnificentiorve. E

in oppido Guanucensi moribundus

567 *Denique lib.* 17, *cap.* 3 *duo præterea miracula Guanuci, quod Peruviæ pariter in Limensi audientia oppidum est, ejusdem Sancti patrocinio impetrata tradit his verbis:* Miraculum jam haberetur, aliquem esse locum nullo S. Nicolai Tolentinatis miraculo illustrem. Numerant certè Guanucenses ab ipso Augustinianorum adventu (*id est ab anno* 1584, *ut cap.* 2 *præmiserat*) plurima: duo autem in monumentis Peruviæ, quæ habere potui, narrata inveni, recenti memoriâ facta. Anno MDCXXX Joannes de Vega, curio xenodochii & vicarius Guanucensis civitatis, desperatâ ad vitæ terminum infirmitate trahebatur, munieratque se ad transitum Ecclesiæ Sacramentis, isti tempori opportunis. F

subita incolumitate donatus:

568 Ideo tamen ipse nondum spem omnem abjecerat, quòd magni thaumaturgi S. Nicolai de Tolentino recordaretur. Hunc ergo in patrocinium invocavit, petivitque ab ascetarcha, ut imaginem ad ædes suas deferri sineret. Obtinuit; & frequentissimo comitatu, ac plurimis tædis musicisque instrumentis deferri curavit. Præsentem veneratus, mox cælici hujus Archiatri opem sensit, sanus factus validusque, antequam imago ex ædibus ad monasterium referretur. Ille in gratitudinis testimonium auream S. Nicolao catenam ac ornamentum sumptuosissimum obtulit, ditans ejus sacellum quadringentis annuè pesis, & ibidem deligens suæ sepulturæ locum.

569 Istud magnum fuit & privatum; quod sequitur, maximum publicumque, ac simile prorsus

A *ibidem pluvia impetrata, & peſtilens morbus depulſus.*

ſus iſti, quod in Potoſia de S. P. Auguſtino deſcripſimus (*lib.* 16, *cap.* 4, *num.* 11.) Parem Guanuci calamitatem anni integri ſiccitas invexerat; mortiferis puſtulis paſſim clades graſſabatur; ſuperabat humana omnia media mali magnitudo: recurritur ad Cælites, & communi civium conſilio ſchedæ ampliùs centum inſcribuntur nominibus Sanctorum, quos frequentiùs hominum neceſſitatibus opitulari, experientia docuiſſet; ex quibus quæ primò fuit extracta, S. Nicolai Tolentinatis nomen continebat. Inſtituitur in ejus honorem eodem veſpere proceſſio, comitante non exiguo flagellantium numero; quam nondum finierant, cùm accelerare reliquum viæ pluviæ cadentis abundantia juſſit, deſiitque illâ ipsâ hebdomade tota puſtularum per civitatem infirmitas. *Huc uſque Brulius. Porrò priuſquam miraculorum relationi finem impono, lubens denuò fateor, non dubitare me, quin plura hujus Sancti verè Thaumaturgi per univerſum terrarum orbem exſtent miracula; ſed quæ omnia colligere nec neceſſarium mihi viſum, nec in promptu fuit.* AUCTORE C. S.

DIES UNDECIMA SEPTEMBRIS

SANCTI, QUI III IDUS SEPTEMBRIS COLUNTUR.

B
- S. Anctus Prothus, S. Hyacinthus } Martyres Romæ.
- S. Felix M., S. Regula V. M. & fortè, S. Exſuperantius M. } Tiguri in Helvetia.
- S. Matthæus M., S. Guſmæus M. } Grabedonæ ad lacum Larium.
- S. Diodorus M., S. Diomedes M., S. Didymus M. } Laodiceæ in Syria.
- S. Syrus M., S. Serapion M. } Alexandriæ.
- S. Ingenuus M., S. Hippolytus M. } in Portu Romano.

C
- S. Marcellus epiſc. Mart. in territorio Anicienſi Galliæ.
- S. Paphnutius epiſc. conf. in Ægypto.
- S. Theodora Alexandrina in Ægypto.
- S. Patiens epiſc. conf. Lugduni in Gallia.
- S. Ämilianus epiſc. conf. Vercellis in Italia. E
- S. Almirus presbyter & abbas, prope vicum Grez in provincia Cenomanenſi.
- S. Alneus aut Alveus, presbyter & abbas, in provincia Cenomanenſi.
- S. Adelphius abbas Romaricenſis, Luxovii in comitatu Burgundiæ.
- S. Bodo aut Leudinus Bodo, epiſc. conf. Tulli Leucorum in Lotharingia.
- S. Elias, cognomento Spelæotes, abbas in Calabria ulteriori. F
- B. Merbodus aut Marbedo presbyter mart., in pago Alberſchwende prope Brigantiam in Germania.
- S. Sperandea Virgo abbatiſſa, Cinguli in Piceno.

PRÆTERMISSI ET IN ALIOS DIES RELATI.

Anctus Vincentius *abbas & martyr Legione in Hiſpania hodie annuntiatur in Martyrologio Romano. At hic eſt dies tranſlationis. Hinc de* S. Vincentio, *& unà de SS. Ramiro Priore &* XII *monachis jam actum eſt apud nos ad* XI Martii.

S. Vinciana *virgo hodie annuntiatur in variis Faſtis maximè Belgicis, Gandavi in Flandria, ubi etiam colitur; ſed de ea jam actum eſt unà cum S. Landoaldo fratre ipſius & aliis ad* XIX Martii.

S. Secundi *epiſcopi Abulenſis tranſlatio hac die contigit, ut dictum eſt in* S. Secundo *ad diem* 2 Maii.

S. Petri

A S. Petri *Tarentaſienſis archiepiſcopi tranſlatio eſt in Ms. Florario Sanctorum & apud Ferrarium in Catalogo generali. Vita data eſt ad* VIII Maii.

S. Ubaldus *epiſcopus Eugubinus memoratur apud Ferrarium in Catalogo generali. Acta data ſunt* XVI Maii.

S. Baſilla *M. hodie memoratur poſt SS. Protum & Hyacinthum in aliquot codicibus Martyrologii Hieronymiani: at id ex errore factum videtur, quia laudati Sancti* in cœmeterio Baſillæ *leguntur ſepulti. Quare videri poſſunt dicta de* S. Baſilla *ad* XX Maii & XXI Junii.

S. Baterus *abbas annuntiatur hodie in Martyrologio Anglicano, & ex eo tranſit in Catalogum generalem Ferrarii. Wion in Ligno vitæ tom.* 2 *pag.* 411 Batherium *vocat, &* S. Columbæ abbatis *diſcipulum, recenſetque* Batherium *inter eos Sanctos, quorum dies ignoratur. Ignorari diem etiam indicatur in Martyrologio Anglicano per additum in margine hoc ſignum* *. *Quare credimus eumdem eſſe cum* S. Baitheneo *abbate, item S. Columbæ diſcipulo: nam & hic in quodam Ms.* B *catalogo hodie ponitur. De eo egimus ad* IX Junii.

S. Ia *martyr, de qua heri ex Menologio, hodie recurrit in Menæis. Verùm non credimus hanc diſtinctam à* S. Ia, *de qua actum eſt ad* IV Auguſti.

SS. Felix & Donatus *hodie in Apulia annuntiantur in pleriſque apographis Hieronymianis; ſed in Corbeienſi apographo additur* Julii, *mendosè, opinor, quia de eo in aliis nulla fit mentio: atque ita mendosè in Epternacenſi pro* Donati *legitur* Donatæ. *Ab Hieronymianis* Felix & Donatus *tranſlati ſunt ad Appendicem Adonis apud Roſweydum, & in additiones Mss. Bruxellenſes ad Grevenum. Verùm prætermiſſi ſunt ab omnibus medii ævi & à neotericis quoque martyrologis, ſaltem hac die. Quin & rectè hodie omiſſos exiſtimo, quia veriſimiliter iidem ſunt cum duobus ex duodecim fratribus martyribus, de quibus egi ad* 1 *Septembris. Certè nomina eorum congruunt & locus: nam duo ex fratribus* Donatus & Felix *paſſi ſunt* in Apulia *poſt alios decem, jam antè aliis locis in*C *terfectos. Iidem quidem in vetuſtiſſimo Antverpienſi ſeu Epternacenſi iiſdem ferè verbis annuntiantur ad Kalendas Septembris, quibus leguntur paſſi; ſed cùm illo die omittantur in aliis codicibus, cúmque Sancti non rarò repetantur in dictis apographis; duos laudatos Martyres non diſtinguendos à duobus prioribus ex dictis duodecim fratribus, vehementer ſuſpicor. Adi igitur, ſtudioſe lector, Acta Duodecim fratrum, data ad* 1 Sep.

S. Queranus *abbas hodie annuntiatur apud Camerarium. De eo cum Martyrologio Romano actum eſt ad* IX Septembris.

S. Poſſidonia *martyr, cujus feſtivitas, ſive tranſlatio celebratur Dominicâ ſecundâ Septembris, requieſcit in eccleſia archipresbyterali S. Silveſtri in oppido aut vico Fanano ditionis Mutinenſis, ut narrat Ludovicus Vedriani in Sanctis & Beatis territorii Mutinenſis. Verùm cùm corpus dicatur acceptum* ex cœmeterio S. Priſcillæ, *exiſtimamus Sanctam eſſe ignotam, cui nomen* Poſſidonia *fuerit impoſitum.*

Gentiana *virgo, nobis hactenus ignota, in Florario Sanctorum Ms. hodie annuntiatur ſine* D *ullis adjunctis. Fortè pro* Vinciana, *de qua ſuprà egi, ſcriptum fuerit* Gentiana.

Wilbertus, Willibertus *aut* Weribertus, *archiepiſcopus Colonienſis hoc die obiiſſe legitur, & in Martyrologiis aliquot neotericis memoratur. Grevenus de eo ſic habet:* Item, bonæ memoriæ, Wilberti epiſcopi Agrippinenſis Coloniæ & confeſſoris. *Titulus* bonæ memoriæ *nequaquam inſinuat cultum eccleſiaſticum, multúmque differt à titulo* Beati. *In Martyrologio Germanico Caniſii vocatur* beatæ memoriæ. *Ferrarius, laudans iſtud Martyrologium & Petrum Cratepolium, liberaliter* Wilebertum *ut* Sanctum *annuntiat. Cratepolius revera elogium* Williberti *pag.* 30 *ſic orditur:* Sanctus Willibertus: *ſed nulla dat ſigna cultus eccleſiaſtici. Quare necdum hinc concludere poſſum, (quod aſſeri video apud Labbeum tom.* 9 *Conciliorum col.* 257, *& in Gallia Chriſtiana recuſa tom.* 3 *col.* 643) Willibertum *recenſeri* in Sanctotum Catalogis paſſim. *Certè Gelenius in Opere de Coloniæ Agrippinenſis magnitudine, texens catalogum præſulum Colonienſium, pag.* 43 Willibertum E *recenſet ſine titulo* Sancti *aut* Beati: *& deinde in ſacris & piis Faſtis de eodem quidem meminit pag.* 721, *ſed his tantum verbis:* Coloniæ beatæ memoriæ Wiliberti archiepiſcopi. *Hiſce de cauſis* Willibertus *à Caſtellano hodie rectiùs memoratur ut* venerabilis.

Euphroſynus *coquus in Menologio Sirletiano hodie ita memoratur:* Eodem die natalis beati patris noſtri Euphroſyni. *In Menæis impreſſis Græcè habetur, ut reddo Latinè:* Eodem die memoria ſancti patris noſtri Euphroſyni coqui. *Maximus Margunius eadem habet. Verùm in nullis aliis Græcorum Faſtis, nec apud Latinos ullos* Euphroſyni *hujus memoriam invenio; & meritò prætermiſſum exiſtimo in Martyrologiis, ſicut nec ulla cultûs indicia apud Græcos ipſos reperio. Attamen ſatis longum* Euphroſyno *concinnatum eſt elogium in dictis Menæis, & apud Margunium, qui vel hoc unico exemplo abundè oſtendit, quàm ſine ullo delectu ineptas Menæorum fabellas adoptare ſoleat. Habeo etiam Vitam Ms. Græcam ex codice Vaticano* 1190; *ut ad marginem eſt notatum. Nequaquam tamen* F *dubito, quin* Euphroſynus *ſit prætermittendus, primò, quia nihil dicitur de tempore, quo vixit; nec ætas ipſius ex Vita colligi poteſt, ita ut ſcire nequeam, Catholicuſne fecerit an Schiſmaticus. Secundò, ſi vera ſint, quæ in fine Vitæ & utriuſque elogii leguntur, ignotum fuit Vitæ & elogiorum auctoribus, quando & quo modo mortuus ſit* Euphroſynus; *ideoque immeritò* Sanctum *vocant, cùm finem vitæ ipſius non habuerint perſpectum. Etenim poſt mirum quoddam ipſius factum omnibus monachis manifeſtatum (inſulſam fabellam, quæ in Menæis legi poteſt, potiùs exiſtimo vocandum) abiit, ut vanam fugeret gloriam,* μὴ φανεὶς πώποτε μέχρι τοῦ σήμερον, non ampliùs viſus uſque in hodiernum diem, *inquit Vitæ auctor, cui Menæa eatenus conſentiunt, uti & Margunius. At hi addunt, per poma, quæ ab* Euphroſyno *in paradiſo accepta fabulantur, multos deinde ægrotos fuiſſe ſanatos: quod in Vita non legitur. Hoc exemplo iterum docemur, quàm parùm fidere poſſimus Menæis & Menologio Sirletiano.*

Leo,

A Leo, *neſcio quis, cum SS. Baſilla & Eugenia hodie in auctariis Uſuardi ponitur à Greveno. At cùm Baſilla & Eugenia ad alios ſpectent dies, ita &* Leonem *ad alium quoque diem pertinere exiſtimo.*

Elias, *vel* Helias, *abbas & confeſſor* apud Ægyptum *hodie annuntiatur à Greveno in additionibus ad Uſuardum. Maurolycus magis diſtinctè eumdem memorat, ac alium quoque ſubjungit his verbis:* In Thebaïde S. Heliæ abbatis, ter centum virginum rectoris. Fuit & alter Helias in finibus Antinoæ civitatis, hoſpitalitate conſpicuus. *Uterque etiam inſertus eſt Martyrologio Germanico Caniſii, & prior etiam Catalogo Generali Sanctorum Ferrarii, ut mittam alios neotericos. Petrus de Natalibus in Catalogo Sanctorum lib. 8 cap.* 63 Eliam *trecentarum virginum rectorem laudat, & hac die obiiſſe ſcribit, ex mera, opinor, conjectura. De altero etiam agit cap.* 64. *In Vitis Patrum apud Roſweydum de* Elia *virginum rectore agitur pag.* 735 *cap.* 35, *ſed dies emortualis non aſſignatur. Alter* Elias *ibi laudatur pag.* 47, *cap.* 12, *&*

B *pag.* 746 *cap.* 51. *Hic dicitur annis* 70 *in deſerto vixiſſe, & annorum fuiſſe* 110, *ſignis etiam, & vitâ maximè auſterâ claruiſſe. Laudatus Petrus de Natalibus, Senem hunc confundit cum illo* Elia, *cujus hoſpitalitas ita commendatur in Vitis Patrum pag.* 770 *cap.* 111, *ut etiam miraculo panis multiplicati dicatur remunerata. Verùm hi invicem diſtinguuntur: nam Senex ille* 110 *annorum habitabat in Thebaïde prope Antinoum civitatem;* Elias *verò ille hoſpitalitatis laude conſpicuus in Palæſtina circa Jordanem. Dicta longiùs protraherem, & tres illos ſolitarios, in Vitis Patrum mirè laudatos, Operi noſtro cum titulis Sanctorum inſererem, ſi de legitimo eorum cultu conſtaret. At nec ex recentioribus martyrologis, nec ex Vitis Patrum de cultu eorum nobis conſtat: nec memoratos reperio in Faſtis vetuſtioribus. Ad hunc diem ſuſpicor priorem ex illis fuiſſe relatum, quia S. Elias Spelæotes, de quo hodie agimus, hac die colitur.*

Marbodus *epiſcopus Redonenſis, ut Sanctus hodie annuntiatur apud Ferrarium & Sauſſayum. Verùm Longuevallius noſter in Hiſtoria eccleſiæ Gallicanæ tom.* 8 *pag.* 439, *dato honorifico aliàs* Marbodi *elogio, addit ſe nihil ſcire de cultu ipſius. Hinc* Marbodus *rectiùs omiſſus eſt in novo Martyrologio Pariſienſi, & in univerſali Martyrologio Caſtellani.*

Sancti Henrici Affadenſi, *an fortè legendum* Affadenſis? *Verba ſunt Martyrologii Ms. Trevirenſis S. Martini. Verùm* Henricus *ille hactenus nobis cognitus non eſt.*

Boëmundus *abbas Ordinis Ciſtercienſis in Luſitania cum* beati *titulo memoratur apud Henriquezium, Chalemotum, & in Kalendario impreſſo ejuſdem Ordinis. Agit de obitu* Boëmundi *Manricus in Annalibus Ciſtercienſibus ad annum* 1123 *cap.* 1 *num.* 1, *ſed titulum* beati *omittit. Hic titulus etiam attribuendus non fuit* Henrico *archiepiſcopo Bituricenſi, quem ſubjungit Henriquez.*

Daniel *canonicus & Prior Grimbergenſis, Ordinis Præmonſtratenſis in Brabantia, ut* beatus *memoratur apud Joannem Chryſoſtomum vander Sterre: at non exiſtimo eum publico cultu honorari.*

Severus, *Ordinis S. Dominici, cujus inſtitutum in Luſitaniam induxiſſe dicitur,* beatus *vocatur in Anno Dominicano ad hunc diem, ubi multi alii ex eodem Ordine pii recenſentur. At nec* Severi *nec aliorum cultus publicus oſtenditur.* D

Lucretia Cademuſta *apud Arturum in Gynæceo & apud Marcheſium in Diario Dominicano* beata *vocatur, ſed ſine cultu publico. Fuit tertii Ordinis S. Dominici, obiiſſeque dicitur Laudæ in ducatu Mediolanenſi anno* 1545.

Joannes Guadalupenſis, *Ordinis S. Franciſci, & auctor Fratrum diſcalceatorum de Captio, prolixo elogio & beati titulo ornatur apud Arturum in Martyrologio Franciſcano. Eumdem ſine titulo* beati *memorat Huebers die præcedente, ubi nominatur* Joannes de Quadalupe. *Plures Franciſcanos, quos* beatos *more ſuo vocat Arturus, apud ipſum & Hueberum lector invenire poterit.*

Dorothea Liſſonia, *virgo Ordinis S. Claræ,* beata *vocatur ab Arturo in Gynæceo & in Martyrologio Franciſcano. At piis accenſetur ab Huebero in Menologio ejuſdem Ordinis.*

Mariam de Drac *nobilem viduam Pariſienſem inter pias recenſet Sauſſayus; ſed* beatam *nimis liberaliter in Gynæceo ſuo eam vocat Arturus.* E

SS. Euplus & Serapion, *ut confeſſores,* in Sicilia *hodie annuntiantur in duabus editionibus Uſuardi auctis, videlicet in Lubeco-Colonienſi & Greveni. Hiſce conſentit Ferrarius in Catalogo generali cum aliis aliquot neotericis. At cùm iidem in Faſtis Hieronymianis reperiantur die ſequenti, quid de Sanctis illis dicendum videatur, examinabimus die* XII Septembris.

S. Venerium *geminum hodie annuntiant Grevenus, Maurolycus & Caniſius, alterum ut abbatem, alterum ut eremitam. Conſentit Ferrarius, ſed de utroque agit ad* 13 *Septembris, ubi ipſe quoque Maurolycus* Venerium *unum repetit. Menardus alterum hodie, alterum ad* 13 *annuntiat. Si revera hi duo diſtinguantur, ut hactenus mihi apparet certum, dubitari poteſt de cultu junioris, qui ex monaſterio Tiburtino ad ſolitudinem ſe recepit, cùm fateatur Ferrarius de eo nihil legi* in tabulis eccleſiæ Tiburtinæ. *Quapropter de illo ulteriùs agi poterit ad diem, quo* S. Venerius *abbas inſertus eſt Martyrologio Romano,* XIII Septembris.

B. Mauræ *Grevenus meminit ſine loco, ita ut reſcire nequeam, quam indicare velit. Fortè à die ſuo avulſa eſt Maura virgo in pago Tricaſſino, quæ apud ipſum & alios annuntiatur ad* XXI Septembris.

S. Eata *epiſcopus Lindisfarnenſis hodie eſt in Ms. Kalendario Antverpienſi. Jam olim remiſſus eſt ad diem, quo apud plures celebratur,* XXVI Octobris.

B. Dorothea vidua Pruthena *hodie annuntiatur ab Arturo in Gynæceo, ubi in Annotatis aſſerit, eam hac die obiiſſe anno* 1399. *Mentio de ea apud nos eſt in Prætermiſſis* XXV *Junii, ibique remittitur ad diem, quo etiam obiiſſe dicitur in Vita quadam Ms.,* XXX Octobris.

Ludovicus *Turingiæ Lantgravius, & maritus S. Eliſabethæ, in Vita quadam S. Scholaſticæ* beatus *vocatur, & Joannes de Thwrocz in Chronica Hungarorum cap.* 73 *ſcribit,* Ludovicum, *aſſumpta cruce,* Hieroſolymam

A *perrexisse, ibique obiisse, addens:* Cujus festum Hierosolymis devotè celebratur. *Verùm obiit Ludovicus hac die Otranti in Calabria, neque hactenus de cultu ipsius nobis constat. Attamen de egregiis ipsius virtutibus & gestis agi poterit ad Acta S. Elisabethæ danda ad* XIX Novembris.

S. Columbanus *abbas Luxovienſis memoratur in Florario Sanctorum Ms. At in Martyrologio Romano est* XXI Novembris. D

S. Eugenia *hodie in aliquibus codicibus Hieronymianis & Usuardinis auctis annuntiatur occasione SS. Proti & Hyacinthi. Verùm de ea agetur cum Martyrologio Romano ad* XXV Decembris.

DE SS. PROTHO ET HYACINTHO MARTYRIBUS

ROMÆ

J. P. COMMENTARIUS HISTORICUS.

B § I. Memoria in vetustissimis monumentis; elogia ex Martyrologiis; cœmeterium ab eorum nominibus appellatum; inscriptiones sepulcro affixæ. E

SUB VALERIANO ET GALLIENO.

Nomen eorum in antiquissimis Kalendariis,

Orum fortissimorum Pugilum insignis memoria est in Ecclesia, fuitque semper à tempore, quo eam martyrio suo illustrârunt. Constat id non modò ex Martyrologiis, sed & ex præcipuis monumentis aliis, quæ ad nos transmisit remotissima antiquitas, quibusque inter paucos primorum seculorum illustriores Sanctos etiam ipsi passim inserti sunt. Hujusmodi monumenta sunt Kalendaria Ecclesiæ Romanæ antiqua, & inter ea quidem primo loco venit Kalendarium Bucherianum, sic dictum ab Ægidio Bucherio, qui illud ex vetustissimis membranis publici juris fecit in Commentario suo ad Canonem Paschalem pag. 267. *Id ipsum postmodùm nos ob vetustatis pretium, exaratum quippe fuit sub medium seculi quarti, inseruimus tom.* VII *Junii pag.* 185. *In eo sic notantur Sancti nostri:* C Mense Septembri tertio Idus Prothi & Hyacinthi in Basillæ *cœmeterio, ubi conditi sunt. Bucheriano proximè accedit Kalendarium aliud Romanum sub finem ejusdem seculi quarti vel sub initium quinti conditum, prout ostendit Edmundus Martene tom.* V *Thesauri Anecdotorum in Admonitione ad illud prævia col.* 63. *Sic autem in hoc legitur ad diem* XI *Septembris:* Natalis sanctorum Prothi & Jacinthi, *moxque subjungitur Euangelium isto die recitandum, de quo infrà.*

Kalendariis, 2 *Iisdem penè verbis memorant Sanctos nostros tria alia Kalendaria vetusta quidem, sed jam relatis recentiora. Primum, sicut probat, qui edidit Joannes Fronto, concinnatum fuit sub initium seculi octavi, alterum seculo sequente haud multum provecto, exstatque apud Lucam Acherium tom.* X *Spicilegii pag.* 130; *tertium denique ante annum* 986, *teste laudato Martenio in Admonitione itidem ad illud prævia tom.* III *col.* 1547. *His addendum arbitror Kalendarium vulgatum à Leone Allatio in Dissertatione annexa Operi de Ecclesiæ Occidentalis atque Orientalis perpetua consensione col.* 1487; *in quo, quamvis videri posset celebrari memoria Sanctorum distinctorum à nostris, ita enim legitur:* Tertio Idus Septembris, Natale SS. Probi & Jacobi; *dubitare tamen nequeo, quin auctor Sanctos nostros notaverit, nomenque utriusque postea fuerit corruptum; adeo ut* Protus *in Probum,* Jacintus *in Jacobum ex describentium incuria transierit. Accedit, quòd hoc Kalendarium, sicut observavit Sollerius in Præfatione ad Usuardum num.* 110 *&* 278, *non multum ætate, imo fortè ne quidem auctore differat à Frontonis Kalendario, ubi ita scribitur:* Natale SS. Proti & Jacinti. *Recitatis Kalendariis, aliisque, quibus enumerandis supersedeo, consonat S. Gregorii I PP. Liber Sacramentorum, editus ac Notis illustratus primùm ab Hugone Menardo, dein à Benedictinis Congregationis S. Mauri tom.* 3 *Operum ejusdem sancti Pontificis. Utrobique habentur sequentia:* Tertio Idus Septembris, Natale SS. Proti & Hyacinthi; *tum subduntur Orationes tres in Missa de iisdem Sanctis recitari solitæ: sed de iis agendi aptior erit locus infrà; uti & de affixis eorum sepulturæ inscriptionibus & epitaphiis, quæ alioqui inter monumenta antiqua hìc recenseri possent. Pergo ad Martyrologia.* F

& Martyrologiis; 3 *Tam celebris & constans est in priscis Martyrologiis* SS. Prothi & Hyacinthi *annuntiatio, ut eorum nomina in nullis desiderentur, in plerisque præsertim contractioribus sola reperiantur, in reliquis aliorum Sanctorum agmen ducant; excipe tamen Notkeri Martyrologium, in quo ille SS. Felici & Regulæ martyribus Tiguritanis, popularibus suis primum locum concessit. Quapropter in tanto omnium consensu frustraneum sit enumerare singula, & ea maximè, quorum annuntiationes, nec longiores sunt, quàm jam datæ ex Kalendariis, nec inter sese discrepantes, nisi in eo, quòd non ubique eodem modo Sanctorum nomina exprimantur & in aliquibus titulus & palæstra martyrii aut similia addantur, quæ in aliis prætermissa sunt; ut videri possit apud eos, qui Hieronymianis*

A *mianos alioſque id genus Faſtos ſacros collegerunt, preloque commiſſos utilitati publicæ prodiderunt. Accipe interim Romani parvi, & Bedæ genuini verba; illud ita habet:* Romæ Hyacinthi & Prothi Eunuchorum, *hic autem ſic:* Romæ ſanctorum Prothi & Hyacinthi, qui erant eunuchi ſanctæ Eugeniæ. *Sed & Wandelbertum audi:*

Prothus hinc ternas, fraterque Hyacinthus honorant,
Qui Eugeniam pariter legem docuere ſacratam.

elogia ex Romano; ex Adone

4 *Sicut ex innumeris contractioris ſtyli Martyrologiis annuntiationes dumtaxat tres exhibuimus numero præcedente, ſic prætermiſſis reliquis bene multis tum antiquis tum recentioribus, tria tantùm hìc producemus Sanctorum noſtrorum encomia ex Martyrologiis ſtyli prolixioris. Præmitto Romanum hodiernum, cui ferè conſonat Uſuardinum Sollerii:* Romæ via Salaria veteri in cœmeterio Baſillæ, natalis ſanctorum martyrum Proti & Hyacinthi fratrum, eunuchorum beatæ Eugeniæ, qui ſub Gallieno impe-
B ratore deprehenſi, quòd eſſent Chriſtiani, ſacrificare coguntur; ſed non conſentientes, primò duriſſimè verberati ſunt, ac tandem pariter decollati. *Productius multo eſt Adonis elogium:* Romæ via Salaria vetere in cœmeterio Baſillæ, natale ſanctorum Proti & Hyacinthi, qui erant eunuchi beatæ Eugeniæ virginis, cum qua ab Heleno epiſcopo baptizati, aliquanto tempore divinis ſolùm eruditionibus vacantes, in ſancto propoſito perſtiterunt; atque in ſervorum Dei monaſterio mira humilitate converſati ſunt: & hoc apud Ægyptum. Inde cum beatiſſima virgine Romam reverſi, ſub Gallieno imperatore, quòd eſſent Chriſtiani, comprehenſi, coguntur ſacrificare. Sed non conſentientes, diriſſimè verberantur. Cúmque Deo fidem ſervantes gauderent, pariter decollantur, tertio Idus Septembris. Poſt hæc tenetur ſancta Eugenia, & jubetur à præfecto Urbis Nicetio Dianæ ſacrificia exhibere. Quæ ſtans ante templum, extenſis manibus fudit orationem. Qua orante, ita ſimulacrum Dianæ comminutum eſt, ut ſola pulveris ejus indicia remanerent. Sed magicis artibus hoc reputantes, ingenti ſaxo circa ſcapu-
C las ejus conſtricto, Tiberi eam præcipitem dederunt. Quomodo autem agonem paſſionis ſuæ compleverit breviter ſuprà notatum eſt VIII Kalendas Januarii. *Hactenus Ado & quoad ſubſtantiam etiam Notkerus.*

& Rabano. 5 *Multum ab his diſcrepat Rabani textus. En tibi ſimiliter integrum:* Romæ Proti & Jacinthi, qui erant Eunuchi ſanctæ Eugeniæ virginis, & cum ea à Romana urbe Alexandriam venientes ab Heleno epiſcopo, cui eorum adventus per viſionem revelatus eſt, recepti in monaſterio quodam, ſub virili habitu inter monachos converſabantur, poſtea verò cùm Melanthia, quædam femina malitioſa, Eugeniam ſub virili habitu degentem maſculum ſuſpicans, per eam ſtuprari deſiderâſſet; ſed patefacto arcano Eugenia non vir, ſed femina eſſe comperta eſt; coacta imperiali præcepto, cum Eunuchis ſuis Romam rediit: ibi ſimul cum Baſilla virgine prædicti duo Eunuchi juſſu Gallieni Auguſti gladio interfecti ſunt. Beata verò Eugenia poſtmodùm, hoc eſt in VIII Cal. Januarii, pro Chriſti nomine paſſa, cum martyrii corona migravit ad Dominum. *Mira Rabani & Adonis elogia, atque inter ſe perquàm diverſa,*

eodem ex fonte tamen promanârunt; ex Actis ſcilicet S. Eugeniæ virginis: & per conſequens hiſtoriæ dictis elogiis contentæ veritas pendet à fide, quâ ipſamet Acta conſcripta reperiuntur. Habent ſanè hæc inter recentiores eruditos non paucos adverſarios; verùm ne à propoſita mihi via declinem, ſtatueram quippe priùs gloriam Sanctorum poſthumam exhibere, ac tum demum de eorum in vita geſtis diſſerere, quædam ſuper memoratis S. Eugeniæ Actis obſervanda reſervo in paragraphum hujus Commentarii ultimum. AUCTORE J. P.

Cœmeterium S. Baſillæ

6 *De cœmeterio S. Baſillæ, in quo poſt Bucherianum alia quædam Kalendaria & plera-* E *que Martyrologia Sanctorum noſtrorum feſtivitatem recolunt, fusè agunt in Roma ſubterranea Boſius lib.* 3, *cap.* 58 *&* 61, *atque Aringhus lib.* 4, *cap.* 32 *&* 37. *De eodem quoque apud nos facta eſt mentio locis variis, ac præſertim ad dies* XX *Maii, cùm Baſillam ſeu Baſiliſſam martyrem, &* XI *Junii, cùm Baſillam item martyrem & ab illa, ut credit Papebrochius, diſtinctam dedimus; nuperrimè verò ad diem* XXVIII *Auguſti, cùm Acta elucidavimus S. Hermetis ſimiliter martyris. Ex his quædam adverto ad rem præſentem valdè ſpectantia: atque inprimis memoratum cœmeterium, non modo à S. Baſilla, ſed & à S. Hermete, atque à* SS. Protho & Hyacintho *nomen obtinuiſſe. Imò Papebrochius ad citatum diem* XI *Junii ſatis veriſimiliter exiſtimat, dictum cœmeterium ſeculo ſecundo inſignitum fuiſſe nomine S. Hermetis, ſub illius ſeculi initium ibidem depoſiti; poſt medium verò ſeculi tertii acceſſiſſe nomina* SS. Hyacinthi & Proti, *quorum ibidem ſimiliter tum condita ſunt corpora; donec tandem auctum fuit ſacris exuviis S. Baſillæ, anno* 304, *die* XXII *Septembris: adeo ut deinceps appellari cœperit à nonnullis cœmeterium SS. Hermetis,* Prothi, Hyacinthi *& Baſillæ martyrum; ab aliis ſimpliciter cœmeterium Baſillæ.*

priùs S. Hermetis, deindè SS. Prothi & Hyacinthi,

7 *Sic auctor Kalendarii Bucheriani Sanctos, de quibus hìc ſermo eſt, memorans, cœmeterio ſolum Baſillæ nomen attribuit hoc modo:* Quinto Kalendas (*Septembris*) Hermetis in Baſillæ, Salaria vetere. Tertio Idus (*Septembris*) Prothi & Hyacinthi in Baſillæ. *Non quòd huic loco id nomen fuerit, cùm Sancti iſti ibidem ſepulti* F *ſunt; ſed quòd ſeculo* IV, *dum ſcriberet, eo vocabulo denominari cœpiſſet ob nuperrimam ac celebriorem S. Baſillæ depoſitionem. Nam quomodo ſeculo ſecundo, cùm S. Hermes, & ſeculo tertio, cùm Sancti noſtri conditi ſunt, locus iſte denominatus fuiſſet à S. Baſilla, ibidem depoſitâ dumtaxat inchoato jam ſeculo quarto, uti diximus, & probatur ex ipſomet Bucheriano Kalendario? In hoc ſic legitur:* Decimo Kalendas Octobris, Baſillæ Salaria vetere, Diocletiano IX & Maximiano VIII Coſſ. *Hi conſulatus, reſpondentes anno vulgaris æræ* 304, *tamque ſtudiosè additi certè alterutrum deſignant; vel ſcilicet eo primùm anno illuc aliunde tranſlata fuiſſe oſſa ſanctæ martyris, vel hanc eo ipſo anno occiſam fuiſſe ibidemque depoſitam, ſicut putat Papebrochius. Utrumlibet verum ſit, ſequitur ſaltem ante hunc annum Baſillæ nomen non fuiſſe impoſitum cœmeterio. Porrò ad Baſillæ nomen in poſtremo Kalendarii textu non adjunctas fuiſſe voces* in Baſillæ, *denotantes cœmeterium, ſicut addunntur in utroque priori textu ad nomina SS. Hermetis,* Prothi & Hyacinthi, *inde factum credimus, quòd locus iſte, cùm*

AUCTORE J. P.

Kalendarium exaratum fuit, adeo ſub Baſillæ nomine celebris eſſe cœperit, ut auctor hunc ſatis diſtinguendum judicârit à cœmeteriis aliis in via Salaria ſitis, expreſſo ſolo nomine martyris in dicta via reconditæ.

denique etiam omnium ſimul nomine appellatum. Epitaphia metrica

8 *Quantumvis autem, ſicut jam vidimus, dictum cœmeterium ſeculo quarto & ſequentibus crebrò à S. Baſillæ nuncupatum fuerit, non tamen SS. Hermetis*, Prothi & Hyacinthi *nomina depoſuit: evidenter id conſtat ex ſcriptore ſeculi noni celeberrimo, Anaſtaſium intelligo Bibliothecarium, qui in Vita Adriani I Pontificis, ſenescente ſeculo octavo defuncti, ſcribit ſequentia:* Baſilicam cœmeterii ſanctorum martyrum Hermetis, Prothi & Hiacinthi atque Baſilicam (Baſillæ *legendum*) miræ magnitudinis innovavit. *Atque iſta de ipſo cœmeterio dicta ſufficiant; nunc epitaphia, de quibus num.* 2 *facta eſt mentio, profero in medium. Duplex olim* SS. Prothi & Hyacinthi *tumulo inſculptum recitat Janus Gruterus in Appendice ad Inſcriptiones antiquas pag.* 1172 & 1173. *Primum ſic ſonat:*

B Extremo tumulus latuit ſub aggere montis.
Hunc Damaſus monſtrat, ſervat quod membra piorum.
Te Protum retinet melior ſibi regia cæli:
Sanguine purpureo ſequeris YACINTHE probatus.
Germani Fratres, animis ingentibus ambo:
Hic victor meruit palmam, prior ille coronam.

Alterum ſic:

Aſpice deſcenſum, cernes mirabile factum.
Sanctorum monumenta vides patefacta ſepulchris.
Martyris hîc PROTI tumulus jacet, atque JACINTHI:
Quem cùm jam dudum tegeret mons, terra, caligo,
Hoc Theodorus opus conſtruxit presbyter inſtans,
Ut Domini plebem opera majora tenerent.

à S. Damaſo PP.,

9 *Duo iſta epitaphia, ſicut alia quàm plurima Sanctorum martyrum ſepulcris inſcripta, auctorem habuiſſe S. Damaſum Papam aſſerunt Boſius & Aringhus num.* 6 *laudati, Baronius in Appendice ad tom.* 12 *Annalium pag.* 891, *& alii; ac ſuadent ipſamet prioris epitaphii verba.* Hunc Damaſus monſtrat. *Unde diſcimus, Sanctorum noſtrorum corpora ſub colle quodam primùm recondita fuiſſe, atque à memorato Pontifice, qui teſte auctore Vitæ ejus apud Bibliothecarium*, multa corpora Sanctorum martyrum requiſivit & invenit, quorum etiam concilia (*cœmeteria haud dubiè ſeu ſepulcra*) verſibus declaravit, *à memorato, inquam, Pontifice è terra elevata, impoſitaque fuiſſe novis monumentis, curante Theodoro presbytero conſtructis, & his affixos fuiſſe recitatos verſus, ante annum* 384, *S. Damaſo emortualem, id eſt, paulò ampliùs, quàm ſeculo integro ab eorum martyrio. Mabillonius tom.* 5 *Analectorum pag.* 483, *ex codice membraneo bibliothecæ Einſidlenſis, exarato, ſicut affirmat, ante annos octingentos, producit veteres Inſcriptiones Romanas octoginta, inter quas num.* 67 *venit epigramma primo loco à nobis jam datum ex Gruteri; num.* 68 *ſub hoc titulo*, In ſepulcro Hiacynti, *ſequens:* Sepulcrum ſancti martyris HYACINTI Leopardus presbyter ornavit. Depoſ. III Id. Sep.; *denique num.* 69, *præmiſſo hoc titulo:* In via Pincia, *iſta legitur:* Pamphilus, Baſiliſſa, PROTUS, HIACYNTHUS, Hermes; ubi Dominus cæcum illuminavit. Arcus, murus. Inter Aurelia & Portuenſis ſanctus Proceſſus & Martinianus, & Pancratius, Abdo & Sennes. D

& inſcriptiones variæ

10 *Dubium mihi non eſt, quin ambæ Inſcriptiones pertineant ad ſanctos noſtros Martyres; ac de priore quidem conſtat ex characteribus hoc die depoſitionem factam eſſe denotantibus; de poſteriore verò tum ex titulo*, In via Pincia, *ſic dicta, quia à porta Pinciana iter erat ad viam Salariam veterem, tum ex adjunctis aliis martyribus, præſertim SS. Hermete, & Baſiliſſâ, quam Papebrochius, ut monuimus num.* 6, *à S. Baſilla diſtinctam credit, quamque in quibuſdam Hieronymianis ad diem* XX *Maii ita annuntiatam lego:* Romæ, via Salaria, Baſiliſſæ, Aurei & Nuſciæ vel Nuſcæ. *Valdè ſuſpicor, Aureum & Nuſciam ſeu Nuſcam, eoſdem eſſe, qui luxatis nominibus in Inſcriptione dicuntur* Arcus & Murus; *quid enim hæ voces ſibi velint, ſi ſumenda non ſint, ut propria Sanctorum nomina? Pamphili in Inſcriptione primo loco notati meminit etiam Willelmus Malmesburienſis lib.* 4 *de Geſtis regum Anglorum; ubi Romanæ urbis portas & vias atque Sanctos martyres in his ſepultos enumerans, ita loquitur:* Quarta porta & via Salaria, quæ modò ſancti Silveſtri dicitur. Ibi juxta viam ſanctus Hermes requieſcit, & ſancta Vaſella (*Baſilla*) & Prothus & Jacinctus, Maxilianus, Herculanus, Criſpus; & in altero loco prope requieſcunt ſancti martyres Pamphilus & Quirinus LXX gradibus in imo terræ *&c. Dictus autem Pamphilus is eſt haud dubiè, cujus in Romano & Uſuardino Martyrologio memoria celebratur ad diem* XXI *Septembris hiſce verbis:* Romæ ſancti Pamphili martyris; *neque enim alterius martyris cognominis apud ullum Romæ mentionem reperio. Unde colligo corpus ejus conditum fuiſſe in Salaria via, quod hactenus ignoratum fuiſſe, videtur innuere Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ:* Quemadmodum, *inquit*, tempus paſſionis hujus martyris (*S. Pamphili*) nobis ignotum eſt, cùm & Uſuardus, à quo Martyrologium Romanum accepiſſe videtur, nudam ipſius mentionem fecerit, ſic & corpus ejus, ubi conditum ſit, nos latet. *Plura de hoc Sancto, ſi inventa fuerint, dabuntur ad prædictum hujus menſis diem* XXI. E F

vel ad eorum memoriam conſervatæ,

11 *Ceterùm Inſcriptionem ſecundam, tot ſanctorum martyrum nomina complectentem, nulli umquam ſepulcro, cœmeterio aut eccleſiæ affixam fuiſſe vel inſculptam ſufficienter oſtendunt adjuncta; nam viæ ac portæ Aurelia & Portuenſis, inter quas SS. Proceſſi & Martiniani, Pancratii, Abdon & Sennen ſepulcra deſignantur, longè diſſita erant à viis ac portis Salaria & Pinciana, imò in regione Urbis oppoſita trans Tyberim. Crediderim itaque id monumentum antiquitus exaratum fuiſſe, ne, propter continuas Gentilium in Chriſtianos perſecutiones, loca, ubi tot illuſtres martyres ſepulti fuerant, exciderent memoriâ, & lateret poſteros. De SS. Proceſſo & Martiniano fusè actum eſt in Opere noſtro ad diem* 2 *Julii; De S. Pancratio ad diem* XII *Maii; ac de SS. Abdon & Sennen ad diem* XXX *Julii. Quo tempore autem, quave occaſione ad Sanctorum in via Pinciana quieſcentium tumulos cæcus divino beneficio viſum receperit, nuſquam reperio.*

12 *Deni-*

A *vel eorum tumulo a piis fidelibus*

12 *Denique licèt nec prior inſcriptio, citata num. 9, quidquam præ ſe ferat, unde certò eliciatur tempus, quo tumulo affixa eſt; cùm tamen apud Anaſtaſium Bibliothecarium in Vita S. Innocentii Papæ, hujus nominis primi, presbyterum legam, Leopardo in inſcriptione expreſſo non cognominem tantùm, verùm etiam ſimilibus piis operibus occupatum, multùm ſuſpicor, utroque loco deſignatum fuiſſe eumdem. Refero verba, ut ſunt apud Anaſtaſium:* Hic (*Innocentius I*) dedicavit Baſilicam ſanctorum Gervaſii & Protaſii ex devotione cujuſdam illuſtris feminæ Veſtinæ, laborantibus presbyteris Urſicino & Leopardo, & diacono Liviano. *Igitur, ſi rectè ſuſpicer, novum ornamentum cum ea inſcriptione acceſſerit tumulo, haud dudum antea erecto; nam nominatus Pontifex Eccleſiæ univerſæ præfuit ab anno* 402 *uſque ad* 417. *Verùm cur tum ipſa inſcriptio, tum ejuſdem titulus ſolum memorant* Hyacinthum? *Cur ſimiliter primi epigrammatis ſeu epitaphii metrici titulus, depromptus ex laudato ſuprà bibliothecæ Einſidlenſis vetuſto codice apud Mabillonium, ſolum nominat* Prothum *hoc modo:* In ſepulcro

B Prothi Martyris? *Sanè uni eidemque tumulo amborum Martyrum ſacras exuvias incluſas fuiſſe inſinuat utrumque epigramma ac præſertim ſecundi ſequentia carmina:*

Martyris hîc PROTI tumulus jacet atque JACINTHI:
Quem cùm jam dudum tegeret mons, terra, caligo,
Hoc Theodorus opus conſtruxit...

poſtea exornato inſculptæ.

13 *Crediderim, rem ita exponendam eſſe, ut unicus quidem intelligatur fuiſſe tumulus; ſed vel in partes binas diviſus, vel ſaltem eâ formâ ac ſitu conſtructus, ut duplicem haberet conſpectum, duplicemque ſepulcralem lapidem, quorum anterior præferret nomen* S. Prothi, *poſterior verò* S. Hyacinthi, *atque illi inſculptum eſſet epigramma primum, indicans nomen auctoris Damaſi, huic epigramma alterum continens Theodori nomen, qui totum opus conſtruxerat. His in eum modum diſpoſitis haud difficulter concipimus, cur proſaica inſcriptio, quæ poſtmodum acceſſit, dicat a Leopardo exornatum fuiſſe tumulum* S. Hyacinthi, *de* S. Protho

C *ſileat; utiquè quia inſculpta erat ei lapidi ſepulcrali, vel tumuli parti, quæ ad* S. Hyacinthum *proximè ſpectabat, quamque fortaſſe unam ornârat Leopardus.*

§ II. Celebritas antiqui cultûs; baſilica Sanctis exſtructa.

Solemnis eorum feſtivitas

EX *recenſitis § præcedente ſacris Faſtis aliiſque monumentis vetuſtiſſimis abundè conſtat de immemorabili ſanctorum Martyrum noſtrorum cultu, & hunc quidem Romæ celeberrimum fuiſſe quivis facile conceperit, dummodò advertat, eorum nomina deſcripta fuiſſe in antiquiſſimis Kalendariis: neque enim quoſlibet Sanctos ea complectebantur, ſed illos dumtaxat, quorum feſtivitas ſolennior peragi conſueverat in cœmeteriis aut baſilicis ſeu titulis. Doctè id obſervavit Joannes Fronto in Prænotatis ad Kalendarium Romanum à ſe vulgatum* § III, *ubi quærit, cur pauci Sancti adnotentur in dicto Kalendario poſt S. Gregorii tempora ſaltem ex parte exarati; quandoquidem hic ſanctus Pontifex in Regiſtro lib.* 7, *epiſt.* 29 *ſcribat in hunc modum:* Nos penè omnium martyrum diſtinctis per dies ſingulos paſſionibus collecta in uno codice nomina habemus, atque quot d anis diebus in eorum veneratione Miſſarum ſolemnia agimus: *mox autem;* Reſpondeo, *inquit Fronto*, in Miſſis privatis celebrari Romæ & ubique diebus ſingulis ſanctos martyres; ſed in Kalendario appoſitos fuiſſe illos, quorum dies feſtivo populi concurſu, & publicis ſacrificiis celebrabatur. *Theodoricus Ruinartius in Præfatione ad Acta ſincera martyrum, refellens Henrici Dodwelli Diſſertationem* XI *Cyprianicam de paucitate martyrum, hanc Frontonis rationem adoptat, ejuſque firmitatem concludit ex ipſomet Gregorio Magno*, qui, licèt paucos in Sacramentario martyres exhibeat, aliàs tamen ait ſe ſingulis diebus martyrum memoriam celebrâſſe.

AUCTORE J. P.

Romæ habita à ſeculo 4.

15 *Hac ſuffultus ratione, ſolidâ ſanè & meo judicio certâ, concludo ſimiliter, ſanctorum noſtrorum Martyrum depoſitionis diem feſtivo populi concurſu ac publicis Miſſarum ſolemniis Romæ celebratam fuiſſe, ſi minùs mox ab eorum obitu, ſaltem mediante ſeculo* IV; E *quandoquidem deſcripta ſint eorum nomina in vetuſtiſſimo Bucherii Kalendario, in quo auctorem id unum intendiſſe cenſet Papebrochius tom.* 2 *Junii, pag.* 464, *ut catalogum contexeret feſtivitatum dumtaxat præcipuarum, quæ tum temporis habebantur in cœmeteriis Romanis per totum anni circulum, & inde factum, ut earum numerus, non attingens ad quadraginta, tam exiguus eſſet. Quod autem attinet ad Miſſam de Sanctis noſtris eo tempore celebrari ſolitam, dubitare nos non ſinit Kalendarium Romanum apud Martenium, laudatum à nobis num.* 1. *Hoc enim, quamvis Sanctorum numero multò auctius ſit Bucheriano, quia ſcilicet præſcribit feſtivitates, non ſolùm in cœmeteriis Romanis, verùm etiam in baſilicis Urbis aliiſque ſacris locis peragi ſolitas, parùm tamen ei cedit antiquitate, atque ita inſcribitur:* Incipiunt capitula lectionum Euangelii anni circuli ad Miſſam; *tum ad diem* XI *Septembris, præmiſſis* SS. Prothi & Hyacinthi *nominibus, recitandam indicat ſequentem ſancti Euangelii lectionem:* Secundum Matthæum, cap. LXXIX: F (*juxta antiquiorem capitum diviſionem: nunc habetur capite* 10 *à verſu* 23) Cùm perſequentur vos in civitate iſta, fugite in aliam: uſque: Negabo & ego eum coram patre meo, qui eſt in cælis. *Eadem Euangelii lectio præſcribitur in Kalendario Frontonis, de quo num.* 2 *fuit ſermo.*

Miſſa & Officium

16 *Non minùs celebrem fuiſſe Martyrum noſtrorum feſtivitatem ſeculis ſubſequentibus liquet ex vetuſtiſſimis Romanæ Eccleſiæ Ritualibus, atque præſertim ex Antiphonario ſeu Graduali S. Gregorii Magni, ejuſdemque libro Sacramentorum. Antiphonarius, editus à Pamelio tom.* 2 *Liturgicorum, Miſſæ Introitum habet, Graduale & reliqua, prout ſequitur.*

NAT. SANCTORUM PROTI ET HYACINTHI.

ANTIPH. Judicant Sancti gentes, & dominabuntur populis; regnabit Dominus eorum in perpetuum.

PSAL. Exultate Juſti in Domino.

RESP. Vindica Domine ſanguinem Sanctorum tuorum, qui effuſus eſt.

VERS. Poſuerunt mortalia Servorum tuorum eſcas volatilibus cæli, carnes Sanctorum tuorum beſtiis terræ.

AUCTORE J. P.

All. Gaudete Justi in Domino, rectos decet collaudatio.

Off. Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, quoniam tu Domine benedices justo: Domine, ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronâsti nos.

Ad Com. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. vel: Qui vult venire post me.

recitatum usque ad seculum 13.

17 *Liber Sacramentorum tres orationes exhibet in Missa similiter recitandas, at eas non transcribo; exstant enim eædem in Missalibus Romanis tum antiquioribus, tum hodiernis, eo tamen discrimine, ut in illis una cum Missa integra proponantur, in his sola pro commemoratione; quia post institutam Octavam Nativitatis B. Mariæ Virginis, quod factum creditur seculo* XIII, *Officium de eadem & Missa hoc die in Ecclesia celebrari cœpit; de Sanctis verò nostris haberi dumtaxat Commemoratio cum nona Lectione. Attamen in particularibus quibusdam ecclesiis, in quibus sacra ipsorum corpora seu insignes reliquiæ servantur, etiam hodiedum de*

B *illis Officium ac Missam celebrari patebit ex dicendis, postquam unum, quod ad cultum antiquiorem attinet, paucis absolvero.*

Basilica ipsis ac S. Hermeti & Basillæ juxta cœmeterium erecta.

18 *Cœmeterium in via Salaria veteri à* SS. Prothi & Hyacinthi *nominibus quondam appellatum fuisse, ostendimus num.* 8 *ex verbis libri Pontificalis in Vita S. Adriani Papæ primi: basilicam verò in eodem cœmeterio quondam erectam fuisse tum ex iisdem verbis evidens fit, tum ex Pauli Aringhi Roma subterranea, tom.* 2, *pag.* 321 *& seqq.; ubi dicta basilica, prout etiam nunc exstat in loco subterraneo villæ Societatis Jesu extra portam Pincianam, adjecta icone, graphicè describitur. Ipsammet descriptionem retulimus in Opere nostro, tom.* VI *Augusto, pag.* 148; *restat, ut inquiramus, quo tempore, à quo, & cui vel quibus Sanctis illa fuerit exstructa. Singula hæc absolutè determinavit Tillemontius in Monumentis historiæ ecclesiasticæ tom.* 4, *pag.* 13; *& eum secutus est Adrianus Baillet tom.* 3 *de Vitis Sanctorum ad diem* XI *Septembris, cujus verba ex Gallico in Latinum fideliter translata sic sonant:* Damasus

C Pontifex veritus, ne corpora S. Proti & S. Hyacinthi abscondita manerent Fidelibus, terram, quæ processu temporum superaggerata fuerat, amoveri jussit, eorumque tumulum patefecit. Pauco pòst tempore sacerdos quidam, nomine Theodorus, in ipsorum honorem ibidem construi jussit ecclesiam, postmodùm à Symmacho Papa exornatam & locupletatam. *Ita Bailletus, ita ferè & Tillemontius, qui tamen, ut probet, dictam ecclesiam à Theodoro presbytero constructam fuisse, adducit epigramma secundum, quod, ut à S. Damaso compositum, dedimus num.* 8.

Ex epitaphio per S. Damasum composito non liquet,

19 *Dubium non est, quin memorata basilica valdè antiqua sit, cùm seculo* VIII *eam innovârit Adrianus primus Pontifex; nihil etiam occurrit, ex quo falsum esse ostendi possit, conditam fuisse à Theodoro presbytero; quantumvis fundamentum, quo nituntur laudati auctores, mihi usque adeo firmum non appareat, ut id verum esse, cum illis omnino indubitanter affirmare velim: & ut candidè eloquar, priusquam ipsorum assertum attentiùs considerâssem, nihil equidem post Bosium & Aringhum ex citato epigrammate collegeram; nisi quòd ornatius sepulcrum à Theodoro Sanctis nostris fuisset exstructum, sicut nec dissimulavi suprà num.* 9 *&* D *13. Juvat denuo ob oculos ponere ipsummet epigramma:*

Aspice descensum, cernes mirabile factum.
Sanctorum monumenta vides patefacta sepulchris.
Martyris hìc Proti tumulus jacet atque Jacinthi:
quem cùm jam dudum tegeret mons, terra, caligo,
hoc Theodorus opus construxit presbyter instans,
Ut Domini plebem opera majora tenerent.

exstructam fuisse seculo IV,

20 *Sanè in quatuor prioribus versiculis nihil deprehendo, unde basilicam à Theodoro adificatam fuisse extundam; reliquis verò duobus hunc vel similem sensum esse existimâram: Theodorus hoc opus seu novum tumulum construxit, instans sive intendens, ut Plebs Domini, id est, sancti Martyres nostri, & alii ibidem humiliore loco antea reconditi, ornatioribus ac nobilioribus monumentis concluderentur. Non diffiteor tamen, ita posse exponi, ut sensus sit; Theodorus hunc tumulum erexit instans* E *sive urgens, ut majus opus nempe basilica conderetur, quæ Fideles ad sepulcra Sanctorum convenientes caperet: sed inde non concluditur certò, basilicam ab ipso, vel ipso vivente fuisse ædificatam. Dices fortasse, eum esse sensum, ut Theodorus* hoc opus, *puta* basilicam *ædificârit intendens, ut locus amplior Fideles eò accurrentes caperet. Sed præterquam quòd hæc non æquè videantur cohærere cum versibus quatuor prioribus, in ea opinione admittendum erit, epigramma insculptum fuisse ipsimet basilicæ; nam demonstrativum* hoc *in inscriptionibus communiter designat locum, cui inscriptiones affixæ sunt. Affixum autem fuisse epigramma ipsi basilicæ, non tumulo, mihi minùs probabile apparet; quia in eo mentio fit tantùm Sanctorum nostrorum, nulla SS. Basillæ & Hermetis, quibus æquè ac Sanctis nostris consacratam fuisse basilicam verisimillimum est; & de Hermete quidem id probavimus tom.* VI *Augusti, pag.* 148.

nec ex libro Pontificali ornatam fuisse à Symmacho PP.

21 *Incertum similiter mihi est, quod verbis postremis asserit post Tillemontium Bailletus, memoratam scilicet basilicam ornatam fuisse & locupletatam à Symmacho Papa. Nititur quidem laudatus auctor Actis dicti Pontificis, ubi ista leguntur:* Confessionem sancti Cassiani & sanctorum Proti & Hyacinthi ex argento ornavit (*Symmachus*) pensantem libras xxx. Arcum argenteum, pensantem libras XII. *Sed cùm verborum integer contextus, ad quem brevitatis gratia lectorem remitto, insinuet, biographum unicè intentum ibidem fuisse enumerandis oratoriis aliisque sacris locis à Symmacho exornatis intra vel juxta basilicam S. Petri apostoli, magis inclino in sententiam Joannis Vignolii in notis ad recitatum textum, existimantis, in basilica S. Petri quondam exstitisse confessionem vel altare, sacrum sanctis nostris Martyribus. Quidquid de rei veritate sit, constat saltem Romæ celebrem fuisse eorum cultum seculis* V *&* VI, *cùm Pontificatum teneret prælaudatus Pontifex.* F

§ III.

A

§ III. Reliquiæ ſeculo IX Seligenſtadium tranſlatæ.

Partes ſacrorum corporum

NOn conſtat, *quamdiu quieverint corpora* SS. Prothi & Hyacinthi *in ea, de qua mox egimus, baſilica. Servatum fuiſſe ibidem ſacrum iſtum theſaurum ſeculo* IX *cùm Eccleſiam univerſam modareretur Gregorius IV, auctor eſt Eginhardus, id temporis abbas Selingenſtadienſis, in Hiſtoria tranſlationis SS. Marcellini & Petri, recuſa apud nos tom.* I *Junii, pag.* 204; *ex qua in rem præſentem ſpectantia nonnulla delibamus. Capite* 10 *relaturus duo miracula in baſilica SS. Marcellini & Petri Selingenſtadii ſe præſente patrata, &* unum *quidem* ex his in adventu reliquiarum ſanctorum PROTHI & HYACINTHI, & juxta ipſas reliquias; *ſic præludit:* Gregorius Romanæ urbis Epiſcopus, qui Eugenio ſimulque Valentino in Pontificatûs honore ſucceſſit, cùm Titulum S. Marci Euangeliſtæ, *(imò* Confeſſoris & Pontificis, *ut ſcribit Anaſtaſius in Vita Gregorii)* in quo

B presbyter fuerat, ampliare, & in eo monaſterium vellet extruere; quæſivit per cœmeteria & eccleſias longiùs ab Urbe conſtitutas, ſicubi ſanctorum Martyrum corpora poſſet invenire: inventaque Titulo, quem opere magnifico extruxerat, curavit inferre.

Româ tranſmiſſa

23 Caſu igitur factum eſt, ut eo tempore, quo ſepulcrum beatiſſimi Hermetis erat aperturus, & ſacrum illius corpus inde fuerat ſublaturus, unus ex noſtris, qui eodem anno ſupplicandi gratiâ, ut moris eſt pœnitentibus, Romam venerat, congregatæ ad baſilicam Martyris multitudini cum ceteris peregrinis intereſſet. Is negotio, quod agebatur, diligenter inſpecto, ſpem adipiſcendarum memorati martyris reliquiarum, licèt corde ſimplici, non tamen ſine cauſa concepit: & Deuſdonam diaconum, cujus in primo libro crebram fecimus mentionem, adiens obnixè rogavit, ut ex his quantulumcumque à cuſtodibus loci acciperet, mihique deferendum ſibi præſtaret. Qui confeſtim

C precibus ejus annuens, id ſe ſine mora facturum pollicetur: datoque cuſtodibus pretio, non ſolùm S. Hermetis, ſed etiam SANCTORUM PROTI ATQUE HYACINTHI, QUORUM IN EADEM BASILICA CORPORA ERANT POSITA, RELIQUIAS ACCEPIT. Et illas quidem per quemdam familiarem ſuum, cui Sabbatino cognomen erat, ſimulque & noſtrum, qui ei, ut hoc faceret, perſuaſit, mittere curavit; quod autem de corpore B. Hermetis potuit adipiſci ipſe ad nos veniens pro ingenti munere detulit. *Hactenus Eginhardus: unde non tantùm diſcimus corpora Sanctorum noſtrorum remanſiſſe in eorum baſilica uſque ad dictum ſeculum, verùm etiam quo tempore & qua occaſione Selingenſtadienſes ditati fuerint pretioſis eorumdem reliquiis. Juvat has Selingenſtadium uſque proſequi, ut quanta veneratione ibidem exceptæ & quàm inſigni miraculo nobilitatæ fuerint cognoſcamus. Audiamus itaque laudatum Eginhardum citato loco.*

honoricè excipiuntur Seligenſtadii

24 Cum autem de adventu reliquiarum ſanctorum Proti & Hyacinthi nobis eſſet indicatum, obviam illis proceſſimus, eaſque, ut par erat, honorificè ſuſcipientes, atque baſilicæ cum hymnis & orationibus inferentes propter corpora beatorum Marcellini & Petri cum feretro, quo venerant, collocavimus. Ubi cùm in craſtinum mulier quædam de proximo prædiolo, quod Baldradeſtat nuncupatur, dæmone poſſeſſa cum cetero populo fuiſſet ingreſſa, cœpit nequam ſpiritus fremere, ac proſtratam in pavimento collidere, ſuamque malitiam coram omnibus confitendo publicare. Cúmque à presbytero ſe exorcizante fuiſſet interrogatus; quis eſſet, unde veniſſet, quando & cur in eam intrâſſet; ad ſingula reſpondit, ſeque non ſolùm dæmonem, ſed etiam omnium viventium peſſimum eſſe teſtatus eſt. Et cùm presbyter ab eo cauſam tantæ nequitiæ requisîſſet, malam voluntatem hanc ſibi tribuiſſe fatebatur. Rurſus cùm ab eo quæreret, ſi umquam in cælo fuiſſet; in cælo ſe fuiſſe, & inde propter ſuperbiam dejectum eſſe confeſſus eſt. Eidem percontanti, utrùm Chriſtum Dominum, nec ne vidiſſet; ait, in inferno eum à ſe viſum, tempore quo pro humani generis ſalvatione mori, atque illuc deſcendere dignatus eſt.

AUCTORE J. P.

& inſigni miraculo

25 Ubi verò ad id ventum eſt, ut eum interrogaret, ſi nomina Martyrum nôſſet, quorum reliquiæ pridie eidem eccleſiæ illatæ ſunt; Notiſſima, inquit, mihi ſunt eorum nomina: quia, quando paſſi ſunt, præſens aſtabam, ac de eorum ſempiterna gloria ingenti torquebar invidiâ, quos etiam hîc modò patior infeſtiſſimos: cruciant enim me tormento incredibili, atque invitum de hoc vaſe, in quo diu latitabam, exire compellunt. Cui presbyter: Cùm exieris, inquit, quò perrecturus es? Ego, ait, in viam peſſimam perrecturus, & longinquas deſertaſque regiones petiturus ſum. Poſt hæc cùm & occaſionem & modum ingreſſionis ſuæ, jubente presbytero, expoſuiſſet, converſus ad feminam: Ego, inquit, infelix mulier, antequam exeam, oſſa tua collidam atque confringam, teque debilem ac noſtræ ſocietatis memorem relinquam. Et cùm illa, velut infirmitatis ſuæ conſcia, cœpiſſet voce ſupplici atque ſubmiſſa Sanctorum auxilium implorare; ille ſtatim per os ipſius cum ingenti auſteritate fremens & increpitans, loqui volenti ſilentium imperavit.

E

inclarescunt

26 Erat enim nobis, qui præſentes eramus, ad videndum valdè mirabile, quòd ille ſpiritus immundus per os ejuſdem mulierculæ tam diverſo modo loquebatur, & nunc maſculinæ, nunc femininæ vocis qualitatem ſic ad purum exprimebat, ut non una, ſed duæ in ea acriter altercantes, ſeque adinvicem convitiis laceſſentes perſonæ eſſe viderentur. Et revera duæ erant diverſa inter ſe voluntate diſſidentes: dæmonis una, poſſeſſum à ſe corpus collidere cupientis; mulieris altera, hoſte, quo tenebatur, liberari deſiderantis: quæ diverſitas voluntatum, ex diſparitate vocum ac diſſimilitudine verborum, quæ inter ſe jactabant, ſatis clarè atque apertè poterat intelligi. Completo igitur juxta conſuetudinem Myſterii cæleſtis Officio, nobiſque ad curanda corpora de baſilica egredientibus, juſſimus feminam cum cuſtodibus ibidem, donec reverteremur, opperiri, fiduciam habentes, quòd per virtutem Chriſti, & merita Martyrum ſuorum, perfidus poſſeſſor ejus citò foret exiturus. Neque nos ſpes noſtra fefellit. Nam poſt refectionem ad eccleſiam regreſſi, exacto dæmonio, ſanam illam & incolumem, ac per omnia mentis ſuæ compotem, atque in Dei laudibus exultantem invenimus. Et hoc quidem ſignum in adventu reliquiarum beatorum Chri-

F

ſti.

AUCTORE J. P.

sti martyrum PROTI & HYACINTHI, juxta modum à nobis comprehensum, constat esse completum.

intra annos 828 & 830,

27 *Quamvis strictè definire nequeam, quo præcisè anno mox relata contigerint, latiùs tamen absque erroris periculo constitui posse credo intra annum* 828, *sub cujus initia Gregorius IV Pontificatum adiit, & annum* 830, *cujus die* XXVIII *mensis Augusti, postquam jam Selingenstadienses* SS. Prothi & Hyacinthi *reliquias recepissent, miraculum ibidem contigit ad reliquias S. Hermetis martyris, ab ipso Deusdona diacono illuc delatas, ut probavimus ex Eginhardo tom.* VI *Augusti, pag.* 149. *Non satis assequor, quid sibi voluerit Bailletus, dum loco aliquoties citato, postquam asseruerat,* SS. Prothi & Hyacinthi *cultum Româ in Gallias transiisse, temporibus Caroli Magni, subdidit sequentia ex Gallico Latinè reddita:* Dicitur, sub Ludovico Pio ejus filio pars reliquiarum ipsorum cum aliis multis Româ venisse ad Eginhardum anno DCCCXXVIII vel DCCCXXX, & ab hoc illustri viro, qui id temporis, ut pietati

B vacaret, aulam deseruerat, reposita fuisse Selingenstadii ad Mœnum cum reliquiis S. Marcellini & S. Petri; sed id factum sat malè probatum est. *Sanè Historia translationis ab ipsomet Eginhardo exarata, tum propter adjuncta temporis, personarum, & locorum, tum propter scriptoris auctoritatem, usque adeo sincera apparet ac probata, ut non videam, quid ulteriùs desiderari queat, maximè à Bailleto; cùm eâ ipse utatur in Actis SS. Marcellini & Petri ad diem* 2 *Junii, ubi hæc habet:* Ipsemet Eginhardus Historiam hujus translationis conscripsit, ac testimonium præbuit miraculorum ibidem factorum; notum autem est, quantum ponderis scriptis ejus attulerit existimatio habita de ipsius doctrina & probitate.

auctore Eginhardo, oculato teste & altero synchrono.

28 *Porrò quis quantusque vir fuerit Eginhardus, quem alii Eginhartum & Einardum appellârunt, significavimus in Opere nostro locis variis & præsertim tom.* I *Junii, pag.* 176 *&* 206. *Siquis ampliorem ejus notitiam exoptet, consulat Mabillonium Seculo* IV, *parte* I *de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti, pag.* 414; *ubi illius Vitæ compendium reperiet, & P. Joannem Weinckens, qui in Opere, quod* Eginhartum illustratum *inscripsit, Acta ejus fusiùs exposuit quatuor prioribus capitibus, & in horum posterioris* § 4 *seriem exhibuit elogiorum, quibus meritò exornatus fuit Eginhardus à scriptoribus antiquis & recentioribus. Ne tamen Bailletum legenti dubium aliquod inhæreat de existentia reliquiarum* SS. Prothi & Hyacinthi *apud Seligenstadienses, testimonium alterum produco Roberti presbyteri, scriptoris Eginhardo coætanei & fide digni, qui in Prologo Vitæ B. Rabani Mauri, cujus erat discipulus, editæ à nobis tom.* I *Februarii à pag.* 512 *sic scribit:* Ossa quoque beatorum martyrum Marcellini & Petri, PROTI atque HYACINTHI, cum reliquiis S. Hermetis, non minore miraculorum gloriâ in diversis sanitatibus infirmantium quotidie fulgent: quæ & ipsa à Roma translata & Einardo abbati adducta juxta Mœnum Germaniæ fluvium, in villa, quæ priùs Mulinheim, nunc autem Saligunstat dicitur, digna celebratione à fidelibus venerantur.

Selingenstadii notitia & præcipuæ reliquiæ;

29 *Occasione reliquiarum, & frequentium miraculorum ibidem patratorum factum creditur, ut locus is antè Mulinheim appellatus, deinde vocari cœperit Saligunstat seu Seligenstat,* D *quæ vox Germanica Beatorum civitatem sonat. Situm est autem Seligenstadium in Moguntina diœcesi Francofurtum inter atque Aschaffenburgum, habetque insignem Ordinis S. Benedicti abbatiam. Papebrochius noster in Diario Ms. itineris sui Italici, illuc se pervenisse ait mense Augusto anni* 1660, *exceptumque fuisse ab abbate perhumaniter; tum præcipua quæque templi abbatialis monumenta describens, hæc pauca huc spectantia observat:* In valvis majoris aræ hæc inscriptio legebatur: Horum corpora sanctorum sub hac ara requiescunt; Marii, Marthæ, Audifacis, Abacuc, PROTHI, HYACINTHI, Marcellini & Petri. Reliquias præcipitata bello Suecico fuga confudit in saccis, nec opportunitas erat videndi.

hæreticorum in has impietas, & catholicorum veneratio

30 *Contigit autem ista sacrarum reliquiarum permistio sub medium seculi proximè elapsi, quando, expilatâ à Gallis & Vinariensibus, qui Suecis auxilio venerant, civitate cum monasterio, ædes sacra, quæ sola, suadentibus Gallis, intacta remanserat, etiam Vinariensium ferociam & impietatem experta est, postquam Galli ad sua castra discessissent, ut fusè narrat laudatus Weinckenus cap.* 7, § 6: Cùmque, *inquit,* in omnia ita debacchati essent, tandem in ipsas quoque sanctorum Patronorum nostrorum sacras desæviunt exuvias; etsi enim eæ toto persecutionis Suedicæ tempore, tuto satis loco hactenus fuissent reconditæ, & mansissent illæsæ; has tamen (nescitur, quo auctore) inventas, è loculis effusas per templi pavimenta disjiciebant, incedentium pedibus conculcandas; adeo ut, quæ post tot secula manserant intactæ, hac tandem tempestate horribilem passæ sint dispersionem, ut veraciter tunc illud potuerit dici Psalmi LXXVIII: " Deus venerunt gentes in hæreditatem „ tuam, & polluerunt templum sanctum tuum, „ posuerunt morticina Servorum tuorum escas „ volatilibus cæli „. Licèt eædem postea solerter requisitæ, à sacerdotibus cum debita reverentia fuerint sublevatæ & summa veneratione reconditæ. *Idem Weinckenus, qui anno* 1714 *dicti monasterii Prior exstitit, asserit cap.* 6, § 3, *aras templi sui omnes, quinque enumerat, ex integro erectas fuisse & consecratas anno* 1679; *principem* SS. Marcellino & Petro, Mario & Marthæ, Audifaci & Habacum, Laurentio archimartyri, PROTHO & HYACINTHO & S. Benedicto, *alias aliis Sanctis, quorum sacra lipsana ibidem ingenti numero servantur. Paragrapho verò sequenti dictarum reliquiarum catalogum subjiciens* S. Prothi *brachium inter eas recenset, & partem brachii* S. Hyacinthi. *Hinc colligo, illas reliquias post templi direptionem non ita permixtas fuisse, quin facilè dignosci ac distingui potuerint.* E F

§ IV. Partes sacrorum corporum Metas transmissæ seculo X.

Reliquiæ ex Italia Metas transferuntur

VIdimus *præcedente paragrapho, corpora sanctorum* Prothi & Hyacinthi *juxta relationem Eginhardi servata fuisse in basilica viæ Salariæ usque ad tempora Gregorii Papæ IV. In utraque Spicilegii Acheriani editione, in prima tom.* 5, *in altera tom.* 2 *exstat vetus documentum, quod è codice scripto monasterii S. Sympho-*

A *Symphoriani Metenſis ab Adriano Valeſio deſcriptum, & ab hoc ſibi conceſſum fuiſſe teſtatur Acherius, ſub hoc titulo:* Inventio Sanctorum à domno Deoderico pontifice repertorum. *Exſtat item apud Guilielmum Leibnitium tom. 1 rerum Brunſvicenſium pag.* 303 *in Vita Deoderici ſeu Theoderici Metenſis epiſcopi à Sigeberto Gemblacenſi, auctore ſeculi* XI *exarata, qui illud huic integrum inſeruit ſic præludens:* Jam jam ergo pagina illa proferatur in medium, ab his, qui interfuerunt, pleniſſimè digeſta de tranſlatione Sanctorum. *Ex memorato autem documento intelligimus*, SS. Prothi & Hyacinthi *reliquias ad Metenſem civitatem tranſlatas fuiſſe ſub annum* 972, *& præterea ſat veriſimiliter eruimus, ſacra eorum corpora ad idem ferè uſque tempus ſubſtitiſſe in via Salaria. Auctor ſcripti anonymus eſt, ſed, ſicut inſinuat Sigebertus, rerum narratarum teſtis oculatus, utpote qui Deodericum non modò in itinere Italico, ſed etiam in reditu ad epiſcopatum ſuum Metenſem comitatus eſt, ut mox videbitur.*

B *à Theoderico Metenſium epiſcopo* 32 *Sic relationem ſuam exordiatur laudatus anonymus:* Anno Incarnationis Dominicæ DCCCCLXX, magno & glorioſiſſimo Cæſare auguſto Ottone cum æquivoco ſuo admirabilis indolis adoleſcente, filio æquè auguſto, ſimulque magnarum virtutum conjuge Adelheïde, quâ nihil umquam juſtius, manſuetius, prudentius, nec magis pium quicquam potuit eſſe, Italiæ ſceptra pio juſtoque moderamine pacificè ac ſolidè uſque in fines Calabriæ gubernantibus, domnus ac venerabilis ſanctæ Mettis epiſcopus Deodericus, ipſi magnifico imperatori ſanguine ac mira dilectione ac familiaritate conjunctus, cujuſque conſultu pro mira ſapientiæ prærogativa cuncta palatina agebantur negotia, in eadem Italica expeditione conſtitutus, in qua triennium ferè militavit; dum divino præcipuè cultu deditus, quæque ad honorem, decoremque ſeu munimentum ſuæ ſanctæ ſedis certatim exquireret & efficaciter votis ejus cuncta ſuppeterent, corporum Sanctorum maximam copiam ex diverſis Italiæ locis, divina ſe gratia adjuvante, collectam, digno ſe cultu atque honore alibi præſtantiùs veneranda, eidem ſuæ ſanctæ ſedi Mettenſi invehere ſtuduit.

C *juxta relationem teſtis oculati,* 33 *Deinde corpora ſeu reliquias Sanctorum, adjectis locis & perſonis, à quibus ea Deodericus acceperat, enumerans auctor ſequentia ad rem noſtram ſpectantia interſerit:* In Sabinis regione non procul ab urbe Roma, milliario ferè XL, ſancti martyres Protus & Jacintus erant reconditi, aliquantò negligentiori cuſtodia. Hos abbas quidam de monaſterio ſanctæ Mariæ, quod dicitur Farfara, venerabili pontifici noſtro, dum de cauſa ſua eum apud imperatorem ſibi fieri interceſſorem rogaret, quia nullo tantùm munere eum cognoverat delectari, partem primò obtulit, ſed poſtea mirâ inſtantiâ * domni præſulis, quidquid inde reperire potuit, adjecit; ipſe cum ſuis monachis dans ſuper ſancta Euangelia ſacramentum, verè ea oſſa ſanctorum PROTI & JACINTI exiſtere. Hoc poſt natale Domini, dum Româ reverteremur, in vicinio Hortæ civitatis eſt actum. *Tum, memoratis nonnullis de Sanctorum aliorum reliquiis, ſub finem ita ſcribit:* Cùm jam Româ, regiis nuptiis ibi ingenti gloria peractis, reditum in patriam diſponeremus, ultimo beneficio eoque pluribus copioſiore venerabilem præſulem domnus Papa (*Joannem XIII antea nominârat*) de quatuor portionibus craticulæ ſancti Laurentii locupletiſſimè cumulavit. *Hæc anonymus in editione Acherii noviſſima, à qua prior editio non differt niſi loco ad marginem notato. Uno item loco differt Leibnitiana editio, ut inferiùs oſtendam.*

AUCTORE J. P.

34 *Nonnulla autem, quæ alioqui prætermitti potuiſſent, huc ex anonymo transferenda duxi, tum ut liqueat, eum relatis interfuiſſe, tum ut advertat lector, quàm accuratè annotârit paſſim temporum ac perſonarum adjuncta. Nam primò Ottonis Magni, qui imperii coronam ab anno* 962 *uſque ad* 973 *geſtâſſe legitur, conjunctionem ſanguinis cum Theodorico epiſcopo confirmat continuator Reginonis ad annum* 965: Hoc anno, *inquit*, Henrico archiepiſcopo Trevirenſi Thiedericus eiuſdem eccleſiæ diaconus, & Adelberoni Mettenſi epiſcopo Thiedericus conſobrinus imperatoris, ſucceſſores inſtituuntur. *Confirmat id ſimiliter præter alios Sigebertus in Chronico infrà citando, & in Vita Theoderici apud Leibnitium pag.* 312, *ubi dicti epiſcopi epitaphium profert, quod ſic habet:*

cujus accurata annotatio perſonarum

Hic Deodericus generoſo ſanguine natus
Regum progenie, nomen habens celebre:
Cæſaris Ottonis tetigit quem linea carnis,
Cujus conſiliis jura dedit populis.

E

35 *Secundò, nuptiæ regiæ, quas memorat anonymus, Ottonis ſcilicet ſecundi cum Theophania, Joannis Tzamiſcis imperatoris Orientis nepte, celebratæ ſunt Romæ, uti narrat Sigonius de Regno Italiæ libro* 7, *anno* 972, *& eodem Theophania coronata eſt auguſta à Joanne PP. XIII, qui dicto anno, menſe Septembri vitâ functus eſt. Annum eumdem diſertè exprimit auctor Chronici Hildesheimenſis, editi à Cheſnio tom.* 3 *de Hiſtoriæ Francorum ſcriptoribus pag.* 504 *in hunc modum:* DCCCCLXXII Ottoni imperatori juniori venit imperatrix Romam de Conſtantinopoli, XVIII Kal. Maii, Octab. Paſchæ. *Tertiò, abbas monaſterii S. Mariæ Farfenſis, ſiti in diœceſi Sabinenſi, ac ſæpiùs memorati à nobis præcedente die in Commentario prævio ad Acta S. Thomæ ejuſdem inſtauratoris, fuit Joannes ejus nominis tertius, qui, quantùm colligo ex Indice abbatum Farfenſium apud Muratorium tom.* 2, *part.* 2 *de Scriptoribus Italiæ col.* 296, *legitimè electus eſt ſub annum* 967; *ſed iniquis monachi cujuſdam, nomine Hildebrandi, machinationibus poſt quadriennium circiter electionem ſuam probare compulſus fuit coram Ottone imperatore, ac reipſa probavit, ut conſtat ex placito dicti imperatoris dato Ravennæ anno* 971, *editoque per laudatum Muratorium col.* 475. *Hinc facilè concipimus, quem in finem abbas iſte Theodericum, imperatori amiciſſimum, ſibi interceſſorem rogârit, & reliquias* SS. Prothi *ac* Hyacinthi *liberaliter obtulerit.*

ac temporum commendatur.

F

* *al.* præſtantiâ

36 *Quartò denique, ſat rectè ſcribit anonymus, reconditos fuiſſe Sanctos* in Sabinis, regione non procul ab urbe Roma; *quoniam à porta Salaria iter eſt ad Sabinos* & ſtrata eſt per Sabinos (*verba ſunt Strabonis lib.* 5 *Rerum geographicarum*) via Salaria non longa, in quam Nomentana incidit apud Eretum. *At occurrit difficultas in deſignata ab Urbe diſtantia*, milliario ferè XL. *Etenim Aringhus in Roma ſubterranea de cœmeteriis viæ Salariæ diſſerens lib.* IV, *cap.* 37, Porrò, *inquit*, duo inter cetera . . . hac veteri Salaria via olim cœmeteria extitere, unum videlicet, quod ad Clivum cucumeris . . appel-

& mendum, quod in ejus ſcriptum poſtea irrepſit, corrigitur.

AUCTORE J. P.

appellabatur, alterum verò, quod ſanctorum Hermetis, Baſillæ, Proti & Hyacinthi nomine inſignitum eſt, quæ ambo quidem cœmeteria TERTIO ab Urbe MILLIARIO diſtant: *quæ diſtantia multùm diſcrepat ab ea, quæ legitur apud anonymum. Oportet igitur, ut poſt tempora Gregorii Papæ IV è via Salaria longiùs ab Urbe tranſlata fuerint Sanctorum noſtrorum corpora, vel ut anonymus erroneè tantam diſtantiam deſignârit, vel ut in hujus relationem à deſcribentibus mendum irrepſerit, quod poſtremum mihi probabiliſſimum apparet; maximè quia hæ voces* non procul ab urbe Roma *immediatè præmittuntur, & quia Sigebertus apud Leibnitium laudatum num.* 31 *habet* milliario XI. *Crediderim ab auctore verè ſcriptum fuiſſe* milliario III, *ſed vel obſcuriore charactere, vel maculato; certè maculas multas è codice, quo uſus eſt Acherius, abſterſiſſe dicitur Baluzius in notis ad editionem ſecundam; inde factum, ut alter legerit* milliario XL, *alter* XI.

B

Hæc tranſlatio, quam nonnulli innectunt anno 970,

37 *Mox laudatus Sigebertus data hactenus ex anonymo contractiùs refert in Chronico ſuo ad annum* 970 *hoc modo:* Theodericus Metenſium epiſcopus imperatori ſanguine, dilectione, ac familiaritate cæteris devinctior, dum in Italica expeditione per triennium ſub eo militaret, multa corpora & pignora Sanctorum de diverſis Italiæ locis, quocumque modo potuit, collegit. *Deinde recenſitis aliorum Sanctorum reliquiis, de noſtris hæc ſubnectit:* A Sabinis partes corporum Proti & Hyacinthi martyrum; *ac demum ita concludit:* Hæc omnia cum ... parte craticulæ ſancti Laurentii martyris à Papa Joanne ſibi donata, cum aliis multis Sanctorum pignoribus præſul Deodericus in Galliam hoc anno tranſtulit, & in eccleſia ſancti Vincentii martyris, à ſe in inſula urbis conſtructa, locavit. *Eidem anno innectitur memorata reliquiarum tranſlatio in Chronicis aliis. Sed, quantùm aſſequor, ubique præproperè; ſcribit quidem anonymus ſæpe laudatus, quòd* Deodericus ... corporum Sanctorum maximam copiam ex diverſis Italiæ locis ... ſuæ ſanctæ ſedi Mettenſi invehere *ſtuduerit anno* 970, *(quibus verbis decepti ſunt haud dubiè chronographi & eos ſecuti alii ſcriptores,) at non dicit, quòd eodem anno illuc invexerit. Imò haud obſcurè innuit contrarium, ubi ſub finem aſſerit, Theodorico, cùm jam Româ,* regiis nuptiis ibi ingenti gloria peractis, *reditum in patriam diſponeret, donatas fuiſſe à Romano Pontifice portiones craticulæ S. Laurentii; cùm hæ nuptiæ tantùm peractæ ſint anno* 972, *ſicut probavi num.* 35 *& ſicut notat ipſemet Sigebertus in Chronico juxta editionem Miræi.*

C

Securiùs ſtatuitur intra dictum annum & 972, quo ara Sanctis noſtris dedicata eſt

38 *Igitur non omnes reliquiæ, à Sigeberto enumeratæ, anno* 970 *fuerunt Metas tranſlatæ à Deodorico; ſed neque omnes ſimul ab ipſomet tranſlatæ fuerunt anno* 972: *nam, ut patebit pervolventi anonymi præfati relationem, multas ex his reliquiis per varios homines variis temporibus, in Italia commorans, in diœceſim ſuam tranſmiſit; reliquas verò antiſtes ipſe tranſtulit, repoſuitque in eccleſia S. Vincentii martyris, cujus fundamenta jecerat anno* 968, *ut notat Metenſis Chronici auctor apud Labbeum, & Sigebertus in Vita Theoderici apud Leibnitium cap.* 13; *additque idem Sigebertus cap.* 18, *aram illic Sanctis noſtris fuiſſe dedicatam anno* 972, *die* VI *menſis Auguſti. Audi textum ejus integrum:* Fervente igitur ſtudio cœptæ fabricæ, & à longo poſtliminio, ſanctæ memoriæ præſule, Chriſto propitio, reduce, aræ duæ in eadem eccleſia ſibi contiguæ dedicatæ ſunt, præſentibus & cooperantibus reverentiſſimis Wigfrido Virdunenſi, Gerhardo Tullenſi pontificibus anno DCCCCLXXII; hæc quidem in magnæ & toti orbi vulgatæ martyris ſanctæ Luciæ Syracuſanæ; illa autem in ſanctorum æquè mundo pervagatorum PROTI & JACINCTI martyrum præſentia & honore, quorum corpora ſacroſancta, vera, utut fides Chriſti eſt, & non alia, ope ipſorum Auguſtorum & domnorum tunc temporis, Papæ Johannis auctoritate, in ipſis partibus Italiæ adeptas, cum aliis ſanctorum martyrum corporibus huc felici omine Domino tranſtulit adjuvante: & ſunt ipſæ dedicationis Kalendæ VIII Iduum Auguſti, anno pontificatûs ejus nono: *ab anno ſcilicet* 964, *quem cum Chronici S. Vincentii Metenſis auctore primum Deoderiço figit Sigebertus in ſua Chronographia; Continuator Reginonis laudatus num.* 34, *epiſcopum inſtitutum ſcribit anno ſeriùs: uter rectiùs, huc non ſpectat.*

D

39 *Ceterum nullibi memoriæ proditum reperio, quaſnam poſſideat monaſterium S. Vincentii Metenſe* SS. Prothi *&* Hyacinthi *reliquiarum partes; partes, inquam, non integra corpora, prout intelligi poſſet ex mox citato textu Sigeberti, & ex anonymi relatione, in qua dicitur, abbas Farfenſis primò partem reliquiarum obtuliſſe Deoderico, & poſtea adjeciſſe, quidquid inde reperire potuit. Nam hæc omnia de partibus dumtaxat exponenda eſſe, ipſe Sigebertus, qui aliquamdiu Metis in memorato monaſterio habitavit, ſufficienter declarat in Chronographiæ verbis num.* 37 *recitatis:* A Sabinis partes corporum Proti & Hyacinthi martyrum. *Iſta hîc obſervo, non quòd ſcriptorum aliquis, quos vidi, totum hunc theſaurum Metenſibus attribuat, ſed quia tot ſunt alii, qui eum, ſicut contingit frequenter, ſibi integrum vel partem ejus majorem videntur vendicare, ut eos conciliare negotium ſit perdifficile.*

E

in eccleſia monaſterii S. Vincentii, ubi partes corporum ipſorum ſervantur.

§ V. Variæ Italiæ civitates enumerantur, quæ SS. Prothi & Hyacinthi corpora, aut partes inſignes ſibi adſcribunt.

F

Corpora aut magnæ eorum partes ſervari creduntur Papiæ;

UT *in hac de variis tranſlationibus valdè implexa materia ordo quidam ſervetur, & evitetur confuſio, primùm ſine ullo examine nudè producam, quæcumque de corporum* SS. Prothi & Hyacinthi *poſſeſſione & cultu apud ſingulorum locorum ſcriptores reperire potui, ſubnexurus deinde & diſcuſſurus rationes, quas ſibi invicem opponunt. Occurrit primo loco Monaſterium S. Felicis Papiæ, de quo & unà de Sanctis noſtris Jacobus Gualla in Sanctuario Papienſi lib.* 5, *cap.* XI *ſcribit in hunc modum:* Otto Teutonicus imperator ſecundus Salvatori noſtro perpulchrum condidit oratorium, hac noſtra tempeſtate ſanctum Felicem vocatum; quam quidem ædem ſanctiſſimæ virgines divi Benedicti Ordinis mira religione colunt. In ea autem hæc veneranda Sanctorum corpora decumbunt, quorum

A quorum nomina infrà describuntur. Felix, Castulus, Georgius, Felicitas, PROTHUS, HYACINTHUS, Sergius & Baccus, Innocentes duo, Marina, Fælicula, caput S. Stephani prothomartyris, caput S. Valentini præsbyteri, Crux una de sanctissimo ligno Crucis inaurata, capsa una in medio altaris majoris plena reliquiis. Quæ quidem venerandæ omnes reliquiæ in subterraneo oratore decenter arcis tribus tumulantur mirandæ pulchritudinis, ex marmore eburneo, ac egregio artificio insignitis, quæ fideli religione conservatæ ibidem adhuc exstant atque venerantur. *Hactenus laudatus Gualla, auctor seculi* XV *multùm provecti, cujus enarratio, ut facilè perspicit eruditus lector, haud magnum negotium nobis facesset; sicut nec quæ traduntur de Sanctorum nostrorum sacris exuviis existentibus in diœcesi Parmensi.*

in abbatia S. Mariæ de Castilione diœceseos Parmensis; Calatiæ;

41 *Secundus Lancellottus in Historia Olivetana lib.* 2, *cap.* 42 *agens de monasterio seu abbatia S. Mariæ de Castilione; Ordinis S. Benedicti & congregationis montis Oliveti, sita in jam dicta diœcesi Parmensi, hæc habet:* Certa ferè omnibus fides est, in templo requiescere corpora SS. Prothi & Hyacinthi. Ego verò, neque oculis usurpavi, nec grave quicquam de ea re legenti occurrit. Unum dumtaxat è tabulis adverti, anno, quem jam numeravimus, nostræ salutis MCCCCXCIV ab eodem (*Daniele à Birago*) archiepiscopo (*Mitilenensi & cœnobii abbate commendatario*) priorem lapidem (*novi cœnobii ac templi, veteribus bello dirutis,*) solemnibus cæremoniis consecratum, AD LAUDEM DEI, BEATÆQUE MARIÆ, SANCTORUMQUE PROTHI ET HYACINTHI, QUORUM GLORIOSA CORPORA HAC IN ECCLESIA REQUIESCUNT. *Lancellotto jungimus Ranuccium Picum, qui in Notitia reliquiarum diœceseos Parmensis, præfixa Theatro Sanctorum Parmensium, pauca similiter memorat ad rem præsentem; verba ex Italico Latinè reddita sic sonant:* Die XI Septembris. In ecclesia sanctæ Mariæ de Castilione, de Marchionibus, monachorum Olivetanorum, corpora sanctorum Prothi & Hyacinthi, aut saltem eorum partes, quia illa sibi attribuit Roma. *Thesaurum hunc saltem pro parte conservari similiter Calatiæ, vulgò Cajazzo, civitate episcopali Campaniæ felicis sub archiepiscopatu Capuano, auctor est Ferdinandus Ughellus tom.* 6 *Italiæ sacræ novæ editionis col.* 440, *ubi de ejusdem cathedrali ecclesia differens, pauca hæc memorat:* Dives est Sanctorum reliquiis.. veneratur brachium dexterum S. Lucæ Euangelistæ, Lipsana SS. Innocentium, Proti & Hyacinthi & Urbani martyrum.

B

Mantuæ,

42 *Laudandus sæpe per decursum Primus Aloysius de Tattis, qui post medium seculi proximè elapsi Annales sacros ecclesiæ Novocomensis Italico idiomate, & ejusdem Martyrologium Latino exaravit ac typis commisit, inter eos, qui, ut putat, de corporum* SS. Prothi & Hyacinthi *possessione decertant, recenset etiam Mantuanos, juxta quorum tabulas corpus* S. Hyacinthi *ibidem in ecclesia cathedrali custoditur, non multis abhinc annis Româ illuc delatum.* Verùm, *inquit in Annalibus, decade primâ, pag.* 119, non est corpus S. Hyacinthi fratris S. Prothi, prout ipsi supponunt, quamvis ipsa die, nostrorum Martyrum triumpho consecratâ, ejus festivitatem celebrent. *Tum paucis interjectis, existimare se ait, corpus esse martyris cujusdam cognominis, quales nonnulli commorantur in Martyrologio Romano, aut forte ossa martyris incogniti, cui in translatione à summo Pontifice nomen Hyacinthi impositum sit. Equidem, rectène ita censeat laudatus auctor nec ne, dijudicare nequeo, quandoquidem libros, qui de celeberrima civitate Mantuana ejusdemque ecclesia agunt, quantum licuit, consuluerim, & nihil quidquam de* S. Hyacinthi *sacris exuviis repererim memoriæ proditum, proindeque rem hanc eruditis Mantuanis cum ipso peragendam relinquo.*

AUCTORE J. P.

C

43 *In serie adscribentium sibi Sanctorum nostrorum corpora locus item conceditur monachis Camaldulensibus Florentiæ in abbatia SS. Angelorum seu S. Mariæ de Angelis, quos eo thesauro ditatos sub annum* 1423 *scribit Augustinus Florentinus prædictæ abbatiæ monachus part.* 2, *lib.* 3 *Historiarum sui Ordinis, in Vita Ambrosii Camaldulensium Generalis pag.* 346 *in hæc verba:* Anno à Natali Christiano MCCCCXXVIII, diruto templo S. Salvatoris Sylvæ mundæ in agro Aretino, reperta sunt corpora sanctorum martyrum Christi Prothi, Jacinthi & Nemesii. Ea res cùm ad Ambrosii aures perveniisset, summo æstuare cœpit desiderio, ut Angelicum cœnobium eo pretiosissimo thesauro potiretur; in eamque rem abbatis consensus, Raphaëlis Boncianii Ordinis Generalis auctoritate, ut intercederet, operam dedit. Usus autem potissimùm Cosmi Medicis favore, & pari modo Laurentii fratris; dignus fuit, ut clarissimi viri proindè Romam contenderint, quò ipsam translationem Apostolica auctoritate fieri liceret.

Florentiæ datur translationis hujus seculo 15 *factæ*

D

44 Qui privato quoque eorum sumptu honorificentissimum illud æneum sarcophagum in templo Angelorum statuêre III Id. Septembris, ubi sacrosanctæ reliquiæ (quæ summo totius civitatis plausu per celebriores urbis regiones ab archiepiscopo & cleri ordine universo, præmissa solemni rogatione, ante omnia circumlatæ sunt) compositæ venerantur. Emanavit item & Apostolicæ confirmationis diploma, datum Romæ IV Calen. Feb., pontificatûs Martini V anno V. Eugenius verò (IV) postea trium annorum ac totidem quadragenarum indulgentiam tam in die eorum natalitii quàm etiam VII die Jan. hujusmodi factæ translationis concessit. Datum Romæ VIII Cal. Maias anno 2. Confirmavit item Nicolaus V. Datum Romæ IV Cal. Mart. anno III. Potitus Ambrosius sacris Reliquiis operæ precium se facturum esse existimavit, si B. Eugeniæ virginis, cujus Prothus ac Jacinthus eunuchi fuêre, Vita è Græcia in Latium se auctore transiret, cujus operâ hujusmodi memorabilis facta est translatio.

descriptio

E

45 *Consonat Augustino Silvanus Razzius in Vita memorati Ambrosii Italicè concinnata, subnexaque Vitis Sanctorum & Beatorum Ordinis Camaldulensis; addens tamen lipsanotheca æneæ insculpta esse nomina Sanctorum Martyrum, & infra illam marmoreo lapidi hanc inscriptionem:* Clarissl. viri Cosmas & Laurentius fratres Medices neglectas diu SS. reliquias Martirum religioso studio, ac fidelissl. pietate, suis sumptibus his æreis loculis condendas colendasque curârunt. *Porrò quamvis monuerim, nihil dicturum me de vera corporum seu reliquiarum tum hoc, tum aliis hactenus nominatis itemque nominandis locis existentiâ, nisi auditis priùs omnium testimoniis & rationibus, pauca tamen præsentis relationis elucidationi subservientia observanda censui; ac primò quidem, quòd memo-*

& quædam ex aliis

F

AUCTORE J. P.

ratum ibidem templum S. Salvatoris Silvæ mundæ, è quo ſacra lipſana Florentiam advecta leguntur, pertinuerit ad monaſterium Ordinis Camaldulenſis, ſitum in diœceſi Aretina, vulgò Arezzo, *Florentini archiepiſcopatus ſuffraganea. Secundò quòd inter Auctaria Uſuardini Martyrologii apud Sollerium noſtrum codex Florentinus etiam hujus tranſlationis meminerit, eo tamen diſcrimine, ut facta tranſlationis annum fuiſſe dicat milleſimum quadringenteſimum vigeſimum.*

ſcriptoribus

46 *Etenim, poſtquam ad hanc diem annuntiavit ſanctos Martyres noſtros, ſic proſequitur:* Horum ſacratiſſima oſſa, unà cum reliquiis ſancti Nemeſii martyris, ad monaſterium S. Mariæ de Angelis de Florentia tranſlata anno Domini MCCCCXX, tempore Martini V Papæ. *Et rectè ſanè; nam in relatione laudati ſuprà Auguſtini Florentini, & Silvani Razzii hunc ſecuti, errorem cubare, prodit manifeſtè ipſemet Auguſtinus Hiſtoriæ ſuæ lib. 2 cap. 65, pag. 238, ubi Raphaëlem Boncianium, cujus auctoritate Ambroſius Camaldulenſis meditatus eſt tranſlationem, anno 1419 ſuffectum fuiſſe ſcribit Antonio Parmenſi totius Ordinis præfecturam abdicanti, & paulò pòſt de eodem Raphaële tradit ſequentia:* Tertio anno Venetiis Ravennam proficiſcens, fatigatione itineris dyſenteriâ laborare cœpit, ac poſt tertium diem nexibus carnis exolutus ad meliorem tranſivit vitam XVI Calend. Novemb. MCCCCXXII, ſepultus in templo D. Apollinaris. *Annum ac diem obitûs dicti Raphaëlis eumdem notant Thomas De Minis in Catalogo Sanctorum & Beatorum Ordinis Camaldulenſis pag. 44, & Arnoldus Wion lib. 1 Ligni Vitæ cap. 20, pag. 38.*

B

ſuper ea obſervantur.

47 *Quare cùm annus 1420 deſignatus in Martyrologii Auctariis rectè congruat præfecturæ Raphaelis Boncianii, nullatenus congruat annus 1428; haud dubiè ille ſtatuendus eſt tranſlationis epocha. Alioquì dicendum foret mendum irrepſiſſe non modò in codicem Florentinum, poſitumque pro anno 1428 annum 1420; verùm etiam in relationem Auguſtini; intruſum ſcilicet in eam fuiſſe nomen Raphaëlis Boncianii pro nomine Benedicti Forolivienſis, qui juxta Auguſtinum, Thomam de Minis, &*

C

Wionem toti Ordini præfuit ab anno 1422 uſque ad 1431, quem ſubſecutus eſt ſæpe memoratus Ambroſius, vir ob eruditionem, morum integritati conjunctam, ſcriptorum plurium elogiis exornatus & ſimilibus propter Beati *titulum, ei à quibuſdam adſcriptum, exornandus fortaſſe in Opere noſtro ad diem* XXI *Octobris, quo juxta pleroſque, vel ad* XX *Novembris, quo juxta pauciores, è vivis exceſſit. Tertiò denique obſervo,* SS. Prothum & Hyacinthum *in eccleſia SS. Angelorum Florentiæ cultum habere valdè inſignem, utpote quorum ibidem tum hodie feſtiva depoſitionis, tum die* VII *Januarii tranſlationis celebratur memoria, confirmata non tantùm trium Pontificum Romanorum decretis, ſed inſuper additis eccleſiaſticis favoribus commendata.*

Corporum Romæ ab eccleſia S. Salvatoris ſub Clemente VIII

48 *Sequitur nunc celeberrima Sanctorum noſtrorum tranſlatio, facta Romæ ſub finem ſeculi* XVI, *quam refert Baronius in Notationibus ad Martyrologium Romanum die* XI *Septembris:* Eorum, *inquit*, ſacræ reliquiæ ſub Clemente VIII Pontifice Max. ab eccleſia S. Salvatoris, prope pontem S. Mariæ trans Tiberim poſita, ad eccleſiam S. Joannis Florentinæ nationis ſolemni pompa fuere tranſlatæ anno Domini MDXCII, die XXI Junii. *Martius Mileſius Sarrazanius, qui eodem tempore floruit, notiſque illuſtravit S. Damaſi Papæ Opera, poſtmodùm anno 1628 Romæ typis Vaticanis excuſa, pag. 185 recitatis Eminentiſſimi Baronii verbis mox ſubdit:* Et nos oculati teſtes ſumus, eratque in dicta eccleſia, quæ S. Salvatoris in pede pontis dicta, monumentum tale: Sub hoc lapide requieſcunt ſanctorum corpora glorioſiſſimorum PROTHI & JACINTHI. *Pancirolus, ſcriptor item ſynchronus, tranſlationis hujus occaſionem & modum utcumque exponit in Opere de Theſauris almæ Urbis abſconditis, regione 6, eccleſiâ 18, quæ eſt prædicti S. Joannis Baptiſtæ de Florentinis, pag. 494. Verba ejus Italica huc transferam, ut unà cognoſcat lector, cur ei eccleſiæ à Florentinis cognomen inditum ſit.*

D

ad baſilicam S. Joannis Florentinæ nationis tranſlatio,

49 Iſti eccleſiæ, *inquit Pancirolus*, munifici fuêre bini Pontifices Maximi Florentini: Alter fuit Leo X, qui anno MDXIX ipſi conceſſit titulum parœciæ pro omnibus Florentinis, in quacumque Romæ parte habitantibus, & horum domeſticis, qualiſcumque eſſent nationis; & habere magiſtratum ad cauſas mercatorum Florentinorum cum multis privilegiis ac favoribus aliis. Alter Pontifex fuit Clemens VIII, qui anno MDXCII illi donavit corpora SS. Prothi & Hyacinthi, quæ quaſi abſcondita jacebant in eccleſia Salvatoris prope pontem S. Mariæ trans Tiberim. Fuerant hi eunuchi nobiliſſimæ virginis & martyris Romanæ ſanctæ Eugeniæ, cujus ſacrum depoſitum ſervatur in eccleſia SS. Apoſtolorum. Hæc itaque Florentini multo apparatu collecta collocârunt in magno, pulchro ac ſplendido ſacello ſubtus chorum, qui eſt ante aram principem; quia illic ratione Tiberis conſtrui non potuerat tribuna (*opus aliquod magnificum & elevatum intelligo collocandis corporibus.*) Præter diem martyrii horum Sanctorum, quæ eſt XI Septembris, celebratur etiam ibidem dies Tranſlationis ad XXI Junii.

E

& inſignis ibidem cultus;

50 *Sacras* Prothi & Hyacinthi *exuvias deinde in præfato ſacello permanſiſſe, ipſiſque altare fuiſſe dedicatum, atque bis per annum ſolemniter recoli ipſorum feſtivitatem diſcimus ex Bartholomæo Piazza in Hemerologio ſacro Italicè ſimiliter concinnato. Verba ejus ad* XI *Septembris ita ſonant:* Feſtivitas ſolemnis habetur cum indulgentiis plenariis in nobili eccleſia S. Joannis Florentinorum, ad quam, concedente Clemente VIII, anno MDXCII, die XXI Junii, ab eccleſia parochiali S. Salvatoris trans Tiberim tranſlati ſunt. Quieſcunt illorum corpora in magnifico ſacello ſub altari. *Accipe etiam, quæ tradit idem auctor ad diem* XXI *Junii:* Celebratur ſolemniter in eccleſia S. Joannis Florentinorum tranſlatio corporum ſanctorum martyrum Prothi & Hyacinthi, hac die facta per Clementem VIII ex eccleſia S. Salvatoris trans Tiberim prope pontem S. Mariæ, cum indulgentiis plenariis ad eorum nobile altare laterale, ubi quieſcunt & honorantur.

F

uti & reliquarum in aliis Urbis

51 *Sunt & aliæ Romanæ urbis baſilicæ, quæ Sanctorum noſtrorum & reliquiis gaudent, & annuam memoriam recolunt. Exhibet nonnullas laudatus mox Piazza in Sacrario ſuo ſeu Menologio Romano; verba ejus Italica ita ferè habent pag. 307:* XI Septembris. SS. Prothus & Hyacinthus ſtrenui martyres. Feſtum in S. Joannis Florentinorum; ubi magna pars illorum corporum. In ſanctorum Quatuor (*coronatorum,*)

A *rum*,) ubi pars capitis. In ſanctorum Apoſtolorum, illic inſignes eorum reliquiæ ſunt in loco honorifico in medio eccleſiæ, & in nova eccleſia Patrum Oratorii aliæ dictorum Sanctorum reliquiæ exponuntur. *Earumdem reliquiarum meminit idem auctor in Hemerologio ad eumdem diem, ubi tamen hallucinatus videtur, dum apud quatuor Coronatos ſervari ſcripſit partem capitis* S. Hyacinthi.

eccleſiis exiſtentia,

52 *Anaſtaſius enim Bibliothecarius in Vita Leonis IV Pontificis ſeriem exhibens corporum Sanctorum, quibus is Pontifex ſub medium ſeculi* IX *dictam eccleſiam locupletavit, clarè dicit, illa ſub altari collocata fuiſſe cum* capite S. Prothi, & S. Cæciliæ &c. *Adde, quòd eadem corporum ſeries ad pedem ejuſdem altaris lapidi inciſa, ut tradit Ugonius de Stationibus urbis Romæ, ſolius* Prothi *mentionem faciat. Producit eam integram laudatus Ugonius pag.* 220, *ex quo hæc pauca ad propoſitum noſtrum tranſcribo:* Beatus Leo quartus ... ſub hoc altari collocavit corpora ſanctorum .... quatuor Coronatorum ... Adhæc corpora S. Prothi, & S.

B Cæciliæ &c. *Verùm, ſicut rectè monet Pancirolus agens de eadem baſilica pag.* 181, *hæc ſimiliter inſcriptio emendanda; quandoquidem de capitibus dumtaxat loquatur Anaſtaſius, auctor ſynchronus, conſtetque, corpora* SS. Prothi, *Cæciliæ & aliorum, qui ſubduntur, in aliis baſilicis conſervari.*

multis nixa teſtimoniis

53 *Floravantes Martinellus in Roma ſacra pag.* 216, *ſcribens de eccleſia beatæ Mariæ Virginis in Equiro, in medium profert antiquam inſcriptionem, erutam è codice Ms. Vaticano, ex qua diſcimus, exeunte ſeculo* XIII, *ibidem ſimiliter exſtitiſſe Sanctorum noſtrorum reliquias: ita enim legitur:* Anno Domini MCCXCV, pontificatu domni Bonifacii VIII Papæ, Indictione IX, menſe Decembri die VI in feſto S. Nicolai, conſecratio iſtius altaris ſancti Nicolai facta fuit per epiſcopum Nigropontem .... in quo altari recondita ſunt merita (*oſſa ſeu reliquiæ*) ſanctorum ... Prothi & Hyacinthi, & multorum aliorum Sanctorum. *Alteram itidem inſcriptionem profert idem Martinellus pag.* 289, *quam exſtare ait in eccleſia dicta olim* ſanctorum quadraginta Martyrum, *nunc etiam* Stigmatum S.

C Franciſci, *& ex qua ſimile colligimus, quod ex priori: ſignatur enim expreſsè annus* 1298, *Bonifacii VIII quartus, tum ſubditur:* Hæ ſunt reliquiæ, quæ ſunt in altaribus eccleſiæ Sanctorum XL. Inprimis de Ligno ſanctæ Crucis, S. Agnetis, ſancti Saturnini, ſancti Laurentii, ſanctorum Prothi & Hyacinthi ... & aliorum multorum.

§ VI. Eadem ſacra corpora ſibi vendicant Novocomenſes, & quinque eorumdem tranſlationes recolunt; cultus ibidem hac die.

Novocomi quinque SS. Prothi & Hyacinthi

QUantumvis tribus jam paragraphis enumerationem bene longam dederimus civitatum & eccleſiarum, *in quibus vera* SS. Prothi & Hyacinthi *corpora ſeu reliquiæ poſſideri ac honorari perhibentur, nondum tamen hîc ſiſtere conceſſum eſt; nunc etenim ſupereſt tranſlatio, eaque, ut creditur, dudum ante alias facta. Poſt reliquas tamen de hac agendum exiſtimavi, quia cum illis difficiliùs conciliari poterit, ſi ſingula admitti debeant, quæ de ea traduntur. Comum, quod & Novocomum ſæpiùs appellatur, civitas Inſubriæ in ducatu Mediolanenſi epiſcopalis & Aquileienſi metropolitæ ſubjecta, ſacrum hunc theſaurum integrum vel ſaltem pro majori parte ſibi attribuit. Propugnatores ea habet non paucos & inter hos memoratum num.* 42 *Aloyſium de Tattis, qui præ ceteris corpora Sanctorum noſtrorum ibi à ſeculo* VIII *exſtitiſſe & etiam nunc in eccleſia cathedrali exiſtere pro viribus contendit. Juxta primum propoſitum noſtrum relata ab ipſo de hac prima & aliis quatuor tranſlationibus, quæ ibidem variis temporibus contigerunt, ac reliqua ad cultum pertinentia præmittimus.* AUCTORE J. P.

tranſlationes memorantur. Prima facta anno 724 die 2 Aprilis;

55 *Juxta laudatum De Tattis part.* I *Annalium Novocomenſium ad annum* 262, *cui Sanctorum noſtrorum triumphalem agonem innectit; item in Martyrologio Novocomenſi ad diem* 2 *Aprilis, Liutprandus Longobardorum rex acceptâ à Gregorio ſecundo Pontifice* SS. Prothi & Hyacinthi *martyrum, S. Eugeniæ eunuchorum, ſacra lipſana ex Urbe Novocomum detulit, & anno* 724, *die* 2 *Aprilis ea per Deodatum Novocomenſium antiſtitem reponi voluit in templo SS. Carpophori & ſociorum martyrum, quod ab urbe diſtat ad mille paſſus.* De hac tranſlatione, *inquit in Martyrologio*, quæ prima omnium aliarum extitit, plurima teſtantur eccleſiæ S. Carpophori monumenta, Breviarium tam vetus quàm novum eccleſiæ Novocomenſis XIII Maii. *Tum in ſubſidium advocatis multis auctoribus, de quibus uti & de allegatis monumentis infrà redibit ſermo, ſubdit:* De eadem tranſlatione extant hi duo verſiculi, quos ſe vidiſſe in pervetuſto quodam Breviario Benedictus Jovius aſſerit loco citato (*lib.* 2 *Hiſtoriæ patriæ, cap. de templis civitatis & agri Comenſis.*)

E

Rex tulit à Roma Luitprandus corpora ſancta,
Longèque Cumana non procul condidit urbe.

altera anno 1096, ignoto die;

56 *Secundæ tranſlationis meminit idem auctor in Martyrologio ad diem* XIII *Maii his verbis:* Secunda eorumdem corporum tranſlatio habita eſt ante miſerandum patriæ excidium à Guidone epiſcopo, dum bellum inter Mediolanenſes & Novocomenſes mutua crudelitate ferveret; verùm hujus ſecundæ tranſlationis dies certa jacet in tenebris. *Franciſcus Ballarinus part.* 3 *Chronici Comenſis pag.* 177 *annum ſignat* 1096, *quo ex æde ſacra S. Carpophoro clàm in urbem delata, in loco ſubterraneo eccleſiæ cathedralis recondita ſunt, & duobus verſibus num. præcedente recitatis annectit quatuor ſequentia:*

F

Poſt modicum Guido deduxit epiſcopus iſta
Corpora, Cumani templique locavit in imo.
Tertia per clerum conſtat tranſlatio facta
Ad partem dignam dum corpora ſancta reduxit.

Porrò de tranſlatione tertia pauca notavimus in Opere noſtro tom. III *Maii in Prætermiſſis diei* XIII *pag.* 187, *& pag.* 264 *in Prætermiſſis diei* XIV, *quo aliqui eam contigiſſe exiſtimârunt, remque ad præſentem diem remiſimus pleniùs examinandam. Audiamus itaque laudatum De Tattis fuſiùs de ea diſſerentem.*

tertia die Maii

57 Tertia, *inquit ad citatum diem* XIII *Maii,* accidit anno Domini MCCCXVII, ſub Leone III

AUCTORE J. P.

hujus nominis episcopo Novocomensi. Hujus autem translationis ea potissimùm fuit causa, quòd cùm crypta, in qua condita fuerant pretiosa hæc lipsana, humentissima semper cerneretur, metuentes cum Leone cives, ne tantus quid detrimenti subiret thesaurus, in eam omnes abierunt sententiam, ut ex eo loco humenti dimota ad superiorem, eamque tutiorem partem asportarentur. Convocato igitur clero & frequentissimo populo ossa sanctorum Martyrum aquâ, quasi linteis, cooperta reperit, quæ unà cum SS. Liberatæ & Faustinæ virginum corporibus elata post altare majus in ipsa ecclesia collocavit non sine jucundo miraculorum spectaculo; nam oculis captus visum, acerrimo dentium dolore laborans liberationem, & luxatâ sacerdos dexterâ pristinam eorum intercessione sanitatem receperunt. Appositа tunc à tergo altaris fuit sequens inscriptio à Valeriano Ruscha cathedralis archidiacono, qui proprio sumptu aram, sub qua servarentur sacra corpora, eodem erexit anno. *Hactenus De Tattis, qui præfatam inscriptionem mox subjungit his conceptam verbis:*

B anno 1317,

58 MCCCXVII in ecclesia majori Cumana, præsentibus ibi reverendis patribus dominis, fratre Leone de Lambertengis episcopo Cumano: fratre Jacobo Subripa episcopo Tartarorum, & Georgio episcopo Epiphanensi ✠ nec non dominis Valeriano de Ruscha archidiacono: Gufredo de Pigocis archipresbytero; Fomasio de Græcis: Francio de Parede: Jacobo de Parma, & Conrado de Lambertengis presbyteris. Martino de Pergamo, & Gufredo de Carnegrassa diaconibus. Joanne de Regio, & Jacobo de Argenio subdiaconibus. Mussone & Josepho de Lauizariis: Principalo de Lucino: Bartholomæo de Montecucho, & Francischino de Burris: Petro Zano de Mantua: Guasparro de Montesia, & Reinerio de Vercellis: omnibus canonicis Cumanis duabus præbendis vacantibus ✠. Ac toto clero Cumanæ diœcesis, & immenso populo non solùm civitatis Cumarum & districtûs; sed etiam aliarum vicinarum civitatum translata fuerunt corpora sanctorum martyrum Proti & Jacinthi, & sanctarum virginum Liberatæ & Faustinæ; quarum virginum corpora requiescunt in hoc altari. Eodem anno præfatus Dominus Valerianus Ruscha archidiaconus Cumanus fecit fieri hoc opus altaris suis propriis expensis, archidiaconatûs sui anno primo ✠.

C olim Officio ecclesiastico celebrata; quarta anno 1567 die 20 Julii;

59 *Subdit idem auctor, de hac solemni sanctorum Martyrum translatione proprio ac peculiari Officio actum fuisse in ecclesia Comensi, donec ad mentem Clementis VIII PP. illud sustulit Philippus Archintus episcopus; ac demum quibusdam interjectis ita concludit:* Nonnulli tamen de hac translatione agunt sequenti die, ut inter alios Ferrarius & Arturus, cujus rei ratio est Officiorum concurrentia; nam cùm hac die XIII Maii agatur de Dedicatione basilicæ cathedralis sub ritu duplici, translatio autem celebraretur sub semiduplici, ideo de translatione fiebat proxima die non impedita; licèt olim una cum Dedicatione ecclesiæ de horum Sanctorum translatione commemoratio haberetur, sed tunc illa sub ritu simplici colebatur. *Pro quarta translatione remittit nos De Tattis ad Thomam Porcacchium lib. I de Comensi nobilitate, apud quem solum hujus ait vigere memoriam, quemque celebritatem hanc die* XX *Julii anni* 1567 *peractam esse profiteri asserit luculento testimonio; quippe qui eodem tempore Opus suum concinnaverit. Audiamus igitur ipsamet Porcacchii verba ex Italico Latinè reddita:* Anno MDLXVII die XX Julii illustrissimus dominus Joannes Antonius Ulpius, doctissimus ac dignissimus patriæ suæ episcopus, locum paraturus novæ fabricæ ecclesiæ, eas (*reliquias* SS. Prothi, & Hyacinthi) institutа multo cum apparatu supplicatione transtulit ad aram alteram in medio ecclesiæ ab ea parte erectam, ubi servatur sanctissimum Sacramentum. *Ita laudatus auctor pag.* 21. *Redeo ad Aloysium de Tattis.*

D

60 *Ad diem* V *Junii in memorato sæpe Martyrologio translationem quintam his verbis annuntiat:* Postrema translatio SS. martyrum Proti & Hiacynthi, sanctarum virginum Liberatæ & Faustinæ, S. Provini episcopi & confessoris, ac S. Julianæ virg. & mart.; quando ex antiquis eorum sepulchris sublata corpora decentioribus in arculis sunt composita, & indicta solemni supplicatione per totam urbem delata. *Tum in Commentario huic annuntiationi subnexo plurimùm commendat epistolam primam historicam Quintilii Lucinii Passalaquæ, in qua translationis hujus triumphalem pompam, incredibilemque civitatis lætitiam sub oculos legentium positam affirmat, pergitque in hunc modum:* Celebris hujus translationis dies incidit in Feriam tertiam Pentecostes, quæ fuit quinta Junii anno MDCXVIII, sub illustrissimo & reverendissimo D. Philippo Archinto episcopo Novocomensi. Sanctorum martyrum Proti & Hiacynthi, nec non sanctarum virginum Liberatæ & Faustinæ corpora in eamdem cathedralem ecclesiam relata sunt, & sub ara majori, sicut antea jacuerant, honorificentiùs collocata... Sub arculis SS. Proti & Hiacynthi, sicuti & SS. Liberatæ & Faustinæ eadem prorsus epigraphe, mutatis tantùm eorum, earumque nominibus legebatur.

quinta anno 1618 *die* 5 *Junii.*

E

61 Paulo V Pontif. Max.; Philippo III Catholico regnante Mediolani duce. Hæc sunt corpora SS. Proti & Hiacynthi martyrum, & SS. Liberatæ & Faustinæ virginum ex vetere majori sacello, in quo ann. CCCI condita fuerant, in hoc novum, solemni insignique pompa ab illustriss. & reverendiss. Philippo Archinto episc. Comensi reposita anno MDCXVIII, die V Junii, Feria III Pentecostes. Francisco Gallio Abeti duce & comite, Papirio Magnocaballio I. V. D., Petro Jacobo Gagio, Peregrino de Peregrinis, Hippolito Ulpio fabricæ præfectis. *Ex recitata epigraphe observo, annos* 301, *quibus sacra lipsana in sacello veteri jacuisse perhibentur, rectè quidem congruere anno* 1317, *quo contigit tertia translatio, sed ita tamen, ut videri possent pugnare cum testimonio Porcacchii, profitentis, anno* 1567 *delatas inde fuisse sacras reliquias ad aram alteram; quare crediderim, eas post exiguum temporis spatium pristino loco fuisse restitutas, adeo ut tantilla absentia in consideratione non venerit, indeque factum, ut annus Porcacchius quartæ translationis meminerit. Cæterùm cultus Sanctorum nostrorum hodiernus disertè traditur in Officiis propriis ecclesiæ Comensis, jussu illustrissimi Lazari Carafini ejusdem ecclesiæ episcopi editis anno* 1667. *Eorum exemplar penes me est, in quo ad diem* XI *Septembris Officium de* SS. Protho & Hyacintho *recitandum præscribitur ritu duplici in ecclesia cathedrali tantùm. Omnia dicuntur de Communi plurimorum martyrum præter Orationem, qua*

Ibidem in cathedrali, ubi qui fcere dicuntur corpora, Officium fit ritu duplici ad XI *Septembris.*

F

A *quæ legitur, ut in Breviario Romano, & Lectiones ſecundi nocturni proprias, deſumptas ex Actis, de quibus infra ſuus erit agendi locus.*

§ VII. Expenduntur momenta pro ſacrorum corporum ſeu reliquiarum poſſeſſione, vel contra eam à partibus inter ſe diſſidentibus adducta, & qua ratione componi debeant ſtatuitur.

Franciſci Ballarini contra Baronium, qui Sanctorum reliquias

B AUditis tandem *relationibus adſtruentium in locis variis ſacrarum reliquiarum poſſeſſionem & cultum, ad teſtimoniorum, &, quæ his opponuntur vel opponi poſſunt, argumentorum diſcuſſionem progredimur. Paragraphis* 3 *&* 4 *ſat apertè innuimus, nullam nobis occurrere rationem meritò ambigendi de vera reliquiarum* SS. Prothi & Hyacinthi *exiſtentia apud Seligenſtadienſes & Metenſes, nec ſe offerunt etiam ſcriptores nobis in hac parte contrarii, præter Bailletum, cujus non fundatum quoad Seligenſtadienſes dubium ſufficienter videmur ſuſtuliſſe num.* 27, *& Franciſcum Ballarinum, cujus cruda aſſertio part.* 3, *pag.* 178 *Compendii chronici Comenſis, Italicè conſcripti, hunc ſacrum theſaurum, ſi mentem ejus percipio, utriſque abjudicat. Dicta aſſertio Latinè ſic ſonat:* Scribit Cardinalis Cæſar Baronius in ſuis Annalibus, quòd prædicta corpora ſanctorum Prothi & Hyacinthi priſcis temporibus Româ in Galliam tranſlata fuerint; ſed (ſalva pace ipſius) res eſt à vero aliena, quandoquidem verè quieſcant in dicta (*Comenſi*) eccleſia cathedrali. *Utrùm poſtrema omnino certa ſint nondum examino: ſed obſecro, quid intendit per priora laudatus auctor, quidve intelligit per* corpora in Galliam tranſlata? *Num corpora integra? An partes dumtaxat? Si primum, bonâ veniâ edicat mihi, quo id loco ſcribat Baronius. Certè Eminentiſſimus Annaliſta ad annum* 829 *nihil profert præter nuda verba Eginhardi recitata* § 3, *in quibus de reliquiis tantùm mentio fit, nullatenus de corporibus integris: ad annum verò* 969 *poſt relata, quæ & nos dedimus* § 4, *Sigeberti verba, diſertè præmonet lectorem,* Porro, *inquiens,* cùm audis tranſlata corpora, ita accipias, ut partem ex illis acceperint, non ipſa integra. *Alibi autem nihil apud ipſum invenio de tranſlatis in Galliam* SS. Prothi & Hyacinthi *ſeu reliquiis ſeu corporibus.*

C 63 *Igitur ne falsò accuſâſſe Baronium cenſeatur Ballarinus, ſecundum intellexiſſe cenſendus eſt; nempe à vero alienum eſſe, quod ſcribit Baronius de tranſlatis in Galliam corporibus, id eſt, reliquiis, ſeu corporum partibus: atque ideo, nî fallar, id falſum eſſe aſſeruit, quia jam ab anno* 720, *ut ipſe putabat, corpora integra* SS. Prothi & Hyacinthi *ex Urbe Novocomum delata fuerant à Luitprando rege. Sed advertat, ſi placet, quot ex ſimili aſſerto exſurgant incommoda. Nam quo pacto probabit, dicta corpora uſque adeo integra perveniſſe Novocomum, ut neque in baſilica viæ Salariæ, neque in abbatia Farfenſi remanſerit ex iis quidquam, quod ſeculo* IX *ad Eginhardum tranſmitti, & ſeculo* X *Deoderico Metenſium antiſtiti offerri potuerit? Quo teſtimonio evincet, impoſuiſſe poſteris Eginhardum, vel hunc ſibi imponi paſſum fuiſſe, tradique pro reliquiis Sanctorum noſtrorum, oſſa aliorum, ob quorum merita Deus illuſtre miraculum, relatum à nobis ex eodem Eginhardo, teſte oculato, patrârit in eccleſia Seligenſtadienſi? Quo fundamento oſtendet, mendacem fuiſſe anonymum Deoderici epiſcopi comitem, ſæpe laudatum* § 4, *vel pejerâſſe, aut ſaltem jurâſſe temere abbatem & monachos Farfenſes, dum ſuper ſancta Euangelia jurejurando affirmârunt, vere eſſe oſſa* SS. Prothi & Hyacinthi, *qui in Sabinis fuerant reconditi?*

in Galliam delatas ſcripſit,

AUCTORE J. P.

64 *Imò juxta Ballarini aſſertum dicendum foret, nullibi niſi in una civitate Novocomenſi, reliquias Sanctorum noſtrorum poſſideri, ne quidem Romæ in eccleſia S. Joannis Florentinorum; cùm tamen tranſlatio huc ex eccleſia S. Salvatoris facta anno* 1592 *tot ſcriptorum ſynchronorum, confirmata ſit teſtimoniis, ut Aloyſius de Tattis, licèt in Martyrologio ſuo ad diem* XI *Septembris, certius eſſe dicat, quieſcere ſanctorum Martyrum corpora Novocomi, quam ut ſuis egeat probationibus, id diffiteri non auſit: nam ibidem Papienſibus, Parmenſibus, Florentinis ac Mantuanis pro munere, ut inquit, ſuo reſponſurus ab hac tranſlatione exordium ducit atque ita fatur:* Nobis non obſtat Romana SS. Prothi & Hyacinthi tranſlatio ſub Clemente VIII ex baſilica Salvatoris ad eccleſiam S Joannis Florentinæ nationis; hæc enim exigua pars ipſanorum per ſyneccoche pro totis corporibus ſumpta eſt, ut conſueta praxis eccleſiaſtica demonſtrat. *In Annalibus verò Novocomenſibus ad annum* 262 *pag.* 117: Concedimus quidem, Gregorium, cùm ſeſe ac Romam tam pretioſo theſauro privaret, eoque ditaret Luitprandum, aut potiùs civitatem Novocomenſem, ... partem ejus aliquam ibidem reſervâſſe. *Tum ſubdit, hanc fortaſſe partem eamdem eſſe, quæ figuratè accepta pro integris corporibus ſub Clemente VIII tranſlata fuit. Itaque ſuppoſito tantiſper, adeo certum eſſe, quod ſeculo* VIII *contigerit corporum ad Novocomenſes tranſlatio, ut nihil quidquam opponi queat; pars tamen eorum Romæ relicta, in minores dividi potuit, quarum aliquæ Seligenſtadienſibus & Metenſibus, aliquæ aliis eccleſiis conceſſæ ſint; & ſic Ballarini contra Baronium ſententia, omni certe, ne pejus dicam, fundamento deſtituta eſt.*

rationes examinantur & explodiuntur.

E

65 *Cùm agerem num.* 40 *de Papienſibus ac Parmenſibus, dixi fore, ut quæ de corporum ibidem exiſtentia tradantur, haud magnum nobis negotium faceſſerent; quia nempe facile iſta exponuntur de parte ſumpta pro toto, quod frequens eſt in hac materia. At Aloyſius de Tattis, qui ea expoſitione uſus eſt contra Romanos, aliâ contra illos utitur:* Papienſes verò, *inquit,* & Parmenſes, licèt autument in ſuprà memoratis eccleſiis ſanctorum Martyrum corpora poſſidere; fatentur tamen ingenuè, ſe numquam ea vidiſſe, & fidem ſuam ſola populi traditione fulciri; quæ cùm nulla alia ratione roboretur, ad ſtabilienda hujus theſauri jura facillimè nutat. Florentinis, qui hæc ipſa pignora colere apud Camaldulenſes monachos piè credunt, cùm in ærea quadam arcula, unà cum corpore S. Nemeſii martyris noſtrorum Martyrum oſſa con-

Argumenta à Novocomenſibus adverſus alios

F

tineantur

AUCTORE J. P.

tineantur, pro certo affirmare non dubitamus, hæc latè accipi pro corporibus integris, cùm ipsorum portio non magna cernatur. *Hæc ille in Martyrologio ad hanc diem. Eadem ferè sed fusiùs habet in Annalibus Novocomensibus ad annum proximè citatum pag.* 118 *& seq., ubi addit contra Florentinos, corpus S. Nemesii asservari hodiedum Romæ in ecclesia S. Mariæ novæ.*

sacri hujus thesauri competitores producta,

66 *Audi modò, quo pacto dissertationem suam concludat ibidem pag.* 120 : Ceterùm ad omnium consolationem dicere possumus, tam Papiæ, quàm Castellione (*in abbatia S. Mariæ Parmensis diœceseos*) sicut & Florentiæ ac Mantuæ verè inveniri corpora SS. Prothi & Hyacinthi, aut eorum partes : sed hæc erunt, vel aliorum martyrum cognominum, vel ignotorum Sanctorum, vel quibus Pontifices ignari, quorum ea Sanctorum essent corpora, hujusmodi nomina imposuerunt, cùm locum aliquem illis gratificari vellent, prout satis nôrunt periti rituum ecclesiasticorum. *Rectè sanè ; non enim non possumus eò recurrere, si omnes integra sibi corpora prætendant, nulli eorum partibus sint contenti. Interim restat videndum, utrùm laudatus auctor pro sua corporum possessione tam solidis ac certis fulciatur testimoniis ac rationum momentis, ut ex numero eorum, contra quos jam pronuntiavit, absolutè excludendus sit.*

B

ac testimonia pro ejusdem integra,

67 *In Martyrologio suo ad diem* 2 *Aprilis pro translatione Româ Novocomum citat primò monumenta ecclesiæ S. Carpophori ; nullum verò vel hîc vel in Annalibus recitat ; quod eo magis miror, quia translationes multò posteriores referens mox diligentissimè transcribit inscriptiones bene longas, cùm tamen in prima inter tot competitores omnis rei cardo versetur ; producit quidem ad calcem partis* 1 *Annalium pag.* 944 *monumentum duplex beneficiorum, quæ Luitprandus rex annis* 721 *&* 724 *contulit in ecclesiam Novocomensem ejusque episcopum Adeodatum, at de reliquiis ne minima quidem mentio fit. Citat secundò Breviarium tam vetus quàm novum ejusdem ecclesiæ ad diem* XIII *Maii, sed neque hæc ad manum nobis sunt, neque multum videntur conferre posse ad probandam translationem factam anno* 724. *Valdè enim suspicor, ibidem præ ceteris agi de translatione, quæ contigit die* XIII *Maii anno* 1317. *Breviariis jungit Officia propria ejusdem ecclesiæ ; verùm cùm eorum Lectiones propriæ, ut legitur in epistola iis præfixa, sub Gregorio XIII, id est seculo* XVI *multùm provecto, approbatæ & antiquo Breviario appositæ sint, cultum quidem probant, translationem corporum aut partis eorum majoris, anno* 724 *factam, non stabiliunt.*

C

vel partis maximæ possessione

68 *Hinc progreditur laudatus martyrologius ad testimonia scriptorum multorum quidem, sed recentiorum, & præterea inter se dissidentium. Venit primo loco Benedictus Jovius auctor seculi* XVI, *apud quem lib.* 2 *Historiæ Novocomensis capite de Templis hæc lego de ecclesia cathedrali :* Conditæ sunt inibi post altare maximum divorum Prothi & Hiacinthi ac Eugeniæ martyrum reliquiæ, antiquitus Româ à Luitprando Longobardorum rege ad hanc civitatem perductæ, & in templo divi Carpophori, quod ipse dicaverat, ut ex infrascriptis versiculis, in quondam Breviario repertis, conjicio, collocatæ. *Jovio subnectitur Porcacchius laudatus num.* 59, *qui & ipsi consonat in omnibus præterquam in versiculis, quorum non meminit. Sequuntur Paulus Morigia lib.* 1 *cap.* 8 *Historiæ Mediolanensis ; Franciscus Ballarinus in Opere suprà memorato part.* 1 *cap.* 6, *& Ferdinandus Ughellus tom.* 5 *Italiæ sacræ in episcopis Novocomensibus num.* 21 ; *sed primus translationem innectit anno* 718 ; *alter anno* 720 ; *tertius, non indicato translationis anno, Deodatum anno* 721 *vitâ functum scribit ; omnes cum corporibus Sanctorum nostrorum etiam S. Eugeniæ corpus Novocomum delatum affirmant, sicut apud ipsos videre est locis citatis. Præter hos adducit auctores alios, quorum lucubrationes nobis desunt ; verùm cùm & hi recentiores sint, ac proinde spes non affulgeat, fore ut quid certius inde eliciamus, non censuimus laborandum ad eas comparandas.* D

nec satis inter se consona sunt,

69 *Judicet interim eruditus lector ex jam enumeratis, quid subsidii afferre queant laudato martyrologo appellati ab ipso auctores. Ipse translationem absolutè affigendam censet anno* 724, *dissentiunt tres posteriores : citat omnes, ut ostendat, corpora saltem pro majori parte Novocomi existere, priores duo de reliquiis tantùm loquuntur : illi exuvias S. Eugeniæ unà cum exuviis Sanctorum nostrorum Novocomum pervenisse scribunt, ipse in Martyrologio suo ad dictum diem* 2 *Aprilis meritò contendit, omnes in hoc puncto hallucinatos fuisse ; quamvis in Annalibus suis lib.* 9 *num.* 133 *de eadem materia differens fateatur, id ipsum insinuari in veteri Breviario ad diem* XIII *Maii, ac tradi in monumentis ecclesiæ S. Carpophori :* Verum est, *inquit*, in quibusdam manuscriptis S. Carpophori conjunctim nominantur Prothus, Hyacinthus, Eugenia, quasi tria ista corpora simul à Gregorio donata fuissent Luitprando. *Verùm hoc errori vel incuriæ describentium attribuendum ait num.* 134. E

nec satis solida, ut adversariorum momenta evertant.

70 *Atque hæc sunt præcipua argumenta, quibus pro sacrorum corporum possessione decertat Aloysius de Tattis, quæ mihi, ut candidè mentem aperiam, non satis solida apparent, ut ipsi assentiar. Nam cùm juxta exaratas seculo* IX *Eginhardi, & seculo* X *anonymi Metensis relationes, quibus non video, cur fides abrogetur, corpora sanctorum Martyrum nostrorum recondita etiam tum essent in Sabinis ; cùm tot in ecclesiis tam Romæ quàm alibi sacræ eorum reliquiæ etiam insignes asservari & fidelium devotioni ac venerationi hac die exponi probentur ; cùm sacra corpora, ut plures testantur auctores fide digni, requiescant Romæ in ecclesia S. Joannis Florentinæ nationis ; quis prudenter consentiat asserenti, eadem corpora, eatenus majori ex parte, deducta fuisse Novocomum circa annum* 724, *ut* exigua pars lipsanorum per synecdochen pro totis corporibus sumpta *concedatur dumtaxat ecclesiæ postremo loco nominatæ, & ad summum ecclesiæ S. Mariæ de Angelis in urbe Florentina ? Ad summum, inquam ; nam & Florentinos nominat, ubi ad consolationem competitorum suorum dici posse ait, apud ipsos* verè inveniri corpora SS. Prothi & Hyacinthi aut eorum partes ; sed hæc *fore* vel aliorum martyrum cognominum, vel ignotorum Sanctorum, vel quibus Pontifices . . . hujusmodi nomina imposuerunt. F

Quid ipsis atque aliis in hac materia

71 *Ceterùm, cùm tot in locis dispersæ sint Sanctorum nostrorum reliquiæ, dubium non est, quin auctores appellantes eas corpora, etiam ii, qui de basilica S. Joannis Florentinorum locuti sunt, figurâ usi fuerint ; at non adeo latè, ut vulg*

A *vult de Tattis. Sanè proprio & naturali ſenſu intelligendus eſt Piazza laudatus num.* 51; *dum dicit, hac die feſtum eſſe in jam dicta baſilica,* ubi magna pars *eſt* illorum corporum. *Imò remanſiſſe Romæ vel prope Romam poſt ſeculum* VIII, *ſi non integra corpora, certè partes magnas, non obſcurè colligitur ex eo, quòd inter reliquias ſeculo* IX *Seligenſtadium miſſas recenſeatur brachium* S. Prothi, *& pars brachii* S. Hyacinthi, *ſicut dictum eſt num.* 30. *Quapropter alterutrum dicamus neceſſe eſt, vel ſacra pignora, quæ Novocomi honorantur, eſſe corpora aliorum Sanctorum, prout contra competitores ſuprà arguit Aloyſius de Tattis; vel eſſe dumtaxat partes aliquas Sanctorum noſtrorum nullatenus tam magnas, ac prætendit idem auctor; quod poſtremum exiſtimare malim tum propter antiquitatem traditionis, tum propter cultûs celebritatem.*

concedi poſſit aut debeat, ſtatuitur.

72 *Facilè enim fieri potuit, ut Guido Novocomenſium antiſtes, cùm anno* 1096 *præ timore belli reliquias eccleſiæ S. Carpophori clàm in civitatem deferret, oſſa* SS. Prothi & Hyacinthi, *olim à Luitprando rege obtenta, oſſibus aliorum Sanctorum commiſcuerit, & eidem loculo incluſerit; unde lapſu temporis maſſa integra credita ſit pertinere ad Sanctos noſtros, quorum nomina, ut illuſtriora, fortè ſola ad poſterorum notitiam tranſmiſſa fuerant. Porrò, ut his concertationibus aliquando finem imponamus, Papienſes, Florentini & ceteri per decurſum recenſiti, ex hactenus diſcuſſis & ex quantitate reliquiarum, quas poſſident, ipſimet ſtatuere poterunt, an monumenta eorum de partibus lipſanorum Sanctorum noſtrorum exponenda ſint, an de corporibus aliorum Sanctorum; nos ex relatis, quæ invenimus, cultum illuſtrâſſe contenti, ad alia progredimur.*

B

§ VIII. Vitæ S. Eugeniæ virginis & martyris, geſta Sanctorum noſtrorum complectentis & ab eruditis ad fabulas relegatæ compendium; tempus martyrii.

C

De Actis S. Eugeniæ judicia Baronii,

Geſta & paſſio SS. Prothi & Hyacinthi *inſerta ſunt Actis S. Eugeniæ virginis & martyris ac eorum in terris dominæ, de quibus in Notis Martyrologii Romani ad diem* XXV *Decembris ita ſcribit Cardinalis Baronius:* Acta à Metaphraſte deſcripta extant apud Lipomanum & Surium; habent tamen aliqua, quæ cenſurâ indigeant; veluti quod ibi legitur de Philippo Eugeniæ patre, facto (ut ait auctor) epiſcopo Alexandrino: quod planè commentitium eſſe, tabulæ epiſcoporum quæ ab Euſebio in Chronico, & Nicephoro epiſcopo Conſtantinopolitano, & aliis deſcribuntur, manifeſtè declarant. *Exſtant item in Speculo hiſtoriali Vincentii Bellovacenſis, in Vitis Patrum editis à Roſweydo atque in aliis magno numero impreſſis libris, iis præſertim, quæ heroica præclariſſimarum virginum martyrum geſta ac certamina pertractant; mitto manuſcripta non pauca, quæ in Muſeo noſtro ſervantur ex variis antiquis codicibus e-*

ruta, omniaque ex eodem fonte, ex quo Vitæ impreſſæ, promanantia. AUCTORE J. P.

74 *Poſtularet hîc inſtituti noſtri ratio, ut quæ Baronius adducto unico exemplo cenſurâ indigere monuit, lectori poſt maturum examen ob oculos poneremus, dein qua fide digna ſint Acta iſta dijudicaremus, & conſequenter quid cenſendum de geſtis* SS. Prothi & Hyacinthi, *quæ eis involvuntur. Verùm laborem iſtum præripuit nobis non illubentibus Papebrochius noſter tum in Reſponſionibus ad Exhibitionem R. P. Sebaſtiani à S. Paulo part.* 2, *reſp. ad articulum* 16, § IV, *num.* 90 *& ſeqq., tum maximè in Opere noſtro tom.* 5 *menſis Maii ad diem* XX, *occaſione S. Baſilliſſæ ſeu Baſillæ, cujus ad fidem converſio ac martyrium iiſdem Actis comprehenduntur. Hîc anachroniſmos & figmenta in iis deprehenſa detecturus præludit num.* 2 *Commentarii per ſequens de Actis judicium:* Sunt illa Acta ſanè perquam vetuſta: nam Alcimus Avitus epiſcopus Viennenſis, qui concilio Epaonenſi in Gallia præſedit anno DXVII, in libro, quem compoſuit de Laudibus virginitatis ad ſororem ſuam Fuſcinam, præ oculis ea habuit, digna cenſuit, quæ carmine redderet à verſu DLV ad DCXV. Similiter etiam Metaphraſtes digna credidit, quæ eleganti illo ſuo ſtylo Græcis commendaret: unde Orientalibus eccleſiis æquè ac Occidentalibus facta ſunt notiſſima: quippe mira eventuum converſione gratiſſimam legentibus audientibuſque voluptatem adferentia, nec parùm ad virtutis Chriſtianæ, caſtitatis præſertim, commendationem facientia. E

75 Attamen quantumcumque placuerint olim Acta illa, nunc, ſi ad Lydium hiſtorici examinis lapidem admoveantur, non aurum, ſed ſcoria eſſe invenientur: adeo ut ex illis de ea, quæ Hieronymiano Martyrologio pro hoc die inſeritur, Baſiliſſa ſeu Baſilla, haberi nihil certi poſſit. Examen illud ad diem XXV Decembris ſpectat, quo colitur S. Eugenia: prævertere tamen id tempus cogor, ſaltem obiter indicando, cur ea probari nequeant, ſed tamquam fabula contemni mereantur: quia non deſunt, qui ex illis Actis putant probari evidenter antiquitatem monaſticæ vitæ in Oriente atque Occidente, majorem quàm eam alibi definimus. *Hactenus Papebrochius. Haud diſſimile de iis judicium tulit Tillemontius in Notis ad tom.* 4 *Monumentorum Hiſtoriæ eccleſiaſticæ pag.* 585, *ubi memorans, quod reprehenderat Baronius, addi potuiſſe ait ſimilia multa & integram eorum ſtructuram non niſi fabulam ſpirare & fictionem. Judicia profectò, quæ multùm elevant etiam ea, quæ de Sanctis noſtris illis Actis inſerta ſunt, & ita connexa, ut vix aut ne vix quidem excerpi ac ſeparatim dari queant; dari autem integra Acta huic loco non convenit, id enim ſpectabit propriè, ſi tamen operæ pretium judicabitur, ad diem* XXV *Decembris. Quapropter donec ad illum fuerit perventum, conſulere poterit curioſus lector editiones num.* 73 *aſſignatas. Interim tamen ſicui fortaſſe, aliqualem eorum ideam exoptanti, ad dictas editiones recurſus non eſſet commodus, Synopſim quàm poſſim contractiſſimam ſubjicio.* F

ac Tillemontii.

76 *Philippus non infimæ Romanæ nobilitatis vir à Commodo imperatore, ſeptimùm conſule totius Ægypti præfecturâ ornatus eſt, & cum Claudia conjuge, Avito & Sergio filiis, Eugenia filia atque* Protho & Hyacintho *eunuchis*

Eorumdem Actorum

AUCTORE J. P.

Alexandriam appulsus Christianos omnes urbe interdixit. Interim Eugenia jam tum animo Christiana à parentibus sollicitatur ad matrimonium ; at ejus declinandi causâ fugam meditatur, animi relaxandi prætextu egreditur ad prædium suburbanum, comitantibus Protho & Hyacintho, *scientiâ philosophicâ non minùs ac ipsa egregiè instructi. His aperit consilium, utque tutiùs lateat, degatque inter Christianos habitum mutat, juvenem simulat. Sic incedentes obvium habuerunt Helenum Heleopolis episcopum & cum eo ampliùs quàm decem millia Christianorum psalmos Deo decantantium : isti agmini sese immiscentes Heleni sanctitatem intellexerunt, ad eum deduci postulârunt, deducti sunt, & ritè instructi ac baptizati. Helenus Eugeniæ, licèt sexûs ipsius divina revelatione conscius, Eugenii nomen imposuit, & ut cum Sociis inter monachos viveret concessit.*

compendium

77 *Interea temporis anxiè à parentibus conquirebatur Eugenia : at frustra ; donec tandem Philippus, cui sacrificuli à diis immortalibus eam in cælos sublatam esse mentiti fuerant, aureamfiliæ statuam erexit, utque deam coli voluit. Tertio pòst anno Eugenia, tum Eugenius, defuncto monasterii abbati substituta est, atque ita miraculis claruit, ut undequaque ad eam homines accurrerent, & inter hos matrona Alexandrina, cui nomen Melanthiæ, quamque Eugenia facto Crucis signaculo quartanâ liberavit. At mulier ista medicum suum crebriùs invisens præstanti ejus specie læsa est, & nefarium amorem primùm occultuit ; deinde cœpit vulnus aperire, & sæpius repulsa furere, amorem in odium convertere, vindictam spirare. Itaque ad Philippum præfectum querelas defert, Eugenium intentâti stupri insimulat, tantùmque per testes improbos efficit, ut Eugenia ad judicem pertrahatur infami supplicio addicenda. Verùm erumpunt mox omnia : Eugenia sexum prodit, producit, qui dominam non deseruerant,* Prothum & Hyacinthum, *agnoscit filiam præses, advolat Claudia, itur in amplexus, Melanthia igne cælitus emisso plectitur, Philippus cum tota familia ad Christum convertitur & in ejus gratiam ab imperatore pax datur Christianis.*

exhibetur,

78 *Deinde Philippus ipse Alexandrinæ ecclesiæ episcopus constitutus est, & orta nova persecutione martyrio affectus. Claudia verò, Eugenia,* Prothus & Hyacinthus *ceterique de familia Romam reversi sunt ; Avitus & Sergius à Romano senatu cum gaudio susceptiet unus Carthagini proconsul, alter vicarius Africæ destinatus. Plures postmodum à Claudia matronæ nobiles, ab Eugenia virgines, à* Protho & Hyacintho *juvenes ad Christum perducti sunt ; donec tandem Basilla regio genere prognata per* Prothum & Hyacinthum, *quos ipsi hunc in finem dono miserat Eugenia, Christianis legibus imbuta est, & à Cornelio Papa (alii scribunt Sothere) sacro Baptismatis fonte tincta. Nam cùm hæc ex Christi amore gentilem sponsum repudiaret, ab eo ad Gallienum imperatorem delata martyrii palmam consecuta est, & ea occasione capti sunt etiam* Prothus & Hyacinthus, *ductique ad Jovis simulacrum, ut sacrificarent ; sed illud ad pedes eorum concidit & in frusta comminutum est, quod Nicetius Urbis præfectus magicis artibus adscribens utrumque capite plecti jussit. Eugeniæ similiter, ad cujus preces non modò Dianæ simulacrum, sed ipsum delubrum desilierat, cujusquè in fide constantia nullis precibus & tormentis frangi aut labefactari potuerat, caput gladio ablatum est ; Claudia denique per apparentem filiam præmonita paucos post dies ab oratione in cælos abiit. Hæc quoad substantiam ex Vitis Patrum.*

& inter pias fabulas computantur.

79 *Sanè dum historiæ illius partem saltem priorem considero, tam miris & creditu difficillimis rerum eventibus conspersam reperio, tot notis apertæ fictionis refertam, ut aliud ei nomen attribui non posse existimem, quàm pii dramatis, cujus auctor, quod solemne est similium historiunculariumconcinnatoribus, inducere scilicet personas celebriores, quò facilius legentium animos permoveant, inter martyres conceptibus suis aptiores non judicârit, quàm SS. Eugeniam,* Prothum & Hyacinthum, *illustrissimos Ecclesiæ Christianæ heroes. Accedit, quòd non pauca tum in priori tum in posteriori ejus parte referantur, quæ cum historia illorum temporum profana & Ecclesiastica, vel difficillimè, vel nullo prorsus modo conciliari queant ; puta cœnobia monachorum in Ægypto ; episcopatus Alexandrinus Philippi ; Romana præfectura Nicetii, vel, ut est apud alios, Aniceti ; Baptismus Basillæ collatus à Cornelio vel Sothere, pro quorum ampliori notitia, ne novæ ac tædiosæ discussioni tempus & operam impendamus lectorem remittimus ad Papebrochium citatis locis.*

Tempus martyrii.

80 *Germanos fratres fuisse* SS. Prothum & Hyacinthum *communis plurimorum opinio est ; tales certè vocantur à S. Damaso Papa in epitaphio eorum sepulturæ inscripto, à Wandelberto, & Martyrologio Romano : quo autem anno martyrio coronati sint nusquam eruimus. Passim quidem creditur, id contigisse sub Gallieno imperatore, sed inde nihil habemus pro determinato anno, maximè quia Nicetius, cui tum in Actis tum alibi Romanæ Urbis præfectura adscribitur, inter ejus temporis Urbis præfectos, apud Bucherium accuratè descriptos, reperitur nusquam. Petrus de Natalibus mortem eorum fixit circa annum Christi 256 ; alii eam protrahunt usque ad 261, 262, imò 263. Nos, cùm nihil occurrat, cur potiùs anno 256, quàm alteri innectamus, & contrà contendant multi, præcipuam sub Valeriano & Gallieno imperatoribus persecutionem inchoatam dumtaxat fuisse anno 257, absolutam 260 ; quando, capto à Persis Valeriano patre, Gallienus solus imperium tenuit, & pacem Christianis ita restituit, ut deinceps eam violâsse non legatur, nos, inquam, passionem eorum sub Valeriano & Gallieno imperatoribus simpliciter notare maluimus. Nam quòd solus nominetur Gallienus, ubi de eorum martyrio agitur, factum credimus, quia tum Valerianus Urbe aberat.*

A D

DE SS. FELICE ET REGULA VIRGINE AC FORTE EXUPERANTIO, MARTYRIBUS,

TIGURI IN HELVETIA,

COMMENTARIUS PRÆVIUS,

C. S.

§ I. Sanctorum Felicis & Regulæ memoria in Martyrologiis: utrùm his adjungendus sit Exuperantius: passi sunt in hodierna Helvetia, non in Hispania.

B
SUB FIN. SEC. III VEL INIT. IV. *SS. Felicis & Regulæ*

Hos duos Christi Martyres primus omnium è classicis martyrologis Wandelbertus sub medium seculi IX *sacris Fastis inscripsit, dum in Martyrologio suo metrico ad hanc diem sic cecinit:*

Prothus hinc ternas, fraterque Hyacinthus honorant:
Qui Eugeniam pariter legem docuêre sacratam.
Has simul & Felix felici morte dicavit,
Martyrio Regulæ sancto pariterque beatæ.

Latiùs de iisdem agit B. Notkerus, ejusdem seculi martyrologus, simulque Martyrum conditionem, genus, tempus & locum certaminis ad hunc pariter diem edocet. Ejus verba accipe: Nativitas sanctorum martyrum Felicis & Regulæ sororis ejus; quorum festivitas quia solennis apud nos veneratur, passionisque eorum conscriptio pluribus nota, scriptis superaddere scripta non opus mihi esse videtur.

2 Hoc tantùm dicere sufficiat, quòd prædicti Martyres de consortio Mauritii & sociorum ejus per vasta eremi, quæ Darona vocatur, tendentes, in partes Germaniæ devenerunt, & in quodam loco juxta fluvium Lindimacum subsistentes, vigiliis precibusque cum omni pietatis studio operam dabant. Dum hæc à sanctissimis agerentur Germanis, adsunt nuntii ab impiissimo Maximiano directi, ut Sanctos Dei vel idolis sacrificare compellerent, vel tormentis eos variis punire non differrent. Beati igitur Martyres sacrilegis petitionibus fiducialiter resistentes, sociosque se SS. Mauritii, Exuperii, Candidi ac Victoris confitentes, in ferreas rotas igne candentes alligantur, & ineffabilibus insuper tormentis excruciantur. Ac beatissima Regula super ferventem picem imposita est; cui etiam bulliens plumbum ad potandum à carnifice dari est præceptum. Cúmque nullis suppliciorum acerbitatibus à Christo divelli potuissent, jussa sunt eis capita amputari. Quo facto, truncati Martyres abscissa capita suis manibus bajulantes, à loco, ubi decollati sunt, cubitis quinquaginta deportaverunt. *Hæc Notkerus; quæ ubi didicisse videatur, infrà examinabimus.*

memoria C

3 *Eosdem etiam memorat Martyrologium Gellonense, quod Acherius tom.* 2 *Collectionis Septembris Tomus III.* *in sacris*

amplissimæ Veterum scriptorum edidit, putavitque circa annum 804 *scriptum fuisse. Hoc ad præsentem diem inter cetera sic habet:* Lugduno, Pacientes *, Felicis Mart. Regulæ. *Verùm horum primus ad Lugdunum solus pertinet; & Acherius ipse ibidem annotat, in quodam S. Galli in Helvetia codice, ex quo lectiones variantes excerptas acceperat, postrema ita legi:* Et castro Thurigò, natale sancti Felicis cum germana sua sancta Regula. *In Morbacensi Martyrologio, tomo* 3 *Thesauri Anecdotorum per Martenium edito, quodque ipse nongentorum annorum judicavit, sola* Regula *cum virginitatis laureola, & quoad palæstram non minùs obscurè, annuntiatur his verbis:* Romæ Porthi *, Jacinthi, Candidi, Regulæ virginis. *Attamen sanctam Martyrem nostram, ejusque socium* Felicem *in Helvetia passos esse, si quid in totis eorum Actis verum est, dubitare non possumus.* E

* *lege* Patientis

* Prothi

4 *Inserti etiam legantur variis Usuardi Auctariis apud Sollerium nostrum, in quibus omnibus pro palæstra Helvetia vel Allemannia designatur, aut penitus omittitur. Suffecerit unum & alterum produxisse. Rosweydianus codex breviter sic habet:* Felicis martyris, & fororis ejus Regulæ, virginis & martyris. *Prolixiùs codices, alter Ultrajectensis, Leydensis, Albergensis & Danicus:* Turego natale sanctorum martyrum Felicis & Regulæ fororis ejus, de comitibus Thebæorum. Quos Decius præses jussu Maximiani imperatoris diversis primò tormentis affecit, tandem gladio animadverti præcepit. *Similia habet Florarium nostrum Ms., quod eorumdem martyrium anno* 290 *illigat. Mitto Martyrologium Canisio adscriptum, & Ferrarii Catalogum generalem, in quibus ferè eadem legere est.* *Fastis* F

5 *At codex Hagenoyensis inter auctaria Usuardina duobus Martyribus tertium addit,* Exsuperancium, *hisce verbis annuntians:* Apud Turegum, passio sanctorum martyrum Felicis & Regulæ fororis ejus, & Exsuperancii. Qui post ferri candentis rotassiti (*lege* rotas) & longos carceres & alias afflicciones, post picis & bullientis plumbi examinationem, Dominum se vocantem audierunt in hac voce: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum &c., & non multò pòst, jubente Decio præside decollati sunt; & tunc post horam corpora Sancto- *hisce duobus S. Exuperantius*

AUCTORE C. S. rum se erexerunt, & capita sua sustulerunt, & quadraginta cubitos ea tulerunt, & ibi quieverunt. In quo loco fideles Karolus Magnus canoniam contraxit, & pòst Ludowicus filius ejus monasterium sanctimonialium ædificaverunt. *Eumdem ipsis in martyrio ac sepultura socium adjungit Matthæus Merianus in Topographia Helvetiæ pag.* 15, *ubi de Tiguro hæc scribit:* Inter templa visitur ibidem Magnum Monasterium, sive ecclesia præposituræ sanctorum Felicis & Regulæ, quæ prima & antiquissima ecclesia parœcialis, ab ipso exordio & usque ad primorum Francorum regum tempora habita, atque ante Caroli Magni regnum (qui eam anno DCCCX magis dotavit, sepultura sanctorum Felicis, Regulæ & Exuperantii, qui ibidem, circa annum fortè CCCVI, à Decio martyrio coronati sunt, fuit appellata. *Accedit Franciscus Guillimannus de Rebus Helvetiorum lib.* 3, *cap. 6 sic scribens:* Claronæ qui deinceps meminerit, primum fuisse crediderim Florenicum in Vita Felicis & Regulæ. Cùm enim legionis Thebaicæ excidium Maximianus imperator Agauni imperâsset, ex ea legione non pauci hinc inde dispersi.

B

à multis additur

6 Felicem cum sorore Regula & Exsuperantium, Valesiam transeuntes, per montem Furcam nominatum, & vastitudinem Ursariæ Uraniam delapsos; ubi cùm non paucos ad meliora vocâssent sacra, superatis illis montibus, qui Marck, sive Limitares dicuntur, & utramque ditionem dividunt, in Gloronensium regionem descendisse refert, quæ adhuc eo tempore vasta admodùm & inculta. Collem prope vicum Claronam & in eo speluncam occupâsse, tenuisseque, ubi etiamnum eorum ostenditur in literis rupe ductis chirographum. Eodem in colle sacellum posuisse divo Michaëli archangelo sacrum. Inde, conversis ad Christum omnibus propè incolis, Thuregum profectos, martyrium obiisse. Hæc quidem Florenicus, *de quo infrà loquemur.*

martyrii

7 *Similiter Henricus Murer Carthusianus Ittingensis in Helvetia sacra pag.* 55 *& sequentibus* S. Exuperantium SS. Felicis *ac* Regulæ *famulum, vitæque apud Helvetos acta & martyrii ac sepulturæ socium fuisse indubitanter affirmat. Quoad sepulturæ societatem etiam consentiunt Additiones Bruxellenses Ms. ad Usuardum Greveni, in quibus post hæc Greveni verba:* Turego in Almannia sanctorum martyrum Felicis & Regulæ fororis ejus ex sacra legione Thebæorum, quos Decius præfectus jussu Maximiani imperatoris diversis suppliciis affectos, gladio animadverti mandavit; *in margine legitur:* Requiescunt in Surih cum sancto Exuperantio. *Ejusdem pariter meminit Christophorus Hartmannus in Annalibus Heremi Deiparæ in Helvetia, pag.* XI *sic scribens:* Fabricabat sub idem tempus Ludovicus Germaniæ rex, Pii imperatoris filius, Tiguri ea tempestate DD. Felici & Regulæ & Exsuperantii glorioforum martyrum memoria & veneratione vico nobili, sanctimonialium monasterium.

C

socius; sed ob Notkeri,

8 *His accedit Stumphius lib.* 6, *cap.* 3 *Chronici Helvetiæ, ubi de templo super Martyrum sepulcro Tiguri erecto, & per Carolum Magnum ampliato dotatoque agens, observat sequentia:* Hoc templum jam ante Caroli tempora Sepultura sanctorum Martyrum appellabatur; nam Felix, Regula & Exuperantius ibidem per Decium sub Diocletiani imperio, fortè sub annum Christi CCCVI, martyrio coronati fuêre. *Hæc sanè suadent,* S. Exuperantium *duobus aliis adjungendum esse. At quo minùs id pro certo habeamus, non parum obstat B. Notkeri silentium, qui* SS. Felicem & Regulam *annuntians,* Exuperantii *ne verbo quidem meminit. Unde colligere licet primò, hujus nomen in Actis, quæ Notkerus laudat, quæque eadem fuisse apparent cum edendis, minimè insertum fuisse. Secundò ejusdem* Exuperantii *memoriam & cultum seculo* IX, *quo Notkerus suum Martyrologium scripsit, Tiguri, si umquam floruerit, jam abolitum fuisse; alioquin enim hæc Notkerum, qui non procul à Tigurina urbe, scilicet in monasterio S. Galli habitabat, latêre non potuissent. Nec porrò satis verisimile est, hujus Sancti memoriam id temporis jam excidisse, si sub ejusdem seculi initium ipsius ecclesiam Carolus Magnus amplificâsset.*

D

aliorumque

9 *De eo pariter silent varia Breviaria Germanica uti & Proprium Turiasonense in Hispania, quæ* Felicis *ac* Regulæ *meminerunt, ut infrà videbimus. In Actis quoque Ms., quorum tria exemplaria habemus, nullus istius nominis memoratur; horum tamen duo utcumque favent, dum* S. Felici socios *adjungunt. Sic enim ordiuntur:* Tempore illo beatissimus Felix & germana sua S. Regula & Socii eorum cum consilio beatissimi Mauritii ducis Domino servientes, ad peregrinandum profecti ... ad caput laci & fluvii Lindimaci ... pervenerunt. *Et rursum:* S. Felix cum sociis respondit *&c. Hæc, inquam, pro admittendo* S. Exuperantio *utcumque favent, cùm hic è memoratis sociis unus esse potuerit. Verùm haud scio, an hac in parte fides Actis habenda sit, cum sancti Martyres nostri non ad* peregrinandum, *sed ad tyranni sævitiam evadendum in Helvetiam advenisse dicendi sint; ac alia Acta* SS. Felicis & Regulæ *tantùm meminerint.*

E

silentium

10 *Porrò ad Wandelberti, Notkeri, aliorumque silentium reponi posset,* Exuperantium *illis aut ignotum aut præteritum fuisse, quia hujus corpus eorum tempore Tiguri non quiescebat: quippe Henricus Murerus suprà laudatus de eo sic scribit:* Postquam memorata corpora (SS. Felicis Regulæ *ac* Exuperantii) jam quingentis & duobus annis ibidem quievissent (martyrium enim anno CCCXII (*fortè* CCCII) vel CCCIII subierant); Carolus Magnus totum Exuperantii corpus deinde Treviros transtulit, & huic urbi donavit. *At si ea translatio, de qua alibi nil reperi, vera sit, memoratum Notkeri silentium suadet, ut potiùs credamus,* Exuperantium *illum ex* SS. Felicis & Regulæ *consortio non fuisse. Etenim ea, teste Murero, anno* 804 *vel* 805, *id est eodem seculo, quo senescente Notkerus suum Martyrologium scripsit, contingere debuisset; atque adeò non tam longè ab illius tempore aberat Notkerus, quin ejus memoriæ ad ipsum facilè pervenire, ipseque ea ratione de* S. Exuperantio, *quem certè in Actis, quibus utebatur, non repererat, meminisse potuisset, dum* SS. Felicis & Regulæ *elogium concinnavit.*

F

id valdè incertum est.

11 *Ex hactenus dictis colligo, probabilius esse,* S. Exuperantium *Martyribus nostris socium adjungendum non esse, & sententiam oppositam oriri potuisse ex eo, quòd ipsius sacræ exsuviæ simul cum illorum corporibus in eodem loco Tiguri olim asservatæ honorataque fuerint: hinc enim fieri potuit, ut cùm de istius Sancti*

A *cultu quidem conſtaret, ſed de ejuſdem geſtis nihil penitus ſciretur, exiſtimatum fuerit, eum ſimul cum* SS. Felice & Regula *illuc adveniſſe ac martyrio coronatum eſſe. Fateor tamen, argumenta, quæ pro mea opinione produxi, negativa tantùm eſſe, ac propterea ceterorum affirmantium ſententiam non omnino enervare; ideoque malui* S. Exuperantium *reliquis duobus dubitanter adjungere.*

Quidam Hiſpani Martyres noſtros

12 *Sanctorum Martyrum noſtrorum palæſtram in hodierna Helvetia, in loco ubi nunc Tigurum eſt, fuiſſe ex dictis liquet, & ex dicendis magis patebit: at Joannes Tamayus Salazar in ſuo Martyrologio Hiſpanico eos nihilominus in Hiſpania paſſos contendit. Ejus verba ad diem hanc ſubjungo:* Apud Turigium in Celtiberia Hiſpaniæ, SS. Felicis & Regulæ fratrum, qui cùm nollent idolis cultum exhibere, & conſtanter pro fidei obſervantia vitam amiſſuros proteſtarentur, poſt plumbi liquefacti hauſtum, gladio inclyti Martyres præbuêre cervices. *Ita ipſe, laudans in Annotatis Pſeudo-Dexteri Chronicon & Juliani ejuſdem furfuris Adverſaria, quorum uterque eos in Hiſpania*

B *paſſos, poſtremus etiam è Chriſtianis parentibus in agro Ce*[illegible]*nuaccenſi genitos & nobiles facit. Unde Tamayus etiam corrigendum monet Philippum Ferrarium, dum hos ſanctos Martyres* Tiguri in Helvetia *annuntiavit.*

in Hiſpania

13 *Denique more ſuo ſubjungit eorum Acta, & quidem, ſi ipſi credimus, genuina* excerpta ex Breviariis, ſcriptoribus & Martyrologiis. *Hæc, quamquam in variis à noſtris diſcrepent, apertè tamen demonſtrant, Martyres illos eoſdem eſſe cum hodiernis, quemadmodum num.* 53, *ubi lectionem ex Monobricenſi Breviario recitabimus, manifeſtum fiet. Nec tamen ſolus Tamayus hanc ſententiam tuetur, nec ſolis Dexteri ac Juliani ſuppoſititiis Opuſculis nititur, ſed & Lanuza aliique Hiſpani ſcriptores eamdem ſuſtinent, præter Breviaria, traditiones & antiquum Martyrum apud Hiſpanos cultum allegantes. Non lubet commenta hæc operosè refutare, quamquam id minimo meo labore poſſem ex clariſſimi Viri Nicolai Antonii Mss. poſthumis, quæ ampliſſimus ac reverendus admodum dominus Adrianus Coninck,*

C *ejuſdem conſanguineus, anno* 1721 *majoribus meis Matriti communicavit. Pauca tamen juverit annotáſſe.*

paſſos,

14 *Dexteri Chronicon ac Juliani adverſaria nemo eruditus inter figmenta non reputat. De Breviariis rectè obſervat mox laudatus Antonius:* Nonne in Breviariis ipſis Aragonenſium eccleſiarum fratres germani Felix & Regula Sueviæ adjudicantur? Nam ecce Munobricenſis loci Gothicum ſic habet: Eodem die apud Turigum civitatem Suevorum natale duorum germanorum Felicis & Regulæ. Similiter conceptum eſt alterum monaſterii Montaragonis; nec non & tertium Salmanticenſe. Nihilominus tamen his nituntur Breviariis tribus, hæc laudant, hæc pro gentis ſuæ traditione rerum Aragonenſium ſcriptores, atque eis conſentiens Hiſpani Martyrologii auctor, confidentiſſimè producunt.

ſtruſtra contendunt.

15 *Ita reipſa in memoratis Breviariis legi teſtatur Lanuza tom.* 2 *Hiſtoriæ Aragoniæ lib.* 5, *cap.* 18, *ubi verba recitat, & Tamayus eumdem laudans in Martyrologio. Audi nunc rurſum clariſſimum virum Antonium proſequentem.* Quo tamen pacto, ais, conveniunt cum Sueviæ nomine? Paratam habent hujus interpretationem, à Suevis, dominatrice quondam Hiſpaniarum natione, mutuatam; adeoque hæc placuit ante alios non nemini (*Blaſco de Lanuza ſuprà citato*) ut hîc reſiſtentes ignorantiæ noſtrarum hiſtoriarum arguerit. *Poſt hæc commentum iſtud explodit, ſolidiſque rationibus convellit: verùm minimè neceſſarium putavi eas hîc tranſcribere, & hujuſmodi nugis refutandis diutiùs inhærere. Cultum tamen, quem Hiſpani Sanctis noſtris deferunt, ceteraque eò ſpectantia, infrà exponemus.* AUCTORE C. S.

§ II. Acta incerti auctoris ac temporis examinantur: Sanctorum è legione Thebæa ad Tigurinum caſtrum in Helvetiam adventus: alia quædam recentiorum aſſerta: tempus martyrii incertum.

E

Acta, incerto auctore,

TRiplex *Actorum Ms. exemplar ad manum habeo: horum unum tranſcriptum notatur ex inſigni codice membranaceo Carthuſiæ Colonienſis, qui Vitas Sanctorum menſis Julii, Auguſti & Septembris continebat. Alterum apographum eſt cujuſdam Ms. Ultrajectini S. Salvatoris in Belgio, eſtque priori omnino conforme. Tertium exemplar tranſumptum eſt ex bibliotheca S. Maximini Treviris, & ſequens habet exordium:* Multorum innumerabilium *&c. Hoc à reliquis non tantùm exordio, verùm etiam ſtylo ſæpe multùm differt; quoad geſta tamen ſatis convenit; nec dubitare poſſum, quin hujus ſcriptor alterum Colonienſi ſimile præ oculis habuerit, ejuſque ſtylum mutaverit, ac exiguum prologum præfixerit. In hoc tamen nulla fit* Florentii *mentio, cui in gemino ſuprà memorato exemplari ea Paſſio revelata dicitur. Nihil etiam habetur de* SS. Felicis *ac* Regulæ *ſociis, ſed hæc cum illo tantùm memoratur. Martyrum palæſtram, quæ in iiſdem apographis* caſtrum Turonicum *mendosè appellatur,* Zuricum *vocat, veriori quidem, ſed recentiori vocabulo, ut ex dicendis patebit. Verumtamen ad calcem Ms. noſtri Colonienſis notatur exſtare in alio ejuſdem bibliothecæ codice, ſeculo* XVI *exarato, alia Acta, Trevirenſibus conformia, in quibus pro* Zuricum *rectiùs* Turegum *ſcribitur.*

F

qui ab aliquibus Florentius vel Florencius dicitur,

17 *Porrò nullum è memoratis exemplaribus auctorem præfert: at priora duo ſub finem aiunt:* Hæc denique Paſſio revelata eſt S. Florentio monacho à S. Spiritu; *ſed cujus is monaſterii, Regulæ aut ætatis fuerit, non edicitur, nec mihi compertum eſt. Henricus Murerus jam aliàs laudatus, & Guillimannus num.* 5 *&* 6 *relatus,* Florencium *ſimpliciter citant, quì mihi æquè eſt incognitus. At quiſquis Actorum ſcriptor fuerit, certum eſt, eum Sanctorum martyrio longè poſteriorem fuiſſe. Id enim inſinuant primò mox relata è duobus Ms. verba, quibus ea* Paſſio S. Florentio monacho à S. Spiritu revelata *dicitur; ſed quàm verè, quis edicat? Secundò in iiſdem exemplaribus de Sanctorum ſepulturæ loco legitur:* Ubi ab antiquitus multi cæci & claudi ad gloriam Dei & ſanctorum Martyrum

AUCTORE C. S.

reverentiam ſanantur &c. *Similiter Ms. S. Maximini Trevirenſe :* Ubi hactenus cum magna gloria requieſcunt : quo in loco & illis temporibus magnis multiſque miraculis floruerunt, & adhuc, ſi petentium fides non titubet, florere non ceſſant. *Hæc autem ſcriptorem à Martyrum temporibus remotum fuiſſe ſatis manifeſtant.*

non admodum antiqua ſunt, edenda tamen.

18 *Novi equidem hæc & hujuſmodi à poſteris addi potuiſſe ; verùm in Actis nihil occurrit, quod id ſuadeat ſuſpicari. Seculo tamen* IX *juniora non eſſe, manifeſtum fit ex Notkero, qui verbis num.* 1 *recenſitis diſertè aſſerit, eorum Acta aliqua ſuo tempore exſtitiſſe & pluribus nota fuiſſe : hæc autem eadem quoad ſubſtantiam eſſe cum edendis, nemo dubitabit, qui hæc cum Notkeri dictis contulerit. Nunc, quid de his Actis cenſeam, paucis accipe. Auctor ſuppliciorum genera ita enarrat, Sanctorumque ad Decium, & hujus viciſſim ad Martyres ſatis frequentes ſermones refert, quaſi aut ipſe rei geſtæ adfuiſſet, aut hæc è quodam antiquiori inſtrumento didiciſſet : ſed primum minimè verum putamus ; alterum incertum ; & ſermocinationes quidem pro ſcriptoris ingenio concinnatas*

B

fuiſſe, vix dubitamus. Mirabilibus etiam referendis delectatur, quæ vellem certiori auctore niterentur : nam quòd hæc omnia ignoto nobis S. Florentio revelata fuerint, ſine alio teſte non facilè credemus. Dabimus tamen Acta ex Ms. Colonienſi, cum Ultrajectino ac Trevirenſi Mss. collato.

Sancti è legione Thebæa fuiſſe dicuntur :

19 *Quod ad ipſos Martyres attinet, Acta omnia, quæ vidi, uti etiam Breviarium Conſtantienſe ac Hiſpanica, eos S. Mauritii ſocios, vel ex inclyta legione Thebæa faciunt. At Tamayus, qui eoſdem in Hiſpania natos, paſſoſque contendit, id abſurdum putat, videlicet, quia Thebæa legionis pugiles primùm ſemel iterumque decimati, ac deinde omnes trucidati fuêre.* Quo pacto, *inquit*, noſtri Martyres ex illa Thebæorum legione abſque periculo ſeparati, Celtiberiam devenêre, ſi omnes occiſi ſunt ? *Præterea ex ſuppoſititiis Dexteri Julianique fœtibus aſſerit, eos non ſub Diocletiano & Maximiano, ſed ſub Decio imperatore coronatos, adeoque ad Thebæos martyres non ſpectare. Verùm hæ nugæ morari nos non debent. Potuerunt hi Martyres*

C

impia Maximiani imperia cum commilitonibus piè detrectantes, ac propterea inſtantem procellam veriti, ex Agaunenſibus inter Alpinas rupes caſtris ſecedere, & in hodiernam Helvetiam advenire ; quemadmodum SS. Urſus & Victor Salodorum advenìſſe perhibentur. Ex eadem legione, *inquit S. Eucherius*, fuiſſe dicuntur etiam illi martyres Urſus & Victor, quos Salodoro paſſos fama confirmat. *Ceterùm minùs mirabile eſt*, Regulam *virginem ſeſe* Felici *fratri ſuo militanti comitem addidiſſe, quàm S. Verenam Victori, ſortè cognato, & ejuſdem Thebæa legionis pugili, prout in Actis S. Verenæ ad diem* 1 *Septembris*, § 2 *Commentarii prævii referetur.*

eorum iter in Helvetiam

20 *Sanctorum in Helvetiam iter, eorumque in ea domicilii locum ac pietatis officia Ms. edendum his verbis exponit :* Per vaſta loca eremi, quæ Clarona dicitur, ad caput laci & fluvii Lindimaci, qui juxta caſtrum Turonicum (*lege* Turegum) eſt, pervenerunt, ubi tabernacula figentes, jejuniis, vigiliis, orationibuſque & verbo Dei die noctuque inſtantes, Domino fideliter & devotè adhærebant. *Trevirenſe verò apographum ſic habet :* E quorum (*S. Mauritii ac ſociorum ejus*) conſortio B. Felix cum

D

feliciſſima germana ſua Regula partibus Germaniæ per vaſta loca heremi, quæ Clarona nuncupatur, devenerunt. Eſt locus inſignis in fine cujuſdam laci, ubi antiquiſſimum caſtrum, quod Zuricum vocatur, extitit, de quo etiam idem lacus vocabulum trahit, ex quo ameniſſimo curſu fluvius quidam, Lindemaga nomine, decurrens, jocundiſſimum locum reddit ; ubi cùm præfatus Felix, comitante Sorore, Chriſto duce, perveniſſet, fixis caſtris more peregrinantium, vigiliis ſacris, piiſque precibus vacare, verbumque Dei adventantibus ſeminare conſtanter cœperunt.

& mora prope Tigurum.

21 *Idem iter latiùs deſcribit Guillimannus, cujus verba num.* 6 *dedimus. Scilicet Thebæa legio in Agaunenſibus anguſtiis ſubſtiterat, teſte S. Eucherio, atque inde* Felix *ac* Regula *per memoratum iter Turegum proficiſci potuêre.* Clarona, *ſive* Glarona, *pro qua apud Notkerum* Darona *legitur, Glaronenſem tractum indicat, qui olim ſub Tigurinis cenſebatur, at nunc unus è tredecim confœderatis Helvetiæ pagis eſt, cujus caput urbs* Glarona, *vulgò* Glarus *appellatur.* Lindimacus *vel* Lindemaga *fluvius, hodiedum* Limagus, *indigenis* Limmat *nuncupatus, apud Glaronenſes ortus, primùm* Linthus *dicitur, ſed poſt receptum ex Rivario lacu* Magum, *pariter fluvium,* Limagi *vocabulum aſſumit, & poſt irrigatam Claronam & adjacentes regiunculas, in Tigurinum lacum, vulgo* Zurichzee *illabitur, indeque egreſſus, urbem Tigurum interfluit, ac ſupra eam primùm Arolæ, deinde Rheno commiſcetur.* Tigurum, *in medii ævi inſtrumentis* Turegum *ſeu* Thuregum, *vel* caſtrum Turegum *appellabatur, unde indigenis, littera* T *in* Z *mutata,* Zurich *evaſit. Guil' inus etiam* Tauricum *vel* Turicum *à* Tauriſcis *olim dictum exiſtimat.*

E

Dicuntur etiam Uraniis & Glaronenſibus prædicâſſe.

22 *Idem auctor verbis num.* 6 *datis ſtatuit ſanctos Martyres noſtros primùm Uraniis, ejuſdem Helvetiæ populis Chriſti ſacra tradidiſſe, deinde prope vicum, nunc civitatem, Glaronam in quadam ſpelunca, cui eorum chirographum inſcriptum ipſius ætate oſtendebatur, commoratos, Glaronenſibus feliciter prædicâſſe, exſtructoque in eodem colle in S. Michaëlis archangeli honorem ſacello, ad Tigurinos tandem ſe*

F

contuliſſe, apud quos martyrio coronati ſunt. De rebus apud Glaronenſes geſtis eadem habet Murerus ; at quo teſte, ignoro. In Actis fundationis monaſterii Murenſis in Argovia, à Joanne Ludewig tom. 2 *Scriptorum rerum Germanicarum editis, col.* 420 *inter reliquias recenſetur* de petra ſanctorum Felicis & Regulæ : *verùm de qua petra hîc agatur, quis divinet ? Forſitan hæc omnia non niſi quadam populari traditione nituntur, quæ hujuſmodi rebus frequenter fabulas immiſcet. Æquè incerta eſſe arbitror, quæ laudatus Murerus de parte Tigurinæ urbis, locoque, quem Sancti inhabitaverint, ubi comprehenſi, ubi ſuppliciis affecti ac tandem coronati ſint, velut è tripode pronuntiat ; uti etiam quædam alia, quæ inter Annotata hinc & inde recenſebimus.*

Zwingliani blaſphemum commentum.

23 *Priuſquam tamen progredior, ride, lector, cujuſdam Zwingliani hæreſis miniſtelli dementiam dicam, an impudentiam, qui Tigurinis ſuadere auſus eſt, non niſi Zwinglianam perfidiam à* SS. Felice *ac* Regula *ibidem prædicatam fuiſſe. At quo, inquies, argumento ? Hoc ſolo, quod Ægyptii fuerint, quodque Ægyptii*

A *ſi ipſi credat, eam ſemper fuerint profeſſi. Hoc impudens Zwingliani mendacium & blaſphemiam apud Jacobum Gretzerum noſtrum in Defenſione admonitionis de Bibliis Tigurinis, cap. 6 ſolidiſſimè refutata compreſſaque reperies.*

Annus martyrii ignotus.

24 *Martyrii annus determinari non poteſt, quia Acta non memorant, quanto tempore poſt commilitonum ſuorum apud Agaunum eadem Martyres noſtri in Helvetia morati ſint, nec id aliunde licet addiſcere. Si vera ſint, quæ de eorum apoſtolicis laboribus ex Guillimanno & Murero retulimus, oportet eos non paucis annis Thebæa legioni ſuperfuiſſe; ſed an hæc ſeculo tertio vergente ad finem, an quarto ineunte coronata fuerit, ſtatui debebit ad diem* XXII *hujus menſis Septembris, quâ S. Mauritius cum Sociis in Romano Martyrologio celebratur. Interim à vero aberrare non poſſumus, ſi* SS. Felicis *ac* Regulæ *martyrium ad ſeculi tertii finem, vel quarti initium cum aliqua temporis latitudine referamus.*

B § III. Templum ſuper Sanctorum tumulo Tiguri erectum, & à Carolo Magno ampliatum: aliud templum cum nobili parthenone ibidem conditum, ad quod ſacra corpora tranſlata ſunt: cultus in Conſtantienſi diœceſi.

Abſciſſa capita ad locum ſepulturæ

DE *loco, in quo Martyrum corpora humata fuêre, hæc aiunt Acta edenda:* Eâdem horâ decollationis eorum, dum impii nimio terrore percuterentur, accipientes ipſi propria capita in manibus de ripa fluminis Lindimachi, ubi martyrium acceperunt, & portaverunt ea contra montem dextros ſexaginta. Diſtat autem locus ille, ubi Sancti magno cum decore requieſcunt, à caſtro Turonico (*lege* Turego) dextros ducentos. *In Trevirenſi Ms. paulò aliter legitur in hunc modum:* Cadavera ſua, jam capitibus amputatis, manibus ſuis (*ea*) de ripa fluminis, ubi decollari meruerunt, ad ſinum montis illius cubitis quadraginta portaverunt, ubi hactenus cum magna gloria requieſcunt. *Notkerus num.* 1 *pariter aſſerit, Sanctos abſciſſa capita ſua à loco, ubi plexi fuerant, cubitos quinquaginta ſuis manibus bajulâſſe.*

C

Sancti deſtuliſſe feruntur:

26 *Hujuſmodi capitum geſtationes etiam in aliorum martyrum Actis ſatis frequenter occurrunt, ad quæ non ſemel obſervavimus, eam opinionem ex vulgi nimiùm credulo ingenio oriri potuiſſe; qui ſcilicet, dum Sanctorum ſtatuas ſua manibus capita geſtantium intuetur, non advertens, eo corporum habitu martyrii genus poſſe deſignari, mox arbitratur, amputata capita à martyribus re ipſa delata fuiſſe. Verumtamen hæc non ita à me dicta accipiat lector, quaſi illud ab ullo umquam martyre, aut etiam ab hiſce Athletis factum negem; id enim unum hîc volo, ejuſmodi capitum geſtationem, niſi firmiori nitatur teſte, non poſſe mihi non eſſe ſuſpectam. Murerus, qui duobus tertium ſemper adjungit* Exuperantium, *ſubdit, Sanctos, cùm ad delectum ſepulturæ locum perveniſſent, ſeſe juxta invicem humi compoſuiſſe, & à diſcipulis ſuis, quos Chriſtianis ſacris imbuerant, noctu clàm ſepultos, ibidem uſque ad Caroli Magni tempora quieviſſe, qui cùm illorum corpora per revelationem agnoviſſet, ſtructum ſuper eorumdem tumulo templum ampliavit. Qualis hæc revelatio fuerit, non edicit Murerus; at ſi non alia ſit, quàm quæ à Gaſparo Bruſchio refertur, ad fabulas amandanda eſt. Hic enim in Monaſteriis Germaniæ pag.* 40 *ſcribit, Carolum dum anno circitèr* 760 *venationi vacaret, ab inſigni quodam & admirandæ pulchritudinis cervo Coloniâ Agrippinâ ad eum uſque locum adductum, iſtud templum condidiſſe.*

AUCTORE C. S.

ecclefia ſuper tumulo erecta

27 *Quidquid ſit de ea revelatione, Stumphius in Chronico Helvetiæ lib.* 6, *cap.* 13 *de memorato templo hæc ſcribit:* Prima & vetuſtiſſima paræcialis eccleſia Tigurina, modò templum princeps, ſub Clodoveis, fortè à Francorum majoribus-domus condita eſt. Quidam eam Clodoveo Magno, quidam Dagoberto adſcribunt; verùm diu pòſt Carolus Magnus novum templum ac monaſterium, quæ hodiedum exſtant, exſtruxit & ampliavit...; iſque in inſtrumento ipſe fatetur, iſtud templum cum quibuſdam Fratribus, ſive templi miniſtris ſuo tempore jam exſtitiſſe. Hoc templum jam ante Caroli tempora Sepultura ſanctorum Martyrum appellabatur; nam Felix, Regula & Exuperantius ibidem per Decium ſub Diocletiani imperio, fortè ſub annum Chriſti CCCVI martyrio coronati fuêre.

E

& per Carolum Magnum ampliata.

28 *Eadem repetit cap.* 14, *ubi memoratæ eccleſiæ augmentum ac dotationem ad Caroli Magni decimum imperii annum, Chriſtique* 810 *referens ait, eumdem imperatorem donationes quaſdam huic factas confirmâſſe, eamdemque in inſtrumento ſuo* ſanctorum Martyrum ſepulturam *appellare, atque olim conditam & à majoribus ſuis dotatam fuiſſe, teſtari. Laudatum à Stumphio inſtrumentum ad meas manus non venit; ipſe tamen ex eodem Fratrum ſeu clericorum nomina, qui Caroli tempore divina officia ibidem obibant, ſeptemdecim numero recenſet. De anno ampliati per Carolum templi conſentit Murerus, ſed illud ducentis circitèr antè annis per Rupertum quemdam Sueviæ ac Allemanniæ, ut ait, ducem fuiſſe ſtructum, affirmat: verùm nullum hujus aſſerti teſtem producit. Porrò hæc eccleſia, quiſquis eam primitus in horum Martyrum venerationem condiderit, ad dexteram Limagi ripam ſita,* SS. Felicis & Regulæ *Præpoſitura vocabatur, diuque floruit, donec ſeculo* XVI *à Zwingliana impietatis aſſeclis occupata ac profanata eſt.*

F

Aliud templum

29 *Eodem ſeculo ſacra Martyrum oſſa ad alteram fluvii ripam tranſlata & in eccleſia cum parthenone ibidem conditis depoſita fuêre. Parthenon ille* Monaſterium Dominarum, *vulgò* Frauwenmunſter *dictus, Ludovicum Germanicum Ludovici Pii imperatoris filium fundatorem habet, à quo etiam Hildegardam ac deinde Bertam, ejuſdem filias, primas ſucceſſivè abbatiſſas accepit. Hujus fundationis vel dotationis geminum exemplar exſtat. Primum, quod anno Ludovici* 20 *vel* 21 *notatur, ex Marquardo Herrgott in Genealogia diplomatica Auguſtæ gentis Habsburgicæ tom.* 2, *inſtrumento* 54 *huc transferimus.* In nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis. Hludewicus divinâ favente Clementiâ rex. Si de rebus terrenis, quas divinâ ſumus largitate conſequuti, ad loca Sancto-

rum

AUCTORE C. S. rum ob divinum amorem, regium morem decenter implentes, aliquid conferimus, hoc nobis esse profuturum ad æternæ remunerationis præmia capessenda liquidò credimus.

cum parthenone Tiguri fundatum,

30 Quapropter comperiat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet & futurorum industria, qualiter nos pro serenissimi imperatoris avi nostri Caroli, & præstantissimi Hludewici Augusti domini ac genitoris nostri; nec non & nostra sempiterna remuneratione, ac pro conjugis prolisque nostræ charissimæ perpetua mercede, curtim nostram Turegum in ducatu Almanico, in pago Durgaugensi, cum omnibus adjacentiis vel aspicientiis ejus, seu in diversis functionibus, id est, pagellum Uroniæ cum ecclesiis, domibus, cæterisque ædificiis desuper positis, mancipiis utriusque sexûs & ætatis, terris cultis & incultis, silvis, pratis, pascuis, aquis aquarumve decursibus, adjacentiis perviis, exitibus & regressibus, quæsitis & inquirendis, cum universis censibus & diversis redhibitionibus: insuper etiam forestum nostrum Albis nomine, & quicquid in eisdem locis nostri juris atque possessionis jure
B proprietatis est, & ad nostrum opus instanti tempore pertinere videtur, totum & integrum ad monasterium nostrum tradimus, quod situm est in eodem vico Turego, ubi S. Felix & S. Regula, martyres Christi, corpore quiescunt.

eique præfecta Hildegarda,

31 Quod videlicet eo rationis tenore complacuit nobis agendum, ut deinceps inposterum ibidem omni tempore sanctimonialium feminarum sub regulari norma degentium vita, conversatioque monasterialis monastico cultu instituta celebretur, & libentiùs propter hujus loci supplementum, à nobis jam prædictis Martyribus dedicti *, Dei famulatus illic exhibeatur, ac pro nostræ debitorumque nostrorum omnium mercedis augmento diligentiùs ac uberiùs Domini misericordia exoretur. Volumus etiam, ut fidelium nostrorum noverit benevolentia, quòd paterna pietate commoniti supradictum monasterium cum omni integritate, unà cum nostra traditione, in locis præfatis dilectissimæ filiæ nostræ Hildigardæ in proprietatem concessimus, ut quantùm Deo permittente valeat in eodem monasterio Domino militante, suoque dominatui subjectam, disciplinis regularibus & obser-
C vantiæ monasterialis institutione corrigat & nutriat, locaque ipsa sibimet concessa, quantùm vires suppeditent, profectibus & emendationibus augmentando provehat & emendet.

* *fortè* dedicati

per Ludovicum

32 Denique jubentes præcipimus, ut nullus judex publicus, nec comes, nec quisquam ex judiciaria potestate, in locis præfatis, vel in cunctis rebus ad ea loca respicientibus, seu homines tam liberos quàm servos, qui illi commanere videntur, distringere aut infestare, nec fidejussores tollendos, aut ullas redhibitiones, vel freda aut bannos exigendo, aut alicujus injuriæ vim ullo umquam tempore inferre præsumat, sed sub nostra defensione & immunitatis tuitione cum advocatis ibi constitutis res illæ securæ per diuturna tempora permaneant. Et ut hæc authoritas donationis atque confirmationis nostræ firmior habeatur, & per futura tempora à cunctis fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, nostrisque præsentibus & futuris, veriùs credatur atque diligentiùs conservetur, manu propria nostra subter eam firmavimus, & annuli nostri impressione assignari jussimus. Signum domini Hludowici glorioſissimi regis. Comeatus notarius ad vicem Radbani recognovi. Data XII Kal. Au- D gusti, anno Christo propitio XX regni domini Hludowici serenissimi regis in Orientali Francia, Indictione prima. Actum in Regenspurg civitate. In Dei nomine feliciter. Amen.

Germaniæ

33 *Notat hîc ad marginem Herrgottus, apud Tschudium annum Ludovici* XXI *signari, eumque refert ad Christi annum* 851, *quo Indictio I currebat. Ad eumdem pariter annum hujus chartæ meminit Eccardus tom.* 2. *Franciæ Orientalis; alii tamen eamdem aliquot annos citiùs, pro vario Ludovici regnum auspicandi modo, datam volunt. Eâdem de causa Cointius tom.* 8 *Annalium Francorum aliud ejusdem Ludovici diploma, anno regni illius* XXVI in villa Frankonofurt palatio regio *datum, anno Christi* 843 *illigandum putat, ducto scilicet ab anno* 817, *quo à patre in consortium regiæ dignitatis adscitus fuit, computandi initio. Hoc diplomate, quod cetera iisdem passim verbis, quibus suprà recensitum, conscriptum est, Ludovicus rex quamdam curtem* Chama *eidem monasterio donavit his verbis:* Comperiat omnium fidelium sanctæ Dei Ecclesiæ nostrorumque præsentium scilicet & futurorum, industria, E qualiter nos juxta postulationem dilectissimæ filiæ nostræ Hildagardæ ..... curtim nostram, quæ vocatur Chama, consistens in ducatu Alamannico in pago Turgaugensi, cum omnibus adjacentiis ..., vel quicquid in eisdem locis nostri juris atque possessionis jure proprietatis est, ... totum & integrum ad monasterium tradimus, quod situm est in vico nostro Turegum, ubi sanctus Felix & sancta Regula, martyres Christi, corpore quiescunt.

regem:

34 Quod videlicet rationis tenore placuit nobis hoc agendum, ut ab hac die & deinceps inposterum ibidem omni tempore sanctimonialium fæminarum sub Regulari forma degentium vita conversatioque monasterialis monastico cultu instituere delectetur, & libentiùs propter hujus loci supplementum à nobis jam prædictis Martyribus dediti, Dei famulatus illic exhibeatur ... Signum Hludowici serenissimi regis. Hadedeus subdiaconus ad vicem Wiegarii cancellarii recognovi. Data XVI Kal. Maii, anno XXVI regni Hludowici serenissimi regis in Orientali Francia regnantis, Ind. VI. Actum in villa Frankonofurt palatio regio. In Dei nomine feliciter. E Amen. *Hoc instrumentum, ut monui, Cointius ad annum Christi* 843 *refert, quamvis quinque vel sex annis priori sit posterior; idque ob rationem num.* 33 *allegatam.*

ad hanc ecclesiam Sanctorum corpora

35 *Ex adductis non satis liquet, utrùm, dum ea donationes fierent, corpora sanctorum Martyrum jam in Hildegardæ monasterio, an in vetustiore ecclesia, quam ad dexteram Limagi ripam Tiguri conditam diximus, requiescerent. Nam & ea utroque modo accipi possunt, & jam aliàs memoratus Stumphius disertè scribit, memoratum monasterium sub Bertha, quæ Hildegardæ successit, omnibus numeris primùm absolutum, ac tum Sanctorum corpora eò delata fuisse. Stumphii verba ex Germanicis Latina subjicio.* Illius (*Caroli Calvi*) tempore Bertha abbatissa cœptum monasterium, sive Dominarum gynæceum perfecit; tumbam sive sepulturam martyrum Felicis ac Regulæ, qui in altera fluvii ripa apud parœciam sive magnum monasterium quiescebant, amoveri jussit, eorumque ossa partim in monasterio suo deposuit, reliqua verò huc & illuc pro singulari munere transmi-

A transmisit. Tum temporis per Constantiensem episcopum decretum est, ut per universum circum circà Tigurinum tractum annua prædictorum Martyrum festivitas ageretur. Hæc omnia scribit Ratpertus, monachus S. Galli, qui nativitate Tigurinus erat, & eodem florebat tempore. *Ita ipse: verùm ego ea in Ratperti Historia, quæ apud Goldastum in Rerum Alamannicarum scriptoribus exstat de Origine & Casibus S. Galli, non reperio: quare oportet, ut Stumphius, si vera refert, aliam memorati monachi lucubrationem, mihi ignotam, habuerit.*

seculo IX *delata;* 36 *Henricus in Helvetia sancta translationem hanc anno* 877 *affigit, & per Pantechonem episcopum Constantiensem, postulante Berthâ abbatissâ, factam ait. Ibidem etiam promiserat de eadem translatione pluribus agere in libro, quem de Helvetiæ monasteriis edere meditabatur; verùm istud Opus non perfecit, ut in Præfatione ad memoratam Helvetiam sanctam observatur. Cùm itaque citati scriptores hac in parte conveniant, crediderim, iis aliquod instrumentum præluxisse, ex quo istud didicerint;*

B *atque adeo sacras Martyrum exuvias usque ad Berthæ præfecturam in vetustiori, quod ad alteram fluminis ripam conditum diximus, templo quievisse. Circa annum tamen à Murero assignatum nonnulla est difficultas ex parte Pantechonis: etenim tomo* 5 *Galliæ Christianæ recusæ col.* 899, *ubi* Bathego & Patecho *appellatur, hujus successor S. Gebhardus I anno* 876 *Constantiæ jam sedisse dicitur. Quod si verum sit, sique Pantecho eam translationem re vera peregerit, dicendum est, hanc uno aut altero anno citiùs contigisse. De Bertha nihil simile occurrit: hæc enim in Catalogo abbatissarum Tigurini monasterii apud Crusium parte* 2 *Annalium Suevicorum, libro* 2, *pag.* 45 *Hildegardæ sorori anno* 860 *defunctæ suffecta, eidem usque ad annum* 881 *præfuisse notatur: at in Chronico Weingartensi apud Mabillonium tom.* 4 *Analectorum Hildegardæ mors anno* 867 *affigitur; quod ad rem præsentem non facit. Ceterùm* monasterium hoc florentissimum fuit, *inquit Eccardus tom.* 2 *Franciæ Orientalis ad annum* 853; sed anno MDXXIV à Zwinglii assecIis occupatum, & in scholam publicam conversum est.

C *& institutæ festivitas:* 37 *Quod ad Martyrum festivitatem spectat, eam seculo* IX *in Constantiensi diœcesi solenniter agi solitam fuisse, omnino verisimile est ex Notkero, ejusdem seculi martyrologo & monasterii S. Galli, quod in eadem diœcesi florebat, monacho, dum ait:* Nativitas sanctorum Felicis & Regulæ fororis ejus; quorum festivitas quia solennis apud nos veneratur, passionisque eorum conscriptio pluribus nota, scriptis superaddere scripta non opus mihi esse videtur. *Possent quidem hæ voces* apud nos *ad solos Sancti-Gallenses restringi: verùm id minùs probabile videtur, tum quòd non appareat ratio, cur Sancti ibi potiùs culti fuissent, tum quòd allegata verba publicam festivitatem omnibus notam præferant.*

officium & cultus in diœcesi Constantiensi. 38 *Perseveravit, opinor, ea in Constantiensi diœcesi apud posteros festivitas: nam ad manum mihi est istius diœcesis Breviarium, anno* 1575 *Dilingæ excusum, in quo ad diem* XI *Septembris de* SS. Felice & Regula *Officium novem Lectionum præscribitur, quarum sex propriæ ex Actis, quorum apographum Trevirense habemus, concinnatæ sunt, cum omnibus responsoriis & antiphonis pariter propriis, &*

Homilia ad Euangelium ex 10 *Lucæ capite:* AUCTORE C. S. Cùm persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. *In Calendario, quod Breviario præfixum est, eorumdem festum characteribus rubris, ad eum modum, quo majores festivitates notari solent, annuntiatur; ut videantur etiam cessatione à servili opere, sive, ut aiunt, festo in populo ibidem coli soluisse. Id ipsum fortè indicare voluit Notkerus, num.* 1 *relatus, dum ait:* Quorum festivitas .... solennis apud nos veneratur. *In Litaniis quoque, quæ apud Canisium in Antiquis lectionibus Hartmanno Sanctigallensi monacho adscribuntur, & ante processionem diebus Dominicis recitandæ erant,* S. Regulæ *mentionem his verbis factam reperio:*

Agnes atque Agathes, Christina, Euprepia, Tecla,
Euphemia, Regula, Eugenia atque Bona:
Virginitate chorus resplendens candidularum
Turba puellarum, integritate nitens;
Quæ geminis gaudes pulchrùm decorata coronis,
Laude pudicitiæ, martyriique simul.

E

§ IV. Aliquæ reliquiæ Treviros translatæ, Tigurinæ ab hæreticis dispersæ: S. Felicis cultus in Monte sancto: Regula in Kerlingen honorata, alia à nostra: utriusque Sancti cultus in Aragonia.

Aliquot Martyrum reliquiæ CHristophorus Browerus *tom.* 1 *Annalium Trevirensium ad annum Christi* 984, *num.* 51 *sanctorum Martyrum nostrorum corpora per Egbertum, Trevirensium archiepiscopum, Tiguro Treviros fuisse translata scribit; fatetur tamen sese annum non posse determinare. Verba accipe:* Et quia mentio reliquiarum semel illata, de Egberto archiepiscopo quod memorant Trevirorum Gesta, cùm certus annus non proditur, hîc inferimus ... Ferunt Ottonis imperatoris auctoritate Severum presbyterum, F quem B. Gregorius laudat in suis Dialogis, ex valle Terrorina provinciæ Valeriæ, corporaque Martyrum Felicis & Regulæ, quæ præclaro à Ludovico Germaniæ rege, Magni Caroli nepote, sanctimonialium condito monasterio, vico Turego aut Tiguri, quiescebant, impetrâsse.

per Egbertum Trevirensem archiepiscopum 40 *Hujus translationis meminerunt Gesta Trevirorum, à Calmeto tom.* 1 *Historiæ ecclesiasticæ & civilis Lotharingiæ edito, in quibus col.* 20 *hæc lego:* Ekebertus S. Severum presbyterum in Terentina valle (Terentia valle) sepultum, de quo S. Gregorius in libro Dialogorum scribit, adjutorio regis supradicti (*Ottonis*) acquisivit, ... & in castro Turegum (Turregii) reliquias Felicis & Regulæ (Ursulæ.) *Quod autem hîc inter duos uncos* (Ursulæ) *adjunctum sit, factum puto, vel quòd in alio Ms. id ceteris adjectum Calmetus reperit, vel quòd pro* Regulæ, Ursulæ *haberetur: ipse tamen in Historia col.* 969 SS. Felicis *ac* Regulæ, *non* Ursulæ *meminit. Ex hisce videmus, non integra* SS. Felicis & Regulæ *corpora, ut Browerus, paulò liberaliori nec tamen*

AUCTORE C. S.

insolito modo loquens, indicare videtur, sed eorum tantùm reliquias; *puta aliquot ossa vel particulas, ab Egberto Treviros translata fuisse.*

Treviros delata?

41 *Neque etiam credibile est, celeberrimi istius parthenonis virgines Patronorum suorum sacris lipsanis sese penitus privari passas esse, aut eorumdem cultum ibidem tam citò defecisse, ut ea sibi retinere non curaverint. Sanè seculo* XIII *eum in memorato monasterio etiam viguisse, argumento est charta, quam Herrgottus tom. 2 parte 1 Genealogiæ diplomaticæ Augustæ Gentis Habsburgicæ, pag.* 278 *recenset, annoque* 1244 *illigat; in ea enim Rudolfus senior comes de Habesburch, Lantgravius Hassiæ, se suosque posteros obligat ad* tres libras ceræ ponderis Turicensis in vigilia sanctorum Felicis & Regulæ ipsi monasterio ... nomine censûs annuatim *persolvendas. Aberravit tamen à vero auctor quartæ Appendicis ad Chronicon Constantiense apud Pistorium tom. 3 Rerum Germanicarum, dum in Catalogo Sanctorum indigenarum & advenarum diœcesis Vindonienſis & Constantiensis, seculo* XVI *sic scripsit:* SS. Felix & Regula martyres, quorum integra Thunegi (*lege* Thuregi, *id est*, Tiguri) habentur corpora.

B

aliæ à Zwinglianis in fluvium dejectæ:

42 *Non dubitamus itaque, quin aliquot sanctorum Martyrum nostrorum reliquiæ olim aliò transportatæ fuerint, aliæ in Tigurino Virginum monasterio permanserint. Et hasce quidem à Zwinglianis in flumen projectas, Gretzerus noster num.* 23 *relatus, redarguens, ut ibidem monui, eorumdem impudentiam, quâ sectam suam à Sanctis nostris Tiguri prædicatam, effutire ausi fuerant, impiis illis sic exprobat:* Si S. Felix & Regula Zwinglianæ fidei præcones fuêre, cur Zwinglii operâ & impulsu, Martyrum istorum reliquiæ in præterfluentem fluvium abjectæ sunt, licèt hoc inficiari audeat Hospinianus Præfat. in Historiam Sacramentariam. Cur ex tumba, in qua tot annis pacificè quieverant, extractæ, & in auras dispersæ? *Hæc ipse.*

Mons S. Felicis in Suevia.

43 *Gaspar Bruschius de Monasteriis Germaniæ in Salemitano seu Salomonis Villa, uno milliari ab urbe Uberlinga in Suevia condito,* SS. Felicis *ac* Regulæ *montis meminit.* In hujus cœnobii, *inquit*, vicinia est Sancti Montis castrum, ejusdem nominis comitum, quos alio nomine

C

Furstenbergenses vocant. Dicitur Mons sanctus à S. Felice & S. Regula, illic sepultis: *quæ verba Merianus in Appendice ad Suevia descriptionem ita interpretatus est, quasi sancti Martyres nostri unà cum* Exuperantio, *ibidem primùm sepulti fuissent; quod cum hactenus dictis minimè cohæret. De eodem monte meminit P. Joannes Gamansius Societatis nostræ presbyter in epistola die* XXIV *Julii, incerto anno, ad Bollandum nostrum data, & ad hanc diem* XI *Septembris sepositа. In hac scribit, arcem illam Furstenbergicam, vulgò* Heiligenberg *appellatam, ex adverso Salemitani monasterii in ampla alti montis planitie sitam esse, in ejusque sacello corpus* S. Felicis, *qui & loci patronus est, & eidem* Sancti Montis *nomen dedit, maximo cum concursu populi honorari. Si hæc de* S. Felice *nostro accipienda sint, ex prædictis statuendum est, non totum sancti Martyris corpus, sed aliquot tantummodò ejusdem particulas in memorato sacello asservari.*

Corpus S. Regulæ,

44 *Sancta* Regulæ *corpus in ecclesia Kerlingensi, quæ olim præpositura titulo insignita, nunc ad S. Sixti Rutilensis seu* de Rettel *Carthusianorum cœnobium in Lotharingiæ finibus, ad* D *Mosellam fluvium prope oppidum Sircam situm, spectat, olim & sua ætate asservatum fuisse, ad majores meos iteratis litteris, quarum altera anno* 1652 *Rutilæ datæ notantur, perscripsit Fr. Bartholomæus Geubel, ejusdem Carthusiæ tum temporis Prior. Hanc Sanctam, Kerlingensis ecclesiæ patronam, ut virginem & martyrem, quæ in Trevirensi Breviario unà cum SS. Protho, Hyacintho &* Felice *ad* XI *Septembris honoratur, jam à ducentis, dum scriberet, annis, tam Kerlingæ quàm Rutilæ quotannis Nonis Julii ecclesiastico Officio coli solitam affirmat; quod ut probet; In antiquissimo, inquit, nostro Missali, similiter in libro collectaneo manu scriptis, Nonis Junii sic annuntiata est:* Regulæ virginis &

quod in Kerlingæ

martyris.

45 *De ipso autem sacro corpore in epistola altera, à qua annus, quo data fuit, abscissus est, hæc scribit:* Habemus jurata testimonia ante annos ducentos S. Regulam fuisse sepultam in templo S. Regulæ in Kerlinga; cujus sepulchrum sub ipso altari erat positum, ita tamen; ut medietas retro altare promineret, à pavimento nonnihil elevatum; quando ob ruinam templi & altaris ac sepulchri sacræ reliquiæ S. Regulæ inde sunt translatæ ad vicinam parochialem Kerlingensem ecclesiam. Habemus Acta publica de S. Regula, de præpositura S. Regulæ. Postmodum caput S. Regulæ apud nos Rutilæ asservatum fuit, reliqua ossa, puto, quando templum S. Regulæ fuit reædificatum, & officio divino aptatum, recondita rursum in eodem templo S. Regulæ. Habemus in Kerlinga fontem S. Regulæ, ubi infirmi, maximè pueri scabiosi, ibi loti sanantur.

E

coli dicitur,

46 *Subdit etiam miraculum quoddam, tum recèns impetratum.* Mense Novembri proximè præterito, *inquit*, mulier quædam ex pago Klangen, nobis non ignota, viginti circitèr annis ex dolore & vulnere tibiæ vehementer cruciata, in somnis visa sibi est spe recuperandæ sanitatis ingredi capellam S. Ciriaci, sitam prope pagum Montenach, unâ ferè horâ à Sirek (quò frequentes & à longinquis locis fiunt peregrinationes); sed nihil inde adjuta est. Iterum somniavit, se ingredi templum S. Regulæ pro recuperanda sanitate; dolebat autem tunc temporis mulier ex suo vulnere tam intensè, ut putaret, sibi tibiam uri; & ecce in ingressu visa est sibi videre super altare S. Regulæ tria luminaria ardentia, & subsequente aliqua muliere se moneri, peplum suum ab occipite ardere; quod ipsa manu comprimens, visa est sibi illud extinguere. Eodem momento dolor tibiæ cessavit, & illa sanata est, ac postea venit ad templum S. Regulæ, vota sua, duos vel tres cæreolos offerens.

F

non est nostræ Virginis martyris,

47 *Hanc Regulam eamdem esse cum Virgine Martyre nostra, quidam Rutilenses existimárunt, teste laudato Priore, qui ibidem hæc addit:* Pro S. Regula nostra adhuc unum addo, audivisse me à senioribus nostris, putari S. Regulam nostram fuisse sororem cujusdam S. Felicis martyris, de quo tamen nullam omnino literam reperio. *Et certè eadem esset, si Rutilensis in Trevirensi Missali memoraretur; verùm cùm laudatus Prior fateatur, sese hac super re nihil reperisse, adeoque nec Rutilense nec Kerlingense Officium de nostra* S. Regula S. Felicis *sorore meminerit, non dubito, quin reliquiæ Rutilæ*

ac

A *ac Kerlingæ aſſervatæ, cujuſdam alterius Sanctæ ſint. Sed cujuſnam? Id equidem divinare non auſim.*

48 *Ex memoratis tamen epiſtolis video, à majoribus meis dubitatum fuiſſe, an ſacrum iſtud corpus non fuerit* Reginæ, *quæ in Actis S. Cuniberti, Colonienſis epiſcopi, (hæc tamen correctione egêre, jam notârunt Bollandus & Sollerius) apud Surium ad diem* XII *Novembris, hujus Sancti mater fuiſſe, & apud Moſellam coli dicitur.* Quid enim egerit (*Regina*) *inquit auctor*, quove ſtudio erga Dei cultum deſudaverit, teſtatur populus civium Moſellenſium, qui & corpus ejus venerabiliter in eccleſia conditum ſervat, ejuſdemque patrocinia ſemper expetendo, & ſæpe promerendo, frequentat. *Dubitatum, inquam, fuit, an hujus Reginæ, in Regulam mutato nomine, corpus Rutilæ ac Kerlingæ non coleretur; id quod laudatus Geubel à Rutilenſibus æquanimiter admitti poſſe negat, cùm horum S. Regula Officio virginis martyris ſemper culta fuerit. Utut hæc ſe habeant, ego Kerlingenſem Sanctam à Virgine*

B *Martyre noſtra diſtinctam cenſebo, donec certa pro tranſlato ad eam eccleſiam hujus corpore documenta produxerint.*

ſed alterius mihi ignotæ.

49 *Supereſt nobis cum quibuſdam Hiſpanis quæſtio, qui, ut num.* 12 *& tribus ſequentibus diximus & refutavimus*, SS. Felicem & Regulam *in Hiſpania paſſos fuiſſe volunt, & eorumdem corpora in* Torriſos, *ſeu* Torryo, *quod Aragoniæ oppidum eſt tribus milliaribus à civitate* Calatayud *diſſitum, aſſervari contendunt, & eccleſiaſtico cultu ac Officio honorant. Vincentius Blaſcus de Lanuza tomo* 2 *Hiſtoriæ eccleſiaſticæ & civilis Aragoniæ, ſermone Hiſpano editæ, lib.* 5, *cap.* 18 *cultum fusè deſcribit; ac in primis quidem corpora* SS. Felicis & Regulæ (*quos viros ac legionis Thebaicæ milites facit*) *in oppido* Torryo, *diœceſis Turiaſonenſis, & archidiaconatûs* Calatayud, *accluſa aſſerit. Deinde poſt aliqua ita de eorumdem cultu proſequitur:* Monobrica (*Andaluſiæ vicus*) eorum feſtum die XI Septembris celebrat, & ab eccleſiaſticis Officium recitatur: eccleſia illorum reliquias ſervat. Idem fit in Zetina (*pariter vico.*) In Torryo feſtum cum Octava recolitur, & in

C ſecundo Nocturno Lectio Breviarii Monobricenſis (*de qua conſule num.* 53) reponitur.

Exponitur SS. Felicis & Regulæ cultus

50 In horum duorum locorum eccleſiis feſtâ eorum die Indulgentiæ habentur, à Sanctitate ſua Clemente VIII conceſſæ. Magna eſt per eum tractum devotio, & frequentes fiunt ad iſtorum Sanctorum templa ſupplicationes. Dominus Jacobus De Yepes epiſcopus Turiaſonenſis (*quam cathedram eum ab anno* 1600 *uſque ad* 1613 *tenuiſſe ſtatuit*) voluit, ut per totum epiſcopatum ac diœceſim ſuam dies eorum feſta reciperetur; verùm, antequam id mandâſſet, defunctus eſt, nec poſtmodum exſecutioni mandatum eſt... In loco, ubi capite truncati ſunt, qui in ripa fluvii Monubles, aut non procul inde eſt, fons quidam viſitur, qui paſſim manat, & ex fide ac devotione quædam facit miracula: ad hunc (*oppidi*) Torryo incolæ, velut ad quid miraculoſi, die Aſcenſionis Domini in ſupplice agmine accedunt.

in diœceſi Turiaſonenſi

51 In monte ſepulturæ eorum exſtructum eſt horum Sanctorum templum ſatis elegans & ſpatioſum, in quo noſtra ætate ſacellum decentiſſimè erectum eſt. Eorum reliquias ſervat ſacellum princeps cuidam capſæ ſive ſcrinio tribus

in Aragonia;

diverſi artificii clavibus incluſas, quas magnâ cum veneratione ſervant Vicarius & Jurati; theca autem eſt in eccleſia S. Mariæ de Hortal, parœcia Torryo, quò eorum corpora tranſlata fuêre. In eo ſacello luminaria perpetuò ardent, & aliquot miracula fiunt. *Præmiſerat* ſancti Regulæ *caput (virum enim, ut diximus facit, & hîc denuo maſculino* de ſan, ſancti *adjectivo utitur) argenteæ thecæ inſertum eſſe, ac tempore ſuprà memorati epiſcopi Jacobi De Yepes prodigioſo odore fragrâſſe. Lanuzæ conſentit Tamayus in Martyrologio Hiſpanico, præterquam quòd* S. Regulam *fuiſſe feminam ſanctique* Felicis *ſororem velit. Hæc modò paucis examinemus.* AUCTORE C. S.

52 *Negare non poſſumus, quin in oppido Torryo apud Aragones diu floruerit* SS. Regulæ *ac* Felicis *cultus, prout fidem faciunt antiqua illa Breviaria, quorum num.* 14 *&* 15 *meminimus. Eumdem ante medium ſeculi* XVII, *quo ſcripſit Lanuza, ibidem perſeverâſſe, facilè credimus; quinimò eum poſt ſeculi medium etiam auctum fuiſſe colligimus ex edicto, quod illuſtriſſimus Jacobus Eſcolano, Turiaſonenſis epiſcopus, anno* 1664 *promulgavit, quoque per univerſum epiſcopatum quoſdam Sanctos, ſuæ diœceſeos* naturales, *ut vocat, eccleſiaſtico Officio annuè honorari præcepit, propoſitis quadraginta dierum indulgentiis tam perſonis eccleſiaſticis, quæ memorata Officia legerint, quàm ſecularibus, quæ horum Sanctorum feſtis diebus ſolitas pro Catholica fide ac Eccleſia preces fuderint. In hoc enim decreto ad diem* XI *Septembris, hæc lego:* SS. Felix & Regula, germani, qui paſſi ſunt in loco Torryo, ubi eorum corpora hodiedum honorantur: ſemiduplex in noſtra ſancta eccleſia & epiſcopatu: duplex in loco Torryo. *qui haud dubiè*

E

53 *Secundò certum mihi eſt, Turiaſonenſes, ſaltem olim, eo cultu Martyres noſtros, quos in hodierna Helvetia paſſos oſtendimus, proſequi voluiſſe. Nam id liquet ex ſæpe laudatis Breviariis Aragonenſibus, ex quorum uno, Gothico ſcilicet, quod Monobricæ ſervari dicitur, Lectionem tertiam, prout eam exhibet Lanuza, candido lectori exhibeo. Sic habet:* Eodem die apud Turigum civitatem Suevorum, natale duorum germanorum Felicis & Regulæ, qui dicuntur fuiſſe ex legione Thebea; qui cùm perveniſſent ad ſupradictam civitatem, vacando jejuniis & orationibus, ſeminando populis verbum ſalutis, adſunt perſecutores à Maximiano imperatore directi; ante quorum conſpectum Sancti ſe offerentes, interrogati reſponderunt: Chriſtianos nos fatemur, & ex collegio SS. Mauritii & Exuperii & ſociorum ejus. *iidem ſunt*

F

54 Perſecutor verò nomine Dacianus juſſit eos ſuper candentes crates ferreas imponi. Cùm verò immaniter torquerentur, dixerunt Daciano tyranno: Qui ſunt dii tui? Dacianus inquit: Jovis & Mercurius. Et reſpondens beatus Regula; Beelzebu * ergo eſt deus tuus. Tunc irato Daciano, datâ ſententiâ, decollati ſunt; itáque amputatis capitibus, ſumptiſque in manibus ſuis, de ripa fluminis uſque ad ſummum montis verticem (quem locum ſepulturæ ſuæ delegerant) mirabiliter devenerunt: vox verò angelorum pſallentium inibi audita eſt: In paradiſum deducent vos angeli, cum gloria ſuſcipient vos, & perducent in civitatem ſanctam Hieruſalem. Quo in loco præſtantur beneficia Dei uſque in hodiernum diem. *Ita Breviarium Monobricenſe apud Lanuzam, cui Salmanti-* *cum Martyribus noſtris;*

* Beelzebub

AUCTORE C. S. *censè, eodem teste, omninò conforme est, præterquam quòd præterea habeat sequentia:* Cúmque variis tormentorum generibus gaudentes torquerentur, nubes lucida obumbravit eos, & vox hujusmodi est subsecuta: Confidite, ne timeatis; ego vobiscum sum; post hæc decollati sunt *&c. Denique ex Breviario Montaragonensi idem scriptor hæc recitat:* Eodem die apud Turigium civitatem Suevorum, natale duorum germanorum Felicis & Regulæ, qui dicuntur fuisse ex legione Thebea.

idcoque ibi nec passi nec sepulti sunt; 55 *Jam verò qui hæc omnia cum supradictis, Actisque infrà edendis contulerit, dubitare non poterit, quin Turiasonenses* SS. Felicem & Regulam, *quos Notkerus hodie annuntiat, cultu suprà expósito honoraverint: imò id ipsum satis innuunt Bivarius & Tamayus, dum Notkeri Martyrologium laudant. Porrò hosce sanctos Martyres non in Hispania, sed in Suevia, sive hodierna Helvetia passos, eorumque sacra corpora ibidem religiosè asservata fuisse, ex dictis satis constare arbitramur, atque adeò quæ de martyrii ac sepulturæ loco ex Lanuza retulimus, non possumus admittere. Sed quid igitur,* B *inquies, de memoratis corporibus Turiasonensibus dicendum? Respondeo, geminam mihi occurrere rationem. Prima est, si dicamus, non corpora, sed aliquot tantummodò* SS. Felicis & Regulæ *reliquias ibidem asservari, quæ* corporum *nomine frequenter veniunt, quemadmodum cum Eminentissimo Baronio in Actis nostris non semel notavimus. At quo tempore, quave occasione eæ reliquiæ in Hispanias translatæ fuerint, nusquam reperio. Verumtamen, si caput argenteæ inclusum thecæ (de quo consule num.* 51) *virile sit, ut consequenter dicere debet Lanuza, illud sanctæ* Regulæ *virginis ac martyris non esse, clarum est.*

fortè tamen aliquæ eorum reliquiæ ibi servantur. 56 *Alia ratio mihi non minus arridet; videlicet sacra illa corpora aliorum Sanctorum esse, qui re ipsa in Hispaniis coronati fuêre, quosque Torrijenses eosdem cum hodiernis existimaverint. In hunc errorem induci potuerunt, vel quòd fortè cognomines essent, vel quòd aliquas Tigurinorum Martyrum reliquias in eadem theca reperirent, vel denique variis aliis de causis, ex quibus etiam alibi hujusmodi in* C *reliquiis error non semel obrepsit. Hinc enim fieri potuit, ut Tigurinorum Martyrum Acta illis adscriberent, eaque in sua Breviaria referrent. Conceptæ opinioni deinde accedere potuit plebis credulitas, ac lapsu temporis traditionis nomine venire, quam denique supposititia Dextri ac Juliani Opuscula magis magisque confirmârunt, donec horum inanitas tandem ab eruditis clarâ luci expósita est.*

D

PASSIO

auctore anonymo

Ex Ms. codice Carthusiæ Colonienſis collato cum Ms. S. Maximini Trevirenſi & S. Salvatoris Ultrajectino.

Sancti in hodiernam Helvetiam advenæ, *a b c d e f*

TEmpore *a* illo beatissimus Felix & germana sua S. Regula & Socii eorum cum consilio beatissimi Mauritii *b* ducis Domino servientes, ad peregrinandum *c* profecti, per vasta loca eremi, quæ Clarona *d* dicitur, ad caput laci & fluvii Lindimaci *e*, qui juxta castrum Turonicum *f* est, pervenerunt; ubi tabernacula figentes, jejuniis, vigiliis, orationibusque & verbo Dei die noctuque instantes *g*, Domino fideliter & devotè adhærebant. Igitur impiissimus Maximianus ad eos persequendos crudeles direxit ministros, qui pervenientes ad jam dictum locum, meridie & post orationem cùm jam reficerent, supervenerunt ministri; sed gratiâ Dei Sanctos circumdante, excæcati impiissimi ministri minimè eos viderunt. E *g*

à persecutoribus non inviti deprehensi, 2 Et prætereuntibus eis S. Felix ad Germanam suam dixit: Charissima soror mea, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: veni ostendamus nos ad eos, & accipiamus martyrium, & erimus consortes [Electorum] *h* in cælo. Et extensis manibus ad cælum, orabat Dominum, ut liberaret animas eorum de manibus inimicorum, & ut transire possent ad æternam beatitudinem. Tunc videns eos Decius *i* & spiritu immundo repletus, ait: Christiani estis? Socii Mauritii, Exuperii, Candidi, Victoris, aut non? S. Felix cum Sociis *k* respondit: Christiani sumus, & Christum Dominum, qui nos fecit, adoramus, & ipsum deprecamur, ut cum illis, de quibus interrogâsti, per misericordiam Dei regno cælesti mereamur participari. *h* *i* *k* F

Christum professi, idola adorare renuunt: 3 Decius dixit: Sacrificate diis. Sancti responderunt: Non sacrificamus, neque adoramus deos tuos, cum quibus tu in infernum eris demergendus. Decius dixit: Per deos magnos juro, si nolueritis sacrificare diis, magnis & variis suppliciis vos habeo imponere. Sancti responderunt: Corpus nostrum habes in potestate; animas verò nostras non habes, sed solus Deus, qui nos plasmavit. Decius tyrannus dixit: Adhuc patiens sum in vobis: nam non ita jussum est mihi agi vobiscum à sacratissimo Maximiano, quando discessistis à consortio commilitonum vestrorum. Nunc ergo per magnos deos, & per clementiam Maximiani imperatoris juro, quia, si nolueritis deos nostros adorare, Mercurium & Jovem, in sartagines candentes vos facio mitti. Sancti responderunt: Dominus adjutor est noster: non timemus, quid faciat nobis homo.

hinc variè torti, 4 Impiissimus judex dixit: Quare non sacrificatis diis? Sancti responderunt: Notum sit tibi,

A bi, quia deos tuos non adoramus, & imagines tuas non colimus; quia phantaſmata diaboli ſunt. Tunc juſſit eos tyrannus apprehendi, & in ferreas calentes rotas imponi; & dixit: Sacrificate & adorate deos meos. Sancti reſponderunt: Inimice peſſime, quales dii tui ſunt? Decius reſpondit: Mercurius & Jupiter. S. Regula reſpondit: Beelzebub eſt deus tuus: nam illi, quos colis, exteriùs quidem ærei ſunt, & interiùs lutei, qui non audiunt, neque ſentiunt, neque odorant; quibus tu ſimilis es effectus *l*. Decius autem irâ repletus, juſſit afferri picem, & reliquari, & mitti in ea S. Regulam *m*. Sed & plumbum juſſit [infundi] in ore ejus calidiſſimum, ut perveniret ad interiora ejus; & dixit ad eam tyrannus: Hæc & pejora habeo tibi inferre tormenta, ſi non adoraveris deos meos. S. Regula reſpondit: Tormenta tua dulciora mihi ſunt ſuper mel & favum.

l

m

& ad ſacrificandum

5 Decius dixit ad eam: Per clementiam imperatoris faciam vos poni in carcere, ubi erunt vobis exteriores tenebræ. Sancti reſponderunt: In tenebras tu ibis exteriores, ubi eſt

B domini tui domus & habitatio tua in perpetuum. Impiiſſimus verò Decius, irâ ſtimulante, juſſit

n eis diverſa ſupplicia *n* inferri; ſed Sancti alacri animo tormenta deridentes; unâ voce & uno animo glorificabant & benedicebant Deum, dicentes: Gratias agimus tibi Jeſu Chriſte, quia propter nomen tuum tanta ſumus paſſi tormenta. Decius dixit ad S. Felicem: Deus tuus, quem adoras, ad quem clamas, ubi eſt? S. Felix reſpondit: In cælo eſt Deus meus, quem adoro, & quem colo; deus verò tuus, quem adoras, & quem colis, in inferno eſt. Diabolus itaque te ad infernum vult trahere, & [tu] imitator ejus exiſtis?

idolis fruſtra impulſi,

6 Decius dixit: Meliùs facis, ſi adoras deos meos; quia ego cum ipſis loquor, & quod ipſi jubent, hoc facio. Sancti reſponderunt: Inimice, quare non cogitas, quia ſuper terram ſtas? Aſpice in cælum, & vide ſolem & lunam, quæ Deus fecit, qui habet poteſtatem ſalvare animas noſtras: nam dii tui dæmonia ſunt, cum quibus ut & imperatores tui eſtis cremandi in igne perpetuo. Decius dixit: Adhuc patiens ſum in vobis. Sancti reſponderunt: Deus noſter,

C cui nos ſervimus, ipſe eſt patiens, & multùm miſericors, & miſericordiæ ejus non eſt finis. Decius verò iratus juſſit iterum eis graviora inferri tormenta. Famuli autem Chriſti ad omnia ejus tormenta fortiores effecti, glorificabant & benedicebant Deum, qui fecit cælum & terram, cujus Verbo creata ſunt omnia; & conſtantes petebant ſibi auxilium de cælis, & gratiam Spiritûs ſancti, ut viderent ſalutare Dei, & magnificaretur nomen Sanctæ Trinitatis in gentibus.

ſed divinitus recreati,

7 Et ſtatim facta eſt nubes lucida ſuper eos, & vox de nube dicens: Ne timeatis; quoniam ego vobiſcum ſum: viriliter agite, & confortetur cor veſtrum; quia venit vocatio veſtra, & corona ſempiterna præparata eſt vobis, eritiſque accepturi inter Sanctos meos magnam gloriam. Cúmque Sancti, hâc auditâ voce, oculos levâſſent in cælos, audierunt iterum vocem, de cælo dicentem ſibi: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Sancti verò hæc audientes, ampliùs clamantes, benedicebant Deum, dicentes: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis: laudamus te, benedicimus te in ſecula ſeculorum.

8 Tunc Decius crudeliſſimus, furore nimio repletus, juſſit eis cervicem flectere, & capita amputari. Cúmque ſancti Martyres hæc audiſſent, pſallebant, dicentes Domino: Vias tuas, Domine, demonſtra nobis, & ſemitas tuas doce nos; dirige in veritate tua, & doce nos; quoniam tu Deus ſalvator noſter. Cumque unanimiter unâ voce ad Dominum Jeſum Chriſtum exorâſſent, expanſis palmis ad cælum, cervicem flectentes, percuſſores capita eorum amputantes, glorioſam pro Domino mortem finierunt. Et ecce vox pſallentium angelorum & Sanctorum audita eſt: In paradiſo deducant vos angeli, & cum gloria ſuſcipiant vos martyres. A. ANONYMO. *capite truncantur:*

9 Ad comprobandum itaque meritum ſanctorum Martyrum, oſtenſum eſt à Domino magnum miraculum: nam eâdem horâ decollationis eorum, dum impii nimio terrore percuterentur, accipientes ipſi propria capita in manibus de ripa fluminis Lindimachi, ubi martyrium acceperunt, & portaverunt ea contra montem dextros *o* ſexaginta. Diſtat autem locus ille, ubi Sancti magno cum decore requieſcunt, à caſtro Turonico *p* dexteros ducentos *q*; ubi ab antiquitus multi cæci & claudi ad gloriam Dei

E & ſanctorum Martyrum reverentiam ſanantur; & nunc, ſi fides petentium humiliter expoſcat aliquid à Sanctis Dei, continuò per gratiam Dei obtinent medicinam mentis & corporis. Hæc denique Paſſio revelata eſt S. Florentio *r* monacho à Sancto Spiritu; & eorum feſtivitas celebratur tertio Idus Septembris ad laudem & gloriam nominis Chriſti, qui vivit & regnat in ſecula ſeculorum. Amen. *quod manibus ſuis deferunt in montem, ubi miraculis clarent.*

o

p *q*

r

ANNOTATA.

a *Apographum noſtrum Trevirenſe S. Maximini aliud exordium habet, in hunc ſcilicet modum:* Multorum innumerabilium per orbem terrarum pretioſa extitit in conſpectu Dei mors Sanctorum, qui pio cruore, fideque integerrima Eccleſiam plantaverunt: è quibus non minima pars temporibus Maximiani crudeliſſimi perſecutoris, eodem jubente, cum ſacratiſſimo Mauritio occubuit. E quorum conſortio B. Felix cum feliciſſima germana ſua Regula partibus Germaniæ per vaſta loca heremi, quæ Clarona nuncupatur, devenerunt. *Obſerva, in hoc apographo nullos* SS. Felici *ac* Regulæ *ſocios addi. Vide Commentarium num.* 5 *& ſeqq.*

F

b *De S. Mauritio ac inclytis Thebæa legionis athletis, quos Maximianus Herculeus prope Sedunum in Galliis trucidari mandavit, agetur ad diem* 22 *hujus menſis Septembris; ubi ſimul ſtatuendum erit, utrùm ea cædes ad ſeculi tertii finem, an ad quarti initium potiùs referenda ſit. Horum martyrum Acta à S. Eucherio Lugdunenſi conſcripta exſtant apud Chifletium in Paulino illuſtrato, & apud Ruinartium inter ſincera martyrum Acta.*

c *Alia certè quàm peregrinandi cauſa Sanctos in Helvetiam adduxit. Adi Commentarium num.* 19: *quare ea in Ms. Trevirenſi rectius non exprimitur.*

d *Notkerus* Darona *habet, at* Glarona *legendum. Eſt autem tractus Glaronenſis in hodierna Helvetia, unus è confœderatis pagis, cujus caput eſt civitas* Glarona, *indigenis* Glarus.

e *De lacu Tigurino, ac* limaco *vel* Lindimaco *fluvio conſule Commentarium num.* 21.

f Caſtrum Turonicum *habet utrumque Ms.*

A. ANONYMO.

at mendosè, opinor, pro Thuregicum *vel* Turegicum; Thuregum *enim &* Turegum *in Chartis medii ævi hodiernum Tigurum appellatum reperio,* Turonicum *nusquam. Trevirense apographum hunc locum breviter describens,* Zuricum *nominat : consule Commentarium num.* 21.

g *De verbi divini prædicatione hæc exponit Ms. Trevirense his verbis :* Verbumque Dei adventantibus seminare constanter cœperunt : *unde & pro Helvetiæ apostolis à nonnullis habentur. Murerus in Helvetia sancta scribit, Martyres primùm in quadam Glaronensis eremi specu habitâsse, priusquam ad Turegum, sive Tigurum accederent. Idem scriptor, nescio, quo teste aut instrumento nixus, asserit, eosdem ad sinistram Limagi ripam, ubi deinde ecclesia, quam* Wasserkirch *appellat, condita est, Tiguri commoratos fuisse. De his omnibus videri possunt dicta in Commentario num.* 22.

h *Vocem uncis inclusam, ex Ultrajectino Ms. hîc inserui; quod etiam infrà semel ac iterum faciendum erit.*

B i *Hunc Decium Turegi habitâsse ex hac Vita quidam putant, inter quos Guillimannus lib.* 3, *cap.* 5 *sic scribit :* In castro Thuricino martyrio adfectos Felicem & Regulam & Exsuperantium ... Thebææ legionis ... Decio præfecto castri, memoriæ tradidit in eorum Vita Florenicus : cujus quidem castri & præfecti sedes adhuc aulæ sive palatii retinet im Hoff nomen; *estque is locus ad sinistram Limagi ripam, qui ut jam monuimus urbem Tigurinam interfluit.*

k *Trevirense Ms., omissa voce* fociis, *ita habet :* at illi : Christianos nos esse *&c.*

l *Hasce & similes sermocinationes, quæ sequentur, scriptori potiùs, quàm Sanctis nostris adscribendas puto, quos scilicet ipse pro suo ingenio, & prout res ipsi exigere videbatur, loquentes induxit.*

m *Murerus, qui, ut aliàs diximus,* S. Exuperantium *reliquis duobus semper adjungit, scribit eos virgis ac ferreis laminis priùs cæsos fuisse, idque in ea castri parte, ubi virginum monasterium* Ottenbach *deinde exstructum est. Eâdem confidentiâ ait, in loco, ubi Martyres fervens oleum illæsi sustinuêre, sacellum in eorumdem honorem postea conditum fuisse. Sed unde, quæso, hæc omnia didicit ?* D

n *Murerus, nulla factâ calentium rotarum, de quibus suprà dictum est, mentione, ait post ferventis olei tormentum paratas fuisse rotas, eo artificio fabricatas, ut imposita membra variis cultris essent concisuræ : verùm hasce, cùm Sancti jamjam iis alligandi essent, ab angelo per vehementem ventum ac tonitru penitus dejectas & in cinerem redactas fuisse. Addit, hæc non procul à castro contigisse, ibidemque postmodum ecclesiam pariter conditam fuisse, quæ prima fuerit parœcialis Tigurina, olim S. Cyriaci, deinde S. Stephani appellata. At velim, ut hæc omnia antiquo aliquo instrumento probâsset; nam in Actis quidem nil simile reperio.*

o Dextros *quoddam mensuræ genus fuisse, ostendit Cangius in Glossario, ubi præter hanc Vitam, cujus auctorem* Florentium *dicit, etiam alia instrumenta citat. Ms. Trevirense habet* cubitis quadraginta, *Notkerus* cubitos quinquaginta. *De hujusmodi capitum gestationibus consule Commentarium prævium num.* 26. E

p *Lege* Turego.

q *De hac distantia nihil habet Ms. Trevirense : Cangius suprà laudatus sic legit :* A loco illo usque ad castrum Thoringum habentur dextri ducenti. *Porrò de ecclesia super Martyrum tumulo exstructa vide Commentarium prævium num.* 27 *& seq.*

r *Hæc non leguntur in Ms. Trevirensi. Quis hic* Florentius, *sive, ut ab aliis vocatur,* Florenicus *fuerit, quave vixerit ætate, non potui deprehendere.*

DE SS. MATTHÆO ET GUSMÆO MARTYRIBUS

C F

GRABEDONÆ AD LACUM LARIUM

IN DUCATU MEDIOLANENSI.

J. S.

SYLLOGE HISTORICA.

FORTE SUB MAXIMIANO. *Hi Sancti in Fastis quibusdam memorati :*

Errarius in utroque Catalogo ad hunc diem memorat inventionem duorum Martyrum, quorum martyrii dies prorsus ignoratur. In Catalogo Generali sic habet : Grabadonæ ad lacum Larium inventio Sanctorum martyrum Matthæi & Gosmæi. *In indice topographico Catalogi Sanctorum Italiæ ita antè scripserat :* Grabadonæ ad lacum Larium, inventio sanctorum martyrum Thebæorum Matthæi & Gosmæi XI Septembris. *Primus Aloysius de Tattis in Martyrologio Novocomensi ad* XI *Septembris Martyres nostros celebrat his verbis :* Eadem die Grabedonæ ad lacum Larium, inventio SS. martyrum Matthæi & Gusmæi, qui pro asserenda Christi religione ibidem capti, cùm perbrevem hanc vitam nihil ducerent, ut fruerentur æterna, ab impiis idolorum cultoribus sæviſſimè cæsi sunt. *Hic scriptor in annotatis dicta sua sic confirmat :* De iisdem agunt hac die monumenta ecclesiæ Grabedonensis, quæ illos ut oppidi sui patronos summa celebritate veneratur. *Tum laudat Ferrarium, Philippum Archintum, & Lazarum Carasinum,* in suis item Catalogis Sanctorum, quorum corpora in civitate & diœcesi (*Novocomensi*) requiescunt. *Præterea consentiunt,* Guilielmus Baldesanus in libello Translationis

A lationis S. Mauritii, Marius Mutius de Sanctis Bergomenſibus, in Vita S. Alexandri martyris, Robertus Ruſcha lib. 2 Antiquitatum ſuæ ſtirpis, & Franciſcus Ballarinus Chron. ſuorum part. 3 cap. 2. Nos quoque in Annalibus Comenſibus lib. 2 ſub finem de ipſis nonnulla diſſeruimus, *inquit*, à n. 128 ad n. 132.

at omnia de eorum martyrio ſunt incerta:

2 *Quàm incerta ſint omnia de hiſce Martyribus præter gloriam poſthumam, ſtudioſus lector colligere poterit ex iis, quæ laudatus Tattius mox ſubjungit, ita ſcribens:* Adhuc ſub judice lis eſt, quinam fuerint Matthæus & Guſmæus apud præcitatos ſcriptores. Alii enim, ut Ballarinus, S. Fidelis comites exiſtimârunt, qui unà cum ipſo, Carpophoro, & ſociis Maximiani fævitiam declinantes, Grabedonam fugiendo ſe receperint, ubi à ſatellitibus immaniſſimi imperatoris agniti, & in vincula conjecti, ſub lictoris gladio caput amiſerint. Vulgata eſt hæc loci incolarum traditio, quam ſe à majoribus ſuis accepiſſe teſtantur. Alii, ut Baldeſanus, Ferrarius, & Carafinus, melioribus ducti conjecturis, opinati ſunt, hos fuiſſe ex glorioſa Thebæorum legione commilitones, qui ſo-
B ciorum cæde perſpecta fugam arripuerint, & ad iſtas Larii oras Dei nutu pervenientes, ibi ſanguinem ſuum fuderint, ubi templum nunc attollitur eorum nomini dedicatum. In hanc ivimus & nos ſententiam, utpote probabiliorem, & veritati magis conſentaneam, dum Annalibus noſtris extremam manum impoſuimus, & illam denuò hic confirmamus. Si enim Matthæus, & Guſmæus verè S. Fidelis comites extitiſſent, arduum nobis ſanè videtur & incredibile, ne levem ipſorum mentionem perdurare in pleribus Actis ejuſdem S. Fidelis, quæ ſervant adhuc integra ſatis eccleſiæ Mediolanen. & Novocomen., in quibus elucere deberet aliqua vel expreſſa vel implicita illorum commemoratio. Quo anno, aut quo die paſſi fuerint, incompertum adhuc remanet; licèt indubiè credamus illorum martyrium accidiſſe ſub Maximiano circa an. Dñi CCXCVIII. Subſtituta eſt dies inventionis (quæ contigit hodie, ut ſcribit Ballarinus ann. MECXLVIII) diei, quâ de ſceleſtis fidei noſtræ perſecutoribus triumphârunt. *Hactenus Tattius, qui eodem ferè modo diſſerit in Annalibus Comenſibus loco ſuprà indicato. De*
C *S. Fidele martyre Novocomenſi, cujus hos aliqui voluerunt Socios, agendum erit ad* XXVIII *Octobris; de S. Mauritio & legione Thebæa ad* XXII *Septembris. Neceſſe non eſt, pluribus inquirere, utrum hi prioris videantur ſocii fuiſſe, an potiùs Milites Thebæi, cùm utrumque videatur incertum.*

Sanctorum cultus poſt inventa corpora, quæ viſitata,

3 *De cultu Sanctorum illorum in vico Grabedonenſi ita proſequitur laudatus Tattius:* Sacra ſanctorum Martyrum pignora magnam ſemper (*nimirum poſt corporum inventionem*) apud Grabedonenſes venerationem habuere: ſed ab eo potiſſimum tempore, quo Gallorum armis miſerrimè preſſi, præſentem illorum tutelam non ſemel experti ſunt. Quare ut officiis dignioribus eorum demererentur auxilium futuris quoque ſeculis, ſtatuerunt oppidani anno MDCXXXVII ſolemni tranſlatione ſuorum deferre corpora Patronorum, & ex marmore candidiſſimo novum illis tumulum excitare: quod & perfecerunt. Sed de hac tranſlatione inferiùs ſuo loco dicemus. *Ad* VIII *Novembris, uti hîc promittit, de tranſlatione iſta ſic ſcripſit:* Grabedonæ ad Larium lacum tranſlatio Sanctorum martyrum Matthæi & Guſmæi, quorum corpora, ſolemni indicta ſupplicatione, Lazarus Carafinus non ſine celebri populorum frequentia, cleri pompa, & illius oppidi lætitia, ſub ara majori eccleſiæ S. Fidelis honorificentiùs collocavit. *De illa eccleſia, in qua etiam antea ſervata fuerunt ſacra eorum corpora, in Annalibus lib. 2 num.* 131 *hæc memorat:* In loco ſepulchri ipſorum, dicto Polzano, erecta fuit eccleſia S. Fideli ſacra, ac in illa ſacræ reliquiæ decenter fuerunt ſervatæ. Ibidem quieverunt uſque ad ſeculum præteritum XVI *ferè finitum*, quando illuſtriſſimus dominus Felicianus Ninguarda (*epiſcopus Comenſis*) illud iterum viſitavit, ibidemque iterum honorificentiùs repoſuit.

AUCTORE J. S.

E

ac deinde honorificè ſunt tranſlata: eccleſia ipſis dicata.

4 *Ex his habemus ſacra Sanctorum noſtrorum corpora in eodem ſemper loco quieviſſe. Quod ſi verum eſt, inventa fuerunt in eccleſia S. Fidelis, ubi primùm erant ſepulta. Martyrium ex conjectura, quæ admodùm eſt incerta, figitur circa annum* 298 *à Tattio. Inventio dicitur contigiſſe anno* 1248, *quod quàm ſit certum, ignoro. Viſitata fuerunt corpora ſub finem ſeculi* XVI, *quando eccleſiæ Comenſi præerat Felicianus Ninguarda, apud Ughellum in epiſcopis Comenſibus* Nigriarda *legitur, ibique obiiſſe dicitur anno* 1595. *Demum anno* 1637 *tranſlata fuerunt prædicta corpora, & in eadem rurſum eccleſia repoſita. Tattius, qui tunc vivebat, de tranſlatione à Grabedonenſibus petita in annotatis hæc præmiſſis addit:* Annuit hilari vultu epiſcopus Grabedonenſis populi votis, & eum ſolari cupiens, ex antiquo ſarcophago ducta corpora pretiosâ aptavit in arca (*ex ebeno conſtructa, ut addit in Annalibus*) quam venuſti ex argento floſculi decorabant: & decreta per oppidum inſueta totius cleri luſtratione, veneranda SS. Matthæi & Guſmæi lipſana ex collegiata S. Vincentii eccleſia (*ad quam hunc in finem erant delata*) retulit ad propriam, ubi jam pridem jacuerant: quæ antè D. Fideli dicata, ab ipſis Martyribus tunc novam denominationem accepit. Inciſa ſunt in futuram rei memoriam in anteriori fronte hujus mauſolei ſequentia verba: HIC JACENT CORPORA SANCTORUM MATTÆI ET GUSMÆI MARTYRUM, QUÆ EX MEDIO TEMPLO IN HUNC LOCUM DIGNIOREM A REVERENDISS. D. D. LAZARO CARAFINO EPIS. COMEN. TRANSLATA SUNT ANNO DOMINI MDCXXXVII. *Plura de his Sanctis memoranda non occurrunt; de ſplendore tamen tranſlationis aliqua adduntur in Annalibus Tattii.*

F

DE

A D

DE SS. DIODORO, DIOMEDE ET DIDYMO MARTYRIBUS

LAODICEÆ IN SYRIA.

J. S.

Ex Faſtis Græcis & Martyrologio Romano.

Tres hi Martyres in aliquot Faſtis memorati,

EX *Faſtis Græcis tres Martyres ita breviter annuntiat Baronius in Martyrologio Romano:* Laodiceæ in Syria paſſio Sanctorum Diodori, Diomedis & Didimi. *Menologium à Sirleto Latinè redditum, quod Baronius præ oculis habuit, ſic eoſdem memorat:* Item ſanctorum martyrum
B Diodori, Diomedis & Didymi ex Laodicea Syriæ, qui comprehenſi à præſide, & liberè Chriſti fidem prædicantes, flagris cæſi vitæ finem acceperunt. *Hiſce conſentiunt Menæa Græca impreſſa, in quibus iidem tres Martyres ad hunc diem annuntiantur, brevique elogio planè ſimili exornantur; atque hæc omnia etiam adoptavit Maximus Margunius Chytherorum epiſcopus in Vitis Sanctorum Græcè ſcriptis. Attamen in Menæis duo adjunguntur verſiculi, quos huc cum interpretatione Latina transfero.*

Διόδωρος μάσιξι σὺν τῷ Διδύμῳ
Τὴν σάρκα δόντες, μαστιγῶσι τὸν πλάνον.
Diodorus & Didymus flagris
Carnem dantes, flagellant errorem.

in aliis Diomedes omittitur: nec cauſa omiſſionis ſatis nota:

2 *Ad hoſce verſiculos id ſolùm obſervo, nullam in iis mentionem fieri de* Diomede. *Ea verò* Diomedis *omiſſio hîc tanto notabilior eſt, quanto pluribus aliis locis idem prætermittitur. Etenim in aliquot Menæis Mss.* Diodorus *&* Didymus *ſine* Diomede *ad hunc aut præcedentem diem annuntiantur, prout in Collectione noſtra Menæorum Mss. invenio. Præterea in ipſo Menologio Sirletiano* Diodorus *&* Didymus *ſine*
C Diomede *ad diem* x *ſic memorantur:* Eodem die certamen Sanctorum martyrum Diodori &

* *lege* Laodicea

Didymi, qui ex urbe Syriæ Laodiceæ *, cùm Chriſtianam fidem prædicarent, accuſati apud Laodiceæ præſidem, interrogati, & ſe Chriſtianos eſſe confeſſi, ab iniquo judice condemnati, in tormentis mortalis vitæ finem acceperunt, ad extremum uſque ſpiritum gratias Deo agentes. *Elogium in Mss. Menæis bibliothecæ Ambroſianæ ad eumdem diem* x *Septembris hæc ipſa de* Diodoro *&* Didymo *paulò pluribus verbis exponit, planéque conſonat cum Menologio Baſiliano, quod mox laudabo, & in quo etiam de* Diomede *nulla fit mentio. Hiſce de cauſis dubitari poteſt, an* Diomedes *duorum aliorum Socius fuerit in martyrio. Potuit enim ſolus pati, aliiſque adjungi, quia ad eumdem locum & diem, aut fortè ad diem ſequentem ſpectabat. Potuit eſſe unus ex illis, quos* Diodorus *&* Didymus *converterant. Potuit tamen etiam nomen ipſius ex ſolo errore omitti in laudatis Faſtis:* E *nec illa omiſſio certum præbet argumentum ad illum ab aliis ſeparandum.*

Elogium duorum ex Menologio Baſiliano.

3 *Quæcumque fuerit illius omiſſionis cauſa, cùm plura de Martyribus hiſce non reperiam, elogium, quod* Diodoro *&* Didymo *texitur in Menologio Baſiliano, prout in nuperrima editione Latinè redditum eſt, ſubjicio. Illud ad* XI *Septembris ita habet:* Diodorus & Didymus Chriſti martyres ex urbe Syriæ Laodicea fuerunt. Cùm autem Chriſtiani eſſent, docebant omnes in nomine Domini Dei noſtri, qui fecit cælum & terram, & omnia, quæ in eis ſunt; multoſque infidelium convertentes, baptizabant. Delati igitur ab impiis Græcis * ad Laodiceæ præſidem, ad illius tribunal producuntur: interrogatique, cùm ſe ipſos Chriſtianos profiterentur, acriter vapulârunt: diuque torti, cùm non ſolùm Chriſtum non abnegarent, ſed idolorum etiam impoſturam conſtanter reprehenderent, præſidemque ut impium & iniquum traducerent, inque ejus os exſpuerent, quòd verum Deum deſerens, falſorum idolorum cultor eſſet; in ipſis cruciatibus gratias agentes Chriſtumque precantes, mortui ſunt. *Eadem, ut jam monui, leguntur in Menæis Mss. bibliothecæ Ambroſianæ. Ceterùm ad iſtud elogium obſervo, voces illas:* inque ejus os exſpuerent, *non eſſe intelligendas propriè de ſputo in faciem præſidis conjecto; ſed allegoricè de contemptu ipſius claro & manifeſto, prout phraſis illa frequenter apud Græcos uſitata eſt, & etiamnum uſitatur apud varias gentes, & nominatim in ſermone noſtro Belgico.*

* *i. e.* gentilibus

F

DE

A D

DE SS. SYRO ET SERAPIONE MM.

ALEXANDRIÆ.

Ex Apographis Hieronymianis.

J. S.

DUos Martyres Alexandrinos, de quibus diu dubitavi, quia ejuſdem nominis alii hiſce diebus occurrunt, tandem omnino ab aliis diſtinguendos, atque Alexandriæ aſſerendos credidi ob conſenſum præcipuorum codicum Hieronymianorum. Florentinius ita edidit: In Alexandria natalis ſanctorum Syri, & Serapionis. *Ibidem Epternacenſe in Annotatis ſic habet:* Alexandria civitate natalis Siri & Serapionis. *Deinde Corbeienſe:* In Alexandria natalis Sanctorum Syri & Serapionis. *Conſentit apud nos Richenovienſe, quod hæc habet verba:* Et in Alexandria Syri & Serapionis. *Florentinius obſervat,* Serapionem *hunc videri diſtinguendum ab aliis ſynonymis, quia* Syrum *habet Socium. Idem, omnibus conſideratis, mihi videtur; etiamſi mox ſequenti die Serapion aliquis Alexandriæ annuntietur in Martyrologio Romano: nam ille alios habet ſocios.*

B E

DE SS. INGENUO ET HIPPOLYTO MM.

IN PORTU ROMANO.

Ex Apographis Hieronymianis.

J. S.

APud Florentinium in Faſtis Hieronymianis ad hunc diem duo Martyres annuntiantur his verbis: Et in Porto urbis Romæ natalis ſanctorum Ingenui & Epoliti (*pro* Hippoliti.) *Conſonat codex Corbeienſis, ibidem in Annotatis laudatus, his verbis:* In Portu urbis Romæ natalis ſanctorum Ingenui, & Hippoliti martyrum. *Similiter Martyrologium Richenovienſe, apud nos poſt tomum* VII *Junii editum, duos hos Martyres annuntiat, ſic habens:* In Portu Romano, Ingenui & Yppoliti. *Ibidem in Auguſtano* C *& Labbeano ſolus memoratur* Ingenuus, *aliis hujus diei Sanctis præter ordinem immixtus, prout item fit in Gellonenſi, per Acherium edito tom.* 2 *Spicilegii recuſi. In Epternacenſi verò, ſeu vetuſtiſſimo apud Florentinium in Annotatis ſolus* Hippolytus *memoratur hoc modo:* Romæ in Portu Hippoliti. *Florentinius in annotatis ſuſpicatur, hunc* Hippolytum *diverſum eſſe ab alio* Hippolyto, *qui in Portu Romano etiam paſſus eſt alio die, & de quo actum eſt ad* XXII *Auguſti; quia hodiernus* Hippolytus *ſocium habet* Ingenuum. *Huic opinioni, ut probabili ſaltem, lubens acquieſco; ſed plura de illis Martyribus non invenio.*

F

DE S. MARCELLO EPISC. MART.

IN TERRITORIO ANICIENSI GALLIÆ.

SYLLOGE.

Ex Martyrologiis & Officio.

J. S.

Memoria Sancti in Faſtis recentioribus:

SAnctum Marcellum *Catalogo generali Sanctorum inſeruit Philippus Ferrarius ad hunc diem* ex Martyrologio, *inquit*, eccleſiæ Anicienſis, cujus tamen epiſcopus non fuit, uti in Hiſt. Anicien. lib. 1 cap. 29, ubi ipſum ab ethnicis occiſum, & truncatum caput ſuum manibus ſuſtuliſſe, & aquâ ablutum, illud ad ſacellum Deiparæ Virginis ſepeliendum detuliſſe. *Ex his Sanctum ita memorat:* In territorio Anicienſi S. Marcelli epiſcopi & martyris. *Sauſſayus in Martyrologii Gallicani Supplemento elogium dat prolixius, hiſce conceptum verbis:* In Arvernia ad Bornam fluvium apud Anitium, paſſio ſancti Marcelli epiſcopi & martyris, qui à ruſticis gentilibus & barbaris tentus, ad ulmum quandam Anitio vicinam (pòſt de ſancto ejus nomine celebratam) deductus, ibidem capite cæſus eſt ſuper ſaxum, quod in hunc uſque diem

AUCTORE J. S. manet glorioſi Martyris ſanguine cruentatum. Truncatum caput Martyr ipſe manibus geſtâſſe memoratur ad fontem, ſtadio ferè ab ulmo exitiali diſtantem; cujus laticibus infuſam reliquit ſuæ opitulationis virtutem. Et inde progreſſus ad beatæ Mariæ non procul diſſitam ædiculam, quæ jam ab ejus triumpho titulum mutuatur, ibidem provolutus in genua, ſtrato cum corpore capite, religioſâ donatus eſt ſepulturâ. *Hactenus Sauſſayus.*

martyrium aliaque ex codice Ms. deprompta,

2 *Quàm certa verò hæc ſint, edicere nequeo, cùm non viderim antiqua monumenta, ex quibus fuerunt collecta. Conſentiunt quidem hiſce lectiones Officii Anicienſis, quæ notantur compoſita* ex Ms. cod. & Breviario antiquo Anicienſi. *At quantam codex ille antiquitatem habeat, planè ignoro, licèt dubitare non poſſim, quin aliquot ſeculis Sancto ſit poſterior, cùm nullibi fiat mentio de tempore, quo vixit & occiſus eſt. Quare exiſtimo, ex popularibus haberi traditionibus, quæ in lectionibus Officii de Sancto enarrantur. Attamen lectiones ſecundi nocturni ex libello de Feſtis propriis eccleſiæ Anicienſis, circa annum* 1624 *impreſſo, huc transfero, ut lector qualemcumque de* S. Marcello *cognitionem habere poſſit.*

B

& lectionibus Officii inſerta,

3 Cùm variæ Galliarum eccleſiæ varios Marcellos ſanctitate claros venerentur, quos habuere epiſcopos, ut Pariſii, Cabilo, Dia; ſuum quoque colit Marcellum Anicienſis eccleſia, quem tamen in epiſcopum non habuit, licèt epiſcopus eſſet, ſed cujuſnam civitatis incertum eſt. Cùm enim iter ageret, illum ruſtici quidam barbari religionis Chriſtianæ perduelles, in Anicienſi territorio comprehenderunt, & malè mulctatum ad ulmum quamdam Anicio vicinam, quæ à ſancto Marcello poſtea ſibi nomen invenit, deduxerunt; ubi ruſtica barbarie illi caput amputârunt ad ſaxum quoddam, quod diu cruore tinctum ſuperfuit. Undecimo Septemb. natalem ejus recenſent Aniciani Martyrologii tabulæ. Jacebat Martyris corpus, inſtar trunci ad patulis diffuſæ ramis illius ulmi radices, cùm ecce, quaſi in corpus redux eſſet anima, & ut olim beatus Dionyſius, apprehendit manibus caput ſuum Marcellus, ad fontem, qui paſſibus multis, ac ferè ſtadio ab illa diſtat ulmo, caput ſanguinolentum defert, quaſi adhuc vita ſuperſtes: fonte lavat, & abluit. Mira res! cùm è rebus lotis ſordes colligere fontes ſoleant, fons iſte ex Marcelli capite deterſo virtutem, ac vim imbibit, quam ad hoc uſque tempus retinere dicitur: valet enim ad ægritudines varias ex hominum corporibus expellendas, ideoque etiamnum à populo frequentatur. D

cum adjunctis aliquot minùs certis.

4 Sanie capitis ſic abſterſa, ſanctus Martyr levat è fonte caput, ad B. Mariæ non procul diſſitam ædiculam in viculo, cui hodie nomen S. Marcelli, excitatam deportat, ingreſſus procumbit in genua, caput eo in loco deponit, ubi ad ſepulturam dari cupiebat; tunc, quaſi denuo animam efflaret, moveri deſiit, corpus ſtratum jacuit, & in ea beatæ Virginis æde, ut optârat, ſepulturæ commendatur. Locus, in quo martyrium ſubiit ſanctus Marcellus, eſt ad Bornam fluentum, quòd ferè Anicium alluit: in eo poſteri ſancto Marcello templum ædificârunt, quod bellorum motibus ſubrutum, reparatum eſt, non tot tamen ſpatiis laxatum, quot ante bellorum motus erat. *Hæc ſaltem ſufficiunt ad oſtendendum Sancti cultum vetuſtum. Officium ritu duplici celebrandum præſcribitur. An certò fuerit epiſcopus, non definio; ſed titulum epiſcopi omittere nolui, quia ut epiſcopus colitur, ac epiſcopus fuiſſe creditur. Incerta magis apparebit mirabilis illa capitis geſtatio & ablutio, de qua prudenti lectori judicium permitto.* E

DE S. PAPHNUTIO EPISC. CONF.

IN ÆGYPTO.

J. S. F

COMMENTARIUS HISTORICO-CRITICUS.

C

§ I. S. Paphnutii glorioſa fidei confeſſio, vita monaſtica, epiſcopatus.

CIRCA MEDIUM SEC. IV. *Primordia Sancti ignota: nec conſtat, an in juventute fuerit monachus.*

Quandoquidem de S. Paphnutio *plura ferè diſputanda veniunt quàm enarranda; primò geſta ipſius colligere ſtatui, ut inde lucem accipiant, quæ deinde erunt differenda. Natus eſt ſanctus* Paphnutius *ſeculo* III, *ac* origine Ægyptius *fuiſſe dicitur, ſed locus natalis propius non aſſignatur. De Sancti geſtis in pueritia aut juventute nihil certi habemus, niſi fortè juvenis fuerit, quando pro glorioſa fidei confeſſione pati cœpit. Bailletus quidem ad* XI *Septembris* Paphnutium *noſtrum* in juventute *monachum facit ſub diſciplina S. Antonii, deinde epiſcopum, ac tum demum confeſſorem; ſed manifeſtè fallitur, aut certè ſcribit contraria Vitæ S. Antonii, quam ſolam laudat. Nam confeſſor jam erat* Paphnutius, *quando monaſticam vitam agebat apud S. Antonium, ut ex Vita hujus Sancti mox videbimus. Itaque Sanctus erat confeſſor ante epiſcopatum, & poſt confeſſionem fuit monachus. Attamen dubitari poteſt, an etiam monachus fuerit ante confeſſionem: nam Socrates lib.* I *cap.* XI *ſcribit, expertem conjugii* Paphnutium *fuiſſe*, quippe qui à puero in monaſterio educatus fuiſſet, & ob ſingularem caſtimoniam ab omnibus celebratus; *inquit. Verùm hæc verba utcumque ſuſpecta ſunt, cùm quia Socrates ea profert in rem ſuam, ut videbimus* § 4, *tum quia nullus alius meminit de educatione* Paphnutii *in monaſterio. Præterea potuit adoleſcens aut juvenis eſſe* Paphnutius, *quando fidem confeſſus eſt: & ſic ne quidem ex admiſſis Socratis verbis legitimè inferri poterit, monachum*

A *chum fuiſſe ante confeſſionem. Quare certò dici nequit, quid egerit* S. Paphnutius, *priuſquam pro Chriſto fuit paſſus.*

Multi confeſſores anno 308, *eruto oculo & crure debilitato, ad metalla miſſi,*

2 *Annus, quo Chriſtum primò confeſſus eſt* S. Paphnutius, *certò nequit aſſignari. Attamen exiſtimo circa annum* 308 *probabiliter figi poſſe tormenta, quæ paſſus eſt pro Chriſto. Quippe Euſebius lib.* 8 *cap.* 8 *pag.* 330 *ita habet:* Cùm in ſextum uſque annum perſecutionis adverſus nos procella continuò deſæviret, ex confeſſoribus divinæ religionis, quorum innumerabilis multitudo jampridem apud Thebaïdem verſabatur in loco, qui Porphyrites vocatur ex nomine marmoris, quod ibidem effoditur, centum ferè viri, tribus demptis, unà cum mulieribus & parvulis admodùm liberis ad præſidem Palæſtinæ tranſmiſſi ſunt. Quibus omnibus, cùm univerſorum opificem Deum Chriſtumque confeſſi eſſent, Firmilianus præſes, qui Urbano ſucceſſerat, ſiniſtri pedis curvaturas ſimul cum ipſis nervis candente ferro exſcindi, dextroſque oculos primùm quidem mucronibus confodi ſimul cum membranis & pupillis, deinde ad ipſas uſque radices cauterio peruri, tanquam ex imperatoris mandato præcepit. Poſthæc ad metalla provinciæ Palæſtinæ, laboribus & ærumnis conficiendos, tranſmittit. Nec verò hos ſolos hujuſmodi ſupplicia perpeſſos vidimus; verùm etiam ex Palæſtinis illos, quos ad pugilatûs certamina condemnatos paulò antè retulimus; eo quòd ſcilicet nec annonam ex principis ærario accipere, nec conſueto pugilibus more quotidianis proludiis exerceri ſuſtinerent. Quam ob cauſam non ſolùm procuratoribus, ſed ipſi etiam Maximino exhibiti; cùm invictam in Chriſti confeſſione conſtantiam famis & flagrorum tolerantiâ declarâſſent, eadem cum illis, de quibus diximus, pertulerunt; adjunctis quibuſdam aliis confeſſoribus in ipſa urbe Cæſarea. Poſt hos deinde quidam alii, qui apud Gazam capti fuerant, dum ad audiendas ſacræ Scripturæ lectiones convenirent; pars eaſdem, quas ſuperiores illi, oculorum pedumque mutilationes ſuſtinuerunt. *Hactenus Euſebius apud Valeſium in iis, quæ ut ſupplementum libro octavo ſunt adjecta.*

alii non diu pòſt iiſdem pœnis ſubjecti ſunt: S. Paphnutius eâdem pœnâ,

3 *Cùm autem* S. Paphnutius *eadem paſſus ſit, quæ hîc multi leguntur ſimul paſſi; veriſimile ſit, eum ex eorum fuiſſe numero, damnatumque fuiſſe ad laborandum in metallis Palæſtinæ. Attamen potuit etiam eſſe ex numero eorum, de quibus in fine ejuſdem capitis Euſebius ita habet:* Non longo pòſt tempore rurſus ex Ægypto centum ac triginta Athletæ, Chriſtianæ fidei confeſſione nobiles, eaſdem, quas ſuperiores illi, oculorum ac pedum mutilationes jam antea in Ægypto perpeſſi, juſſu imperatoris Maximini, pars ad Palæſtinæ, pars ad Ciliciæ provinciæ metalla damnati ac deducti ſunt. *Nunc audiamus Rufinum lib.* 1 *cap.* 4, *ubi de* Paphnutio, *qui fuit in concilio Nicæno, ſic loquitur:* Fuit præterea in illo concilio & Paphnutius homo Dei, epiſcopus ex Ægypti partibus, confeſſor ex illis, quos Maximinus, dextris oculis effoſis & ſiniſtro poplite ſucciſo, per metalla damnaverat. *His alii poſtmodùm laudandi conſentiunt. Itaque cùm annus ſextus perſecutionis, quo illa cœpta dicit Euſebius, pro majori parte concurrat cum anno* 308, *& partim etiam cum* 309, *monui, hæc veriſimillimè figenda circa annum* 308.

4 *Verùm ne quis hæreat, quòd Euſebius loquatur de* pedum *mutilationibus, Rufinus verò de* poplite *ſucciſo, cogitetque diverſa ſignificari genera ſupplicíorum; adjungo locum Euſebii alium lib.* 8 *cap.* 12, *ubi obſervat id ſupplicii genus excogitatum eſſe, quando* judices tot ærumnis (*Chriſtianorum*) quidquam adjicere poſſe deſperantes, jamque cædibus feſſi, cùm ipſos ſanguinis ſatietas ac tædium cepiſſet, ad ſpecioſam illam, ut quidem putabant, clementiam atque humanitatem ſe converterunt. *Deinde idem ſupplicium explicat his verbis:* Exinde igitur oculos noſtris erui, & alterum ex cruribus debilitari præceptum eſt. Hujuſmodi enim fuit illorum humanitas: hoc leniſſimum ſupplicii genus adverſus nos viſum: adeo ut propter hanc impiorum hominum lenitatem nullo jam modo recenſeri poſſit numerus tum eorum, quibus oculi dextri primùm quidem ferro effoſi, deinde verò cauterio aduſti ſunt; tum illorum, quibus ſiniſtri poplites candente ferro ſunt debilitati, & qui poſtea ad æris metalla, quæ in provincia erant, non tam operis faciendi quàm vexationis cauſâ condemnabantur. *Hæc Valeſii interpretatio minùs genuina eſt, quia quaſi diſtinguit inter illos, quibus oculus alter erat erutus, & quibus poples alter erat debilitatus, dicendo* Tum eorum *&c.*, *& rurſum,* Tum illorum, *acſi alii hoc, alii altero ſupplicio tantùm eſſent affecti; cùm in Græco textu clarum ſit, utrumque tormentum ſingulis fuiſſe illatum.*

& veriſimiliter in metallis manſit uſque ad annum 311.

5 *Quod verò obſcuriùs de pedum aut crurum debilitatione dicitur, variéque exprimitur, tale erat ſupplicium. Ut ſiniſter pes, per quem crus ſimul & femur intelligendum, redderetur inutilis, in poplite, qui* curvatura pedis *ſuperiùs dicitur, ferro candente exurebant nervos. Hinc è Latinis alii hiſce confeſſoribus poplitem ſucciſum, alii exciſum dixerunt, alii debilitatum, alii aliter rem explicárunt: ſed nulla pedum aut aliorum membrorum mutilatio deſignatur, at ſola exuſtio poplitis, cujus nervi comburebantur & ſic neceſſariò fiebant claudi. Hiſce igitur pœnis affectus* S. Paphnutius *ad metalla miſſus eſt, ut ibi laboraret. Porrò veriſimiliter ibi manſit uſque ad annum* 311, *quando doloribus preſſus Galerius Maximianus promulgavit edictum, ut ceſſaret perſecutio, ſicut habet Euſebius lib.* 8 *cap.* 17. *Huic autem edicto cùm* F *apertè reſiſtere nollet Maximinus, licèt deinde perſecutionem inſtauraverit;* ipſe nuda voce rectoribus imperio ſuo ſubjectis præcepit, ut perſecutionem adverſus noſtros inhiberent: *inquit Euſebius lib.* 9 *cap.* 1. Poſt hæc etiam generoſi illi ſacræ religionis pugiles metallorum ærumnis liberati, in ſuam ſinguli patriam reverti cœperunt: perque urbes pervias læti atque alacres incedebant, incredibili quodam gaudio & inexplicabili fiducia repleti; *eodem teſte ibidem.*

Dimiſſus ex metallis S. Paphnutius, vitam monaſticam egit.

6 *Poſtquam metallorum miſeriis liberatus erat* S. Paphnutius, *vitam monaſticam exercuit ſub diſciplina S. Antonii. Neſcimus tamen, an ſtatim eò ſe contulerit: ſed invenimus in Vita S. Antonii, per S. Athanaſium ſcripta,* Paphnutium *monachum fuiſſe, antequam eſſet epiſcopus. Quippe in noviſſima editione Operum S. Athanaſii tom.* 1 *pag.* 840 *refertur, parentes cum filia infirma profectos eſſe ad S. Antonium, ſed* extra montem *remanſiſſe* apud Paphnutium confeſſorem & monachum, *donec alii monachi accederent Antonium, docerentque adventum infirmæ ejuſque parentum. Hoc ut*

AUCTORE J. S. *de qua variè loquuntur ſcriptores, affectus eſt,*

AUCTORE J. S.

melius intelligatur, observo discipulos S. Antonii monasterium habuisse in monte prope Nilum, qui passim à S. Athanasio mons exterior, *aliâs etiam* Pisper *aut* Pisperi *vocatur. At Antonius ipse cum aliquot aliis passim degebat in alio monte, inde triginta milliaribus dissito versus mare Rubrum, qui* Mons interior *dicitur apud Athanasium. Itaque habitabat* Paphnutius *cum plerisque Antonii discipulis in Pisperi, seu monte exteriori, ibique sanata est filia illa infirma, Antonio ne quidem ad montem exteriorem aut ad eam tunc veniente.*

Habitans in monte exteriori sub disciplina S. Antonii.

7 *Evagrius presbyter, qui Vitam S. Antonii ex Græca sic Latinam fecit, ut subinde aliqua latiùs explicaverit, loquens de* S. Paphnutio, *clariùs indicat, eumdem esse cum nostro. Etenim apud nos ad* XVII *Januarii in Vita Antonii cap.* 14 *sic habet :* Remansere parentes ejus (*filiæ*) foris cum filia debili apud beatum confessorem & monachum Paphnutium, qui effoso pro Christo oculo sub Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimùm gloriabatur. *Idem Evagrius, qui scripsit post mortem* S. Paphnutii, *eique suppar fuit,*

B *eumdem mox vocat* S. Paphnutium, *& deinde iterum* Beatum Paphnutium. *Quæ observatio non erit inutilis inferiùs. Porrò* Paphnutium *illum, de quo agimus, designari verbis Evagrii, patet ex oculo effoso, licèt de poplite debilitato taceat Evagrius, ut alii quidam fecerunt infrà laudandi. Nihil quoque refert, quòd ipsius confessionem* sub Maximiano *ponat Evagrius : nam etsi jussu Maximini passus ea videatur* Paphnutius, *ideoque Maximinum nominent aliqui, vivebat eo tempore Galerius Maximianus, & primum locum tunc obtinebat inter imperatores, & præcipuus erat persecutionis auctor. Hac de causa confessio* Paphnutii *æquè locari poterat sub Maximiano ac sub Maximino.*

Hic Paphnutius alius est à Paphnutio anachoreta, cujus meminit Palladius,

8 *Tillemontius tom.* 10 *in SS. Paphnutiis pag.* 43 *&* 44 *dubitat, an* Paphnutius *confessor, de quo in Vita S. Antonii legitur, idem sit cum* Paphnutio *episcopo. Verum Respondeo, nullum alium nobis innotuisse* Paphnutium, *cui pro Christi confessione oculus fuit effossus, præter nostrum. Cùm autem Episcopus noster S. Athanasio fuerit notus, non videtur alia de causa* Confessorem *vocâsse* Paphnutium *Antonii discipulum, nisi ut eum distingueret à synonymis Antonii dicipulis, & eumdem cum sancto*

C *nostro Episcopo ostenderet. Id tamen clariùs fecit Evagrius, dum ille effossum dixit oculum, dumque* Beatum *vocavit &* Sanctum, *iis titulis ostendens, defunctum fuisse* Paphnutium, *& quidem cum fama sanctitatis, quando scribebat. Hinc improbabilis est opinio Tillemontii dubitanter prolata, quâ vellet* Paphnutium *confessorem facere eumdem cum eo, de quo apud Margarinum Bignium in Bibliotheca Patrum tom.* 7 *col.* 1598 *sic loquitur Palladius* § 57 *:* Vidimus autem locum quoque Paphnutii anachoretæ, viri magni & virtute præditi, qui haud ita multo abhinc tempore consummatus est in regione, quæ est circa Heracleotas Thebaïdis, de quo multi multa narrârunt. *Mortuum hunc credit Tillemontius circa annum* 380 ; *idque satis rectè. At Evagrius Vitam S. Athanasii Latinam fecit ante annum* 370, *ut probatur in Monito prævio ad illam Vitam ultimæ editionis Operum S. Athanasii. Itaque cùm* Paphnutius *confessor mortuus esset antequam scribebat Evagrius, vel sola hæc ratio evincit diversum esse.* D

& ab aliis synonymis : ex his duo maximè celebres distinguendi.

9 *Eadem ratio ostendit,* S. Paphnutium *confessorem & deinde episcopum non posse confundi cum monachis aut anachoretis aliquot aliis, licèt hi etiam vixerint tempore S. Antonii. Talis est Paphnutius, cognomento* Cephalas, *quem S. Antonius laudat apud nos tom.* 2 *Januarii pag.* 145 *: nam ille saltem vixit usque ad finem ferè seculi* IV, *ut colligi potest ex Palladio ibi in Annotatis laudato, qui cum ipso egit. Celeberrimus apud Cassianum Coll.* 3 *&* 18 *cap.* 13 *est* Paphnutius, *cognomento* Bubalus ; *sed ille clarissimè quoque distinguitur à Confessore nostro, quia adhuc vivebat tempore Cassiani, id est, circa finem seculi* IV. *Tillemontius in Paphnutiis dubitat, an Paphnutius Cephalas idem non sit cum Paphnutio Bubalo. Verùm dubitare nequeo, quin duo sint diversi. Etenim, ut brevitatis causâ omittam alias rationes, cognominis diversitas eos distinguit, & Paphnutius Cephalas erat apud S. Antonium, ita ut videatur vitam egisse in monasterio Pisperi aut in ipso S. Antonii monte. At Paphnutius Bubalus in solitudine Scithica vixit cum S. Isidoro abbate aliisque, ut refert ipse Tillemontius. Quapropter Paphnutius ille S. Antonium verisimiliter numquam vidit, cùm Scithica solitudo ab Antonii monasterio multùm distaret. Demum sunt & alii non pauci ejusdem nominis anachoretæ, sed* S. Paphnutius *noster vel solo* confessoris *titulo ab omnibus distinguitur : neque enim ulli alteri Paphnutio illum titulum ab antiquis attributum invenio.* E

§ II. Sancti Episcopatus, gestaque in eo, præsertim in concilio Nicæno & conciliabulo Tyrio.

Episcopus creatus, adest concilio Nicæno miraculis clarus, F

E *Piscopum creatum esse* S. Paphnutium *ante concilium Nicænum, anno* 325 *habitum, cui Episcopus interfuit, pro certo habeo, licèt contradixerit nonnemo. At incertum est, quamdiu ante laudatum concilium fuerit episcopus, & cujus civitatis in Ægypto seu Thebaïde cathedram administraverit. Verùm concilio Nicæno interfuisse* Paphnutium *episcopum testatur Rufinus, in continuata Eusebii Historia ecclesiastica lib.* 1 *cap.* 4 *ita scribens :* Fuit præterea in illo concilio (*de Nicæno agit*) & Pafnutius homo Dei, episcopus ex Egypti partibus, confessor ex illis, quos Maximinus, dextris oculis effossis, & sinistro poplite succiso, per metalla damnaverat. Sed in hoc tanta virtutum inerat gratia, ut signa per eum non minùs, quàm dudum per Apostolos fierent. Nam & dæmones tantùm verbo fugabat, & ægros sola oratione curabat. Sed & cæcis visum dicitur reddidisse ; & paralyticos ad stabilitatem corporis revocâsse. Quem Constantinus in tanta veneratione & affectu habuit, ut sæpiùs eum intra palatium evocatum complecteretur, & illum oculum, qui in confessione fidei fuerat evulsus, avidioribus osculis demulceret.

ubi miro honore afficitur

11 *Socrates lib.* 1 *cap.* 8 *de episcopis agens concilii Nicæni, duos ex iis ita prædicat :* Erant

A rant inter epiſcopos duo quidam celeberrimi nominis, Paphnutius ex ſuperiore Thebaïde, & Spyridion Cyprius. *Deinde ſeorſum de illis agit, & de* Paphnutio *quidem cap.* XI *hæc ſcribit:* Paphnutius igitur cujuſdam urbis in ſuperiore Thebaïde fuit epiſcopus, vir adeo pius Deoque charus, ut admiranda ab eo ſigna ederentur. Huic perſecutionis tempore oculus fuerat effoſſus. Imperator verò Hominem magnopere obſervabat, & frequenter in palatium accerſebat, effoſſumque ejus oculum deoſculabatur. Tanta in principe Conſtantino inerat pietas ac reverentia. Atque hoc de Paphnutio à nobis primo loco dictum ſit. *Quæ ſubjungit, quoniam non modicæ controverſiæ locum præbent multúmque ſuſpecta ſunt falſitatis, hîc interim miſſa faciam, daboque & examinabo* § 4. *Sozomenus lib.* 1 *cap.* 10 *inter confeſſores* Paphnutium *recenſet his verbis:* Paphnutius denique Ægyptius, per quem Deus multa fertur edidiſſe miracula, largitus ei, ut dæmones expelleret, & varios morbos curaret. Porrò tam Paphnutius iſte, quàm Maximus (*Hieroſolymitanus*)
B ſuprà memoratus, erant ex numero eorum confeſſorum, quos Maximinus ad opus in metallis faciendum damnaverat, cùm dextros ipſis oculos priùs effodiſſet, & ſiniſtras ſuffragines incidiſſet. *Et cap.* 23 *ipſum in concilio fuiſſe inſinuat.*

à Conſtantino imperatore;

12 *Theodoretus lib.* 1 *cap.* 7 *de epiſcopis præcipuis concilii Nicæni agit, confeſſoreſque iis annumerat varios, interque eos* Paphnutium *his verbis:* Aliis (*epiſcopis Nicææ congregatis*) dextri poplites ſucciſi: ex quorum numero fuit Paphnutius Ægyptius. *Gelaſius Cyzicenus in Hiſtoria concilii Nicæni prædictis conſentit, & de Sancto noſtro uberiùs ſcribit lib.* 2 *cap.* 9: Erat inter eos magnus ille ſanctuſque Paphnutius, confeſſorum & epiſcoporum cœtui non parum ornamenti afferens, genere Ægyptius, homo Dei, ex illis, quos Maximinus, dextero oculo effoſſo & ſiniſtro poplite ſuccifo, ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta Dei gratia elucebat, ut miracula per eum fierent non minora his, quæ olim ab Apoſtolis facta ſunt. Nam dæmonas ſolo verbo fugabat, & ægros plures oratione curabat: ſed & cæcis viſum, fuſis ad
C Deum precibus, tribuebat: & paralyticis naturalem firmitatem reſtituebat, efficiens ut membra ſana ſuis fungerentur officiis. Hunc imperator ſummo in honore habuit, & ſæpiùs eum intra palatium evocatum complectebatur, & oculum effoſſum ſubinde exoſculabatur: tanta erat apud pium imperatorem ſanctorum virorum auctoritas & gratia.

ut multi teſtantur, licèt modò nomen ipſius non ſit inter ſubſcriptos.

13 *Photius in Bibliotheca, Græco-Latinè edita, col.* 1406 *dat excerpta ex Actis SS. Metrophanis & Alexandri, præſulum Conſtantinopolitanorum illius temporis, ibique de* Paphnutio *ſic habet:* In hoc concilio aderat & S. Paphnutius admirandus, natione Ægyptius, certaminibus verò confeſſor (cui Maximianus Chriſti hoſtis dextrum oculum eruit, & ſiniſtræ cubitorum (*imò* ſiniſtri poplitis *ut eſt in Græco*) nervos præcidit, & ad metalli fodinas damnavit) homo multorum ſupernaturalium operum patrator: quem etiam piiſſimus imperator omni honore affecit, & oſculando effoſſi locum oculi dextri ſatiari non poterat. *Hiſce de* S. Paphnutio, *ejuſque præſentia in concilio Nicæno, planè conſentiunt duo alii ſcriptores, quorum Opuſcula edidit Combefiſius in Auctario Patrum Græcorum part.* 2; *videlicet Gregorius presbyter Cæſareenſis in Oratione de Patribus concilii Nicæni ibidem col.* 554, *& Anonymus in Actis Nicææ col.* 579. *Ex tot ſcriptorum conſenſu, præſertim cùm iis nullus antiquorum contradixerit, meritò concludimus,* S. Paphnutium *concilio Nicæno epiſcopum interfuiſſe, & quidem inter eos recenſeri, qui præ ceteris inclaruerunt. Nihil igitur refert, quòd nomen ipſius non inveniatur in ſubſcriptionibus, quales hodie exſtant: nam id* Paphnutio *commune eſt cum aliis non paucis, qui certò eidem concilio interfuerunt, nec tamen Actis concilii modò leguntur ſubſcripti. Notum eſt eruditis, multò plures epiſcopos fuiſſe in concilio, quàm modò nomina Actis reperiuntur ſubſcripta.* AUCTORE J. S.

Adeſt conciliabulo Tyrio, ubi cum aliis defendit S. Athanaſium.

14 *Anno* 335 *habitum eſt famoſum conciliabulum Tyrium, in quo Ariani & Meletiani ſchiſmatici S. Athanaſium calumniis opprimere conati ſunt. Non lubet huc transferre totam conciliabuli iſtius hiſtoriam, cùm apud hiſtoricos paſſim, & apud nos ad* 2 *Maii in S. Athanaſio, geſta illius conciliabuli, cùm Tyri tum Hieroſolymis, legi poſſint. Itaque ſolum afferam, quid ibidem pro S. Athanaſio egerit* S. Paphnutius. *Primùm cum reliquis Ægypti epiſcopis, qui Tyrum convenerant cum S. Athanaſio, litteras dedit ad Flavium Dionyſium comitem, in quibus epiſcopi Catholici conqueruntur de inſolentia Euſebianorum contra Catholicos, deque neſariis eorum molitionibus, præſertim quia illi aliquos è gregalibus ſuis miſerant in Mareotem ad renovandum calumnias contra Athanaſium. Subſcripſit hiſce litteris inter alios epiſcopos Ægyptios* Paphnutius, *ut videri poteſt apud S. Athanaſium tom.* 1 *pag.* 196 *noviſſimæ editionis. Dionyſius comes à Conſtantino miſſus erat ad concilium Tyrium, ut ordinem ibi ſervandum curaret; ſed totus Euſebianorum partibus erat addictus; ideoque his aliiſque litteris parùm efficere potuerunt Catholici.* E

& S. Maximum a partibus Euſebianorum avellit.

15 *Porrò* Paphnutium, *qui prædictis ſubſcripſit litteris, eumdem eſſe cum* S. Paphnutio *noſtro, colligitur ex Rufino lib.* 1 *cap.* 17, *ubi aliud inſigne* Paphnutii *factum refert hoc modo:* Per idem tempus Pafnutius confeſſor, de quo ſuprà memoravimus, aderat (*in concilio Tyrio*) Athanaſii innocentiæ conſcius. Is cùm vidiſſet Maximum Jeroſolymorum epiſcopum, qui unà ſecum effoſſo oculo & poplite ſucciſo confeſſor extiterat, verùm pro nimia ſimplicitate nihil de ſacerdotum ſcelere ſuſpicantem, conſediſſe cum ceteris, quos factionis macula ſociaverat, medium confeſſum adire non veritus; Te, inquit, O Maxime, cum quo mihi unum atque idem confeſſionis inſigne eſt, cum quo mihi pariter mortale lumen effoſſum clariorem divini luminis conciliavit aſpectum: te, inquam, non patiar ſedere in concilio malignantium, & cum iniqua gerentibus introire. Injectaque manu elevans eum de medio eorum, ac de ſingulis inſtruens, perpetua dehinc Athanaſio communione ſociavit. *Sozomenus lib.* 2 *cap.* 25 *de relato* Paphnutii *facto etiam loquitur; ſed breviter tantùm.* F

veriſimiliter etiam adfuit concilio Sardicenſi.

16 *Quamdiu poſt illud tempus ſupervixerit* S. Paphnutius, *à nemine memoratum invenio. At non video tantam fuiſſe eo tempore ætatem* Paphnutii, *ut non potuerit ſupereſſe uſque ad concilium Sardicenſe anno* 347 *celebratum. Quapropter, cùm in concilio Sardicenſi tres ex Ægypto fuerint Paphnutii epiſcopi, ut diſcimus*

AUCTORE J. S.

ex epistola istius concilii, cui tres leguntur subscripti Paphnutii inter alios Ægypti episcopos, apud S. Athanasium tom. 1 *pag.* 169 ; *satis apparet verisimile,* S. Paphnutium *illi quoque concilio interfuisse. Hinc Baronius ad annum* 447 *num.* XI, *& Tillemontius tom.* 8 *in S. Athanasio art.* 49 *indubitanter asserunt,* S. Paphnutium *confessorem concilio Sardicensi adfuisse. Malim tamen dicere, id admodùm verisimile esse, sed non omnino certum : neque enim ex solo nomine subscripto certum omnino fieri potest, quia nomen illud multis commune erat in Ægypto.*

sed alius videtur ab eo, quem sede sua deinde ejecerunt Ariani.

17 *S. Athanasius in Historia Arianorum ad monachos tom.* 1 *pag.* 387 *multos recenset episcopos, quos Ariani circa annum* 356 *in exsilium egerant, aut coëgerant fugere, atque inter hos, quos* antiquos episcopos *vocat, etiam recenset* Paphnutium. *Hinc suspicari quis posset, designari ab Athanasio* S. Paphnutium *confessorem, qui certè eo tempore, si vivebat, antiquus erat episcopus. Verùm id mihi minùs videtur probabile, tum quia* confessor *non vocatur ab Athanasio, qui in eadem Historia pag.*

B

350 Sarapammonem *&* Potammonem *honorifico illo titulo commendat, tum quia vidimus duos alios Paphnutios fuisse in concilio Sardicensi, ita ut alteruter ex hisce verisimiliter ab Arianis fuerit coactus fugere. Magis igitur credo,* S. Paphnutium *ante illam Arianorum persecutionem fuisse defunctum ; ideoque obitum ipsius cum latitudine aliquot annorum fixi circa medium seculi quarti.*

§ III. Nomen S. Paphnutii insertum Martyrologio Romano, & aliquibus aliis : sanctitas ipsius vindicatur ab objectionibus aliquot scriptoris neoterici.

C

Nomen Sancti Martyrologio Romano insertum : forsan etiam est in Coptico :

Eminentissimus Baronius memoriam S. Paphnutii *confessoris Martyrologio Romano inseruit cum hoc elogio :* In Ægypto S. Paphnutii episcopi, qui unus fuit ex iis confessoribus, qui sub Galerio Maximiano imperatore, dextro oculo effosso, & sinistro poplite exciso, ad metalla damnati fuerunt : deinde sub Constantino Magno adversus Arianos pro fide Catholica strenuè decertavit, & demum multis coronis auctus in pace quievit. *Non assignat Baronius ullum Martyrologium antiquum, in quo nomen* S. Paphnutii *episcopi invenerit : nec nos illud reperimus in ullis vetustis Latinorum aut Græcorum Fastis. Attamen in Prætermissis ad* IX *Februarii Majores nostri hæc observârunt :* S. Paphnutius inscriptus eidem Coptico Kalendario, notâ aliâ nullâ, unde dignosci posset, additâ. *Præterea in Fastis sacris ecclesiæ Alexandrinæ, quos Jobus Ludolfus edidit, ad diem* XI *mensis unni, id est, ad diem* VI *Maii nostri, etiam occurrit nudum nomen* Paphnutius. *Quare verisimile est, alterutro loco, & forsan utroque, sanctum Confessorem nostrum designari : nam alii Paphnutii, qui titulum sanctitatis meruerunt, ferè martyres sunt aut anachoretæ : martyribus autem plerumque additur titulus* martyr ; *anachoretis verò vox* abba.

D

19 *Verùm, sive idem sit* Paphnutius, *qui in laudatis Ægyptiorum Fastis celebratur, sive utroque loco alius ; certum est, rectè Martyrologio Romano inscriptum esse* S. Paphnutium, *quemadmodum Catalogo Sanctorum insertum est ipsius elogium à Petro de Natalibus lib.* XI *cap.* 33. *Abunde id liquet ex elogiis, quæ ex Rufino, Socrate, Sozomeno, Theodoreto, & ex aliis pluribus jam dedimus, cùm scriptores illi testentur, non solùm fidei confessione insignem fuisse* Paphnutium *nostrum, sed etiam miraculis fulsisse. Nec* Sancti *titulo caruit* Paphnutius *confessor : nam Evagrius presbyter jam à seculo* IV *in Vita S. Antonii* Paphnutium *vocavit* Sanctum *&* Beatum *eo sensu, quo nos modò* Sanctum *nominamus. Gelasius Cyzicenus eidem* Sancti *titulum tribuit, ita ut verisimiliter in Ægypto honoratus fuerit cultu ecclesiastico. Hæc autem tanto magis movere poterant & debebant Baronium ad nomen* S. Paphnutii *Romano Martyrologio inserendum, quanto magis pura ab omni macula fuit Sancti hujus fama : neque enim ab ullo antiquorum unquam ullius culpa accusatus fuit* Paphnutius, *quantùm scire possumus.*

titulus Sancti eidem à seculo 4 *datus.*

E

20 *Franciscus Combefis in Auctario Patrum Græcorum part.* 2 *col.* 595 *multa disserit de* Paphnutio *confessore, contenditque non esse improbabile, illum eumdem esse cum Paphnutio quodam monacho, schismatis Meletiani fautore, quem similiter confessorem fuisse asserit. Baronius in Annotatis ad Martyrologium de Sancto nostro* Paphnutio *confessore dixerat :* Longè hic alius ab illo Paphnutio Meletiano, licèt & ipse confessor fuerit, de quo scribit S. Epiphanius in Panario hæresi 68. *Respondet Combefisius :* Ut ita res habeat, ut vult Baronius, ὡς τὸς ἔφα : nec enim ex monumentis ullis probat. *Verùm id ibi probandum non erat Baronio, cùm utriusque gesta, in Annalibus ipsius relata, longè diversos ostendant. Non lubet totam Combefisii disputationem, quæ prolixa admodùm est, huc transferre. Satis erit in re tam clara, si præcipua ipsius argumenta excutiamus : neque enim vereor dicere, ne umbram quidem minimam probabilitatis in opinione Combefisii apparere, ita ut paucis verbis totam disputationem absolverem, nisi Florentinius in Admonitionibus previis ad Martyrologium Hieronymianum pag.* 51 *dixisset,* non (pernendis rationibus *usum esse Combefisium. Tales enim rationes ipsius videri possunt, quando cum vetustis monumentis non conferuntur.*

Combefisius dubitavit immeritò de fide Paphnutii :

F

21 *Præcipuum Combefisii fundamentum est, quod monachus ille Meletianus fuerit confessor, ut etiam Baronius ipse, aliique asseruerunt. Verùm illud ipsum fundamentum planè ruinosum est, nec stare poterit. Nego Meletianum illum Paphnutium rectè* confessorem *vocari, aut unquam* confessorem *fuisse vocatum ab antiquis. Locus S. Epiphanii jam assignatus hæresi* 68 *cap.* 5, *qui solus pro glorioso illo monachi schismatici titulo afferri potest, ita habet Latinè in editione Petavii :* Ex his (*Meletianorum legatis, qui mittebantur ad imperatorem*) præcipui erant Paphnutius quidam vir magnus & anachoreta, cujus mater Christum olim confessa fuerat, sed & ipse aliqua ex parte eandem confessionem obierat. *Verba Latina habent, ipsum*

nam schismaticus ille Paphnutius, cui confessoris titulum aliqui dederunt,

aliqua

A aliquâ ex parte *confeſſorem fuiſſe : quod ſanè non fuiſſet dictum de* S. Paphnutio , *cui pro fidei confeſſione oculus erat erutus , cui nervus ſiniſtri poplitis erat exuſtus , qui ad laborandum in metallis fuerat condemnatus. Itaque vel ſola verba Latina oſtendunt , noſtrum à Meletiano illo eſſe alium.*

confeſſor non fuit , ut ex S. Epiphanio oſtenditur.

22 *At verba Græca clariùs oſtendunt , non fuiſſe confeſſorem , niſi ob confeſſionem matris :* ἦν δὲ Παφνούτιός τις μέγας ἀνὴρ ἀναχωρητὴς , καὶ αὐτὸς υἱὸς ὁμολογητείας τυγχάνων , ϖαραψάμενός καὶ αὐτὸς ποσῶς τ ὁμολογίας. *Verbum de verbo Latinè reddam :* Erat verò Paphnutius aliquis vir magnus , & ipſe filius erat matris fidem confeſſæ , particeps & ipſe quodammodo confeſſionis. *Cur S. Epiphanius Paphnutium illum celebrat à matris confeſſione , & de ipſo ſolùm dicit , fuiſſe* quodammodo *confeſſionis participem, ſi crediderit confeſſorem fuiſſe propriè dictum ? Videtur Combefiſius ipſe vidiſſe , quàm infirmo fundamento niteretur confeſſio illa ſchiſmatici Paphnutii , cùm non adduxerit verba S. Epiphanii , ex quibus illam collegerunt neoterici a-*

B *liqui , non ſatis periti linguæ Græcæ. Itaque longè probabilius eſt , Paphnutium illum non fuiſſe confeſſorem , ſed ſolùm* quodammodo *fuiſſe participem confeſſionis materna , ſive ob ſervitia matri tunc præſtita , ſive ob incommoda aliqua ob maternam confeſſionem tolerata , vel quia matri condoluit , vel quia honor matris redundat etiam in filium , vel alia demum de cauſa. Id certè dubitandum non videtur , S. Epiphanium non tam tenuiter de ipſius confeſſione locuturum fuiſſe , ſi credidiſſet ea illi ob confeſſionem illata fuiſſe tormenta , quæ* S. Paphnutium *pertuliſſe novimus. Quare ipſum fundamentum , cui tota machina Combefiſii inædificata eſt , planè corruit : ipſaque Epiphanii verba ſchiſmaticum à Sancto abundè diſtinguunt.*

Præterea S. Paphnutius erat epiſcopus , dum ſchiſmaticus ille erat monachus :

23 *Id non minùs efficaciter oſtendit temporis ratio. Quippe Meletianus ille Paphnutius non niſi monachus aut anachoreta erat eo tempore , quo ipſum cum aliis poſt Meletii obitum , & poſt concilium Nicænum , ad imperatorem fuiſſe miſſum narrat Epiphanius. Atqui* S. Paphnutius *tunc erat epiſcopus : nam epiſcopus interfuit concilio Nicæno. Longè igitur diverſus*

C *eſt à monacho illo Meletiano. Vidit Combefiſius id rectè conſequi. At negat* Paphnutium , *qui fuit in concilio Nicæno , fuiſſe epiſcopum. Scilicet anonymus ille , in quem obſervationes ſcribit , de epiſcopatu* Paphnutii *ſilet , & tantùm dicit :* Intererat ſynodo admirabilis Paphnutius, Ægyptius quidem genere , certaminibus verò confeſſor *&c. In hac autem verba ita commentatur :* Ita reliqui ferè vocitant , exceptis Rufino ac Socrate , qui epiſcopum ſcribunt. Erat hic locus ſic nominandi , ſiquidem agnoviſſet epiſcopum noſter anonymus. *Deinde multa profert verba , quibus perſuadere nititur , Meletianum illum Paphnutium fuiſſe , qui monachus interfuerit concilio Nicæno. Verùm non cogitat inconſideratus ſcriptor , dum* Paphnutii *confeſſoris virtutes & geſta glorioſa extenuat , calamoque non ſatis benigno in deteriorem partem trahit , quàm contrarius ſit ipſi anonymo , ex quo argumentum deſumit : nam ille non ſolùm narrat tolerata à* Paphnutio *pro fidei confeſſione , ſed addit de eodem :* Vir planè patrator multorum admirabilium operum atque virtutum. *Neque ille ſolus miracula* Paphnutii *confeſſoris prædicat ; ſed id ipſum faciunt Rufinus , Socrates , Sozomenus , aliique ſcriptores antè laudati , & tunc quidem maximè , quando narrant ipſum Nicæno interfuiſſe concilio. Quis igitur ex hiſce omnibus credere potuit ſchiſmaticum fuiſſe ?*

quod ineptis planè argumentis

24 *Verùm examinemus criſim ipſam Combefiſii , qui* Paphnutium *negat fuiſſe epiſcopum, dum concilio aderat , quia illi titulum epiſcopi non dat ſcriptor ille anonymus. Fatetur interim* epiſcopum *nominari à Rufino & Socrate. Theodoretus quoque lib.* 1 *cap.* 7 *cum epiſcopis recenſet* Paphnutium , *licèt epiſcopi titulum ipſius nomini non adjungat. Judicent modò eruditi omnes , utrùm credere debeamus loquentibus , an ſilentibus. Epiſcopum dicunt Rufinus & Socrates : Theodoretus ſolos nominans epiſcopos , inter eos* Paphnutium *recenſet. Fatetur quoque Combefiſius , Sozomenum inſinuare , epiſcopum fuiſſe* Paphnutium *confeſſorem , ubi ille agit de concilio Tyrio lib.* 2 *cap.* 24. *Quid , obſecro , contra horum conſenſum efficere poteſt ſilentium duorum aut trium ſcriptorum , ætate poſteriorum atque auctoritate inferiorum , præſertim cùm hi ex priorum ſcriptis ſua collegerint , &* E *ita ſolùm omittant* epiſcopi *titulum , ut epiſcopatum non inficientur , ſed merè prætermittant, contenti alia* Paphnutii *referre decora ? Audiamus Combefiſii anonymum , qui , poſtquam de* Paphnutio *egerat , mox S. Spiridionem ita memorat :* Sed & venerabilis Spyridion chorum hunc honeſtabat. *Ibi ſimiliter* epiſcopi *titulus omittitur , licèt poſteà inſinuet epiſcopum fuiſſe, ut humilitatem ipſius in paſcendis ovibus extollat. Gelaſius Cyzicenus lib.* 2 *cap.* 9 *&* 10 *nec* Paphnutium *nec Spiridionem vocat* epiſcopum. *Nullas igitur vires habet illa obſervatio Combefiſii de omiſſo ab aliquibus in* Paphnutio *epiſcopi titulo.*

negare vult Combefiſius.

25 *Æquè inutilis eſt alia ipſius obſervatio, quâ conatur veriſimile facere ,* Paphnutium *epiſcopum , qui concilio Tyrio adfuit , alium eſſe à Confeſſore noſtro.* In epiſtola Athanaſii , *inquit,* ne verbum de confeſſione , ſed nudum nomen Paphnutii , epiſcopis aliis accenſum. Quid verò vetat , ut ne dicamus , fuiſſe alium Paphnutium ? *Reſpondeo id vetare Rufinum num.* 16 *laudatum , qui ait :* Per idem tempus Pafnutius confeſſor , de quo ſuprà memoravimus , (*nempe* F *lib.* 1 *cap.* 4 , *ubi etiam* epiſcopum *dicit , licèt hîc de epiſcopatu ſileat*) aderat *in concilio Tyrio , de quo agit. Quod autem* in epiſtola Athanaſii , *aut potiùs epiſcoporum Ægypti , nihil de confeſſione* Paphnutii *epiſcopi legatur , ſed nudum ipſius nomen inter epiſcopos ponatur , ſicut præcedit nudum nomen Potamonis , qui etiam erat confeſſor , prudenter objicere non poterat Combefiſius , cùm nomina illa ibi tantùm legantur ſubſcripta epiſtolæ , cúmque non deceret ſubſcribentem uti* confeſſoris *titulo. Potiùs hinc diſcere debuerat ,* S. Paphnutium *non inaniter illo titulo gloriatum fuiſſe , ut ipſe temere ſuſpicatur , & ſine ullo fundamento.*

Ultima ipſius contra S. Paphnutium obſervatio

26 *Ultima obſervatio Combefiſii , quæ reſtat examinanda , dirigitur contra* Paphnutium *S. Antonii diſcipulum , quem cum* S. Paphnutio *epiſcopo eumdem oſtendi num.* 7 , *quemque ille cum Meletiano ſuo confundere conatur. Obſervat ,* Paphnutium *in Græca S. Antonii Vita ſimpliciter vocari* Paphnutium confeſſorem : *addi verò in veteri editione Latina ;* qui effoſſis pro Chriſto oculis (*rectiùs apud nos , & in ultimâ Athanaſii editione* effoſſo .... oculo) ſub Maxi-

AUCTORE J. S.

Maximiano perſecutore, tali dehoneſtamento corporis plurimùm gloriabatur. *Tum ſubdit :* Eſt ea laus præcedentis facinoris, non præſentis affectionis ; ut vel de Meletiano ſic potuerit ſcribere Athanaſius, necdum ſcilicet Meletiano, cùm Antonio conjunctus eſſet, ac neque adhuc tempore ſynodi Nicænæ, poſt quam, ac Athanaſio epiſcopo incipimus Meletianum legere. Deinde potuit illa gloriatio eſſe mala, atque in ſuperbiæ barathrum incautum ſpiritalem præcipitem dare. Quid vetat, ut ne illa Domini Jeſu ſtigmata, quibus tantam Paphnutius habuiſſet admirationem in concilio Nicæno, vitaque anteacta ſub diſciplina magni Antonii, in ſchiſma impulerint *&c. ? Pudet plura addere : nec ſine pudore tam leves ſuſpiciones referre potui.*

omni caret fundamento, ut probatur.

27 *Reſpondeo igitur, multa eſſe, quæ vetant, ne credamus* Paphnutium *confeſſorem in ſchiſma demum fuiſſe lapſum. Vetat primò S. Athanaſius, qui ſchiſmaticum glorioſo confeſſoris nomine non honoraret, aut ſaltem de lapſu poſteriore aliquid adderet. Vetat ſecundò Evagrius Athanaſii interpres, qui defunctum ante annos aliquot ſchiſmaticum non nominaret primò* beatum Confeſſorem, *deinde* ſanctum Paphnutium, *ac tertiò* beatum Paphnutium : *quos titulos ne ipſius Antonii quidem nomini apponere ſolet, cùm* Paphnutium *numquam ſine* Beati *aut* Sancti *titulo nominet. Vetant tertiò Rufinus, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Gelaſius Cyzicenus, aliique, qui confeſſionem, virtutes, miraculaque* S. Paphnutii *tam magnificè non prædicarent, à quibus non diceretur Vir* admirabilis, magnus, Sanctus, divinus ; *ſi fuiſſet inter duces ſchiſmatis Meletiani, ſi fuiſſet impudens calumniator & impoſtor, qualis fuit Paphnutius monachus ille Meletianus, cujus epiſtola de invento Arſenio recitatur apud Athanaſium tom.* 1 *pag.* 183 *&* 184. *Vetat quartò epiſcopatus* S. Paphnutii, *ad quem jam evectus erat, dum Meletianus ille, ſive unus ſit ſive geminus, adhuc erat monachus. Vetat quintò demum glorioſa illa Chriſti confeſſio, pro qua oculum dexterum amiſit, & crus ſiniſtrum habuit debilitatum, quod Meletiano Paphnutio attribui non poſſe, oſtendi ſuperiùs. Quæ præterea attulit Combefiſius, aut ad rem noſtram non pertinent, aut jam abundè refutata ſunt.*

B

C

§ IV. Quæritur, an veriſimile ſit, S. Paphnutium ſe in concilio Nicæno oppoſuiſſe legi de continentia ſacerdotum & diaconorum.

Socrates ſcribit Paphnutium diſſuaſiſſe Patribus Nicænis legem

SOcrates *lib.* 1 *Hiſtoriæ cap.* XI *agens de præſentia* S. Paphnutii *in concilio Nicæno, poſt data num.* XI, *hæc addit :* Illud verò, quod ad utilitatem Eccleſiæ, & ad honeſtatem clericorum, ejus conſilio geſtum eſt, deinceps exponam. Viſum erat epiſcopis novam legem in Eccleſiam inducere, ut quicumque in ſacrum ordinem allecti eſſent, id eſt epiſcopi, presbyteri & diaconi, ab uxorum, quas cùm laïci eſſent, matrimonii jure ſibi ſociaverant, concubitu abſtinerent. Cúmque, hac re in medium propoſita, ſingulorum ſententiæ rogarentur, ſurgens in medio epiſcoporum conſeſſu Paphnutius, vehementer vociferatus eſt ; Non eſſe imponendum clericis & ſacerdotibus grave hoc jugum : honorabiles nuptias & torum immaculatum eſſe dicens ; ne ex nimia ſeveritate damnum potiùs inferrent Eccleſiæ. Neque enim omnes ferre poſſe tam diſtrictæ continentiæ diſciplinam : ac forſitan inde eventurum eſſe, ut cujuſque uxoris caſtitas minimè cuſtodiretur. Caſtitatem autem vocabat congreſſum viri cum uxore legitima. Satis eſſe, ut qui in clerum fuiſſent adſcripti, juxta veterem Eccleſiæ traditionem jam non ampliùs uxores ducerent : non tamen quemquam ſejungendum eſſe ab ea, quam antehac, tunc cùm eſſet laïcus, legitimè duxiſſet. Atque hæc dixit, ipſe non modò conjugii, ſed muliebris congreſſûs penitus expers ; quippe qui à puero in monaſterio educatus fuiſſet ; & ob ſingularem caſtimoniam ab omnibus celebratus. Ceterùm univerſus ſacerdotum cœtus, Paphnutii ſermonibus aſſenſus eſt. Proinde omiſſa ejus rei diſceptatione, ſingulorum arbitrio permiſerunt, ut ab uxorum conſuetudine abſtinerent, ſi vellent. *Hactenus Socrates.*

D

E

de continentia majorum clericorum, eique aſſenſi ſunt aliqui.

29 *Sozomenus lib.* 1 *cap.* 23 *ita habet :* Cúmque hac de re (*de legibus nimirum condendis, Patres Nicæni*) inter ſe deliberarent, aliis quidem placebat legem ferri, ut epiſcopi & presbyteri, diaconi item ac ſubdiaconi, non cubarent cum uxoribus, quas priuſquam ſacrarentur, duxiſſent. Verùm Paphnutius confeſſor ſurgens, contradixit, nuptiaſque honorabiles vocans, & congreſſum viri cum uxore ſua caſtitatem eſſe dicens, conſilium dedit Synodo, ne hujuſmodi legem ferret. Rem enim eſſe toleratu difficilem : ac fortaſſe occaſionem incontinentiæ tum ipſis, tum uxoribus ipſorum inde ſubminiſtrandam. Porrò autem veterem Eccleſiæ traditionem hanc eſſe, ut qui cælibes ad ſacrum ordinem promoti eſſent, uxorem poſthac non ducerent : conjugati verò à ſuis uxoribus minimè ſepararentur. Et hæc quidem ſuaſit Paphnutius, tametſi expers conjugii. Synodus verò conſilium ejus probavit, nec ullam ea de re legem tulit : ſed in cujuſque arbitrio, non autem ex neceſſitate id eſſe voluit. *Ex hiſce breviter eadem res tranſlata eſt ad Hiſtoriam Tripartitam lib.* 2 *cap.* 14. *Eadem ſcribit Gelaſius Cyzicenus in Hiſtoria concilii Nicæni lib.* 2 *cap.* 32 ; *& Suidas in Lexico ad nomen* Paphnutius.

F

Variæ eruditorum de prædicta hiſtoria ſententiæ : Natalis Alexander eam propugnat,

30 *Eruditi poſteriorum ſeculorum, qui criſi aliqua uti voluerunt, ut vera à falſis ſecernerent, in varias admodùm abierunt opiniones de facto illo, quod* Paphnutio *primus attribuit Socrates. Eminentiſſimi Cardinales Baronius & Bellarminus exiſtimârunt, fabulam eſſe, quia relatio Socratis videtur repugnare diſciplinæ eccleſiaſticæ iſtius temporis. Horum autem ſententiam ſecuti ſunt multi ſcriptores Catholici, quorum catalogum texere longum foret. Contrà heterodoxi aliqui pro veritate facti à Socrate relati pugnârunt, atque ad horum partes acceſſerunt plerique ſcriptores Janſenianis dogmatibus addicti. Quin & aliquot etiam Catholici pro Socratis relatione ſtare voluerunt, exiſtimantes eam non eſſe contrariam legibus eccleſiaſticis illorum temporum. Natalis Alexander in Hiſtoria eccleſiaſtica ſeculi quarti diſſert.* 19 *pugnat pro Socrate, eumque ſecutis ſcriptoribus, contra Baronium & Bellarminum, abſolutaque ea diſputa-*

A *diſputatione, alteram propoſitionem ſubdit multis auctoritatibus confirmandam, quæ hiſce concepta eſt verbis:* Quamvis Nicæna ſynodus de clericorum cælibatu nihil ſtatuerit, ejus tamen temporibus epiſcopi, presbyteri & diaconi perpetuam continentiam ſervabant ex Eccleſiæ diſciplina, diuturno uſu & ab Apoſtolicis temporibus derivato firmatâ, quam Siricius & alii deinde Pontifices, conciliaque decretis ſuis atque canonibus roborârunt *&c.*

continentiam ſacerdotum ex diſciplina repetens, non ex lege, ut rectiùs alii.

31 *Hanc propoſitionem pro prima parte probat auctoritate Euſebii Cæſareenſis, Cyrilli Hieroſolymitani, Epiphanii, Gregorii Nyſſeni, Origenis, Hieronymi, atque ita ex eorum verbis concludit:* Ex quibus omnibus conſtat, Nicænæ ſynodi temporibus, & longè ante Siricium, epiſcopos, presbyteros & diaconos perpetuam continentiam ſervâſſe ex Eccleſiæ diſciplina diuturno uſu, & ab Apoſtolicis temporibus firmata. *Altera pars multis auctoritatibus eatenus optimè confirmatur, quatenus luce clariùs oſtenditur, legem de continentia ſacerdotum & diaconorum à Siricii temporibus frequen-*

B *ter fuiſſe inculcatam & renovatam. At nullo modo probat Alexander, Siricium fuiſſe primum, qui condiderit hanc ſacerdotibus legem. Quin potiùs tam ipſius Siricii quàm aliorum Patrum verba, quæ allegat, luculenter oſtendunt, prædictam legem multò vetuſtiorem eſſe. Quare longè probabilior eſt ſententia Baronii & Bellarmini, qui non modò ex conſuetudine, ſed etiam ex lege oſtendunt eveniſſe, ut ab Apoſtolicis temporibus epiſcopi, presbyteri & diaconi perpetuam obſervarent continentiam: atque hanc ſententiam inter ſcriptores ſeculi noſtri egregiè etiam adſtruxit Thomaſſinus in Veteri & nova Eccleſiæ diſciplina part. 1 lib. 2 cap. 60.*

At quacumque de cauſa ſervata ſit continentia, Socratis relatio non eſt verisimilis:

32 *Nunc examinemus, an Socratis relatio credibilis videatur, & ſtare poſſit cum obſervata perpetuò continentia ab illis ipſis, quibus eam imponi noluiſſe dicitur* Paphnutius, *ſive illi continentiam ſervabant ex lege, ſive ex conſuetudine ſeu diſciplina tantùm.* Paphnutius *reclamans legi de continentia ferendæ, dicebat, ait Socrates,* Non eſſe imponendum clericis & ſacerdotibus grave hoc jugum. *At, ſi credimus Alexandro, jugum iſtud tum ferebant & tulerant*

C *à tempore Apoſtolorum ſacerdotes & clerici majores. Si verò amplectamur probabiliorem ſententiam; jugum illud ab ipſis Apoſtolorum temporibus fuerat impoſitum. Qua igitur veriſimilitudine ſic locutus fingitur* Paphnutius? *Qua veriſimilitudine addidiſſe ſcribitur:* Neque enim omnes ferre poſſe tam diſtrictæ continentiæ diſciplinam; *cùm eam ferrent, ſive ex conſuetudine ſive ex lege? Qua veriſimilitudine fingitur dixiſſe;* Forſitan inde eventurum eſſe, ut cujuſque uxoris caſtitas minimè cuſtodiretur: *cùm eadem maneret uxorum conditio, ſive dicta lex ferretur in concilio, ſive omitteretur? Nihil enim uxorum intererat, ex diſciplina, an ex lege perpetuam continentiam ſervarent mariti. Qua veriſimilitudine Paphnutio hæc attribuuntur verba:* Satis eſſe, ut qui in clerum fuiſſent adſcripti, juxta veterem Eccleſiæ traditionem, jam non ampliùs uxores ducerent: non tamen quemquam ſejungendum eſſe ab ea, quam antehac tunc, cùm eſſet laïcus, legitimè duxiſſet; *cùm vetus Eccleſiæ traditio, ipſo fatente Alexandro, fictitiæ iſti traditioni directè ſit contraria?*

33 *Itaque hæc omnia ne umbram quidem ve-*

riſimilitudinis habent, quia Virum ſanctum, & virginitatis cultorem perpetuum, ſimul & mendacem faciunt & continentiæ epiſcoporum magis contrarium, quàm fuerit eidem contrarius ipſe Jovinianus virginitatis hoſtis. Etenim S. Hieronymus Jovinianum ſic alloquitur lib. 1: Certè confiteris non poſſe eſſe epiſcopum, qui in epiſcopatu filios faciat. Alioqui, ſi deprehenſus fuerit, non quaſi vir tenebitur, ſed QUASI ADULTER DAMNABITUR. Aut permitte ſacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem ſint virgines quod mariti: aut ſi ſacerdotibus non licet uxores tangere, in eo ſancti ſunt, quia imitantur pudicitiam virginalem. *Demum apertiſſimum figmentum eſt, quod ſequitur apud Socratem:* Univerſus ſacerdotum cœtus Paphnutii ſermonibus aſſenſus eſt. Proinde omiſſa ejus rei diſceptatione, ſingulorum arbitrio permiſerunt, ut ab uxorum conſuetudine abſtinerent, ſi vellent. *Apertiſſimum id figmentum dico, quia Patres, qui paulò pòſt concilium Nicænum floruerunt, clarè docent contrarium, ut paucis oſtendam.*

AUCTORE J. S. *nec ea ſtare poteſt cum verbis S. Hieronymi.*

E

aut S. Epiphanii, qui eodem ſeculo ſcripſerunt.

34 *S. Epiphanius, qui adoleſcens erat aut juvenis, quando habitum eſt concilium Nicænum, Hæreſi 59 cap. 4 ita habet:* Quin eum inſuper, qui adhuc in matrimonio degit, ac liberis dat operam, tametſi unius ſit uxoris vir, nequaquam tamen ad diaconi, presbyteri, epiſcopi, aut hypodiaconi ordinem (*Eccleſia*) admittit: ſed eum dumtaxat, qui ab unius uxoris conſuetudine ſeſe continuerit, aut eâ ſit orbatus: quod in illis locis præcipuè fit, ubi eccleſiaſtici canones accuratè ſervantur. Atenim nonnullis adhuc in locis presbyteri, diaconi & hypodiaconi liberos ſuſcipiunt. Reſpondeo non illud ex canonis authoritate fieri; ſed propter hominum ignaviam, quæ certis temporibus negligenter agere ac connivere ſolet *&c. Hæccine ſcriberet Sanctus ille, ſi concilium celeberrimum unicuique liberum reliquiſſet, ne epiſcopis quidem exceptis, ut uteretur uxore antè ducta, aut ab ea abſtineret pro arbitrio ſuo? S. Hieronymus, qui natus eſt paucis annis poſt dictum concilium, in Epiſtola ad Pammachium, ſeu in Apologetico pro libris contra Jovinianum, circa finem ſic loquitur:* Chriſtus virgo, virgo Maria, utrique ſexui virginitatis dedicavere principia. Apoſtoli vel virgines, vel poſt nuptias continentes. Epiſcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eliguntur aut vidui, aut certè poſt ſacerdotium in æternum pudici. *Fallitur igitur Socrates meo quidem judicio: neque enim illius verba componere poſſum cum teſtimoniis horum Patrum.*

F

quoſque cum Socrate non conciliat Alexander.

35 *Audiamus, utrùm Natalis Alexander omnia illa conciliare potuerit, ut facere tentavit.* Sancti Epiphanius & Hieronymus, *inquit,* octoginta circitèr annis à Nicæni concilii tempore ſunt, quo temporis intervallo variari potuit diſciplina. *Attamen notum eſt orbi erudito, S. Hieronymum jam floruiſſe & ſcripſiſſe ſub S. Damaſo Papa, qui præceſſit S. Siricium, Epiphanium verò fuiſſe antiquiorem S. Hieronymo. Præterea, ſi credimus Alexandro, à temporibus Apoſtolorum uſque ad Siricium Papam eodem modo obſervata eſt clericorum continentia, nimirum ex diſciplina Eccleſiæ. Itaque reſponſio illa non ſatis coharet cum opinione, quâ vult S. Siricium primum fuiſſe, qui legem illam de continentia clericorum dedit. Nam certè Epiphanius ſcripſit ante Siricium. Hieronymus ve-*

AUCTORE J. S.

rò multa ante Siricium ſcripſit, & hìc non loquitur de re nova, ſed antiqua. Dum igitur ſtudet Socratem cum Epiphanio & Hieronymo conciliare, ipſe ſibi parùm conſtat. Nam ſi nulla de hiſce lex fuit ante concilium Nicænum, ſi nulla in illo concilio lata, ſi nulla ante Siricium, non ita loqui debuerunt laudati Patres.

Siricius vehementer invectus in ſacerdotes incontinentes,

36 *Verùm ex ipſa Siricii epiſtola, quæ exſtat apud Labbeum tom.* 2 *Conciliorum col.* 1017 *& ſeq., videamus, an ita ſcribere potuerit, ſi lex illa continentiæ ſacerdotum, de qua diſputamus, ante ipſum non fuiſſet lata. Sanctus ille Pontifex cap.* 7 *ita loquitur:* Veniamus nunc ad ſacratiſſimos ordines clericorùm, quos in venerandæ religionis injuriam, ita per veſtras provincias calcatos atque confuſos, caritate tua inſinuante, reperimus, ut Jeremiæ nobis dicendum ſit voce: Quis dabit capiti meo aquam *&c.? Quæ tanti ſit cauſa doloris, mox ſubdit hoc modo:* Plurimos enim ſacerdotes Chriſti atque levitas, poſt longa conſecrationis ſuæ tempora, tam de conjugibus propriis, quàm etiam de turpi coïtu, ſobolem didicimus procreâſſe, & crimen ſuum hac præſcriptione defendere, quia in veteri Teſtamento ſacerdotibus ac miniſtris generandi facultas legitur attributa. Dicat mihi nunc, quiſquis ille eſt ſectator libidinum, præceptorque vitiorum *&c. Lubet ad allegata verba Siricii pauca obſervare. Primò Pontifex eadem ſeveritate tractat illos, qui procreaverant* de conjugibus propriis, *ac illos, qui* de turpi coïtu. *Secundò ægerrimè fert, quòd* crimen *ſuum defenderent exemplo veteris Legis. Tertiò cur ſectatores illi* libidinum, *ut nominat eos Papa, cogebantur ad veterem Legem recurrere, ſi, ut Socrates loquitur, Patres Nicæni* ſingulorum arbitrio permiſerunt, ut ab uxorum conſuetudine abſtinerent, ſi vellent: *nam multò fortiùs allegâſſent celeberrimum concilium œcumenicum.*

B

docet vetuſtiſſimam de eorum continentia eſſe legem.

37 *Itaque Siricius Pontifex in illa epiſtola non condidit novam legem, ſed antiquam renovavit. Hanc autem repetit à voluntate Jeſu, qui* Eccleſiam, cujus ſponſus eſt ſpecioſus formâ, caſtitatis voluit ſplendore radiare, ut in die judicii, cùm rurſus advenerit, ſine macula & ruga eam poſſit, ſicut per Apoſtolum ſuum inſtituit, reperire. Quarum, inquit, ſanctionum ſacerdotes omnes atque levitæ infolubili lege conſtringimur, ut à die ordinationis noſtræ, ſobrietati ac pudicitiæ & corda noſtra mancipemus & corpora *&c. Hic Siricius vetuſtiſſimam de hiſce agnoſcit legem, ſicut eam ante Siricium agnovit S. Epiphanius num.* 34 *laudatus. Ex omnibus igitur concludere licet contra Natalem Alexandrum, legem de continentia clericorum majorum viguiſſe ante Siricium: Socratis verò relationem de interceſſione* S. Paphnutii *veriſimilem non eſſe, ſive laudati clerici continentiam ſervaverint ex lege, ſive ex ſola Eccleſiæ diſciplina. Quæ verò contra continentiam clericorum objici utcumque poſſunt, examinavi ac refutavi in Diſſertatione huic tomo præfigenda de tempore natali S. Gregorii Nazianzeni, quem aliqui natum voluerunt tempore paterni ſacerdotii, ſed prorſus improbabiliter.*

C

Tota relatio Socratis, cùm videatur orta

38 *Quare unum reſtat, ut oſtendam quàm exiguam in hiſce fidem mereatur Socrates, ex quo alii fabulam illam adoptârunt. Socrates lib.* 1 *cap.* 10 *varia refert de Aceſio Novatianorum epiſcopo, quem concilio Nicæno interfuiſſe dicit, ibique cum Conſtantino imperatore egiſſe. Docet etiam, unde iſta didiciſſet, ita ſcribens:* Hæc neque Euſebius Pamphili, neque alius quiſpiam litteris prodidit. Ego verò ea accepi ab homine haudquaquam vano, qui quidem admodùm provecta erat ætate, & ea narrabat, quæ ipſe in concilio geri viderat. *Mox poſt hanc relationem de Aceſio, ſequitur caput* XI *de* Paphnutio, *quod partim examinamus. Potuit præſentiam* Paphnutii *in concilio ex Ruſino habere Socrates. Verùm hiſtoriam aut fabulam illam, quam examinamus, cùm à nullo ante Socratem ſcripta legatur, haud dubiè ab eodem accepit ſene, à quo relata de Aceſio accepiſſe ſe dicit. Certè cap.* 13 *eumdem rurſus teſtem laudat, magiſque indicat, qualis fuerit:* Quiſnam autem, *inquit*, de illo mihi retulerit, dicam accuratè; nec diſſimulabo quidquam, tametſi intelligam apud nonnullos id mihi offenſioni fore. Auxanon quidam, Novatianorum eccleſiæ presbyter, admodum longævus fuit. Qui ad ſynodum Nicænam unà cum Aceſio venit adhuc admodùm adoleſcens, (*Græcè* νεμιδῆ νήπιον admodùm parvulus) & quæ de Aceſio ſuperiùs dicta ſunt, mihi commemoravit. Hic ab illis temporibus ad principatum uſque Theodoſii Junioris vitam produxit, mihique admodùm juveni de Eutychiano, (*de quo ibi agit*) narravit.

D

E

ab homine nullâ ferè fide digno, qui decrepitus

39 *Hinc veroſimillimè habemus originem totius fabulæ. Etenim, licèt Socrates non dicat, ſe ab Auxanone audiviſſe factum, quod attribuit* Paphnutio, *cùm tamen illud referat inter duo alia ab Auxanone audita ferè intermedium, vix dubitare poſſumus, quin eumdem habuerit hujus quoque fabellæ auctorem. Itaque ſtudioſus lector modò videre poterit, quàm fragili fundamento nitatur tota Socratis ſtructura. Valeſius in Annotationibus ad Socratem lib.* 1 *cap.* 10 *obſervat, decrepitæ ætatis Auxanonem eſſe debuiſſe, quando ea omnia Socrati narravit; totamque de Aceſio hiſtoriam habens falſitatis ſuſpectam, ita concludit:* Æſtimet igitur lector, quanti faciendum ſit teſtimonium hominis decrepiti & hæretici. *Tillemontius quidem tom* 6 *in Concilio Nicæno art.* 17 *non acquieſcit cenſuræ Valeſii, totumque de Aceſio, quod narravit Socrates, ſine difficultate adoptat. Verùm hac in re à rigida ſua criſi longè diſceſſit, parùmque conſideravit, quàm inepta & improbabilis ſit Socratis relatio. Quippe* νήπιος, *Latinè* infans, *& quidem* νεμιδῆ νήπιος, admodùm infans, *ut cap.* XI *&* XIII *ſub initium habet Socrates, erat Auxanon ille, quando ad concilium veniſſe, illaque ibidem audiviſſe dicitur. Ne quis verò exiſtimet, Socratem ea voce multò majorem ætatem inſinuare voluiſſe, obſervo, eumdem Auxanonem cap.* 13 *rurſum vocari* valde juvenem, *ubi agitur de ipſius commoratione cum Eutychiano, quæ dicitur poſtea contigiſſe. Verba Græca ſunt* νέος ὢν πάνυ, *id eſt*, cùm eſſet valde juvenis: *alii dicerent*, admodùm adoleſcens. *Erat igitur puer aut adoleſcens, dum eum concilio interfuiſſe dicit Socrates.*

F

dicitur narrâſſe ea, quæ puer audiverat,

40 *Jam verò non quæramus, an adoleſcens fuerit admiſſus ad concilium Nicænum: illud ultrò Socrati concedamus & Tillemontio, licèt non admodùm ſit veriſimile. Verùm, ſi Auxanon in adoleſcentia ſua concilio interfuit, an etiam credemus, eum tam propinquum fuiſſe imperatori Conſtantino & Aceſio epiſcopo, ut eorum ſermones mutuos potuerit audire, & poſt annos octoginta aut ſaltem ſeptuaginta rectè Socrati tunc juveni enarrare? An etiamſine ullâ dubita-*

A *dubitatione credemus, Socratem ea omnia, quæ* admodùm juvenis *ab Auxanone audiverat, tam accuratè memoriâ retinuisse, ut in iis postea enarrandis à veritate ne latum quidem unguem recesserit? Neutrum mihi persuadebit crisis Tillemontiana, nedum simul utrumque. Attamen, ut vera sit relatio Socratis, necesse est, ut ipsi vera accuratè narraverit Auxanon, ac ut ipse illa sine alteratione aut exaggeratione inseruerit Historiæ suæ.*

quique alia figmenta Socrati narravit,

41 *Certè mihi longè verisimilius apparet, Auxanonem illum aut impostorem fuisse aut nugatorem, qui fabulas aliquot narraverit juveni Socrati, seu nugandi seu imponendi causâ. Fabulosa aut mendacia sine dubio sunt, quæ cap.* 13 *ex relatione Auxanonis narrat de Eutychiano monacho Novatiano: neque enim ullus Catholicus credet, Novatianum monachum miraculis claruisse, ut ex eodem Auxanone intellexisse se dicit Socrates. Nullus prudens ut vera admiserit, quæ ibidem narrat de carcere per Eutychianum divinitus aperto, vinculisque in illo detenti sponte decidentibus, & quidem coram carceris custodibus, qui nolebant carcerem*

B *aperire; ac demum de vita exorata illi, qui* affectatæ tyrannidis *dicitur reus, apud Constantinum imperatorem*, utpote qui Eutychianum magnopere venerabatur, *inquit Socrates, citans Auxanonem, qui hisce omnibus adfuisse se narravit. Quis non videat, omnia illa fabulosa esse? Quis non agnoscat, Auxanonem magnifica de se Socrati narrâsse, sed nullo veritatis colore vestita? Puer fuit in concilio Nicæno, juvenis apud monachum miracula patrantem, cum eo tunc adivit Constantinum, ut perduelli, priùs coram custodibus divinitus vinculis liberato, venia impetraretur: quin & Constantinus magni feciisse dicitur hominem Novatianum. Nihil ex hisce verisimile. Itaque Tillemontius exemplo Auxanonis confirmare potuit, quæ rectè observat de Socrate tom.* 6 *Imperatorum in Theodosio II art.* 37, *ità scribens:* Videtur non satis discreviisse scripta & personas, quibus fidem habere debebat, eaque de causa tot errores Historiæ suæ immiscuisse.

C *ut fictitia videtur rejicienda,*

42 *Quare non opus est plurimos alios Socratis errores exagitare, ut judicium feramus de facto, quod attribuit* Paphnutio. *Cùm enim factum istud à Rufino memoratum non sit, & verosimillimè Socrati relatum ab Auxanone, qui eidem & alias fabellas narravit; cúmque nec congruat* S. Paphnutio, *nec consonum sit disciplinæ ecclesiasticæ istius temporis; & demum cùm relatum sit cum adjunctis planè improbabilibus; vix possim dubitare, quin omnino sit fictitium, & inventum cujusdam impostoris Novatiani, qualia Socrates habet non pauca. Quod autem idem quoque narraverit Sozomenus, aliique deinde posteriores, nihil facit ad facti confirmationem, quia jam observavit Valesius in Annotationibus ad cap.* XI, *Sozomenum sua ex Socrate mutuatum esse. Ex his verò aliqui recentiores idem deinde narrârunt. Tillemontius quidem notâ* 20 *in Concilium Nicænum Valesio, hoc factum improbanti, non omnino acquiescit: fatetur tamen, auctoritatem Socratis & Sozomeni pro tuenda ea historia non magni esse momenti. Verùm credidit Tillemontius dubitari posse, an lex continentiæ sacerdotum universalis esset tempore concilii Nicæni, ac deinde sæculo* IV, *ex eaque dubitatione noluit intercessionem illam* Paphnutii *certò falsam dicere, sed de ea multis locis dubitanter loquitur.*

nisi fortè ex simili aliquo facto error Socrati obrepserit.

43 *Dixi,* vix *me dubitare, quin tota illa relatio Socratis sit fictitia, quia verisimillimum est, merum esse figmentum, viro nimis credulo obtrusum ab impostore Novatiano. Si quis tamen suspicari malit, potuisse aliquid fieri in concilio Nicæno à* Paphnutio, *ex quo Socrates occasionem arripuerit prædicta narrandi, ita ut non omnino fictitium, sed malè expositum fuerit, quod ibi fecit aut dixit Sanctus; nolim tali suspicioni vehementer repugnare. Exempli causâ, fuerit propositum in concilio, ut uxores, ante episcopatum ductæ, ab episcoporum adibus omnino excluderentur, quemadmodum canone tertio excluduntur mulieres superinductæ; illudque dissuaserit* S. Paphnutius, *ne mulieres illæ in adibus alienis objicerentur majori incontinentiæ periculo quàm in episcopalibus: poterat tale* Paphnutii *consilium Socrati tam corruptè narrari, ut crederet noluisse* Paphnutium, *ut majores clerici lecto separari ab uxoribus cogerentur. Verùm illud ipsum mihi minùs probabile apparet ob rationes antè allatas; magisque credo merum esse figmentum. Nullo autem modo dubitare possum, quin falsum sit, concilium Nicænum permisisse* singulorum arbitrio, *ut conjugibus uterentur, aut ab iis se separarent. Hoc enim credere non sinunt allegata superiùs Epiphanii & Hieronymi verba. Objectiones aliquorum discussas vide in Dissertatione huic tomo prævia.*

AUCTORE J. S.

E

F

DE S. THEODORA ALEXANDRINA
IN ÆGYPTO.

J. S.

SYLLOGE CRITICO-HISTORICA.

§ I. Sanctæ cultus apud Græcos, & memoria ejus apud Ruſſos, Coptitas & Latinos: Acta ejus gemina, ſed fabuloſa.

SEC. V. *Sancta Officio culta apud Græcos, & in Faſtis eorum*

GRæci hodie in omnibus paſſim *Faſtis ſacris* S. Theodoram *Alexandrinam primo loco memorant, eamdemque colunt Officio eccleſiaſtico, quod in Menais impreſſis videri poteſt. Multa in illo Officio generatim dicuntur in laudem Sanctæ, ſed illa non lubet huc congerere, quia hiſtorica non ſunt. Annuntiatur ibi Græcè illis verbis, quibus hæc Latina reſpondent:* Eodem die XI, memoria ſanctæ matris noſtræ Theodoræ Alexandrinæ. *At nullum additur elogium hiſtoricum. In Typico Sabæ iiſdem annuntiatur verbis & ſola quidem ad hunc diem: ibique etiam Officium præſcribitur. In Menologio Sirletiano hæc eſt annuntiatio:* Commemoratio ſanctæ matris noſtræ Theodoræ Alexandrinæ ſub imperatore Zenone. *Breves ejuſmodi commemorationes in multis quoque leguntur Mss. Græcorum Menais, Menologiis, & Sanctorum catalogis, quæ apud nos habentur collecta, ſed eas accumulare non eſt neceſſe. Ut verbo abſolvam, nullum conſului è libris ritualibus Græcorum, in quibus Sancti ordine dierum recenſentur, in quo non repererim* S. Theodoram. *Prolixius elogium ex Menologio Baſiliano dabo inferiùs.*

B

ut & Ruſſorum ac Coptitarum annuntiata:

2 *Ruſſi aut Moſchi, Græcos paſſim imitati, breviter quoque* S. Theodoram *in Kalendariis & Menologiis ſuis annuntiant ad hunc diem. Prætermiſſis aliis breviſſimis, unicum ſubjungo elogium ex Menologio Slavo-Ruſſico, quod ex Slavino ſermone Latinum fecit baro de Sparwenfeld. Illud ita habet:* Sanctæ matris noſtræ Theodoræ in Alexandria: à marito ſuo ſe occultavit in habitu virili, & in monaſterio virorum ſalvata eſt anno CDLXXII. *Hæc epocha mortis* S. Theodoræ *eam utcumque antiquiorem facit, quàm faciat epocha à pleriſque Græcis ex Actis adoptata: ſed de hiſce poſtea latiùs. In Faſtis ſacris Coptitarum Ægypti & Æthiopiæ, quos vulgavit Jobus Ludolfus,* S. Theodora *annuntiatur die* XI *menſis Habeſſinorum primi, qui pro majori quidem parte correſpondet Septembri noſtro; at non tam exactè, ut dies* XI *illius menſis ſit etiam* XI *Septembris, ſed potiùs dies Septembris octavus. Hinc in Prætermiſſis ad* VIII *Septembris monui,* Theodoram *eo die haberi apud Ludolfum, atque etiam* in Menologio Coptico cum brevi elogio. *Iſtud elogium, licèt ab interprete non ſatis Latinè perito luxatum ſit, huc transfero:* Et ſancta Teodor, quæ in Alexandria, quæ accepit veſtimentum hominis (*id eſt, viri*) .... & impoſuit ſibi nomen Tadros (*Theodorus*) & ita longo tempore egit vitam ſuam in virtute magna, & deinde quievit in Domino. *Voces aliquot intermedias, quas omiſi ob vitia grammaticalia & nimiam obſcuritatem, aliquid de lapſu* Theodoræ *inſinuant.*

C

apud Latinos recentiores diverſis diebus memoratur:

3 *Latini martyrologi antiquiores* S. Theodoram *videntur ignoraviſſe. Attamen ab aliquot jam ſeculis de ea mentionem facere cœperunt aliqui diebus diverſis. Molanus Sanctam hoc die ita memoravit:* Die XI, ſanctæ matris Theodoræ Alexandrinæ. *Baronius in Martyrologio Romano de ea ſic habet:* Alexandriæ ſanctæ Theodoræ, quæ cùm incautè deliquiſſet, facti pœnitens, mirâ abſtinentiâ & patientiâ in habitu ſancto incognita perſeveravit uſque ad mortem. *Auctor Florarii Ms. Sanctorum ad* X *Julii meminit* Theodoræ Alexandrinæ electæ: *& ad* XII *ejuſdem menſis* Theodoræ virginis. *Per utramque, etſi ſecundo loco* virgo *vocetur, hanc noſtram deſignatam fuiſſe credidit Sollerius noſter in Prætermiſſis ad dies memoratos. Sollerio omnino aſſentior, quia ad* X *etiam memoratur in codice Uſuardino Hagenoyenſi his verbis:* Item ſanctæ Theodoræ electæ, de cujus pœnitentia legitur. *Grevenus verò die* XII *Julii* Theodoram *noſtram tali celebrat elogio:* Theodoræ religioſæ feminæ, quæ tempore Zenonis imperatoris per maleficum decepta, cùm adulterium commiſiſſet, mox compuncta, monaſterium virorum ingreſſa, de crimine falsò accuſata, patientiſſimè tulit, ac miraculis coruſcans, tandem quievit in pace. *Hæc ex Actis deprompta ſunt: ſed* virginem *oſcitanter nominavit Florarii auctor. Petrus de Natalibus lib. 6 cap.* 109 *fidele ſatis dedit Actorum compendium, præterquam quòd mortuam dicat* XVI Calend. Auguſti. *Hinc Ferrarius eam in Catalogo generali memoravit ad* XVII *Julii, prout jam ante eum feceraat Maurolycus.*

D

E

F

elogium ex Menologio Baſiliano.

4 *Menologium Baſilii imperatoris, juſſu editum cum reliquis Græcorum Faſtis ad* XI *Septembris* Theodoram *celebrat, eamque tali exornat elogio:* Sancta Theodora floruit imperatore Zenone. Hæc forma inſigni, & locupletum parentum filia, nupſerat viro pio ac timenti Deum. Dives autem quidam cùm à diabolo commotus arderet illius amore, adhibitâ lenâ, factus eſt voti ſui compos. Poſt commiſſum peccatum Theodora, cùm facti illam pœniteret, neque ignominiam perferre poſſet, exuta muliebri ſtola, induit virilem pauperis habitum, ingreſſaque virorum monaſterium, ſeipſam Theodorum nominavit: cùm interim vir ejus in luctu perpetuo ac ſquallore propter illam jaceret. Quæ tantas dæmonum tentationes pertulit, tamque grave adverſus illos certamen ſuſcepit, ut non ſolùm peccati labem eluerit; ſed multorum etiam miraculorum dono digna à Deo habita fuerit.

rit. Putantes autem monachi illam virum esse: omnem enim operam adhibuerat, ut lateret; dum eam post obitum abluerent, feminam invenerunt, Deum laudibus efferentes. *Cùm hisce ferè consonat elogium, quod legitur in Synaxario Ms. Græco, quod Majoribus nostris communicatum est ex Mss. Sirmondi: in hoc tamen additur falsâ illa accusatio, ob quam monasterio ejecta fuisse dicitur, prout videbimus in dando Actorum compendio.*

AUCTORE J. S.

Acta Græca duplicia,

5 *Geminam* S. Theodoræ *Vitam Græcam, alteram auctoris ignoti, alteram Metaphrastis assignat Allatius in Opere de Simeonum scriptis pag.* 120 *&* 126. *Utraque mihi ad manum est, non solùm Græcè, sed etiam Latinè. Priorem habemus Græcam ex codice Vaticano* 1190: *eamdemque olim Latinè redditam ex codice Vaticano* 240, *prout superiùs adnotatum reperio. Alteram, cujus auctor est Metaphrastes, Græcam accepimus ex Ms. Medicæo regis Franciæ. Hæc autem Latinè impressa est apud Lipomanum tom.* 6 *ad diem* XI *Septembris, & apud Surium ad eumdem diem. Hasce porrò Vitas invicem contuli, ut viderem, quid in antiquiore mutâsset Metaphrastes. Post collationem verò deprehendi, eadem in utraque narrari facta; nec quidpiam additum à Metaphraste præter ornatum quemdam oratorium, & breves subinde observationes, quibus facta quædam conatus est magis verisimilia facere. Præterea aliqua minutè exposita, & sic nequaquam verisimilia, magis generatim narrare voluit, minutiis aliquot prætermissis.*

B

sed utraque fabulosa & omittenda.

6 *Quod modò spectat ad fidem prædictis Vitis adhibendam, Tillemontius tom.* 16 *in Theodora & Marina meritò observat, Vitam* S. Theodoræ, *quam scripsit Metaphrastes, non ita esse compositam, ut fidem mereatur. Hinc ait, consulendam esse aliam* Theodoræ *Vitam, videndumque, an ea melius sit scripta, & fide dignior. Hanc autem Vitam à me cum lucubratione Metaphrastis fuisse collatam jam monui: quin etiam, cùm adverterem antiquam interpretationem Latinam non esse accuratam, novam adornare studui. Verùm illius laboris tædere me cœpit, ubi magis magisque vidi, multa istis Actis inserta esse, quæ necessariò pro fabulis habenda sunt, quia Vitæ scriptori innotescere non potuerunt, si ipsa usque ad mortem virili veste ita latuerit, ut vir ab omnibus crederetur, quemadmodum biographus ipse cum aliis scriptoribus asserit. Hæc unica observatio etiam facit, ut alia multa Vitæ capita, quæ talia sunt, ut per se multo magis mirabilia quàm credibilia appareant, fidem nullam mereantur. Hisce de causis utramque Vitam censui omittendam, cùm utraque æquè appareat fabulosa, aut certè non paucis figmentis sic fœdata, ut vera, si qua sint, nequeant à falsis secerni. Attamen, ut lector habeat qualemcumque vetustioris Vitæ cognitionem, & ne videar illam immeritò prætermittere, brevi compendio totam ferè explicabo.*

C

Compendio enarratur

7 *Primò* Theodora *dicitur tempore Zenonis imperatoris viro juncta vixisse Alexandriæ, quando Gregorius illius urbis erat præfectus. Hanc epocham postea refutabo, certè ut minùs probabilem. Deinde* Theodora *mirè laudatur à naturæ & gratiæ dotibus, ejusque pietas supra verisimilitudinem extollitur. Interim sollicitata dicitur ad adulterium diuque restitisse; sed tandem consensisse, quando mulier quædam, magices accusata, dixerat, Deum non cognoscere peccata post occasum solis patrata. Peracto peccato, tota erat coram marito suo oppressa dolore, postridieque accessit ad monacham quamdam, petiitque an Deus cognosceret peccatum in tenebris patratum. Hæc sanè nec verisimilia sunt nec credibilia: nec videtur biographus scire potuisse, qua fraude ad peccandum inducta fuerit* Theodora, *cùm ipsum ejus peccatum fuerit monachis semper ignotum, si usque ad mortem pro viro fuerit habita. Attamen, si quis fabulatori credendum putet, illa, accepto responso vero, mox domum reversa est, vestimenta sua cum mariti sui vestibus permutavit, abiitque ad cœnobium longè dissitum. Hæc ita enarrantur, acsi pleno die facta essent, sine ulla veri similitudine.*

& fabulosa ostenduntur

8 *Pergens verò biographus, cœnobii illius monachos fingit crudeles & superstitiosos. Ait enim* Theodoram *ante portam monasterii relictam esse, donec occidente sole illuc confluerent feræ, bestiæ, ut susciperentur, si à feris non esset læsa. Ubi illæsam viderant, introducta dicitur, multisque interrogata ac monitis variis instructa. Postridie verò tantum dicitur laboris perfeciisse, quantum fieri nequit ab uno homine etiam robustissimo, nedum à muliere labori minimè assueta, qualis initio describitur* Theodora. *Sic eam octo annis monasterio serviviisse dicit biographus. Postea dicitur cum camelis ad urbem missa, ac tum vidisse ac salutâsse maritum suum, qui ab angelo monitus erat, ut in illa esset via, ubi uxorem suam videret; quique, cùm ipsam non novisset, & se deceptum crederet, iterum angelica revelatione dicitur audivisse, illam fuisse uxorem suam, quam monachi habitu viderat. At similia non credimus, nisi narrentur à scriptore fide digno. Idem dicendum de jejuniis* Theodoræ, *quam ait primò jejunâsse uno die, deinde duobus, postea quatuor diebus, ac demum de Dominico die in Dominicum.*

E

præcipua Actorum

9 *Æquè aut magis incredibilia sunt, quæ sequuntur. Quippe in lacu vicino crocodilum, qui omnes accedentes devorabat, occidisse dicitur modo planè ridiculo. Monachum à fera devoratum, occisâ per imprecationem ferâ, dicitur ad vitam revocâsse. Quin & mendacio dicitur usa, ne proderet eos, à quibus in summum deducta erat periculum. Deinde post minas diaboli* Theodoræ *apparentis, rursum dicitur ad urbem missa. Ingruente verò nocte, camelos posuit in stabulo alterius monasterii, ibique ipsa dormivit* ad pedes camelorum. *Tum puella quædam dicitur* Theodoram, *quam credebat virum, frustra ad stuprum sollicitâsse, & ab altero concepisse. Deinde puella illa dicitur* Theodoram, *quæ* Theodorus *vocabatur, peccati illius accusâsse, ita ut sine ulla judicii forma monasterio ejiceretur* Theodora, *natumque infantem cogeretur enutrire. Tulit illa omnia patienter, nutrivitque infantem lacte ovium à pastoribus accepto: viditque interim diabolum formâ mariti sui apparentem, blandéque sollicitantem, ut domum rediret, sed frustra. Verùm fabulator talem apparitionem nesciviisset, si revera esset facta: nam certè* Theodora *eam non narravit, ne se feminam proderet. Interim monachi dicuntur mirati patientiam ejus, variisque modis eam dæmon frustra perterrefacere voluisse aliterque tentâsse asseritur.*

F

10 *Tentationes illas, ne longior sim, missas capio.*

AUCTORE J. S.

facio ; & ad alia progredior. Primò infantem Theodoræ *abſtuliſſe dicitur abbas, deinde, poſtquam annis ſeptem vixiſſet extra monaſterium, eam quoque ad monaſterium reduxiſſe, quòd aliquis diceretur revelationem habuiſſe de remiſſo eidem peccato. Cellæ igitur incluſa fuiſſe dicitur cum infante, cujus pater credebatur, annis duobus. Tandem evocata ob aquæ penuriam, ſi fabulatori credimus, aquam hauſit ex ſicco lacu, lacuſque omnes aquis ſtatim fuere repleti. Poſt hæc ad cellam cum puero reverſa, eidem varia dedit monita vicinamque mortem ſuam puero prædixit ; & continuò obiiſſe dicitur, ſolo præſente puero. Abbas verò eodem tempore revelationem habuit de gloria, quam in cælo conſecuta eſt* Theodora. *Deinde ad cellam ejus accedens cum monachis, mortuam invenit. Tum juſſit advocari alterius monaſterii abbatem, à quo* Theodora *fuerat accuſata, ut videret mulierem eſſe, & falsò accuſatam. Præterea abbas divinitus jubetur accerſere* Theodoræ *maritum, qui ultrò jam accurrebat, ut defunctam videret Uxorem. Demum, defuncto abbate, Theodorus ille, quem pro filio nutriverat* Theodora, *abbas eligitur : & ſic tota clauditur fabula : neque enim alio nomine digna eſt inepta illa lucubratio.*

B

§ II. Inquiritur, an ſaltem aliqua Actorum capita ſatis videantur certa : Apophthegmata quædam Theodoræ, quæ huic probabiliter tribui poſſunt.

Nulla Vitæ capita videntur certa ; aliqua tutcumque probabilia :

C

Um Vita S. Theodoræ *fabulis haud dubiè multis fœdata ſit ; quæri ulteriùs poteſt, an ſaltem facta aliquot ibidem aſſerta, qualia ſunt, quæ num.* 4 *dedi ex Menologio Baſiliano, pro certis & indubitatis haberi poſſint. Reſpondeo totam Menologii relationem ex Actis deſumptam videri, ideoque nec iſtius Menologii nec aliorum Faſtorum Græcorum aſſerta de geſtis* Theodoræ *pro indubitatis aut ſatis hiſtoricè certis habenda eſſe. Idem dicendum de elogio, quod Petrus de Natalibus ex Actis concinnavit, & de iis, quæ Nicephorus lib.* 17 *cap.* 9 *de* Theodora *narrat ; cùm omnia illa ex eodem impuro fonte profluxerint. Hiſce de cauſis ne lapſum quidem* Theodoræ *pro planè indubitato habere auſim, minùs etiam vitam ejus monaſticam in veſte virili & inter monachos ; licèt hæc etiam nolim ut certò falſa traducere. Accuſationem verò illam de concubitu cum puella, & conſequenter pueri educationem, omnino fictitiam exiſtimo, cùm quia relata eſt à fabulatore & modo non veriſimili, tum quia ferè eadem modo magis veriſimili relata ſunt de S. Marina, prout videri poteſt apud nos ad* XVII *Julii ; ac demum quia illa accuſatio in variis quoque Faſtis omittitur.*

apophthegmata quædam probabiliter S. Theodoræ tribui poſſunt ;

12 *Cotelerius in Eccleſiæ Græcæ monumentis tom.* 1 *pag.* 465 *inter Apophthegmata Patrum quædam edidit* de matre Theodora. *Verùm certò dici nequit, an iſta ſint* Theodoræ *noſtræ Alexandrinæ, quam hodie colunt Græci. Attamen varia ſunt, quæ id veriſimile faciunt ſatiſque probabile. Etenim illa quoque prope Alexandriam aut certè in Ægypto vitam ſolitariam aut monaſticam duxit, quia legitur interrogâſſe Theophilum patriarcham Alexandrinum. Secundò in Græcis Faſtis paſſim Sanctæ hodiernæ vocatur* mater Theodora, *quemadmodum etiam nominatur illa, quæ eſt apud Cotelerium. Tertiò celebris haud dubiè famâ virtutum fuit hæc* Theodora, *quia ipſius apophthegmata ſunt conſcripta. Nullam tamen apud Græcos invenio Theodoram, cujus illa apophthegmata eſſe poſſunt, præter hodiernam. Huic igitur illa probabiliter attribui poterunt, præſertim cùm eodem ſeculo quinto vixerit illa, de qua agitur apud Cotelerium, & noſtra* Theodora : *neque enim nos morari debet, quòd Acta fabuloſa Sanctam paulo juniorem faciant. Quapropter dicta Apophthegmata mox ſubjiciam, non quidem ut certò, ſed ſolùm ut veriſimiliter ad* S. Theodoram *ſpectantia. Verùm antea de ætate hujus Sanctæ pauca diſſeram.*

D

Sancta veriſimiliter obiit ante medium ſeculi 5.

13 *Acta fabuloſa Sanctæ fugam ad vitam monaſticam fingunt ſub Zenone imperatore, idque adoptârunt aliqui martyrologi, non tamen omnes. Ruſſi mortem Sanctæ fixerunt anno* 472, *id eſt, biennio ante Zenonis imperium. Menologium verò Sirletianum mortem potiùs figit ſub Zenone quàm initium Vitæ monaſticæ. In Typico Sabæ, & in Menæis impreſſis de ætate* S. Theodoræ *nihil dicitur, fortaſſe quia in Typico commemorata fuit diu ante Acta conſcripta. Quidquid ſit, Acta certè, cùm planè fabuloſa ſint, auctoritatem habere nequeunt ad determinandam Sanctæ ætatem. Præterea obſervavit Tillemontius, non poſſe nos Actorum epochæ inhærere, quia ſic* Theodora *vitam produxiſſet uſque ad patriarchatum Petri Mongi, qui Ægyptum totam, & vel maximè monaſteria, hæreſi Eutychiano infecit. Hiſce de cauſis nec Actorum, nec Martyrologiorum illorum, quibus aliquid ex Actis inſertum eſt, ullam pro Sanctæ ætate rationem habendam exiſtimo. Itaque cum* Theodora, *quæ eadem cum noſtra probabiliter credi poteſt, vixerit cum Theophilo Alexandrino, qui anno* 412 *defunctus eſt, eique veriſimiliter ſupervixerit ; mortem* S. Theodoræ *latè figo* ſeculo V ; *ſuſpicorque eam obiiſſe ante medium ſeculi* V, *quando necdum nota erat hæreſis Eutychiana.*

E

Theodoræ apophthegmata de tempore redimendo,

14 *Nunc laudata Apophthegmata ex Cotelerio Latinè tantùm ſubdo, quia ibidem conſuli poteſt textus Græcus.*

Interrogavit Amma ſive mater Theodora papam Theophilum de Apoſtoli dicto ; quid ſit ; Tempus redimentes. Ille verò reſpondit ei ; Dictio lucrum oſtendit : verbi gratia, tempus ſeu occaſio contumeliæ tibi adeſt ? Humilitate & patientiâ eme contumeliæ tempus ; & ad te lucrum trahe. Ignominiæ tempus adeſt ? Eme illud per tolerantiam, ac lucrare. Sicque cuncta contraria, ſi velimus, nobis in lucrum cedunt.

de ſtudio patientiæ,

15 Dixit mater Theodora ; Contendite ingredi per anguſtam portam. Quemadmodum enim arbores, niſi imbribus ac hybernis tempeſtatibus expoſitæ fuerint, fructum ferre nequeunt : ita & nobis ſæculum hoc vicem hiemis gerit ; nec regni cœlorum hæredes conſtitui poterimus, niſi per tribulationes multas atque tentationes.

de quiete ſervanda & vitanda puſillanimitate,

16 Dixit iterum ; Bonum eſt quietam vitam ducere : vir enim prudens in quiete agit. Et revera magnum quid eſt virgini aut monacho, quietem habere ; præcipuè junioribus. Verùm cognoſce,

A gnoſce, quod ubi propoſita fuerit conſtitutio quieta, ſtatim accedit malus, animam gravat, in acediis, in puſilanimitatibus, in cogitationibus. Prægravat etiam corpus in infirmitatibus, in languore, in genuum cunctorumque membrorum remiſſione; & vim cùm animæ tum corporis diſſolvit: hincque illa: Infirmus ſum, nec valeo officium meum recitare. Attamen ſi invigilemus, diſcutientur cuncta hæc. Erat enim aliquis monachus, qui cùm ad officii recitationem veniret, à frigore ac febre corripiebatur, & gravedine laborabat: tum ita loquebatur ſecum; Ecce adverſa utor valetudine, jam morior: ſurgam igitur ante mortem, ac preces meas abſolvam. Atque ea cogitatione ſibi vim inferebat, recitabatque officium. Et cùm finem accepiſſet precatio, deſinebat etiam febris. Iterumque huic cogitationi reſtitit frater, ac preces ſolitas pronuntiavit, vicitque cogitationem.

de ferendis injuriis,

17 Retulit præterea eadem mater Theodora; Quidam vir religioſus ab aliquo conviciis impetebatur, & dicit ad eum; Poteram etiam ego ſimilia regerere; ſed Dei lex mihi occludit os. Narravit etiam hoc; Chriſtianus quidam cum Manichæo de corpore differens, ita locutus eſt; Da legem corpori, & videbis corpus ad Creatorem pertinere.

B

18 Eadem iterum dixit; Præceptor debet eſſe hoſpes in amore dominandi, alienus ab inani gloria, longè à ſuperbia, per adulationem non ludibrio habitus, non excæcatus per dona, nec devictus à ventre, non irâ detentus: ſed patiens, manſuetus, quantum fieri poteſt humilis: debet eſſe probus ac tolerans, ſedulus & amator animarum.

AUCTORE J. S.

de variis virtutibus,

19 Ita rurſus locuta eſt: Neque monaſticus rigor, neque vigiliæ, nec quilibet labor ſalutem parit; ſed ſola ſincera humilitas. Erat enim anachoreta quidam, qui dæmones ejiciebat; & quæſivit ab iis; In quonam exitis? in jejunio? Reſponderunt? Nos neque manducamus, neque bibimus. In vigiliis? Dixerunt: Nos ſomnum non videmus. In ſeceſſione? Nos in ſolitudinibus degimus. In quo igitur egredimini? Exceperunt; Nihil nos vincit, niſi humilitas. Cernis ut humilitas, victoria ſit adverſus dæmones?

de humilitate,

20 Narratio quoque hæc exſtitit matris Theodoræ; Erat quidam monachus, qui multitudine tentationum oppreſſus, dixit: Recedo hinc. Cúmque ſumeret ſandalia ſua, vidit alium hominem ſumentem etiam ſua ſandalia, qui ait ei; Num propter me egrederis? Ecce quocúmque abieris, ego te præcedam.

de tentatione.

E

DE S. PATIENTE EPISCOPO CONF. LUGDUNI IN GALLIA

COMMENTARIUS HISTORICUS. C. 1.

§ I. Memoria in Martyrologiis: geſta unde haurienda: tempus ſuſcepti epiſcopatûs: S. Joannes Cabilonenſium epiſcopus ordinatus: zelus in convertendis hæreticis.

C

CIRCA ANNUM CDLXXX

Annuntiatur in quibuſdam Martyrologiis

Illuſtrem hunc Lugdunenſium Seguſianorum Antiſtitem, ab Adone, Uſuardo ceteriſque antiquioribus martyrologis præteritum, Eminentiſſimus Baronius Romano Martyrologio ad præſentem diem hiſce verbis inſeruit: Lugduni Depoſitio S. Patientis epiſcopi. *Frequens quoque ejuſdem memoria eſt in Uſuardi Auctariis, quæ apud Sollerium conſuli poſſunt, & inter quæ codex Centulenſis eum ceteris clariùs deſignat,* Lugduno, *inquiens,* ſancti Pacientis epiſcopi & confeſſoris, cujus hortatu Vita ſancti Germani Autiſſiodorenſis deſcripta eſt. *Huic ſimilis annuntiatio legitur in Fuldenſi Martyrologio, quod Dominicus Georgius poſt ſuum Adonianum exhibet, ac ſeculo x ſcriptum putat. Verba accipe:* Lugduno depoſitio S. Patientis epiſcopi, cujus hortatu Conſtantius presbyter Vitam beatiſſimi Germani epiſcopi virtutibus plenam nobiliſſimo ſtilo conſcripſit.

2 *Succinit Florarium noſtrum Ms., in quo præterea aliquod Sancti elogium in hunc modum texitur:* Lugduno depoſitio S. Pacientis epiſcopi, cujus hortatu Conſtàntius presbyter Vitam B. Germani, Autiſiodorenſis epiſcopi, virtutibus plenam nobiliſſimo ſtilo deſcripſit. Hic Vir ſanctus ex ſuo nomine exſtitit pacientiſſimus: pacientia eſt virtus juſtis cum Deo communis, quæ caritatem Dei & proximi nutrit. Sicque vir Paciens omnibus ſeipſum bonorum operum præbuit exemplum, in doctrina, in integritate, in gravitate, in ſobrietate, in caſtitate; verbum ſanum & irreprehenſibile proferens, non modicum ad fidem Chriſti convertit populum. Jam vitam optinet ſempiternam. *Denique eumdem etiam annuntiant, Appendix Adoniana Roſweydi, Martyrologium Ottobonianum apud Georgium ſuprà laudatum, Gellonenſe apud Martenium tom. 2 Spicilegii, Hieronymiana aucta, tam hìc quàm apud Florentinium, aliaque, quæ unà cum recentioribus prætereo.*

ad hanc diem:

3 *Atque hæc quidem omnia* S. Patientis *memoriam ad diem* XI *Septembris celebrant: at codices Victorinus, Reginæ Suecie & Florentinus apud Sollerium noſtrum in Uſuardo, eamdem ad diem* XII *ejuſdem menſis referunt. Priores duo ſic habent:* Ipſo die ſancti Patientis epiſcopi Lugdunenſis: *poſterior verò ſic:* Lugduno Galliæ, natale ſancti Patientis. *Verùm id ex errore factum videtur, cùm reliqua omnia,*

in paucis additis ad 12 Septembris;

AUCTORE C. S.

à nobis jam recenſita, priorem diem conſtanter ſignent, idemque faciant tum recentiores martyrologi, tum Breviarii Ms. auctor, & Sirmondus, mox laudandi. Conſonat pariter Petrus de Natalibus lib. XI, *cap. ultimo Catalogi Sanctorum, num.* 244, *ubi ait :* Patiens confeſſor Lugduni deponitur tertio Idus Septembris.

sed ad XI *colitur.*

4 *Jacobus Sirmundus in Annotatis ad S. Sidonii epiſt.* 12, *libri* 6 *de Sancti cultu ait :* A Lugdunenſibus ſuis anniverſario die colitur tertio Idus Septembris : *quibus verbis innuere videtur, eum Officio eccleſiaſtico, aut ſaltem commemoratione ibidem honorari ; nam & Severtius in Chronologia archiepiſcoporum Lugdunenſium hujus eccleſiæ Breviarii meminit his verbis :* Quo die (*tertio Idus, ut Præmiſerat*) fit ejus memoria, ex Breviario Lugdunenſi. *Habemus etiam in Muſeo noſtro Breviarium proprium Lugdunenſe Ms., per Magiſtrum Stephanum de Vernay ejuſdem eccleſiæ presbyterum circa annum* 1654 *eo fine concinnatum, ut vetus Lugdunenſe Breviarium ad Tridentini ſeu Romani normam reduceretur. In hoc ad*

B *eumdem diem ſanctus Antiſtes noſter Officio trium Lectionum celebratur : at cùm impreſſa ejuſdem diœceſis Breviaria conſulere mihi non licuerit, edicere nequeo, hocne an alio, ibidem honoretur. Magis dubium me facit quoddam Lugdunenſe Directorium, anno* 1696 *in ea urbe excuſum, quod ad hunc diem de Sancto non meminit ; id tamen fieri potuit, quia fortè in proprio dumtaxat templo ejus Officium celebratur, ideoque communi diœceſis Directorio inſeri non debuit. Utut hæc ſe habeant, ex dicendis ſatis conſtabit, eum vetuſto cultu honoratum fuiſſe.*

Ex Sidonio Apollinari aliqua geſta deſumenda.

5 *Sancti* Patientis *geſta nemo, quod ſciam, veterum è profeſſo conſcripſit ; ne tamen omnia nos lateant, fecit S. Sidonius Appollinaris, ſcriptor ſynchronus, ipſique Sancto notiſſimus, in epiſtolis ſuis tam ad hunc, quàm ad alios datis. Unde rectè Petrus Venerabilis à Theophilo Raynaudo in Indiculo Sanctorum Lugdunenſium relatus, Sidonium hiſce verbis compellat :*

Præſul Lugdunum Patiens qui rexit aquoſam
Quanti ſit meriti, te referente, patet.

C *Et ſanè quæ de ipſo ſcripſit Sidonius, hujuſmodi ſunt, ut maximum Antiſtitem fuiſſe manifeſtent, & reliqua ejuſdem geſta oblivioni tradita eſſe moleſtius feramus. Eo etenim teſte, lib.* 4 *epiſt.* 25 *ad Domnulum, fuit* Patiens vir quamlibet magnis, tamen par laudibus. *Itaque pauca, quæ in memoratis Sidonii epiſtolis de Viro hoc calamitoſis Galliæ temporibus à divina Providentia dato exſtant, ex Jacobi Sirmondi editione recenſebimus, poſtquam aliqua de tempore, quo floruit, præmiſerimus.*

Circa medium ſeculi V

6 *De Sancti natalibus & ante ſuſceptum epiſcopatum geſtis, nihil uſquam reperi : quod autem Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, eum ab ineunte ætate ingenti Chriſti charitate incenſum fuiſſe dicit, credibile quidem eſt, ſed merâ nixum conjecturâ. Lugdunenſem epiſcopum fuiſſe, ex Sidonii epiſtolis extra dubium eſt ; at cui, quove anno in eam ſedem ſucceſſerit, non ita certum eſt. Bollandus noſter tom.* 1 *Februarii, ad diem* III *in S. Lupicino, ejuſdem eccleſiæ antiſtite,* S. Patientem *Eucherio immediatè ſuffectum fuiſſe ſtatuit ; quam ſententiam ab aliis eruditis etiam probatam ſequendam duximus. Porrò Eucherius, teſte Gennadio auctore ſynchrono in catalogo virorum illuſtrium, cap.* 64 *editionis Pariſinæ per Benedictinos curatæ,* Valentiniano & Marciano regnantibus *defunctus eſt. Itaque cùm Marcianus anno Chriſti* 450 *per S. Pulcheriam Auguſtam ad Orientis imperium evectus fuerit, Valentinianus verò Occidentis imperator anno* 455 *occiſus ſit, ſecundum hæc S. Eucherius inter annos* 450 *&* 455 *vitâ functus, ſanctusque* Patiens *ipſi ſucceſſiſſe dicendus eſt : neque enim ratio eſt, ob quam eam cathedram diu vacâſſe putemus.* D

creatur epiſcopus Lugdunenſis :

7 *A Gennadio nonnihil diſcrepat auctor Chronici, quod Proſperi Tironis nomine venit ; hic enim Eucherii mortem penultimo Theodoſii junioris anno, ſive Chriſti* 449 *affigit* Eucherius, *inquiens,* Lugdunenſis epiſcopus, & Hilarius Arelatenſis, egregiam vitam morte conſummant. *Contra Marcellinus comes in ſuo item Chronico ad annum* 456 *de eodem veluti etiam tum vivente ſcribit :* Eucherius, Lugdunenſis eccleſiæ pontifex, multa ſcripſit tam eccleſiaſticis, quàm monaſticis ſtudiis neceſſaria. *Gennadii tamen auctoritate ſtandum eſt, niſi quid aliud obſtet ; quod examinari poterit ad diem* XVI *Novembris, quo S. Eucherius Martyrologiis inſcriptus eſt : nobis interim ſufficiat initia epiſcopatûs ſancti Præſulis noſtri ad ſeculi* V *medium ex laudatis chronographis retuliſſe. Sunt nonnulli, qui aut Salonium ac Veranum, aut ſolum Veranum inter Eucherium ac* Patientem *collocandum eſſe opinantur ; at nihil nos urget à Bollandi ſententia diſcedere, quemadmodum de S. Verano, de quo præcipua eſt quæſtio, ad diem* X *hujus menſis Septembris ſatis prolixè oſtenſum eſt. Nunc ad Sancti geſta properemus.* E

aliis epiſcopatum Cabilonenſem ambientibus,

8 *Primum ejus factum, quod ad certum aliquod tempus referri poſſit, fuit S. Joannis in Cabilonenſem epiſcopatum per Pauli, ejus nominis ſecundi, obitum vocantem ſubſtitutio & ordinatio, quam ad annum Chriſti circitèr* 470 *ſolere referri, dictum eſt ad diem* XXX *Aprilis in laudato S. Joanne. Rem totam S. Sidonius Apollinaris lib.* 4, *epiſt.* 25 *ad Domnulum in hunc modum enarrat :* Nequeo differre, quin grandis communione te gaudii impertiam ; nimirum nôſſe cupientem, quid pater noſter in Chriſto pariter & pontifex Patiens, Cabillonum profectus, more religionis, more conſtantiæ ſuæ fecerit ; cùm veniſſet in oppidum ſupraſcriptum, provincialium ſacerdotum prævio partim, partim comitante collegio ; ſcilicet ut municipio ſummus aliquis antiſtes ordinaretur, cujus eccleſiæ diſciplina nutabat. Poſtquam junior epiſcopus Paulus diſceſſerat, deceſſeratque, exceperunt pontificale concilium variæ voluntates oppidanorum, necnon & illa, quæ publicum bonum ſemper evertunt, ſtudia privata, quæ quidam triumviratus accenderat competitorum ; quorum hic antiquam natalium prærogativam, reliqua deſtitutus morum dote, ructabat, hic per fragores paraſiticos, culinarum ſuffragio comparatos, Apicianis plauſibus ingerebatur ; hic, apice votivo ſi potiretur, tacita pactione promiſerat, eccleſiaſtica plauſoribus ſuis prædæ prædia fore. F

S. Joannem, inviolatâ animi conſtantiâ

9 Quod ubi viderunt ſanctus Patiens & ſanctus Euphronius (*epiſcopus Auguſtodunenſis, de quo ad diem* 3 *Auguſti in Opere noſtro actum eſt*) qui rigorem firmitatemque ſententiæ ſanioris præter odium gratiamque primi tenebant ; con-

A consilio cum coëpiscopis priùs clàm communicato quàm prodito, strepituque furentis turbæ despecto, jactis repentè manibus arreptum, nihilque tum minùs, quàm quæ agebantur, optantem suspicantemque, sanctum Joannem, virum honestate, humanitate, mansuetudine insignem . . . dissonas inter partium voces, quæ differebant laudare non ambientem, sed nec audebant culpare laudabilem, stupentibus factiosis, erubescentibus malis, acclamantibus bonis, reclamantibus nullis, collegam sibi consecravêre.

episcopum ordinat;

10 Nunc ergo . . . gaudere te par est de communi patrum vel patronorum, seu sic sentientium concordia, seu sic concordante sententia. Illius quoque nomine exulta, quem creaverunt Euphronius testimonio, manu Patiens, ambo judicio. In quo fecit Euphronius, quod conveniret non senectutis modò suæ, verùm etiam dignitatis longævitati: fecit & Patiens, vir quamlibet magnis, tamen par laudibus, quod satis decuit facere personam, quæ caput est civitati nostræ per sacerdotium, provinciæ verò vestræ per civitatem. Vale. *Ita sanctus Archiepiscopus serpentem ambitûs pestem invictâ animi constantiâ exstinxit, civium discordiam piâ industriâ sopivit, ac Cabilonensi ecclesiæ dignum antistitem præfecit. Sanè quàm æquum fuerit hoc SS.* Patientis *ac Euphronii de Joanne judicium, hujus sanctitas declaravit, quâ in Sanctorum numero haberi meruit, ut ad præcitatum diem* XXX *Aprilis, quo colitur, videre est.*

B

in convertendis hæreticis feliciter laborat:

11 *De Photinianis quoque seu Arianis hæreticis, qui sub Burgundionum regibus partem Galliarum infecerant, ad Catholicam fidem reducendis multùm illum sollicitum fuisse, atque in tam præclaro opere non minùs feliciter quàm strenuè laborâsse colligimus ex laudato Sidonio lib. 6, epist. 12 ad ipsum Sanctum data, ubi ait:* Omitto, per te pluribus locis basilicarum fundamenta consurgere . . . . cúmque multa in statu fidei tuis dispositionibus augeantur, solum hæreticorum numerum minui, teque quodam venatu apostolico feras Photinianorum mentes spiritalium prædicationum cassibus implicare, atque à tuo barbaros, jam sequaces, quoties convincuntur verbo, non exire vestigio, donec eos à profundo gurgite erroris felicissimus animarum piscator extraxeris. *Hæc certè apostolicum zelum, miramque in tractandis animis dexteritatem* Viri sancti, strenui, severi, misericordis, *ut idem Sidonius lib. 2, epist. 10 loquitur, manifestè declarant.*

C

ob munificentiam & abstinentiam

12 *Apostolico zelo singularem urbanitatem prudentemque magnificentiam adjunxerat, quâ regis reginæque Burgundionum animos ita sibi devinxerat, ut hi illius prandia accedere laudareque dignarentur; quas quidem epulas, dum tempus posceret, ita noverat instruere, itáque iis ipse accumbere, ut non minorem abstinentiæ, quam munificentiæ laudem sibi compararet. Audi laudatum Sidonium hac super re Sanctum compellantem:* Omitto, te tali semper agere temperamento, sic semper humanum, sic abstemium judicari, ut constet, indesinenter regem præsentem prandia tua, reginam laudare jejunia. *Quem regem hîc designet Sidonius, non satis certum est. Eminentissimus Baronius, tom. 6 Annalium ad annum* 475, *num.* 30 *existimaverat, Evaricum vel Euricum Gothorum regem, qui partem Galliæ invaserat, indicari: verùm eam opinionem in Appendice deseruit, monuitque lectorem, ut deletis, quæ supra de Evarico dixerat, substituat sequentia:* Cui (S. Patienti) dedit Deus, ut apud Burgundionum regem, qui tunc Lugdunensibus dominabatur, non autem Gothorum rex, summam gratiam inveniret, ut tam rex ipse quàm regina Virum sanctissimum plurimùm colerent & observarent.

AUCTORE C. S.

à rege reginaque Burgundionum

13 *Baronii verba ex Annalibus adoptavit Severtius in* S. Patiente; *sive quòd eam sententiam alteri præferret, sive quòd memoratam Appendicem, ut verisimilius est, non vidisset. Evaricum pariter intellexit Theophilus Raynaudus in Indiculo Sanctorum Lugdunensium, & Saussayus in Martyrologio Gallicano: at Burgundionum regem à Sidonio designatum fuisse cum Baronio in Appendice meritò censent passim reliqui eruditi, quamvis inter hos alii Chilpericum, alii Gundobadum seu Gundobaldum illius fratrem statuant. Pro priori stat Tillemontius tom. 16 Monumentorum in* S. Patiente, *& Joannes Savaro in Annotatis ad hanc epistolam: pro Gundobado autem Jacobus Sirmondus item in Annotatis ad Sidonium, & Jacobus Longuevallius tom. 2 Historiæ Gallicanæ ad annum* 474; *& eorum ratio est, quòd constet, hunc Lugduni sedem suam regiam tenuisse.*

E

laudatur.

14 *Addit Longuevallius, reginam eodem loco memoratam verisimiliter fuisse* Caretenem; *hanc enim Catholicam fuisse & virtuti deditam, atque in Gundobadi aula vixisse, ut colligitur ex Gregorio Turonensi lib. 2 de Miraculis, cap.* 8, *ubi reginam, Gundobadi verisimiliter conjugem, tecto nomine laudat ob pietatem, quâ ablatam S. Juliano martyri sacram supellectilem argenteam restitui curavit. De hac plura qui volet, adeat laudatum Longuevallium ad annos* 491 *&* 500, *Hadrianum Valesium lib. 6 Rerum Francicarum, aliosque. Ceterùm etsi certô statui non possit, utrum Sidonius designaverit, malim tamen eum cum Sirmondo ceterisque de Gundobado interpretari.*

§ II. Varias ecclesias magnificè condit & reparat: SS. Irenæi, Epipodii & Alexandri corpora creditur transtulisse: interest conciliis Arelatensi & Lugdunensi contra hæresim prædestinatianam.

F

Varias ecclesias reparat, & novas exstruit;

S*Ancti Præsulis in novis ecclesiis exstruendis, vetustisque restaurandis ornandisque munificentiam idem S. Sidonius lib. 4, epist. 12, illum ipsum compellans, hisce verbis exponit:* Omitto, te tanto cultu ecclesiam tibi creditam convenustare, ut dubitet inspector, meliúsne nova opera consurgant, an vetusta reparentur. Omitto, per te plurimis locis basilicarum fundamenta consurgere, ornamenta duplicari. *Inter ceteras tamen ea celebratur, quam ab eodem Lugduni conditam idem Sidonius lib. 2, epist. 10 ad Hesperium memorat:* Ecclesia, *inquiens*, nuper exstructa Lugduni est, quæ studio papæ Patientis summum cœpti operis accessit, viri sancti, strenui, severi, misericordis, quique per uberem munificentiam in pauperes, humanitatem-

AUCTORE C. S.

que, non minora bonæ conſcientiæ culmina levet. Hujus igitur extimis, rogatu præfati Antiſtitis, tumultuarium carmen inſcripſi trochæis triplicibus, adhuc mihi, jamque tibi perfamiliaribus. Namque ab hexametris eminentium poëtarum Conſtantii & Secundini vicinantia baſilicæ latera clareſcunt.

inter quas una celebratur,

16 *De hac baſilica, quam Sidonii verſus admodùm magnificam fuiſſe declarant, actum jam eſt in Opere noſtro ad diem* XXVIII *Junii in S. Irenæo, ubi memoratum Sidonii carmen etiam recitatur; & fuſiùs ad diem* VI *ejuſdem menſis in Illuſtrationibus Claudianis, à P. Petro Franciſco Chiffletio Societatis Jeſu presbytero concinnatis, cap.* 4, *in quo Conſtantii quoque ac Secundini verſus recenſentur, contenditurque contra quoſdam, baſilicam, hoc loco à Sidonio laudatam, non aliam quàm S. Irenæi fuiſſe. Itaque, ne actum agam, ſtudioſum lectorem eò remitto. Tillemontius tom.* 16 *Monumentorum in* S. Patiente *opinatur, eam circa annum* 470 *perfectam fuiſſe, atque illam ipſam eſſe, cujus ſolemni dedicationi inter ceteros epiſcopos adſtitiſſe S. Fauſtum Reienſem antiſtitem, ſcribit Sidonius lib.* 9, *epiſt.* 3, *ubi hujus facundiam laudans, ait, ſe illum pro concione dicentem audiſſe,* cùm in Lugdunenſis eccleſiæ dedicatæ feſtis hebdomadalibus collegarum ſacroſanctorum rogatu *exoratus eſt, ut peroraret. Verùm cùm non unam eccleſiam à ſancto Archipræſule noſtro exſtructam fuiſſe ex ſuprà relato Sidonii teſtimonio conſtet; probabilis quidem eſt Tillemontii conjectura, non certa.*

B

in quam corpora SS. Irenæi, Epipodii & Alexandri

17 *In eam eccleſiam, ſeu ejuſdem eccleſiæ cryptam, corpora SS. Irenæi, Epipodii ac Alexandri martyrum à* S. Patiente *tranſlata fuiſſe, cenſet Chiffletius tum loco ſuprà laudato, tum in Deductione hiſtorica controverſiæ agitatæ inter eccleſias Lugdunenſes S. Juſti & S. Irenæi de poſſeſſione prædictorum corporum, quam Papebrochius noſter tom.* V *Junii à pag.* 342 *excudit, ubi conſuli poteſt. Summa verò rationum hæc eſt: S. Gregorius Turonenſis lib.* 1 *de Gloria martyrum, cap.* 50 *aſſerit, ſacra illa corpora ſuo tempore* in crypta baſilicæ B. Joannis *jacuiſſe; hanc autem baſilicam eamdem eſſe, quæ deinde* S. Irenæi *dicta eſt, colligitur ex ſententia Joannis de Rupeſciſſa, patriarchæ Conſtantinopolitani & nuntii Apoſtolici, quâ litem inter S. Irenæi, ſanctique Juſti capitula de poſſeſſione prædictorum corporum exortam, anno* 1413 *feliciter diremit, eaque Irenæenſibus adſcripſit. Jam verò idem Patriarcha fatetur, non inania argumenta à S. Juſti capitulo pro iiſdem pignoribus vindicandis adducta eſſe; videlicet quia in hujus eccleſia ante* S. Patientis *tempora quieviſſe videbantur, indeque ad S. Irenæi cryptam tranſlata fuiſſe: quam tranſlationem cum ignoraret laudatum S. Juſti capitulum, credidit, ea in ſua baſilica etiam tum aſſervari.*

C

tranſtaliſſe creditur:

18 *Porrò tranſlationem hanc à* S. Patiente *peractam fuiſſe, ex nonnullis inſtrumentis aſſerit laudatus Patriarcha; cujus ſententiam ſtudioſus lector ad prædictum diem* XXVIII *Junii in Irenæo recenſitam reperiet. Juverit tamen aliqua, quæ huc propiùs pertinent, hîc recitâſſe.* Quòdammodo, *inquit*, ita reperimus pro utraque parte (*capitulis SS. Juſti ac Irenæi*) probationes poſſibiles & præſumptiones reſultantes dubias, quòd pars illorum de S. Juſto cauſam probabilem atque juſtam litigandi & proſequendi (*ſuam de prædictorum corporum poſſeſſione ſententiam*) abſque ſuſpicione doli mali, calumniæ aut alterius machinationis, indubitanter habuit, & proſequi potuit, quinimmò & licuit; maximè ex eo, quòd (ut aſſerebant per quædam aſſerta ſcripta atque teſtimonia quorumdam antiquorum, qui ab aliis antiquioribus ſuis prædeceſſoribus ſe habuiſſe referebant) ipſorum Sanctorum corpora primò in crypta eccleſiæ S. Juſti prædicti repoſita fuêre, quæ pòſt per B. Patientem ad eccleſiam S. Hyrenæi tranſlata ſunt, ut dicebant. D

hæc baſilica à Calvinianis diruta.

19 *Huc etiam faciunt Conſtantii ac Secundini verſus in S. Irenæi crypta, teſte Chiffletio in laudatis Illuſtrationibus Claudianis ad diem* VI *Junii, reperti, ex quibus aliqui de tranſlatis elevatiſve per* S. Patientem *ſacris corporibus non obſcurè meminerunt, prout legenti apparebit:*

Hic duo templa micant, tecto fundata ſub uno,
Quæ Patiens ſanctus conditor excoluit.
Corpora dumoſo quondam demerſa profundo,
Perſpicuum tracti luminis irradiat.

Hæc autem de SS. Irenæi, Epipodii ac Alexandri corporibus rectè accipi poſſe, in memoratis Illuſtrationibus cap. 4 *oſtenſum eſt. Denique quid è magnifica iſta baſilica ſuperſit, docet idem Chiffletius, qui cùm ibidem num.* 33 *dixiſſet, eam anno* 1562 *ab impiis Calvinianis, qui Lugduno potiti erant, ſolo tenus dirutam eſſe, ſubdit:* Nunc tamen adhuc ſupereſt crypta S. Irenæi; ſed columnis ſuis & muſivi operis, atque (ut loquuntur) auripetrini fulgentibus cruſtis nudata; cui tamen ſuperſtructa eſt ædes, quæ veteris dignitatem non accedit. E

Intereſt concilio Arelatenſi,

20 *Jacobus Sirmondus in Conciliis Galliæ, & poſt hunc Labbeus ac Harduinus in Collectionibus Conciliorum, ſynodum Arelatenſem circa annum Chriſti* 475, *ac paulò pòſt aliam Lugdunenſem referunt, cui utrique* S. Patiens *interfuiſſe creditur. De iiſdem agit Eminentiſſimus Baronius tom.* 6 *Annalium, ad annum* 490 *occaſione libri à S. Fauſto Reienſi de Gratia & libero arbitrio conſcripti: unde quidam perperam exiſtimârunt, memoratam ſynodum Arelatenſem prædicto anno à Baronio affixam fuiſſe. In hac damnatam fuiſſe Prædeſtinatianam hæreſim, liquet ex epiſtola, quam Lucidus, magni nominis presbyter, ad concilii patres triginta numero, inter quos &* Patiens *occurrit, pro revocandis erroribus, quibus fuerat infectus, dedit; & ex Fauſti Reienſis epiſtola, ſive præfatione ad Leontium Arelatenſem, in qua Lugdunenſis ſynodi pariter meminit.* F

in quo hæreſis Prædeſtinatiana

21 *Verba Fauſti accipe:* Quod pro ſollicitudine paſtorali, beate pater Leonti, in condemnando prædeſtinationis errore concilium ſummorum antiſtitum congregâſtis, univerſis Galliarum eccleſiis contuliſtis. *Et in calce:* In quo quidem Opuſculo (*quod à Leontio juſſus erat ſcribere*) poſt Arelatenſis concilii ſubſcriptionem, novis erroribus deprehenſis, adjici aliqua ſynodus Lugdunenſis exegit. *Exſtat & alia ejuſdem Fauſti ad memoratum Lucidum epiſtola, quâ hunc à prædeſtinatiana hæreſi conatur avocare, monetque, ut Catholicis dogmatibus in ea propoſitis ſubſcribat, niſi velit publicè redargui ac caſtigari. Synodi etiam ſive tum inchoatæ ſive inchoandæ meminit, dum ait:* Hujus autem epiſtolæ exemplar mecum retineo, in conventu ſanctorum antiſtitum, ſi ita neceſſe fuerit, proferendum.

22 *Sed & revera prolatam ab ipſo fuiſſe epiſtolam*

A *damnata, & Lucidus ad fidem Catholicam reductus est:*

ſtolam & ab Arelatenſibus patribus approbatam, videri poteſt apud laudatum Baronium, alioſque; idque tam feliciter, ut Lucidus ſcriptâ ad memoratos antiſtites epiſtolâ errores ſuos revocaverit; & oppoſita Catholica dogmata profeſſus ſit. Utramque epiſtolam apud Sirmondum in Conciliis Galliæ laudatoſque Labbeum ac Harduinum reperies; quare pauca tantùm ex Lucidi epiſtola hîc referam. Sic eam exorſus eſt: Dominis beatiſſimis & in Chriſto reverentiſſimis patribus, Leontio, Eufronio, Fonteio, Viventio, Mamerto, Patienti, Veriano, Auxanio, Fauſto, Paulo, Megethio, Græco, Eutropio, Leontio, Claudio, Marcello, Croco, Baſilio, Claudio, Urſicino, Prætextato, Pragmatio, Theoplaſto, Leocadio, Viventio, Juliano, Amicali, Joanni, Opilioni & Licinio epiſcopis, Lucidus presbyter. Correptio veſtra ſalus publica, & ſententia veſtra medicina eſt. Unde & ego ſummum remedium duco, ut præteritos errores accuſando excuſem, & ſalutifera confeſſione me diluam. Proinde juxta prædicandi recentia ſtatuta concilii, damnò vobiſcum *&c. Deinde damnatis Prædeſtinatorum erroribus, Catholica dogmata profitetur.*

B *interest etiam ſynodo Lugdunenſi,*

23 *Non diu pòſt alia ſynodus Lugduni coacta eſt, cujus patres Fauſto Reienſi mandârunt, ut Opuſculò ſuo, quod contra Prædeſtinatianam hæreſim ſcribere juſſus erat, aliqua præterea adderet de quibuſdam erroribus* poſt Arelatenſis concilii ſubſcriptionem *deprehenſis, ut num.* 21 *ex Fauſto diximus. Cave tamen hanc ſubſcriptionem libris Fauſti de Gratia & libero arbitrio factam credas; hos enim id temporis nondum ſcripſerat, ſed ſcribere tantùm juſſus erat; ut liquet ex ejuſdem Fauſti verbis, quibus ibidem ita proſequitur:* Quod verò ad ordinanda ea, quæ conlatione publicâ doctiſſimè protuliſtis, operam infirmis humeris, curamque mandâſtis, parùm ut reor tanto negotio, parùm ſanctæ exiſtimationi veſtræ conſuluiſtis, & me judicio caritatis, vos periculo electionis onerâſtis. *Ceterùm utraque hæc ſynodus, in qua Prædeſtinatorum de divina prædeſtinatione ac Chriſti morte errores damnati ſunt, Calvinianos & Janſenianos malè habet, ideoque geminam illam epiſtolam, imò & ipſos ſanctos antiſtites,*

C *qui his conciliis adfuere, criminari ac Pelagianiſmi aſpergere non erubeſcunt; quemadmodum pluribus oſtendit Stephanus De Champs Societatis Jeſu in præclaro Opere de Hæreſi Janſeniana, lib.* 1, *diſſert.* 7, *cap.* 7, *& lib.* 2, *diſſert.* 7, *cap.* 1, *ubi & utramque ſynodum ab hæreticorum calumniis vindicatam reperies.*

cujus Acta obſcura.

24 Quid præterea in hoc conventu (*Lugdunenſi*) actum ſit, *inquit Sirmondus ſuprà laudatus*, ignoramus: niſi fortè ad hanc ſynodum referri placeat, quod in vetuſto codice Conciliorum annotatum legitur his verbis: " De „ libro Eccleſiaſticorum dogmatum, quem S. „ Patiens protulit „: ut quemadmodum in ſynodo Arelatenſi approbati fuerant libri Fauſti epiſcopi Reienſis, ſic in Lugdunenſi prolatum à Patiente intelligamus, receptumque à ſynodo librum de Eccleſiaſticis dogmatibus, cujus auctor creditur Gennadius, presbyter Maſſilienſis. Qua de re, quia non liquet, haud facilè pronuntiârim. *Verùm utut hæc ſe habeant, hallucinatus eſt Sirmondus, dum credidit, Fauſti libros ab Arelatenſi ſynodo, quo ſcilicet tempore nondum conſcripti erant, approbatos fuiſſe,*

deceptus Fauſti verbis num. 21 *relatis. Conſule num.* 23.

AUCTORE C. S.

§ III. Fame afflictis gratuitas fruges largitur: Acta S. Germani Autiſſiodorenſis ſcribi curat; lucubrationes ipſi adſcriptæ: tempus emortuale: ſepultura, & ejuſdem profanatio.

Graſſante in Burgundia

I*Nter ceteras ſancti Præſulis virtutes, quarum memoria ad nos pervenit, celebratur ejuſdem erga proximum charitas, quâ afflictis, poſt Viſigothorum ſub Evarico ſeu Eurico eorum rege incurſiones, dira fame Galliarum provinciis liberaliſſimè ſubvenit. Præerat tum Arvernis epiſcopus S. Sidonius Apollinaris, ſub finem anni* 471 *vel initium* 472 *ad eam ſedem evectus, ut in ipſius Actis ad diem* XXIII *Auguſti,* § 5 *dictum eſt, iſque datâ ad S.* Patientem *epiſtolâ Arvernorum nomine de profuſa illius tam calamitoſo tempore beneficentia gratias egit. Ejuſdem famis meminit S. Gregorius Turonenſis lib.* 2 *Hiſtoriæ Franc., cap.* 24 *ſic ſcribens:* Tempore Sidonii epiſcopi magna Burgundiam fames oppreſſit. Cúmque per diverſas regiones diſpergérentur, nec eſſet ullus, qui pauperibus alimoniam largiretur; Ecdicius quidam è ſenatoribus, ejus propinquus, magnam tunc rem in Deo confiſus feciſſe perhibetur. *Tum relatâ memorabili ſanè Ecdicii liberalitate, proſequitur:* Sed & S. Patiens Lugdunenſis epiſcopus ſimile huic in ipſa fame populis præſtitiſſe perhibetur beneficium. Exſtat exinde hodie apud nos beati Sidonii epiſtola, in qua eum declamatoriè conlaudavit.

E

poſt Gallicas populationes fame,

26 *Laudata epiſtola ultima eſt lib.* 6, *ex qua etiam alia Sancti geſta ſuprà retulimus, eſtque hujuſmodi:* Sidonius domino Papæ Patienti S. * Aliquis aliquem, illum ego præcipuè puto ſuo vivere bono, qui vivit alieno, quique fidelium calamitates indigentiamque miſeratus, facit in terris opera cælorum. Quorſum iſta hæc, inquis? Te ſententia quàm maximè, Papa beatiſſime, petit, cui non ſufficit illis tantùm neceſſitatibus opem ferre, quas noveris; quique uſque in extimos terminos Galliarum caritatis indage porrectâ, priùs ſoles indigentium reſpicere cauſas, quàm inſpicere perſonas. Nulli obeſt tenuitati debilitatique, ſi te expetere non poſſit: nam prævenis manibus illum, qui non valuerit ad te pedibus pervenire. Tranſit in alienas provincias vigilantia tua, & in hoc curæ tuæ latitudo diffunditur, ut longè poſitorum conſoletur anguſtias. Et hinc fuit, ut, quia crebrò te non minùs abſentum verecundia, quàm præſentum querimonia movet, ſæpe terſeris eorum lacrymas, quorum oculos non vidiſti.

** id e. ſalutem*

F

Sanctus mo-

27 Omitto illa, quæ quotidie propter de- *morabili*

munificentiâ

fectionem civium pauperatorum inrequietis toleras excubiis, precibus, expenſis. *Subdit, quæ de Sancti in epulis magnificentia ac ſobrietate, de conditis ornatiſque eccleſiis, & apoſtolico in convertendis hæreticis zelo ſuprà memoravimus,*

AUCTORE C. S.

quibus hîc prætermissis, cetera subjicio: Et horum aliqua tamen cum reliquis forsan communicanda collegis: illud autem deberi tibi quodam, ut jurisconsulti dicunt, præcipui titulo, nec tuus poterit ire pudor inficias, quòd post Gothicam depopulationem, post segetes incendio absumptas, peculiari sumptu inopiæ communi per desolatas Gallias gratuita frumenta misisti; cùm tabescentibus fame populis nimium contulisses, si commercio fuisset ista, non munere. Vidimus angustas tuis frugibus vias: vidimus per Araris & Rhodani ripas non unum, quod unus impleveras, horreum.

miserit gratuitas fruges largitur;

28 Fabularum cedant figmenta gentilium, & ille quasi in cælum relatus pro reperta spicarum novitate Triptolemus, quem Græcia sua cœmentariis, pictoribus, significibusque illustris, sacravit templis, formavit statuis, effigiavit imaginibus. Illum dubia fama conciliat, per rudes adhuc & Dódonigenas populos duabus vagum navibus, quibus poëtæ deinceps formam draconum deputaverunt, ignotam circumtulisse sementem. Tu, ut de mediterranea taceam largitate, victum civitatibus Tyrrheni maris erogaturus, granariis tuis duo potiùs flumina, quàm duo navigia complêsti. Sed si fortè Achaicis Eleusinæ superstitionis exemplis, tamquam minùs idoneis, religiosus laudatus offenditur; sepositâ mystici intellectûs reverentiâ, venerabilis patriarchæ Joseph historialem diligentiam comparemus, qui contra sterilitatem, septem uberes annos insecuturam, facilè providit remedium, quod prævidit: secundùm tamen moralem sententiam nihil judicio meo minor est, qui in superveniente simili necessitate non divinat, & subvenit.

B

pro quibus S. Sidonius gratias agit.

29 Quapropter, etsi ad integrum conjicere non possum, quantas tibi gratias Arelatenses, Reienses, Avennicus *, Arausionensis quoque & Albensis, Valentinæque necnon Tricastinæ urbis possessor exsolvat; quia difficile est eorum ex asse vota metiri, quibus noveris alimoniam sine asse collatam: Arverni tamen oppidi ego nomine uberes perquàm gratias ago, cui ut succurrere meditarere, non te communio provinciæ, non proximitas civitatis, non opportunitas fluvii, non oblatio pretii adduxit. Itaque ingentes per me referunt grates, quibus obtigit per panis tui abundantiam ad sui sufficientiam pervenire. Igitur si mandati officii munia satis videor explêsse *, ex legato nuntius ero. Ilicet scias, volo, per omnem fertur Aquitaniam gloria tua: amaris, laudaris, desideraris, excoleris omnium pectoribus, omnium votis. Inter hæc temporum mala bonus sacerdos, bonus pater, bonus annus es; quibus operæ pretium fuit, fieri famem suam periculo, si aliter esse non poterat tua largitas experimento. Memor nostri esse dignare, domine Papa. *Huc usque Sidonius.*

* *al.* Aveniocus

C

* *al.* implêsse

Acta S. Germani Autissiodorensis scribi curat:

30 *Plura de Sancti gestis non reperi, nisi quòd ipso impellente, Constantius Lugdunensis presbyter Acta S. Germani Autissiodorensis episcopi conscripserit, quemadmodum ad diem* XXXI *Julii, ubi data sunt, in Commentario prævio* § 4 *ostensum est, & ipse Constantius in suis ad* S. Patientem *sanctumque Censurium Autissiodorensem antistitem epistolis, qua ibidem legi possunt, testatus est. Nonnulli Homiliam de S. Genesio, Arelatensi martyre, ipsi* S. Patienti *adscribunt; verùm id omninò incertum esse, dictum jam est ad diem* XXV *Augusti in Commentario prævio ad Acta laudati sancti martyris,* § 3, *num.* 38 *& sequentibus, ubi eam Homiliam recitatam lector reperiet.*

D

Homiliæ aliquot ipsi fortè adscribendæ: an ab eo institutus S. Africanus?

31 *Benedictini Historiæ Franciæ litterariæ scriptores tom.* 2 *in* S. Patiente, § 2 *censent, ipsi abjudicari non posse aliam Homiliam, quæ inter ceteras Eusebio Emisseno adscriptas quadragesima octava est, super psalmum* 132: Ecce quàm bonum & quàm jucundum. *Eorum ratio est, quòd turpissimus Photinianorum de Christi generatione error in ea redarguatur, & aliunde constet, Sanctum pro ea hæresi, quæ sub Burgundionibus Lugduni vigebat, exstirpandâ laborâsse. Hinc ulteriùs inferunt, fortasse etiam alias eidem Eusebio attributas, quæ eosdem errores convellunt,* Patientem *auctorem habere; sed, ut liquet, nihil certi hinc statui potest. Incertum denique est, quod de S. Africani institutione ex Officio ecclesiastico ad diem* 1 *Maii, quo colitur, cap.* 3 *legitur. Ibi enim dicitur hic* S. Patienti Lugdunensi episcopo traditus ad nutriendum, ejusdem ecclesiæ primatum obtinuisse: *qua de re consule, si lubet, Papebrochium nostrum loco citato.*

E

Sancti mors circa annum 480

32 *Obscurus pariter est annus, quo egregius Præsul ad laborum suorum præmia ex hac mortali vita evocatus est. Bailletus id circa annum* 491, *Severtius anno* 490 *factum putant. Ita hic opinatus est, quia ex Baronii verbis malè intellectis Lugdunensem synodum, quam anno circiter* 475 *affigendam esse suprà monuimus, ad annum* 490 *retulit, & Baronii calculis standum putavit, ut in S. Africano monuit. At verò, eum aliquot annis citiùs obiisse verisimilius est ex tempore, quo S. Rusticium vel Rusticum, qui post S. Lupicinum* Patienti *successit, Lugdunensem episcopum fuisse constat. Rusticius enim illi ecclesiæ jam præerat anno* 494, *cujus mense Februario Gelasius I Papa ad eum litteras dedit, quibus & de submissis in communi Italiæ calamitate pecuniis gratias egit, & S. Epiphanium, Ticinensem episcopum, à Theodorico Ostrogothorum in Italia rege ad Gondebaldum Burgundionum regem pro redimendis captivis missum, commendavit, ut in laudati S. Rusticii Actis ad diem* XXV *Aprilis illustratis legere est.*

figenda est: F

33 *Itaque ut episcopatui Lupicini, quem* Patientem *inter ac Rusticium sedisse diximus, aliquot annos relinquamus, dicendum est, sanctum Antistitem nostrum verisimilius ante annum* 490 *obiisse; nisi hujus præsulatûs tempora sine ratione producere, & illius coarctare velimus. Hæ rationes Bollandum nostrum impulerunt, ut S. Lupicini episcopatûs initium circa annum* 480, *finem verò circa* 486 *referret. Eadem etiam magis urgerent, si S. Africanus inter* SS. Patientem *& Lupicinum medius sedisset; verùm id non satis est probabile. Quapropter* S. Patientis *felicem obitum ad annum circiter* 480 *cum Bollando referimus, cum ea tamen temporis latitudine, ut paucis annis antè vel pòst obiisse non negemus, id enim, ut ex dictis liquet, certò statui non potest.*

corpus in S. Justi ecclesia sepultum,

34 *Venerabile sancti Antistitis corpus in S. Justi ecclesia sub marmoreo tumulo Lugduni sepultum fuisse, scribit Saussayus in Martyrologio Gallicano, idemque asseritur in Breviario Lugdunensi Ms. suprà memorato, ex quo sequentia excerpsi:* Obiit in tempore suo pacificus Lugduni tertiò Idus Septembris, anno circiter CDXC (*imò citiùs ex dictis*) sepultus in charis-

A chariſſima ſibi S. Juſti eccleſia, ubi requievit celebri ſub titulo, viſo commiſſis octo doctoribus multo pòſt tempore. *Hiſce conſentit Chifletius in Deductione Hiſtorica num.* 17 *citata, cujus* § 1 *ſic exorditur:* Eccleſiam S. Irenæi extruxit S. Patiens epiſcopus Lugdunenſis: eâ prior fuit eccleſia S. Juſti, olim Sanctorum Machabæorum dicta; quippe in qua non tantùm S. Patiens, ſed etiam ejus deceſſores, S. Juſtus, S. Antiochus & S. Elpidius ſepulti eſſent.

anno 1287 *in aliam thecam reponitur:*

35 *Ex eadem Deductione hiſtorica diſcimus,* S. Patientis *oſſa anno* 1287 *per quatuor viros Religioſos ex S. Dominici totidemque ex S. Franciſci Ordine, ad id deputatos, inſpecta & in novas thecas depoſita fuiſſe, præter aliquot eorumdem particulas, quæ ad publicam veneration em ſeparatim ſervatæ fuerunt. Ita enim prædicti deputati in inſtrumento hac ſuper re confecto teſtati ſunt:* Reſerato (*lege* reſervato) tumulo S. Juſti ad manum prædicti archiepiſcopi (*Viennenſis Guilielmi, ſede Lugdunenſi vacante*) aliorum Sanctorum, circa eumdem jacentium, fecimus aperiri ſepulcra, inventaſque ibi-

B dem ſacroſanctas reliquias in capſis ſingulis ad hoc ſpecialiter deputatis, unà cum ſacriſta & pluribus aliis ejuſdem loci canonicis repoſuimus & incluſimus ſigillatim: de ſingulis tamen reliquiis ſeorſum in ſacculis poſuimus de voluntate capituli ſupradicti, ad oſtendendum populis, cùm fuerit opportunum. Prædictorum autem Sanctorum nomina ſunt iſta... Item in alio tumulo corpus beati Patientis, confeſſoris & archiepiſcopi Lugdunenſis, cui ſupraſcriptus erat titulus marmoreus, exprimens nomen.

36 *Eamdem eccleſiam anno* 1246 *reparatam aut amplificatam fuiſſe ſcribit laudatus Chifletius pag.* 344, *& ſimul ejuſdem per impios Calvinianos in ſacra omnia debacchantes disjectionem hiſce verbis commemorat:* Innocentius Papa IV datâ Bullâ Lugduni XV Kalendas Januarii, Pontificatûs anno IV, Chriſti MCCXLVI: hortatus eſt univerſos fideles per Remenſem, Bituricenſem, Lugdunenſem, Rotomagenſem, Senonenſem, Turonenſem, Viennenſem & Biſuntinam provinciam conſtitutos, ut ſuis eleëmoſynis promoverent ſtructuram eccleſiæ S. Juſti (quam, inquit, ædificare inceperant opere non modicùm ſumptuoſo) propoſitis unius anni indulgentiis. Ejuſdemque argumenti commendatitias litteras dedit VI Kal. Septembris, anno Pontificatûs VI, Chriſti MCCXLVII (*imò* MCCXLVIII, *aut Pontificatûs anno* V) ad fideles in Cantuarienſi & Eboracenſi provinciis degentes. Hæc ipſa eſt S. Juſti nova baſilica, materiâ, opere & amplitudine ſpectabilis, quæ .... anno demum MDLXII à furentibus Calvinianis funditus diruta, planéque ſolo æquata, centum ampliùs annis in ruinis ſuis jacet.

AUCTORE C. S. *prædictâ eccleſiâ à Calviniſtis diruta,*

E

Sancti oſſa direpta.

37 *Nec everſam dumtaxat memoratam eccleſiam à Calvinianis fuiſſe, verùm etiam ſacra Antiſtitis oſſa ab iiſdem ſacrilegis impiè disjecta, ſcribit auctor Breviarii Ms. Lugdunenſis, verbis num.* 34 *relatis ſubdens ſequentia:* Ab avitæ fidei deſertoribus (*Calviniſtis*) ipsâ baſilicâ ſolo æquatâ, quæ dignæ omni cultu erant, ipſius & aliorum Cælitum exuviæ impio furore direptæ ſunt anno MDLXII. *Similia & apud alios legere eſt: verùm an aliquot* S. Patientis *reliquiæ impiis Calviniſtarum manibus ſubductæ fuerint, non reperi.*

DE S. ÆMILIANO EPISC. VERCELLENSI CONFESSORE

IN ITALIA

SYLLOGE HISTORICO-CRITICA

C. S.

C De Sancti, cum cognomine malè confuſi, geſtis, ætate, & cultu. F

SECULO VI INCHOATO. *Memoria in Martyrologiis.*

Vercellæ vetus epiſcopalis ſub Mediolanenſi archidiœceſi civitas, ad Seſſiam fluvium in ipſo Mediolanenſis ducatûs, ad quem olim attinuit, limite ſita, nunc Pedemontio addita, inter epiſcopos ſuos hoc die S. Æmilianum *honorat, cujus memoria in Romano Martyrologio exſtat his verbis:* Vercellis ſancti Æmiliani epiſcopi. *Romani auctori eminentiſſimo Baronio præluxerunt Tabulæ eccleſiæ Vercellenſis, & Petrus Galeſinius, ut in Annotatis dicitur. Poſterioris verba accipe:* Vercellis, S. Æmyliani epiſcopi & confeſſoris. Hic quatraginta annis in heremo ſanctiſſimè vixit: pòſt epiſcopus Vercellarum factus, omni Chriſtianæ pietatis laude florens, ad concilia, quæ Symmachus Pontifex convocavit, Romam tertiò venit. Demum multis pro Chriſti gloria laboribus religiosè perfunctus, meritis cumulatus, migravit in cælum. *Ita ipſe, in Annotationibus aſſerens, hæc è priſcis eccleſiæ Vercellenſis tabulis deprompta eſſe: verumtamen quid ex his admittendum, quid rejiciendum videatur, infrà dicemus. Breviùs Molanus in Auctariis Uſuardi apud Sollerium:* Vercellis S. Æmiliani epiſcopi & confeſſoris. *Mitto Ferrarium alioſque neotericos.*

Sancti elogia

2 *Sancti geſta, ſeu potiùs elogium, à variis neotericis edita ſunt, ex laudatis Vercellenſibus tabulis deſumpta. Inter hos illuſtriſſimus Joannes Stephanus Ferrerius, ejuſdem ſedis antiſtes, epiſcoporum eccleſiæ ſuæ catalogum anno* 1602 *Romæ edidit, & Clementi VIII PP. dicavit, in quo de Sancto noſtro, velut undecimo antiſtite hæc ſcribit:* Æmilianus in Hiſpania Libyi, quod Aragoniæ oppidum eſt, loco humili natus, à

AUCTORE C. S.

Felice episcopo ad religionem eruditus, Christianæ pietatis studio vehementer exarsit; quo ardore inflammatus, vitæ Religiosæ (cujus disciplina erat eo tempore quàm florentissima) exercitationi deditus, quò liberiùs in rerum divinarum contemplatione conquiesceret, abjectâ rerum humanarum omni curâ, in heremum se abdidit. Quo in loco propositis sibi sanctorum patrum exemplis, incredibili abstinentiâ, assiduis vigiliis, frequentique jejunio, carnis impetum, atque effrenatam corporis petulantiam repressit. Omni præterea disciplinæ genere varias restrinxit cupiditatum illecebras; orationi autem addictus in primis, magnam diei ac noctis partem precando consumpsit. Idcirco vitæ sanctissimæ genus quadraginta ipsis annis in heremo consequutus est magnâ cælestium virtutum suarum testificatione.

seu Vitæ compendia,

3 Pervagatâ sanctitatis, quâ Vir Dei præluCebat, in omnes partes famâ, Vercellensium episcopus divino consilio factus est. Verè episcopalis vitæ instituta ita suscepit, ut nihil vel in cultu pietatis, vel in mansuetudinis lenitate, vel in charitatis offitiis, vel denique in disciplinæ Euangelicæ studio prætermiserit. Itaque præclaræ suæ institutionis exemplis à vitiorum colluvione, peccandique consuetudine homines avertit, eosdemque rursus accendit ad omnem virtutem. Porrò Euangelica illa Christiani animi demissio & humilitas in eo eluxit maximè. Ad sui autem pastoralis offitii munus is attentus, insignes illas contemplationis & actionis partes, quæ episcopi propriæ sunt, exequutus est diligenter; excultus item divinis ornamentis & meritis multis ornatus, Ecclesiæ valdè admodùm illis temporibus profuit: Romæ ad concilia III, IV, & VI, quæ Symmachus Pontifex annis DI, DII, DIV habuit, rei Christianæ publicæ causâ venit. Inde Vercellas ad ecclesiam suam rediit, quam multis annis cùm ad Dei voluntatem piè administrâsset, sanctimoniæ & rerum mirificè divinitusque gestarum laude clarus, quievit in Domino. *Huc usque illustrissimus Ferrerius, laudans in margine Officia Sanctorum Vercellensium.*

B

à nonnullis concinnata, C

4 *Memorata Officia, anno* 1581 *Vercellis excusa, in Museo nostro habemus, suntque Ferrerii dictis etiam quoad voces conformia, præterquam quòd in his de Sancti in Romanis conciliis præsentia tantum dicatur:* Romæ ad concilia, quæ Simmachus Pontifex habuit, semel & iterum ac tertiò etiam rei Christianæ publicæ causâ venit. *Eadem habet Ughellus tom.* 4 *Italiæ sacræ, col.* 762; *ubi tamen monet, sanctum Antistitem nostrum à Corbellino dici patriâ* Vercellensem fuisse ex nobilibus de Terrione. *Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctarum Italiæ ad diem* XI *Septembris eadem pariter, quæ illustrissimus Ferrerius, ex Vitis episcoporum Vercellensium & Officiis ejusdem ecclesiæ enarrat; at simul indicat, alia præterea Acta à se visa fuisse: nam deinde notat sequentia:* Aliter, quantùm ad originem attinet, in Vita Ms. & antiquis ecclesiæ Vercellensis monumentis habetur; in iis enim Cæsariani pago antiquo agri Vercellensis ex nobili familia ortus legitur; sed in re hac novis Lectionibus Romæ approbatis, ex quibus nos Vitam paucis contexuimus, fides adhibenda est.

discutienda recitantur:

5 *Ab hisce omnibus in nonnullis adjunctis nonnihil discrepat illustrissimi Francisci Augustini Ab Ecclesia, episcopi Salutiensis, narratio in S. R. E. Cardinalium &c., Pedemontanæ regionis Chronologica Historia, in qua pag.* 136 *sic scribit:* S. Æmilianus primus hujus nominis, qui interfuit tribus conciliis, sub Symmacho Papa Romæ habitis, fuit natione Hispanus, natus in castro Lybio, quod est Aragoniæ, vel, ut scribit Vasæus in regione Castellæ, in loco, qui dicitur Rioia. Hic ex pastore ovium apud montem Cachum à sancto viro Felice eremita educatus, pastor hominum factus est: nam postquam ferè quadragenis annis in eremo habitâsset, ad ecclesiam Vercellensem (& non Urgelensem, ut allucinatur Lucius Marineus, scriptor rerum Hispanicarum) eligitur; quam cùm piè multis annis administrâsset, sanctimoniæ & rerum mirificè, divinitusque gestarum laude clarus, quievit in Domino, ætatis annorum centum... Sunt tamen quidam, qui * in Hispania, sed in montibus Bugellanis hunc Episcopum vitam eremiticam duxisse opinantur. Corbellinus non Hispanum, sed nobilem Vercellensem ex dominis Cerridoni fuisse ait.

D

* *adde* non

quidquid in his E

6 *Nunc, quid ex his ut verum admitti, quid ut falsum rejici possit ac debeat, inquirendum est. In primis, quæ illustrissimus Ab Ecclesia enarrat de pastoritio Sancti munere, ejusdemque Jub Felice eremita educatione, ac quadraginta annorum in eremo commoratione, spectant ad alterum Æmilianum, in Hispania monachum & presbyterum, cujus eminentissimus Baronius in Romano Martyrologio ad diem* XII *Novembris ita meminit:* Turiasone in Hispania Tarraconensi B. Æmiliani presbyteri, qui innumeris miraculis claruit: cujus admirabilem vitam sanctus Braulio Cæsaraugustanus episcopus descripsit. *De S. Braulione, qui sub medium seculi* VII *obiit, actum est in Opere nostro ad diem* XVIII *Martii, ibidemque* § 3 *ex S. Ildephonso ad propositum nostrum de eo dicitur:* Scripsit Vitam Æmiliani cujusdam monachi, quæ & memoriam hujus, & virtutem illius sancti viri suo tenore pariter commendat & illustrat. *Hanc Vitam habemus Ms., eamdemque Prudentius Sandovallius in Monasteriis Benedictinis Hispaniæ publici juris fecit.*

de Sancti patria F

7 *Porrò, ut ad rem veniamus, S. Braulio B. Æmiliani sui gesta à pastoritia cura apud laudatum Sandovallium sic orditur:* Futurus pastor hominum, erat pastor ovium, minabatque oves ad interiora montium. *Deinde postquam narravit, eum post somnum divinitus immissum, sanctioris vitæ cupidum, eremum cogitâsse, subdit:* Dictaverat ei fama, esse quemdam eremitam nomine Felicem, virum sanctissimum, cui se non immeritò præberet discipulum, qui tunc morabatur in castellum Bilibium; arripiens iter, pervenit ad eum, cujus se famulatui cùm subjicit promptum, instituitur ab eo. ... Posteaquam ab eo est adprimè vias vitæ edoctus, ac disciplinæ divitiis, thesaurisque salutis ditatus, remeat ad sua, ... ac sic venit haud procul à villa Vergegio, ... ibique non multo moratus tempore, videt impedimento sibi fore hominum ad se concurrentium multitudinem. Celsiora petit, levesque per ardua gressus agebat... At ubi pervenit ad remotiora Distertii montis secreta, ... consortio hominum privatus, angelorum solummodò fungebatur consolationibus, quadragenis ferè ibi habitans annorum recursibus.

& gestis ante episcopatum

8 *Post hæc ait, illum, divulgatâ ejusdem sanctimoniæ famâ, à* Didimo, qui tunc pontificatum

A tum gerebat in Tyraſona, *aliquamdiu reluctatum, ſacerdotio initiatum, & in eccleſia Bergegii presbyterii functum fuiſſe officio; à quo munere per clericos velut eccleſiaſticorum bonorum diſſipator accuſatus, per epiſcopum deinde amotus, privatam vitam duxit.* Tunc, *inquit*, à ſuſcepto dudum miniſterio relaxatus, ubi nunc vocatur ejus oratorium, reliquum vitæ tempus peregit innoxius. *Hæc prolixiùs hîc referre viſum eſt, ut eruditus lector ipſe diſpiciat, quid de S. Æmiliani, Vercellenſium epiſcopi Hiſpana patria, diſcipulatu ſub Felice eremita, ductaque in eremo ante epiſcopatum vita ſtatuendum ſit. Ego ſanè non dubito, quin illuſtriſſimus Ab Eccleſia, vel quiſquis illi præluxit, hæc omnia ex B. Æmiliani monachi Actis deprompta, S. Æmiliano Vercellenſi epiſcopo adaptârit, & quæ S. Braulio de prioris ex eremo ad ſacerdotium aſſumptione dixerat, ipſe ad alterius epiſcopatum retulerit.*

narratur, 9 *Id ſanè ſuadet rerum geſtarum conformitas, ac ſuprema denique utriuſque ætas; nam ſanctum Vercellenſem Epiſcopum laudatus auctor anno vitæ centeſimo obiiſſe, ait, idemque de* B *B. Æmiliano Braulio affirmat his verbis:* Ante annum ferè migrationis ſuæ, centeſimum verò vitæ, .. ad vitam convertitur ſtrictiorem. *Huic porrò errori occaſionem dare potuit utriuſque nominis conformitas, & temporis, quo uterque Sanctus floruit, conſenſus aut propinquitas, ac fortè etiam fabuloſæ Additiones ad pſeudochronicon Marci Maximi, Helecæ Cæſarauguſtano epiſcopo falsò adſcriptæ, ſi hæ auctori tum cognitæ fuerunt. Ex iis enim Bivarius in Commentario pag. 562 recenſet ſequentia:* Per hæc tempora tranſlata eſt bona pars corporis S. Æmiliani, epiſcopi Vercellenſis, primò eremitæ in Aragonia, & allata ad oppidum turris-paleárum, & ibi ſepulta. *Sed quid de hac quoque tranſlatione cenſendum ſit, infra videbimus.*

ad alium Æmilianum 10 *Denique is error oriri potuit ex ſimilitudine nominum eccleſiarum, quarum uterque Sanctus curam geſſit: nam* Bergegienſis, *quam Æmilianus presbyter adminiſtravit, Hiſpanicè* Vergegio *apud Sandovallium ſuprà laudatum, &* C *à Bivario in Commentario in pſeudo-Chronicon Maximi, pag. 563* Vergegienſis *dicitur; unde & hic ſuſpicatur, Helecanem ſuum (imò quemcumque alium) dum Æmilianum presbyterum ad Vercellenſem cathedram evectum ſcripſit, vocabuli affinitate deceptum fuiſſe.* Vehementer ſuſpicor, *inquit*, Helecam in voce VERGEGIENSIS Æmiliani impegiſſe, & pro ea VERCELLENSIS legiſſe. Eo verò errore ſemel admiſſo, cùm aliàs Æmilianum Vercellenſi præfuiſſe ſedi, ex actis conciliorum, ſub Symmacho coactorum, certò ſciret, unum in alterum novo metamorphoſis genere commutâſſe. *Ita non improbabiliter Bivarius.*

pertinere 11 *Non æquè manifeſtum eſt, illuſtriſſimo Joanni Ferrerio, & qui ipſi conſonant, ſimilem errorem obrepſiſſe: hi etenim* S. Æmilianum *à quodam Felice quidem, at non eremita, ſed epiſcopo, Chriſtianæ pietatis præceptis inſtitutum ſcribunt, antequam in eremum contenderet, atque hinc ad epiſcopatum eveheretur. Nihil etiam de opilionis ante hæc obito munere, nihil denique de centenaria Sancti ætate meminerunt. Verumtamen mihi longè veriſimillimum apparet, Felicem eremitam in epiſcopum ab iis immutatum eſſe: nam & cetera conſonant, & ipſi* Æmilianum *ſuum, licèt opilionem non faciant,* humili *tamen* loco *natum aiunt. Itaque quidquid ipſi de* S. Æmiliani *acta ante epiſcopatum vita narrant, non ad hunc, ſed ad alterum illum Æmilianum pertinere arbitramur, atque adeo ſancti Præſulis noſtri uſque ad acceptas infulas geſta ignorari.* AUCTORE C. S.

12 *Cujus vetuſtatis aut notæ ſint Vita Ms.* *oſtenditur.* *antiquaque eccleſiæ Vercellenſis monumenta, in quibus Philippus Ferrarius num. 4 relatus,* Æmilianum *noſtrum in Cæſariani antiquo agri Vercellenſis pago natum dici affirmat, exploratum non habeo. Incertum quoque mihi eſt, utrùm hiſce, an aliis Corbellinus, numero item 4 & 5 laudatus, quem conſulere mihi non licuit, inſtrumentis nitatur, dum eumdem Vercellenſem & ex nobili* Terrione *vel* Cerridoni *familia ortum ait: attamen ego* Æmilianum *Vercellis, vel in ejuſdem ægro genitum credere malim, quàm ipſius in Hiſpania ortum quærere, eumdemque ex quadam Hiſpaniæ eremo, eo, ut retulimus, modo ad Vercellenſem ſedem pertrahere.*

13 *Ex conciliorum ſubſcriptionibus novimus,* *Intereſt tribus conciliis* S. Æmilianum *ſeculo* VI *ineunte Vercellenſi eccleſiæ præfuiſſe; nam præter hæc nihil reperio, quod* E *ejuſdem ætatem manifeſtet. Ferrerius, Franciſcus ab Eccleſia, & Ughellus eum unanimi conſenſu undecimum Vercellenſium antiſtitem ſtatuunt, & deceſſorem ejus S. Lanfrancum, ſucceſſorem Euſebium ſecundum aſſignant. Lanfrancum anno 480 floruiſſe notant illuſtriſſimus Ab Eccleſia & Ughellus, præterea nihil: Ferrerius autem, prætermiſſo ſedis tempore, tantùm ſcribit, illum omnium virtutum ornamentis excultum, vitæque ſanctitate claruiſſe. Ad Euſebium idem Ferrerius nihil pariter de tempore annotat, at duo alii mox memorati annum 520 adſcribunt. Actum de eo eſt in Opere noſtro inter Prætermiſſos ad diem* XV *Martii, ubi circa prædictum annum etiam floruiſſe dicitur, verbis ex Ferrerio, quæ in noſtra editione non habentur, forſitan per errorem citatis. Ceterùm monent ibidem Majores mei ſeſe coràm Vercellis præter hæc nihil de hoc Euſebio ſcire potuiſſe; quare nec nos ex hujus ac Lanfranci epiſcopatu quidquam pro tempore initi, aut per mortem depoſiti à Sancto noſtro epiſcopatûs poſſumus eruere.*

F 14 *Id unum ſcimus, illum ſynodis Romanis,* *Romæ ſub Symmacho habitis.* *tertiæ, quartæ & ſextæ, à Symmacho Papa ſeculo* VI *ineunte celebratis interfuiſſe: hiſce enim ad annos Chriſti 501, 502 & 504 in Labbei ac Harduini Collectionibus* Æmilianus Vercellenſis *inter epiſcopos ſubſcriptus legitur. Monet tamen Harduinus, primo loco pro* Æmilianus Vercellenſis, *alibi legi* Æmilius Suranus; *Labbeus verò in margine pariter* Suranus *notat; ſed in quarta ac ſexta uterque* Æmilianum *Vercellenſem ſimpliciter memorat. Hinc ſancti Epiſcopi ætatem, quâ floruit, diſcimus: at quo tempore eam cathedram aſcenderit, aut quamdiu poſtremæ è memoratis ſynodis ſupervixerit, æquè ac cetera ejuſdem geſta, ignoratur. Recitat quidem ſæpe laudatus Ferrerius Sermonem, quem per S. Iſidorum Hiſpalenſem de Sancto noſtro ſcriptum opinatur, & in Vercellenſi tabulario aſſervari ait; ſed quiſquis illius auctor ſit, ex eo nihil diſcimus, præter communia elogia, quæ, mutato* Æmiliani *nomine, cuilibet ſtrenuo epiſcopo queunt adaptari.*

Gemina corporis elevatio. 15 *De cultu ejus hæc habet Ferrerius:* Ejus corpus cùm humi diu occultatum latuiſſet (ab anno

AUCTORE C. S.

anno ſcilicet MCLXXXI, quo XVI Kalendas Junii tranſpoſitionem B. Æmiliani epiſcopi ab Euſebio decimo (*lege* decimi) fuiſſe factam, habetur in antiquo Kalendario Vercellenſis eccleſiæ, quæ ejus tranſlationis illo ipſo die memoriam agit) demum Dei voluntate inventum, in eccleſia cathedrali honorificè & piè reconditum eſt magnâ cleri & populi frequentiâ; ejuſque dies feſtus in tota diœceſi Vercellenſi III Idus Septembris quotannis celebratur. *Harum prima tranſlatio contigit ſub Guala epiſcopo; is enim tum temporis Vercellis ſedebat, ideoque laudatus Ferrerius, dum de eo agit, ad annum* 1181 *hæc notat:* Hoc eodem anno tranſlatio corporis S. Æmiliani epiſcopi, à S. Euſebio decimi facta eſt, ut in ejus Vita retulimus. *Ferrerio conſonant Ferrarius & Ughellus, cujus verba ſubjungo:* Intulerunt ejus corpus in eccleſiam S. Euſebii (*ejuſdem ſedis primi, quem noverint, epiſcopi & martyris.*) Deinde repertum anno MCLXXXI, XVI Kal. Junii tranſtulêre cum pompa, ubi honorificè jacuit uſque ad hæc noſtra tempora, quibus iterum inventum, in eadem cathedrali honorificentiùs, populique incredibili concurſu collocârunt. *Quo anno ultima ejuſdem ſacri corporis ſolemnis illa elevatio contigerit, non reperio: Ughellus, qui hanc ſuis temporibus factam aſſerit, in ſuo epitaphio, tom.* I *Italiæ ſacræ recuſæ præfixo, obiiſſe dicitur anno Chriſti* 1670, *ætatis verò* 75; *atque adeo ea in ſeculum* XVII *videtur incidiſſe.*

B

ejus cultus

16 *Exſtat in Muſeo noſtro Proprium Vercellenſe anno* 1581 *ibidem excuſum, in quo gemina habetur* S. Æmiliani *memoria. Nam primò ad diem* XI *Septembris ejuſdem feſtum, natale haud dubiè, Officio ex communi confeſſoris pontificis præter Lectiones ſecundi Nocturni & antiphonas ad* Magnificat & Benedictus *ritu duplici per univerſam diœceſim quotannis celebrandum præſcribitur. Antiphona ad memoratum Canticum in utriſque Veſperis hæc eſt:* Beatus Æmilianus ſtudio pietatis exardeſcens, religioſorum monachorum ſtudia in eremo quadraginta annis æmulatus, in lege Domini, quæ eſt immaculatas convertens animas, meditabatur. *Ad* Benedictus *verò iſta:* Euangelicæ diſciplinæ inſtitutis conformatus, ſpirituque veritatis

C

infuſus, beatus Antiſtes verbo & exemplo gregi ſuo veſtigia impreſſit divini amoris. *De Lectionibus egimus ſuprà num.* 4.

in diœceſi Vercellenſi:

17 *Hoc idem Officium* in feſto Tranſlationis corporis S. Æmiliani, epiſcopi Vercellenſis confeſſoris *ſub ritu item duplici denuò recitandum præcipitur; at dies, qui, ut num.* 15 *ex Ferrerio vidimus, eſt* XVI *Kalendas Junii, hîc fortè per errorem omiſſus eſt. Ne quis tamen ſuſpicetur, ſancti Antiſtitis Officium tum temporis primùm introductum fuiſſe, obſervo, Joannem Franciſcum Bonomum, Vercellenſem epiſcopum, à quo ea Officia edita fuêre, cùm dixiſſet, ſeſe S. Euſebii, epiſcopi ac martyris Officium,* quod ... ex ejuſdem eccleſiæ conſuetudine agitur, .. ad ritus Romani præſcriptum *reduxiſſe, ac retinendum ſancire; dein ſubdere:* Idemque præterea de ſanctorum Honorati, Æmiliani & Petri, epiſcoporum Vercellenſium, ... Officio conſtituimus & decrevimus: *unde liquet, Joannem Franciſcum vetera Sanctorum eccleſiæ ſuæ Officia ad Romanum tantummodo ritum reduxiſſe.*

D

ubi ſeculo 12 miraculis claruit.

18 *De miraculis per Sancti invocationem impetratis, decretaque ſub finem ſeculi* XII *in ejuſdem honorem feſtivitate, quædam breviter annotata apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ reperio.* Miraculis etiam eum claruiſſe, *inquit*, ex eo probatur, quòd anno Domini MCXCII ob miracula, quæ in dies ad ejus tumulum fiebant, maximè verò quòd urbem ab imminenti flagello liberâſſet, B. Albertus epiſcopus, qui poſtea Hieroſolymorum epiſcopus fuit, unà cum clero hac die ex voto jam in ſynodo decretam feſtivitatem ſolemniter agendam decrevit. *B. Alberti Vitam à vetuſto auctore ſcriptam in Catalogo epiſcoporum Vercellenſium exhibet Ferrerius, ex eoque Papebrochius noſter in Actis ejuſdem Beati ad diem* VIII *Aprilis illuſtratis: verùm biographus ille, qui ſingularia ejus geſta non recenſet, hac de re nihil ſcriptum reliquit. Nihil etiam de ea habet Ferrerius, niſi quòd eo anno ſynodum celebraſſe dicat his verbis:* Anno MCXCII, feria IV, V & VI poſt Pentecoſten ſynodum habuit, in qua ſalubria eccleſiæ decreta edidit, quæ adhuc extant: *verùm decreta hæc, ex quibus tam de miraculis ad Sancti tumulum factis, quàm de* flagello *ab urbe averſo, aliqua forſitan lux affulſiſſet, conſulere mihi non licuit.*

E

Martyrologio Hiſpano perperam inſertus eſt.

19 *Priuſquam finem imponam, circa Hiſpanum Tamayi Martyrologium pauca obſervanda ſunt. Is ex ea opinione, quæ* S. Æmilianum *Vercellenſem epiſcopum in Hiſpania natum ſtatuit, occaſionem arripuit, eum ſacris Hiſpanorum Faſtis adſcribendi, & ad præſentem diem illum elogio ex Ferrarii Catalogo Sanctorum Italiæ deſumpto, ac nonnullis aliunde petitis exornat, ac deinde ſubdit:* En Acta, quæ nobis ſuppeditavit Ferrarius, nam apud ſcriptores noſtros nihil, niſi altum ſilentium. *Ipſe quoque rectiùs ſiluiſſet; nam, ut ſatis oſtenſum reor, ſancto Vercellenſi epiſcopo* Æmiliano *nihil cum Hiſpano illo eremita, qui in iſtis Actis memoratur, fuit commune; nec opus eſt eadem hîc denuò refutare.*

nec tranſlatio in eo memorata vera eſt.

20 *De tranſlata quoque in Hiſpaniam ſacri corporis parte ſic ait:* Cujus ſacrum corpus ibidem (*Vercellis*) honorificè ſepultum, per aliquot annos quievit, donec ejus pars maxima Vercellis Caſtrum Lybicum, ſeu Turrem-Palearum tranſlatum eſt. Quæ verò pars remanſerat apud Vercellas, cùm diu fuiſſet ignota, anno MCLXXXI reperta, in cathedralem baſilicam collocata, ibidem honorificè colitur. *Hujus tranſlationis auctorem unum habet ſuppoſititium Helecam, cujus verba num.* 9 *dedimus, quæ nos morari non debent, ipſique ſuſpecta fuêre Bivario, ut ibidem oſtenſum eſt. Hinc idem auctor ibidem ſuſpicatur, miracula, quæ in apſide templi Turris-Palearum depicta ſunt, ad alium pariter Æmilianum ſpectare, ob quam opinionem à Tamayo reprehenditur. At cujuſcumque illa ſint, mihi illa tranſlatio pro fabulâ habebitur, donec alia, quam Helecæ monumenta produxerint.*

F

A

AUCTORE J. S.

DE S. ALMIRO PRESB. ET ABBATE

PROPE VICUM GREZ IN PROVINCIA CENOMANENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Acta conſcripta : cultus Sancti : Actorum fides probata : dubia aliqua examinata : S. Avitus, qui in illis memoratur, non diſtinguendus ab Avito Miciacenſi.

CIRCA AN. DLX. *Vitæ Sancti varia exemplaria :* B

Vitam S. Almiri, *ex qua & alii quidam ipſius ſocii innoteſcunt, jam vulgavit Labbeus noſter in Bibliotheca Manuſcriptorum tom. 2 pag. 469 & ſequentibus. Eamdem quoque habemus in variis exemplaribus Mss., quæ ad Majores noſtros olim à diverſis fuerunt tranſmiſſa. Primum apographum accepimus ex Ms. Andreæ du Cheſne hiſtoriographi notiſſimi : alterum communicavit Chiffletius noſter ſcriptis ſuis item notus : tertium, ex codice Aniſolano ſcriptum à Domino Aubert ejuſdem loci Religioſo, huc miſit P. Joannes Dardes ; & quartum demum alius è noſtris Pariſiis huc deſtinavit ſine notitia codicis, ex quo fuit deſcriptum. Omnia hæc apographa inter ſe & cum Labbei editione contuli, rectéque conſentientia reperi, exceptis quibuſdam vocum tranſpoſitionibus aut mutationibus leviuſculis, quæ ſenſum non mutant. Quapropter, cùm in ſingulis menda aliquot vitio tranſcribentium eſſe videantur, quæ non reperiuntur in omnibus, correctiora ex ſingulis dabo, moneboque de aliorum exemplarium diverſitate, ubi videbitur operæ pretium.*

C

2 *Memoriam* S. Almiri *in vetuſtis Martyrologiis non reperio ; ſed eam prolixo elogio, quod concinnatum eſt ex Vita, annuntiat Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Breviùs id ipſum facit Caſtellanus in Martyrologio Univerſali his verbis :* Inter Grez *(vicum)* & amnem Brigam * in provincia Cenomanenſi S. Almeri confeſſoris. *Porrò ſanctitatem* Almiri *agnitam fuiſſe & cultam eodem, quo defunctus eſt, ſeculo* VI, *liquet ex Vita ipſa, in qua* Sancti *titulo ſemper gaudet ; quæque eodem ſeculo fuit exarata. Præterea* ſancti Almiri *cellula memoratur in Geſtis Cenomanenſium epiſcoporum cap.* 19, *& rurſum cap.* 21 *in diplomate Caroli Magni. Feſtivitatem verò* S. Almiri *ipſo hoc die* XI *Septembris, quo obiit, celebrari, docent obſervationes apographis meis adjectæ. Nam Aniſolanum hoc titulo inſignitur :* Vita S. Almiri confeſſoris, SS. Aviti & Karilephi diſcipuli. Feſtum ejus celebratur III Idus Sep. *Aliud haſce præfert annotationes :* Vita ſancti Almiri confeſſoris, ſanctorum Aviti & Carilephi diſcipuli, eccleſiæ de Greſſu (vulgò de Grez) patroni : qui vixit temporibus Childeberti ac Lotharii regum Galliæ, deſumpta ex manuſcripto veteri, quod ſervatum hactenus in monaſterio de Pietate Dei ſeu Spalenſi juxta Cœnomanum, quod vulgò dicitur Leſpau, Ordinis Ciſtertienſis. Cujus extat pars, ſed mutilata & manca, in prædicta eccleſia S. Almiri de Greſſu juxta Montem-mirabilem *, ſeu injuriâ temporis, ſeu incuriâ eorum, qui hujus eccleſiæ curam olim geſſerunt. Feſtum ejus celebratur III Idus, hoc eſt, undecima die Septembris.

ejuſdem memoria in Faſtis neotericis, & cultus vetuſtus : * Braie

* Monmirail E

3 *Jam verò oſtendere oportet, quanta dictorum Actorum videatur eſſe auctoritas, præſertim cùm Sollerius noſter ad* 1 *Julii in S. Carileſo* § 2 *utcumque de fide illorum dubitaverit. Auctor mox in prologo indicat, ſe ſcribere in diœceſi Cenomanenſi, in qua* S. Almirus *vixerat, & eodem ſeculo* VI, *quo ibidem floruerat ; quin & ſub eodem epiſcopo Domnolo, qua ſedente Sanctus obierat : ait enim ſe id facere,* imperante B. Domnolo *epiſcopo ſuo, qui cathedram Cenomanenſem adminiſtravit inter medium & finem ſeculi* VI. *Itaque biographus aut planè contemporaneus fuit Sancto, aut certè eidem proximus. Ætas igitur & locus, quo Vita fuit compoſita, pleniſſimam ei fidem conciliare videntur. Nihil quoque in ea reperio, quod juſtam impoſturæ ſuſpicionem ingerat, cùm optimè congruat cum Vitis SS. Aviti & Carileſi, quarum prima data eſt ad* XVII *Junii, altera ad* 1 *Julii.*

Vita ſcripta ab auctore ſynchrono aut quaſi ſynchrono :

F

4 *Verumtamen ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ qualemcumque Sollerii noſtri dubitationem tam avidè arripuerunt, & in certam opinationem mutaverunt, ut aſſerant auctorem hujus Vitæ impoſtorem eſſe, Vitamque ipſam non niſi centonem ex variis Vitis malè conſutam. At meo judicio hæc accuſatio rectiùs cadit in Vitam illam, ex qua præcipuè hanc oppugnant ; nimirum in Vitam* S. *Conſtantiniani, quam ex variis conſarcinatam mox oſtendam. Laudati ſcriptores tom.* 3 *pag.* 408 *exiſtimant, Vitam S. Conſtantiniani ſcriptam eſſe circa finem ſeculi* VI *per presbyterum aliquem Cenomanenſem ; Vitam verò* S. Almiri *ſeculo uno & medio circiter ſeriùs eſſe ſcriptam, & initium Vitæ S. Conſtantiniani fuiſſe tranſlatum ad Vitam* S. Almiri : *nam Labbeus tom.* 2 *Bibliothecæ pag.* 515, *daturus Vitam S. Conſtantiniani, obſervat idem ejus eſſe initium cum initio Vitæ* S. Almiri. *Conſului igitur Vitam S. Conſtantiniani Ms., ſive apographa in ſcriniis noſtris ſervata ; claréque vidi initium dictæ Vitæ ex Vita* S. Almiri *deſumptum eſſe, licèt aliàs ſit multo brevius. Obſervavi ſecundò, miracula, quæ referuntur in Vita S.*

ejus initium non eſt mutuatum ex Vita S. Conſtantiniani, ſed contrà hæc ex variis conſarcinata eſt :

AUCTORE J. S.

Constantiniani, partim sumpta esse ex Vita S. Ernei abbatis, quæ data est ad IX *Augusti, partim ex Vita S. Alnei abbatis, quæ hoc ipso die dabitur. Postremum hoc etiam vidit Mabillonius, dum tom* I *Annalium pag* 79 *ita scripsit:* De sancto Constantiniano nihil certum afferri potest, quippe cujus gesta cum actis sancti Alnei confunduntur: *Quare nequaquam dubitari potest, quin Vita S. Constantiniani consarcinata sit ex tribus Vitis memoratis, idque ab impostore verisimiliter non admodùm antiquo.*

aliæ quoque objectiones fidem Vitæ S. Almiri non evertunt; licèt fortè uno loco sit interpolata.

5 *Itaque ex vita Constantiniani nequit improbari Vita* S. Almiri, *quemadmodum nec Vitæ SS. Ernei & Alnei ex illo plagio detrimentum patiuntur, sed sola S. Constantiniani Vita ex hisce improbanda est. Verùm laudati scriptores Historiæ litterariæ tom.* 5 *pag.* 151 *alia etiam objiciunt; pro iisque laudant Sollerium nostrum, qui in Carilefo tom.* I *Julii pag.* 88 *ita loquitur:* Hic verò anonymus (*scriptor Vitæ* S. Almiri) nisi per turpissimum flagitium imponere nobis voluerit, aut quispiam alius fidei non minùs sublestæ ejus scripta interpolaverit, auctor idem ipse est, qui primam S. Carilefi Vitam edidit. *Deinde num.* 18 *ait se de veritate unius articuli dubitare. Dubitatio autem Sollerii maximè cadebat in illa in-*

B

strumenta chartarum, quæ num. 7 *dicuntur facta à SS. Innocente & Carilefo, & in Vitas, quas idem auctor scripsisse asseritur. Sanè omnia illa, quæ num.* 7 *habentur, talia sunt, ut facilè intrudi potuerint, parùmque spectent ad propositum auctoris: ideoque suspecta hæc esse possunt de interpolatione. Id unum est, quod voluit Sollerius, idque lubens admitto. At non video ea de causa auctoritatem totius Vitæ in dubium meritò vocari posse. Id tamen faciunt laudati scriptores, dum ajunt, scriptorem non posse esse seculi* VI, *quia citat Gesta episcoporum Cenomanensium, & Vitas aliquas. Verùm jam adverti articulum illum, in quo Gesta illa citantur, utcumque suspectum esse de interpolatione, ideoque nihil evinci contra biographum. Præterea auctor impostura convinci non posset, etsi illa omnia certò ipsius essent: nam, ut illi ipsi observant pag.* 144, *jam aliqua Gesta Cenomanensium episcoporum scripta erant tempore Innocentis & Domnoli. Quare illa ipsa laudare poterat auctor, sicut laudat Vitas eo tempore scriptas SS. Aviti, Carilefi & aliorum, quod frustra objicitur.*

C

Variæ observationes: Almirus presbyter fuisse videtur & abbas:

6 *Nunc, priusquam Acta ipsa subjiciam, nonnulla juverit examinare dubitationem ingerentia. Primò, etiamsi auctor id clarè non edicat, probabilius putem omnes S. Aviti socios, de quibus in hac Vita agitur, fuisse primùm monachos in cœnobio Menatensi in Arvernia. Rationes allegavi ad* IX *Septembris in Ulfacio num.* 2. *Secundò* S. Almirum *fuisse presbyterum ordinatum, quando degebat in cœnobio Miciacensi, mihi planè persuadeo, cùm ex iis, quæ in Vita leguntur num.* 3, *tum ex officio prædicandi verbum Dei, quod jussu S. Innocentis strenuè obivit, tum demum ex condita ecclesia & monachorum congregatione, quam gubernavit. Tertiò eadem de causa* abbas *meritò vocari potest, quemadmodum successor ipsius* abbas *dicitur num.* 12. *Quartò nequaquam mihi dubitandum videtur, quin S. Avitus, cui initio subditus fuit* S. Almirus, *idem sit cum S. Avito abbate Miciacensi, S. Maximini successore, licèt de præfectura ipsius Miciacensi, quæ perbrevis fuit, nihil planè in hac Vita dicatur: nam in propria S. Aviti Vita, ad* XVII *Junii data, tam accuratè omnes ipsius habitationes exponuntur, nimirum primùm in monasterio Menatensi, deinde in Miciacensi, tertiò in solitudine Segoloniæ, quartò iterum in monasterio Miciacensi, quòd abbas esset electus, ac demum quintò in solitudine, ubi Piciacense erectum est cœnobium, aliàs* cella S. Aviti dictum; *tam clarè, inquam, omnes hæ* S. Aviti *mansiones, enumerantur, ut necesse sit Vitam hanc non fuisse satis expensam ab eo, qui Avitum Miciacensem abbatem ab Avito abbate Perticensi molitur secernere.*

D

S. Avitus Miciacensis non rectè distinguitur à Perticensi,

7 *Sanè Acta S. Aviti non satis expenderat Mabillonius, quando seculo* I *Benedict. pag.* 613 *&* 614 *unicum Avitum conjecturis quibusdam in duos dispescere voluit; nec ea consideraverat Ruinartius, dum in annotatis ad S. Gregorium Turonensem col.* 979 *in eam opinionem se propendere ostendit. Imò ne tunc quidem, opinor, viderat Mabillonius Acta illa, prout ab Henschenio illustrata sunt, quando tom.* I *Annalium pag.* 79 *priorem suam sententiam repetiit: nam tomus ille prodiit tantùm biennio post tomum nostrum* III *Junii, in quo edita est S. Aviti Vita. Hæc observanda censui cùm in gratiam Mabillonii & Ruinartii, quorum errori eò facilius ignosci potest, tum quia video clarissimum Georgium illorum auctoritate motum, in annotatis suis ad Adonis Martyrologium die* XVII *Junii &* XIX *Decembris ita de hisce disputare, acsi ambigua esset controversia. At si laudatus Georgius Vitam S. Aviti tam studiosè considerâsset, quàm illam perlustrârunt Scriptores Benedictini, qui hoc tempore edunt Historiam litterariam Franciæ tom.* 3 *pag.* 266 *& seq.; & editores hodierni Galliæ Christianæ tom.* 8 *col.* 1290 *& seq., idem verisimiliter de S. Avito unico tulisset judicium.*

E

ut agnoscunt novissimi scriptores Benedictini: etsi Avitus ille

8 *Audiamus, quo hi modo de illis loquantur.* Duos, *inquiunt,* hujus nominis abbates distinxit post Baronium Mabillonius noster, alterum Miciacensem, Perticensem alterum, levibus sanè conjecturis fultus, quas mirum est doctum & intelligentem virum ipsorum sanctissimi abbatis Actorum, quæ habebat præ manibus, auctoritati præposuisse. *Expensis verò Mabillonii rationibus, ita concludunt:* Illud igitur quasi compertum habeamus, unicum fuisse Avitum, primò Miciacensem, deinde Perticensem, hoc est, Piciacensem in Pertico abbatem. *Non minùs clarè sententiam suam Gallicè exprimunt laudati scriptores Historiæ litterariæ, dum pag.* 267 *asserunt, errorem de duobus Avitis ex data per Henschenium Aviti Vita correctum esse. Idem judicium tanto promptiùs ferre poterat Georgius, quanto facilius animadvertere poterat in illustrando Adone, primum & præcipuum Mabillonii argumentum nullius esse momenti. Quippe Mabillonius primum argumentum desumit ex Adonis Martyrologio Ms. Sangermanensi, in quo S. Avitus annuntiatur ad* XVII *Junii, & iterum ad* XIX *Decembris, verbis ita utcumque diversis, ut tamen omnia eidem congruant Avito.*

F

bis habeatur in aliquot Mss. Martyrologiis Adonis; non videtur bis ab ipso Adone memoratus.

9 *Facilè autem advertisset Georgius, annuntiationem illam Aviti, quæ legitur* XVII *Junii, Adonis non videri, cùm à Mosandro & Rosweydo in appendicem rejecta sit, nisi pro tribus aut quatuor codicibus, quorum nullus, ipso etiam judice, seculo* XI *vetustior fuit, vehementer pugnare voluisset, verbis tamen magis quàm ratio-*

A *rationibus. Verùm verba laudati Georgii numquam efficient, ut nos credamus omnia illa, quæ Mabillonius adduxit ex codice Sangermanensi, & quæ Georgius ex ſuis codicibus poſt textum editionis Roſweydi in variis lectionibus adjecit, genuina eſſe Adonis. Imò potiùs credere pergemus pleraque eſſe Adoni poſtmodùm adjecta, quemadmodum de S. Avito ad* XVII *Junii omnino exiſtimo, & de pluribus aliis exiſtimabo, donec quis ſolidis rationibus contrarium evicerit. Ceterùm, ſive S. Avitus uno tantùm aut gemino loco annuntiatus ſit apud Adonem, nequit efficere Adonis auctoritas, ut geminus meritò credatur, quem Vita Adone longè antiquior unicum eſſe evincit. Alias Mabillonii rationes vide refutatas apud laudatos Gallia Chriſtiana ſcriptores.*

VITA

B

auctore anonymo ferè contemporaneo

Ex quatuor Mss. & editione Labbei collatis.

PROLOGUS.

Ratio ſcribendi.

COmpulſi à Fratribus, imperante etiam pontifice noſtro beato Domnolo *a*, ſcribere Vitam ſancti Almiri, ne inobedientes appareamus, adjuvante Spiritu ſancto, qui in prædicto Sancto requievit, ſtylo licet tenui *b* aggredimur. Præcipiente quippe Domino noſtro Jeſu Chriſto legimus ſic: Aperi os tuum, & adimplebo illud. Idcircò recitanda ſunt, quæ in exemplum bonæ actionis divulgata, lucrum faciunt animarum, atque ſuis imitatoribus procul dubio proficiunt in augmentum *

a

b

** al.* augmentis

C

ANNOTATA.

a *De S. Domnolo epiſcopo Cenomanenſi actum eſt ad 16 Maii, ubi obitus ipſius figitur anno 581, ſed deinde ipſe Papebrochius ad 19 Junii in Innocente, ubi chronotaxim Cenomanenſium epiſcoporum ordinat, obitum Domnoli figit anno 583. Nam de ipſius anno emortuali inter ſcriptores non convenit.*

b *In editione Labbei & uno Ms. legitur meudosè*, ſtylo ſuo tenui.

CAPUT I.

Aliqua de patria, variiſque habitationibus Almiri, & aliorum aliquot Sanctorum.

Sancti varii in pago Cenomanenſi ſolitariam vitam amplectuntur; a

REgnantibus atque gubernantibus Childeberto atque Clotario *a* fratre ejus monarchiam regni Francorum & fervente Chriſtiani-

tatis cultûs augmento, quidam ſanctæ vitæ deſiderio divino accenſi, relinquentes patriam ſuam, parentes, prædia, & omnia, atque propria monaſteria deſerentes, arctioremque quærentes vitam, veniunt in pagum Cenomanicum *b*. Ex quibus quidam juxta eremum Partici *c*; quidam verò per alia loca ſtirpare *d* propriis manibus laboraverunt, quæ Domino largiente ab ejuſdem parochiæ epiſcopo Innocente ſuis precibus impetraverant. Inter quos primi fuerunt ſanctus Avitus, & ſanctus Carilephus *e*. Hi verò * calore fidei inflammati, & divino amore accenſi, peregrinando venerunt. Quidam etiam * eos poſtea ſequuti ſunt: quidam autem & eis conjuncti venerunt in prædictum pagum Cenomanicum, id eſt, ſanctus Almirus, ſanctus Ulphacius *f*, ſanctus Boamirus *g*, & Senardus *h*, cum aliis ſociis, & reliquis ſubditis ac diſcipulis eorum. Erant enim, ut dictum eſt, ſanctus Carilephus & ſanctus Avitus primi & magiſtri eorum; Avito verò omnes obediebant, quia hæc facere inter ſe decreverant; & quidquid ipſe eis præciperet, libenter implere cupiebant. Ad ejus quoque conſilium & imperium reliqui recurrebant, & ſibi ille ſive in vaſta eremi ſolitudine, ſive in aliis locis cellulas ædificare præcipiebat, vel ubi eos ſtirpare, & novalia facere hortabatur, ibi ea cum eorum diſcipulis operari benigniter ſatagebant.

A. ANONYMO.

* *Lab.* divinitùs

b

c

d

e

* *Lab.* enimverò

* *al.* enimverò

* *al.* ex

f g h

E

i

3 Ibi enim tempore ſupradictorum regum Francorum, id eſt, Childeberti & Clotarii ejus fratris, qui valdè Dei ſervos, & peregrinos, atque maximè communem vitam ſtudentes ducere diligebant, præfati ſancti viri ab Aquitania exeuntes, & maximè de pago Arvernico *k* pro Chriſto exules facti, Aurelianis veniunt, ibique cum ſancto Maximino haud longè ab urbe prædicta eo tempore ſub ſancta regula orantes, quidam ſacerdotes jam confecrati erant. Demum ergo, Domino ducente *l*, ad pagum Cenomanicum properant *m*, & juxta eremum, quæ Particus dicitur, in locis abditis latitant, & opere manuum ſuarum vivere ſatagunt, orantes ac deprecantes die noctuque obnixis precibus, flexiſque poplitibus Deum cæli, ut alia loca & benè apta invenire valerent, in quibus ſinguli ſingulas cellulas ædificantes, animas diabolicâ fraude deceptas, in eis Domino favente, ſub ſancta regula lucrari mererentur. Quorum preces & lacrymabiles orationes Dominus exaudiens, eis petita clementer conceſſit, atque deſideria eorum ſuâ gratiſſimâ clementiâ adimplevit. Quorum fama vulgata eſt, quia diu latêre non potuit, nec Dominus eam ſub modio abſcondere voluit, ſed ut ſuper candelabrum luceret, omneſque in domo Dei habitantes, lumen eorum viderent, & bonis eorum exemplis informarentur, atque eorum converſatione inſtruerentur, & multi per eorum exempla ad vitam pervenire mererentur æternam.

hi nati in Arvernia priùs veniunt ad cœnobium Miciacenſe, indeque in eremum

k

l

m

F

4 Mox verò ut memoratus ſanctus Innocens *n*, qui eodem tempore in prædicto pago Cenomanico epiſcopus erat, eandem famam audivit, miſit ad eos ſuam conſolatoriam epiſtolam, & ſuum ſacerdotem, nomine Benedictum, ut interrogans * eos diligenter inquirat, cujus converſationis eſſent, aut unde venirent, vel quid agere proponerent; intimans etiam eis, quòd ſi in eadem parochia morari, vel cellulas conſtruere, ut ei dictum erat, vellent, ipſe eis loca daret, in quibus ſecundùm profeſſionem eorum hæc eadem perficere, Domino auxilian-

benignè excepti à S. Innocente epiſcopo

n

* *al.* interrogando

A. ANONYMO. te, possent. Mox autem ut prædicti sancti viri talem nuntium viderunt, cognoverunt à Domino Deo eorum preces exauditas esse, & prædicto episcopo hoc ad eorum consolationem esse inspiratum, immensas Deo gratias, & flexis genibus, & extensis manibus ad cælum referunt, quòd * exaudire eos, & consolari dignatus est. Per ipsum autem præfatum sacerdotem dicto episcopo etiam gratias referunt, mandantque ut quidquid ipse juberet, in quantum Deus dederit, voluntariè adimplerent. Intimant etiam auditâ ejus sanctitatis famâ se illuc adventâsse, & ut servi domino, in omnibus sibi * obedire velle.

* *al.* qui

* *i. e.* ipsi

eique promittentes obedientiam,

5 Quorum voluntatem ut memoratus sanctus Innocens audivit, qui antequam eorum obedientiam audiret, graviter id ferebat, & admodùm eos arguebat, quare absque ejus licentia & consilio sua in parochia quidam eorum jam oratoria ædificare inciperent, sicut alibi de sancto Carilepho legitur. Postquam, ut prædictum est, supradictus episcopus eorum studium atque obedientiam audivit, & non eos stolidos & inobedientes esse velle, sed religiosos & obedientes esse per omnia cognovit, Conedratio *o* vico

B canonico quosdam eorum obviàm sibi venire præcepit, & eos gaudenter suscipiens, atque super colla eorum irruens deosculatus est, omnemque humanitatem, ut episcopum decet, eis ostendit. Postea verò cantavit Missam, benedixitque eos, atque sanctâ Eucharistiâ eos ad extremum confirmavit. Denique autem unà solverunt jejunium, atque cibis simul confortati sunt. Tunc itaque dedit eis potestatem in sua parochia prædicandi, & homines ad sanctam atque communem sive regularem vitam convertendi, & ubicumque vellent in sua parochia, & in quocumque territorio suæ sedis ecclesiæ cellulas ædificarent.

cellulas sibi variis in locis construunt,

p

6 Voluit enim eis statim loca dare ad memorata Dei servitia peragenda. Sed ipsi petierunt spatium usque dum cum sancto Avito *p* eorum magistro, & cum aliis eorum sociis hæc diligenter considerarent, & demùm libenter ejus jussa & voluntatem explerent. Unde postea simul convenientes omnes per triduum, interveniente jejunio & oratione, hæc considerantes, consilium ceperunt, ut licentiâ & authoritate præfati episcopi quærerent loca, ubi singuli singulas ædificarent ecclesias. Unde factum est, Domino opem ferente, ut sanctus Carilephus Dei sacerdos locum ad cellulam sibi ædificandam unà cum sibi subditis dum quæreret, inveniret locum amœnum super fluvium Anisolam *q*, in territorio sanctæ Cenomanicæ matris

C

q

ecclesiæ, ubi, Domino auxiliante, sibi cœpit cellulam ædificare, quâ ipse modò corpore quiescit; qui locus à nomine ejusdem fluminis Anisolæ nominatur. Nam sanctus Avitus jam sibi locum habebat inventum, in quo & ipse cellulam ædificavit, qui locus usque in hodiernum diem Cellula sancti Aviti nominatur.

opem ferente S. Innocente.

r

7 Qualiter autem sanctus Carilephus cum prædicto sancto Innocente episcopo egerit, & quales cohærentias habuerunt, vel qualia instrumenta chartarum *r* simul fecerunt, in eorum Opusculis, sive in Gestis pontificalibus Cenomanicæ urbis hactenus insertum habetur. Similiter & qualiter cum sancto Avito egerit, aliquid in eorum Vitis olim conscripsimus; & ideò hic non est opus tangere *, neque, ut * mihi videtur inferere. Sed si quis ea pleniter scire desiderat, prædicta Opuscula legat, & sic inveniet. Deinde namque authoritate & largitione memorati episcopi, & consilio sancti Aviti eorum magistri, quæsierunt illa loca, quæ postea ædificaverunt, sive * quibus cellulas, opem eis non modicam prædicto sancto Innocente episcopo ferente, construxerunt, in quibus & corporaliter modò requiescunt; quibus in locis jam repertis sub sancta Regula Fratres congregaverunt, & vivere regulariter docuerunt, sicut usque in hodiernum diem, Domino opitulante, regulariter studeant.

D

* *al.* sine

* *al.* tangendi

* *al.* ut *omissum*

ANNOTATA.

a *Filii hi sunt Clodovei I, qui moriens regnum suum divisit quatuòr filiis, nimirum Theodorico, Chlodomiro, Childeberto & Clotario. At Chlodomirus ex hisce primus obiit, deinde & Theodoricus ejusque successores, quando Childebertus & Clotarius adhuc vivebant, & sic hi annis aliquot regnum administrârunt in duas partes divisum. Verùm nequit intelligi tempus illud, quo soli regnabant Childebertus & Clotarius, cùm Theodebertus & deinde Theodebaldus, successores Theodorici, partem regni habuerint, & regnaverit horum ultimus ultra medium seculi 6. Quare non alia de causa Childebertum & Clotarium solos nominatos existimo, quàm quòd hi pagum Cenomanicum obtinuissent eo tempore, quo illuc plures venerunt: Childebertus autem illum in sua parte habuit, saltem post mortem Chlodomiri; mortuo autem Childeberto, Clotarius totam possedit Galliam.*

E

b Pagus Cenomanicus *aut* Cenomanensis, *vulgò* le Maine, *etiamnum suo nomine notus est in Gallia.*

c Perticus, *aut* Particus, *vulgo le* Perche, *provincia est Cenomanensi contermina. De saltu & pago Pertico varia accumulavit Valesius in Notitia Galliarum pag.* 445, *ubi etiam ostendit, partem agri Pertici esse in diœcesi Cenomanensi, partem etiam in Carnotensi.*

d Stirpare, *quod hîc significat,* excolere *aut ad usum suum accommodare, in omnibus Mss. legitur. At Labbeus edidit,* exstirpare.

e *Vitam S. Aviti vide ad* 17 *Junii, & S. Carilesi ad* 1 *Julii.*

f *De S. Ulfacio aut Ulphacio, ut in omnibus Mss. vocatur, licèt apud Labbeum sit* Wlphacius, *differui ad* 9 *Septembris.*

g *In uno Ms. vocatur* Boumirus. *Corvaiserius in Historia episcoporum Cenomanensium pag.* 131 *&* 132 *post Boamirum, quem die* 3 *Novembris obiisse dicit, recenset Boamaldum tamquam ab eo distinctum, qui colitur* 4 *Augusti. De S. Baumado, Tutelæ ob reliquias eò translatas culto, ad* 4 *Augusti egit Sollerius noster, sed breviter. Restat igitur investigandum ad* 3 *Novembris, an Boamirus, cujus exstat Vita, à Baumado distinguatur.*

h *Apud Labbeum & in duobus apographis nomini* Senardus *item præponitur* S., *id est,* sanctus. *At in aliis duobus titulus ille omnino omittitur. Ego idcirco omittendum credidi, præsertim cùm nomen Senardi in nullis reperiam Fastis, nec quidquam de eo inveniam apud Corvaiserium aut Bondonetum. Attamen in carmine illo, quod Mabillonius edidit sec.* 1 *Benedict. ante Acta S. Maximini Miciacensis pag.* 581 Senardus *memoratur inter Sanctos Miciacenses; sed*

A *ſed neſcio, utrum de hoc agatur an de alio. Locum Senardo libenter in Opere noſtro dabimus, ubi conſtiterit de cultu.*

i *Legitur quidem* ſibi *etiam in Mss.*, *ſed exiſtimo legendum eſſe* ubi: *ſic enim phraſis erit perfecta.*

k *Ex cœnobio videlicet Menatenſi in Arvernia Aurelianos, & deinde ad vicinum cœnobium Miciacenſe venerunt Avitus & Carileſus; idemque etiam de aliis dici videtur. Hinc in Commentario num.* 3 *monui omnes probabiliùs in cœnobio Menatenſi vitam monaſticam fuiſſe exorſos. Adveniſſe dicuntur Miciacum tempore Childeberti & Clotarii, ſed minùs accuratè, cùm haud dubiè venerint ante mortem Chlodomiri Francorum Aurelianenſium regis, qui anno* 524 *in prælio occubuit: nam Miciacum venerunt ante mortem S. Maximini, quam Mabillonius figit circa annum* 520.

l *Hic apud Labbeum & in uno apographo deſunt hæ voces:* jam conſecrati erant. Demum ergo, Domino ducente. *At illa leguntur in tribus aliis Mss. Porrò SS. Avitum & Carileſum,*
B *Miciaci dum degebant, presbyteros fuiſſe conſecratos, ex Vitis ipſorum conſtat. Suſpicor &* S. Almirum *ibidem ſacerdotio fuiſſe initiatum; niſi id deinde factum ſit ab Innocente Cenomanenſi. Certè geſta ipſius innuunt presbyterum fuiſſe.*

m *Eò veniſſe S. Avitum cum ſociis* anno 523, vel ineunte ſaltem anno 524, *oſtendere nituntur laudati ſcriptores Galliæ Chriſtianæ tom.* 8 *col.* 1292 *ex Vita S. Leobini Carnotenſis epiſcopi, qui S. Avitum bis inviſiſſe dicitur, quando degebat in Pertico. Rationes, quæ mihi probabiles apparent magis quàm certæ, ibidem videri poſſunt.*

n *Acta S. Innocentis epiſcopi Cenomanenſis dedit Papebrochius noſter ad* 19 *Junii, obitumque ejus fixit anno* 542.

o *Corvaiſierius locum Gallicè vocat* Conneray, *ſed agit ibi de S. Carileſo ſolo.*

p *S. Avitus hiſce igitur non aderat, quia ipſius cellula erat in diœceſi Carnotenſi, cui incluſum erat Piciacum, nunc abbatia feminarum, dicta* ſanctus Avitus Caſtrodunenſis.

C q Aniſola, *Gallicè* Anille, *modicus eſt fluvius, qui nomen dedit cœnobio Aniſolenſi, quod modò communiùs à fundatore* S. Carileſi *dicitur, vulgo* S. Cales *aut* S. Calais.

r *De hiſce revera non pauca leguntur in Geſtis epiſcoporum Cenomanenſium, quæ in Analectis veteribus edidit Mabillonius. Verùm obſervavi in Commentario totum hunc numerum utcumque de interpolatione ſuſpectum videri.*

CAPUT II.

S. Almiri geſta, miracula, mors & ſepultura.

Monaſterium ſtructum & monachi congregati: virtutes: miraculum: a

SAnctus itaque Almirus locum, qui hodie Greſſus *a* nominatur, oratione invenit, & largitione prædicti epiſcopi adeptus eſt. Qui locus à quadam petra, quæ ibi inventa eſt, ad eorum acuenda ferramenta, ita nomen accepit, & retinet uſque in hodiernum diem, quem largitate epiſcopi memorati, ut dictum eſt, accepit, atque ejus adjutorio ibidem monaſterium in honore beatæ Mariæ & ſancti Petri fecit, & monachos ſub ſancta Regula degentes quadraginta ibi, exceptis reliquis diſcipulis & famulis, congregavit. Qui tam laudabilem vitam ibi Domini auxilio, unà cum ſubditis ſibi monachulis duxit, ut etiam virtutes per eum Dominus operatus ſit. Cujus virtutum miracula non diſſimulando dignum pertranſire duximus: ſed de pluribus pauca calamo nobis ſcribere imperavimus; ſi autem ſingula perſequamur ejus virtutum miracula, erit ſuperfluus modus in pagina. Quis enim condignè repetat tanti Viri prodigia? Quis, quanta virtus verborum ab ejus ore proceſſerat? Quanta vigiliarum atque abſtinentiarum, cæterarumque virtutum eſſet conſtantia, nec humanus poteſt explicare ſenſus, nec ſtylus proſequi; ſed Dominus ſolus novit, qui omnia largitus eſt. Quadam autem die obedientiam cum Fratribus juxta prædictam cellulam ſancto Almiro faciente contigit, ut ingens pluvia irrueret ſuper eos: quam omnes fugientes, in quadam domuncula ſe abſconderunt, & ſanctus Almirus ſolus in ſua obedientia *b* permanſit, *b*
quem nec pluviæ ipſius gutta tetigit, ſed illos, E
qui confugerant, eorumque obedientiam dimiſerant, ita eſt perſecuta, ut nec domus eos liberaret. Ubi etiam apparet quantùm valet obedientiæ diſciplina.

A. ANONYMO.

energumena liberata.

9 Dehinc cæleſtibus donis cum ætate creſcentibus, fervebat memoratus Pater pietatis intuitu, coruſcabat inter Fratres obedientiæ radiis, præcellebat ſanctæ charitatis luce ornatus: quoniam ſicut erat ad vitia eradicanda ſtrenuus, ita ad dona cæleſtia impertienda * ſollicitus. Eſt autem hoc inter reliqua venerabile documentum, quòd ejus meritis claruit in noſtro oppido tempore conſequenti. Quædam verò mulier dum arrepta à maligno ſpiritu, beatiſſimo Almiro præſentaretur, & pectus percutiens, linguâ & ore ſpumans frenderet, & in omnes blaſphemias cunctos irridens debaccharetur, contigit ut dæmon, qui eam arripuerat, ſe celare vellet, quod fieri Dominus non permiſit. Tum dæmon cognoſcens ſe non poſſe celare, incidit in aures ejus, in ſimilitudinem globiculi. Cujus verſutiam Sanctus Spiritu Domini agnoſcens, fecit ſignum Crucis, & increpans eum, dixit: Cur, dæmon, hominem, quem non feciſti, F
perdere feſtinas? Ad cujus increpationem inimicus ille durare non potuit, ſed ſignaculo confuſus Crucis, cum ingenti terrore exivit, & ſic meritis præfati ſancti Almiri anima & corpus ejuſdem fœminæ liberata ſunt, ipſaque incolumis ad propria remeavit.

* *al.* impetranda & interponenda

Dum prædicat contra illicita conjugia, aliquis ei minitans, ſubitò punitur,

10 Huic autem à præfixo epiſcopo verbum prædicationis commiſſum erat, qui reliquos promiſſione regni cæleſtis invitans, non ceſſabat in plebe verba veritatis cum fructu fidei redundantia ſeminare. Hinc factum eſt, ut inceſtarum nuptiarum, & execrabilium copulationum vincula diſſolvens, quanta pro his ſuſtinuerit, nullus dignè potuit explicare, præſertim cùm pro his & pro cæteris juſtitiæ fructibus martyr effici cupiens *, ſi non defuiſſet manus interfectoris: ſed procul dubio palmam martyrii meruit, qui voti deſideria non abſcondit. Quidam autem vir magnis opibus ditatus, & armorum apparatu locupletatus, nomine Leo, qui ſæpiſſimè memoratum Almirum volebat aut per ſe, aut per aliquem interimere clàm aut manifeſtè, quadam die, dum ad epulum cum multis nobilibus reſideret,

* *i. e.* caperet

A. ANONYMO

sideret, cœpit blasphemare, & multis infamiis sanctum Dei Almirum onerare: qui dum hoc ageret, à quodam interrogatur, si præsens adesset, quid de eo faceret? Qui furibundè respondens, & elevans manus, ait: Sic eum percuterem, si ante nos hìc esset. Cujus manus statim aruit, & sic contracta est coram omnibus, ut nec ad se retrahere valeret. Quod videntes cuncti circumstantes, dicebant nutu Dei hoc accidisse propter odium, quod erga Sanctum Dei post ejus sanctam admonitionem conceperat.

sed hunc, pœnitentiâ congruâ correctum, Sanctus deinde sanat.

11 Unde factum est, ut multi, qui suas proximas *c* habebant, se corrigentes dimitterent, & prædicto sancto Viro in omnibus obedientes fierent, & quidquid eis præcipiebat, libenter pro viribus observabant. Memoratum itaque virum debilem Leonem cum magnis muneribus ad sanctum Almirum sui amici & propinqui adducentes, & humiliter prostrati, deprecati sunt, ut pro eo oraret, suisque precibus eum sanaret. Quibus Sanctus Dei respondit: Nec pro eo orare *d* quemquam oportere, nec ei communicare debere, nisi priùs illiciti vincula absolveret conjugii, qui & incestum solvere, & quidquid ei Sanctus Dei præceperat, pro viribus adimplere pollicitus est. Hoc enim pacto, & conjugio illicito resoluto, motus misericordiâ sanctus Vir, dedit ei pœnitentiam, & seclusum cum magna afflictione secum tenuit, pro quo unà cum Fratribus quotidiè Letanias faciens, & sua per pauperes in ejus eleemosynas dispergens, tempore congruo suis precibus eum absolvit, atque ejus debilem & aridam manum sacro oleo in modum crucis liniens, pristinæ suis meritis reddidit sanitati. Ab eo verò non modicum tam in prædiis quàm in aliis rebus mobilibus, in auro videlicet atque argento, sive vestibus reliquisque necessariis ad suum monasteriolum ornandum, atque perficiendum, necessitatesque Fratrum fulciendum percepit adjutorium.

Sanctus piè obit,

12 Multa itaque alia miracula, reliquarumque virtutum signa ingentia per prædictum sanctum Virum Dominus operatus est, quæ propter prolixitatem operis ac laborem vel fastidium audientium atque legentium in hac schedula inserere distulimus. His contenti simus, & maximè quia eum Sanctum Dei esse non dubitamus. Si quis de eo ampliùs scire desiderat, legat ejus sociorum Vitas *e* & interroget Fratres, & multa innumerabilia bona de eo poterit invenire; siquidem appropinquante termini sui fine, absolutionem à Fratribus petens, obitus sui diem eis certum prædixit. Porrò die & horâ, quando olim eis prædixerat Sanctus, obiit, tertio scilicet Idus Septembris Quo defuncto, & ad Christum migrante, prædictumque monasteriolum Gressum sub dispositione sancti Domnoli *f* episcopi, successoris videlicet Innocentis, reliquit, de cujus sedis ecclesiæ jure erat: qui per electionem monachorum ibidem regulariter Domino militantium, eis ex seipsis abbatem dedit & S. Almirum in sancti Petri *g* ecclesia decenter sepelivit: in cujus obitu nonnulla signa Dominus ostendit.

& in sua ecclesia sepelitur, comitantibus miraculis.

13 Videntibus enim multis feretrum, in quo de ecclesia B. Mariæ Virginis, juxta quam ipse obierat, ubi & congregatio monachorum insistebat, ab ipsis monachis portaretur, quidam cœcus fide fisus feretrum tetigit, sicque sancti Almiri meritis lumen præclarum habere meruit; similiterque cùm ejus corpus à memoratis monachis sepulturæ traderetur, quidam mutus, linguâ palpitans, Sancti meritis liberatus, ejus auxilium excelsâ voce flagitabat, cujus os nunquam antea loqui valuerat, quia mutus ipse à sua nativitate erat: ad cujus sepulchrum innumerabilia, tam visibiliter quàm invisibiliter, populis illic fideliter orantibus beneficia, Domino annuente, præstantur quotidie. Multorum ibidem lingua solvitur, cœcorum tenebræ radiantur, surdorum auditus integratur, debilium infirmorumque ægritudines curantur, & reliqua curationum beneficia innumerabilia præstantur; quæ omnia enumerare longum est.

ANNOTATA.

a *Locus est in confinio provinciæ Cenomanensis & Perticensis prope fluviolum Brigiam, vulgo* Braye *dictum.*

b Obedientia *hìc significat opus ex obedientiæ susceptum, idque etiam medio ævo ita vocabatur apud monachos, etsi abbas ipse illud obiret, ut probatur in Glossario Cangii. Cæterùm lector varias voces nonnihil diversas inveniet apud Labbeum; sed sequor Mss., nec opus est singulas notare, quia non mutant sensum verborum.*

c *Per* proximas *intellige consanguineas.*

d *Id explica de oratione ad impetrandam corporis sanitatem: nam pro ejus conversione orare oportebat. Credidit Sanctus morbo corporis redituram animæ sanitatem, ideoque illum auferri noluit, nisi sanatâ priùs animâ.*

e *Cùm in Vitis sociorum S. Almiri, quæ innotuerunt, parùm aut nihil de eo legatur, non videntur innotuisse hactenus illæ, quas auctor hic memorat.*

f *Cùm usque ad tempora S. Domnoli vixerit Sanctus, & verisimiliter prioribus potiùs quàm posterioribus episcopatûs ejus annis obierit, mortem ejus figendam censui circa annum 560: nam, licèt de initio episcopatûs Domnoli non certò constet, non longè tamen aberrâsse potest Papebrochius in Innocente, dum scripsit episcopum factum anno 557. Ex hac porrò epocha liquet,* S. Almirum *saltem ultra annos triginta in cella sua vixisse, & fortasse etiam ad annos quadraginta aut plures ibidem habitâsse, ita ut mirari non debeamus, si numerus monachorum in monasterio ipsius paulatim accreverit usque ad quadraginta.*

g *Ecclesia hæc in colle structa erat, inquit Corvaisierius pag. 129; sacellum verò Beatissimæ Virginis ad marginem fluvioli.*

A D

DE S. ALNEO VEL ALVEO PRESBYTERO ET ABBATE,

IN PROVINCIA CENOMANENSI.

COMMENTARIUS PRÆVIUS, J. S.

SEC. VI POST DLX. *Memoria Sancti in Faſtis neotericis :*

INter ſanctos illos monachos, *qui in Vita S. Almiri mox data dicuntur veniſſe in pagum Cenomanenſem ſeculo* VI, *quando illi eccleſiæ præerat S. Innocens epiſcopus, fuit etiam hic ſanctus* Alneus, *aut* Alveus, *ut nomen ipſius in Vitæ apographo exprimitur. Attamen non exiſtimo eum veniſſe cum SS. Avito & Carilefo, ſed fuiſſe ex eis, qui, ut Vita S. Almiri num.* 2 *habet*, eos poſtea ſecuti ſunt. *Hinc in Vita hujus Sancti nulla fit mentio de Avito & Carilefo; ſed ſocii ipſius nominantur* Ernæus, *cujus Vita data eſt ad* IX *Auguſti*, & Bohamadus, *quem à Boamiro in Vita S. Almiri memorato diſtinctum exiſtimo. Quod ſpectat ad cultum* S. Alnei, *eum Faſtis vetuſtis inſertum non reperio; ſed Caſtellanus in Martyrologio ſuo univerſali ad hunc diem ita habet :* Prope Celſiacum * in eadem provincia (*Cenomanenſi*) S. Alnei ſolitarii. *Corvaſierius quoque in Hiſtoria epiſcoporum Cenomanenſium pag.* 138 S. Alneum *memorat inter Sanctos diœceſis Cenomanenſis, uti & Bondonetus pag.* 167. *Hiſce præivit Vita, ex qua illi ſua hauſerunt.*

* Ceaucé

Acta ſcripta ab auctore, veriſimiliter ſuppare.

2 *Porrò dicta Vita, cujus unum dumtaxat habemus apographum, hoc inſignitur titulo :* Vita Sancti Alvei confeſſoris. *Nomen Sancti* Alveus *ubique ſcribitur. At cùm apud omnes Scriptores neotericos, in quibus mentionem de ipſo reperio, ſemper* Alneus *nominetur, ſuſpicor litteram* n *in* v *mutatam eſſe tranſcribentis errore, ut facilè fieri potuit. Nolui tamen mutare apographum, quia res non omnino videtur certa. Unde illud fuerit acceptum, ſuperiùs exprimitur his verbis :* Hæc Vita ex veteribus membranis eccleſiæ regalis & collegiatæ S. Petri de Curia Cenomanenſis deſumpta eſt, procurante D. Joanne Verdié ejuſdem eccleſiæ canonico. *Quis ſit Vitæ auctor, non conſtat. Attamen modus ſcribendi innuit, biographum* S. Alneo *ferè coævum aut ſupparem fuiſſe. Præterea ſi hanc Vitam conferamus cum Vitæ S. Ernei ad* IX *Auguſti data; ex ſimilitudine ſtyli ſuſpicari poterimus, eumdem utriuſque eſſe ſcriptorem. Auctorem verò Vitæ S. Ernei ſupparem fuiſſe, oſtenditur in Commentario Vitæ ejus prævio num.* 4. *De loco etiam, in quo habitavit Erneus, & à quo non longè abfuit cella* S. Alnei, *ibidem agitur in Annotatis ad Vitam lit.* b. *Nunc Acta ſubjicio, in Annotatis elucidaturus, ſi quid ulteriùs occurrat dubii.*

B C

VITA

Auctore anonymo, & veriſimiliter ſuppari.

E

Ex Mss. membranis Cenomanenſibus eccleſiæ collegiatæ S. Petri de Curia.

SAnctus Alveus ſocius fuit ſancti Ernæi, & Bohamadi *a*, & reliquorum ſociorum eorum : qui & ardens in Dei ſervitio erat, atque voluntatem Domini in omnibus facere deſiderabat. Unde gratiam Domini aſſequi meruit; erat enim ſtudioſus in divinis officiis, & Dei laudibus, & Dei lege pleniter inſtructus, & ſanctâ regulâ imbutus, diligens fratres, odiens vitia, vigiliis & orationibus deditus, & lachrymis affluens, ſanctiſque meditationibus aſſiduus, & in Dei voluntate intentus, moribus temperatus, & genere nobilis : nam patriam & parentes pro amore Dei relinquens, ſpiritalibuſque Dei voluntatem quærentibus atque agentibus ſe ultro conjungens, loca ſancta frequentans, & convivia fugiens deliciaſque contemnens, & paupertatem diligens, altioribus cibis abſtinens, & vilioribus fruens, contemnens ſeculum, quærens Dominum, vana verò hujus ſeculi ſub pedibus calcans, & cæleſtia diu noctuque meditans.

Dotes & virtutes Sancti, qui relictâ patriâ,

a

F

2 Ipſe autem & locum, ubi aliquam cellulam ad lucrandas Deo animas faceret, ſicut ſupradictus Ernæus, à ſancto Innocente *b* epiſcopo impetrare meruit. Cui memoratus S. Innocens de jure ſuæ ſedis eccleſiæ in condita *c* Celſiaſenſe aliquam partem eremi, cujus vocabulum eſt Muſa, unà cum quibuſdam tumulis & circummanentibus dedit, quò cellulam ſibi ædificaret, & Deo animas acquireret, & ſanctam regulam inſtrueret. Tunc ſanctus antedictus Alveus cœpit ibidem ſtirpare *, & cellulam ædificare : qui & adjutorio præfati ſancti Innocentis epiſcopi in honorem S. Petri *d* ibidem facere meruit, atque fratres communem & regularem vitam amantes inibi congregare ſtuduit, eoſque regulariter converſari, & vivere perdocuit.

in territorio Celſiacenſi cellam exſtruit,

b

c

* *i. e.* locum excolere

d

3 Cujus ſancta & Deo amabili converſatione, & ſanctitate, multi ſanctitate ſacerdotes meliores, quàm eſſent efficiuntur; laïci & religioſi viri ad bonam vitam & ſanctam converſa-

& monachos congregat, quibuſcum vitam communem

A. ANONYMO.

sationem convertuntur, atque utriusque ordinis viri non pauci eorum * possessiones pro Dei amore ejusque imitatione, imò & prædicatione, atque eorum divitias vendentes, pauperibus tribuerunt, juxta Evangelicam * quæ erit, Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus: veni, & sequere me. Sic & tunc multi, ut diximus, prædicatione & imitatione facientes, & quæ habebant vendentes, pauperibus, ecclesiæ & Dei servis tribuebant, atque fratribus communem, & regularem vitam ducentibus se conjungebant, & communem vitam ducebant, atque erant illis omnia communia. Erat etiam illis cor unum, imitantibus primitivam ecclesiam, & anima una: & nemo dicebat aliquid suum esse, sed erant illis omnia communia.

* *i. e.* suas

* *adde* vocem

4 Unde factum est, ut multi nobiles relinquentes eorum possessiones, & omnia vendentes, distribuebant * pauperibus, ecclesiæ, & Dei servis: & tradentes se cellulis, quæ tunc à prædicto S. Innocente episcopo, & à memoratis Sanctis ædificabantur, in eis unà cum illis communem atque regularem vitam ducebant. Quapropter eo tempore amplius quàm quadraginta *e* cellulæ in pago Cenomannico sunt ædificatæ, & de viris bonis & justis communem, & regularem vitam amantibus atque ducentibus sunt repletæ. Cæterùm antedictus S. Alveus ad Clotharium *f* Francorum regem cum suis eulogiis, quando ipse è Britannia reversus est, veniens, ab ipso benignè susceptus est. Cùm autem prædictum regem salutare vellet, tetendit cappam suam cuidam, qui eam suscipere dissimulavit *g*: cujus manus statim arida facta est, & ab humore sanguinis omnino aliena. Tunc nutu Dei, antequam memorati sancti Alvei cappa ad terram caderet, radio solis suscipitur; &, videntibus cunctis, in radio solis pendet, quod nutu Dei factum esse nulli dubium est, ad demonstrandum sancti Viri meritum. Tunc honoratus à rege, & à cunctis satellitibus suis, atque magnis muneribus ditatus ad cellulam suam revertitur cum gaudio.

instituit: adit Clotarium regem, & coram eo honoratur miraculo:

* distribuerent

e

B

f

g

lumen signo crucis obtentum: mortuus suscitatus:

* S. Alveo prostrato

C

5 Denique quadam nocte, surgente eo ad vigilias matutinas unà cùm reliquis fratribus simul intrantibus, in ecclesia lumina, quæ in ea ardere solebant, extincta reperiunt. Sanctum verò Alveum prostratum * in oratione, discipuli quærunt lumen: sed nec ignem invenire possunt. Tardante jam hora, discipuli commonent Sanctum de horæ tarditate: qui mox surgens ab oratione, vexillum crucis super cereum fecit: qui statim virtute Dei meritis Prædicti illuminatus, omnibus, qui in domo erant, lumen reddidit præclarum. Nec pretereundum silentio signum, quod ejus meritis in die Assumptionis *h* sanctæ Mariæ claruit. Quidam homo, nomine Bundus *i*, dum eodem die ad ecclesiam curreret, in quodam puteo cadens à vicinis ejusdem loci pro mortuo inde extrahitur, quod cùm nuntiatum esset prædicto sancto Viro, quòd ad ecclesiam currens, & ad ejus officium festinans, in puteum corruisset, atque mortuus esset, misericordiâ motus rogavit eum ad se deferri. Qui ut allatus est, eum tetigit, atque sancto sacrato oleo unxit: &, videntibus cunctis, unà cum reliquis fratribus prostravit se in orationem; qui diu pro eo orans * redditur ei flatus: atque eodem die meritis ac precibus ejus pristinæ restituitur sanitati.

h

i

* quo orante

6 Denique cùm quidam, nomine Anserieus, gravi infirmitate diu pressus esset, & à nullo homine sanitatis remedia consequi posset; jam fati sancti Sacerdotis *k* obtutibus est præsentatus, cujus oratione, atque sacrati olei unctione antedictus infirmus sanitati restituitur. Sequenti verò tempore allata est ei quædam puella dæmonio plena, quam confestim orationis commodo à dæmonio liberavit. Si quidem sunt & aliarum virtutum commenta *l* innumerabilia: quarum prolixitatem vitantes, ea hìc inserere distulimus. Obiit ergo supradictus sanctus Alveus tertio Idus Septembris, atque à suis discipulis ac monachis est sepultus in jam dicta cellula sua honorificè. Ad cujus tumulum fiunt magnarum virtutum miracula, auxiliante atque regnante Domino nostro Jesu Christo, qui vivit & gloriatur Deus per infinita secula seculorum. Amen.

D

æger sanatus: energumena liberata: mors & sepultura.

k

l

ANNOTATA.

a *De S. Erneo actum est ad 9 Augusti.* S. Bohamadus *is esse videtur, qui apud Corvaisierium pag.* 132 *vocatur* Boamaldus, *uti & apud Bondonetum pag.* 165. *Uterque Boamaldum distinguit à Boamiro, & rectè meo judicio, non solùm quia Boamaldus dicitur obiisse* E *4 augusti, Boamirus verò 3 Novembris; sed etiam ex hac Vita. Etenim hinc utcumque innotescit, in qua parte provinciæ Cenomanensis habitaverit S. Bohamadus aut Boamaldus, cùm dicatur socius fuisse* SS. Alnei *&* *Ernei, qui habitabant in decanatu Passagiensi, sive versus confinia Normaniæ & Britanniæ Armoricæ. At Boamirus cellulam suam habebat prope Pertici confinia, id est, in parte planè opposita provinciæ Cenomanensis. Quin & in tabulis provinciæ Cenomanensis notatos reperio duos vicos* S. Bomer *vernaculè dictos, alterum prope limites Normanniæ, qui à Bohamado nomen forsan habet; alterum circa fontem Brigiæ fluvioli, ubi habitavit Boamirus. Porrò* Alneus, *Erneus & Bohamadus socii non dicuntur, quòd simul habitarent in eodem monasterio: nam suas singuli habebant cellas; sed quòd invicem subinde inviserent & consilia conferrent. Cæterùm Sollerius noster ad 4 Augusti de* S. Baumado *egit, nec videtur distinxisse inter* Bohamadum *&* Boamirum; *sed res ulteriùs examinari poterit ad 3 Novembris.*

b *Cùm S. Innocens obierit circa annum* 542, F *ante hunc annum vitam monasticam exorsus est* S. Alneus.

c Condita *idem hìc est, quod territorium* Celsiacum, *vulgò* Ceaucè, *quod etiamnum in tabulis geographicis notatur, acceperat S. Erneus, ita ut vicina fuerit cellula* S. Alnei, *qui eam in territorio Celsiacensi construxit.*

d *Suspicor addendum esse* ecclesiam *aut* oratorium.

e *Multa harum innotuerunt ex Vitis Sanctorum fundatorum, & verisimile est plures fuisse erectas, quarum auctores ad tantam non pervenerint sanctitatem, ut ab Ecclesia colerentur.*

f *Bellum gessit Clotarius I in Britannia Armorica contra rebellem filium Chramnum, cui Britanniæ comes adhærebat. Expeditio illa ab historicis passim figitur anno* 560, *quo Chramnus victus est & occisus. S. Erneus, ut in ejus Vita legitur, adiit Clotarium euntem in Britanniam; hìc verò* Alveus *redeuntem salutavit. Uterque igitur supererat anno* 560.

g *Id est, simulavit se suscepturum, ut in terram caderet, Sancto illudere cupiens, quantùm apparet.*

A h *Hic non designari diem* 15 *Augusti existimo; sed* 18 *Januarii. Etenim S. Gregorius Turonensis lib.* 1 *de Gloria martyrum cap.* 9 *ait, festivitatem beatissimæ Virginis Mariæ suo tempore celebratam fuisse* mediante mense undecimo, *id est, Januario, qui tunc undecimus erat mensis. Locum autem Gregorii de festo Assumptionis intelligendum esse, illudque eo tempore in Gallia celebratum fuisse die* 18 *Januarii, ostendit Mabillonius lib.* 2 *de Liturgia Gallicana num.* 22 *pag.* 118.

i *Hoc miraculum, uti & duo sequentia eodem planè modo narrantur in Vita S. Constantiniani apud Labbeum tom.* 2 *Bibliothecæ pag.* 516. *Verùm cùm ibi plura sequantur miracula, quæ similia planè modo leguntur in Vita S. Ernei; non accusandam esse Vitam* S. Alnei, *sed Vitam S. Constantiniani ab impostore ex variis consutam esse, jam ostendi in Commentario prævio ad Vitam S. Almiri mox datam num.* 4. A. ANONYMO

k *Ex hoc loco intelligitur, presbyterum fuisse* S. Alneum; *sicut presbyteri fuisse videntur aut omnes aut plerique illi, qui tempore S. Innotis monasteria erexerunt in provincia Cenomanensi.*

l Commenta virtutum *hîc in bonam partem sumitur, significatque plura ejusdem Sancti miracula fuisse relata, sive ore tantum, ut est verisimilius, sive etiam scriptis.*

DE S. ADELPHIO ABBATE ROMARICENSI,

B E

LUXOVII IN COMITATU BURGUNDIÆ

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Locorum notitia; Acta Sancti & illustris prosapia.

POST ANNUM DCLXV *Luxovienſis & Romaricenſis*

Utrumque in titulo designatum monasterium tum ob fundatorum suorum præclaras virtutes, eximiaque ad fovendum promovendumque fidei Catholicæ ac vitæ cœnobiticæ splendorem gesta, tum ob ejusdem antiquitatem & Sanctorum, quos produxit, copiam toto orbe Christiano celeberrimum est, utrumque ad montem Vosagum, ubi Burgundi à Lotharingis dirimuntur, exstructum; Luxovienſe in comitatu Burgundiæ ad radices dicti montis, Romaricense in ducatu Lotharingiæ. Illius, quod vulgò C Luxeuil *nuncupatur, notitiam dedimus in Opere nostro locis variis, nominatim tom.* III *Martii, pag.* 784, *& tom.* 1 *Maii pag.* 274 *in Commentariis præviis ad Acta SS. Eustasii & Waldeberti abbatum ejus secundi ac tertii; quibus si quid ad pleniorem elucidationem superaddi oporteat, id propiùs spectabit ad diem* XXI *Novembris, quando de S. Columbano fundatore ejus & abbate primo differendum veniet, quàm ad hunc; quandoquidem istud cœnobium haud longo tempore incoluisse videatur* S. Adelphius, *& casu quadamtenus fortuito morte sua illustrâsse, prout liquet ex Vita ab auctore æquali conscripta, & mòx fusiùs memoranda.*

2 *Occasione S. Arnulphi Metensium primò episcopi, deinde, depositis infulis, vitam solitariam amplexi & inter monachos Romaricenses defuncti, etiam hujus abbatiæ situm proposuimus tom.* IV *Julii pag* 431 *ex Theodorico Ruinartio, qui illam anno* 1696 *invisit, &, prout tunc exstabat, exhibuit in notis ad cap.* 58 *Fredegarii Scholastici. Attamen, quæ examinanda sunt per decursum hujus commentarii, notitiam ejus hic exigunt paulò ampliorem.* ascæterii notitia.

Primordia sua, sicut & nomen, debet S. Romarico infrà sæpè memorando, qui postquam aliquamdiu Luxovii sub moderamine S. Eustasii abbatis sese vitæ monasticæ applicâsset, assentiente S. Eustasio, & comitante S. Amato, spirituali suo magistro, Luxovium deseruit, & ad quoddam ditionis suæ castrum vocabulo Habendi *seu* Habundi, *situm in præcelso Vosagi montis jugo, se contulit, ibidemque haud procul Mosella fluvio duplex monasterium condidit anno circiter* 620; *alterum virorum, cui S. Amatus primus abbas præfuit, alterum puellarum, cui Mactefledis seu Magdefledis eximiæ* F *pietatis virgo præfecta est abbatissa. Hæc sancta utriusque sexus hominum, distinctas domos inhabitantium, congregatio uno nomine* Habendense monasterium *vocitata est, & locus ipse ab incolentium sanctitate* Mons sanctus, *ac postea, ut jam monui, à fundatore* Romarici-Mons, Remiremont *Gallis, Germanis* Rumersberg. *Postremo hoc nomine claret etiam hodie collegium nobilium virginum canonicarum, non eodem quidem in monte, in quo à S. Romarico exstructum fuit monasterium; sed in subjecta valle ultra Mosellam: de hoc illustrissimo partheno-ne plura recurrent infrà, cùm de variis* S. Adelphii *translationibus sermo instituendus erit.*

3 *Vitam* S. Adelphii *ex antiquissimo codice Ms., qui fuit olim cœnobii S. Symphoriani Metensis, descriptam inseruit tomo* 1, *pag.* 683 *Bibliothecæ suæ Philippus Labbe, eamdemque collatam cum Mss. codicibus Andreæ Chesnii deinde transtulit Mabillonius in Seculum* 2 *Sanctorum Ordinis S. Benedicti pag.* 602. *Servamus in Museo nostro inter plurima Mss. documenta ad Majores nostros à P. Petro Francisco Chiffletio, vel ex hujus demortui schedis ab aliis* Vita brevior

AUCTORE J. P. *transmissa, ejusdem Vitæ apographum desumptum, ut præ se fert titulus, ex Ms. S. Maximini Trevirensis: planè id consonat cum jam editis, si modò voculas nonnullas, sensum nullatenus immutantes, exceperis, & finem, quo mutilum est; verisimiliter quia propter characteris antiquitatem & obscuritatem à describente perlegi non potuit. Cùm ad postremam ejus periodum, quæ imperfecta relicta est, pervenero, monebo lectorem in Annotatis ad Vitam ex editione laudatorum Labbei & Mabillonii huic Commentario subnectendam.*

à coævo, 4 *An idem auctor, ut passim existimant neoterici, Acta SS. Amati, Romarici &* Adelphii, *trium, quibus suppar fuerit, primorum Habendensis cœnobii abbatum, litteris commiserit, discuti poterit ad diem hujus mensis* XIII, *sacrum S. Amato apud Romaricenses & alios; etenim quod spectat ad S. Romarici Acta, id valdè verisimile est; imò dictum auctorem* S. Adelphio *æqualem fuisse apertè cognoscimus ex num.* 3, 7 *& ultimo, ubi se scripsisse insinuat, jubente Tecla abbatissa, quam Sancti nostri exequiis interfuisse memorat num 6. En verba, quibus Vitam concludit:* Hæc quippe pauca narrata sunt
B de multis, quæ sancta atque almifica Tecta abbatissa ob memoriam beati viri Adelphii, seu propter exemplum fidelium in processu temporis recolenda, commentariolo indita stilo sulcari jussit. *Pauca sanè, utinam ad posterorum memoriam plura! Nihil enim quidquam nos docet de sancti Abbatis patria, stirpe, parentibus, primævæ ætatis instituto, accessu ad solitudinem, aut similibus, quæ Vitæ rite conscriptæ ideam præferant; nonnulla edisserit de virtutibus ejus in genere, reliqua de supremis morituri gestis & exequiis.*

prolixior ab auctore sæculi XI 5 *Huc respexit haud dubiè Vitæ secundæ scriptor item anonymus; cùm in Prologo ad Odam abbatissam rationem attulit, cur non nisi sæpe rogatus, ac tandem ejusdem auctoritate impulsus, Actis* S. Adelphii *concinnandis incubuerit;* Tacere, *inquit,* malebam, quàm pauca de multis, & ineleganter effari: illud maximè veritus, ne in eamdem reprehensionem incurrerem cum illo, qui hoc opere in se recepto, tamen illud, communi omnium sensu, parùm disertè aptéque executus est. *Ita ille; qui idcirco supplevit, quidquid desiderari sibi visum fuit in antiquiori Vita; sed ab hac reliqua penè omnia mutuatus est, saltem quoad substantiam. Porrò secunda Vita, juxta quam compositæ sunt Lectiones Officii in festivitate* S. Adelphii *& in die ejus octava recitari soliti, scripta est sub medium sæculi* XI. *Id colligo ex laudato mox Prologo ad Odam directo; eo enim nomine abbatissa Romaricensi Parthenoni præfuisse scribitur sub annum* 1051 *apud Calmetum ante tom.* 3 *Historiæ Lotharingicæ col.* CLXXXVII *in syllabo abbatissarum dicti Parthenonis; accedit ad hujus confirmationem antiquum instrumentum, cui Oda abbatissa cum Bibone, Tullensium circa annum* 1070 *episcopo, subscripta legitur, prout videri potest apud laudatum Calmetum post tom.* 1 *inter probationes col.* 412. *Denique evincitur id manifestissimè ex relatione, quam recitabimus num.* 38 *Appendicis, de Gloria Sancti posthuma Vitis subnectendæ: ubi dicitur Oda à Leone Papa IX impetrâsse, ut de virtutibus ac miraculis SS. Amati, Romarici,* Adelphii *& Gebetrudis examen institueretur, & in eum finem Pontifex idem ad Romarici-Montem delegâsse Hugonem Bisonticensem archiepiscopum, atque Udonem* D *Tullensis ecclesiæ primicerium, qui post examen decreverunt,* eorum, ut verè Dei Sanctorum, Historias ac miracula Romani, à quo missi erant, Pontificis auctoritate, & conscribenda, & divinis Officiis inserenda.

exarata. 6 *Laudatus num.* 3 *Chiffletius noster communicavit etiam cum nostris Majoribus Vitæ secundæ apographum cum relationibus translationum & nonnullorum miraculorum ex Ms. codice Romarici-Montis, subnexâ attestatione notarii apostolici in hunc modum:* Pro copia ex antiquo libro extracta per me notarium infrascriptum. La Roche notarius apostolicus. *Deerat hîc biographi ad Odam prologus, postmodùm tamen submissus fuit ex Mss. Sebastiani Valdenarii, cujus mentio redibit in appendice num.* 7. *Atque hæc de dicta Vitæ scriptore, ætate, ac loco, unde ad nos devenerit, satis probata sunt. Non adeo solidè probantur vera esse singula, quæ in ea adstruuntur de stirpe ac parentibus* S. Adelphii, *quandoquidem biographus quatuor circitèr seculis eo posterior sit, nec similia eruamus ex antiquioribus Actis* SS. Adelphii *& Romarici. Igitur antequam ulteriùs procedamus, operæ pretium fuerit præcipua ejus puncta in compendium contracta proposuisse, &, quæ eorum veritati vel verisimilitudini obesse aut prodesse queant, examinâsse, ut de ceteris postmodùm securiùs statuamus.* E

In hac S. Adelphius S. Romarici nepos fuisse asseritur. 7 *Juxta hunc biographum S. Romarico seculi vanitatibus nuntium remissuro superstites erant filiæ tres, quas mundo similiter subtrahere meditabatur, bonaque sua omnia divino obsequio mancipare. Placuit consilium duabus ex iis deinde parentem ad eremum Habendensem secutis; tertia nomine Asselberga* expers hereditariæ sortis & absque patris consilio nupsit cuidam in partibus Sicambriæ, cui vocabulum Bethilinus, summæ nobilitatis multæque potentiæ viro. *Ex eo matrimonio procreata est proles bina, primùm feminea, dein mascula; utramque, sed hanc nondum baptizatam, Asselberga ad Romaricum jam tum eremum inhabitantem direxit, avi heredem, ut ipsa sperabat, instituendam. Nepotes ille lætus amplexus est; puellam, cui nomen Tecta & postea etiam Gebetrudis fuit, sacris virginibus in monasterio Habendensi educandam commisit, puerum salutaribus undis abluendum, à S. Amato de sacro fonte suscipi, ac* Adelphium *nuncupari voluit; & postea S. Arnulphi Metensium episcopi curæ ac disciplinæ commendavit. Ita biographus.* F

cujus mentio nulla est. 8 *His obstat, sicut mox innuebam, ætas scriptoris à Sancto nostro remotior, & altum silentium auctoris subæqualis in Actis præsertim S. Romarici: ubi de hujus conjugio, filiabus, nepotibus verbum nullum; adeo ut Mabillonius in litteris ad amicum super primario Romaricensis parthenonis instituto Gallicè conscriptis, ac inter ejus & Ruinartii Opera posthuma in lucem datis à Vincentio Thuillier congregationis S. Mauri Benedictino, de S. Romarico loquatur in hunc modùm:* Non videtur umquam matrimonio obstrictus fuisse; saltem cùm disponeret de bonis suis, priusquam Luxovium secederet, omnia erogavit in pauperes, reservans sibi dumtaxat fundum unicum, ut dixi, quo usurus esset, cùm se offerret occasio valdè conducens ad Dei gloriam & proximi utilitatem. Nihil dicitur de ipsius prole, licèt expressa fiat mentio servorum, quos in novo vitæ instituto habuit so-

A socios. *Hactenus ille juxta Vitam S. Romarici antiquiorem, a se editam Seculo 2 Benedictino pag.* 416. *Et sanè usque adeo mirum mihi apparet illud silentium, ut non putem fore, ut causam ejus facilè quis assignet, qui reipsa filias à Romarico procreatas crediderit.*

in S. Romarici Vita antiquiore;

9 *Neque enim hìc valent rationes, ob quas hujusmodi silentii causam facilè percipimus apud priorem scriptorem de gestis* S. Adelphii, *cùm is disertè significet in Prologo, se scripturum dumtaxat,* opera bona & laudabilia, quæ ... erga supremum diem obitus sui ... Adelphius abbas peregit. *Nam nihil hujusmodi innuit biographus S. Romarici, contrà verò gestorum hujus Sancti, pro magna saltem parte, dat seriem inchoatam ab annis aliquot, priusquam mundo & aulæ valediceret. Neque dici potest, quòd S. Romarici progenies ipsum latuerit, cùm lucubrationem suam nuncupaverit Cæciliæ abbatissæ, quam illius filiam fuisse aiunt, quicumque posterioribus* S. Adelphii *Actis, & aliis, quæ iis consonant, documentis adhærent. Putare autem, quòd posteritati non consulens de Sancti sui filiabus & nepotibus nihil memorârit, quia hæc latebant neminem sacrum Montem incolentium, vel quia id ei pro sua modestia injunxerat Cæcilia abbatissa, paulò melius est, meo judicio, quàm divinare.*

B

sed in ea plures notatu dignæ

10 *Videndum restat, utrùm hujusmodi silentium, ex quo certè formatur argumentum negativum persæpè valdè solidum, tanti roboris hìc sit, ut prorsus elidat, quæcumque pro asserta à biographo secundo prosapia Sancti nostri in medium produci queunt. In primis non pauca coævus iste S. Romarici biographus silentio involvit, quæ procul dubio non ignorabat, quodque, cur fecerit, edicere non valemus. Etenim quid causæ fuit, cur nec patriam dicti Sancti designârit, nec parentum nomen expresserit, nec primævam ætatem verbo attigerit, solum hoc dixisse contentus:* Beatus Romaricus nobilis in palatio atque parentibus suis clarus & amabilis ubique resplenduit? *Cùm idem ipse tamen, juxta Mabillonii & aliorum opinionem, auctor Vitæ S. Amati hæc accuratè describat;* Nobilibus, *inquit,* natus parentibus ex Romana oriundus stirpe in suburbano Gratianopolitanæ civitatis præclaræ indolis puer exortus est (*Amatus*) patre videlicet Heliodoro summæ Christianitati innixo. *Vide sequentia apud Mabillonium Seculo 2 Benedictino pag.* 130. *Secundò cur nihil meminit de SS. Romarici & Arnulphi, cùm in aula versarentur, familiari consuetudine & amicitiæ nexu, deque consilio ab iis inito deserendi mundum ac petendi Lerinense monasterium, quæ ut res memoratu dignas referunt anonymus monachus, S. Romarici socius, in Vita S. Arnulphi apud nos tom.* IV *Julii pag.* 435, *& Umno in Vita altera ibidem pag.* 441?

C

omissiones aliæ detegunter,

11 *Est & aliud ab eodem biographo prætermissum; videlicet dissidium SS. Amati & Romarici cum S. Eustasio Luxovienſi abbate; utriusque per Agrestii seu Agrestini fraudes decepti lapsus; resipiscentia & reditus in gratiam cum prædicto abbate, ut fusè narrat Jonas Bobiensis auctor item coævus in Actis S. Eustasii, in Opere nostro tom.* III *Martii ad diem* XXIX *pag.* 789. *Sed hujus omissionis causa facilè detegitur; veritus est haud dubiè, ne Sanctorum apud posteros memoriæ labem inureret; at non attendit, per talem relationem nihil detrahi a-*

pud bonos Sanctorum venerationi, dum constat, AUCTORE
sicut hìc constabat, de vera resipiscentia, cùm si- J. P.
milia Deus quandoque permittat vel ad aliorum documentum vel ad alios fines, ut innumeris exemplis liquet. Imò non advertit, per similium studiosam omissionem non parùm discedere à scriptoris auctoritate. Accipe modò documenta, quæ militant pro S. Adelphii *genere asserto in Vita ejus secunda.*

& asserta Sancti nostri

12 *Offert se præ ceteris Vita S. Romarici altera, collecta ex Mss. libris & cum notis anno* 1605 *typis Moguntinis vulgata à Nicolao Serario nostro, qui unde illos nactus sit, aut quo seculo conscriptos opinetur, non significat. Putem eadem occasione conscriptos, quâ Vitam alteram Sancti nostri, ac proinde non ante seculum* XI, *ut ostendi num.* 5. *Supplentur apud Serarium notatæ jam in Vita S. Romarici antiquiore omissiones, ac de hujus conjugio & prole cap.* 4 *leguntur sequentia:* Uxorem prosapiâ opulentiaque non imparem, sed cujus ignoratur nomen, duxit Romaricus, & ex ea filias suscepit tres, Aselbergam, Adsalsudim, & Segebergam.... Prima verò Aselberga præter piam parentis voluntatem sancto castitatis proposito conjugium prætulit. *Cap.* 8 *hæc item leguntur:* Inter quas (*virgines Romaricum secutas*) excelluit sancti ipsius neptis Gebetrudis, sicuti & in virorum cœtu hujus frater Adolphus. Nam cum prima ... è Sancti filiabus matrimonium delegisset, nupsit nobilissimo splendidissimoque cuidam è Sicambrorum gente, cui Bithylinus nomen. Eo ex matrimonio natæ duæ proles, quas, marito annuente, misit patri filia, ut sanctè ab eo educarentur, & Deo, si videretur, in locum, quem ipsa olim respuisset, consecrarentur. *Hæc non discrepant à recitatis num.* 7 *ex secundo nostro biographo, nisi quòd hìc nomina filiarum, ibidem omissa, exprimantur; pro* Adelphio *scribatur* Adolphus; *& aliud motivum mittendi prolem attribuatur Asselbergæ. Duo priora rem non mutant, neque etiam tertium: suspicari enim possumus, utrumque auctorem usum fuisse quidem eodem instrumento, at cùm in eo simpliciter diceretur, missos fuisse* Adelphium *& Gebetrudem, ut ipsi acquirerent, quod mater amiserat, hoc ab uno intellectum fuisse de amissione temporalium, ab altero de spiritualium.*

D E F

illustris prosapia

13 *Sequitur modo codex, quem habemus propria manu laudati Chiffletii nostri exaratum, cui similiter locus, unde descriptus sit, non apponitur; verumtamen Sanctorum syllabus & ordo festivitatum ei præfixus locum sufficienter declarat. Etenim, si unum aut alterum Sanctum ei insertum excipias, omnes proximè pertinent ad Romaricenses. Mense Septembri* SS. Adelphii *ac Amati, mense Decembri S. Romarici festivitates cum Octava celebrandæ præscribuntur; aliis verò anni temporis festa indicuntur SS. Ceciliæ & Gebetrudis, atque translationum quatuor, de quibus infrà; & in ipso codice hymni ac lectiones cuilibet diei propriæ describuntur; ut dubitare nequeam, quin omnia, lectionibus saltem comprehensa, deprompta sint ex documentis Romaricensibus. Accedit, quòd Proprium Sanctorum insignis ecclesiæ S. Petri Romarici-Montis, cujus exemplar, anno* 1657 *typis Divionensibus editum, penes me est, præter alia multa, eadem prorsus contineat, quæ ex laudato Ms. codice jam enumeravimus, atque hanc præferat approbationem.* Hæc Officia,

AUCTORE J. P.

ex antiquis codicibus fide dignis excerpta, Sebastianus episcopus, dux Lingonensis, & Franciæ Par, S. Petri Romarici Montis illustrium Canonicarum rogatu, præmisso debito examine, laudavit & approbavit, dato chirographo Lingonis, xxx Decembris MDCXLVI. Subscriptum. De mandato illustrissimi ac reverendissimi domini episcopi ducis. Gourdon. *Porrò ex memoratis lectionibus pauca ad præsens institutum pertinentia delibo. Die* IX *Decembris & secunda infra Octavam S. Romarici in Officio hoc initium est lectioni* IV: Beatus Romaricus sæculo renuntians unam tantùm villam, quasi pro duarum filiarum dote retinuerat. *Die* XII *Augusti, festo S. Cæciliæ abbatissæ, prima è tribus lectionibus propriis, quas ad dictum diem tom. 2 Augusti pag. 732 dedimus integras, ita incipit:* Cæcilia, quæ & Clara & Segoberga, beati Romarici dupliciter filia, quòd hanc ille mundo & Christo genuerit, una cum Adzaltrude sorore sæculo renuntians fundandi puellarum monasterii piissimo patri argumentum fuit, *Die* VII *Novembris quarta item lectio Officii S. Gebetrudis tale habet exordium:* Gebetrudis sancti Adelphii soror,

B & beati Romarici ex Asselbergâ filiâ neptis fuit.

ex multis aliis monumentis

14 *Nihil addo ex lectionibus Officii de Sancto nostro, quia num.* 5 *compositas monui juxta Vitam ejus longiorem: sed ejus loco substituo, quæ scribit Mabillonius ipse tom.* 1 *Annalium ad annum* 653: In antiquo Breviario Romarici montis, manu exarato, in festo S. Adelphii abbatis, Romaricus tres filias habuisse dicitur, quarum duæ virgines permanserint; tertia verò, Asserberga nomine, paternæ non acquiescens devotioni nupsisse traditur &c. *Hisce subjicio, quæ legimus inter auctaria ad Martyrologium Usuardi apud Solerium nostrum ex codice Montis sancti ad diem* XI *Septembris:* Fulget natalitius dies Adelfii nobilis ex clarigena Sicambrorum gente nobiliter oriundi, cui genitrix fuerat filia nobilissimi Romarici, sancti rectoris nostri dulcissimique patroni. *Item ad diem* VII *Novembris.* Venerabilis transitus nobilissimæ virginis Gebetrudis, abbatissæ sanctissimæ, sororis beati Adelphii. *Eamdem sententiam secuti sunt Menardus lib.* 1 *Observationum ad diem* VIII *Decembris, & lib.* 2 *ad* XI *Septembris; Ruyrus de Sacris antiquitatibus Vosagi lib.* IV *cap.* 12;

C *Bucelinus in Menologio ad utrumque diem proximè nominatum, & alii. Reliqui verò scriptores, qui de S. Romarico agentes Sancti nostri non meminerunt, vel Romarico filias fuisse agnoscunt, vel sé oppositæ sententiæ esse non insinuant præter unum, quem scio, Mabillonium num.* 8 *laudatum.*

ut probabilissima admittitur.

15 *Quare licèt miremur silentium illud apud biographum S. Romarici æqualem; ejus tamen naturæ non apparet, ut negare nos cogat, quod tot documentis etiam vetustis & longa traditione nixum est. Mitto, quòd idem biographus non modò de aliis omissionibus apertè convincatur, ut ostendi num.* 9 *&* 10, *sed & à scriptoribus quibusdam erroris insimuletur; cùm scribit, S. Romaricum ante suum ex aula secessum, immani injuria affectum fuisse ab Aredio episcopo, quam rem fusè pertractavimus tom.* 2 *Augusti in Commentario de S. Arigio vel Aredio Lugdunensium archipræsule pag.* 543 *& seqq. Dixi autem id, quod de Sancti nostri prosapia traditur, nixum esse* documentis etiam vetustis: *quamvis enim Vitas SS. Romarici &* Adelphii *secundas non putem anteriores esse sæculo* XI, *idem de aliis à me recitatis monumentis omnibus censendi non video fundamentum. Accedit, quòd auctoribus sæculo* XI *ab abbatissa inductis ad Amati, Romarici &* Adelphii, ut verè Dei Sanctorum Historias & miracula conscribenda, *integrum certè fuerit perscrutari chartas & monumenta quælibet tum in sacrarum virginum tum in virorum asceteriò antiquitus conservata, unde lucubrationes suas confecerint; ac proinde præsumendum non est, eos similia fraudulenter confinxisse, præsertim cùm nihil antiquioribus, nihil historicæ veritati contrarium adstruant.* D

§ II. Annus Sancto natalis & emortualis incertus; quædam ad hunc spectantia discutiuntur.

E *Natus est Sanctus intra annos 620 & 627.*

Quàm præclaro sanguine oriundus credatur S. Adelphius, *tum ex præcedenti paragrapho tum ex Vita secundo loco edenda & huic subjiciendis annotatis cognoscet studiosus lector; at quo anno in lucem editus sit, litteris proditum non reperimus. Verumtamen id non contigit ante annum 620, si rectè scribit Vitæ mox laudatæ auctor, juxta quem, postquam Romaricus Gebetrudem neptem* cum ceteris, quas (*in Monte sancto virgines*) aggregaverat, Domino perenniter famulaturam dedicavit, ... felix secundo partu (*Asselberga*) ... Puerulum, quem pòst paulò pepererat transmisit avo baptizandum. *Nam dictæ virginum aggregationis primordia passim statuuntur circa memoratum annum, prout latiùs ostendi poterit, ubi agendum veniet de S. Amato; præterea si hujus Sancti obitus ibidem innectendus videbitur anno* 625 *cum Cointio, vel anno* 627 *cum Mabillonio, per consequens intra dictos annos &* 620 *figenda erit nativitas* S. Adelphii, *utpote qui à S. Amato è sacro fonte susceptus est juxta biographum nostrum secundum; quod idem conjecturâ utcumque verisimili ex priore biographo eruimus num.* 6 *notante sequentia:* Sic namque disponente Deo factum, ut die illo, quo festivitas S. Amati agebatur, FILIOLUS ipsius sanctus Adelphius in eadem basilica cum magno ornatu sepeliretur. *Nam* FILIOLUS, *Gallis* Filleul, *apud scriptores infimæ Latinitatis, filium ob susceptionem è sacro fonte spiritualem designat, sicut tradit Cangius in Glossario.* F

Plusquam triennio Superstitem fuisse S. Romarico,

17 *Reliqua de* S. Adelphii *gestis observatu digna reservabimus in jam dicta Annotata, & ad annum ejus emortualem properabimus, non minùs obscurum ac determinatu difficilem, quàm annum natalem. In Vita S. Romarici collecta ex Mss. codicibus apud Nicolaum Serarium cap.* 12, *& apud Ruyrum de Antiquitatibus Vosagi lib.* 4 *capite item* 12, *Sanctus noster fatis cessisse scribitur triennio post Romarici obitum: idem insinuari videtur in Vita nostra secunda, quantumvis non adeo apertè, ut sensus aliam explicationem non admittat; quod observo, quia quæ de jam dicto triennio adstruuntur, non satis congruunt chronologiæ hodie inter eruditos passim receptæ, si nempe conferantur cum iis, quæ de utriusque Sancti obitu aliunde innotescunt: quod facilè perspiciemus, si tempus mortis*

A *tis S. Romarici, in quantum huc ſpectat, attentiùs inveſtigemus. Auctor illi Sancto æqualis apud Mabillonium ſeculo 2 pag. 419, obiiſſe eum indicat* non multo pòſt, *quàm ex aula ad monaſterium ſuum reverſus eſſet, quò* priuſquam ad diem ſupremum perveniſſet, *ſe contulerat*, ut regi & proceribus ſuis de periculo eorum vel caſu venturo cavenda nuntiaret. *Quæ paſſim eruditi intelligunt de S. Sigeberto rege, quem præmonere intendebat Romaricus, ut Dagoberto filio proſpiceret, neve nimiùm fideret Grimoaldo, cujus haud dubiè in Dagobertum, mortuo Sigeberto, ſcelus divinitus præcognoverat Romaricus: id confirmant ex eo, quòd mox ibidem dicatur Grimoaldus* cum multa reverentia Romaricum complexus, muneribus allatis, ſe facturum, quæ dicebantur, pollicitus *eſſe, veriſimiliter à Romarico clàm monitus, ut regi regioque filiò fidem ſervaret, atque iniquum regni invadendi animum deponeret. Inde concludunt, Romaricum obiiſſe tempore* Sigeberti *regis.*

B *contrà ac ſcribunt aliqui, colligitur ex anno hujus e-mortuali,* 18 *Sed hoc ipſum diſertè traditur ab altero ejuſdem Romarici biographo poſteriore, ex quo Mabillonius mox laudatus in Notis ſuis recitat ſequentia:* Obiit idem pater (*Romaricus*) plenus dierum in ſenectute bona VI Idus Decembris, ſceptrum quidem Auſtraſiorum tenente rege Sigeberto, Francorum verò Chlodoveo. *Imò Serarius ipſe fatetur in Obſervationibus ſuis ad cap. 12 in Mss. ſuis vitâ functum dici Romaricum*, cùm regnarent Dagoberti filii, Sigibertus apud Auſtraſios, Clodoveus apud Francos. *Atqui Sigebertus, ut convenit hodie inter eruditos, non vixit poſt Kalendas Februarias anni 658, igitur antè hunc annum exceſſit certè Romaricus, & ſi rectè arguunt Cointius, Mabillonius aliique recentiores ante annum 654, puta* VI *Idus Decembris anni 653, quod ulteriùs diſcuti poterit, cùm ad jam dictum diem perventum fuerit. Sufficit ad præſens propoſitum retuliſſe ea, unde manifeſtum fiat, pugnare memoratum triennium cum recepta hodie chronologia, quandoquidem conſtet* S. Adelphium *ſuperſtitem fuiſſe anno 665 & fortaſſe ſeriùs. Quod nunc oſtendo.*

C *& ex ætate S. Waldeberti,* 19 *In Vita priore* S. Adelphii *ſcribit auctor æqualis & poſt eum reliqui, Sanctum, cum gravi morbo quateretur, Luxovium perrexiſſe, ibidem perhumaniter ſuſceptum fuiſſe ab Ingofredo abbate, & commendatum Emmoni monacho hoſpitum curatori;* cúmque per aliquod temporis ſpatium *illic moratus eſſet, è vivis diſceſſiſſe. Sed Luxovienſi aſceterio uſque ad annum 665 abbas præfuit S. Waldebertus; ut diximus tom.* I *Maii in Commentario ejus Actis prævio pag.* 275, *utque ex iiſdem Actis nunc etiam paucis oſtendo. S. Waldebertus ibidem num.* 3 *ſubrogatus dicitur S. Euſtaſio, juxta communem eruditorum ſententiam die* XXIX *Martii anni 625 demortuo, & num.* 8 *tempus, quo gubernavit, ita deſignatur:* Cùm per quadraginta annorum ſpatium glorioſus confeſſor Domini Waldebertus locum ſibi delegatum, omni virtutum genere optimè diſpoſitum augeret rebus & numero Deo ſervientium, multis miraculorum virtutibus adornatus migravit ad Dominum VI Nonas Maii. *Quæ evidenter incidunt in annum 665. Igitur hoc anno ſuperſtes erat* Adelphius; *quandoquidem in iiſdem S. Waldeberti Actis num.* 10 *auctor proſequatur in hunc modum:* Diſcedente itaque ab hac vita (ut præfati ſumus) Waldeberto paſtore beatiſſimo, ſanctus Ingofredus, omni virtutum genere conſpicuus & perfectus, loco ejus eſt ſolemniter ſubrogatus. AUCTORE J. P.

20 *At, inquis, Waldebertum Luxovienſem ad Meldenſem cathedram evectum fuiſſe credunt multi, nituntur que Actis S. Faronis apud Mabillonium Seculo 2 Benedictino, & S. Agili tum apud eumdem, tum apud nos tom.* VI *Auguſti, concinnatis per auctores multo antiquiores Adſone, S. Waldeberti biographo, qui ſeculo tantùm* X *floruit, & cujus inde auctoritas levior eſt quàm illorum, ac per conſequens, quæ de Waldeberti diuturna prælatura, de obitu Luxovii, deque Ingofredo ſucceſſore ejus abbate anno 665 conſtituto recitavimus, non ſat firmo ſulciuntur fundamento. Reſpondeo, actum fuiſſe de objecto epiſcopatu in Opere noſtro locis variis, præſertim tom.* I *Maii ad laudatam S. Waldeberti abbatis Vitam in Commentario prævio, & recentiùs in Annotatis ad Acta S. Agili tom. citato, ubi diximus, quòd, ſi revera eo ſeculo Waldebertus aliquis Meldis epiſcopus exſtiterit,* E *diverſus is fuerit à Waldeberto S. Euſtaſii ſucceſſore. Quod mihi omnino certum apparet, utpote non invenienti tempus, quo is Meldis ſedi ſſe potuerit. Juvat tamen idipſum, utpote à quo pendet res, quam diſquirimus, hìc paulò enucleatiùs expendere. Audiamus verba biographi S. Faronis:* Factum eſt, *inquit*, poſt dormitionem Walberti epiſcopi hujus urbis, ut electus Dei Faro ejus lege conſanguinitatis, quaſi jure hereditatis, fraternam ſucceſſionem pontificatûs hac in urbe Meldenſi mereretur, ſicut in deſcriptionibus Vitæ clariſſimi Euſtaſii noſtra relatio invenit: à viris etenim religioſiſſimis miſſa eſt ſuggeſtio de eo regem ad Chlotarium . . . ut ſuo aſſenſu præberet conſtituendum digniſſimum pontificem, ... qui . . . non ſolùm conſenſioni animum inclinavit, ſed etiam fieri adjudicavit.

qui numquam fuit

Meldenſium epiſcopus;

21 *Ut ceteris obſervationibus, quæ in hunc textum fieri poſſent, ſuperſedeam, notandum, deſignari hìc Chlotarium II, ut liquet ex integro Vitæ contextu, & ex eo, quòd Faro ſeu Burgundofaro diu ante Clotarium III Meldenſi eccleſiæ præfuerit. Sed Waldebertum Euſtaſii ſucceſſorem annis multis ſuperſtitem fuiſſe Chlotario ſecundo, demortuo ſub annum 628, conſtat ex pluribus coævis ſcriptoribus, quorum aliquos mox dabimus; nequeunt ergo de illo intelligi recitata verba, nec obſunt aſſertis noſtris ex biographo Waldeberti abbatis. Nihil amplius evincitur per Acta S. Agili, ubi hæc habentur:* Agilus . . . committitur Euſtaſio . . . cum . . . Agnoaldo & Waldeberto, . . . qui monaſterio, quod Fara illorum ſoror . . . ædificavit, conſtruendi & docendi regulares magiſtri claruerunt, quorum alter Lugduno clavato, alter Meldenſibus eſt epiſcopus ordinatus. *Nam cùm biographus nullo charactere ſignet epiſcopatûs tempora, meritò ad eadem reduci poteſt, ad quæ nos duxit biographus S. Faronis. Nolim tamen inde inferas, me pro certo habere, quòd ante annum 628 epiſcopus aliquis Waldebertus ſeu Walbertus nomine Meldenſem eccleſiam gubernârit; quippe contrà, magis mihi probatur id negantium ſententia, quâ contendunt, utrumque proximè objectum biographum hallucinatum eſſe ex textu Jonæ Bobienſis in Vita S. Euſtaſii malè percepto, de qua re videat curioſus lector Galliam Chriſtianam nuperrimè editam tom.* 8, *col.* 1599 *& ſeq. de epiſcopis Meldenſibus. Nunc produco auctores quoſdam coævos, per quos pateat, Wal-*

F

AUCTORE J. P.

debertum abbatem ſuperfuiſſe poſt annum 628, *nec occupâſſe ſedem Meldenſem ante* 665.

ut probatur ex variis

22 *S. Euſtaſius, teſte Jona in Vita ejus num.* 17, *moriens multa monaſteria vel inchoata perficienda, vel, quæ conceperat, inchoanda reliquerat*, quæ ejus ſucceſſor Waldebertus firmavit atque ædificavit. *Idem Jonas in Prologo ad Vitam S. Columbani, Bobuleno & Waldeberto inſcriptam ita fatur:* Memini, me . . . fuiſſe pollicitum, ut almi Columbani meo ſtuderem ſtylo texere geſta, præſertim cùm . . . quamplurimi penes vos ſuperſtites ſint, qui nobis non audita, ſed viſa narrarent, vel quæ nos per venerabiles viros Attalam & Euſtaſium didicimus, quorum primus Bobienſis, ſecundus Luxovienſis cœnobii, quo vos præſules exiſtitis, ejus ſucceſſores fuerunt. *Hæc ſcripta non ſunt ante annum* 639, *quo vel proximè ſequenti vivere deſiit S. Bertulfus Bobienſis abbas, & Bobulenus in ejus locum ſuffectus eſt. In Vita S. Germani Grandivallenſis auctor coævus apud nos ad diem* XXI *Februarii ſcribit, hunc Sanctum*, cùm eſſet annorum ſeptemdecim, *perrexiſſe ad S. Arnulphum*

B *jam tum abdicato epiſcopatu (poſt annum* 625) *eremum inhabitantem, ab hoc tonſum fuiſſe, ac dein Romaricenſibus aſcetis aggregatum. Tum paucis interjectis refert idem auctor, S. Germanum inde Luxovium ſe recepiſſe, quo tempore* erat pater monaſterii illius Waldebertus nomine vir egregius, *qui perſpecta Germani virtute eum presbyterum ordinari voluit, ac poſtea* de ſuis fratribus *elegit, inſtituitque primum abbatem conditi à ſe Grandivallenſis cœnobii, cujus primordia aſſiguntur communiter anno circitèr* 647.

antiquis documentis;

23 *Mitto Vitam S. Salabergæ ab auctore ſeculi* VII *ſimiliter exaratam, qui de Waldeberto abbate Luxovienſi meminit ſub annum* 640, *ac privilegium Joannis Papæ IV ſub eumdem annum, poſtulante Chlodoveo II conceſſum Luxovienſi monaſterio*, in quo, *verba ſunt diplomatis apud Mabillonium in Appendice tom.* I *Annalium pag.* 689, nunc venerabilis Waldebertus abbas etiam cum multis monachis converſari videtur. *Pauca tamen addo ex Vitis S. Bathildis reginæ per binos antiquos auctores conſcriptis, & à nobis excuſis ad diem* XXVI *Januarii. Prioris auctor, qui coætaneus eſt, cuique conſonat ſcriptor alterius, ſic habet:* Monaſterium, quod

C vocatur Corbegia, in Ambianenſi parochia ſuo opere conſtruxit (*Bathildis*,) ubi venerabilis vir domnus Teudofredus, nunc enim epiſcopus, tunc verò abbas, magno gregi fratrum præfuit, quem de Luxovio monaſterio præfata domna Baltidis * à reverendiſſimo viro domno Galberto *, quondam abbate, expetivit, & mirabiliter ad ipſum cœnobium fratrum condirexit, qui nunc uſque & laudabiliter conſtat. *In his verbis duo advertimus. Primum eſt, quòd hîc valdè accedatur ad annum* 660; *nam S. Bathildis id monaſterium conſtruxit cum filio Chlotario Chlodovei II anno* 656 *defuncti ſucceſſore, ſicut ipſe Chlotarius teſtatur in præcepto de ejuſdem fundatione tom.* I *Conciliorum Galliæ pag.* 500: Nos & præcelſa genitrix noſtra domna Baldechildis regina monaſterium . . . . in loco, qui dicitur, Corbeia, ubi præeſt venerabilis vir Theofridus abba, pro æterni numinis intuitu ædificari præcepimus. *Idem apertè dicit ibidem pag.* 502 *Berthefridus Ambianenſis antiſtes in privilegio immunitatis Corbeienſibus conceſſo*, VIII *Idus Septembris, anno* VII *Chlotarii, id eſt, Chriſti* 662: Glorioſiſſimus domnus Chlotarius rex, nec non

* *in altera* Bathildis
* *ibid.* Walberto

præcelſa domna Balthildis regina monaſterium. . . in loco nuncupante Corbeia conſtruxerunt. D

24 *Alterum eſt, quòd uterque S. Bathildis biographus Theofridum & abbatem & epiſcopum nuncupet, Waldebertum verò ſimpliciter abbatem, ſicut reliqui jam recitati auctores; quòd planè mirandum foret, ſi aliquando Meldenſem eccleſiam rexiſſet. Porrò dicta eccleſiæ præfediſſe S. Faronem ab anno circitèr* 626 *ad* 672 *adductis teſtimoniis plurimis oſtendunt laudati Galliæ Chriſtianæ editores, admittuntque paſſim, quicumque Francorum hiſtoriam pertractant, & quidem id uſque adeo certum apparuit Cointio, ut S. Waldebertum abſolutè Meldenſibus epiſcopis annumerandum credens, vitam ejus productam voluerit ad annum uſque* 680, *ad quem ab anno* 672 *Faroni ſubrogatus, dictam ſedem epiſcopalem tenuerit. Sed hoc* Cointii novum figmentum non admittimus *inquit Henſchenius num.* 4 *Commentarii ad Acta S. Waldeberti, & quod ſciam, nemo hactenus eruditorum admiſit, omnes Hildevertum ſeu Datlevertum ſubſtituunt S. Faroni, de hoc plura dicenda occurrent ad diem* XXVIII *Octobris, quo nomen ejus Martyrologiis inſcribitur.* E

ſed abbas Luxovienſis,

25 *Nihil eſt ergo, quod nos cogat dubitare de morte S. Waldeberti poſt quadraginta annorum regimen obita in Luxovienſi monaſterio, ſicut habemus ex Adſone ejuſdem biographo, qui in prologo ſuo volumen memorat latiùs complectens Acta SS. Euſtaſii & Waldeberti. Ex quibus rurſus concludimus, vitâ functum eſſe* S. Adelphium *poſt annum* 665 *S. Waldeberto ultimum, &, juxta receptam hodie chronologiam, corrigendos eſſe Serarium & Ruyrum tradentes, denatum eſſe* S. Adelphium *triennio poſt S. Romaricum. Dixi autem ubique* juxta receptam chronologiam: *quâ videlicet ſcriptores neoterici mortem Clodovei II alligant anno* 656, *Sigebertum verò, licèt quoad annum diſſentiant, in vivis non fuiſſe volunt poſt* 658. *Nam ſi quis adhærere mallet aliis, qui horum regum vitam diutiùs prorogandam cenſuerunt, quorumque opinionem equidem non dixero omnino improbabilem, is ſimiliter Romarici obitum diutiùs differre poſſet, atque ita per allegatum à Serario & Ruyro triennium, maximè ſi hoc paulò latiùs ſumatur, propiùs accedere ad annum* 665, *& laudatos auctores cum priore noſtro biographo, innectente mortem Sancti noſtri temporibus Ingofredi abbatis, utcumque conciliare.* F

defuncta anno 665: *poſt quem S. Adelphius,*

26 *Nos interim, ſi Sanctus noſter, prout ex jam diſcuſſis probabiliſſimum fit, pluſquam triennio ſuperſtes fuerit S. Romarico, errorem iſtum Serarii & Ruyri ſeu potiùs codicum, quibus uſi ſunt, ortum credimus ex eo, quòd coævus* S. Adelphii *biographus narrare inſtituat, quæ* ante triennii annos *contigerant, quibus terminis ipſi comprehenſum putârint integrum à Romarici uſque ad* Adelphii *obitum temporis intervallum. In qua opinione fortaſſe confirmati fuerunt à ſecundo noſtro biographo num.* 8 *in hunc modum ſcribente:* Romaricus, cùm jam ſui diſſolutio corporis immineret, dilecto ſibi Adelphio . . . ſanctarum curam puellarum commiſit, quas ipſe cum germana ſua prudentiſſima, videlicet Gebetrude, viriliter cuncta regens, ac paterno affectu diſponens, parvi licet temporis intervallo, piè ac ſtrenuè gubernavit. *Sed non adverterunt, neque hîc dici, nec porrò dici potuiſſe, Gebetrudem puellas gubernâſſe vel vivente Romarico vel ſtatim ab ejus obitu; quandoquidem conſtet, S. Romarico*

depoſitâ prælaturâ Romaricenſis cœnobii,

A *Vitam ab auctore coævo dedicatam fuisse Cæciliæ abbatissæ, quæ Gebetrudem proximè præcessit. Præterea non absimile à vero est, depositam fuisse à* S. Adelphio *prælaturam notabili tempore antequam vivere desierit, cùm, teste biographo ejus æquali, simulatque mortis ejus* ad monasterium Habendense nuntius venit ... vir illustris Garichramnus abbas ... cum ... monachorum turbis Luxovium usque perrexerit. *Unde non difficulter percipitur, cur verè dici potuerit,* Adelphium parvi temporis intervallo *regimen Habendensis modasterii cum sorore Gebetrude habuisse, quantumvis Romarico immediatè successerit, & tamen annis duodecim vel etiam pluribus supervixerit.*

obiit anno incerto; die 27 *Porrò an Sanctus noster diu post annum* 665 *vitam produxerit nec ne, nemo facilè divinârit: nam quantumvis admittamus verum esse, quòd S. Waldeberto abbati mox Ingofredus suffectus fuerit; ignoramus tamen, quamdiu hic Luxovii abbas exstiterit, & an sub initium regiminis ejus, an sub medium aut finem ex dicto asceterio in cælos abierit* S. Adelphius. *Quapropter, licèt plerique neoterici annum signent circitèr* 670, *Cointius verò* 680, *quia videlicet ob rationes num.* 24 *allatas Ingofredum multo*

B *serius abbatem constitutum existimare debuit, nos, quod certum nobis videtur, statuimus mortuum esse post annum* 665. *Non tanta sese offert difficultas super die emortuali, quanta super anno; quantumvis neque super illo inter scriptores olim fuerit consensio. Etenim Arnoldus Wion lib.* 3 *Ligni Vitæ in Martyrologio Benedictino; Dorganius in Kalendario; Saussayus in Supplemento Martyrologii Gallicani; Ferrarius in Catalogo Generali, & alii, qui Trithemium loco mox indicando secuti sunt, Sancti nostri natalem seu depositionis diem memorant* XXIX *Augusti. Eodem die annuntiant ipsum Menardus in Martyrologio, & in Menologio Bucelinus; hic tamen fusius etiam de Sancto agit ad* XI *Septembris, quo & ille ejusdem verisimiliter memoriam recolit in hunc modum:* In Lotharingia depositio S. Adulphi confessoris, *monens præterea libro* 2 *Observationum, hac die in Monte sancto* S. Adelphii *celebrari festivitatem.*

XI Septembris, 28 *Nos, uti notavimus in Prætermissis ad dictum diem* XXIX *Augusti,* S. Adelphium *è vivis excessisse credimus* XI *Septembris, non modò quia tum recurrit præcipua ejus festivitas; sed quia id apertè exprimitur in Martyrologio Romaricensi verbis num.* 14 *citatis, & potissimùm, quia id clarè deducitur ex Vita ejus antiquiore: etenim juxta eam obiit matutino tempore, & mox perlato ejus nuntio ad sacrum Montem, Garichramnus abbas Sancti successor nocte consurgens Luxovium properavit, sacrum inde corpus detulit, reposuitque in basilica S. Petri ac demum urnæ tradidit die postero in basilica S. Mariæ, cum peragereturfestivitas S. Amati, incidens juxtà omnes in diem* XIII *Septembris: quæ temporum dispositio sufficienter indigitat, contigisse Sancti obitum biduo antè, puta die* XI *ejusdem mensis.*

C

non 29 Augusti, 29 *Putat Mabillonius in Notis ad jam allegatam Vitam, memorari* S. Adelphium *die* XXIX *Augusti, quia* is dies fortè translationis est. *Verùm quandoquidem nullus ex citatis num.* 27 *auctoribus translationis meminerit, nec illo die ulla translationis fiat commemoratio apud Romaricenses, cujusmodi tamen fit per anni decursum diebus quatuor ab illo distinctis, malim credere,* S. Adelphium *abbatem confusum fuisse quondam cum S. Adelpho Metensium episcopo, de quo cum Martyrologio Romano ad memoratum diem* XXIX *Augusti actum est in Opere nostro. Hanc conjecturam nostram firmat laudatus Wion in Observationibus ad Martyrologii diem eumdem* XXIX *Augusti:* Adelphi abbatis, *inquit,* natalem hac die annotat Trittemius de Viris illustribus Ordinis S. Benedicti lib. 3, cap. 310. Agunt de quodam Adelphio seu Adelpho episcopo Metensi Baronius, Molanus & Galesinius, utrùm tamen sit idem cum nostro affirmare non audeo, præcipuè cum Trittemius tempus, quo floruit, non explicet. *Eumdem non esse abundè constat ex eo, quòd Adelphus episcopus vitâ functus sit sæculo* III, *noster* VII, *ille Metis, hic Luxovii.*

AUCTORE J. P.

vel 2 Septembris, uti tradunt aliqui. 30 *Saussayus in Supplemento ad sæpè nominatum diem Augusti* XXIX *Abbatem quidem distinxit ab episcopo; sed, quantum percipio, locum confudit ac tempora, quibus uterque vixit ac mortuus est. Audi elogium:* Metis depositio sancti Adelphi abbatis Habensis, actis quidem & dignitate à cognomine suo episcopo ejusdem urbis diversi, at animo conjuncti & meritis coæqualis. *Ruyrus part.* 1 *de Antiquitatibus Vosagi pag.* 48 *ab omnibus hactenus laudatis scriptoribus discrepans, Abbatem nostrum obiisse scribit* die secunda Septembris. *Verùm hoc inde factum suppono, quòd apud Serarium, quem sequitur, diem sic expressum legens* II Septembris, *notas numerorum Arabicas pro Romanis assumpserit. Ceterùm de die obitûs nobiscum sentiunt Mabillonius, Castellanus & reliqui passim historici & martyrologi recentiores; in antiquis autem Martyrologiis classicis Sancti nostri nomen nusquam occurrit. Quantumvis ejus cultus antiquissimus sit, & lapsu temporis auctoritate Apostolica stabilitus ad nostra usque tempora insigni splendore perseveret in Monte Romarici. Verumtamen postrema hæc probare necdum aggredior: nam cùm translationes & miracula certè ad cultum pertineant, ac super iis, præsertim translationibus, discutienda sint nonnulla, puta de occasionibus, ob quas, & temporibus, quibus eæ factæ sint, cumque ad ea demonstranda opus sit proferre in medium relationes bene prolixas, quas Commentario prævio inferere non satis commodum sit, placuit quæcumque de cultu & gloria posthuma comperta sunt, simul pertractare, & utramque Sancti Vitam priùs exhibere.*

E

F

VITA BREVIOR

Auctore anonymo Sancti ipsius æquali.

Ex editione Labbei & Mabillonii, collatâ cum Ms. S. Maximini Trevirensis.

Præfatio auctoris. INeffabilis & clementissimus Deus Jesus Christus, cùm fidelibus suis normam vivendi traderet, quodam loco *a* ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Quamobrem ille glorificandus est, qui,

a

A. ANONYMO.

ut operetur bonum, tribuit effectum. Et idcirco non silenda esse censuimus opera bona & laudabilia, quæ moderno tempore * erga supremum diem obitus sui laudabiliter pater noster pius atque dulcissimus domnus Adelphius abbas peregit, adjuvante Christo, qui dixit *b*: Nemo venit ad me, nisi quem Pater meus cæleſtis attraxerit. Et beatus Paulus dicit *c*: Ne fortè det illis * pœnitentiam &c. Quibus verbis perspicuè patet, quoniam pœnitentiæ bonum à Deo petentibus clementer tribuitur.

* *Ms.* modernis temporibus

b

c

* *in Ms. additur* Deus

2 Jam igitur nunc ipsius Adelphii abbatis narranda aggrediar acta. Fuit enim lenis in verbis, hilaris in aspectu, dulcissimus hominibus bonis, mitis & affabilis cunctis, officiis Dei * promptissimè intentus, alienarum rerum non cupidus, servientibus Deo obnixè & dulciter subjectus, patientiæ & modestiæ sectator, omnibus hominibus laudabiliter aptus.

Sancti virtutes,

* *Ms.* in omnibus

3 Denique ante hos, nisi fallor, triennii annos *d*, illo videlicet sciente, qui solus hominum corda novit, per eremi vasta huc illucque locatim divertens, ultrices flammarum globos ubertate fletuum secretè extinguere nitebatur. Et quoniam pietas inenarrabilis Dei crebrò permittere solet, ut superveniens infirmitas corporis maculas animæ misericorditer abstergens purificet; cùm gravi & infesto quateretur dolore, gemitibus & lacrymis multis animæ flagitabat medelam. Denique accito sacerdote, si quid se meminit deliquisse, prostratus humi exomologesin fecit, poscens animæ suæ medendæ pœnitentiam impertiri, atque supplex ait: Dulcissime meus, ab omnibus Fratribus & Sororibus commeato * accepto, volo & desidero Luxovium *e* usque ad Fratres sanctos properare, quoniam illis similiter confessionem meam facere dispono: quibus orantibus veniam & remissionem de peccatis meis adipisci non ambigo. Nec mora destinationem illius secutus est effectus.

& insignis pœnitentia. Acri dolore affectus confitetur,

B

d

* *lege* commeatu

e

4 Cùm ergo cœnobium fuisset ingressus, mox sanctus abbas Ingofredus *f* cultor Dei unà cum fratribus suis, velut ob conquirendæ æternitatis præmia, velut de supernis munus destinatum amplectentes illum susceperunt, ibique sancto fratri Emmoni *g* monacho electo Dei commendatus, cum multo & grandi studio dilectus est. Nam illi tunc, id est, Emmoni de hospitibus instabat cura. Erat vir ille sanctus opere & gratus in actu, qui cum summo studio famulabatur sancto Adelphio. Dumque per aliquod spatium temporis fraterna invicem fruerentur dilectione, adest extrema dies, ut effetum Adelphium abbatem sui funerarentur dilecti. Denique jam aderat surgendi hora diei, & ait: Quâ horâ vis, domne Emmo, ut surgamus & pergamus ad orationem? Tum ille: Quiesce modicùm, Domne, donec signum agitetur, & pergamus ad orationem.

ac Luxovium se confert;

f

g

C

5 Ilico Emmo digressus foràs, & puer officialis inibi remansit cum illo: & ecce subitò brachium illius dolor ingens perculit, statimque præpeti verbo ait: Surge accede huc, frater, quia sævissimus dolor percussit brachium meum. Et vexillum Crucis supra frontem & corpus suum conabatur facere & dicebat: Christe adjuva, Christe adjuva. Et hac voce emissa, atque signo Crucis ab eodem facto, illius sancta egressa est anima. Tunc procul dubio in eodem suppletum reor Prophetæ monitum, quo ait: Omnis, quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit. Et illud: Sapientia viri in exitu canitur.

ubi moritur.

6 Statim ergo ad monasterium Habendense pernix nuntius venit. Moxque vir illustris domnus Garichramnus abbas de nocte consurgens cum non parva & promiscua turba populi atque monachorum turbis Luxovium usque perrexit, acceptoque corpore sancti Viri cum Sanctorum reliquiis, cereis & crucibus, ingentique triumpho in castello Habendense ad urnam usque suam mirabiliter transvexit. Nam cùm alveum Mosellæ gestantes jam transmeâssent, ecce veniens sancta Tecta, quæ & Cebetrudis *h*, abbatissa occurrit obviam, unà cum sanctis sororibus gestantibus Sanctorum reliquias cum cereis & crucibus, divisusque est populus turmatim in tres cuneos. Pergebant namque & chori monachorum sancti Viri corpusculum ferentes, præibantque omnibus: & ilico eminus sequebatur almifica Tecta abbatissa præcedens chorum sanctarum virginum, vulgusque populi post tergum capiebat iter. Resonabant namque in excelsum voces psallentium passim in laudem Dei; omnis namque illic repleta est terra vocibus & cantibus antiphonarum & psalmodiæ. Sic namque, disponente Deo, factum est, ut in die illo, quo festivitas sancti Amati agebatur *i*, Filiolus *k* ipsius sanctus Adelphius in eadem basilica cum magno ornatu sepeliretur *l*.

D

Corpus in sacrum Montem

h

i *k*

E

l

translatum, ante

7 Postquam autem sepultus est, quæ vel quales visiones de eodem quibusdam fidelibus apparuerint, saltem aliquæ silendæ non sunt. Nam antequam sepultus esset, in basilica sancti Petri gestatus est, ibique à pernoctantibus vigiliarum excubiæ celebratæ sunt. Sed quàm grande miraculum & virtus ibidem audita fuisset, sub silentio reticendum non est. Et quoniam gemina sancti Amati (sicut jam præfati sumus) atque Adelphii festiva aderat dies, peractis Matutinis, hymnum B. Amati canere cœperunt, quem Adelphius à primo versu usque ad finem alta voce jugiter cantavit cum illis, atque levata dextera manu signaculum Crucis facere conabatur. Vir quippe religiosus erat, qui juxta illius corpus inixiùs vigilabat. Hic illum cantantem solus audivit, atque cum lacrymis testificans Deum & domnum Petrum, istud miraculum nobis narravit.

8 Posthæc autem, viro Dei Adelphio urnæ tradito, quidam diaconus procurator monasterii ob quasdam utilitates dispensandas in platea sancti Petri advenit, & ecce in oratorio audivit psallentes tamquam festivitatem celebrantes. Canebant autem hunc versum: Vivet anima mea & laudabit te, Deus. Suspicatus denique est inibi famulas Christi cantare, sed post pusillum scisscitatus, nullum hominem reperit *m* ibidem adesse. Alia denique die, cùm quædam famula Dei in basilica S. Petri innixa in oratione jaceret, audivit in supradicto oratorio tamquam Missas celebrantes canere. Psallebant autem: Lætabitur justus in Domino. Et accitis aliis famulabus Christi, utræque audierunt voce alta canentes, suspicantes quippe fratres ibidem Missarum sollemnia celebrare *n*.

& post sepulturam

F

m

9 Igitur visiones illas, quæ de eodem visæ sunt, jam narrandas aggrediar auctoritate fultus de talibus B. Augustini & almifici Papæ Gregorii, qui quosdam monachos hostium phalanges incurrisse, moxque stipite interemptis per totam noctem ibidem ad corpora eorum animas psalmos canentes ab iisdem hostibus, aliis narrantibus, audisse fatetur *o*. Nam & B. Augustinus refert; cùm Justorum animæ in locis amœnis Justis fuerint sociatæ, licentiâ adeptâ, quos in hac

prodigiis

o

A hac vita dilectos habuerunt, revertuntur invisere per somniorum revelationes & consolationum hortamina *p*: quod & crebrò actum per Sanctorum comperimus libros.

inclaresçit. 10 Nam nec illud sub silentio reticendum est, quod de sancto Adelphio comperimus. Quædam namque sanctimonialis famula Christi, sancta repleta devotione, ad sepulcrum illius dum intentè psalmos caneret, factum asseruit infra urnam illius tamquam murmur lene, in aliud latus vertendum. Moxque locus ille inenarrabili dulcedine atque odore suavitatis repletus enituit *q*. Erant namque ibidem gaudentes & quasi exsultantes lætitia inenarrabili. Hæc quippe pauca narrata sunt de multis, quæ sancta atque almifica Tecta abbatissa ob memoriam beati viri Adelphii, seu propter exemplum fidelium in processu temporis recolenda commentariolo indita stilo sulcari præcepit, adjuvante omnipotenti Deo, cui laus est & gloria & potestas per immensa semper sæcula sæculorum, Amen.

ANNOTATA.

B

a *Matth. 5 vers. 16.*

b *Joan. 6 vers. 44.*

c *2 ad Timoth. 2.*

d *Ætas auctoris. Vide Comment. num. 26.*

e *Sunt, qui putent*, S. Adelphium *Luxovii vitam monasticam professum fuisse; priusquam Romaricensibus præficeretur; cui opinioni hic textus utcumque favet.*

f *Hunc inter Prætermissos retulimus ad diem 12 Maii, quo in quibusdam Mss. Kalendariis Benedictinis ejus memoria recolitur in hunc modum:* S. Ingofredi abbatis Luxovienſis; *neque hactenus plura de eo nobis innotuerunt.*

g In nonnullis Martyrologiis, *inquit Mabillonius in Annotatis*, B. Emmo monachus Luxovienſis v Kalend. Septembris colitur. *Fides sit penes scriptorem, equidem in nullis Fastis, quæ consulere potui, ejus mentionem inveni. In mox citatis Mss. Kalendariis ad diem 20 Decembris lego sequentem annuntiationem:* Ipso die S. Emonis monachi Habenſis monasterii. *Facilè crediderim eumdem esse, qui Kalendariis illis insertus sit, & per inadvertentiam monachus Habendenſis vocitatus, quia* Sancti *titulo insignitur in Vita* S. Adelphii, *Habendenſis cœnobii abbatis.*

C h *S. Gebetrudis in Monte S. Romarici colitur die 7 Novembris. Vide Commentarium § 1.*

i *Die 13 Septembris. Consule Comment. num. 28.*

k *Super hac voce quædam observavimus in Comment. num. 16.*

l *S. Amatus, teste coævo ejus biographo apud Mabillonium, sepultus est primùm, uti ipse petierat*, in introitu ostii basilicæ S. Mariæ. *& post annum* infra basilicam S. Mariæ *positus. Igitur in eadem basilica S. Mariæ conditus est* S. Adelphius, *sicut præ se ferunt hoc loco verba biographi nostri.*

m *Sequentia desiderantur in apographo nostro Ms.*

n *Hoc numero contenta intelligimus de vocibus ad Sancti sepulcrum auditis, ut etiam intellexit Mabillonius. Et sanè quid aliud narrare intendat biographus? Verùm quæ de loco, ubi eæ auditæ sunt, narrantur obscuriora sunt. Etenim ex præcedentibus sat clarè eruimus, Sancti corpus die 12 Septembris delatum fuisse ad basilicam S. Petri, ibidemque servatum usque ad diem sequentem, quo in basilica S. Mariæ sepulturæ traditum fuit. Quomodo ergo diaconus iste, procul dubio monachus, veniens propter negotia in plateam S. Petri, & sanctimoniales in ipsa S. Petri basilica existentes cantus perceperunt in oratorio, & suspicati sunt, ille, sanctimoniales ibidem canere, hæ verò, à fratribus Missarum solemnia celebrari? Equidem rem non assequor, nisi hoc sensu, quòd basilica S. Mariæ valdè contigua fuerit basilicæ S. Petri, & remota à monachorum domicilio, vel potiùs quòd locus sacer, quem S. Amati biographus citatus ad lit. l, & noster num. 6 basilicam vocant, oratorium fuerit, ut dicitur in altera Vita, Deiparæ Virgini consecratum, qualia eodem loco varia exstitisse memorat Serarius cap. 7 Vitæ S. Romarici, collectæ ex Mss. codicibus sic habens:* In montis cacumine templum & oratoriola varia condidit *Romaricus. Unde simul conjiciamus, cur idem locus* platea S. Petri *vocitetur, nempè à principe basilica illi Sancto dedicata.*

o *Historia ista clarius percipietur ex ipsis verbis S. Gregorii, lib. 4 Dialogorum cap. 21 in hunc modum scribentis:* Vitæ namque venerabilis Valentio, qui pòst in hac Romana urbe mihi, sicut nosti, meoque monasterio præfuit, prius in Valeriæ provincia suum monasterium rexit. In quo, dum Longobardi sævientes venissent, sicut ejus narratione dedici, duos ejus monachos in ramis unius arboris suspenderunt, qui suspensi eodem die defuncti sunt. Facto autem vespere, utrorumque eorum spiritus claris illic apertisque vocibus psallere cœperunt: ita ut ipsi quoque, qui eos occiderant, cùm voces psallentium audirent, nimiùm mirati terrerentur. Quas videlicet voces captivi quoque omnes, qui illic aderant, audierunt, atque eorum psalmodiæ testes exstiterunt. *Hactenus Gregorius Magnus; hujus sancti Pontificis Acta illustravimus tom. 2. Martii ad diem 12, & ad diem 14 sanctorum Martyrum, de quibus hìc scribit.*

p *Hanc vel ei affinem materiam pertractat S. Augustinus locis variis. Videat tamen curiosus lector Epistolam ejus 159 aliàs 100 tom. 2 Operum in nova editione Benedictinorum congregationis S. Mauri col. 428 & seq., quâ respondet sanctus Doctor Evodio episcopo ad varias quæstiones super somniis & defunctorum apparitionibus, affertque mirabilem planè visionem, per quam Deus hominem revocari permisit à dubio de vita animæ post mortem, quamque ipse Sanctus ex eodem homine didicisse se profitetur. Porrò cùm biographus illos Patres adducat ad confirmandas visiones, quas narrare aggreditur, procul dubio, quæ hoc numero continentur, inverso ordine exarata sunt, debentque præcedere numerum 7.*

q *Justa ratio non est ambigendi de suavi odore juxta Sancti sepulcrum percepto; at dubitari posset, an, dum sanctimonialis murmur se invertentis percepisse se credidit, sua eam non luserit imaginatio; maximè quia simile quid prænoverat contigisse, cùm depositus illic fuerat S. Romaricus, quod hujus biographus apud Mabillonium ita enarrat:* Postquam sepultus est, mulier quædam ad capita beati Amati atque Romarici orandi gratiâ . . . sese prostravit: statimque infra urnam, in qua requiescunt, se audisse fatetur utrumque ad invicem vertentem, & quasi murmur intrinsecus gaudii nescio quid celeberrimi haberetur.

D

E

F

A. ANONYMO.

A. ANONYMO.

VITA

ALTERA AUCTIOR

Auctore anonymo recentiore.

Ex codice Ms. Romarici Montis.

Præfatio auctoris.

CUm sæpe excusâssem, digniſſima & excellentiſſima mater, tua me denique auctoritas impulit, ut ſanctiſſimi patris ac paſtoris noſtri Adelphii vitam & res geſtas ſcriptis explicare aggrederer. Quod quidem implere hactenus diſtuli, non tam declinandi laboris causâ, quàm quia ingenii mei tenuitatem conſiderans tam ſublimi argumento me imparem agnoſcebam; adeoque tacere malebam, quàm pauca de multis & ineleganter effari: illud maximè veritus, B ne eamdem reprehenſionem incurrerem cum illo, qui hoc opere in ſe recepto, tamen illud communi omnium ſenſu, parum diſertè aptéque executus eſt. Ego autem hoc unum negare non auſim illi, cui me omnia debere profiteor; ne eo ipſo nimiùm modeſtus parúmque prudens apparear, quo laudibile honeſtumque onus iniquo obtentu excutere velim. Itaque juſſis tuis obtemperare ſtatui, non alia occaſione, quam ut quemadmodùm eccleſiæ tuæ curandis emolumentis te intentam video, ita tu quoque cauſa ſis, cur ego beati Adelphii gloriæ amplificandæ adlaborem: id ſolum utique diligentiæ meæ vel obedientiæ præmium ſpectans, ut non tam operis ac facultatis exiguitatem, quàm operam animumque attendas, ac ſi quid nævi erroriſque ſubſit, pro tua ſingulari prudentia æqui bonique conſulas. Nunc potrò ad id, quod propoſitum eſt, veniamus.

Sancti illuſtre genus & felix indoles.

2 Beatus igitur Adelphius natione Sicamber *a*, nobilitatis natalitio celſus, in primævo ætatis flore bonorum imitator emicuit celeberrimus, quem ſupernæ diligentia pietatis tantâ dilectionis gratiâ elegit & præelegit, ut Spiritus ſanctus in eo ignem ſui amoris vehementer accenderet, ipſumque ſibi templum ædificans frequenti non ſolùm lumine inviſeret, verùm quoque mundani callis inter illecebras juſtitiæ adeptus palmam, religionis integer cultor perſeveraret. Nam ab ipſis pene cunabulis litterarum documentis inſtitutus, primæ indolis rudimenta direxit ad Chriſtum. Qui profectò virtutis iter arripiens nihil aliud ſtuduit, quàm caduca contemnere, adhærere perpetuis, atque monaſticæ mancipatus diſciplinæ, manſuetudinis jugum feliciter ſuſcepit. Res autem poſtulare videtur attingere paucis, qualiter idem venerabilis Pater prædictæ inſtitutionis ſuſceperit habitum, ut quomodo Sicambrorum provincia infelix amiſerit tantæ excellentiæ tantæque dignitatis Virum, qui partibus Voſagi *b*, ſerenus effulſit, tamquam ſidus eximium, quod, diſponente Deo ac ejuſdem Patroni opitulante ſuffragio, compendioſæ ſtilo traditionis ſequentia declarabunt.

3 Glorioſiſſimus namque ac Deo dilectiſſimus Romaricus, cùm inter primates polleret in palatio, regia fultus familiaritate, cúmque regem & regnum, regali *c* utpote ortus proſapia, ſtrenuo procuraret moderamine, cepit conſilium, felici uſus commercio, peritura poſtponere, ſoli inhærere Deo. Habebat verò eodem tempore tres filias pudicè ac liberaliter, prout tanti viri expetebat reverentia, educatas, quarum connubia diu multúmque ſecum volvens in pectore, licèt affatim ſuppeterent opulentia in rebus, nobilitas in genere, maluit eas Chriſto cum flore virginitatis deſtinare. Quippe in cujus corde jam mundus aruerat, cui profectò palatinæ dignitatis pompa ſordere cœperat, nemini niſi Chriſto funiculum hæreditatis adſcribendum deliberabat. Verùm quædam è filiabus ipſius, nomine Aſelberga, paternæ non acquieſcens devotioni, expers hæreditariæ ſortis & abſque patris conſilio, nupſit cuidam in partibus Sicambriæ, cui vocabulum Bethilinus, ſummæ nobilitatis multæque potentiæ viro *d*.

4 Interea autem beatus Romaricus, jam præmeditatæ ſalutis non immemor, diu noctuque regem moriturum cogitabat deſerere, ac æterni regis conſiliis ſeſe totum implicare, & quamvis in aula, quam non ex deſiderio, ſed ex officio frequentabat, ſedulò verſaretur; nullo tamen temporis intervallo mens ipſius pii affectu operis privabatur. Cúmque opportuna ei accidiſſet occaſio, patefecit libens, quod diu tractaverat in animo. Nam cùm gentem Auſtraſiorum ſanctus inviſeret Amatus *e*, gratiâ ferendæ fidei, divina cooperante clementia, divertit ad palatium venerandi patris Romarici, à quo vir egregius, ſuſcepto æternæ refectionis pabulo, conſiliis ejuſdem Luxovium venit, ac monaſticæ inibi religionis normam ſuſcipiens, quod diu optaverat, feliciter implevit.

ac deinde in monte monaſterium condiderat,

5 Non multum verò pòſt temporis ſuſceptæ conditionis ſtrenuus executor in tantæ perfectionis excrevit diligentiam, ut, cæleſtibus æſtuatis * deſideriis, ſecretioris vitæ expeteret diſciplinam, cujus inceptis dulciſſimus magiſter ejus Amatus obnixè favebat. Quippe ubi cooperator aderat Spiritus, nihil reprehenſione dignum conſiderabat. Pari ergo affectu infra vaſtum Voſagi profundum, locum heremiticæ ſolitudini competentem reperiunt, quod ab antiquis appellatum didicimus Habendi caſtrum, in quo Regi regum jugi famulantes exercitio monaſterium puellarum ædificavit *, atque curæ paſtoralis functi officio ad cuſtodiendum gregem induſtria ſolerti invigilant: unde quantum lucri ſummo Paſtori retulerunt *, quantáque angelicæ inſtitutionis gloriâ ſeſe ſuoſque dilataverint, evolvere ſuperſedeo, ne ſemper eadem audientibus ingerat faſtidium prolixæ digreſſionis oratio.

** lege* æſtuans

F

** forte* ædificant

** retulerint*

miſſos ad ſe Gebetrudem & Adelphium ex filia nepotes lætus complectitur.

6 Audiens verò Aſſelberga, patrem renunciâſſe ſeculo, direxit ei filiam nomine Tectam, quam jam ſuſceperat ex conjuge Bethilino, ſperans hoc modo elicere, quatenus hæreditatis pignus, quod ſibi jure competebat hereditario, reſtitueret puellæ. Beatus verò Romaricus, procreationis ſuæ primitias alacri vultu contemplatus, cum cæteris, quas ibidem aggregaverat, Domino perenniter famulaturam dedicavit; quæ poſtmodùm ejuſdem monaſterii mater vocata eſt Gebetrudis. Mater verò, cùm comperiſſet, quid ageretur de filia, felix ſecundo partu rurſus animum aggreditur flectere: ſed, ut reor, non ſine divina ſuggeſtione: nam Puerulum, quem pòſt paulò pepererat, tranſmiſit avo baptizandum, atque ad relictæ poſſeſſionis heredem conſtituendum, quem ſereniſſimus pater Romaricus gau-

A gaudio magno ſuſcipiens benedixit Dominum, cujus præſidio, quod filia neglexerat, geminæ prolis officio gratulabatur duplicatum *f*.

f

Adelphius baptizatur, & S. Arnulpho committitur; g h

7 Juſſit autem ſacri Baptiſmatis undâ Puerum innovari, atque de nomine Adelphium adſignari, quem dominus Amatus vir ineffabilis de lavacro ſacro ſuſcipiens, pater ipſius extitit ſpiritualis *g*. Protinus verò glorioſi pontificis Arnulphi *h* documentis ac monitis ſaluberrimis inſtitutus, tantâ curâ & diligentiâ eſt enutritus, ut nihil terrenum ſaperet, ſed ad cæleſtia toto mentis adnixu feſtinaret, atque in eo avitæ virtutis ſpecimen eluceret. Erat enim hilaris vultu, decorus facie, lenis in verbis, fervens in religione, alienarum rerum non cupidus, ſervientibus Deo jugiter innixus, &, quamvis puerili floreret ætate, cunctis tamen morum placebat honeſtate. Cúmque majori in dies proveheretur ſcientia, ſtudebat teneros annos diligentiori ſuperare ſolertia. Cavebat namque, ne aut temeritatis impulſu ad iniquitatem prorumperet, aut per negligentiam ab æquitatis tramite deviaret.

B

multis virtutibus ornatus & Romarico avo abbas ſubſtitutus, i k l

8 Hujus itaque tam illuſtris Ephebi pater *i* excellentiſſimus, cùm ſe relatu frequenti in domo Dei comperiſſet plurimùm fructificâſſe, ob ejuſdem chariſſimi Filii dilectionem hereditatem in partibus Provinciæ monaſterio Habendo contradidit opulentam, licèt ab Agarenis *k* poſtmodùm vehementer vaſtatam. Poſt diſceſſum verò beatiſſimi Amati, devotiſſimus pater Romaricus *l*, cùm jam ſui diſſolutio corporis immineret, dilecto ſibi Adelphio, caſtitate & continentiæ armis accincto, ac in omni virtutum devotione compoſito, ſanctarum curam puellarum commiſit, quas ipſe cum germana ſua prudentiſſima, videlicet Gebetrude, viriliter cuncta regens, ac paterno affectu diſponens, parvi licèt temporis intervallo, piè ac ſtrenuè gubernavit *m*.

m

ſanctè gubernat.

9 Piiſſimi ergo patris Romarici beatus Adelphius deſtitutus præſentiâ, gregem Chriſti, quem fovendum ſuſceperat, tantâ proſequebatur diligentiâ, ut, quaſi novo religionis afflatus ſpiritu, ſeipſum abnegaret: quibuſque præeſſe videbatur, ſanctæ converſationis exemplo conſolidaret. Crebris itaque vigiliis ac jejuniorum longanimitate beatus Adelphius profligatus, carnis concupiſcentiam frænabat: compunctionis verò pane, lacrymarumque vino ſpiritum roborabat; membra autem, ne ad pium opus deficerent, cibi potúſque parcitate ſolis poſt occaſum reficiebat; edebat namque, ut viveret; non vivebat, ut ederet.

C

Vacat operibus pœnitentiæ & graviter laborans

10 Cúmque in eo ſuperni cottidie amoris vehementis ardor excreſceret, per loca montis ſecretiora divertens profuſis lacrymarum imbribus ſe totum irrigabat, atque mundanæ celebritatis oculos vitans, contriti cordis hoſtiam divinis conſpectibus immolabat. Quanto enim virtutum proficiebat meritis, tanto indigniorem ſeſe dijudicans veniam poſtulabat de commiſſis. Et cùm jam triennii tempus *n* miro abſtinentiæ cultu exegiſſet, ei tanta ſupervenit corporis ægritudo, ut ſe propediem diſſolvendum præſciret. Cúmque diutiùs dolore quateretur intolerabili, Vir Dei accitis fratribus univerſis ſub eodem Domino famulantibus, ſi quid ſe meminit deliquiſſe properat confiteri; atque de remedio animæ ſuæ obſecrans, multa habuit hujuſcemodi verba: Dilectiſſimi fratres atque ſorores ſanctiſſimæ veſtro conceſſu Luxovienſis cœnobii fratres deſidero inviſere: quia & illis confeſſionis debitum perſolvere diſpono, quorum petitionibus remiſſionem adipiſci de peccatis non ambigo: verum deſtinatio illius ſtatuti ad effectum perducitur *o*.

n

A. ANONYMO.

Luxovium petit, o

11 Cúmque prædicti loci monaſterium fuiſſet ingreſſus, venerabilis cultor Dei Ingofredus unà cum fratribus ſuis plurima ipſum alacritate ſuſcepit, ac tamquam munus à Deo collatum congratulans, cuidam fratri nomine Emmoni diligenter ſervandum commiſit. Hic itaque prædictus frater religione pollebat præcipuus; huic quoque cura inſtabat de hoſpitibus, qui etiam ſummo ſtudio beato Adelphio famulabatur. Cùm jam aliquanto tempore fraterna invicem fruerentur dilectione, mane quodam vir Dei Emmò beatum Adelphium, orationis gratia ſurgere volentem compeſcuit, atque egreſſus foras puerum officialem inibi cum eo reliquit.

& piè moritur.

12 Protinus verò brachium patris Adelphii dolor percuſſit ſæviſſimus, qui confeſtim, accito puero, ſigno Crucis ſe muniebat, velut in hoſtes dimicaturus atque ter dicendo, Chriſte adjuva, ſoluta eſt carnis ergaſtulo ſanctiſſima illius anima. Felix immò beata diſſolutionis conditio, quæ ſic optata pervenit, ut potius eſſet voluptati, quàm detrimento! Non enim debitæ conditionis ſupplicium differre poſtulans Chriſtum invocabat, verùm ob laboris egregii conſtantiam meritò ſublimandus. Ne juſtitiæ corona diutiùs abeſſet reciprocando clamabat: Chriſte adjuva; ut quî omnium ad Patrem venientium prælucens extitiſti ſemita, te duce, te præſide, tibi adhærere valeam coæqualiter fulgenti in paterna gloria.

E

Corpus Sancti

13 Eodem die, quo beatus Adelphius à ſeculo migravit, nulla interveniente mora, nuntius pervenit in Caſtrum referens, naturæ conceſſiſſe venerandum Adelphium, cujus fama properè vulgata paſſim perculit oves mœrore ſubito. Dolebant enim pii Paſtoris caruiſſe ſolatio, ſed gratulabantur illi angelicæ contubernia dignitatis adepto. At vir Dei Gatichrannus, defuncti Patris ſucceſſor idoneus, de nocte conſurgens cum multa monachorum manu atque famulantium Luxovium tendit *, corpuſque piiſſimi Confeſſoris digniſſimo apparatu recipiens Habendum uſque monaſterium cum ſumma reverentia honeſtiſſimè tranſvexit.

** tetendit*

inſigni pompa ad Sanctum Montem refertur & prodigiis

14 Beatæ etenim tranſlationi inſervientes cum tranſmeâſſent fluvium, qui medius Habendo colli próximam interluit planitiem, gemens occurrit alma Gebetrudis unà cum ſanctis ſororibus, quæ velut oliva fructifera in domo Dei refulgens miro atque inenarrabili triumpho fraternum diſpoſuit funus. Populus namque, qui aderat, trium turmarum diviſus per cuneos laudem Dei decantabat, vocibuſque ymniſonis non exequiarum planctum, verùm ſollempnia celebrabat. Cúmque illic omnis terra pſallentium vocibus repleretur, ad baſilicam beati Petri deportatur, atque jugi à pernoctantibus vigiliarum cultu ibidem veneratur. Contigit autem, diſponente Deo, piiſſimi patris Amati eadem nocte adeſſe feſtivitatem, cúmque, peractis Matutinis, ymnum ejuſdem adſtantes cantare cœpiſſent, beatus Adelphius à primo verſu uſque ad finem cantavit cum illis, dextrâque levatâ Crucis ſignaculum facere conabatur gratiâ benedictionis. Vir denique religioſus, qui juxta corpus illius innixus vigilabat, cantantem illum ſolus audivit, atque cum lacrymis Dominum teſtificans fratribus enarravit. Sequenti verò die, omnibus ritè compoſitis, ſepultus eſt in oratorio quodam prope baſilicam beati Petri apoſtolorum principis. Poſthæc autem

F

A. ANONYMO. Viro Dei urnæ jam tradito, quidam è fratribus monaſterii procurator ob quaſdam utilitates diſpenſandas juxta prædictum oratorium pertranſiens audivit vocem canentis intrinſecus: Vivit anima mea, & laudabit te Deus: unde ſuſpicatus eſt inibi aliquam è ſororibus cantare, ac poſt paullum ſciſcitatus neminem ibidem reperit adeſſe.

illuſtratur. 15 Alia denique die cùm quædam famula Dei in baſilica beati Petri orationi attentiùs incumberet, audivit tamquam Miſſam celebrantes ibidem in eodem oratorio, canebant autem: Lætabitur Juſtus in Domino. Quæ ſecum accerſitis quibuſdam ſororibus, audiere pariter, quod ſola audierat priùs. Nec illud quoque ſub ſilentio reticendum decernimus, quod de repente humato illo factum eſſe cognoſcimus. Quædam namque ſanctimonialis ſanctâ repleta devotione, cùm ad ſepulchrum illius intenta pſalmos caneret, factum aſſeruit, infra urnam murmur lene, tamquam confeſſor Dei Adelphius in aliud latus ſeſe converteret: moxque locus ille tanto ſuavitatis odore repletus enituit, ut facilè quivis adverteret, quantis prædictus Pater apud B Dominum exiſtat meritis. Hæc pauca de multis beati patris Adelphii geſta ſufficiant, cujus interventu piiſſimo Regis æterni mereamur obtinere gratiam in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Sicambros, quorum primæ ſedes apud extrema fluminum Vahalis, Moſæ & Rheni aſſignantur, confundi ſubinde cum Francis monuimus tom.* 4 *Julii pag.* 440 *in Annotatis ad cap.* 2 *Vitæ S. Arnulphi, ubi hic Sanctus ita dicitur erudiiſſe Dagobertum regem*, ut in Sicambrorum natione rex nullus illi ſimilis fuiſſe narraretur. *Adi Browerum in Notis ad carmen* 4 *libri* 6 *Venantii Fortunati de Chariberto rege ita canentis:*

Cum ſis progenitus clara de gente Sygamber.

b *Voſagus, aliis Vogeſus, quo nomine ſæpe veniunt etiam partes in eo comprehenſæ, mons, ſaltus, ſylva & eremus, latè extenditur per confinia Burgundiæ, Alſatiæ & Lotharingiæ, eſtque celebris tam virorum, qui inhabitârunt, numero ac ſanctitate illuſtrium, quàm pulchra* C *ſitus ſui varietate, & fluminum præclarorum Matronæ, Moſæ, Moſellæ atque Araris origine. Gallis* le Voſge *nuncupatur.*

c *Idem de Romarici ſtirpe tradit Menardus pag.* 405; *recentior verò dicti Sancti biographus, apud Serarium cap.* 1, *ortum exiſtimat* è Faramundi Francorum regis poſteritate: *quod operoſiùs diſcuti poterit ad diem* 8 *Decembris. Nam auctores antiqui, licèt nobiliſſimum fuiſſe clarè inſinuent, regio genere procreatum non memorant. Scriptor Vitæ ejus coævus ita loquitur:* Poſthæc denique tempus evenit, ut in Lotharii regis palatio inter ceteros electus haberetur. *Jonas Bobienſis in Vita S. Euſtaſii apud nos tom.* 3 *Maii pag.* 789 *de eodem Romarico ſic ait:* Primis nobilitatibus fuerat apud Theodebertum habitus. *Mabillonius legit:* Primus inter nobiles. *Porrò mox laudatus Romarici biographus, ejus patrem dicit, qui Theodeberti regis Auſtraſiæ partibus adhæſerat, interemptum fuiſſe à Theodorico rege Burgundiæ, & bona, Romarico jure hereditario debita, fiſco fuiſſe addicta, ac denique poſt mortem Theoderici reſtituta. Unde colligas verè ſcripſiſſe biographos SS. Euſtaſii &* D *Romarici, quantumvis diverſos reges nominârint; quia nempe Romaricus primùm cum patre in Theodeberti aula, ac deinde in Chlotarii monarchiam univerſam adepti floruit.*

d *De iis, quæ toto hoc numero referuntur, fusè egimus in Comment. à num.* 7.

e *S. Amati Acta illuſtrabimus ad diem* 13 *hujus menſis; interim, quæ paucis hîc de eo referuntur, pluribus deſcripta videre eſt apud Mabillonium ſæpe laudatum Sec.* 2 *Benedictino pag.* 132.

f *Ad hunc numerum ſpectantia pertractavimus in Comment. à num.* 7

g *Adi Comment. num.* 16.

h *De S. Arnulpho Metenſium antiſtite actum eſt in Opere noſtro tom.* 4 *Julii ad diem* 18, *dictumque, quòd abdicato epiſcopatu in Voſagi ſolitudinem ſe contulerit ſub annum* 625; *cùm autem juxta biographum noſtrum naſci non potuerit Sanctus noſter ante annum* 620, *ut oſtendi in Commentario num.* 16, *procul dubio S. Arnulphus ejus curam ſuſcipiens jam tum in eremo exiſtebat; neque enim veriſimile eſt, tenellum Infantem Metas deſtinatum fuiſſe, ibidemque ab epiſcopo educatum. Igitur vox* protinus *hîc valet* deinde, *quomodo etiam expoſuit, qui Lectiones Officii concinnavit:* Mox, *inquit,* ut adolevit, Arnulpho pontifici in diſciplinam traditus... tantum profecit &c. E

i *Bethilinus ſummæ nobilitatis multæque potentiæ Sicamber, ut dicitur num.* 3

k *Sic appellati ſunt primùm Saraceni, ex eo quòd ſeſe ex Iſmaële, filio Agaris & Abrahami originem traxiſſe exiſtimarent. Sæpiùs hi in Francorum & Gallorum ditiones irruperunt præſertim ſeculo* VIII. *Sed hoc nomine aliquando venerunt Hungari. Vide Appendicem de Gloria poſthuma num.* 30.

l *Romaricus defuncto Amato abbas ſucceſſit, & ut minimùm ſuperfuit annis viginti quinque juxta communem eruditorum opinionem. De anno utriuſque Sancti emortuali vide Comment. num.* 16 *&* 18

m *Super iſtis nonnulla notavimus in Comment. num.* 26.

n *Triennium iſtud difficulter intelligi poſſe de ſpatio temporis, quo tantùm S. Romarico ſuperſtes fuiſſet Sanctus noſter, advertimus in* F *Comment. num.* 26. *Quapropter vel dicti triennii initium deſumendum eſt à tempore, quo, tranſlatâ in Garichramnum monaſteriorum præfecturâ, ſeſe totum Deo & pœnitentiæ exercitationibus applicare cœpit, vel dicendum, quòd biographus hic, æquè ac Serarius & Ruyrus, ſenſum Vitæ vetuſtioris haud rectè aſſecutus fuerit. Adi Comment. numero citato.*

o *Quæ ſequuntur ab hoc numero ad finem uſque, narrata ſunt ferè omnia in priore Vita; proinde conſuli poſſunt Annotata in illam à litt. f.*

GLO-

A

GLORIA
POSTHUMA

Seu Appendix de cultu antiquo & hodierno, de variis tranſlationibus ac elevationibus corporis & de miraculis.

§ I. Cultus Antiquus; an monaſterium S. Adelphii nomini conſecratum fuerit; Tranſlationes reliquiarum quatuor; varia de priore earum recentiorum opinio.

B

Mox ab obitu ut Sanctus colitur.

EJuſmodi eſt integra *Actorum primo loco jam excuſorum ſeries, ut credere nos jubeat, Abbatem noſtrum talia in vita ſua præbuiſſe eximiæ ſanctitatis indicia, ut mox ab obitu fideles eum proſequi cœperint ea veneratione, eo honore, quo Sanctos ſolemus proſequi. Sanè corporis ejus poſtridie mortis Luxovio in Montem ſanctum tranſlatio, narrata ibidem num. 6, minus ſpeciem repræſentat lugubris funus deducentium inceſſûs, quàm triumphalis victori occurrentium & applaudentium comitatûs, vel lætitiâ geſtientium ob theſaurum ad ſe deportandum concurſûs. Adde, quòd viſiones ſeu prodigia ante & poſt inhumationem ipſius facta, & ab eorumdem Actorum coævo ſcriptore relata à num. 7 præhabitam illam erga Sanctum venerationem certè confirmârint, adeo ut ad idem ſepulcrum ſuas preces funderent ſeu pſalmos canerent, ut ibidem legitur num. 16. Præterea eamdem venerationem non potuit non augere plurimùm perceptus à pſallente ſanctimoniali & aliis accurrentibus ſuaviſſimus odor.*

C

Monaſterium ejus nomini

2 *Auguſtinus Calmet Hiſtoriæ Lotharingicæ tom. 1 col. 827 monaſterium virorum Montis ſancti nomine* S. Adelphii *quondam inſignitum fuiſſe exiſtimat; verba ejus Gallica ita ſonant:* Abbatia Romarici-Montis exſtructa per S. Romaricum in monte Habendenſi, cui hodiedum Montis ſancti nomen eſt, combuſta ſimiliter fuit & expilata ab his barbaris (*de Hunnis loquitur*) & religioſæ ac religioſi coacti fuerunt deſerere hunc ſacrum locum, ſeſeque recipere in planiciem trans Moſellam, in quam tranſtulêre corpora ſanctorum patronorum ſuorum Amati, Romarici & Adelphii. Ædificârunt ibidem eccleſiam ac bina monaſteria, alterum pro ſanctimonialibus dedicatum SS. Petro & Paulo, alterum pro monachis ſub patrocinio S. Adelphii. *Idem, ſed paulò aliter, repetit in Serie chronologica abbatiſſarum Romaricenſium præfixa tom. 3 ejuſdem Operis col.* CLXXXV *ſic præludens:* Romaricenſe monaſterium ſitum hodiedum ſupra Moſellam . . . fundatorem habuit S. Romaricum circa annum DCXLV (*mendum typi haud dubiè hîc eſt vel calami, nam tom. 1 col. 388 rectiùs ſignat annum 620*) Primaria ejus ſedes fuit in monte vicino nunc Mons ſanctus ei nomen eſt, . . . quem S. Romaricus & congregatæ ſanctimoniales ſat longo tempore inhabitârunt. Hæc celebris abbatia in origine ſua duplex erat, id eſt, erant in illo ſacro monte duæ communitates diſtinctæ, altera virorum, altera virginum; prior habebat patronos SS. Petrum & Paulum, altera S. Adelphium.

AUCTORE J. P.

dedicatum fuiſſe

3 *Paulò aliter, inquam, id repetit; nam tom. 1 videtur apertè loqui de monaſterio condito trans Moſellam poſt direptionem barbarorum, igitur eo loco, ubi hodie exiſtit Romaricenſis civitas; tom. 3 de communitate ſeu monaſterio à primordiis ſuis ante dictam direptionem exiſtente in ipſomet Monte ſancto. Præterea tom. 1, virorum monaſterium* S. Adelphio, *virginum SS. Petro & Paulo conſecratum aſſerit; tomo autem 3 monaſterium virorum SS. Petro & Paulo, virginum verò* S. Adelphio *dedicatum ait. Hoc poſtremum tamen faciliùs percipio quàm aliud, ita interpretando ſcilicet ejus verba, ut per abbatiam ſeu communitatem priorem*, la premiere, *magis præcipuam deſignatam voluerit, per alteram*, l'autre *minùs præcipuam; quo ſenſu rectè dixerit priorem, puta virginum, SS. Petro & Paulo, alteram, virorum communitatem. ſacram fuiſſe* S. Adelphio; *ſi tamen umquam ſub hujus nomine peculiariter venerit ea communitas.*

E

non ſat ſatisdè probatur

4 *Laudatus auctor utroque loco in probationem aſſerti ſui allegat Vitam Adelberonis, ejus nominis ſecundi Metenſium antiſtitis, à coævo exaratam & à Labbeo editam tom. 1 Bibliothecæ, ubi pag. 678 memoratus antiſtes, qui floruit ſeculo* X, *conſecrâſſe legitur multis monaſteriis abbates, atque hos inter* ſancto Trudoni duos, ſancto Adelpho duos. *Addit tom. 1 col. 827, legiſſe ſe in Necrologio* S. *Michaëlis*, Saint-Mihiel, *abbatiæ in diœceſi Verodunenſi, abbatem ex monaſterio S. Adelphi his memoratum verbis:* IX Octobris obiit Notgerus abbas S. Adelphi. *Verùm argumenta iſta mihi non ſat clara apparent, ut abſque erroris formidine aſſerere auſim, iis verbis indigitari aſceterium aliquod ſeu Habendenſe ſeu Romaricenſe*, Adelphii *noſtri nomine inſignitum; maximè cùm nihil his affine eruam ex ullis dictorum locorum munumentis. Quid ſi Vitæ Adelberonis, & allati Necrologii auctores, patriâ fortè Metenſes, deſignatum voluerint monaſterium S. Petri Novum-Villarienſe in Alſatia, quod exſpirante ſeculo* XV *in collegium canonicorum ſecularium converſum eſt, idque à S. Adelpho appellârint ex affectu in S. Adelphum Metenſem epiſcopum, cujus corpus eo delatum fuiſſe ſeculo* IX *oſtendimus tom. 6 Auguſti pag. 505?*

F

fortè de S. Adelpho Metenſium epiſcopo agunt allata in hunc finem documenta.

5 *Certè dicti monaſterii eccleſiam ab eo epiſcopo deinde vocitari cœpiſſe innuunt Benedictini ſcriptores Galliæ Chriſtianæ tom. 5, col. 834 hiſce verbis:* Eccleſia primitus in honorem SS. Apoſtolorum Petri & Pauli à prædicto Sigebaldo condita eſt, quibus ſubinde alter patronus acceſſit S. Adelphus ſeu Adolphus epiſcopus Metenſis, cujus corpus anno DCCCXLVI Drogo ſedis ejuſdem antiſtes hanc in eccleſiam tranſtulit. *Imò auctor tranſlationi coævus, apud nos tom. cit. pag. 511, referens miracula poſt tranſlationem facta, apertè dicit, virum quemdam, accepto beneficio, detuliſſe nummos* ad S. Adel-

AUCTORE J. P.

Adelphii ecclesiam. *Quidquid de re sit, laudati Calmeti assertio mihi sufficienter probata non est. Porrò cùm num.* 1 *hujus Appendicis allata à nobis talia sint, ut cuivis facilè persuadeant, sancti Abbatis nostri cultum non potuisse antiquiorem esse, quàm reipsa sit, plura super hac materia annotare opus non videtur. Quapropter ad alia progredior paulò ampliorem discussionem exigentia. De translationibus loquor; non discussurus quidem, an eæ verè contigerint, id enim docebunt nos earumdem relationes, sed quibus temporibus & ob quas causas factæ sint.*

Prænotantur nonnulla super translationibus quatuor

6 *In Monte-Romarici per anni decursum distinctis diebus recoluntur commemorationes seu festivitates translationum quatuor, de quibus universim quædam prænotanda sunt; ac primò quidem illas inter translationes non recenseri omnium priorem, cùm scilicet demortui Sancti funus Luxovio mox illuc deportatum est, prout sæpe memoravimus. Secundò translationes illas non esse proprias soli* S. Adelphio, *at ei communes cum SS. Amato & Romarico; quippe quorum trium sacræ exuviæ simul iisdem temporibus iisdemque de causis translatæ fuerint, & earumdem translationum historiæ indistinctè sub hujusmodi titulo:* Translationes SS. Amati, Romarici & Adelphii *conscriptæ; ita ut nihil de Sancto nostro hic attingere valeamus, quin simul de aliis duobus disseramus, & quæ alioqui propriè spectarent partim ad diem* XIII *Septembris, partim ad* VIII *Decembris, compellamur hîc in antecessum pertractare. Tertiò singulas translationum, uti & miraculorum, quæ sub earumdem temporà patrata sunt, enarrationes depromptas esse ex codicibus Mss. Romaricensibus, prout notatur in apographis à Chiffletio nobiscum communicatis; eo tamen discrimine, quod etiam ad singulas observabo, ut quædam notarii apostolici attestatione munitæ sint, aliæ non item; quædam ipsiusmet primi auctoris stylo relictæ, aliæ ex Gallica versione Sebastiani Valdenarii per laudatum Chiffletium nostrum rursus Latino sermoni redditæ.*

B

7 *Notandum denique est quartò, prælaudatum Valdenarium, teste Calmeto in Catalogo alphabetico scriptorum Lotharingiæ, & in Serie monasteriorum ejusdem ducatûs, quorum ille præfixus est tom.* 1, *hæc tom.* 3 *memoratæ suprà Historiæ Lotharingicæ, prælaudatum, inquam, Valdenarium præfuisse seculo* XVI *Herivallensi, alii scribunt Terevallensi, Calmeto Gallicè* Herival, *Prioratui Ordinis S. Augustini, qui unico milliari distat à Romaricensi oppido. Unde præsumere licet, dictum auctorem Opus suum sub hoc titulo,* Acta rerum memorabilium ecclesiæ S. Petri Romaricensis, *concinnâsse juxta monumenta Latina apud Romaricenses reperta. Id suadent præterea Lectiones Officii cuilibet translationis festivitati propriæ & hinc inde, ubi opus videbitur, à nobis memorandæ, quæ illius relationibus valdè congruunt. Cur autem Chiffletius non potiùs ex ipsis jam citatis monumentis Latinis, quàm ex lucubratione Gallica Valdenarii apographa nobis transmiserit, rationem aliam non video, quàm vel quòd eorumdem autographa obtinere nequiverit, vel quòd ea quidem in archivo repererit, simul cum Valdenarii Mss.; sed hæc illis valdè conformia, ac præterea in meliorem ordinem redacta perspiciens, judicârit ad Opus nostrum magis conducentia. Nunc ad primam translationem progredior.*

in Monte-Romarico annua commemoratione festivis.

C

8 *Hujus Historiam habemus integram, munitam notarii apostolici attestatione, relictamque primogenio stylo Latino auctoris anonymi, & subæqualis, quantum suspicari nos sinunt verba ejus num.* 7, *quæ sic habent:* Hii ergo venerabiles Confessores Christi in loco, in quo nunc præstante gratia pii Conditoris consistunt, reconditi fuerunt. *Nam secunda corporum translatio & novæ basilicæ in eum finem constructio contigit superstite adhuc unâ* è sanctimonialibus, jam decrepitâ, quæ in monte eodem (*antiqua scilicet monasterii sede*) jugiter in servitio eorumdem (*Sanctorum*) laudabilem vitam duxerat. *Verba sunt ex secundæ translationis historia num.* 9. *Igitur haud ita dudum post primam translationem facta est altera, & vivebat illius Historiæ auctor antequam secunda contigerit, cùm eo loco, quo primùm reconditi fuerant Sancti, etiam tum consisterent, quando scripsit.*

D

Relatio translationis primæ à subæquali exarata.

9 *Constans traditio est admissaque ab omnibus passim neotericis, sacras virgines ex Habendensi monte in subjectam trans Mosellam fluvium planitiem demigrâsse atque huc deferri curâsse sacra sanctorum suorum Patronorum lipsana occasione irruentium in Lotharingiam & monasteria devastantium barbarorum; at quæ de tempore factæ illius transmigrationis tradunt dicti neoterici confusa sunt nec inter sese consona. Menardus lib.* 1 *observationum ad diem* VIII *Decembris, dicit, cœnobium Montis sancti* circa tempora Ludovici Pii translatum ad radices ejusdem in planitie amœnissima, quam interluit Mosella fluvius, ubi nunc est urbs, quæ vulgo appellatur Remiremont. *Igitur ante vel circa annum* 840, *quo Ludovicus cognomento Pius, Caroli Magni filius, & hîc per Menardum haud dubiè designatus, obiisse scribitur.*

De tempore, quo contigit, opinio Menardi.

E

10 *Serarius cap.* 12 *Vitæ S. Romarici, collectæ ex Mss. codicibus, de translationibus scribit in hunc modum:* Cum barbara & ingens Hunnorum multitudo partes eas, uti & alias plures, depopularetur, in sancti quoque Romarici cœnobia tam virorum quàm virginum desæviit admodum. Sed postea consilio & prudentiâ Theoderici syndici, liberalitate verò ac munificentia Ludovici tertii peramplum unum, quo virgines omnes caperentur ultra Mosellam augusto cum templo, quod S. Petri dicitur, exstructum fuit cœnobium, & in hoc religiosè translatæ simul sanctorum Romarici, Amati & Adelphii reliquiæ die XVII Maii sub annum Domini DCCCCX, præsente Tullensi episcopo Drogone. *Quibus verbis, ut infrà patebit ex nostris monumentis Romaricensibus, primam ac secundam & fortasse tertiam translationem involvit, sed valdè confusè & implexè, quod Mss. suis attribuendum esse satis indicat in margine.*

Serarii.

F

11 *Nam, ubi Hunnorum in partes illas irruptionem refert, annum in Mss. suis notari significat* 904, *ubi verò* postea *templum ac cœnobium exstructum ait* munificentiâ Ludovici tertii, *hanc in margine notam ponit:* At DCCCLXXIX regnabat. *Ruyrus cap. item* 12 *Vitæ S. Romarici hanc advertens Serarii, cui alioqui passim adhæret, dubitationem, perspiciensque rei difficultatem, ingressus est viam aliam, atque Hunnorum irruptionem affixit anno* 864, *& principem, cujus liberalitate novi templi structura perfecta legitur, Ludovicum Balbum Caroli Calvi filium fuisse affirmat. Verùm, præterquam quòd asserti sui testimonium nullum proferat, ne sic quidem difficultates omnes diluit, uti similiter patebit ex*

Ruyrus.

mox

A *mox laudatis monumentis.*

Calmeti & aliorum.

12 *Memoratus jam ſubinde Calmetus tom.* 1 *col.* 826 *&* 827 *Hunnos ſeu Hungaros, ſicut paſſim alii, primùm in Lotharingia viſos fuiſſe ait ſub annum* 910, *& ea de cauſa ſedem Habendenſis ſolitudinis relictam fuiſſe à religioſis incolis tum viris, tum virginibus. Audi eumdem breviter & clarè mentem ſuam exprimentem ante tom.* 3 *in ſerie chronologica abbatiſſarum col.* CLXXXVI *&* CLXXXVII : Abbatia Romaricenſi, ſitâ in monte, jam bis terve deſtructâ ac devaſtatâ ab Hungaris, qui in Lotharingiam irruerunt ſub initium ſeculi X annis DCCCCX & DCCCCXIX, viſum eſt transferre eam in locum magis commodum ac tutum, in planitiem ſupra Moſellam, ubi civitas excitata eſt, muris cincta, & ubi hactenus ſubſiſtit abbatia. *Unde colligas juxta hunc auctorem neque Sanctimoniales Montem ſanctum, primam ſedem ſuam, deſeruiſſe, neque Sanctorum corpora è terra elevata fuiſſe ante annum* 910; *quod poſtremum diſertè exprimit tom.* 1, *ubi verbis, quæ num.* 2 *hujus Appendicis recitavimus, ſubnectit ſequentia :* Ea occaſione (*tranſmigrationis & novi templi ac duplicis monaſterii conſtructionis*) B corpora, de quibus jam locuti ſumus, è terra elevata ſunt. Adfuerunt Drogo (*ab anno* 905 *uſque ad* 921 *vel* 922) Tullenſium epiſcopus ejuſque clerus. *Poſt hæc autem narrare pergit quæcumque in elevatione ac prima tranſlatione contigiſſe videbimus inferiùs. Eumdem circitèr annum pro hac tranſlatione notant Bucelinus in Menologio, Bailletus in Actis Sanctorum, uterque ad diem* VIII *Decembris ; Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 336, *& Seculo* 2 *Benedictino pag.* 135 *& alibi, eſtque, ut apparet, opinio iſta hodiedum apud neotericos receptior, an item probabilior, docebunt nos monumenta nunc proferenda.*

§ II. Examinantur documenta Romaricenſia de tranſlatione prima ac ſecunda.

C *Notæ chronologicæ, deductæ ex primæ tranſlationis Hiſtoria,*

Auctor Hiſtoriæ primæ tranſlationis num. 8 *laudatus, præmiſſis nonnullis huc non pertinentibus, neque facta mentione de barbarorum irruptione, rem enarrare aggreditur his verbis* Nunc igitur, annuente Domino, narrabimus, quod temporibus piiſſimi ac ſereniſſimi Ludovici imperatoris, qui pater extitit monachorum, ac reſtaurator ſanctorum monaſteriorum, ſupradicti patris (*S. Romarici*) monaſterium innovatum ac mutatum eſt in loco, in quo nunc exiſtit. *Ex nominato jam imperatore, ſi hanc narrationem viderint ſcriptores § præcedente laudati, orta eſt veriſimiliter, relata ibidem de tempore tranſlationis, diverſa opinio : ut alii retulerint ad Ludovicum Pium, Caroli Magni filium ; alii ad Ludovicum Balbum, filium Caroli Calvi ; alii ad Ludovicum Arnulphi imperatoris filium, & hi quidem, quia traditio erat, factam eſſe tranſlationem poſt Hunnorum irruptionem ac præſente Drogone Tullenſi antiſtite. Priorum tamen opinioni favet elogium Ludovici imperatoris recitatis verbis involutum ;* Qui pater extitit monachorum ac reſtaurator ſanctorum monaſteriorum. *Favet ipſemet titulus* imperatoris, *qui Ludovico Balbo juxta plerosque eruditos, neutiquam congruit : Ludovicus autem Arnulphi filius in imperio quidem à principibus ſuffectus eſt*, neque tamen imperatoris coronam aut titulum habuit, *inquit Petavius in Rationario Temporum pag.* 433, *Petavioque conſentiunt plures alii. Favent denique proferenda num.* 23 *& ſeqq. ſpectantia ad tranſlationem tertiam. Adde, quod Ludovicum Pium expreſsè nominent Lectiones Officii, juxta laudatam primæ tranſlationis Hiſtoriam concinnatæ, & inſertæ tum Proprio Sanctorum Romarici Montis, tum codici noſtro Ms., cujus notitiam dedimus in Commentario Actis prævio num.* 13, *& quem intellectum volo, quotieſcumque Lectiones vel nominavero vel recitavero. Itaque in hoc codice pag.* 12, *his ſuperiùs in margine notatis :* XVII Maii, prima tranſlatio trium Sanctorum & totius monaſterii : *ſubduntur lectiones tres, quas majoris claritatis ergò integras tranſcribimus.*

AUCTORE J. P.

14 Imperante filio Magni Caroli Ludovico Pio, qui monachorum pater ac monaſteriorum reſtitutor fuit, ſacrarum virginum familia è cœnobio Habendenſi in Romaricum-Montem deducta eſt. Tranſlata ſunt pariter beatorum Amati, Romarici & Adelfii abbatum corpora, quæ tria ducentis circitèr ab obitu annis tam integra reperta ſunt, ut ſi tunc primùm animam exuiſſent. In retegendis tumulis pollex clerici eliſus, mox Sanctorum ope reſtitutus eſt : vino deinde medicato lata ſunt corpora ; barbæ quaſi ſpirantibus novaculâ abraſæ, ſingula pretioſis linteis ac veſtibus circumtecta. *cujus Compendium continent lectiones* E

15 Cum ſacra corpora in capulis componerentur, inventum eſt beati Romarici feretrum juſto brevius ; appellente ergo veſpera & ſanctimonialibus ad Moſellæ ripam reliquum agmen præſtolantibus, ne mora fieret, mandavit epiſcopus Theodorico presbytero, & Feroino diacono, ut ſubter genua beati Romarici nervos inciderent. Mirum dictu ! Roſeus ſanguis manavit è vulnere : diaconus infecto pollice, manuque intumeſcente vix mortem evaſit : presbyter abjecto cultello, quaſi furore correptus, circa monaſterii muros dies noctesque oberravit, illud cæci Euangelici indefinenter exclamans : Fili David, miſerere mei, atque ſic diebus triginta ſine cibo & potu tranſactis animam exhalavit. *Officii* F

16 Columbas, ſimplicitatis & caritatis ſymbola ac ſancti Spiritus imagines, in monaſterio alere inſtituerat Amatus. Hæ ſacris corporibus toto itinere gregatim ſupervolitantes ſupplicationis pompam auxere : eadem per portas in eccleſiam invecta, non volatu, ſed greſſibus ſuis ſtipârunt : mox iis depoſitis, in tectum baſilicæ involantes, nidis eodem in loco exſtructis, ad ſedes antiquas numquam rediere. Conditi ſunt Amatus & Romaricus ſub ara Deiparæ Virginis; Adelfius autem ſub altari beati Pauli apoſtoli : inciditque hæc tranſlatio in diem ſeptimam decimam menſis Maii, quam diem anniverſario cultu exinde celebrem crebris divina bonitas miraculis illuſtravit. *propriæ die 17 Maii,*

17 *Obſervatu digna ſuper quibuſdam tranſlationis hujus adjunctis dabimus in Annotatis ad fuſiorem ejus Hiſtoriam : verumtamen advertiſſe juverit, juxta hîc relata prævalere apud Romaricenſes ſententiam eorum, qui primam tranſlationem temporibus Ludovici Pii imperatoris illigant cum Menardo. Sed neque Menardus, qui tamen lib.* 1 *Obſervationum ad Martyrol-* *conferuntur cum opinione Menardi.*

AUCTORE J. P.

tyrologium Benedictinum pag. 413 *profitetur ea, quæ ibidem de Vita, miraculis, & translatione S. Romarici præmiserat*, desumpta esse ex veteri manuscripto codice, qui extat in prioratu Montis sancti, & altero, qui in cœnobio sancti Cornelii Compendiensis, *neque, inquam, Menardus mentem suam satis distincte aperit, dum pag.* 414 *ita loquitur.* Porrò cœnobium Montis Romarici, qui aliàs dicitur Mons sanctus, fuit ab Hunnis excisum, mansitque plusquam ducentos annos desertum. At circa tempora Ludovici pii fuit translatum *&c. Vide num.* 9 *hujus Appendicis. Aesi sensus sit, excisum fuisse ducentis annis ante Ludovicum Pium & ad hujus usque tempora mansisse desertum, quod neutiquam verisimile est; quandoquidem vetus monasterium circa annum dumtaxat* 620 *inchoatum sit, & Ludovicus Pius vivere desierit sub annum* 840, *ac proinde ab ipsamet sua origine fuisset excisum; at hoc falsum esse evincitur ex hoc uno, quod post annum* 665 *in eodem Monte sancto monasteriis præfuerint, virginum Gebetrudis, virorum Garichramnus, uti demonstravimus in Commentario Actis prævio. Demus*

B *tamen, & hanc ipsam Menardi mentem fuisse existimo, tum excisum fuisse à barbaris monasterium, tum in planitiem ultra Mosellam translatum imperante Ludovico Pio, & post bina secula in antiquo monte novum excitatum fuisse pro viris tantùm, quod hodie inhabitant Benedictini Congregationis SS. Vitoni & Hydulphi, non sat rectè, meo judicio, barbaros illos appellavit* Hunnos; *Horum enim neque mentio hîc est in Mss. nostris, neque ulla eorumdem in Lotharingiam irruptio conjungi potest cum temporibus Ludovici Pii, ut latiùs observabo num* 32, *ubi, post prolata quæcumque ad tres priores translationes elucidandas & distinguendas aptiora visa fuerint, quid mihi de earum ordine ac temporum serie probabilius appareat, edisseram. Habesis modò Compendium Historiæ de translatione secunda ex lectionibus Officii in festiva ejus commemoratione quotannis recitandi, sicut dantur in codice nostro pag.* 13.

Notitia secundæ translationis

C 18 Cùm multis jam annis sanctorum Amati, Romarici & Adelfii corpora, duobus sacellis discreta quievissent, cuidam è sanctimonialibus jam decrepitæ, quæ monasterium Habendense ante totius Virginum familiæ migrationem incoluerat, apparens per quietem beatus Romaricus; Vade, inquit, die procuratori monasterii hujus Theodorico, ut simul nos indivisè componat: & locum ubi condendi essent ostendens, ab ejus oculis evanuit. Cui cùm semel atque iterum monita parêre distulisset, tertiò eidem oblatus, digito vultum ejus impressit, ut eam notam ea ostendens fidem dictis faceret.

ex lectionibus Officii

19 Acquievit Theodoricus divinis monitis, novamque basilicæ descriptionem aggressus est, in qua Sanctorum pignoribus destinatus à Deo locus honoratiorem (ut par erat) templi partem obtineret. Eam structuram crebra miracula illustrem fecerunt: sæpe enim operarii, vel è sublimi prolapsi, vel cœmentorum, tectorumve ruinâ obruti incolumes evasêre. Annum solidum tenuit universa exædificatio; eodemque die, quo per visum imperata fuerat, absoluta est; divino utique consilio potiùs, quàm Theodorici operum præfecti, qui se animum in id ne quidem advertisse, nedum intendisse confirmabat.

20 Perfectâ basilicâ, sub nomine ac tutela beatissimæ Virginis Mariæ, & sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, sollenni ritu dedicata est. Translata quoque in præparatum locum, simulque uti divinitus præscriptum fuerat, collocata trium beatorum Abbatum corpora, quintadecima die mensis Februarii; cùm priùs pretiosis obvoluta pannis, capsisque ornatissimis fuissent inclusa. Deinceps ad eorum memoriam divini sæpè fulgores immissi, cælitus affusi suavissimi odores, lampades per se ipsas accensæ, liberati energumeni, cæci visu donati, contracti ac debiles persanati, febres, paralyses, alii morbi depulsi; anno præsertim Arnulfi imperatoris duodecimo & ultimo; Christi (secundum vulgarem æram) octingentesimo nonagesimo nono.

D *diei 15 Februarii*

21 *Habes hîc integrum secundæ translationis ordinem & rationem usque ad has lectionis tertiæ voces:* Deinceps ad eorum &c., *& ita conformem latiori ejusdem historiæ, infrà excudendæ, ut dubium non sit, quin lectiones ex eadem fuerint contractæ. Porrò secundæ translationis memorata latior historia partim relicta est stylo Latino auctoris anonymi, partim ex versione Gallica Valdenarii, laudati num.* 7, *per Chifletium denuò donata Latino idiomate; singula faciliùs distinguemus in Annotatis. Dixi autem, jam recitatas lectiones conformes esse latiori historiæ usque ad has voces:* Deinceps ad eorum *&c.; quia nimirum subjuncta miracula præfiguntur prolixiori historiæ translationis tertiæ, de qua* § *sequente.*

longiori ejus relationi consonis.

E

§ III. Discutiuntur tertiæ translationis documenta, juxta quæ & superiùs examinata ordo & tempora trium translationum statuuntur.

Tertiæ translationis relatio

F *Tertiæ translationis historia cum miraculis ante & post illam patratis, desumpta est ex Valdenarii Mss. Gallicis, & à Chifletio ad Latinum sermonem reducta, si paucos numeros excipias, puta primum, & tres ultimos, quos idem Chifletius non tantùm ceteris immiscuit, ac simili notâ in margine distinxit,* Hinc incipit; hinc succedit stylus antiqui auctoris; *sed præterea transmisit in charta separata, notarii apostolici manu subsignatos, eâdem formulâ, quâ Vitam secundam* S. Adelphii *munitam diximus in Commentario prævio num. 6. Hos equidem quatuor numeros, primogenio auctoris stylo relictos, eo pluris æstimandos reor, quo certiora & clariora nobis indicia ingerunt tum de tempore, quo in nova ecclesia post translationem secundam patrata sunt miracula, tum de ætate ipsiusmet auctoris.*

cujus textus receptæ chronologiæ

23 *Primum in utroque apographo nostro iisdem planè verbis manifestè declarat auctor num.* 22 *in Præfatione, quam ita exorditur:* Postquam vera Lux fidelium ex Virginali sacratissima alvo sese ad salvandum protulit mundo, anno nongentesimo, primò facta sunt miracula in monasterio novo, qui hactenus Mons domni Romarici vocatur, & est constructum in honore glorioſissimi apostolorum Principis. *Dubium hîc suboriri natum est, an legendum sit;* anno nongen-

A nongenteſimo, primò facta ſunt miracula; *an non potiùs*; anno nongenteſimo primo, facta ſunt miracula. *Priore modo expreſſimus, quia in duplici noſtro apographo non modò eadem verba, ut mox dixi, verùm etiam iiſdem ſignis & interpunctionibus diſtincta reperimus. Quo modocumque legatur parùm intereſt. Neutra enim lectio quidquam juvat opinionem eorum, qui primam tranſlationem differendam cenſent ad annum uſque* 910, *aut etiam ſeriùs. Quapropter ad ætatem hujus auctoris procedimus.*

conſcripta ab auctore coævo

24 *Is ætatem ſuam prodit num.* 54; *poſtquam enim expoſuit, quàm mirabiliter* anno tertio poſt direptionem paganorum *in eccleſia Montis-Romarici vir à nativitate cæcus viſum obtinuerit*, ſicut ipſo, *inquiens*, referente agnovimus, *ita concludit:* Et ne cui hoc fortè incredibile videatur, non in unius ore teſtimonium ponimus; ſed penè in omnium, qui tunc præſentes extitimus, & non audita, ſed viſa ſub teſtificatione divina proferimus. *Unde conjicias, auctorem rebus geſtis interfuiſſe, & vixiſſe circa annum Chriſti nongenteſimum vigeſimum,*

B *circa quem hoc prodigium accidiſſe probabiliſſimè eruimus ex aſſignanda epocha memoratæ direptionis & tranſlationis tertiæ, cujus notitiam denuo præmitto ex lectionibus Officii Mss., prolixiori ejuſdem relationi planè conſonis. Ea in ſæpe nominato codice noſtro pag.* 14, *ſub hoc titulo:* xx Auguſti, tertia tranſlatio, *conceptæ ſunt verbis ſequentibus.*

compendio exhibetur

25 Irruentibus Hungaris, ac Lotharingiam ſæva populatione pervagantibus, inito conſilio decreverunt Romaricenſes virgines in caſtellum Habendum, antiquam monaſterii ſui ſedem, confugere, ut ſe ac ſuorum Sanctorum reliquias in tuto collocarent. Ex illis una quæpiam, cum ante altaris gradus ſubſtitiſſet, tres manus perſpexit, quæ ſuper ipſas beatorum Confeſſorum lipſanothecas exporrectæ viam monſtrare viderentur. Aliis quoque ad eadem ſepulchra lene murmur, ſtrepituſque auribus deprehenſus eſt, tamquam hominum, qui huc & illuc converſi, colloquia inter ſe miſcerent.

ex lectionibus

* trajicien-dus, qui tumidus

26 Cùm autem veneranda corpora in caſtellum deportarentur, trajicienda * fuit Moſella, quæ tum aquis pluviis tumida extra alveum latè exundaverat. Ergo, qui cereas faces accenſas circumgeſtabant, in aquas identidem prolapſi

C cum facibus, ne illas quidem exſtinctas eſſe mirati ſunt. Nonnullæ etiam è ſacris virginibus, in aquas à barbaris demerſæ, ſanctorum Patronorum ope incolumes emerſerunt. Mirumque illud fuit, cùm hoſtium equi collo tenus aquis obvolverentur, tamen aquas eaſdem ſacris reliquiis famulanti turbæ vix uſque ad genua pertinuiſſe.

Officii, diei 20 Auguſti

27 Cùm ea procella pervaſiſſet, de reditu cogitari cœptum eſt. Itaque unà eademque die, menſis Auguſti viceſimâ, & trium ſanctorum Abbatum in priſtinas ſedes revecta ſunt corpora, & ſanctæ Gebetrudis corpus eamdem in baſilicam primùm illatum. Per eos tumultus, cùm omnia, quæcumque in conditis erant, vitæ præſidia deprædationi patuiſſent; in res ad tuendam vitam neceſſarias, ſacrarum thecarum aurum omne atque argentum impendi debuit. Dum hæ poſtea reparatæ ſunt, argentum inter fabrorum manus evidenti prodigio crevit: aliiſque plurimis exinde miraculis Sanctorum ſuorum meritum bonitas divina teſtata eſt.

28 *Calmetus tom.* 1 *Hiſtoriæ Lotharingicæ col.*

827 *poſt expoſitam opinionem ſuam de prima Hunnorum in illas partes irruptione & Sanctimonialium cum ſacris reliquiis ex Monte Habendenſi ultra Moſellam tranſmigratione ſub vel poſt annum Chriſti* 910, *prout ex ipſo retulimus num.* 10, *ad tranſlationem mox recitatis lectionibus contentam procedit his verbis ex Gallico in Latinum converſis:* Elapſis aliquot annis & iiſdem hoſtibus denuo in Lotharingiam reverſis religioſi ac religioſæ, qui nuperrimè in Monte-Romarici ſedem fixerant, compulſi ſunt cum ſanctorum Patronorum ſuorum reliquiis, ac rebus pretioſiſſimis aufugere in Montem ſanctum, primariam habitationem. *Tum ibidem infrà in Annotatis, contigiſſe iſta ſignificans ſub annum* 916 *vel* 917, *citat Valdenarium & Ms. Montis ſancti. Col. verò* 828, diſſipatâ, *inquit*, illâ procellâ, religioſi & religioſæ Romaricenſes ad monaſterium ſuum regreſſi ſunt; *at quamdiu procella durârit, aut cui anno reditum, & per conſequens reliquiarum tranſlationem, innectendum exiſtimet, non inſinuat: neque id eruimus etiam ex Valdenarii aliiſque Mss. Romaricenſibus, in quibus ne quidem mentionem invenimus anni* 916 *aut* 917, *à Calmeto ſat probabili conjecturâ huic ad montem fugæ deſignati.* AUCTORE J. P. *Calmeti, de tempore, quo hæc facta ſunt,*

opinio

29 *Sanè Hungaros ſub dictos annos Lotharingiam invaſiſſe probat Cardinalis Baronius ad annum* 917 *ex antiquo Chronographo Adamo Bremenſi in Hiſtoria Eccleſiaſtica referente ſequentia cap.* 47: In diebus ſuis (*Unni Saxoniæ epiſcopi*) Ungri non ſolùm noſtram Saxoniam aliaſque cis Rhenum provincias, verùm etiam trans Rhenum Lotharingiam & Franciam demoliti ſunt. *Idem confirmat Pagius verbis Hermanni Contracti ad eumdem annum* 917 *itidem ſcribentis:* Ungari pervaſâ, ut cœperant, Alamanniâ, Baſileam Urbem deſtruunt, indeque Alſatiâ vaſtatâ, Lotharii regnum multa mala facientes invadunt. *Hos auctores & nos ſecuti ſumus tom.* 1 *Septembris in Commentario prævio ad Acta S. Stephani Hungarorum regis, ubi à pagina* 462 *prolixè tractavimus de primo Hungarorum in Pannoniam adventu, de eorum cum Hunnis affinitate, de variis ipſorum nominibus, de incurſionibus in Germaniam, Italiam, Gallias aliaſque regiones, & cladibus, quas intulerunt Chriſtianis uſque ad medium ſeculi* x; *denique de eorum ad fidem noſtram converſione, aliiſque multis ad eamdem gentem pertinentibus.*

valde probabilis,

30 *Interim licèt exiſtimem, ſat probabili conjectura a laudato Calmeto memoratam Romaricenſium ad Habendenſem montem fugam affixam fuiſſe anno* 916 *vel* 917, *hoc tamen venditare non auſim ut rem indubitatam; quia nimirum alia circa illas regiones Hunnorum ſeu Hungarorum irruptio præceſſerat ſub annum* 910, *ut tradit cum Mabillonio, Buccelino, Bailleto, aliiſque ipſemet Calmetus, utque adductis teſtimoniis ſic oſtendit Pagius in Critica ad eumdem annum num.* 7: Continuator Reginonis ſcribit: " Franci in confinio Bavariæ & „ Franciæ Hungaris congreſſi, miſerabiliter aut „ victi aut fugati ſunt „. Idem habet Hermanus Contractus ex editione Canifii: " Hungari Fran„ ciam petentes commiſſâ pugnâ ſuperiores fue„ re „. Ubi Franciæ nomine Franciam Orientalem intelligit, cui Ludovicus Germaniæ rex præerat. *His addi poſſunt bina Chronica monaſterii S. Galli apud Chaſnium, tom.* 3 *Scriptorum*

AUCTORE J. P. *rum Galliæ pag. 466, & 471, quorum primum sic habet:* DCCCCX Ungri cum Alamannis & Francis pugnaverunt eosque vicerunt. *Alterum sic:* DCCCCX Agareni cum Alamannis & Francis pugnaverunt, eosque vicerunt. *In hoc Chronico passim Hungari sub Agarenorum nomine veniunt. Addi præterea potuisset Chronicon Hildensheimense apud Chesnium ibidem pag. 504, sic habens:* DCCCCX Ludovicus rex pugnavit contra Ungarios. DCCCCXI Ungarii vastaverunt Franciam & Thuringiam.

non tamen certa.

31 *Itaque, si devicto Ludovico Germaniæ rege sub annum* 910, *Hungari etiam sequente anno Franciam vastaverint, uti mox dictum est, & in ipsam Lotharingiam penetrârint, ut affirmat Calmetus tom.* I, *col.* 828, *non video, cur dici nequeat, illo ipso tempore, post devastatum monasterium novum, coactas fuisse sanctimoniales refugere ad Habendense antiquum domicilium, ibidemque inter montes latitâsse, usque dum prima ac secunda barbarorum incursio pertransîisset. Neque enim assentiri possum laudato historico, aliisve opinantibus, Habendense cœnobium à sanctimonialibus inhabitatum*
B *fuisse usque ad annum* 910, *post quem ex Monte sancto primùm descenderint in subjectam planitiem & ibidem ultra Mosellam sedem fixerint, utpote quæ mihi videntur manifestè pugnare cum memoratis ac recitatis hinc inde documentis Mss. Romaricensibus, quibus equidem adhærendum duxi, donec proferantur certiora in oppositum.*

Juxta Mss. nostra contigit prima translatio ante annum 840,

32 *Quapropter, ut in compendium redigam discussa hactenus de translationibus, prima contigit juxta Mss. nostra tempore Ludovici Pii regis & imperatoris, id est, ante annum* 840; *at qua occasione, non exprimitur. Equidem non facilè admisero, id factum ob ingruentes aut imminentes Hunnos seu Hungaros; ut habet traditio; quandoquidem Carolus Magnus in bello, quod per se & per filium Pipinum exspirante seculo* VIII, *octo annorum spatio ipsis intulit, pene omnes usque ad internecionem deleverit. Audi Eginhardum Caroli biographum:* Octavo tandem anno completum est *bellum.* Quot prælia in eo gesta, quantum sanguinis effusum sit, testatur vacua omni habitatore Panonia, & locus, in quo regia Cagani * erat, ita de-
** Hunnorum regis*
C sertus, ut ne vestigium quidem in eo humanæ habitationis appareat. Tota in hoc bello Hunnorum nobilitas periit, tota gloria decidit, omnis pecunia, & congesti ex longo tempore thesauri direpti sunt *&c. Unde nullatenus verisimile est, quòd sub Caroli successore in Lotharingiam irruperint. Dixerim potiùs traditionem illam profluxisse ex translatione tertia, quando sanctimoniales, finita Hunnorum irruptione, ob quam ad Montem sanctum confugerant, in subjectam ultra Mosellam planitiem, remigrârunt: vel, si traditioni absolutè standum sit etiam pro translatione prima, malim credere, huic occasionem præbuisse barbaros alios, quibus per scriptores Hunnorum nomen afflictum sit.*

secunda ante 899;

33 *Epocham translationis secundæ latioribus terminis includimus, inter annos nempe* 840 *&* 899, *quo postremo secundum relata num* 23 *existebat certè nova basilica ultra Mosellam fluvium. Divinare etenim nequimus, quantum temporis spatium complectantur hæ voces;* cum multis jam annis *&c. expressæ in lectionibus & Mss. Valdenarii. Quantumvis tamen isti termini restringi possint, si basilicæ novæ constructio-*

D *nem à Serario rectè illigatam fuisse credamus temporibus Ludovici tertii, & per hunc, uti intellexit Ruyrus, designârit Ludovicum Balbum Caroli Calvi filium, anno* 879 *è vivis ereptum. Sanè id suadet ætas sanctimonialis, quæ in Mss. nostris omnibus incoluisse legitur Habendense monasterium ante migrationem primam, atque superstes fuisse, dum nova basilica, intra unum annum absoluta, conderetur.*

tertia intra annos circitèr 910 *&* 920.

34 *Denique translationem tertiam, puta reditum sacrarum virginum cum sacris exuviis, collocamus intra annos circitèr* 910 *&* 920, *tum quia ex traditione, quam plerique de prima vel secunda translatione perperam interpretati sunt, discimus Sanctorum corpora basilicæ Romaricensi, haud dubiè denuo restauratæ, illata fuisse præsente Tullensi episcopo Drogone, qui ab anno* 905 *usque ad* 921 *vel* 922 *illam cathedram occupavit; tum quia auctor cœvus, laudatus num.* 24, *adfuisse se affirmat miraculo, quod tertio anno post direptionem paganorum in dicta basilica patratum est. Hæc trium translationum distinctior dispositio, utpote deducta ex ipsis illustrissimi parthenonis documentorum visceribus,*
E *tamquam ceteris probabilior à nobis exhibita est; pene historicè certam dixissem, nisi unum retinuisset, unde fateri compellar, dicta documenta non prorsus ab omni erroris nævo esse immunia, ut jam patebit.*

Menàum, quod in dicta Mss.

35 *In historia miraculorum & translationis tertiæ, quam præter nominatos suprà numeros depromptam monuimus ex Valdenarii Mss. Gallicis, Chiffletius, ejusdem interpres Gallico idiomati reliquit solum num.* 52, *quo enarratur, cujusdam è Lotharii imperatoris primariis proceribus à febribus mirabilis persanatio, & cujus initium ita sonat:* Anno Salutis circitèr octingentesimo sexagesimo, & priusquam transmutatum est monasterium, Lotharius imperator Ludovici Pii filius natu maximus, primus rex Lotharingiæ, & à quo hæc nomen sortita, ecclesias Montis sancti voluit invisere *&c. Quod prorsus adversatur statutæ suprà sub imperio Ludovici Pii primæ transmigrationis epochæ. Id advertit etiam laudatus Chiffletius ac vel idcirco dictum numerum, ut invenerat, Gallicè fideliter transcriptum sequenti annotatione signavit in*
F *margine:* Si ariolari licet, existimo, hæc contigisse alicui è Lotharii imperatoris purpuratis translato jam monasterio.

irrepsit, corrigitur.

36 *Imò si & mihi ariolari fas sit, existimem, illas notas chronologicas non ex cœvi auctoris calamo profectas esse; sed vel ex proprio Valdenarii penu, vel potiùs ex alterius, in re historica & chronologica parùm versati, scriptoris temeraria præsumptione, quâ rem explicare intendens exprimendo personarum ac temporum adjuncta, magis implicavit. Hoc eo fidentiùs edisserо, quia aliud in verbis tam paucis deprehendo, si minùs manifestè erroneum, saltem de errore valdè suspectum. Etenim Lotharius imperator, Ludovici Pii filius, qui circa annum* 860 *Montis sancti ecclesias invisisse asseritur, quinquennio ante, anno nimirum* 855, *in Prumiensi monasterio monachum induit, eodemque hominem exuit sub finem mensis Septembris. Mitto, quòd videatur potiùs Lotharingiæ nomen derivâsse à Lothario rege, dicti imperatoris filio, prout observant Petavius, Calmetus & alii, quàm ab ipsomet imperatore. Cæterùm contenta in jam discusso numero Gallico Valdenarii, Latinè etiam subjunxit Chiffletius, omissis tamen*

A *tamen adjunctis, difficultatem hîc moventibus; an verò ea aliunde acceperit nec ne, non indicavit; ego interim, dimisso Gallico, hunc solum excudam.*

§ IV. Quartæ translationis Historia proponitur, & nonnulla circa illam disquiruntur.

Historia translationis quartæ.

COllocatis jam dato ordine ac serie tribus translationibus prioribus, exponenda superest quarta, eaque omnium celeberrima, & ad insignem S. Adelphii *aliorumque Sanctorum cultum demonstrandum aptissima. Ejus memoria in Romarico-Monte recurrit ad diem* XIII *Novembris; prout notatur in codice nostro Ms. pag.* 15, *ubi similiter præscribuntur lectiones Officii tres, translationis occasionem, tempus & modum complectentes; has tamen huc non transfero;* B *quippe quæ parùm aut nihil, idque dumtaxat in vocibus discrepant, ab altera ejusdem relatione per laudatum sæpe Chiffletium ex monumentis Romaricensibus descripta & nobiscum communicata, quam, quia reliquarum translationum relationibus succinctior est, huic paragrapho integram inserimus.*

seu solemnis corporum elevationis,

38 Cum sanctus Leo Papa nonus, Tullensis adhuc tum episcopi nomen ac dignitatem retinens, ad Tullensem suam ecclesiam accessisset; ibique S. Gerardi Tullensis episcopi (quem paulò antè divino admonitu Romæ in Sanctorum Canonem retulerat) sacros artus, è veteri tumulo excerptos, in pretiosam lipsanothecam magno cum splendore, & apparatu transtulisset; venerabilis Oda, Romaricensis abbatissa, similes honores suis quoque Patronis pio studio procuravit. Itaque ejus rogatu sanctus Leo Hugonem Bisonticensem archiepiscopum, & Udonem Tullensis ecclesiæ primicerium, Tullo in Montem Romaricum destinavit: qui de sanctorum Romarici, Amati, Adelphii & Gebetrudis virtutibus ac miraculis judiciaria inquisitione instituta, primùm eorum sacra corpora ex humili loco, in quo hactenus quieverant, C in sublimiorem sollemni pompa extulerunt.

factæ anno 1051,

39 Deinde eorum, ut verè Dei Sanctorum, historias ac miracula, Romani, à quo missi erant, Pontificis auctoritate, & conscribenda, & divinis Officiis inserenda sanxerunt. Celebrata est hæc translatio Idibus Novembris, anno Verbi Incarnati millesimo quinquagesimo primo, Leonis noni Papæ tertio, præsente inter alios quamplurimos Gerardo Luxovienſi abbate; & in extollendis reliquiis hic ordo de industria servatus est, ut à sancto Romarico, tamquam fundatore, initium fieret, tum ad sanctum Amatum; ab hoc ad beatum Adelphium; ultimò ad sanctam Gebetrudem procederetur. *Omnia hîc tam dilucidè, tam accuratè tamque conformiter ad historiam ecclesiasticam, uti hanc consulenti patebit, efferuntur, ut ne apex quidem latère videatur criticæ etiam oculatissimæ obnoxius.*

non per ipsum Leonem IX Pontificem,

40 *Nihilominus, dum hæc pertractant recentiores nonnulli, eo modo loquuntur, ut suspiceris ab auctore nostro prætermissum fuisse aliquid, quod non parùm conduxisset ad rei enarratæ splendorem; nempe corporum elevationem & translationem, non per legatos dumtaxat, sed per ipsum Pontificem in propria persona fuisse peractam. Sic Mabillonius seculo* 2 *de Actis Sanctorum Ord. S. Bened. pag.* 135 *in annotatione ad Vitam S. Amati:* Postea, *inquit*, S. Leonis Papæ IX manibus ibidem loco decentiori collocatum (*corpus*) præcipuo honore colitur. *Ulteriùs progreditur Bailletus tom.* 3 *de Vitis Sanctorum, ad diem* VIII *Decembris agens de S. Romarico, & ita scribens Gallicè:* Sanctus Pontifex Leo IX etiam tum Tullensis episcopus secundo Pontificatûs sui anno in Lotharingiam redux, peculiariùs inquisivit in virtutes ejus (*S. Romarici*) ac potissimùm in miracula. Deinde canonizationem ejus perfecit ritu iis temporibus usitato, id est, simpliciori, & absque cærimoniis postmodum introductis. Corpus ejus & S. Amati decessoris, atque S. Adelphii successoris ad locum ecclesiæ honorabiliorem elevavit.

qui tamen circa id temporis

41 *Utrique jam recitato biographo viam strauerat Ruyrus de Antiquitatibus Vosagi parte* 1, *lib.* 4, *cap.* 12 *verbis sequentibus ex Gallico item Latinè redditis:* Postea beatus Leo Papa ejus nominis nonus, cùm transmissis Alpibus Tullum perveniſſet, & Udonem Tullensis ecclesiæ cathedralis primicerium (*in Montem-Romaricum*) deputâssет, ut inquireret de sinceritate Vitarum prænominatorum Patrum (*Romarici, Amati &* Adelphii) retulit eos in Album sanctorum Confessorum: maximo, quo fieri posset, splendore, pompa & reverentiâ. *Enimverò, licèt his omnibus assentiri nequeam, non caruerunt, dum ita scriberent laudati auctores, fundamento utcumque verisimili. Constat enim S. Leonem sub annum* 1050 *vel* 1051 *non modò Tullensem ecclesiam suam invisisse, sed etiam Romaricensem; & hanc quidem Pontificalibus cærimoniis consecrâsse; testem habemus omni exceptione majorem B. Lanfrancum Cantuariensem antistitem, sancti Pontificis in itinere tum comitem. Is in Epistola sua* 13, *apud Acherium Operum ejus collectorem, respondens Joanni archiepiscopo Rotomagensi super quæstionibus quibusdam de ritu in dedicatione ecclesiarum servando, etiam ad propositum nostrum sequens exemplum producit:* Sanctus Leo Pontifex, Romanæ sedis summus Antistes, Romericensem, me præsente, ecclesiam dedicavit, F cunctaque, quæ ante Missam fieri ordo depoposcerat, sine casula consummavit.

Romaricensem ecclesiam consecravit,

42 *Verumtamen cùm solius dedicationis meminerit beatus Lanfrancus, & auctor noster, exprimens alioqui tam accuratè temporum & personarum adjuncta, de S. Leonis præsentia altùm sileat, hîc etiam hujus relationi adhærebimus. Accedit, quòd memoratus Pontifex, sicut ex Hermanno Contracto, scriptore coævo ostendimus tom.* 2 *Aprilis ad diem mensis* XIX *in Commentario illius Actis prævio, non nisi finito Vercellensi concilio sub mensem Septembrem anni* 1050, *Tullum perrexerit; & similiter absoluto conventu, Augustæ Vindelicorum habito sub mensem Februarii anni* 1051, *reditum in Urbem aggressus sit, ubi inter sacra Missarum solemnia die Paschatis dæmoniacam liberavit, & post Pascha synodum coëgit, ac proinde non interfuit translationis festivitati mense Novembri proximè subsequenti in ecclesia Romaricensi celebratæ; cùm neque hoc neque alio anno usque ad* 1054, *quo in calces abiit, in Lotharingiam legatur rediisse.*

43 *Igitur rem totam eo ordine confectam reor,*

AUCTORE J. P.

ut intra jam dictos menſes Tulli corpus S. Gerardi clevârit, & in Monte-Romarico eccleſiam conſecrârit, atque hac occaſione rogatus fuerit, ut etiam SS. Amatum, Romaricum, Adelphium *& Gebetrudem Sanctorum canoni inſereret, corporaque ſolemniter elevaret : ſed hoc negotium veroſimiliter ob temporum anguſtias commiſerit Hugoni & Udoni auctoritate Apoſtolica præmunitis, à quibus id poſtmodùm ritè mandatum fuerit exſecutioni. Unde non immeritò Ruyrus, Bailletus & alii appellârunt canonizationem, quam ſolius tranſlationis aut elevationis titulo extulit auctor noſter. Quantumvis & hic illud ipſum ſufficienter inſinuet initio relationis dicens, procuratos fuiſſe ab Oda abbatiſſa Sanctis ſuis ſimiles honores, quibus affecerat Pontifex S. Gerardum paulò ante Sanctorum Albo inſcriptum. Imò idipſum indicat integra rei tranſactæ ſeries : inſtitutum examen prævium ; virtutes & miracula comprobata ; elevata magno ſplendore & ſolemnitate ſacra corpora ; decreta Sanctis Officia cum lectionibus propriis, atque hæc omnia per legatos ab ipſo Romano Pontifice ad id commiſſos, ejuſdemque auctoritate inſtructos.*

ſed per legatos ejus auctoritate inſtructos.

B

Aliæ quædam tranſlationes minùs celebres.

44 *Quatuor dumtaxat hactenus tranſlationes numeravimus quia earum, quantum diſcimus ex codicis noſtri Mss. lectionibus, peculiaris eſt memoria in nobiliſſimo parthenone ; binas tamen recentiùs factas reperio in Mss. Chiffletii. Prior affixa eſt anno* 1567 *& ſoli S. Romarico propria, ac per conſequens ad hunc locum non pertinens: altera communis SS. Amato &* Adelphio, *& hujus ſequentem notitiam tranſmiſit laudatus Chiffletius :* MDCXXXIV, VIII Octobris, Dominicâ, Philippus de Ligneville de Tantonville, præpoſitus S. Deodati (Saint-Diey, *oppidum eſt Lotharingiæ ad Murtam fluvium & ad radices Voſagi montis prope confinia Alſatiæ ſuperioris*) corpora S. Amati & S. Adelphii, de antiquis thecis in novas argento conveſtitas tranſtulit : quæ ſuper altare S. Romarici in forulis hinc inde præparatis collocatæ ſunt ; ſancti quidem Amati capſa à parte Epiſtolæ, ſancti porrò Adelfii à parte Euangelii.

C

§ V. Cultus hodiernus valdè ſolemnis ; Officia & Miſſæ.

Quatuor tranſlationum annuæ feſtivitates cum Officio proprio,

Prolata hucuſque de antiquitate cultûs & tranſlationibus abundè ſupplent altum de S. Adelphio *apud martyrologos vetuſtiores ſilentium, indicatum à nobis in Commentario prævio, numero ultimo. Reliquum eſt, ut, quæ ad cultum hodiernum pertinent, abſolvamus. Recoli quotannis tranſlationum quatuor feſtivas commemorationes, inſinuavimus ſuprà ; quâ autem ſolemnitate eadem peraganiur docet nos laudatum aliquoties Proprium Sanctorum inſignis eccleſiæ S. Petri Romarici Montis, ad formam ac ritum Breviarii Romani compoſitum. In eo enim, ut ordinem ipſiuſmet libelli ſequar, pag.* 22 *primùm occurrunt ſequentia : Die* XV *Februarii.* In feſto ſecundæ tranſlationis ſanctorum abbatum Amati, Romarici & Adelphii. Duplex majus. *Tum recitandum Officium præſcribitur & exprimitur, cujus partes ferè omnes ſunt propriæ ; Antiphonæ, Capitula, Hymni, Pſalmi, Lectiones &c., & quæ horum hinc inde reipſa congruunt cum Officio communi, differunt tamen poſitione. Juvat ex præcipuis pauca tranſcribere :* AD VESPERAS. CAPITULUM Eccleſiaſtici 44. Hi ſunt Viri miſericordiæ, quorum pietates non defuerunt : cum ſemine eorum permanent bona ; hereditas ſancta nepotes eorum. *Sequitur Hymnus haud inelegans.*

D

46 IN TRANSLATIONIBUS TRIUM ABBATUM ; *cujus Hymni*

O Romarici doctor & rector patris
Amate, noſtræ prime fundator domûs.
Amate, ſignis inclyte & virtutibus,
Tuos clientes ſemper intentus juva.
O Romarice, vanitatis ſæculi
Contemptor, olim purpurâ fulgens Comes,
Poſt Chriſti amore pauper, hîc nos aſpice
Chriſtique amore ſupplicum mentes reple.
O magne Adelphi, tot divinis * patribus ** aptiùs ad metrum*
Felix magiſtris, ipſe ſacrorum agminum beatis
Divine Doctor, nos quoque ignaros doce,
Cæleſtibuſque diſciplinis imbue.
O ſancta Patrum, ſancta Paſtorum trias,
Tui, precamur, perge miſereri gregis ;
Tuis inhærens ſedulò ut veſtigiis,
Beata tecum paſcua in cælis colat.
Sit Trinitati ſempiterna gloria, E
Honor, poteſtas, atque jubilatio,
In Unitate, quæ gubernat omnia
Æternitatis totius per ſæcula. Amen.

ORATIO. Adeſto Domine ſupplicationibus noſtris, quas in beatorum Amati, Romarici atque Adelphii, confeſſorum tuorum tranſlatione deferimus : ut qui *&c.*

47 AD MATUTINUM. HYMNUS *hîc dantur,*

Felices Animæ, quæ ſuper æthera,
Inſertæ mediis aligerum choris
Duratura polo gaudia carpitis,
Mortali vice liberæ !
Thecis oſſa ſacris condita cernimus
Quæ non tempus edax, non populantium
Flammis & gladiis undique militum
Inſanus furor abſtulit.
Sit vobis veterum cura penatium
Sacratique placens depoſiti locus,
Ut laudum facili carmine perſonet,
Pulſis undique noxiis.
Te ſumma ô Deitas, unaque poſcimus,
Sanctorum ut precibus nos quoque ſupplices
Cæleſti facias pſallere patriâ F
Æternis tibi canticis. Amen.

In primo Nocturno proponuntur lectiones ex cap. 44 *Eccleſiaſtici :* Laudemus Viros glorioſos *&c. In ſecundo, quas dedimus num.* 18. *In tertio autem, ſuper Euángelio ſecundum Matth. cap.* 19 *:* Ecce nos reliquimus omnia; *lectiones ſiunt de Homilia S. Auguſtini epiſcopi in Pſalm.* 103 *conc.* 3 *:* Ubi paſſeres nidificabunt ? *&c.*

48 *Idem Officium legitur ritu duplici ſecundæ claſſis ad diem* XVII *Maii, quâ tranſlationis primæ memoria recurrit. Idem ritu duplici majori ad* XX *Auguſti, quâ tertia ſanctorum Abbatum ac prima S. Gebetrudis ; & ad* XIII *Novembris, quâ illorum quarta, & hujus ſecunda tranſlatio celebratur : verùm diebus ſingulis lectiones deſignantur propriæ pro ſecundo Nocturno ex Hiſtoria tranſlationum ; pro tertio Nocturno ex diverſis ſanctorum Patrum homiliis. Miſſa item in dictis feſtivitatibus ſit propria, ex variis tamen de communi Sanctorum collecta in hunc ordinem.* INTROITUS. Sapientiam Sanctorum. ORATIO. Adeſto Domine. EPISTOLA. Fratres, mementote præpoſitorum veſtrorum. GRADUALE. Glorioſus Deus in Sanctis ſuis. *& Miſſa propria*

A suis. EVANGELIUM. Ecce nos reliquimus omnia. OFFERTORIUM. Exultabunt Sancti in gloria. SECRETA. Munera tibi Domine noſtræ devotionis offerimus. COMMUNIO. Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. POSTCOMMUNIO. Lætificet nos Domine, ſanctorum tuorum Amati, Romarici, & Adelphii veneranda Tranſlatio; & peccatorum noſtrorum vinculis expeditos, ad æternæ beatitudinis tranferat manſionem. Per Dominum. *Ad dies verò* XX *Auguſti &* XIII *Novembris inſcritur Orationibus nomen S. Gebetrudis.*

recoluntur. 49 *Hæc ſanè ſufficienter demonſtrant inſignem cultum, quem habent Sancti iſti in illuſtriſſimo parthenone. Unum addo, quod ſimiliter ad omnium cultum pertinet in communi, quodque ut relatu digniſſimum Calmetus inſeruit tom.* I *Hiſtoriæ Lotharingicæ col.* 827, *& his Gallico idiomate conceptum eſt verbis:* In memoriam fugæ iſtius præcipitis & nocturnæ (*vide* § III *hujus Appendicis, ubi de tranſlatione tertia diſputatum eſt*) ſanctimoniales inſtituerunt Miſſam die XX Auguſti ſub mediam noctem, quam miſerabilem ſeu luctuoſam (*vulgò* la Meſſe piteuſe) appellant: quia eam cantant, in parœciali Romarici-Montis eccleſia, voce demiſſiori & lugubri, tamquam perſonæ in periculo ac timore conſtitutæ, nec audentes vocem attollere. *Ita ille. Nolim inficiari id aliquando ibidem fuiſſe uſitatum; neque tamen affirmare auſim, ad noſtra uſque tempora continuari, tacentibus hîc ſcriptoribus ac monumentis aliis. Pergo ad ea, quæ de peculiari* S. Adelphii *cultu exhibet laudatum hactenus Proprium Sanctorum.*

B

Feſtum S. Adelphii die XI *Septembris celebratur cum Octava; Hymnus*

50 *Sic habet pag.* 77: Die XI Septembris. In feſto S. Adelphii abbatis. Duplex ſecundæ claſſis cum Octava. *Officium præſcribitur de communi confeſſorum non pontificum, præter Hymnum ad utraſque Veſperas & Matutinum, Orationes ac Lectiones ſecundi & tertii Nocturni, quæ ſunt propria. Præmitto Hymnum datis ſuperiùs concinnitate non inferiorem.*

Nobilis celſi generis Sicamber,
Non tibi cœcus nocuit Cupido,
Non venenatus malè blandientis
Sibilus aulæ.

C

Te parens patri pia Romarico
Miſit infantem: meliore ritu
Ille divinis tenerum Nepotem
Obtulit aris.

Ad ſacri fontes laticis renato
Luſtricus fauſti pater eſt Amatus
Ominis, fauſtum Pueroque nomen
Indit ADELPHI.

Præſuli poſthac avus imbuendum
Tradit Arnulpho, facilem Puellum
Sanctus antiſtes, gravitate morum
Voceque format.

ex Officio, 51 Talibus navans operam magiſtris
Reddit Arnulphum pietate, ſenſu,
Moribus; mixtum quoque Romarico
Reddit Amatum.

Nunc age, ô tantis ſociate Adelphi
Patribus, noſtri Pater ipſe cœtus,
Mitibus noſtros oculis, precamur,
Aſpice colles.

Da tuis ſemper ſtudiis foveri,
Perque mortalis ſalebroſa vitæ
Cælicas tandem penetrare recto
Tramite ſedes.

Præſtet hoc nobis Deitas beata
Patris ac Nati, pariterque ſancti
Spiritus, cujus reſonet per omnem
Gloria mundum. Amen.

AUCTORE J. P.

52 *Accipe & Orationem, quæ nunc legitur:* Deus, qui beatum Adelphium, patrem noſtrum, ab infantia tibi conſecratum, eximiis ornâſti chariſmatum donis: ejus quæſumus interceſſione, noſmetipſos tibi perfice munus æternum. Per Dominum. *Dixi autem,* quæ nunc legitur: *nam aliam olim lectam fuiſſe colligo ex Mss. notarii Apoſtolici atteſtatione munitis, ac de quibus per decurſum aliquando ſermo fuit, ubi reperio ſequentem:* Deus qui in diverſis nationum populis fidei veræ conſtituiſti eſſe doctores; concede quæſumus, ut omnes qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, intercedente beato Adelphio confeſſore tuo, proſperitatis gaudium & futuræ beatitudinis gloriam conſequantur. Per Dominum. *Lectiones ſecundi Nocturni tum ipſo feſto, tum die octava recitari ſolitas huc tranſferre ſupervacaneum ſit, utpote nihil continentes præter ſynopſim Actorum, quæ ſuprà excuſa ſunt. Tertii Nocturni lectiones deſumptæ ſunt ex homilia S. Joannis Chryſoſtomi* 39 *ſuper Euangelio ſecundum Matthæum cap.* XI: Reſpondens Jeſus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine cæli: *idemque Euangelium prælegitur in Miſſa, quæ præter illud & Orationem propriam tota eſt de communi abbatum.*

& Oratio propria.

E

MIRACULA

ET TRANSLATIONES

Ex Mss. codicibus Romaricenſibus.

PARS I.

CAPUT I.

Relatio primæ tranſlationis corporum SS. Romarici, Amati, & Adelphii, & quorumdam beneficiorum, quæ eam ſubſecuta ſunt.

F

Corpora trium Abbatum poſt annos circiter ducentos * *S. Romarici*

NUnc igitur annuente Domino narrabimus, quòd temporibus piiſſimi ac ſereniſſimi Ludovici imperatoris, cui pater extitit monachorum, ac reſtaurator ſanctorum monaſteriorum, ſupradicti patris * monaſterium innovatum ac mutatum eſt, in loco, in quo nunc conſiſtit. In eadem verò præcipua ac venerabili tranſlatione, adveniente pontifice *a* cum omni clero, ac juncta populorum turba; cùm ventum eſſet, ut aperirentur ſepulcra venerandorum Chriſti Confeſſorum, beati Amati, atque glorioſiſſimi Romarici, nec non & ſanctiſſimi Adelphii, ita ſancta corpora reperta ſunt illibata, quaſi eodem die viderentur eſſe depoſita: & contra jura naturæ, meritorum conſervavit gratia; ut

a

AUCTORE J. P.

cunctis palam ostenderetur, quanti meriti apud Dominum haberentur hi sanctissimi Viri, ut post ducentorum annorum *b* curricula, quasi cedrus Libani, eorum sacra membra invenirentur illibata.

b

incorrupta, non sine prodigiis

2 Nam, jubente pontifice, effossis monumentis, cùm quidam ex ejus clero, præsumptioni potiùs quàm religioni deditus, eumdem lapidem suppositum levare conaretur, continuò pollicem amisit, qui virtute Sanctorum mox restauratus est. Tunc idem pontifex nimio timore constrictus, cum juramento pollicitus est, nullum ex suis eos ultrà contingere; sed si quis ex illorum propria familia clericatûs officio fungeretur, inquirens, atque ad se accersiens, eum id agere jussit. Quod præceptum ille cum nimio fervore suscipiens implere studuit; se numquam tantæ trepidationis tremorem esse expertum *. Scalâ igitur in scrobe sepulcri depositâ, nimiùm tremens ac pavidus descendit.

* *supple* affirmans

tumulo elevantur, *c*

B

3 Ergo in sacri corporis honore curvans humeros, quasi columnam inflexibilem *c*, nullo sibi auxilium ferente solus elevans, pontifice coràm adstante, munus cæleste, ac thesaurum desiderabilem protulit: quod venerabile corpus beati & eximii confessoris Christi Romarici fuisse nullus ambigit. Sed & almifici viri Amati, ac glorioſi Adelphii sacra pignora elevata sunt cum gloria. Deinde ergo lota sunt pretiosa ac veneranda corpora, ex vino diversis pigmentis confecto; & novaculâ sumptâ quasi ex viventis corpore barba ablata, quæ usque nunc in eodem loco cum honore debito servatur.

variisque

4 Pretiosis ergo linteaminibus, ac palliis obvoluti, positique in gestatoriis peplis, inventum est illud, in quo corpus domni Romarici gestandum erat, brevius ipso sanctissimo corpore. Cùmque hora tardior excrevisset, & sanctimoniales ad ripam fluminis Sanctorum præstolarentur adventum, ac pontifex hoc accelerare vellet, jussit cuidam presbytero nomine Theoderico, & uni ex diaconibus Feroino nomine, ut subter genua beati nervos Romarici inciderent, ut vel sic in feretro quivisset collocari. Illis autem incidentibus, quasi ex viventis corpore roseus sanguis sacratissimus emanavit.

C

prodigiis

5 Diaconus verò pollice inciso, manuque nimiùm turgente, vix pœnitentiâ affectus evasit mortis discrimen. Quod idcirco contigit, ut manifestè clarescceret, quàm feliciter cum Christo viveret in cælis, per cujus pignora sancta, tam præclara miracula patescerent in terris. Infelix vero ille *d*, qui hoc agere præsumpsit, cultellum rejecit, quod numquam ulteriùs inveniri potuit. Ipse verò sine cibo & potu usque ad obitum permansit, & die noctuque circa muros ejusdem monasterii circumiens ac pœnam debitam luens indesinenter clamabat: Fili David miserere mei. Quod verbum ideo, ut confidimus, ei pietas admirabilis viri Romarici contulit; secundum Apostolum *e*, corpus in præsenti traditum Sathanæ, ut spiritus in diem Domini esse salvus quivisset, qui intra dies triginta exalavit.

d

e

aliis

6 Quid miraculi in eodem itinere, in re minima, virtus divina contulerit, ob hilaritatem audientium hîc ponere censuimus. Dum eadem veneranda corpora veherentur per camporum amæna, columbarum grex, quem domnus Amatus ob figuram simplicitatis ac dilectionis, nec non magnificæ ostensionis in fluenta Jordanis *f*, enutrire consueverat, cum eisdem sanctis pignoribus deambulantes ac desuper volitantes ab eis non recesserunt.

f

D

illustrata ultra Musellam transferuntur.

7 Mira, ut ita dicam, in animantibus dilectio insensibilibus! Dum collocanda in ecclesia per cellarii transferrentur ostia, aves suprà scriptæ, ceteris, ut fertur, mitiores statim subsecutæ, per eadem, per quæ Sanctorum illata sunt corpora non volatu, sed pedibus ostia introierunt, & cùm feretra ex humeris deponerentur, eædem aves tectum ecclesiæ conscendentes ibidem permanserunt, atque in loco, in quo enutritæ sunt, ulteriùs non remeârunt. Hii ergo venerabiles Confessores Christi in loco, in quo nunc, præstante gratia pii Conditoris, consistunt *g*, reconditi fuerunt, qui separatim quidem positi, sub ara beatæ & glorioſæ semperque Virginis & Dei Genetricis Mariæ duo conditi sunt; beatus scilicet Amatus atque glorioſus Romaricus: sanctissimus Adelphius verò sub altare beati Pauli apostoli positus est *h*.

g

h

Beneficia post translationem

8 Hæc translatio facta est die septimadecima mensis Maii, quæ dies anniversario cultu exinde celebris fuit: & eam crebris divina Bonitas miraculis illustravit. Quodam anno, imminente festo translationis hujus, imperato piscatu, cùm ne unus quidem piscis per dies aliquot captus fuisset, incommoda enim erat tempestas; tandem in pervigilio festivitatis, cùm sacræ Virgines in diem sequentem præter olera ac legumina nihil obsonii paratum haberent, tantus piscis de nocte ex improviso comprehensus est, ut ad bina cœnarum fercula suffecerit.

E

obtenta.

9 Alio die translationi eidem dicato, cùm pisa dumtaxat & fabæ cum olitorio commeatu in omnem escam pararentur, quidam è subditis S. Petri, præter spem piscem unicum haud magnæ molis in monasterium detulit. Is excoctus, cùm in partes divideretur, adeo excrevit, ut omni familiæ ad duos missus satis fuerit. Cui Euangelico miraculo *i* aliud eadem ipsa die pro cumulo accessit; nam paulò ante vespertinas preces, cervus è silva egressus ad Mosellæ ripam ultrò se ad Dei famularum refectionem obtulit. Similiter & alio quodam anno in eadem translationis sollennitate, progressa cerva è vicino saltu in aggerem, ac monasterii ministrorum curribus implicita captaque, eò jucundiorem, quò minus expectatum sacræ familiæ esum præbuit. *k*

i

F

k

ANNOTATA.

a *Neque nomen hujus antistitis neque sedes ullibi in Mss. exprimitur. Non fuisse Drogonem Tullensem episcopum, prout habent scriptores plerique neoterici, liquet ex epocha hujus translationis, statuta à nobis in appendice num.* 32. *Quapropter si Tullensis hîc designetur pontifex, verisimiliter ei nomen fuit Frothario, qui, teste Calmeto, eam sedem occupavit anno* 821 *tenuitque usque ad* 846; *vel si Drogoni nomen ipsi fuerit, alterius sedis episcopus intelligendus est, fortasse Metensis; nam huic, eodem Calmeto teste, præfuit ab anno* 822 *vel* 825, *usque ad* 855, *Drogo Ludovici Pii frater naturalis, à quo sub eadem tempora Metis ad Novum Villarense monasterium S. Adelphi episcopi corpus translatum fuisse diximus in appendice num.* 5. *Sed ex hac nominum tum Sancti translati tum episcopi transferentis identitate aliæ conjecturæ oriri possent, quas lectori formandas relinquo.*

b *Com-*

A b *Computum hunc inivit verisimiliter auctor ab obitu S. Amati, qui passim annectitur anno 625 vel 627.*

c *Calmetus tom.* 1 *Historiæ Lotharingicæ col.* 827 *hanc sacrorum corporum elevationem compendiosè enarrans*, reperta, *inquit*, sunt corpora adeo integra, acsi jam primùm sepulta fuissent. *At mox subjungit:* Fuerant sine dubio aromatibus condîta, cùm dicatur corpus S. Romarici tumulo eductum fuisse instar columnæ rigidum & inflexibile. *Quæ conclusio mihi non apparet usque adeo legitima, ut nullum de oppositio relinquatur dubium. Sanè ex hoc asserto:* Corpus post ducentos annos integrum est & inflexibile, quasi columna, *ad summum deducuntur hæ disjunctivæ conclusiones:* Igitur vel naturaliter, vel artificiosè, vel divinitus ita conservatum est. *Sed nihil est, unde conjiciamus id naturaliter contigisse, puta vel ex loci aut aëris temperie, vel ex ipsamet corporum temperatione; & auctor noster subæqualis, aut saltem non multò posterior translatione, non modò naturam excludit verùm etiam artificium, dum ita scribit:* Sancta corpora re-

B perta sunt illibata, quasi eodem die viderentur esse deposita, & contra jura naturæ meritorum conservavit gratia. *Denique cùm nuspiam memoriæ proditum reperiam, corpora hæc aromatibus delibuta fuisse, non video, cur inflexibilitas & per consequens etiam incorruptio artificio humano adscribi debeat potiùs, quàm divinæ providentiæ, quæ novo miraculo inflexibilitatem corpori usque tunc flexibili indiderit, ut faciliùs ab uno homine è sepulcro sublevaretur, præsertim cùm tot aliis prodigiis illustrata fuerit hæc translatio.*

d *In lectionibus Mss., recitatis num.* 13, *sequentia narrantur de presbytero, qui simul cum diacono nervos inciderat.*

e *Apostolus* 1 *Corinth.* 5 ℣ 5 *objurgans Corinthios, quòd inter se tolerarent viventem publicè in incestu, talem in hunc profert sententiam:* Ego quidem absens corpore, præsens autem spiritu jam judicavi, ut præsens, eum qui sic operatus est, in nomine Domini nostri Jesu Christi congregatis vobis & meo spiritu, cum virtu-

C te Domini nostri Jesu, tradere hujusmodi satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini nostri Jesu Christi. *Quam sententiam diversimodè intelligunt Patres, ut videri potest apud interpretes. Quo sensu eam sumpserit auctor noster, non divino. Certè tantum piaculi in actione hujus hominis non deprehendo; præsertim qui voluntatem antistitis sui dumtaxat fuit executus. Crediderim ob res adeo prodigiosas perculsum fuisse sancto quodam horrore, qui illum valde affecerit, sensibusque ejus & toti corpori ita inhæserit, ut nec cibum capere juvaret nec potum; & hinc morbum & mortem subsecuta esse: quæ Deus permisisse potuit ad augendam in populo erga Sanctos reverentiam.*

f *Dum scilicet Redemptor noster à Joanne baptizatus est, & Spiritus sanctus descendit in columbæ specie, ut habent Euangelistæ.*

g *Ex his verbis auctoris ætatem utcumque collegimus num.* 3.

h *Hactenus ex Mss. auctoris primogenio stylo relictis. Quæ sequuntur ex Valdenarii codice desumpta & per Chiffletium Latinè reddita sunt.*

i *Alludit ad cap.* 5 *Joannis, ubi quinque hominum millia quinque panibus & duobus piscibus satiat Christus.*

k *Quæ hîc de cervis & num. præcedente de magno pisce narrata sunt, piè admodùm divinæ bonitati abscribuntur; verùm etiam absque prodigio contingere potuerunt.* AUCTORE J. P.

CAPUT II.

Secundæ translationis historia & miraculorum, quæ illam præcesserunt ac subsecuta sunt.

Corpora in locum honoratiorem

CUm multis jam annis Sanctorum corpora duobus, ut dixi nus, sacellis discreta quievissent, quadam die Sabbati, circa meridianam horam inventus est cereus ardens in eo loco, in quo postea conjunctim composita sunt: ac novo miraculo perseverans, lucere non destitit, donec sequenti die Dominica Missarum sollenniis finis impositus esset. Sic nimirum beati Confessores optatæ sepulturæ locum cœperunt designare, quem & haud multò pòst longè manifestiùs indicârunt. Quadam enim nocte *a*, cuidam ex Sanctimonialibus jam decrepitæ, quæ in monte eodem jugiter in servitio eorumdem laudabilem vitam duxerat, per visum domnus Romaricus astitit, dicens: Vade, dic procuratori monasterii hujus Theodorico, ut simul nos indivisè componat, & locum, ubi condendi essent, ostendens ab ejus oculis evanuit.

deportanda esse cælitus innotescit.

11 Tunc insequenti nocte rursum apparens eadem præcepit, ac minaciter increpans, cur quod jusserat, non implêsset, hoc ab ea responsum accepit, se nequaquam præsumpsisse eidem viro hæc intimare. Tertia nocte iterum adveniens repetito sermone eadem præcepit, atque ab ea similia audivit. At verò domnus Romaricus, digito faciem ejus contingens, & hoc signum ostendere præcepit, &, quæ dicebantur, monstrare. At illa decumbens, ac vim visionis ferre non valens, eumdem virum ad se accersiri petiit. Quem intuens, ac turgidam faciem præmonstrans, Considera, inquit, hoc signum, ac verbis meis fidem accommodans, adimplere festinanter satage, quæ præcepta sunt tibi: quia hæc ideo perpessa sum, non præsumens tibi intimare, quæ mihi à meo Domno intimata sunt. Et ne cui fortè hoc incredibile videatur, digiti impressione ac ungue ejus effossa caro usque ad diem supremum permansit.

Dum in hunc finem nova basilica exstruitur, variis opifices

12 Acquievit Theodoricus divinis monitis, novamque basilicæ descriptionem aggressus est, in qua Sanctorum pignoribus destinatus à Deo locus, honoratiorem, ut par erat, templi partem obtineret. Quæ porrò in ea structura admiratione digna contigerunt, tacitus præterire non possum. Muralis structuræ opifex, fallente vestigio, in fossam prolapsus est, fundandæ columnæ excavatam, ac momento eodem saxum ingens pro basi supernè devolutum, miserum hominem obruit. Credebatur elisus ac planè obtritus. Accurritur, ac vehementi conatu, amoto lapide, stupentibus cunctis emergit ille tam integer, tamque alacer, ut ad opus confestim rediret; ad quod promovendum se videlicet servatum fuisse intelligebat.

vel è sublimi delapsi,

13 Cùm cameræ umbilicus è crasso lapide tractoria grue sursum attolleretur, erant stru-

&c-

AUCTORE J. P.

ctores in ſuprema contabulatione, qui lapidem dirigerent. Ex iis unus vehementiùs conniſus, è tabulato præceps ruit. In lapſu (mirum dictu!) offendit in ligneum fulcrum, cui altera coxendice adhærens, capite deorſum pendulo tamdiu ſtetit, donec à ſociis adminicula neſcio quæ ſubtendentibus ſalvus incolumiſque exceptus eſt.

vel à decidentibus fornice ſubſidiario,

14 Alia die, perfecto concamerationis templi arcu maximo, cùm ſubſidiarius fornix ab operariis, ſummæ teſtudini innixis, demitteretur, neſcio, qua ratione illis excidit è manibus, & è ſublimi decidens ſubjectos aliquot famulos ad ſolum afflictos obruit. Nec mora, advolant alii, & ſubducto fornice illo ſubſidiario, quos exſtinctos putabant, eos non vivos modò, ſed etiam vulneris expertes reperiunt.

craſſo lapide,

15 Baddo presbyter, lapidariæ ſtructuræ & ipſe incumbens, perducto penè ad ſummitatem pariete, craſſum ſatis lapidem in eo componebat: ſed cùm is aliquoties applicitus malè conveniret, eumque vel tædio vel feſtinandi ardore deorſum abjeciſſet, fortè lapis ad famuli caput, inferiore loco laborantis, graviter alliſus, hominem ſolo proſternit. Accurrunt alii, ſciſcitantur, locum vulneris quærunt, & planè illæſum mirantur.

B

tegulâ, b

16 Hæc miracula cùm ad pavimentum baſilicæ Theodoricus monaſterii ſindicus Geimmoni *b* architecto narraret, atque hic vix adduci poſſet, ut fidem adhiberet; repentè è tecto, quod tum latere inſtruebatur, per medias fiſſiles perticas delapſa tegula directò petiit architecti caput. Is cùm manu ictum à capite avertiſſet, ac nihilominùs in ſolum abjectus, ſe vulneris exſortem ſentiret, de Sanctorum patrocinio, deque aliis eorum ope ſervatis ſentire quoque meliùs cœpit.

integro tecto

17 Tegebatur tectum, quod templi veſtibulo imminebat; cùm furore, ut creditur, mali dæmonis ſubitò quaſi revulſum ruit. Veſpertinæ tum preces à ſacris virginibus decantabantur, & abbatiſſa verſum illum è beatiſſimæ Deiparæ cantico præcinebat: Et exultavit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Tectores cum tecto præcipites dati ſunt: multi etiam operariorum ea ruinâ oppreſſi: nemo omnium vel cæſus vel fauciatus; ne auriga quidem, qui in ſui currûs jugum innixo capite obdormiebat, plenamque adipe capſulam ungendo currui de zona ſuſpenſam geſtabat: obtrita enim pyxide, adipe circumquaque diſſipato, perfracto etiam jugo, quod dormienti pro pulvino erat, ipſe ſervatus eſt.

C

& prælato pariete obruti,

18 Fuit & illud ſanè admirandum. Prælati parietis fabricam urgebat ſupradictus Theodoricus: jamque is penè ad faſtigium exſtructus erat, cùm adſtante ipſomet Theodorico repentè corruens, ſtructores omnes in præceps deturbavit, ex his unum cæmentis oppreſſum conſepelivit. Mira res! Evaſere omnes periculum, retectus etiam iſte, nulla ſui corporis parte convulneratus, emerſit.

incolumes & illæſi ſervantur.

19 Tot caſus tam adverſos, tam inopinatos in diaboli invidiam meritò prudens quiſque referebat: Dei porrò in eis avertendis providentia ſingularis, dici vix poteſt vel quantum in omni populo erga Sanctos, quorum cultum ſpectabat, religionem auxerit, vel quantos operis artificibuſque omnibus ad peragendum opus animos fecerit. Itaque annum unum non ampliùs tenuit univerſa exædificatio, eodemque ipſo die, quo per viſum imperata fuerat, abſoluta eſt; divino utique conſilio potiùs, quàm Theodorici operum præfecti, qui ſe animum in id ne quidem advertiſſe, nedum intendiſſe confirmabat. D

Corpora in novam baſilicam ſolemniter tranſlata,

20 Perfecta baſilica, ſub nomine & tutela beatiſſimæ Virginis Mariæ & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, ſollenni ritu dedicata eſt. Tranſlata quoque in præparatum locum, ſimulque (uti divinitus præſcriptum fuerat) collocata beatorum confeſſorum Amati, Romarici atque Adelphii ſacra corpora; cùm priùs pretioſis involuta pannis, capſiſque ornatiſſimis fuiſſent compoſita. Ea tranſlatio in quintamdecimam diem Februarii menſis incurrit: ſed pridie quàm perageretur, placuit, Patronos eoſdem, ad eorum quaſi obligandam fidem, circa monaſterium longo ſupplicantium agmine circumgeſtare; deinde nocte tota cum ſacro pervigilio, ante templi fores, eos ad pedum oſcula pio populo exponere. Per eam noctem puellæ quædam gravi ſomno ſopitæ, cùm imprudentiâ neſcio quâ in eorum pedes capita inclinâſſent, mirantibus qui aderant, ſic ſacris pedibus, ut bene firmo cervicali, ſolidoque fulcro, ſuſtentatæ ſunt.

novis miraculis decorantur.

21 Sacellum & altare archangeli Michaëlis extra novam baſilicam erat, haud longè ab oſtio, inito conſilio decretum eſt, ut intra ejus ſepta tranſportaretur. Cùm id factum fuiſſet, ac recens S. Michaëlis ſacellum, egregio ſacri miniſterii & luminum undique collucentium apparatu dedicaretur, accurrit una è ſanctimonialibus, vi morbi importuniſſimi penè in inſaniam prolapſa. Ibi cum lacrymis orans integras corporis animique vires recepit. Per idem tempus nocte media, alia quædam è ſacris virginibus, ad idem ipſum beati Michaëlis altare precatura venit. Dum pſalmos recitat, ſuarumque noxarum veniam rogat, ſubitò ei cereus Paſchalis ante illud altare ardere longéque & latè fulgere viſus eſt. Obſtupefacta rei novitate, ad unam è ſociabus in alia ædis parte pernoctantem abit, eamque invitat ad ſpectaculum; ſed reverſa viſionem ex oculis evaniiſſe miratur. E

ANNOTATA.

a *Hinc, ut monet Chiffletius, uſque ad num.* 12 *ſuccedit ſtylus auctoris antiqui. In alia tamen charta, quæ tantumodo continet, quæcumque Latinè inventa ſunt, initium paulò diverſum eſt, ita enim habet:* Cùmque hoc expletum eſſet, quadam nocte *&c. Porrò an relatio hæc auctorem eumdem an diverſum habuerit cum præcedente, incertum eſt. Fit quidem hic illas inter connexio, præſertim per has voces*, ut diximus; *ſed dubito, an ea non profluxerit à recentiore ſcriptore, fortaſſe ab ipſomet Valdenario ita diverſas relationes combinante. Vide præterea, quæ obſervavimus in appendice num.* 8. F

b *Neſcio, an hoc nomen, cujus ſyllabæ ac litteræ obſcurè ſibi invicem connexæ ſunt in Ms., rectè expreſſerim.*

A

PARS II.

CAPUT I.

Miracula in nova Romaricensis monasterii basilica sub initium seculi X *patrata.*

Auctoris præfatio a

POstquam vera Lux fidelium ex Virginali sacratissima alvo sese ad salvandum protulit mundo, anno nongentesimo, primò *a* facta sunt miracula in monasterio novo, qui hactenus Mons domni Romarici vocatur, & est constructum in honore glorioſissimi Apostolorum Principis, qui seras cæli fidelibus aperit, perfidis claudit; nec
B non venerandorum Christi confessorum Amati, Romarici, Adelphii; qui virtutibus, gratia adminiculante divina, emicant, miraculis indesinenter coruscant, quorum sacratissima corpora, gratia opitulante divina in præfata requiescunt ecclesia. Hi sunt enim glorioſissimi, atque piissimi confessores Christi, sanctissimus videlicet Amatus, ac pastor noster piissimus domnus Romaricus, atque beatissimus Adelphius, per quos hanc patriam Virtus Christi nunc usque regit *b*.

b

& fidelitatis suæ in hac relatione protestatio.

23 Quapropter multi per eos calamitatibus & languoribus liberati, mirabilem eorum bonitatem, & inexplicabilem pietatem ultrò confitentur. Nunc igitur tentabimus ex tanto virtutum ac miraculorum numero partem aliquam describere, studioſos auditores lectoresque enixè precati, ut & nobis defectuum nostrorum atque audaciæ veniam impertiant, & dictis nostris quamvis incultis & inconcinnis fidem ne denegent. Testem etenim appellamus Christum Dominum nostrum, cui omnia manifesta sunt, nos neque animo proferendi cujusquam mendacii, neque nostræ ipsorum sufficientiæ opinione ad scribendum
C adcinctos; sed piarum mentium plurimarum hortatu, ne tales virtutes oblivioni tradantur: magisque ut satisfaciamus studio nostro, ac voluntati, quàm quòd prædictorum Sanctorum insignia & admiranda facinora pro dignitate explicare nos posse confidamus.

Lampas cælitus accenditur, c

24 Anno duodecimo & ultimo *c* regni Arnulphi imperatoris, mense secundo, die quarto, cùm Dei famulæ in supradicto oratorio Vesperas decantarent, ex improviso lux cælitus missa effulsit, quæ & lampadem sancti Romarici capiti imminentem accendere visa est. Quo spectaculo sacræ virgines mirè exhilaratæ cum piis lacrymis in Trinitatis individuæ laudes effusæ sunt; datoque campanarum signo familiam omnem eumdem in locum acciverunt. Ita divinæ laudes gratesque festivæ in multam noctem perductæ. Cùm autem è sanctimonialibus una quæpiam, rei novitatem secum attentiùs reputans, subdubitaret, expletisque nocturnis Matutinarum precibus, adusque auroram in basilica perstitisset, oculis in lampadem divinitus accensam semper intentis, eo ipso loco globum igneum desuper illapsum suis oculis inspexit; ne videlicet in miraculi fide ulteriùs hæsitaret.

25 Triennis infantulus, à primo ortu cæcus,

in eamdem sacram ædem matris ulnis magna fide invectus est: statimque recepto oculorum usu, duce matre, suis gressibus domum reversus est incolumis. EX MSS. *infans cæcus visu donatur;*

26 E castro Vesulio *d* puella usque adeo deorsum incurvata erat, ut vix cubito uno à terra caput attolleret. Itaque non cælum aspicere, non ingredi poterat, non etiam plantis solum calcare: sed duobus hinc inde brevissimis innixa fulchris, humumque extremis articulis attingens, repebat magis quàm incedebat. Hæc ipso Dominicæ Ascensionis sacro die ad monasterium appulsa, cùm ibi noctem totam magnis in angustiis exegisset, illo se candelabro contingi popòscit, quod lampadem (quam pridie *e* illius diei divinitus accensam fuisse cognoverat) sustinebat. Id cùm impetrâsset, ac sequenti nihilominus die gravibus dolorum aculeis perurgeretur, magnis gemitibus lacrymisque flagitavit, ut ad beatorum Christi Confessorum sepulcra deportaretur, ac tum maximè piorum Patronorum opem experta est: nam circumstante populo prostrata in preces æditua (quam exinde vitâ functam, in cælum migrâsse confidimus) magna fide manum ægrotæ porrexit: quo in attactu derepente nervis, venis, musculis totique arido corpusculo infusus vigor puellam erexit. Ea persanata reliquum vitæ tempus in ejusdem ecclesiæ ministerio transegit, ac fidelibus miraculi conscii, magni gaudii, magnarumque Dei laudum argumentum fuit. *puella contracta, d* *e* E

27 Quidam de congregatione sancti Stephani, gravis senio & pedibus captus, nec non ab octo circitèr annis corpore toto languidus, subalarium lignorum auxilio ad monasterium venit: ubi beatorum Confessorum intercessione percuratus, in prospera valetudine reliquam ætatem vixit. *vir pedum*

28 Puellæ è Rãone *f* villa, jam à toto triennio & ampliùs, ambarum manuum usum paralysis abstulerat. Eum locum religiosè cùm adiisset, sanitatem recepit, omnibusque incedens lætitiis domum reversa est. *& altera puella manuum usu destituti, sanantur; f*

29 Viro cuidam è remoto solo crus alterum cum pede inaruerat, eamque ob rem quinque jam annos difficili morbo tenebatur. Is fando audierat, quæ miracula à Sanctis patrarentur, ac fide animatus ad eorum tumulos plenam licèt laboris ac dolorum peregrinationem aggressus est. Quin etiam pejus in dies illi fiebat; donec medium iter emensus, ac sedecim circitèr leucis adhuc à monasterio distans, dolore omni levari, immò & currere cœpit usque adeo alacriter, ut reliquo toto itinere socios omnes facilè antecederet: quod & ipsi postea suo testimonio confirmârunt. *vir crure ac pede aridus pristino vigori redditur; F*

30 Neque verò silentio prætereunda sunt, quæ anno eodem eodemque loco admiranda omnibusque nota contigêre: in festo nimirum singularis Dei amici & principis apostolorum Petri, toto quidem orbe celeberrimo; sed huic præsertim ecclesiæ, sub ejus nomine ac patrocinio dedicatæ, jucundissimo, & dulciore super mel & favum. Nam ea die quamplurimi variis morbis levati sunt: cùmque ad beati Petri basilicam ingens undique populorum concursus fieret, observatum illud ac pro miraculo habitum est, quod eam adventantium multitudinem admitteret, quam ne, si quidem triplo capacior esset, receptura videretur. *alii plures variis morbis levantur*

31 In ea solemnitate, cùm sacræ virgines Matutinas preces decantarent, octo annorum puer, à primo ortu membris omnibus captus, & matris *Puer membris omnibus captus*

ex MSS. ulnis cadaveris instar gestari solitus, ante Sanctorum corpora depositus est. Ubi confestim firmatis artuum compagibus, magnoque adstantium gaudio atque admiratione in pedes erectus, circumfusæ turbæ sese incolumis adjunxit.

puella visu,

32 Septimestris infantula solem numquam aspexerat: quin etiam cruentæ ejus palpebræ adeo constrictæ erant, ut ne per vim quidem admotis digitis referari possent. Benedictione olei S. Amati, quo inuncta est, lucis usurâ frui cœpit.

g

Alius puer cœcus è villa de Dounoux *g* duce matre in eamdem basilicam inductus, visum recepit eò admirabiliùs, quòd etsi circumjecta quæque accuratè cerneret, ac designaret, nullæ tamen in ejus oculis pupillæ deprehendebantur.

& mulier gressu destituta curantur.

33 Ea ipsa die femina è domo sua satis procul distante in monasterium venit, subalaribus innixa fulchris; qua in calamitate septem totos annos exegerat. Ibi restituta facili gressu domum hilaris revertit.

Energumenus liberatur;

34 Energumenus adolescens à malo spiritu tam dirè vexabatur, ut vix ad horam quietus viveret. Venter, intumescens utris instar oleo pleni, crebro anhelitu teterrimum fœtorem exhalabat: ad hæc miser identidem modò attollebatur in sublime, modò ad solum allidebatur: omnia ei viscera quatiebantur; quod spectatoribus horrori maximo ac terrori erat. Suscepta ad Sanctos peregrinatione, ab improbi hospitis infestatione immunis fuit.

B

alii aliis morbis affecti,

35 Ad idem monasterium in plaustro advecta est femina, jam à triennio tam graviter affecta, ut toto illo spatio nec panem, nec solidum ullum cibum degustaret, solo lacte ac melle vitam trahens. Eò cùm advenisset, repentè convaluit, panem comedit, domum incolumis rediit.

valetudini restituuntur; novem leprosi mundantur.

h

36 Alia femina de Bussan *h* à novem circitèr annis oculorum usu destituta, cùm eòdem fuisset deducta, fidei suæ ac religionis præmium lucem recepit. Puer quinquennis, duobus pedibus velut emortuis, numquam ambulaverat. Eum mater in ecclesiam intulit: tribusque ibi noctibus in oratione transactis, tandem eâdem apostolorum principis sacrâ die, puer suis pedibus, nemine adjuvante, liberè ingredi cœpit. Illa ipsa die novem leprosi in eadem ecclesia mundati sunt.

Lampas ante S. Adelphii reliquias accensa, & fulgores ac suaves odores

C

37 Anno eodem, die tertia mensis Octobris ante piissimi sancti Adelphii lipsanothecam lampas de more apposita, divinitus flammam concepit. Nunc ad eorum narrationem progrediamur, quæ in eadem aula, ac domo Dei, proximè sequenti Epiphaniæ Dominicæ festo admiranda contigerunt: ac primum in Epiphaniæ pervigilio; qua die, matutino vix tum micante crepusculo, ad altare Deiparæ Virginis Mariæ lux inusitata fulgere visa, ac tanta odoris suavitas afflari cœpta est, ut adstantes omnes mirè recreati, etiam præ gaudio lacrimas non tenerent, ac præsentiam agnoscerent Matris Misericordiæ, quæ splendorem Lucis æternæ mundo effudit. Idem fulgor tribus insequentibus noctibus eodem loco spectatus; sanctè id affirmantibus vel ipsis sororibus, quæ ad faciendam miraculo fidem binæ per noctes singulas in vigiliis excubare jussæ fuerant: ac sequenti die luce meridiana idem splendor divinus, idem odor immissus est; eo, nisi fallor, Dei consilio, ut ea res supra naturam acta, plurimorum testimonio confirmaretur.

In eamdem ecclesiam cælitus immissi.

38 Ipso igitur Epiphaniæ Domini nostri sacro die, quo stella cælitus micans primitias gentium ad Christi cunas deduxit; quo aqua in vinum conversa convivas exhilaravit; quo denique sacrosancti Christi corporis attactu, aquæ omnes in salutem fidelium sanctificatæ sunt; placuit sacratissimæ Dei Parenti, locum eumdem novo miraculo illustrare. Nam ante altare divæ Virgini consecratum, ad quod frequens populus orandi causâ supplex advolvi solet, globus igneus punicei coloris cælitus illabi visus est: quo ex globo lux ingens circumquaque diffusa emicavit, lampadis etiam elichnium, scintillâ ex eo excussâ, accensum est, ac omnium adstantium mentes inusitato gaudio perfusæ. O quantâ lætitiâ exultant in cælis sancti Christi Confessores, dum eum incessanter laudant, quem beatissima Virgo Maria sacro utero gestavit! Ipsa enim est Domina ac Regina cælorum, & ita se voluit manifestare, ad laudem & gloriam prædictorum sanctorum Confessorum, & ut spem faceret miseris peccatoribus, ad eam confugiendi, tantoque magis placere nobis debent hæc miracula, quanto per ea certiùs cognoscimus, quòd illa memor est nostri.

D

ANNOTATA.

E

a *Nonnulla super his observavimus in appendice de Gloria posthuma num.* 23.

b *Huc usque auctoris antiqui verba sunt Latinè reperta, de quo consule mox citatum locum num.* 22. *Succedit stylus Chiffletii ex Gallica versione Valdenarii.*

c *Hi characteres chronologici pugnare videntur cum verbis antiqui auctoris hîc numero* 22, *ubi dicit, miracula primùm facta esse anno nongentesimo; vel certè cum recepta hodie à recentioribus passim scriptoribus chronotaxi. Nam contendunt illi, Arnulphum imperatorem fato cessisse sub finem anni* 899, *testemque præceteris appellant Rheginonem, chronographum coævum, ad jam dictum annum ita scribentem.* Circa confinia memorati anni Arnulphus imperator migravit à seculo III Calendas Decembris sepultusque est honorificè in Odingis. *Igitur cum miracula & prodigia, toto hoc capite contenta, unius ferè anni circulo patrata sint, ut pervolventi patebit, innectenda ea erunt anno* 899 *contra antiqui auctoris notas, vel anno* 900 *contra Valdenarii. Si hæc difficultas per conjecturas decidenda esset, dici posset, auctorem antiquum, nisi textus ejus corruptus fuerit, usum fuisse diversâ ab aliis annos numerandi ratione, & vocâsse annum nongentesimum, qui apud alios erat dumtaxat nonagesimus nonus supra octingentesimum, uti, ni fallor, suspicatus est auctor lectionis officii tertiæ, relatæ in appendice nostra num.* 20; *ubi memorata prodigia contigisse dicens anno præsertim Arnulphi imperatoris duodecimo & ultimo, Christi octingentesimo nonagesimo nono, studiosè uncis includit sequentia*: Secundum vulgarem æram. *Et sic evanescit difficultas. Dici posset secundò, notas aliquas, puta epocham de anno ultimo Arnulphi, intrusas fuisse relationi à recentiore, existimante, dictum imperatorem superstitem fuisse usque ad finem anni nongentesimi, quod alio loco factum esse verisimiliter, monuimus in appendice num.* 36. *Tertiò denique dici posset, non usque adeo certum esse, vitâ functum esse Arnulphum anno* 899, *ut necessariò recurrendum sit ad alterutrum ex jam assignatis mediis. Nam editiones Rheginonis, quas enumeratas habes apud Benedictinos Historiæ litterariæ scriptores*

F

EX MSS.

A *res tom. 6, pag. 151, mendosissimè excusas esse affirmat Labbeus, Dissertatione de scriptoribus ecclesiasticis, & duos tresve annos in unum compactos fuisse conjicit. Martenius verò in secundo Itinerario pag. 274,* vidimus, *inquit,* ibidem (*in abbatia Prumiensi*) Rheginonis chronicon, pluribus locis ab impressis diversum. *Certè ne quidem hoc loco, quo potissimùm nituntur, Rheginoni in omnibus consentiunt scriptores. Sic Pagius in Critica ad annum 899, verius existimat, sepultum fuisse Arnulphum in ecclesia S. Emmerani, ut tradit continuator Fuldensis Freherianus, quàm in Odingis, ut habet Rhegino. Sic Joannes ab Eckhart tom. 2 Franciæ Orientalis, pag. 786, contra Rheginonem, qui diem Arnulphi ultimum ponit tertio Calend. Decembris, statuit* VI *Idus Decembris cum Hermanno Contracto & tabella plumbea, in sarcophago Arnulphi reperta anno 1671, quæ sic habet.* ✠ VI IDUS DECR ARNOLT IP OBIIT. *Demum ne æquo longior sim in re, quam determinare non proposui, laudatus mox Fuldensium annalium continuatur Arnulphi obitum*

B *innectit anno 900, & eumdem signat duplex Chronicum breve monasterii S. Galli apud Chesnium tom. 3 Scriptorum Galliæ pag. 466 & 471, hoc modo:* DCCCC Arnolfus imperator obiit.

d Vesulium, *Gallicè* Vesoul, *olim etiam* Castrum Vesolense, *&* Castellum Vesullum *appellatum est. Est autem oppidum Burgundiæ comitatûs haud procul Arari fluvio.*

e *Hinc colligimus, prodigium num.* 24 *relatum, contigisse in pervigilio Ascensionis Domini; sed quomodo Arnulphi* anno duodecimo & ultimo, mense secundo, die quarto? *Sive enim annum inchoârit auctor à Paschate sive à die 25 Martii, illi characteres aptari nequeunt anno 899 aut 900. Nam anno 899 Pascha incidit in primam Aprilis, Ascensio in* 10 *Maii. Igitur pervigilium hujus non erat dies 4 sed 9 secundi mensis. Anno 900 Pascha incidit in* 20 *Aprilis, Ascensio in* 29 *Maii: Ergo, licèt etiam diem* 20 *Maii dixeris primam mensis secundi, pervigilium Ascensionis fuerit iterum mensis secundi dies 9 non 4: ac proinde ita numerando annos & menses nihil agimus; nisi*

C *dicamus auctoris textum fuisse corruptum, positumque pro die* IX *diem* IV. *Desumpto autem anni exordio à die 25 Martii difficiliùs res conficietur, ut consideranti patet. Si tamen quis verba ita interpretari vellet, ut auctor, deducto anni initio à 25 Martii, primum mensem protraxerit usque ad 25 Aprilis, secundum usque ad 25 Maii, & per* II mense secundo, die quarto, *indicare intenderit contigisse prodigium die quarto post mensem secundum, quadrabunt characteres anno 900, quo pervigilium Ascensionis erat dies 28 Maii, & quartus post mensem secundum. Sed fortè characteres, qui hic difficultatem creant, adjecti sunt à recentiore, uti monuimus ad litteram c.*

f *Duplex hujus nominis locus est in Lotharingia; oppidum ad Murtam fluvium Gallis* Raon L'Estape, *& vicus haud procul inde, vulgò* Raon sur plaine.

g *Locus iste non occurrit mihi in Lexicis aut tabellis geographicis.*

h *Apud Calmetum in tabella geographica, præfixa tom.* I *Historiæ Lotharingicæ* Bussang *legitur, estque ut apparet vicus vel oppidum non magnum prope Mosellæ fontes.*

CAPUT II.

Tertiæ translationis, pluriumque miraculorum relatio.

Sanctimoniales ob ingruentes Hungaros cum reliquiis fugientes a

IRruentibus Hungaris *a*, crudeli atque effera gente, ac Lotharingiam sæva populatione pervagantibus, necesse habuerunt sacræ virgines in suum Castellum confugere, ut se ac suorum Sanctorum reliquias in tuto collocarent. Ex illis una quæpiam, cùm ante altaris gradus substitisset, tres manus perspexit, quæ super ipsas beatorum Confessorum lipsanothecas exporrectæ, viam indicarent. Aliis quoque ad eadem sepulchra leve murmur, strepitusque auribus deprehensus est, tamquam hominum, qui huc & illuc conversi colloquia inter se miscerent.

prodigiosè Mosellam trajicium: E

40 Cùm autem veneranda corpora in Castellum deportarentur, trajiciendus necessariò fuit Mosella, qui tum aquis pluviis tumidus extra alveum latè exundaverat. Ergo qui cereas faces accensas circumgestabant in aquas prolapsi cum facibus, ne illas quidem extinctas esse mirati sunt. Nonnullæ etiam è Romaricensium cœtu moniales, in aquas à barbaris demersæ, sanctorum Patronorum ope incolumes emersérunt: mirumque illud fuit, cùm hostium equi collotenus aquis obvolverentur; tamen aquas easdem sacris reliquiis famulanti turbæ vix usque ad genua pertinuisse.

rebus pacatis redeunt,

41 Cùm ea procella pervasisset, sacræ virgines de reditu cœperunt cogitare; inventum fuerat in sancto Monte pretiosum corpus beatæ Gebetrudis virginis. Eam gemmam thesauro suo adjicere decreverunt. Itaque unâ eâdemque die mensis Augusti vigesimâ, & trium sanctorum Abbatum in pristinas sedes revecta sunt corpora, & sanctæ Gebetrudis corpus eamdem in basilicam primùm illatum est.

& sacra corpora,

42 Per eos tumultus, cùm omnia, quæcumque in conditis erant, vitæ subsidia, deprædationi patuissent; in res ad tuendam vitam Romaricensi familiæ necessarias, sacrarum lecticarum aurum omne atque argentum impendi debuit. Interim, quanti Servos suos in cælis æstimaret, crebris miraculis Bonitas divina testata est: quibus permoti pii complures ac religiosi viri, sacras easdem thecas suis impensis reparare, pristinoque ornatui restituere aggressi sunt. Quàm porrò id studii atque officii Deo gratum fuerit, admirabiles plurimi eventus probârunt, è quibus nonnullos recensere operæ pretium duximus. F

novis prodigiis

43 Cùm opus urgeretur, ac jam tantum argenti fabris appensum esset, quantum ad rem perficiendam necessarium putabatur, jucundum contigit miraculum, quod silentio prætérire non possum. Expurgatum argentum, ejectâque scoriâ rursus expensum, longè (ut fit) à priori pondere defeciisse deprehensum est. Nec mora, defertur ea massa ad thesaurum, ut, quantum excidisset, agnosceretur. Examinatur ad stateram. Mira res! Etiam pristinum pondus superare animadvertitur. Id cùm vix crederent non nulli, ac parùm fortasse æquas eas lances esse dicerent, adhibetur alia statera, atque ita miraculo fides adstruitur. Sed & deinde in operis cursu eadem argenti moles decem solidorum *b* pondere divi- *b*

EX MSS. nitus increviſſe notata eſt. Ea Dei benignitas in Sanctorum cultum adlaborantibus mirum quantos animos fecerit.

illuſtrata, magna celebritate priſtino loco reponunt;

44 Perfecto thecarum ornatu, de reſtituendo loco, ubi componerentur, cogitari cœptum eſt. Eo præparato, quidam è fabris ſacras lecticas ulnâ dimenſus, unam ex illis, quæ omnium maxima erat, deprehendit eſſe ipsâ loci aream duobus digitis longiorem. Id omnium adſtantium oculis probatum, ac, ne menſura falleret, infixâ in perticam ſubulâ longitudo deſignata eſt. Tum verò ſerrâ, ne majore ſtrepitu ſacrarum virginum turbaretur cantus, reſciſſa lectica ad menſuram. Verùm admotâ iterum perticâ eâdem (mirum dictu!) ſacrum corpus repentè excreviſſe viſum eſt, adeo ut non modò menſuram, ſed ipſam etiam ſerrâ ablatam lecticæ extremitatem excederet. Ea res tam inuſitata ſtupori pariter & terrori fuit. Itaque, animum deſpondentibus operis, negotium intermiſſum eſt. Ac neſcio, an eo prodigio ſignificare voluit Deus, gratius ſibi fore, ſi ejus tranſlationis pompâ, imminens beati Romarici dies feſta illuſtraretur. Etenim ea die inter Miſſarum ſolemnia, invocato Numine, cùm ſacro cultu conveſtiti ſacerdotes,

B nudis tamen ad reverentiam pedibus, Sanctorum corpora ſuis locis deponere tentâſſent, id verò facilè & commodè executi ſunt. Nunc cetera perſequamur.

ubi hæc miraculis

45 Uni è fabris, qui longius illud feretrum ſerrâ reſecuerant, manus dextra ex eo tempore gravi dolore præpediebatur. Is oleo Sanctorum peruncus, momento convaluit. Cùm apparatus fieret ad transferendas reliquias, candelam accendere neceſſe fuit; in eum finem cùm ſe quidam obverteret, ſubitò per ſe ipſam in ejus manu candela flammam concepit. Eodem ferè tempore graviter affecta matrona, ſacras lipſanothecas ut primùm contigit, extemplò perſanata eſt.

clarere

46 Alia quamplurima ibidem miracula Deus operatus eſt; è quibus nonnulla deinceps commemorabimus. Gravi morbo detentus vir quidam, currui ſe imponi, & ad Sanctorum ſepulchra advehi juſſit. Ibi noctem unam in oratione tranſegit: cumque eodem curru domum rediret, mediâ viâ repentè ſe incolumitati reſtitutum miratus, de curru deſiliit, currumque

C ipſemet agere cœpit. Feminæ duæ, mater & filia, offuſis oculis glaucomate, vix quidquam internitentis luminis diſcernebant. Sanctorum oleo illitæ, perſpicuo viſu potitæ ſunt.

pergunt.

47 In hoc monaſterio novum eſt ſacellum ſancto Salvatori nuncupatum, in quo ſuſpenſa lampas divinitus perſæpe accenſa eſt. Spectabilius fuit id genus miraculi feriâ ſextâ Hebdomadæ ſanctæ, qua die cùm omnia lumina in eccleſiis exſtingui ſoleant, lampas per ſe & abſque mortali manu ignem concipere viſa, magno gaudio ſimul & admirationi fuit. Idem quoque factum duobus ſequentibus diebus, nempe Sabbato ſancto, & Dominica reſurrectionis tum manè tum veſperi, ante Sanctorum corpora; & ſæpe etiam aliàs cùm æditui vel tardiores eſſent in accendendis luminibus, vel in exſtinguendis promptiores; toto populo ad tam crebra miracula ſtupore attonito.

Æger ſanitatem,

48 E familia ſancti Stephani adoleſcens annorum ſedecim, antiqui ſerpentis aſtu graviter vulneratus, pauperculæ matris humeris ingenti labore ad Sanctorum memorias delatus eſt. Ibi fuſis precibus optata incolumitate donatus, actis gratiis, abſceſſit: votumque adjecit grata mater, ſe quoad viveret, ſemel ſingulis annis eumdem D in locum ad Sanctorum cultum atque obſequium religioſè adituram.

& cæca viſum recuperant.

49 Pia quoque matrona, loci indigena, quæ diu cæca perſtiterat, deducta in templum, noctem in oratione exegit: cumque ſub auroram, deſperatâ ſalute, domum repetere cogitaret, priùs ad ſacras lecticas quaſi valedictura acceſſit. Opportunè: nam è veſtigio recepto viſu, habuit, unde in novas laudes gratiaſque effunderetur.

Lipſanothecarum pannus igne non lædi-tur,

50 Notandum illud quoque, quoties circa ſacras reliquias faces aut lampades exſtinguerentur, nihil inde fœtoris umquam efflari ſolitum, ſed potiùs inuſitatam quamdam ſuavitatem odoris. Contigit etiam, cùm adoleretur incenſum ex more à puella ſanctimoniali, ut per imprudentiam excuſſæ thuribulo prunæ ardentes in lipſanothecarum operimentum deciderent, è pretioſo panno purpureo aureis tæniis textilibus exarato. Illa obſtupefacta beatum Romaricum tacita inclamare cœpit: nec fruſtra; illico enim exſtincti ſunt carbones, non aliter, acſi in aquam injecti eſſent, & in panno ne leviſſimum quidem veſtigium uſtionis apparuit.

E *febricitantes*

51 E ſacris divi Romarici virginibus una quæpiam adeo malè habebatur à febribus, ut præ virium infirmitate vix ſtare in veſtigio poſſet. Admonita, ut ſe ad Sanctorum reliquias deduci pateretur, cùm ibi flexis genibus ac cereum faculam manu geſtans orâſſet, omni libera incommodo, planéque incolumis abſceſſit. Eadem ipſa acerbiſſimos dentium dolores aliquando perpeſſa, eorum cæleſtium Medicorum ope levata eſt.

ſanantur; c

52 Cùm etiam Lotharius *c* imperator monaſterium S. Romarici piè viſeret, ſecum habebat unum è primariis ſuis proceribus, jam dudum importuniſſimis jactatum febribus, adeoque à totius regni medicis jam depoſitum. Accerſitâ igitur abbatiſſâ, dicebat imperator; Putaſne, pia mater, huic homini tam graviter affecto ſolatii quidquam afferri poſſe? Cum illa nihil de Dei bonitate ac potentia diffidendum eſſe reſpondiſſet, ægrum ad Sanctorum corpora deportari juſſit. Quo ut primùm pervenit, ſubitò depulſo morbo, integras vires recepit; indéque ſine adminiculo in hoſpitium ſe retulit, ac poſtmodum in comitatu imperatoris alacer emigravit.

F *lampas ardet & campana ſponte pulſatur; ſuavis odor percipitur;*

53 Triduo ante beatiſſimæ Virginis Deiparæ in cælos aſſumptæ feſtivitatem, duabus circitèr horis de meridie, ante altare S. Andreæ lampas divinâ virtute accenſa eſt. Ipſo verò die aſſumptæ Virginis, coram ejuſdem ſacratiſſimæ Dei Matris imagine, in ſacello ſancti Michaëlis ad parietem depictâ, cereus è cælo flammam accepit: ac tum auxit admirationem campanulæ ſtrepitus, nemine mortalium pulſante, exauditus. Ea ipſa die ſub veſperam, cùm ad auguſtiſſimæ Virginis altare Completorium caneretur, ex eo altari ſuaviſſimi odoris exhalans fragrantia, mira omnium ſenſus atque animos jucunditate perfudit. Anno eodem in oratorio ſancti Salvatoris, ipſo Natalis Dominici die, ante altare S. Martini, ubi Gabrielis archangeli ad paſtores de Chriſti ortu legatio coloribus expreſſa eſt, lampas ex improviſo, ut ſæpe aliàs, ardere cœpit.

cæcus viſæ donatur; d

54 Anno tertio poſt direptionem paganorum, miraculum, quod ibidem geſtum eſt, ſilere nequivimus *d*. Homo quidam ex Alamanniæ partibus, cæcus à nativitate, nomine Fredebertus, vidit in viſu, ut in partibus Voſagi pergens, monaſterium, quod Mons almi Romarici vocàtur,

A tur, inquireret, & ibi viſum reciperet. Qui ſurgens cum uxore & duobus filiis venit ad locum ſupradictum, ibique duobus diebus degens, in die tertio (quæ dies reſurrectionis vocatur) dum adſtaret coram gradibus altaris, miſerante clementia Salvatoris (ſicut ipſo referente agnovimus) cælitus emiſſa columbâ circa oculos ejus volitans, ſtatim ſanguis emanavit, & viſum recepit. Cúmque nunciatum fuiſſet abbatiſſæ, veniens cum ſanctimonialibus cœpit inquirere tam ſtupenda miracula, quæ divinitus circa illum geſta erant. At ille in eiſdem anguſtiis perſiſtens, voceſque gemituum emittens, plebe coram adſtante, cæci ſententiam illuminati à Salvatore protulit: Video homines velut arbores ambulantes *e*. Et ne cui hoc fortè incredibile videatur, non in unius ore teſtimonium ponimus, ſed penè in omnium, qui tunc præſentes extitimus, & non audita, ſed viſa ſub teſtificatione divina proferimus.

e

bona parthenonis injuſtè invadentes

55 Nec hoc prætereat inter reliqua miranda ſigna, quæ geſta ſunt regnante Carolo *f* rege, qualiter omnipotens Deus, vineas eccleſiaſticas à Walone filio Manaſſæ injuſtè ablatas, per monita piiſſimi atque glorioſiſſimi Romarici reſtituit. Ex villa itaque Miliciaca *g* veniunt ſervitores ſancti Petri, indicaveruntque vineas jam dictas ablatas. Qua neceſſitate compulſæ tam abbatiſſa quàm omnis congregatio, conſilio inito, contra morem loci elegerunt ex ſanctimonialibus timentibus Deum, & miſerunt illas ad principem Richardum *h* ſupplicantes, ut res ablatas reſtitui juberet. Venientes * igitur ad ſupradictum principem, continuò largiente ſupernâ Clementiâ, res jam dictas reſtitui præcepit. Quo reſponſo accepto, famulæ Dei introgreſſæ vineam vindemiare juſſerunt, & in cellario juxta eccleſiam collocaverunt.

f

g

B

h

* venientibus

divinitus puniuntur.

56 Quo audito, perfidus Walo indignatione commotus miſit unum de militibus ſuis, nomine Panthonem, qui ſibi vinum accerſiret. Qui veniens * cum comminatione illud recipere geſtiens *, una ex famulabus Dei calceamentum beati Romarici manu tenens ſimul cum clavi, & fiducialiter contra illum erigens dixit: Accipe clavem hanc, quam requiris, ad cumulum damnationis tuæ. Qui retrò rediens cecidit, ac voces teterrimas emittens, à diabolo graviter vexatus expiravit. Boves verò, qui ad vinum vehendum venerant, tecta conſcendentes diræ vocis mugitum dabant. Videntes hoc famulæ Dei, omniſque plebs fidelium, qui ad ſpectaculum convenerant, gratulantes & laudantes Dominum, remeârunt ad propria. Walo autem ſupradictus ante anni circulum miſerabiliter vitam finivit. Hæc autem geſta ſunt ſeptimo Idus Decembris, vigiliâ beati Romarici, glorioſiſſimi patroni, gubernatoris ac protectoris noſtri.

* cui venienti

* geſtienti

C

EX MSS.

ANNOTATA.

a *De Hunnorum ſeu Hungarorum id temporis in partes iſtas irruptionibus teſtimonia protulimus in appendice de Gloria poſthuma num.* 29.

b Solidus *olim apud Gallos ac Francos aureus erat conſtans denariis argenteis quadraginta; Sed ſeculo* IX *&* X *erant etiam argentei ſolidi, valentes denariis argenteis dumtaxat duodecim. Pro ulteriori horum notitia adi, ſi lubet, Cangii Gloſſarium ad vocabula* denarius *&* ſolidus.

c *Si rectè expreſſum ſit imperatoris nomen, perperam hîc narrata inſeruntur miraculis poſt tranſlationem tertiam patratis. Quandoquidem Lotharius imperator ſub medium præcedentis ſeculi vivere deſierit. Plura ſuper his ipſis prænotavimus in appendice de Gloria poſthuma num.* 35.

d *De hoc & ſequenti numero, unde ætatem auctoris eruimus, conſule jam aſſignatam appendicem num.* 22 *& ſeqq.*

E

e *Cùm dicatur accurriſſe abbatiſſa cum ſuis poſt obtentum à cæco viſum, non percipio, cur hic angatur ac gemat, & non gaudeat potiùs ac in Dei laudes erumpat. Putem igitur, rem ab auctore vel non plenè vel non ſatis diſtinctè enarratam eſſe. Fortè accurrit abbatiſſa, quando cæcus confusè tantùm cœpit objecta apprehendere, & quando adhuc anxius protulit voces iſtas, cum gemitu Deum per Sanctorum merita orare pergens, ut ſicut Chriſtus cæco Euangelico manus ſecundò imponens plenum oculorum uſum largitus eſt, ſic & ſibi perfectam videndi facultatem concederet, poſt quas preces coram adſtante turba tandem voti compos factus ſit.*

f *Veriſimiliter indicatur hîc Carolus cognomento Simplex, qui, defuncto Ludovico Arnulphi filio ſub annum* 912, *Lotharingiam adeptus eſt, mortuuſque anno* 929.

g Villa Miliciaca, *ut notat in margine Ms. noſtri Chiffletius*, eſt Melecey, vitium feraciſſima in pago & diœceſi Cabilonenſi, duabus ferè à Cabilone leucis horariis, pertinens ad ecclesiam Montis Romarici, & à quadringentis ferè annis collata xenodochio de Melloto, ſeu Merloto, à quo abeſt tribus ferè leucæ quadrantibus.

F

h *Richardum marchionem & ducem Burgundiæ intelligo, quem ob ſingularem fidem erga Carolum ſimplicem laudant plurimùm ſcriptores, atque ob æquitatem* Juſtum *cognominant. Obiit is, teſte Frodoardo, anno* 921, *ante quem proinde hîc relata contigiſſe colligimus.*

DE S. BODONE, AUT LEUDINO BODONE, EPISC. CONF.

TULLI LEUCORUM IN LOTHARINGIA.

J. S.

SYLLOGE CRITICO-HISTORICA.

§ I. Sancti memoria in Martyrologiis, & cultus vetuſtus: elogia à Tullenſibus olim concinnata de Leudino & Bodone, qui perperam fuerunt diſtincti.

INTER DCLX ET DCLXXX. *Sanctus memoratur in Martyrologiis recentioribus,*

Sanctum Bodonem *epiſcopum, quem ab aliquot ſeculis inter Sanctos ſuos Tullenſis eccleſia colit, non memorârunt quidem vetuſtiores martyrologi: at illum certatim annuntiant recentiores. Horum agmen ducit Grevenus in Uſuardo auctо ad hunc diem, ubi ſic habet:* Bodonis epiſcopi Tullenſis & confeſſoris. Qui tranſlatus Lugdunum mira fidelium devotione veneratur. *Eadem planè verba dedit in additionibus ad Uſuardum Molanus; eadem quoque in Martyrologio Germanico Caniſii aſſeruntur. Hinc Ferrarius in Catalogo Generali, & Ghinius in natalibus Sanctorum canonicorum* S. Bodonem *perperam annuntiant* Lugduni: *uti etiam facit Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, texens prolixum elogium, ſed variis locis corrigendum. Rectiùs Tulli Leucorum Sanctus memoratur apud Menardum, Buccelinum, Caſtellanum, & in Martyrologio Pariſienſi. Hoc autem ita habet:* Tulli Leucorum, ſancti Bodonis epiſcopi, cujus corpus Lauduni quieſcit. *Caſtellanus quoque addit:* Cujus corpus Lauduni honoratur. *Demum Miræus in Faſtis Belgicis & Burgundicis, & Molanus in Natalibus Sanctorum Belgii breve* S. Bodoni *texuerunt elogium.*

& colitur Tulli, & Lauduni, quo corpus tranſlatum:

2 *Sanctum porrò coli publica feſtivitate in eccleſia Tullenſi hac die* XI *Septembris, teſtantur etiam hiſtoriographi varii, idque jam ab aliquot ſeculis factum eſſe, liquebit inferiùs. Porrò quod ſuprà dictum eſt à Greveno & aliis de corpore Lugdunum tranſlato, ſumptum eſt ex monumentis eccleſiæ Tullenſis, non quidem valde accuratis, ſed quibus de hoc ſaltem facto fidem habere poſſumus. Attamen noviſſimi ſcriptores non intelligunt hîc Lugdunum Seguſianorum in Celtica, vulgò* Lyon *dictum, ſed Lugdunum Clavatum in Gallia Belgica, quod nunc paſſim* Laudunum *dicitur, vulgo* Laon, *ubi Sanctum monachum fuiſſe videbimus, & ſororem ipſius abbatiſſam. Calmetus in Hiſtoria Lotharingiæ nuperrimè auctа & recuſa tom.* I *col.* 456 *de tranſlatione corporis cultuque Gallicè ſcribit, quæ reddo Latinè:* Sepultus eſt (*Tulli*) in eccleſia S. Manſueti: inde tranſlatus ad abbatiam S. Joannis Laudunenſis, ubi ut ſanctus colitur, ſicut etiam in eccleſia Tullenſi. Feſtivitas celebratur die XI Septembris. *Franciſcus Riguet, præpoſitus S. Deodati, in Opuſculo Ms. de epiſcopis Tullenſibus cap.* 15 *Gallicè habet ſequentia:* Bodo Sanctus nominatur in Miſſalibus & Breviariis eccleſiæ Tullenſis cùm antiquis tum hodiernis, ejuſque Officium peragitur die XI Septembris. Hoc jam fiebat anno MCCCLIX, ut liquet ex Directorio, quod publicatum eſt in ſynodo, habita eodem anno per Bertrandum de la Tour epiſcopum Tullenſem.

jam ſeculo X *cultus fuit ut Sanctus.*

3 *Nomen quoque* S. Bodonis epiſcopi *legitur in Kalendario, quod præfixum eſt vetuſto Breviario Ms. Attamen in illo Breviario, quod videtur ſeculo* XIII *ſcriptum, quodque Tullenſe videri diximus in S. Manſueto ad* III *Septembris, necdum invenio Officium præſcribi de* S. Bodone. *Mabillonius tom.* I *Annalium Benedictinorum pag.* 440 *obſervat,* in Kalendario Sanctorum, quod pſalterio Hemmæ Francorum reginæ præfigitur, *memorari libros S. Salabergæ, ſancti* Bodonis *ſororis,* cum aliis conſanguineis *Salabergæ, interque hos* IV Kalendas Julii ſancti Bodonis epiſcopi *mentionem fieri;* itidemque omnes *recenſeri* in litaniis pſalterio inſertis ejuſdem Hemmæ, uxoris Lotharii regis, *& matris Ludovici V, quæ floruit ſeculo* X. *Longuevallius noſter in Hiſtoria eccleſiæ Gallicanæ tom.* 3 *pag.* 559 *item memorat libellum illum reginæ Emmæ aut Hemmæ, ſanctoſque conſanguineos Salabergæ in eo cum ipſa recenſitos, atque illis accenſet* S. Bodonem *noſtrum. Liquet igitur à ſeculo* X, *quo Emma regina vixit,* Bodonem *ut Sanctum fuiſſe invocatum & cultum. Quod hîc ad propoſitum noſtrum ſufficit: nam de aliis Sanctis ibidem recenſitis ad Acta S. Salabergæ, vel ad dies ſingulis proprios erit agendum.*

Elogium Sancti ex ſcriptis Tullenſibus,

4 *Hiſce de cultu obſervatis, mox Sancti geſta ordine enarranda & examinanda ſuſciperem, niſi viderem Sanctum noſtrum, qui duplex habuit nomen, ea occaſione in duos diviſum fuiſſe epiſcopos. Hac de cauſa primùm huc transfero pauca illa, erroribuſque infecta, quæ de* S. Leudino Bodone *ex Tullenſibus Mss. haberi hactenus potuerunt Elogium* S. Bodonis *ex codice Ms. S. Manſueti Tullenſis huc ſeculo præterito miſit Chiffletius noſter, quod collatum cum editione Calmeti, qui iſtud habet tom.* I *Hiſtoriæ Lotharingiæ inter inſtrumenta col.* 168, *ſubjun-*

A *subjungo* : Quo vitâ decedente (*Godone nimirum* XXI *episcopo, ut est apud Calmetum*) extitit domnus Bodo, qui relinquens amorem sæculi, ad Christum conversus, religiosissimæ vitæ sectator, & ecclesiarum atque monasteriorum fuit fundator. Cujus vita laudabilis per omnia, memoriâ posterorum permanet digna. Ex pago enim Odernensi ortus, patre Bertoldo * & matre Bertilde editus, moribus & conversatione probatus, Tullensis meruit fieri episcopus. Qui inter cætera bonitatis studia, quæ incessanter gerebat, ædificavit monasterium * in honore beatissimæ Dei Genitricis Mariæ, & S. Petri Apostolorum principis, constituens inibi, sacratas virgines ad Deo serviendum, quibus præposuit filiam suam nomine Teutbergam *, quod ad honorem nominis sui usque hodiè Bodonis monasterium vocatur, ipsumque locum cum omnibus, quæ ibi adquirere potuit, ecclesiæ, cui præerat, in professionem jure dereliquit, & exinde Apostolicum privilegium à magno doctore Gregorio ejusque prædecessore Agapito suscipere meruit. Dedit etiam in pago Odernensi eidem ecclesiæ villas, quæ vocantur Nasius & Nasitus * de suæ proprietatis rebus.

al. Bertaldo & Bertardo

* *al.* monasteriolum

* *al* Theutbergam

B

* *al.* Narsytus

5 Idem quoque contulit sancto Stephano locum Stivayum * sibi à suis parentibus derelictum, ubi monasterium in honore beati Petri apostoli construxit super fluvium Murt, & XII canonicos ibidem aggregavit. Eodem modo monasterium Offonis villæ in honore S. Leodegarii jure paterno sibi ad servitium Dei concessum, suæ jam dictæ sedi tradidit. Post Sanctorum ergo operum exercitia, consummato præsentis sæculi labore, sepultus est in cœmeterio B. Mansueti pontificis. Unde posteà translatus ad Lugdunum urbem mira ibi fidelium devotione veneratur. Cujus vitæ dies ultimus III Iduum Septembris fuit. *Hactenus elogium ex Ms., collatum cum editione Calmeti, apud quem aliud simile est col.* 216. *Quod de privilegio Gregorii & Agapiti Pontificum dicitur, error est manifestus. Alii errores aut asserta minùs probabilia assignabuntur per decursum.*

varii in quinatum erroribus :

* *al.* Stivavium *nunc* Stivagium

Bodo & Leudinus, in catalogis Tullensibus distincti

C

6 *Apud Calmetum laudatum col.* 167 Leudinus, *tamquam decimus quintus inter antistites Tullenses, tali honoratur elogio* : Quem in ordine pontificalis dignitatis est subsecutus Leudinus episcopus, qui verè lucerna Dei posita super candelabrum circumcirca resplenduit finitimis ac longinquis per sanctæ religionis exemplum. Pennis etiam geminæ charitatis ad cæli convexa sublimatus, mundi contempsit ludicra, ditatus divitiis cælestibus. *Eadem ferè verba de* Leudino *repetuntur apud Calmetum col.* 215, *ubi* Leudinus *similiter decimus quintus fuisse dicitur. Claudius Robertus in Catalogo episcoporum Tullensium distinxit* Leudinum *à* Bodone, *ut pronum erat ante visam S. Salabergæ Vitam.*

non sunt nisi unus, gemino nomine Leudinus Bodo dictus.

7 *Verum Sammarthani fratres in Catalogo Tullensium antistitum observârunt, duobus nominibus unum designari Sanctum, qui* Leudinus, *aut* Leuduinus *dicebatur, & cognomento* Bodo, *quemadmodum habet Vita S. Salabergæ ab auctore ferè contemporaneo scripta, & inferiùs laudanda. Sententiam illam deinde secuti sunt eruditi passim omnes, & novissimè Calmetus, qui ad datum* Bodonis *elogium in margine notavit, eumdem esse cum* Leudino, *qui recensetur decimus quintus. Sanè res est verisimillima hoc ipso, quòd certò constet, utrumque* Bodoni *fuisse nomen. Cùm tamen sola illa verisimilitudo fallere posset, si rationes notabiles occurrerent pro distinctione, perlegi totum Kalendarium Tullense suprà laudatum, ut perspicerem, an nomen* Leudini, *cujus sanctitas elogio mox dato mirè commendatur, in Kalendario illo invenirem : at* Leudinum *ibi non inveni. Itaque dubitare nequeo, quin elogium istud generalibus verbis conceptum, ad S.* Bodonem *spectet, sive ad* Leudinum Bodonem *: neque enim auctoritas illius, qui elogia illa concinnavit, ullius momenti esse potest, cùm in antiquioribus episcopis ubique ferè aberret.*

AUCTORE J. S.

§ II. Sancti patria, parentes, ætas, matrimonium, fundationes, vita monastica, episcopatus & mors ordine temporis examinata.

E

De loco natali S. Bodonis, de quo scriptores

DE *patria* S. Leuduini Bodonis *varia habent scriptores, cùm antiquiores tum neoterici. In elogio num.* 4 *dato dicitur ortus* ex pago Odernensi, *cui Ardennensem non rectè substituit Molanus. Saussayus in Martyrologio locum magis assignare voluit his verbis :* Qui illustri genere natus in pago Odernensi, diœcesi Vesontionensi, in Vosagi angulo, supra fluvii Araris initia. *Hisce ferè consentit Mabillonius in Annotatis ad Vitam S. Salabergæ tom.* 2 *Actorum SS. Bened. pag.* 428, *ubi sic habet :* Scribendum, in pago Odernensi in Vosagi angulo, vulgò le Comté de Darney. *Valesius in Notitia Galliarum pag.* 389 *de pago Odornensi disputat, existimatque illum fuisse denominatum à fluvio Odorna vel Orna, vulgò* l'Orne, *qui oritur apud vicum Odornam vel Ornam non longè à Mosa, & in Mosellam effluit inter Metas & Theodonis villam. Huic de Odernensi pago opinioni consentit Calmetus in recusa Historia Lotharingiæ tom.* 1 *col.* 452, *ubi in Annotatis affirmat pagum Odernensem esse in ducatu hodierno Barrensi. Verumtamen Calmetus non existimat, in pago Odernensi natum esse* S. Bodonem, *sed in vico Mosa, qui diœcesis est Lingonensis, situsque prope fontem Mosæ fluvii inter civitatem Lingonensem & Tullensem, sed Lingonensi propior.*

F

variè loquuntur non certò constat.

9 *Id certum est*, Bodonem, *dum erat adolescentulus, in Mosa vico fuisse cum parentibus, & ab iisdem cum fratre & sorore præsentatum esse sanctis Eustasio & Agilo, ut habemus ex tribus Vitis fide dignis, Eustasii nimirum, Salabergæ, & Agili. In Vita S. Salabergæ apud Mabillonium tom.* 2 *pag.* 424 *dicitur S. Eustasius abbas venisse ad Gundoinum Sancti patrem*, qui eo tempore manens apud villam Mosam nomine, ob amnem in eo loco defluentem sic appellatam : qui amnis ex Lingonicis finibus fontem sumens, post multos anfractus crebrosque terræ circuitus Rheni velocissimi fluminis in se fluenta ex parte recipiens, Oceanum barbaricum latè ingreditur. *Vicus ille* Mosa *etiam nominatur in Vita S. Eustasii, & in Vita S. Agili ad* XXXVIII *Augusti data cap.* 3, *ubi ex Valesio hisce consona notavi, dixique locum vulgò vocari* Meuse en Bassigni. *Attamen non omnino certum*

ex mss. *tum est*, S. Bodonem *natum esse eo loco, ubi adolescentulus cum parentibus degebat, præsertim cùm in omnibus tribus Vitis Gunduinus pater dicatur* eo tempore *mansisse in vico Mosa, sicque videatur insinuari, non fuisse id perpetuum ipsius domicilium. Si consideremus verba Vitæ S. Salabergæ de loco, ubi nata dicitur, videtur is Tullo fuisse vicinior: nam nata scribitur* in suburbano Leucorum opido, territorio Lingonico confini. *Nolim itaque aliquid certi statuere de re, quæ mihi non planè certa apparet. Id unum videtur pro certo habendum*, S. Bodonem *fuisse natum in diœcesi Tullensi, aut in loco aliquo Tullensi diœcesi vicino: nam verisimile est, patrem ipsius, qui multis gaudebat possessionibus in diœcesi Tullensi lociisque eidem vicinis, non semper in eodem loco habuisse domicilium. Hinc verum esse potest, natum esse in pago Odornensi; sed ille pagus non tam certis rationibus assignatur, ut nullum de situ ipsius superst dubium.*

Parentes Sancti nobilitate, opibus & pietate præstantes,

10 *Parentes* S. Bodonis, *qui in dato elogio vocantur* Bertoldus & Bertildis, *clariùs innotescunt ex Vita S. Salabergæ, ubi pater nominatur* Gundoinus, *mater* Saretrudis. *Fratrem Sanctus quoque habuit Fulculfum dictum, & cognomine* Bodonem, *sororem verò S. Salabergam. Audiamus de hisce Vitam S. Salabergæ jam assignatam apud Mabillonium num. 5:* Denique remeans ex Baicariis (*S. Eustasius abbas...*) tandem pervenit ad quemdam virum illustrissimum, opibus & divitiis pollentem, famâque secundum seculi dignitatem præclarum, & aulicis rebus aptum, nomine Gundoinum, qui eo tempore manens apud villam, Mosam nomine... *Pietas Gondoini etiam ex sequentibus elucet:* Viso igitur Gundoïnus venerabili viro, velut gratissimum munus suscepit. Porrò, ut assolet, & res se habent humanæ, inter salubria adhortationis verba colloquio virorum fidelium animis crescebat piorum, cœpit isdem vir Dei scisciteri, utrùm eidem viro illustri Francorum orto natalibus soboles adesset. Cernebat quippe, ut opinor, vir Dei à Deo fore præscitam prolem: quam postea rei probavit eventus. Tunc vir illustris Gundoïnus cum conjuge sua Saretrude, eleganti forma & nobili femina, duos bonæ indolis adolescentulos ob Benedictionis percepturam gratiam præsentavit: quorum senior Leuduinus* cognomento Bodo, junior verò Fulculfus, qui & ipse alio vocabulo Bodo dicebatur. *Hisce plura subduntur de sorore Salaberga, quæ tunc erat cæca, & ab Eustasio sanata est.*

B

C

** in Mss. nostris* Leudinus

quorum nomina Gundoinus & Saretrudis.

11 *Breviùs de hisce agitur in Vita S. Eustasii. In Vita S. Agili apud nos ad* xxviii *Augusti num.* 15 *sic habetur:* Deveniunt (*Eustasius & Agilus*) ad quemdam potentissimum virum, nomine Gondoïnum, qui generositatis fastu, ac enormi dignitatis copia splendens, atque beatissimi Agili consanguinitatis nexu propinquus, morabatur eo tempore in villa, quam Mosam vocant, ob amnem, super quem sita est. Hic sanctissimos viros Christique apostolos, quasi munus à Deo missum, officio recepit, secumque morosiùs retinuit. Cùm ingressi fuissent domum, benedictione præmissa, post multa colloquia spiritalis doctrinæ, oblati sunt eis ad benedicendum duo filii ejusdem viri: quos suis benedictionibus sacrantes, & seculi dignitate futurum ut florerent, & ad futuram vitam feliciter migrarent, vero vaticinio designârunt; ut pòst evidentissimè claruit. *Ex hisce habemus, patrem* S. Bodonis *fuisse opibus, nobilitate & pietate præstantissimum, & certò* Gundoïnum *vocatum. At, cùm duo nomina habere potuerit, ut alii multi eo tempore habebant, fortè etiam* Bertoldus *fuerit nominatus; quemadmodum & uxor ipsius, quæ* Saretrudis *dicebatur, alio etiam nomine* Bertildis *dici potuit. Gundoïnum Martyrologio universali inseruit Castellanus ad* xxx *Octobris, ubi cultus ipsius accuratiùs examinari poterit.*

D

Bodo natus inter 600 & 610, deinde nuptiis illigatus, filiam genuit:

12 *Porrò ex verbis modò datis etiam colligi potest, quo ferè anno natus fuerit* Leudinus Bodo. *In Commentario Actis S. Agili prævio num.* 19 *ostendi, prædicationem istam Euangelii, à qua redibant Eustasius & Agilus, quando venerunt ad Gundoïnum, ab iis verisimiliter susceptam esse anno* 617. S. Leudinus *autem natu major, ejusque frater Fulculfus vocantur* adolescentuli, *quando adducti sunt ad Eustasium & Agilum. Dubitandum igitur non videtur, quin ambo sint nati inter annum* 600 *&* 610, *potestque probabiliter dici, natum esse* S. Bodonem *circa* 605 *aut* 606. *Si quis tamen uno alterove anno citiùs aut seriùs* S. Bodonis *natales figendos credat, huic non refragabor. Verùm eos haud dubiè justo seriùs fixit Calmetus in Prolegomenis ad Historiam Lotharingiæ pag.* 50, *ubi natum* Bodonem *ait circa annum* 615 *aut* 616. *Nam sic uterque* Bodo *infans fuisset, dum eis benedixit S. Eustasius, cùm tamen vocentur* adolescentuli. *Porrò, cùm Sanctus nuptiis fuerit illigatus, & filiam genuerit, quam postea fecit abbatissam, nuptiæ* S. Bodonis *figi possunt circa annum* 625 *aut* 630. *Uxor* S. Bodonis *vocabatur* Odila, *eratque* nobilitate & ingenii naturâ boni pollens, *ut de ipsa habet Vita S. Salabergæ num.* 17. *Sanctum multis annis cum uxore vixisse, antequam amplexus est vitam monasticam, colligitur ex filia Teutberga, quam condito cœnobio præfecit: nam fundationem illius monasterii verisimiliter contigisse ante vitam monasticam, mox videbimus.* Bodo *autem tempore matrimonii vir erat* industrius & potens, *teste rursum Vita S. Salabergæ num.* 17. *An, præter filiam Teutbergam, alios genuerit liberos, non reperio.*

E

postea vitam amplectitur monasticam, & non multò pòst fit episcopus.

13 *Ex nuptiis ad vitam monasticam, idem quoque faciente Odila conjuge, transiit* S. Bodo. *Quæ de hisce habet laudata S. Salabergæ Vita num.* 17, *huc transfero:* Nam inter ceteras nobilium Sicambrorum feminas Odila, nobilitate & ingenii naturâ boni pollens, quæ & ipsa pridem à venerabili Walberto (*abbate Luxovienſi*) Christiani vigoris insigne ac salubre acceperat antidotum, consilio accepto cum legali viro illustri Bodone, quem superiùs Leuduinum prædiximus, qui in eo tempore industrius & potens erat, postpositis phaleramentis mundi, ad Dominum sunt conversi. Res suas monasteriis collatas *, post B. Salabergam eumdem callem terentes, Lugdunum (*Clavatum, id est, Laudunum*) properaverunt. Bodo, incisa cæsarie, monachi (in quantum res sinebat) agebat officium: ac non multò pòst Tulli opidi adeptus episcopatum, naturæ debitum reddidit. Veneranda quoque Odila, Christi stigmate suscepto, sanctarum virginum se choro conjungens, sub obedientiæ tenore vitam beatam degens, spiritum, cui omnia debentur, reddidit. *Ex hisce habemus*, S. Bodonem *cum conjuge priùs suis se possessionibus exuisse, ac deinde ad vitam transiisse monasticam, sed non diu mansisse mo-*

F

** al.* contulerunt

A *monachum, cùm* non multò pòst *dicatur ad episcopatum promotus.*

14 *In elogio Tullensi num.* 4 *dato, fundatio trium monasteriorum attribuitur* S. Bodoni. *Prima certa videtur, nec ab ullo, quantùm quidem novi, umquam fuit negata, nimirum fundatio cœnobii puellaris, quod à fundatore suo* Bodonis monasterium *fuit dictum. Richerius monachus in Chronico Senoniensi lib.* 1 *cap.* 16 *de illius monasterii erectione sic habet:* Elapso enim modico tempore, postquam vir beatissimus ille Deodatus, (*ex episcopo abbas Vallis Galilææ in Vosago, cujus Vita apud nos data ad* XIX *Junii*) in hanc subintravit Vosagum, erat vir æquè sanctissimus, Bodo nomine, Tullensis episcopus, qui Dei ductus zelo, in quodam prædio suo, quod ejus nomine Bodonis-monasterium appellatur, adunato non modico conventu sanctimonialium claustrum ibidem statuit, & eidem monasterio pluribus collatis reditibus, ordo sanctimonialium multo tempore ibidem perduravit. Sed postmodùm à quodam successore suo Bertholdo Tullensi episcopo idem monasterium deletum est, & in superiori loco, qui mo-

B dò S. Salvatoris dicitur, pro illo ipse episcopus à fundamentis ædificavit, & ibidem monachos sub norma B. Benedicti abbatis instituit: qui postea inde expulsi, Ordinis S. Augustini Canonici, sicut usque nunc ibidem permanent, sunt inthronizati. *Hactenus Richerius, cui consona scripsit Joannes à Bayono Mediani monasterii historiographus. Partem Operis istius edidit Humbertus Belhomme abbas in Mediani monasterii Historia part.* 3, *ubi laudatus Joannes à Bayono pag.* 232 *ita habet:* Bodo Tullensis episcopus, vir per omnia laudabilis, elapso parvo tempore post B. Deodatum, zelo fervens Dei, in prædio suo sanctimonialium conventum statuit, & plurimis redditibus eum ditavit: sed anno MX ab Incarnatione cœnobium illud monialium per Bertholdum successorem dicti Bodonis est in clivo montis translatum .... monachisque viventibus secundum Regulam B. Benedicti repletum, & S. Salvatoris monasterium vocatum. Sed culpis fortè monachorum exigentibus, monachis expulsis, Canonici ibidem statuuntur sub Regula B. Augustini, ut hactenus patet.

Fundat Bodonis monasterium puellare,

15 *Agit etiam breviter de hac fundatione Joannes Herculanus Pleinsisinus in Antiquitatibus Vallis Galileæ cap.* 24, *atque destructum fuisse à Bertholdo Bodonis monasterium. Opusculum hoc edidit Carolus Ludovicus Hugo abbas Stivagii inter monumenta Sacræ antiquitatis tom.* 1, *notavitque pag.* 204 *& seq., dictam abbatiam deinde ad tertium locum translatam esse. Verba accipe:* Trinæ hospitum mutationi triplex loci respondit mutatio. A Bodonis Monasterio ad S. Salvatorem, & à S. Salvatore ad Domnum Aprum (*vulgò Domevre*) factus est successivè inquilinorum transitus. *Causa posterioris hujus transitûs ibidem videri potest. Verùm idem quoque scriptor observat, Canonicos Regulares Domni-Apri non acquiescere relationi mox datæ ex Richerio de Bodonis-monasterio ad S. Salvatorem translato. Affirmant illi, monasterium S. Salvatoris fuisse constructum à Bertholdo; at Bodonis-monasterium ab eo non fuisse destructum, sed ab ipsis monachis desertum. Attamen plerique scriptores hodierni Richerium, eique consentientes sequuntur. Id certum est, possessiones Bodonis monasterii transiisse ad S. Salvatoris cœnobium; illudque brevi interiisse, post-*

quod deinde aliò dicitur translatum, & modò non exstat:

C

quam alterum erat erectum. Itaque non subsistit ampliùs suo nomine Bodonis-monasterium; sed creditur fuisse in Valle Bodonis-monasterii prope amplum vicum Badonviller, ut observat Calmetus.

AUCTORE J. S.

16 *Dubitat hic scriptor, utrùm fundatio illa figenda sit tempore episcopatûs* S. Bodonis, *an ante episcopatum. Posterius verò istud sibi probabilius videri ait, quia* Bodo *bona sua monasteriis distribuit, antequam suscepit vitam monasticam. Placet hæc ratio, satisque videtur efficax ad deponendam dubitationem, præsertim quia Sanctus monasterium istud erexisse dicitur in prædio paterno: æque enim in prædiis paternis ædificare poterat, postquam iis renuntiaverat. Eadem ratio evincit, fundationes monasteriorum Offonis-villæ & Stivagii similiter figendas esse ante vitam monasticam* Bodonis, *si istas ipsi revera attribuendas credamus: nam & in eorum fundatione usus dicitur bonis paternis. Vellem itaque, ut sæpe laudatus abbas Senonien-*

fundatio hæc videtur facta ante vitam monasticam, uti & aliæ, si sint Bodonis:

E

sis in prolegomenis ad Historiam Lotharingiæ col. 56, *ubi dat chronotaxim gestorum* S. Bodonis, *fundationes omnes fixisset ante recessum Sancti ad vitam monasticam, quem figit circa annum* 660; *non verò fundationes postposuisset. Certè ratio ab ipso Calmeto data æquè evincit, fundationes vitæ monasticæ prævias fuisse, quàm episcopatui, cùm jam ante vitam monasticam bonis se exuisset.*

17 *At quæ dicuntur in Tullensi elogio de fundatione Stivagii per* Bodonem, *nequaquam sunt certa. Laudatus supra Richerius cap.* 2 *diversa admodùm de initiis Stivagiensis abbatiæ scribit, fateturque eam fuisse conditam ante abbatiam suam Senonien-*

at fundatio abbatiæ Stivagiensis planè incerta est,

F

sem. Antequam, *inquit,* noster iste Patronus (*S. Gundelbertus*) ad hanc eremi solitudinem deveniisset, quædam ad Occidentalem plagam super Mortam fluvium ædificata habebatur ecclesia, Stivagium nuncupata. Quis ejus fuerit fundator, vel quo tempore inceperit, non reperi: ferunt enim in dicta ecclesia Ordinis S. Benedicti monachos primò exstitisse, deinde sanctimoniales, postea verò iterum dictum locum monachos inhabitâsse, exin canonicos seculares, ac deinde Ordinis Præmonstratensis canonicos, sicut hactenus ibidem permanent, fuisse institutos. *Eadem ferè de dubio Stivagii initio, & mutationibus nihilo certioribus, scribit antè laudatus Herculanus cap.* 4. *Hinc Hugo abbas Stivagiensis in Annotatis ad Herculanum fatetur fundatorem abbatiæ suæ ignotum esse: & in Annalibus Ordinis Præmonstratensis tom.* 2 *pag.* 889 *latè refutat, quæ de* Bodone *fundatore dicuntur in elogio Tullensi, nec dicta Richerii pro certis admittit. Calmetus tamen fundationem Stivagii attribuit* Bodoni *ob monumenta Tullensia: & Mabillonius tom.* 1 *Annalium pag.* 462 *ex iis fundationem refert, sed cum aliquali dubitatione. Hic verò antea in Annotatis ad Vitam S. Salabergæ jam dixerat:* Nullum aliud à Bodone exstructum videtur monasterium præter cœnobium puellare S. Bodonis dictum. *Quare, quanto magis utrimque rem considero, tanto magis mihi apparet incerta. Nam scriptum Tullense, quo solo fundatio nititur, tale non est, ut hæc certa videri debeat: neque rationes ea allegantur in contrarium, ut omnino fiat improbabilis*

18 *Æquè incerta est fundatio monasterii Offonis-villæ, quam Calmetus ex elogio Tullensi admittit, & utcumque etiam Mabillonius tom.*

ut & Offonis-villæ fundatio.

AUCTORE J. S.

1 *Annalium pag.* 533, *licèt eam antè ut improbabilem rejeciſſet in Annotatis ad Acta S. Salabergæ, quia monaſterium iſtud dicitur ſtructum* in honorem S. Leodegarii, *qui* S. Bodoni *ſupervixit. Errorem ſcriptoris de loco dedicato in honorem S. Leodegarii deinde Mabillonius & Calmetus benignè excuſârunt, dicentes poſtea S. Leodegarium monaſterii patronum fieri potuiſſe. Verùm dicti ſcriptores non conſentiunt de loco, in quo conditum fuit Offonis-villæ monaſterium: nam prior illud collocat in diœceſi Veſontionenſi, alter in Tullenſi, ut jam obſervavi in Annotatis ad Acta S. Gauzlini, ad* VII *Septembris illuſtrata. Uterque tamen Offonis-villam includit pago Portenſi, qui potiùs in Campania videtur quærendus, quàm in diœceſi Veſontionenſi aut Tullenſi, ut cum Valeſio obſervavi in Annotatis ad Vitam S. Agili, datam* XXX *Auguſti. Itaque æquè mihi incertum eſt, an* S. Bodo *fuerit fundator Offonis-villæ, & an hoc monaſterium in diœceſi Tullenſi fuerit ſitum: reique tam incertæ non immoror diutiùs.*

B

Sanctus veriſimiliter adfuit morienti S. Salabergæ:

19 *Aliud quoque dubium oritur ex Vita S. Salabergæ, quæ, prout edita eſt à Mabillonio, num.* 28, *ſic habet:* Interea, ut aſſolet in rerum opulentia diſcordiam etiam inter propinquos generari, germanus Bodo aliquas villas, quas per chartarum ſeriem ad ipſum condonaverat cœnobium, illicita uſurpatione retinebat. Sed comperta germanæ (*S. Salabergæ*) ægritudine, dum illa pro hac re anxia Dominum deprecaretur, ſumma cum feſtinatione ad eam venit: moxque chartas invicem roborantes, hactenus totum ratum perduxit. *Meritò dubitari poteſt, an hæc dicantur de* S. Leudino Bodone, *an de fratre ipſius Fulculfo Bodone. Mabillonius tom.* 1 *Annalium pag.* 440 *de* S. Bodone *factum explicat ſine hæſitatione. Cointius verò ad annum* 654, *num.* XI *poſt data verba ait:* Textus præcitatus de Fulculpho, qui nuntium ſeculo non remiſit, intelligendus potiùs videtur, quàm de Leudino, qui Tullenſium epiſcopus erat. *Verùm illa obſervatio non eſt ſolido nixa fundamento: nam difficulter oſtendi poterit, epiſcopum fuiſſe* S. Bodonem, *dum mortua eſt S. Salaberga. Certè exiſtimamus epiſcopum factum poſt annum* 654, *quo mortem S. Salabergæ figit Cointius:*

C

nec Salabergam vixiſſe exiſtimo uſque ad epiſcopatum S. Bodonis. *Hinc improbabile non eſt, hunc ipſum deſignari allegatis verbis, morientique adfuiſſe ſorori, præſertim cùm non conſtet, an alter Salabergæ frater tamdiu in vivis fuerit.*

epiſcopus certò fuit ante Deodatum anno 680 *notum:*

20 *Ceterùm, cùm plura de Sancti geſtis ſcripta non reperiam, reſtat ſolùm, ut inquiram, quo ferè tempore monachus primùm, deinde epiſcopus ſit factus, ac demum defunctus. Calmetus in Prolegomenis pag.* 50 *initium vitæ monaſticæ figit circa annum* 660, *epiſcopatûs initium circa* 665, *mortem ante* 680, *quo Deodatus jam erat epiſcopus. Cum hiſce rectè concordat Riguetus in Syſtemate Ms. de epiſcopis Tullenſibus ſuperiùs laudato, licèt annos ipſos hîc aſſignatos non exprimat. Secundum hanc chronotaxim* S. Bodo *locatur poſt Eborinum & ante Deodatum. De Deodato, qui anno* 680 *interfuit concilio Romano ſub S. Agathone Papa, prout videri poteſt apud Labbeum tom.* 6 *Conciliorum col.* 579, *nullum prorſus poteſt eſſe dubium, quin* S. Bodo *illum præceſſerit. At non æquè eſt certum,* S. Bodonem *Eborini fuiſſe ſucceſſorem: ſcriptores enim non pauci* S. Bodonem *recenſuerunt poſt Theodefridum & ante Eborinum. Itaque breviter dicam, quid pro Calmeti & Rigueti opinione præcipuè afferatur, ut ſtudioſus lector de illius ſententiæ probabilitate judicare valeat.*

D

21 *Vita interpolata S. Deodati ex epiſcopo abbatis, data apud nos ad* XIX *Junii, quæ Tullenſes epiſcopos miſerrimè à ſuis avellit temporibus, primùm de* Bodone *num.* 14 *ſic habet:* Sed nos ab incerto argumentum non aſſumimus; præſertim cùm B. Bodonem plurimis annis præſediſſe epiſcopio, atque in Voſago monaſterium virginum inſtituiſſe noverimus. *Hiſce interpolator ille occaſione adventûs S. Hildulphi ad S. Deodatum multa ſubjicit de tempore antiſtitum Tullenſium planè vitioſa, & mox:* Demonſtratur hoc ex prædicto privilegio, & B. Bodonis ſubſcriptione, anno ab Incarnatione Domini ſexcenteſimo ſeptuageſimo & ex adventu domini Hildulphi ad nos anno Domini ſexcenteſimo primo. *Hæc verba ſcriptoris in chronologia imperitiſſimi ſola afferri poſſunt, ut oſtendatur* S. Bodonem *anno* 670 *fuiſſe epiſcopum, atque inter Eborinum & Deodatum ſediſſe. Nam Eborinus quoque innoteſcit ex privilegio S. Numeriani Trevirenſis archiepiſcopi, quod edidit Mabillonius tom.* 1 *Annalium pag.* 696. *Si utrumque verè datum fuit, hoc à Numeriano, iſtud ab Hildulpho; cùm S. Numerianus videatur Trevirenſem cathedram tenuiſſe ante Hildulphum; dicendum quoque erit, Eborinum, ad quem dirigitur privilegium Numeriani, ſediſſe ante* S. Bodonem, *qui Hildulphi privilegio fertur ſubſcripſiſſe. Ita quidem ratiocinandum eſſet, ſi dicta privilegia eſſent ſatis certa & authentica. Verùm quis certi aliquid ex incertis concludat? Hanc ego provinciam malim aliis relinquere.*

aliqui volunt Bodonem ſediſſe poſt Eborinum, ſed incerto nituntur fundamento:

E

22 *Riguetus exiſtimat ſuæ etiam opinioni favere verba Richerii data num.* 14, *quibus* Bodo *Tullenſis epiſcopus fuiſſe dicitur* modico tempore *poſt adventum S. Deodati ad Voſagum. At,* (*ut non dicam modicam eſſe Richerii auctoritatem pro chronotaxi rerum tam vetuſtarum*) *cùm S. Deodatus in Voſagum venerit anno nobis ignoto, eóque venire potuerit inter annum* 650 *&* 660, *poſſunt ea verba utrique opinioni facilè adaptari, & ſecundum verba Richerii* S. Bodonis *epiſcopatus æquè figi poteſt circa* 660 *quàm circa* 670. *Præterea ſi conſideremus ætatem* S. Bodonis, *magis dubitabimus, an epiſcopus fuerit factus poſt Eborinum: nam ſic ſexagenarius, ut minimum, eſſe debuit, quando epiſcopatum ſuſcepit adminiſtrandum. At minùs veriſimile eſt, virum, qui paulò ante à negotiis ſecularibus ad vitam monaſticam tranſiverat, mox onus epiſcopale ſuſcipere voluiſſe, ingraveſcente jam ætate. Demum auctor Vitæ S. Salabergæ ſcripſit non diu poſt annum* 680, *ut ſuo loco probabitur. At non loquitur ille de* S. Bodone *& de ejus conjuge Odila ut nuper defunctis, ut facere potuiſſet, ſi* S. Bodo *tam ſerò factus eſſet epiſcopus. Nolim quidem his conjecturis multum tribuere, aut aliquid hinc certi eruere. At non video, cur improbabilia dicturus eſſet, ſi quis conjiceret,* S. Bodonem *ſtatim poſt mortem S. Salabergæ monaſticam vitam eſſe profeſſum, unoque aut altero anno ſeriùs factum eſſe epiſcopum; ac demum, geſto paucis annis epiſcopatu, ad ſuperos tranſiiſſe. Eligat quiſque, quod voluerit.*

nec deſunt rationes, quæ ſuadeant Bodonem Eborino præfigendum:

A D

DE S. ELIA SPELÆOTE ABB. CONF.

IN CALABRIA.

COMMENTARIUS PRÆVIUS, J. S.

Sancti Vita Græca fideliter à discipulo scripta : ea non sine mendis Latinè & Italicè reddita, sed numquam edita.

CIRCA AN. CMLX. *Vita Sancti hactenus inedita,* B

DIturus Vitam S. Eliæ *abbatis, quem ab habitatione speluncarum* Σπηλαιώτην, *sive* speluncæ habitatorem, *auctor cognominavit, asserere non dubito, thesaurum me proferre diu absconditum. Etenim, licèt hæc Vita non ita latuerit, ut subinde visa non sit, & Latino etiam & Italico sermone olim fuerit donata, numquam tamen in lucem publicam fuit producta. Inde factum est, ut Sanctus ipse paucis innotuerit, & cum alio synonymo perperam fuerit confusus. Itaque nulli labori parcere volui ad edendam hanc Vitam luce publica dignissimam, cùm ut Sanctus, in vita & post obitum celeberrimus, ubique innotescat, tum ut duorum confusio, jam antè in Opere nostro observata, penitus tollatur, ac demum ne quis decipiatur iis, quæ de Sancto Latinè & Italicè scripta servantur : nam hæc nata sunt aliquot de Sancto errores inducere, si inciderint in manus cujuspiam eruditi, qui ea Græca Vitæ omnino conformia existimare poterit, & sic adoptare errores iis insertos, aut totam improbare Vitam ob errores aliquot in versionibus repertos, quibus Vita ipsa caret.*

2 *Vitam hanc in variis exstitisse bibliothecis, liquet ex versionibus & compendiis memorandis. Apographum autem, quod præ manibus habeo, desumptum est* ex bibliotheca S. Salvatoris prope Messanam cod. 42 pag. 30, *ut suprà notatum est ad marginem. Titulus Vitæ præfigitur talis :* Βίος καὶ πολιτεία ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἠλίου τοῦ Σπηλαιώτου ; *id est,* Vita & conversatio sancti patris nostri Eliæ Spelcotæ. *Verùm studiosos lectores de hoc apographo præmoneo, non pauca in eo apparere menda, quæ laborem interpretandi multùm auxerunt, & perpetuò mihi facessiverunt negotium. Existimo non aliunde id contigisse quàm ex negligentia illius, qui exaravit apographum : nam frequenter easdem voces diverso modo scriptas reperi, & tandem deprehendi pleraque menda ex eo orta esse, quòd librarius vocales & diphthongos illas, quæ apud recentiores Græcos sono vix differunt, sæpissimè confuderit, alteram vocalem scribendo pro altera, aut pro diphthongo vocalem, aut etiam contrà diphthongum pro vocali. Hæc autem perpetua ferè confusio tantam initio creabat difficultatem, ut apographum abjecissem, sicut Pinius noster ad* XVII *Augusti in Elia Juniore ejusdem planè characteris ejusdemque bibliothecæ apographum tamquam* mendosum *rejecit, si bonam habuissem versionem Latinam, quemadmodum ille habuit.*

cujus accepimus apographum valde mendosum, C

3 *Attamen, deprehensa semel mendorum origine, levior fuit difficultas ; nec dubitavi corrigere voces mendosè scriptas accentusque aliaque signa vocibus appingi solita, in quibus etiam frequentes erant errores, utcumque emendare. Vel sic tamen coactus sum subinde aliquot voces omittere, quòd nallem vocum aliquarum, ad historiam non spectantium, jacturam facere, quàm correctiones adhibere incertis nixas conjecturis. Porrò ubi aliquid omissum est, lectorem monebo : eumdem monerem de singulis quoque correctionibus vocum, quas satis certas credo, nisi tam essent frequentes, ut hæ annotationes sua multitudine lectori futuræ essent ingratæ. Quare id semel hîc præmoneo, tale esse apographum, ut historica omnia ex illo dare possim sine justo aberrandi timore : at non æquè certò rescire valeam, an omnia in codice Græco litteraliter scripta sint, prout textum Græcum censui edendum, ut sit intelligibilis : neque enim omnino certus sum, omnia orthographiæ menda, quæ correxi, transcribentis esse, cum aliqua esse possint ipsius biographi. Verùm cujuscumque sint menda, corrigenda censui, cùm quia probabile non est auctorem ita scripsisse, tum quia historica veritas nullum ex correctione patitur detrimentum : nam eadem esset interpretatio mendosi apographi, quæ est correcti ; ubi verò id apparet dubium, monebo in Annotatis.* F

quod utcumque correctum edemus cum interpretatione. E

4 *Porrò Græcam hanc Vitam à multis secutis utcumque Latinè interpretatus est monachus aliquis verisimiliter Italus, sed linguæ Græcæ ignarus, nec admodum peritus Latinæ. Lucubratio hujus interpretis anno* 1636 *ad Majores nostros missa est per Antonium Beatillum Societatis nostræ presbyterum, in hoc Opere frequenter laudatum. Apographum notatur sumptum* ex vetusto Sanctorum Ms. Passionario Neapolitani monasterii Sanctæ Mariæ montis Oliveti. *Scriptor ille provinciam illam suscepit, hortante Roberto abbate, quem in præfatione sic alloquitur :* Suggessit, immò & compulit me, pater amande ac venerande abba Roberte, auctoritatis tuæ non temnenda præceptio vires quoque ingenii mei propemodùm excedere, fecitque tua piæ importunitatis assiduatio, Heliæ beatissimi abbatis Vitam de Græco in Latinum transferre sermonem. *Paulò pòst ait.* Huic ne-

Vita hæc olim Latinè reddita,

AUCTORE J. S.

gotio neminem priſcorum ſive modernorum ſtudium appoſuiſſe, neque ſtyli officio noſtrorum memoriæ uſque modò tradidiſſe, ſicque multa intercapedine tempus ad id operis neglectum fuiſſe. *Agnoſcit igitur ſe primum Vitæ diu antè ſcriptæ interpretem. Quo autem adjutore ſuppleverit imperitiam ſermonis Græci, in concluſione Opuſculi ſui edicit his verbis:* Hanc igitur Beatiſſimi Vitam, & quæ ſcripſimus de eo miracula, de Græco tranſtulimus in Latinum ſermonem interprete quodam monacho, Helia nomine, domini Roberti abbatis congrua juſſione.

ſed neceſſatis fideliter nec accuratè:

5 *Quam interpretandi methodum ſibi propoſuerit, declarat in præfatione, ita ſcribens:* Ad imperata tandem mentem appuli, decerpere cupiens, ſeu de prato flores, pauca de pluribus beati Viri geſta, ne fortè quibuſlibet faſtidii pondus gignat multiloquii prolixitas, ... quatenus, quo pleno flumine ſatiantur Græci, labra ſaltem proluant noſtri nimiùm ſitibundi. *In concluſione repetit, ſe brevitati ſtuduiſſe. Jam verò ex collatione utriuſque Vitæ intellexi, vera eſſe, quæ dicit de contracta Vita Græca; licèt*

B

tam multa non omiſerit, quàm allegata verba videntur inſinuare. Omiſit biographi præfationem, cui ſuam ſubſtituit, uti & epilogum. Omiſit non pauca de virtutibus dictiſque & monitis Sancti à biographo relata. Omiſit ſubinde factorum adjuncta ſatis prolixa. At facta alicujus momenti nulla, aut certè pauciſſima prætermiſit: ſed ea narravit eo ordine & modo, ut clarè appareat, Vitam Græcam ipſi præluxiſſe. Ex miraculis poſt mortem Sancti factis nullum præterit, ſed ſingula enarrat eo ordine, quo relata ſunt Græcè. Quin imò in iis referendis modum & officium boni interpretis exceſſit præcipuè, dum adjunctis pluribus, quàm habeat auctor Græcus, ea ineptè exornare voluit. Similia quoque reperi in referendis Sancti geſtis ſubinde ab eo addita, idque tam ineptè, ut facilè geſta ipſa redderet improbabilia. Paucis mentem meam de Latino illo Opuſculo, lector, accipe. Multa rectè ſcripta interpres perperam omiſit, aliqua etiam non rectè expoſuit, ac demum facta non pauca ineptis additamentis corrupit, ita ut lucubrationem prelo indignam reddiderit; certè cùm melior ſit ad manum.

C

altera interpretatio Italica nequaquam accurata:

6 *Altera ejuſdem Vitæ Græcæ Ms. Interpretatio Majoribus noſtris communicata eſt ex bibliotheca Eminentiſſimi Cardinalis Franciſci Barberini. Concinnata ea eſt, & anno 1631 Eminentiſſimo Barberino oblata per D. Antonium Thomaſi Ordinis Baſiliani monachum, ut exiſtimo, cùm in præfatione ad Barberinum dicat:* Meæ non minùs antiquæ quàm ſanctæ Religionis Baſilianæ. *Hæc autem interpretatio Italica eſt, auctoremque habet ad interpretandum magis idoneum, quàm præcedens. Certè Thomaſius textum Græcum paſſim rectiùs exponit, quàm vetuſtus interpres Latinus, & phraſi preſſiùs inhæret. Verumtamen neque hic ſuis caret defectibus, neque boni interpretis functus eſt officio. Nam primò multa omittit, imò plura etiam quàm Latinus; neque præmonet lectorem de factis omiſſis aut truncatis; quamvis vix mediam Vitæ partem fecerit Italicam. Verùm graviùs contra fidelitatem interpretandi peccavit, quando biographum corrigere voluit in facto maximi momenti, in quo ipſum errâſſe credidit. Etenim talis correctio, niſi de ea moneantur lectores, nata eſt in errorem inducere, dicendaque potiùs* D *eſt antiqui monumenti corruptio quàm correctio. Quid ab interprete corruptum ſit, paucis explico. In Vita Græca variis vicibus fit mentio de S. Elia Juniore, quem cum* Elia *noſtro ab aliquibus confuſum jam dixi: illa verò omnia aut omiſſa ſunt ab interprete, aut Danieli iſtius Eliæ diſcipulo attributa. Hinc liquet, interpretem in ea fuiſſe opinione, quâ duo illi Sancti ab aliquibus confunduntur. Itaque conatus eſt biographum noſtrum corrigere, & ſuæ opinioni reddere conformem. At id interpretis non erat: neque ſanè neceſſaria eſt ea correctio, ut videbimus.*

quædam dictæ Vitæ compendia non ſine mendis.

7 *Bernardinus Rhegienſis ex ſacro Ordine Capucinorum Vitam S.* Eliæ *ex Actis Græcis in compendium contraxit, illudque Vitæ compendium ſcripſit ſermone Italico, ſed typis nunquam edidit, quantùm ſcio. Compendii iſtius apographum anno 1686 huc ex Italia attulit Janningus noſter. Titulum habet Italicum, quem ita Latinum facio:* Vita & miracula glorioſi patris S. Eliæ ex urbe Rhegio Calabriæ, ex ſtirpe della Boccetta, abbatis monachorum Ordinis S. Baſilii, ſumpta per R. P. Fr. Bernardinum Rhegienſem Capucinum ex bibliotheca Græcorum prope civitatem Seminariam die primo Maii ad poſtulationem Superiorum Ordinis S. Baſilii, & ad preces popularium meorum Rhegienſium. *Ex hoc Vitæ compendio brevius compendium dedit Caietanus noſter tom. 2 Vitarum Sanctorum Siculorum in Animadverſionibus pag. 26, prout ipſe ibidem teſtatur. Porrò Bernardinus Rhegienſis in pleriſque ſatis fideliter ſecutus eſt Acta Græca; variis tamen vicibus ab iis aberravit, Actiſque ſubinde aliqua non ſatis feliciter videtur addidiſſe. Hunc preſſiùs ſecutus eſt Caietanus, eaque de cauſa ſubinde errantis adoptavit errorem. Aliud quoque compendium Ms. ad manum eſt, quod notatur compoſitum pro Officio: at vix aliquid continet præter elogia generalia, ita ut uſui vix eſſe poſſit.*

E

Vita Scripta fideliter ab auctore contemporaneo.

8 *Quapropter neceſſariò edenda eſt Vita Græca, ex qua tamquam ex fonte profluxit, quidquid rectè de Sancto ſcripſerunt recentiores illi compendiorum auctores. Nomen biographi non exprimitur in apographo noſtro; ſed Latinus interpres circa finem ait, vocatum fuiſſe* Quiriacum, *& S.* Eliæ *fuiſſe diſcipulum. Quanta autem fide digna ſit Vita, colligitur ex verbis biographi, qui ſincerus videtur & pius. Affirmat hic in præfatione num. 2 ſe ſcripturum, quæ audiverat ab ipſo Sancto* obſcurè per ænigmata, *quæ audiverat à ſenioribus Sancti diſcipulis, & demum quæ ipſe viderat Sancto convivens, cujus erat diſcipulus. Non poterat meliora & certiora habere ad vera narrandum ſubſidia: nec meliora habuit S. Athanaſius ad conſcribendam S. Antonii Vitam. Illud ſolum videtur dubitationi obnoxium, an auctor ſufficienti judicio uſus ſit in iis, quæ* obſcurè per ænigmata *ex ipſo Sancto intellexiſſe ſe aſſerit. Etenim ex dictis obſcuris conjecturas formare potuit minùs certas, ex hiſce verò onjecturis facta quædam referre nihilo certiora. Verùm hæc obſervatio minùs ſpectat ad geſta ea, quæ condito monaſterio ſunt poſteriora, cùm hæc etiam diſcere potuerit ſcriptor ex Sancti diſcipulis. At facta ante monaſterii fundationem, quæ ferè ex ipſo* Elia *haurienda fuerunt, data obſervatione minùs certa videri poſſunt, certè pro adjunctis mirabilibus, quibus aliqua ex illis exornantur.*

F

9 *Qua-*

A *qui tamen in gestis prioribus subinde falli potuit.*

9 *Quapropter non quidem facta ipsa, quæ quinque primis capitibus narrantur, pro dubiis habenda existimo, cùm scriptor longè magis sincerus videatur, quàm ut credibile sit, eum aliquid temerè confinxisse. Verùm lubens agnosco, meritò dubitari posse, an in illis nulla sint adjuncta suprà verum exaggerata, aut ex levibus conjecturis asserta. Quæ autem illa sint, in data chronotaxi simul explicabo, neque ea prætermittam, quæ in posteriori Actorum parte videri possunt dubia. Stylus scriptoris elegans non est, neque omnino purus, sed frequenter impeditus, obscurus & hiulcus: subinde etiam conspersus vocibus Latinis & apud antiquos incognitis. Hæ styli difficultates non parùm fuerunt auctæ apographi mei mendis. Itaque ignoscet mihi studiosus lector, si repererit phrasim Græcam Grammaticorum legibus non ubique conformem. Id fortasse exspectare non debemus à monacho seculi x, qui Græcè scripsit in Calabria, ubi verisimiliter tanta non habebatur cura emendatè scribendi Græcè, quanta Constantinopoli. Satis nobis esse debet, quòd videatur fideliter scripsisse.*

B

§ II. Gestorum S. Eliæ qualiscumque chronotaxis cum intermixtorum aliquot factorum examine. reliquiæ & cultus Sancti.

S. Elias cognomento Junior ab Elia Spelæote est alius,

Sanctum Eliam Spelæoten, *aut* Rheginum, *ut eum à patria vocârunt alii, distinctum esse ab altero* Elia, *qui item in Calabria vitam monasticam egit, quique à Græcis* Ἠλίας Νέος, *id est*, novus Elias *dictus fuit, aut à Latinis* Elias Junior, *jam observavit & cum Caietano ostendit Pinius noster in Commentario prævio ad Acta S. Eliæ Junioris, die* XVII *Augusti data,* § 4. *Distinctio illa certissima est & manifestissima ex Actis mox dandis, in quibus mentio iterata fit* S. Eliæ *Junioris. Nam cap.* 5 *varia de Elia Juniore narrantur, ejusque discessus ex Calabria paulò ante mortem, prædictioque de* Elia *nostro satis latè exponitur. Iterum cap.* 8 *num.* 55 *de monasterio S. Eliæ Junioris jam tum defuncti meminit* Elias *noster. Demum cap.* 11 *num.* 76 *sanctus* Spelæotes *dicitur in festivitate S. Eliæ Junioris ad ipsius monasterium se contulisse ad venerandum sacras ipsius reliquias. Itaque luce clarius est, errâsse Ferrarium & alios, qui duos hosce Sanctos confuderunt. At errori illi facilè potest ignosci, cùm utrinsque Acta olim in bibliothecis latuerint abscondita, præsertim cùm & ambo fuerint abbates in Calabria, & monasteria habuerint non longè invicem distantia, ac demum tempore tam fuerint vicini, ut dum alter abbas erat, alter jam esset monachus.*

C

eoque annis non paucis senior. S. Elias Spelæotes natus inter 860 & 870

11 *Attamen S. Elias, qui passim* Junior *vocatur, annis quinquaginta, ut minimùm, & fortasse sexaginta ante* S. Eliam *fuit defunctus. Cur igitur, inquiet aliquis,* Junior *nominatur, qui nostro erat senior? Respondeo* Juniorem *non fuisse vocatum respectu nostri, sed vocatum esse* Ἠλίου Νέου, *id est*, Eliam novum, *aut* juvenem, *respectu Eliæ prophetæ, quia instar Eliæ prophetæ signis & prodigiis inclaruit. Hanc cognominis Νέος, à quo* Junior *apud Latinos dictus est, rationem aut occasionem fuisse existimo, quia Vitæ scriptor num.* 3 *dicit,* iisdem, quibus Elias (*propheta*) passibus ingressurum, eâdem gratiâ donatum. *Jam verò ex ætate Eliæ Junioris, cujus mors figitur anno* 903, *utcumque colligitur ætas* Eliæ *nostri. Hic enim annos habebat novemdecim, dum factus est monachus: deinde fuit in Siciliâ, Romæ, in diversis locis territorii Rhegiensis, octo annis Patris, atque iterum aliquo tempore in territorio Rhegiensi, antequam moreretur Elias Junior. Non quidem omnes hæ commorationes fuerunt admodùm diuturnæ: neque ita breves fuisse videntur, ut saltèm non duraverint annis duodecim, & verisimilius etiam quindecim, fortasse & viginti: neque enim exponitur, quamdiu singulis locis manserit* Elias, *sed solùm Patris octo annis cum Arsenio mansisse dicitur. Porrò si quindecim annis duraverint diversæ illæ commorationes, & hi quindecim anni adjungantur aliis novemdecim, quos habebat, quando solitariè vivere cœpit, erat annorum circiter triginta & quatuor, dum mortuus est Elias, cognomento Junior, & sic natus esset anno* 869. *At quia incertum est, quamdiu singulæ commorationes duraverint, iisque plus potiùs temporis quàm minus videtur attribuendum, natales Sancti latè figo inter annum* 860 *&* 870.

AUCTORE J. S.

E

Rhegii in Calabria parentibus locupletibus,

12 *Natum fuisse* S. Eliam *Rhegii in Calabria, testatur Vita tam clarè, ut nullum superesse possit dubium; neque pluribus refutandi sint illi, qui Bovæ, quæ civitas etiam est Calabriæ, mundo datum voluerunt. Parentes habuit divitiis & opibus abundantes, Petrum & Leontiam. At planè ignoro, unde Bernardinus Rheginus horum nobilitatem & cognomina didicerit, quando scribit,* nobilissimos *fuisse, patrem autem vocatum* Petrum La Bocetta, *matrem verò* Leontiam de Leontinis. *Neque enim de hisce in Vita quidquam legitur, nihil quoque de cognominibus apud Vitæ interpretes, quamvis hi nobilitatem divitiis addendam crediderint. Tanto igitur minùs probabilis mihi est stirps & nobilitas memorata, quantò difficiliùs perspicere possum, unde illam post tot secula haurire potuerit Bernardinus, præsertim cùm Eliæ Junioris nobilitas & genus in Actis ipsius, cùm Græcis tum Latine redditis, clarè enuntietur, hic verò* Eliæ *nostri nobilitas & genus omnino prætermittatur.*

F

miro modo vocatur ad vitam monasticam: hunc præludit primùm in Sicilia, deinde Romæ:

13 *Quæ de vocatione mira ad vitam solitariam in Vita narrantur cap.* 1, *figenda sunt inter annum* 880 *&* 890. *Ea verò haud dubiè sunt ex iis, quæ biographus ex ipso intellexit* Elia. *Laudatus Bernardinus videtur apparitionem divinam intellexisse in accessu illius monachi, qui Adolescentem hortabatur, ut mundum desereret. Verùm monachus revera fuit, si rectè scripsit biographus; licèt divinæ attribuendum videatur providentiæ, quòd ille Adolescentem allocutus sit oratione tam inusitata. Deliberatio Sancti de eligendo vitæ statu verbis scriptoris magis quàm Sancti enarrata est: nec tamen insiciari velim, rationes allegatas ad amplectendam vitam monasticam scribi potuisse, Sancto ipso referente. Quæ sequitur commoratio Sicula, brevis omninò fuisse videtur, & ad aliquot solùm dies aut paucas hebdomadas extendenda. Longior fuit commoratio Romæ: nam ibi primùm solus habitavit, ac deinde* multo tempore *diu-*

AUCTORE J. S.

tur fuisse sub disciplina Ignatii monachi, de quo plura non invenio. Attamen ne hæc quidem commoratio ultra annum unum videtur extendenda, quia ibi necdum assumpsit vestem monasticam, sed perrexit gestare vestes à parentibus acceptas. Itaque suspicor, Sanctum ad parentes rediisse post anni unius & fortasse aliquot mensium peregrinationem. Quæ num. 9 de austeris Sancti jejuniis ac de somnio Petri, patris S. Eliæ, & num. 12 de mira Sancti liberatione è manibus latronum sunt relata, iis annumeranda videntur factis, quæ biographus ex obscurè ab ipso Elia dictis per conjecturam haurire potuit, ideoque minùs videntur certa.

demtum monasticam vestem assumit sub disciplina Arsenii, quocum variis locis habitat.

14 Quando S. Elias adjunxit se Arsenio abbati, ut externo etiam habitu vitam profiteretur monasticam, sicut narratur num. 13, annos verisimiliter numerabat viginti aut viginti & unum. Hinc Arsenius num. 29 dicit, valde juvenem ætate fuisse, dum eum accepit socium. Cùm Arsenio deinde aliquot annis habitavit in territorio Rhegiensi, priusquam simul Patras discederent. Patras autem navigâsse videntur aliquot annis post 890, indeque ad territorium Rhegiense rediisse circa initium seculi x. Certè redierunt ante mortem S. Eliæ Junioris, quæ nequit figi post annum 903, ut liquet ex dictis de illa ad XVII Augusti in Commentario prævio num. 33. Obiit enim ante captam aut obsessam à Saracenis Thessalonicam. Hoc autem contigit anno 904, cœptaque obsidio mense Julio. Elias igitur, qui mense Augusto obiit, non obiit post annum 903. Attamen non æquè certum est, Eliam Juniorem non obiisse uno alterove anno citiùs: nam de anno expugnati Tauromenii, quod vivente Elia Juniore factum, non tam certò constat. Post reditum Arsenii & Eliæ Spelæotæ in territorium Rhegiense, perrexit Elias magistro suo Arsenio obedire: at hic non diu superfuit: nam relata morte Eliæ Junioris, citò quoque subjungitur obitus Arsenii, figique hic potest circa annum 904, quando S. Elias ab anno ætatis quadragesimo multis annis abesse non poterat.

Quæ de gestis S. Eliæ eo tempore narrantur, minùs certa apparent quam posteriora;

15 Quod spectat ad gesta annis illis fortasse octodecim aut viginti, quibus cum Arsenio vixit S. Elias, non aliunde pleraque haurire potuit biographus, quàm ab ipso Elia, aut ab aliis, qui ipsum ea referentem audiverant. Cùm autem Sanctus sua obscurè per ænigmata insinuare soleret, verendum iterum est, ne fortè quædam ex solis addiderit conjecturis. Præ ceteris tamen nimiæ exaggerationis suspecta videntur, quæ Patris facta narrantur cap. 4. Certè, licèt credibile sit episcopum Patrensem simulata quadam accusatione uti voluisse, ut impediret virorum sanctorum discessum, vix tamen credidero eò usque fuisse progressum, ut Eliam carceri mancipandum curaret, aut omnia peracta fuisse coram tanta hominum multitudine, quantam inducit biographus. Quæ de Arsenio narrantur mirabilia, S. Elias verisimiliter sine ambagibus narravit discipulis suis. Istud solum utcumque miror, me de cultu Arsenii nihil reperire; at video id ipsi esse commune cum aliis non paucis anachoretis, quorum gesta præclara scriptis fuerunt commendata, nec tamen memoria cultu publico honorata. Arsenius quidem in Actis num. 35 vocatur Sanctus post mortem, idque bis consequenter. Verùm biographus noster honorificos titulos facilè attribuit viris piis, eaque de causa titulus ille Sancti, bis tantùm Arsenio attributus, non sufficit mihi ad colligendum ex eo viri pii cultum publicum, præsertim cùm biographus cultum S. Eliæ Junioris num. 76 clarè memoret, venerationem verò publicam Arsenii omnino prætermittat.

attamen impleta videtur prædictio Eliæ Junioris de Elia Spelæote.

16 Quæret etiam nonnemo, quo modo impleta sit prophetia S. Eliæ Junioris de S. Elia hodierno, relata in Actis num. 33: neque enim Elias noster habitavit in monasterio S. Eliæ Junioris, & idcirco non videtur impleviisse, quæ ibi leguntur prædicta. Respondeo diligenter esse advertendum, ad quos sermonem ibidem dirigat S. Elias Junior. Non alloquitur monachos suos, sed populum in vicinia monasterii sui habitantem: ad illorum solatium, non verò ad capessendam monasterii præfecturam, venturum dicit Eliam alterum. Itaque ad prophetiam illam implendam necesse non erat, ut in eodem monasterio habitaret Sanctus, sed solùm ut degeret in loco aliquo tam vicino, ut populus, Eliam Juniorem antè adire solitus, deinde accedere posset ad sanctum Eliam Spelæoten. Hoc revera factum est: nam invitante Daniele Elias noster venit ad monasterium S. Eliæ Junioris, eaque occasione habitationem fixit cum Cosma anachoreta in spelunca monasterio S. Eliæ Junioris satis vicina, ibique deinde monasterium erexit, multisque inclarnit miraculis. His observatis, ad chronotaxim regrediar.

Sanctus invisit Danielem abbatem, habitat cum Cosma anachoreta, deinde monasterium exstruit:

17 Defuncto Arsenio circa annum 904, S. Elias Spelæotes, hortante Daniele abbate, venit ad monasterium, in quo habitaverat S. Elias Junior, sed ibi exiguo tempore mansit. Deinde habitationem fixit in spelunca maximè solitaria sub disciplina Cosmæ anachoretæ, qui inde postmodùm recessit amore solitudinis. Quamdiu Cosmas cum Elia permanserit, Acta non memorant: satis tamen insinuant, multos annos huic cohabitationi non esse attribuendos; neque etiam sufficere paucos menses. Nam verisimile non est, statim tantam hominum multitudinem ad Eliam accurrisse, ut Cosmas sibi ea de causa aliò abeundum crederet. Suspicor igitur eos uno alterove anno simul habitâsse, eaque ratione Eliam congregationi monachorum initium dedisse existimo circa annum 906, quo Sanctus annos ætatis numerare poterat circiter quadraginta. Numerus discipulorum paulatim crevit, ita ut spelunca nimis jam videretur angusta. Verùm cessavit istud incommodum, inventâ spelunca aliâ longè majori, quæ priori erat contigua, ut refertur num. 42.

quod etiamnum exstat prope vicum Melicuccam:

18 Exigit hic locus, ut inquiramus, ubi S. Elias monasterium suum condiderit: nam varia in tabulis Calabriæ ulterioris apud Blavium invenio loca, quibus S. Eliæ nomen est impositum; at illud ipsum, quod scriptores aliqui assignant, S. Eliæ monasterium ibi non est notatum. Hieronymus Marasioti in Chronico Calabriæ lib. 1 cap. 33 assignat monasterium S. Eliæ prope vicum aut oppidulum Melicuccam, Italis Melicoccha dictum. Caietanus quoque & Bernardinus Rheginus asserunt, in spelunca montium prope oppidum Melicuccam ab Elia nostro monasterium fuisse conditum, eumque ibidem mortuum esse & sepultum. Sententia illa mihi minimè dubia videtur, quia confirmari potest ex Vita num. 83. Sanctus enim ibi dicitur patrinus fuisse Theodori cujusdam ex vico, qui dicitur Melicuccon. Inde autem verisimile admodùm est, monasterium Sancti prope locum istum fuisse conditum. Quare rectè laudatus Marasiotus Italicè de loco

A *co ſcribit, quæ reddo Latinè:* Si relicta civitate Seminaria, iter rectà inſtituamus per montes, in horum declivi occurrit vicus, dictus Melicucca, qui hodie eſt ſub dominio equitum S. Joannis Hieroſolymitani (*id eſt, Melitenſium.*) Dignus laude eſt hic vicus, quia in vicinia ſua habet eccleſiam S. Eliæ abbatis, Ordinis S. Baſilii, de quo paulò antè memini. In hoc loco dictus Sanctus ab hoc mundo ad alterum tranſiit, moriendoque in cælum glorioſus aſcendit.... Hodie eccleſia illa S. Eliæ monaſterium eſt prædicti Ordinis, illaque poſt mortem Sancti idem ſemper conſervavit inſtitutum. *Melicucca in tabulis Calabriæ apud Blavium notatur paucis milliaribus Italicis ab oppido Seminaria in Meridiem.*

quod prope Palmam fuit monaſterium, videtur fuiſſe S. Eliæ Junioris.

19 *Ad alteram verò partem Seminariæ, inter hoc oppidum & vicum Parmam aut Palmam mari imminentem in monte notatur alius locus,* S. Eliæ *dictus, de quo Maraſiatus cap.* 32 *ſic loquitur:* Supra Parmam (*aliàs* Palmam) eſt mons eminens, in quo hodie cernitur ſpelunca aut cella, ubi beatus Elias abbas exercere ſolebat vitam ſolitariam, ibique frequenter inviſebatur à beato Nilo, amicitiâ conjunctiſſimo. *Auctor utroque loco eumdem deſignat*

B *Eliam, quia unum fortaſſe tantùm noverat. Certè nec monaſterium iſtud, quod in monte eſt ſupra Palmam,* Eliæ *noſtri fuiſſe exiſtimo; nec amicitiam aſſertam inter* S. Eliam *& S. Nilum ſatis probabilem eſſe video, quia neque in Actis* S. Eliæ, *neque in Actis S. Nili invenio ullum mutuæ illius amicitiæ fundamentum. Junior fuit S. Nilus tanto temporis ſpatio, ut* Eliæ *noſtri potuerit diſcipulus eſſe: at diſcipulum ipſius fuiſſe non exiſtimo, quia in alio vixit monaſterio. Caietanus & Pinius noſter exiſtimant, in dicto monte prope Palmam habitaviſſe S. Eliam ſeniorem, qui cognomento* Junior *dicitur. Eamdem ſententiam jam aſſeruerat & explicaverat Henſchenius, noſter ad diem* VI *Aprilis in S. Philareto, qui in monaſterio S. Eliam Junioris, quod aliàs* Aulinas *aut* Salinas *nominaverunt, vitam egit monaſticam. Hæc quoque ſententia rectè congruit cum Actis dandis, ex quibus liquet monaſteria utriuſque Eliæ nec omnino fuiſſe vicina, nec longè invicem diſſita. Duo autem jam aſſignata ſecundum tabulas tantùm diſtant aliquot milliaribus Italicis.*

C *Obiit Sanctus circa 960: aliqui volunt, ipſius corpus tranſlatum eſſe Galatrum:*

20 *Jam verò, cùm nihil pro reliqua Sancti Vita neceſſe ſit obſervare, examinandum eſt, quo ferè anno Sanctus videatur ex hac vita receſſiſſe. Natum veriſimiliter diximus inter annum* 860 *&* 870: *vixit autem annis* 96, *ut habet Vita num.* 78. *Neceſſe igitur eſt, ut defunctum credamus circa annum* 960 *latè ſumptum. Ex hac autem epocha liquet, quàm ineptè inter diſcipulos* S. Eliæ *numeretur S. Philaretus mox memoratus, qui floruit ſeculo* XI, *& vitam egit in monaſterio alterius Eliæ, ut ipſius Vita, ab auctore contemporaneo ſcripta, clarè habet. Sepultum fuiſſe corpus* S. Eliæ *in proprio monaſterio, certum eſt ex Vita. Verùm Maraſiotus jam laudatus cap.* 33 *de corpore Sancti noſtri hæc ſcripſit:* Cujus corpus à monachis Ordinis ſui tranſlatum eſt in Galatrum vicum, de quo differam lib. 2. *Deinde lib.* 2 *cap* 15 *agit de vico Galatro in valle ſito, ibique ſic pergit:* Supra hunc vicum (*Galatrum*) ædificata cernitur antiqua eccleſia titulo S. Eliæ, quæ olim erat monaſterium Ordinis Baſiliani, ubi multi floruerunt dicti Ordinis viri ſancti. Vulgata eſt fama, in hac eccleſia ſepultum eſſe corpus S. Eliæ abbatis, prædicti Ordinis monachi, de quo meminimus in libro præcedente. *Idem habet Philippus Ferrarius in Catalogo Sanctorum Italiæ ad hunc diem, duos Sanctos clarè confundens.* AUCTORE J. S.

ſed probabilius videtur, id eſſe corpus S. Eliæ Junioris;

21 *Caietanus tom.* 2 *Sanctorum Siculorum in Animadverſionibus pag.* 26 *exiſtimat, noſtri eſſe* Eliæ *corpus, quod dicitur Galatri eſſe. Verùm non video, quàm ſolidis nitatur rationibus, quia ipſe ibidem rectè obſervat, utrumque Eliam ab aliquibus perperam confundi. Etenim ſuſpicor, ex illis ipſis, qui utrumque confundunt, ex Maraſioto nimirum & Ferrario, tranſlationem illam corporis ad eccleſiam S. Eliæ prope Galatrum Caietano innotuiſſe. Si ita ſe res habet, illi non magis unius quàm alterius tranſlationem affirmant, cùm ex duobus fecerint unum. Hinc nolim certò affirmare,* S. Eliæ *Spelæotæ corpus eſſe, quod eò tranſlatum dicitur. Quin potiùs contrarium mihi apparet veriſimilius. Primò Caietanus fatetur, ſibi incompertum eſſe, quid poſt tranſlationem corporis Eliæ Junioris ex Macedonia in Calabriam de eo poſtmodùm ſit factum, & conſequenter ubi modò conſervetur. Poteſt igitur illius eſſe corpus, quod tranſlatum dicitur ad vicum Galatrum, & cujus caput eſſe dicitur in eccleſia S. Philareti prope Seminariam. Secundò quæ ex Maraſioto dedi verba de monte prope Palmam, ubi Eliæ Junioris monaſterium fuiſſe creditur, ſatis oſtendunt, monaſterium iſtud ibidem non ſupereſſe. Hinc rurſum veriſimile eſt, non fuiſſe ibi relictum Sancti corpus. Tertiò, cùm S. Philaretus habitaverit in monaſterio S. Eliæ Junioris, rurſum veriſimilius eſt, caput S. Eliæ, quod ad ejus monaſterium legitur tranſlatum, Eliæ Junioris eſſe quàm* Eliæ *Spelæotæ.*

E

corpus verò S. Eliæ Spelæotæ relictum eſſe in proprio monaſterio.

22 *Contrà non admodùm probabile eſt, corpus* S. Eliæ *Spelæotæ fuiſſe à ſuo monaſterio amotum. Nam primò, teſte Maraſioto jam laudato num.* 18, *monaſterium iſtud in ſtatu ſuo ſe conſervavit. Secundò Bernardinus Rheginas affirmat, Sancti corpus ſervari in monaſterio ſuo multis clarum miraculis; ſed caput eſſe ait in monaſterio S. Philareti prope Seminariam. De capite illo ſecundum jam dicta etiam dubito. Fatetur ipſe quoque Caietanus de corpore in ſpecu, ubi ſepultum eſt, conſervato alios etiam conſentire, ita ſcribens:* Quamquam alii corpus ejus eſſe dicant in ſpecu prope eccleſiam, eidem S. Eliæ dicatam, non longè opido Melicucca. *Hoc ſanè mihi veriſimilius eſt ob rationes datas, quas tamen contrariis tantùm prævalere velim, donec quis certiora doceat.*

F

Memoriæ Sancti adſcripta tantùm eſt Faſtis recentioribus;

23 *De cultu eccleſiaſtico* S. Eliæ *pauca ſuperſunt dicenda. Memoriam ipſius in antiquis Eccleſiæ Faſtis non reperio: neque id mirandum, quia præcipuis martyrologis fuit poſterior. Philippus Ferrarius* S. Eliam *hodie memorat in utroque Catalogo, ſed non ſine confuſione cum alio ſynonymo jam frequenter laudato. Caſtellanus in Martyrologio univerſali duos illos diſtinguit, ſed in hodierno annuntiando variè labitur cùm ita habeat:* Prope Parmam in diœceſi Miletenſi in Calabria, S. Eliæ Galatrenſis, Ordinis S. Baſilii. Spelunca, in qua habitavit, & eccleſia, in qua corpus ſervatur, nomen ipſius habent. *Nec rectè* prope Parmam *aut* Palmam *annuntiatur, nec melius* Galatrenſis *vocatur. Præterea annus emortualis, qui ad marginem notatur* circa 1000, *à vero fatis longè recedit. Laudatis martyrologis antiquior eſt codex Uſuar-*

dinus

AUCTORE J. S.

dinus Florentinus, in quo ad hunc diem ita habetur: Eodem die, ſancti Heliæ abbatis. *Illud de noſtro dici* Elia, *licèt ob prætermiſſum locum non ſit planè certum, ſaltem veriſimillimum eſt, quia hic hodie ſolus colitur* Elias, *& abbatis titulus eidem optimè congruit.*

ſed feſtivitas ipſius eſt vetuſtiſſima.

24 *Cultum autem Sancti eſſe antiquiſſimum, liquet ex Vita danda, in qua* Elias *non modò* Sanctus *à diſcipulo ſuo nominatur, & in fine invocatur, ſed annua quoque feſtivitate jam tum celebratus fuiſſe dicitur. Deinde eccleſia quoque eidem dicata eſt, ut jam ſuprà diximus. Feſtivitatem porro celebrari die* XI *Septembris, notatum eſt in apographo noſtro Vitæ Latinè redditæ, & de ea interpres quoque in præfatione meminit. Caietanus jam ſæpe laudatus idem obſervavit his verbis:* Anniverſarius ac feſtus dies S. Eliæ Rhegini III Idus Septembris agitur, quo die ad cælum migravit. *Ferrarius, licèt geſta utriuſque* Eliæ *utcumque confuderit, quia eorum Vitas non viderat, utrumque tamen die debita memoravit in Catalogo generali, ibique hodie pro* Elia *noſtro laudat tabulas eccleſiæ Bovenſis; ibique coli* S. Eliam *obſervat etiam David Romæus in Sanctis regni Neapolitani pag.* 409 *his verbis:* Bovæ . . . Helias antiſtes, cujus corpus Calatri eſſe creditur, III Idus Sept. *Inter Sanctos Bovenſes noſtrum hunc* Eliam *recenſet quoque Paulus Regius in Vita S. Irenæi pag.* 465, *ubi non rectè* epiſcopum *vocat. Hi forſan Bovæ natum crediderunt, ſed perperam. Hæc ſufficiant de cultu indubio.*

D

V I T A

Auctore diſcipulo monacho.

B

E

Ex cod. Ms. 42 *bibliothecæ S. Salvatoris prope Meſſanam pag.* 30.

Interprete J. S.

P R Æ F A T I O.

Auctor dat rationes lucubrationis ſuæ,

M Ihi quidem, ſcientiâ & ſermone rudi, ô facer cœtus & à Deo collecta congregatio, deſiderabile erat & delectabile, vobis à principio enarrare ſublimem & admirandam converſationem ſancti patris noſtri, ac ſublimis Eliæ *a*. Verùm mentis tarditas & ſermonis imperitia prohibet, quo minùs tractationem talem animo obverſantem huc uſque in opus producam. Attamen melius fore putavi, ut quocumque, ſed fideli, ſermone vobis manifeſtarem, quemadmodum potuero inchoata à pueritia ſanctiſſimi Viri aſcetica certamina, multaſque luctas, quas contra affectiones animi ac contra dæmones in vita inivit, quàm ſi irrationabili ſilentio hanc tantarum virtutum congeriem abjiciens, oblivionis abyſſo abſconderem . . . . *b* Divina charitas, quæ piſcatores reddidit ſapientes, & linguas balborum fecit diſertas, ad loquendum, [nos impellit] ſicut meritò gratum Deo & Sancto, non ſectantes accuratam dictionis elegantiam, & pro dignitate enarrantes angelicam & ſublimem ipſius vitam: id enim per nos indoctos neque fieri neque tentari poteſt.

a

C

b

Indicatque, unde S. Eliæ geſta didicerit.

2 Neque opus eſt humanis elogiis cujuſcumque, qui fictis ſermonibus præſumeret extollere iis ſuperiorem. Verùm, quæcumque à veraci ipſius lingua obſcurè per ænigmata audivi; quæcumque didici à viris ſanctis, qui ante me cum ipſo exercuerunt vitam aſceticam; quæque oculis vidimus, & manus noſtræ contrectaverunt cum Apoſtolo *; hæc ſcribere, ut exiſtimo, auditaque ac manifeſta cupientibus facere, etiam caret periculo Accipiet igitur puſillum omnique plenum ſimplicitate ſermonem noſtrum optimus divinuſque Paſtor, ut pater filiorum ſuorum amans, balbutiendoque prolata remunerabit divinis apud Deum interceſſionibus, ut loquentes & fideliter audientes

* *al.* ut loquitur Apoſtolus

Ἐμοὶ μὲν, τῷ γνώσει καὶ λόγῳ ἰδιώτῃ, ὦ ἱερὸν σύσημα καὶ θεοσύλλεκτον ἄθροισμα, ἐφετὸν ἦν καὶ ἐρασμιον ἰσορῆσαι ὑμῖν ἄνωθεν τὴν ὑψηλὴν καὶ θαυμασὴν πολιτείαν ὃ ὅσιε πατὴρ ἡμῶν, καὶ ἀρχηγὸς ἡμῖν Ἠλίας· ἀλλ' ἡ βραδυτὴς τῆς νοὸς, καὶ τὸ λόγου τὸ ἄπορον ἔιργε μοὶ τὴν τοιαύτην καταθύμιον ἐγχείρησιν εἰς ἔργον ἀγαγεῖν ἄχρι τοῦ νῦν. ἄμεινον ᾤήθην φῶτι, ἀλλὰ πίστῳ, λόγῳ σαφηνίσαι ὑμῖν, καὶ τὸ καὶ ἐφικτόν μοι, τὰς ἐκ παιδόθεν τοῦ θεοσεβῆ ἀσκητικὰς ἀγῶνας καὶ τὰς ἄχαν παλαίστρας, ὰς καὶ τῶν παθῶν, καὶ τῶν πονηρῶν πνευμάτων ὑπεδείξατο ὁ ἀήττητος, ἢ ἀλόγῳ σιωπῇ τόνδε ἐκβαλλόμενος τοσούτων ἐσμὸν ἀρετῶν λήθης βυθοῖς συγκαλύψαι. . . . . Ἡ θεία χάρις, ἡ τοὺς ἁλιεῖς σοφίσασα, καὶ τραυλὰς ποιῆσα γλώσσας μογιλάλων, λαλῆσαι ὡς δικαίως τῷ θεῷ φίλον καὶ τῷ Ἁγίῳ, ἐκ ἀκεραιολογοῦντας καὶ κατ' ἀξίαν διηγεμένους τὸν ἰσάγγελον καὶ ὑψηλὸν αὐτοῦ βίον· ἀδιώατον γὰρ ἡμῖν τοῖς ἀμαθέσι καὶ ἀμήχανον·

F

2 Οὐδὲ λόγοις πλασταῖς ἐγκωμιάζειν τολμῶντος ἐγκωμίων ἀνθρωπίνων ἐνδεέστερα ἐκεῖνα τυγχάνοντα. Ἀλλ' ὅσα πρὸς τῆς ἀψευδοῦς αὐτοῦ γλώττης δι αἰνιγμάτων μυστικῶς ἀκήκοα, καὶ ὅσα πρὸς τῶν περὶ ἡμῶν σωὶ αἰτῷ ἀσκησάντων ὁσίων ἀνδρῶν ἔμαθον, καὶ ἅπερ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἑωράκαμεν καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἀπτικῶς ἐψηλάφησαν, ταῦτα γράφειν, ὡς οἶμαι, ἀκεστά τε καὶ κατάφιλα τοῖς θέλουσι ποιεῖν καὶ ἀκίνδυνον. Δέξεται ἂν ἡμῶν τὸν μικρὸν λόγον, καὶ πάσης ἰδιωτείας ἀνάπλεων ὁ πανάγιος καὶ θεῖος Ποιμὴν, ὡς πατὴρ φιλόστοργος ἰδίων τέκνων, τὰ ψελλίσματα ἢ ἀνταμείψεται αὐτὸς θείαις ἐντεύξεσι ταῖς πρὸς τὸν Θεὸν, τῆς τε λαλοῦντας καὶ πιστῶς ἀκούοντας μέρος καὶ κλῆρον σωὶ αἰτῷ κλη-

A κληρώσασθαι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς ἀνταποδόσεως. οὐ γὰρ σοφισμένοις λόγοις, ἢ πλήθει λέξεων, ἀλλὰ πλήθει προθέσεως τὰς μισθὰς ὁ Θεὸς ἀποδίδωσι.

partem sortemque cum ipso hæreditate accipiant in die retributionis. Neque enim doctis sermonibus, nec copiæ verborum, sed propositi ubertati mercedem dat Deus. A. DISCIPULO MONACHO.

ANNOTATA.

a *Auctor ita locutus est, ut æquè exponi possit* solis, *quàm* Eliæ *aut* Heliæ.

b *Malui hîc verba quædam nimis corrupta omittere, cùm non spectent ad Sanctum; quàm corrigere, quæ sine erroris periculo corrigere non poteram. Dicit auctor se non sectaturum orationis elegantiam, ut liquet ex verbis sequentibus, quæ partim hiulca sunt ob omissa præcedentia, partim quia non omni videntur mendo carere. Verùm ea tantùm statui corrigere, quæ certò sunt mendosa, & tutò possunt corrigi.*

CAPUT I.

Sancti patria, parentes, studia, vocatio ad vitam monasticam: abit in Siciliam cum socio ad solitudinem, desertusque ab eo Romam navigat.

B Πατρὶς μὲν ἦν μεγάλῳ καὶ εὐγενοπλίτῃ ἡμῶν πατρὶ Ἠλίᾳ ἡ τῆς ἑσπέρας πάσης πόλις προκαθημένη καὶ οἷόν τι πρωτεύουσα ἀνάκτορον, καὶ τῷ κλήσει τῇ θέσει κατάλληλον φέρουσα ἀπὸ τῆς τῶν Λατίνων γλώσσης τὸ Ῥήγιον· οἱ καὶ ῥήγας τοὺς βασιλεῖς φημίζουσι. Ἐν ταύτῃ τοίνυν τῶν μητρικῶν λαγόνων προκύψας... τῶν τε αὐτοῦ γεννητόρων ἱκανῶς ὀλβοκομούντων τὴν λοιπὴν περιουσίαν, Πέτρος καὶ Λεόντιος προσαγορευόμενοι, κέκληται τὸ ὄνομα τοῦ φαιδροτάτου καὶ προβοήτου πατρὸς ἡμῶν ἐν τῷ σωτηριώδει βαπτίσματι Ἠλίας προνοίᾳ Θεοῦ· καὶ τοῦτο, ὡς οἶμαι, οὐκ ἀτελῶς οὐδὲ παρέργως· ἀλλὰ τὴν κλῆσιν προῆξεν ἁρμόδιον καὶ ἀνόθευτον φέρων· ἡλίκην γὰρ δίκην ἐκ δυσμῶν ἀνατείλας μέχρι ἑῴας ταῖς ἀκτῖσι τῶν ἔργων διέλαμψεν· οἱ δὲ τεκόντες τὸ παιδίον, ἰδόντες αὐτὸ ἀγέλειον, καὶ τὸν θεῖον Μωσέα, ἤθεσί τε χρηστοῖς, καὶ τοῖς κατὰ τὴν ψυχὴν προτερήμασι κεκοσμημένον, τῇ δὲ ἡλικίᾳ τῶν παιδῶν ὑπιβάντα, καὶ εὐθέον πρὸς ἀρετῆς γυμνασίας ὄντα, ἐδίδοσαν αὐτὸν εἰς μάθησιν τῶν ἱερῶν γραμμάτων. Προέκοπτε δὲ, καθώς φησι τὸ θεῖον λόγιον, φρονήσει καὶ ἡλικίᾳ καὶ χάριτι.

PAtria quidem magno cælique civi, patri nostro Eliæ erat civitas, quæ prima totius Occidentis erat posita, & tamquam regale aliquid æstimata, quæ & nomen cum situ suo congruens à sermone Latinorum sortita est Regium *a*: hi etiam βασιλεῖς nominant Reges. In hac igitur civitate materno egressus utero ... *b*, & parentibus ipsius divitiis reliquisque opibus *c* multùm abundantibus (hi Petrus & Leontia nominabantur) clarissimus ac celeberrimus Pater noster in salutari baptismate dictus est Elias, Deo disponente: neque id inaniter, ut existimo, neque otiosè, sed nomine operationem huic concordem & germanam exprimens. Nam solis *d* instar in partibus Occidentalibus ortus, usque ad Orientem operum suorum radiis luxit. Parentes verò, cùm viderent ipsum puerum elegantem, veluti contigit de divino Moyse, moribusque honestis & animæ dotibus ornatum, ætatem verò puerorum jam ingressum, & capacem ad virtutis exercitationem, applicuerunt ipsum studio sacrarum Litterarum. Proficiebat verò, quemadmodum dicit divinum Eloquium, sapientiâ & ætate & gratiâ

E *Sancti patria, natales, pueritia, studia litterarum:*

a

b

c

d

C 4 Μιᾷ οὖν εἰς τὴν κυριακὴν φοιτήσαντος αὐτὸν πρὸς μετάληψιν τῶν θείων μυστηρίων, αἴφνης ἐφίσταται μοναζων πλησίον αὐτοῦ, μέγας τῷ βίῳ, ὡς ὑποδέδυκται, διορατικῷ τε χαρίσματι κεκοσμημένος. Ὃς καταυοήσας τὴν μέλλουσαν θείαν χάριν, φησὶ ἐρυθρᾷ ἱματίῳ αὐτὸν λέγει· Ἀπόβαλοῦ τὸ ἐρυθρόν ἱμάτιόν σου, τέκνον, ὑπὸ σὲ νυν. Τοῦτο γὰρ οὐ συντελεῖ πρὸς φρονησιμὸν τῇ νεότητι· ἀλλὰ καὶ εἰς βλαβερὰς ἡδονὰς ἕλκει τοὺς προσθέντας. Ἔνδυσαι οὖν ἱμάτιον σωτηρίου καὶ χιτῶνα ἀφθαρσίας, καὶ χρηστὸν ζυγὸν ἐπὶ Χριστοῦ ἐπὶ σε αὐχένα ἄρας, καὶ τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ ἐπόμενος, κληρονόμος γενήσει τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν, ἃ ἡτοίμασε τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, ὡς γὰρ προέγνω καὶ προώρισεν τὰ κατὰ σὲ, ὁ ἀφορίσας σε ἐκ κοιλίας μητρός σου. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Παῖς, καὶ ἐνεὸς γενόμενος, καὶ ὅλος διόλου τῇ ἀπροσδοκήτῳ ἐπαγγελίᾳ τοῦ ἀνδρὸς φόβῳ μεγάλῳ ληφθεὶς καὶ κλονηθεὶς ἀπῆει εἰς τὸν ἑαυτοῦ οἶκον, συντετριμμένη καρδίᾳ λέγων· Τίς ὁ λόγος αὐτὸς ὁ καινὸς πρὸς ἐμὲ τὸν ἄγνηβον, καὶ ταῖς φρεσὶν νηπιάζοντα; πῶς δυνήσομαι ἐνεαζούσῃ ἡλικίᾳ καὶ φρύγοντι σώματι τὰ πεπυρωμένα βέλη τῶν ἡδονῶν ἐναποσβέσαι; οἵῳ δὲ τρόπῳ ἐξισώσω ἐν τῷ ῥηπαρῷ καὶ ὀσφρήνῳ μου σκεύει τὸ σώματος διατελεῖν τὴν ἀγγελικὴν ἀπόναθεν πολιτείαν; ἡ γὰρ ἰσχὺς τοῦ ταῖς ἡδοναῖς πειραζόντος ἐχθροῦ καὶ κεκραταιωμένου τοῦ Ἰὼβ ὑπὸ σοφοῦ λέγεται εἶναι ἡ δύναμις αὐτοῦ ὑπὸ ὀμφαλοῦ γαστρός.

miro modo vocatus ad vitam monasticam.

4 Quadam igitur die, eunte ipso ad ecclesiam, ut communicaret divinis Mysteriis; derepente adstat prope ipsum monachus, excellens vitâ, ut apparuit, discernendi verò gratiâ ornatus. Hic intelligens futuram gratiam divinam, de rubro vestimento ipsius dicit: Abjice rubrum vestimentum tuum jam nunc, fili: hoc enim non conducit juventuti ad prudentiam acquirendam; sed ad noxias quoque voluptates trahit illos, qui taliter vestiuntur. Indue igitur vestem Salutaris & tunicam incorruptionis: suave Christi jugum humeris tuis imponens, & vestigia ipsius sequens, hæres fies æternorum bonorum, quæ præparavit Deus diligentibus se: sic enim præscivit & prædestinavit spectantia ad te, qui te prædestinavit ab utero matris tuæ *e*. Hæc audiens Puer, & obmutescens, totusque penitus ob inexpectatum viri nuntium ingenti timore correptus & perculsus, abiit in domum suam, corde contrito dicens: Quis novus hic fermo ad me impuberem, & puerum intelligentiâ? Quomodo potero in ætate adolescenti & corpore ardente ignita voluptatum tela extinguere? Quo autem modo in fordido & testaceo corporis mei vase perficere potero, ut angelicâ gaudeam vivendi normâ? Nam fortitudo per voluptates tentantis inimici secundum divinum Jobi oraculum in lumbis esse dicitur, virtus verò in umbilico ventris.

d

A. DISCIPULO MONACHO. *de ea diu deliberat : manensque interim apud parentes*

5 Neque verò hîc eſt, ut exiſtimo, aliquod monaſterium, quod ingredi poſſim ac inhabitare ad carnem ſpiritui ſubjugandam. Mentem verò convertens ad antiquos patres, ſe ipſe excitat & conſolatur, dicens : Quomodo Job quidem in proprio ſtercore per patientiam ad juſtitiam pervenit ? Abraham verò per hoſpitalitatem & fidem amicus Dei divino declaratur teſtimonio ? Joſeph propter averſionem à peccato magnam in cunctis generationibus adeptus eſt gloriam. Elias verò & Eliſæus jejuniis & orationibus perpetuò vacantes, prodigiis & ſignis exornati ſunt. Hos igitur & ego imitaturus, veſtigans diſtribuam petentibus, quæ penes me habeo ; attenuabo corporis mei craſſitiem, & ſpiritui ſubjiciam ; vacabo jejuniis & lectionibus, & ſic omne vitæ meæ tempus tranſigens in patria mea, partem cum ipſis & ſortem habebo in regno cælorum *f*. Dum igitur hiſce rationibus in mente ſua Beatus modo prædicto vivere proponeret, ferventer divinam orabat miſericordiam, ut oſtenderet voluntatem ſuam. Timebat verò & angebatur, ne fortè per ratiocinia ab inimico, ut imperfectus & ſtolidus, deciperetur.

piè vivit. Timens verò, ne cogeretur ad nuptias,

B

f

6 Tunc diligenter ſe ipſe ab omni vitæ negligentia coercuit,.. reſpiciens, ut operoſa apis, ad illos, qui ſacras Scripturas habent in pretio, omnes ex ipſis virtutis flores colligens *g*... Ubi annum ætatis decimum octavum agebat, rurſum audivit Dominum in Euangelio dicentem : Qui non renuntiaverit omnibus, quæ poſſidet, & tollens crucem ſuam ſequatur poſt me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Alia Scriptura rurſum conſona clamante : Exite de medio eorum, ſeparamini, & pollutum mundum nolite tangere, dicit Dominus. Quis enim apud ipſos ſignum umquam fecit ? Quis mortuos excitavit ? Quis dæmones ejecit ? Nullus profectò. Omnia hæc monachorum ſunt præmia, quæ mundus donare non poteſt. Ubi intellexerat, quòd ipſum parentes vel invitum legitimo jungere vellent matrimonio, triſtitiâ correptus eſt, qui plenus erat lætitiâ : nam angelicam & puram... converſationem amabat, & cognominis ſibi Eliæ venerabatur vitam. Totus porrò incendebatur divino deſiderio & incaleſcebat, præſentes divitias nihil eſſe exiſtimans, & natalium felicitatem tamquam curſus ſui impedimentum.

cupienſque vitam ampleſti monaſticam, fugit cum ſocio in Siciliam,

C

7 Exponens igitur matri pium ſuum affectum, quódque divinus amor animæ ſuæ imperaret, ut exiret, ſicut Abraham, ex cognatione ſua, & ex domo paterna ; acceptiſque in hunc finem ab ipſa mandatis, ut, poſt experimentum ſumptum optimæ & præclaræ ſortis, quam elegerat, ad conſolationem & gaudium ipſorum reverteretur, propriæque patriæ fieret inquilinus ; ac invento deinde adoleſcente, qui in amore divino ejuſdem erat animi, menteque concors, & carnali conſanguinitate ipſi conjunctus, ſimul trajecerunt modicum, quod ibi eſt pelagus, atque in Siculorum venerunt inſulam. Dum verò loca diligenter circumirent, quietum & inacceſſum quærentes, ut aliquem, ſicut factum eſt, impetrarent, ab aliquo habitationem acceperunt in S. Auxentii eccleſia, quæ erat apud viam excelſi collis S. Niconis *h*, omni quidem revera corporum ſolatio deſtituti, ſed verbo Dei & ſpe ſuſtentati.

h

ſed ea vitam eremiticam deſerente, Romam navigat.

8 Dum in hiſce partibus moram trahebat, comes Sancti, ad certamina & labores inexpertus, pœnitentiâ ductus, pertæſuſque viæ ſalutiferæ, quòd voluptatum quàm Dei eſſet amantior, reverſus eſt retro, quemadmodum canis ad vomitum ſuum, ut perpetuò in luto cupiditatum ſuarum volutaretur. Poſtmodùm à Saracenis interfectus, duplici morte occubuit. Tunc ſanctus pater noſter Elias de receſſu illius, qui palæſtram aſceticam deſeruerat, magis verò de interitu,

5 Οὐ δέ γε καταγώγιον μοναςῶνων ἐνταῦθα D
συνέςηκεν, ὡς οἶμαι, ἐφ' ὅπερ εἰςελθὼν, καὶ ἔσιος γενόμενος ὑποτάξω τὴν σάρκα τῷ πνεύματι. Ἐν νῷ ἔχων λαβὼν σὺν πάλαι περιπόρως, ἑαυτὸν παρεθαρρύνε, καὶ παρεμυθεῖτο λέγων· Πῶς μὴν Ἰὼβ ἐπὶ τῆς ἰδίας κοπρίας δι' ὑπομονῆς ἐδικαιώθη ; Ἀβραὰμ δὲ διὰ τῆς φιλοξενίας καὶ πίςεως φίλος Θεοῦ μεμαρτύρητο. Ἰωσὴφ δὲ ἀποτροφὴν ἁμαρτίας μέγα κλέος ἐν πάσαις γενεαῖς κύρηται· Ἠλίας δὲ καὶ Ἐλισσαῖος νηςείαις καὶ προσευχαῖς διηνεκῶς σχολάζοντες, τέρασι καὶ σημείοις κατεκομίσθησαν *. Τύτους δὴ κἀγὼ μιμησάμενος, ἰχνηλατήσας διανεμῶ τὸ πρόσοντα μοι τοῖς χρήζουσι, λεπύνω μὲ τὸ παχυμερὲς τοῦ σώματος, καὶ ὑποτάξω τῷ πνεύματι, σχολάσω νηςείαις καὶ ἀναγνώσεσι, καὶ ἕτω διατελῶν ἐν τῇ πατρίδι μὲ τὸ ἅπαντά μοι χρόνον, σὺν μέρος καὶ κλῆρον σὺν αὐτοῖς ἐν τῇ τῶν ἐσομένων βασιλείᾳ. Τύτοις ἓν τοῖς λόγοις συνθεμένη τὸ μακαρίᾳ ἐν τῇ ἰδίᾳ διανοίᾳ πιςύτω πολιτεύεσθαι, θερμῶς τὸ θεῖον ἐλπίσαι δεῖξαι αὐτῇ τὸ θεῖον θέλημα· ἐδεδοίκει δὲ καὶ ἠνιᾶτο, μὴ πῶς ὑπὸ τῶν λογισμῶν ὑπὸ δ ἐχθροῦ, ὡς ἀτελὴς καὶ ἠλίθιος πεπλάνητο.

** fortè κατεπηχθσμήθησαν*

6 Τότε σωέσειλεν ἑαυτὸν ἐπιμελῶς ὑπὸ πάσης ἀδιαφορίας βιοτικῆς...., ἐγκύπτων ὡς φιλεργὸς μέλιττα, τοῖς πόνοις τῶν θείων γραφῶν, πᾶν ἄνθος ἀρετῆς ἐξ αὐτῶν ἐσκυζόμενος... Γενόμενος δὲ ὡσεὶ ἐνιαυτῶν ὀκτωκαιδεκάτου ἔτους, ἤκουσεν αὐτοῦ E
δ Κυρίου λέγοντος· Ὅσις οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ὑπάρχουσιν αὐτοῦ, καὶ ἄρας τὸν σταυρὸν αὐτοῦ ἀκολουθεῖ ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Καὶ αὖθις ἑτέρας γραφῆς σύμφωνα βοώσης· Ἐξέλθατε ἐκ μέσου αὐτῶν, ἀφορίσθητε, καὶ ἀκαθάρτου κόσμου μὴ ἅπτεσθε, λέγει Κύριος. Τίς γὰρ πώποτε ἐκείνοις θαῦμα πεποίηκε πώποτε ; τίς νεκροὺς ἤγειρε ; τίς δαίμονας ἀπήλασεν ; οὐδεὶς γάρ. Ταῦτα πάντα μοναχῶν τὰ ἔπαθλα, ἃ κόσμος χαρίσασθαι οὐ δύναται. αὐθομολῶ τε ὅτι καὶ ἄκοντα βέλοντα αὐτὸν οἱ τεκόντες νομίμῳ γάμῳ προσομιλῆσαι, ἐν ἀζυμίᾳ γέγονεν ὁ τῆς ἀζυμίας ἀναπλεως· τὸν γὰρ ἀγγελικὴν καὶ ἀκήρατον... ἠγάπα διαγωγὴν, καὶ τὸ ὁμονύμως Ἠλίᾳ ἠσπάζατο βίον. Καὶ ὅλος τῷ θείῳ πόθῳ ἀνεφλέγετο καὶ ἐθερμαίνετο, τὸ ὄντως πλοῦτον λογιζόμενος εἰς ὀδὲν, καὶ τὴν ἀκληρίαν δὲ γένος ὡς δρόμου ἐμπόδιον.

7 Ἀναθεὶς ἓν τῇ μητρὶ τὸ ὁσιβῆ αὐτοῦ λογισμὸν, καὶ ὅτι θεῖος ἔρως καθῆψε τῇ ψυχῇ αὐτοῦ ἐξελθεῖν καθάπερ Ἀβραὰμ ἐκ τῆς ἰδίας συγγενείας, καὶ ἐκ δ πατρικῆς οἴκου· ἐντολάς τε παρὰ αὐτῆς δεξάμενος, τὸ μὲν πεῖραν τῆς αἱρέσεως καὶ ἀγαθῆς μερίδος, ἧς ἐξελέξατο, πρὸς παράκλησιν καὶ ἀγαλλίασιν αὐτῶν, αὖθις ὑποστρέψας, τῆς ἰδίας πατρίδος γένηται μεταναύτης· εἶτα σύμψυχον ἐν τῷ αὐτοῦ θείῳ ἔρωτι καὶ ὁμόφρονα ἄρρεν νεανίαν, ἴδιον κατὰ σάρκα, διαπερώσαντες ὁμοῦ τὸ αὐτόθι μικρὸν πέλαγος, τὴν Σικελῶν καταλαμβάνουσι νῆσον. Τὰς δὲ τόπους περινοήσαντες ἐπιμελῶς, ἡσυχόν τε καὶ ἄβατον ἐπιζητήσαντες, πρὸς τὸ, ὡς ἔτυχεν, ἀγείσκεσθαι, παρά τινος κατοικίζοντος ἐν τῷ ναῷ δ ἁγίου Αὐξεντίου, τῷ ὄντι παρὰ τὴν ὁδοιπορίαν δ ὑψηλὸς βουνὸς δ ἁγίου Νίκωνος, πάσης μὲν, ὡς ἀληθῶς, τῆς σωματικῆς παρακλήσεως ὑστερούμενοι, τῷ δὲ θείῳ λόγῳ καὶ τῇ ἐλπίδι πεφορούμενοι,

8 Καὶ χρονοτριβήσαντος τοῖς ἐκεῖσε μέρεσι, μεταμεληθεὶς ὁ ἀγώνας καὶ ἀφειδέπονος συνοδοιπόρου δ ὁσίου, καὶ ἀκηδιάσας ἐκ τῆς ζωὴν φερούσης ὁδοῦ, φιλήδονος ὢν, καὶ ὁ φιλόθεος, ὑπέστρεφεν εἰς τὸ ὀπίσω, καθάπερ κύων ἐπὶ τὸ ἴδιον ἔμετον, δ διηνεκῶς ἐν τῷ βορβόρῳ τῶν παθῶν κυλίεσθαι· μὴ ταῦτα ὑπὸ Ἰσμαηλιτῶν ἀνῃρεθεὶς διπλοῦν θάνατον πέθνηκε. Τότε ὁ ἡμαρμένος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας ὕπνῳ τῇ ἀναχωρήσει δ λιποτακτήσαντος ἐκ τῆς ἀσκητικῆς παλαίστρας, μᾶλ-

A μᾶλλον ἢ ἀπωλείας, θεέλυπτο σφόδρα ἀγόμενος, τοῖς δάκρυσι καὶ ὀλολυγμοῖς πολλῷ μᾶλλον ἑαυτὸν διετάραξεν, ἐμνήσθη γὰρ κυριολέκτου φωνῆς λεγούσης· Ἀνάθεμα οἱ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα· καὶ διὰ τῷ ἑνί, ὅτι ἐὰν πέσῃ εἰς τὸ ὕπνον, ἢ ἀκηδίαν ἢ ῥαθυμίαν, οὐκ ἔστιν ὁ ἐγείρων αὐτόν. Αὐτίκα οὖν κατελθὼν ἐν τῷ αἰγιαλῷ, καὶ περινοίᾳ ἁγίᾳ κινδεμόνος Θεοῦ πλοῖον εὗρεν, πλοῦ πρεῖαν ἔχοντα τὰ μέρη Ἰταλίας ποιούμενον, ἀνέμου τε ἐπιτηδίου πνέοντος, πλοῦ πρεσβυτέραν Ῥώμην γυμνὸς παντὸς ἡλικοῦ, πλὴν ὅπερ ἐνεδιδύσκετο, καταλαβὼν, λούει τὰς βήκας τῶν ἐνδόξων Ἀποστόλων τοῖς θερμοῖς δάκρυσι, φιλοπύστῃ πόθῳ τοῖς χείλεσιν, ἀντλεῖ ἄφθονον χάριν ἐξ αὐτῶν, ὡς ἔλαφος ἐπιποθοῦσα ἐπὶ πηγῶν ὑδάτων.

vehementer contristatus, lacrymis & ejulatibus se multò magis afflixit. Recordabatur enim Dominicæ vocis, dicentis: Melius est duos esse simul, quàm unum: &: Væ soli, quia cùm ciderit in soporem, in negligentiam vel pigritiam, non est, qui excitet illum. Itaque statim pergens, ad littus, ac providentiâ divinâ inveniens navem, quæ versus Italiæ partes cursum dirigebat, vento prosperè flante, Romam, nudus omnibus aliis, præterquam vestimentis, quæ induerat, pervenit, ac sepulcra glorioforum Apostolorum calidis lavat lacrymis, amplectitur desiderii labris, haurit abundantem ex illis gratiam, ut cervus sitiens ex fontibus aquarum. A. DISOLPULO MONACHO.

ANNOTATA.

a Regium, *aut* Rhegium, *antiquissima est civitas in Bruttiorum provincia, sive in Calabriæ ulteriore ad fretum Siculum. Caput est illius provinciæ, & urbs archiepiscopalis. Dum verò auctor ait, illam esse primam totius Occidentis, Siciliam non obscurè annumerat imperio Orientali. Hoc eum facere existimo, quia Sicilia ante irruptionem Saracenorum, qui seculo* x, *quo scribebat, in ea dominabantur, diu paruerat imperatoribus Græcis*

b *Hîc phrasim mendosam omisi, cùm quia nimis erat ambigua & mendosa, tum quia nihil continet præter verba superflua de nativitate.* B

c *Nobilitatem quoque parentibus adscribunt interpretes ambo, Latinus & Italus, uti & auctor compendii. At id ego in textu Græco invenire nequeo, nisi quis amplas divitias sine generis nobilitate esse non potuisse existimet.* E

d *Ita ratiocinatur auctor, quia* ἥλιος sol, *&* ἡλίας Helias *unicâ tantùm litterâ differunt. Nam ille fortasse nomen* Elias *cum signo aspirationis scripsit, cùm in apographo subinde cum aspirationis nota, subinde sine illa sit scriptum.*

e *Ambo interpretes hæc monachi illius verba tantùm compendio dederunt. Dubitari potest, an verba à monacho dicta non fuerint studio scriptoris utcumque amplificata.*

f *Hujusmodi ratiocinia sunt potiùs auctoris quàm Sancti, cujus deliberatio iis exponitur.*

g *Omisi hîc verba paucula, quibus significabatur, eum collectos virtutum flores cordi suo inseruisse: sed nimis erant mendosa.*

h *S. Nicon cum sociis martyrio coronatus est prope Tauromenium Siciliæ urbem in monte, de quo hîc fit mentio. Acta S. Niconis, at non satis certæ fidei, data sunt ad* 23 *Martii. Hinc colligimus, habitationem illam* Eliæ *fuisse inter Tauromenium & Messanam. At ignoramus, quis ille S. Auxentius, de cujus ecclesia loquitur auctor: nam varii sunt Sancti illius nominis.*

CAPUT II.

Sancti vita austera: visio patri ipsius oblata: habitatio Eliæ cum Ignatio eremita: reditus in patriam, ubi monasticam vitam exercet sub disciplina Arsenii prope Regium.

C F

Καὶ δὴ θεελείλας ἑαυτὸν ἐν οἰκίσκῳ σμικρωτάτῳ, ἣν ὑποπέζων τὸ σῶμα καὶ σκιτάκιον θείνῃ καὶ δείψει, ψύχει καὶ γυμνότητι, ποτὲ μὲν δι' ἓξ δύο ἑσπερῶν, ποτὲ δὲ δι' ἑπτῶν, καὶ ἀποχὴν διετέλει ὅλην τὴν ἑβδομάδα, ὥστε ἐκ τῆς ἄγαν κακοχρείας, καὶ τῶν θερμῶν δακρύων λεπτυνωθῆναι τῷ σώματι καὶ εἰκέναι σκιᾷ φανάτῃ. Ἦν γὰρ καὶ λιμὸς ὑπερφυὴς ἄγαν σφόδρα, ὥστε τοὺς πτωχοὺς καὶ πενομένους, καὶ ἐν πυλῶσι τῶν πλουσίων ἀποθνήσκειν. Ὁ πατὴρ δὲ Μακαρίου ὑπὸ τῆς ἀφαντώσεως τοῦ υἱοῦ, θάμβῳ ληφθείς, ἤρξατο τίλλειν τὴν ἑαυτοῦ πώγωνα, καὶ τὰς παρειὰς τοῖς δάκρυσι βρέχων, ἔλεγεν· Οἴμοι τέκνον ἡμῶν γλυκύτατον, πῶς ἀφείθης ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἡμῶν ἐκ νεοσσίας, ἐκ κοιλίας· καὶ οὐκ ἴσμεν, τί σοι γέγονεν, ἢ τι συμβήσεταί σοι. Εὐμενῶς δὲ τὴν Θεὸν ἐκλιπαρῶν περὶ τοῦ Μακαρίου, τότε τις ἄγγελος φάντης, Θεοῦ ἀποκάλυψις φαίνεται αὐτῷ καθ' ὕπνους, λέγουσα· Κῦρε Πέτρε τί ἅτως ἀπο-

Porrò includens se ipse domunculæ minimæ, affligebat & extenuabat corpus suum fame & siti, frigore & nuditate, aliquando duobus, aliquando tribus diebus manducans, & totâ hebdomadâ abstinens *a*, ita ut præ nimia corporis vexatione, & fervidis lacrymis, totus esset corpore attenuatus, & umbræ mortis non absimilis. Nam & fames gravissimè invalescebat, ut pauperes & advenæ etiam in atriis divitum morerentur. Pater Beati, quia disparuerat Filius, timore correptus, cœpit vellere barbam, & malas lacrymis irrigans, dicebat: Hei mihi, suavissime fili, quo modo dimissus es ab oculis nostris, ex nido, ex utero; & nescimus, quid tibi contigerit, aut eventurum tibi sit! Dum verò cum affectu benevolo Deum rogat pro Filio, quid ipsi contigerit, visio divina apparet ipsi in somno, dicens: Domine Petre, ut quid tantopere lamentaris, tantâque affec- *Dum vitam austeram ducit Romæ, parentes de eo sollicititi,*

A. DISCIPULO MONACHO.

ctus es triſtitiâ propter Filium tuum? Ille verò talis viſionis inexpertus, reſpondebat tremens, & dicit ei, qui fuerat locutus: Domine, quomodo non lugeam, & non deſcendat ſenectus mea cum dolore ad infernum? Nam latenter exivit, & ad terram peregrinam diſceſſit Unicus meus, nihil ſecum ſumens, præter opes, proprii corporis, & hoc ipſum ſibi abſtulit. Nam unimanus eſt, Domine, nec ſatis habilis, ad acquirenda corpori neceſſaria.

viſione patri in ſomnis oblata recreantur.

10 Hic verò ipſi dixit: Ego cum ipſo ero in omni loco, ut eripiam ipſum ab omni tribulatione, & in fame nutriam. Confortavi enim ipſum, ut ſerviat mihi in ſanctitate & juſtitia. Hæc audiens pater Beati, mox è ſomno *b* excitatur tremens, expoſitaque uxori viſione tota, una voce dederunt gloriam Deo, qui dignatus fuerat talem hoſtiam ex lumbis ipſorum gratam ſibi accipere. Et ſanè una tantùm manu utebatur Sanctus, quod ex inexpectato, qui à pueritia ei ſupervenit, lapſu contraxerat, â quodam juvene coætaneo truſus ex loco ſublimi: nam deorſum delatus manum in terram protendit, contritique ſunt ipſius digiti. Cùm igitur ſtatim adeſſet medicus ignorans & imperitus, narthece obligavit manum Pueri; tenuique filo circumligavit, intrepidè manum teneram conſtringens, donec diebus octo digiti ipſius decciderent. Hinc UNIMANUS cognomen, tamquam fauſtam appellationem ſortitus eſt. Hæc occaſio & cauſa Viro ſanctiſſimo facta eſt fugiendi mundum & Deo placendi.

b

B

Sanctus verò viſitur ab Ignatio monacho,

11 Quando ſanctus Pugil, ſicut prædictum eſt, Romæ in exiguo perſtabat habitaculo, ac frequenti Scripturarum meditationi orationique inſiſtebat; cœpit boni oſor inviduſque dæmon ad memoriam & deſiderium parentum cor ipſius movere, & ad puerorum in ſchola exercitationem, ita ut cum fletu modiciſſimum caperet cibum. Præterea monachus aliquis, jam antè vitâ eremiticâ magnus, nomine Ignatius, intravit ad ipſum, ubi erat, & videns habitaculum amarum, veſtem ſquallidam, ac vultum pallentem... beati Pugilis, dicit ipſi: Unde es, frater? & quomodo hîc perduras in tanta neceſſitate famis & frigoris? Video enim te recenter ex regione peregrina veniſſe. At ille humilis & mitis corde ante ipſum provolutus eſt in terram, dicens: Venerande pater, ex provincia ſum Calabria, civitate Regio, deſiderabamque venerari honoranda ſepulcra Principum Apoſtolorum. Elongavi fugiens; atque hîc manſi. Magnus verò dixit: Et quis tibi modicum panem ſuppeditat? Tunc beatus Elias, producens modicum vas teſtaceum, ante ipſum poſuit parva panis fruſta, dicens: Mentiri neſcius Deus, qui dixit per Apoſtolum: Non te deſeram; ipſe eſt, qui dat eſcam omni carni.

C

cujus diſciplinæ ſe ſubjicit: liberatur latronum violentiâ,

12 Admiratus igitur Juvenis patientiam fiduciamque de Deo, ſenex ei dixit: Sequere me, Fili, nihil ſolicitus: nam Deo cura eſt de nobis. Jucundum verò erat videre, quomodo Juvenis ſenem ſequeretur, ac obediret in omnibus tamquam rationis expers, qui rationalis erat uſque ad exſecutionem, contradicere neſcius. Quadam die, cùm Beatus à præpoſito ſuo miſſus eſſet extra urbem Romam, incidit in paſtores illius, cujus erat locus, homines crudeles moribuſque atque operibus truculentos. Hi autem, ubi viderant Juſtum eſſe extraneum & peregrinum, cogitaverunt ſanguinem Juſtum injuſtè effundere, ſumptis in manu fuſtibus, & invicem innuentes, ut crimine & malitiâ carentem in capite percuterent. Beatus verò manus ad cælum elevavit, dicens: Qui eruiſti Danielem à voracibus leonibus,

δύρεσαι, καὶ φείλυπ@ ἐγένε ἕνεκεν ⸗ ἧς σε ⸗ D
Ὁ δὲ ἀπεκρίνετο ὧν τοιαύτης ὀφέσεως ἐντρομ@, καί φησι πρὸς τὸν λαλήσαντα· Κύριε πῶς μὴ θρηνήσω, καὶ κατέλθῃ τὸ γῆρός με μετὰ λύπης εἰς ᾅδην; ὅτι ἐξῆλθεν λαθραίως, καὶ ἀπεδήμησεν ἐν ἀλλοδαπῇ γῇ μονότατος, κἀδὲν μεθ' ἑαυτοῦ εἰληφὼς πλὴν πλέτε οἰκείε σώματ@, ⸗ τοῦτο παραμείψας· μονόχειρος γάρ ἐστι κύριε, ⸗ οὐκ ἰσχυρὸς πρὸς ἀναγκαίαν χρείαν ⸗ σώματ@.

10 Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν φησιν· Ἐγὼ συμβήσομαι σοὶ αὐτῷ ἐν παντὶ τόπῳ ἐξαιρούμ@ αὐτὸν ἐκ πάσης θλήψεως, καὶ διατρέφων ἐν λιμῷ· ἠρετησάμην γὰρ αὐτὸν λατρεῦσαι μοι ἐν ὁσιότητι ⸗ δικαιωσύνῃ. Ταῦτα ἀκούσας ὁ πατὴρ ⸗ μακαρίε, διανίσατ@ ἀπὸ ⸗ ὕπνε ἔντρομ@, καὶ τῇ συζύγῳ τὰ ὀφεχθέντα διηγησάμεν@, μιᾷ φωνῇ ἔδωκαν δόξαν τῷ εὐδοκήσαντι τοιαύτην θυσίαν εὐάρεστον ἐκ τῆς ὀσφύ@ αὐτῶν δέξασθαι Θεῷ. Καὶ γὰρ ὄντως μονόχειρ@ ἦν Ὅσι@ ἐξ ἀδοκήτε νηπίωθεν συμβεβηκότ@ αὐτῷ ⸗ πώματ@, ὑπό τινο@ συνηλίκε μειρακίε κρουθεὶς ἀφ' ὑψήλε τόπε, καὶ κατολισθήσας πρησήρησεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ τῇ γῇ, καὶ συνετρίβησαν οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ. Αὐτίκα οὖν ὑπισὰς ἀνεπισήμων, ⸗ ἄπειρ@ ἰατρὸς, νάρθηκι πρεδήσας τὴν χεῖρα παιδὸς, λεπτῷ τε νήματι καὶ ἀδεῶς πρεσφίγξας ἀπαλὴν ὖσαν, ἕως ὀκτὼ ἡμέρων ἀπέπεσον οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ· ἐντεῦθεν τὴν μονόχειρ@ πρόνοιαν, ὡς εὐφημίαν, ἀνεπλάτυνεν· αὕτη ἀφορμὴ καὶ αἰτία τῆς ⸗ κόσμε φήμης, καὶ πρὸς Θεὸν εὐαρεστήσεως τῷ τρισσῷ γέγονεν.

11 Τῇ ⸗ Μακαρίᾳ πύκτε, κατὰ προλέλεκται, ἐν Ῥώμῃ περιόντ@ ἐν μικρῷ οἰκήματι, καὶ τῇ συχνῇ μελέτῃ τῶν Γραφῶν, ⸗ τῇ εὐχῇ πρόσκαρτερῶντ@, ἤρξατο ὁ μισόκαλ@, ⸗ φθονερὸς δαίμων εἰς μνήμην ⸗ πόθον τῶν γονέων τὴν καρδίαν αὐτοῦ κινεῖν, ⸗ τὴν τῶ παιδῶν ἐν τῇ σχολῇ διατριβήν, ὥσε μετὰ κλαυθμῷ τὸ βραχύτατον ἐσθίειν· καί τις μονάζων μέγας τὸν ἐρημικὸν βίον ἄνωθεν ἀσπασάμεν@, τέκνομα Ἰγνάτι@, εἰσίει πρὸς αὐτὸν ἔνθαν ἦν· ⸗ ἰδὼν κώμην ἀλμυρὰν, ⸗ αἰσθητὰ ῥερυπωμένην, πρόσωπόν τε ὠχρὸν... ⸗ μακαρίε Πύκτε, λέγει αὐτῷ· Πόθεν εἶ, ἀδελφὲ, ⸗ πῶς διακαρτερεῖς ὧδε ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀνάγκῃ ⸗ λιμῷ, ⸗ ⸗ ψύχος· ὁρῶ γάρ σε ἐξ ἀλλοδαπῆς γῆς πρόσφατον ἐληλυθότα; ὁ ⸗ ταπεινὸς ⸗ πρᾳ@ τῇ καρδίᾳ πρόσεκύνησεν αὐτῷ ὅτι τὴν γὴν λέγων· Σεβάσμιε πάτερ, ἐκ χώρας μέν εἰμι Καλαβρίας, ἀστέως Ρηγίε, ὑπόθεσίαν τε ἔχον ⸗ ἀσπάσασθαι τὰς τιμίας θήκας τῶν κορυφαίων Ἀποστόλων, ⸗ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ἠυλίσθην ἐνταῦθα. ὁ ⸗ μέγας φησίν· Καὶ τίς ὁ πρόσφατος σοι μικρὸν ἄρτον; Τίτε ὁ μακαρίτης Ἠλίας ἐξενέγκας μικρὸν ἄγγ@ ὀστράκινον, ἀπένεγκεν ἔμπροσθεν αὐτοῦ μικρὰ τμήματα ἄρτε, λέγων· Ὁ εἰρηκὼς διὰ ⸗ Ἀποστόλε, ὁ ἀψευδὴς Θεὸς· Οὐμή σε ἐγκαταλίπω, αὐτὸς ἐστιν ὁ δὸς τροφὴν πάσῃ σαρκί.

12 Ἀγαπητὸν οὖν ὁ μέγας τὴν ⸗ Νέαν ὑπομονὴν ⸗ πρὸς Θεὸν πεποίηται, φησι πρὸς αὐτόν· Ἔπου μοι, τέκνον, μηδὲν μεριμνῶν· Θεῷ γὰρ μέλει πρὸ ἡμῶν· Ἦν ⸗ ἰδεῖν τὸν Νέον ἑπόμενον τῷ γέροντι καὶ ὑπήκοντα ἐν πᾶσιν ὡς ἄλογον, λογικὸν μέχρι θέσεως, ἀνυπλέγειν μὴ ὑπομένοντα. Μιᾷ ⸗ τῶν ἡμερῶν ἀποσταλεὶς πρὸς ⸗ ὑπισατεῦντ@ ὁ Μακαρίτης ἔξω τῆς πόλεως Ῥώμης ποιμένι ⸗ κρατοῦντ@ τῆς χώρας πρόσπεσε, δεινοῖς ⸗ φονίοις τῷ τρόπῳ ⸗ τῷ ἔργῳ· οἱ ⸗ ἰδόντες τὸν δίκαιον ξένον ⸗ παρεπίδημον ὄντα, συνεβουλεύσαντο ἐκχέαι αἷμα δίκαιον ἀδίκως, καὶ τὰς ῥοπάλας ἐν ταῖς χερσὶ διακρατοῦντες, ⸗ ἀλλήλοις διανεύοντες, πρὸς τὸ τὸν ἀνεύθυνον ⸗ ἄκακον κατὰ τῆς κεφαλῆς κρῦσαι. Ὁ ⸗ Μακαρίτ@ τὰς χεῖρας πρὸς τὸν θεὸν διεπέτασεν λέγων· Ὁ ἐκ νεκρῶν

A μῦ τὸν Δανὴλ ἐκ βόρων λεόντων, σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. Ὁ δὲ τῆς δεήσεως τὸ αὐτὸ θέλων εἰσακόων Θεὸς, ἀπελίθωσεν τὰς χεῖρας τῶν φονευόντων ἀνδρῶν. Καὶ ἦν ἰδεῖν θέαμα ξένον, καὶ ὑπερφυὲς, τὸν ἀμνὸν ἐν μέσῳ τῶν θηρίων ἱστάμενον ἄβλαβῆ καὶ ἀπήμονα, τοὺς φονεῖς ἀκινήτους, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀλλήλους προτρεπομένους. Τότε ὁ Σεβάσμιος σωισθεὶς τῇ τοῦ Θεοῦ ταχείαν ἐπίσκεψιν, ἐξῆλθεν ἐκ μέσου αὐτῶν, μηδὲν δεινὸν πεπονθὼς, δοξάζων τὸν ῥυσάμενον.

13 Ἐφ' ἱκανὸν δὲ χρόνον τριβήσας σὺν μεγάλῳ ἐν πρώτῃ τῇ μοναδικὴν παλαίστραν, εἰς ἄκρον ἐκπαιδεύεται λογισμοὺς καθαίρειν, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ· καὶ οἷον μαχήτης ἀφράγμῳ τοῖς ὅπλοις ἀρετῶν, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς αἰσθητήρια καλῶς ἐγγεγυμνασμένῳ πρὸς διατρίβησιν πονηρῶν, ὑπὸ δὲ γυμνασίᾳ ἐκπέμπεται πρὸς τὴν ἰδίαν πατρίδα, καὶ μικρὸν τοῖς αὐτόθι ἐνδιατρίψας, φήμη τις ῥέουσα πανταχοῦ διέτρεχε περί τινος ἀνδρὸς ὁσίου, αὐτόθι τις πλησίον οἰκοῦντος, καὶ τὸν ἀπράγμονα καὶ ἡσύχιον βίον διάγοντος· Ἀρσένιος ἦν ὄνομα τῷ μεγάλῳ. Οὗ περὶ τὸν ἀγγελικὸν βίον τρωθεὶς ὁ Νέος, καὶ παρ' αὐτοῦ φοιτήσας, τὴν κόμην τῆς κεφαλῆς ἀποκείρεται, καὶ τὸ σχῆμα δι' ἁγίων αὐτοῦ χειρῶν ἀμφιέννυται, ὑποτασσόμενος ὡς δι' ὑγιῶν αὐτοῦ τε, καὶ πᾶσιν ἐν εὐθύτητι καρδίας, καὶ πραότητι πνεύματος, ξύλα κόπτων καὶ ὑδροφορῶν, δεσμεύων λεπτῷ σχοινίῳ τὴν ἀριστερὰν ἐν τῷ ὁμωνύμῳ βραχίονι, καὶ τῇ δεξιᾷ χειρὶ σκαπτῶν ἐπιμελῶς καὶ προθύμως ἔν τε τῷ ἀγρῷ καὶ τῷ κήπῳ, νήστης διακαρτερῶν μέχρι σαββάτου, ὑπὲρ ἄλλων πάντων καθάπερ ἀνεθιόντων. Καὶ γὰρ ἡ προθυμία τῆς ψυχῆς ἰσχὺν ἐδίδου τῷ σώματι. Δεῖ γὰρ, ἔλεγεν, τὴν νεότητα κόπῳ καὶ πείνῃ δαμάζειν, ἵνα μὴ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς, καὶ ὁ γαργαλισμὸς τοῦ σώματος, ὡς κόλακες, ἐπαναστάντες καταβάλωσι τὸν ὑποβάτην, τὸν νοῦν φημι, ἐν βορβόρῳ ἀτιμίας. Ἄδετε καὶ ᾄχετε τῇ καρδίᾳ, ὡς φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· ὁ γὰρ ταῖς χερσὶ κοπιῶν, καὶ τῇ καρδίᾳ ᾄχόμενος, διπλῶς ὁ πιστὸς πλήττει, ταῖς μὲν χερσὶ τοῦ ἐνδεεῖ χειρὶ διακονεῖ, καθὼς καὶ ἡ Μάρθα, τῇ δὲ ᾠδῇ νοητῶς προσκάθηται τοῖς τοῦ πόδας, ὥσπερ καὶ ἡ Μαρία. Ἀμφοτέρων τὸ ἔργον ὁ πιστὸς μιμεῖται, καὶ ἑκατέρωθεν ὠφέρει τὸν καρπὸν τῆς σωτηρίας.

14 Οὕτως τῶν ἀοιδίμων πατέρων ἀγγελικῶς πολιτευομένων ἔξω ὡς μακρὰν τοῦ ἄστεος ἡ Ῥηγία ἐν τῷ μετοχίῳ τῆς διαγοῦς μονῆς τῆς ἁγίας Λουκίας, τῷ λεγομένῳ Μίνδινον, καὶ τῷ Θεῷ ἡσύχως καὶ εἰλικρινῶς λατρευόντων, ἱερεύς τις τῶν λίαν καὶ ἐνδόξων καὶ περιφανῶν τῆς μητροπολεσοστεως *, κατ' ἦ πλεονεξίας, μᾶλλον δὲ ἀδικίας ἄλλης, ἀφείλατο τὸ ἐξαίρετον μάρτυρος τῆς περάσειον Λουκίας· εἶτα νυκτὸς εἰσελθὼν, καὶ δώροις ἱκανοῖς ἐκπλώσας τοῦ ὀφθαλμοὺς τοὺς ἡνίας τῆς χώρας κατέχοντος κριτοῦ, νοῦσιν τὸν πεποίηκε τῇ ἀδικίᾳ, καὶ σώσας τὸν ἀσεβῆ. Οἱ δὲ ὅσιοι πατέρες Ἀρσένιος καὶ Ἠλίας, συνιέντες τὸ γεγονὸς, καὶ λίαν πονήσαντες, ὡς ἱερεῖς καὶ θεῖα ἐμπεπιστευμένοι, τάχιστα παραδόντες πρὸς τὸν κριτὴν, τὴν ἁφαίρεσιν καὶ κτήματος, καὶ τὴν ἄδικον ἁρπαγὴν ἐκδιηγούμενοι, καὶ ὅτι τὸ δίκαιόν ἐστι τὰ τῷ Θεῷ ἀφαιρώματα, καὶ τῇ μάρτυρι, τοῖς κυσὶ γραφικῶς διδόναι. Ὁ δὲ τοῖς δώροις θελχθεὶς, βεβλαμμένος τοῦ τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας, μᾶλλον φρενοβλαβεῖν ὑπεκρίνατο τοῦ ἁγίους, καὶ λῆρον οἰόμενος τοῦ λόγους αὐτῶν. Ὥσπερ ἀποκρίνεται ὁ λαμπρότατος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας, σῦμα ὢν καὶ μεγάλου Ἀρσενίου, παῤῥησίᾳ τε ὀρθοτομῶν τὴν ἀλήθειαν, φησὶ τῷ καθυφαινομένῳ ἐν παῤῥησίᾳ· Μὴ τὴν κατ' ὄψιν, ἀλλὰ τὴν δικαίαν κρίσιν κρίνων, ἀπόδος τὸ ἀδίκως ἀφαιρεθὲν τὸ κτῆμα τῆς μάρτυρος·

B

C

* *fortè* μητροπόλεως

salva me ex hoc periculo. Deus verò, qui preces servorum suorum exaudit, ut manus virorum iniquorum lapidescerent *c*, efficit. Spectaculum sanè erat mirabile & naturalem superans potentiam, videre Agnum in medio ferarum stantem, illæsum, incolumem; homicidas verò immotos, atque oculis, invicem adhortantes. Tunc Vir venerabilis, perspecta celeri visitatione Dei, exiit de medio illorum nihil mali passus, glorificans liberatorem Deum.

A. DISCIPULO MONACHO.

c

13 Postquam multo tempore sub magno illo magistro in monastica palæstra versatus fuerat, accuratè docetur ratiocinia destruere, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei. Et sicut bellator virtutum armis circumdatus, & animæ instrumentis rectè exercitatus ad conterendos malignos *, à magistro dimittitur in patriam suam, ibique manet tempore modico. Fama tunc quocumque currebat de quodam viro sancto, qui inde non longè habitabat, ac vitam ducebat negotiorum expertem & quietam. Arsenius erat viro magno nomen. Itaque amore vitæ angelicæ vulneratus Juvenis, ad ipsum accessit, comam capitis tonsus deponit, & habitu per sanctas ipsius manus induitur, subjectus, ut mentis candidæ, tam ipsi quàm omnibus in rectitudine cordis, ac mansuetudine spiritûs; ligna scindens, aquam portans, tenui fune sinistram in brachio synonymo vinciens, & dextera manu diligenter ac alacriter fodiens, sive in agro, sive in horto, jejunus usque ad sabbatum *d*, instar aliorum omnium manducantium perdurans. Alacritas enim animæ robor corpori subministrabat. Quippe, inquiebat, juventutem labore & fame domare oportet, ne animæ affectiones & corporis titillatio, tamquam adulatores, insurgant, dejiciantque rectorem, mentem, inquam, in lutum ignominiæ. Cantate & orate corde, ut dicit divinus Apostolus. Si quis enim manibus laborat & orat corde, talis dupliciter ditatur: manibus quidem per egenos Christo famulatur, sicut Martha; per orationem mente sedet ad pedes, quemadmodum fecit Maria: utriusque opus talis imitatur, & ex utroque haurit fructum salutis.

Remissus in patriam, Arsenio monacho se jungit:

* dæmones

E

d

14 Dum venerandi patres hoc modo angelicè vivunt non longè extra urbem Regium in cella sanctæ conversationis solitariæ, dicata S. Luciæ, quæ dicitur Mindinum, ac Deo quietè ac sincerè serviunt; sacerdos aliquis, clarus admodùm & spectabilis metropolitanæ ecclesiæ *e*, ut erat cupiditate habendi, aut potiùs injustitiâ superatus, abstulit electum suburbium martyris Luciæ: deinde noctu ingressus, donisque multis excæcans oculos ducis, qui præerat provinciæ, *g*. . . effecit, ut hic consentiret injustitiæ, & salvum præstaret impium. At sancti patres, Arsenius & Elias, intellecto facto, vehementer contristati, utpote quibus sacrorum & divinorum cura erat concredita, velocissimè accedunt judicem, ablationem possessionis injustamque rapinam enarrantes, dicentesque æquum non esse, ut, quæ Deo & martyri ablata erant, canibus, ut loquitur scriptura, traderentur. Ille verò donis delinitus, indeque mentis ac intelligentiæ damnum passus, respondit, insanire potiùs Sanctos, seque verba eorum pro deliratione habere. Respondens celeberrimus pater noster Elias, qui os erat magni Arsenii, liberèque veritatem rectèque eloquebatur, dicit iniquè agenti cum libertate: Non secundum faciem, sed justum judicium judicans, redde possessionem martyris injustè ablatam. Nam scriptum est: Nolite sperare in

illi deinde possessione sua injustè spoliati, eamque rectè petenti

e

g

A. DISCIPULO MONACHO.

iniquitate, & rapinas nolite concupiscere; & quia ignis comburet domos munera accipientium.

aliâ affecti injuriâ, Deum habent vindicem.

15 Tunc injustus judex, facie immutatus iràque exæstuans, præcipit adstantibus, ut Sanctum in collo ac in malis percuterent. Unde ille, ut immobilis patientiæ turris, hanc ignominiam fortiter ferens, silentium potiùs exercuit. Compatiens igitur divinus Arsenius, & in cælum aspiciens, lamentabilem emittit vocem, hæc dicens: Martyr Domini, injustè verberamur: Domine, justa judicans. Sic autem revertentes Sancti ad habitaculum proprium, ac lacrymis pavimentum rigantes, rogabant Deum, ut injuriam non negligeret. In eadem verò nocte obstructio infernè orta est injusto judici ab indignatione divina, ac tumefactus pelle, quemadmodum sacculus, propemodùm ventre disruptus est, ut viscera ipsius in terram effunderentur. Tunc in memoriam revocans iniquitatem suam, oculumque omnia videntem justi Judicis, mane abit cum diligentia ad venerandos patres nostros, multos mellis favos secum ferens & uterum olei cum satellitio suo, confitens se peccâsse in Deum & in Sanctos, ac, Reddo, inquit, B ablatam injustè martyris possessionem. Respondent Sancti, & dicunt ei: Hæc dicit Dominus: Dispone de domo tua: moreris enim tu, & non vives. Quæ verò accepisti & accumulâsti, cujus erunt? Sic ad prætorium suum reversus, intra tres dies mortuus erat miser, justum statuens iniquitatis suæ judicium, miserabilem atque invisam mortem.

15 Τότε ἄδικος κριτὴς ἀλλοιωθεὶς τῷ προσώπῳ, καὶ ὑπερζέσας τῷ θυμῷ, κελεύει τοῖς παρεστῶσι ῥαπίσαι τὸν Ὅσιον κατὰ δὲ αὐχένος καὶ τῶν σιαγόνων. Ὅθεν ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀκλόνητος πύργος τοιοῦτον τὸν πόνον γενναίως ὑπομείνας, σιωπὴν μᾶλλον ἐξέσκησεν. Οἰμώξας οὖν ὁ θεῖος Ἀρσένιος, καὶ εἰς τὸν οὐρανὸν ἀναβλέψας, θρηνώδη φωνὴν ἀφῆσεν, ταῦτα λέγων· Μάρτυς Κυρίου, ἀδίκως τυπτόμεθα, Κύριε κρίνων δικαία· καὶ ὅτως ὑποστρέψαντες οἱ ὅσιοι εἰς τὸ ἴδιον οἰκητήριον, καὶ τοῖς δάκρυσι τὸ ἔδαφος βρέξαντες, ἐδέοντο τὸν Θεὸν, μὴ παρορᾶσθαι τὸ ἀδίκημα. Ἐν αὐτῇ δὲ τῇ νυκτὶ ἐμφορήσεως γενομένης κάτωθεν ἀδίκῳ κρίσει ὑπὸ θεηλάτου ὀργῆς, καὶ ὀγκωθεὶς τῷ δέρματι, ὥσπερ φύλαξ, παρεβράχυ διερρήγη τὴν γαστέρα, ὥστε διαχυθῆναι σπλάγχνα αὐτοῦ τῇ γῇ. Τότε εἰς ἄθησιν ἐλθὼν τῆς ἑαυτοῦ παρανομίας, καὶ ὅτι πάντα ἐφορᾷ ὁ δίκαιος Κριτὴς, ἔωθεν ἀπέρχεται ἐν σπουδῇ πρὸς τοὺς σεβασμίους πατέρας ἡμῶν, πλείονα μέλι ἀποφερόμενος καὶ ἀσκὸν ἐλαίου, σὺν τῷ ἰδίῳ προσταύματι, ἡμαρτηκέναι ὁμολογῶν εἰς τὸν Θεὸν καὶ εἰς τοὺς ἁγίους, καὶ E ὅτι ἀποδίδωμι ἀδίκως ἁφαιρεθὲν κτῆμα τῆς μάρτυρος. Ἀποκείνονται οἱ ὅσιοι, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· Τάδε λέγει Κύριος· Τάξαι πρὸς ὃ οἶκόν σου· ἀποθνήσκεις γὰρ σὺ, καὶ οὐ ζήσεις. Ὁ δὲ ἐλπίσας καὶ ἐθησαύρισας, τίνι ἔσται; ὅτως ὑποστρέψας εἰς τὸ ἴδιον πρετώριον, ἐντὸς τριῶν ἡμέρων ἐν νεκροῖς ἦν ὁ δείλαιος, δίκην ἀδικον δοὺς τῆς ἑαυτοῦ παρανομίας, τὸν οἰκτρὸν καὶ ἀόρατον θάνατον.

ANNOTATA.

a *Quæ de jejunio dicuntur, duplici modo possunt exponi; primò quòd aliquando duobus aut tribus diebus jejunaret, & subinde etiam totâ hebdomadâ, prout Italicè exposuit Thomasius; vel etiam quòd per hebdomadam duobus tantùm aut tribus diebus manducaret, ac reliquis jejunaret, prout videtur locum intellexisse interpres Latinus, ita scribens:* Nam diebus quatuor in hebdomada nihil cibi aut potus gustabat. *Ne hæc quidem expositio omnino necessaria est, licèt videatur probabilis. Nam jejunare non est abstinere ab omni cibo & potu, & fortasse auctor tantùm innuit, Sanctum jejunâsse totâ hebdomadâ, duobus aut tribus diebus exceptis, sed non sine omni prorsus cibo & potu.*

b *Auctor somnia plura Actis inseruit. Ex his minùs mihi certa videntur, quæ contigisse dicuntur ante conditum monasterium. Consule Commentarium num.* 15.

c *Id est, ut lapidis instar manus sine motu obrigescerent.*

d *Ex hoc loco nolim inferre, Sanctum usque ad Sabbatum mansisse sine omni cibo & potu; sed solùm, ipsum jejunasse quotidie, excepto die Sabbati, & haud dubiè etiam Dominico.*

C e *Ecclesiæ nimirum Regiensis, quæ metropolitica est.*

f *Vox Græca aut barbara est aut mendosa; sed Thomasius hanc quoque interpretationem secutus* F *est Italicè; nec ea est dubia.*

g *Tres aut quatuor voces planè barbaræ aut mendosæ hîc sunt omissæ, quibus auctor invehitur in impietatem illorum.*

CAPUT III.

S. Elias cum Arsenio habitat apud vicum Armi, ubi mirabilia quædam Arsenio contigerunt: navigant Patras, ubi locum spectris antè infestum inhabitant: tentatus Elias, mulierem ad castimoniam adducit.

Arsenius & Elias relicto priore loco, habitant in vico Armi.

QUapropter venerandi viri eo facto vehementer contristati, inde abierunt, & habitationem elegerunt ad ecclesiam sancti martyris Eustratii prope locum, qui dicitur Armi, implentes propheti-

Πεφίλυποι οὖν γνόμενοι οἱ ἁγιώτατοι ἐν τούτῳ σφόδρα, ἄρδην ἀποναξάμενοι ἅπαντα κοσμικὸν βιοτικὸν, μετῆραν ἐκεῖσε, καὶ κατῴκησαν εἰς ναὸν τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐστρατίου πλησίον τοῦ χω-

A χωρίᾳ ᾧ λεγομένῳ τῶ Ἀρμων, πληροῦντες τὸν προφητικὸν λόγον, τὸ Φάσκον· Σχολάσατε καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός. Ἐπὶ πλεῖον ᾗ ἐπέτεινεν τῇ ἑαυτῆς ἄσκησιν ἡ Θεόκλητος ζυγὴ καὶ θεάρεστος νηστείας ἐν ταῖς τυχούσαις, καὶ δεήσεσι παννύχοις, ἀγρυπνίαις τε καὶ ψαλμοῖς. Ἐλέγετο μὲν οὖν τὸν μέγαν Ἀρσένιον ἑβδομάδα ἕλκειν τὴν νηστείαν· προβεβηκὼς γὰρ ἦν τῇ ἡλικίᾳ· τὸν δὲ θεῖον Ἠλίαν ὡς πρέπον καὶ πρόθυμον, ἀσινῆ τε καὶ νέον τῷ σώματι, ἀνὰ δεκα ἡμέρας ὑπερτείνειν τὴν νηστείαν, ὥστε σὺν ὀφθαλμοῖς αὐτὸ κατωπτεῖς εἰς βάθος εἰσδῦναι. Τῆς γὰρ σωφροσύνης σφόδρα ὑπεμελέμῳ, τῆς σαρκὸς πρόνοιαν ποιούμενος συχνῶς. Ἐν δὲ τῷ καιρῷ τῶν ἁγίων καὶ ἱερῶν νηστειῶν, ἦν κάμπτων τὰ γόνατα συχνῶς, καὶ δεόμενος τῷ Θεῷ ἐκτενῶς, ὥστε ὑπὲ δυσὶ καὶ τρισὶ χιλιάσι μετανοίαις γονυκλινεῖν, τὸ καθ' ἡμέραν μεχρὶ συμπληρώσεως τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς. Εἰς ἑαυτὸν δὲ λογίζετο λέγων· Ἄρα ἐν τοσούτῳ κόπῳ διαρκέσει μοι τὸ σωμάτιον μέχρι τέλους; μέλλω γὰρ ποικίλαις νόσοις περιπίπτειν. Τῇ δὲ προθυμίᾳ ἑαυτὸν ὑποσπελίζων, ἔλεγε· Οὐκ ἀξία τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς.

cum oraculum dicens: Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus. Itaque par iſtud à Deo vocatum Deoque placens longiùs extendebat exercitationem ſuam jejuniis non vulgaribus, orationibus per noctem continuatis, vigiliiſque ac pſalmorum cantibus. Dicebatur igitur, magnum Arſenium protrahere jejunium ad hebdomadam; provecta enim erat ætate: Eliam verò ut robuſtum & alacrem, illæſumque corpore & juvenem, ad decem dies jejunium extendiſſe, ita ut oculi capitis ipſius in terram demiſſi in cavorum profunditatem ingrederentur *a*. Caſtitatis enim ſummam habens curam, in carnem multùm invigilabat. Tempore autem venerandi ſacrique jejunii genua frequenter flectebat, Deumque orabat prolixè, ita ut ad bis aut ter mille pœnitentias genuflecteret quotidiè, donec completum eſſet ſanctum quadraginta dierum tempus *b*. Secum autem ratiocinabatur, dicens: An in tanto labore ſufficiet mihi corpuſculum uſque ad finem? nam in varios incidam morbos. Alacritate verò ſe confortans, dicebat: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

A. DISCIPULO MONACHO.

a

b

B 17 Τῶν δὲ πρωσιόντων τῇ μυσικῇ τραπέζῃ πρὸς μετάληψιν τῶν θείων μυσηρίων, ὁ πεφωτισμένος μέγας Ἀρσένιος, ὅτε ἱερεὺς ὑπῆρχεν, καὶ τὰ θεῖα ἐκπελῶν μυσήρια, πινῶν μὲν ἑώρα τὰ πρόσωπα λαμπρυνόμενα, καὶ ἀκτινοβολεῖν, πινῶν δὲ σκοτοῦσθαι καὶ μελανοῦσθαι ὡς πρόκαυμα χύτρας. Τοιαύτης ἠξιωμένος χάριτος, διὰ τοῦτο ὁ ἀοίδιμος παρῄνει τοῖς πᾶσι, λέγων; Εἴ τις ὑπομνήσει κακίας ἔσκωπται, εἴ τις ὑπὸ ἁρπαγῆς, ἢ πλεονεξίας κεκράτηται, εἴ τις ὑπὸ λωβᾶς σαρκικῆς καὶ πάσης ἀκαθαρσίας βεβορβόρωται, μὴ τολμήσει προσελθεῖν τῷ θείῳ τούτῳ πυρὶ, πρὶν ἢ δι' ἐπισκέψεως μετανοίας ἑαυτὸν διορθώσῃ· μυσηκῶς δὲ τοῖς οἰκείοις διεβεβαιοῦτο, λέγων· Πιστεύσατέ μοι, ἀδελφοὶ, ὅτι οἱ ἐν κόπῳ καὶ μόχθῳ τὸν οἰκεῖον ἄρτον ἐργαζόμενοι, καὶ τὴν περιουσίαν αὐτῶν εἰς τὸ τῶν δεομένων ὑστέρημα παρέχοντες, καθαρῷ τε συνειδότι μεταλαμβάνοντες τῶν θείων μυσηρίων, καθαίρονται τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν, καὶ ἐξαστράπτει τὸ πρόσωπον τῆς ψυχῆς αὐτῶν. Οἱ δὲ γε τῇ ἔξωθεν μορφῇ τοῦ σώματος λαμπραῖς καὶ ἐρυθραῖς στολαῖς κατακοσμούμενοι, ἔσωθεν γέμουσι μίσους, καὶ ἁρπαγῆς, καὶ μολυσμοῦ σαρκικοῦ, ἤτοι μελαίνοντες τὸ τῆς ψυχῆς πρόσωπον, ὡς ἀναξίως τοῦ θείου ἄρτου μεταλαμβάνοντες. C Γενόμενοι δὲ ἔτως πᾶσιν ὑπογραμμὸς, καὶ τύπος ὀφελείας οἱ θεσπέσιοι. Τὰς δὲ βεβήλους προσιένα τῇ μυσηκῇ τραπέζῃ ἀβέβλεπον. Τὸν Θεὸν Φοβεῖσθαι πάντας παρεκάλουν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράττοντας.

17 Dum aliquando ad ſacram accedebant menſam, ut divina perciperent Myſteria, illuminatus magnus Arſenius, quoniam ſacerdos erat, & ſacra peragebat, aliquorum quidem vultus videbat ſplendeſcere ac radios emittere, aliquorum verò obſcurari ac nigreſcere tamquam aduſtionem ollæ. Vir venerandus hac dignatus gratia, idcirco omnes admonebat, dicens: Si quis recordatione malitiæ obſcuratus eſt, ſi quis à rapina aut avaritia victus eſt, ſi quis vitio carnali & omni immunditiâ conſpurcatus eſt; non præſumat accedere ad divinum hunc ignem, priuſquam congruâ pœnitentiâ ſe ipſe correxerit. Myſticè verò ſuis aſſeverabat, dicens: Credite mihi, fratres, qui in labore ac moleſtia panem ſuum acquirunt, atque abundantiam ſuam egentium defectui largiuntur, purâque conſcientiâ accipiunt divina Myſteria, hi peccatis ſuis emundantur, & fulget facies animæ ipſorum. Qui verò ſecundum ſpeciem exteriorem corporis candidis ac rubris decorati veſtimentis, intus pleni ſunt odio, rapinâ, ac maculâ carnis inquinati, hi nigreſcunt vultu animæ, ut indignè divinum panem ſumentes. Sic igitur facti ſunt divini viri forma & exemplar congregationis fraternæ. Prophanos verò accedere ad ſacram menſam non ſinebant *c*. Ut Deum timerent, & digna pœnitentiæ opera facerent, omnes hortabantur.

E *ubi Arſenius diuinitùs claret faciebus:*

F

c

18 Καί τις ἔμπορος ἐκ τοῦ αὐτοῦ χωρίου Ἀρμῶν, σώματα ἀνθρώπων ὠνούμενος, καὶ ἀπεμπολῶν, ἐδιδάσκετο ὑπὸ τῶν ὁσίων, λεγόντων πρὸς αὐτόν· Παῦσαι, ἀδελφὲ, τῆς τοιαύτης ἐμπορείας, ὑποδικόν σε ποιούσης τῆς αἰωνίου κατακρίσεως· ὑπιλαβοῦ τε ἑτέρας τῆς οἵας οἵας πραγματείας. Ὁ δὲ πάλαι τῷ πόθῳ τῆς φιλαργυρείας ἁλοὺς, εἰς οὐδὲν σοὶ λόγους τῶν ἁοιδίμων ἐλογίζετο. Εἶτα ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τέλει τοῦ βίου ἐχρήσατο ὁ δύσνους. Τότε ἡ τούτου σύμβιος, ἐνέγκασα νόμισμα ἓν, παρεκάλει τὸν θεῖον Ἀρσένιον λέγουσα· Δέξαι τὸ νόμισμα ἐκ τῆς χειρὸς τῆς δούλης σου, πάτερ ὅσιε, καὶ τὰς συνηθεῖς λειτουργίας τῷ συζύγῳ μου ἐκπλήρωσον· κεκοίμηται γάρ. Ὁ δὲ ἁμάρτωλον ἑαυτὸν λέγων *, καὶ τῷ γήρᾳ καμφθέντα. Τότε ὅρκοις φρικτοῖς βιασαμένη τὸν ὅσιον, ἐκπληρεῖν τὸ ἔργον συνέβετο. Καὶ δὴ τὴν θείαν λειτουργίαν ἀρξαμένου τοῦ θείου πρεσβύτου, καὶ εἰς ἀναμνησιν τοῦ ὀνόματος τοῦ πεθνεῶτος ἐλθόντος, ἄγγελος Κυρίου ὄπισθεν ὑπὸ, καὶ ὑπιλαβόμενος τῆς ἱεροπικῆς αἰτοῦ στολῆς, καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι ὑπο-

cujuſdam negotiatoris avaritia punita:

18 Mercator aliquis ejuſdem loci Armi, hominum corpora emens & rurſum vendens, docebatur à Sanctis, ei dicentibus: Ceſſa, frater, à tali negotiatione, quæ te æternæ damnationi facit obnoxium: & aliud qualecumque negotium aggrederes. At miſer avaritiæ deſiderio captus, nihili faciebat venerandorum virorum verba. Deinde exiguo tempore ad vitæ finem pervenit infelix. Tunc uxor ipſius, afferens nummum, rogabat divinum Arſenium, dicens: Accipe hunc nummum è manu ancillæ tuæ, pater ſancte; & ſolita Miſſæ ſacrificia pro marito meo offer: nam obiit. Ille verò ſe peccatorem dicit & ſenio incurvatum. Tunc illa horridis adjurationibus cogente Sanctum, hic opus explere ſtatuit. Et ſane poſtquam venerabilis presbyter divinum miniſterium inchoaverat, & ad commemorationem nominis defuncti pervenerat, angelus Domini ponè adſtans, & ſacerdotalem ipſius veſtem tenens, manumque ori imponens, impediebat ipſum, quo minùs miſeri faceret mentionem.

* λέγει

A. DISCIPULO MONACHO.

tionem. Miratus igitur vir magnus ſtupendum iſtud prodigium, timenſque ne fortè inimicæ poteſtatis eſſet, qui prohibebat; expectavit ſecundam & tertiam manifeſtationem. Ubi igitur bis terque idem ſecutum erat ſignum, intellexit vir magnus, omnino inobedientem illum magno ac terribili judicio damnatum eſſe; & nummum reddidit uxori ejus, dicens: Abi mulier, & nummum da alteri, qui pro viro tua divina miniſteria perficiet: ego enim multis occupatus, otium non habeo.

alterius anima Arſenii Sacrificio liberata.

19 In eodem vico illis diebus mortuus erat alius quidam valde inops & pauper. Itaque vir magnus conſtituit, ut divitis loco pro paupere gratis ſacrificaret, ut laborem ac propoſitum ſuum non faceret in vanum. Dum verò divina & ſacra perficeret miniſteria, quemadmodum fit pro mortuis, apparet ipſi, qui paulò antè erat defunctus, gaudenter dicens: Recordatio tui erit æterna, pater ſancte: per tuas enim preces *d*... Dicebat autem divinus Arſenius & confirmabat, quòd, quæ quidem inſtar fœni & ſtipulæ levia ſunt peccata, facilè deleantur per divinum ſacerdotem & mediatorem apud Deum: ſi verò ferri inſtar & plumbi ſunt gravia, qualia ſunt adulteria & homicidia, hiſque ſimilia furtum & odium, quòd talia difficulter ſint remittenda.

d

B

Patras navigant: ubi, epiſcopo & clero conſentiente,

e

20 Deinde ex quadam inſpiratione ac divina revelatione Saracenorum per mare adventus, permiſſioque illius divina, Beatis innotuit. Tali favore dignati, & declinantes periculum, quod ex illis impendebat, Regio Patras *e* uſque navigârunt. Et verò accedentes urbis epiſcopum, & venerandum clerum, ab ipſis petierunt locum quietum & ſeparatum, ut Deo quietè preces ſuas poſſent offerre. Illi verò videntes, Sanctos eſſe moribus honeſtis omnibuſque ornatos, dicunt: Venerandi patres, locus quietus & monachorum habitationi congruus, eſt turris è regione urbis ſita, ſed, cùm multi ſancti monachi ibi manere deſiderarent, nullus potuit reſiſtere habitanti ibidem & commoranti peſſimo ſpiritui. Oſtenta enim & ſtrepitus vehementer excitans, efficit, ut omnes turbentur, & in fugam vertantur. Deinde divinus Arſenius dicit: Fratres, dum annorum eram quindecim, factus ſum monachus. Non vidi dæmonem oculis meis carnalibus: attamen per cogitationes tentatus ſum.

C

extra urbem in turri, antea ſpectris infeſta, habitant,

21 Itaque viri admirabiles, Altiſſimum ponentes adjutorem ſuum, abeunt muniti virtute Domini noſtri Jeſu Chriſti, ingreſſique turrim, genibus flexis parabant ſe, ut armis fidei reſiſterent ſpiritibus nequitiæ. Illis diu orationi inſiſtentibus, ecce tentator adeſt, & primùm quidem in angulo turris ſtrepitus maximos edere cœpit & terriculamenta: quæ nequaquam metuentes viri mirabiles, tota nocte vigilare perrexerunt. Deinde iterum ſequenti nocte adeſt impudens & contentioſus ſpiritus, non in angulo, ſed ex tranſverſo turris multò plura phantaſiæ objiciens. Tertia verò nocte foris ante portam turris ſtrepitus, plauſus & miſerabiles voces emittens, diſparuit ab illa hora, & poſtmodùm non apparuit. Ab illo igitur tempore diverſorium illæſum per Chriſti gratiam habitum fuit, quod erat dæmonum habitaculum: & permanſerunt ibi patres noſtri ad annos octo immoti; & invicem non ſeparati, virtutum exercitiis & divinarum contemplationum aſcenſionibus perpetuò illuſtrati.

& apud Patrenſes inclareſcunt. Invitati ad prandium eunt,

22 Quare indigenæ admirati fortitudinem ac tolerantiam mirificorum patrum, quódque maligni ſpiritus ipſos omnino turbare non potuiſſent, fre-

θεὶς, διεκώλυεν αὐτὸν μηδὲ μνήμην ϗ πάλαι D
ποιήσαθαι. Ἀγαθεὶς οὖν ὁ μέγας ἐπὶ τῷ πεφοβόξῳ
τούτῳ θαύματι, ϗὶ διδοιὼς, μήπως ἐξ ἐναντίας ἐν-
εργείας ἐστὶν ὁ κωλύων, ἐξεδέχετο δευτέραν ϗ τρίτην
φανέρωσιν. Ὡς οὖν δὶς ϗ τρὶς τὸ αὐτὸ σημεῖον ἐ-
πιϗολέθησε, σιωπήσεν ὁ μέγας, ὅτι ὄντως ἐν μεγάλῃ
ϗὶ φοβερᾷ κείσει κέκριται ὁ ἀνήκοος, ϗ τὸ νόμισ-
μα ἀπέδωκεν τῇ γυναικὶ, λέγων· Ἄπελθε ϗ δὸς
τὸ νόμισμα ἑτέρῳ, γυναῖ, ὃς ἐκπελέσει τὰς θείας
λειτουργίας τῷ ἀνδρίσου· ἐγὼ γὰρ ἐν πολλοῖς βυζόμε-
νος ϗ σχολάζω.

19 Ἐν αὐτῇ ϗ τῇ κώμῃ ἕτερός τις ἦν τετελευ-
τηκὼς ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἄγαν πτωχὸς ϗ πέ-
νης. Σωίδεν οὖν ὁ μέγας ἀντὶ ϗ πλουσίου τῷ πτω-
χῷ ἐπιτελέσαι δωρεὰν, ϗ μὴ εἰς κενὸν τὸν κόπον αὐ-
τοῦ, ϗ τὴν πεῖθησιν ποιῆσαι. Ἐν ϗ τῷ πληροῦσθαι αὐ-
τὸν τὰς θείας ϗ ἱερὰς λειτουργίας, κατὰ τὸ σωηθὲς
τῶν τελευτώντων, ἐπιφαίνεται αὐτῷ ὁ πρὸ μικροῦ
ϗοιμηθεὶς, ἀσμένως λέγων· Τὸ μνημόσυνόν σου αἰ-
ώνιον ἔσαι, πάτερ ὅσιε, ὑπὲρ ϗ σῶν δεήσεων... Ἐλε-
γεῖν ϗ τοῖς πᾶσιν ὁ θεῖος Ἀρσένιος, ϗ ἐβεβαίου,
ὅτι ἃ μὲν δίκην χόρτου ϗ καλάμης ἐλαφρά εἰσι τὰ
ἁμαρτήματα, διχερῶς ἐξαλείφονται ὑπὲ θείου ἱε-
ρέως ϗ μεσίτου πρὸς Θεόν· εἰ ϗ δίκην σιδήρου, ϗὶ
μολύβδου, ἅ εἰσι μοιχίαι, ϗ φόνοι, ϗὶ ὅμοια κλο-
πὴ ϗ μῖσος, δυσκολίας συγχωρήσεως τὸ τοιοῦτο
τεύξονται.

20 Ἔπειτα ϗ ἐκ τινος ἐπιπνοίας ϗὶ προφα-
νείας ἡ τῶν Ἰσμαηλιτῶν διαπόντιος ἔλευσις, ϗὶ
ϑηλασία τοῖς μακαρίοις ἐδηλώθη. Τοιαύτης ἠξιω-
μένοι χάριτος, τὸν ἐξ ἐκείνων σκλίνοντες κίνδυ-
νον, μέχρι τῶν νῦν Πατρέων ἐκ Ρυγίου ἀπεπλεσαν.
Καὶ δὴ πολλὰ παρεισάντες τὸν τῆς πόλεως ἐπίσκοπον,
ϗ τὸν ἀναγ ϗὶ κλῆρον, ἡτοιμα παρ' αὐτοῖς τόπον ἥρε-
μον, ϗὶ ἀναϗωρησιμαῖον πρὸς τὸ τῷ Θεῷ ἀν-
ενοχλήτως τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι. Οἱ ϗ ἥδεσι Χρη-
στοῖς ϗ πᾶσι κεκοσμημένους σὺν ἁγίοις ἰδόντες, φα-
σὶ πρὸς αὐτούς· Πατέρες ὅσιοι, τόπος φιλήσυχος
ϗὶ ἐπιτήδειος εἰς κατοίκησιν μοναχῶν, ὁ κατέ-
ναντι τῆς πόλεως ὑψηλὸς ὑπάρχει, πλὴν ἱκανῶν
ϑελησάντων τῶν ὁσίων μοναχῶν ἐκεῖσε ϗδαμεῖ-
ναι, ὐδεὶς ἐδυνήθη ἀντιπαρεϗτάξαθαι πρὸς τὸ αὐ-
τόθι κατοικεῖν ϗ ἐμφιλοχωρεῖν πονηρότατον πνεῦμα·
Φασματα γὰρ ϗ ψόφους σφόδρα ἐποτελῶν, ϑροεῖ-
ται πάντας, ϗ φεύγειν ποιεῖ. Εἶτα ὁ ϑεῖος Ἀρσέ-
νιος φησι· Ἀδελφοὶ, πεντεκαιδεκαέτης ὢν γέγονα
μοναχὸς· οὐκ εἶδον δαίμονα τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς
μου, εἰ μή τι διὰ λογισμῶν πεπείραμαι.

21 Τὸν γὰρ ὕψιστον ϑέλοντες ϐοηθὸν ὁ πανάγιοι,
ἀπέρχονται σὺν τῇ δυνάμει ϗ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ
Χριστοῦ. Καὶ ἔνθεν ϗ πύργον εἰσελθόντες, ϗ γονυκλί-
ναντες, ἡτοίμαζον ἑαυτοὺς ἀντιπαρεϗτάξαθαι τοῖς
τῆς πίστεως ὅπλοις πρὸς τὰ πνεύματα τῆς πονη-
ρίας. Τῇ γὰρ πρωϊαίᾳ ϑλῖψι πλεῖον πρωϊαρτερούντων,
ἰδοὺ ὁ πειράζων ἀφανίζεται, ϗ πρῶτον ἤρξατο ἐν
τῇ γωνίᾳ ϗ πύργου ψόφους μεγίστους ϗὶ φόβητρα ἀ-
ποτελεῖν, ἅπερ μηδόλως δεδοικότες οἱ πανάγιοι,
παννύχιον διέμειναν ἀγρυπνοῦντες. Ἔπειτα γὰρ πάλιν
ϗ τῇ ἐπιούσῃ νυκτὶ ἀφανίζεται τὸ ἀναιδὲς ϗὶ ἀ-
μείλικτον πνεῦμα, οὐκ ἐν τῇ γωνίᾳ, ἀλλ' ἐκ πλα-
γίου τοῦ πύργου, πολλῷ πλέον φαντασιοκοπῶν. Τῇ γὰρ
τρίτῃ νυκτὶ ἔξω πρὸ τῶν θυρῶν ϗ πύργου ψόφους ϗ
κρότους ϗ φωνὰς οἰκτρὰς ἀφεὶς, ἄφαντον ἐγένετο
ἀπὸ τῆς τότε ὥρας ϗ ἐπέκεινα. Ἐκ τότε γὰρ χά-
ριτι Χριστοῦ καταγώγιον ἁπάντων ἐχρημάτισεν τὸ
τῶν δαιμόνων οἴκημα, ϗ διέμειναν ἐκεῖσε οἱ πατέ-
ρες ἡμῶν ἐπὶ ὀκτὼ ἐνιαυτοὺς ἀκεφάδαστοι ϗ ἀδιά-
σατοι ἀλλήλων, ταῖς πράξεσι τῶν ἀρετῶν, ϗ ταῖς
τῶν ϑείων ϑεωρίων ἐπιβάσεσι διηνεκῶς λαμπρυνό-
μενοι.

22 Ὅθεν οἱ αὐτόχθονες καταπλαγῶντες ἐπὶ καρ-
τερίᾳ ϗ ὑπομονῇ τῶν θεσπεσίων πατέρων, ϗὶ ὅτι
ὐδαμῶς ἴσχυσαν ὅλως ϑρῆσαι αὐτοὺς τὸ τῆς πο-
νη-

A νηρίας πνεύματα; συνεχύσερον ἀπίεσαν πρὸς αὐτὸς, ἐρωτήσεως ἢ ὠφελείας χάριν. Ἐώρων γὰρ τὴν προφέρειν πρὸ τῶν λόγων φθεγγομένην, ἢ ἐξίσαντο. Καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας σφριδὸς ὢν καὶ προθυμος, τῷ σώματι ἄζων, σκληροτέρας καὶ σκυτνωτέρας ἀγωγαῖς ἑαυτὸν ὑποπίεζεν, ἢ ἐδαλαγώγει, καύσωνι συγκαιόμενος, καὶ ψύχει παγνύμενος, ἀγρυπνίᾳ τε πολλῇ ἢ χαμευνίᾳ ἑαυτὸν ἐκτήκων, ὥσε ἐκ τῆς ἄγαν κακοεξίας, ἢ πήξεως καταβεθῆναι τὰς ὑποχαρίους ἡδονὰς, καὶ κατδυναθῆναι εἰς τέλεον. Εἷς δέ τις τῶν λίαν περιφανῶν καὶ ἐνδόξων τῆς πόλεως προσελθὼν, προσέπεσε τοῖς γόνασι θείᾳ Ἀρσενίᾳ, λέγων· Εἰ πέπεισμαι μοι πιστὸν εἶναι τῷ Θεῷ, ἐλθὼν ἐν τῷ οἴκῳ μὲ μετάλαβε σὺν ἐμοὶ ἄρτον σήμερον. Θύτως οὖν ἐπὶ τῷ λόγῳ ὁ πρεσβύτης ἀναστάς, φησὶ τῷ φαινοτάτῳ Ἠλίᾳ. Ἕπε μοι, τέκνον, ὑπισηλίζων τὸ ἐμὸν γήρας· κέκμηκα γὰρ· ἢ αἱ δυνάμεις τὸ σώματος μὲ ἠθέτησαν. Ὁ δὲ εἰς πάντα ὑπήκοος, καὶ ἀντιλέγειν μὴ εἰδὼς, προθύμως ἠκολούθη τῷ γέροντι.

23 Καὶ δὴ ἀνακλιθέντες ὅτι τὸ αὐτὸ ὅτι τῇ τραπέζῃ σὺν τῷ καλέσαντι, ἤσθιον τῶν προκειμένων ὀψαρίσεως. Τὸ δὲ φλύαρον, μᾶλλον δὲ βέβηλον καὶ δύσροπον γύναιον ὃ καλέσαντος, ἰδὸν τὸν τῇ ἐγκρατείᾳ λαμπρυθὲν ἢ ὑπόσιλβον πρόσωπον ὃ φαινοτάτε πατρὸς ἡμῶν Ἠλίε, ἐτρώθη τὴν καρδίαν ὀίστρῳ ἀκολασίας ἡ νέα Αἰγύπτια, ἢ ὀφθαλμοῖς ἀκολάστοις περιεβλέπετο τὸν σώφρονα πλησίον αὐτε ἀνακείμενον· καὶ ὑπὸ δ πειρόζοντος πυρωθεῖσα, ἐκτείνασα τὸν ἑαυτῆς πόδα ἡ ἀναιδὴς καὶ ἄσεμνος, καψῦσαι δ ποδὸς δ Ὁσίε, καὶ ἀπέτριψεν ἰσχυρῶς. Τότε ὁ νεὸς Ἰωσὴφ μηδόλως τῇ καρδίᾳ τρωθεὶς, μήτε τοῖς λογισμοῖς ἡδυνθεὶς, ὡς φίλαγνος ὢν, καὶ ἀθήλυντος τὸ πᾶν, τέφρον ὅμμα νοερῶς ἀνεκαλεῖτο· διεβεβαιῶτο γὰρ ἡμᾶς μετὰ ταῦτα ὁ ἀοίδιμος, ὅτι οὐκ ἤθετο ἡ σάρξ μὲ πνος κινήσεως σαρκικῆς, ὅτε στεφάλωμαι κρέας τὸ αἰώνιον πῦρ ἐννοούμενος. Ἀλλ' ὥσπερ ξύλον πρὸς ξύλον ἀναισθητῇ τῇ προσψαύσει, ὅτως κἀγὼ διεκείμην, τὴν καρδίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἔχων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ προσευχόμενος.

24 Μετὰ ταῦτα ἀναχωρησάντων τῶν θεσπεσίων πατέρων ἐν ἰδίῳ στομείῳ, κρίσει δικαίᾳ δ πάντα φέροντος Θεδ, καὶ ἀνεχομένε πρὸς δοκιμὴν καὶ γυμνασίαν τῶν ἑαυτῶ δόλων, ἄγγελος ἀνελεήμων ἐπιπέμπει τῇ ταλαίνῃ, ὃς τρόμῳ λαβροτάτῳ σαντρίψας ἢ καταῤῥάξας αὐτὴν, ἐν τῇ γῇ ὅλην διόλε κραδαίνεσθαι, καὶ τὸς ὀδόντας βρυγμῷ σφόδρᾳ ἀράσσειν ἐπίει. Μόλις δ εἰς αἴσησιν ἐλθοῦσα δ ἀναιδὲς αὐτῆς τολμήματος, καὶ ὅτι πεισθήσεται οἰηθῆσα ὅσιον ἄνδρα πειρασμῷ δεινῷ ἐνδίκως παραδίδοται, τὸν ἅγιον ἐξ ὀνόματος συχνῶς ἐπεκαλεῖτο, λέγουσα. Ἄγιε πάτερ τάχιον ἐλθὲ· ἰδὲ γὰρ πνεῦμα σκλείπει. Τότε οἱ ταύτης οἰκέται σπευδῇ προθέντες, καὶ τὸ ἐξαίφνης σύμπτωμα τῆς αὐτῶν κυρίας ἀπαγγείλαντες εἰς οἰκτὸν συμπαθείας τὸν ἐκίνησαν. Καὶ αὐτὸς καλέσας, λέγει αὐτῇ· Ἄπελθε, τέκνον, πρὸς τὸν κεκληκότα ἡμᾶς σήμερον, ὅτι ἐκ σωματικε τινος πειρασμε ἡ σύμβιος αὐτε δεινῶς τρυχομένη, τὸ ὄνομά σε ἐπικαλεῖται.

25 Ἐξέστη δ ὅτι τοῦτο ὁ ἀοίδιμος, καὶ τὸν ἀνόθευτον δ φρισβύτε ὑπακοὴν ποιησάμενος, ἀπίει θαυμάζων τὸ γεγονὸς· καὶ δὴ εἰσελθὼν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ πάντων ἐκληθέντων, ὑπιλαμβάνεται τῶν ποδῶν αὐτε σὺν δάκρυσι τὸ γύναιον, λέγον· Συγχώρησόν μοι τῇ ἀναιδεῖ, καὶ πρὸς ἡδονὰς νευδυκώσῃ, μιμητὰ δ Χριστε· ἑβδομηκοντάκις γὰρ ἑπτὰ τῷ εἰς ἡμᾶς ἁμαρτάνοντι ὑπὸ δ Κυρίε παρηγγέλμεθα. Τότε ὁ Ὅσιος, γνὺς ὅτι ἐκ ψυχῆς, καὶ ὡς δεῖ, κατέγνω ἑαυτῆς τὸ γύναιον, ἢ μεταμελήσῃ, φησὶ πρὸς αὐτὴν συμπαθῶς· Εἰ ὅλως ὑπὸ δ νῶν σωφρόνως

A νηρίας πνεύματα; συνεχύσερον ἀπίεσαν πρὸς αὐτὸς, ἐρωτήσεως ἢ ὠφελείας χάριν. Ἐώρων γὰρ τὴν προφέρειν πρὸ τῶν λόγων φθεγγομένην, ἢ ἐξίσαντο. Καὶ ὁ μὲν μακαρίτης Πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας σφριδὸς ὢν καὶ προθυμος, τῷ σώματι ἄζων, σκληροτέρας καὶ σκυτνωτέρας ἀγωγαῖς ἑαυτὸν ὑποπίεζεν, ἢ ἐδαλαγώγει, καύσωνι συγκαιόμενος, καὶ ψύχει παγνύμενος, ἀγρυπνίᾳ τε πολλῇ ἢ χαμευνίᾳ ἑαυτὸν ἐκτήκων, ὥσε ἐκ τῆς ἄγαν κακοεξίας, ἢ πήξεως καταβεθῆναι τὰς ὑποχαρίους ἡδονὰς, καὶ κατδυναθῆναι εἰς τέλεον. Εἷς δέ τις τῶν λίαν περιφανῶν καὶ ἐνδόξων τῆς πόλεως προσελθὼν, προσέπεσε τοῖς γόνασι θείᾳ Ἀρσενίᾳ, λέγων· Εἰ πέπεισμαι μοι πιστὸν εἶναι τῷ Θεῷ, ἐλθὼν ἐν τῷ οἴκῳ μὲ μετάλαβε σὺν ἐμοὶ ἄρτον σήμερον. Θύτως οὖν ἐπὶ τῷ λόγῳ ὁ πρεσβύτης ἀναστάς, φησὶ τῷ φαινοτάτῳ Ἠλίᾳ. Ἕπε μοι, τέκνον, ὑπισηλίζων τὸ ἐμὸν γήρας· κέκμηκα γὰρ· ἢ αἱ δυνάμεις τὸ σώματος μὲ ἠθέτησαν. Ὁ δὲ εἰς πάντα ὑπήκοος, καὶ ἀντιλέγειν μὴ εἰδὼς, προθύμως ἠκολούθη τῷ γέροντι.

A. DIOCLE-PULO MONACHO.

quentiùs ipsos adibant, ut interrogarent, opeque ipsorum uterentur. Videbant enim operationem pro verbis loquentem, & percellebantur. Et beatus quidem pater noster Elias, cùm robustus esset & alacer, corpus exsiccans, durioribus ac fortioribus modis se ipsum vexabat, & in servitutem redigebat, æstu adustus & frigore constrictus, crebrâque vigiliâ & humi cubatione se ipsum macerans, ita ut vehementi corporis vexatione & macerationè carnales voluptates in ipso sedarentur, ac penitus sopirentur. Aliquis verò ex spectabilibus admodùm & honoratis urbis adveniens, accidit ad genua divini Arsenii, dicens: Si mihi credas, fidelem me esse Deo, veniens in domum meam, hodie mecum cibum sume . . Velociter igitur ad ea verba surgens senex, dicit celeberrimo Eliæ: Sequere me, fili, sustentans senectutem meam: nam eundum censeo, & vires corporis mei debilitatæ sunt. Ille verò ad omnia obediens, & contradicere nescius, alacriter secutus est senem.

B

23 Καὶ δὴ ἀνακλιθέντες ὅτι τὸ αὐτὸ ὅτι τῇ τραπέζῃ σὺν τῷ καλέσαντι, ἤσθιον τῶν προκειμένων ὀψαρίσεως. Τὸ δὲ φλύαρον, μᾶλλον δὲ βέβηλον καὶ δύσροπον γύναιον ὃ καλέσαντος, ἰδὸν τὸν τῇ ἐγκρατείᾳ λαμπρυθὲν ἢ ὑπόσιλβον πρόσωπον ὃ φαινοτάτε πατρὸς ἡμῶν Ἠλίε, ἐτρώθη τὴν καρδίαν ὀίστρῳ ἀκολασίας ἡ νέα Αἰγύπτια, ἢ ὀφθαλμοῖς ἀκολάστοις περιεβλέπετο τὸν σώφρονα πλησίον αὐτε ἀνακείμενον· καὶ ὑπὸ δ πειρόζοντος πυρωθεῖσα, ἐκτείνασα τὸν ἑαυτῆς πόδα ἡ ἀναιδὴς καὶ ἄσεμνος, καψῦσαι δ ποδὸς δ Ὁσίε, καὶ ἀπέτριψεν ἰσχυρῶς. Τότε ὁ νεὸς Ἰωσὴφ μηδόλως τῇ καρδίᾳ τρωθεὶς, μήτε τοῖς λογισμοῖς ἡδυνθεὶς, ὡς φίλαγνος ὢν, καὶ ἀθήλυντος τὸ πᾶν, τέφρον ὅμμα νοερῶς ἀνεκαλεῖτο· διεβεβαιῶτο γὰρ ἡμᾶς μετὰ ταῦτα ὁ ἀοίδιμος, ὅτι οὐκ ἤθετο ἡ σάρξ μὲ πνος κινήσεως σαρκικῆς, ὅτε στεφάλωμαι κρέας τὸ αἰώνιον πῦρ ἐννοούμενος. Ἀλλ' ὥσπερ ξύλον πρὸς ξύλον ἀναισθητῇ τῇ προσψαύσει, ὅτως κἀγὼ διεκείμην, τὴν καρδίαν πρὸς τὸν Θεὸν ἔχων πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ προσευχόμενος.

dum vero mensæ accumbunt, tentatur Elias à mulier.

E

24 Μετὰ ταῦτα ἀναχωρησάντων τῶν θεσπεσίων πατέρων ἐν ἰδίῳ στομείῳ, κρίσει δικαίᾳ δ πάντα φέροντος Θεδ, καὶ ἀνεχομένε πρὸς δοκιμὴν καὶ γυμνασίαν τῶν ἑαυτῶ δόλων, ἄγγελος ἀνελεήμων ἐπιπέμπει τῇ ταλαίνῃ, ὃς τρόμῳ λαβροτάτῳ σαντρίψας ἢ καταῤῥάξας αὐτὴν, ἐν τῇ γῇ ὅλην διόλε κραδαίνεσθαι, καὶ τὸς ὀδόντας βρυγμῷ σφόδρᾳ ἀράσσειν ἐπίει. Μόλις δ εἰς αἴσησιν ἐλθοῦσα δ ἀναιδὲς αὐτῆς τολμήματος, καὶ ὅτι πεισθήσεται οἰηθῆσα ὅσιον ἄνδρα πειρασμῷ δεινῷ ἐνδίκως παραδίδοται, τὸν ἅγιον ἐξ ὀνόματος συχνῶς ἐπεκαλεῖτο, λέγουσα. Ἄγιε πάτερ τάχιον ἐλθὲ· ἰδὲ γὰρ πνεῦμα σκλείπει. Τότε οἱ ταύτης οἰκέται σπευδῇ προθέντες, καὶ τὸ ἐξαίφνης σύμπτωμα τῆς αὐτῶν κυρίας ἀπαγγείλαντες εἰς οἰκτὸν συμπαθείας τὸν ἐκίνησαν. Καὶ αὐτὸς καλέσας, λέγει αὐτῇ· Ἄπελθε, τέκνον, πρὸς τὸν κεκληκότα ἡμᾶς σήμερον, ὅτι ἐκ σωματικε τινος πειρασμε ἡ σύμβιος αὐτε δεινῶς τρυχομένη, τὸ ὄνομά σε ἐπικαλεῖται.

f quæ deinde à dæmone corripitur,

F

** Arsenium*

25 Ἐξέστη δ ὅτι τοῦτο ὁ ἀοίδιμος, καὶ τὸν ἀνόθευτον δ φρισβύτε ὑπακοὴν ποιησάμενος, ἀπίει θαυμάζων τὸ γεγονὸς· καὶ δὴ εἰσελθὼν ἐν τῇ οἰκίᾳ, ἢ πάντων ἐκληθέντων, ὑπιλαμβάνεται τῶν ποδῶν αὐτε σὺν δάκρυσι τὸ γύναιον, λέγον· Συγχώρησόν μοι τῇ ἀναιδεῖ, καὶ πρὸς ἡδονὰς νευδυκώσῃ, μιμητὰ δ Χριστε· ἑβδομηκοντάκις γὰρ ἑπτὰ τῷ εἰς ἡμᾶς ἁμαρτάνοντι ὑπὸ δ Κυρίε παρηγγέλμεθα. Τότε ὁ Ὅσιος, γνὺς ὅτι ἐκ ψυχῆς, καὶ ὡς δεῖ, κατέγνω ἑαυτῆς τὸ γύναιον, ἢ μεταμελήσῃ, φησὶ πρὸς αὐτὴν συμπαθῶς· Εἰ ὅλως ὑπὸ δ νῶν σωφρόνως

& crimen confessa à Sancto sanatur.

25 Obstupuit ad hoc Vir venerandus, & sinceram senis jussionem perficiens, abit factum admirans. Et fanè, ubi domum erat ingressus, omnesque dimissi, accidit ad pedes ipsius cum lacrymis mulier, dicens: Ignosce mihi impudenti, & quæ ad voluptates annuere præsumpsi, Imitator Christi. Nam ut septuagies septies peccanti in nos ignoscamus, Dominus mandavit nobis. Tunc Sanctus, sciens quòd ex animo, & sicut oportet, damnâsset se mulier, quódque facti eam pœniteret, cum miseratione ad ipsam dicit: Si omnino

A. DISCIPULO MONACHO.

ab hoc tempore castè vives, & finem laptibus tuis imposuisti, Dominus dimittet peccatum tuum, eris quoque ab hoc flagello libera. Confestim ad hanc vocem dimisit ipsam febris, & omnis tremor dæmonicus, surgensque castè deinceps vixit. Unde reversus Elias ad divinum Arsenium, nihil dixit de iis, quæ contigerant. At pergebat se magis affligere fame & siti, ac vigiliis per totam noctem protractis, ut tota nocte scriberet & oraret. Post absolutos hymnos matutinos in pavimento se reclinabat, ut somnum ipse invitaret, dicens: Veni, serve male. Quem te dicam, clarissime Elia? Angelum terrestrem, an cælestem hominem, & castum Josephum? Verùm istud dupliciter magis perfecisti. Nam ille quidem magnam in sacris Litteris laudem consecutus est ob fugam peccati; sed postea legitimo junctus matrimonio liberorum factus est pater. Tu verò & castitatem ad finem usque conservâsti, & mulierculam voluptatibus pereuntem castè deinceps vivere docuisti.

βιώσεις, καὶ πόρας ἐπέθης τοῖς σφάλμασί σε, Κύριος ἀφελεῖ τὰ ἁμαρτήματά σε. ἴσῃ καὶ ἀπὸ τῆς μάσιγος ταύτης ἐλεύθερος. εὐθέως ἢ σὺν τῷ λόγῳ ἀφῆκεν αὐτὴν ὁ πυρετὸς, καὶ ἅπας ὁ δαιμονικὸς τρόμος, καὶ ἀναπαῦσα σωφρόνως ἓξ λοιπὸν βεβίωκεν. ὅθεν ὑποστρέψας πρὸς τὸν θεῖον Ἀρσένιον, οὐδὲν τῶν γεγονότων εἶρηκεν· ἀλλ' ἦν ὑποπτέζων ἔτι πλεῖον ἑαυτὸν πεινῇ καὶ ὀίψει, καὶ παννύχῳ ἀγρυπνίᾳ, ὥστε δι' ὅλης τῆς νυκτὸς καλλιγραφεῖν καὶ προσεύχεσθαι· καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν ἑωθινῶν ὕμνων ἐν τῷ ἐδάφει ἑαυτὸν ἀνακλίνων τῷ ὕπνῳ ἐγκαλεῖσθαι καὶ αὐτὸς, λέγων· Δόξρο κακὲ δοῦλε. Τίνα σε καλέσω φαιδρότατε Ἠλία; ἄνθρωπον ἄγγελον, ἢ ἄγγελον ἄνθρωπον, Γωσὴφ σώφρονα; ἀλλὰ τοῦτο διπλοῦν ἔτι πλεῖον ἔκπικας. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ εἰκαὶ δόξαν τροφὴν ἁμαρτείας μέγα κλέος ἐν ταῖς Γραφαῖς ηὕρετο, ἀλλὰ μετὰ ταῦτα νομίμῳ γάμῳ προσομιλήσας, παιδῶν πατὴρ ἐγένετο. Σὺ δὲ καὶ τὴν ἁγνείαν μέχρι τέλους διετήρησας, καὶ τὸ ταῖς ἡδοναῖς ὁλισθῆσαν γύναιον σωφρονεῖν ἓξ λοιπὸν ἐξεπαίδευσας.

ANNOTATA.

a *Præ macie nimirum. Videtur auctor loqui de jejunio strictè continuato ad dies decem. Id fortasse fiebat tempore jejunii quadraginta dierum: nec dicit frequenter aut passim à Sancto esse factum.*

b *Genuflectionum numerus videtur spectare non ad dies singulos, sed ad totam quadragesimam. Itaque flectebat quotidie genua tam frequenter, ut in quadragesima impleret numerum assignatum.*

c *Vox Græca ἀβέβλεπτον videtur mendosa; sed ignoro, quo sit modo corrigenda.*

d *Phrasis est imperfecta in apographo nostro, in quo voces aliquot desiderari existimo. Certè Thomasius Italicè scripsit, defunctum dixisse, se per Arsenii preces purgatorii pœnis liberatum.*

e Patræ *civitas est maritima in Peloponneso non longè à sinu Corintiaco, & modo* Patræ veteres *dicitur. Episcopum habuit à primis Ecclesiæ seculis urbs illa, quæ deinde ad dignitatem quoque metropoliticam evecta est. Ad hanc civitatem navigâsse Sanctos, habet etiam antiquus interpres Latinus. Legitur quidem in apographo meo* Πατεῶν, *non* Πατεῶν, *sed id fieri potuit vitio describentis, nisi dialecto hîc usus sit auctor, ut subinde aliis utitur dialectis. Certè aberravit Thomasius, qui ad episcopum, & clerum Regiensem deducit Sanctos, & Bernardinus Regiensis, qui scribit, eos ad insulam Liparim navigâsse: nam de Lipari insula nihil in Vita legitur.*

f *Quamvis auctor certò aliqua Sancti verba adducat, dubitavi, an omnia huc usque ei fuerint tribuenda, ut factum est à Thomasio. Attamen hunc sensum demum judicavi probabiliorem. Certiùs loqui possem, si codicem ipsum Græcum haberem præ manibus.*

CAPUT IV.

Mirabilis gratia Arsenio concessa, quâ Sanctorum fama crescit: hinc abire desiderant, frustra eos retinere conante episcopo.

Arsenius, suadente episcopo, balneum ingressus, suavem in eo odorem relinquit:

DIvinus Arsenius, utpote provectæ admodùm ætatis, laborabat infirmitate præter modum maligna, ita ut corpus ipsius simul extenuaretur. Hunc videns civitatis episcopus, & corpus ipsius recreare desiderans, dixit ad ipsum: Reverende pater, vehementer cupio hodie tecum uti balneo. Ille verò statim, ut facilè acquiescere solitus, dicenti alacriter se adjungit. Porrò dum ingressuri erant balneum, & vestes depositerant, episcopus sancto dixit: Ingredere prior, & aquæ bene precare, pater, ut nos sanctitatis tuæ fiamus participes. Tunc, ubi vir magnus signum crucis formavit, & aquam ingressus est, repentè perfusus est locus divinâ fragrantiâ, quæ superat omnem artem periti unguentarii. Perculsus verò episcopus & cle-

Ὁμοίως θείῳ Ἀρσενίῳ, ὡς ἄγαν προβεβηκὼς, ἠσθένει ἀσθένειαν δι' ὑπερβολὴν κακοπραγίας, ὡς τὸ σῶμα αὐτοῦ λεπτωθῆναι εἰς ἄπαξ. Ὅπερ ἰδὼν ὁ τῆς πόλεως ἐπίσκοπος, καὶ θελήσας ἀνακτίσασθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ, φησὶ πρὸς αὐτόν· Σεβάσμιε πάτερ, ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα λούσασθαι σὺν σοὶ σήμερον. Ὁ δὲ εὐθέως εὐμείλικτος ὤν, προθύμως συνάπτετο φήσαντι. Καὶ δὴ ἐν τῷ λουτρῷ εἰσελθόντων, καὶ τὰ ἱμάτια ἀποδυσαμένων, φησὶ πρὸς τὸν ὅσιον ὁ ἐπίσκοπος κατελθὲ πρῶτον, εὐλόγησον τὸ ὕδωρ, πάτερ, ἵνα καὶ ἡμᾶς μεταλάβωμεν τῆς σῆς ἁγιότητος. Τότε ὁ μέγας τὸν τύπον τοῦ σταυροῦ ποιήσας, καὶ ἐν τῷ ὕδατι καταδὺς, αἴφνης εὐωδιάζειν ὁ χῶρος ὀσμὴν θείαν, ὑπερβαίνουσαν πᾶσαν μυρεψικὴν ἐπιστήμην· ἐκπλαγεὶς δὲ ὁ ἐπίσκο-

A σηθωος σὺν τῷ κλήρῳ ὅλῃ τῷ ϖροσδόξῳ θαύματι, ἔκραζον, Κύριε ἐλέησον, ὅλῃ ὥρας ἱκανὰς. Οὐδεὶς μέντοι ἕτερος τῶν ἐκεῖσε ἐλούσατο. Ἀλλ' ἡ παράδοσις ἔχει, ἀποκέκλεισθαι ἀπὸ τῆς τότε ὥρας ὅλῃ χρόνος ἱκανὸς τὸ λουτρὸν, ὥστε τοὺς ϖλησιάζοντας τῇ θύρᾳ ὀσφραίνεσθαι ϖλείστου τῆς εὐωδίας. Τότε οὖν ἐκ θαύματος διαφημισθέντος ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ, ϖολλοὶ συνῆλθον ὠφελείας χάριν λαβεῖν. Διεδόθη γὰρ τὸ ὄνομα, καὶ ἡ πολιτεία τῶν ὁσίων ἐν ταῖς κύκλῳ ἐπαρχίαις πάσαις, ὥστε μὴ δύνασθαι αὐτοὺς, ὡς δεῖ, ἡρεμεῖν καὶ ϖροσεύχεσθαι.

27 Καὶ τοῦτο δυσφορῶντες σφόδρα, καὶ δυσχεραίνοντες οἱ μισόδοξοι, συνεβούλευσαν τὰ, ἅπερ ἐκ ὑπισκόπῃ, καὶ ἐκ φιλοχρίστῳ λαῷ, αὖθις καταλθεῖν ϖρὸς τὴν ἰδίαν ϖατρίδα, ἰδόντες, ὅτι ὁ τῶν ἐνδεχομένων ἐστὶ τοῦτο γνῶσθαι, διὰ τὸ σφόδρα φιλεῖσθαι αὐτοὺς ὑϖὸ ϖάντων. Ἀϖέστειλεν ὁ θεῖος Ἀρσένιος τὸν φαινότατον Ἠλίαν, δηλῶν τῷ ὑπισκόπῳ ὅτως· Εὐδοκίᾳ ἐκ Θεοῦ καὶ συνεργείᾳ τῇ σῇ, δέσποτα, ἀκώλυτοι γνώμεθα ϖρὸς τὸ αὖθις ὑϖοστρέψαι, καὶ καταλθεῖν εἰς τὴν ἐνεγκαμένην ἡμᾶς· ἰδοὺ γὰρ καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ τῆς δυνάμεως ὑμῶν, ὦ Φιλότης, εἰς κόρον κατετρυφήσαμεν ὅλῃ ὀκτὼ ἐνιαυτούς. Ταῦτα ἀκήκοος ὁ ὑπίσκοπος, καὶ ϖεῖλυπος σφόδρα γνόμενος, ἤρξατο λόγοις κολακευτικοῖς καὶ ϖροσηκτικοῖς εἴργειν τὸ μακαρίων τῆς τοιαύτης ϖροθέσεως· ὡς δὲ τὸ ἔμμονον τῆς τῶν ὁσίων βουλῆς, καὶ τὸ δύμειλικτον συνῆκεν, ϖροσεποιήσατο, ἀρ' ὀργίζεσθαι, καὶ φησι· Πῶς; λάθρᾳ τῆς ἐμῆς βουλῆς διαδράσητε; ὁ δὲ ϖρὸς αὐτόν· Σύγνωθί μοι, κύριε. Ὁ μέγας· Οὐ μενῶ μέντοι ἐνθάδε.

28 Ἴδιον κλῆρον καὶ τοὺς κατ' ἐξοχὴν ϖροσκαλεσάμενος, λέγει αὐτοῖς· Οἴδατε ὅτι ἡ θεοφιλὴς ζυγὴ τῶν ὁσίων ϖατέρων τῶν ἐντοῦθεν ἀϖαίρεσα κατέρχεσθαι εἰς τὰ ἴδια; Οἱ δὲ ϖρὸς αὐτόν· Νῦν οἴδαμεν ὅτι τοιοῦτοι φωστῆρες ἄλλοι οὐ μὴ εὑρήσωμεν· καὶ εἰ ϖροσκλήσει ῥᾳδίως οὐ ϖεισθέντες· καὶ κατελθεῖν δὲ ἐναντίων ϖειρασμῶν εἰργάσθωσαν. Τῆς δὲ ἑορτῆς τῶν ἁγίων Θεοφανίων φθασάσης, καὶ χιόνος ϖολλῆς ὑϖαρχούσης, τελέσαντες τὴν θείαν λειτουργίαν, καὶ ὅλου τοῦ αὐτοῦ ϖλήθους καὶ λαοῦ σὺν τῷ ἐπισκόπῳ γνομένου, ἐξέσαν τῆς ϖόλεως τὴν ὁρμὴν ϖρὸς τοὺς ὁσίους ϖεποιημένοι, φέροντες καὶ τὸν τῆς ἐκκλησίας σκευοφυλακὴν ὑϖό τινων συρόμενον, καὶ τὰς χεῖρας ὀϖισθεν δεδεμένον, καὶ μετρίως τυπτόμενον. Καὶ δὴ εἰσελθόντες ἐν τῷ οἰκήματι, καὶ τοὺς ἁγίους ἀσπασάμενοι, ἤρξατο ὁ ὑπίσκοπος ἐμβριθῶς καταπλήττειν αὐτῶν, καὶ λέγειν· Ὑμεῖς μοναχοί; ὑμεῖς φοβεῖσθε τὸν Θεὸν, τοιαύτην ἱεροσυλίαν εἰς ἡμᾶς ἐργασάμενοι; Ἀϖεδώκατε ἡμῖν ϖονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν. Ἀψευδὲς γὰρ τὸ θεῖον λόγιον, φάσκον· Ὅτι ϖολλοὶ ἐλεύσονται ϖρὸς ἡμᾶς ἐν ἐνδύμασι ϖροβάτων· ἔνδωθεν δέ εἰσι λύκοι ἅρπαγες. Ἀϖοκρίνεται δὲ ὁ θεῖος Ἀρσένιος ἐν ϖολλῇ ταπεινοφροσύνῃ ϖρὸς αὐτόν· Σύγνωθί μοι, δέσποτα, ὅτι, ὡς οἶμαι, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ καὶ καθαρῷ συνήδοτι ἀνεστράφημεν ϖρὸς ὑμᾶς μέχρι γε νῦν. Τίς δέ ἐστιν ὁ ϖειρασμὸς, οὐκ ἴσμεν.

29 Τότε ὁ ὑπίσκοπος εἰς μέσον ἀγαγὼν τὸν δὴ ψευδῆ συνήγορον, καὶ δὴ ὁσίου ὑπίστλασον κατήγορόν, φησι· Τὸν ὑϖηρετοῦντα σοι κίνδυνον ὑφορώμενος, τὸ ἀληθὲς σαφέστατα καθομολόγησον. Πῶς τὰ ἐκκλησίας ἱερὰ σκεύη λαθρα συλήσας ἀϖεμπωλήσατε; Ὁ δὲ ἀϖυλωτῷ στόματι ἀποκριθεὶς, λέγει· Ἐπειδὴ ϖολλαῖς θωπείαις, καὶ κολακίαις ὑϖὸ δὴ μοναχοῦ Ἠλίου ἐξαπατηθεὶς, συλήσαντες ἀϖεμπωλήσαμεν αὐτὰ, καὶ διεμερισάμεθα τὸ τίμημα αὐτῶν. Ἀποκρίνεται ὁ θεῖος Ἀρσένιος σὺν δάκρυσι, καὶ φησι· Πίστευσόν μοι δέσποτα· πένυ νέοντα τῇ ἡλικίᾳ ἐδεξάμην αὐτὸν ἕως ὁμόλε· ἄνθρωπον εἰδήσεώς μοι οὐχ ἥψατο. Λέγει αὐτῷ ὁ ὑπίσκοπος· Ὦ πάτερ ὅσιε, σὺ ἐν ἁπλότητι, καὶ ἐν ἀκακίᾳ ϖερεύομενος, τοὺς δεινοὺς

rus ob ſtupendum prodigium, exclamabant ad multas horas: Domine, miſerere. Nullus tamen alius ex præſentibus illic eſt lotus. Traditio quoque habet, ab eadem illa hora occluſum ad multum tempus fuiſſe balneum, ita ut appropinquantes ad portam abundè odorem optimum perciperent. Hoc igitur prodigio per omnem viciniam divulgato, multi accurrebant, ut ſubſidium impetrarent. Quippe nomen & inſtitutum Sanctorum innotuit in omnibus circum jacentibus provinciis, ut non poſſent quieſcere & orare, ſicut oportet. A. DISCIPULO MONACHO.

27 Hoc autem ægrè admodùm ferentes ac dolentes viri gloriam exoſi, deliberabant de iis, quæ ſpectabant ad epiſcopum & populum Dei amantem, ut irent iterum ad patriam ſuam, ſcientes, quòd conſenſuri non eſſent, ut id fieret, quia vehementer amabantur ab omnibus. Miſit itaque divinus Arſenius clariſſimum Eliam, ut epiſcopo hac ratione loqueretur: Divina benignitate atque adjutorio tuo, domine, liberi ſumus facti ad redeundum viſendumque rurſum terram, quæ nos produxit. Ecce enim in charitate æquitateque veſtra, ô amantiſſime, ad ſatietatem fruiti ſumus octo annis. Hiſce auditis, epiſcopus triſtis admodùm factus, cœpit verbis blandis & ad conſolandum idoneis ſe opponere iſti Sanctorum propoſito: ubi verò conſtantiam illorum conſilii percepit, & facilitatem aliàs acquieſcendi, finxit ſe iraſci, dixitque: Quomodo? ſine meo conſilio abeatis furtim? Ille verò repoſuit: Ignoſce mihi Domine. Magiſter meus dicit: Non manebo tamen hîc. *hinc apud omnes inclareſcens, de diſceſſu in patriam agit;*

28 Ille, advocatis clericis ſuis & aliis excellentioribus, dicit: Scitis, piiſſimum par ſanctorum patrum, qui hìc ſunt, diſcedere, & ad propria reverti? Illi verò repoſuerunt: Nunc novimus, quòd tanta luminaria alia non ſimus inventuri: &, ſi hortationi facilè non obediant, contrariis etiam tentationibus prohibeantur diſcedere. Itaque, ubi aderat feſtivitas Epiphaniæ, quando nix copioſa terram operiebat, peracto ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, cùm numeroſa populi multitudo hùnc in finem ad epiſcopum veniſſet, ſubitò exiverunt urbe ad Sanctorum monaſterium, ducentes & cuſtodem ſacrorum vaſorum eccleſiæ, ab aliquibus tractum manibus retrò ligatis, & modicè verberatum. Poſtquam ingreſſi erant domum, & Sanctos ſalutaverant, cœpit epiſcopus duriter in ipſos clamare, & dicere: Voſne eſtis monachi? Voſne Deum timetis, qui tanti furti ſacrilegium in nos committere ſuſtinuiſtis? Reddidiſtis nobis mala pro bonis. Non fallit divinum oraculum, quod dicit, quòd multi ſint venturi ad nos in veſtimentis ovium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces. Reſpondet verò divinus Arſenius ipſi cum multa humilitate: Ignoſce mihi, domine; quia integro corde & purâ conſcientiâ, ut exiſtimo, vobiſcum ſumus converſati uſque in hunc diem. Quæ verò ſit illa tentatio, non novimus. *at epiſcopus, ut Sanctos retineat, filiitiam calumniam*

29 Tunc epiſcopus in medium producens figmenti patronum, & ſubornatum Sancti accuſatorem, dicit: Videns eum, qui tibi auctor eſt periculi, verum manifeſtiſſimè fatere. Quomodo ſacra eccleſiæ vaſa furtim ſurrepta vendidiſtis? Ille verò effræni ore reſpondens, dicit: Poſtquam multa aſſentatione & adulatione à monacho Elia deceptus eram, ea furtim ablata vendidimus, & iſtorum pretium diviſimus. Reſpondet divinus Arſenius cum lacrymis, & dicit: Crede mihi domine: valde juvenem ætate eum mihi accepi tamquam ſocium: ſine cognitione mea nihil attigit. Dicit ei epiſcopus: O pater ſancte, tu in ſimplicitate & ſine malitia converſans, aſſutos & pra- *contra S. Eliam cum ſe profert.*

A. DISCIPULO MONACHO.

vos non obſervas. Ille verò cor habens adamantinum, licèt intelligeret imminentem tentationem ad ſe ſpectare, ſtabat ſilens, & dicta admirans. Deinde in medium ductus, ſua humiliter defendebat, dicens: Teſtante mihi conſcientia mea in Spiritu ſancto, nihil eorum, quæ dicta ſunt, à me effectum eſt. Si verò vos eſtis teſtes, illa à me eſſe facta: non renuo, nihil dico: ecce dorſum meum ad flagra præbeo, & malas meas ad alapas. Tunc epiſcopus, fingens ſe videlicet iratum, præcepit adſtantibus, ut ipſum tractum carceri manciparent.

& demum Eliæ conſtantiâ ſic egregiè probatâ, in habitum Sanctorum conſentit.

30 Illi verò, apprehenſis ipſius manibus, trahebant ipſum, dicentes: Ne graviter tuleris tentationem, pater ſancte: nam poteſt Deus citò dare exitum. Reſpondet Vir admirandus, & dicit: Qui ſpe gaudent, in ejuſmodi tentationibus lætantur, miniméque triſtantur. At timor ingens incumbit, quando trahimur per immites angelos à tribunali judicantis Chriſti & conjicimur in tenebras exteriores. Tunc cœpit divinus Arſenius fluminis inſtar lacrymas fundere, & canos ſuos irrigare. Hunc autem videns epiſcopus, fictitiæ
B tentationis ſtructor temerarius, tactuſque non modico dolore, ut qui ſtultè erat operatus, cœpit uti verbis ad conſolandum idoneis, ac ſenem delinire. Mox verò ſuos mittens, Sanctumque è carcere educens, dicit ad Virum Dei timentem: Pater ſancte, an cogitabas te à nobis hac in re temerè probari? Ille verò ſerenus indole & vultu, ipſi dixit: Scriptum eſt: Dum tibi maledicitur, conſidera, an fortè quid feceris maledicto dignum: ſi autem non feceris, cogita maledictum eſſe inſtar fumi fugientis. Hiſce auditis magna cum utilitate, epiſcopus dicit: Omnino verum eſſe dico divinum oraculum, quia juſtus ut leo confidit. Erat enim Beatus revera fortis & inconcuſſus corde, omnem tentationem generoſè perferre ſciens: neque percuſſus emolliebatur aut verſabatur, neque laudatus inflabatur aut efferebatur .... a Epiſcopus tamen ex animo dolorem ſuum Sanctis declarans, dicenſque ſe impegiſſe ipſos tentando, hortabatur, ut abirent in pace.

σκολιὸς ὁ κατανοῶν. Ὁ δὲ ἀδαμάντινον τὸν καρδίαν ἔχων, συνιεὶς πειρασμὸν πρὸς δοκιμὴν εἶναι αὐτῷ, ἵστατο σιωπῇ ἀσκῶν, καὶ τοῖς λεγομένοις θαυμάζων. Εἶτα εἰς μέσον ἀχθεὶς τὸ καθ' ἑαυτὸν ἐν ταπεινώσει ἀπελογεῖτο, λέγων· Μαρτυρούσης μοι τῆς συνειδήσεως ἐν πνεύματι ἁγίῳ, οὐδὲν τῶν λαληθέντων ἐν ἐμοὶ ἐξήρασται. Εἰ δὲ ὑμεῖς μαρτυρεῖτε ὅτι ναὶ· ὅτι ἀπειθῶ, οὐδὲν λέγων. Ἰδοὺ τὸν νῶτόν μου δίδωμι εἰς μάστιγας, καὶ τὰς σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα. Τότε ὁ ἐπίσκοπος πρόσποιησάμενος ἑαυτὸν δῆθεν τὸν ὀργιζόμενον, κελεύει τοῖς παρεστῶσι, συρέντας αὐτὸν βληθῆναι ἐν τῇ φυλακῇ.

30 Οἱ δὲ ἐπλαβόμενοι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, ἔλεγον αὐτῷ λέγοντες· Μὴ βαρέως φέροις τὸν πειρασμόν, πάτερ ὅσιε· δυνατὸς γάρ ἐστι ὁ Θεὸς καὶ τάχει ἔκβασιν ποιῆσαι ἐν τάχει. Ἀποκρίνεται ὁ θαυμάσιος, καὶ λέγει· Οἱ τῇ ἐλπίδι χαίροντες, ἐν τοῖς τοιούτοις πειρασμοῖς γίνωνται, καὶ οὐ δειλαίνουσι· φόβος μέγας ἂν εἴη τοσοῦτος ἐστὶν, ὅταν ἐλκώμεθα ὑπὸ ἀντιτέμνων ἀγγέλων ἀπ' ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, καὶ βαλλόμεθα εἰς τὸ σκότος τὸ ἐξώτερον. Τότε ἤρξατο ὁ θεῖος Ἀρσένιος ποταμηδὸν δάκρυα φέρειν, καὶ τὰς αὐτοῦ πλάτας καταβρέχειν. Οὗπερ ἰδὼν, ὁ τῆς ψευδεπιπλάστου πειρασμοῦ μάτην συσκευάσας ἀρχιερεύς, καὶ πάνυ μεταμεληθεὶς, ὡς ἀσύνετα πράξας, ἤρξατο λόγοις παρακλητικοῖς παραμυθεῖσθαι καὶ ἐξομολογεῖν τὴν πρεσβύτην. Εὐθέως δὲ ὑποστείλας, καὶ τὸ ὅσιον ἐκ τῆς εἰρκτῆς ἐξαγαγών, φησὶ πρὸς αὐτὸν τὸ φοβοῦντα τὸν Θεόν· Πάτερ ὅσιε, διελογίζου ἐν τῇ εἰκῇ πειράζεσθαί σε ἐξ ἡμῶν; Ὁ δὲ γαληνὸς τῷ ἤθει, καὶ τῷ εἴδει, λέγει αὐτῷ· Γέγραπται· Ἐὰν λοιδωρηθῇ, σκόπει, μήτι σοι τὸ λοιδωρίας πέπρακται ἄξιον· εἰ δὲ πέπρακται, καπνὸν εἶναι φεύγοντα τοῦτο λοιδωρίαν νόμιζε. Ἅτερ ἀκούσας ὁ ἐπίσκοπος, καὶ λίαν ὠφεληθείς, φησι· Ὄντως ἀψευδὴς τὸν Θεῖον λόγον λέγω, ὅτι δίκαιος ὡς λέων πέποιθεν. Ἦν γὰρ ἀληθῶς ὁ μακάριος στερρὸς, καὶ ἀκεράδαστος τῇ καρδίᾳ, εἰδὼς ὑποφέρειν πάντα πειρασμὸν γυναίως. Οὔτε γὰρ τυπτόμενος ἐχαυνᾶτο καὶ συνελαίνετο, ὅτε ἐπαινούμενος ἐφυσιᾶτο καὶ ἐφαίρετο... Ὁ μὴν ἐπίσκοπος ἐκ ψυχῆς μετανοήσας τοῖς ἁγίοις, καὶ παιδιᾷ εἰπὼν ἐν τῷ πειράσαι αὐτὸν, προετρέψατο ἀπελθεῖν ἐν εἰρήνῃ.

ANNOTATIO.

a *Hic voces aliquot mendosè in apographo expreſſas, quibus S. Eliæ conſtantia ulteriùs commendatur, omittendas potiùs duxi, quàm cum erroris periculo corrigendas. De mirabili illo facto epiſcopi mentem meam aperui in Commentario num.* 15.

CAPUT V.

Iterata Sanctorum habitatio ad S. Euſtratium: geſta Arſenii cum altero Elia, & hujus prædictio: mors Arſenii: congreſſus Eliæ cum Daniele alterius Eliæ diſcipulo.

Sancti iterum habitant apud S. Euſtratium: unde Arſenius quædam proponit Eliæ Juniori.

Hoc modo Sancti proſperè navigantes, nutu Dei in partes Regii ſunt reverſi, rurſumque habitaverunt ad templum ſancti Euſtratii martyris. Omnes verò, cùm peregrini tum indigenæ, ipſos exceperunt, ut alterum Eliam atque Eliſæum alterum, videndo electum à Deo par, tamquam animam unam in duobus corporibus, ambos idem ſpirantes, implenteſque propheticum illum, ac

Οὕτως δὲ πλώσαντες νθύσει θεοῦ οἱ ὅσιοι κατῆλθον εἰς τὰ μέρη Ῥηγίου, καὶ κατῴκησαν αὖθις εἰς τὸν ναὸν τοῦ ἁγίου μεγάλου μάρτυρος Εὐστρατίου. Ἀπεδέξαντο δὲ αὐτοὺς ἅπαντες ξένοι τε καὶ αὐτόχθονες, ὡς ἄλλον Ἠλίαν καὶ Ἐλισαῖον, ἰδεῖν τὸν θεόλεκτον ζυγὸν, ὡς μίαν ψυχὴν ἐν δυσὶ σώμασι, τὸ ἓν πνέοντας, καὶ πληροῦντας τὸν προφητικὸν θεῖον λόγον· Κύριος κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ

A κῳ. Ἐν αὐτοῖς ᾗ ταῖς ἡμέραις ἦν ὁ μέγας κῆ περιβοητὸς πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας σὺν τῷ φοιτητῇ αὐτοῦ Δανίηλ ἐν τοῖς ἔ Ῥηγίᾳ μέρεσιν ὑπερέκεινα ἔ ἁγίᾳ μάρτυρος Δονάτε ἐν σπηλαίῳ οἰκῶν, πόλην γνῶσιν ἀγαπητικὴν σχὼς τὺς πατέρας ἡμῶν κεκτημένος, τότε θεῖα κῆ ἐξαίσια περήσια τελῶν, καὶ τὰς ἀλλώσεις τ πόλεων ἀληθῶς προλέγων. ἅπερ ἀκούων ὁ θεῖος Ἀρσένιος, κῆ λίαν ἐξεσηκὼς, κατέγνω τ αὐτοῦ ζωῆς· δηλῶν ᾗ αὐτῷ διά τινος ἔτως, ὡς οἶμαι· Πάτερ ὅσιε προσώχθησε Κύριος τὰ ἔργα μου· κῆ δι' ἕτο τοῦτο οὐδὲν τ μελλόντων προβλέπω.

32 Τότε ὁ ἅγιος σεμνῶς μειδιάσας ἀντεδήλωσεν αὐτῷ ἔτως· Πάτερ Ἀρσένιε, ὡς ἔοικε, μάντεως ἔργον ἐφίεσαί τι πλέον ἔν σοι χαρίσματος. Ἐπιζητεῖς; Τί ὁρᾷς ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ, τὰ ἅγια ὀπτελῶν; Μεμαρτύρηκε γὰρ περὶ αὐτοῦ ὁ μέγας Ἠλίας, ὅτι μέσον πυρὸς πνευματικοῦ ἑστὼς ὁ θεῖος Ἀρσένιος τὴν ἀναίμακτον λειτουργίαν ὀπτελεῖ· διὸ ἐξ αὐτοῦ μετέλαμβανεν ἔ σώματος κῆ αἵματος ἔ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ· κῆ αὐτὸς ὁ θεῖος Ἀρσένιος ὡς πυρὶ ἐν θεωρῶν περικάλυπτον τὸ θυσιαστήριον τὴν χάριν ἔ ἁγίου Πνεύματος ἐν τῷ προσκομίζειν τὰ θεῖα δῶρα ἀπὸ τ εἰσόδου τ θείας λειτουργίας μέχρι συμπληρώσεως. Διὸ κῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς δακρυρροῦν ἐ διελίμπανεν. Τοῦ οὖν μεγάλου κῆ ἀοιδίμου Ἠλίου, ἔ κῆ προφητικοῦ χαρίσματος δοχεῖα ὑπάρχοντος, μέλλοντος ἀπαίρειν δι' τ αἰτήσεως ἔ ἐπιγείου βασιλέως πρὸς ἐπουράνιον, κῆ ἔ πλήθους ἔ λαοῦ σὺν δάκρυσι κῆ ὀδυρμοῖς προπέμποντος αὐτὸν, ἱλάριός πως ἐπιστραφεὶς, λέγει τοῖς πᾶσι· Τεκνία μου, μὴ κλαίετε ἐπ' ἐμοί· ἐ γὰρ λείπω ὑμᾶς ὀρφανοὺς, ἐλεύσομαι ᾗ κῆ ἔσομαι μεθ' ὑμῶν.

33 Πλὴν τοῦτό ἐστε γινώσκοντες, ὅτι Ἠλίας ἤδη ἀποδημεῖ πρὸς Κύριον. Ἐπιδημεῖ γὰρ Κύριον. Ἠλίας καταπήγεται σωματικῶς ὀν μνημείῳ. Ἠλίας ἀνίσταται ἀρετῆς ἐν τῷ βίῳ. Καὶ καθὼς ἐμοὶ πειθήνιοι γεγόνατε, ὡς πατέρι τέκνα φίλτατα, τοιούτως κἀκείνῳ κλίνατε σὺν ἑαυτῶν αὐχένας. Μέλλει γὰρ διοικεῖσθαι ἔτη μοναδικῇ πολιτείᾳ, κῆ τὸ ὄνομα αὐτοῦ διαδοθῆναι ἐν πάσαις ταῖς ὑπαρχίαις. Αὐτὸς γὰρ παρακαλέσει κῆ παραμυθήσεται τὰς καρδίας ὑμῶν ἐν πάσῃ ἀνάγκῃ. Εἶτα προφητεία ἐ διήμαρται, ἀλλὰ πεπλήρωται ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν. Καὶ τῷ αὐτοῦ φοιτητῇ Δανιὴλ ἐνετείλατο, λέγων, ὅτι μετὰ τὴν ἐμὴν ἀποβίωσιν ὑποστείλας ἐνέγκατε τὸν μαθητήν ἔ θείου Ἀρσενίου, ὅπως ποιμανεῖ ἐμὸν πόιμνιον· ἀγαθὸς γὰρ πνεύματός ἐστι κῆ τελείου. Καὶ ταῦτα μὲν ἐν τούτοις.

34 Οἱ ᾗ θεῖοι κῆ θαυμασοὶ πατέρες Ἀρσένιος καὶ Ἠλίας μεγάλως τῷ ὕψει τ ἀρετῶν δοκιμοῦντες ὁδηγοὶ, κῆ τύπος ὠφελείας τοῖς πᾶσι ἐχρημάτιζον. Μικρὸν ἓν νοσηλευθεὶς ὁ θεῖος Ἀρσένιος, κῆ ἐν τῇ δίνῃ κατακλιθεὶς, δηλοῖ τῷ φαινοτάτῳ Ἠλίᾳ ἐν τῷ κασελλίῳ Πέτρᾳ Καύκας πεμφθέντι, λέγων· Ἐλθὲ τάχιον, τέκνον γλυκύτατον, θέασαι μὲν τὸν γέροντα πρὶν ἐκδημήσω τότε μὲ ἔ ταπεινοῦ σώματος. Ὁ ᾗ ἀγγελίαν δεξάμενος ταχεῖ δρόμῳ καταλαμβάνει τὸν ὅσιον, κῆ ὀπτεύων, ἐν ᾧ κατέκειτο ὁ θεῖος πρεσβύτης, δάκρυσι σὺν ἁγίοις αὐτοῦ πόδας κατεφίλει, λέγων· ὤμοι πάτερ ὅσιε, κῆ ἀγαθὲ ποιμήν, πῶς διαχωριζόμεθα ἀπ' ἀλλήλων σήμερον; Ἐνόμιζον γὰρ πρὸ τ ὁσίων σε χειρῶν πρὸ σοῦ ταφῆ παραδοθῆναι ὁ ἀνάξιος· συγχυθεὶς ᾗ τοῖς δάκρυσιν ὁ θεῖος Ἀρσένιος, κῆ ἐφ' ἱκανὴν ὥραν κλαύσαντες οἱ ἀμφότεροι, φησὶν πρὸς τ μακαρίτην Ἠλίαν ὁ πρεσβύτατος· Πιστεύω τῷ Θεῷ, ᾧ ἀφιέρωμαι ἐκ νεότητός μου, ἀδελφὲ, ὅτι τὸ ὄνομά σε ἐγγέγραπται ἐν βίβλῳ ζωῆς. ἐγώ τε ὁ τάπεινος κῆ μέτριος πεντεκαιδεκαέτης ὢν, τ ζυγὸν ἔ Χριστοῦ ἐπὶ τ ὤμων μου ἀναλαβὼν, σὺκ ἴσχυσα ὅπ ἀνηρέσησε ἐν τῇ ζωῇ μου. Πλὴν εἰ εὔχοιμοι χάριν

divinum ſermonem: Deus inhabitare facit unius moris in domo. Illis ipſis diebus erat magnus ac famoſus pater noſter Elias *a* cum diſcipulo ſuo Daniele in partibus Regii ſupra eccleſiam ſancti martyris Donati in ſpelunca habitans, qui multùm amica familiaritate cum patribus noſtris conjunctus erat ac divina & ingentia patrabat miracula, & urbium expugnationes manifeſtè prædicebat. Hæc audiens divinus Arſenius, vehementerque obſtupeſcens, damnabat vitam ſuam. Dixit verò ipſi per aliquem ſic, ut exiſtimo: Pater ſancte, Dominus deſpexit opera mea: eaque de cauſa nihil futurorum prævideo. A DISCIPULO NOSTRO.

32 Tunc Sanctus honeſtè ſubridens, contrà ipſi locutus eſt hoc modo: Pater Arſeni, majoris, ut videtur, quàm ſit opus propheticum, gratiæ donum ad te pervenit. Quæris, quale? Quid vides in ſacroſancto Miſſæ ſacrificio, divina perficiens myſteria? Teſtatus enim de ipſo eſt magnus Elias, quòd ſtans in medio ignis ſpiritalis incruentum perficeret Sacrificium. Idcirco ab ipſo accepit Corpus & Sanguinem Domini noſtri Jeſu Chriſti. Et ipſe divinus Arſenius in modum ignis altare circum opetientis contemplabatur gratiam Spiritus ſancti inter offerendum divina Dona ab introitu Miſſæ uſque ad completionem. Quare & oculis non deſinebat lacrymas fundere. Quando igitur magnus & venerabilis Elias, qui & gratiæ propheticæ erat particeps, diſceſſurus erat per petitionem regis terreni *b* ad Regem cæleſtem, & multitudine populi cum lachymis ac luctu ipſum proſequente, placidè converſus, dixit omnibus: Filioli mei, nolite flere ſuper me: non enim vos orphanos relinquo, ſed veniam, & ero vobiſcum. *qui ei ſe laudat, mortemque ſuam prædicit,*

33 Attamen hoc ſcitote: Elias modò diſcedet ad Dominum. Advenit propter Dominum. Elias depoſitur corporaliter in monumento. Elias reſurgit in vita virtutis. Et quemadmodum mihi obediſtis, ut patri obediunt filii cariſſimi, ita & illi inclinate cervices veſtras. Quippe annos piè tranſiget in ſolitaria vita, & nomen ipſius divulgabitur in omnibus provinciis. Ipſe enim hortabitur & conſolabitur corda veſtra in omni neceſſitate. Hæc porrò prophetia non aberravit, ſed impleta eſt ſub oculis noſtris. Prædicto etiam diſcipulo Danieli mandavit, dicens: Poſt mortem meam mittens, adducite Diſcipulum divini Arſenii, ut paſcat ovile meum: boni enim eſt ſpiritus & perfecti. Et hæc quidem de iſtis. *tuti & varia de S. Elia noſtro.*

34 At divini & admirabiles patres Arſenius & Elias, virtutum ſublimitate duces experti, & exemplar opis præſtandæ habebantur. Deinde morbo correptus divinus Arſenius, & lecto decumbens, clariſſimo Eliæ, miſſo ad caſtellum, cui nomen Petra Caucas *c*, nuntium mandat, dicens: Veni citiſſimè, fili dulciſſime, vide ſenem, priuſquam diſcedam ab abjecto hoc corpore meo. Ille, accepto nuntio, velocì curſu tendit ad Sanctum, proruenſque, ubi jacebat divinus ſenex, cum lacrymis ſanctos ipſius pedes oſculabatur, dicens: Heu! pater ſancte, & paſtor bone, quomodo invicem hodie divellimur? Nam indignus ego putabam me ante te ſanctis manibus tuis ſepulcro tradendum. Divinus quoque Arſenius lacrymis perfuſus eſt, & ambo longo intervallo fleverunt. Tum presbyter beato Eliæ dicit: Credo Deo, cui conſecratus ſum à juventute mea, frater, nomen tuum eſſe ſcriptum in libro vitæ. Ego autem humilis & abjectus, qui annos natus quindecim jugum Chriſti humeris meis impoſui, non ſcio me eidem placuiſſe in vita mea. Verumtamen, ſi invenerim gratiam in conſpectu bonitatis ipſius, in- *Pius obitus Arſenii,*

A. DISCIPULO MONACHO.

separabilis tecum ero in hoc seculo & in futuro. Hisce dictis, precibusque fusis, ac salutatis omnibus osculo sancto, sanctam integramque animam Dei manibus tradidit. Et sanè laudatur meritò, qui perpetuò usque ad obitum beatum Eliam hortabatur ac in omni tribulatione consolabatur.

ἀχώριστός σε ἔσομαι ἐν τῷ νυῦ αἰῶνι, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι. Ταῦτα εἰπὼν καὶ ἐπιδοξάμενος, ἀπεκοιμήθη τε πάντας ἐν ἁγίῳ φιλήματι, παρέθετο τὴν αὐτοῦ ἁγίαν καὶ ἀλώβητον ψυχὴν εἰς χεῖρας τοῦ Θεοῦ. καὶ δὴ ὄντως ἐπαίνεσιν, διηνεκῶς τῷ μακαριωτάτῳ Ἠλίᾳ μέχρις ἐξόδου συμπαθήσαντι, καὶ συμπαλαίων αὐτὸν ἐν πάσῃ θλίψει.

& sepultura: ejus corpus effossum comburere nequiunt Saraceni.

35 Obiit autem senex & plenus dierum divinus & magnus Arsenius, & depositum est divinum sanctumque ipsius corpus in eodem templo sancti martyris Eustratii. Verùm post multum temporis, sicut magnus pater noster Elias narrabat, impiis Saracenis ad locum venientibus, qui viderant Sancti sepulcrum esse clausum, crediderunt thesaurum in eo fuisse absconditum: hunc fodiendo quærentes, cùm quidem corpus S. Arsenii invenissent salvum & integrum, ac veste sacerdotali decenter amictum, cœperunt insensati inter se illud illudere, & invicem dicere: Hi sunt, qui infideles amentesque Christianos decipiunt, dicentes uni solique Deo Filium esse æqualis cum ipso majestatis & gloriæ. Adeste, hunc in terram
B referentes, corpus deceptoris comburamus. Tunc allata virgultorum & stipularum magna multitudine, eique impositio corpore, perseverabant inflantes sine effectu, donec tandem defecerint. Unde prodigio obstupescentes homines exitiales, fugam inierunt, abscesseruntque confusi, re minimè perfecta. Post discessum verò gentis Saracenicæ, venerandus Elias noster egressus est castello, acceptumque corpus venerandum cum veste sacer-
dotali complexus affectu tenero, reposuit intra ecclesiam.

35 Κεκοίμηται δὲ πρεσβύτης καὶ πλήρης ἡμέρων ὁ θεῖος καὶ μέγας Ἀρσένιος, καὶ κέκειται τὸ θεῖον καὶ ἅγιον αὐτοῦ λείψανον ἐν αὐτῷ τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Εὐστρατίου. Μετὰ δὲ χρόνους ἱκανοὺς, καθὼς ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας διηγεῖτο, τῶν ἀφέων Ἀγαρηνῶν τὴν χώραν ἐπιδημησάντων, τὸ τάφον τοῦ ὁσίου συμπαθέντα ἰδόντες, ὡς ἔλαβον θησαυρόν τινα ἐν αὐτῷ ἐγκεκρύφθαι· ὄνπερ ὀρύξαντες, καὶ τὸ σῶμα τοῦ ὁσίου Ἀρσενίου σῶον καὶ ὁλόκληρον μὲν εὑρηκότες, καὶ ἱερατικὴν στολὴν σεμνῶς ἠμφιεσμένον, ἤρξαντο οἱ ἀγνώμονες διαπαίζειν πρὸς ἑαυτοὺς καὶ λέγειν· Οὗτοί εἰσι οἱ ἀποβεβληκότες τὸν ἀνόητον Χριστιανὸν, σύνθρονον Υἱὸν λέγοντες ἔχειν τὸν ἕνα καὶ μόνον Θεόν. Δεῦτε καὶ τοῦτον ἐν τῇ γῇ ἀνανέγκαντες πυρίκαυστον τὸ σῶμα τοῦ πλάνου ποιησώμεθα. Τότε ἐνέγκαντες φρυγάνων καὶ καλάμων πολὺ πλῆθος, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ σωρεύσαντες, διέμειναν φυσῶντες ἀνανέργητα ἕως οὗ εἰς τέλος ἀπόνησαν· ὅθεν τῷ θαύματι καταπλαγέντες οἱ ἀλάστορες, ἔφυγον, καὶ ἀπῆλθον καταισχυνόμενοι, καὶ ἄπρακτοι. Μετὰ δὲ τὴν ἀπέλευσιν Ἀγαρηνῶν ἔθνος, ἐξῆλθεν ὁ σεβάσμιος ἡμῶν Ἠλίας ἐκ τοῦ κατασκίου, καὶ σκεπάσας τὸ τίμιον λείψανον, μετὰ τῆς ἱερατικῆς στολῆς, καὶ πόθῳ σκεπασάμενος κατέθετο αὐτὸ ἔνδον τοῦ ναοῦ

Elias, hortante Daniele, venit ad monasterium Eliæ Junioris, ubi egregia d

36 Postquam ille ad partes castelli reversus erat, atque orationi silentioque vacabat, misit ad ipsum divinus Daniel, ut confestim ad se veniret, dicens: Age invicem videamus, frater, priusquam discedamus ex hac vita. Festinanter igitur Vir venerabilis jejunus & pedes, ut solebat, totum viæ intervallum confecit, ac horis vespertinis in partes Salinarum *d* pervenit ad monasterium, siti æstuque vehementer pressus: nam erat etiam tempus æstivum. Ubi verò per janitorem adventum ipsius intellexerat, statim divinus Daniel portam monasterii claudit, dicens: Sta, neque enim dignus es, ut huc ingrediaris. Tunc
C Mitis & humilis corde omnem tentationem hilariter & cum gratiarum actione tulit. Deinde post solis occasum mittit ipsi modicum quid panis & vasculum aquæ. Hæc excipiens Beatus, & cum gratiarum actione assumens, se indignum dicebat illo etiam modicissimo nutrimento. Itaque cùm multa tentatione omnino probatus esset, divinus Daniel ingressum ipsi aperuit ridenti vultu, ipsumque salutans osculo sancto, dicit eidem: Nunc cognovi, te verè monachum esse & imitatorem magni Arsenii: valdè enim mirabatur atque exultabat de tolerantia & integritate sancti patris nostri Eliæ.

36 Αὐτὸς τε τοῖς τοῦ κασελλίου μέρεσιν ὑποστρέψαντος, καὶ τῇ προσευχῇ, καὶ ἡσυχίᾳ σχολάζοντος, ἀπέστειλεν πρὸς αὐτὸν ὁ θεῖος Δανιὴλ, ὃς ὀξέως φοιτήσας πρὸς αὐτὸν, Δεῦρο, λέγων, θεασώμεθα ἀλλήλους, ἀδελφὲ, πρινὴ βίου ἐκδημῆσαι ἡμᾶς. Σπεῦσον τάχει ἓν ὁ ἀοίδιμος νήστις περιπορήσας ὅλον τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ, ὡς ἔθος ἦν αὐτῷ, καταλαμβάνει, τὰς ἑσπερέας ὥρας τοῦ μέρους τῶν Σαλινῶν εἰς τὸ μοναστήριον τῷ δίψει καὶ τῷ καύσωνι εἰς ἄγαν πιαθείς· ἦν γὰρ λοιπὸν καιρὸς θέρους· τὴν δὲ αὐτοῦ ὑποδημίαν λαβὼν ὁ γυμνοῦ νοήσας, θύρᾳ ἀποκλύει αὐτῷ τὴν θύραν τοῦ μονῆς ὁ θεῖος Δανιὴλ, λέγων· Στῆθι, ἀνάξιος γὰρ εἶ τοῦ ἐνταῦθα εἰσόδου. Τότε ὁ πρᾶος, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ ἔφερε πάντα πειρασμὸν ἱλαρῶς, καὶ εὐχαρίστως. Εἶτα μετὰ τὴν δύσιν ἡλίου ἀποστέλλει αὐτῷ βραχύ τι ἄρτου, καὶ βικάλιον ὕδατος· ἅπερ δεξάμενος ὁ μακάριος, καὶ εὐχαριστῶν μεταλαβὼν, ἀνάξιον ἑαυτὸν διηγεῖτο, καὶ αὐτῆς τοῦ βραχυτάτης τροφῆς· ὅτου τε ἐφ' ἱκανὸν πειρασμὸν ἐν πάντι δόκιμος, ὁ θεῖος Δανιὴλ ἠνοῖξεν αὐτῷ τὴν εἴσοδον μειδιῶντι προσώπῳ, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν ἐν φιλήματι ἁγίῳ, λέγει πρὸς αὐτόν· Νῦν οἶδα ὅτι μοναχὸς ἀληθῶς εἶ, καὶ μιμητὴς μεγάλου Ἀρσενίου· λίαν γὰρ ἐθαύμασεν καὶ ἠγαλλιᾶτο ἐπὶ τῇ ἀνεξικακίᾳ καὶ ἀκαρεότητι τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Ἠλίου.

dat sublimis virtutis exempla.

37 Postquam autem diu fuerant collocuti de salute animæ, ac de futura Sanctorum mercede, hortatus est divinus Daniel clarissimum Eliam, ut parumper quiesceret propter laborem itineris instituti. Porrò ubi aliquo tempore solus fuerat, quo orationi instabat, ac psalmos Davidicos secum eloquebatur; secundum consuetudinem ædituus citò lignum pulsat ad hymnos matutinos perficiendos. Obstupuit ad hoc magnus pater noster Elias, dicens secum: Hæc est tentatio ad probationem cordis. Absoluto autem cantu psalmorum, & inchoata lectione, tædio affectus divi-

37 Μετὰ δὲ τὸ ὑπὲρ πολὺ προσομιλῆσαι αὐτοὺς περὶ σωτηρίας ψυχῆς, καὶ τοῦ μελλόντος ἔσεσθαι τοῖς ἁγίοις ἀνταποδώσεως, προετρέψατο ὁ θεῖος Δανιὴλ τὸν φανέντα Ἠλίαν ὀλίγον διαναπαύσασθαι διὰ τὸ ὁδοιπορίας κόπον. Καὶ δὴ μικρὸν ἰδιάσαντος αὐτὸν, καὶ τῇ προσευχῇ ἐγκαρτερῶντος, ψαλμούς τε Δαβιδικοὺς ἀποσημαίνοντος ἐν ἑαυτῷ, κατὰ τὸ ἔθος κρούει σύριγγος τὸ ξύλον ὁ προσμονάριος πρὸς τὸν ἑωθινοὺς ὕμνους ἐκπληρῶσαι. Ἐξέστη δὲ ἐπὶ τούτῳ ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας, ἐν ἑαυτῷ λέγων· Τοῦτο πειρασμός ἐστι πρὸς δοκιμασίαν καρδίας. Τῆς δὲ ὑμνῳδίας ἐπιτελεσθείσης, καὶ τῆς ἀναγνώσεως ἐπισχεθείσης, ἀκη-

δὴ

A διάσας ὁ θεῖος Δανιὴλ καὶ ὅλως τῷ ὕπνῳ κλονηθεὶς, συνίδεν ἡρεμέως ἐξελθεῖν τ̃ ἐκκλησίας, καὶ διαναπαῦσαθαι. Τότε ὁ σεβάσιος καὶ ἀδαμάντινος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας ἐπιλαμβάνεται γ παιδικὶς γ δειλανδρίσαντος· μειδιῶντι προσώπῳ λέγων· Μὴ δὸς τόπον τῷ πνεύματι τ̃ ἀκηδίας, ἀδελφὲ· σῴζει σὺν ἐμοὶ πυκτεύων μέχρι πρωΐας· βιαστῶν γάρ ἐστιν ἡ βασιλεία τ̃ οὐρανῶν· καὶ ἕτως σὺν αὐτῷ προσκαρτερήσας ἄχρι συμπληρώσεώς, φησὶν πρὸς αὐτὸν μετ' ἐκπλήξεως· Οὕτως πάτερ Ἠλία, ὡς ὁ ζέων σίδηρος σκληθεὶς τῷ ψυχρῷ ὕδατι, ἕτως σε ἡ θεία χάρις σκληρὸν πεποίηκεν· πάντα γὰρ ἰσχύεις ἐν τῷ ἐνδυναμοῦντί σε Χριστῷ.

nus Daniel, & somno prorsus agitatus, consideravit tacitè exire ecclesiâ & requiescere. Tunc robustus atque adamantinus pater noster Elias apprehendit pallium trepidantis, ridenti vultu dicens: Noli dare locum spiritui pigritiæ, frater: sta mecum decertans usque ad horam matutinam: nam violentorum est regnum cælorum. Et sic cum ipso permansit usque ad finem, eique obstupescens dixit: Sanè pater Elia, sicut ferrum fervens gelidâ aquâ roboratur, ita divinæ gratia te roborans fortem effecit: nam omnia potes in Christo, qui te confortat.

A. DISCIPULO MONACHO.

ANNOTATA.

a *Alter hic est Elias, dictus* Junior, *cujus Vita data est ad 17 Augusti, ubi de eo, & discipulo ejus Daniele agitur. Interpres Italus omisit omnia, quæ de eo dicuntur in his Actis.*

b *S. Elias, cognomento* Νέος, *de quo agitur, vocatus fuit Constantinopolim ab imperatore Leone sapiente, sed obiit Thessalonicæ, antequam ad imperatorem perveniret. Consule Vitam ipsius, in qua fusiùs illa referuntur cap. 6 & 7. Prædicit ille verbis mox sequentibus obitum suum, & adventum* Eliæ, *de quo hic agitur. At prædictio ipsius non est intelligenda de præfectura monasterii Eliæ Junioris, sed de futura habitatione Eliæ nostri in vicinia: & sic omnia exactè impleta sunt, ut ostendi in Commentario num. 16.*

B

c *Hoc castellum ab interprete Latino scribitur* Petre Calca, *à Thomasio* Petra Cauca. *Dedi voces Græcas, prout habentur in meo apographo.*

d *De* Salinis *vel* Aulinis, *ubi erat monasterium S. Eliæ, & hujus Danielis, discipuli ipsius, aliqua sunt dicta in Commentario prævio Vitæ S. Eliæ Junioris num. 15. Vide etiam dicta nostra in Commentario num. 19.*

E

CAPUT VI.

S. Elias habitat cum Cosma abbate: hoc deinde ob prævisam cœnobii constructionem abeunte, monachos admittit & cœnobium condit.

C Καὶ ἕτως ἐν ὀλίγῳ συνέσχοι ἅμα, καὶ συνόμιλοι γενόντες, ἐπιθυμίαν εἰσδέχεται ὁ πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας γ καταμόνας ἡσύχως οἰκῆσαι, καὶ, ὡς δεῖ, τῷ Θεῷ λατρεῦσαι, μεμνημένος καὶ ἀποστολικ̃ ῥητ̃, φάσκοντος· Ἐπ' ἐρημίαις πλανώμενοι, καὶ ὄρεσι καὶ σπηλαίοις, καὶ ταῖς ὀπαῖς τ̃ γ̃ς. Καὶ δὴ συντυχὼν μεγάλῳ γέροντι, καὶ τὰ καθ' ἑαυτὸν αὐτῷ ἀναθέμενος, δὺ' ἀναφέρει αὐτὸν ὁ θεῖος Κοσμᾶς ἅμα τῷ μαθητῇ αὐτ̃, τ̃νομα Βιταλίῳ, ἐν ᾧπερ κατῴκησεν μονωτάτῳ σπηλαίῳ, τῷ ὄντι ἔνδον τ̃ πόλης, ἔνθα νῦν ἡ ἀποθήκη γ οἶνος γέγονεν τότε ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι ὁ μέγας πατὴρ Ἠλίας ἐπὶ γ τόπ̃ ἐπιτηδιότητι, ἔρημον ὄντα τε πρὶν καὶ ἄβατον, ἅμα τε καὶ ἐργάτην δόκιμον εὑρηκώς. Τοῦτ̃ γ̃ν διαφημισθέντος ἐν ταῖς περιξ χώραις καὶ κώμαις, πολλοὶ συνῆλθον ὠφελείας χάριν πρὸς αὐτ̃ς, ἅμα καὶ τὰ πρὸς τὴν χρείαν διακονοῦντες αὐτοῖς, ἄνδρες εὐγενεῖς καὶ περιφανεῖς· καὶ εἰς ἄκρον τὴν ἀσκητικὴν παλαίσραν κατορθωκότες, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς.

ET sic, ubi modico tempore convixerant simulque fuerant collocuti, sanctus pater noster Elias solitariè desideravit ac quietè habitare, & Deo, sicut oportet, servire, memor etiam illius dicti Apostolici, quod habet: In solitudinibus errantes, in montibus & speluncis, & in cavernis terræ. Cùm itaque occurrisset seni nominis magni, eique propositum suum declaravisset, statim ducit ipsum divinus Cosmas unà cum discipulo suo, cui nomen erat Vitalius, ad speluncam, ubi habitabat, maximè solitariam, quæ erat intra portam, ubi nunc facta est cella vinaria. Tunc spiritu exultabat magnus pater Elias ob loci aptitudinem, quòd ipsum & solitarium, ut priùs erat, & inaccessum, simulque cum eo probatum operarium inveniisset. Hoc autem divulgato in circumjacentibus locis & oppidis, multi concurrebant ad ipsos subsidii causâ, qui simul etiam necessaria subministrabant ipsis, viri nobiles & clari, tandemque asceticam palæstram perfectè secuti, quorum nomina sunt in libro vitæ.

F *Sanctus, relicto monasterio, in spelunca habitat cum Cosma;*

39 Ὁ μὴν θεῖος Κοσμᾶς, ὀχληθεὶς ὅτι τῷ πλήθει τ̃ ἀδελφῶν, καὶ σφόδρα μεταμεληθεὶς, φιλήσυχος ὢν, ἐβουλήθη γ ἀπάραι τ̃ ἐκεῖσε σὺν τῷ μαθητῇ αὐτ̃, καὶ ἐν ἑτέρῳ τόπῳ αὖθις καταμόνας οἰκῆσαι. Ὅπερ ὅπως ὁ θαυμάσιος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας, προσέπεσε τοῖς ποσὶν αὐτ̃, λέγων· Μὴ διαζευχθῶμεν ἀπ' ἀλλήλων, πάτερ ὅσιε, ἀλλ' ὡς συνέζεμεν ἀλλήλοις, ἁρμοσθῶμεν. Ἔσομαι γάρ σοι πειθήνιος ἐν πᾶσιν, καὶ δουλεύσω σοι ὡς πατρὶ, κα-

39 Divinus tamen Cosmas, turbatus de multitudine monachorum, vehementerque pœnitens, quòd quietis esset amans, voluit indè discedere cum discipulo suo, & in alio loco rursum solitariè habitare. Id cognoscens admirabilis pater noster Elias, accidit ad pedes ejus, dicens: Ne separemur invicem, pater sancte; sed, ut invicem conjunximus, perseveremus: nam obediam tibi in omnibus, & tibi ut patri serviam, quemadmodum servivi magno Arsenio. Posta-

hocque ob prævisam cœnobii constructionem abeunte,

quam

A. DISCIPULO MONACHO.

quam igitur petitioni magni Eliæ cesserat monachus, & tantisper quieverat, videt tempore hymnorum totum monasterii circuitum parvis speluncis & multitudine monachorum, laudantium Deum & psallentium, esse repletum *, & sanctum Eliam, veluti stellam lucidam, in medio eorum. Hæc intuitus, & rectè dijudicans, ubi mane surrexerat, dicit discipulo suo: Surge, frater: ego quidem hinc abeo. Placuit Deo, ut hic locus fiat cœnobium, multique salventur per patrem nostrum Eliam: sic enim præscivit & prædestinavit. Et, salutatis ipsis, abiit inde, ac discessit.

* *Hæc vox deest in Græco.*

visione excitatus & animatus,

40 Itaque admirabilis pater noster Elias erat cum fratribus in honesta illa spelunca egens, afflictus, ærumnas patiens, destitutus etiam quotidiano victu. Videns verò & locum esse aditu difficilem, atque angustum & præcipitem, capacemque esse ad receptionem plurium fratrum, decrevit in illo cum paucis ad id ipsum manere. In somnis portò visionem accipit, acsi caput suum circumvolitaret examen congregatum apum, non percutientium aculeis suis Sanctum, sed suavem cantum circa ipsum modulantium. Tacitè igitur incedens Sanctus, B & inveniens vas magnum & novum, caputque inclinans & colligens in novo illo vase, ibidem deposuit tamquam in horto arboribus semper viridibus decoro, ac floribus variis pulchrè vernante: verùm paucula ex istis animantibus in barba sua manere vidit, & paulò pòst avolantia è conspectu suo ablata esse. Istud ergo cùm vidisset, rectéque de visis judicâsset, intellexit Dei esse voluntatem, ut fratres congregarentur & salvarentur. Patici verò aliqui ex ipsis improbatione consilii professionis hujusce monasticæ, & carnalia sapientes, pereunt. Et de vocatis quidem ad salutem consequendam lætabatur exultabatque; de perditis verò gemebat & angebatur valdè.

monachos congregat, quibus præclara dat monita.

41 Ab eo tempore cœpit optimus Pastor recipere omnes ad vitam monasticam accedentes. Concurrebant omnes, qui virtutem ipsius & vitam audiebant, sicut magnes ferrum trahit *a*, videntes ipsius consuetudinem ante opera loquentem. Erat enim verbo suavis, in tentationibus patiens, in tribulationibus gaudens, in egestate dives propter fiduciam, alacer in oratione & in spe ac cantu psalmorum, docens eos, qui vitæ C seculari renuntiaverant, ut consanguineorum suorum oblivisceremtur propter mandatum Domini, & non statim post vocationem inordinato affectu illis adhærerent: ut ante omnia confiterentur peccata scienter & ignoranter facta, quia sine illo nemo veniam consequetur; non haberent propriam voluntatem, sed indubitata fide obedientiam superiori præstarent, omniaque perficerent cum humilitate; linguam & ventrem fortiter continerent, ac sic pravis cogitationibus resisterent: nam fieri nequit, ut is, qui ventrem implet, hisce consentanea non faciat, & mente fœdetur. Oportet enim, dicebat, & manibus laborare secundum Apostolum, & de proprio labore manducare, redundantiaque dare indigentibus. Cùm verò sic erudirentur accedentes, fructus ferebant vocatione sua dignos.

Inventa spelunca majore prope priorem,

42 Quando itaque multiplicata erat fratrum congregatio, & nimis coarctabatur in modica illa spelunca, placuit supremo dispensatori Deo, ut divini famosique antri fieret manifestatio hoc modo per servos suos. Turba vespertilionum per foramen modicum egrediebatur è colle supereminenti speluncæ, & rursum ingrediebatur. Hoc ubi pluribus vicibus viderant patres nostri, intellexerunt vacuum esse collem montis ὑποκάφα *b*. Accenso

Θὼς τῷ μεγάλῳ Ἀρσενίῳ. Εἶξας ἓν ἐν τῇ κλήσει ᾧ D μεγάλε Ἠλία ὁ μοναχὸς, καὶ μικρὸν ἐφυσυχάσας, θεωρεῖ κατὰ θεὸν ὅμνες πᾶσαν τὴν περιοχὴν ᾧ μοναστηρίε σπηλαίοις μικροῖς πλήθει τε μοναχῶν αἰνούντων καὶ ψαλλόντων τῷ Θεῷ, καὶ † ὅσιον Ἠλίαν ὥσπερ φωτιφανῆ ἀστέρα ἐν μέσῳ αὐτῶν· ταῦτα θεασάμενος, καὶ καλῶς διακρίνας, ἔωθεν ἀναστὰς, λέγει τῷ μαθητῇ αὐτε· Ἀνάστα, ἀδελφὲ· ἐγὼ μὲν ἐντεῦθεν· εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κοινόβιον γενέσθαι τὸν τόπον τοῦτον, καὶ πολλὲς σωθῆναι διὰ τε πατρὸς ἡμῶν Ἠλίε, ὡς γὰρ προέγνω καὶ προώρισεν. Ἀσπασάμενός τε αὐτὲς ἀπῆρεν ἐκεῖθεν καὶ ἀπεδήμησε.

40 Ὁ δὲ πανάγιος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ, ὑστερούμενος, θλιβόμενος, κακοχούμενος, λειπόμενός καὶ αὐτῆς τῆς ἐφημέρε τροφῆς· ἰδὼν δὲ καὶ † τόπον δύσβατον ὄντα, στενὸν καὶ κρημνώδη, καὶ ἐπιτήδειον πρὸς ὑποδοχὴν πλειόνων ἀδελφῶν, κέκριται ἐν αὐτῷ σὺν ὀλίγοις ἐπὶ τὸ αὐτὸ μαμβύειν· ὄρφμά τε κατὰ θεὸν ὕπνες θεωρεῖ, ὡς ὅτι ἐσμὸς μελίσσων συναθροισθεὶς περιέπτατο περὶ τὴν κεφαλὴν αὐτε, καὶ τοῖς κέντροις πληγῶν † ὅσιον, ἀλλὰ μέλος ἡδὺ συρίζων περὶ αὐτόν. Ἡρέμα δὲ προβὰς ὁ ἀοίδιμος, καὶ δίρρων σκάφος μέγα καινὸν, ὑποκλίνας τε τὴν κεφαλὴν, καὶ περισπάξας ἐν τῷ καινῷ ἀγγείῳ E ἀπέθετο αὐτὸ, ὡς ἐν παραδείσῳ φυτοῖς ἀειθαλέσι κομῶντι, καὶ ἄνθεσι ποικίλοις διανθοῦντι. Ὀλίγα δέ τινα ἐξ αὐτῶν ἐναπομεῖναι ἐπὶ † πώγωνα αὐτε, καὶ μετ' ὀλίγον ἀφίπτατα ἀφαντωθῆναι ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτε. Τὸ δὲ ἰδὼν, καὶ καλῶς διακρίνας, σωτῆκεν εὐδοκίαν εἶναι Θεῷ πληθυθῆναι σὺν ἀδελφοὺς, καὶ σωθῆναι· ὀλίγοι δέ τινες ἐξ αὐτῶν τῇ ἀθετήσει ᾧ μοναδικῷ ἐπαγγέλματος τότε περαιρέσεως, τὸ τῆ σαρκὸς φρονήσαντες, ὑπέλιπον· καὶ ἐπὶ μὲν τοῖς καλκηδόνιοις σωτηρίας τυχεῖν ἔχαιρε, καὶ ἠγαλλιᾶτο, ἐπὶ δὲ τοῖς ἀπολυμένοις ἔσενε καὶ ἠνιᾶτο σφόδρως.

41 Ἀπὸ τότε ἤρξατο ὁ πανάριος Ποιμὴν πάντας εἰσδέχεσθαι σὺν προστρχομένους τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ. Συνέθεον πάντες, ἀκούοντες τὸν αὐτε ἀρετὸν καὶ πολιτείαν, ὥσπερ ὁ μαγνήτης † σίδηρον, βλέποντες τὸν πρᾶξιν αὐτε πρὸ τε ἔργον φθεγγομένην. Ἦν γὰρ τῷ λόγῳ ἡδὺς, ὑπομονητὴς ἐν πειρασμοῖς, χαίρων ἐν θλίψεσιν, ἐν πτωχείᾳ πλέσιος διὰ τὸν ἐλπίδα, προθυμος ἐν τῇ εὐχῇ καὶ τῇ ἐλπίδι καὶ ψαλμωδίᾳ, διδάσκων σὺν ὑποταγομένους τῷ βίῳ ὑπομνημονεύειν † κατὰ σάρκα ἰδίων διὰ τὸν ἐντολὴν ᾧ Κυρίε, καὶ μὴ τότοις δεῖν μετὰ τὸν κλῆσιν ἐμπαθῶς διακεῖσθαι, ἐξομολογεῖσθαι πρὸ πάντων τὰ ἐν γνώσει καὶ ἐν ἀγνοίᾳ πλημελήματα, ὡς χωρὶς ἑδεὶς ἀφέσεως τύχειν, μὴ ἔχειν ἴδιον θέλημα, ἀλλὰ τὸν ὑπακοὴν ἀδιστάκτῳ πίστει τῷ πρεσβύτῃ, καὶ πάντα πληρῶν ἐν ταπεινοφροσύνῃ, κρατεῖν γλώσσης καὶ κοιλίας ἰσχυρῶς, καὶ ἔντως ἀνθίστασθαι τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς· ἀδυνατὸν γὰρ † πληρῶντα γαστέρα μὴ συγκατατίθεσθαι τότοις, καὶ κατὰ διάνοιαν ἐκπορεύειν. Δεῖ γὰρ, ἔλεγεν, καὶ ταῖς χερσὶ κοπιᾶν κατὰ † ὑπόταλον, ἐσθίειν τε † ἴδιον κόπον, καὶ τὸν φιλοσοφίαν τοῖς χρῄζουσι διδόναι. Οὕτως γὰρ διδασκόμενοι οἱ προσερχόμενοι ἐκαρποφόρουν ἀξίως τῆς κλήσεως.

42 Τῆς δὲ ἀδελφότητος πληθυνομένης, καὶ στενοχωρουμένης ἐν τῷ σμικρῷ σπηλαίῳ, εὐδόκησεν ὁ πρυτάνις Θεὸς τὸν φανέρωσιν ᾧ θείε καὶ προβοήτε ἄντες γένεσθαι τόπῳ τοιότῳ διὰ † αὐτε δέλων. Πλῆθος νυκτερίδων δι' ὑπῆς μικρὰς ἐξήρχετο ὁκ ᾧ ἐσωρωϊόθεν βένε, καὶ πάλιν εἰσήρχετο. Ὅπερ θεασάμενοι πλησάκις οἱ πατέρες ἡμῶν, σωτῆκαν κενὸν εἶναι † βᾶσιν ᾧ ὄρες ὑποκάφα. Ἀψάντες φῶτα, καὶ διὰ † στενῆς πύλης καὶ τεθλιμμένης ὁπῆς μόλις εἰσ-

A ελθόντες, ἔνδον θεωρῆσι σπήλαιον μέγα, καὶ εὐρύχωρον κατά τε ὕψος καὶ βάθος πλάτος τε καὶ μῆκος. Ἐχαρε δὲν ὁ θεοσεβὴς Ἀνὴρ ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι, ὡσεὶ ναὸν ἐκ Θεοῦ εἶναι αὐτοῖς ἡτοιμασμένον. Ἠθύμει δ' αὖθις, καὶ ἠνιᾶτο λίαν, ὅτι οὐκ ἐνδεχομένου ἡλιακὴν ἀκτῖνα δι' ὀπῆς εἰσελθεῖν καὶ φωτίσαι αὐτό. Ἀλλὰ τῶν φοβουμένων αὐτὸν τὸ θέλημα ποιῶν Θεὸς, καὶ τὴν δεήσεως αὐτῶν εἰσακούων, ἐξάπινα ἐπισέλλει αὐτῷ ἄνθρωπόν τινα ἀπειρημένον κατὰ πάντα, ᾧ ὄνομα Κοσμᾶς. Ὃς εἰσελθὼν ἔνδον δι' σπηλαίου καὶ ἐξελθὼν, ἐπιμελῶς τὸ βάθος διασκεψάμενος, καὶ ἐργάτας μισθωσάμενος δὴ δι' ὀλίγων λατομήσας, ἤνοιξεν τὴν εἴσοδον δι' σπηλαίου ἐκ δι' μεσημβρινῆς μέρους πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον· καὶ ὅτως τὸ ἡλιακὸν φῶς τοῖς ἔνδον ἐπέλαμψαν, ἐξελθόντα τε ἔθηκα πετεινὰ τά τε νοήματα σκοτεινὰ τῶν πονηρῶν καὶ ἀκαθάρτων πνευμάτων· ὅτι ἦ κατοικητήριον δαιμόνων ὑπῆρχε τὸ σπήλαιον μετ' ὀλίγον ἐρῶ.

autem lumine, & per angustam portam & pressum foramen vix tandem ingressi, intus vident speluncam magnam & spatiosam secundum altitudinem, profunditatem, latitudinemque ac longitudinem. Gaudebat igitur Vir pius & spiritu exultabat, quòd esset velut templum à Deo ipsis præparatum. At animo rursum concideba: dolebatque, quòd non pateretur radium solarem per foramen aliquod intrare, quo illuminaretur. Verùm Deus, qui facit voluntatem timentium se, & eorum preces exaudit, repentè ipsi mittit hominem quemdam in omnibus expertum, cui nomen Cosmas. Hic speluncam ingressus rursumque egressus, collem diligenter lustravit, & operarios cædendo lapides bene assuetos conduxit, atque aperuit ex parte meridionali ingressum speluncæ latum & spatiosum: & sic lumen solare illuxit intus manentibus, egressaque sunt consueta volatilia, ac mentes tenebrosæ malorum immundorumque spirituum: nam quòd spelunca dæmonum esset habitaculum, post pauca dicam.

A. DISCIPULO MONACHO.

E

ibi ecclesiam & monasterium construit. Bellum

B 43 Ὁ δὲν αὐτὸς Κοσμᾶς ἐκεῖσε ὑποταξάμενος, καὶ ἔργα μεγάλα ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐργασάμενος, τήν τε ἁλυκὴν εἰς χρείαν τῆς μονῆς, καὶ μικρὸν ἐργαστήριον εἰς τὸ τὸν σῖτον ἀλήθειν, ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἐκοιμήθη, καὶ ὕπνωσε. Ὁ μέντοι ἡγιασμένος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας κόπῳ πολλῷ, καὶ ἱδρῶτι τὴν ἔνδον ἄπειρον ὕλην σὺν τοῖς ἀδελφοῖς ἐκαθάρας, καὶ θυσιαστήριον ἡγιασμένον οἰκοδομήσας, τέμενος ἱερὸν ἀνοίγει, ῥητῶν τῶν κορυφαίων καὶ θείων ἀποστόλων, οἷς δὴ καὶ βοηθοῖς χρώμενος. Οὐκ ἐνεδίδου ταῖς ὑμνωδίαις καὶ ταῖς παννύχοις σπουδαῖς ἱκετεύων τὸ Θεῖον, ἵνα ἀπελάσῃ τὰ ἐκεῖσε κατοικοῦντα πονηρότατα πνεύματα. Ἐμμανὴς δὲ γενόμενος ὁ πονηρὸς καὶ φθονερὸς διάβολος ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὑπομονῇ καὶ καρτερίᾳ τοῦ ἀνδρὸς, ἐκινήθη κατ' αὐτοῦ σὺν πάσῃ τῇ ὀλεθρίῳ αὐτοῦ δυνάμει· καὶ πρῶτον μὲν ἐδόκει κτύπους, καὶ φαντασίας ἐκθροεῖν· Ἔπειτα δὲ συριγμοὺς μεγίστους ἐκπέμπειν, ὥστε διαχεῖν τὴν κοιλάδα τοῦ μονῆς καί τινα τῶν φοιτητῶν δι' ἀγρίᾳ ἀκοῇ ὅτω πως δι' πονηρᾶ πνεύματος κατὰ πρόσωπον λέγοντος· Μηκέτι φέρειν τὴν Ἠλίου δι' μονοχείρα ἐκεῖσε διατριβήν. αἰθόμενός τε ὁ ἀοίδιμος τῷ κατὰ τοῦ δαιμόνων κίνησιν, δάκρυσι καὶ ἱκεσίαις τὴν ἄνωθεν συμμαχείαν ἐπικαλεῖτο.

43 Itaque ille ipse Cosmas ibidem collocatus, opera magna in monasterio perfecit, interque hæc salinam ad usum congregationis, & parvam officinam ad frumenta molendum, atque hisce insistens in pace obiit & obdormivit. Attamen sanctus pater noster Elias, ubi multo labore & sudore rudem materiam intus cum fratribus præparâsset, & altare sanctificatum ædificâsset, aperit templum sacrum magnis corryphæis & divinis Apostolis, quibus sanè etiam adjutoribus erat usus. Non desinebat hymnorum cantu & continuatis tota nocte precibus orare Deum, ut abigeret habitantes ibi spiritus pessimos. At in furorem actus malus invidusque diabolus de tanta Viri patientia & tolerantia, cum omni pernicioſa potestate sua ipsum aggreditur: & primùm quidem videbatur strepitibus & ostentis terrorem incutere: deinde verò maxima emittere sibila, ita ut vallis monasterii personaret, & aliquis ex Sancti discipulis audiret malignum spiritum hoc modo coràm loquentem: Non ampliùs ferendum est, ut Elias unimanus hîc commoretur. Cùm autem Vir venerabilis perciperet motum sibi à dæmonibus bellum, lacrymis ac supplicationibus cæleste implorabat auxilium.

C 44 Μιᾷ δὲ τῶν ἡμέρων σχολάζοντος αὐτοῦ ἐν τῷ αὐτῷ σεμνῷ σπηλαίῳ, καὶ καλλιγραφοῦντος κατὰ τὸ ἔθος, ἄνδρες τινὲς εὐλαβεῖς δι' χωρίου δι' ἐπονομαζομένου Σιμιναρίου, ἤρχοντο πρὸς αὐτὸν ὠφελείας χάριν· καὶ ὡς πλησίον τῶν τοῦ μονῆς μέρων προσήγγισαν, ἅπαντα αὐτοῖς αἰθίοψ παμμελάνης, φοβερὸς τῷ εἴδει, καὶ ζοφοειδὴς σφόδρα. Οἱ δὲ ἀφομοιώσαντες αὐτόν τινι γνωστῷ αἰθιοπί, φασι πρὸς αὐτόν· Πόθεν ἔρχεις, κύριε Φώτι, καὶ πᾶ πορεύῃ; Ὁ δὲ ὑποκριθεὶς τραχείᾳ καὶ ὀργίλῳ φωνῇ, ἔφη· Ἐλθὼν Ἠλίας ὁ μονόχειρ ἐξέωσεν ἡμᾶς τῶν ἀρχαίας κατοικίας· καὶ νῦν πορεύομεθα εἰς μέρη Μεσοβιάνα πρὸς τοὺς ἑταίρους ἡμῶν, ὅπως ἐν ὁμονοίᾳ ὄντι τὸ αὐτὸ φρόνιμοι, ἀντιστρατευσώμεθα αὐτῷ πρὸς τὰ βάθη ἡμῶν πόλεμον. Ταῦτα εἰπὼν καὶ ὑψωθεὶς ἐν τῷ ἀέρι, ἀπίει χολαίνων ἑκατέραν τῶν ἰγνύων, καὶ τὸ Ὅσιον καταρώμενος. Καὶ δὴ ἀληθῶς σπήλαιόν ἐστι μέγα καὶ φοβερώτατον ἐν τοῖς ὄρεσι Μεσοβιάνα, ὁ καλοῦσι τοῦ ἁγίας μάρτυρος Χρισίνης. Τότε οἱ ἄνδρες σωθέντες δαίμονα εἶναι τὸ ὀφθέντα καὶ λαλήσαντα, ἑαυτοὺς θωρακίζοντες τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ, καὶ ταῖς δυσὶ χαῖς δι' Ὅσίου, ἀπίεσαν τὴν ὁδὸν αὐτῶν χαίροντες ἐπὶ τῇ ἀποδημίᾳ τούτων πονηρῶν πνευμάτων.

44 Quadam verò die, cùm esset in præclara illa spelunca, & secundum consuetudinem scribendo se occuparet, viri quidam pii ex loco, qui vocatur Siminarium *c*, ibant ad ipsum opis impetrandæ gratiâ. Ubi verò propè accedebant ad partes monasterii, occurrit ipsis æthiops staturæ immanis, terribilis aspectu, & niger admodùm. Illi etiam assimilabant ipsum æthiopi cuidam noto, dicebantque ipsi: Unde venis, Photi, & quò vadis? Ille verò respondens voce aspera & iracunda, dixit: Veniens Elias unimanus, expulit nos è domicilio antiquo, nunc autem imus in partes Mesobiani ad sodales nostros, ut hunc in finem concordes facti, ad cavæ nostra bellum ipsi inferamus. Hæc dicens, sublatusque in aëre, abit utrimque claudicans poplitibus, & Sancto maledicens. Et sanè magna maximéque terribilis est spelunca in finibus Mesobiani *d*, quæ nominatur S. Christinæ martyris. Tunc viri illi, intelligentes dæmonem esse, qui visus fuerat ipsisque locutus, se munierunt signo crucis & precibus Sancti, abieruntque per viam suam, gaudentes de recessu *e* malorum illorum spirituum.

F

à dæmonibus Sancto illatum, illorumque abitus.

c

d

e

45 Ἅπερ ἀκήκοος ὢν ὁ ἐγχωρίων ὁ μέγας πατὴρ ἡμῶν, καὶ λίαν τῷ Θεῷ εὐχαριστήσας ἐπὶ

45 Hæc ubi à recedentibus audivisset magnus Pater noster, summasque ea de re gratias Deo egisset,

A. DISCIPULO MONACHO. *Mira Sancti pietas & reverentia in divinis officiis,*

majori se molestia laboribusque exercebat, eorum quidem, quæ retro erant, obliviscens, & scopum persequens ad bravium supernæ vocationis, psallens prudenter ac consideratè in vespertinis matutinisque psalmorum cantibus, ut coram Domino, cum omni timore & pietate, stans fixis pedibus immotisque usque ad finem officii, acsi in terra radices egissent, nec umquam baculo sustentatus nec cancellis accedens. Neque omnino ob pediculum aut pulicem aut culicem in cantu psalmorum se scalpentem, aut oculos claudentem, ullus aliquando vidit. Dum verò aderat divino Missæ Sacrificio, satis mente alienabatur per contemplationem, & sic rapiebatur, ut oculi ipsius retro in cava recederent, ab initio usque ad finem illius: & sic cælestem Margaritam cum omni timore suscipiebat angelorum similis illuminatusque, quemadmodum Isaïas à Seraphino.

τούτῳ, μείζονι ϗ πόθῳ καὶ πόνοις ἑαυτὸν ἐγύμναζε, τὰ μὲν ἃ ὄπισθεν ἐπιλανθανόμενος, κατὰ σκοπὸν διώκων πρὸς τὸ βραβεῖον τῆς ἄνω κλήσεως, ψάλλων συνετῶς, καὶ νηνεχῶς ἐν ταῖς ἑσπερινοῖς ϗ ὀρθρειναῖς ὑμνωδίαις, ὡς ἐνώπιον Κυρίου μετὰ παντὸς φόβου ϗ εὐλαβείας, ἰσάμβως ἀκινήτως ἔχων σοῦ τοὺς πόδας ϗ ἀκροχειρδάντως μέχρι συμπληρώσεως, ϗ ὥσπερ τῇ γῇ ἐρριζωμένης, μήτε ὑπὸ βακτηρίας ποτὲ σκηλεύομενος, ἢ τῷ καγκέλλῳ προσεγγίζων. Οὔτε ὅλως ὑπὸ φθορᾶς ἢ ψύλλης ἢ κώνωπος κινηθέντα αὐτόν τις τεθέατό ποτε ἐν τῇ ψαλμῳδίᾳ, ἢ σοῦ ὀφθαλμὸς καμμύοντα. Ἐν ᾗ τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἰσάμβως ἀπενοεῖτο ἅλις τῇ θεωρείᾳ ϗ ἐξίστατο, ὥστε σοῦ ὀφθαλμὸς αὐτὸ κατόπιν εἰς βάθος εἰσδῦναι, ὑπὸ τὴν κατάρξεως μέχρι συμπληρώσεως ὡτῆς· καὶ ἕτως τὸ ἐρφίνιον μαργαρίτην μετὰ παντὸς φόβου ὑπεδέχετο ϗ μετελάμβανεν ὁ πεφωτισμένος ϗ ἰσάγγελος, καθὼς Ησαίας, ὑπὸ τοῦ σεραφίμ.

ANNOTATA.

a *Vox* trahit, *aut alia similis, omissa videtur in apographo; sed data expositio satis est certa.*

b *Obscura mihi est recta hujus vocis explicatio, quam idcirco malui omittere.*

c Seminaria *vulgò* Seminara, *oppidulum est, quod hîc designatur. Vide Commentarium num.* 18.

d *Antiquus interpres vertit* ad Messianum. *Secutus sum litteras Græcas. Locus Calabriæ ad radices Apennini est, qui hodieque vocatur* S. Christina. *Notatur ille in tabulis Calabriæ Ulterioris aliquot milliaribus à monasterio S. Eliæ, & memoratur in Chronico Calabriæ pag.* 72 *ut* Castellum.

e *Vox* ἀποδημίᾳ, abitu, *non est in apographo, sed alia similis tam mendosa, ut nihil significare possit. At phrasis exigit expositionem datam.*

CAPUT VII.

Vinum signo crucis ex aqua factum: ursa solo mandato abacta: inobedientia quorumdam divinitus castigata: obedientia verò contra periculum protecta.

Sanctus ex aqua vinum obtinet divinitus,

VErùm Deus Sanctum, ut servum domesticum & fidelem, non solùm in mente exornabat ascensionibus virtutum, sed modo etiam sensibili glorificabat divinis prodigiis. Nam, cùm aliquando dolium esset positum ante incisam petram, in qua antè habitabat venerabilis Librarius, & modicum in fundo dolii esset vinum, ex quo Missam celebrabant, ortus est quadam nocte imber vehemens & copiosus, ita ut dolium totum impleretur & exundaret. Id intuitus divinus Lucas, cognomento Calvus, & magno tactus dolore, dicit ad Sanctum multa cum tristitia: O Pater, unde accipiemus sanctam Communionem? Ecce enim, dolium imbre aquarum impletum est, & supernè exundat. Tunc Vir magnus decenter subridens, dicit ipsi: Imple ex eo calicem, frater, & da mihi, ut bibam. Quod ubi ille festinanter fecerat, Beatus, formato crucis signo, ex illo parumper gustavit, dixitque ad monachum: Gustate & scitote, quòd Christus sit Dominus. Itaque mox compertum est, aquam pulchrè vinum factam esse, idque odoris optimi, sive Deo [dante] *a* vinum, ut tempore Elisæi oleum, sive quemadmodum in Cana aqua in vinum mutata est, id Deo soli est notum; at res omnino contigit.

Ὁ δὲ θεὸς ὡς οἰκεῖον ϗ πιστὸν θεράποντα τὸ ὅσιον ἐ μόνον νοητῶς ταῖς ἀναβάσεσι τῶν ἀρετῶν κατήρτιζεν, ἀλλὰ ϗ αἰσθητῶς τοῖς θείοις σημείοις ἐδόξαζεν. Πίθος γάρ ποτε κεχωσμένος ἐμπροσθεν τοῦ λελατομημένης πέτρας, ἐν ᾗπερ πρώην κατῴκει ὁ ἀοίδιμος καλλιγράφων, ϗ ὀλίγος οἶνος ὄντος ἐν πυθμένι αὐτοῦ, ἐξ οὗ πρὸς θείαν λειτουργίαν ἐπετέλουν, κατῆλθεν ἐν μιᾷ νυκτὶ βροχὴ ῥαγδαία ϗ πολλὴ, ὥστε ἐμπλησθῆναι ϗ ὑπερεκβλύζειν τὸν πίθον. Ἰδὼν δὲ ὁ θεῖος Λουκᾶς, ὁ καὶ Φαλακρὸς, ϗ σφόδρα λυπηθείς, φησὶ πρὸς τὸν μέγαν ἐν κατηφίᾳ πολλῇ· ὦ πάτερ πόθεν τὰς θείας μεταλήψομεν κοινωνίας; Ἰδὼ γὰρ ὁ πίθος ἐμπέπλησται βροχαίου ὕδατος ϗ ὑπερεκβλύζει ἄνωθεν. Τότε ὁ μέγας σεμνὸν μειδιάσας, λέγει αὐτῷ. Γεμίσας ποτήριον ἐξ αὐτοῦ, ἀδελφὲ, δός μοι πιεῖν. Ὁ δὲ σὺν τάχει τοῦτο ποιήσας, ϗ ὁ Μακαρίτης τὸν τύπον τοῦ σωτῆρος πεποιηκότος, ϗ μικρὸν ἐξ αὐτοῦ γλυκάνας, φησὶ πρὸς τὸν μοναχόν· Γεύσασθε καὶ ἴδετε ὅτι Χριστὸς ὁ Κύριος. Αὐτίκα δὲ εὑρέθη τὸ ὕδωρ οἶνος καλῶς γεγενημένος καὶ εὐώδης, ἤτοι ὁ Θεὸς, ὡς ἐπὶ Ἐλισαίου τὸ ἔλαιον, ἤτοι ϗ ὡς ἐν Κανᾷ τὸ ὕδωρ εἰς οἶνον μετεβλήθη, αὐτῷ μόνῳ ἔγνωσαι· πλὴν ὁ γέγονεν ὄντως.

ursam solo mandato abigit,

47 Magis porrò Vir admirandus Dei amore ac spe quasi alis instruebatur & ad ipsum vola-

47 Ἐπὶ πλεῖον ὁ πανάγιος τῇ πρὸς Θεὸν ἀγάπῃ καὶ ἐλπίδι ἐπτερύττο, ϗ πρὸς αὐτὸν ἐπτάνε-

A τo, ϗ τοῖς θείοις χαρίσμασι ϖρὸς αὐτὸ ἐπλκπίζε-το, ὡς ϗ μόνον τὰ νοητὰ θηρία τ δαιμόνων, ἀλ-λὰ ϗ τὸ αἰσθητὸ τοῖς ϖροσάγμασιν αὐτ ὑποτάτ θε-σθαι, ϗ ὑπακούειν. Α῎ρκτ⊙ γὰρ ὂν ἐκ τ ἀπέναντι ὄρους τ μονῆς ἡμετέρας ἐξερχομένη, ϗ συλῶσα ἀπὸ τ ἀγγείων τ μελίσσων, ἡσυχῶς ἀναχωρ῀σα ϗ σωτρί-βουσα κατήθιεν. Η῞νπερ ἐν μι᾽ ἡμέρᾳ ἐρχομένην κατὰ τὸ σύνηθες θεωρήσαντες οἱ μοναχοὶ, ϗ σφό-δρα θορυβηθέντες, κραυγῇ χρησάμενοι ϖρὸς τ Μέγαν, Φασί· Ε῎ξελθε πάτερ ὅσιε, ἰδὲ τὸ δεινὸν θηρίον αὖθις καταρχόμενον. Ο῾ δ σημειοφόρ⊙ πα-τὴρ ἡμῶν, ἰδὼν τὴν ἄρκτον ἀπεναντίας αὐτ κα-τερχομένην ϖρὸς τὸ κλωποφορῆσαι, ἤρξατο αὐτηρᾷ τῇ φωνῇ ἐγκαλεῖν αὐτῇ, ϗ λέγειν ἅτως· Οὐκ αἰσχύνει; ϗ φοβ῀σει τ Θεὸν, συλῶσα σὺ κόπους τ ϖατέρων, ϗ κακῶς κατεσθίσα; Τ῾πόστρεψον εἰς τὰ ὀπίσω, ϗ μηκέτι ἀπὸ τ νῦν ϖροσεγγίσεις τοῖς ὧδε. Τότε τὸ θηρίον ὥσϖερ λογικὴ φύσις δυσθήτως δε-ξαμένη τὴν ϖροσαγγελίαν δ᾽ Α῾γίε, ὑποκλίναν τε τὴν κεφαλὴν, ϗ εἰς γῆν τὸ ϖρόσωπον νενευκὸς, ὑπέστρε-ψεν εἰς τὰ ὀπίσω τεταπεινωμένον ϗ καθηχυμένον.

48 Ε῎λεγε γὰρ τοῖς ἀδελφοῖς ὁ Ο῞σι⊙· Τέκνα, εἰ τὰς ἐντολὰς δ᾽ Θεδ, ὡς δεῖ, ἐφυλάτομεν, B πάντα ἡμῖν ὑποτάσσοιντο, καθὼς τῷ ϖροπάτορι ἡ-μῶν, πρινὴ ϖαραβῆναι τὴν ἐντολὴν δ᾽ Θεδ· νυνὶ διὰ τ ϖαραβάσεως, τὰ ὑποτεταγμένα ἡμῖν καθ᾽ ἡμῶν γέγονασι, ϗ μᾶλλον ἡμεῖς αὐτοῖς δεδοίκα-μεν, ἢ ἐκεῖνα ἡμῖν. Χρεὼν ἦν ἡμᾶς ϖρῶτον μὲν ὑποτάσσεσθαι τῷ Θεῷ ϗ φυλάκειν ϰατ᾽ τ φυλακὴν τ αὐτ ἐντολῶν· ἔπειτα ϗ ἀλλήλοις ϰατ᾽ τ τ ἀγάπης σύνδεσμον. Διηγήσατό μοι ὁ ϖερμνηθεὶς ἀνωτέρω μέγας Λευκὰς, λέγων; ὅτι ἐν τῇ νεότητί μ ὑποσταλεὶς ϖρὸς δ᾽ στρατιὰν Πατέρ⊙ σὺν τῷ μοναχῷ Βιταλίῳ εἰς τὰ τ ἁγίας Α῎γάθης μέρη πρὸς τὸ ἐνέγκαι ἐν τῇ μονῇ, ὃν ὑποκλείσας ἐκεῖ-σε, ὀλίγον οἶνον εἰς χρείαν τ μονῆς, διένεμον τ οἶνον τοῖς ἐμοῖς φίλοις, ϗ διῴκησα ϖρὸς δοκεῖν μοι, μὴ ἐάσας ἐν τῷ πύθμνι δ᾽ πίθ εἰμὴ ὀλίγον πάνυ. Εἶτα ὑποστρέψας σὺν τῷ μοναχῷ ἐν τῇ μονῇ, ϗ γενόμενοι πλησίον δ᾽ καπηλείε, ϗ αὖτε ϖερπροσ-μνύε, ἄφνης ἐκ πλαγίε μέρους τ ὁδδ ἄρκτ⊙ ἐξελθδσα, ϗ σωαντήσασά μοι τοῖς ὀπυζιν αὐτῆς καθῆψε τ κεφαλῆς μ δεινῶς ϗ ἀφσπαρξάσα τὸ ὑμὴν σὺν τῷ δέρματι ϗ ταῖς θριξὶ καθεῖλε μέ-χρι δ᾽ ὠτός, τ τ᾽ ὦμον ϗ τὸ γόνυ δεινῶς σωτρί-ψασα ἀπῆλθεν. Εἰς ἐμαυτὸν κατὰ μικρὸν γνόμε-ν⊙, ϗ γνοὺς ὁ πέπονθα ϖρὸς δ᾽ δεινδ θηρὸς, C κραυγῇ ϖρὸς τ προβ῀έντα ϖροσεκαλδμην. Ο῞ς ὑ-ποστρέψας, ϗ ἰδὼν τὰ σπαράγματα τ μελῶν, ὅλ⊙ διελύθη· εἶτα ἐπιβιβάσας με ἐπὶ τὸ ἴδιον κτῆν⊙ δεινῶς ψυχορραγδντα, ϗ ϖεφυρμένον τῷ αἵματι, μόλις ἤγαγεν τῷ μοναστηρίῳ.

49 Τότε οἱ ἀδελφοὶ ἰδόντες, ϗ λίαν θρον-θέντες θρηνώδει φωνῇ ἀνέκραξαν ϖρὸς τ Μέγαν, λέγοντες· ὦ πάτερ ἅτ⊙ παραυτίκα σκωληκόβρω-τ⊙ ἰχῶρι⊙ ἀποθανεῖται. ἦν γὰρ καιρὸς θέρους. Σωιεῖς δν ὁ Δίκαι⊙ ὅτι τὴν ἐντολὴν αὐτ ἠθέ-τησα ϗ ϖρὸς δοκεῖν μοι κακῶς διῴκησα, λέγει τοῖς ϖαρδσι· Παρ῀κάσας τ ἐντολῆς δ᾽ ϖροστάξαν-τ⊙ ὁ ἄνθρωπ⊙ δ᾽ Θεδ, ϗ φάγων ἄρτον ϖαρα-κοῆς, δι᾽ ἀλανήτε ψευδοϖροφήτε, λέοντι εἰς ἔδω-σιν ϖαραδίδοται· ϗ ἅτ⊙ τὴν ἐμὴν ἐντολὴν δ᾽ διε-τήρησεν ἀτρώτον. Οὐκ ἂν ὑπὸ δ᾽ αἱμοβόρε θηρὸς δεινῶς ἐσπάρ῀ται; Πᾶσα ϖαρ῀βασις ϗ ϖαρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν· σφραγίσας τε αὐ-τὸν Ο῞σι⊙, ϗ ὀξάμενο⊙, ὀλίγων ἡμέρων ὑγιὴς γεγονὼς, ϖροθύμως διεκόνει, εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ. Μετὰ μικρὸν δ᾽ μεγάλε Προεστ⊙ ἐν Χαμαίναντι ὀλίγον οἶνον ἐνεγκεῖν, τ Θεὸν ϖροσεβάλετο μάρτυρα, ϗ σὺν ἁγίοις ἀγγέλοις· Εὗρον, φησι, τ πῖδον μεμεσω-μμένον κάλλιστον.

Septembris Tomus III.

bat, diviniſque ab ipſo gratiis ditabatur, ut non ſolùm feræ mente inſtructæ ſeu dæmones, ſed etiam ſolo ſenſu utentes mandatis ipſius ſubjice-rentur atque obedirent. Nam urſa ex monte, qui monaſterio noſtro objacet, egredi ſolita, at-que apum ſpoliare alvearia, quietè recedens ra-ptaque conterens manducabat. Hanc quadam die de more venientem ubi viderant monachi, multùm turbati clamanteſque dicunt ad Sanctum : Egredere, Pater ſancte : vide terribilem belluam rurſum venientem. At Pater noſter ſignorum pa-trator, videns urſam ante ſe procedentem ad furan-dum, cœpit ſevera voce ipſam accuſare, atque ita loqui : Non erubeſcis ? Non timebis Deum, rapiens labores patrum, & malè comedens ? Re-vertere retrò, atque ab hoc tempore non am-pliùs appropinquabis poſitis hoc loco. Tunc bel-lua (tamquam natura rationis compos, facilique ſenſu mandatum Sancti excipiens) inclinato ca-pite, & vultu ad terram converſo, reverſa eſt retrò, humiliata & confuſa. A. DISCI-PULO MO-NACHO.

48 Nam fratribus dicebat Sanctus : Filii, ſi mandata Dei, ut opertet, ſervaremus, omnia nobis eſſent ſubjecta, ut primo patri noſtro con-tigit, priuſquam Dei mandatum violâſſet. Nunc per tranſgreſſionem, quæ nobis erant ſubordina-ta, facta ſunt nobis contraria, & nos magis ti-memus ab illis, quàm nos illa timeant. Oportet igitur primò quidem, ut ſubjaceamus Deo & ob-ediamus per obſervationem præceptorum ipſius, deinde & nobis invicem propter vinculum chari-tatis. Narravit mihi memoratus ſuperiùs Lucas vir magnus, dicens : In juventute mea miſſus à venerando Patre cum monacho Vitalio *b* ad partes ſanctæ Agathæ *c*, ut portarem ad monaſterium, quod ibi recluſeram, modicum vinum in uſum monaſterii ; diviſi vinum amicis meis, & admini-ſtravi, ſicut mihi placebat, non relinquens in fun-do dolii niſi perparum. Deinde, cùm reverteremur ad monaſterium, & veniſſemus prope cau-ponam *d*, ipſo præeunte, ſubitò ex obliqua viæ parte veniens urſa, mihique occurrens, caput meum terribiliter invaſit, dilaceratamque membranam cum pelle & capillis uſque ad aurem avul-ſit, humero etiam & genu graviter contritis, abſceſſit. In me paulò pòſt reverſus, ſcienſque quid paſſus eſſem à terribili fera, clamore præ-euntem advocavi. Ille reverſus, videnſque dilace-rationes membrorum, totus animo concidit. Dein-de imponens me proprio jumento *e*, deficientem animo & ſanguine irrigatum, ægrè ad monaſterium perduxit. *b* *c* *d* *e*

49 Tunc fratres, re viſa, multùm perturbati, voce lamentabili exclamârunt ad Sanctum, di-centes : O Pater, ille confeſtim comeſtus à ver-mibus morietur : nam erat tempus æſtivum. In-telligens igitur Vir juſſus, mandatum ſuum à me fuiſſe neglectum, omniaque malè pro arbitrio meo fuiſſe adminiſtrata, dicit præſentibus : Qui præ-ceptum ſibi imperantis tranſgreſſus eſt, & panem inobedientiæ manducavit per ſeductorem pſeudo-prophetam homo Dei, leoni *f* in eſcam datur ; ille etiam præceptum meum non ſervavit illæſum. Nonne à cruenta bellua terribiliter laceratus eſt ? O-mnis tranſgreſſio & inobedientia accepit juſtam pœ-næ retributionem. Tum ubi ſigno crucis ipſum ſigna-vit Sanctus & oravit, paucis diebus ſanus effe-ctus, alacriter miniſtrabat, gratias agens Deo. Poſt modicum tempus à magno Præſide iterum miſſus ad afferendum modicum vinum, quod re-manſerat, (Deum teſtabatur ſanctoſque angelos) Inveni, inquiebat, dolium optimè repletum. *f*

monachum, ob inobe-dientiam ab urſa graviter vulnera-tum, E

cruce ſignat intra paucos dies ſanatum, & vi-num multi-plicat. F

A. DISCIPULO MONACHO.

alterum, delicti causâ a dæmone correptum, liberat:

50 Erat enim verbum Viri magni tremendum & efficax, ita ut is, qui ipsi inobediens erat, duroque obnitebatur corde, confestim traderetur cuidam tentationi; ille verò, qui indubitata obediebat fide, sentiret omnem in se sedari inordinatum affectum, liberarique se cupidine visorum & cogitatorum. Contigit aliquando, ut Sancti discipulus valde pius, Sabbas nomine, inobedientiâ quâdam egressus monasterio, pergeret usque ad partes Maleti *g*. Hic statim perverso traditus spiritui, & horrendum in modum ab eo dilaceratus, ad Sanctum vinculis ligatus reducitur. Hunc receptum compatiens Medicus, ubi divinam Majestatem pro ipso reconciliâsset, eumque paucis diebus malo spiritu emundâsset, multitúdini fratrum restituit.

g

50 Ἦν γὰρ ὁ λόγος τοῦ Μεγάλου φοβερὸς καὶ ἐνεργὴς, ὥστε τὸν μὲν παρακούσαντα αὐτῷ καὶ σκιρτῶμενον, πειρασμῷ παραυτίκα παραδίδοσθαι, τὸν δὲ ἀδιαίκτῳ πίσει ὑπακούοντα αἰσθάνεσθαι καθισμὸν παντὸς πάθους, καὶ ἀπαλλαγὴν ὁρωμένου τε καὶ νοουμένου. Φοιτητής ποτε τοῦ Οσίου, Σάββας τὄνομα, πάνυ ὀλαβὴς, παρῳκηθή τινι ἐξελθὼν τοῦ μοναστηρίου, μέχρι τῶν μέρων Μαλαίτου ἀπῆλθεν. Ὃς πνεύματι πονηρῷ αὐτίκα παραδοθεὶς, καὶ δεινῶς παρ' αὐτοῦ σπαραχθεὶς, προσάγεται τῷ Ἁγίῳ δεδεμένος εἰς τὰ ὀπίσω. Τὸν δεξάμενος ὁ συμπαθὴς ἰατρὸς, καὶ τὸ Θεῖον ὑπὲρ αὐτοῦ ἐξιλεωσάμενος, δι' ὀλίγων ἡμερῶν ἀποκαθάρας τοῦ πονηροῦ πνεύματος, συγκατέλεξε τῷ καλήθει τὴν ἀδελφότητος.

B

alium habitu induens, sanitatem eidem impetrat.

h

51 Gregorius Burtuanitas *h*, qui honestè vixit in monastico instituto, cùm offensus esset in principio ingressus sui in monasterium, & vellet clanculum abire alióque discedere, monebatur à Sancto, ut nequaquam abiret. Nam qui probus est, inquiebat, ubique est probus; sicut & contrà. Ille verò monitioni hortationique Viri venerabilis non cedens, manebat inflexibilis & implacabilis. Tunc ipsum corripuit dolor vehemens & inexplicabilis in lingua, ita ut tumefacta esset sine motu, & promineret usque ad barbam. Erat sanè spectaculum tremendum horrendumque intuentibus. Postquam multis diebus sic fuerat pressus, in somno videt angelum Beato adstantem eique dicentem: Cur non tondes caput hujus fratris, eumque divino tuo ovili annumeras? Respondet leni voce, dicitque: Quia sæpè à me monitus, ut non discedat à nobis & non abscurrat, nullatenus acquievit admonitioni meæ. Tunc angelus alapam inflixit contumaci collo, eique dixit: Subjice te Patri tuo, & te aggrega fraternitati. Itaque ubi citò evigilaverat, cùm nôsset se justo judicio collegisse fructus inobedientiæ, advocat Sanctum, & signo manûs exorat, ut tonderetur. Hoc igitur peracto, ac sacra quoque Communione refectus, confestim sanitatem obtinuit. Deinde rectè reliquo tempore in monasterio perseveravit, ibidemque in pace obdormivit.

51 Γρηγόριος ὁ Βερτσανίτης, καλῶς διαπεφὼς ἐν τῇ μοναδικῇ πολιτείᾳ, δυσαρεσθεὶς ἐν ἀρχῇ τῇ εἰσόδῳ αὐτοῦ εἰς τὴν τῆς μονῆς διοίκησιν, καὶ βελόμενος λάθρα ἀποδημῆσαι καὶ ἀλλαχοῦ πορευθῆναι, ἐνεθετεῖτο ὑπὸ τοῦ Μεγάλου μηδαμῶς ἀπελθεῖν. Ὁ γὰρ δόκιμος, φησι, πάντη δόκιμος, ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν. Ὁ δὲ τῇ παρακλήσει, καὶ τῇ νουθεσίᾳ τοῦ Θεσπεσίου μὴ εἴξας, διέμεινεν ἀκαμπὴς καὶ ἀμείλικτος. Τότε ἐπιπίπτει αὐτῷ ἄλογος δεινὸν καὶ ἀφόρητον κατὰ τὴν γλῶτταν, ὥστε μὴ κινηθῆναι αὐτὴν ὀγκωθῆσαι, καὶ φθάνειν μέχρι τοῦ πώγωνος. Ἦν δὲ θέαμα φοβερὸν καὶ ἔμπληκτον τοῖς ὁρῶσιν. Οὕτως τε ἐφ' ἱκαναῖς ἡμέραις δεινῶς διεζόμενος, ὁρᾷ κατὰ τοῦτο ὕπνος ἄγγελον ἰσάμωμον πλησίον τοῦ Μακαρίου, καὶ λέγοντα αὐτῷ· Διατί ὑποκρίσεως τοῦτον τὸν ἀδελφὸν, καὶ συγκαταλεθμεῖς τῇ σῇ θείᾳ ποίμνῃ. Ἀποκρίνεται πτοίᾳ τῇ φωνῇ καὶ φησι πρὸς αὐτόν· Ἐπειδὴ πολλὰ παρακληθεὶς ὑπ' ἐμοῦ μὴ ἀποφοιτῆσαι ἐξ ἡμῶν καὶ ἀποδράσαι, ἀδαμῶς εἶξε τῇ παρακλήσει μου. Τότε δίδωσιν ὁ ἄγγελος ῥάπισμα κατὰ τοῦ ἀπειθοῦς αὐχένος, λέγων αὐτῷ· Ὑποτάγηθι τῷ πατρί σου, καὶ σωαριθμήθητι τῇ ἀδελφότητι. Εὐθέως δὲ ἔξυπνος γενόμενος, καὶ γνοὺς ὅτι σὺν καρποὺς τοῦ παρακοῆς ἐνδίκως ἐτεύγησε, προσκαλεῖται τὸν Ὅσιον, καὶ ἀφ' ὕδατος τὸ χειρὸς δυσωπεῖ ἀποκαθαρθῆναι. Τότε δὲ ἐπιτελεσθέντος, καὶ τῶν θείων μυστηρίων μεταλαβόντος, παρεχρῆμα ἰάσεως ἔτυχεν, καλῶς τε τὸ ἐπίλοιπον χρόνον ἐν τῇ μονῇ πεπολεχὼς, ἐν εἰρήνῃ ἐπὶ τὸ αὐτὸ κοιμήθη καὶ ὕπνωσεν.

C

Monachus jussu Sancti arborem excidens, raptusque in præcipitium,

52 Aliàs, cùm arbor staret prope portam monasterii, præcepit sanctus pater noster Elias antè memorato Lucæ, ut illam exscinderet, & latum spatiosumque faceret ingressum in commodum exeuntium & ingredientium. Attamen ubi arbor cædebatur, & jam paululùm ex incisione erat passa, veritus monachus, ne ob loci præcipitium casu aliquo affligeretur (ut revera contigit) cœpit modica fide ad Sancti mandatum hæsitare. Tunc magnus Pater audacter ipsi dicit: Excide omnino arborem, frater, sine timore: nam Dominus noster Jesus Christus factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Deinde, cùm integrè illa excideretur secundum Sancti mandatum; verticem in profundum præcipitium sectione inclinavit, elevatique apprehendit vestimenta monachi, rapitque ipsum sursum in aëra, ac defert ad jactum lapidis *i* prope saxum, ex quo per foramen aqua scaturit. Monachi igitur vehementer territi, summoque affecti timore, multùm ejulabant

i

eo orante, illæsus reperitur.

** ut credebant*

53 Verùm sanctus Pater noster manus ad cælum extendens, pro ipso supplicabat Deo, qui ex ipsis mortis portis eum poterat eruere. Et sanè euntibus diligenter patribus ad auferendum corpus mortuum & penitus contritum *, obviam illis venit divinus Lucas, ridenti vultu dicens: Nolite turbari, patres, precibus boni Pastoris

52 Ἄλλοτε δένδρα ἰσαμώνα πλησίον τῆς πύλης τῆς μοναστηρίου, προσέταξεν ὁ ὅσιος πατὴρ ἡμῶν Ἠλίας τῷ προμνημονευθέντι θείῳ Λουκᾷ τὸ ἐκκόψαι αὐτὸ, καὶ τὴν εἴσοδον πλατεῖαν καὶ εὐρύχωρον ποιῆσαι τοῖς ἐξιοῦσι καὶ εἰσιοῦσι. Τοῦ μὲντοι δένδρου τμηθέντος, καὶ μικρὸν ἐκ τῆς τομῆς διακρατουμένου, δεδοικὼς ὁ μοναχὸς μή τι σύμπτωμα ὑποστῇ ἀφ' οὗ τὸ κρύμνωδες τοῦ τόπου (ὃ δὴ καὶ γέγονε) ἤρξατο διασείειν πρὸς τὴν προσαξιν τοῦ Ἁγίου ὀλιγόπιστος. Τότε φησὶν ὁ Μέγας Παρσαλαίως πρὸς αὐτόν· Ἔκκοψον τὸ δένδρον παντελῶς, ἀδελφὲ, ἀδεῶς· ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὑπήκοος γέγονε τῷ Πατρὶ μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. Εἶτα εἰς τέλεον τοῦτο τῇ προσάξει τοῦ Ὁσίου ἐντμηθέντος, ὑποκλίναν τὴν κορυφὴν εἰς βάθος τῆς τομῆς, ὑψωθέντος τε ἐπιλαμβάνεται τῶν ἱματίων τοῦ μοναχοῦ, καὶ ἀναρρίπίζει αὐτὸν ἄνω εἰς τὸ ὕψος τοῦ ἀέρος, καὶ καταφέρει ὡς λίθου βολὴν πλησίον τοῦ πέτρας, ἐξ οὗ τὸ ὕδωρ ἐκβλύζει ἀφ' ὃ ὀπῆς· Οἱ δὲ μοναχοὶ ἄγαν θροηθέντες, καὶ ἀναγώνιοι γενόμενοι μέγα ἠλάλαξαν.

53 Ὁ δὲ ἡγιασμένος πατὴρ ἡμῶν τὰς χεῖρας εἰς τὸ ὕψος τοῦ ἀέρος ἀφαπετάσας, τὸν Θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἱκέτευεν, τὸν ἐξ αὐτῶν πυλῶν τοῦ θανάτου ῥυσασθαι δυνάμενον. Καὶ δὴ σπουδαίως τῶν πατέρων κατερχομένων πρὸς τὸ σῶμα τοῦ μοναχοῦ νεκρὸν, καὶ σωτετριμμένον διόλου ἀνενέγκαι, ὑπήντησεν αὐτοῖς ὁ θεῖος Λουκᾶς, μειδιῶντι προσώπῳ λέγων·

Μὴ

A Μὴ θορυβεῖσθε πατέρες· οὐδὲν κακὸν ἔπαθον ὀχεῖς καλῷ Ποιμένι. Ἐρωτηθεὶς δὲ παρὰ τοῦ σημειοφόρου Πατρὸς, πῶς ἐν τῷ ὕψει τοῦ ἀέρος μετεωρισθεὶς, καὶ ἐν τῷ βάθει καταπεσὼν, ὅλως οὐ σώματι βίᾳ τεθνηκεν, διεμνήσετο λέγων, ὅτι μὲν σώμα πῶς ἐξαίφνης ἡρπάγην, οὐδὲ ποῦ γῆς ἐγενόμην, ἢ πῶς ἄλματι τοῦ χώρου ἐκπεπήδηκα, καὶ ἀνῆλθον· τοσοῦτον ὅτι ὥσπερ ὑπό τινος θείας δυνάμεως ἀπαθῶς βασαζόμενος, ἕως ἡσύχως καθῆκα ἐν τῇ γῇ ὡς ἐπὶ τρώμνης ἁπαλῆς. Τότε ὁ ἀοίδιμος καὶ θεῖος ὄντως Ποιμὴν τὸ παράδοξον καὶ ἐξαίσιον θαῦμα οὐχ ἑαυτῷ ἀλλὰ τῷ Θεῷ δυνάμεως καὶ τῷ ὑπακοῆς τοῦ μοναχοῦ ἔργον εἶναι ἔλεγεν. Ἐπὶ πλεῖον δὲ ἠγωνίζατο ἀπὸ τότε ὁ θαυμάσιος, καὶ ἐλιπάρει τὸ Θεῖον ὑπὲρ τοῦ ἰδίου ποιμνίου, σωτηρίας ὅτι σωτηρίαν αὐτῷ ἡ θεία χάρις ἐν πᾶσι τοῖς αἰτήμασιν, τύπον ἑαυτὸν ταπεινοφροσύνης πᾶσιν ὑποδεικνὺς, πραότητός τε καὶ ἀπλότητος· καὶ ἀνεξικακίας, ὅτι εἴ ποτε συνέβη παροξυσμὸν ἀπειθείας ἐν τοῖς ἐπιτάγμασιν αὐτοῦ γενέσθαι, οὐκ ἐδεῖτο ὡς ποιμὴν πρῶτον μετανοῆσαι τῷ τῆ ἀπειθείᾳ ἐμμείναντι πρὸς τὸ διαλῦσαι τὴν μονὴν, ἀλλὰ τοῖς πᾶσι τὰ πάντα γέγονεν, ἵνα πάντας κερδήσῃ.

nihil mali paſſus ſum. Interrogatur verò à Patre thaumaturgo, quomodo per aëra tranſlatus decidenſque in profundum non fuerit omnino contritus & mortuus: reſpondit hæc dicens: Non intellexi, quo modo derepente raptus ſim, & ad terram perlatus, quove ſaltu è loco exſilierim & ad locum pervenerim: attamen id novi, quòd tamquam à virtute quadam divina ſine ulla perpeſſione geſtatus, ſic quietè demiſſus ſum in terram, velut ſupra molle ſtratum. Tunc venerabilis ac verè divinus Paſtor monuit, mirabile illud magnumque prodigium non ſuum eſſe, ſed opus potentiæ divinæ, adſcribendumque obedientiæ monachi. Ab eo tempore Vir admirandus majori fervore utebatur, ſupplicabatque divinæ Majeſtati pro grege ſuo, intelligens divinam ſibi adſiſtere gratiam in omnibus petitionibus ſuis, ſe ipſum omnibus præbens exemplar humilitatis, lenitatis, ſimplicitatis ac tolerantiæ: nam ſi quando accidebat, ut ex mandatis ſuis oriretur quædam inobedientiæ exacerbatio, non rogabat ut paſtor inobedientem, ad diſſolvendam congregationem pertinaciter inhærentem, ut prior pœnitentiam ageret, ſed omnibus omnia fiebat, ut omnes lucrifaceret.

A DISCIPULO MONACHO.

B

ANNOTATA.

E

a *Vox* dante *non eſt in apographo, ſed phraſis eam exigit. An Lucas ille, qui hîc memoratur, ac ſæpiùs infrà redibit, ſit S. Lucas abbas, cujus Vitam edidit Caietanus inter Sanctos Siculos tom.* 2 *pag.* 96, *necdum clarè perſpicio. Ibi certè hæc leguntur:* Ad Sanctiſſimum Virum venit, religioſiſſimè in ſpelunca in Rhegii opidi finibus degentem, Eliam nomine, nec immeritò: quippe ſolis inſtar cùm doctrinæ tum exempli ſplendore totam Calabriam regionem illuſtravit, diſcipulis tamquam ſtellarum choro ſtipatus. Hic hoſpitis (*Lucæ*) indolem intuitus, hominem honeſtiſſimè ſuſcepit: atque ex auro ſuſcepto ſapientiſſimus Artifex vas pretioſum effecit. *Fuit Sanctus ille Lucas certò diſcipulus* Eliæ *noſtri; an verò idem ſit, qui frequenter in Actis memoratur, ad Acta S. Lucæ poterit examinari.*

b Vitalius *hic, aut* Vitalis *monachus, deinde quoque redibit. Data eſt apud Caietanum, & deinde apud nos ad* IX *Martii, Vita S. Vitalis abbatis, de quo dubitari poteſt, an idem non ſit cum hîc memorato. In Vita num.* 6 *dicitur de S. Vitali:* Poſt hæc deſcendens de monte, recepit ſe ad quoddam S. Heliæ monaſterium, quod dicitur Miſſanelli, cujus ſcilicet Heliæ converſationis ſe imitatorem oſtendit. *Verùm poteſt id eſſe aliud monaſterium, & fortè alterius* Eliæ, *qui cognomento* Junior, *licet noſtro ſit ſenior. Certè non reperio in Actis S. Vitalis indicia ſufficientia, quibus auſim Vitalium noſtrum cum Sancto illo confundere. S. Vitalis dicitur obiiſſe anno* 994, *ad quem Vitalius non pervenit, niſi vixerit ad ætatem decrepitam. Quare vix dubito, quin duo illi ſint deſtincti.*

c *Caſtrum*, S. Agatha *dictum, notatur in tabulis Calabriæ paucis milliaribus Italicis à civitate Regio. Illud caſtellum memoratur etiam in Chronico Calabriæ pag.* 61; *ſuſpicorque hîc idem* C *inſinuari, licèt & vicum ejuſdem nominis in Calabria inveniam non longè à mari Ionio.* F

d *Vox Græca* καπηλεῖον, caupona, *ambiguè ſcripta eſt, poteſtque etiam eſſe nomen proprium loci, qui mihi eſt ignotus.*

e *Per jumentum Thomaſius intellexit humeros ſocii. At improbabile non eſt, aſinum aut mulum cum monachis illis fuiſſe ad onera portanda, eique fuiſſe impoſitum, ut habet interpres Latinus.*

f *Hiſtoria occiſi à leone prophetæ legi poteſt* 3 *Reg. cap.* 13.

g *Sic locus ille ſcriptus eſt in apographo meo. Interpres Latinus poſuit hæc verba:* Ad vicum, quem Malutum nominant. *Thomaſius* Malvito *ſcripſit Italicè. Locum fruſtra quæſivi.*

h *Sic à loco natali videtur nominatus. Certè interpres antiquus Latinus dicit nomen id eſſe vici, & ibidem in margine notatur*, Bureiano, *quod tamen voci datæ non omnino conſonat.*

i *Loci excelſi præcipitium ſi conſideremus, facilè intelligemus monachum radice quadam arboris cadentis apprehendi, ac tam longè ob ſubjectam vallem deferri potuiſſe.*

A. DISCIPULO MONACHO.

CAPUT VIII.

Mors tyranni prævisa ac prædicta : prædicta etiam quædam alia : multi energumeni per Sanctum liberati.

Tyranni cujusdam mors prævisa, & cognita à longè dissito Sancto : a

NEc verò gratiæ prævidendi expers erat Vir admirabilis. Nam dum jactabundus & superbus patritius Byzalon calcaneum levabat contra imperatorem, & rebellionem *a* in gente excitare cogitabat, redarguebatur à venerabili Patre, ne ita cervicem erigeret contra monarcham : nam qui resistit, inquit, Dei ordinationi resistit. Cùm autem hujus reprehensiones non ferret, inflexibilis & inplacabilis eum morti addixit peregrinæ : at deceptus est miser & à proposito suo aberravit. Unde die quadam, dum Sanctus à conspectu tyranni abscederet iratus, dicunt ei discipuli
B sui : Ecce, Pater, quantæ sunt structuræ, quanta impii munimenta : quomodo hæc subjicere poterit imperator ? Respondet hic illis : Vos nihil videtis. Verùm hæc dicit Dominus : Non transierit annus, cùm destruentur structuræ istæ, ita ut in urbis fœtorem vertantur, infelix verò ille pessima morte intereat. Necdum transierat annus, quando domestici in ipsum insurgentes, eum gladiis occiderunt. Neque verò Sanctum latuit dies & hora cædis ipsius, licèt abesset stadiis ducentis & triginta ab ipsius monasterio ; sed discipulis suis ipsam manifestavit, dicens : Hac ipsa hora, filioli, occisus est Byzalon tyrannus.

alia de rebus monasterii prædicta.

55 Præpositus Laurentius, celeberrimus ac religiosissimus hegumenus, narravit mihi, se, dum aliquando egressus erat monasterio, & cursim redibat ad cellam, à Justo, prope quem incedebat, vocatum fuisse ad sedendum. Deinde, inquiebat, me trepidante & cum timore sedente ; clauso libro, quem legebat, me allocutus est religiosè admodùm, dixitque : Frater Laurenti, si vidisses viros & mulieres huc ingredientes, an permaneres in monasterio ? meque dicente, Absit ; dixit mihi benevolè : Propter vos juniores hisce non acquiesco, quia vidi multitudines virorum & mulie-
C rum introeuntes, quemadmodum fit in festivitate sancti patris nostri Eliæ Junioris. Ego autem verbis istis obstupefactus, ipsi dico : Reverende Pater, quæ causa est adventûs populi ? Respondet mihi dicens : Sanè, frater, aqua distillans ex spelunca petra, quæ humectatur, vim habet sanandi ; sed nolo, ut nunc ullo innotescat prodigio propter vos : una enim ex vobis anima toti æquiparatur mundo. Verumtamen orate & vos mecum : ut jam dicebam, prodigiis non inclarescet in diebus vitæ meæ. Tu verò, frater, si hîc perseveraveris, fratrum præfecturam obtinebis tempore congruo, & aquam viventem ac scaturientem ex petra mystica, quæ est Christus. De seipso, ut puto, ænigmaticè loquebatur Beatus. Nam revera, quæ fecit, ænigmaticè obumbrans etiam prædixit, nolens cum ostentatione loqui aut patrare aliquid prodigii, quòd detestaretur hominum laudem, damnumque ex ea levioribus oriri solitum. Qui enim his capitur, inquiebat, recepit mercedem suam. Ubi verò granum frumenti, inquit, cadens in terram mortuum fuerit, multiplicem fert sanationum fructum, eumque nequaquam auferendum.

Καὶ προβλεπτικὸν ἦ χαρίσματος σὺν ἄμοιρος ἰῶ ὁ πανάγας. Ποτὲ γὰρ ὁ ἀλαζὼν καὶ ἀγερώχως πατρικίκ Βυζάλων πέρναν κατὰ τοῦ βασιλέως ἀρᾶντος, καὶ ἀποστασίαν εἰς τὸ ἔθνος μελετήσαντος, ἠλέγχετο ὑπὸ τοῦ ἁγιδίμου, μὴ ἕπεσθαι τραχηλίασας κατὰ τοῦ αὐτοκράτορος· ὁ γὰρ ἀνθιστάμενός, φησιν, τῇ τοῦ Θεοῦ διαταγῇ ἀνθέστηκεν. Τάτε ἦ μὴ φέρων σὺν ἐλέγκοις, ὁ ἀκαμπὴς καὶ ἀμείλικτος ἀπάνατον ὑπερόριον κατεψηφήσατο· ἀλλ' ἔφθασεν ὁ δείλαιος, καὶ τοῦ ἰδίου σκοποῦ διήμαρτεν. Ὅθεν, ἐν μιᾷ ἐξελθόντος ἀπ' ἐμοῦ σὺν τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, λέγουσιν αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Ἴδε, πάτερ, ποταπαὶ οἰκοδομαὶ, καὶ ὀχυρώματα τοῦ ἀσεβοῦς, καὶ πῶς ταῦτα αὐτοκράτωρ δυνηθήσεται; Λέγει αὐτοῖς· Ὑμεῖς βλέπετε ὧδε· τὰ δὲ λέγει Κύριος· Οὐ μὴ παρελθοῖ ὁ ἐνιαυτὸς, καὶ καταστραφήσονται οἰκοδομαὶ αὗται, ὥστε γενέσθαι αὐτὰς δυσωδίαν τῆς πόλεως, αὐτὸν δὲ τὸν δύσηνον κακίστῳ μόρῳ ἀποθανεῖν. Οὕτω γὰρ πεπλήρωται ὁ ἐνιαυτὸς, καὶ ἐπαναστάντες οἱ οἰκεῖοι αὐτοῦ, μαχαίραις αὐτὸν ἀνήλωσαν· ὧδε ἐλάβε ἦ τὸ Ἅγιον ἡμέρᾳ καὶ ὥρᾳ τῆς αὐτοῦ ἀναιρέσεως, καίτοι ἐχόντος σαδίους τριάκοντα καὶ διακοσίους ἀπὸ τοῦ ἀσκητηρίου αὐτοῦ· ἀλλὰ τοῖς φοιτηταῖς αὐτοῦ ἐφανέρωσεν, λέγων· Ταύτῃ τῇ ὥρᾳ ἀνηρέθη, τέκνια, Βυζαλὼν ὁ ἀντάρτης.

55 Ὁ πρεσβύτερος Λαυρέντιος, ὁ πανευκλεὴς, καὶ πανευλαβέστατος ἡγούμενος, διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι ποτὲ τοῦ μοναστηρίου ἐξερχομένου με, καὶ πρὸς τὴν κέλλαν με δρομαίως ἀπίοντος, προσκαλεῖταί με ὁ Δίκαιος τοῦ πλησίον αὐτοῦ ἐλθόντα καθῆσαι. Εἶτα ἐμοῦ δειλιάσαντος, καὶ φόβῳ καθήσαντος, πτύξας τὸ βιβλίον, ὃ ἀνεγίνωσκε, φησὶ πρός με ἐν εὐλαβείᾳ πολλῇ· Ἀδελφὲ Λαυρέντιε, εἰ ἐθεάσω ἐνταῦθα ἄνδρας καὶ γυναῖκας εἰσερχομένους, ἆρα παρέμενες ἐν τῷ μοναστηρίῳ; καί με εἰπόντος, Μὴ γένοιτο· λέγει μοι μετ' ὀλίγον· Διὰ ὑμᾶς σοῦ νέους σὺν εὐδοκῶ ἐν τούτῳ, ἐπεὶ ἐθεάσατο πλήθη ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν εἰσιόντα, καθὼς ἐν τῇ μνήμῃ τοῦ ἁγιασμένου πατρὸς ἡμῶν Ἠλίου τοῦ Νέου. Ἐγὼ δὲ θαμβηθεὶς ἐπὶ τοῖς λόγοις τούτοις, λέγω αὐτῷ· Σεβάσμιε πάτερ, καὶ τίς ἡ αἰτία τῆς ἐλεύσεως τοῦ λαοῦ; Ἀποκρίνεταί μοι λέγων· Οὕτως, ἀδελφὲ, τὸ ὕδωρ τὸ ἐκ τῆς νοητιζομένης πέτρας τοῦ σπηλαίου ἰατρικόν ἐστιν· ἀλλ' οὐ θέλω νῦν, ἵνα θαυματουργήσῃ τι διὰ ὑμᾶς· μιᾶς γὰρ ψυχῆς ἐξ ὑμῶν ἀνταλλαγμα ὅλου τοῦ κόσμου. Πλὴν εὔχεσθε καὶ ὑμεῖς περὶ ἐμοῦ· καθὼς προεῖπον, μὴ θαυματουργήσω ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ ζωῆς μου. Σὺ δὲ, ἀδελφὲ, ἐὰν προμείνῃς ἐνταῦθα, πλὴν προκοπὴν τῶν ἀδελφῶν διαδέξῃ ἐν τῷ ἁρμόζοντι καιρῷ, ὕδωρ τε ζῶν καὶ ἀποστάζον τοῦ νοητοῦ πέτρας, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός. Ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ὡς οἶμαι, ὁ Μακάριος ὑπενίττετο. Καὶ γὰρ ἀληθῶς, ὅσα ἐποίησε, καὶ προέλεγεν, συσκιασμοῖς αἰνιγματοδῶς, μὴ θέλων ὅπως δεικτικῶς λαλῆσαι ἢ θαυματουργῆσαί τι, μυσαττόμενος τὴν τῶν ἀνθρώπων ἔπαινον, καὶ πλὴν ἐξ αὐτοῦ τοῖς νεωτέροις ἐγγενομένην βλάβην. Ὁ γὰρ ἐν τούτοις κερδαίνει, φησὶν, ἀπέχει τὸ μισθὸν αὐτοῦ. Ἔπαν ἦ ὁ κόκκος σῖτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν, φησὶν, ἀποθάνῃ, τότε πολύκαρπον τὸν καρπὸν τῶν ἰάσεων, καὶ ἄθραυστον φέρει.

A 56 Α᾽ ἧ κατὰ τ᾽ δαιμόνων ἔσησε τρόπαια, πῶς καλῶς διηγεῖτο; Νεανίς γάρ πνῳ δεινῶς συνεχομένῳ ὑπὸ ᾧ πονηρᾷ πνεύματος, φημωθὲν τῇ ὑπομονῇ ᾧ Ὁσίᾳ, ἄπρακτον ἰῶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἡμέρων τε ὀλίγων παρελθόντων, καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τ᾽ μοναχῶν ψαλλόντων, αἴφνης ἀνακράξαν, τ᾽ πάσχοντα τὸ ἀναιδὲς καὶ πονηρὸν πνεῦμα εἰς τὴν γῆν κατέῤῥηξεν. Τὸν πάντας ἓν ὑποπεμφάμενος ὁ μέγας πρὸς τὴν ἑσίασιν ὄρθριον, τὸ ὄμμα καὶ τὰς χεῖρας πρὸς τ᾽ ἔργανον ἀνατείνας, ὡς ἐξ ὕπνε τῶν ὑποθερμαπευθέντα ἀνέγειρεν, καὶ τῶν θείων μυστηρίων ἀξιώσας, ὑγιὴ ἀπέλυσεν.

56 Quæ verò contra dæmones erexit tropæa, quibus verbis rectè enarrentur? Nam cùm juvenis quidam terribiliter à maligno obsessus esset spiritu, hic increpatione Sancti ad silentium compulsus, sine operatione erat in homine; transactisque aliquot diebus, canentibus in ecclesia monachis, repentè exclamans, patientem impudens malignusque spiritus in terram dejecit. Itaque Sanctus, cùm omnes dimisissent ad consessionem matutinam, oculis manibusque ad cœlum elevatis, quasi ex somno sanatum illum in pedes erexit, divinisque Mysteriis eum dignatus, sanum dimisit.

A. DISCIPULO MONACHO. *Energumeni*

57 Χωρίον ἐστὶν ἐν τοῖς μέρεσιν Μεσοβιάνε Ἀσφαλαδέῳ λεγόμενον. Ἐν τούτῳ ἱερούς τις ᾤκει Ἐπιφάνιος, πολλὰς πλεκτανίας πιῶν, ἐγγράμματά τε καὶ ἐπάσματα γράφων, ἔν τε ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι, καὶ ἃ θέμις γραφῇ παραδόναι. Κρίσει ᾧ Θεῷ δικαίᾳ, ᾧ πάντας πρὸς τὸ συμφέρον παιδεύοντι, πνεύματι βιαίῳ, καὶ πονηροτάτῳ παραδίδοται, ὃς τ᾽ δεξιᾶς χειρὸς ἐπέργε βιαίως ἐν τῷ ὕψει ᾧ ἀέρι ἑλκομένῳ, παραβραχὺ τ᾽ βάσεως τ᾽ ποδῶν ἐπαίρετο, μετὰ ταῦτα εἰς τὴν γῆν καταῤῥαιόμενος, καὶ σωτριβόμενος, ἀνιλέως ἐσπαράττετο. Εὐλαβούμενος ἓν μήπι ᾧ πνεύματος ᾧ πονηρᾷ φανερώσει ἐκπέσοι ᾧ ἰδίᾳ ἕδρας, προσφεύγει λελησότως τῷ Μακαρίῳ, καὶ δάκρυσι τὴν ᾧ δαιμονίᾳ κάκωσιν διηγεῖται. Ὅθεν ὁ Μέγας συνιεὶς, καὶ τὴν χεῖρα ἐκτείνας, ἅπτεται τ᾽ κορυφῆς αὐτᾷ μειδιῶντι προσώπῳ, καί φησι· Σωθῇ μοι, τέκνον, ἐνώπιον Κυρίε, μηκέτι προσεργάσασθαι τὰ τοιαῦτα πονηρὰ καὶ ἀθέμιτα ἔργα· καὶ μάτιξ ὑπὸ ᾧ νῦν ὧδε ἐγγιεῖ ἐν τῷ σκηνώματί σε. Τοῦτο ᾧ εἰλικρινῶς μεθ᾽ ὅρκε σωθεμένε τ᾽ ὅρον αὐτᾷ ἀσφαλῶς τηρεῖν, σφραγίσας αὐτᾷ τὴν κεφαλὴν τῷ σημείῳ ᾧ σαρκὶ, καὶ ἐπευξάμενος, ἀπέλυσεν τ᾽ δὴ ἀναπαύσασθαι· ἑσπέρα γὰρ ἦν· καὶ τῇ ἑωθεν προσκαλεσάμενος, λέγει αὐτῷ· Ὕπαγε, ἀδελφὲ, ἐν εἰρήνῃ, καὶ Κύριος ἰάσατό σε ὁ ἰατρὸς τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων. Ἡμεῖς γὰρ τί ἐσμεν ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν; Ἦν ᾧ ὁ Μέγας ὅλης τ᾽ νυκτὸς ὑπὲρ αὐτᾷ τὸ Θεῖον ἐξιλασάμενος, ὡς ἰδεῖν τ᾽ πάχοντα κέρκα ἐξελθόντα δι᾽ ᾧ στόματος αὐτᾷ, καὶ ἀφανισθέντα ἀφαντωθῆναι. Τὰς ᾧ πρὸς τ᾽ Ὅσιον σωθεικὰς ἀτειώτες φυλάξας ᾧ μηκέτι ἐνοχλεῖσθαι, ἠλευθέρωται καὶ αὐτὸς τ᾽ μάστιγος ᾧ πονηρᾷ πνεύματος.

57 Vicus est in partibus Mesobiani, Asphaladius dictus. In illo habitabat quidam presbyter Epiphanius, multas exercens superstitiones scriptionesque & incantamenta exarans in hominibus & in jumentis, quæque scriptis commendare nefas. Verùm justo Dei judicio, omnes ad utilia erudientis, spiritui violento & pessimo traditur. Hic superstitiosâ dexterâ in aëra tractus, paululùm à fulcimento pedum elevabatur: deinde in terram elisus ac contritus, immisericorditer lacerabatur. Veritus igitur ne maligni spiritus manifestatione è gradu suo excideret, latenter ad Beatum confugit, & malitiam dæmonis cum lacrymis expenit. Unde Vir magnus rem intelligens, manumque extendens, verticem ipsius tangit ridenti vultu, dicitque: Promitte mihi, fili, coram Domino, te non ampliùs talia opera mala & injusta superstitiosè operaturum: & ab hoc tempore flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Illo autem cum jurejurando sincerè promittente, se mansurum intra terminos suos, signans caput ipsius signo crucis & orans, demisit ipsum ut quiesceret: nam vespera erat. Deinde mane sequenti die, advocato ipsi dixit: Vade, frater, in pace: sanavit te Dominus, qui medicus est animarum & corporum. Nos verò quid sumus peccatis nostris? Sanctus autem tota nocte pro ipso Deum placaverat, ita ut patiens videret corvum ex ore suo egredi, avolantemque evanescere. Cum verò illa pacta cum Sancto inita, ut non ampliùs dedecoraretur, servaret illæsa, liberatus etiam est mali spiritus flagello.

varii ad Sanctum

B

58 Ἄλλοτε προσηνέχθη αὐτῷ βρέφος βασαζόμενον ὑπὸ ᾧ ἰδίε πατρὸς, τ᾽νομα Ἰωάννης. Ἦν ᾧ ὦφε φύσιν τούς τε ὀφθαλμὸς, καὶ τὸ στόμα ἔχων, καὶ τρέμων τῇ ἐνεργίᾳ ᾧ πονηρᾷ πνεύματος. Καμφθεὶς ἓν ὁ Θεοφόρος Πατὴρ ἡμῶν τοῖς δάκρυσι ᾧ τεκόντος, καὶ συμπαθείᾳ πολλῇ κινηθεὶς, ἐδέξατο τὸ βρέφος ἐν ταῖς ἀγκάλαις αὐτᾷ, σφραγίζει αὐτῷ τὸ στόμα καὶ σὺν ὀφθαλμὸς τῷ σημείῳ ᾧ σαρκὶ, λέγων· Προσήνεγκάς μοι τὸ βρέφος, ἀδελφὲ, ὡς ὃν ᾧ πονηρᾷ ἐνεργούμενον· καὶ ἰδὲ οὐδὲν κακὸν ἔχει· λαβὼν αὐτὸ πορευθὶ ἐν εἰρήνῃ. Δεξάμενος ἓν τὸ νήπιον σὺν δάκρυσιν ὁ τούτε πατὴρ, καὶ τὴν πύλην ᾧ μοναστηρίε ἐξελθὼν καὶ ὑπιμελῶς κατανοήσας, ὁρᾷ τὴν τ᾽ ὄψεως ῥέβλωσιν κατὰ φύσιν γεγονυῖαν, καὶ τὸ ἅλμα ᾧ σώματος παντελῶς ἠρεμῆσαν· καὶ ἔτως ἀπῆει δοξάζων τ᾽ Θεὸν, τ᾽ δοξάζοντα σὺν δέλες αὐτᾷ.

58 Aliquando allatus ipsi est infans, gestatus à proprio patre, cujus nomen Joannes. Habebat ille oculos & os contra naturam, tremebatque per operationem mali spiritus. Flexus igitur patris lacrymis divinus Pater noster, multaque motus commiseratione, infantem in ulnis suis accipit, signat ei os oculosque signo sanctæ Crucis, dicens: Attulisti mihi infantem, frater, tamquam à malo vexatum dæmone: ecce autem, nihil patitur mali: accipe illum, & vade in pace. Itaque parvulum accipiens pater ipsius cum lacrymis, egressusque portâ monasterii, ubi diligenter consideravit infantem, perspicit distortum visum ad statum naturalem rediisse, motumque corporis penitus conquiescere. Et sic abiit, gloriam dans Deo, qui honorat servos suos.

adducti & liberati

C

59 Ἄξιον ᾧ, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦτο γράφῃ παραδόναι τὸ κεφάλαιον, ὅπερ Λουκᾶς ὁ μέγας διηγήσατο· ἔλεγεν γὰρ ὅτι ποτέ τις ἄρχων τ᾽ λίαν φοβερῶν καὶ ἐνδόξων, τ᾽νομα Γαυδιόσος, ὑπὸ ᾧ πονηρᾷ πνεύματος ὀχλούμενος, δεινῶς παρασυρόμενος, καὶ ἀνελέως σωτριβόμενος ὑπ᾽ αὐτᾷ, ἔρχεται τῷ ἡγασμένῳ πατρὶ ἡμῶν Ἠλίᾳ, λέγων· Ὀχλοῦμαι δεινῶς ὑπὸ ᾧ πειράζοντος· καὶ ἰδὲ φοβηθεὶς σὺν ταχὺ τ᾽ ἀγίων, καὶ φοβηθεὶς τὸ σεβάσμια

59 Operæ pretium erit, ut puto, si scriptis etiam tradam factum istud, quod narravit celeber iste Lucas. Quippe referebat, aliquando ad sanctum patrem nostrum Eliam venisse principem quemdam valde celebrem & glorioſum, nomine Gaudiosum, qui à maligno spiritu erat obsessus, graviterque vexatus & immisericorditer ab ipso contritus, hunc que illi dixisse: Vexor terribiliter à tentatore: & ecce, contuli me ad templa Sanctorum,

prout etiam viro nobili.

A DISCIPULO MONACHO.

rum venerandasque eorum reliquias complexus sum; sed frustra laboravi, nihil utilitatis consecutus. Volo igitur Panormum proficisci ad medicos. Fortasse hominum curatione sanationem obtinebo. Respondet Vir admirandus, eique dicit: Sustine, fili, castigationem tibi à Deo immissam ad animæ utilitatem, gratias ei de hisce agens. Quem enim diligit Dominus, castigat: flagellat autem filium, quem recipit. Ille verò nimis vehementi dæmonis vexatione pressus, ingreditur navim, Panormum discedentem, simulque eò discedit.

qui apud ipsum fuerat, ab eunti contigit.

60 Unde Sanctus ferventer pro ipso cum calidis lacrymis Deo supplicabat. Cùm autem navigaret è regione Mylarum *b*, quasi in somnum delatus est. Deinde expergefactus, magna voce clamare cœpit: Exponite me in terra, fratres, exponite me. Tunc nautæ valde perturbati dicunt ipsi: Quæ causa exponendi, domine? Magnus ille cum lacrymis animique lætitia respondet, dicens: Supervenit modò magnus medicus Elias, & os mihi aperiens extraxit è ventre meo porcum subrumum, jaculatusque est illum in maris profundum: ecce precibus reverendi Patris sanatus sum. Ubi hæc audiverant, qui erant in navi, glorificaverunt Deum, qui facit voluntatem timentium se. Hæc igitur omnia, tam ad orationem quàm ad vitam solitariam spectantia, occultè peragebat gloriæ Osor, detestans multorum in facie celebrantium laudationem, & gloriam.

b

B

λείψανα αὐτῶν, μάτην κενοπίαπα ἐδὲν ὠφελεθείς. Βέλομαι ἓν ἀπελθεῖν εἰς ἰατρὸς ἐν Πανόρμῳ. Ἴσως ἄρα δι' ἀνθρωπίνης περιοδίας τυχῶ ἰάσεως. Ἀποκρίνεται ὁ θαυμάσιος, καὶ λέγει αὐτῷ· Ὑπόμεινον, τέκνον, τὴν ἐκ Θεοῦ σοι ἐνεχθεῖσαν παιδείαν πρὸς τὴν ψυχικὴν λυσιτελείαν, εὐχαριστῶν αὐτῷ ἐπὶ τούτῳ· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος παιδεύει· μαστιγοῖ δὲ ὃν, ὃν παραδέχεται. Ὁ δὲ τῇ ἄγαν ὀχλήσει τοῦ δαίμονος πιεζόμενος, εἰσελθὼν ἐν πλοίῳ ἐν Πανόρμῳ ἀπίοντι, καὶ αὐτὸς σωματίου.

D

60 Ὅθεν ὁ Μέγας ἰατὴρ αὐτὸς ἄγαν τὸ Θεῖον ἐξελιπάρει θερμοῖς. Ἐν ᾧ τῷ εὐπλοεῖν αὐτὸν κατέναντι τῶν Μυλῶν, εἰς ἔμφασιν ὕπνος κατηνέχθη. Εἶτα ἔξυπνος γενόμενος ἤρξατο τοῖς ἐν τῷ πλοίῳ κράζειν μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Ἐξάγετέ με ἐν τῇ γῇ, ἀδελφοί, ἐξάγετέ με. Τότε οἱ ναυτικοὶ λίαν θροηθέντες λέγουσιν αὐτῷ· Τίς ἡ αἰτία τῆς ἐξάξεως Κύριε; Ὁ μέγας ἀποκρίνεται σὺν δάκρυσι καὶ εὐφροσύνῃ ψυχῆς, λέγων· Νῦν ἐπέστη ὁ μέγας ἰατρὸς Ἠλίας, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα, ἀνήλκυσεν ἐκ τῆς γαστρός μου χαλαθηνὸν χοῖρον, καὶ ἠκόντισεν ἐν τῷ βαθεῖ τῆς θαλάσσης· καὶ ἰδοὺ ὑγιεὶς γέγονα εὐχαῖς τοῦ ἁγιδίμου πατρός. Ταῦτα ἀκηκοότες οἱ ἐν τῷ πλοίῳ, ἐδόξασαν τὸν Θεὸν, τὸ ποιοῦντα τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτόν. Ταῦτα δὲν πάντα μυσηκῶς τῆς εὐχῆς καὶ μόνης ἐπετέλει ὁ μισόδοξος, μυσαττόμενος τὸ κατὰ πρόσωπον τῶν πολλῶν ἔπαινον καὶ δόξαν.

E

ANNOTATA.

a *Luitprandus lib. 2 Hist. cap. 12 testatur, Apuliam & Calabriam re bellâsse, postquam Romanus Lacapenus in consortium imperii adscitus erat à Constantino Porphyrogenito. Hæc igitur rebellio figenda est circa annum 920. Auctorem tamen rebellionis non nominavit Luitprandus, nec illum alibi nominatum reperi.*

b *Mylæ oppidum est Siciliæ maritimum cum portu & sinu cognomine, nunc incolis* Milazzo. *Præternaviganda erat illa civitas, quandoquidem Regio aut ex alio portu Calabriæ Panormum tendebat.*

CAPUT IX.

C

Equus subitò sanatus: mirum monachi de Sancto somnium: hujus castitas insignis: sanationes aliquæ: quidam presbyter ad invocationem Sancti periculo ignis liberatus.

F

Equus subitò aquâ, cui Sanctus benedixerat, sanatur:

NOn solùm in utentes ratione, eâdemque secum naturâ constantes, magno commiserationis ac benevolentiæ affectu ferebatur Sanctus, sed etiam in animantia rationali anima rationeque destituta. Quodam tempore ex iis, qui non erant vicini, aliquis nomine Petrus profectus est ad monasterium equo insidens ad salutandum Sanctum, ut notus ipsi & amicus. Erat autem valde inops & pauper, quamvis admodùm monachorum amans. Hic imprudens equum suum eo posuit loco, ubi defuncti patres monasterii jacebant sepulti: quibus sepulcris nemo audebat admovere simile jumentum laïci. Si verò accedebat, aut à feris devorabatur, aut statim concidens moriebatur. Eadem quoque nocte apparet illi junior monachus lumine circumfusus, sicque simpliciter minitans: Homo, domum nostram fecisti pascuum domus tuæ: brevi videbis sequi justum Dei judicium. Manè verò, quan-

Οὐ μόνον τε θηὶ λογικοῖς καὶ ὁμοφυέσιν ἑαυτῷ λίαν συμπαθὴς καὶ φιλόστοργος, ἀλλὰ καὶ θηὶ ἀψύχοις καὶ ἀλόγοις ζώοις. Ποτὲ γοῦν τοῦ δ πέλας, Πέτρος τὄνομα, ἐπεδήμησεν πρὸς τὸ μοναστήριον ἐφίππου ὢν, ἵνα ἀσπάσαιτο τὸν Ὅσιον, ὡς γνωστὸς αὐτῷ καὶ φιλικὸς ὑπάρχων, ἑαυτῷ δὲ ἄγαν πτωχὸς καὶ πένης, εἰκὴ λίαν φιλομόναχος. Ἐν ἀγνοίᾳ δὲ ἑαυτοῦ ἵππον ἀπήλασεν, ἔνθα οἱ πρόκεινται μνήμασι τῶν πατέρες τοῦ μονῆς κατάκεινται· οἷς οὐκ ἐᾷ τολμῶν προσεγγίσαι τῶν τάφοις οἷον κἠνος λαικός. Εἰ δὲ καὶ προσεγγίζει, ἢ ὑπὸ θηρίων ἐβιβρώσκετο ἢ αὐτίκα καταπίπτων ἐνεκρώτο. Καὶ τῇ αὐτῇ νυκτὶ φαίνεται αὐτῷ νεώτερος μοναχὸς φωτὶ περιαστραπόμενος, καὶ ὅτως ἐπαπειλούμενος ἁπλῶς· Ἄνθρωπε, τοῦ οἶκον ἡμῶν νομὴν δὲ οἶκόν σε πεποίηκας· μικρὸν καὶ ὄψει τοῦ ἐπακολουθοῦντα ἔνδικον δὲ Θεοῦ κρίσιν. Τῇ δ' ἑωθεν ἀναστὰς, εὗρεν τοῦ ἑαυτοῦ ἵππον ἐν τῇ γῇ πεπλακότα ἡμίθνητον, καὶ ποσὸν ὀγκωθέντα, ὥστε

A ὥστε πρηνὴς ἀναβραχὴν λακῆσαι μέσον, καὶ ἐκχεῆναι τὰ σπλάγχνα αὐτοῦ. Ταραχθεὶς τε καὶ οἰμώξας ἐπὶ τῇ ἐξαίφνης συμπτώσει τοῦ ἑαυτοῦ ἵππου, δάκρυσι τοῖς γόνασι τοῦ Ὁσίου προσεκύνει, λέγων· Ὦ συμπαθέστατε Πάτερ, νῦν ὠνησάμην τὸν αὐτὸν ἵππον πρὸς ὑπηρεσίαν τοῦ οἴκου μου· ἅπασα ἡ τιμὴ αὐτοῦ ἐστι ἐν κρίσει. Ταῦτα ἀκούσας ὁ Ἅγιος, καὶ σεναύξας, λέγει μοι συμπαθῶς· Ἄπιθι ἀδελφὲ, ἄνεγέ μοι τὸ βυκάλιον τοῦ ὕδατος τοῦ νοτιζομένης πέτρας. Ἐμοῦ ἔτι πολλῷ σὺν τύχει τοῦτο ἐνέγκαντος, καὶ αὐτοῦ τοῦ τύπου τοῦ σταυροῦ ἐν αὐτῷ πεποιηκότος, λέγει· ὕπαγε, ἀδελφὲ, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα τοῦ ἵππου, ἔκχεε εἰς αὐτὸ ἐκ τοῦ εὐλογηθέντος ὕδατος, καὶ ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ποιῇ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν τάχει. Τοῦτο οὖν γενομένου, ἀΐσσον ὁ ἵππος ἐκ τῆς γῆς ἀνέθορε, καὶ ἑαυτὸν ὑποταναξάμενος, ἔστη ὅλος ὑγιὴς καὶ ἀπήμαντος. τοῦτον λαβὼν ὁ κύριος αὐτοῦ, ἀπῆλθε σὺν αὐτῷ χαίρων καὶ ἀλλόμενος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ.

62 Ὁ τῷ διακονίαν τοῦ κελλαρίου ποτὲ ἐμπιστεύθεις Ἰωάννης ὁ εὐκλεὴς μοναχὸς, ὁ καὶ Ἱεροσολυμίτης, διηγήσατό μοι, λέγων· ὅτι ὑποταλεὶς ἦλθε τοῦ ἀοιδίμου Πατρὸς ἐν τῇ ἄσει Ρυγίῳ, διὰ ἀναγκαίας χρείας τὴν κινότητος, καὶ πολλὰ παρεισπαθεὶς, ὅλην ἐκεῖσε διὰ ὅλης τῆς ἡμέρας. Ὀψέ
B ποτε καθ' ἑαυτὸν γενόμενος, καὶ ἐν τῇ εὐνῇ κατακληθεὶς, ἠρξάμην τοῖς λογισμοῖς μου συνταράσσεσθαι, λέγων· Ἆρα ἐν τούτοις σωθήσομαι; ἆρα λυσιτελεῖ τὴν ὑποταγὴν ὅτως βάζεσθαι, καὶ παρεῖσθαι, μὴ πληρώσαντα τὸν μελέτην τῶν ψαλμῶν; Ἐν τούτοις τοῖς λογισμοῖς ἀφυπνώσας, ὁρῶ, φησὶν, τὸ Ὅσιον κεφαλοτμηθέντα καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ διαῤῥέοντα ἐν τῇ γῇ, λαλῆσαί μοι διὰ τοῦ κάρας ὅτως· Ὀλίγοσε, εἰς τί ἐδίσασας; ἐκ σῆς σπουδῆς καὶ δικαιωσύνης πέποιθας σωθῆναι; πᾶσα ἡ δικαιωσύνη σου, ὡς ῥάκος ἀποκαθημένης ἐνώπιον Κυρίου. Οὐχ ὁρᾷς ὅτι τὸ αἷμά μου δι' ὑμᾶς ἐξέχεα; σὺ δὲ ἠκουσας καὶ ἀποτόλου λέγοντος· Πείθεσθε τοῖς ἡγουμένοις ὑμῶν καὶ ὑπείκετε· αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνοῦσιν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ὡς λόγον ἀποδώσοντες. Ὁ γὰρ φόβος τοῦ ἀπολογίας τοῦ ἐμπιστευθέντων ψυχῶν, καὶ ἡ μέριμνα παντὸς τοῦ ποιμνίου, ὁ κόπος τοῦ διδασκαλίας νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἐν δάκρυσι καὶ στεναγμοῖς δίκην μαρτυρίου τοῖς φρονοῦσι λογίζονται· ὁ καλὸς γὰρ ποιμὴν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. Ὁ δὲ μέλλης, καὶ διαχεόμενος, καὶ εἰς ἅδην τῷ προσασίαν θέμενος, ἐσθίων τε καὶ πίνων ἀ-
C διαφόρως μετὰ τῶν μεθυσῶν καὶ ἁβροδιαίτων τοῦ αἰῶνος τούτου· ἥξει ὁ Κύριος τοῦ πονηροῦ ποιμένος ἐκείνου, καὶ διχοτομήσει αὐτὸν, καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ μετὰ τῶν ὑποκριτῶν θήσει· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων.

63 Ἕτερος φοιτητὴς ἐν τῇ νεότητι πειραζόμενος ὑπὸ τοῦ φιλόσαρκος δαίμονος, καὶ τὸν πειρασμὸν τῷ Μεγάλῳ δάκρυσι μεμνημένος, φησὶν πρὸς αὐτὸν συμπαθῶς· Κράτει κηλίδας, ἀδελφὲ, ἰσχυρῶς, πύκτευε πρὸς αὐτὸν κραταιῶς, καὶ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ ἐχθροῦ δι' ὑποσβεννύντων. Τοῦ δὲ τὸν ἐνδεχομένων εἶναι λέγοντος μέσον τῆς ὕλης τῶν βρωμάτων τοῦ ἐφέσεως τούτων κρατεῖν· ἀποκρίνεται ὁ θαυμάσιος, λέγων· Οὕτως, ἀδελφὲ, ἔτεσι τριάκοντα τοῦ πάλης τῶν πειρασμῶν σου μέμνημαι ἄρτον τὸν γαστέρα πλησάσας. Πορεύου, καὶ σὺ ποίει ὁμοίως, καὶ σώζει. Καὶ γὰρ ἀληθῶς ἐν τοσούτῳ ὕψει ἀπαθείας νῦν ἀναβεβηκὼς ὁ Φιλάγιος, ὡς θαρρῆσαι, καὶ εἰπεῖν ὅτι οὐδέποτε εἰκόνισμα γυναικὸς, ἢ ἑτέρας χλιδάσματος ἀπατῆς νυκτερινὸς σπουδὴν τῷ λογισμῷ, ἢ συνκατάθεμην. Δεῖ γὰρ, ἔλεγεν, τὴν ἀπαθείαν γλιχόμενον πάντοτε τὸν νέκρωσιν τοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματι βαστάζειν· τὸ δὲ αἴτιον τοῦ ὑπὲρ φύσιν τοῦ Ἁγίου ἁγνείας· ὑποπάζων νῦν τὸ σῶμα ψύχει καὶ γυμνότητι, ἐνὶ ῥακίῳ χρώμενος φέρει καὶ χειμῶνι, καὶ παγίῳ ἐκ δερμάτων μέχρι τῶν ὠμων

do ſurrexerat, vidit equum ſuum humi lapſum, ſemimortuum, adeoque tumefactum, ut ferè rumperetur medius, ac viſcera ipſius effunderentur. Territus autem ac plorans ob repentinum equi ſui caſum, cum lacrymis ad genua Sancti provolvebatur, dicens: O Pater maximè compatiens, modò emi hunc equum ad ſervitium domus meæ: omine verò illius pretium nunc in dubio eſt. Hæc audiens Sanctus, gemitu emiſſo, dicit mihi commiſeranter: Abi, frater, affer ſcyphum aquæ de petra humectata. Ubi verò multa cum celeritate illud attuleram, ipſeque ſignum crucis ſuper iſtud fecerat, dixit: Vade, frater, aperi os equi, & effunde in illud de aqua benedicta; & Dominus Deus citò oſtendat miſericordiam ſuam. Hoc igitur facto, citò equus è terra exſilit, excutienſque ſe, ſtetit ſanus omnino & illæſus. Dominus autem, illo accepto, cum eo gaudens & exſiliens domum abit. A. DISCIPULO MONACHO.

62 Nobilis monachus Joannes, cognomento Hieroſolymitanus, cui aliquando commiſſum fuit cellarii officium, narravit mihi, dicens, ſe à venerabili Patre miſſum fuiſſe ad urbem Regium ob neceſſarium communitatis negotium, multúmque diſtractum tota die fuiſſe in itinere. Veſperî tandem ad ſe reverſus, & lecto decumbens, cœpi, inquiebat, cogitationibus meis perturbari, dicens: An in hiſce ſalvabor? An prodeſt ſub obedientia ſic deblaterare & diſtrahi, non impleta pſalmorum meditatione? Hiſce cogitationibus indormiſcens, video, inquit, Sanctum reſecto capite, ſanguinemque ipſius defluentem in terram, ipſum verò mihi per caput ita loquentem: Paupercule, quare dubitâſti? Tuone ſtudio ac juſtitiâ te ſalvandum confidis? Omnis Juſtitia tua ut pannus mulieris menſtruatæ eſt coram Domino. Non vides, me ſanguinem effudiſſe propter vos? Non audis Apoſtolum dicentem: Obedite præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis: ipſi enim pervigilant pro animabus veſtris tamquam rationem reddituri? Nam timor rationis reddendæ de animabus concreditis, cura gregis totius, & labor docendi noctu dieque cum lacrymis & gemitibus martyrii inſtar habentur præpoſitis. Bonus enim paſtor animam ſuam ponit pro ovibus. Si quis verò negligens eſt ac effuſus, qui nullam habet præfecturæ ſuæ curam, manducatque & bibit indifferenter cum ebrioſis & delicatis hujus ſeculi; veniet Dominus mali hujus paſtoris, & dividet eum, partemque ejus ponet cum hypocritis: illic erit fletus & ſtridor dentium. *mirum monachi de Sancto Joannium* E F

63 Cùm alius ipſius diſcipulus in juventute tentaretur ab amico carnis dæmone, & tentationem declarâſſet Viro magno cum lacrymis, illi commiſeranter dixit: Ventrem potenter contine, frater, cum illo fortiter luctare, & inimici ignea jacula exſtinguentur feliciter. Illo autem dicente, iſtud non eſſe ex iis, quæ ſolent fieri, inter elcas harum appetitum continere; reſpondet Vir admirandus, dicens: Verè, frater, annis triginta luctæ tentationum non memini me pane ventrem impleviſſe. Vade, & tu fac ſimiliter, & ſalvaris. Et ſanè ad tam ſublime affectionum ſuarum imperium aſcenderat ſanctitati; Amator, ut conſideret, diceretque: Numquam mulieris forma, aut alterius ludibrii fraudis nocturnæ cogitationi meæ delectationem attulit, aut eidem aſſenſus ſum. Nam oportet, dicebat, illum, qui vacuitatem affectionum deſiderat, ſemper mortificationem Chriſti in corpore ſuo portare. Hæc verò erat cauſa Sancti puritatis naturam ſuperantis. Premebat corpus frigore & nuditate, unica veſte vili utens cùm in *admirabilis ipſius caſtitas, & in affectiones imperium:*

A DISCIPULO MONACHO.

æstate tum in hyeme, & pallio è pellibus, quod ad humeros usque pertingebat; ita ut aliquando sedens in medio æstûs solaris interrogatus fuerit à nobis, hoc dicentibus: An fortè corpus tuum non constringitur frigore hiemali; aut solis æstu non uritur, venerande Pater? Respondet cum simplicitate & vultûs lenitate, dicens: Filii, jam tres anni sunt, quibus corpus meum non sensit neque frigus hiemis, neque calorem æstatis: de hisce nihil omnino sentio. Hoc verò non est neque volentis neque currentis; sed donantis Dei. Decebat illum, qui in omnibus & morborum & variarum affectionum erat medicus peritissimus, medicum evadere morbo non obnoxium, ac omnino oportet in ipso glorificari Deum.

duo fratres per Sanctum sanati:

64 Puer aliquis ex divino baptismate erat adoptatus ab ipso filius, nomine Elias, qui corpus habebat gangrenâ affectum morbo. Non antè juvenem morbo liberandum dixit Sanctus, quàm vitam eligeret monasticam; illoque sincerè in illam consentiente, unico momento sanum exhibuit. Hujus verò fratrem germanum Joannem, sacerdotii gradu honoratum, & admodùm malè habentem, paucis verbis, Jesum secutus, sanavit, illi solùm dicens: Secundum fidem tuam fiat tibi. Statim post verba secutum est opus. Omnia enim possibilia sunt indubitanter credenti, dixit Dominus.

alius ad solam Sancti invocationem incendii periculo liberatus: a

65 Aliquando non solùm in præsentia Servi Domini maxima perficiebat Deus, sed etiam in absentia, imò potiùs per solam invocationem nominis ipsius. Sic enim orto quodam incendio, montes saltusque depascente, accendendus erat & vicus Caberon *a*, omniaque simul inflammanda, sicut etiam revera factum est. Verùm presbyter illius vici, nomine Lucius, ubi partim ejecerat domus suæ bona, valdeque stimulabatur labore frumenti, in horreum ingressus, clamore Sanctum invocabat, dicens: Sancte pater Elia, nunc tempus est adjuvandi: veniat deprecatio tua, & circumcingat me cum granario, ne comburar elata ac formidabili hac flamma. Tunc insuperabilis ignis, appropinquans & bifariam sectus, quæ circum horreum & domum ipsius erant, penitus quidem consumpsit; at nec ipsum nec illa omnia, quæ ipsius erant, ullatenus tetigit. Horror igitur erat & prodigium maximum, videre corpus materiale & corruptibile in medio flammæ elatæ conclusum, & ab igne intactum, quemadmodum olim pueros *b* hymnum canentes & saltantes. Postquam circumposita in cineres erant redacta, unáque intolerabilis ille ignis desierat consumere, descendit exsultans ac gestiens magnopere, Deoque per Sanctum gratias agens, & prodigium omnibus enarrans.

filius ejusque mater confestim per Sanctum sanati. c

66 Joannes piissimus monachus, filius Pardeleontis *c*, narravit mihi, se, dum juvenis admodùm erat, atque ebullitione mali pestiferi manus, pedes, membraque omnia terribiliter affecta & emortua habebat, à patre suo in humeros fuisse sublatum, portatumque ad venerabilem patrem Eliam, ad cujus pedes provolutus pater, illum hisce verbis rogabat: Sancte Pater, impone manum tuam filio meo Joanni, ut vivat: ecce enim, exsiccata sunt membra ipsius. Tunc (inquiebat) Vir magnus, ubi tetigerat genua, manus, omniaque membra mea, ne suum crederetur miraculum, sed divinæ benignitati ac gratiæ adscriberetur, osor gloriæ dixit patri meo: Cape filium tuum, frater, & vade in ecclesiam ad presbyterum, ut oret super eum. Statim ergo ad verbum Sancti ego me omnino doloribus liberatum sensi: rectusque pedibus meis insistens, cum patre

φῶνοντι, ὡσε ποτὲ ὑφ' ἡμῶν ερωτηθεὶς μεσον D
ἡλιακῇ φλογμῇ καθεζόμενον, Ἄρχε, λεγόντων, ἡ καταπήγνυται τὸ σῶμά σε τῷ κρύει ἢ χειμῶνος, ἢ συγκαίεται τῷ φλογμῷ ἢ ἡλίε, σεβάσμιε Πάτερ; Ἀποκρίνεται ἐν ἁπλοϊότητι καὶ πραότητι ἤθους λέγων· Τέκνα, εἰσί μοι τρεῖς ἐνιαυτοὶ, ἀφ' ἧς οὐκ ἤσθετο τὸ σῶμά μου ἤτε ψύχους χειμῶνος ἤτε καύσωνα θέρους, ἀλλ' ὅλως εἰμὶ ἀναισθητῶν ἐν τούτοις· τοῦτο ἢ ἤτε θέλοντος, ἢ δὲ τρέχοντος, ἀλλὰ ἢ διδόντος Θεοῦ. Ἔδει τὸν κατὰ πάντα νόσων τε ἢ ποικίλων παθῶν ἰατῆρα ἐμπειρότατον, ἰατρὸν χωρῆσαι τὸν ἄνοσον, ἢ δεῖ πάντως δοξασθῆναι τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ.

64 Παῖς γάρ τις ἡσυχιμιαῖος ἰδίῳ αὐτῷ ἐκ θείᾳ βαπίσματος, ὄνομα αὐτῷ Ἠλίας, ὃς γαγγραίνᾳ νόσῳ τὸ σῶμα λυμανθεὶς. Οὐ πρότερον ἔφη ὁ Μέγας τὸν νέον τῇ νόσῳ ἀπαλλαγῆναι, πρινὴ αὐτὸς τὸν μοναδικὸν βίον ἕλητα· ἢ αὐτὸς εἰλικρινῶς συνθεμένου, ἐν μιᾷ ῥοπῇ ἀπέδειξεν ὑγιῆ. Τὸν δὲ τότε κατὰ σάρκα ἀδελφὸν Ἰωάννην, βαθμῷ ἱερωσύνης τετιμημένον, καὶ δεινῶς παρειμένον, βραχεῖ λόγῳ τὸν Ἰήσου μιμούμενος ἐθεράπευσεν μηδὲν ἄλλο φήσας, εἰμὴ, Κατὰ τὴν πίστιν σε γενηθήτω σοι· αὐτὺ δὲ τῷ λόγῳ τὸ ἔργον ἐπεκολούθησεν. Πάντα γὰρ δυνατὰ τῷ ἀδιακρίτως πιστεύοντι, ὁ Κύριος εἴρηκέν, ἐστιν. E

65 Ποτὲ δὲ μόνον ἐν τῇ παρουσίᾳ ἢ Κυρίου Θεραπόντος τὰ ἐξαίσια Θεὸς ἐπετέλει, ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ ἀπουσίᾳ, δι' ἀμόνης πολλῷ μᾶλλον τὸ ἐπικλήσεως τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ. Ὡς γὰρ ἔκ τινος πυρκαΐας ἀναφθείσης, ἢ νεμομένης ὄρη τε ἢ νάπας, ἔμελλεν ἢ τὸ χωρίον Καβερῶν, ἢ τὰ πιπράσθαι εἰς ἄπαξ. Ὁ δὴ καὶ γέγονεν. Ἱερεὺς δὲ τοῦ αὐτοῦ χωρίου ὀνόματι Λύκιος τὰ σκύλα τοῦ ἑαυτοῦ οἴκου μερικῶς ἐξεώσας, ἢ τῷ πόνῳ τοῦ σίτου κατακεντούμενος, εἰς τὸ ὠρεῖον ἀναβὰς, κραυγῇ τὸν Ἅγιον ἐπεκαλεῖτο, λέγων· Ὅσιε πάτερ Ἠλία, νυν ὦφθη βοηθείας, φθασάτω ἡ πρεσβεία, ἢ περικλωσάτω με σὺν τῇ ἀποθήκῃ τοῦ σίτου, ἵνα μὴ περίκαυστος γένωμαι ὑπὸ τὴν ἐπηρμένης ἢ φοβερᾶς φλογὸς ταύτης. Τότε τὸ ἄνεμον πῦρ περισεγγήσαν, ἢ διχῇ κοπὲν τὸ μὲν πέρας τοῦ ὠρείου ἢ οἴκου αὐτοῦ, εἰς τέλος κατέφαγεν, αὐτὸ δὲ ἀβλαβὲς σὺν τοῖς αὐτοῦ πᾶσιν ἥψατο. Θάμβος ἦν ἰδεῖν καὶ θαῦμα μέγιστον σῶμα ὑλικὸν καὶ φθαρτὸν μέσον τοῦ ἐπηρτισμένης φλογὸς περικλείμενον, ἢ μὴ πυρπολούμενον, ὡς πάλαι σὺν παῖδας ὑμνολογοῦντας καὶ χορεύοντας. Μετὰ δὲ τὸ πέρας ἐφ' ἅπαξ ἀποτεφρῶσαι, ἢ ἀποσυνεθίσαι τὸ ἄσχετον πῦρ, κατῆλθεν σκηρτῶν, ἢ ἀγαλλόμενος, μεγαλῶν τῷ Θεῷ δι' τοῦ Ὁσίου ἀποχαλεσῶν, ἢ τὸ θαῦμα διηγούμενος τοῖς πᾶσιν. C

66 Ἰωάννης ὁ δίλαβέστατος μοναχὸς, ὁ δι' Παρδελέοντος υἱὸς, διηγήσατό μοι, ὅτι, φησὶν, νέος ὄντος μου πάνυ ἢ ἀπὸ τοῦ ἐκβεβρόσεως τοῦ λοιμικῆς νόσου δεινῶς τὰς χεῖρας, σὺν πόδας, ἢ ἅπαντά μου τὰ μέλη ἀπεσκληκότα, ἄρας με ὁ πατήρ μου ἐπὶ τῶν ὤμων, ἀπήγαγέ με πρὸς τὸν ἁοίδιμον πατέρα Ἠλίαν, καὶ πίπτοντες αὐτοῦ προσώπων μὴ δακρύων παρεκάλει, τοῖς ποσὶν αὐτοῦ προσπεσών· μὴ δακρύων παρεκάλει, λέγων· Ὅσιε πάτερ, ἐπίθες τὴν χεῖρά σε ἐπὶ τὸν υἱόν μου Ἰωάννην, ὅπως ζήσηται, ὅτι ἰδοὺ ἀπεξήρανται μου τὰ μέλη αὐτοῦ. Τότε ὁ Μέγας προσεγγίσας τὰ γόνατα καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τὰ ἅπαντά μου τὰ μέλη, ἵνα μὴ τὸ θαῦμα ἑαυτῷ λογίσηται ὁ μισόδοξος, ἀλλὰ τὸ δι' Θεοῦ εὐδοκίᾳ καὶ χάριτι, λέγει τῷ πατρί μου· Λάβε τὸν υἱόν σου, ἀδελφὲ, ἢ πορεύου ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς τὸν πρεσβύτερον, ὅπως εὔξηται ὑπὲρ αὐτοῦ. Εὐθὺ δὲ ἐγὼ σὺν τῷ λόγῳ δι' Ἁγίου ὡδόμην ἐμαυτὸν κεφιωθέντα τῶν πόνων διόλου· καὶ ὀρθὸς σὰς ἐπὶ σὺν πόδας μου εἰσῆλθον σὺν τῷ πατρί μου ἐν τῇ F

A τῇ ἐκκλησίᾳ, εἶτα ἀσπασάμενος καὶ ἐξελθων, οἰκείοις ποσὶ βαίνων καὶ ἀκολούθως, ἀπῆλθον ἐν τῷ οἴκῳ μου δοξάζων τὸν Θεόν. Θάμβος δὲ καὶ ἔκστασις ἔλαβεν ἅπαντας οὓς ἰδόντας τὴν τοιαύτην εἰς ἐμὲ γενομένην ἀθρόαν μεταβολὴν διὰ τοῦ ἁγίου ἁφῆς. Ὁμοίως καὶ τὴν αὐτοῦ τεκοῦσαν ἤδη ἐνιαυτὸν περίοδον ῥίγει τριταίῳ δεινῶς συνεχομένην καὶ πιεζομένην παρῆν ὁ Μακάριος, καὶ προσκλίσει εἰσελθών, ἔνθα καθέκειτο, ἐσφράγισεν αὐτῆς τὸ μέτωπον, καὶ τὴν κεφαλὴν καὶ τὸ στῆθος. Εὐθέως δὲ ἀφῆκεν αὐτὴν τὸ ῥῖγος, καὶ ἀδιαλείπτως ἐπεγένετο ἡ νόσος ἐπὶ τὸν λοιπὸν μέχρι τοῦ ἐξόδου αὐτῆς τοῦ βίου.

meo ingreſſus ſum eccleſiam. Deinde, ſalutatis præſentibus, egrediens, propriiſque pedibus incedens & exſiliens, domum reverſus ſum laudans Deum. Omnes verò, qui viderant talem in me tamque perfectam mutationem tactu Sancti factam, admiratione & ſtupore ſunt correpti. Similiter etiam matrem ipſius, per anni circulum tertiana febri graviter laborantem preſſamque, accedens Beatus, & ad ſolatium ingrediens, ubi jacebat, cruce ſignavit frontem, caput & pectus ipſius. Statim igitur deſeruit ipſam febris, nec ullus deinceps morbus ipſam invaſit uſque ad exitum ejus ex hac vita.

A. DISCIPULO MONACHO.

ANNOTATA.

a *Locum Latinus interpres, certè in apographo noſtro, nominavit* Cabenam, *Thomaſius Italicè* Saberone.

b *Nota eſt hiſtoria de illæſis in camino ardente pueris Hebræis, cui hæc utcumque ſimilis eſt. Attamen comparatio non eſt omnimoda: neque enim domus presbyteri arſit, prout ardebat caminus Babylonicus apud Danielem cap.* 3.

c *Latinus interpres hunc vocat* Bardum Leonem. *Expreſſi litteras ſecundum apographum.*

B E

CAPUT X.

Monita Sancti & virtutes: varia tempore incurſionum Saracenorum patrata: ſeveritas ipſius ad conſervandam diſciplinam monaſticam.

C Ἐδίδασκεν οὖν ὁ φανότατος οὗτος οἰκείους μαθητὰς μηδὲν θαυμάζειν ἢ ξενίζεσθαι ἐπὶ τούτοις· τὰ γὰρ σημεῖα οὐ τοῦ πείσαντος, ἀλλὰ τοῦ ἐνεργοῦντος Θεοῦ εἰσιν· πολλάκις γὰρ καὶ ἡ πίστις τοῦ προσερχομένου, φησὶν, ἐνεργεῖ. Σημεῖα γὰρ ἀληθῶς ἀξιέπαινα πρὸς τὸν Θεὸν καὶ ἀγγέλοις τοῖς ὑπηκόοις ταῦτά εἰσιν, ὑποφέρειν ὕβριν καὶ ἐξουδένησιν παρὰ παντὸς ἀνθρώπου, οἰκείῳ θελήματι πιέζειν ἑαυτὸν ἀπὸ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν, αἵτινες στρατεύονται κατὰ τῆς ψυχῆς, ἐκτήκειν τὸ σῶμα πείνῃ καὶ δίψῃ, ψύχει καὶ γυμνότητι, ἵνα ἕπηται εὐήνιον γεγονός, εὐχερῶς ὑποταγήσεται τῷ πνεύματι, τὸ πᾶσιν ζητητέον, καὶ ἐν ὀλίγοις εὑρετέον, ἡ ἐγκοπὴ δὲ ἰδίου θελήματος ἀμογύσως· ὁ γὰρ τῇ ἐπιταγῇ ἐπιμιγνύων τὸ θέλημα, μοιχός ἐστι τῆς ἑαυτοῦ ὑποταγῆς κατὰ τὴν θείαν Γραφήν· δεῖ γὰρ αὐτὴν ἐπιτελεῖν ἐν καθαρᾷ συνειδότι, ἵνα μὴ ἀντὶ σίτου ζιζάνια θερίσῃ. Ἐμοί τε τῷ ταπεινῷ καὶ μετρίῳ ἡ μέριμνα, πασῶν, ὧν ἐπεσθύνην, ψυχῶν, τύπον ἐμαυτὸν, καὶ ὑπογραμμὸν δεικνύων τοῖς πᾶσιν ἔργῳ καὶ λόγῳ καὶ ἀναστροφῇ ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἀναγγέλλειν τὸ δικαίωμα τοῦ Θεοῦ τὸ ἀγαθὸν καὶ εὐάρεστον, κατὰ τὸ ἐμοὶ ἐφικτόν. Υἱὲ ἀνθρώπου, φησὶν, σκοπὸν τέθεικά σε τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ, καὶ τὰ ἑξῆς.

DOcebat igitur Vir celeberrimus diſcipulos ſuos horum causâ non vehementer mirari aut obſtupeſcere: ſigna enim non ſunt ea patrantis hominis, ſed in homine operantis Dei: frequenter autem & fides illius, qui acceſſit, operatur, inquiebat. Signa verò, quæ omnino apud Deum & bonos angelos laude digna, hæc ſunt, tolerare injuriam & contemptum ab homine quolibet; propria voluntate continere ſe à carnalibus voluptatibus, quæ militant adverſus animam; macerare corpus fame & ſiti, frigore & nuditate, ut ſic obediens factum, ſpiritui facilè ſubjiciatur; quodque omnibus eſt quærendum, & in paucis reperiendum, abſcindere propriam voluntatem ſine obmurmuratione: qui enim mandato admiſcet voluntatem ſuam, adulterat renuntiationem ſuam ſecundum divinam Scripturam: nam oportet mandatum implere conſcientiâ purâ, ne quis pro frumento metat zizania. Mihi autem humili & modico cura incumbit omnium, quæ mihi concreditæ ſunt, animarum; ut normam & exemplar omnibus me ipſum oſtendens, die noctuque opere, verbo ac converſatione annuntiem mandatum Dei bonum & beneplacens pro facultate mihi data. Fili hominis, inquit, ſpeculatorem dedi te domui Iſraël, & quæ ſequuntur.

Monita Sancti, ut virtutes præferantur miraculis:

F

68 Ἦν ὁ μὲν λόγος τοῦ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν δυνατὸς καὶ ἐνεργὴς· ὡς γὰρ προετρέπετο οὗτος οἰκείους μαθητὰς δένδρα παμμεγέθη ἐκκόπτειν, καὶ λίθους μεγάλους κυλίειν ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοῦ ὄρους τῆς μονῆς αὐτῆς, αὐτὸς εἰσήρχετο εἰς τὸ ἑαυτοῦ κελλίον, καὶ ἀπέκλειεν τὴν θύραν, τὸν Θεὸν δυσωπῶν. Ἦν δὲ ἰδεῖν αὐτὰ ὅπη τὸ πρανὲς ῥιζοφερόμενα μετ' ἤχους σφόδρα, ἐκκλίνειν τε δεξιὰ καὶ εὐωνύμα, ὥσπερ φύσις λογικὴ, καὶ μήτε κελλίῳ ἅπτεσθαι, μήτε φυτῷ καρποφόρῳ διόλου, ὥστε ἐξίστασθαι τοὺς ὁρῶντας τὸ ὑπερφυὲς, καὶ ἐκπλήττεσθαι. Τότε ἐξήρ-

68 Sermo deiferi Patris noſtri potens erat & efficax: cùm enim hortaretur diſcipulos ſuos, ut arbores miræ magnitudinis exſcinderent, & prægrandes lapides devolverent è vertice montis ipſius monaſterii, ipſe ingrediebatur cellam ſuam, claudebatque oſtium, ut Deum oraret. Erat autem ibi videre illas in præceps radicitus deferri cum ſonitu ingenti, ac declinare ad dextram & ſiniſtram inſtar naturæ rationalis, & neque cellam tangere, neque ullam omnino plantam frugiferam, ita ut obſtupeſcerent videntes rem naturâ ſuperiorem, ac percelle-

mira dicto rum ejus efficacia.

A. DISCIPULO MONACHO.

rentur. Tunc egrediebatur Beatus ridenti vultu, ut mos ipsius erat, & gratiarum actionem persolvebat Deo, discipulosque suos sic alloquebatur: Ut quid hoc miramini? Etenim non mentitur, qui dixit: Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic: Transi hinc illuc, & transibit, & nihil impossibile erit vobis.

mirabilia tempore incursionum Saracenorum patrata:

69 Tempore incursionum infidelium Saracenorum Vir quietis amans secedebat & se abscondebat in montibus monasterio vicinis, indutus tunicâ ex pellibus rudibus, & solitarius per orationem cum Deo conversans. Dum verò abscesserat gens illa, egrediebatur, multùm quæsitus cùm à suis tum à viris piis, nec tamen inventus, suisque occultè se restituebat, dicens: Totis quadraginta diebus, filii, sumpto modico pane, ut poteram, aquam non gustavi. Sic ipse. In reliquis quoque subactionibus provinciæ secedebat, ingrediebaturque castellum cum iis, qui præcesserant, monachis, laïcisque & aliis permixtis, docens omnes resipiscere à peccatis suis bonorum operum exercitio: atque hisce Deum reddere propitium. Et sanè obedientes bono Pastori, incolumes manserunt & illæsi à gente illa crudeli & barbara.

B Qui rursum post mortem Sancti cum pastore mercenario, & non vero apud Deum intercessore, ad idem se receperunt castellum, heu! calamitatem sustinuerunt. Contabuit populus siti, cingentibus castellum Saracenis, divisique, quemadmodum oves deperditæ, alii quidem in via occubuerunt, alii in manus ipsorum inciderunt. Alio tempore eadem gens Arabica in gregem Sancti irruere voluit, ad vastandum, diripiendum comburendumque monasterium: dum autem ad portam illius appropinquabant, ante ipsos apparuerunt hiatus tenebræque maximæ, pòst verò omnia lucida apparebant & recta. Hisce vehementer attoniti homines illi exitiales, metuque correpti, reversi sunt retrò pudore suffusi.

Sancti de futura vita contemplationes:

70 Porrò magnus ac divinus Pastor vacabat orationi & sublimibus contemplationibus, egressum suum à corpore perpetuò meditans, vitæque alterius pulchritudines tremenda illa contemplatione sibi per imaginationem proponens. Quippe cùm aliquando ad ipsum derepentè ingressus essem cum altero monacho, species vultûs ipsius erat alia, divinéque splendescens & immutata. Cùm autem paululùm tacuisset, respondet multa cum pietate, nobis dicens: Filii, cùm solus essem, incidi in desiderium cognoscendi, quo tandem modo anima corpore egressa pertranseat & transcendat rationales feras arundinis *a* secundum David, & principatus ac potestates aëris: & hæc cogitans, statim raptus sum in exstasim; videoque me ascendentem, utrùm mente, an alio quodam modo, nescio: verùm transivi, ac sine impedimento evasi super omnem principatum & potestatem nequam, & sine damno inventus sum in loco, in quo federam. Terribilis hæc & tremenda contemplatio semper animo meo obversatur, quando solus sum & quiesco. Admirabatur verò & percellebatur Vir venerandus, dum cogitabat, cum quantis tributorum exactoribus & præfectis res nobis sit in lucta mortis & in judicio: operum enim, verborum & cogitationum tunc exacta instituitur inquisitio. Quis itaque crimine vacans invenitur in illa hora? Oportet enim nos hæc perpetuò cogitare & dicere, nosque munire contra omne peccatum & sermocinationem otiosam.

C

ejusdem severitas in vindicanda solitudine monastica,

71 Postquam Vir maximè venerandus ad provectam admodùm pervenerat ætatem, senioque erat incurvus, manducabat quidem semel per diem,

χετο ὁ Μακάριος μειδιῶντι προσώπῳ, ὡς ἦθος D
ἦν αὐτῷ, καὶ τὴν εὐχαριστίαν τῷ Θεῷ ἀπεδίδου,
καὶ τοῖς φοιτηταῖς αὐτοῦ ἔλεγεν· Τί ξενίζεσθε ὅτι
τοῦτο; ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰρηκώς, ἐὰν ἔχητε πίστιν
ὡς κόκκον συνάπεως, ἐρεῖτε τῷ ὄρει τούτῳ μετάβη-
θι ἐντεῦθεν ἐκεῖ, καὶ μεταβήσεται, καὶ οὐδὲν ἀδυ-
νατήσει ὑμῖν.

69 Ἐν ᾗ ταῖς ἐλεύσεσι τῶν ἀθέων Ἀγαρηνῶν ἦν
ὑποχωρῶν, καὶ κρυπτόμενος ὁ φιλήσυχος ἐν
τοῖς πέριξ ὄρεσι τοῦ μοναστηρίου, κιτῶνα ἐκ δερμά-
των σκληρῶν ἐνδεδυμένος, καὶ καταμόνας διὰ προσ-
ευχῆς ὁμιλῶν τῷ Θεῷ. Ἐν ᾗ τῇ ἀποδημίᾳ τοῦ ἔθνους
ἐξήρχετο, πολλὰ ζητούμενος ὑπὸ τῶν οἰκείων τε καὶ ἀν-
δρῶν εὐλαβῶν, καὶ μὴ εὑρισκόμενος, μυσηκῶς τε
τοῖς οἰκείοις ἀνετίθετο, λέγων· ὅτι ἐν ὅλαις τεσ-
σαρακόντα ἡμέραις, τέκνια, ἄρτου μικροῦ κατὰ τὸ
ἔφικτόν μοι μεταλαβὼν, ὕδατος ἀδόλως ἐγευσάμην· ὡς αὐτός. Καὶ ὑπὸ ταῖς λοιπαῖς τοῦ χώρας ἀ-
λώσεσιν ὑπεχώρει, καὶ εἰσήρχετο ὑπὸ τῷ κασελλίῳ
σὺν τοῖς προβεβηκόσι μοναχοῖς, λαικοῖς τε καὶ μι-
γάσι, διδάσκων πάντας μετανοεῖν ἐκ τῶν ἰδίων κα-
κῶν, ἔργα καλὰ πράττοντας, καὶ ὑπ' αὐτοῖς ἐξι-
λάσθαι τὸ Θεῖον. Καὶ ᾗ ὑπετάκησαν τῷ καλῷ Ποι-
μένι ὄντες, διέμειναν ἀβλαβεῖς καὶ ἀπήμονες ὑπὸ
ᾗ μιαφόνα καὶ βαρβαρικὰ ἔθνες. Οἱ καὶ μετὰ E
τὴν κοίμησιν ᾗ Ἁγίᾳ, αὖθις μετὰ μισθωτοῦ ποι-
μένος, καὶ οὐκ ἀληθινοῦ πρὸς τὸ Θεὸν μεσίτου, ὑπ'
τῷ αὐτῷ κασελλίῳ προφυγόντες, φόβῳ τοῦ συμφο-
ρᾶς εἰσυπέρησαν· ὑπετάκην ὁ λαὸς δίψει ὑπὸ ᾗ
συγκλεισμοῦ τῶν Ἰσμαηλιτῶν, καὶ διαμερισθεὶς,
ὥσπερ προβατα ἀπολολότα, οἱ μὲν αἰχμαλωτευθεῖς γε-
γόνασι, οἱ ᾗ κατῆλθον εἰς τὰς χεῖρας αὐτῶν. Ἄλ-
λοτε τῇ ᾗ Ἁγίᾳ πίμνῃ ἐφόρμησαν τὸ αὐτὸ Ἀραβικὸν ἔθνος ᾗ προνομεῦσαι καὶ πορθῆσαι καὶ πυρί-
καυστον ποιῆσαι· καὶ ὡς πλησίον τοῦ πύλης τῆς μονῆς
ἤγγισαν, τὰ μὲν ἔμπροσθεν αὐτῶν γέγονε χάος καὶ
σκότος ἀπέραντον, τὰ ᾗ ὀπίσθεν φωτειναὶ καὶ εὐ-
θεῖαι. Ἐν τούτῳ ἄγαν καταπλαγέντες οἱ ἀλάστορες,
καὶ ἔμφοβοι γενόμενοι, ὑπέστρεψαν εἰς τὰ ὀπίσω
κατηχυμμένοι.

70 Ὁ μὲν τοι μέγας καὶ θεῖος Ποιμὴν ἐχόλα-
ζε τῇ προσευχῇ καὶ ταῖς ὑψηλαῖς θεωρίαις, τὴν
ἐκδημίαν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος μελετῶν διηνεκῶς, καὶ
τὰ ἐκεῖ κάλλη φανταζόμενος ταύτῃ τῇ φοβερᾷ θεω-
ρείᾳ. Ποτέ γάρ μοι πρὸς αὐτὸν αὐθρόως εἰσελθόντι
σὺν ἑτέρῳ μοναχῷ, ἵν' τὸ εἶδος τοῦ προσώπου αὐτοῦ
ἕτερον, λαμπρυνθέν τε θείως καὶ ἀλλοιωθέν· μικρόν
τε ἡσυχάσας, ὑποκρίνεται σὺν πολλῇ, λέ-
γων ἡμῖν, φησι· Τέκνα, ἐν ἐφέσει γέγονά ποτε
κατ' ἐμαυτὸν ὢν, τῷ ποίῳ ἄρα τρόπῳ ἐξερχομέ-
νη τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ παρέρχεται, καὶ ὑπερβαί-
νει τὰ νοητὰ θηρία τοῦ καλάμου κατὰ τὸν Δαβίδ,
ἀρχάς τε καὶ ἐξουσίας ἐναντίας τοῦ ἀέρος, καὶ ταῦτά
μου διενθυμουμένου, δύσεως γενομένης ἐν ἑκάστῃ· ὁρῶ
ᾗ ἐμαυτὸν ἀνερχόμενον, εἴτε τῷ νοΐ εἴτε ἄλλως
πως, οὐκ οἶδα, πλὴν ὅτι παρῆλθον καὶ ὑπερ-
εφύην γενόμενος πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας πονη-
ρᾶς ἀκωλύτως, καὶ ἀβλαβῶς εὑρέθην ἐν ᾧ ἦμην
τόπῳ καθεζόμενος. Ταύτῃ τῇ φοβερᾷ θεωρίᾳ καὶ
φρικτῇ ἐγχίνομαι διηνεκῶς, τέκνια, ὅταν κατ'
ἐμαυτὸν γενόμενος ἐρημάσω. Ἐθαύμαζε ᾗ καὶ
ἐξίστατο ὁ ἀοίδιμος ἐννοῶν πρὸς πόσας φορο-
λόγους καὶ τελωνάρχας ἡμῖν ἐστιν ἡ πάλη τοῦ ἀν-
όδου, καὶ κρίμα. Ἔργων γὰρ καὶ λόγων καὶ ἐν-
θυμήσεων ἀκριβὴς ἐξέτασις γίνεται τότε. Καὶ τίς
ἄρα ἀνέγκλητος εὑρεθῇ ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ, ἀ-
δελφοί; δεῖ γὰρ ἡμᾶς διηνεκῶς ταῦτα ἐννοεῖν
καὶ λέγειν, καὶ ἑαυτοὺς ἀσφαλίζεσθαι πάσης ἁμαρ-
τίας καὶ ματαιολογίας.

71 Ἐπεὶ ἓν προβεβηκὼς ἦν ὁ πανσέβας
τῇ ἡλικίᾳ, καὶ τῷ γήρει καμπτόμενος, ἤθιεν μὲν
ἅπαξ τοῦ ἡμέρας, οὐ ἀμέμπτως ἔφιεται τῷ ἐπαγ-
γε-

A γάλμασι, βραχὺ ἢ λίαν, τῇ μὲν βεβχύτητι τὴν γαστέρα ἐκθλίβων καὶ διαίτῃ ἐντέρων συσφίγγων δεινικῶς. Ἐν τῇ μονῇ ἀκαμπὴς ἰὼ εἰσίπαν καὶ ἀμείλικτος, δέει τὲ ἐξ ἑκατέρωθεν κίνδυνον, καὶ ὑποψίαν. Καίπερ ποτὲ κανονική τις πάρῳθεν ἐληλυθυῖα πρὸς τὲ Ἅγιον θεάσασθαι, καὶ παῤῥησίᾳ αὐτομολήσασα καὶ τὴν πύλην εἰσελθοῦσα, ἅπαντα αὐτῇ κατὰ συγκυρίαν ὁ Ὅσιος, καὶ σὺν ὀφθαλμοῖς διάεργος, καὶ τὸ πρόσωπον τὸ ἀγγελοειδὲς ἀλλοιώσας, λέγει αὐτῇ· Τί σοι καὶ τοῖς ἐνταῦθα, δι᾽ ἧς ὁ θάνατος εἰς τὸ κόσμον εἰσῆλθεν; Ἡ δὲ τρόμῳ ληφθεῖσα, καὶ ὅλη διόλου κλονηθεῖσα φόβῳ, δείους ἐνεπλήσθη πεταπεινωμένη, κατηχυμμένη, τὴν φοβερὰν σηλιτεύουσιν ἐξ ἀνδρὸς πᾶσι καταγγέλλουσα.

Ὁμοίως καὶ περὶ κρεῶν. Τινὸς τῶν φοιτητῶν αὐτοῦ λαθραίως τοῦτο ἐσθίοντος, καὶ ὑπὸ τὸ κνίσης γνωσθέντος καὶ Μεγάλῳ μηνυθέντος, δείους διεγείρεται ἐν σπουδῇ, καὶ ἐρεύνης ἀκριβῶς γινομένης, καὶ ὀλίγων λειψάνων κρεῶν εὑρεθέντων, προσκαλεῖται τοὺς κυνᾶς τοῦ μονῆς ὁ ἀοίδιμος, καὶ τύπτας ἐπισωρεύσας, καὶ κρέα ἔμπροσθεν αὐτῶν διαῤῥίψας, οὐκ ἤψαντο αὐτοῦ καθόλου. Τότε
B ἤρξατο ὀνειδισικῶς ἐνώπιον πάντων λέγων· Ὁρᾷς ὅτι ἔχ ἅπτονται αὐτοῦ οἱ κύνες, ὡς ξηροτέρας διαίτης συνειδότες· σὺ δὲ λογικὸς ὢν, ἀδελφὲ, καὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν βαδίζειν καθομολογήσας διὰ τὴν μέλλουσαν ζωὴν, τὴν πλατεῖαν, καὶ εὐρύχωρον διώκων ἐπλανήθης. Ἐοίκασι μὲν οἱ κρεοφαγοῦντες θηρίοις αἱμοβόροις, οἷον λύκοις, ἄρκτοις λέουσι, καὶ τοῖς ὁμοίοις ἀκαθάρτοις· οἱ δέ γε λαχάνοις καὶ ὀσπρίοις διηνεκῶς ἐνδιαιτώμενοι, τοῖς καθαροῖς πετεινοῖς εἰσι ὅμοιοι, περιστεροῖς, φημι, καὶ τρυγόσι, καὶ τοῖς λοιποῖς καθαροῖς ὀρνέοις.

72 Ἐν τούτοις πᾶσι νουθετῶν, καὶ συνέλιζων σὺν τοῖς φοιτηταῖς, ἑαυτὸν προὸς τὴν ἔξοδον πολλῷ πλέον ἑτοιμάζων, ὑπισχνεῖται αὐτῷ ὁ ἄγγελος Κυρίου κατ᾽ ὄναρ, λέγει· Εἴτε ἐσθίεις εἴτε πίεις, τοῦτό σοι τὸ ῥῆμα ἔστω διηνεκῶς μελετώμενον, Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ ῥυσαμένῳ ἐκ πάντων τῶν εἰδώλων, ὃ ἐστι παντὸς πάθους Ὀργυλίας τε καὶ νοσμερίας. Ἦν δὲ ὁ πανάγιος καὶ τὸ ἴδιον τάφον λατομήσας ἐκ χρόνων ἱκανῶν ὑποκάτω τοῦ ἰδίου δίφρου, ἐν ᾧ κατέμενεν, σπηλαίῳ, καὶ τοῦτον βρέχων τοῖς θερμοῖς δάκρυσι διηνεκῶς ὃ διελίμπανεν, ὡς δοκεῖον ὄντα, καὶ χωνευτήριον ἓξ πηλίνῳ τούτῳ σώματος, ἐλπίζων αὖθις ἀναστήσεσθαι μεθ᾽ ὧν ὁ Κύριος ἀνιστήσει, καὶ τοῦτο ἐπενδύσασθαι ἄφθαρτον καὶ ἀθάνατον. Μετὰ
C πάντων δὲ τῶν ἄλλων αὐτοῦ ἀρετῶν τὸ τῶν δακρύων χάρισμα ὑπὲρ πολλοὺς ἐκέκτητο ὁ τρισόλβιος. Καὶ γὰρ οὐκ ἔλειπέ ποτε ὁλοφυρόμενος καὶ κλαίων ἔν τε τῇ ἐκκλησίᾳ καὶ καταμόνας ὑπὸ χεῖρος κατέχων τὴν βίβλον, καὶ ἀναγινώσκων. Ἀλλὰ τοῖς μάρτυσι συνήθλει τῇ προαιρέσει, καὶ τοῖς θείοις ἀσκηταῖς συνηγωνίζετο. Ἐν δὲ ταῖς ἑορταῖς παννύχιον ἠγρύπνει καὶ ἠγωνίζετο ὁ Μακάριος, ψαλμοῖς καὶ ὕμνοις καὶ ᾠδαῖς πνευματικαῖς διατελῶν ὅλην τὴν νύκτα, ὥστε λαμπρύνεσθαι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐκ θείας χάριτος ὑπὲρ ὅλης τὴν ἡμέρας, καὶ ἀκτινοβόλειν.

quæ inculpatè licita sunt per regulam, sed perparum, paucitate ventrem atterens, & intestina diætâ perpetuâ constringens. In solitudine monastica inflexibilis prorsus erat & severus, cùm propter periculum tum propter suspicionem. Cùm aliquando canonica, quæ procul venerat ad Sanctum videndum, audacter sua sponte accessisset, portamque esset ingressa, eidem fortuitò obviàm fit Sanctus, oculosque erigens ac vultum angelicum immutans, ei dicit: Quid negotii cum hìc habitantibus est tibi, per quam mors ingressa est in mundum? Illa verò tremore correpta, totaque timore turbata, statim reversa est, humiliata, confusa, terribilem Sancti invectivam omnibus enarrans. A. DISCIPULO MONACHO.

Eadem erat severitas in carnium esu. Cùm quidam ex discipulis ipsius latenter carne vescereturque ex nidore innotuisset, ac magno Eliæ res esset delata; continuò zelus ipsius excitatur, factaque diligenter indagatione, & inventis paucis carnium reliquiis, Vir venerabilis advocat canes monasterii: quos ubi congregârat, carnesque ante eosdem projecerat, illi noluerunt prorsus illas attingere. Tunc cœpit coram omnibus factum exprobrare, dicens: Vides, illud non attingi à canibus, ut aridioris diætæ conscii: tu verò, frater, ratione utens, professusque te incessurum per viam angustam & arctam propter vitam futuram, aberrâsti sequendo viam latam & spatiosam. Qui carnem manducant, similes sunt feris *b* sanguinem vorantibus, veluti lupis, ursis, leonibus, aliisque similibus immundis animantibus: qui verò oleribus & leguminibus perpetuò vescuntur, similes sunt volucribus mundis, columbis, inquam, turturibus, reliquisque aviculis mundis. *& in eliminando carnium esu:* E

72 Hisce omnibus cùm discipulos suos hortaretur ac confirmaret, & se ipsum multo magis ad exitum præpararet, adstans ei per quietem angelus Domini, dicit: Sive manducas, sive bibis, hoc semper meditare verbum, dicens: Gloria Deo, qui me liberavit omnibus idolis, id est, omni affectione inordinata erga res visas & cogitatas. Porrò Vir prorsus admirandus etiam sepulcrum suum à multo tempore exciderat infra cubile proprium speluncæ, in qua habitabat; & non intermittebat istud perpetuò calidis rigare lacrymis, ut diversorium lutei hujus corporis, officinamque, in qua erat dissolvendum, sperans illud iterum resuscitandum cum illis, quos resuscitabit Dominus, seque illo superinduendum incorruptibili & immortali. Cum omnibus autem reliquis virtutibus suis etiam donum lacrymarum supra multos possedit ter felix. Neque enim umquam intermittebat lamentari ac flere, sive in ecclesia, sive seorsum librum in manu habens & legens. Verùm & cum martyribus proposito voluntatis suæ luctabatur, ac cum divinis ascetis concertabat. Porrò in diebus festis tota nocte vigilabat seque exercebat Beatus, psalmis, hymnis, canticisque spiritualibus totam consumens noctem, ita ut tota die vultus ejus divinâ gratiâ splendesceret radiosque emitteret. *pia ad mortem præparatio aliæque virtutes.* F

ANNOTATA.

a *Per* feras arundinis *intelliguntur dæmones, uti etiam alii explicant verba Davidis psal. 67* ℣ 31: Increpa feras arundinis. *Id liquet ex sequentibus, ubi iidem rursum designantur mutuatis ab Apostolo verbis. Hinc etiam* rationales *vocat, seu* mente præditas.

b *Id intellige de monachis, qui secundum professionem suam à carnibus abstinere tenentur, ne esus carnium videatur nimis improbari.*

A. DISCIPULO MONACHO.

D

CAPUT XI.

Mors propinqua variis indiciis prævisa & prædicta : felix obitus. corporis animæque effigies : visiones variæ de morte ipsius.

Indicia instantis mortis & visio Sancti :

Cœpit igitur ænigmaticè discipulis suis dissolutionem suam commemorare, &, veluti vocatus ab imperatore, cum ipsis gratiosè jocari. Quadam nocte saxum ingens, quod radicatum erat in parte superiori speluncæ, in qua degebat, sensim à fulcro suo avulsum, manè stetit ante januam magni Patris : hic verò è regione illius egrediens, istudque cernens, mirabatur, & transitum suum multò magis insinuabat. Nos verò manifestè intelleximus petram, aliàs numquam
B à fundamento suo avulsam, fuisse signum illius petræ, super quam fundatus erat grex recenter electus, quæque à nobis corpore avellenda erat, & spiritu ad Deum elevanda : quemadmodum factum est. Et sanè ab illa verè obumbrati, refrigerationem invenimus in omnibus tribulationibus, quæ perpetuò oriri solent ex affectionum fervore & malis cogitationibus. Aliàs Vir angelicus & magnus Pater noster ex divina revelatione quasi Numine afflatus, illam discipulis suis mysticè enarra-
a bat : dicebat enim se vidisse duos, . . . *a* qui post alios ipsum ad imperatorem accersebant. Et sanè, cùm ea de causa perculsus esset (necdum enim se vidisse imperatorem dicebat) & simul sequeretur, sistuntur ad columnam ad cælum usque pertingentem, quam etiam facilè & sine lassitudine ascenderunt : deinde quodammodo leviter inversus, post se videt gradus, quibus utens facilè ascendit. Chorum verò discipulorum suorum animis concidentem & valde tristem videns, dixit : O filii, observatione mandatorum Christi gradus virtutum vobis ipsis facite, & post me venite : & hæc di-
C cens ascendit confidenter, illique apparuit, cujus aspectus Imperatorem repræsentabat, & decenti illi choro fuit adjunctus. Et visio quidem hæc innuit. Columna in cælum pertingens, ut existimo, idem hic est, quod scala, quam affectionum supplantator Jacob contemplatus est : gradibus verò designantur virtutes, quas divinus Modulator ascensiones in corde suo disposuit ; quandoquidem, ut confirmatum est, bonum certamen contra passiones certaverat, & victoriam de adversantibus malis potestatibus reportaverat.

egregia monita,

74 Ceterùm, ubi etiam provecta ætate ad canitiem pervenerat, non desinebat omnes hortari, sic loquens : Ego quidem, filioli mei, jam senui, & tempus resolutionis meæ instat : non enim est homo, secundum Davidem, qui vivet, & non videbit mortem. Vos verò à præclaris cœptis vestris in via instituti monastici declinare nolite : neque enim initium bonorum operum, sed consummatio coronat operarium. Sanctificationem corporis nolite contaminare crapulâ & ebrietate : nam verè angusta & arcta est via, quæ ducit ad vitam. Anima verò, quæ in deliciis versatur, vivens mortua est. Confessionem vestram, quam coram Deo & angelis confessi estis, implete per germanam subjectionem, ut à dextris Crucifixi cum fiducia collocemini. Eritis diligentes & spiritu ferventes

Ἤρξατο οὖν ἡ τοῖς φοιτηταῖς αἰνιγματοδῶς τὴν αὐτοῦ ἀνάλυσιν ὑπομιμνήσκειν, ἢ ὥσπερ ὑπὸ βασιλέως κεκλημένῳ, σὺν αὐτοῖς χαριεντίζεσθαι. Μιᾷ τῶν νυκτῶν πέτρα παμμεγέθης ἄνωθεν ἐρριζωμένη ᾗ, ἐν ᾧ κατῴκει, σπηλαίῳ, ἠρέμα πως ὑποῤῥαγεῖσα ᾗ ἰδίᾳ σηκιγμῷ, ἔστη ὀρθίως ἔμπροσθεν τοῦ θύρας ᾗ Μεγάλου· ἣν περαιόθεν ἐξελθὼν ἡ ἰδὼν, ἐξέστη, καὶ τὴν αὐτοῦ ἐκδημίαν πολλῷ μᾶλλον ὑπενόησεν. Ἡμεῖς δὲ σωηκαμεν σαφῶς, ὅτι ἡ μηδέποτε ὑποῤῥαγεῖσα πέτρα ᾗ ἰδίᾳ σηκιγμῷ σημεῖον τοῦ πέτρας ἦν, ἐφ' ἣν ἡ E
νεόλεκτος ποίμνη χεῖρα ἐπεσπάσατο, μελλούσης ἀποῤῥαγῆναι ἐξ ἡμῶν τῷ σώματι, ἢ πρὸς Θεὸν ὑψωθῆναι τῷ πνεύματι· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Καίπερ ἀληθῶς ὑπ' αὐτῆς σκιαζόμενοι, ἢ ἀναψυχὴν εὑρίσκοντες ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων, νῦν τῷ καύσωνι τῶν παθῶν ἢ τῶν πονηρῶν λογισμῶν διηνεκῶς γενομένων. Ἄλλοτε ἐκ θείας ἀποκαλύψεως ὥσπερ ἔνθεος γλυκόμενος ὁ ἰσάγγελος ἢ μέγας Πατὴρ ἡμῶν, μυστικῶς τοῖς οἰκείοις φοιτηταῖς ταύτην διηγεῖτο· ἑωρακέναι γὰρ ἔλεγεν δύο... πρὸς βασιλέα μετὰ ἄλλας πεμπομένους αὐτόν. Καὶ δὴ ὅπερ τοῦτο κατασπουδασθὲν αὐτῷ (ὃ γὰρ ἔλεγεν ἑωρακέναι ἕως νῦν βασιλέα) ἢ ἅμα ἀκολουθοῦντος, ἐφίσαντα σύλῳ τινὶ ἑστανομένῳ, ὃ ἢ τὴν ἄνοδον διὰ χερῶν ἢ ἀκόπως ἀνῆλθον, ἠρέμα τέ πως ἁπλῶς ὑποστραφεὶς ὁρᾷ κατόπιθεν αὐτῷ βαθμίδα, ἣν χρώμενος ἀνῆλθεν διὰ χερῶν, τὸν δὲ χορὸν τῶν φοιτητῶν ἀδημονοῦντα, ἢ σφόδρα λυπούμενον ἰδὼν, ἔφη. Ὦ τέκνα τηρήσει τὰς ἐν χερσὶ ἐντολὰς βαθμίδας ἀρετῶν σαυτοῖς ἐναποτιθέμενοι κατόπιν μου βαίνετε· καὶ ταῦτα εἰπὼν, ἀνίει ἐνθαρσῶς, ἐκείνῳ τε ᾧ ἔφη, ὃν ἢ ὅρασις ἐζωγράφει βασιλέα, ἢ τῷ συνηθροισμένῳ αὐτῷ χορῷ συντεταγμένῳ. Καὶ ἡ μὲν ὅρασις τοῦτο. Στύλον μὲν ἴσως, ὡς οἶμαι, ἑστανομένην ἐνταῦθα, ἥνπερ κλίμακα ὁ πατριάρχης τῶν παθῶν Ἰακὼβ ἐθεάσατο· βαθμίδες δὲ τὰς ἀρετὰς, ἃς ἢ ὁ θεῖος μελῳδὸς ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ἔθετο, ἐπεὶ ἦν, ὡς ἐσήμηνεν, ἡ καλὸν ἀγῶνα κατὰ τῶν παθῶν ἀγωνισαμένου, ἢ τὴν νίκην κατὰ τῶν ἀντικειμένων πονηρῶν δυνάμεων ἀφέλου.

74 Λοιπὸν δὲ ἢ εἰς πολιὰν ἐλελακὼς οὐκ ἔλαττον ἀγωνιστικώτερον πάντας νεθετῶν, ἔτως λέγων· Ἐγὼ μὲν, τέκνιά μου, γεγήρακα, ἢ ὁ καιρὸς τῆς ἀναλύσεώς μου ἐφέστηκεν. Οὐ γάρ ἐστιν, κατὰ τὸν Δαβὶδ, ὃς ζήσεται, καὶ οὐκ ὄψεται τὸν θάνατον. Ὑμεῖς δὲ τοῖς καλοῖς ἤρξασθε ὑμῖν ὁδοῖς μὴ ἐγκλίνητε· ἡ γὰρ ἀρχὴ τῶν ἀγαθῶν ἔργων σεφανοῖ τὸν ἐργάτην, ἀλλὰ τὸ πλήρωμα. Μὴ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ σώματος κραιπάλῃ καὶ μέθῃ βεβηλώσητε· Στενὴ γὰρ ὄντως καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· ἡ δὲ σπαταλῶσα ψυχὴ, ζῶσα τέθνηκε. Τὴν ὁμολογίαν ὑμῶν, ἣν ἐνώπιον Θεοῦ καὶ ἀγγέλων καθωμολογήσατε, διὰ τῆς ἀνοθεύτου ὑποταγῆς ἀποπληρώσατε, ἵνα ἐκ δεξιῶν τοῦ Ἐσταυρωμένου μετὰ παῤῥησίας καθήσεσθαι. Ἑστῶτες σπουδάζει καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες ἵν' τε νυκτερινοῖς

προσ-

A προσοδυχαῖς τε καὶ ψαλμωδίαις, ἐν ταῖς διακονίαις ἔ νηνοβίκ ἀσκηταὶ ἀγόγυσοι· μείζων γὰρ ὁ δι' Χριςὸν διακονῶν ὑπὲρ τ ἀνακείμενον. Στέφανος τ προηγουμένων πάντων ἡ ταπεινοφροσύνη· ὁ γὰρ ἑαυτὸν τοῖς πᾶσι ταπεινῶν, ἕτος ὑψωθήσεται. Ἐπὶ πλεῖον διώκετε τὴν ἀγάπην, ἥτις ἐςὶ συνδεσμος τ τελειότητος· ἀγάπη γάρ, φησι, ἔ πλησίκ κακὸν οὐκ ἐργάζεται. Ὁ δὲ μνησικακῶν τῷ ἀδελφῷ αὐτ, ἐν σκότει διάγει· ὁδοὶ γὰρ μνησικακῶν εἰς θάνατον.

75 Ἔσω δέ γε τοῦτο γνωςὸν ὑμῖν, ἀδελφοί, πρὸς τὸ μὴ ἐκκακεῖν ἐν τῇ πολυχρονίῳ ἀσκήσει, ὅτι οἱ δοκοῦντες ἀρχεῖν καὶ βασιλεύειν τ γῆς, καὶ ἁβροδιαιτᾶν ζωὴν διηνεκῶς ἀκόλαςον ἐν τῷ πάροντι βίῳ, ἐν καιρῷ ἐξόδε αὐτῶν θρηνήσουσι ἀνόητα, ὡς ἐνταῦθα ἀπολαβόντες τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν, καὶ τὰ ἔ πλησίκ ἐκεῖνα. Οὗ γὰρ τρόπον κόραξ ἀφίπταται ἐκ καλιᾶς, ἕτως ψυχὴ ἀκάθαρτος ἐκ ἔ ἰδίε σώματος. Οἱ δέ γε ταῖς νηςείαις, καὶ ἀγρυπνίαις, χαμευνίαις τε καὶ κακοχίαις τὰ πάθη νεκρώσαντες, ἕως ἡ ἔξοδος τ ψυχῆς αὐτῶν ἡ ἀπὸ ἔ σώματος ὑπὲρ ἀςέρων, καὶ ἡ ἀνάςασις αὐτῶν ἥλιον ἐκλάμψει, σκιρτήσουσί τε καὶ ἀγαλλιαθήσονται, ὡς ἀρνία ἄμωμα ἐν ταῖς αὐλαῖς
B Κυρίε, καὶ ὡς μοσχάρια ἀνειμένα ἐκ δεσμῶν. Ὀφθαλμὸς γὰρ ἀμελὴς οὐκ εἶδε, καὶ ἃς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἐμπαθὴς ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.

76 Τῆς ἔν αἰδεσίμης καὶ μακαρίας μνήμης Φθασάσης ἔ ἀοιδίμε καὶ ἁγίε πατρὸς ἡμῶν Ἠλίε, κατῆλθεν καὶ αὐτὸς ὁ σεβάσμιος καὶ ἰσάγγελος Ἠλίας κατὰ τὸ ἔθος, ἔ ἀπασάσαθαι τὴν τιμίαν αὐτε θήκην, ἅμα καὶ νοητῶς συναξάσθαι αὐτῷ ὡς συνώνυμῳ, καὶ ὁμοτρόπῳ καὶ γνησίῳ φίλῳ. Ἦν γὰρ, ὡς ἔφην. Ὅθεν ὁ Ἅγιος δι' ὅλε ἔ ἐνιαυτὸν χαριεντιζόμενος, ὡς ἐδέποτε, τοῖς Φοιτηταῖς, καὶ τὴν αὐτε ἀνάλυσιν αἰνιττόμενος, μικρόν τε τὴν γαςέρα συνήθως νυχθεὶς ὁ τῇ ψυχῇ ἄνοσος, καὶ τὸ αὐτε βίε πέρας ἔχειν ἐγνωκὼς, σπευδαίως ἀνῆλθεν εἰς τὴν ἰδίαν μάνδραν, καὶ ὑποκεκαμένος σὺν μέλλοντας δέχεσθαι τὸ ἅγιον καὶ ἀγγελικὸν χῆμα, συγκατέλεξε τοῖς λοιποῖς νεόλεκτον σύσημα. Εἶτα ὀλὶγον τ γαςρὸς λυομένης, ἐκαρτέρει δι' ὑτομονῆς τῇ νόσῳ, σφόδρα εὐχαρις ῶν τῷ Θεῷ, καὶ ὅτε σεναγμός τις ἐξ αὐτε ἤκουετο, ὅτε ἀλλοίωσις ἐν τῷ προσώπῳ αὐτε ἐφαίνετο· ἀλλ' ἰλαρῷ πᾶσιν ἀτενίζων ὄμματι γαληνῷ καὶ ἱλαρᾷ τῇ ὄψει. Τῆς δὲ σαρκὸς αὐτε λεπτυνθήσης
C εἰς ἄπαξ τῇ κατακενώσει ἔ αἵματος, οὐκ ἤλλαξεν τ κάνονα τ ἀσκήσεως, ἀλλὰ μικρᾷ χιλῇ κριθῆς ἅπαξ τ ἡμέρας λαμβάνων, ἐκ τούτε διηρκεῖτο.

77 Οὕτως τε ὀλὶγοι εἴκοσι καὶ πέντε ἡμέρας ὁ τ ὑπομονῆς σερρὸς ἀδάμας προσκαρτερήσας, νήφων τῷ νοὶ πρὸς πάντας, καὶ τῇ ἐλπίδι χαίρων, τ εὐχαριςίας ἔτι ὄσης ἐν τῷ ςόματι αὐτε, εἰς χεῖρας Θεῷ παρέδετο τὴν καθαρὰν καὶ ἀλώβητον αὐτε ψυχήν. Αὐτίκα ἔν ἔλαμψεν τὸ εἶδος ἔ προσώπε αὐτε ἐκ θείας χάριτος, ὥςε ὅλης τ νυκτὸς ἀκτινοβολεῖν θαυμασῶς. Προστέθη δὲ μετὰ τ ὁσίων ὄντως Ὅσιος, μετὰ ἀσκητῶν ὁ ὑπερλίαν ἀσκητὴς, μετὰ τ ποιμένων [ὁ μέγας ποιμὴν] καὶ πανάγαθος. Ἦν γὰρ ἀγγελικὸν ἔχων τὸ εἶδος· ἡ ἕξις ἁπλᾶς καὶ ἀπερίεργος, τὸ ἦθος πραότατον καὶ εὐχαρέςατον, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ὅσιος, ἄκακος, ἀμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβής. Ἡ δὲ φαινομένη ὄψις ἔ σώματος διμήκης ὑπῆρχε τῇ ἡλικίᾳ καὶ τῷ προσώπῳ, χαροπὸς σὺν ὀφθαλμὸς ἔχων, καὶ λευκὸς σὺν ὀδόντας, τ πώγωνα μέγαν καὶ διχῇ διηρημένον, ἐρυθρόν τε τὸν πρόσωπον καὶ ψαιδρὸν, πρὸς πάντας διηνεκῶς μειδιῶντα ἐκ θείας χάριτος, ὥςε

in nocturnis precationibus & cantu pſalmorum, in cœnobii miniſteriis exercitati ſine obmurmuratione: qui enim propter Chriſtum miniſtrat, major eſt accumbente. Corona omnium prædictorum eſt humilitas: nam qui omnibus ſe humiliat, exaltabitur. Præterea ſectamini charitatem, quæ eſt vinculum perfectionis: nam dilectio proximi, inquit, malum non operatur. At qui memor injuriæ fratri non ignoſcit, in tenebris verſatur: nam viæ eorum, qui non ignoſcunt, ad mortem ducunt. A. DISCIPULO MONACHO.

75 Hoc etiam vobis notum ſit, fratres, ne animo deficiatis in diuturna exercitatione, illos, qui terræ principatum ac regnum obtinere videntur, vitamque agere delicatam perpetuò & licentioſam, tempore exitus ſui futuros in luctu maximo, tamquam qui bona ſua hîc receperunt, eademque cum divite illo epulone. Nam quemadmodum corvus è nido avolat, ſic anima immunda è corpore ſuo. Si qui verò jejuniis, vigiliis, humi cubationibus, aliiſque vexationibus affectiones ſuas mortificârint, horum animæ è corpore exitus ſuper aſtra, & reſurrectio ipſorum ſuper ſolem fulgebit, exſultabuntque & gaudio geſtient ut agni immaculati in caulis Domini, & ut vituli vinculis ſoluti. Etenim nec oculus hominis negligentis vidit, nec auris audivit, nec in cor affectionibus inordinatis ſubjecti *b* aſcendit, quæ præparavit Deus diligentibus ſe. *quibus diſcipulos ſuos inſtruit.* E *b*

76 Porrò, ubi advenerat reverenda beataque memoria venerabilis ac ſancti Patris noſtri Eliæ, etiam eò ivit de more venerandus angelicuſque Elias, ut veneraretur pretioſum ipſius ſepulcrum, ſimulque ut mente cum ipſo conjungeretur, ut qui eodem erat nomine, iiſdem moribus, & verus ipſius amicus: erat enim, ut dixi. Ibidem Sanctus, qui toto anno, ut numquam aliàs, gratioſè cum diſcipulis ſuis jocatus erat, & reſolutionem ſuam inſinuaverat, parumper ventre pro more contortus eſt, animâ omnino morbi expers, & intelligens vitæ ſuæ finem adeſſe, ad propriam ſpeluncam ſtudioſè rediit, raſiſque illis, qui ſanctum angelicumque habitum erant recepturi, ceteris aggregavit turmam recenter electam. Deinde, alvo magis reſoluta, patienter morbum tolerabat, gratias impensè Deo agens: neque gemitus ullus ex ipſo audiebatur, neque mutatio in vultu ipſius apparebat; ſed omnes aſpiciebat oculo tranquillo & hilari viſu. Carne autem ipſius per ſanguinis evacuationem citiſſimè extenuata, non mutavit regulam victus monaſtici, ſed modicum ex hordeo alimentum ſemel per diem ſumens, illo erat contentus. *Inviſens ſepulcrum S. Eliæ Junioris, morboque correptus,* F

77 Ubi ſic, ut ſolidus patientiæ adamas, diebus viginti & quinque morbum tolerâſſet, mente erga omnes vigili, & ſpe gaudens, cùm gratiarum actio adhuc eſſet in ore ejus, ſanctam illæſamque animam ſuam in manus Dei tradidit. Mox igitur ſpecies vultûs ipſius ex gratia divina ſplenduit, ita ut mirabiliter totâ nocte radios emitteret. Depoſitus autem eſt cum Sanctis verè Sanctus, cum aſcetis Aſceta maximus, cum paſtoribus [Paſtor magnus] *c* & admirandus. Quippe erat ſpecie angelica: habitus erat ſimplex & minimè affectatus, mos agendi mitiſſimus & gratioſiſſimus, ſecundum quod ſcriptum eſt, ſanctus, innocens, inculpatus, juſtus, pius. Secundum exteriorem corporis formam ſtaturâ erat oblongus & vultu, cæruleos habens oculos, dentes albos, barbam magnam & bifariàm diviſam, vultum rubentem & alacrem, cunctis perpetuò divinâ gratiâ arridentem, ita ut perturbati malis cogitationibus variiſque tribulationibus, ſimul ac ipſum accederent, ſtatim *piè moritur. Habitus corporis & animæ:*

A. DISCIPULO MONACHO.

se recreatos bellisque ac inordinatis affectibus liberatos sentirent. Neque enim oculi dentesve ipsius ullum passi erant damnum: neque morbus corpus ipsius, neque passio animam perturbaverat; sed robustus cum esset & alacer, sic *d* obiit.

d

dies emortualis: anni vitæ enumerati.

e

f

78 Mors autem Beati contigit die undecima *e* mensis Septembris, præsente etiam Vitale *f* episcopo, magnâque sacerdotum & laïcorum copiâ: itaque per totam noctem carmina funeralia lacrymis rigantes, sacrum & pretiosum ipsius corpus deposuerunt in sepulcro novo, quod ipse sibi à multo tempore intra speluncam exciderat. Omne vero tempus, quo vixit in carne, ita transactum est. Dum puer erat, & studio sacrarum litterarum à parentibus traditus, fuga mundi ac monasticæ vitæ susceptio ipsi prædicitur à præclaro monacho. Deinde, ubi ab eo tempore ad vitam monasticam se disposuerat, ad ætatem annorum novemdecim perductus, exivit è patria sua & rasus est. In palæstra autem monastica exercuit se annis septuaginta & septem, ita ut totum tempus, quo in carne vixit, sint anni nonaginta & sex.

B

Visa in somnis varia circa tempus,

79 Priusquam autem Vir venerabilis è vita excederet, Joannes monachus antè memoratus in somnis vidit multitudinem hominum, qui candidis induti erant vestimentis, albisque vehebantur equis, ac mediam inter illos mulierem purpurea amictam veste, & vultus sui spectaculo admirandam, canentes concinentibus cymbalis dulcisonis, suavibus citharis, aliisque instrumentis musicis, manibus plaudentes tamquam in nuptiis: portâque apertâ, ingenti cum sonitu ingrediebantur. Cùm autem ille ægrè ferret tantam instrumentorum effusionem manuumque plausum, quia res erat monachis inusitata; eorumque ingressui adversaretur, illi vicissim repellebant ipsum, voce perquam austera dicentes: Desine tumultuari nobisque adversari, monache; quoniam Imperator sponsam hîc sibi desponsavit, vultque illi conjungi in cælesti thalamo: hâc acceptâ, abibimus. Mox itaque evigilans monachus, rectéque de visis judicans, dixit ad Sanctum cum lacrymis: O Pater hæc in somnis vidi: nunc anima mea turbata est. Respondens Vir mirabilis dixit: Sic revera, frater, intra paucos dies spiritum meum auferent à corpore meo. Deus vult: propter me enim verè adfuerunt. Secuta autem est vera prorsus operis confirmatio & expletio.

C

quo Sanctus obiit.

80 Rursum paulò post sanctum obitum suum apparet cuidam discipulo, viro pio & ætatis provectæ, magnâ divinâque splendescens gloriâ: ipsique cum luctu dicenti, O Pater, nos relinquens, orphanos deinceps facis, respondens Beatus, dicit: Fili, cælestium palatiorum agminibus annumeravit me Rex virtutum. Oculus enim non vidit, dicit Scriptura, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se. Ibi chorus maximorum ascetarum divinâ gloriâ splendescit. Ibi sonus purus festum celebrantium. Antonius quoque monachus, qui in ministerio cœnobii olim excelluit, narravit mihi istud: In venerandâ obdormitione sancti Patris nostri video ipsum, inquit, sedentem intra portam monasterii, crucemque argenteam manu tenentem, omnesque abeuntes & cum reverentia salutantes tam monachos quàm seculares. Tum ubi ipse quoque, inquit, adeo ac saluto, rursumque retro regredior, iterum respexi, & ecce non erat: verùm audio cantum suavem & admirabilem, tamquam ab in-

οὖ ὀχλεμένης ὑπὸ πονηρῶν λογισμῶν καὶ ποικίλων θλίψεων, ἅμα τῷ προσπελάσαι αὐτῷ, καὶ ἀϋπνίαν καὶ ἀπαλλαγὴν πολέμων, καὶ πάθων. Οὔτε γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ ἢ ὀδόντες ἐβλαβήσαντο καθόλου· ἐκ νόσου αὐτὸ τῷ σώματι ἢ πάθος τῇ ψυχῇ παρενώχλησέ ποτε· ἀλλὰ σεφρὸς ὢν καὶ προθυμότατος ἦν ἐπελειώθη.

78 Ἡ δὲ τελείωσις τοῦ Μακαρίου γέγονε κατὰ τὴν ἑνδεκάτην τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς, παρόντος καὶ τοῦ Βιταλίου ἐπισκόπου ἱερέων τε καὶ λαϊκῶν ἱκανῶν, ὥστε ὅλης τῆς νυκτὸς ἐπιτάφια ἄσματα σὺν δάκρυσι ῥάπτοντες κατέθεντο τὸ ἅγιον καὶ τίμιον αὐτοῦ λείψανον ἐν τῷ μνημείῳ καινῷ, ὃ ἰδίᾳ λελατομηκὼς ἑαυτῷ χρόνων ἱκανῶν ἔνδον τοῦ σπηλαίου. Ὁ δὲ πᾶς χρόνος τοῦ ἐν σαρκὶ ζωῆς αὐτοῦ, ἔτους ἰδ'. Πᾶς οὖν καὶ ἐν τῇ μαθήσει τῶν ἱερῶν γραμμάτων ὑπὸ τῶν γονέων ἐκδοθεὶς προμηνύεται αὐτῷ ὑπὸ τοῦ μεγάλου μοναζόντος, ὡς προλέλεκται, ἡ τοῦ κόσμου φυγὴ, καὶ ἡ τοῦ μοναδικοῦ βίου ἡ ἀνάληψις. Εἶτα ἀπὸ τότε ῥυθμίσας βίῳ μοναδικῷ, καὶ ἡλόμενος ἐννεακαιδεκάτου ἔτους, ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἰδίου πατρίδος, καὶ ἀπεκείρετο. Ἐν δὲ τῇ μοναδικῇ παλαίστρᾳ ἐξήσκησε χρόνον ἑβδομήκοντα ἑπτὰ, ὥστε εἶναι ἅπαντα χρόνον τοῦ ἐν γῇ βιώσεως αὐτοῦ ἔτη ἐνενήκοντα ἓξ.

79 Πρινὴ δὲ τοῦ βίου ἐξελθεῖν τὸν Ἀβίδιμον, ἐθεάσατο ὁ προμνημονευθεὶς Ἰωάννης ὁ μοναχὸς κατ' ὄναρ πλῆθος λευκοφόρων ἀνδρῶν, ἐπιβεβηκότας ἐπὶ ἵππους λευκοὺς, καὶ μέσον αὐτῶν γυναῖκα πορφυρόστολον, καὶ ἐκθαμβον τῇ δὲ προσώπου θέᾳ, ἐν κυμβάλοις δὴ ἠχοις καὶ περπεραῖς κιθάρεσις, καὶ ἑτέροις ὀργάνοις μουσικοῖς ᾄδοντας, καὶ ταῖς χερσὶ κροτοῦντας, ὡς ἐπὶ γάμῳ· πλατεῖαν τε πύλην ἀνοίξαντες, ἐν μεγάλῳ ἤχῳ ἔνδον εἰσήρχοντο. Αὐτοῦ δὴ δυσαρεστηθέντος ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ τῶν ὀργάνων ἐκχύσει, καὶ τῇ τῶν χειρῶν κροτήσει, διὰ τὸ ἀσύνηθες εἶναι τοῖς μοναχοῖς, καὶ ἀντιπαθοῦς τῇ εἰσόδῳ αὐτῶν, ἀπώσαντο αὐτὸν καὶ αὐτοὶ αὐστηροτάτῃ φωνῇ λέγοντες· Παῦσαι σασιάζων ἡμᾶς, καὶ ἐναντίμυθος μοναχὲ, ἐπειδὴ νύμφην ἑαυτῷ ἡρμόσατο ἔνθα ὁ βασιλεὺς, καὶ βάλεται στεφανῶσαι αὐτῇ ἐν τῷ ἐπουρανίῳ νυμφῶνι. Ταύτῃ λαβόντες ἀπελθυσόμεθα. Εὐθέως δὲ ἔξυπνος γενόμενος ὁ μοναχὸς, καὶ καλῶς τὰ ὀφθέντα διακρίνας, φησὶ πρὸς τὸν Ὄπιον σὺν δάκρυσιν· Ὦ Πάτερ ταῦτα κατ' ὄναρ ἐθεασάμην· νῦν ἡ ψυχή τεταράκται. Ἀποκρίνεται δὲ Θαυμάσιος καὶ λέγει· Οὕτω ὄντως, ἀδελφὲ, δι' ὀλίγων ἡμέρων μέλλει λαβεῖν τὸ πνεῦμά μου ἀπὸ τοῦ σώματος. Ὁ Θεὸς βάλεται· διὰ ἐμὲ γὰρ ἀληθῶς ἡ παρουσία αὐτῶν. Γέγονε δὲ ὅλως ἀληθὴς ἡ ἔργου βεβαίωσις, καὶ ἐκπλήρωσις.

80 Πάλιν μετ' ὀλίγον τοῦ ἁγίου αὐτοῦ κοιμήσεως ὑπεφαίνετό τινι φοιτητῇ ἀνδρὶ δύλαβεῖ προβεβηκότι, δόξῃ πομπῇ καὶ θείᾳ περικυκλούμενος· αὐτὸς τε πενθοῦντι, ὅτι πόθεις, ὦ Πάτερ, καταλείπων ἡμᾶς, ὀρφανὺς ἔπειτα αὐτὸς ἡμᾶς, ὑποκριθεὶς ὁ Μακάριος λέγει· Τέκνον ἐν τοῖς ὑπερφυοῦσι τῶν ἀγγέλων πάγμασι τῶν αὐλῶν στηριζόμενός με ὁ βασιλεὺς δυνάμεων· ὀφθαλμὸς γὰρ οὐκ εἶδε, φησὶν ἡ Γραφὴ, καὶ ἐς οὐκ ἤκουσεν, οὐδὲ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. Ἔνθα ὁ χορὸς τῶν ὑπερκοσμίων ἀσκητῶν τῇ ὑμνοδόξῃ θεολογίᾳ συναγάλλεται. Ἔνθα ἦχος καθαρὸς ἑορτάζοντων. Ἀνέπαυσε τε ὁ μοναχὸς, ὁ ἐν τῇ Δαμασηνίᾳ μονῇ πάλαι Δαμπρέπας διηγήσατό μοι ὅτι παρ' ὧν τῇ σεπτῇ κοιμήσει ἐξ ὄσιος Πατρὸς ἡμῶν ὁρᾷ, φησὶν, αὐτὸν καθεζόμενον ἔνδον τῆς πύλης ἐν μοναστηρίῳ σωρὸν ἀργυρεοῦν τε τῇ χειρὶ κρατοῦντα, καὶ πάντας ἀσπαζόμενος, καὶ φόβῳ ἀσπαζομένους, μοναχοὺς καὶ μιγάδας, κἀμὲ, φησὶν, προσελθόντος, καὶ ἀσπασαμένου, καὶ, φησὶν, ὑποστρέψαντος, ὑπέβλεψα αὖθις εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν.

A ἰῶ· ακρόω ᾗ μέλῳ ἡδὺ καὶ ἔκθαμβον, ὡς ἀπὸ ὄχλε ἀναριθμήτε, ἄνωθεν τ πύλης ἐν τῷ ἀέρι ἐνηχέμενον, οἷον ὐ δυνάτη σόμα ἀνθρώπε ᾖσαι. Εἶτα βελομένε με ἐξελθεῖν, καὶ πρὸς τὸ μέλῳ ἀκολεθῆσαι, ἰῶ ἡ πύλη τ μονῆς κεκλεισμένη ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ. Τότε πειθομαι πρὸς τ ἑτέρων μαθεῖν, τίς ἄρα ὁ ἀποκλείσας τὴν πύλην, καὶ τίς ὁ ἦχος ὁ ἡδὺς ᾗ ἔκθαμβος· πᾶ ᾗ ὁ μέγας Ποίμην πεπέρατται. Λέγεσί μοι ᾗ αὐτοί· Τὴν μὲν πύλην τ μονῆς αὐτὸς ἀπέκλεισεν, ἀφ' ἧ ᾗ ᾠκοδόμησεν αὐτὴν· αὐτὸν ᾗ λαβόντες, ὡς ἀκήκοας ἄδοντας ᾗ ψάλλοντας τὸ γλυκὺ μέλος, πορεύονται. Τότε δὴ μικρὸς ὀπῆς βιαζομένε με ἐξελθεῖν, καὶ μὴ ἰσχύοντος, διαθέως ἔξυπνος γενόμενος.

numera turba ſupra portam in aëre prolatum, qualem os hominis nequit modulari. Deinde, volente me exire & cantum ſequi, porta monaſterii quàm ſecuriſſimè erat clauſa. Tunc adducor, ut quæram ex adſtantibus, quis tandem clauſiſſet portam, quis eſſet ſuavis ille ſtupenduſque cantus, & quò iviſſet magnus Paſtor? Illi verò mihi dicunt: Portam quidem monaſterii clauſit ille ipſe à tempore, quo iſtud ædificavit: quos verò audiviſti ſuavem illam modulationem canentes, illi, ipſo accepto, abeunt. Tunc, cùm per modicum foramen egredi conarer, non poteram, & mox evigilavi. A. DISCIPULO MONACHO.

ANNOTATA.

a *Duas aut tres voces, quæ videbantur ad habitum duorum illorum ſpectare, ut nimis corruptas in apographo, omittendas cenſui.*

b *Non erat neceſſe verba Apoſtoli reſtringere.*

c *Verba uncis incluſa addidi, quia hæc aut ſimilia phraſis exigebat, ideoque ſuſpicor omiſſa fuiſſe in tranſcribendo.*

B d *Robuſtus nimirum pro ætate erat ante morbum mox relatum, ſed eo ad extrema deductus* E. *obiit.*

e *Hic dies emortualis optimè congruit cum tempore, quo morbus cœpiſſe dicitur & durâſſe. Etenim feſtivitas S. Eliæ Junioris celebratur die 17 Auguſti. Si poſtridie morbus cœpit, Sanctus obiit die vigeſimo quinto morbi. Aut poſt viginti quinque dies defunctus eſt, ſi in ipſa feſtivitate morbum contraxit. De anno emortuali conſule Commentarium num.* 20.

f *Non dicitur, cujus civitatis epiſcopus eſſet Vitalis. Locus erat in diœceſi Taurianenſi, cujus exciſæ civitatis epiſcopi plerique ſunt ignoti.*

CAPUT XII.

Miracula poſt mortem patrata tam liberatione energumenorum quàm ſanatione plurimorum ex morbis variis.

Πολλὰ ᾗ παράδοξα σημεῖα πεποίηκεν ὁ Κύριος διὰ τέτε ἁγίε λειψάνε ᾗ ὁσίε πατρὸς ἡμῶν Ἠλίε· ἃ μὲν δὲ, ἀλλὰ καὶ διὰ τ ἀμφίων αὐτέ, ἐξ ὧν ὀκ πολλῶν ὀλίγα ἰδιωτικῶς συντάξω. Πέτρος ὑλαβέσατος καὶ θεοσεβέστατος ἱερεὺς, ὁ τῇ ἐπικλήσει Ροφὴς, πίσει ἀδιάκτῳ φερόμενος, ᾗ τῇ ᾗ Ὁσίε ἀγάπῃ ὀκ πάλαι τετρωμένος, λαβὼν τὴν βακτηρίαν αὐτέ, ἐν ᾗπερ ἐν ἀσθενείᾳ μικρὸν ἐπεστήρικτο ὁ Ἅγιος, ἔθετο· ἐκόμισεν, ὡς παθῶν ἀλεξητήριον· καὶ ταύτῃ ἀποπλύνας ὕδατι καθαρῷ, τ ὅλως παρειμένον καὶ ἀδρανελυμένον ἅπαν τὸ σῶμα Νικήταν. ᾗ Ἐρωτικὸς γὰρ ποτίσας, τὴν βακτηρίαν ἐπάνω αὐτέ τέθεικεν. Θαῦμα ἦν, ἡ ῥῶσις ἐπηκολέθησεν τῷ κάμνοντι, καὶ ἀπήλακτο τ χαλεπῆς ᾗ δεινῆς ἀῤῥωστείας ὁ ἄνθρωπος. Τέτο ᾗ τὸ ἐξαίσιον ᾗ παράδοξον θαῦμα ὀκίνητον τοὺς βλέποντας. Οἱ γοῦν εἶχον ἀσθενεῖς, καὶ ῥιγῶντας τριταίως ᾗ τεταρταίως, λαβόντες ᾗ αὐτέ ἁγίε ὕδατος, ᾗ τέτες ὁμοίως σὺν τῷ ῥαντισμῷ ποτίσαντες, ἀνέθορον οἱ μὲν ἀπὸ κλινῶν καὶ κραββάτων, οἱ ᾗ ὀκ τ ποικίλων νόσων λελύτρωντο· κεφαλαλγήσαντες δεινῶς ὁμοίως σὺν τοῖς λοιποῖς ἰάσεως ἔτυχον, ὥσε ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν πληρωθῆναι τὸ προφητικὸν λόγιον τὸ φάσκον· Θαυμαστὸς ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ἁγίοις αὐτέ.

MUlta ac mirabilia ſigna operatus eſt Dominus per ſacrum iſtud corpus ſancti patris noſtri Eliæ, nec ſolùm per corpus, ſed etiam per indumenta ipſius, ex quibus pauca de multis ſimplici modo colligam. Petrus piiſſimus & famoſus ſacerdos, cognomine Rophes *a*, excitatus fide firma, & olim amore Sancti vulneratus, ſumptum ipſius baculum, quo morbi tempore parumper fuerat ſuſtentatus, ſecum abſtulit, tamquam præſens perpeſſionum remedium. Ablato autem illo aquâ purâ, Niceteæ Erotici filio penitus confecto, totoque corpore paralytico, aquam illam dedit bibendam, & baculum ſupra ipſum depoſuit. Mox igitur ſanitas ſecuta laboranti reciit, liberatusque eſt homo difficili gravique infirmitate. Hoc verò nequaquam vulgare & admirandum prodigium movit videntes. Quicumque habebant infirmos, ac febricitantes tertianâ aut quartanâ, ex eadem ſumebant aqua ſancta, illiſque ſimiliter potum dabant ex ejuſdem aſperſionis liquore: & hi quidem proſiliebant è lectis & grabatis; illi verò variis liberati ſunt morbis: qui capite graviter dolebant, ſimiliter cum aliis ſanitatem conſecuti ſunt; ita ut in ipſorum oculis impletum ſit propheticum iſtud oraculum: Mirabilis Deus in Sanctis ſuis. *Aquâ, quâ fuerat lotus Sancti baculus, multâ ſanati:* F

a

82 Ὀλίγων τε ἡμέρων παρελθόσων μετὰ τὴν κοίμησιν ᾗ Ἁγίε, Ἰάκωβος ὁ θυλαβέσατος θεοσεβέστατός τε καὶ θεοφανὴς μοναχὸς ἀδελφιδῆν ἰῶ ἴσχων κατὰ σάρκα δεινῶς ὑπὸ πονηρᾶ πνεύματος ἢ νῦν καὶ τὰς Φρένας ἐβλαμμένην... Ὁ ἓν μοναχὸς Ἰάκωβος μὴ δυνηθεὶς εἰσενέγκαι εἰς σορὸν

82 Tranſactis paucis diebus poſt obdormitionem Sancti, Jacobus monachus piiſſimus, famoſuſque & clarus, ſecundum carnem habebat fratris aut ſororis filiam, quæ mali ſpiritus operatione graviter mente erat læſa... Itaque monachus Jacobus, cùm non poſſet ipſam inducere ad *energumena, veſte vili ad ſepulcrum ducta,*

A. DISCIPULO MONACHO.

oratorium venerandi ipsius sepulcri, quia id erat insolitum, induit illam veste purpurea, tunicâ virili: calceis quoque ipsi datis, capiteque præclarè exornato, cum reliquis ipsam introducit. Illa autem cum timore & desiderio sepulcrum venerata, totamque noctem precibus impendens, paululùm obdormivit: deinde apparet ipsi Sanctus multâ gloriâ circumfulgens, vultuque subridente eidem dicit: Apostolo denunciante, Fur non ampliùs furetur, tu sanationem pauperis instar imponendo rapuisti. Deinde dicit: Aperi os tuum. Illa verò celeriter aperiente, extraxit ex eo modicum serpentem tortuosum *b*, quem pedibus suis contrivit & occidit, eidem dicens: Ecce sana facta es: vade domum. Mox igitur expergefacta, cognovit se naturali constitutioni restitutam: liberataque dæmonis flagello, & mane in speluncam ingressa, cantavit cum monachis, nec fuit cognita: & sic abivit cum gaudio, glorificans Deum, ac factum mirabile omnibus enarrans.

b

alia ante ostium, vexatione dæmonis liberantur,

c

B

83 Theodorus ex vico, qui dicitur Melicuccon *c*, Sancti filius spiritualis ex salutari baptismate, uxorem habebat, quæ ab immundo spiritu terribiliter affligebatur ac conterebatur. Id cognoscens mariti pater, fiduciaque nequaquam vacillante de Sancto excitatus, sero vespere cum muliere patiente ad sanctum ipsius sepulcrum abit: per viam verò canos suos lacrymis rigans, dicebat: Sancte Pater, nunc sciam, an gratiam fiduciamque inveneris apud Dominum. Hæc clamans, Sanctumque ad visitandam ipsam advocans, ostiolum sepulcri cum reverentia & fide simul cum ipsa salutabat, & continuò ipsoque momento exivit ab ea spiritus immundus: deinde primo diluculo egressi, abibant cum gaudio, celerem Sancti visitationem enarrantes.

alius & alius apud sepulcrum,

84 Georgius, habitans in vico Gaiano, filium habebat valde à malo spiritu agitatum, humique derepentè projectum, & indecorè clamantem. Hunc sublatum tulit, posuitque prope sepulcrum thaumaturgi Patris. Multis verò lacrymis & gemitibus Sancto supplicaverunt: & velociter illius quoque filius immundo liberatur spiritu. Genitor autem fanatum videns, cum eodem domum rediit, gestiens exsultansque, ac Deum laudans. Quippe non solùm vicini, sed etiam è longinquo ad Sancti sepulcrum venientes, sanitatem confestim impetrare consueverunt.

C

& presbyter ejusque cognatus.

85 Sacerdos quidam, Mesa cognominatus, vir pius admodùm & tranquillus, judicio immittentis ad utilitatem Dei traditur erudiendus castigationi dæmonis, ita ut non solùm torqueatur, & vultu mutetur; sed etiam oris subsidio privetur. Hoc celare cùm nequeat, ad archipresbyterum districtùs defertur: timensque ne gradu suo excideret, ipse etiam ad novam medendi officinam confugit: lacrymis rigat sepulcrum, labiis cum fide osculatur, totaque demùm nocte orationi insistens & obsecrationi, manè egreditur gratias agens Deo, & dicens: Orate pro me, sancti patres; nam celeri visitatione Sancti penitus me operatione dæmonis liberatum sentio. Sic ergo latenter in suam reversus provinciam, in gradu suo permansit, laudans Deum. Simili modo hujus cognatus dæmonis malitiâ liberatus est, quando & ille venit ad venerabile Sancti sepulcrum, illudque congrua cum fide attigit.

86 Oportebat porrò, ut is, qui à puero divinis ditatus erat gratiis, etiam post obitum in cun-

νησιν τ πιμίας αὐτ ϑήκης Δῳ τὸ ἀσύνηϑες, ἐνδύει αὐτὼ ἱμάτιον ἐρυϑρὸν, κολόβιον ἀνδρικὸν, ⳏ ὑποδύσας σοῦ πόδας ὑποδήμασιν, ⳏ τῷ κεφαλῷ σεμνῶς κοσμήσας, σὺν τοῖς ἄλλοις εἰσήγαγε· φόβῳ τε ⳏ πόϑῳ τ τάφον ἀσπασαμένη, δι ὅλης τ νυκτὸς προσευχῇ προσκαρτερήσασα, μικρὸν ἀφύπνωσεν· εἶτα ϑπεφάνετ αὐτῇ ὁ Ἅγι δόξῃ πολλῇ περιλαμπόμεν, ⳏ τῷ προσώπῳ μειδιῶν φησι πρὸς αὐτήν· Τὶ Ἀποστόλε προσαγγέλοντ. Ὁ κλέπτης μηκέτ κλεπτέτω, σὺ τῷ ἴασιν Δῳ πενομένης ϑπηρέτεως ἐσύλησας. Εἶτά φησιν· Χάνον τὸ στόμα σε· ⳏ αὐτῆς σὺν τάχει ἀνοιξάσης, ἐξήλαγεν ἐξ αὐτ ὄφιν μικρὸν σκολιὸν, καὶ τοῖς ποσὶν αὐτ τοῦτον συντρίψας ⳏ ϑανατώσας, λέγει αὐτῇ· ἰδὲ ὑγιὴς γέγονας· πορεύ εἰς τὸν οἶκόν σε. Εὐθέως ἓν ἐξυπν γνομένη, ἔγνω ἑαυτὴν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν γεγονέναι, ⳏ τ μάσιγ ⳏ δαίμον ἐλευθερωθεῖσα, ὄρθρε τε εἰσελθοῦσα ἐν τῷ σηλαίῳ, συνέψαλλε τοῖς μοναχοῖς, μὴ γνωσθεῖσα· ⳏ ἕτως ἀπῆλϑεν μετὰ χαρᾶς δοξάζασα τ Θεὸν, τὸ ϑαῦμα πᾶσι καταγγέλλουσα.

D

E

83 Ἐκ δέ χωρίε Μελικεκκων Θεόδωρ, ὃς σωτηριώδες βαπίσματ ἡδετημένῳ τῷ Ἁγίῳ, γυναῖκα εἶχε δεινῶς ὑπὸ δ ἀκαϑάρτ δαίμον ῥηγνυμένην ⳏ σωτηριομένην ἀνηλεῶς. Τοῦτο γνοὺς ὁ τοῦτε πατὴρ καὶ τῇ ἀδιστάκτῳ πίσει τῇ πρὸς τ Ἅγιον δωναμωθεὶς, ἀπίει σὺν τῇ παχύσῃ ἐσπέρας βαδείας πρὸς τὸ ἅγιον αὐτ μνῆμα· κατὰ δ τὴν ὁδὸν τοῖς δάκρυσι τὰς πολιὰς αὐτ βρέχων, ἔλεγε· Πάτερ ὅσιε νῦν γνώσομαι εἰ δῶρες χάριν καὶ παῤῥησίαν ἐνώπιον Κυρίου. Ταῦτα βοῶν, καὶ τ Ἅγιον εἰς ϑπίσκεψιν τ παχύσης προσκαλούμεν, καὶ τὸ ϑυρώριον δ τάφε φόβῳ καὶ πίσει ἀσπασάμεν σὺν αὐτῇ, δι᾽ ὅλης καὶ προσευχῆς ἐξῆλϑεν ἀπ᾽ αὐτῆς τὸ ἀκάϑαρτον πνεῦμα· ὄρθρε τε βαθέος ἐξελθόντες, ἀπίεσαν μετὰ χαρᾶς, τῷ ταχέαν δ Ἁγίε ϑπίσκεψιν δηγούμενοι.

84 Γεώργι, ὁ ἐν τῷ χωρίῳ Γαιανῶν οἰκῶν, καὶ αὐτὸς υἱὸν ἰδ ἔχων λίαν ὑπὸ δ πονηρ πνεύματ προσαγόμενον, εἰς γῆ τε ἀφνης ῥιπτόμενον, καὶ ἄσημα κράζοντα. Τοῦτον ἄρας ἤνεγκεν, καὶ ἐκοίμησεν πλησίον τ ϑήκης δ σημειοφόρε Πατρός. Ἱκανοῖς δ δάκρυσι καὶ συναγμοῖς τ Ἅγιον ἐλίπαρον. Θαύσιον καὶ ὁ τοῦτε παῖς ἀποκαθαίρεσϑαι δ ἀκαϑάρτ πνεύματ. Οὗ ἰδὼν ἀποθερμοπροσϑέντα ὁ γονεύσας, ἀπίει σὺν αὐτῷ συρτῶν καὶ ἀλλόμεν, καὶ δοξάζων τ Θεόν. Οὐ μονὸν δ τοῖς πέλας, ἀλλὰ καὶ τοῖς πόῤῥωϑεν φοιτῶσι τῇ δ Ἁγίε σωρῷ ῥᾴτον ἡ ῥῶσις ἐπακολουϑεῖν πέφυκεν.

F

85 Ἱερεύς τις, ϑπιλεγόμεν Μεσα, πάνυ εὐλαβὴς ὢν καὶ ἥσυχ, κρίσει δ ἐπάγοντ Θεὸ πρὸς τὸ συμφέρον, παιδευτικῇ μάσιγι δ δαίμον προσδίδοται, ὡς δ μόνον τρεβλοῦσθαι αὐτὸν ⳏ τὸν ὄψιν ἀλλοιώσαν· ἀλλὰ καὶ δ στόματ ἀφορμῆς ἐκβάλλεται. Τοῦτο μὴ δυνηθεὶς λαθεῖν, ἀναβάλλεται τῷ τ χώρας ἀρχιερεῖ, ⳏ δεδειὼς μὴ δ ἰδίᾳ βαθμῷ ἐκπέσῃ, προσφεύγει καὶ αὐτὸς πρὸς τὸ καινὸν ἰατρεῖον· λύει τὸν ϑῆλυ τοῖς δάκρυσι, πλυνόστεται πίσει τοῖς χείλεσι, ⳏ δὴ πανυχίσαν προσκαρτερήσας τῇ προσευχῇ ⳏ τῇ δεήσει, ἔνϑεν ἐξέρχεται εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ, ⳏ λέγων· Δόξασϑέ μοι ὅσιοι πατέρες, ἀναδ γὰρ τῆς δ Ἁγίε ταχείας ϑπισκέψεως ἠϑύμην ἐμαυτὸν ἀρδίως ἐλευθερωϑέντα τ δ δαίμον ἐνεργείας. ἕτως ὢν λελυμένος ὑποστρέψας ἐν τῇ ἑαυτ ἐπαρχείᾳ, διέμενεν ἐν τῷ ἰδίῳ βαθμῷ, δοξάζων τ Θεόν. Ὁμοίως δ τρόπῳ ὁ τοῦτε συγγενὴς ἁπλακται ἐκ κακίας δ δαίμον, ἐν τῷ φοιτῆσαι ⳏ αὐτὸν τῇ σεβασμίᾳ ϑήκῃ δ Ἁγίε ⳏ ἅψασϑαι ταύτης τῇ προσηκούσῃ πίσει.

86 Ἔδει δ ἐν τὸν ϑεῖα ἐκ βρέφους πλουτήσαντα χαρίσματα ⳏ μετὰ τέλους πρὸς πᾶσαν νόσον ⳏ μα-

A μαλακίαν τῶ ἰασιν ἐνδείξασθ. Παιδίον γὰ ἥλυ τ Βυτζιάνε μερῶν παρειμμένον χεῖρας τε πόδας, καὶ ὅλον διόλε λίθε δίκην ἐν τῇ γῇ καλινδέμενον, ἠνέχθη ὑπὸ τ τεκέσης τετευχωμένης τῷ πόνῳ, τε ἐτέθη ἐν τῷ στενῷ σπηλαίῳ καθραίως. Ὅπερ δεξάμενος Ἠλίας ὁ μοναχὸς, κατέκλινε πλησίον τ σώρε τ Ἁγίε, καὶ ἀπέκλεισε τὴν θύραν· εἶτα μετὰ μικρὸν αὖθις ὑποστρέψας ἐν σπουδῇ, δεδοικὼς μή τινα ἀφανισμὸν ἔνδον, ὡς ἀκίνητον, ἐργάσηται, θεωρεῖ τὸ βρέφος ὅλῃ τ γῆς διαχημόνως καθεζόμενον τάς τε χεῖρας ἐκτεῖνον, τε τοῖς φύλλοις τ κιτρίων χαριεντιζόμενον· δές τε αὐτῇ χεῖρα, ἀνέσησεν ὀρθὴν καὶ ἐξαγαγὼν τῆς οἰκείοις ποσὶ βαίνουσαν, ἀπέδωκε τῇ μητέρι ψυχικὸν παραμύθιον. Θάμβος γὰ ἔλαβεν ἅπαντας, τε ἔκστασις, τὸ προφητικὸν λόγιον πληρωθὲν ἐνώπιον αὐτῶν ἰδόντας. Τότε ἁλεῖται, φησὶν, ὡς ἔλαφος ὁ χωλὸς, τε τραυλίσεται γλῶσσα μογιλάλων.

87 Γεόργιος ὁ μοναχὸς, ἐν τοῖς κρημνοῖς τοῖς τ Μαραθῶνος ἄνωθεν καὶ ἐξ ἀρχῆς ὄντως οἰκήσας, ποτὲ σὺν ὀδόντας δεινῶς ἀλγήσας, καὶ ταῖς βιαίς τ πόνων τ ἀέρα δονῶν, λιπαρεῖ Καρπὸν θυλαβέσατον μοναχὸν σὺν δάκρυσι λέγων· Ἐπίθες, πάτερ τ μικρὸν μαχαίριον τ Ἁγίε ὅλῃ τ ὀδόντος με, ὅτι ἐκλείπει τὸ πνεῦμά με τῷ πόνῳ πιεζόμενον. Τότε γενόμενος, ἀνακλίνας ἑαυτὸν, θείως ἀφύπνωσεν. Αὐτίκα γὰ ὁρᾷ τ φανότατον φῶς περιαστράπτόμενον, τ γὰ πόνον τ ὀδόντων ἀποδοκιμάζοντα ἐξ αὐτε. Ἐξυπνος γενὼς μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἤρξατο προσκαλεῖσθαι τ μοναχὸν, λέγων· Ἀνάστα, πάτερ, θύξώμεθα· νυῦ γὰ ἐπέστη μοι, ὁ θερμώτατος ἰατρὸς, καὶ ἦρεν ἐξ ἐμε πάντα πόνον τε ἄλγος. Ταῦτά μοι ὁ μοναχὸς διηγήσατο, θυχαριστῶν τῷ Θεῷ, καὶ τῷ Ἁγίῳ.

88 Χριστοφόρος ὁ ἐκ τῆ χωρίε Σίκρων ὁρμώμενος, προὴς ὠνησιν σίτε ἐν τῷ αἰγιαλῷ ποτε ἀπιών, τε μέσον τ ὁδὸς ὑπὸ μεσημβρινε δαιμονίε δεινῶς πληγεὶς, ἰῶ θέαμα ξένον καὶ ἐκπληκτικὸν τοῖς ὁρῶσιν. Τὲς γὰ ὀφθαλμὲς πυκνῶς σκαρδαμύκτων, τὴν κεφαλὴν διόλε ἐκραδαίνετο, ἄσιτός τε καὶ ἄυπνος ὅλῃ εἴκοσι ἡμέρας διατελῶν, ἠνέχθη ὑπὸ τ ἰδίων ὅλῃ κλίνης, καὶ ἐτέθη πλησίον τ θήκης τ Ἁγίε. Ὃς ἀλειψάμενος ἔλαιον ἰάσεως ἐκ τῆς καντήλας, καὶ μικρὸν ἀφυπνώσας, θύθέως ὁρᾷ τ Ὅσιον φωτὶ αὐγαζόμενον, καὶ ἐπ' ἄνωθεν αὐτε ἱστάμενον· εἶτα εἰς ὀρθὸν σὺν δακτύλες αὐτε σωζύξας, καὶ τὴν κοιλίαν τ πάσχοντος διχοτομήσας, ἐξήγαγεν ἐξ αὐτῆς ὠὸν χηνὸς, λέγων αὐτῷ· Ἴδε ἀκριβίζω αὐτὸν ἐν τοῖς κατωτάτοις τ γῆς; ἔσῃ γὰ ἀπὸ τ νῦν ὑγιὴς ἀπὸ τ πονηρε πνεύματος· πρόελθε ὑγιὴς εἰς τ οἰκόν σε, καὶ διηγε ὅσα σοι Κύριος πεποίηκε, καὶ ἠλέησέ σε. Καὶ τῇ ἕωθεν ἀφεὶς τὸ κρόββατον εἰς ἔνδειγμα τ ταχείας ἰάσεως ᾠχετο, κηρύσσων πᾶσι τὸ γεγονός.

89 Ἄξιον γὰ, ὡς οἶμαι, καὶ τοῦτο καταθέσθαι ποιήσω τὸ θαῦμα, ὅπερ εἰς τ ἡὸν τ περιλεχθέντος Πέτρε τ θυλαβεστάτε ἱερεως σεμνὸν ὁ Ἅγιος πεποίηκεν... θύσπλαγχνίσθη ἐπ' αὐτῷ ἀλείψας αὐτὸν ἐκ τ καντήλας. Οὕτως ἓν τ παιδὸς δίκην λίθε ἔνδον κατακειμένης.

90 Ἐν μιᾷ νυκτὶ, ὡς αὐτός μοι μετὰ πλὼ παντελῆ ῥῶσιν διηγήσατο, τ καντήλας ἀποσβεσθήσης μεσονυκτίε, καμε ὀλιγωρήσαντος, καὶ τ ὀφθαλμῶν ἀνεωγμένων, φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι, ὥσε φωτίσαι τὰ ἔνδον ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τ ἡλίε· θροηθέντος δέ με, καὶ τῷ φωτὶ ἐκπληττομένου, ἰδὲ θεωρῶ μοναχὸν, μακρὸν τῇ ἡλικίᾳ, λευκὴν πλὼ τρίχα, τ πώγωνα μέγαν ἔχοντα, καὶ φωτὶ ἀσυγκρίτῳ λαμπόντα. Εἶτα τῷ ποδὶ αὐτε πλευρὰν με νύξας, ἠρξάμην ὑποτονύζειν, καὶ ἀκλινῶς αὐτῷ ἀτενίζειν. Τό-

ctis morbis atque infirmitatibus vim fahandi ostenderet. Puellula ex partibus Butziani, debilis manibus pedibusque, totaque omnino lapidis instar in terra volvi solita, allata est à matre sua labore attrita, positaque clanculùm in venerabili spelunca. Hanc accipiens monachus Elias, deposuit prope tumulum Sancti, & clausit januam. Deinde paulò pòst diligenter rediens, ne animi quodam deliquio, ut immota, afficeretur, veritus, cernit infantem decenter in terra sedentem, & foliis citrorum ludentem: tum porrigens ipsi manum, stare rectam fecit puellulam, educensque incedentem suis pedibus, reddidit matri humanum solatium. Admiratio autem & stupor cepit omnes, quòd cernerent in conspectu suo completum esse propheticum oraculum, quo dicitur: Tunc saliet, sicut cervus, claudus, & aperta erit lingua mutorum. A. DISCIPULO MONACHO. *Puellæ paralyticæ vigor membrorum redditus:*

87 Georgius monachus, qui in præruptis Marathonis *d* olim & ab initio verè habitavit, tortus aliquando gravi dentium dolore, violentiâque dolorum aëra agitans, rogat Carpum piissimum monachum, cum lacrymis dicens: Impone, pater, parvum Sancti cultellum supra dentem meum, quia deficit mihi spiritus dolore pressus. Hoc facto, reclinavit se ipse & citò obdormivit. Continuò autem videt clarissimum Sanctum luce circumfusum, dentium verò dolorem ex ipso rejicientem. Ubi evigilaverat, magna voce cœpit advocare monachum, dicens: Surge, pater; oremus: nam modò adfuit mihi ferventissimus Medicus, abstulitque à me omnem laborem & dolorem. Hoc mihi monachus ipse narravit, gratias agens Deo & Sancto. *monachus dentium dolore liberatus, d*

88 Christophorus, ex vico Sicro oriundus, abiens aliquando ad littus ad emptionem frumenti, atque in media via à dæmonio meridiano terribiliter percussus, spectaculum erat videntibus peregrinum & percellens. Nam oculis frequenter nictans, toto prorsus capite quatiebatur, ac viginti diebus sine cibo & somno perseverans, à suis in lecto allatus est, positusque prope sepulcrum Sancti. Ille autem inunctus oleo sanationis ex lampade, & paululùm obdormiscens, statim videt Sanctum lumine splendentem, & supra se stantem. Deinde Sanctus digitos suos in formam rectam conjungens, ventremque patientis medium dissecans, ex eo traxit ovum anseris *e*, dicens ipsi: Ecce, jaculor ipsum in terræ infima: eris autem ab hoc tempore liberatus mali spiritus vexatione: vade sanus in domum tuam, & narra, quanta tibi fecerit Dominus, quantúmque tui sit misertus. Et eodem diluculo dimittens grabatum, in signum celeris sanationis abibat, factum omnibus prædicans. *alter gravi malo, quod dæmonis operationi attribuitur.* *e* F

89 Operæ quoque pretium erit, ut existimo, si manifestum faciam prodigium, quod præclarè operatus est Sanctus in filio antè dicti Petri piissimi sacerdotis... *f* Misertus est ipsius, ungens ipsum ex lampade. Sic igitur puero *g* lapidis instar jacente. *puer gravi morbo.* *f* *g*

90 Quadam *h* nocte, ut ipse mihi post integram sanationem narravit, exstincta lampade in media nocte, meque [inquiebat] diligenter vigilante & apertos habente oculos, lumen in domo refulsit, ita ut supra solis claritatem illuminaret interiora. Cùm verò perturbatus essem & perculsus illo lumine; ecce, video monachum staturâ longum, cui capilli erant candidi & barba oblonga, incomparabili lumine splendentem. Deinde, cùm pede suo latus meum pungeret, cœpi murmurare & fixis oculis ipsum aspicere. Tunc dicit mihi leni voce: *Mirabiles* *h*

A. DISCIPULO MONACHO.

Noli timere, adjuvat Deus: inclinansque sanctum caput suum, manibusque contingens dexteram meam, quæ in pectore meo erat agglutinata, abrasam facilè extraxit, & restituta est sana: idemi factum est de sinistra. Porrò digitos suos auribus meis eo imponente meque erigente, statim audire cœpi. Rursum eo os meum aperiente, linguamque meam foràs trahente & conterente, linguæ vinculum solutum est. Tunc dicit mihi: Ecce, sanatus es: servi, fili, Christo, qui te sanavit; hisque dictis, evanuerat ab oculis meis. Tunc intellexi me pusillum sanitati esse restitutum. Admirabile verò hoc prodigium in me patratum est, inquiebat puer, non in exstasi aut quasi in somno, sed vigilante me, & oculis meis accuratè intuente *i*. Diluculò autem propriis incedens pedibus & manibus contrectans, venit in ecclesiam ad cantantes: qui, eo viso, commoti miraculo, laudem attribuerunt ei, qui per servos suos facit mirabilia. Deinde tempore matutino, allatis imaginibus tam Sancti quàm aliorum, interrogabant hoc modo puerum: Quis est, qui tibi apparuit hac nocte, teque sanavit? Ille verò manum extendens, ostendebat effigiem Sancti, dicens: Verè hic est, B qui apparuit & sanavit me. Puer igitur non ampliùs recessit à monasterio; sed relicto mundo, & assumpto Christi jugo, pro viribus servivit Christo Domino.

alia *k*

91 Audite aliud miraculum, quod in Mori vici incola, cui nomen Glaucia, ostendit Sanctus. Hic aliquando operatione dæmonis *k* terribiliter in visceribus adurebatur: bibens verò etiam heminam aquæ aut vini per dies singulos & noctes, nequaquam erat satiatus. Cúmque plurimis vicibus circuisset per scientias medicas, nihilque utilitatis adeptus esset; confugit ad medicum spiritualem, ad Sancti nimirum sepulcrum. Ubi autem duobus diebus totidemque noctibus ibidem perseveraverat, videt Sanctum eâ, quâ erat, formâ, sibi dicentem: Aperi os tuum. Et illo celeriter aperiente, serpentem tortuosum è ventre ejus extraxit, eumque coram ipso occidit, ei dicens: Abi, frater Glaucia, fanus in domum tuam: & narra, quanta tibi fecerit Dominus Deus, & ut misertus sit tui. Mane verò surgens, liberatusque operatione maligni spiritus, reversus est ad propria, & ipse laudans Deum.

C *fanationes*

92 Mailis, ex magno vico Sicro, servum habebat domesticum, qui decies per diem & toties per noctem à terribili dæmonio in terram elidebatur, spumasque ex ore emittebat. Hunc secum ducens, profectus est ad monasterium. Sanctam verò Missam celebrante piissimo hegumeno Laurentio, novem vicibus puerum vexans impudens pessimusque spiritus, in terram collidebat & immisericorditer conterebat. Monachi verò divina commoti miseratione in puerum, multa sollicitudine invocabant Sanctum, ut visitaret patientem: & fanè spongiam, quâ Sanctum ipsius corpus post mortem fuerat lavatum, confestim afferentes, eamque diluentes aquâ purâ, ex hac frequenter potum agitato obtulerunt; & continuò exivit ab eo malus immundusque spiritus, non ampliùs deinceps ei appropinquans aut molestiam creans ab illa hora & postmodùm. Illum autem dominus ipsius illæsum & incolumem accipiens, cum eo gaudens abit, glorificantem eum glorificato glorificans. Dicit enim Dominus ad Chananæam: O mulier, magna est fides tua; fiat tibi, sicut vis.

ex variis malis.

93 Leontia, filia Licasti, qui secundum carnem erat Sancti consobrinus, ex partibus Plagiæ, per anni circulum tota prorsus paralytica, jacens-

τε λέγει μοι παιδίᾳ τῇ φωνῇ· Μὴ φοβοῦ, βοηθεῖ ὁ Θεός· ἀποκλίνας τε τὴν ἁγίαν αὐτοῦ κεφαλὴν, καὶ ταῖς χερσὶν ἁψάμενος τῆς δεξίας μου χειρὸς, κεκωλωμένης ἕως ἐν τῷ ἐμέτει μου, καὶ ἀποξυρομένην εἵλκυεν αὐτὴν δύφυῶς ἔξω τὰ ἔξω, καὶ ἀπεκατασάθη ὑγιής· ὁμοίως ἦ καὶ τὴν δύώνυμον. Τάς τε δακτύλους αὐτοῦ ἐν τοῖς ὠσί μου ἐμβαλὼν, καὶ ἅψησάμενος, δύθέως ἠρξάμην ἀκούειν· αὖθίς τε τὸ στόμα μου ἀνοίξας, καὶ τὴν γλῶτταν μου ἔξω ἑλκύσας, καὶ ἀποθλίψας, καὶ αὐτῆς ὁ δεσμὸς διελύθη. Τότε λέγει μοι· Ἰδὲ ὑγιὴς γέγονας· δῆλόν μοι τῷ ἰασαμένῳ σε Χριστῷ, καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἀφαντος ἐγένετο ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν μου. Τότε ἡσθόμην ἐμαυτὸν ὅλον ὑγιῆ γεγονότα. Τοῦτο δὲ τὸ παρεμόδοξον θαῦμα ἐν ἐμοὶ ἐξήργασαν, διηγήσατο ὁ παῖς, οὐκ ἐν ἐκστάσει, οὐδὲ ὡς ἐν ὀνείροις, ἀλλὰ γρηγορῶντί μοι, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς μου ἀκριβῶς ἀτενίζοντι. Ὄθεν τε τοῖς οἰκείοις ποσὶν βαίνων, καὶ ταῖς χερσὶν ἁπτόμενος, κατῆλθεν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς τοὺς ψάλλοντας, οἱ καὶ ἰδόντες, καὶ εἰς θαῦμα κινηθέντες, δόξαν ἀνέπεμψαν τῷ Θεῷ τῶν θαύμων αὐτοῦ ποιητῇ θαυμάσια. Περιστάντες δὲ ἐνέγκαντες τὴν μορφὴν τοῦ εἰκόνος καὶ ἕτερον, ἐπηρώτων τὸ παιδίον, λέγοντες· Τίς ἐστιν ὁ φανεὶς τοῦ νυκτὸς καὶ ἰασάμενός σε; Ὁ δὲ τὴν χεῖρα ἐκτείνας, ἐπεδείκνυ εἰς τὴν μορφὴν τοῦ εἰκόνος τοῦ Ἁγίου, λέγων. Ἀληθῶς οὗτός ἐστιν ὁ φανεὶς καὶ ἰασάμενός με. Οὐκέτι οὖν ἀπέστη ὁ μοναστηρίου ὁ παῖς, ἀλλὰ ἀποτασόμενος τῷ κόσμῳ, καὶ τοῦ Χριστοῦ ζυγὸν ἀναλαβόμενος, κατὰ δυνάμιν ἐδούλευσε τῷ δεσπότῃ Χριστῷ.

91 Ἀλλὸ παρεμόδοξον ἀκούσατε, ὅπερ εἰς τὴν Γλαυκεῖαν, τὴν τοῦ Μώρου οἰκήτειραν ὁ Ἅγιος ἔδειξεν· οὗτός ποτε ὑπὸ δαιμονικῆς ἐνεργείας τὰ σπλάγχνα δεινῶς συγκαιόμενος ἐλίσσετο, πίνων δὲ καὶ ἡμίνην ὕδατος ἢ οἴνου καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ νύκτα, καὶ μηδόλως χορταζόμενος· πλειστάκις τε ταῖς ἰατρικαῖς ἐπιστήμαις προσδραμοῦσα, καὶ μηδὲν ὠφεληθεῖσα, καταφεύγει πρὸς τὸν πνευματικὸν ἰατρὸν τὸν τοῦ Ἁγίου φημὶ σῶρον· καὶ δύο νυχθημέρου τῇ προσκαρτερήσασα ὁρᾷ τὸν Ὅσιον καθ' ὕπνους, ἐν ᾧ ὑπῆρχεν μορφῇ λέγοντα αὐτῇ· Ἄνοιξον τὸ στόμα σου. Κἀκείνης σωτόμως ἀνοίξαντος, ἀνείλκυσεν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτῆς ὄφιν σκολιὸν, καὶ τοῦτον ἐνώπιον αὐτῆς ἀποκτείνας φησὶ πρὸς αὐτόν· Ἄπελθε, ἀδελφὲ Γλαυκεῖα, ὑγιὴς εἰς τὸν οἶκόν σου, καὶ διηγοῦ ὅσα σοι Κύριος ὁ Θεὸς ἐποίησεν, καὶ ἠλέησέ σε. Εὐθὲν δὲ ἀναστὰς μηδὲν τὴν ἐνέργειαν τοῦ πονηροῦ πνεύματος ἔχων, ᾤχετο εἰς τὰ ἴδια, καὶ αὐτὸς δοξάζων τὸν Θεόν.

92 Μαῖλις, ὁ ἀπὸ τοῦ μεγάλου χωρίου Σικρόων, παῖδα οἰκέτην κεκτημένος, δεκάκις τῆς ἡμέρας, καὶ πεντακάκις τῆς νυκτὸς ὑπὸ δεινοῦ δαιμονίου καταρηγνύμενον ἐν τῇ γῇ, καὶ ἀφριῶντα, φέρων μεθ' ἑαυτοῦ, ἀπεδήμησεν ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Τοῦ δὲ θύλαβεστάτου ἡγουμένου Λαυρεντίου τὴν θείαν λειτουργίαν ἐπιτελοῦντος, ἐνάκις ἐχλῆσαν τὸν παῖδα τὸ ἀναιδὲς καὶ πονηρότατον πνεῦμα κατέῤῥασσεν ἐν τῇ γῇ, καὶ συνέτριβεν ἀνηλεῶς· θείᾳ τε συμπαθείᾳ κινηθέντες οἱ μοναχοὶ ὑπὲρ τοῦ παιδὸς, σφόδρα διαπονηθέντες τὸν Ἅγιον εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ πάσχοντος ἐπεκαλοῦντο, καὶ δὴ τὸ σπόγγιον, ὅπερ τὸ ἅγιον σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ κοιμήσει ἀπεπλυναν, ταχὺ ἐνέγκαντες, καὶ τοῦτον ἐποτερίψαντες ὕδατι καθαρῷ, καὶ τῷ πεπονωῦς ῥηνσόμενον ποτίσαντες, παραχρῆμα ἐξῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ τὸ πονηρὸν καὶ ἀκάθαρτον πνεῦμα, μηκέτι τοῦ λοιποῦ προσέγγισεν, ἢ παρενόχλησεν τῷ παιδὶ τούτῳ· ἀλλὰ καὶ ἀπ' ἐκείνης καὶ ἐπέκεινα· ὑπὲρ λαβὸν ὁ παῖς παρὰ τοῦ Ὁσίου

A τῷ ἐν τῇ γῇ δικλῳ λίθῳ κατακαμφθέν, ἤρξασκαθ' ἑαυτὸν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀπομάχεσθαι τῷ Ἁγίῳ, ὡς πάροντι δικάζεσθαι, πρὸς αὐτὸν ταῦτα λέγουσα· Ἅγιε θεοῦ σοῦ ξένους καὶ παρεπιδήμους λύτρωσαι νόσων ποικίλων, καὶ ἐμὲ τὴν σὴν ἀνεψίαν κατὰ σάρκα νόσῳ δεινῇ, καὶ μακρᾷ τυχωμένην πιέρας. Εἶδεν ὁ Θεὸς καὶ κρίνει. Τούτοις τοῖς πίστεως λόγοις καὶ ἑτέροις πλείοσιν ἀπέσκηλεν αὐτῇ ὁ Ἅγιος ποτήριον οἴνου κατὰ τὸ μητρὸς αὐτῆς, λέγων· Λάβε τοῦτο, καὶ πίε, καὶ αὐτῆς πρόθυμος πιούσης, ἠθέτησεν ἑαυτὴν κεφιθεῖσαν εἰς ἅπαν ἐκ τῶν συνεχόντων αὐτῇ ἀφορήτων πόνων· εἶτα ἔξυπνος γενομένη, ἀνεθορεν ἐκ τοῦ κοίτης αὐτῆς, μηδὲ τὴν τυχοῦσαν παρακλυσιν ἐν τῷ σώματι ἔχουσα, καὶ τῷ Θεῷ δοξολογίας φωνὰς ἀναπέμπουσα. Συμμίξασα ἑαυτὴν μετά τινος Ἐλευθέρας πρεπούσης τε λίαν καὶ κατὰ τὸν βίον ἐνδόξου, γυναικὸς ὄσης τῶν ὑπερεχόντων, ἦλθε πρὸς τάφον τοῦ Ἁγίου, δύθετος τοῖς οἰκείοις τοῖς ποσὶ βαδίζουσα· καὶ μὴ δυνηθεῖσα εἰσελθεῖν ἔνδον, καὶ ἀνακλιθῆναι διὰ τὸ κωλύεσθαι ὑπὸ τῶν οἰκετῶν τοῦ Ἐλευθέρας, ἔξω πρὸ τῶν θυρῶν, ἐν τῷ μικρῷ σπηλαίῳ ἑαυτὴν κατακλίνασα ἀφύπνωσεν. Ἐπισὰς αὐτῇ ὁ Ὅσιος, ἐφώνησεν αὐτὴν τρίτον, λέγων· Λεοντία, οὐκ ἀπέσταλά σοι κατὰ τὸ μητρός σου ποτήριον οἴνου, καὶ πῖσα γέγονας ὑγιής; Ἡ δέ φησιν· Ναὶ δέσποτα Ἅγιε. Ἀλλὰ μικρὸν τὴν κεφαλήν ἀλγῶ. Τότε ἅψεται τοῦ κεφαλῆς αὐτῆς, λέγων· Ἴδε ὑγιὴς γέγονας· ἄπελθε ἐν εἰρήνῃ εἰς τὸν οἶκόν σου. Καὶ ὅτως ὑποθερμανθεῖσα ἅπαν τὸ σῶμα. Διὸ χαιρομένη, καὶ μεγάλως εὐχαριστήσασα, πάλιν ἀφύπνωσεν. Αὐτίκα δὲ ἐφίσταται αὐτῇ γυνὴ, περιβεβλημένη στολὴν λευκὴν, λέγουσα. Λεοντία, σοὶ πεποίηκεν ὁ ἅγιος θεός σου· ὅλην ταύτην τὴν νυκτὶ εἰσῆλθεν αὐτὴ ἡ μεγιστάνα εἰς τὴν τοῦ Ἁγίου μονὴν ῥυπῶσα ὅσα, καὶ ἐμίανεν τὸν ἅγιον οἶκον· σὺ δὲ πορεύου ἐν εἰρήνῃ.

94 Ὁ ἀνωτέρω προμνημονευθεὶς Σάβας ὁ εὐλαβέστατος μοναχὸς, πίστει ἀδιακρίτῳ τῇ πρὸς τὸν Ὅσιον φερούσῃ, λαβὼν οἵσπερ εἰώθει ὑποβαίνειν ὁ Ἅγιος τοῖς ποσὶν, ξύλινα ἀναχῶν μαλακὰ ὄντα καὶ μετρία, πάντοτε προσέφερε μεθ' ἑαυτοῦ. Ὑπό τινων μοναχῶν οὖν Πηλαίκης ὑποσαλεὶς ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ὄρεσι πρὸς τὸ ἐργάζεσθαι πίσσαν, συνέβη τινὶ τῶν ἐκεῖσε ποιμανθέντων πνεῦμα πονηρὸν εἰσδεῖναι, καὶ τρέπειν ἐν τῇ γῇ δεινῶς σπαράσσειν· εἶτα ἐν τοῖς ὄρεσι ἐλαύνειν πρὸς τὸ τάχιον ὀπολέσαι. Τρέπων οὖν οἱ συμποιμένες θεασάμενοι, καὶ προέλυπον πρὸ αὐτοῦ γινόμενοι, δήσαντες ἀσφαλῶς ἤγαγον ἐν τῇ ἰδίᾳ μάνδρᾳ. Ὁ δὲ μοναχὸς Σάβας ἰδὼν τὰς ἀτάκτους ὁρμὰς τῶν δαιμόνων, τὰς δὴ καὶ πέχοντος ἐνεργουμένας, μνήμῃ πεποίηκε τοῦ σεβασμίου ζυλίνου τοῦ Ὁσίου· καὶ τὸν δεινῶς πάσχοντα ἐν γῇ ἀπλώσαντες, καὶ βίᾳ κρατοῦντες, ἐπέθηκαν τὸ σκῦλος ἐν τῷ στήθει αὐτοῦ. Ἤρξατο δὲ ὁ δαίμων ὑπὸ πλεῖον ἀχριᾶν καὶ ταράττεσθαι, καὶ διὰ τοῦ ἀνθρωπίνου στόματος ἀσήμους φωνὰς ἐκπέμπειν, λέγων· ὦ βία· λάβετε ἀπ' ἐμοῦ τὴν χελῶνα Ἠλίου τοῦ μονοχείρου, ἐπειδήπερ δεινῶς με ὑποπιάζει, καὶ ἄχθει αὐτῆς συνθλᾶν τὰ ὀστᾶ μου. Οἱ δὲ συνέχοντες τὸν δεινῶς πάσχοντα, αἰσθόμενοι τὴν τοῦ χάρτος ἐνέργειαν, καὶ τὴν τοῦ δαίμονος χορηγίαν, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ὑπικαθήσαντες, εὐθέως ἀφύπνωσεν· ἐσπέρα δὲ ἦν· ἕωθέν τε ἀνέσχε νήφων τῷ νοὶ καὶ ταῖς φρεσὶν ἀβλαβὴς, πᾶσι λέγων· εὔχεσθέ μοι πατέρες καὶ ἀδελφοὶ· διὰ δὲ τὸ ταχείας ὑπισκιάσεως τοῦ σημειοφόρου πατρὸς ἡμῶν Ἠλίου ἠλευθέρωμαι τοῦ συνέχοντός με, καὶ συνθλίβοντος πονηροῦ πνεύματος. ἄπιε δὲ καὶ ἔτως ἐν τοῖς αὐτοῦ θρέμμασιν, δοξάζων τὸν Θεὸν, τὸν διὰ τῶν οἰκείων αὐτοῦ δούλων ποιοῦντα παραδόξα. Ὁ δὲ εὐλαβέστατος Σάβας ὁ μοναχὸς τὸ μὲν ἓν ἡγιασμένον ξύλινον τοῦ Ὁσίου ἦγαγεν μεθ' ἑαυτοῦ ἐν Συρακούσαις

que lapidis instar in terra immobilis, cœperat quadam nocte apud se cum Sancto contendere, & quasi cum præsente subire judicium, hæc ipsi dicens: Sancte Dei, peregrinos & advenas liberas morbis variis, & me carnali cognatione consobrinam tuam morbo gravi ac diuturno attritam despicis. Videt Deus & judicat. His fidei verbis aliisque pluribus prolatis, misit ipsi Sanctus calicem vini per matrem ejus, dicens: Hoc cape, & bibe. Illa, ubi protinus biberat, sensit se prorsus recreatam ex doloribus intolerabilibus, quibus constringebatur. Deinde è somno evigilans, prosiliebat è lecto suo, & consueta jam carens paralysi corporis, & voces gratiarum actionis ad Deum mittens. Porrò conjungens se cum quadam Eleutera, celebri admodùm & facultatibus clara, cùm uxor esset cujusdam ex eminentibus, profecta est ad sepulcrum Sancti, suis aptè incedens pedibus: cùm autem non posset ad interiora ingredi seque reclinare, quia prohibebatur à famulabus Eleuteræ, foris ante portas in parva spelunca se reclinavit & obdormivit. Tum adstans ipsi Sanctus, tertiò eam vocavit, dicens: Leontia, nonne vini calicem tibi per matrem tuam misi, bibensque facta es sana? Respondit illa: Etiam, Sancte Dei: attamen capite doleo. Tunc tangit caput illius, dicens: Ecce sanata es; abi in pace in domum tuam. Hinc vigilans, & maximopere gratias agens, iterum deinde in somnum incidit. Statim verò ipsi adstat mulier, candido induta vestimento, dicens: Leontia, bene tibi fecit sanctus patruus * tuus: verùm hac nocte ingressa est in Sancti monasterium mulier illa primaria, quæ sordida est, & contaminavit sanctam domum: tu verò vade in pace.

A. DISCIPULO MONACHO.

* *vel* avunculus

94 Memoratus antè Sabas piissimus monachus, fiduciâ de Sancto inhabitatâ inductus, calceos ligneos, quibus Sanctus incedere consueverat, acceptos, utpote nullius ponderis & exiguos, quòcumque secum ferebat. Missus verò cùm esset à monachis ad locum, Πηλαίκης dictum, situmque in excelsis montibus ad operandum in pice *, contigit ut aliquis ex pascentibus gregem in illo loco corriperetur à maligno spiritu, ac fortiter in terra contereretur: deinde agitaretur in montibus, ut citiùs interiret. Hunc ubi sic affectum viderunt pastores alii, multùm de eo dolentes, securis constrictum vinculis ad propriam duxerunt casam. Itaque Sabas monachus, videns inordinatos illos dæmonum motus per patientem exercitos, recordatus est venerabilis calcei Sancti: tum terribiliter patientem in terra extendentes, & vi continentes, instrumentum istud pectori ipsius imposuerunt. Cœpit igitur dæmon magis sævire & tumultuari, vocesque indecoras per os hominis emittere, dicens: O vim! Tollite à me χελῶνα Eliæ unimani, quandoquidem terribiliter me premit, & pondere suo conterit ossa mea. Illi verò continentes patientem graviter, quòd intelligerent operationem gratiæ, & dæmonis ludos; multo magis illum imponebant: & sic citò obdormivit: nam vespera erat. Manè porrò surrexit mente sobria, & intellectu illæso, omnibus dicens: Orate pro me, patres fratresque: nam celeri obumbratione thaumaturgi patris nostri Eliæ liberatus sum obsidente & conterente me maligno spiritu. Abiit verò sic ad pecora sua, glorificans Deum, qui per servos suos operatur mirabilia. Itaque piissimus Sabas monachus unum quidem è sanctificatis calceis ligneis Sancti secum tulit Syracusas ad

* *Alia miraculum*

* *aut* resina

A. DISCIPULO MONACHO.

monachos ibidem habitantes; alterum verò eumque dexterum attulit ad nos *m*.

patrata

m n

95 .... *n* .... Continuò igitur monachus è somno excitatus, admiransque mutationem repentinam, è lecto suo prosiluit integrè sanatus, neque nigrorem qualemcumque habens in corpore, ita ut assidentes eumque custodientes, miraculo perculsi, etiam dicerent: Nunc agnoscimus, ex portis mortis Deum per Sanctos suos reducere illos, qui ipsum invocant. Hæc mihi narravit ipse, qui passus est, glorificantem per glorificatum glorificans.

per aquam,

96 Uno adhuc tantùm relato miraculo, finem faciam narrandi. Joannes venerabilis admodùm & celeber sacerdos, qui à multis temporibus cum uxore sua continenter & castè vixit, habitans in castello Turturum, filiam habet viro nuptam: hæc autem, liberis jam ex eo genitis, judicio Dei, cuncta utiliter ad erudiendum nos disponentis, lunari traditur dæmonio, quo ipsa post corpus humi elisum miserèque contritum mente & intellectu omnino privabatur: deinde saltu ex terra se relevans, ac feræ intractabilis instar exasperata, tota ferebatur impetu ad infantes suos,

B

seu gladio, seu lapide, seu igne occidendos. Verùm hujus genitores cum ipsius conjuge & vicinis continebant validis constrictam vinculis, donec ad naturalem intelligentiam rediisset. Sic igitur ad longum tempus patiente muliercula, ejusque amicis vehementer dolentibus, tandem inaudierunt de Sancti venerando calceo ligneo. Tunc ipsius genitor sine mora pedes se dat itineri, humumque lacrymis rigans, me minimum deprehendit, lacrymisque perfusus veneranda ligna à nobis postulabat, ut ea ablueret, ac terribilia patientem potaret. Me verò memorante, nihil me habere, nisi ligneum Sancti instrumentum; respondet vir Dei amans: Sanè, pater, illud ipsum est: de illo enim audivi multa miracula esse facta. Tunc prolatum ipsi trado unà cum theca, dicens eidem: Jurejurando te obstringo per eum, qui corda scrutatur, ut non tangat illud vir ullus, qui habet uxorem: tu verò, ut sanctitatis amans, & orationi ac psalmorum cantui perpetuò vacans, eâdem horâ, quâ operabitur dæmon, cum reverentia firmaque fide instrumentum ablue, illâque aquâ graviter patientem asperge & pota: & videbis sequentem sanationis gratiam: nam omnia possibilia sunt

C

credenti, dixit Dominus. Sic diligenter regressus, & tempore operationis dæmoniacæ decenter omnia & ordine peragens, effecit ut muliercula mane inconcussa staret suis pedibus insistens, neque in terram dejiceretur, neque mente alienaretur: non appropinquante ad illam maligno spiritu ab illa hora in posterum.

cui impositus erat

97 Cùm eo miraculo raptus esset in admirationem pius sacerdos, & aliam quoque mulierem, mutam ex ventre matris, de illâ ipsâ aquâ sacrâ bibere fecisset, illa, aperto ore suo, confestim Deum laudavit.

ligneus Sancti calceus.

98 Simili modo ubi etiam mulierem, quæ die jam decimo octavo jacebat sine somno & sensu, ex illa gustare fecisset, ipsamque eâ asperssisset, continuò illa in somnum incidit: sanata verò Sancti obumbratione, surrexit & illa tamquam è somno, excussa infirmitate. Hæc igitur miracula ubi viderant ejusdem castelli incolæ, maximo abrepti stupore, conati sunt sanctificatum calceum ligneum forti manu apud se detinere. Deinde postquam tales horrendis simul juramentis & imprecationibus per-

τοὺς ἐκεῖσε μοναχούς. Τὸ δὲ ἕτερον, ὃ καὶ δεξιὸν, ἀνήγαγε πρὸς ἡμᾶς.

D

95 ... Εὐθέως ἓν ὁ μοναχὸς ἐξυπνῳ ῥωμένῳ, καὶ τὴν ἀῤῥόαν μεταβολὴν εἰς ἑαυτὸν θαυμάσας, ἀνέθορεν ὑγιὴς ὅλος· μηδὲ τὴν τυχοῦσαν μελάνωσιν ἐν τῷ σώματι ἔχων, ὥστε τοὺς παρακαθημένους, καὶ τηροῦντας αὐτὸν τῷ θαύματι καταπλαγῆναι καὶ εἰπεῖν. Νῦν ἐγνωμεν ὅτι ἐκ πυλῶν ᾅδου ἀνάγει Θεὸς διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ τοὺς ἐπικαλουμένους αὐτόν. Ταῦτά μοι ὁ παθὼν διηγήσατο, τὸν δοξάσαντα δι' αὐτοῦ δοξασθέντων δοξάζων.

96 Ἑνὸς δὲ μόνου θαύματος ἐπιμνησθεὶς, τέλος ἐπιθήσω τότε τῷ διηγήματι. Ἰωάννης ὁ πάνυ σεβάσμιος, καὶ περιβόητος ἱερεὺς, ὁ ἐκ χρόνων ἱκανῶν σοφροσύνῃ καὶ ἁγνείᾳ συζῶν μετὰ τῆς ἰδίας συζύγου, καὶ τὴν οἰκείαν ἔχων ἐν τῷ κασελλίῳ Τερτύρων, αὐτός τε γυναῖκα ἔχων ἀνδρὶ σωφρονεῖσαν· καὶ τέκνα ἐξ αὐτοῦ ἔχουσι, κείσει Θεὸς, ἅπαντα συμφερόντως πρὸς σωφρονισμὸν παιδεύοντος, σεληναίῳ δαίμονι παραδίδοται, ὃς μετὰ τὸ καταῤῥάξαι τὸ σῶμα ἐν τῇ γῇ καὶ δεινῶς συντρίψαι, ἠλλοίωτο καὶ τὰς φρένας αὐτῆς εἰς τὸ παντελὲς. Εἶτα ἐκ τῆς γῆς ἅλματι ἐκπηδῶσα, καὶ δίκην ἀπηθασμένου θηρίου ἀγραυλούσης πᾶσαν τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο τοῦ ἀνελεῖν τὰ ἑαυτῆς βρέφη, εἴτε διὰ ξίφους εἴτε διὰ λίθου, εἴτε διὰ πυρός. Οἱ δὲ ταύτης γνήσιοι σὺν τῇ αὐτῆς συζύγῳ, καὶ τοῖς γείτοσιν δεσμοῖς ἰσχυροῖς αὐτὴν δεσμοῦντες κατεῖχον μέχρι ἧς ἐν ταῖς καταφύσιν φρεσὶ ἐγεγόνει. ὅτου δὲ ἐπὶ χρόνοις ἱκανοῖς τοῖς γυναικὸς πάσχοντος, καὶ τὰ αὐτῆς σφόδρα πενθόντων, ἀκουσὸν αὐτοῖς ἐγένετο περὶ τοῦ σεβασμίου ξυλίνου τοῦ Ἁγίου. Τότε ὁ γνήσιος μὴ μελλήσας πεζοπορῶν, καὶ τὸ ἔδαφος τοῖς δάκρυσι βρέχων, τὴν ἡμῶν καταλάμβανε μετριότητα, καὶ τοῖς δάκρυσι συγχυθεὶς, τὰ σεβάσμια ξύλα παρ' ἡμῶν ἠτεῖτο πρὸς ἀποπλύναι, καὶ τὴν δεινῶς πάσχουσαν ποτίσαι. Ἐμὲ δὲ διαμνημονεύσαντα μηδὲν τοιοῦτον ἔχειν, εἰ μὴ τὸ ξύλινον σκῦφος καὶ Ὁσίου· ἀποκρίνεται ὁ θεοφιλὴς λέγων· Ναὶ πάτερ, τοῦτό ἐστιν· καὶ γὰρ περὶ αὐτοῦ πολλὰ παράδοξα ἀκήκοα γεγονέναι. Τότε ἐξενέγκας δίδωμι αὐτῷ σὺν τῇ θήκῃ, αὐτῷ λέγων· Ὁρκίζω σε κατὰ τοῦ ἐπάζοντος καρδίας, μὴ ἅψηται μήτε ἀνὴρ γυναῖκα ἔχων· σὺ δὲ, ὡς φιλάγιος, καὶ τῇ παννυχίᾳ, καὶ τῇ ψαλμῳδίᾳ διηνεκῶς σχολάζων, κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν τοῦ δαίμονος ἐνεργείας φόβῳ καὶ πίστει ἀδιακρίτῳ τὸ σκῦφος ἀποπλύσας, καὶ τὴν δεινῶς ὀχλουμένην, τὸ Ἅγιον ἐπικαλούμενος, βαπτίσας πότισον, καὶ ὄψει τὴν ἐπακολουθοῦσαν χάριν τοῦ ἰάσεως· πάντα γὰρ δυνατὰ τῷ πιστεύοντι, ὁ Κύριος εἴρηκεν. Οὕτως ἐν σπουδῇ ἀποστρέψας, καὶ τῇ ὥρᾳ τοῦ δαίμονος ἐνεργείας διόλου πάντα, καὶ κατὰ τάξιν ποιήσας, ἔστη τὸ γύναιον ὄρθιον καὶ ἀκρίδαντον οἰκείοις ποσὶ καλῶς πεπηγὸς, μήτε εἰς γῆν κατενεχθὲν, μήτε τὴν νῦν ἀλλοιωθὲν, μὴ προσεγγίσαντος αὐτῇ πονηροῦ πνεύματος ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, καὶ ἐπέκεινα.

E

F

97 Τότε τῷ θαύματι καταπλαγεὶς ὁ θεοσεβὴς ἱερεὺς, καὶ ἕτερον γύναιον ἄλαλον ἐκ κοιλίας μητρὸς ὂν ἐξ αὐτοῦ εὐλογηθέντος ὕδατος πιόντας, ἀνοῖξαι τὸ στόμα προχέρμα τὸν Θεὸν εὐλογεῖ.

98 Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν ἐπὶ ὀκτωκαιδεκάτην ἡμέραν ἄὕπνον κατακειμένην καὶ ἀναίσθητον, ἐξ αὐτοῦ γεύσασθαι ποιήσας, καὶ βαπτίσας, εὐθέως ὕπνῳ συνεχέθη· ῥωσθεῖσα δὲ τῇ ἐπισκιάσει τοῦ Ἁγίου, ἀνέστη καὶ αὐτὴ ὥσπερ ἐξ ὕπνου, τὴν νόσον ἀποναξαμένη. Ταῦτα δὲν ἐωρακότες τὰ παράδοξα οἱ τὸ αὐτὸ κασέλλιον οἰκοῦντες, καὶ λίαν καταπλαγέντες, ἐβούλευσαν χειρὶ κρατεῖν τὸ ἡγιασμένον ξύλινον παρ' ἑαυτοῖς διακατέχειν. Εἶτα ὁμοῦ ὁρκοις φρικτοῖς, καὶ ἀραῖς αὐτὲς τὲς τοιέτες διὰ γραμμάτων

κα-

A καταμείνοντες, βαστάσας ὁ αὐτὸς πάλιν ὁ διλαβέσατος ἱερεὺς Ἰωάννης, χαίρων καὶ ἀλαλάζων, καὶ τοῖς οἰκείοις ποσὶ βαίνων, ἤνεγκε πρὸς ἡμᾶς, τὸν Θεὸν μάρτυρα καλῶν λεγομένης περιβαλλόμενος, ὅτι ἐν μιᾷ καιρῷ ῥοπῇ τὸ τρίτον γύναιον τῆς τρίτης μάστιγος τῆς νόσου λελύτρωται.

99 Τούτοις ἓν πᾶσι τοῖς θείοις καὶ ὁσίοις κατορθώμασι καὶ σημείοις, ὥσπερ τινὶ κέντρῳ τὴν καρδίαν τρωθεὶς, μᾶλλον δὲ πόθῳ καὶ θείῳ ἔρωτι τῷ πρὸς αὐτὸν τὴν ψυχὴν πτερωθεὶς ὁ ἀπαίδευτος ἐγὼ, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ ἀμαθὴς καὶ μέτριος, τὰ καθ' ἑαυτὸν μέτρια δυσεβῶς παρελθὼν ἐν τοῖς ἐμπρὸσθεν αὐτοῦ ἀλόγως, καὶ ταπεινῶς τὴν ἐγχείρησιν ἐποιησάμην, αἰτῶν πάντας τοὺς ἐγκύπτοντας τοῖς λεγομένοις, εἴ τίς τινα ἐν τούτοις αὐγὴν ψυχωφελῆ φέρων θεάσοιτο, τῷ χορηγῷ τῶν ἀγαθῶν, καὶ τῷ Ἁγίῳ τὴν εὐχαριστίαν ἀποδιδότω, ἡμῖν δὲ συγγνώμην αἰτησάτω καὶ τὴν τῆς ἐγχειρήσεως μόνην ἀντάμειψιν. Ἀλλ' ὦ τοῦ χοροῦ τῶν Ἁγίων ἀγγέλων συνόμιλε· ὦ τῶν μακαρίων πόνων καὶ καμάτων τὸ θεῖον φῶς ἀπόλαυσιν εὐρηκὼς· ὦ τῶν ἑσπερίων φαινότατα ἥλιε, ἐπανατείλεις ἡμῖν τοῖς ἐν σκότει τῶν παθῶν διάγουσι τὸ ἀΐδιον ἐκεῖνον καὶ θεῖον φῶς, καὶ νῦν μὲν τὴν τῶν παθῶν διαλύων νύκτα, καὶ τὰς ἐπηρτημένας ἡμῖν παντοτε περισκοπὰς, νῦν δὲ τῶν B δαιμόνων ἀποῤῥαπίζων ἐσμὸν, ὁπηνίκα τὸ βίου περιῶμεν κλυδώνιον. Ὦ φωστὴρ φωστήρων, καὶ ποιμὴν ποιμένων· μὴ ἐπιλάθῃ τῆς νεολέκτου σου ταύτης καὶ θείας ποίμνης, ἀφ' ἧς πολλὰ κεκοπίακας, τῶν τε λογικῶν σου προβάτων, δι' ὧν καὶ τὴν ψυχὴν τέθηκας, καὶ μυστικῶς τὸ αἷμά σου τῇ τῶν δακρύων πλημμύρᾳ ἐξέχεας, ὅπως τῷ ἰσίῳ τῆς πρεσβείας σου καὶ ἡμεῖς διαπλεύσαντες τὸ πολυμέριμνον τοῦ βίου πέλαγος, εἰσέλθωμεν εἰς τὸν ἴδιον λιμένα τῆς ἀναπαύσεως, τὸν τὴν θείαν σου καὶ ἐτήσιον μνήμην πιστῶς πανηγυρίζοντας, καὶ παννύχιον ὑμνῳδίαν ἐπιτελέσαντας, καὶ ἐν παντὶ τόπῳ τοῖς τὴν μνήμην σου ἑορτάζουσι βασιλείας οὐρανίου σαῖς λιταῖς τυχεῖν ἀξίωσον ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ Κυρίῳ ἡμῶν, μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ καὶ Υἱῷ σὺν τῷ παναγίῳ πνεύματι δόξα καὶ μεγαλοσύνη εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

litteras condemnaveramus, idem piiſſimus ſacerdos Joannes pignus illud iterum geſtans, gaudens exultanſque & pedibus ſuis incedens, ad nos attulit, Deum dicti ſui teſtem allegans, mulierem tertiam tertio morbi flagello liberatam eſſe unico temporis momento. A. DISCIPULO MONACHO.

99 Hiſce igitur omnibus Sancti præclaris operibus & ſignis, tamquam ſtimulo quodam in corde vulneratus, magis verò deſiderio & divino in ipſum amore quaſi animæ alis elatus, indoctus ego opereque & ſermone imperitus ac puſillus, propriam menſuram piè negligens, inconſideratè & humiliter ſuſcepi provinciam de rebus ipſius ſcribendi, rogans omnes ſcripta mea conſpicientes, ut, ſi quis in illis lucem aliquam animæ utilem habere ſe videat, Datori bonorum & Sancto agat gratias; nobis verò veniam poſtulet, unicum ſuſcepti muneris præmium. Verùm O chori ſanctorum angelorum ſodalis! O felicium dolorum & laborum præmium, divini luminis fruitionem conſecute! O Sol Occidentalium clariſſime! Exoreris nobis in caligine paſſionum degentibus æternum illud & divinum lumen; & nunc quidem paſſionum noctem irruenteſque nobis perpetuò tentationes diſcutiens; nunc verò dæmonum turmam percutiendo abigens, quando undoſum vitæ pelagus trajicimus. O Luminare luminarium, & Paſtor paſtorum! Ne obliviſcaris hujus recenter electi & divini gregis tui, pro quo multùm laborâſti, & rationalium ovium tuarum, pro quibus etiam animam tuam poſuiſti, & lacrymarum exundatione ſanguinem tuum myſticè fudiſti, ut & nos per hujus vitæ mare curis plenum navigantes velo legationis tuæ in tranquillum requiei portum ingrediamur, qui divinam annuamque memoriam tuam fideliter celebramus & nocturnum pſalmorum cantum perficimus. Illis quoque, qui memoriam tuam quocumque in loco celebrant, ut tuis orationibus regnum cælorum conſequantur, exora in Chriſto Jeſu Domino noſtro, quocum Patri & Spiritui ſancto gloria & majeſtas in ſecula. Amen. *Epilogus auctoris ad lectores & ad Sanctum.* E

ANNOTATA.

a *Fortè legendum eſt* Rhaphes: *ſatis enim nequeo diſtinguere, an in apographo ſit* Ροφὴς *an* Ραφὴς.

C b *Biographus ſomniis illorum, qui ſanati ſunt, referendis magis ſe occupavit, quàm erat neceſſe. An ſomnia illa fuerint divina, nolim definire. Certè energumeni & ægroti, qui ad Sancti opem confugiebant, ſpe ſanationis impetrandæ erant imbuti, indeque fieri poterat, ut multa ſomniarent minimè cohærentia. Quapropter non quidem dubito, quin biographus ſomnia illa naraverit, prout intellexerat ex iis, qui ſomniaverant: attamen viſiones, apparitiones, revelationeſque divinas fuiſſe, non facilè aſſeruero. Nam credibilius mihi apparet, ſanationes, quæ narrantur ſomni tempore obtentæ, verè quidem Sancti patrocinio fuiſſe impetratas, ſive ante ſomnum ſive in ſomno ipſo, ſed pleraque illa inſomnia ortum habuiſſe ex iis, quæ laborantes antea mente & cogitatione verſaverant.* F

c *Hìc procul dubio intelligendus eſt vicus aut oppidum Melicucca, quod vicinum eſt monaſterio* S. Eliæ.

d Marathon *vetuſta eſt civitas Græciæ in Attica, nunc vicus* Marathona *dictus.* Marathon *quoque dicitur mons Atticæ regionis, teſte Ortelio & aliis. Potuit ibidem Georgius vitam eremiticam inchoare, indeque venire ad monaſterium S. Eliæ: nam ibi videtur habitâſſe, dum dentium dolore liberatus eſt. Verùm Latinus interpres habet, Georgium habitâſſe* in civitate, quæ Malachia vocatur. *Id mendoſum eſſe ſuſpicor: at locus ſic ſaltem eſt minùs certus.*

e *Videri poſſunt mox dicta ad lit.* b.

f *Hìc pauca haud dubiè omiſſa ſunt in apographo meo Græco, quo fit ut phraſis nequeat eſſe perfecta. Petrus ille memoratus eſt num.* 81.

g *Nimirum puer hic erat filius Petri presbyteri, morti ex graviſſima infirmitate propinquus, & à patre ad ſepulcrum allatus, ut habet interpres Latinus, ſupplens ea, quæ omiſſa dixi in apographo Græco. Sanatus eſt ille puer, Petro orante, ac deinde in ſomno varia videnti.*

At

A. DISCIPULO MONACHO.

At ea rursum in apographo Græco sunt omissa : neque ea somnia tanti facio, ut lubeat ea huc D
transferre ex Latino interprete, præsertim cùm hic ea soleat pro arbitrio augere.

Post hoc miraculum alia quædam subduntur ab interprete Latino, de quibus nihil in apographo nostro Græco, in quo totum codicis folium prætermissum existimo. Hæc itaque compendio hùc transcribo. Duæ sanctimoniales ad hujus beati viri (*Eliæ*) venerunt sepulcrum, manus habentes aridas, quarum una sanata est oratione, altera oleo lampadis, quæ ad ipsum sepulcrum ardebat. *Ita interpres, qui sequens etiam subjungit. Joannes quidam paralysi manûs & brachii carebat usu, quem recipit ad* S. Eliæ *sepulcrum. Præterea puella vici Burciani viginti annis, & ab utero matris cæca, à parentibus ad sepulcrum ducta, visum ibidem recepit.*

h *Quemadmodum præcedentia, ita quoque initium hujus miraculi prætermissum est in apographo Græco. Illud apud interpretem ita habet, ut compendio subjungo. Quidam Stephanus, servus Nicolai, vir antea robustus, sive à dæmone vexatus fuerit, ut tradit interpres, sive phrenesi captus, vestibus se exuerat, & stagnum aliquod erat ingressus. Deinde ibi manebat nudus, donec jussu heri sui fuerit extractus. Hinc vi frigoris pessimè erat affectus, carebatque manuum ac pedum usu. Ductus igitur est ad sepulcrum* S. Eliæ, *ubi contigerunt illa, quæ in Vita sequuntur.*

i *Credidit saltem se vigilare & vigilantem vidisse omnia. At imaginatio eorum, qui tam malè affecti sunt & exhausti, sicut ipse fuisse traditur, non multùm differt à somniantis imaginatione, & facilè deluditur. Id certum credo, sanatum fuisse evidenti miraculo, quidquid sit de visione & sanationis modo.*

k *An omnia, quæ hic scriptor operationi dæmonis attribuit, revera à maligno spiritu ortum habuerint, aliorum esto judicium. Nam aliqua videntur æquè oriri potuisse à causa naturali. At, si revera fuerint mala naturalia, saltem Sancti patrocinio sublata sunt.* E

B l *Vox Græca* χελῶνα, *ut est in apographo, fortasse corrupta est; sed aliam nequeo satis certò substituere, quia dæmon calceo ligneo Sancti nomen ridens imposuit. Hinc fortè legendum* χελώνιον, *fortè* χέλυν, *fortè etiam vox incorrupta est in apographo. Id certum est, voluisse dæmonem, ut ligneus Sancti calceus amoveretur; sed videtur illum aut* Lyram *vocâsse, fortè à strepitu incedentium ligneis calceis, aut alio eum nomine ludens designâsse.*

m *Post verba data sequitur,* Γλαφίων ὁ μοναχὸς, *id est* Hilarion monachus. *Verùm ita corrupta est sequens periodus, ut nequeam distinguere, utrùm illæ voces pertineant ad antecedentia, an ad sequentia. Si spectent ad antecedentia, Hilarion calceum illum, à Saba acceptum, ad monasterium suum retulit : quod aliàs ab ipso Saba est factum.*

n *Majorem hujus miraculi partem prætermisi ob menda nimis frequentia, quæ partim poteram corrigere, at non omnia, quia voces haud dubiè aliquot omissas adverti. Verumtamen mirabilem historiam compendio huc facilè transferam. Conon monachus per montem valde excelsum transibat, rediens ad monasterium suum. Ibidem verò à dæmone percussus dicitur in capite & facie, ut mox* fuliginis instar nigresceret, *domumque veniret* vix spiritum ducens, *ubi ab aliis monachis exceptus est* habitu & voce destitutus. *Deinde, monente Vitale monacho, calceum ligneum Sancti imponunt aquæ, ex eaque bibendum dant infirmo Cononi. Hic verò post haustam aquam citò in somnum incidit, somnioque videt* Eliam, *qui sanitatem promittebat, ac evigilans sanum se deprehendit. Nolui adjuncta omnia somnii recensere, quia solam sanationem attentione dignam existimo, non verò somnia ægrorum malè cohærentia.*

DE B. MERBODO AUT MARBEDONE PRESBYTERO ET MART. F

C

IN PAGO ALBERSCHWENDE PROPE BRIGANTIAM IN GERMANIA.

J. S.

SYLLOGE

De cultu, gestis, morte & miraculis.

CIRCA AN. MCXX.

Beatus hac die annuntiatus, ideoque nunc dictus, licèt aliâ obierit;

NOtitia de B. Merbodo *ad majores nostros jam delata est ab anno* 1640, *sed nomine nonnihil mutato : nam in litteris, quibus primùm nobis innotuit, vocatur* Marbedo seu Marbetto, *in notitiis posterioribus* Merbodus seu Merbotto. *Cum hisce nominabo* Merbodum, *quia auctori illarum hac in re magis confido, utpote cùm hic ejusdem abbatiæ, cujus Religiosus fuit* Merbodus, *tunc esset Prior. Martyrologi passim omnes* S. Merbodum *prætermiserunt. Inter illos, quorum Martyrologia habemus, unicus est Castellanus, qui ad hanc diem de Beato nostro sic meminit :* In diœcesi Constantiensi ad Rhenum, S. Marbedonis monachi, per sceleratos occi-

occiſi. *Non erat ratio aliqua particularis, cur hac potiùs quàm alia die* B. Merbodum *annuntiaret Caſtellanus, niſi fortè ipſum voluerit ſubſtituere in locum* Marbodi *Redonenſis epiſcopi, quem hodie memorat Sauſſayus, quemque ob cultûs defectum noluit commemorare, ut in Prætermiſſis obſervavi hodiè. Certè Papebrochius noſter notitiam acceptam de* B. Merbodo *ad hunc diem repoſuit, quia* Marbodus *Redonenſis eo die annuntiabatur, exiſtimans ejus occaſione agi poſſe de Beato ſynonymo, cujus feſtivitas nulli eſt affixa diei, & cujus diem mortualem tunc ignorabat. Hinc conjicio, notitiam illius Beati Caſtellano hinc fuiſſe communicatam. Quidquid ſit, ſequar Caſtellanum, licèt* Merbodus *alio die obierit, & dabo hodie, ſervato temporis ordine, quidquid de Beato nobis innotuit.*

AUCTORE J. S.

illuſtri genere ortus dicitur,

2 *Daniel Peldner Societatis Jeſu presbyter priorem de Beato notitiam anno* 1640 *ad Bollandum noſtrum Conſtantiâ perſcripſit. Alteram priori in pleriſque conſonam anno* 1731 *ad Sollerium noſtrum miſit Reverendus admodum Pater Apronianus Hueber, Prior cœnobii Augiæ Majoris Brigantinæ, in quo* B. Merbodus *monaſticam profeſſus eſt vitam. Laudatus Pater Prior de Beati natalibus ita orditur:* B. Merbodus, ſeu Merbotto, ex illuſtriſſima & antiquiſſima comitum Brigantinorum progenie ortus, in ipſo ætatis flore monaſticem Benedictinam in monaſterio Augiæ Majoris Brigantinæ profitetur. *Peldnerus de ſtirpe mentionem non facit, ſed ita habet:* Circa annum Chriſti Salvatoris noſtri MCXXX vixit in Augia Brigantina, monaſterio Ordinis S. Benedicti ad lacum Acronianum, S. Marbedo ſeu Marbetto, monachus & presbyter, orationi ſanctiſque aliis vitæ ſolitariæ exercitiis impensè deditus. *Franciſcus Petrus in Suevia eccleſiaſtica, agens de monaſterio Brigantino pag.* 199, *conſentit de illuſtri progenie* Merbodi, *ita ſcribens:* Anno MXCVIII, dum Udalricus comes Brigantii novam monaſterio huic Brigantino religioſorum virorum coloniam immittit ex aſceterio Petruſiano deſumptam, rara vitæ ſanctitate inter cœnobitas Brigantinos ſingulariter emicuit B. Marbotto ſive Marbottus presbyter, cœnobii hujus monachus, & memorati comitis Udalrici germanus frater.

B

C

fratremque habuit & ſororem ſanctitate vitæ præſtantes:

3 Traditione namque majorum conſtat, tres olim uno eodemque tempore vixiſſe homines Sanctos, ex eodem patre eademque matre progenitos, videlicet Diedonem, Marbottum, & Hiettam: qui, ut Deo liberiùs ſervire poſſent, ab invicem disjuncti in tres diverſas nemoris Brigantini partes commigrârunt, Diedo in Andelſpuch, Hietta in Schwarzenberg, Marbottus verò cum licentia ſui abbatis in Alberſchwendi. *De fratre & ſorore hîc memoratis conſentiunt ambo adjutores noſtri mox memorati. Verùm Peldnerus nomina leviter immutat, ita de iis loquens:* Habuit hic Marbetto fratrem carnalem B. Dietum, qui in majori eccleſia pagi Andelſpuoch ſilvæ Brigantinæ quieſcit; & ſororem B Hittam eremitam, quæ in parochiali eccleſia Schwarzenbergenſi prædictæ ſilvæ ſepulta jacet. In quibus eccleſiis multis olim claruerunt miraculis. *Hueberus Prior eoſdem memorat his verbis:* Habuit B. Merbodus germanos, fratrem B. Diedonem eremitam, qui in Andelſpuech, & ſororem B. Hiltam virginem, quæ in Schwarzenberg, eccleſiis parochialibus monaſterio Brigantino incorporatis requieſcunt, ambos tam à ſanctitatis famâ, quàm à miraculorum gloria illuſtres. *Hæc igitur de fratre & ſorore Beati ſatis certa videntur, præſertim cùm & alium teſtem, hiſce antiquiorem, adducturus ſim inferiùs. At non auſim aſſerere, tam eſſe certa, quæ de ſtirpe traduntur: nam neque anonymus infrà allegandus de ſtirpe quidquam tradidit. Quod ad ætatem ſpectat, allegati ſcriptores non omnino conſentiunt; at neque diſſentiunt tam longè, ut nequeat dici, Beatum noſtrum floruiſſe ſeculo* XII *ante medium.*

4 *De poſteriori vita & beata morte* Merbodi *Franciſcus Petrus ita proſequitur:* Ubi (*in Albenſchwende*) cùm piis operibus ſanctiſque exercitiis inſiſteret, tantam à Domino conſecutus eſt gratiam, ut etiam martyrii demum laureolâ nobilitatus, ibidemque reconditus, in noſtra uſque tempora decoratus effulgeat miraculis. *Peldnerus noſter de his paulò plura ſcribit hoc modo:* Ubi dum verſatur (*in monaſterio videlicet*) ardere cœpit deſiderio multas Deo lucrandi animas. Impetratâ licentiâ, pagum Alberſchwendi in ſilva Brigantina excolendum ſuſcepit; ubi etiam verbo & exemplo multos homines ad regnum cælorum Chriſtianè efformavit. Rudolphus Udalrici Rhetianorum & Brigantiæ comitis filius, à B. Marbedone presbytero admonitus, ad cultum divinum promovendum, lubens volens monaſterio Brigantino Alberſchwendam, parochiam nemoris Brigantini præpotentem, cum omnibus ad eam pertinentibus juribus, prædiis ac bonis *dedit* (*ut habet etiam Bruſchius in in Monaſteriis Germaniæ fol.* 3, *unde hæc exſcripta ſunt.*) Apud quem Marbedo ob morum vitæque integritatem ac ſanctitatem zelumque animarum magno loco erat.

monachus dein & parochus egregius

E

5 Hic Marbetto, dum probum parochum agit, multaſque Deo animas lucratur, ab impiis latronibus crudeliter fuit trucidatus. A fidelibus in ſua parochia Alberſchwendiana honorificè tumulatus, multa miracula facere incepit, cæcis viſum, paralyticis greſſum, aliiſque ægris, ſepulcrum ejus inviſentibus, reſtituit ſanitatem. Noſtris adhuc temporibus claret miraculis, quæ ad ejus ſepulcrum fiunt. A Sede quidem Apoſtolica in Sanctorum canonem non eſt relatus, habitus tamen ſemper fuit ab Alberſchwendianis & vicinis pro Beato, & adhuc habetur: eumque ut beatum Martyrem religiosè venerantur. *Hueberus, reliqua breviùs memorans, de cultu plura habet, ita ſcribens:* Inde Sacerdos factus, in Alberſchwende, anterioris ſilvæ Brigantinæ pago, ſanctiſſimum juxtà ac vigilantiſſimum parochum eò uſque agit, donec ab impiis, qui divinum ejus, quo in ſcelera ſceleratoſque detonabat, zelum ferre non poterant, circa annum Chriſti MCXX nodoſo fuſte crudeliſſimè mactatus, martyr occumbit x Calend. Aprilis, quo die in pervetuſto monaſterii Brigantini Necrologio legitur.

à ſicariis occiditur: ſepultura:

F

6 Ejus ſacrum corpus in ſacello, parochiali eccleſiæ vicino, quod à B. Merbodo nomen habet, ſepultum, quot diana fidelium, etiam aliunde & proceſſionaliter adventantium, devotione colitur. Sepulchro, quod nonnihil elevatiùs in medio ſacelli ex lapidibus conſtructum eſt, ſuperimpendet fuſtis (*quo cæſus eſt, opinor*) laminæ incluſus. Ipſe verò glorioſus Martyr creberrimis in hodiernum uſque diem claret miraculis, veluti hinc inde appenſa anathemata palam faciunt. Ad dextrum ſepulturæ latus majori in tabella legitur ſequens inſcriptio: "In „hoc tumulo requieſcit glorioſum corpus S.

cultus, miracula,

AUCTORE J. S.

„ Merbodi martyris & monachi ex monaſterio „ Brigantino, qui circa annum Chriſti MCXX in „ hoc locò Alberſchwendi parochus fuit, & uſ„que hodie à Domino Deo magnis illuſtratur „ miraculs. 1 Cæci vident. 2 Captivi apud Tur„ cas redimuntur. 3 Claudi ambulant. 4 Cuidam „ viduæ ſua avena per interceſſionem S. Merbo„ di à grandine præſervatur. 5 Ad obitum cu„ jusdam ſutoris, S. Merbodo ſingulariter de„ voti, omnes campanæ, nemine movente, „ conſonant. 6 Paralytici ad attactum fuſtis ſa„ nantur. 7 Dolores capitis per impoſitionem „ terræ, à ſepulchro S. Marbodi deſumptæ, „ mitigantur. 7 Frumenta & pecora à graviſſi„ mis infirmitatibus liberantur."

etiam recentiora : Beati titulus ipſi debitus :

7 *Laudatus adjutor noviſſima deinde adjunxit* de B. Merbodo martyre, per cujus interceſſionem, *inquit*, præter plurès alios noviſſimè R. D. Jacobus Atterich ſacellanus & beneficiatus in Dorenbierem ab imminente ſibi cæcitate, & quidam è famulis perilluſtris domini baronis à Deuring in Neühauſen ac Mitelweierburg à ſurditate ſua miraculosè liberatus fuit.

B *Hactenus Hueberus, ex cujus dictis abundè conſtat de cultu qualicumque* Merbodi, *cui titulus* Beati *ſine ſcrupulo attribui poteſt, imò & martyris, cùm credatur occiſus in odium religioſæ libertatis, quâ ſubditos ſuos à peccatis deterrere conatus eſt. Porrò cultum* B. Merbodi *non fuiſſe nimis recentem, diſcimus ex Catalogo Sanctorum diœceſis Vindonenſis & Conſtantienſis, edito apud Piſtorium tom. 6 Scriptorum rerum Germanicarum à pag. 719 uſque ad 722, ubi abſolutus dicitur anno 1519. Nam ibi de Beato noſtro hæc leguntur :* S. Marbetto, aliàs Merbott, presbyter conventualis monaſterii Brigantini, cujus corpus in Alberſchwendi ſylvæ Brigantinæ, ubi miraculis claret, ſummo habetur in honore. D

at hunc fratri & ſorori ipſius necdum tribuere audemus.

8 *Additur ibi de fratre & ſorore Beati noſtri :* S. Dietus, prædicti Marbettonis frater carnalis, in majori eccleſia Andelſpuoch dictæ ſilvæ corpore cubat. S. Hilta heremita, dictorum fratrum ſoror, in parochiali eccleſia Swartzenberg præfatæ ſilvæ. *Attamen, cùm de cultu horum duorum ſufficientia indicia non invenerim, à titulo* Beati *pro hiſce hactenus abſtinendum credidi ; donec quis evidentiora ſuggerat ſufficientis cultus argumenta. Miratus ſum me nihil de hoc Beato Ordinis Benedictini reperire potuiſſe in Annalibus Benedictinis Mabillonii.* E

DE S. SPERANDEA VIRGINE ABB. CINGULI IN PICENO

C. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Locus & dies cultûs immemorialis : memoria in Martyrologiis recentioribus : Vita mutila, Hymnus Miſſæ, miracula authentica edenda : ſcriptores neoterici, qui de ipſa meminerunt.

C AN. MCCLXXVI, VEL MCCLXXVII *Cinguli cultu immemoriali colitur*

Cingulum, indigenis Cingoli *dictum, vetuſta Piceni in Marchia Anconitana florenſque rerum opulentiâ ac incolarum ſplendore civitas, in ſatis amœno colle inter Auximum & Septempedam, Æſium & Tolentinum, media ſedet, teſte Nicolao Coleto in Appendice ad Italiam ſacram Ughelli, col. 58, & 66, ubi monet, illud in Auctario Lexici Geographici* Oppidulum *perperam appellari, docetque epiſcopatu olim condecoratum fuiſſe, qui deinde Auximati unitus eſt. Hæc civitas inter tutelares ſuos numerat* S. Sperandeam *virginem, Ordinis Benedictini Religioſam ac abbatiſſam, cujus incorrupto corpore gloriatur, eamque antiquo ac immemorabili multiſque miraculis divinitus confirmato cultu venerata eſt, qui ſeculo* XVII *in dubium revocatus ſtrenuéque vindicatus, etiam illuſtrior evaſit, & hodiedum viget. Totius rei ſeriem* § V *exhibebimus, eâdemque operâ de legitimo ac immemoriali Sanctæ cultu conſtabit, ideoque de eo probando deducendoque hîc abſtineo.*

2 *Interea notâſſe ſuffecerit, Sanctam ex communi quidem Cingulanorum ſententia die* XI *Septembris ad cœlos emigrâſſe ; feſtum tamen ipſius Dominicâ* I *ejuſdem menſis, incertum à quo tempore, quotannis Cinguli celebrari, ob inſigne quoddam beneficium eo die ejuſdem patrocinio impetratum. Aiunt enim, dum Cingulani cum Æſinis litigarent, jamjamque armis decertaturi eſſent, Cingulanas matronas ad* S. Sperandeam *ſupplices concurriſſe, eoque factum, ut eodem die, poſitis mirabiliter odiis, adverſæ partes in concordiam conſenſerint, ac Cingulani diem illum ſanctæ Protectrici ſuæ perpetuò ſacrum eſſe voluerint. De quo quidem bello paceque divinitus pacta Sequentia, ſive hymnus in Miſſa Sancta cani ſolitus ſic meminit :* F *Dominica 1 Septembris : at obiit die* XI *ejuſdem menſis,*

Cingulanis & vicinis
Arma tollis, & ruinis
Populorum ſubvenis.

3 *Satis mirari nequeo, Virginem hanc miraculorum gloriâ cultuque percelebrem, Benedictinis martyrologis penitus ignotam eſſe, cùm tamen de Benedictina illius profeſſione omnes, qui de eâ ſcripſerunt, auctores meritò conſentiant.* *quâ à nonnullis martyrologis*

A *tiant. Ex martyrologis Philippus Ferrarius eam primus ſacris Faſtis inſcripſit : ac primò quidem in Indice ad Catalogum Sanctorum Italiæ ſic habet :* S. Sperandia virgo Cingulana, XI Septembris. Corpus ibidem ; *at in ipſo Catalogo nullum de ea elogium, nulla memoria exſtat, fortè quia ejuſdem Acta ad ipſius notitiam non pervenerant. Erravit tamen, ſi à patria* Cingulanam *appellârit ; nam Eugubinam eſſe, infrà apparebit. Idem in Catalogo generali Sanctorum ad hunc pariter diem Septembris de ea ſic meminit :* Cinguli in Piceno, ſanctæ Sperandiæ Virginis. *Laudat deinde in Obſervationibus eccleſiæ Cingulanæ tabulas, Vitamque ejus typis editam, monetque feſtivitatem ipſius non hâc, quâ obiit, die, ſed Dominica* 1 *Septembris, ut etiam ſuprà diximus, Cinguli celebrari ſolêre.*

4 *Denique in Topographia Martyrologii Romani, ad vocem* Cinguli *notat :* 1 Septembris Serandia V. *Duplici haud dubiè mendo, in die ſcilicet ac Virginis vocabulo. Ferrarium ſecutus Arturus in Gynæceo ſacro, ad diem* XI *ait :* Cinguli in Picœno, ſanctæ Sperandiæ, virginis eximiæ virtutis ac perfectionis. *Unicus eſt* B *Caſtellanus, qui in Martyrologio ſuo univerſali Religioſæ Virginis Profeſſionis mentionem faciat ;* Cinguli, *inquiens,* in Marchia Anconitana, S. Sperandea virgo, Religioſa ſub Regula S. Benedicti ; *quam quidem ipſi meritò adſcribi, ex dicendis conſtabit. Ceterùm Sanctæ nomen à nonnullis* Sperandia, *ab aliis* Sperandea, *ac in uno Ms. noſtro conſtanter* Spera in Deo *ſcribitur : at ſecundo modo in præcipuis inſtrumentis, hymnoque, in Miſſa dici ſolito, legitur, ideoque eum retinendum putavimus : tertio modo in unico illo Ms., nec dubium, quin perperam, reperitur.*

annuntiatur.

5 *Dolemus ſanè, genuina hujus ſanctæ Virginis geſta ad nos non perveniſſe ; ſive quòd ea numquam litteris mandata ſint, ſive quòd aliquo caſu perierint, vel alicubi in tenebris etiamnum latitent. Genuina, inquam ; nam quæ de ipſa circumferuntur Acta, pro ſinceris univerſim habere non poſſumus, ac præterea mutila ſunt, ut mox videbimus. Eamdem jacturam vel veterum negligentiam clariſſimus vir Titus Franceſchini, utriuſque juris doctor & civitatis Firmanæ in* C *Anconitana Marchia capitaneus, nobiſcum deplorat in præfatione, quam Vitæ Italicæ, anno* 1602 *ſuâ operâ Firmi editæ, præfixit ; ubi etiam ex fama ſuſpicatur, Acta olim ſcripta incendio periiſſe. Præterea aſſerit, nihil à ſe prætermiſſum diligentiæ, ut ex* S. Sperandeæ *monialium tabulariis, quidquid ea de ejuſdem geſtis ſervare poterant, in lucem educeret, ſed præter mutilam Vitam Latinam, ac aliam quamdam metricam, nihil à ſe repertum eſſe.*

Vita edenda

6 *Proſaicæ Vitæ Latinæ auctore anonymo geminum exemplar Ms. habemus, alterum ab altero nonnihil diſcrepans, ſed utrumque æquè mutilum & ineptiis conſperſum. Nam in primis horum alterum perbrevem prologum habet, in quo annus Sanctæ natalis adſcribitur ; aliud non item. In priori eadem* Sperandia, *in ſecundo* Spera in Deo *vocâtur ; verùm hoc ultimum ex deſcribentis ingenio, vel difficili Ms., quod præ oculis habuit, charactere factum puto. Stylus etiam in primo emendatior recentiorque apparet ; cetera conſonant ; ita ut non dubitem, quin hic à recentiore quodam nonnihil politus ſit. Neutrum, ſed utrique tamen ſimile, præluxiſſe videtur Franceſchino : non primum ; quia diſerte affirmat, tempus, quo Sancta vixerit, in proſaica Vita Latina non memorari, quod in primo Ms. noſtro fieri diximus : non etiam ſecundum ; quia ex ſuo exemplari quædam refert, quæ in utroque noſtro deſiderantur. Non multùm tamen ab utroque noſtro diſcrepâſſe exemplar Franceſchini, liquet ex rerum ſerie, quæ in omnibus quoad reliqua eſt eadem, & in fine æquè mutilata. Ceterùm ego ſecundum Ms., quod mihi vetuſtius apparet, excudam, ſed pro* Spera in Deo, Sperandea *ſcribam, & ubi quid notatu dignum in altero Ms. occurrerit, inter Annotata lectorem monebo.*

mutila eſt,

AUCTORE C. S.

7 *Porrò utrumque Ms. noſtrum ſanctæ Virginis nativitatem, propenſumque à primis annis ad omnium virtutum exercitationem, ac tenelli præſertim corpuſculi caſtigationem, animum initio exponit. Deindè clandeſtinam à parentibus fugam, ductamque in pauperrima cella ſeu tugurio auſteram vitam enarrat ; quæ omnia in tenera virgine mirabilia quidem ſunt, ſed fidem tamen non ſuperant, nec carent exemplis. Poſt hæc ad frequentes viſiones divertitur, ſed ineptas & anilibus fabellis ſimiles, quæque cujuſdam malè feriati cerebri commenta videntur.* E *Deinde non pauca miracula ab ipſa, dum viveret, patrata ſubjunguntur, ac denique, nullâ factâ de ceteris ejuſdem geſtis obituve mentione, ſequuntur miracula poſt mortem facta ; quæ cùm ex authenticis inſtrumentis tranſſumpta ſint, & propterea alium à biographo auctorem habeant, à Vitæ ſeparanda duxi, & in Appendice unà cum aliis exhibenda. Laudatus Franceſchinus nonnihil ſuſpicatur, memoratam Vitam, eò quòd initio, ut ait, ac fine careat, ab ipſa Sancta conſcriptam eſſe ; ſeu potiùs quædam piè geſta ad poſterorum utilitatem ab eadem litteris mandata fuiſſe : verùm ego credere malim, Vitam illam à quodam imperito compilatore concinnatam eſſe, in eamque ab eo congeſtum, quidquid de Sancta quocumque modo & auctore acceperat.*

& exiguæ auctoritatis, miracula authentica :

Vita metrica qualis : hymnus Miſſæ & miracula edenda :

8 *Acta metrica à Franceſchino laudata non habemus ; ſed cùm ipſe teſtetur, ea in ſtrophâ* 112 *ducentis poſt Sanctæ obitum annis compoſita dici, ac præterea ſcriptorem ignorantiæ arguat, ea parva jactura eſt. Præter recenſita exſtat apud eumdem Franceſchinum* Sequentia (*ſive hymnus*) in Miſſa canenda in feſto ſanctæ Sperandeæ ſcripta Thomiſtico more, *eamdemque Ms. ad Majores meos tranſmiſſam habeo, in qua vitæ ſeries ac miracula recenſentur. Hujus auctor, quiſquis ille fuerit, ſuprà memoratam Latinam Vitam ſecutus fuit, ideoque hymnus ille non majoris, quàm illa auctoritatis eſt. Quia tamen res geſtas ſatis concinnè exhibet, eum poſt Vitam edendum cenſui. Denique varia miracula à notariis coram teſtibus authenticè excepta habemus, quæ in Appendice de Miraculis, ex Italico Latinè ſubjiciemus.* F

ſcriptores neoterici.

9 *Inter neotericos Vitam Sanctæ Italico ſermone conſcripſit jam ſæpe laudatus Titus Franceſchinus, annoque* 1602 *Eminentiſſimo Cardinali Antonio Mariæ Gallo dicatam, Firmanis, ut diximus, typis vulgavit ſub hoc titulo :* Hiſtoria vitæ glorioſæ S. Sperandiæ, ~~protectri~~cis terræ Cinguli. *Is ſcriptor hinc inde criſim adhibet ; verùm ſæpe etiam monialium monaſterii* S. Sperandeæ, *in quo hæc vixit, & ejuſdem corpus ſervatur, traditionibus plus æquo indulget, quemadmodum non ſemel obſervabimus.*

AUCTORE C. S.

mus. De eadem etiam agit Horatius Avicenna in Monumentis Cingulanis, & fusiùs Ludovicus Jacobillus de Sanctis Umbriæ tom. 2 ad diem XI *hujus mensis Septembris.*

§ II. Sanctæ patria Eugubium: S. Ubaldi soror perperam credita, fortè fuit soror B. Sperandei: ejus annus natalis & emortualis: Benedictinum institutum, probabiliter in Congregatione B. Sperandei susceptum.

Eugubii nata est;

UTrumque Vitæ exemplar sanctam Virginem nostram Eugubii, quod Pontificiæ ditionis in ducatu Urbinate episcopalis civitas est, natam esse tradit; atque ita tenent moniales S.
B Sperandeæ, *consentientibus omnibus Cingulanis, teste Franceschino, qui id tamen in dubium forsitan revocâsset, ut inquit, nisi id ipsum in instrumento quodam anno* 1278, *die* XI *Septembris, id est uno alterove post Sanctæ obitum anno, per Golzonem confecto, reperisset. Consonant etiam Eugubini, ut mox videbimus. Parentes ejus nobiles fuisse & ex familia Sperandeorum, asserit Jacobillus, suprà laudatus, quam abhinc septuaginta à tempore, quo scribebat, annis Eugubii exstinctam fuisse simul affirmat: at Franceschinus ob rationes infrà dandas de familia dissentit.*

cum S. Ubaldi sorore

11 *Eodem teste, memoratæ moniales cum Cingulanis asseverant,* Sperandeam *nostram S. Ubaldi episcopi Eugubini sororem fuisse; verùm eam opinionem ipse meritò rejicit; non quia S. Ubaldus nullam, ut perperam existimavit, sororem habuit; sed quia tempus, quo uterque floruit, id non patitur. Sanctus enim ille Eugubinus antistes anno* 1160, *sancta verò* Sperandea *nostra anno primùm* 1276 *vel* 1277 *vivere desierunt, quemadmodùm ibidem rectè observat. Unde tamen ea opinio nasci potuerit,*
C *accipe. Papebrochius noster ad diem* XVI *Maji Acta S. Ubaldi illustrans, pag.* 651 *ex vetustis instrumentis per eruditissimum Vincentium Armanni ipsi communicatis, de illius familia inter cetera hæc recitat:* Paci viro suo præfato peperit Prudentia duos filios, Rovaldum & Ubaldum. Rovaldus genuit D. Ubaldum episcopum Eugubinum, & Sperandiam, mulierem pariter pientissimam. *Rursus pag.* 653, *num.* 65 *scribit, in quodam instrumento, quod* Diurnum *vocat,* Sperandiam S. Ubaldi sororem SANCTAM *dici.*

à nonnullis perperam confunditur.

12 *Ex hac utriusque nominis conformitate factum puto, ut sanctam Virginem nostram S. Ubaldi sororem fuisse crediderint: unde & laudatus Papebrochius monet, eadem ex causa videri sibi, titulum* Sanctæ, *quæ alteri cognomini, nostræ scilicet, Virgini debetur, Sperandiæ, S. Ubaldi sorori, per errorem adscriptum esse; quin etiam suspicatur, Sperandiam hanc matrimonio junctam fuisse, ex eaque descendisse illum, quem sanctus antistes tamquam* parvulum nepotem suum, filium scilicet nepotis sui, à *Frederico Ænobarba* humiliter petiit, D
& absolutè recepit, *ut in ejusdem Sancti Vita pag.* 634, *num.* 17 *narratur. Sunt, qui* S. Sperandeam *nostram per patrem ex Sperandeorum, per matrem verò ex Baldassina S. Ubaldi familia ortam velint, atque ita largo quodam modo hujus Sancti sororem dici potuisse existiment. Id ipsi faciunt scilicet, ut Cingulanorum memoratam opinionem cum Eugubinorum, de qua mox, sententia concilient; verùm id sine solido fundamento divinare est.*

Probabile est, eam fuisse sororem B. Sperandei,

13 *Apud Eugubinos traditio circumfertur, eam ex Sperandeorum, ut suprà diximus, familia natam, Beatique Sperandei sororem fuisse. Ita discimus ex libello supplici, quem Cingulani sæculo* XVII, *dum legitimus Sanctæ cultus ab episcopo Auximano in dubium revocaretur, pro probando ejusdem cultu conscripserunt, quique* § 5 *recensebitur. In hoc enim dicitur, juxta Eugubium quamdam ecclesiam esse, supra cujus altare effigies beatissimæ Virginis Mariæ in medio, ad dexteram verò S. Antonii ac B. Sperandei, ad sinistram S. Ubaldi beatæque* Sperandeæ *in muro ab immemorabili tempore depictæ spectantur, atque infrà* E
scriptum legi: Hæc fuit domicilium beatorum Sperandei, Januariæ & Sperandeæ, hodiedum protectricis Cinguli. *Deinde in eodem libello additur:* Dictæque civitatis incolæ asserunt, ... publicè dici, B. Sperandeam Eugubii ex familia Sperandeorum natam & sororem esse prædicti B. Sperandei, cujus corpus in monachorum Olivetanorum templo S. Petri istius civitatis honoratur; beatæ verò Sperandeæ corpus servari, honorarique Cinguli, cujus loci protectrix est; atque hæc esse publica & notoria, ut diserte fidem facit G. *Littera hæc instrumentum aliquod indicat, quod unà cum libello supplice Sacræ Rituum Congregationi Cingulani exhibuerunt.*

ut ostenditur:

14 *Hæc Eugubinorum opinio verisimilior est, quàm quæ Sanctam Ubaldi sororem facit; nihilque occurrit, quod obstet, quo minus vera sit, ut paucis ostendo. De B. Sperandeo Majores mei ex defectu instrumentorum, cultûsve notitiæ, non meminerunt; sed de eo agit Jacobillus tom.* 1 *de Sanctis Umbriæ ad diem* XV *Januarii; Januariam verò, de qua Jacobillus ad* XVII *Januarii, non satis de cultu edocti, inter Prætermissos ad diem* XXVI *Martii retulerunt:* F
utrique in Supplemento Operis nostri forsan locus dabitur. Interim, quæ è re nostra sunt, ex Jacobillo delibemus. B. Sperandeus, patriâ Eugubinus, cum Januaria, quam conjugem duxerat, virginitatem mutuo consensu servâsse dicitur, eâque Ordinem S. Augustini amplectente, in S. Petri monasterio Eugubii Benedictinam Regulam professus esse, ac deinde quamdam congregationem, quæ ab eo dicta fuit, seu reformationem induxisse, ac denique circa annum 1261 *defunctus esse. Januariam idem scriptor anno* 1293 *obiisse statuit; at Secundus Lancellottus Historiæ Olivetanæ lib.* 2, *cap.* 50 *ex quodam Ms. hujus obitum anno* 1308 *dilegat, quod suo loco erit inquirendum. At quisquis è duobus rectiùs edixerit, liquet assignatum tempus minimè obstare, quominus Sancta B. Sperandei soror esse potuerit, & in eadem domo Eugubii cum illo habitare.*

ipsius nobilitas valdè incerta.

15 *Franceschinus de Virginis nobili prosapia ceteris consentit, sed propterea ex aliâ quàm* Spe-

A *Sperandeorum familia natam ſuſpicatur. Ait enim, ſe à nepote ſuo comite Gabriële Gabrielli, viro, ut præmiſerat, antiquitatis ſtudioſiſſimo, monitum fuiſſe, inter veteres nobilium familias Sperandeam non memorari; Sanctam verò noſtram nobilem fuiſſe ſuaderi ex eo, quòd ejuſdem parentes eam ob humilem abjectamque vitæ rationem, quam terrena nobilitas ac ſuperbia non patiatur, acriter fuerint perſecuti. Verùm ſi præter hanc pro aſſerenda* S. Sperandeæ *nobilitate aliam rationem non proferat, nihil efficit; cùm etiam mediocris fortunæ plebei homines hujuſmodi vivendi normam, qualem Sancta tenuiſſe dicitur, in liberis ſuis frequenter ſoleant improbare. Ceterùm in utroque Ms. Vitæ noſtro exemplari nulla de ipſius nobilitate fit mentio, ſed tantùm* Eugubii ex honeſtis parentibus orta *dicitur. Nolim tamen ego eam ex Sperandea familia natam, aut Sperandei ſororem fuiſſe certò affirmare, cùm utriuſque nominis affinitas eam opinionem potuerit introduxiſſe.*

B *Nata eſt circa annum* 1216, 16 *Annum, quo Sancta nata ſit, unum dumtaxat Ms. in prologo hiſce verbis adſcriptum habet:* Deus omnipotens, qui ab æterno prædeſtinavit electos, & per temporum ætates diſpoſitione mirabili, Spiritu ſuo exornat cælos, anno ab orbe redempto MCCXVI Eccleſiæ firmamentum ſidere præfulgenti perornavit; illa ſiquidem tempeſtate prodiit in lucem B. Sperandia *&c. Sunt quidem hæc cujuſdam recentioris verba; verumtamen ex anno Sanctæ emortuali, ſupremaque, in qua obiiſſe creditur, ætate colligimus, ea non longè à vero aberrare. Etenim moniales, teſte Franceſchino, aſſerunt, eam ætate ſexaginta annorum obiiſſe, eamque ætatem, inquit ipſe, ſacrum ejuſdem corpus, mirabili incorruptione integritateque conſpicuum, præfert. Jam verò eamdem anno* 1276 *vel ad ſummum* 1277 *denatam fuiſſe oſtendemus; cui numero ſi* 60 *vitæ annos ſubduxeris, ad annum* 1216 *vel* 1217 *pervenies, quo propterea in lucem edita dicenda eſſet, ſi certiora quàm monialium teſtimonia, corporiſque jam ultra tria ſecula, dum Franceſchinus ſcribebat, demortui indicia, quæ haud dubiè in aliquot annis poſſunt fallere, pro ſuprema ejuſdem ætate haberemus. Malo igitur cum Jacobillo feliciſſimum* S. Sperandeæ *ortum ad annum circiter* 1216 *cum aliqua annorum utrimque latitudine referre.*

C *mortua ante annum* 1278, 17 *De emortuali anno ſilet Vita Ms., quæ, ut monuimus, mutila eſt, nec de morte quidem meminit. Franceſchinus cap.* 1 *ſcribit, eam ab auctore Vitæ metricæ ſtrophâ* 109, *anno* 1278, *diei* XI *Septembris illigari; verùm ipſe ab hac opinione meritò diſſentiens, contendit, eumdem anno* 1276 *aſſigendum eſſe. Certè Sanctam ad annum* 1278 *non pertigiſſe, ex variis inſtrumentis manifeſtè evincitur, ſi ipſa, ut omnibus in confeſſo eſt, die* XI *Septembris ad cælos avolârit. Hæc enim partim anno* 1277, *partim* 1278, *etiam ante præcitatum menſem, confecta ſunt, aguntque de miraculis poſt Sanctæ obitum ad ejuſque* ſepulturam *vel* arcam *impetratis. Inſtrumenta hæc infrà in Appendice de miraculis recenſebimus, ideoque hîc pauca dumtaxat ex uno & altero delibabimus.*

ſcilicet die XI *Septembris anni* 1277 18 *Primum ſic habet:* In Dei nomine amen. Anno Domini MCCLXXVII, Indictione ſexta, Apoſtolica Sede vacante. Actum Cinguli in monaſterio beatæ Sperandeæ, die XVI Septembris. *Ex hiſce notis chronologicis liquet, annum* 1277 *rectè ſcriptum eſſe; nam hujus anni die* XVI, *vel* XVII, *(ut legit Franceſchinus,) currebat Indictio* VI, *vacabatque Sedes Apoſtolica per mortem Joannis XXI aliàs XXII, à menſe Majo ejuſdem anni defuncti, cui Nicolaus III eodem anno menſe Novembri primùm ſuffectus eſt. Porrò in hoc inſtrumento coram teſtibus aſſerit domina Caroſella, filium ſuum paralyticum,* ad B. Sperandeæ ſepulturam *delatum, incolumitatem adeptum fuiſſe. Itaque ſi Sancta die* XI *Septembris obierit, ut Vitæ metricæ auctor cum ceteris omnibus admittit, dicenda eſt ante annum* 1278 *vivere deſiiſſe.* AUCTORE C. S.

vel potiùs 1276, 19 *Quod autem nec ad hunc uſque annum Sancta vitam produxerit, oſtendit Franceſchinus ex ſimili inſtrumento, anno* 1278, *die* XVI *Octobris conſcripto, in quo ait à Grana, uxore Thomaſini de Monte-Turris aſſeverari, hujus filiam Bernarducciam, cùm ultra decem menſes graviſſima infirmitate, ex qua loquelam amiſerat, conflictata fuiſſet, & ejuſdem Granæ filium, Andream nomine, poſt gravem dierum viginti morbum, anno tum proximè elapſo, menſe Auguſto, promiſſâ ad* S. Sperandeæ *ſepulcrum candelâ, ſanitate donatos eſſe. Hinc, inquam, laudatus ſcriptor concludit,* S. Sperandeam *menſe Auguſto anni* 1277 *defunctam jam fuiſſe, cùmque ejuſdem obitus diei* XI *Septembris ab omnibus illigetur, eum ad annum* 1276 *referendum eſſe. Nec immeritò ita diſſerit, ſi laudatum inſtrumentum eo, quo ipſe interpretatur modo, revera ſe habeat.* E

ut quidam 20 *Sed dubitare me jubet utrumque Ms. noſtrum, in quo eadem quidem quoad ſubſtantiam, at non cum iiſdem adjunctis narrantur. Inſtrumentum hoc habes in Appendice num.* 15 *& ſeq., verùm pro præſenti controverſia aliqua ex eo hîc recitanda ſunt.* Domina Gratiana, uxor Thomaſſini de Monte-Turris, aſſerit, ... Bernardutiam ejus filiam anno proximo præterito, Auguſti menſe in gravem morbum incidiſſe, quo duorum menſium ſpatio detenta fuit, & eo deducta erat, ut vix loqui poſſet. Affirmat etiam, Andream ejus filium eodem toto ferè menſe gravi ægritudine affectum fuiſſe. Quare cùm omnem ſpem in Deo locâſſet, in eoque ſummopere confideret, eum vehementer rogavit, ut ſuorum filiorum incolumitati conſulere vellet, beatæque Sperandeæ ſe ſuoſque filios commendavit, eam obſecrans, ut apud Deum intercederet, & hujuſmodi gratiam ac beneficium impetraret: quod Dei benignitate aſſecuta eſt; nam ejus filii ab ægritudine, quâ detinebantur, omninò liberati fuerunt. *Ita utraque copia noſtra.* F

probabilius 21 *Ex iis autem nihil certi ſtatui poteſt, niſi fortè quòd* Sperandea *die* XVI *Octobris anni* 1278, *quo inſtrumentum ſignatum eſt, jam obiiſſet, ut ſuadet titulus* Beatæ *additus. Nam primò incertum eſt, utrùm Bernarduccia menſe Auguſto, an Septembri exeunte, vel ineunte Octobri, ſanata fuerit. Poſtremum ſenſum præferunt inſtrumenti verba, quibus* Auguſti menſe in gravem morbum incidiſſe *dicitur*, quo duorum (*non decem, ut habet Franceſchinus*) menſium ſpatio detenta fuit. *Priori favent, quæ de Andrea ſubduntur: nam cùm hic* eodem toto ferè menſe gravi ægritudine affectus, *ac deinde ſanatus dicatur, videtur utriuſque ſanatio ſecundùm hæc* eodem menſe, Auguſto, *ut præmiſſum fuerat, contigiſſe, ac propterea*

AUCTORE C. S.

dicendum esse, Bernarducciam jam secundo mense laborâsse, dum mense Augusto, ingravescente morbo, tandem prodigiosè convaluit. Verùm hoc etiam supposito, necdum certò statuere licebit, eam anno 1276 *obiisse; cùm in verbis adductis nulla de obitu vel sepultura, promissove aut oblato ad eam dono fiat mentio; & mater illa liberos suos vivæ Virginis precibus commendare, per easque eorumdem sanitatem impetrare potuerit.*

statuunt.

22 *Quia tamen Franceschini instrumentum nostro emendatius esse potuit, eumdemque annum* 1276 *in Ms. catalogo Sanctorum indigenarum, ad Papebrochium transmisso Vincentius Armannus, vir eruditus Eugubinus, & rerum patriæ suæ sagacissimus investigator, pro emortuali pariter assignet, sententiam hanc ut probabiliorem ego quoque amplector. Ad alterutrum autem è duobus, videlicet* 1276 *vel* 1277 *eam perveniisse, suadet scriptorum consensus, quem memorata infráque recensenda instrumenta confirmant. Quippe cùm in his nullum sit anno* 1277 *vetustius, nullumque in iisdem miraculum ante hunc, vel fortè præcedentem annum, per Sanctæ jam demortuæ invocationem factum legatur, omninò verisimile est, eam non ante hos annos obiisse; alioquin enim Virginis sepulcrum, quæ dum viveret, miraculis claruerat, ante id tempus haud dubiè à fidelibus frequentatum ac beneficiis illustratum fuisset.*

B

Fuit abbatissa Ordinis S. Benedicti

23 *De Religiosa* S. Sperandeæ *professione nihil habet Vita Latina; at cùm ea mutila sit, ex ejusdem silentio nihil statui potest. Castellanus, ut suprà vidimus, in Martyrologio universali illam Benedictinis adscribit, idemque faciunt Franceschinus & Jacobillus, qui præterea asserunt, eam monasterii S. Michaelis Cinguli abbatissam fuisse. Huic consonat Vincentii Armanni in suprà laudato Catalogo testimonium, his verbis exaratum.* S. Sperandia fundatrix & abbatissa monasterii S. Michaëlis archangeli, Ordinis S. Benedicti, Cinguli, ubi die xi Septembris anno MCCLXXVI obiit, ejusque corpus servatur; estque loci Patrona. *Monasterium hoc deinde sub* S. Sperandeæ *invocatione floruit, atque eo nomine anno* 1277 *jam cognitum fuisse, liquet ex instrumento illius anni num.* 2 *in Appendice referendo.*

C

in monasterio S. Michaëlis Cinguli,

24 *In eodem sacrum Virginis corpus, mira integritate venerandum, asservatur, Benedictino indutum habitu, legiturque in libello supplice Cingulanorum, pro ejusdem cultu vindicando Sacræ rituum Congregationi oblato, anno* 1497 *veteri, quam tineæ exederant, exutum veste, novâ è panno serico nigro, qui Benedictinarum color est, denuò vestitum fuisse. Benedictino item habitu eam exhibent vetustæ icones in mox laudato libello memoratæ. Eadem etiam Cingulanorum sententia est, qui Benedictinam ipsius professionem, velut minimè dubiam, affirmant. Consonat denique hymnus Missæ jam aliàs citatus, in quo de hoc argumento sic canitur:*

Tibi sanctus Benedictus
Dedit habitum, quo strictus
Ipse priùs fuerat.

verisimiliter sub Congregatione B. Sperandei,

25 *Jacobillus in ejusdem Vita scribit, eam Benedictinum institutum sub Congregatione BB. Sperandei & Santuccia amplexam fuisse.* Hæc Sancta, *inquit*, salutis animæ cupida, atque ita à Deo instructa, post diuturnas preces, a-

D

& sub B Santuccia

stamque pœnitentiam, Cingulum ingressa est, ibidemque circa annum MCCLXV monasterium S. Michaëlis, Ordinis S. Benedicti & instituti ac Congregationis B. Sperandei &... B. Santuccia ædificavit, ibidemque denuò se recluſit, & singulari sanctimoniâ famâque vixit, & propter eam multæ virgines in eodem monasterio sacrum habitum induerunt, quarum ipsa prima abbatissa creata est. Templum ampliavit, multúmque simul cum monasterio exornavit. *Undecumque hæc didicerit Jacobillus, ea ex B. Santuccia Actis, quæ ipse etiam legisse videtur, omnino verisimilia sunt, quemadmodum ostendere aggredior.*

26 *De B. Sperandeo, Congregationis ab eo cognominatæ sub S. Benedicti Regula fundatore, egimus num.* 14: *quam Congregationem inter feminas multùm propagavit B. Santuccia, Sperandeo Sanctaque nostræ synchrona, in cujus Vita ex monumentis & traditione collecta, & ad diem* XXI *Martii in Opere nostro illustrata, ad propositum nostrum num.* 3 *sic legitur:* Inde propagari latiùs cœptum Santucciæ nomen ac Ordinis disciplina: quare anno MCCLXII Sperandia, item Ordinis S. Benedicti monacha, dono dedit Santucciæ oratorium, quod ad portam Perusinam in loco dicto Bulgatiano erexerat. Ubi illa sub S. Mariæ Magdalenæ nomine cœnobium excitavit. *Ad* Sperandeæ *autem nomen Papebrochius ibidem annotavit sequentia:* Fuisse Santucciæ discipulam, evincit monasterium sub ejus obedientia Cinguli per illam erectum anno MCCLXV, ubi usque ad annum MCCLXXVI, XI Septembris sanctè vixit & obiit.

E

congregationis propagatricis

27 *Non dubitavit igitur Papebrochius, quin* Sperandia, *in B. Santucciæ Actis memorata, eadem sit cum nostra, & quin hæc Sperandei Institutum sub Santucciæ disciplina amplexa sit; nec dubitavit Jacobillus, qui eadem de Sancta nostra enarrat. Neque nos dubitamus, quin* S. Sperandea *nostra sese Santucciæ discipulam tradiderit; sive jam tum Benedictinum Ordinem, ut recensita verba præferunt, ingressa fuisset, sive in memorato oratorio seu cella anachoreticam vitam duceret. Hinc simul intelligimus, cur Sancta post traditum Santuccia oratorium suum, circa annum* 1265, *ut notant Papebrochius & Jacobillus, novum parthenonem Cinguli condiderit, vel certè in jam conditum commigraverit, & abbatissa præfecta sit.*

F

disciplina.

28 *Beata scilicet Santuccia, Sperandeæ Congregationis zelosa propagatrix, pluribus in locis cœnobia erigebat, ut ejus Vitam legenti manifestum est. Potuit igitur hanc sanctam Discipulam suam, jam per triennium ferè eruditam destinare, ut ibidem vel recèns exstructo parthenoni abbatissa præesset, vel in olim conditum novæ congregationis instituta induceret. Certiùs tamen hæc asserere auderemus, si in B. Santucciæ Actis omnia monasteria ab hac vel sub ejusdem auspiciis condita recenserentur: verùm cùm ibi enumeratis aliquot, subdatur:* Extat ceterorum monasteriorum catalogus etiam hodie in prædicto S. Annæ (*in urbe Romana*) cœnobio; *ignoramus, an in eo catalogo Cingulanum S. Michaëlis, nunc* S. Sperandeæ, *monasterium recenseatur. Quibus porrò virtutibus sancta Abbatissa in suo Cingulano parthenone præcipuè illuxerit, nusquam reperi.*

A

§ III. Quædam Sanctæ gesta, à Francescchino relata, discutiuntur.

Dicitur porcina pelle, quam à Christo acceperat,

OBscura pariter sunt S. Sperandeæ *ante Benedictinam professionem gesta; nec aliud ex Latinæ Vitæ lacinia habemus, quàm quòd à tenera ætate innocentis corpusculi sui castigationibus mirè intenta, ideóque à parentibus, quibus id vitæ genus non probabatur, pessimè habita, jubente Christo, è paternis ædibus se subduxerit, peregréque profecta, austeram vitam modò in quadam cella, modò in spelunca exegerit, ac pauca alia patraverit, quæ in Vita recensebimus. Francescchinus tamen varia ipsius gesta partim ex suo Vitæ Latinæ exemplari, partim aliunde petita exponit, quæ hoc paragrapho examinanda sunt. In primis cap. 2 Italicè sic scribit:* Spiritus Sanctus mirabiles in ea effectus maturè cœpit operari; quippe cùm novem ætatis annos explêsset, Jesus Christus in sui eam amorem accendit, ostenditque debere illam ex sui amore penitus nudari, modumque pœnitentiæ agendæ revelavit. Cùm enim quadam nocte orationi vacaret, manum suam apprehendi sensit, sibique vestem pœnitentiæ à Christo tradi, quam, abjectâ suâ, libentissimè induit.

induta & cingulo ferreo stricta,

30 *Qualis autem ea vestis fuerit, exponit infrà his verbis:* Ejus habitus fuit è pelle porcina, cinxitque se cingulo ferreo, nulla præterea re induta. *De eodem cilicio per Christum dato hymnus Missæ habet:*

Dedit tibi vestimentum
Pellis suis indumentum,
Zonâ strinxit ferreâ.

Unde verò hæc ipsi didicerint, ignoro: nam in Vitæ exemplari nostro à nono ætatis anno corporis castigationi mirè quidem dedita fuisse & animalium pellibus pro veste *usa, cingulo ferreo se strinxisse dicitur; at de memorata porcini cilicii donatione, per ipsum Christum facta, nulla in ea fit mentio. Juverit ipsa verba recitâsse.* Ipsa verò, *inquit biographus*, cùm Domini nostri Jesu Christi passionem meditaretur, exercebat se in abstinentia & oratione & pauperum charitate, utque corpus in servitutem redigeret, animalium pellibus pro veste utebatur, & cingulo ferreo cingebat se. *Ex hisce sanè verbis prædicta donatio extundi nequit; nec satis constat, utrùm sancta Puella memorato cilicio sub reliquis vestibus usa fuerit, an præter illud nullam aliam vestem gestaverit, ut vult Francescchinus: certè primum verisimilius appareret, Puellaque in paternis ædibus & sub parentum imperio degenti magis congruit. Sed & Hymni verba commodè accipi possunt de morali cilicii donatione, sive de consilio Virgini per Christum dato, aut divinitus injecta mente hujusmodi cilicium induendi. Ad alia progrediamur.*

è paterna domo fugiens,

31 Sperandeam *è paternis ædibus, monente Christo Domino, excessisse, peregréque profectam esse, in Vita Latina traditur. De hac profectione sic scribit Francescchinus:* Vix è patria excesserat, quin prima nocte ingens lumen & immensum splendorem conspexerit, & sibi nuda apparens, alta voce clamando oraverit: quod quidem Deus ita permisit, ut seipsam cum mundo despicere addisceret. Idque optimè exsecuta est; nam ligatis manibus, velataque facie, de loco in locum & de civitate in civitatem procedebat, cinere se conspergens, percutiensque, nec quidquam molestiæ, quæ occurrebat, ferre recusans: atque in hunc modum loca varia, Romam, Callium, Fabrianum, Recinetum, aliaque Italiæ loca, de quibus in Historia Latina fit mentio, peregrinando peragravit.

populum ad pœnitentiam adhortata,

32 *Oportet, Francescchinum hîc denuò aliâ, quàm quâ nos, Vitâ usum fuisse; nam nostra exemplaria aiunt quidem Sanctam cruce armatam divinas in plateis laudes publicè concinuisse; at de insolito illo exhortandi vel peregrinandi modo ne verbo quidem meminerunt. Verba num. 6 Vitæ posita sunt hujusmodi:* Item dum manebat in oratione, ac dicebat, Domine, quid mihi? Et statim ei apparuit crux rubra, sibique dictum fuit: Quod vidisti, aliis ostende. Et sumptâ cruce rubrâ, ibat in civitatem, Dominoque laudes cantabat; multique pueri eam sequebantur. *Numero 4 etiam dicitur* in civitatem quamdam *à Christo missa fuisse; sed omninò incertum est, an non civitas mystica ibidem designetur. Nonnihil tamen ei favet hymnus Missæ, in quo legitur:*

Vultum sanctum tu velâsti,
Et per orbem clamitâsti:
Cur nondum vos pœnitet?

Credibile est, S. Sperandeam *exstirpandis vitiis alicubi allaborâsse, & hosce sanctos conatus per vulgi traditionem, qui mirabilibus gaudet, insolitis istis adjunctis vestitos fuisse.*

ac Hierosolymam, Romamque

33 *Hierosolymam quoque peregrinatam fuisse* Sperandeam, *ex monialium ac Cingulanorum fide tradit Francescchinus, additque eam multas sacras reliquias inde Cingulum attulisse, & ex his aliquot cuidam cruci inclusas suo tempore in summo altari servatas, alias per episcopum Ægidium anno 1560 in principe ara ecclesiæ S. Jacobi collocatas, alias denique minoribus thecis, quas ipse vidit, inclusas in quadam arca depositas fuisse, quæ deinde, ut fama fert, furto ablatæ sint. Ex hac porrò peregrinatione revertentem, ex earumdem monialium testimonio narrat, Romam advenisse, ibidemque à summo Pontifice (cujus nominis non recordantur) visam fuisse, & quia nudipes, qualiter totum istud iter confecerat, multúmque debilitata erat, ab eo cothurnis donatam, quibus uti jubebatur, donec attritas vires confirmâsset.* Atque hi sunt, *inquit*, illi cothurni, quibus in hodiernum usque diem Sancta pedes indutos habet, quemadmodum à Sororibus & universo Cingulo affirmatur.

profecta ejus

34 *Quid de hac Hierosolymitana peregrinatione verum sit, nihil licet statuere: quamvis enim Vita nostra Ms. nihil de hac memoret, mutila illa est, nec quid in reliqua ejus parte, si umquam conscripta fuerit, de ea dicatur, lubet divinare. Vellem tamen, ut alia quàm monialium testimonia, & nescio quam Cingulanorum traditionem Francescchinus adduxisset. Præterea mihi multò probabilius appareat, memoratas reliquias, si à* S. Sperandea *ibidem revera depositæ fuerint, per ipsam vel B. Saluccciam Romæ, ubi hæc alterum erexerat monasterium, impetratas fuisse, quàm à pauperecula Virgine, qualem eam ipse describit, Hie-*

ro-

AUCTORE C. S.

roſalymâ allatas eſſe. Quod de cothurnis, vel qualicumque pedum indumento à ſummo Pontifice Romæ donato additur, fabulam nimiùm redolet, quàm ut ex incerta monialium traditione ſtatim admittatur.

Specus,

35 *Latinæ Vitæ auctor ſeveram Sanctæ pœnitentiam præcipuè celebrans, inter cetera memorat quadraginta dierum jejunia, modò in quadam cella, modò in ſpelunca, tòlerata; ex quibus colligimus, eam vitam anachoreticam aliquando duxiſſe. Cella, cujus meminit, haud dubiè fuit illud oratorium, quod B. Santuccia ab illa donatum num.* 26 *diximus. Speluncam verò Avicenna in Monumentis Cingulanis pag.* 235, *Franceſchinus in Vita, & Jacobillus de Sanctis Umbriæ ad hunc diem, in territorio Cingulano ſtatuunt; & Franceſchinus quidem, qui in ſuo exemplari legerat,* Sperandeam *in quadam* rupe de Citona *hujuſmodi jejunium celebrâſſe, de eo loco hæc ſcribit:* Malim credere, . . . hanc rupem de Citona eſſe ſpeluncam, quam nos S. SPERANDEÆ nuncupamus, in rupe Roſcio inter ſpeluncam ſancti Angeli
B & Montem acutum ſitam.

in qua Sancta habitâſſe dicitur,

36 *Deinde locum his verbis deſcribit:* Hæc ſpecus os uno pede, vel paulò ampliùs, largum habet: intùs cubiculum ſeptemdecim pedibus longum, viginti quinque latum, tredecim altum viſitur. Tres Præterea ſunt minores ceſſus ſaxo inciſi; horum unus, qui camino inſtructus eſt, tredecim pedes altitudine exæquat, octoque pedum ſpatio (*in longum & latum, opinor*) è ſaxo exciſus eſt: alter, in quo dormiebat, ad pedes ſedecim excavatus, octo in altitudinem extenditur: tertius ſpatium quatuordecim pedum continens, octo altus eſt; ex unoque in alium receſſum itur per foramen duobus pedibus ubique largum.

deſcribitur.

37 Dicta verò fuit RUPES DE CITONA, quia prope eam erat fons, CITONA appellatus, qui hodiedum corrupto vocabulo FONS ACITONA, vel ACITOSA dicitur. Nec aliter eſſe poteſt; quia apud Citonam in Etruria nullæ ſunt rupes aut montes, ſed planities; atque adeò S. Sperandeæ ſpecus ipſa eſt rupes de Citona, ſic appellata à prædicto fonte, qui unico baliſtæ jactu ab ea remotus eſt. Aiunt autem, quòd, dum in eo fonte aqua eſt & extra ſpecum ſcaturit, nulla intra eam gutta fluat, dumque intra eamdem apparet, extra hanc nulla pariter
C emanet: quod argumento eſt, eam aquam miraculoſam, & ſoli hujus Sanctæ uſui natam fuiſſe. *Hunc uſque laudatus ſcriptor, qui memoratam ſpecum ipſe fortè luſtravit: quæ verò de fonte narrat, vereor, ne ex populari aliquo rumore acceperit; id enim verbum* aiunt, *quam narrationi præpoſuit, inſinuare videtur; ideoque hæc ex ipſius fide relata ſunto. Verùm non facilè mihi perſuadebit, quod ibidem aſſerit, ſcilicet ſanctam Virginem noſtram in ea ſpecu memoratum jejunium ſine ullo penitus corporis indumento exegiſſe; id enim virgineæ ejuſdem verecundiæ minimè congruit.*

Quædam alia Franceſchini

38 *Alterum præterea prope Spoletum idem ſcriptor locum, in quo Sancta jejunaverit, ex ſuo Ms. memorat, ac alium denique, de quo hæc ait:* Scribitur aliud quadraginta dierum jejunium ſupra cujuſdam defuncti tumulum celebrâſſe, ubi à ſerpentibus multiſque aliis moleſtiis tam vehementer cruciata fuit; ut ſuo corpori malè metuens, toto illius Quadrageſimæ ſpatio ad diſcedendum graviſſimè tentaretur. Verùm hæc glorioſa Bellatrix Domini, victoriæ D
cupida, vicinæ cuidam columnæ ſe alligavit, ibidemque non obſtantibus ſerpentibus, qui forſitan dæmones erant, ceteriſque incommodis, conſtanter perſtitit, donec cœptum jejunium exegiſſet. *Si hæc in ſuo exemplari Vitæ repererit, præplacet mihi noſtrum, in quo ea fabella non habetur, ac multo veriſimiliùs dicitur:* Cùm in quadam cella Quadrageſimam jejunaret, tentabatur pro timore corporis illinc diſcedere; quod ne facere poſſet, ligavit ſe cuidam columnæ. *Nihil hîc de ſepulcro, nihil de ſerpentium vexatione, quæ anilem fabulam ſapiunt, memoratur*

de Sanctæ geſtis

39 *Præter S. Michaëlis monaſterium, cujus num.* 23 *meminimus, etiam S. Marci, Benedictinæ pariter Regulæ parthenonem ipſi paruiſſe, ſæpe laudatus Franceſchinus affirmat; addens, hunc olim in ſuburbio extra portam Montanam Cinguli ſitum, per Malateſtæ Ariminenſis miniſtros poſtea deletum, indéque in oppidum tranſlatum fuiſſe. Loquitur etiam ibidem de quadam moniali, Paula nomine, quam individuam Sanctæ ſociam fuiſſe præmiſerat, &* E
de qua tradit ſequentia: Semper, ut dictum eſt, proficiſcebatur (*negotiorum vel charitatis exhibendæ gratiâ*) cum ſorore Paula; quocirca admodùm miror, nullam ab auctore Vitæ de ea mentionem fieri, cùm hanc Sororem Paulam ſanctimoniales maximè commendent, dicantque, oſſa Sororis Paulæ ad noſtra uſque tempora, cuidam incluſa thecæ, in S. Marci (*monaſterio*) honorificè ſervata, & jam à brevi tempore ablata fuiſſe; quamvis aliæ velint, eadem oſſa in altari dictæ eccleſiæ poſita eſſe, idque ut veriſimilius tenendum eſt. *Hæc ipſe; at mihi illa ſoror Paula æquè ac Latinæ Vitæ ſcriptori, ignota eſt.*

& miraculoſis

40 *Hinc ad miraculum, quod ab eadem Latina Vita abeſt, cap.* 5 *digreditur.* Quodam opus, *inquit*, in monaſterio ſuo fabricari curabat, cùm inſigne illud ceraſorum prodigium intervenit. Etenim dum menſe Januario aliquot cæmentariis, quorum operâ utebatur, cibos appoſuiſſet, & ad hos veſcentes Sancta, utpote plena charitatis, reverſa eſſet, viſura, ſi quid cuperent, quod in ſua eſſet poteſtate, rogavit eos, ſi quâ præterea re indigerent. Cæmentarii, ridendi forſitan causâ, reſponderunt, ſibi nihil præter quatuor ceraſa deeſſe. Quo audito, Sancta ad preces converſa eſt, ceraſaque ab angelo, dum interim omnia nivibus F
rigebant, ad eam prodigioſè delata fuerunt; & ipſa hæc accipiens, ad artifices detulit, qui cognito tam præclaro miraculo, ad Sanctæ pedes proſtrati, veniam precati ſunt.

ceraſis

41 Hæc ceraſa à ſanctimonialibus ſervata, unà cum ſanctiſſimo ejus corpore in arca accluſa fuêre, erantque ibidem noſtra etiam ætate, . . . quâ cum multis aliis reliquiis inde ſublata ſunt; dicunturque hodiedum in urbe Romana ac Ravennate ſervari, per Cardinalem Benedictum Accolto (*Ravennatem epiſcopum & in monaſterium* S. Sperandeæ *munificum, ut notat in margine*) eo delata. *Quibus verò auctoribus hæc omnia aſſerat, ſubjungens, inquit:* Hujus miraculi biographus & ſcriptor Vitæ metricæ non meminerunt; verùm cùm monialium ſeniores omnes, ac univerſum etiam Cingulum, iſtud miraculum una voce celebrent, ſemperque firmiter crediderint, ego illud hîc recenſui; idque eo magis, quòd collo-

cu-

A cutus fuerim cum iis, qui & viderant, & intellexerant ex aliis, qui ceraſa in arca conſpexerant; quódque res pulcherrimæ magnique ponderis ab eo Vitæ ſcriptore fuerint omiſſæ. *De eodem prodigio Hymnus Miſſæ ſic memorat:*

Tu, dum nive tellus albet,
Turbæ reæ, quæ non pallet
Poſcere, das ceraſa.

Ego tamen, ut ſine fundamento relationem illam rejicere non poſſum, ita nec ob memorata teſtimonia pro certa admittere.

42 *Alterum præterea miraculum, biographo Latino æquè ignotum, ab eodem ſubjungitur, quod ejuſdem denuò verbis Latinè hîc exhibeo:* Affirmant, *ait*, Sorores, S. Sperandeam lampadem habuiſſe, quæ, dum ipſa vixit, ſponte ſua, nulloque affuſo oleo, ſemper ardebat, longoque poſt ipſius obitum tempore in ejuſdem oratorio arſit, donec quædam domina, parùm olei ex ea imprudenter depromens, glorioſum ac divinum illud lumen non ſine ingenti omnium monialium luctu fecit ceſſare. Dicitúrque fuiſſe quædam monialis, quæ non
B multis abhinc annis illud ſuſtulit, ut cuidam è ſuis conſanguineis traderet, quemadmodum M. Euangeliſta Fauno meminit ex ſua matre audiiſſe, quæ hujus donationis ſe recordari aiebat. Hæc forſitan illa lampas fuit, quam iſta domina tenebat in ſexta viſione, quæque ipſi fortè data fuit &c.

ac lampade

43 *Ut huic quoque relationi tutò fidem adhibeam, certius, quàm monialium teſtimonium requiro. Agit quidem de donata Sanctæ lampade Hymnus Miſſæ in hunc modum:*

Tibi virgini prudenti
Datur ab Omnipotenti
Lampas indeficiens;

At nemo non videt, lampadem myſticam hîc poſſe intelligi; quales ſcilicet quinque prudentes virgines in parabola, à Chriſto Domino cap. 25 Matthæi propoſita, habuiſſe dicuntur. Unde mihi vehemens eſt ſuſpicio, ex hujuſmodi myſtica lampade, cum qua prudens Virgo noſtra cæleſtem Sponſum exſpectavit, eique obviam exiit, prodigioſam illam lampadem apud memoratas moniales fabricatam fuiſſe. Ceterùm de
C *oblata lampadis viſione, cujus Franceſchinus hîc meminit, ſuo loco in Vita agemus; reliqua verò, quæ ipſe hîc memorat, nec in excudenda Vita leguntur, inter Annotata referemus.*

aſſerta.

§ IV. Cultus ſtatim poſt mortem inchoatus: corpus è loculo in arcam tranſpoſitum, poſt bina ſecula incorruptum reperitur, integrumque perſeverat.

Statim ab obitu culta eſt.

STatim *à feliciſſimo ejus obitu, quem in annum* 1276 *vel proximè ſubſecutum, incidiſſe oſtendimus, à fidelibus piè invocatam, cultamque fuiſſe* S. Sperandeam, *dubitare non ſinunt jam aliàs memorata inſtrumenta de miraculis; & hunc cultum immemorialem legitimèque continuatum eſſe, paragrapho ſequen-*

ti cum Cingulanis probabimus, poſtquam hoc AUCTORE C. S. *§ aliqua de virgineo ejuſdem corpore expoſuerimus. Franceſchinus ſcribit, ſacrum illud cadaver ſubuculâ lineâ à monialibus indutum, veloque capiti impoſito, involutum pallio, ſumma cum veneratione mandatum primùm terræ fuiſſe; at cùm ſepulcrum novis indies miraculis clareſceret, ejuſdem loculum è terra ſublatum, aræ principi impoſitum fuiſſe, donec nova decentiorque theca conficeretur.*

ter apparens artifici, jubet ſibi arcam confici,

45 *Hanc anno* 1278 *factam putat ex eo, quòd inſtrumentum eo anno die* XI *Septembris conſcriptum de Sanctæ* arca *meminerit, cetera autem ante id tempus de* oratorio *dumtaxat &* ſepultura *loquantur. Laudat etiam aliud inſtrumentum anni* 1497, *in quo cùm ejuſdem corpus annis circitèr* 220 *in ea arca quieviſſe dicatur, concludit hanc circa memoratum annum fieri debuiſſe. Multis etiam de ejuſdem artifice diſputat, quæ ſciens prætereo; at modum, quo ad eam fabricandam adductus fuit, ejuſdem verbis juverit expoſuiſſe.* Pro certo, *inquit*, habetur, Sanctam ipſi in ſomnio apparuiſſe, dixiſſeque, ſe in eo loculo malè jacêre; ideo- E que arcam conficeret, cujus ſtructuram eum etiam edocuit. Verùm artifex illud ſomnium parùm curans, quodlibet aliud potiùs, quàm obtemperare meditabatur; quare ipſi ſecundò apparuit, minataque eſt, niſi, quod primò juſſerat, exſequeretur.

in quam ejus corpus è loculo transfertur:

46 Cúmque hic nihilominus opus minimè urgeret; ecce tertiò admodùm terribilis apparens, tam validam ei alapam impegit, ut veſtigia manûs, quæ percuſſerat, ipſius genæ ſemper inhæſerint, alapæque ictus à domeſticis audiretur. Ita affectus, manè ſurgens, monaſterium acceſſit, remque omnem abbatiſſæ enarravit. Atque ita facta arca eſt, qualis hodiedum conſpicitur, ſanctiſſimumque corpus è loculo ſublatum, veloque ac prædictâ ſubuculâ exutum primâ vice veſtitum eſt. Bonus autem ille artifex, qui arcam conſtruxerat, eo bono opere non contentus, ſanxit ut poſteri ſui in Sanctæ ara triginta Miſſas quotannis celebrari curarent; quod & diu factum eſt: ſed hodiedum in deteriorem fortunæ ſtatum delapſi poſteri quindecim dumtaxat per Patres Franciſcanos menſe Januario quotannis fieri curant. *De* F *hac quoque apparitione nihil uſquam reperi præterquam in Hymno Miſſæ, in quo dicitur:*

Ter magiſtrum monuiſti;
Non parentem percuſſiſti,
Arcam ut efficeret.

ejuſdem mirabilis ſubucula.

47 *Porrò notatu digna ſunt, quæ de ſubucula linea, pallioque, quibus ſacrum corpus, dum primò humaretur, tectum, & in memorata elevatione exutum vidimus, referuntur. Ex pallio ſiquidem planetam ſive veſtem ſacerdotalem confectam ſcribit Franceſchinus, eamque, dum ipſe ſcriberet, integram permanſiſſe, licèt fimbriæ, aliaque ad ornatum adſuta, jam ſæpiùs attrita fuiſſent. Mirabilius eſt, quod de ſubucula teſtatur: ait enim multas ex ea particulas pro conficiendis amuletis aut venerationis ergò variis olim conceſſas fuiſſe, & ſuo etiam tempore concedi ſolitas, nec eamdem tamen quidquam inde æminui. Simile quid in ſæpe laudato hymno dicitur verbis, quæ ſubdo*

Inde manet ſemper tota
(Licèt quædam ſit remota
Pars ab ea) ſubucula.

Cùm itaque uterque auctor id aſſerat, & Franceſchinus

AUCTORE C. S. *ceſchinus in re Cingulanis obvia, erroris aut malæ fidei, quod abſit, facilè argui potuiſſet, niſi tam inſolitum prodigium ipſi compertum fuiſſet, de eo prudenter dubitare non poſſumus.*

Corpus anno 1497

48 *Ut verò ad ſacrum corpus revertamur, iſtud eo, quo diximus, modo in memorata theca jacuit uſque ad annum* 1497, *quo ab illuſtriſſimo domino Paris epiſcopo Auximano luſtratum, integrumque repertum, & à ſordibus purgatum, noviſque indutum veſtibus in eadem denuò arca repoſitum eſt. Ita diſcimus ex libello ſupplici Cingulanorum, ſuprà laudato, in quo hæc ſecundum noſtram partitionem num.* 62 *referuntur. Quia autem ibidem inſtrumentum aliquod laudatur, quod ad manus meas non pervenit, juverit illud ex Franceſchino huc tranſtuliſſe ex Italico Latinè.* Sacratiſſimum S. Sperandeæ corpus, *inquit*, anno MCDXCVII, die XVII * Octobris, qui S. Lucæ ſacer eſt, tempore Alexandri VI Papæ, à quadam abbatiſſa, ſorore Sperandea Clementis appellata, Cingulana, novis denuò veſtibus indutum fuit cum conſenſu viginti quatuor monialium, quæ id temporis ibidem degebant, & facultate & operâ illuſtriſſimi Paris epiſcopi Auximatis, ut inſtrumentum . . . Felicis Marini docet.

* *forte* XVIII

B

integrum repertum, novaque veſte indutum,

49 Hic refert, poſtquam venerabile ac glorioſum corpus quaſi per annos CCXX in arca lignea accluſum fuiſſet, de eo inſpiciendo, mundandoque cum prædictorum conſenſu deliberatum fuiſſe, ne per vetuſtatem è pulvere aliave ſimili è cauſa nocumentum aliquod pateretur. Collectis igitur in hunc finem uno die ex piorum Chriſtianorum eleëmoſynis plùs quàm ducentis florenis, veſtis ex holoſerico nigro comparata eſt, corpuſque ex arca ſublatum & veteri, quam tineæ exederant, nudatum veſte, tam integrum omniſque corruptionis expers à prædicto illuſtriſſimo epiſcopo, qui ſolemnem Miſſam tum celebravit, omnique clero & populo Cingulano, qui aderat, repertum eſt, ut in omnium animis veneratio ac pietas, ſimulque admiratio & ſtupor excitaretur. Denique ſanctiſſimum corpus pullâ veſte indutum, ſumma cum veneratione rurſum arcæ impoſitum accluſumque eſt, multique variis infirmitatibus afflicti, incolumitatem recuperârunt, ut teſtatur dictus dominus Felix in ſupradicto inſtrumento, quod quaſi de verbo ad verbum, quoad rerum capita, verti.

C

incorruptum permanet:

50 *Admirabilem hujus corporis incorrupti integritatem auctor ſæpe citati hymni celebrat his verſibus:*

Inde manet corpus ſacrum,
Ut reliquit jam lavacrum
Paulò poſt interitum.

Quibus verbis indicat, iſtud tam incorruptum integrumque perſeverare, acſi primùm ab obitu lotum, & ad ſepulturam compoſitum eſſet. Eamdem incorruptionem memorat Franceſchinus, qui cap. 1 *Vitæ aſſerit, ex ejuſdem vultu colligi, eam ſexaginta circiter annorum fuiſſe, dum feliciter denata eſt. Conſonat Horatius Avicenna in Monumentis Cingulanis anno* 1644 *Italicè editis, pag.* 318 *ſic ſcribens:* Sacrum illud corpus quadringentis annis intactum & illæſum conſervatum eſt, cùm tamen variis cauſis . . . in cineres redigi, ejuſque memoria aboleri debuiſſet, uti omnibus notum eſt. Quam ob rem hodiedum intuentibus tantum devotionis, quantum admirationis adſpirat; eſtque publica fama, difficile eſſe, reliquias reperire, quæ ſuppoſitis adjunctis, quæ occurrerunt, hiſce præcellant. *Ejuſdem etiam meminerunt Jacobillus ad hunc diem, & Nicolaus Coletus in Appendice ad Italiam ſacram Ughelli tom.* 10, *col.* 66.

D

vetus de eo honorando

51 *Quanti verò ſacrum hunc theſaurum magiſtratus Cingulanus jam antiquitus fecerit, colligere licet ex quodam inſtrumento authentico, quod per notarium publicum Joannem Baptiſtam de Parentibus ex libro Statutorum civitatis Cingulanæ excerptum & Majoribus meis conceſſum eſt. Id enim ſic habet.* De ſacro corpore S. Sperandeæ Rubr. V. Item ſtatuimus & ordinamus, quod ſacrum corpus Sororis Sperandeæ, & locus, ubi dictum corpus poſitum eſt, cuſtodiatur & defendatur per Commune Cinguli, ſecundum modum & tenorem teſtamenti ipſius Sororis Sperandeæ, ſicut conveniens & decens eſt. Et quòd nulla abominabilis & deſpecta perſona habitet vel moram trahat prope dictum locum à via, quæ vadit ad fontem clauſuræ ſuperiùs, & à porta Montana inferiùs; nec intra caſtrum & burgos in tempore nundinarum S. Michaëlis, pœnâ decem ... (*ſignum, quod hîc poſitum eſt, divinare nequeo*) pro qualibet perſona: & nullus eas receptet, ad dictam pœnam: & de prædictis inquiratur per regimen diligenter.

E

Cingulanorum decretum.

52 *Annus, quo hæc ſancita fuêre non additur in inſtrumento noſtro; ſed Pater Clemens Sylveſtri in Sanctæ cultûs immemorialis vindiciis Ms. decretum hoc anno* 1303 *illigat, ſic ſcribens:* Anno MCCCIII Commune Cinguli in ſuis ſtatutis ordinavit, iſtud ſacrum corpus cuſtodiendum eſſe. Titulus autem hujus decreti eſt: De ſacro corpore S. Sperandeæ. Rubricâ X. *Haud dubiè laudatum decretum idem eſt cum noſtro, licèt hìc* Rubrica X *pro* V *ſcribatur. Ceterùm, quid per* Sororis Sperandeæ teſtamentum *intelligant, incompertum mihi eſt. Franceſchinus quoque in Prologa teſtatur, ſeſe illud diu fruſtra quæſiviſſe; memoratum verò decretum ad Joannis* XXII *Pontificatum refert.*

F

§ V. Sanctæ cultus ab epiſcopo Auximano in dubium vocatus, & à Cingulanis feliciter vindicatus.

Ob decretum Urbani VIII PP.

FLorebat *Cinguli* S. Sperandeæ *cultus, & à miraculis augmentum feliciter capiebat, cùm ſeculo* XVII *ratione decretorum, quæ Urbanus* VIII *PP. ad tollendos abuſus, circa Sanctorum ac Beatorum cultum, annis* 1625 *&* 1634 *ediderat, in diſcrimen adductus, & à Cingulanis proſperè vindicatus eſt. Rei geſtæ duplicem copiam habemus: alteram Bollandus noſter accepiſſe notat* à P. Silveſtro Petra-ſancta, dono Salvatoris Salvatorii; *& hæc in dorſo verbis Italicis inſcribitur* Eminentiſſimo & Reverendiſſimo domino Cardinali Sacchetto per Commune Cingulanum, in cauſa S. Sperandiæ, in Congregatione Rituum. *Alteri Papebrochius adſcripſit ſequentia:* De cultu ab immemorabili tempore

A tempore S. Sperandiæ, auctore R. P. Clemente Sylveſtri, qui nobis Anconæ donavit. *In hac aliqua, ſed pauca leguntur, quæ in priori non reperi; ſive quod Pater Clemens Sylveſter ea poſtmodum addiderit, ſive quòd Cingulani ea in præfato libello ſupplici caſu vel ſtudio, prætermiſerint. Non inutile nobis erit hæc Clementis lucubratio, quia ex ea rei eventum diſcemus. Nunc ipſum inſtrumentum ex Italico Latinè ſubjungo.*

Epiſcopus Auximanus ornatum arcæ

54 Cùm à duobus annis quidam B. Sperandeæ, protectricis Cinguli ſtudioſus, ornamentum ex vario marmore confici curâſſet pro arca in qua ab immemorabili tempore corpus prædictæ Beatæ illæſum conſervatum, honoratumque fuit, cúmque id jam vellet exſecutioni mandare, ab Eminentiſſimo Cardinale Ara cæli (*Auguſtino Galamino, Ordinis Prædicatorum*) epiſcopo Auximano veniam petiit; qui primùm eam non negaturus ſperabatur, ſed propter Bullam de cultu Sanctorum (*ab Urbano VIII ſcilicet, ut monuimus, editam*) deinde recuſavit. Et quia Communitas (*id eſt magiſtratus*) Cingulana apud eumdem ſuas preces iteravit, ſua Eminentia anno MDCXXXIII die XIX B Novembris, ad dictam Communitatem reſcripſit, ſeſe eam concedere non poſſe, hortataque eſt, ut Romam recurreret; & litteras per ſuum vicarium generalem tranſmiſit, qui eas magiſtratui urbaniſſimis verbis & cum ſignificatione ſanctæ voluntatis devotioniſque ſuæ Eminentiæ erga dictam B. Sperandeam, præſentavit.

prohibet, & de legitimo cultu

55 Multis pòſt menſibus, menſe ſcilicet Auguſto anni MDCXXXIV, inſtante feſto dictæ Sanctæ, quod primâ Dominicâ Septembris celebratur, miſit vicarium ſuum generalem, qui dicta marmora retro ſummum altare muro incluſit, & ſanctimoniales exhortatus eſt, ut miracula (*id eſt miraculorum tabellas vel anathemata*) amoverent, ſeponerentque, donec juſtiſſimè diſpiceretur, quid ad iſtius Sanctæ gloriam expediret: ſed cùm moniales repugnantes reperiret, nihil præterea effecit. Canonicos tamen de bulla Sanctorum monuit; quam cùm recitari curâſſet, nec quidquam etiam circa celebrationem feſti vetuiſſet prædictus dominus vicarius, hoc ab omnibus more ſolito celebratum eſt.

C

dubitans, Romam conſulit:

56 Abbatiſſa verò & moniales ſupradicti monaſterii S. Sperandeæ, ne immemorabilis dictæ Sanctæ cultus hinc aliquid damni pateretur, dum vicarius diſcederet, coram multis, quos teſtes inclamabant, proteſtatæ ſunt, qualiter nec ipſæ, nec ullæ è monaſterio, tacitè vel expreſſè conſenſiſſent in ullum actuum, quos dominus vicarius fecerat; hic autem immediatè pòſt, nullo dato reſponſo, diſceſſit; nec deinde quidquam præterea factum eſt, ſed Sancta ſolito cultu honorata fuit. Hiſce ita conſtitutis, ſua Eminentia ad Limina (*id eſt Romam*) mittens, expoſuit: Quòd homines (*hæc & ſequentia Latinè inſerta ſunt*) terræ Cingoli prætendunt ibidem aſſervare corpus S. Sperandeæ, cujus feſtivitatem celebrant, etiamſi non conſtet de illius canonizatione, ſeu beatificatione, ſeu de licentia Sedis Apoſtolicæ illam celebrari, quam etiam epiſcopus denegavit, remittendo ad Sedem Apoſtolicam; prout denegavit facultatem ornandi etiam arcam, in qua dictum corpus aſſervari aſſerunt; ſed lapides ad hunc effectum exportatos, retro altare majus reponi & accludi

fecit; ſupplicans, ſibi reſponderi, an permittere poſſit feſtivitatis celebrationem &c. AUCTORE C. S.

Cingulani cultum probant, ex veteri civitatis decreto,

57 Die III Februarii MDCXXXV Sacra Congregatio reſpondit, remittendo hujus quæſiti reſolutionem ad Sacram Congregationem Rituum. *Quæ ſequuntur, ſermone denuò Italico conſcripta ſunt.* Cúmque Sacræ Congregationi placuiſſet partes audire, per Commune Cingulanum oſtenditur per probationem cultus immemorabilis corporis S. Sperandeæ. *Antequam ea argumenta producam, lectorem monitum volo, inſtrumenta, quæ per alphabeti litteras continuò hîc laudantur, ad me non perveniſſe, ne quis ea apud me fruſtra quærat. Modò libelli ſupplicis verba accipe:* Anno MCCCXXI Commune Cingulanum in ſtatutis ſuis, Rubrica IV de Eleëmoſynis, ordinavit, ut quatuor pondo ceræ quotannis donentur Eccleſiæ S. Sperandeæ, quemadmodum multis aliis eccleſiis hujus terræ, ut liquet ex copia, ſignata A.

ex vetuſto Sanctitatis titulo,

58 Anno MCCCCXXIII dominus Petrus, epiſcopus Auximanus in confirmatione abbatiſſæ monaſterii S. Sperandeæ, eam titulo SANCTÆ SPERANDEÆ compellat. B. *Annum 1423 utrumque Ms. noſtrum ſignat: at vereor, ne hîc mendum irrepſerit, cùm apud Ughellum tom. I Italiæ ſacræ, col. 505 inter epiſcopos Auximates Fr. Petrus Herculanus, Ordinis Minorum, anno 1422 obiiſſe, eidemque eodem anno, IX Kalendas Auguſti Nicolaus ſucceſſiſſe dicatur ex Bulla Martini V PP. ibidem recenſita. Ad inſtrumentum redeamus.* Anno MCCCLXXXIV, & hinc ſucceſſivè multa legata huic Sanctæ facta leguntur, ut fidem facit C. E

corporis veneratione, die feſto, indulgentiis.

59 Anno MCDLXXXII dominus Lucas epiſcopus Auximanus, in quadam viſitatione, quam inſtituit, aſſeveravit, B. Sperandeæ corpus longo tempore honoratum in arca intra eccleſiam S. Michaëlis, jam tum S. Sperandeæ dictam cum aliis reliquiis in aliquot pixidibus, à ſe repertum fuiſſe, & ad majorem dictarum reliquiarum venerationem, devotionemque fidelium, cuicumque de peccatis confeſſo, & eccleſiam, altare aut ſacellum, & arcam prædictam, in qua memoratum corpus quieſcit, die S. Michaëlis menſe Majo, ſanctæque Sperandeæ menſe Septembri, viſitanti indulgentias conceſſit, prout ampliùs dicitur in inſtrumento D. F

item Sanctæ titulo, vetuſtis imaginibus & altari

60 Eodem anno MCDLXXXII domina Bella filia in dictum monaſterium, ſpiritualem vitam amplexura, ſe recepit, omneſque facultates ſuas ei donavit, & in hiſce (*donationum*) inſtrumentis titulo S. SPERANDEÆ ſimiliter nominatur, aſſerturque ejus corpus in ea eccleſia honorari: E. In quadam territorii Cingulani villa, dicta la Torre, antiquiſſima pictura in domûs pariete viſitur, ubi beatiſſimæ Virginis imago in medio depicta eſt, ab uno autem latere effigies S. Sperandeæ, habitu S Benedicti & cucullâ indutæ, & cum velo & diademate, ſupraque ejus caput ſcriptum legitur: Sta. SPERANDIA MCDLXXXII. E. Anno autem MDXC * in dictæ villæ eccleſia parœciali altare in honorem S. Sperandeæ erectum eſt; ut ex fide F.

** forte MCDXC*

in ipſius honorem fabris,

61 In civitate Eugubina eſt quædam eccleſia, à prædicta civitate unum baliſtæ jactum diſſita, ubi in medio altare viſitur, ſupra quod in muro depictæ ſunt effigies beatiſſimæ Virginis in medio, ad dexteram imago S. Antonii & B. Sperandei in habitu monachorum Olivetanorum, ad ſiniſtram verò effigies S. Ubaldi beatæque Sperandeæ in habitu monachali, diade-

AUCTORE C. S.

ma habentis in capite, uti reliqui Sancti habent; infrà verò hæc verba ſcripta ſunt: HIC FUIT DOMICILIUM BEATORUM SPERANDEI, JANUARIÆ, ET SPERANDEÆ, HODIEDUM PROTECTRICIS CINGULI: dictæque civitatis incolæ aſſerunt, non ſupereſſe memoriam temporis, quo ea eccleſia fundata, quove dictæ imagines pictæ fuerint; ſed à majoribus ſuis ſeſe accepiſſe, hæc ab immemorabili tempore facta fuiſſe, publicéque dici, B. Sperandeam Eugubii ex familia Sperandeorum natam, & ſororem eſſe prædicti B. Sperandei, cujus corpus in monachorum Olivetanorum templo S. Petri, iſtius civitatis honoratur; beatæ verò Sperandeæ corpus ſervari honorarique Cinguli, cujus loci protectrix eſt; atque hæc eſſe publica & notoria, ut diſertè fidem facit G.

ex incorrupti & beneficiis illuſtrati corporis elevatione;

62 Anno MCDXCVII dominus Paris epiſcopus Auximanus dictum corpus B. Sperandeæ inſpexit: cumque comperiſſet, illud tum per CCXX annos in arca lignea accluſum fuiſſe, ex communi monialium conſenſu ordinavit, ut venerabile iſtud ac glorioſum corpus luſtraretur, & mundaretur, ne fortè per temporis diuturnitatem quidquam damni paſſum eſſet. In hunc finem ex arca ſublatum, & vetuſta veſte, quæ à tineis penitus conſumpta erat, exutum fuit: & venerabile hoc corpus ſine ulla læſione integrum & cum naturali pelle ac carnibus repertum eſt; nigraque ex holoſerico veſte denuò indutum, prædicto domino Paris epiſcopo, qui & Miſſam ſolemnem celebravit, omnique clero ac populo Cinguſano aſſiſtente, in eadem arca repoſitum fuit. Multi etiam, qui variis infirmitatibus affligebantur, ſanitatem ibidem adepti ſunt, cum augmento devotionis, omniumque admiratione, ut liquet ex inſtrumento I.

B

ex alterius item imaginis cultu & indultis indulgentiis,

63 In eadem civitate, in templo Patrum Prædicatorum, in altari Roſarii, viſuntur duæ magnæ picturæ, in quarum una ad dexteram imago S. Catharinæ Senenſis, in altera ad ſiniſtram effigies alicujus Sanctæ, habitum Ordinis S. Benedicti indutæ; quæ ab omni populo pro S. Sperandeæ imagine habetur, & pro tali ab omnibus honoratur & colitur; quemadmodum diſertè teſtantur Patres illius conventûs: H. Anno MDX à quadam congregatione quindecim Cardinalium indulgentiæ perennes conceſſæ fuerunt in templo monaſterii monialium S. Sperandeæ, in quo dictæ Sanctæ corpus quieſcit, quam multis miraculis claram dicunt; ut patet ex Bulla L.

C

item ex alia effigie, & dedicata ipſi eccleſia;

64 Anno MDXXVI in dictæ eccleſiæ altari principe pictura poſita fuit, in cujus medio effigies beatiſſimæ Virginis depicta eſt, à cujus dextera imago B. Sperandeæ eſt, habitu S. Benedicti indutæ, cum diademate & radiis ſupra caput, & prope eam eſt S. Michaëlis archangeli effigies; à ſiniſtra verò imagines S. Barbaræ, ſanctique Joannis Baptiſtæ. Anno autem MDLX dominus Ægidius Falcetta, epiſcopus Caprulanus, annuente Ordinario, dictam S. Sperandeæ eccleſiam cum altaribus ſub invocatione S. Michaëlis archangeli & B. Sperandeæ conſecravit, prout patet ex M. *Ne verò mireris, lector, eccleſiam illam ab epiſcopo Caprularum, quæ indigenis* Caorle *dicta, Venetæ Oræ inſularis civitas eſt, conſecratam dici, obſervo ex Ughelli Italiæ ſacræ recuſæ tom.* 2, *col.* 615, *& & tom.* 5, *col.* 1341, *Ægidium* Falzettam *vel* Falconettam, *primùm Caprulenſem, deinde Feropopilienſem epiſcopum, patriâ* Cingulanum *fuiſſe; ideóque miram videri non debere, prædictam conſecrationem, permittente epiſcopo Auximano, ab eo factam fuiſſe.* D

ex profeſſionis formula &c. monialium,

65 Moniales monaſterii S. Sperandeæ etiam cum juramento aſſeverant, ſeſe ab immemorabili tempore profeſſionem ſuam etiam dictæ Sanctæ nuncupâſſe, & epiſcopos pro tempore exiſtentes, in profeſſionis actu orationem, in qua meritorum B. Sperandeæ mentio fiebat, recitâſſe; moniales quotidie in CONFITEOR dictæ Sanctæ commemorationem facere, uti & in fine orationis mentalis & Officii divini, cum venia ab immemorabili epiſcoporum ordinariorum; eamdemque ab omni populo, prælatis, epiſcopis, Cardinalibus, ſemper cultam fuiſſe, ut diſertè ex fide, quam faciunt, & ex ipſis profeſſionibus antiquiſſimis monialium in charta pecorina, conſtat. N.

ex Officio & Miſſa ab immemorabili;

66 Dominus Sebaſtianus Ricci Cingulanus, epiſcopus Caſtri Plebis (*quod vulgò* Citta della Pieve *dictum, Hetruriæ civitas eſt*) ætatis annorum LXXIV, & quidam Patres variorum Religioſorum, ætate graves, quique longo tempore Cinguli habitârunt, jurejurando interpoſito, pro vero aſſeruerunt, ſe dictæ Sperandeæ feſtum Officio & Miſsâ ſemper celebrâſſe, atque eum uſum ab immemorabili tempore inveniſſe, idque ſciente epiſcopo pro tempore exiſtente, & ita ſe à majoribus ſuis per traditionem accepiſſe, ut patet ex O. Præpoſitus & canonici Cingulani non modò Officio & Miſsâ feſtum ab immemorabili ſemper celebrârunt; verùm etiam ejuſdem Beatæ inter Sanctos protectores Cingulanos commemorationem quotidie faciunt, eamque commemorationem pridem cum conſilio & conſenſu Eminentiſſimi epiſcopi præſentis reformârunt, ut habetur. P. E

ex veneratione corpori ſolemniter exhiberi ſolita;

67 Arca, in qua hoc ſanctum corpus accluſum eſt, ab immemorabili tempore poſitum eſt ſupra altare ſacelli ejus, eſtque è ligno, deforis ornata vario panno, holoſerico heteromallo * auroque texto, eâque apertâ intrà depictæ aliquot moniales, eodem, quo Sancta, indutæ habitu, adorabundæ conſpiciuntur. Aperitur dicta arca die ipſi ſacro, & dum Prælati, aliæque perſonæ præſtantes, devotionis aut voti causâ eò accedunt corpus veneraturi, quod integrum & palpabile eſt. Dum verò aperitur, continuò aſſiſtit magiſtratus, (penes quem una clavium arcæ eſt; alteram moniales ſervant) accenduntur faces, ære campano & buccinis ſignum datur, maximoque cum populi concurſu, & ſacerdote ad id deputato (qui ordinariè monialium ſacellanus eſt) præſente, poſt ſolitam adorationem & incenſationem intonatur antiphona virginum & oratio dicitur.

* *Ital.* veluti

F

ex accenſo coram eo lumine, communi per eam regionem cultu,

68 In ingreſſu ſacelli dictæ Beatæ, in quo multæ miraculorum tabulæ & anathemata viſuntur, ex adverſo arcæ tres lampades pendent, quarum una ſemper ardet, aliæ verò pro feſtorum ſolemnitate ac devotione ſubinde accenduntur. Quadraginta moniales ſub Regula S. Benedicti habitant in dicto monaſterio, cujus fundatrix fuit dicta Beata, infinitis miraculis, præter ea, quæ diximus, & veneratione immemorabiliſſima non ſolùm Cinguli & in ejus territorio, ſed & per totam provinciam, clariſſima. Concionatori, qui pro Quadrageſima à Communi quotannis eligitur, in ipſa electione ex publico mandato præcipitur, ut die Mercurii in Albis concionem in templo S. Sperandeæ de ejuſdem Sanctæ laudibus habeat; atque ita ob-

A observatur, semperque observatum fuit cum episcoporum licentia.

solemni festo Patronæ cum Octava,

69 Ejusdem festum ab immemorabili tempore celebratur (nec ab ullo umquam episcopo prohibitum aut suspensum fuit) Dominicâ primâ Septembris, in cujus vigilia magistratus Cingulanus unà cum populo, vespéri certum ceræ pondus huic Sanctæ oblaturus; ipso verò festo manè cum universo clero & sodalitiis in supplice agmine accedit. Clerus autem tam Secularis, quàm Regularis Missam & Officium dictæ Sanctæ ex Communi virginum cum Octavâ à tempore immemorabili recitat cum venia ab immemorabili episcoporum Auximatum, pro tempore existentium, ut fidem facit instrumentum subjectum. Et Eminentissimus episcopus, cùm vetuisset, ne moniales modis musicis canerent, nec ab aliis in sua ecclesia cani permitterent, Communi Cingulano concessit, ut is cantus in ecclesia S. Sperandeæ festo die hujus glorioſæ sanctæ Protectricis Cinguli ab hoc anno imposterum fieret.

B *templi ornatu, depictis miraculis &c.*

70 Idem, quoties monasterium visitavit, ipsius sacellum gypso auroque ornatum, in eoque gypso miracula opere anaglyphico cælata vidit. Denique propriis expensis suis crates ferreas aptari jussit, quæ ex monialium choro in ecclesiam patent, ut omnes moniales sacrum corpus commodissimè spectare & venerari possent; quemadmodum liquet ex Q. Quapropter Sacræ Congregationi humillimè supplicat, ut declarare dignetur, Bullam de Cultu Sanctorum non obstare.

Favorabile sacrorum Rituum Congregationis responsum,

71 *Quid porrò responsi à Sacra Congregatione acceperint Cingulani, instrumentum, ex quo prædicta transcripsimus, non edocet, quia expositionem causæ & libellum supplicem dumtaxat complectitur; sed opportunè hîc nobis succurrit alia copia, scilicet reverendi Patris Clementis Sylvestri, in qua felix causæ eventus hisce verbis declaratur:* Sacra Congregatio, maturè perpensis hisce veritatibus & argumentis, à Communi Cingulano adductis, hoc rescriptum dedit. *Post hæc locus inserendo Responso in Ms. nostro vacuus apparet: verùm illud ex civium votis fuisse, probant, quæ ibidem mox sequuntur in hunc modum:* Dici nequit,

C quanto cum applausu & gaudio à Communi Cingulano omnibusque receptum fuerit tam favorabile rescriptum.

Cingulanorum gaudium, & cultûs incrementa.

72 *Addit, mox aliquos deputatos electos esse, quos numero tres recenset, Præpositum scilicet & duos alios, quorum nomina tam obscurè scripsit, ut omittere, quàm divinare malim. Deinde prosequitur:* Marmora, *de quibus num.* 54 *consule*, ad Sanctæ sepulcrum apposita fuêre, idque opus die IX Decembris anni MDCXXXIX perfectum fuit. Crevit deinde summopere in Sanctam veneratio; ejus festum majori cum concursu populi celebratum est; ipsius imagines variis modis excusæ prodierunt, & ægroti frequentiùs sanati sunt. Tantùm Deo placet, suos Sanctos honorari. *Huc usque P. Clemens Sylvester. Ceterùm ex hactenus dictis liquet,* S. Sperandeæ *cultum verè antiquum ac immemorialem esse, & ut talem à Sacra Congregatione Rituum admissum atque permissum esse; quod etiam miracula infrà referenda confirmabunt.*

Quædam alia huc spectantia.

73 *In memorata Clementis Sylvestri copia eadem eisdem frequenter verbis de antiquo Sanctæ cultu argumenta producuntur, ac præterea hæc pauca, quæ subdo.* Anno MCCLXXVII multa miracula de hoc sanctissimo corpore annotata sunt, quemadmodum legitur in quodam antiquissimo Ms. membranaceo, in quo semper B. Sperandea nominatur, numquam verò sine titulo Beatæ. Anno MCCCIII Commune Cingulanum in suis Statutis ordinavit istud sactum corpus custodiendum esse; titulus autem hujus decreti est: De sacro corpore S. Sperandeæ. Rubrica X: *de quo decreto egimus num.* 51 *& seq. Præterea ait, in agro castri Fabriani ecclesiam antiquitus fuisse sub invocatione* S. Sperandeæ, *eâque postmodum destructâ, titulum* S. Sperandeæ *primùm ad altare S. Joannis Baptistæ in ecclesia S. Venantii Fabriani, deinde verò ad altare majus ejusdem ecclesiæ translatum fuisse; quemadmodum ex publico instrumento constare affirmat.*

AUCTORE C. S.

VITA

MUTILA

E

Auctore anonymo

Ex Ms. Cingulano.

Eugubii nata, à tenera annis corpus castigat:

BEata Sperandea *a* in Eugubii *b* civitate ex honestis parentibus orta est; & quoniam Spiritus spirat, ubi vult, cùm novem annorum ætatem ageret, mirifico Dei serviendi desiderio inflammata fuit, & nihil aliud sibi erat animo, quàm Christum sequi. Quod ut consequi posset, divino Spiritu ducta, terrenis bonis prætermissis & omnino neglectis, ut cælestia & æterna acquireret, pœnitentiam agere cœpit, & quamprimùm in plurimas molestias ac tribulationes incidit, quibus sui parentis, suorumque propinquorum causâ afficiebatur. Ipsa verò cùm Domini nostri Jesu Christi passionem meditaretur, exercebat se in abstinentia & oratione & in pauperum charitate; usque corpus in servitutem redigeret, animalium pellibus pro veste utebatur, & cingulo ferreo cingebat se *c*.

a

b

F

c

è paternis ædibus fugiens, austeram vitam ducit:

d

2 Et cùm Christus Jesus eam moneret, ut se à parentibus, terreniſque rebus alienaret, id statim perfecit, & mundum seipsamque contemnens peregrè profecta *d*, multas tribulationes patiebatur: & cùm jejunio & orationi semper dedita esset, à dæmonibus & adversariis magna perturbatione afficiebatur. Et cùm in quadam cella Quadragesimam jejunaret, tentabatur pro timore corporis illinc discedere; quod ne facere posset, ligavit se cuidam columnæ *e*. Item cùm jejunaret aliam Quadragesimam in quadam spelunca *f*, eo tempore Dominus permisit eam multas tribulationes pati, quas cùm Jesu Christi passionem meditaretur, æquo animo ferebat, & libentissimè amplectebatur abstinentiam, disciplinam, paupertatem, & omnes pœnas.

e

f

variis visionibus

3 Eoque tempore angelum vidit & audivit, qui sibi paupertatem commendabat. Paulò post Mulierem, reginæ habitum gerentem, & cum ea angelum vidit; quâ visione maximè recreata fuit. Et vidit hominem tantæ pulcritudinis, & ejus vultus erat sicut sol, & altitudo ejus infinita. Vidit etiam mensam virginum, & ipsa desiderabat esse inter eas; ipsæ verò dixerunt,

A. ANONYMO.

eam sine calceamentis intrare non posse. Tunc quidam Sanctus vocavit eam, & dedit ei sua calceamenta, & ita intravit *g*. Etiam nocte Paschatis, dum stabat ante crucem, & meditabatur Christi passionem, apparuit ei quoddam lumen, quod oculi ejus sufferre non poterant. Vidit etiam Reginam lampadam *h* magni luminis accedere *, quæ dixit ei: Lege, quæ in ea scripta sunt. Nescio, respondit B. Sperandea, legere. Tunc inquit illa: Ego & filius meus docebimus te: & legit scripturam *i*, quæ dicebat, ut operaretur misericordiam in pauperes.

g

h

* accendete

i

4 Item ostensa fuit ei mensa, in qua erat magna ciborum copia, & in medio ipsius mensæ erat altare, & post ipsum erat Regina cæli, Filium in sinum * gerentem * & cùm recepta esset ad mensam, audivit vocem sibi dicentem: Tu es electa, veni ad mensam, quæ parata est. Vidit etiam viam angustam, plenam spinis & acutis rasoribus *k*, quæ, dum per eam ambulabat, ejus pedes incidebant: quare sanguis abundanter fluebat, adeóque fessa amplius progredi non poterat. Tunc vidit Dominum sibi dicentem, ut viam expleret; sed cùm corpus omnino deficeret, eam vocavit ac monuit, ut progrederetur; quod cùm feciſſet, ad pratum rosarum ac violarum plenum pervenit, & vidit Dominum quemdam vestibus nuptialibus indutum, qui sibi corporis integritatem reddidit, & misit eam in quamdam civitatem, eique dixit: Pauci sunt per hanc viam ambulantes. Item apparuit ei Dominus Christus Jesus, & cùm ea dixisset; Tu es Dominus Deus meus; respondit: Sum; quid me vis facere? Et ostendit ei stigmata, & ait sibi: Hæc respice, hæc tibi commendo.

valdè obscuris

* sinu

* gerens

k

B

5 Item ei ostensa fuerunt nonnulla specula, in quorum una erat Christus ligatus ad columnam, in altero positus in cruce. Vidit etiam virginum mensam cum coronis trinis circulorum, & vestimentis inferius albis, & superiùs rubris, & in digitis tamquam sponsæ annulos gerebant; qui serviebant illis, iisdem vestibus induti erant. Vidit etiam Petrum & Paulum, vestimentis albis indutos; & cùm stetisset ante eos, ab eis benedictionem recepit Item dum manebat in contemplatione, vidit tres juvenes, ætate ferè viginti quinque annorum, & quilibet in fronte crucem habebat, & statim in unum redacti sunt; ac Trinitatem esse, sibi dictum fuit. Cùm Quadragesimâ jejunaret in cella, quam ex storatiis *l* sibi fecerat, à frigore vehementer afflicta est: nocte enim nix tam magna cecidit, ut non modò cellam occupaverit, verùm etiam totum ipsius corpus texerit, ut vix eam sustinere posset. Tunc apparuit ei Dominus rubeis vestimentis indutus, & qui cum eo erant, vestimentis albis erant induti, & consolatus est eam.

recreata

C

l

6 Item apparuit ei Dominus super caput ejus, & illius facies ac manus erant albæ sicut nix, ac tanta erat claritas, ut oculi vix sustinere poterant; & cùm summa admiratione afficeretur, signo Crucis eam signabat; & ipsa rogavit Dominum, ut imprimeret hujusmodi signum in corde suo, & ab eo omnes zizanias expelleret. Item dum manebat in oratione, ac dicebat; Domine, quid mihi? & statim ei apparuit crux rubea, sibique dictum fuit: Quod vidisti, aliis ostende. Et sumptâ cruce rubeâ, ibat per civitatem, Dominoque laudes cantabat, multique pueri eam sequebantur *m*.

& instructa dicitur.

m

7 Cùm Recineti *n* civitas discordiâ ac dissensione agitaretur, quidam ex nobilibus interfecti fuerunt, eorumque uxores interfectoribus ignoscere nolebant; & quamvis multi viri religiosi & episcopi eas cum illis reconciliare conarentur, tamen id assequi numquam potuerunt; sed precibus & admonitionibus beatæ Sperandeæ adductæ, sententiam mutârunt, omnique malevolentiâ & odio depositis, cum interfectoribus & inimicis pacem inierunt.

D

Recineti odia componit,

n

8 Cùm quædam mulier sterilis esset, illius sanctitate freta, ab ea petit, ut Deum rogaret, ut sibi filium concederet; & illius orationibus, quod summoperè cupiebat, impetravit, quando paulò pòst gravida facta est. Quædam mulier cùm hydropisi laboraret, maximoque ventris tumore afficeretur, sanctissimæ Crucis signo ab ea liberata fuit. Alia etiam mulier, cùm morbi gravitate brachio uti non posset, signo Crucis liberam reddidit. Solo tactu etiam aliam liberavit, quæ gravi gutturis tumore opprimebatur.

sterili prolem impetrat; hydropem, brachii & gutturis mala pellit.

9 Cuidam etiam mulieri, quæ ulcus in ubere habebat, humoresque plurimi illuc defluxerant, in pristinam incolumitatem signo Crucis restituit, cùm jam medici adessent, ut ubera inciderent. Aliæ etiam duæ eodem modo liberatæ fuerunt. Quædam puella cùm loco adeò eminenti cecidisset, eam omnes mortuam esse judicabant; ipsius autem soror, cùm in brachiis illam susceptisset, & ad beatam Sperandeam detulisset, ab ea quamprimùm liberata fuit. Alia mulier multis morbis cruciabatur; cui beata Sperandea vittam quamdam dedit, eique jussit, ut vittâ hujusmodi membra, quæ afficiebantur, ligaret: quod cùm feciſſet, ab omni dolore ac morbo quamprimùm libera evasit.

malè affecta ubera; puellam è lapsu periclitantem, varias infirmitates,

E

10 Alia verò, dum medicum convenire volebat, ut ab eo suæ infirmitatis remedia peteret, beatæ Sperandeæ occurrit, quam rogavit, ut ipsa signo Crucis signaret; quod cùm feciſset, ab infirmitate, quâ detinebatur, libera [facta est.] *o* Cùm ipsa Româ rediret ita itinere fessa, ut ampliùs pergere minimè posset, quidam cum equo ei occurrit, eamque super equo imposuit, utque ita faceret, in visione sibi imperatum fuisse affirmavit. Blanca mulier, cùm os totàmque faciem contortam haberet, signo Crucis ab ea liberata fuit. Eodem modo aliam mulierem liberavit, quæ ex altero oculo nihil videbat. Venetiis quemdam infirmum liberavit, qui Eugubinis Venetias proficiscentibus, à Sperandea se liberatum fuisse affirmabat. Signo etiam Crucis quamdam mulierem, quæ manum contractam habebat, liberavit. Quædam puella multas ac magnas glandulas in gutture habebat, quas tangendo, signoque Crucis signando dissipavit. Alia puella, cujus manus tam gravi morbo & ulcere erat confecta, ut medici omni spe salutis carerent, eodem modo liberata fuit.

sanat: divina circa eam cura: varios morbos curat;

o

F

11 Cùm petiisset à muliere eleëmosynam, sibi denegata fuit; statim res ipsa, quam pro eleëmosyna petierat, quamvis esset integra, statim à muliere illa, quæ rem non habere dixerat, corrupta inventa fuit. Homo quidam ex Castro Fabriani *p* captivus detinebatur, & pœnâ capitali puniendus erat; commendavit se beatæ Sperandeæ, & secunda nocte catenæ ex ejus pedibus ceciderunt, & per fenestram excelsam liber evasit, ac beatæ Sperandeæ se suis orationibus liberum evasisse retulit.

mulieris avaritia divinitus punita,

p

12 Qui-

A *& alium morte plectendum liberat, aquam in vinum vertit, ægrum sanat;*

12 Quidam in Eugubii civitate captivus detinebatur; & cùm duceretur ad supplicium, is, qui eum decollare debebat, manum extendere minimè poterat, quoniam ille se Beatæ commendaverat, &, si ab hujusmodi supplicio liber esset, se pœnitentiam facturum promiserat: quod cùm impetrâsset, statim peregrè profectus est, & alios captivos in eadem civitate liberavit. In Castro Fabriani cùm multi simul accumberent, vinum sibi deesse, ab illis, qui sibi serviebant, nunciatum fuit. Qua re cognitâ, beata Sperandea inquit: Deus providebit; & cùm statim orâsset, acqua *, cujus vasa erant plena, in vinum conversa est, quod odore suavissimo accumbentes mirificè reficiebat. In civitate Eugubii Jacobus dominæ Mariæ, cùm plurimis morbis graviter premeretur, rogavit eam, ut suis orationibus à Deo sibi incolumitatem impetraret; ipsa verò signo Crucis eum ab omni infirmitate liberum dimisit.

* aqua

eleëmosyna miraculo illustrata; mulierem raptam reddi curat,

B

13 Mulier quædam sibi pecuniam conservandam dederat; at ipsa pietate ac misericordiâ ducta, illam pauperibus distribuit: cùm autem à domina repeteretur, ipsa illuc se contulit, ubi pecunia reposita fuerat, totamque summam ibidem invenit. In castro Fossati *q* quidam dux Perusinus *r* uxorem cuidam rustico eripuerat; & cùm à beata Sperandea moneretur, ut eam suo viro restitueret, ejus admonitionibus assentiri noluit. Tunc ipsa minata est, & inquit: Dei judicium in veritatis testimonium supra te quamprimùm venit. Et statim gravi infirmitate oppressus fuit, & cùm beatæ Sperandeæ verba in memoriam sibi redigeret, mulierem dimisit, ac statim liberatus fuit.

q

r

cuidam mortem prædicit, aquam in vinum vertit, corpus castigat;

14 in civitate Perusiæ cùm vidisset quemdam divitem, eum monuit, ut sacerdotem conveniret, eique sua peccata confiteretur, & sanctissimum altaris Sacramentum sumeret; quoniam brevi moreretur. Quod cùm ipse fecisset, octo dierum spatio vitam cum morte commutavit. Quædam mulier vasculum aquâ implevit, quod cùm ipsa suscepisset, aquam in vinum convertit. Cùm fecerat Quadragesimam sancti Martini *s* sine tunica & pedibus nudis, habebatque cellam ex storatiis contextam, à frigore & dæmonibus vehementer afflicta fuit.

s

C *latronibus cæcitate percussis visum restituit.*

15 Dum ipsa manebat in contemplatione, vidit mensam, in qua erat Christus, Maria Virgo & Joannes Euangelista. Cùm ex Calii *t* civitate Eugubium se conferret, per silvam quamdam iter faciebat, & in latrones incidit, qui eam capere, & ei vim inferre conati fuerunt; sed omnes eodem tempore cæci facti sunt, ac tam gravi repentinoque casu perterriti invicem dicebant: Hæc profectò Dei est amica: eamque vehementer rogare cœperunt, ut Deum pro illis oraret: quod ipsa quamprimùm agere cœpit; nam flexis genibus Deum oravit, ut oculorum lumen illis restitueret, quod impetravit; omnes enim pristinam videndi virtutem receperunt *u*.

t

u

ANNOTATA.

a *In Ms.*, *quo utimur*, Spera in Deo *constanter vocatur*; *at nos ubique* Sperandeam *scribemus ob rationes num.* 4 *Commentarii prævii datas.*

b *De Sanctæ patria, parentibus, familia & natali tempore, consule Commentarium prævium* § 2.

c *Quid de hoc cilicio cinguloque ferreo narret Franceschinus, vide num.* 29 *&* 30 *ejusdem Commentarii.* A. ANONYMO.

d *Hierosolymam adiisse scribit Franceschinus, num.* 33 *&* 34 *Commentarii relatus, qui etiam ibidem num.* 31 *&* 32, *alia mirabilia de ejusdem peregrinatione enarrat.*

e *Franceschinus scribit, Sanctam hoc jejunium super tumulo cujusdam mortui exegisse, addit-que ibidem à serpentibus vexatam fuisse. Vide dicta num.* 38.

f *De spelunca, quam* S. Sperandea *inhabitâsse dicitur, ejusque nomine appellata est, egimus in Commentario prævio num.* 35 *& duobus sequentibus.*

g *Franceschinus cap.* 4 *Vitæ Italicæ existimat, Sanctum, cujus hic fit mentio, fuisse S. Benedictum; per calceamenta verò Religiosum ejusdem habitum designari, putatque* S. Sperandeam *per hanc visionem ad Benedictinum Ordinem vocatam fuisse. Nec ineptè ita interpretatus est; verùm tot aliæ visiones suspectæ, quæ hîc glomerantur, faciunt, ut omnes parvi apud me momenti sint.*

h *Quid de hac lampade suspicetur Franceschinus, dictum est num.* 42.

E

i *Hinc colligit idem Franceschinus, Sanctam divinitus didicisse legere; sed quàm probabiliter, judicet lector.*

k *Vox barbara est ab Italico* Rasore, *Latinè* novacula.

l *Id est ex* storea; *indicat autem cellam ex straminе, arundine, simili materia excitatam.*

m *Præter hasce etiam aliæ hujusmodi visiones recensentur à Franceschino; sed ex recitatis non mirabitur eruditus lector, illas à me prætermitti.*

n Recanati *Italis, Ecclesiasticæ ditionis civitas est in Marchia Anconitana.*

o *Uncis inclusa ad periodi integritatem addidi.*

p *Oppidum est ditionis Pontificiæ in Marchia Anconitana.*

q *Castrum est ditionis Ecclesiasticæ in memorata Marchia juxta confinia ducatûs Urbinatis.*

r Perusia, *indigenis* Perugia, *episcopalis civitas est, agrique Perusini caput, in Umbria, sub summi Pontificis pariter dominio.*

F

s *Hæc olim celebris erat, & post Octavam Omnium Sanctorum, seu à die* XI *Novembris, qua S. Martini obitus recolitur, usque ad Christi Domini Nativitatem celebrabatur. Consule, si lubet Cangii Glossarium.*

t *Callium, vulgò* Cagli, *urbs est ducatûs Urbini, episcopalis sub archiepiscopo Urbinate.*

u *In utroque Ms. nostro mox subduntur miracula post Sanctæ obitum facta, quæ nos in Appendice recensebimus; unde liquet, Vitam hanc, si umquam integra fuerit, mutilatam esse, ut in Commentario jam monuimus.*

VITA

A. ANONYMO.

VITA
ALTERA RHYTHMICA,
Sive hymnus ex Miſſa.

Novennis à Chriſto edocta, è paternis ædibus fugiens, *a*

ORa, ô ſancta Sperandea,
Ut perveniat ſpes mea,
Quò ſpes tua ſe prætulit.
Annos nata ſolùm novem,
Tu vidiſti verum Jovem *a*,
Qui te ſancta docuit.
Hic te monet, ut parentes
Linquas ſtatim, & ad gentes
Jam puella properes.
Dedit tibi veſtimentum
Pellis ſuis indumentum,
Zonâ ſtrinxit ferreâ. *b*
Quadrageſimæ, quas facis,
Jeſu filiæ ſunt veracis;
Tot & tanta pateris.
Omni te dediſti ærumnæ,
Alligâſti te columnæ,
Super ſævum tumulum.
A dæmonibus afflicta
Tunc fuiſti Benedicta,
Atque aliàs toties.
2 Vultum Sanctum tu velâſti,
Et per orbem clamitâſti:
Cur nondum vos pœnitet?
Non te terret longa via,
Ubi Chriſtus & Maria
Ambulârunt, ambulas.
Tu cum ſole mundum luſtras,
Et virtutibus illuſtras,
Jeſu laudes concinens.
Tuum Jeſum ſemper oras,
Jeſum reſonans per oras;
Sunt ut ſtercus cetera.
De te poteſt gloriari,
Ut ſolebat admirari,
Eugubina patria.
Cingulani te laudare
Atque auxilium implorare
Numquam tuum deſinunt.
Mira vident à te geſta;
Et quæ vox eſt de te queſta,
Opem cui non dederis?
3 Cæcus videt, ſurdus audit;
Cælum tibi nihil claudit;
Mutus per te loquitur.
Claudus ſalit cervus uti,
Et podágra *c* fit ſaluti,
Cui tu manum porrigis.
Petram *d* rumpis, & depellis
Febres omnes; eſt imbellis
Dæmon, ſi tu comprimis.
Quid plus dicam, ſi defuncti
Tua prece ſurgunt cuncti,
Nec repugnat tartarus.
Pauperibus crumenam
Tu das datam, & pòſt plenam
Reddis læta dominæ.
Vinum aqua tu divinum,
Facis, vinum ne ſit vinum,
Ubi Deus temnitur. *e*
Mala gulæ depuliſti,
Quando Cruce depreſſiſti
Affirmatas *f* glandulas.
4 Mirum quid, ſi fiant ſana
Spe tam verâ & Chriſtianâ
Jam multarum & ubera?
Paralytici labantes,
Morbo ſacro laborantes,
Tuis valent precibus.
Vinctos ſolvis carceratos,
Et devotos condemnatos
Eximis carnifice.
Cæcos facis inimicos,
Pôſt illuminas pudicos,
Cùm te vocant ſupplices.
Tu componis Recinetum,
Pacem facit per te lætum,
Quod nequibant principes.
Tu precando filiorum
Matrem facis, quæ nullorum
Semper mater exſtitit.
Tu, dum nive tellus albet,
Turbæ reæ, quæ non pallet
Poſcere, das ceraſa.
5 In hoc major Heliſeo,
Morbos pellis, dante Deo,
Vitâ ſolùm tenui.
Dux, qui fecit meretricem,
Et quæ virum infelicem,
Ore obtorto timuit. *g*
Monuiſti moribundos,
Et domâſti * furibundos,
Ubi te dedecorant. *h*
Sciat Tuſcus, ſciat Renus, *i*
Nullum eſſe morbi genus,
Quod non ipſa eliſeris. *k*
Genus quodlibet ſalutis,
Abſtinentiæ & virtutis
Tuum exercitium.
Hinc mirantur Cingulani,
Ut Eugubium & extranî,
Quod tu tanta geſſeris.
Quæ monſtrata ſunt Joanni,
Tui tenelli vident anni,
Nec minora forſitan. *l*
6 Tibi ſanctus Benedictus
Dedit habitum, quo ſtrictus
Ipſe priùs fuerat.
Arctâ viâ perambulâſti,
Quando cælum proluſtrâſti,
Intrant ubi perpauci.
Tibi virgini prudenti
Datur ab Omnipotenti
Lampas indeficiens. *m*
Fecit tibi ſe cuſtodem,
Tu doceris ab eodem,
Quod non nôras, legere.
Inde manet corpus ſacrum,
Ut reliquit jam lavacrum
Paulò poſt interitum.
Inde ſemper manet tota,
Licèt quædam ſit remota
Pars ab ea, ſubucula.
7 Ter magiſtrum monuiſti;
Non parentem percuſſiſti;
Arcam ut efficeret.
Ciccolino ædificanti
Opus ruis, ut giganti
Deus Babylonio.
Ille reddere cùm nollet,
Prædixiſti, quòd mors tollet;
Moniale prædium. *n*
Cingulanis & vicinis

Arma

B
b

C

varios morbos ſanat, & multa
c
d

e

D

f
alia miracula

E

patrat:

g

* domuiſti
h
i
k

l
Benedictinum habitum ſuſcipit; corpus integrum manet:
F

m

apparent arcam ſibi confici jubet: agrum monialibus reſtitui imperat.

n

A Arma tollis, & ruinis
Populorum ſubvenis.
Ut feciſti, fac ut ores,
Donec Dominum exores
Pro devotis gentibus.
Laus ſit ſummæ Trinitati,
A qua fuimus creati
Ad æternam gloriam. Amen.

ANNOTATA.

a *Id eſt Deum, ſive Chriſtum, qui ipſi apparuit.*

b *Conſule, ſi lubet Commentarium num.* 29 *&* 30. *Ceterùm ea, quæ in prima Vita illuſtravimus, hîc inobſervata præteribo, ne Annotata fruſtra cumulem.*

c *Podagrâ laborâſſe Jacobum Mariæ, qui in altera Vita num.* 12 *à Sancta ſanatus dicitur, ſcribit Franceſchinus cap.* 8 *Vitæ Italicæ.*

d *Id eſt calculos.*

e *Senſus eſt:* Tu facis, ut aqua ſit vinum divinum (*id eſt optimum*) & ne vinum maneat vinum *&c. Huc ſpectant, quæ Franceſchinus*
B *cap.* 8 *narrat, videlicet, Sanctam, cùm quoſdam potatores, qui in taberna maledictis ac perjuriis Deum offendebant, ſedulò commonuiſſet, nihilque proficeret, prædixiſſe fore, ut memorati cauponis vinum mox corrumperetur; cumque id re vera accidiſſet, cauponem jam facti pœnitentem ſuis apud eamdem precibus impetrâſſe, ut vinum priſtino vigori reſtitueretur.*

f *In exemplari noſtro tam Ms., quàm edito, mendosè legebatur* affirmatus. *Porrò per* affirmatas glandulas *deſignare videtur* induratas ſtrumas, *ſive gutturis tumorem: quare huc pertinere videtur, quòd Franceſchinus ſuprà laudatus refert his verbis:* Quædam puella, Alexandrina nomine, multis grandibus peſſimiſque ſtrumis affectum guttur habebat: quas cùm S. Sperandea attigiſſet, & Crucis ſigno luſtrâſſet, omnes diſparuerunt.

g *De Peruſino, qui alterius uxorem ſibi rapuerat, dictum eſt in prima Vita num.* 13. *De altera muliere, quæ virum infelicem hîc feciſſe dicitur, ſic ſcribit Franceſchinus:* Quædam mulier alterius marito fruebatur, cúmque à Sancta propterea admonita, eam rideret, ejuſdem
C os ſubitò diſtortum fuit; ſed ad eam recurrens, per illius orationem liberata eſt.

h Dedecorant *ſubſtitui pro* decorant, *quod in utroque exemplari noſtro, Ms. ſcilicet & edito per Franceſchinum, contra legem Rhythmicam & auctoris ſenſum legebatur. Rem ipſam Franceſchinus ex ſuo, ut apparet, Latinæ Vitæ exemplari refert in hunc modum:* In civitate Eugubina, patria ejus, in qua tot operata fuerat miracula, à quodam Ranuccio Philippi fœdis injuriis affecta fuit; & niſi Hiſtoria, hoc loco paſſim detrita, me fallat, is eam dicteriis, quibus nec meretrix exciperetur, proſecutus eſt, exprobrans, quòd ita nudis pedibus & quaſi nudâ incederet, & ut diſcolam mulierem repellens. Quod ipſa æquo animo tulit: ſed Deus eam vindicavit; Sabbatho enim proximo, quàm eam calumniatus fuerat, miraculosè (*id eſt* inſolito modo, *opinor*) trucidatus eſt.

i *Incertum eſt, utrùm hic per* Tuſcum & Rhenum *communi quadam appellatione Italos & Germanos, an verò propriè dictos* Tuſcos, *ſive Etruriæ incolas, &* Romanulos, *ſive Romandiolæ cultores intelligat; nam & apud hos quidam amnis,* Rhenus *nomine Apennino monte ortus, per Bononienſem agrum fluit ac deinde ſe in Padum exonerat.* EX MSS.

k *Ita correxi, utrumque enim exemplar vitiosè habet,* eliceris.

l *De mirabilibus Sanctæ viſionibus, quas Vita prior à num.* 3 *recenſet, hîc loquitur, eaſque per auxeſim cum viſionibus S. Joannis Euangeliſtæ, in Apocalypſi deſcriptis, nimis liberaliter comparat.*

m *Quid de hac lampade quidam dicant, conſule Commentarium prævium num.* 42 *&* 43.

n *De miraculo hoc ita ſcribit Franceſchinus:* Pro coronide laboris mei indictum præterire nolo, quod cuidam Ciccolino Cingulano poſt S. Sperandeæ obitum contigit. Cùm moniales, ſæviente fame graviſſima, egeſtate compulſæ quemdam agrum, monaſterio vicinum, huic homini oppignorâſſent, & Ciccolinus adverteret, eumdem à monialibus non redimi, cœpit in eo fabricare; ſed quantum interdiu exſtruxerat, tantundem noctu collabebatur. Quod cùm ſæpius contigiſſet, ipſeque nihilominus magis obfirmato animo fabricam urgeret, S. Sperandea ipſi E
apparuit, monuitque, ut agrum monaſterio redderet. Cúmque nihil proficeret, quamvis ſeſe ipſi in ſomno frequenter benignam exhibuiſſet, tandem quadam nocte terribilior quàm aliàs apparens, minitabunda imperavit, ut agrum monialibus reſtitueret, ſeque ad mortem compararet, poſt dies enim viginti non ampliùs inter vivos futurum. Hiſce territus Ciccolinus teſtamentum condidit, quo agrum monialibus reſtituit, & tempore à S. Sperandea, ut diximus, aſſignato defunctus eſt. *Ceterùm per* gigantem Babylonicum, *turris Eabel conditores auctor intelligere videtur.*

APPENDIX

DE MIRACULIS.

§ I. Varia miracula annis MCCLXXVII & MCCLXXVIII impetrata.

Miracula unde recenſenda.

INter monumenta pro illuſtrandis S. Sperandeæ *Actis ad hanc diem ſepoſita, varia reperi de miraculis, per piam ejuſdem invocationem impetratis; & ea quidem in authentica forma, coram publicis notariis ac teſtibus confecta fuêre, eorumque apographa nobiſcum communicata. Horum aliqua Latino ſermone, alia Italico, alia utroque pro perſonarum, quæ ea teſtabantur, conditione conſcripta fuerunt; quæ omnia ego pro more noſtro Latinè verſa lectori exhibebo. Incipiam autem à miraculis, quæ Vitæ Latinæ ſupra editæ eadem manu Latinè ſubjecta ſunt, & ab emortuali ſanctæ Abbatiſſæ anno ordiuntur, deſcriptaque ſunt ex quodam codice, in quem ea prodigia referebantur, vel ex variis inſtrumentis authenticis collecta, ut legenti apparebit. Hiſce annus, Indictio, menſis &c. paſſim adſcripta ſunt; ſed Indictionem ſæ-*

ex mss. *pe mendoſam eſſe, obſervabimus. Turbatam etiam nonnihil annorum rationem, reſtituemus, ſingula eo, quo facta ſunt, ordine recenſuri. Varietatem quoque in numeris arithmeticis, quæ in noſtro, & quo uſus eſt Franceſchinus, Ms. hinc inde occurrit, annotabimus. His obſervatis ad inſtrumenta progrediamur.*

Paralyticus ad ejus ſepulcrum ſanatus:

2 In Dei nomine, amen. Anno Domini MCCLXXVII, Indictione ſexta, Apoſtolica Sede vacante. Actum Cinguli in monaſterio beatæ Sperandeæ, die XVI Septembris, præſentibus Fratre Philippo de... Sorore Margarita de Eſio (Æſium, *vulgò* Jeſi *epiſcopalis civitas eſt, ditionis Pontificiæ in Marchia Anconitana*) & aliis pluribus teſtibus, D. Caroſella, uxor Valentis, coram teſtibus, & me notario, aſſeruit, ejus filium bis in die ac nocte paraliſiæ morbo capi, eoque tam graviter affici, ut omni penè ſenſu carere videretur; cúmque ad beatæ Sperandeæ ſepulturam fuiſſet, ibique aliquamdiu ſtetiſſet; Deo in primis ac beatæ Sperandeæ quàm diligentiſſimè ſe commendans, ab hujuſmodi infirmitate liber evaſit. Ego magiſter Matheus notarius rogatus. *Adjecta notæ chronologicæ rectè ſe habent: nam anno* 1277, *die* XVI *Septembris, Indictio* VI *currebat, ſi eam ab initio hujus menſis ordiaris, vacabatque tum à menſe Majo Sedes Apoſtolica per mortem Joannis XXI, aliàs XX. Pro* die XVI Septembris *Franceſchinus diem* XVII *ejuſdem menſis legit: at utrumque Ms. noſtrum convenit.*

B

cruribus capta,

3 Anno Domini MCCLXXVII, die VIII menſis Octobris, Apoſtolica Sede vacante, actum Cinguli apud monaſterium S. Sperandeæ, præſentibus Diotajuti Petri, & Compagnono Bandelloni teſtibus, Criſtina Benevenuti de Ripis dixit & aſſeruit, ſe precibus ac B. Sperandeæ interceſſione, & Dei gratiâ ac benignitate, à quadam infirmitate, quâ tenebatur, liberam fuiſſe: nam ejus crura ac genua ita malè affecta fuerunt, ut non modò * ambulare, ſed nec ſine magno dolore ſurgere poterat; quod modò omni dolore vacua liberè facit. Ego Jacomellus notarius rogatus. *In altero Ms. annus hîc* 1278 *ſignatur; ſed perperam; nam eo anno die* VIII *Octobris Sedes non ampliùs vacabat, Nicolao III jam à die* XXV *Novembris anni præcedentis ad S. Petri cathedram elevato. Franceſchinus annum* 1277 *etiam habet, ſed diem* XIII *Octobris, pro* VIII *legit.*

* *adde* non

C

altera omnibus membris dolens,

4 In Dei nomine, amen. Anno Domini MCCLXXVII, Indictione VI, Apoſtolica Sede vacante die XXIV Octobris, actum Cinguli in monaſterio B. Sperandeæ, præſentibus magiſtro Laurentio Albericulo, Grimaldo Zarroni & me notario, Verdutia Rainaldi Mancinelli coram præfatis teſtibus aſſeruit, quodlibet ſui corporis membrum gravi dolore affici *, & cum ad monaſterium B. Sperandeæ ſe contuliſſet, in qua ſummopere confidebat, ab omni penè dolore levata fuit. *Notarii nomen ab utroque Ms. noſtro abeſt, ſed apud Franceſchinum is* Boncompagno *appellatur. Apud eumdem pro die* XXIV *dies* XXIII *Octobris ſcribitur.*

* *l.* affectum fuiſſe

alteraque paralytica, curata.

5 In Dei nomine, amen. Anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, tempore domini Nicolai Papæ III, VIII menſis Martii, domina Flordaliſa, uxor quondam Antonii Clotii, aſſerit ac verum eſſe affirmat, cùm gravi ac diuturno paraleſiæ morbo teneretur, adeóque commodè loqui non poterat, in B. Sperandea vehementer confidens, ſe illius precibus liberari poſſe, ad illius oratorium ſe contulit, & ante illius ſepulturam totâ nocte jacuit: manè autem ſomno excitata, ab hujuſmodi ægritudine libera evaſit, ac domum reverſa eſt, perinde acti nullâ umquam ægritudine detenta fuiſſet. D

Morbus comitialis.

6 Domina Domicilla, uxor Petrucii Rainaldi Roggeri, aſſerit, ejus filium morbo comitiali detineri; cúmque mirifico eum liberandi deſiderio flagraret, miſit illum ad B. Sperandeæ ſepulturam; ubi cùm aliquo temporis intervallo manſiſſet, tandem divinâ gratiâ beatæque Sperandeæ interceſſione ac precibus priſtinam valetudinem conſequutus eſt, nec ampliùs à morbo hujuſmodi captus fuit.

tremor manuum ac lateris dolor depulſus:

7 Domina Bellaflore, uxor magiſtri Diotajuti habebat puellam, quæ manuum tremorem, ac lateris dolorem patiebatur: duxit eam ad corpus B. Sperandeæ, & divinâ gratiâ, precibuſque B. Mariæ Virginis, ac B. Sperandeæ interceſſione, ab omni infirmitate libera reddita fuit. Actum Cinguli in ejus oratorio, præſentibus D. Bellaflore prædictâ, Vandino ejus fratre, Mazuritio de Serra, & Verdutiâ famulâ Jacobi Nicolæ. Ego Benevenutus Viſcoli notarius. *Tria hæc miracula vel beneficia in uno eodemque inſtrumento ſimul referuntur tam in utroque Ms. noſtro, quàm apud Franceſchinum; qui* Domicillam *non* uxorem *Petrutii Rainaldi Roggeri, ſed ejuſdem* filiam *facit. Alterum etiam ex duobus Mss. noſtris nonnihil ab altero ſolis verbis diſcrepat; puto quia ſolœciſmos corrigere voluit, qui hoc deſcripſit; ſed nativum textum, utut mendoſum præferimus.* E

greſſus & loquela reddita:

** al. deeſt &*

8 In Dei nomine amen. Anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, tempore D. Nicolai Papæ III, die V Junii, actum Cinguli in monaſterio S. Sperandeæ, præſentibus D. Ventura &* cappellano eccleſiæ S. Exuperantii, & D. Beneveni, & magiſtro Antonio Alberici notario teſtibus, & aliis compluribus; Berta Grimaldi Adæ cùm non poſſet liberè pergere, neque cum baculo, neque ſine baculo, ſeptem annorum ſpatio, ac toto ipſo tempore ſermone etiam caruit, accedens ad oratorium S. Sperandeæ, coram me notario liberè loqui ac pergere cœpit. Moricus notarius.

energumena liberata:

9 Domina Helena, uxor Viviani Antonii, cùm duobus dæmonibus graviter cruciaretur ac torqueretur, ducta ad ſepulturam B. Sperandeæ, omninò liberata fuit, nec ampliùs ab hujuſmodi dæmonibus ullam moleſtiam paſſa eſt, præſentibus Diotajuti Antonii Accarombono, Rainaldi Thebaldo Petri, dictæ Helenæ patre, Antonio Viviani, Jacobutio Jani, Benevenuti Alberti, & pluribus aliis; & ipſa mulier ita feciſſe, & ita ſibi eveniſſe affirmavit. Actum Cinguli anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, die VII menſis Junii, tempore D. Nicolai Papæ III. Ego Jacomellus notarius rogatus. *Qua hîc* Helena *dicitur, apud Franceſchinum* Clara *ſcribitur, dies* XVI *Junii ſignatur, plures etiam ibidem teſtes enumerantur, ac denique miraculum ipſum paulò aliter refertur, hiſce videlicet verbis, ſed Italicis:* Clara uxor Viviani ... quadam Dominica die, V dicti menſis (*Junii*) correpta à dæmone vexari torquerique cœpit, & in S. Sperandea confiſa, ſpemque ſuam in illa reponens, ad ipſius locum acceſſit: dumque ad ejuſdem ſepulturam adducta eſſet, unus è duobus dæmonibus, qui ipſius corpus occupaverant, excedere coactus eſt; alter verò, qui inhæſerat, die Mercurii, VIII dicti menſis, egreſſus eſt, F

&c

A & ipſa omni vexatione poſſeſſioneque dæmonum coram magna populi frequentia liberata eſt. *Ita ipſe, qui ampliora forſitan, quàm nos habuit monumenta.*

*unius oculi lumen redditum: *al.* XVIIII

10 Die XVIII * Junii eodem anno, domina Jacobina Benevenuti Antonii cùm ex altero oculo omni penitus lumine orbata eſſet, ad Sperandeæ monaſterium ac ſepulturam acceſſit, & in Deo potiſſimùm, & in illius interceſſione ſummopere confidens, priſtinam videndi virtutem recuperavit, præſentibus D. Brigidâ & ſorore Agatâ Mathei teſtibus. Ego Moricus notarius rogatus.

calculorum cruciatus,

11 In Dei nomine amen. Anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, die ſecunda Septembris, tempore D. Nicolai Papæ III, actum Cinguli in eccleſia S. Sperandeæ, præſentibus Golzone Rainaldi, Benevenuto Antonii, & pluribus aliis, Joannutius Benevenuti Antonii cùm lapidis & calculorum morbo graviter laboraret, ad B. Sperandeam confugit, eique diligentiſſimè ſe commendavit; cujus interceſſione à tam gravi morbo liberatus fuit. Ego Golzo notarius rogatus. *Dubium eſt, an hîc* Indictio VI *rectè adſcribatur: etenim ſi eam Cingulani à die prima*

B *Septembris (ut ex præſentibus colligitur) exorſi fuerint, Indictio* VII *conſignanda erat. Idem in ſequentibus occurret, quod hîc ſemel obſervâſſe ſufficiat.*

graveſque

12 Anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, die XI Septembris, tempore Domini Nicolai Papæ III, actum Cinguli in oratorio S. Sperandeæ, præſentibus domino Bruno Albertutii, magiſtro Philippo Albertutii, Vannio domini Jacomelli & domino Benimbene de Æſio, domina Violante, uxor Gualterutii, dixit & aſſeruit, ſe hujuſmodi infirmitate oppreſſam fuiſſe, & duorum menſium ſpatio & ampliùs omni ſpe ſalutis caruit: (*lege* ut. . . caruerit.) Cùm autem delata eſſet ad locum, ubi arca ſita erat, in qua B. Sperandeæ corpus ſervabatur, & cùm in ipſa ſummopere confideret, liberata fuit.

*infirmitates * ut*

13 Eâdem die, cùm iidem teſtes adeſſent, domina Flora, Jacobi uxor, dixit & aſſeruit, ob infirmitatem ſe eò deductam eſſe, cùm * abſque auxilio, nullo pacto, per ſe moveri poſſet, ſummis precibus utens, ut ſanitatem impetraret, & in Deo ſummopere confidens, ab

C omni ægritudine libera evaſit; & prædictæ mulieres ita fuiſſe coram me notario infrà ſcripto confirmârunt. *Notarii nomen in Mss. noſtris deſideratur. Porrò ex iis, quæ mox num.* 12 *de Sanctæ arca dicta ſunt, tempus, quo ea facta eſt, colligit Franceſchinus, quemadmodum num.* 45 *Commentarii prævii obſervavimus.*

*ac oculorum mala, ſublata: * al.* Vandino ** al.* Franſonis

14 In Dei nomine amen. Anno Domini MCCLXXVIII, Indictione VI, tempore D. Nicolai Papæ III, die XII menſis Octobris, Cinguli in oratorio B. Sperandeæ, præſentibus Bandino * domini Jacomelli, Philippo Albertutii, Gentilutio Benevenuti, & Nicolao Campanario de Ripa Tranſona *, teſtibus; Martina de Camurano aſſeruit juramento & confirmavit, cùm graviter oculorum morbo laboraret, adeóque nihil ferè videbat, ad B. Sperandeæ ſepulturam ſe contulit, & cùm ibi oraret, ſomno capta fuit; exurgens autem à ſomno ſuo, ſe omninò liberam eſſe cognovit, & non ſecùs ac oculorum morbo numquam affecta fuiſſet; & eodem menſe ac die, iiſdem teſtibus præſentibus, ita feciſſe retulit & confirmavit.

duo alii ægri

15 In Dei nomine amen. Anno Domini MCC-

LXXVIII, Indictione VI, die XVI menſis Octobris, EX MSS. tempore D. Nicolai Papæ III, actum Cinguli ſub porticu domûs mulierum commorantium in loco & domibus, ubi venerabilis mulier, Soror Sperandea pœnitentiam fecerat, præſentibus Vandino domini Jacomelli, Franſono Amabilis, domina Gratiana, uxor Thomaſſini de Monte-Turris aſſerit & verum eſſe affirmat, Bernardutiam ejus filiam anno proximè præterito, Auguſti menſe in gravem morbum incidiſſe, quo duorum menſium ſpatio detenta fuit, & eò deducta erat, ut vix loqui poſſet.

ſanati:

16 Affirmat etiam, Andream ejus filium eodem toto ferè menſe gravi ægritudine affectum fuiſſe. Quare cùm omnem ſpem in Deo locâſſet, in eoque ſummopere confideret, eum vehementer rogavit, ut ſuorum filiorum incolumitati conſulere vellet, beatæque Sperandeæ ſe ſuoſque filios commendavit, eam obſecrans, ut apud Deum intercederet, & hujuſmodi gratiam ac beneficium impetraret. Quod Dei benignitate aſſecuta eſt: nam ejus filii ab ægritudine, quâ detinebantur, omninò liberati fuerunt. Ego Antonius notarius rogatus. *Longè aliter hujus gemini miraculi circumſtantias recitat Franceſchinus, ex quibus deducit, ſanctam Abbatiſſam noſtram anno* 1277 *non amplius in vivis fuiſſe, ideoque beatum ejuſdem obitum anno* 1276 *alligandum eſſe; de quibus omnibus conſule, ſi lubet, Commentarium prævium num.* 19 *& ſeqq.*

E

brachii grave

17 *Sequens miraculum ultimo loco refero, quia nullum menſem, diemque adſcriptum habet, quamvis fortè aliis anni* 1278 *præponendum ſit. Alterum vitium majoris momenti eſt, quod in utroque Ms. noſtro inſtrumentum hoc mutilum appareat; ſed hîc opportunè nobis proderit Franceſchinus, ex quo aliqua obſervabimus. Interea ipſum inſtrumentum accipe.* Anno Domini MCCLXXVIII, tempore Nicolai Papæ III, præſentibus magiſtro Philippo Alberutii, Rainaldo Thebaldi, teſtibus, & aliis pluribus, Pamphilia uxor Thomæ Joannis de Æſio affirmavit coram dictis teſtibus & me infrà ſcripto notario, cùm ejus brachium cereum offerret, quòd cùm perfeciſſet, quamprimùm à tam gravi morbo libera fuit; utque beneficium, quod illius interceſſione à divina benignitate impetraverat, omnibus notum eſſet, brachium in priſtinum ſtatum reſtitutum oſtendebat, numquam F Deum laudare, beatæque Sperandeæ ſanctitatem prædicare deſiſtens. Ego Corradus notarius rogatus.

malum curatum.

18 *Genus morbi, quo Pamphiliæ brachium affectum fuit, ut liquet, atque fortè alia quædam hîc prætermiſſa ſunt, ideoque juverit rem totam ipſis Franceſchini verbis ex Italico Latinè ſubjungere. Hic igitur ait, in inſtrumento dici,* Pamphiliam, uxorem Thomæ * Joannis ex Æſio, in oratorio S. Sperandeæ affirmâſſe, ſe non diu poſt Sanctæ obitum, cùm ipſius brachium acerbiſſimo malo affligeretur, ita ut omnes brachii nervi viderentur; facto voto ſacrum illius corpus invifendi, & interea donec veniret, brachium cereum mittendi, ſubitò liberatam fuiſſe, & in dicto oratorio prædictis (*teſtibus ac notario*) ſanatum brachium, partemque, quæ affecta fuerat, oſtendiſſe; medicum unum in eo nervum reſecuiſſe, nec potuiſſe ſanare, eamque teſtes allegâſſe dominum Benevenutum Antonii Paſchalis, & dominum Benevenutum Antonii ſacella-

** di Thomaſſo*

EX MSS. num eccleſiæ S. Gregorii. *Ita ipſe laudans inſtrumentum authenticum. Cetera, quæ huc uſque dedimus, Vita Ms., ut monuimus, ſubjecta leguntur.*

§ II. Miracula ſeculo XVII obtenta.

Alia inſtrumenta de miraculis.

PRæter ea, *quæ præcedenti paragrapho retulimus, varia inſtrumenta pariter authentica, ut ſuprà jam monuimus, de* S. Sperandeæ *miraculis, ad hunc diem ſepoſita reperi. Hæc omnia ad ſeculum* XVII *ſpectant; unde colligimus, miracula, quæ ſeculis* XIV, XV *&* XVI *contigerunt (haud dubiè enim aliqua contigerint) aut ſcriptis non fuiſſe mandata, aut periiſſe; nam alioquin iidem, qui nobis illa tranſmiſere, etiam hæc procuraſſent. Quin & ipſe Franceſchinus, qui omnia monaſterii* S. Sperandeæ
B *monumenta à ſe luſtrata aſſerit, præter ea, quæ paragrapho præcedenti recenſuimus, nullum refert, contentus dixiſſe*: Atque hæc miracula inſtrumentis authenticata ſcripſiſſe modò ſufficiat: qui plura volet, luſtret tabulas in templo appenſas & à Sororibus repoſitas, atque
* ſonnetti aliquot hymnos * ibidem à me compoſitos. *Porrò ordinem temporis, quo quælibet miracula facta ſunt, aut inſtrumenta confecta, ſervare non licet, niſi inſtrumenta inſtrumentis commiſcere velim, ideoque ſingula prout jacent, recenſebo.*

Peſte infectus

20 *Incipio à Joannis Baptiſtæ Parenti ſanatione, de qua ſequens inſtrumentum Italicè conſcriptum habeo:* In nomine Dei & glorioſæ S. Sperandeæ Cingulanæ. Ego Joannes Baptiſta Parenti ex Staffolo (*Marchiæ Anconitanæ loco*) habitans Cinguli, plenam & indubitatam pro veritate fidem facio, & interpoſito etiam jurejurando teſtor, quomodo menſe Octobri aut initio Novembris, ſalvo vero, anni MDCXXIX, carbunculo (*id eſt peſtifero tubere*) correptum guttur habens, in affecta parte neceſſariò uſtus fuerim curatuſque à domino Sylveſtro Sperandini, tum temporis in dicta terra Cinguli
C chirurgo & in arte celebri; qui cùm aliquot paucorum dierum ſpatio adverteret, eum nihilominus creſcere, malumque occultare ſe, nec ſciret, quid præterea mihi facto opus eſſet, ait, ſibi nullum aliud remedium occurrere, niſi ut divinam miſericordiam implorarem.

ſanatur, admoto Sanctæ velo:

21 Hanc ob rem domeſticæ meæ mulieres interrogârunt me, ſi placeret mihi velum S. Sperandeæ tantiſper quæri; ego verò reſpondi: Omnino. Dumque illud ſumma devotione ac deſiderio exſpectarem, Pater confeſſarius monialium S. Sperandeæ paulò pòſt cùm eo velo advenit, eoque me texit; ac mox ego ſudare cœpi, ſudavique quamdiu benedictum iſtud velum ſuper me fuit, non ſine animi mei ſolatio. Deinde dictus Pater confeſſarius abivit; dictus autem dominus Chirurgus reverſus, infectam partem denuò inſpexit, malumque diſcooperuit, ac iterum uſſit: poſtridie verò omni periculo defunctus & brevi penitus liberatus fui, ſanitatem meam patrocinio S. Sperandeæ acceptam referens, in veritatis teſtimonium præſentem fidem ſcripto feci, & manu mea ſubſcripſi, hac die VI Maii MDCXLVI. Idem Joannes Baptiſta Parenti manu D
propria.

item alter

22 *In eodem Ms. ſequens inſtrumentum ſubditur:* In Dei nomine amen. Anno Domini MDCXLVI, Indictione XIV, die verò IV Januarii, Pontificatûs autem SS. D. N. Innocentii, divinâ Providentiâ Papæ X, anno ſecundo. Illuſtris dominus Raymundus Caballinus à Cingulo, præſentialiter conſtitutus coram nobis notario ac teſtibus &c., mediatis &c., depoſuit & affirmavit, videlicet: (*huc uſque Latinè; quæ ſequuntur, Italica ſunt:*) Anni ſunt octo vel decem (tempus præcisè non recordor) cùm gravi febri conflictatus, in domo dominæ Berecynthiæ, ſororis meæ, ut curarer, affixus lecto decumberem, jamque ad vitæ terminum deductus eſſem, & medicus actum de me eſſe pronunciâſſet, dixit mihi dicta ſoror mea, ſe, ſi permitterem, me velo S. Sperandeæ, cujus corpus in hac terra Cinguli integrum ſervatur, cooperturam.

graviter decumbens,

23 Cúmque ego, Ita, ita, repoſuiſſem, paulò pòſt venit reverendus dominus Ludovicus Chiori ex Montecchio, (*Marchiæ item Anconitanæ loco*) tum eccleſiæ collegiatæ hujus loci parœcus, E
qui quaſdam preces recitans, me velo S. Sperandeæ operuit, ſub quo ſubitò obdormivi, viſuſque mihi fui maximo cum ſolatio in quodam florido prato verſari; & repentè meliùs me habere cœpi in eum modum, ut veſpere ejuſdem diei dominus medicus diceret, morbum multùm remiſiſſe, atque ita deinceps convaleſcens, brevi integram ſanitatem receperim per Dei gratiam, ſanctæque Sperandeæ, cujus interceſſione eam obtentam agnoſco, & in cujus rei fidem præſentem atteſtationem, interpoſito juramento, confeci &c. *Deinde à notario Latinè ſubditur:* Super quibus &c. Actum Cinguli in domo mei &c., ibidem præſentibus illuſtriſſ. dominis Coſmo Franceſchino & Stephano Joannis de Cingulo teſtibus. Ego Joas * Baptiſta de Parentibus notarius rogatus.

** fortè* Joës

& mulier ex febre periclitans,

24 *Tertium, quod præcedenti ſubtextum eſt, inſtrumentum Latinè ſic orditur:* In Dei nomine amen. Die dicta. Domina Flaminia, uxor domini Franciſci Palmutii de Cingulo, præſentialiter conſtituta coram nobis notario & teſtibus &c., cum præſentia prædicti D. Franciſci viri &c., mediatis &c., affirmavit & depoſuit, prout infrà, videlicet (*Sequentia Italicè denuò ſcripta ſunt*): A multis annis (nam temporis diſtinctè non memini, cùm febri graviter ægrotarem, & poſt multa medicamenta uſque adeo ad extrema deducta fuiſſem, ut medici de me actum eſſe pronuntiarent, nec præter miſericordiam Dei mihi quidquam remedii ſupereſſe; conſilium mihi datum fuit de velo S. Sperandeæ, protectricis hujus terræ, expetendo, quod & à domeſticis meis rogatum, & à domino archipresbytero Gentiloni, tum vicario foraneo & monialium monaſterii dictæ S. Sperandeæ confeſſario, allatum fuit.

ejuſdem velo uſu ſanantur.

25 Ego verò pollicita ſum ad ejuſdem Sanctæ arcam anathema deferre, ſi ſanitati reſtituerer, & dicto coöperta velo, ſudare cœpi, ſubitóque me meliùs habere ſenſi, atque exinde convaleſcendo, brevi integræ ſanitati reddita ſum per gratiam Dei dictæque Sanctæ, ad quam, prout pollicita fueram, votum detuli. Et conſequenter &c. *Subditur Latinè:* Super quibus &c. Actum Cinguli in domo dicti D. Franciſci

A cisci Palmutii in vico S. Juliani, juxta &c., ibidem præsentibus D. Petro Dominico Pelliccione & Ægidio quondam Bernabei Datti de Cingulo, testibus. Ego Joas Baptista de Parentibus notarius rogatus.

Puella febri, phthisi, & strumis afflicta,

26 *Quartum ejusdem Ms. instrumentum est hujusmodi:* In Dei nomine amen. Anno Domini MDCXLVI, Indictione XIV, Pontificatûs prædicto (*anno scilicet secundo Pontificatus Innocentii X, ut in priori instrumento dixerat*) die verò IV Januarii &c. D. Bonfilius Crescionius de Cingulo, &c., medio eorum juramento tactis &c., domina Pieria ejus uxor, deposuerunt & affirmârunt, ut infra, videlicet: Jam decem aut duodecim anni sunt (*Italicè hæc scripta sunt*) à quibus quædam nostra filia, id temporis decimum inter & undecimum ætatis annum agens, nomine Angela, quâdam febriculâ, quæ eam exedebat, correpta fuit, nec magno temporis spatio malum in phthisim degeneravit, ut judicabant domini medici, qui & mandârunt, ut quæcumque ad dictæ Angelæ victum ac vestitum necessaria essent, separatim servarentur, ne reliquam familiam inficerent; quod
B maxima cum sollicitudine, incommodo & cautione exsecutioni mandatum est. Eodem tempore perseverante & semper ingravescente dicto malo, aliquot strumæ circa ejusdem puellulæ guttur apparuerunt, quæ suppurare incipiebant, quantum mihi Pieriæ, matri ejus, videbatur.

ex voto inducta Sanctæ habitu, sanata.

27 Quare advertentes, remedia frustra fore, statuimus ad S. Sperandeæ, protectricis hujus terræ, erga quam hæc puella piè affecta erat, patrocinium recurrere, vovimusque eam ejusdem Sanctæ habitu induere, quo & induimus. Simulac autem benedicto illo habitu vestita fuit, morbus decrescere cœpit, brevique tempore strumis, phthisi & febri liberata, sanaque & libera evasit, qualiter etiam hodiedum perseverat, vivitque in monasterio S. Catharinæ, in quo vitam Religiosam amplexa est, assumpto ex devotione & in grati animi tesseram nomine dictæ S. Sperandeæ, per cujus intercessionem memorata puella & nos dictam sanitatem à benedicto Deo acceptam agnoscimus, & præterea ipsa appellari vult Angela Sperandea: atque hoc verissimum esse, præsenti instrumento fidem fecimus, etiam jurejurando nostro interC posito &c. *Denuò Latinè subjungit notarius:* Juraverunt, tactis &c. Super quibus &c. Actum Cinguli in domo dicti D. Bonfilii Crescioni in vico S. Sebastiani, juxta &c., ibidem præsentibus illust. D. Cosmo Franceschino, & D. Fabritio Per * Mattheo de Cingulo testibus. Ego Joas Baptista de Parentibus publicus Apostolica auctoritate notarius Cingulanus, Auximanæ diœcesis, de præmissis fidibus rogatus me subscripsi, & publicavi, in fidem requisitus.

* *fortè* Ser

Loco ✠ signi. *Huc usque unum Ms.*

Quidam viatores, nocturnâ ac procellosâ tempestate

28 *Quod sequitur instrumentum, in separatâ copiâ exaratum, accipe:* In Dei ac ejus gloriosissimæ Genitricis Mariæ nominibus, amen. Anno Domini MDCXXXV, Indictione III, sedente SS. Domino nostro Urbano VIII Pont. Opt. Max., die verò XIV mensis Aprilis dicti anni. In mei notarii, testiumque infrascriptorum præsentia præsentialiter constitutus illust. D. Joannes Dominicus Bertuccius de Cingulo, ætatis suæ annorum quadraginta & octo, & ipse asseruit,

* *fortè* quia

& ex ejus quoque aspectu dignoscitur, qui * non vi, dolo &c., sed pro veritate facti, & medio ejus juramento, tactis &c., deposuit, videlicet: Cùm à quindecim vel sedecim (*hæc attestatio rursum Italica est*) circitèr annis mense Decembri, in comitatu D. Accurtii Cappelletti & Lucæ Lucidi Cingulani, Matilicâ (*Marchiæ Anconitanæ oppido*) Cingulum proficiscerer, iter per montem S. Viccini carpens, per viam ex nive & vento validissima tempestas exorta est, ita ut ob difficultatem itineris montuosi, & tempestatis intemperiem, nox præcipitaret, dum ad montis declivia, quæ valdè asperа sunt, perveneramus. EX MSS.

inter præcipitia deprehensi,

29 Cúmque jam spissæ tenebræ incumberent, & procella tetraque tempestas semper invalescеret, & nos à semita deviâssemus, inter rupes ac præcipitia dicti montis deprehensi, per quæ etiam interdiu impossibilis est transitus, niveque usque ad genua pervadantes, usque adeò viribus denique defecimus & procellâ præcipitiorumque metu oppressi fuimus, ut omnes tres credere inciperemus, ibidem quamprimùm moriendum nobis esse; ideoque quisque suam animam Deo commendabat, simul tacitè perpendens, utrùm in extremo hoc periculo noxas suas alter alteri confiteri posset. Dum in hoc statu à E supradicto Luca Lucido, compatre (*vel* amico *) meo peterem, ut, si periculum istud vivus evasisset, filios ac familiam meam commendatos vellet habere; ipse tum in hunc modum reposuit: Eja, non dubitemus frater, sumamus modò animos, ego in benedicto Deo confido fore, ut per patrocinium glorioſæ sanctæ Sperandeæ, protectricis nostræ, cui me commendavi, precorque, ut vos, aliorum exemplo, pariter commendetis, nos in tutum locum, de quo numquam nobis inciderit cogitatio, perducat.

* *Italicè* compare

invocatâ Sanctâ,

30 Omnibus itaque dictæ Sanctæ sese commendantibus, spissæ illæ tenebræ paululùm minui subitò visæ sunt, & via ampla planaque apparuit; subjunxitque dictus Lucas: Agite, per hanc viam gradiamur, donec illucescat; ac mox per dictam viam ingressi nos omnes tres supradicti & una equa, quam adduxeram, tanta cum facilitate incessimus, ut nihil molestiæ aut incommodi experti simus, donec ad quoddam castellum civitatis S. Severini (*in eadem Marchia*) Ficano dictum, pervenimus; inde aptam viam edocti, ad alterum castellum, Frontale F appellatum, nec admodùm procul à Ficano situm, perreximus, in quo castello dicti domini Accurtii Cappelletti avunculus (*vel* patruus, *Italicè* Zio) rector ecclesiæ ejusdem castelli erat, à quo recepti, refectique fuimus, benedicto Deo de accepto per S. Sperandeæ intercessionem beneficio gratias agentes.

mirabili modo evadunt.

31 Etenim cùm inter præcipitia illa, in quibus nulla semita patet, deprehensi fuissemus, perpendimus, credidimusque, nos indè miraculosè evasisse, stratâ eâ viâ tam amplâ planâque (quæ reipsa ibi nulla est, nec esse potest) ut per eam tam commodè ingrederemur nos & prædicta equa, quæ ex glacie & procellosæ tempestatis violentia exæcata fuit, nec umquam ampliùs lumen conspexit. Post hæc Cingulum reversus, aliquot Missas in sacello dictæ S. Sperandeæ, ubi sacrum ipsius corpus etiamnum servatur, in gratiarum actionem fieri curavi. Cùm autem deinde venationis gratiâ ad prædictum castellum Ficano aliquoties accessissem, easque rupes, præcipitia ac periculum, quod prædicta nocte unà cum dicto domino Accurtio subieram, considerâssem, horrore ac stupore re-

ex mss. plebar; perpenſoque, quo evaſeramus, modo, Deo gratias agebam, aliiſque etiam venatoribus enarrabam. *Hæc Joannes Dominicus Bertuccius Italicè; quibus notarius Latinè ſubjunxit:* Actum in terra Cinguli in platea magna, præſentibus illuſt. & adm. Eximio D. Federico Simonetto J. U. D., & ill. D. Victorio Clavonio de Cingulo, teſtibus ad prædicta habitis. Et ego Conſalvus Leoncinus de Cingulo, publica & Apoſtolica auctoritate notarius, de præmiſſis rogatus, hîc me ſubſcripſi, & publicavi, ſignum nomenque meum appoſui, rogatus & requiſitus.

§ III. Alia miracula eodem ſeculo impetrata.

Filia marchionis Silveſtri,

B P*Ergo reliqua miracula authenticè excepta recenſêre. Italicè ea pariter conſcripta ſunt, præter ſolitas notariorum clauſulas, quæ, ut in præcedentibus obſervavimus, Latinæ ſunt.* Cùm anno MDCXXXI illuſtriſſima domicella Magdalena, illuſtriſſimi domini marchionis Frederici Silveſtri de Cingulo, & illuſtriſſimæ dominæ marchioniſſæ Catharinæ Maleſpinæ filia, ætatis circitèr ſex annorum, ex quadam plaga circa cor latente graviter laboraret, dictique domini parentes ejus præſtantiſſimis remediis & excellentium medicorum arte illius ſanitatem procurare ſtuduiſſent; nihil tamen profici videbant; imò malum creſcendo hujuſmodi evaſit, ut medici de ejuſdem domicellæ vita deſperarent, de eaque actum crederent.

facto per patrem voto,

33 Dum igitur nullum remedium pro ſalute ejuſdem ipſis ſupereſſet, prædictus dominus marchio, pater ipſius, ex divina inſpiratione oculos ad cœlum elevans, unà cum illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino Raymundo Silveſtri Priore Setino *, germano ſuo, ad glorioſæ S. Sperandeæ, protectricis Cinguli, patrocinium recurrit, ad ejuſque templum, nullâ interpoſitâ morâ, properavit, & ad aream, in qua ſanctum corpus incorruptum ſervatur, genua flectens, deſideratam dictæ ſuæ tum temporis quaſi unicæ filiæ incolumitatem cum precibus flagitavit, vovens ſeſe lampadem argenteam, quæ ſuis ſumptibus in honorem Sanctæ perpetuò arſura eſſet, in ejuſdem ſacello appenſurum. Hoc facto, multiſque fuſis precibus, patrocinio Sanctæ fretus, ad palatium ſuum rediit, & caræ filiæ ſuæ cubiculum ingreſſus, eam miraculosè plurimùm meliùs ſe habentem offendit: & reipſa poſt paucos ab inde dies omni malo libera evaſit, & per Dei auxilium ſanctæque Sperandeæ patrocinium integram ſanitatem perfectè conſecuta eſt.

* di Seti

C

gravi malo liberata;

34 Hinc implendi voti causâ, in Sanctæ ſacello appenſa eſt argentea lampas, quæ quotidie ardet, ſemperque ardebit impenſis ejuſdem illuſtriſſimi domini marchionis, qui coram me notario teſtibuſque infraſcriptis conſiſtens, cum juramento, per me ipſi exhibito, hæc omnia vera eſſe atteſtatur, & ad gloriam honoremque S. Sperandeæ, Cinguli protectricis, fidem facit. Hac die III Novembris MDCXLVIII. Super quibus &c. Actum Cinguli in palatio dicti illuſtriſſimi D. marchionis Frederici Silveſtri, ſiti in contr. S. Luciæ, juxta vias undique &c., ibidem præſentibus M. Vincentio Jo. Baptiſtæ Fropi, & M. Manno quondam Michalangeli Cetoroni de Cingulo, teſtibus ad hæc &c. Ego Alexander de Bernardis à Cingulo, Auximanæ diœceſis, publicus Apoſtolica auctoritate notarius, & in archivio Dom. deſcriptus, de prædictis rogatus, ſcripſi & publicavi, ſignoque meo ſolito munivi requiſitus. D

occaſione hujus alterum miraculum refertur.

35 *Occaſione hujus beneficii prædictæ illuſtriſſimæ Magdalenæ de Silveſtris collati, pauca ex Horatio Avicenna de illuſtri illa familia juverit hîc annotâſſe. Is in Monumentis civitatis Cingulanæ pag.* 371 *aliud miraculum cuidam Eurialo Galerani de Silveſtris, ex illius Magdalenæ fortè majoribus contigiſſe narrat in hunc modum verbis Italicis:* Prætermittenda mihi non eſt quædam admodum pia narratio, ne Servorum Dei gloriam debitâ memoriâ defraudem. Tranſmiſſa ad poſteros eſt cujuſdam miraculi memoria ſupradicto Eurialo (*Galerani Silveſtri, ut præmiſerat*) facti: huic enim in juvenili ætate, cum communi omnium mœrore & diſplicentia, de vita periclitanti, quodam manè, dum jam moriturus videbatur, S. Sperandeam ei apparuiſſe dicunt, dixiſſeque, ut vitæ ſuæ integritatem, pietatemque in Deum & E beatiſſimam Virginem, alioſque ſanctos patronos ſervaret augeretque, nec quidquam mali vereretur; eumdemque paulò pòſt repentè ex morbo ſuo uſque adeò convaluiſſe, ut intra paucas horas meliori, quàm umquam aliàs, ſanitate gaviſus ſit. *Deinde poſt aliqua idem ſcriptor ſubdit, memoratam familiam de Silveſtris ejuſdem Sanctæ tutelam piè ſemper ambiiſſe & ad eum uſque diem, quo ſcribebat, crebrò feliciter uſam eſſe. Hinc forſitan didicit Magdalenæ noſtræ pater tanta cum fiducia ad eamdem recurrere. Hiſce obſervatis, alterum inſtrumentum accipe.*

Pedis pollex poſtridie reſecandus,

36 Domina Spica, uxor Johannis Revelloni de Cingulo, ætatis ſuæ, ut aſſeruit, anno XL circitèr, quæ mediatis &c., fidem fecit, depoſuit & affirmavit, ut infrà, videlicet: Noveritis, à viginti annis hoc menſe Auguſto proximè præterito præcisè elapſis, pollicem dexteri pedis mei malo quodam correptum fuiſſe, cui poſtquam tum temporis multa remedia, omnia fruſtra, applicuiſſem, tandem dominus Sperandini, hujus loci chirurgus dixit, eum reſecari oportêre, nec aliud ſupereſſe remedium. Cúmque is veſperi illum reſecaturus acceſſiſſet, precata ſum, ut id in diem craſtinum differret. Conſenſit ipſe: ego verò eâ nocte me S. Sperandeæ hujus terræ protectrici enixè commendavi; ac ſubitò mihi viſum fuit dicti digiti malum remiſiſſe, & in ſomnum incidi. F

noctu ſanatus;

37 Poſtridiè verò manè eccleſiam & corpus ejuſdem S. Sperandeæ viſitatura, pedes acceſſi, ibique in multam penè diem morata, deinde meis pariter pedibus domum regreſſa ſum; & ab eo tempore, à quo mihi digitus non ampliùs doluit, ſed ego ſemper ſana eoque malo libera fui, ſanitatem meam benedicto Deo per interceſſionem dictæ Sanctæ acceptam retuli. Et ad opportunam interrogationem (*verba notaris ſunt*) reſpondit: Dictum malum ex quadam contuſione ortum fuit; ſed chirurgus mihi aiebat, malum invaluiſſe; & tamquam perniciabile curabat. Et perpenſo dolore, quo afficiebar, adducta eram, ut digitum reſecari permitterem; ſed per Dei ſanctæque Sperandeæ gratiam, id, ut dixi, non oportuit. Super quibus &c. Actum Cinguli in domo dictæ dominæ Speciæ & Johannis

A Johannis Revelloni viri, in Q. S. Nicolai, juxta &c., ibidem præsentibus Bernabeo Rubino & Johanne Pulidoro de Cingulo, testibus &c., die dicta, & incontinenti. *Annus aut dies in hoc exemplari nullus apparet, sive quòd ad aliquod præcedens instrumentum referendum sit, sive quòd notæ illæ casu fuerint prætermissæ. In Ms. Patris Clementis Sylvestri, jam aliàs laudato, annum* 1621, *mensemque Augustum adscriptum reperi, quibus tempus, quo miraculum contigit, exprimi videtur; cúmque præsens instrumentum anno post impetratum miraculum vigesimo primo ex supradictis confectum fuerit, ad annum* 1642 *consequenter referendum erit.*

38 Domina Spica supradicta præsentialiter consistens coram &c., ut supra &c. mediatis &c., affirmavit: Alia vice, abhinc XVIII circitèr annis, à proximo Natali Domini nostri completis, cùm dolore capitis & exigua febri graviter laborarem, nec, quia prægnans eram, remedia experiri liceret, jamque quinque continuis mensibus dormire non potuissem, suasit mihi domina Victoria Caballini, ut S. Sperandeæ cervical adferri curarem; ego verò, illius Sanctæ studiosa, cervical extemplo quæri jussi, quod cùm mox allatum fuisset, caput in eo reclinavi, & obdormivi, cessavitque subitò dolor & planè libera evasi, Deo benedictæque S. Sperandeæ de accepto beneficio gratias agens. Super quibus &c. Actum ubi, & præsentibus, quibus suprà testibus.

diuturnus capitis dolor depulsus:

B

39 In Dei nomine. Anno, die dicta &c. Coram supradictis (*vel* subscriptis, *dubia enim vox est & contracta*) adm. R. R. PP. vicario foraneo & priore S. Dom., nobisque &c., præsentialiter constituta domina Camilla, uxor Sanctis Sanctutii de villa Momodiolo, Communis Cinguli, quæ mediatis &c. deposuit & affirmavit: Noveritis, mihi ipso die S. Mariæ Augusti (*id est festo assumptionis B. Mariæ Virginis, quod in diem* XV *mensis Augusti incidit*) anni elapsi MDCXL unius oculi visum cœpisse deficere; die autem S. Mariæ Septembris (*hujus mensis die* VIII, *quo ejusdem sanctissimæ Virginis Nativitas recolitur*) eodem anno etiam alterius oculi lumen deficere cœpisse, meque brevi penitus excæcatam fuisse, ita ut nihil planè viderem. Quæ oculorum orbitas tres menses duravit, intra quod tempus, duce quadam parvulâ filiâ meâ, aliquoties per Cingulum incessi, ut medicum ac chirurgum consulerem, an salubre aliquod remedium mihi posset applicari: & unus quidem hoc, alter istud suadebat; verùm ego nullum adhibui, eò quòd hic mihi consuleret, ut applicarem, ille verò dissuaderet.

cæca

C

40 Itaque elapsis in cæcitate, quæ semper perseverabat, dictis tribus mensibus, quodam die ad monasterium S. Sperandeæ, quod foris & vicinum est oppido Cingulano, accessi, egique cum (janitrice, *opinor, qûia vox dubia est*) dicti monasterii, quæ meo malo multùm indolere visa, matrem abbatissam arcessiit; atque hæc vicem meam plurimùm pariter dolens, persuasit mihi, ut me S. Sperandeæ enixè commendarem, dicens, sese oculos meos, nescio qua re ejusdem Sanctæ, attingere velle; (nescio, inquam, an dixerit: velo, an subuculâ) prout deinde egressa, ut dictas reliquias quæreret, & regressa, eas mihi applicavit coram aliquot monialibus, quæ PATER NOSTER & AVE MARIA, aliasque, nescio quas, preces recitabant &c.:

visus restitutus:

ex Mss.

ego autem me cum omni humilitate, devotione & fervore dictæ Sanctæ commendavi, vovique, fore ut, si incolumitati restituerer, argenteum oculorum par ibidem offerrem. Post hæc, duce dictâ filiâ meâ, domum redii. Vesperi autem, dum prædicta filiola mea lucernam accenderet, per Dei, sanctæque Sperandeæ gratiam, vidi luminis splendorem, posteroque manè similiter videre cœpi, & semper proficiens, visum perfectè recuperavi, qui mihi deinceps numquam defuit; & votum solvi: id quod ad Dei, Sanctorumque ejus gloriam cedat, &c. Super quibus &c. Actum Cinguli in ecclesia S. Nicolai, juxta &c., ibidem præsentibus Johanne Pulidoro & Angelo Ricci Joannotii à Cingulo testibus &c.

infans tremore capitis liberatur

41 In Dei nomine amen. Die dicto &c. Domina Piera, uxor Arminii fusarii de Cingulo præsentialiter constituta coram suprascriptis, perill. & adm. R. D. vicario foraneo & adm. R. Patre Priore S. Dom., nobisque &c. mediantibus &c., affirmavit & deposuit, ut infrà. Ego verè dicere debeo, jam à septem circitèr annis, dum in solemnitate Translationis sacræ domûs Lauretanæ supplex agmen Cinguli circumiret, & ego parvulam prolem bimulam in brachiis gestans, spectatrix adstarem, aliquot sclopetorum explosiones factas fuisse, quibus ea proles contremuit, atque exinde ipsi adhæsisse quemdam tremorem, semperque capite sursum ac deorsum nutâsse, dum dormiret, oculisque retortis fuisse. Postquam hic tremor & oculorum vitium tribus mensibus perseverâsset, eam S. Sperandeæ vovi; cúmque eamdem ad prædictæ Sanctæ arcam bis terve deduxissem, sanata est, penitusque liberata, tam dicto tremore, quàm retorto visu; & in gratiarum actionem facem ceream Sanctæ obtuli. Super quibus &c. Actum Cinguli in domo mei &c., sita in Q. S. Hieronymi, juxta &c., M. Laurentii, de Cingulo testibus: (*hîc nomen unius aut plurium testium omissum est.*) Ego Joannes Baptista de Parentibus, notarius rogatus.

E

febricitanti apparet

42 In Dei nomine amen. Anno Domini MDCXLI, Indictione IX, die verò VII Novembris... Magister Basilius Rubinus à Cingulo ætatis suæ annorum LXXX circitèr, ut asseruit, præsentialiter constitutus coram prædictis perill. & adm. R. Patre Joanne Baptista... (*hîc aliquid excidit*) Priore sancti Dom. hujus terræ, nobisque notario & testibus &c., mediantibus &c., dixit, deposuit, & affirmavit, ut infrà, videlicet: Cùm multis abhinc annis (temporis enim præcisè non memini) febri laborarem, eoque malo diu conflictatus fuissem, post adhibita nequicquam varia medicamenta, penè ad mortem deductus, facta peccatorum confessione & sanctissimo Viatico refectus, summo cum fervore devotioneque S. Sperandeæ, Cinguli protectrici, me commendavi, eaque de causa presbyterum quemdam, dominum Eusebium Simoncello appellatum, rum temporis monialium dicti monasterii prædictæ S. Sperandeæ confessarium cum velo ejusdem Sanctæ accersiri curavi; qui confessarius cùm adveniisset, me velo seu pallio S. Sperandeæ coöperuit, ac deinde velum relaturus abiit, & subitò recessit.

F

43 Mihi verò oculis clausis jacenti, at non dormienti, S. Sperandea apparuit, genua flectens, & versus imaginem B. Mariæ Virginis, supra portam cubiculi, in quo decumbebam,

EX MSS. bam, positam, manus conjungens; ac repentè disparuit. Ego autem subitò convalescere cœpi, & brevi tempore per Dei dictæque Sanctæ beneficium, cui perennes gratias ago, ut dictum est, liber & incolumis evasi. Interrogatus: (*verba notarii sunt*) Quomodo cognovit, sibi dicto tempore apparuisse divam Sperandeam? Respondit: Cognovi, tum mihi apparuisse S. Sperandeam, quia illa, quæ mihi apparuit, vestita erat eo habitu, quo moniales S. Sperandeæ utuntur, ac deinde subitò cœpi melius me habere, & sanatus fui, ut suprà dixi &c. Tunc super quibus &c. Actum Cinguli in apotheca dicti magistri Basilii Rubini extra & prope terram in * Cinguli in Burgo S. Mariæ Majoris, juxta &c., ibidem præsentibus Antonio Mariâ magistri Clementis & Johannis Ambrosii Pulidori de Cingulo, testibus &c. Ego Joannes Baptista de Parentibus publicus Apostolica auctoritate notarius Cingulanus, Auximanæ diœcesis, & ad præsentia per dictum D. vicarium foraneum deputatus, de præmissis rogatus, me subscripsi & publicavi, in fidem requisitus.

* in *abundat*

B

§ IV. Reliqua miracula, seu beneficia per ejusdem Sanctæ invocationem, eodem seculo collata.

Puer fistulâ afflictus, QUæ supersunt *instrumenta, eodem ut priora modo, Italicè scilicet, conscripta, Latineque à notariis subscripta sunt. Horum primum, quod subdo, Romæ confectum fuit, estque hujusmodi:* Ego Margarita Maccaria Zitti Romana præsenti instrumento in veritate depono, & ex voto B. Sperandeæ Cingulanæ nuncupato testificor, quomodo ego, dum in dicto loco cum Felice Antonio Zitti, nepote meo, septem annorum puero versarer, isque in sinistro clune fistulam pateretur, de cujus sanatione chirurgi medicique desperabant, eum
C ad dictæ Beatæ sepulcrum conduxerim, eidemque eum voverim, ut ipsa illius sanitatem liberationemque ab hujusmodi malo incurabili apud Deum impetraret: Ab eo die puer melius se habere cœpit, & brevi tempore penitus convaluit, & sanatus est, acsi tam periculoso gravique malo numquam fuisset correptus.

per Sanctæ 45 Quare ego hanc tantam Beatæ gratiam pro evidenti miraculo, à Domino Deo per ejusdem sanctam intercessionem obtento, agnoscens, hoc instrumento attestor, & in fidem veritatis præsenti subscripsi manu propria, coram infrascriptis notario & testibus, quem etiam volo meum juramentum de iis, quæ testata sum, excipere, ad honorem & gloriam Dei, beatæque Sperandeæ exaltationem, quam humillimè precor, ut mea meæque familiæ patrona & protectrix perpetuò esse dignetur. Ego Margarita Zitti depono & affirmo hæc supradicta manu propria. *Hucusque ipsa Italicè, quæ verò subduntur, notarii verba sunt, Latinè exarata.*

invocationem 46 In nomine Domini amen. Præsenti publico instrumento cunctis ubique pateat evidenter, & sit notum, quòd anno à Nativitate ejusdem D. N. Jesu Christi MDCXLIV, Indictione XII, die verò XXII mensis Januarii, Pontificatûs autem sanctissimi in eodem Christo Patris & D. N. D. Urbani, divinâ Providentiâ Papæ VIII, anno ejus XXI. In mei notarii publici, testimoniumque * infrascriptorum, ad hæc omnia & singula supradicta vocatorum, habitorum atque rogatorum, præsentia, præsens & præsentialiter constituta, requisita per me D. Margarita Maccaria de Zittis Romana, mihi cognita, sponte &c., ac omni meliori modo &c., mediantibus &c., recognovit & recognoscit rectam ejus manum, litteras, caracteres & subscriptionem in forma, omniaque & singula, in præsenti folio contenta & expressa, vera fuisse & esse dixit & declaravit & affirmavit &c., sicque tactis &c. juravit. D

* testiumque

47 Super quibus omnibus & singulis præmissis petitum fuit à me notario publico infrascripto, de prædictis rogato, ut unum vel plura, publicum seu publica, instrumentum vel instrumenta conficerem, atque traderem, non mutatâ tamen veritatis substantiâ, prout opus E fuerit, & requisitus ero. Actum Romæ in Reg. Arenulæ & domi dictæ D. Margharitæ, præsentibus... D. Petro Valletto, filio quondam Jo. Matthei de Settia, & D. Mariano Manente, filio quondam Leonardi de Abbatia S. Salvatoris, testibus ad omnia & singula vocatis, habitis, ... atque rogatis. Ego Dominicus Scoppius, Sabinus & civis Romanus, præsens instrum. caut. *liberatur.*

sarum curiæ Capitolin. notarius, de præmissis rogatus, præsens instrum. subscripsi & publicavi requisitus, omnia &c. *Hisce denique additur & aliud instrumentum, quo de fide & legitima auctoritate Scoppii constat, verùm minimè necesse duxi illud hîc etiam transcribere, ideoque ad alia progredior.*

Puerperio laboranti succurrit: 48 *Ultimum, quod restat, Ms. varia miracula vel beneficia continet, ex aliquo ut opinor, Diario descripta; sed à quo illud ad nos pervenerit, non apparet, nec ullum præfert titulum, unde nonnulla mihi suspicio est, ne qua ejus pars nobis perierit. Utut est, ex Italico Latinè accipe:* Mense Februario anni MDCXXXVIII domina Lucretia Leonardi Veronensis, post puerperium gravissimè decumbens, medicis de ipsius salute desperantibus, vovit S. Sperandeam invisere eóque tabulam deferre: & dicta domina eo pacto liberata, venit Cingulum dictam Sanctam invisura, debitasque gratias egit, & memoratum votum, sive tabulam appendit. *Tabula, cujus hîc mentio fit, pictura haud dubiè fuit, quæ per modum anathematis & in accepti beneficii monumentum appendebatur.* E

mala crurum abigit: item parturienti subvenit: 49 Mense Junio anni MDCXXXVIII Dominica Tercirola Veronæ tres annos continuos utroque crure laboraverat, cùm à medicis derelicta, ad S. Sperandeæ patrocinium recurrens, libera & incolumis evasit. Veronæ mense Octobri anno MDCXXXVIII Margaritæ Malpiera crus alterum incurabili malo affectum erat, suasserantque medici, ut illud resecari pateretur: at ipsa votum S. Sperandeæ nuncupavit, & liberata fuit, dictæque Sanctæ argenteum anathema misit. Veronæ die XXIV Februarii MDCXLII domina Angela Ratis prolem eniti non valens, & ex dolorum acerbitate moribunda, cùm S. Sperandeam invocâsset, seque ejusdem precibus com-

A commendâſſet, retulit, eam à ſe illo tempore nigra indutam veſte conſpectam fuiſſe; ac mox maſculam prolem edidit.

febricitantem ſanat;

50 Dominus Lucas Antonius Squarcia duo miracula verbis infraſcriptis narravit: Ego Lucas Antonius Squarcia in veritate atteſtor, & fidem facio, qualiter anno MDCXLII, cum Laura, filia mea, ex febri graviſſimè ægrotaret, ita ut jam ad extrema ſine ulla ſpe ſalutis, de qua medici deſperabant, adducta eſſet, ego & domina Cleofa, uxor mea, advertentes humana auxilia non ſufficere, ad divina repentè recurrerimus. Et quia infinitæ gratiæ & miracula, quæ Dominus Deus meus per merita & interceſſionem B. Sperandeæ Cinguli, diœceſis Auximanæ, continuò operatur, ad noſtram notitiam pervenerant, nuncupato voto eam ejuſdem patrocinio commendavimus, per quod eadem filiola mea priſtinam ſanitatem ex divina miſericordia deinde recuperavit, & poſt hæc ſacrum dictæ Beatæ corpus, debitas agendi gratias ergô, veneratura acceſſit.

B *contracta membra reſtituit:*

51 Denique anno MDCXLIII, menſe Decembri, catarrhus me corripuit, ex eoque, cùm arthritidis genus eſſet, attractus evaſeram & à medio corpore deorſum percuſſus. Cúmque nullum malo meo remedium reperirem, denuò ad opem & interceſſionem B. Sperandeæ recurri, ſecundamque à Domino Deo gratiam obtinui; quippe velut unico momento priſtinæ ſanitati reſtitutus fui, ac propterea cum univerſa mea familia ad debitas prædictæ B. Sperandeæ agendas gratias, glorioſum ejus corpus inviſurus & veneraturus properavi. *Qui Ms. noſtrum exaravit, ad fidem faciendam ſequentia hîc obſervavit:* De ſupradictis duobus miraculis exſtat inſtrumentum publicum à domino Joanne Baptiſta Caſali notario die x Januarii MDCXLVI Laureti conſcriptum. *Deinde ſequitur alterius de eodem argumento teſtimonium his verbis Italicè conceptum:* Et ego Marcus Antonius Mazzalvelli, in præſentiarum monialium S. Sperandeæ confeſſarius, præſens fui, dum dictus dominus Lucas Antonius cum familia ſua gratias acturus venit, vidique eum præ tenero affectu lacrymantem.

C *item alteri febrim extimit.*

52 Anno MDCXLIV, menſe Novembri, Fabius Joannis Jacobi Rocchetta Cingulanus ex febri graviſſimè decumbens, & deſperata jam ſalute, beatiſſimæ Virginis Mariæ, ſanctæque Sperandeæ patrocinium implorans, deſiderata ſanitate gaviſus eſt. Hic voverat, ſe, dum Cingulum reverſurus eſſet, tabulam (*ſeu picturam miraculi teſtem*) ad Sanctam delaturum: reverſus eſt, & tabulam attulit, meritaſque Sanctæ gratias egit.

Joannes Caſimirus de Polonia,

53 *Supereſt unum beneficium Joanni Caſimiro, Sigiſmundi III Poloniæ regis ex Conſtantia Auſtriaca filio, tum temporis Societatis Jeſu Religioſo, deinde verò S. R. E. Cardinali, ac denique poſt Vladiſlai fratris ſui obitum Poloniæ regi, collatum, ejuſdemque jam Cardinalis teſtimonio confirmatum. Porrò inſtrumenmentum noſtrum, partim denuo Latinè, partim Italicè ſcriptum, eſt hujuſmodi.* In Dei nomine amen. Hæc eſt copia, exemplum, ſive tranſumptum, cujuſvis fidei factæ à Sereniſſimo Cardinali & principe Polloniæ & Sueciæ de quadam gratia recepta à S. Sperandia, Cinguli exiſtentis, in manibus admodùm reverendæ Matris, dominæ Agnetis de Simonettis, ad præ-

ſens abbatiſſæ venerabilis monaſterii ejuſdem S. Sperandiæ, & mihi notario infraſcripto traditæ ad effectum in præſenti libro regiſtrandi. EX MSS.

è Societate Jeſu,

54 Cujus quidem fidei tenor talis eſt; videlicet: Cùm Pater Joannes Caſimirus tum Societatis Jeſu, nunc ſereniſſimus Cardinalis & princeps de Polonia & Suecia, menſe Auguſto anni MDCXLV diuturnâ periculoſaque infirmitate in villa S. Hieronymi, ſacræ Domûs Lauretanæ loco, detineretur, ei à domina Delia Maria Silveſtri velum S. Sperandeæ Cingulo miſſum eſt, quo cùm inter varias ad Sanctam preces coopertus fuiſſet, decreviſſetque, ſi ſanitati reſtitueretur, ad ſacrum ejus ſepulcrum, ibidem ſanctiſſimâ Euchariſtiâ reficiendus, meritaſque Sanctæ grates perſoluturus accedere, ſua Celſitudo præter omnem ſpem ac medicorum exſpectationem febri, qua tribus menſibus ſine ulla umquam ceſſatione laboraverat, intra paucos dies liberata fuit.

febri liberatus.

55 Propterea, ut promiſerat, die XXIX Septembris ejuſdem anni MDCXLV Cingulum veniens, Miſſam audiit & ad dictæ S. Sperandeæ ſepulcrum ſanctiſſimo Sacramento refectus eſt, ſolatioque & admiratione repletus fuit, dum ſacrum illud (S. Sperandeæ) corpus integrum, tenerumque ac molle ſpectaret. Et in hujus rei fidem ſua Celſitudo hâc die XXIV Octobris anni MDCXLVI hoc præſens inſtrumentum manu propriâ ſubſcripſit & ſuo ſigillo munivit. J. C. P. Cardinalis de Polonia. Omiſſo ſigillo, loco ✠ cujus. Quam quidem copiam ego Alexander de Bernardis à Cingulo, Auximanæ diœceſis publicus Apoſtolica auctoritate notarius in archivio Romanæ curiæ deſcriptus, & ad præſens ejuſdem terræ Cinguli notarius for., ex ſuo proprio originali de verbo ad verbum extruxi & tranſumptavi, & collatione facta, cum eo concordare inveni. Ideo ſcripſi & publicavi, ſignoque meo ſolito munivi requiſitus ſub hac die XI menſis Januarii MDCXLVII. E

Quædam circa Sanctæ miracula

56 *Hæc ſunt, quæ de ſanctæ Abbatiſſæ Sperandeæ miraculis ad hunc diem ſepoſita reperi. Mirabitur forſitan lector, nulla, quæ ſeculis inter* XIII *&* XVII *medios contigêre, ad Majores meos tranſmiſſa eſſe; neque enim ſatis veriſimile eſt, nulla toto illo annorum ſpatio contigiſſe. Neſcio, an hîc temporum iniquitatem, an ſcribentium negligentiam ac incuriam accuſem: ſi tamen legitimus Sanctæ cultus ante ſeculum* XVII *in dubium revocatus fuiſſet, vix dubito, quin plura miracula ſcriptis mandanda fuiſſent; nam uti ſeculo* XIII *pro ſtabiliendo Sanctæ cultu ea diligenter collecta fuerunt, ita eodem feliciter vindicato, ſeculo* XVII *accuratiùs conſcripta videmus.* F

cultumque obſervantur.

57 *Coterùm non dubitamus, quin præter ea, quæ dedimus, alia fortè etiam plura variis collata ſint: etenim P. Henricus Lindanus Societatis Jeſu, in epiſtola anno* 1649 *ad Majores meos Laureto data ſcribit, argentea anathemata pro acceptis beneficiis in Sancta ſacello ad mille & quingenta oblata eſſe, cereorum quoque ingentem copiam, tabulas verò beneficiorum teſtes ſine numero conſpici. Addit ad ſacrum ejuſdem Virginis corpus venerandum ſæpè à Prælatis ac peregrinis ferè indies accurri, ac ſingulis ſeptimanis Miſſas in ejus honorem votivas ſeptem vel octo paſſim celebrari; quæ omnia ſanè & celebrem Sanctæ cultum, & beneficum ejuſdem erga miſeros animum manifeſtant.*

INDEX HISTORICUS.

AD TOMUM III SEPTEMBRIS.

A

† Abacuc *martyris reliquiæ Selingenſtadii* 752 d e
Abdelmumis *princeps Almohadum* 619 a b
† Abdonis *tumulus Romæ* 748 d f
Abrahamus *epiſcopus Friſingenſis* 280 a
† Abundius *epiſcopus Comenſis, legatus S. Leonis I Papæ ad concilium Conſtantinopolitanum* 74 b, 521 e, 522 f, 526 b c, 527 d
† Acca *epiſcopus Haguſtaldenſis* 115 c, 116 d e f, 117 a. *Ejus corpus inventum & elevatum* 122 f, 123 a b c d, 127 a d
Accorſi (*Petrus*) *chirurgus ad examinandum ſanguinis ex S. Nicolai brachiis eruptiones adhibitus* 682 a
Aceſius *epiſcopus Novatianus* 786 c d e f
Achardus *epiſcopus Lingonenſis* 142 b, 144 b, 146 a
† Acharius *Noviomenſis epiſcopus* 386 d, 387 a, 388 c, 391 b, 397 b, 398 c, 402 f, 407 c
Ackerboom (*Gregorius*) *Prior conventûs Auguſtiniani Gandenſis, miraculoſi ſanguinis S. Nicolai portionem Gandavum Româ detulit* 689 c
Adalbertus *comes in Lotharingia* 348 d e
Adalfridus *vir nobilis in Flandria* 409 f, 410 a
Adalongus *abbas Agaunenſis* 345 f
Adamus *abbas S. Manſueti* 141 b
Adelbero I *epiſcopus Metenſis* 133 b c, 136 e, 140 c, 141 e f, 144 e, 337 f, 338 a b, 346 e f, 347 a b c d e, 348 c e, 349 e f, 350 b c d, 351 e, 352 a, 753 d
Adelbero II *epiſcopus Metenſis* 821 e
Adelbertus *latro à S. Corbiniano converſus* 265 b c d, 283 e f, 284 a b
Adelheidis *Ottonis I imperatoris conjux* 753 b
Adelphius *conſul* 527 c, 528 a, 529 a
† Adelphus *epiſcopus Metenſis* 815 d, 821 f, 830 f
Adeodatus *Papa* 426 d, 427 e, 428 a, 603 a
Adernolfi (*Franciſcus*) *teſtis in Proceſſu canonizationis S. Nicolai Tolentinatis* 653 f
† Adompnanus *abbas Anginenſis* 374 f, 377 e, 382 b
† Adrianus *die 26 Auguſti cultus probabilius alius eſt ab Adriano, qui 8 Septembris colitur* 214 e f, 215 a & ſeqq.
† Adrianus *martyr, inter Prætermiſſos* 5 a, 481 e
Adrianus I *Papa* 217 d, 748 a, 750 c
Adrianus VI *Papa* 324 d
Adrianus I *abbas Gerardi-montenſis S. Adriani* 239 e
Adrianus *imperator* 6 c e f, 7 b c, 8 b
Adroaldus *vir potens inter Mormos* 388 d e f, 389 a, 399 c, 408 e f, 409 b, 410 e
Adſalſudis *forte filia S. Romarici abbatis Habendenſis* 811 d
Adſo *abbas Dervenſis* 129 b, 130 f, 131 a c d, 135 b, 139 e f, 140 a b, 142 a
Adulphus *Orientalium Anglorum rex* 434 f, 435 a
Adzaltrudis *ſanctimonialis Habendenſis* 812 a. *Vide* Adſalſudis.
Aëdus (*Didacus*) *archiepiſcopus Panormitanus* 620 d, 621 d, 622 a
† Ægidii *abbatis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 481 c
Ægidius Florentinus, *inter Prætermiſſos* 4 c
Ægidius *Savonenſis, vicarius generalis Eremitarum S. Auguſtini in Longobardia* 688 a
Ægidius *Viterbienſis, Prior generalis Eremitarum S. Auguſtini, deinde S. R. E. Cardinalis* 698 d
† Æmilianus *monachus & presbyter in Hiſpania* 798 e f, 799 a b c d, 800 e
Æmilius *Suranus in concilio Romano ſub S. Symmacho Papa* 799 f
Ætherius *ſecundum quoſdam pater S. Conſortiæ* 545 e
Aëtius *archidiaconus Conſtantinopolitanus, deinde presbyter* 532 d e f
Aëtius *patricius* 49 c, 71 b
Aflachus & *Socii, inter Prætermiſſos* 326 d
† Africanus *epiſcopus* 547 e, 796 d e
† Agapitus I *Papa* 839 a b
† Agapitus *martyr* 20 c d f
† Agapius & *ſocii martyres Numidæ* 487 b
† Agatho *Papa* 429 e f, 430 a & ſeqq., 431 c, 842 c
Agilramus *monachus Gorzienſis, inter Prætermiſſos* 205 e
Agius *epiſcopus Aurelianenſis* 51 b c, 59 f, 60 c e f
Agnes *imperatrix* 434 d
Agneſina *ſoror B. Seraphinæ abbatiſſæ* 318 b d, 319 a
† Agnetis *virginis martyris reliquiæ Romæ* 757 c
† Agnoaldus *epiſcopus Lugduni Clavati* 813 f
† Agilus *ex monacho Luxovienſi abbas Resbacenſis* 386 d, 388 c d, 813 d e f, 839 f, 840 c
Agricolaus *præſes* 326 a
Agrippina *imperatrix* 530 b d
† Aidus *epiſcopus in Hibernia* 380 d e
† Ailbeus *epiſcopus in Hibernia* 383 d
Ailly (*Hector d'*) *Tullenſis epiſcopus* 131 f
Aimarus *epiſcopus Mauritanenſis ſcribit ad Pontificem pro canonizatione S. Stephani epiſcopi* 176 b, 194 c & ſeqq., 165, 196, 197, 198, 199, 200, 201
Aimericus *epiſcopus Claromontanus* 466 a

Ainmereus *Hibernorum rex in Ultonia* 373 d
Aiſtulphus *Longobardorum rex* 278 a, 335 d
Alani *Galliam vaſtant* 27 a
Alanus de Rupe *Ordinis Prædicatorum, inter Prætermiſſos* 205 b
Albericus *abbas Dervenſis* 135 b, 139 e f, 140 a
Albericus *canonicus Taruannenſis adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
Albero II *epiſcopus Leodienſis* 586 f
Alberti (*Terentius*) *cancellarius communitatis Piſaurenſis* 314 c
† Albertus *Vercellenſis, deinde Hieroſolymitanus epiſcopus* 800 d
Albertus *epiſcopus Eboracenſis* 114 f
Albinia *familia vetus Romana* 85 f, 86 b
† Albinus *epiſcopus Catalaunenſis* 66 b
Albricus *ſacerdos ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Aldebertus *epiſcopus Antipolitanus ſubſcripſit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 e
Aldebertus *abbas Lerinenſis* 542 b
† Aldegundis *abbatiſſa Malbodienſis* 103 a b e f, 104 a & ſeqq., 105 a b c e f, 106 a, 107 b, 109 e, 110 b c, 594 c, 595 c
† Aldetrudis *ſoror S. Madelbertæ virginis* 103 b e f, 104 a & ſeqq., 105 a c f, 106 a, 107 b, 109 e, 110 d
Aldfridus *Northumbriæ rex* 431 f, 434 f, 435 a
† Aldhelmus *epiſcopus Schireburnenſis* 438 f, 439 a b c
† Alexander *martyr, inter Prætermiſſos* 481 e
Alexander II *Papa* 150 f, 171 e, 173 b, 434 e, 471 d
Alexander III *Papa* 177 d, 178 a b c, 298 b & ſeqq., 301 b c, 302 d e, 303 a c, 304 a
Alexander VII *Papa proceſſum confici jubet de prodigioſa ſanguinis ex S. Nicolai Tolentinatis brachiis effuſione* 685 c
Alexander *canonicus Leodienſis ſcripſit de S. Theodardo epiſcopo Trajectenſi, & aliquot ſucceſſoribus ejus* 581 c d e
Alexander Mediolanenſis, *inter Prætermiſſos* 4 c
Alexander *Ordinis S. Auguſtini Prior provincialis per Marchiam Anconitanam* 687 a b c
Alexander *Prior Eſſebienſis Ordinis canonicorum Regularium S. Auguſtini* 446 f, 447 a
† Alexandri *martyris corpus Lugduni* 794 b d
† Alexandri *martyris corpus Thenis, inter Prætermiſſos* 326 c
Alfonſus I *Luſitaniæ rex* 234 b
Alfonſus *Magnus Legionis rex* 231 c e f, 232 c, 234 a b
Alfrida *Angliæ regina* 459 c d e
Alfridus *abbas S. Wlmari adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
Alixtius *vel* Alipitus *epiſcopus Aurelianenſis* 49 a, 54 c
† Almirus *monachus* 369 a b c
Alphonſus *Converſus Ciſtercienſis, inter Prætermiſſos* 205 b
Altinus *epiſcopus Aurelianenſis* 49 a, 54 c
Alva (*Gonſalvus de*) *Prior provincialis Eremitarum S. Auguſtini in Hiſpania* 734 e f
Aluredus *presbyter eccleſiæ Dunelmenſis, multa Sanctorum corpora elevat* 121 e f, 124 a, 125 b & ſeqq., 126 a b c, 127 d e
† Amalberga *virgo* 106 e
† Amalberga *mater S. Gudilæ virginis* 106 d e
Amandinus *epiſcopus Catalaunenſis intereſt concilio Turonenſi* 83 d f, 84 b f, 85 d
† Amandus *epiſcopus Trajectenſis* 105 d e, 109 f, 583 f, 584 a b, 585 d, 594 d, 595 d, 596 a f, 597 a b
Amandus *epiſcopus Catalaunenſis. Vide* Amandinus.
Amantius *acolythus in Africa* 485 f, 486 e 487 a
† Amarandi *martyris ſepulcrum* 79 f, 80 a b d
Amata *mater S. Nicolai Tolentinatis* 638 f, 639 a, 644 e f, 645 a b c e, 648 c, 664 d
† Amatus *primus abbas Habendenſis* 809 e, 810 a f, 811 b c, 812 e, 817 c, 818 e, 819 a, 820 d e, 821 c, 822 a & ſeqq., 823 e f, 825 b c, 827 b c d, 828 a & ſeqq., 829 a b c f, 830 a & ſeqq., 831 a d e f, 832 d e, 835 e
Ambeſia (*Ludovicus de*) *epiſcopus Albigenſis* 8 d e, 575 c
Ambroſius *abbas Agaunenſis* 75 b d e
Ambroſius *abbas monaſterii S. Mariæ de Angelis, deinde Generalis Ordinis Camaldulenſis* 755 d e f, 756 c
Ambroſius *Ordinis Prædicatorum, epiſcopus Ariminenſis* 631 f, 633 c
Amedæus VI *Sabaudiæ dux* 78 e
Amedæus VII *Sabaudiæ dux* 78 e
† Amedæus VIII *Sabaudiæ dux* 78 e, 673 e
Amicalis *epiſcopus in Gallia* 795 a
Amico (*Xaverius*) *canonicus Panormitanus intereſt recognitioni corporis S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 d
Amicus *vir potens, benefactor monaſterii S. Verani* 541 f, 542 b c
† Ammianus *martyr, inter Prætermiſſos* 326 c
† Ammonus *martyr, inter Prætermiſſos* 481 c
† Amphilochius *Iconienſis epiſcopus, à S. Baſilio invitatur ad feſtum S. Euphſychii* 7 d e
† Amphilochius, 11 e, 111 b
† Anna *mater B. V. Mariæ, inter Prætermiſſos* 326 a
Anna *regina Franciæ Henrici I regis uxor* 471 e
† Anaſtaſia *abbatiſſa Horreenſis, inter Prætermiſſos* 327 d
† Anaſtaſiæ *martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 5 d
† Anaſtaſii *militis corpus Romam tranſlatum* 21 b
† Anaſtaſius *aliàs* Attalus *martyr* 20 c d e f
Anaſtaſius *Papa* 571 b c
Anaſtaſius II *Papa, inter Prætermiſſos* 205 a
Anatolius *epiſcopus Conſtantinopolitanus* 521 c d e f, 522 f, 523 a b, 524 a, 525 b f, 526 b c d, 527 b c d e, 528 d, 532 a & ſeqq., 533 a b
Anatolius *præfectus* 55 f, 57 a
Anclitena *S. Oſmannæ, ut fertur, ancillæ* 419 a e, 423 a d e
† Andochii *corpus & eccleſia* 29 b
Andreas *rex Hungariæ* 21 c
Andreas *epiſcopus Nitienſis ſubſcripſit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c
Andreas *epiſcopus Peruſinus* 307 b
Andreas *diaconus, dein archidiaconus Conſtantinopolitanus* 532 d e, 533 a
Angelbertus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Angelbertus *beneficus in epiſcopatum Tullenſem* 142 b, 144 a, 145 c
Angelboldus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Angellarius *abbas Caſinenſis* 611 f
Angelramus *beneficus in epiſcopatum Tullenſem* 144 b

142 b, 144 b
Angelus *de S. Victoria, Prior conventûs Eremitarum S. Augustini Tolentini* 650 f
Angelus *sacellanus in Castro S. Angeli, præceptor S. Nicolai Tolentinatis* 646 c
Angilramnus *Metensis episcopus* 334 b
Angulo (*Joannes de*) *Prior conventûs Cordubensis Prædicatorum, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 d
Anguyciola *Marchiæ Anconitanæ gubernator adfuit prodigio sanguinis è S. Nicolai brachiis effusi* 682 c
† Anianus *episcopus Aurelianensis* 45 a, 47 b c d e, 48 a b c d e f, 49 a b c d, 50 d, 57 f, 58 a b e, 59 b, 60 d, 64 c e f, 65 a, 71 c
Anno *episcopus Mindensis* 338 d, 339 a b
Ansbertus *nobilis Gallus* 386 a b
Anfegisus *pater Pippini Heristalli* 385 f 386 a
Anselmus *episcopus Laudunensis elevat reliquias SS. Grimoniæ & Probæ* 81 d
Anselmus *decanus Claromontensis* 465 c, 467 b
Anselmus *canonicus Leodiensis* 581 c d e, 593 b
Anfericus *minister S. Corbiniani* 281 d, 285 e f, 286 d e f
Ansteus *abbas S. Arnulfi Metensis, inter Prætermissos* 3 e
Antheus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
† Anthelmus *episcopus Bellicensis* 177 c d e f, 178 a, 179 d e f, 180 a, 188 a, 189 a
Anthemius *imperator* 569 d e f, 571 e f
Anthemius *præfectus prætorio sub Theodosio II* 507 b
Anticus (*Marcus*) *minister Ordinis S. Francisci per Marchiam Anconitanam* 313 b c
Antimundus *vel* Aumundus *probabilius non fuit Morinorum episcopus* 387 b c d e
† Antiochus *episcopus Lugdunensis* 797 a
Antiochus *Persa, curator Theodosii II imperatoris* 506 c e f, 507 b c d f
Antolinez (*Placidus*) *abbas S. Petri de Eslonça quasdam sacras reliquias examinat* 233 b c: *an SS. Adriani & Nataliæ?* ibid. d e f
† Antonini *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
Antoninus *episcopus Ephesinus* xviii b c d
† Antonius *abbas* 286 c, 287 f, 288 a, 778 c f, 779 f, 780 a d e, 784 a
Antonius *Parmensis, Generalis Camaldulensium* 756 b
Antonius *notarius Cingulanus seculo* xiii, 907 d
† Apellius *martyr, inter Prætermissos* 480 e f, 481 a
Aper *pater S. Lamberti episcopi Trajectensis & martyris* 580 e, 595 e
Apollinaris *abbas Flaviniacensis* 42 e, 43 e
† Apollonii *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Apri *corpus inventum & translatum* 131 c
† Apostolorum *reliquiæ Osnabrugi* 36 d
Arcadia *filia Arcadii imperatoris* 504 e, 505 a b c d e, 507 e, 508 d e f, 509 a, 510 b c, 511 a b, 512 a b, 514 c
Arcadius *imperator* 504 d e f, 505 a & seqq., 506 a c d e f, 507 a e f
Arcadius *senator Arvernensis* 93 e, 100 b c, 102 a b
Archembaldus *abbas monasterio S. Apri præfectus à S. Gauzlino* 133 f, 135 b c, 137 c, 138 c d, 141 a, 143 f
Archintus (*Philippus*) *episcopus Novocomensis* 758 c e
Argenio (*Jacobus de*) *subdiaconus canonicus Novocomensis* 758 b
Ariani *hæretici* 65 b c d e f, 781 d e, 782 a
Aribo *quartus episcopus Frisingensis, scriptor Vitæ S. Corbiniani, primi ejusdem sedis episcopi* 261 c f, 262 a b c. *Sancti corpus reducit Frisingam* 277 b c, 294 e f, 295 a & seqq.
† Arigius *archiepiscopus Lugdunensis* 812 c
Aripertus II *Longobardorum rex* 603 c d
Aristolaus *missus à Theodosio II imperatore ad episcopos Orientales* 511 e f
Armandus III *vicecomes Podemniacensis* 467 c d, 468 c
Armeni *ad Ecclesiam reducti* 672 f
Arminius (*Fulgentius*) *Ordinis S. Augustini scripsit miraculum in imagine S. Nicolai Venetiis factum* 693 a & seqq.
Arno *episcopus Salisburgensis* 276 a
Arnsberg (*Godefridus de*) *episcopus Osnabrugensis* 37 e
† Arnulfus *episcopus Metensis* 385 f, 386 a b, 582 d e f, 583 a, 594 b, 595 c, 810 f, 811 c, 814 a, 819 a, 820 d e, 829 e
Arnulphus *imperator* 833 c, 834 e f, 835 a b c
Arnulphus *Flandriæ comes* 416 c
Arnulphus, *sive* Arnoldus *nobilis Gallus* 385 f, 386 a
Arsenius *abbas in Calabria seculo nono* 846 a b c d, 853 d e f, 854 a b c, 855 d e f, 856 a b c, 857 d e f, 858 a c, 859 d e f, 860 a b c, 861 d e f, 862 a b
Artaldus *archiepiscopus Remensis* 140 c d
† Artemidorus *martyr, inter Prætermissos* 205 f
Artos (*Guido d'*) *socius S. Petri de Chavanon* 464 f, 465 f, 477 a c d, 478 f, 479 a
Artos (*Petrus d'*) *socius S. Petri de Chavanon* 464 f, 465 f, 477 a
Ascanius *episcopus Tarraconensis* 567 a b e d, 568 d f, 569 b c
Asclepia *matrona corpus S. Anastasii quæri curat* 23 c d
Asketillus *Primus prior canonicorum Regularium Hagustaldensium* 122 d e
Asselberga *fortè filia S. Romarici, fundatoris & abbatis Habendensis monasterii* 810 e f, 811 a d e, 812 a b e, 818 d e f
Assessoris *apud Romanos officium* 492 e
Asterius *episcopus legatus S. Leonis I Papæ* 521 e, 522 f, 527 d
Asterius *consul* 519 e
Athala *Balduini Insulani Flandriæ comitis uxor* 394 c d e f, 395 a
Athalbertus *probabilius non fuit Morinorum episcopus* 387 b c d e
† Athanasius *episcopus Alexandrinus* 781 d e f, 782 a, 784 a
Athenaïs *Philosophi filia, Theodosii II imperatoris uxor* 509 b c d. *Vide* Eudocia
† Attala *abbas Bobiensis* 814 a
† Atticus *episcopus Constantinopolitanus* 230 c, 504 e, 509 a b c d
Atticus *consul* 505 a
Attila *Hunnorum rex* 49 c, 63 b, 64 a & seqq., 65 a & seqq. 68 a b c f, 69 a & seqq., 70 a & seqq., 71 b & seqq., 85 c, 86 d, 90 c, 522 e, 528 b
Attiniacensis *conventus* 335 e f, 336 a b
Aubenton (*Benignus D'*) *magnus Prior Flaviniacensis* 35 c

† Au-

† Audifacis *martyris reliquiæ Selingenſtadii* 752 d e
† Audoënus *epiſcopus Rothomagenſis* 388 f
Augerius *capellanus Claromontanus* 465 e
Auguſtalis *epiſcopus ſubſcripſit concilio Arauſicano I* 10 c e f, 11 a b d
† Auguſtinus *Hipponenſis epiſcopus* 50 c, 470 c d e, 471 c e f, 476 b, 484 e
† Auguſtinus *Anglorum epiſcopus* 569 b
Auguſtinus *de Briſaco, procurator generalis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini* 670 c
Auguſtinus *Tolentinas, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, teſtis in Proceſſu canonizationis S. Nicolai Tolentinatis* 639 f
Avienus *conſul* 521 a f
Avitianus *epiſcopus* 552 a
† Avitus *epiſcopus Viennenſis* 547 e, 761 d e
† Avitus *abbas Miciacenſis* 369 a b c, 801 c e, 802 c d e f, 803 d, 804 b c d e, 805 a b, 807 a b
† Avitus *abbas Perticenſis idem eſt cum Miciacenſi* 802 c d e
Avitus *frater S. Eugeniæ virginis martyris* 761 f, 762 c
† Aureliani *corpus Lugduni* 550 d e
Auſonius *epiſcopus* 552 a
Auſpicius *epiſcopus Aurelianenſis* 49 a, 54 c
† Auſtreberta *virgo à S. Audomaro velata, deinde abbatiſſa Pauliniacenſis* 389 a b c d e
† Autbertus *epiſcopus Abrincenſis, inter Prætermiſſos* 481 b
† Autbertus *epiſcopus Cameracenſis* 110 a, 388 c, 390 c d, 410 b, 411 b, 585 d
† Authpertus *abbas Vulturnenſis* 601 c, 607 d, 610 b c, 611 d e
Auxanius *epiſcopus* 551 e, 552 a b, 564 e, 566 d e, 795 a
Auxanon *presbyter Novatianus* 786 d e f, 787 a b c
Aycardus *ſubſcripſit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c

B

† Babolenus *abbas Foſſatenſis, inter Prætermiſſos* 326 b
† Bacci *corpus Papiæ* 755 a
Baduarius (*Joannes*) *patriarcha Venetus, S. R. E. Cardinalis* 310 c
Bajazeth *Turcarum imperator* 685 b
Bailletus (*Adrianus*) *refutatus* 214 f, 215 a & ſeqq.
Baitanus *epiſcopus & abbas Cluain-Mic-noiſenſis* 383 b
† Baldo *fundator & abbas monaſterii Vulturnenſis* 607 f, *Vide* Paldo
Baldricus *epiſcopus Ultrajectenſis* 613 c
Balduinus *Hieroſolymæ rex* 479 f
Balduinus *Inſulanus, Flandriæ comes* 395 a
Balduinus *Montenſis, Flandriæ & Hannoniæ comes* 236 c d e
Ballaius (*Joannes*) *S. R. E. Cardinalis reſtaurat eccleſiam S. Adriani Romæ* 217 e
† Baltheri *anachoretæ oſſa elevata* 127 e f, 128 a
Baptiſta *Mantuanus Ordinis B. V. M. de Monte Carmelo, ſcripſit Vitam metricam S. Nicolai Tolentinatis* 638 c
† Barbaræ *virg. mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
† Barberini *corpus Lugduni* 550 d e, 551 a
Barberinus *S. R. E. Cardinalis de Muſeo noſtro optimè meritus* 601 a
Baſtatti (*Ludovicus*) *presbyter oculatus teſtis miraculi in imagine S. Nicolai Tolentinatis facti Venetiis* 693 c
Bartholomæus *Ordinis Prædicatorum, ſacriſta Florentiæ* 635 c
Baſel (*Guilielmus*) *parochus in Berg prope Ruræmundam* 615 d
† Baſilides *martyr* 345 c
Baſilides *martyr, inter Prætermiſſos* 204 e
Baſiliſcus (*Flavius*) *conſul* 567 e, 568 c
† Baſiliſſæ *tumulus Romæ* 748 d
† Baſilius *Magnus*, 1 c d e, 11 d e f, 111 a b c e, 1v d, v11 a b c f, v111 a b f, 7 d e f, 357 d & ſeqq., 358 a & ſeqq., 359 a & ſeqq.
Baſilius I *imperator* 539 b
Baſilius II *imperator* 504 b
Baſilius *epiſcopus in Gallia* 795 a
Baſilius *archimandrita* 510 a
Baſilius *Prior generalis Carthuſiæ* 179 f
Baſilius *presbyter legatus S. Leonis I Papæ* 521 e, 522 f, 526 b, 527 d e, 528 c d, 529 b & ſeqq.
Baſſa *præfecta monaſterii Hieroſolymitani* 535 f, 536 a b c, 537 c
Baſſianus *epiſcopus Epheſinus* 516 d e
† Baſilla *virgo martyr* 747 c d e f, 748 a, 761 d e, 762 c e
† Baſilla *martyr, inter Prætermiſſos* 744 a
Baſſus *conſul*, 504 e
† Batherus *abbas, inter Prætermiſſos* 744 a
† Bathildis *Clodovei II Francorum regis uxor* 814 b c d
Battaglia (*Hieronymus*) *presbyter Panormitanus, artium & medicinæ doctor, recognovit corpus S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 f, 623 b & ſeqq., 624 a c
Bava (*Alexander Riccobaldus*) *canonicus Volaterranus, delegatus ad colligendas Sanctorum memorias* 296 f
† Baudelius *martyr* 57 c
Baudemundus *diſcipulus S. Amandi epiſcopi, ejuſque Vitæ ſcriptor* 584 b
† Baumadus *vel* Boamirus 368 c, 369 a b c e f, 370 a d
† Baumadus 804 f, 805 a
Baynus *epiſcopus Teruanenſis* 390 e
Beatrix à Raineriis *Ordinis S. Claræ, inter Prætermiſſos* 482 f, 483 a
Beatrix *Jacobi II Marchiæ comitis conjux* 4 b
† Beda *presbyter* 440 f, 441 a & ſeqq., 442 a
Bega *virgo, inter Prætermiſſos* 204 b
Beir (*Matthæus de*) *canonicus Præmonſtratenſis S. Michaëlis Antverpiæ* 280 c
Benaducci (*Gregorius*) *notarius ſcripſit inſtrumentum, quo prodigium ſanguinis ex utroque S. Nicolai Totentinatis brachio erumpentis ab epiſcopo approbatum fuit* 679 d e f
† Benedicti *eremitæ tranſlatio, inter Prætermiſſos* 480 c
† Benedictus *patriarcha* 265 b, 284 a b, 285 a, 403 f, 404 d e, 409 e
† Benedictus *martyr, inter Prætermiſſos* 481 a
Benedictus II *Papa* 429 e f, 430 a & ſeqq.
Benedictus XI *Papa* 636 a
Benedictus XIII *Papa* 146 f, 639 b, 662 e
Benedictus XIV *Papa* 156 a b, 212 b, 315 f, 426 e f, 487 e, 496 c, 554 a, 662 d, 663 c, 678 d e, 688 e
Benedictus *Forolivienſis, Generalis Camaldulenſium* 756 b
Benedictus *presbyter Cenomanenſis ſeculo* VI, †

803 f, 804 a
Benefridus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
† Benevenutus *episcopus Auximanus* 642 d, 648 a
Benincasis (*Benincasa de*) *pseudo-episcopus Pisanus* 298 d
Benno *episcopus Metensis* 348 c
Benzo *Dervensis abbas* 139 d e
Benzo *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Beoanus *vel* Beoadus *pater S. Kierani abbatis Cluain-mic-noisensis* 373 b c, 378 e
Berauld (*Stephanus*) *Benefactor monasterii Piperacensis* 466 e
Berengarii (*Petrus*) *episcopus Ruthenensis* 463 b
Berhardus *primicerius subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Berlanus *coquus S. Petri de Chavanon* 478 a b
† Berlindis *translatio, inter Prætermissos* 325 f
† Bernardinus *Ordinis Minorum, inter Prætermissos* 204 a
Bernardinus *Rhegiensis Capucinus compendium Vitæ Græcæ S. Eliæ Spelæotæ Italicè scripsit* 844 d e
Bernardis (*Alexander de*) *notarius Cingulanus* 910 d
† Bernardus *Claravallensis abbas* 179 d e, 180 e
Bernardus *archiepiscopus Spalatensis* 21 c
Bernardus *episcopus Vivariensis scribit ad Pontificem pro canonizatione S. Stephani episcopi* 176 a b, 194 c & seqq., 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201
Bernardus *Prior domûs Portarum Carthusiæ* 179 d e f, 180 a b c d e, 187 f, 188 f, 189 b e
Bernardus *benefactor monasterii Piperacensis* 466 a
Bernefridus *major subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Berta *Ludovici Germaniæ regis filia, abbatissa monasterii Dominarum Tiguri* 767 f, 768 f, 769 a b
Bertefridus *episcopus Ambianensis* 390 a, 814 c
Bertholdus *episcopus Tullensis* 841 a b c
Berti (*Antonius*) *Eremita Augustinianus scripsit epistolam de prodigiosa sanguinis eruptione ex S. Nicolai Tolentinatis brachiis* 680 c & seqq., 681 b
Bertildis *mater S. Bodonis episcopi Tullensis* 838 a. *Vide* Saretrudis
Bertilia *mater S. Aldegundis abbatissæ* 104 b c d e f, 106 e, 110 b c
† Bertinus *abbas Sithiensis* 385 f, 386 a b e, 387 a, 388 e f, 389, a e f, 391 c d, 392 d, 393 d e, 394 c d, 395 b e, 399 b c d e, 400 a f, 401 d e f, 404 b c, 406 b, 409 b c d, 410 d e, 415 b, 416 a b
Bertoldus *pater S. Bodonis episcopi Tullensis* 838 a. *Vide* Gundoinus
† Bertramnus *ex monacho Sithiensi abbas S. Quintini, Vide* Ebertramnus
Bertrandus *episcopus Diensis scribit ad Pontificem pro impetranda S. Stephani episcopi canonizatione* 176 a b, 194 c & seqq., 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201
Bertuccius (*Joannes Dominicus*) *nobilis Cingulanus* 909 c d e f, 910 a
† Bertuinus 594 c, 595 c
† Bertulfi *corpus translatum ad cœnobium Blandinense S. Petri* 394 b
† Bertulfus *abbas Bobiensis* 814 a
Betausius *Remensis episcopus vide* Imbetausius
Bethilinus *conjux Asselbergæ, fortè filia S. Romarici abbatis Habendensis* 810 e, 811 e, 818 d f, 819 b, 820 e
Biaco (*Joannes de*) 33 e
Bibbonius (*Bartholomæus*) *canonicus Volaterranus* 390 e
Bibo *episcopus Tullensis* 810 c
† Bilfridi *anachoretæ ossa elevata* 127 e f, 128 a
Biliton (*Joannes*) *presbyter interest visitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Binarinus (*Alphonsus*) *Camerinensis episcopus* 687 f
Birago (*Daniel à*) *episcopus Mitilenensis & abbas commendatarius monasterii S. Mariæ de Castilione* 755 b
† Biset (*Robertus*) *secundus Prior canonicorum Regularium Hagustaldi* 122 e
Blanca (*Maria*) *uxor Francisci Sfortiæ ducis Mediolanensis* 697 a b c d
Blismot *domina Flaghaci benefactrix monasterii Piperacensis* 466 b
Blitildis *uxor Ansberti nobilis Galli* 386 a b
† Boamirus 803 d e f, 804 f, 807 b, 808 d e
Bobillerius (*Joannes*) *episcopus Avenetensis* 33 b c d e
Bobulenus *abbas Bobiensis* 814 a
† Bodo *Tullensis episcopus* 145 f, 146 d
Boëmundus *abbas Ordinis Cisterciensis, inter Prætermissos* 745 c
Boëtius *episcopus Hibernus, inter Prætermissos* 5 d
† Bohamadus *eremita apud Cenomanos* 807 b, 808 d e
† Boisilus *presbyter, inter Prætermissos* 325 f
Boissy (*Nicolaus de*) *Prior canonicorum Regularium Bellovacensium* 462 c
Boleslaus *Bohemiæ dux* 255 b d
Bollega (*Bertrandus à*) *inter Prætermissos* 4 c
Bona *Borbonica, Sabaudiæ ducissa* 77 f, 78 d e
Bonamicis (*Bonamicus de*) *archipresbyter Volaterranus* 300 c
Bonaventura Rhegiensis *Capucinus, inter Prætermissos* 4 c d
Boncianius (*Raphaël*) *Generalis Ordinis Camaldulensis* 755 e, 756 a b
Bonifacii (*Joannes Baptista*) *comes, adstitit prodigio sanguinis erumpentis è brachio S. Nicolai Tolentinatis* 679 a
† Bonifacius *archiepiscopus Moguntinus* 276 d, 292 c f
Bonifacius I *Papa* 561 a
Bonifacius VIII *Papa* 453 e, 757 b c
Bonifacius IX *Papa* 671 c d e f, 672 a b c
Bonifacius *presbyter legatus S. Leonis I Papæ* 528 c d, 529 b & seqq.
Bonifacius *consiliarius S. Sergii I Papæ* 436 f, 437 a
Boninsegna *Ordinis Prædicatorum* 631 f
Bon-Joannes (*Bernardus*) *episcopus Camerinensis* 716 a b
Bonomus (*Joannes Franciscus*) *episcopus Vercellensis* 800 c d
Bonus *Prior monasterii S. Galgani* 304 f
Boonen (*Jacobus*) *archiepiscopus Mechlinensis* 241 c
Borno *Tullensis episcopus* 346 a
Borocci (*Alexander*) *canonicus Maceratensis & vicarius generalis* 679 c d, 680 e

Bos (*Bertrandus*) *benefactor monasterii Piperacensis* 466 a d, 478 c
† Bosa *episcopus Eboracensis* 113 f, 114 a
Boso *comes* 347 e f, 348 a, 349 b
Bossius (*Franciscus*) *episcopus Novariensis* 501 e
Boulart (*Franciscus*) *assistens Congregationis S. Genovefæ* 462 c
Bovo *abbas Sithiensis* 394 d e f, 395 a, 416 a
Branca (*Joannes della*) *magistratûs Eugubini primarius promovet elevationem corporis S. Joannis Laudensis* 158 b
Branche (*Jacobus*) *Prior major Piperacensis* 460 f, 461 a b
† Braulio *episcopus Cæsaraugustanus* 798 e
† Brendanus *abbas in Hibernia* 374 d, 377 f, 378 a, 380 e
Brierus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Briga *mater S. Comgalli abbatis Benchorensis* 373 b
† Brigida *abbatissa in Hibernia* 380 e
† Briocus *episcopus in Britannia Armorica* 419 f
Brisson (*Petrus de*) *Officialis S. Flori, corpus S. Petri de Chavanon inspicit* 461 b c
† Brittius *episcopus Spoletinus, inter Prætermissos* 326 b
† Britwaldus *aliàs* Berechtwaldus *archiepiscopus Cantuariensis* 426 e, 434 b c d e f, 435 a b c d e, 441 c, 444 a
Brocardus *subscripsit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c
Broccardus (*Franciscus*) *canonicus Volaterranus, delegatus ad Sanctorum reliquias & memorias lustrandas* 296 f, 308 c
Broziis (*Thomas Francisci de*) *cancellarius Volaterranus* 296 f, 309 a
Brun (*Martinus*) *abbas S. Adriani Gerardimontensis* 241 b
Bruno *archiepiscopus Colonienſis* 140 f, 414 e f, 415 a, 416 e
Bruno *episcopus Lingonensis* 145 e
Bruno *abbas Dervensis* 139 f
Burgo (*Sepulcrus Petri de*) *notarius Pisaurensis* 318 e f
Burnino (*Joannes de*) *archiepiscopus Viennensis canonizationem S. Stephani Diensis episcopi à Pontifice flagitat* 176 a b, 194 c & seqq. 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201
Burris (*Franciſchinus de*) *canonicus Novocomensis* 758 b
Busto (*Christophorus de*) *Eremita Augustinianus in Hispania scripsit miracula S. Nicolai Tolentinatis patrocinio Cordubæ tempore pestis facta* 692 c d e f, 700 f
Buytrago (*Alphonsus de*) *canonicus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 c
Byzalon *tyrannus in Calabria* 870 a b

C

CAballinus (*Raymundus*) *vir illustris Cingulanus* 908 d e
Cabrera (*Petrus de*) *ex Ordine S. Hieronymi, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Cadultus *episcopus Novariensis transfert corpus S. Agabii, ejusdem sedis episcopi* 502 d e
† Cæciliæ *virginis martyris corpus Romæ* 757 a b
† Cæcilia *abbatissa Habendenſis* 811 a b, 812 a, 815 a
† Cælestinus I *Papa* 510 b, 561 a
Cælestinus *episcopus* 552 a
† Cæsarius *frater S. Gregorii Nazianzeni episcopi* 1 a b, 111 f, IV e, V a b, VII c, XII e
Cæsarius *consul* 505 a
Caietanus (*Octavius*) *Societatis Jesu promovit cultum S. Cosmæ archiepiscopi Africani* 620 d, 621 d, 622 a
Calcagnus (*Rogerius*) *Ordinis Prædicatorum, deinde episcopus Castrensis* 631 c, 633 a b
† Callinicus, *inter Prætermissos* 482 d
Callistus II *Papa* 30 b e
Callistus III *antipapa* 298 d
Calviniſtarum *in res sacras furor* 52 b, 183 e, 184 a b c, 240 c, 420 f, 422 a, 482 c, 794 e, 797 d e
Calvus (*Stephanus*) *presbyter, benefactor monasterii Piperacensis* 466 c
Camaleria (*Wilielmus de*) *episcopus Claromontanus simoniacus* 468 a
Camalius (*Antoninus*) *notarius Panormitanus* 620 d, 621 d
Campegius (*Laurentius*) *primùm Cæsenas, deinde Senogallienſis episcopus* 313 e, 314 a
Canannis (*Hugo de*) 178 f
Cañaueral (*Alphonsus de*) *canonicus Cordubensis, examinator miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a
Cancor *comes Rhemensis pagi* 345 e
† Candidæ *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Candidi *episcopi Trajectensis reliquiæ Lexovii* 260 c f
† Candidi *martyris caput, collum, pectus, humeri Volaterris* 304 a
† Candidus *martyr è legione Thebæa* 763 c
Canisius (*Ægidius*) *Prior generalis Eremitarum S. Augustini* 727 e f, 728 a
Canonicorum *Regularium instituti vetustas* 470 a & seqq., 471 a & seqq.
Caraccioli *Marchiæ gubernator* 684 e
Carafinus (*Lazarus*) *episcopus Novocomensis* 758 f, 775 f
Carduccius (*Dionysius*) *minister magni ducis Etruriæ Volaterris* 306 a
Caretene *regina Burgundionum* 793 e
† Carilefus *presbyter* 369 a b c, 801 c e, 803 d e f, 804 a b c e, 805 a c, 807 a b
Carillius (*Ægidius*) *S. R. E. Cardinalis, episcopus Sabinensis & Apostolicus in Italia legatus* 669 d & seqq., 670 a b c
Carinus *imperator* 327 c e f
Carissima *familia nobilis Drepani in Sicilia* 686 d
† Carissimus *martyr Africanus* 80 a
Carissimus *episcopus Africanus* 80 b
Carlotta *regina Cypri* 698 c
Carmundica *solitaria, inter Prætermissos* 482 d
Carnegrassa (*Gufredus de*) *diaconus canonicus Novocomensis* 758 b
Caroli (*Joannes*) *Ordinis Prædicatorum, scriptor Vitæ B. Joannis Salernitani, ejusdem Ordinis* 672 c d e
Carolus *Martellus Majordomus Franciæ* 51 d, 60 d, 267 d, 268 f, 269 e, 275 a & seqq., 276 a, 284 d, 291 e, 293 a, 385 f
Carolus *Magnus imperator* 35 f, 36 d f, 38 a b, 46 d, 50 e f, 51 b c e, 57 b, 59 e, 60 a & seqq., 61 a, 295 e, 338 c, 368 f, 369 a, 385 f, 386 a b c, 504 a, 541 c d e f, 542 c d, 764 a e f, 767 d e, 826 b c
Carolus *Calvus Francorum rex & imperator* 30 e f, 38 b, 41 a, 51 c d, 768 f
Carolus *Simplex Francorum rex* 132 e f, 141 c,

c, 146 d, 837 ae
Carolus IV *imperator* 302 a
Carolus Emmanuël I *Sabaudiæ dux corpus S. Jafredi transferri jubet* 9 f
Carolus *episcopus Novariensis* 501 e
Carpegna (*Udalricus*) *S. R. E. Cardinalis, episcopus Eugubinus* 157 e
† Carpophorus *martyr* 775 a
Carrara (*Lucas*) *presbyter, oculatus testis miraculi in statua S. Nicolai Tolentinatis Venetiis facti* 693 c
Carus *imperator* 327 c e f
Casslanus (*Pontius*) *benefactor monasterii Piperacensis* 465 b
† Cassianus *abbas* 546 ab
Cassianus *presbyter in concilio Chalcedonensi* 516 e
Castellione (*Guigo de*) 182 d e
Castellione (*Hugo de*) 178 e f, 179 a
Castellione (*Stephanus de*) 182 d e
Castrillo (*Henricus de*) *eques S. Jacobi* 739 f
† Castuli *corpus Papiæ* 755 a
Catharina *regina Cypri* 698 c
Cavalcantes (*Aldobrandinus*) *Ordinis Prædicatorum, episcopus Urbevetanus* 632 a, 633 c
Cavallero (*Petrus*) *Ordinis S. Augustini, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Ceadvalla *rex Anglus* 426 d, 431 f, 432 a & seqq., 433 a b f, 434 a
Celis (*Martinus de*) *Guardianus Cordubensis Ordinis S. Francisci* 701 f, 702 a
† Celsæ *translatio, inter Prætermissos* 325 f
Cencius *episcopus Æsinus* 316 f
† Censurius *episcopus Autissiodorensis* 796 c
Centurione (*Franciscus Maria*) *marchio, senator Genuensis, adfuit prodigio sanguinis è S. Nicolai brachiis manantis* 682 d
Ceolfridus *abbas Girwensis in Anglia* 440 e f, 441 a b e f
Ceretius *episcopus Gallus* 551 c d
† Cerota *culta in pago cognomine agri Vindocinensis* 423 d e
Chalençon (*Jacobus*) *ultimus abbas Regularis Ricomagensis* 467 a
Charaix (*Bernardus*) *benefactor monasterii Piperacensis* 466 e
Chasnac (*Bernardus*) *præpositus, deinde primus abbas Piperacensis* 460 c e, 462 f, 467 a
Chavanon (*Petrus de*) *eques* 464 b
Chavanon (*Simon de*) *miles* 464 b
Chiffletius (*Petrus Franciscus*) *Societatis Jesu, de Museo nostro optimè meritus* 46 a
Childebertus I *Francorum rex* 92 f, 93 d e f, 94 a & seqq., 95 a d e, 99 f, 100 a b c, 101 f, 102 a, 548 d, 803 c e, 804 d e
Childebertus II *Francorum rex* 268 b
Childebertus III *Francorum rex* 268 c
Childebertus *Austrasiæ rex* 579 b e f
Childericus II *Austrasiæ rex, dein Francorum monarcha* 410 c, 411 c, 586 b c d, 587 a b, 590 a f, 596 b c, 597 b c
Childericus III *Francorum rex* 343 d, 345 e
Chilpericus I *rex Suessionensis* 574 c f, 578 b c d e, 579 b, 582 c, 593 e, 595 a b
Chilpericus *Burgundionum rex* 793 d
Chlodomeris *Francorum rex Aurelianensis* 92 f, 93 a c d, 94 a b c d, 95 a, 99 f, 100 a, 101 f, 804 d, 805 a
† Chlodulphus *episcopus Metensis, inter Prætermissos* 204 a. *Item* 585 b
Chramnus *rebellis filius Clotarii I regis Francorum* 808 f
Christi *Domini pretiosissimus Sanguis collectus & servatus* 494 c f, 495 a c d e f, 496 a b c f, 497 a & seqq., 498 a b d e, 499 d e f, 500 a b
† Christiana *virgo, inter Prætermissos* 5 d
Christianæ *virginis translatio, inter Prætermissos* 5 e
Christianus *monachus Heisterbacensis, inter Prætermissos* 3 d
Christina *Borbonia Sabaudiæ ducissa jubet transferri corpus S. Jafredi martyris* 10 d
Christophorus Landucius *vel* Landinus *Eremita Augustinianus, inter Prætermissos* 3 d
† Chrotildis *Clodovei I Francorum regis uxor* 93 c d e f, 94 a e, 95 a, 99 f, 100 a b c, 101 f, 102 a b
Chrysaphius *eunuchus Theodosii II imperatoris* 514 f, 515 a & seqq., 516 a, 517 a, 518 e f, 522 b c d e, 523 b c, 524 d e f, 525 e
Chrysoretes *præpositus sub Theodosio II imperatore* 511 f
Ciarlinus (*Franciscus Maria*) *prator Eugubinus* 159 f, 160 a
† Cicarii *corpus* 550 d
Ciccolinus *civis Cingulanus* 904 f, 905 d e
Cingulanorum *decretum de corpore S. Serandeæ virginis abbatissæ* 898 d e. *Ejusdem cultus ab iisdem vindicatus ibid.* f, 899 a & seqq., 900 a & seqq., 901 a b c d
Cini (*Franciscus*) *episcopus Maceratensis & Tolentinas, approbavit prodigiosam sanguinis eruptionem è S. Nicolai Tolentinatis brachiis* 679 b c d e, 680 f, 685 c d
† Cissa *presbyter anachoreta Croylandensis in Anglia* 447 d e, 448 e f
Civitate (*Modestus de*) *inter Prætermissos* 4 c
† Clara *abbatissa Habendensis* 812 a, *Vide* S. Cæcilia.
Claracenis (*Antonius de*) *notarius Vincentinus, scripsit instrumentum de prodigioso sanguine S. Nicolai Tolentinatis* 687 e
† Clari *corpus* 369 f, 370 d
Clarus Sextius *Ordinis Prædicatorum* 631 b, 632 f, 633 a
Claudia *mater S. Eugeniæ virginis martyris* 761 f, 762 b c d
Claudius *episcopus in Gallia* 795 a
Claudius *episcopus in Gallia* 795 a
Claver (*Petrus*) *presbyter Societatis Jesu, inter Prætermissos* 205 d
† Clemens *martyr, inter Prætermissos* 480 c f, 481 a
† Clementis *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 c
Clemens VII *Papa* 440 a
Clemens VIII *Papa* 572 e f, 675 d, 676 b, 756 c e f, 758 c, 759 e, 771 c
Clemens IX *Papa* 675 d, 676 c
Clemens X *Papa* 676 c, 680 a c, 681 a
Clemens XI *Papa* 685 e, 689 b e f, 690 a b c
Clemens XII *Papa* 371 a, 418 c
Clodobertus *filius Chilperici regis Suessionensis* 578 e
Clodoveus I *Francorum rex* 92 c f, 93 c, 95 a, 99 f, 101 f, 413 a b, 593 e, 595 b, 767 d, 804 d
Clodoveus II *Francorum rex* 389 c, 390 f, 814 b e

Clotarius I *Francorum rex* 92 f, 93 d e f, 94 a & ſeqq., 95 a d e, 99 f, 100 a b c, 101 f, 102 a, 386 a, 387 d, 545 e, 582 c, 593 e, 803 c e, 804 d e, 808 b f, 826 e f, 836 e, 837 d
Clotarius II *Francorum rex* 386 a, 387 a, 398 c, 582 b c d e, 583 c d, 593 e f, 594 b, 595 a b c, 813 e
Clotarius III *Neuſtriæ & Burgundiæ rex, deinde monarcha* 389 e, 390 f, 391 a b, 411 c, 586 d, 597 c, 814 c
† Coëmgenus *abbas in Hibernia* 381 a b c
Colm (*H.*) *ſcabinus Luxemburgenſis* 244 f, 245 a
† Colmanus *filius Lenini* 376 d
† Colomanus *presbyter martyr* 444 b c
Colonna *S. R. E. Cardinalis, archiepiſcopus Bononienſis* 316 e f
† Columba *abbas Hienſis* 371 a, 380 c, 381 d e
† Columbanus *Luxovienſis, deinde Bobienſis abbas* 386 d e, 396 f, 398 b, 402 d, 407 b. *Inter Prætermiſſos* 746 a
Columna (*Catharina*) *mater B. Seraphinæ abbatiſſæ* 318 b d, 319 c, 320 c
Comeatus *notarius Ludovici Germaniæ regis* 768 c
† Comgallus *abbas Benchorenſis* 373 a b
Commodus *imperator* 761 f
Compagnonus *pater S. Nicolai Tolentinatis* 638 f, 639 a, 644 e f, 645 a b c e, 646 a, 664 d
Compagnus (*Gerardus*) *Prior Volaterranus* 308 b
Conallus *filius Ænguſſii, inter Prætermiſſos* 326 e f
Concilia. Aquileienſe *conciliabulum anno* DCXCVIII, 440 e. Aquiſgranenſe *concilium anno* DCCCXVI, 470 d f, 471 a c d. Arauſicanum I, 10 c, 552 f. Arelatenſe I anno CCCXIV, 62 f. Arelatenſe *circa annum* CDLXXV, 794 e f, 795 a b c d. Arvernenſe *anno* DXXXV, 84 a. Attiniacenſe *anno* DCCLXV, 95 d e, 96 e. Brennacenſe *anno* DLXXX, 578 c d. Cabilonenſe 75 e f, 76 b. Carthaginenſe *ſub S. Cypriano*, 484 e, 485 a. Chalcedonenſe *generale* IV, *anno* CDLI, 74 d, 77 c, 78 a, 440 c, 503 b, 511 a, 516 e, 528 a & ſeqq., 529 b & ſeqq., 530 a & ſeqq., 532 a, 533 c d e, 534 d, 536 a c, 554 d e f, 555 a c, 556 e, 557 a b, 562 c d. Claromontana 468 a b, 379 d. Colonienſe *anno* CCCXLVI, 47 e, 63 a. Conſtantienſe *anno* MCDXVIII, 321 b. Conſtantinopolitana, *œcumenicum* II, 562 c, *anno* CDXLVIII, 518 f, 555 d, *anno* CDL, 526 b c, 527 d, *anno* DLIII, 440 b. Eliberitanum XVI f. Epaonenſe *anno* DXVII, 761 d. Epheſinum III *generale anno* CDXXXI, 511 a c, 555 c e, 562 c d. Epheſinum *conciliabulum anno* CDXLIX, 515 f, 516 e f, 518 f, 519 a & ſeqq., 520 a & ſeqq., 523 a b, 528 b f, 529 b, 554 b & ſeqq., 555 a & ſeqq., 556 a & ſeqq., 557 a & ſeqq., 558 a & ſeqq., 559 a & ſeqq., 572 e. Florentinum 322 b, 672 f. Ingelhemienſe *anno* CMXLVIII, 140 c d, 142 a. Lateranenſe III, 301 c, 303 a. Lugdunenſe *circa annum* CDLXXVI, 794 e f, 795 b c. Matiſconenſe *anno* DLXXXVIII, 540 c. Mediolanenſe *anno* CCCCLI, 74 a b, 78 b. Moguntina *pſeudoſynodus* 339 f. Moſomenſe *anno* CMXLVIII, 140 c, 142 a. Nicænum *anno* CCCXXV, 50 b, 555 b e, 562 c d, 779 c, 780 e f, 781 a b c d, 783 b c, 784 c d e f, 785 a d e, 786 a & ſeqq., 787 a & ſeqq. Northumbricum *in Anglia anno* DCCLXXXVII, 116 b. Palæſtinæ *tempore Marciani imp.* 534 f. Romana *ſub S. Leone I*, 523 d e f, 524 c, 559 d e: *ſub S. Hilaro* 561 c d e, 567 d e f, 568 a b c d: *ſub S. Symmacho*, 74 a c, 798 b c d, 799 f: *ſub S. Martino I*, 583 f, 584 a: *ſub S. Agathone*, 842 c: *ſub Nicolao II*, 470 a b e, 471 b c d e: *ſub Alexandro II*, 471 d, *ſub S. Gregorio VII*, 468 a. Sardicenſe *anno* CCCXLVII, 47 e, 50 b c, 781 f, 782 a. Sueſſionenſe III, 26 e, 31 a, 546 b. Toletanum XIV, 430 f, XV, 433 e. Trullana *pſeudoſynodus* 426 d f, 436 a & ſeqq., 443 b e. Turonenſe *concilium anno* CDLXI, 83 d f, 84 a, 85 d. Tyria *pſeudoſynodus anno* CCCXXXV, 781 d e, 783 d e f. Valentinum I, 47 f, 48 a b, 49 d, 50 a b c, 58 f. Veneticum 85 d e. Veronenſe *anno* MCLXXXIV, 298 e. Virodunenſe *anno* CMXLVII, 140 c, 142 a
Concordius *diaconus eccleſiæ Arelatenſis* 563 b
Conon *Papa* 426 c, 427 b, 428 b c d e, 429 e, 430 a e, 431 a & ſeqq., 444 b c
Conradus Teutonicus, *inter Prætermiſſos* 205 b
Conradus *abbas Corbeienſis* 338 d
Conradus *exauctoratus Lotharingiæ dux* 140 e f, 142 a, 354 d e
Conradus *Friſingenſis canonicus ſeculo* XII *ſcripſit catalogum epiſcoporum Friſingenſium* 263 a
Conradus *presbyter familiaris S. Nicolao Tolentinati* 643 b c
Conradus *notarius Cingulanus ſeculo* XIII, 907 f
† Conſortia *ſecundum nonnullos filia S. Eucherii Lugdunenſis epiſcopi* 545 c d e f
Conſtans (*Heraclius*) *imperator* 584 a, 603 e
Conſtans *conſul* 508 b
Conſtantia *Auſtriaca, Poloniæ regina* 913 c
Conſtantia *Varana Alexandri Sfortiæ prima conjux* 319 e, 320 d
† Conſtantii *mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
† Conſtantiniani Vita *fabuloſa* 801 f, 802 a, 809 a d
Conſtantinus *Papa* 267 c, 269 a b c, 270 a, 284 d e
Conſtantinus *Magnus imperator* 48 b c, 53 a c, 54 d, 55 e f, 56 a, 57 a, 58 f, 258 e, 520 d, 540 a d, 572 a b, 780 f, 781 a c e, 782 c, 786 c f, 787 b
Conſtantinus *Pogonatus imperator* 430 b, 431 b, 433 a, 437 d, 445 a
Conſtantinus *Copronymus imperator* 496 e
Conſtantinus *Porphyrogenitus imperator Orientis* 872 b
Conſtantinus *decanus Remenſis adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f, 395 a
Conſtantius *Chlorus imperator* 492 e
Conſtantius *imperator* 259 c, 258 f, 354 f
Conſtantius *epiſcopus Uceticenſis* 565 a
Conſtantius *conſul* 508 b
Conſtantius *Alexandri Sfortiæ filius* 319 e f, 320 d, 321 a
Conſtantius *presbyter, ſcriptor Vitæ S. Germani Autiſſiodorenſis* 29 a, 791 c, 796 c
Conſtantius *ſcriba Attilæ Hunnorum regis* 517 d
Conſtantius *poëta ſeculo quinto* 794 a d

Contius (*Franciſcus*) *notarius confecit inſtrumentum de Sanctis Volaterranis* 296 f, 308 f, 309 a
Cools (*Reginaldus*) *epiſcopus Antverpienſis* 690 e
Corbario (*Petrus de*) *antipapa, Nicolaus V dictus* 669 b
Corbeyre (*Geraldus de*) *benefactor monaſterii Piperacenſis* 466 d
Corbiniana *mater S. Corbiniani primi epiſcopi Friſingenſis* 276 f, 281 b c
† Corentinus *epiſcopus Coriſopitenſis* 85 d e
† Cornelius *Papa* 762 c e
Cornelius (*Flaminius*) *ſenator Venetus, de Opere noſtro optimè meritus* 309 c f, 310 a & ſeqq., 311 a & ſeqq.
† Coronatorum *quatuor reliquiæ Romæ* 757 a b
Corſi *viſitator Pontificius adfuit prodigioſæ ſanguinis è S. Nicolai brachio eruptioni* 685 c
Corſwaremia (*Jacobus de*) *canonicus Leodienſis intereſt viſitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Cortinovis (*Paulus de*) *presbyter ſacriſta Volaterranus* 300 e
Coſmas *anachoreta in Calabria* 846 e, 863 f, 864 a
Coſmus II *magnus dux Etruriæ* 316 e
Coucke (*Giſlenus*) *abbas S. Adriani Gerardimontenſis, ſcripſit tranſlationes ejuſdem Sancti* 241 c d e f: *item miracula* 252 f
Courtet (*Petrus*) *mercator Antverpienſis* 34 f, 35 a
Creſcentii (*Anna*) *comitiſſa, adſtitit prodigioſæ ſanguinis eruptioni è brachio S. Nicolai Tolentinatis* 679 a
† Criſpi *tumulus Romæ* 748 e
† Criſpini *martyris reliquiæ Oſnabrugi inventæ* 36 d e f, 37 a. *Ejus tumulus* 56 b
† Criſpiniani *reliquiæ Oſnabrugi inventæ* 36 d e f, 37 a, 43 c. *Ejus tumulus* 56 b
Criſpinus *vel* Criſpinianus, *pater S. Hilari Papæ* 554 b
Criſpinus *diaconus, notarius in pſeudo-ſynodo Epheſina* 554 f
Criſſeio (*Ganfridus de*) *abbas Flaviniacenſis* 33 b c d e
Criſſeyo (*Nicolaus*) *toparcha de Venereyo* 33 f
Crocus *epiſcopus in Gallia* 795 a
Croia (*Adrianus de*) *reliquias SS. Grimoniæ & Probæ transferri curat* 81 e
Croſtiis (*Joannes*) *ſacerdos Staffordienſis in Anglia* 452 d
† Crux *Chriſti Domini per Heraclium à Perſis recepta* 594 a: *Ejuſdem particula à S. Sergio I Papa inventa* 439 d e f, 440 a
† Cunegundis *imperatricis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 326 a
† Cunibertus *epiſcopus Colonienſis* 583 e, 594 d e, 771 a
Cunitus *pſeudo-epiſcopus Lucenſis* 298 d
† Cutberthi *Lindisfarnenſis epiſcopi corpus tranſlatum* 120 e
Cynevulfus *epiſcopus Lindisfarnenſis* 114 a
† Cyprianus *epiſcopus Carthaginenſis martyr* 483 f, 484 a c d e, 485 a & ſeqq., 486 a & ſeqq., 487 a b c
† Cyrillus *Alexandrinus* 510 b & ſeqq., 511 a b c e f, 512 a b c, 521 d
† Cyrinus *martyr* 345 c

D

DAcianus *præſes Romanus* 771 f
Dacunha (*Rodericus*) *archiepiſcopus Uliſſiponenſis ſcripſit Hiſtoriam ſuæ eccleſiæ* 233 f, 234 a
Dagobertus I *Francorum rex* 103 c d, 104 b, 109 d, 386 f, 387 a, 391 b, 397 b, 398 c, 402 f, 407 c, 582 e, 583 a b, 584 c, 589 c, 590 e, 594 b c, 595 c d, 596 f
† Dagobertus *rex, inter Prætermiſſos* 483 e
Dagobertus *filius Chilperici regis Sueſſionenſis* 578 e
Dagobertus *filius S. Sigeberti regis Auſtraſiæ* 813 a
Dalmatius *ſecundus præpoſitus Piperacenſis* 460 c, 462 e f, 463 a b, 467 a
† Damas *martyr celebri cultu Cæſareæ honoratus* 7 e f
Damas (*Guyotus*) *toparcha de Villiers* 33 f
† Damaſus *Papa* 330 f, 331 a, 562 c, 748 b c, 749 b, 750 b c
Damianus *archiepiſcopus Ravennatium* 426 e, 434 a b, 444 a
Dandulus (*Andreas*) *Venetiarum dux* 311 a
Dani *in Gallias irrumpunt* 51 c d. *Item in Angliam* 112 f, 113 d, 121 e, 123 f, 124 a, 447 e, 448 c
Daniel I *epiſcopus Pragenſis* 254 f
Daniel *diſcipulus S. Eliæ Junioris abbatis, deinde & ipſe abbas* 844 d, 846 d e, 861 d e, 862 b c, 863 a d
Daniel *canonicus, Prior Grimbergenſis, inter Prætermiſſos* 745 e
Dareda *mater S. Kierani abbatis Cluin-micnoiſenſis* 373 c
Datlevertus *epiſcopus Meldenſis* 814 d
David *Scotorum rex* 123 e
Decius *imperator*, 483 f, 484 a, 485 d, 766 b
Decius *Romanus præſes in Helvetia* 763 f, 764 a c, 766 a, 767 e, 772 f, 773 a b e d, 774 a b
† Dentelinus *frater S. Madelbertæ virginis* 103 b, 104 b
† Deodatus *ex epiſcopo Nivernenſi abbas Vallis Galilææ* 841 a b, 842 d e
Deodatus *epiſcopus Novocomenſis* 757 e, 760 d
Deodatus *epiſcopus Tullenſis* 842 c d
Deſideratus *epiſcopus Albigenſis* 576 a, 579 a b e f
† Deſiderius *epiſcopus non Lugdunenſis, ſed Viennenſis* 547 e f, 549 f, 550 a b c d e, 551 a
† Deſiderius *epiſcopus Cadurcenſis* 576 e
Deſiderius *abbas Ambroniacenſis* 180 b c
Deſiderius *dux exercitûs Chilperici regis Sueſſionenſis* 578 b
Deſinianus *epiſcopus Aurelianenſis* 45 a, 48 f, 49 a, 52 f, 53 c, 54 c
Deuſdedit *civis Florentinus Fratribus Prædicatoribus ædem donat* 628 c d e f, 629 f, 630 d e, 631 a
Deuſdona *diaconus Eccleſiæ Romanæ ſeculo nono* 751 b c, 752 a
Diaconiſſæ *martyribus ſerviunt* 227 d
† Didymus *martyr, inter Prætermiſſos* 483 b
Didymus *epiſcopus Turiaſonenſis* 798 f, 799 a
† Diedo *eremita, frater B. Merbodi presbyteri martyris* 889 c d, 890 d

Dio-

Diermitius I *rex Hiberniæ* 374 c d, 377 d, 378 f, 379 a b c d e
Digons (*Raymundus de*) *benefactor monaſterii Piperacenſis* 465 b
Dinocrates *frater S. Perpetuæ martyris* 654 c d
Diocletianus *imperator*, VII c, 12 b c e f, 13 c & ſeqq., 21 a, 23 a b d, 215 a, 216 b d, 328 b c, 329 a, 332 e f, 340 d e f, 341 a & ſeqq., 342 a, 345 c, 488 d, 747 f, 764 c e
† Diodorus *martyr*, *inter Prætermiſſos* 483 b
† Dionyſii *mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam* 205 e
† Dionyſius *Pariſienſis* 398 d
Dionyſius Yamanoto *Japon*, *Societatis Jeſu*, *inter Prætermiſſos* 327 a
Dionyſius *ſenator*, *pater S. Eupſychii martyris* 7 a
Diopetus *epiſcopus Aurelianenſis* 47 e f, 48 b, 49 d, 50 d, 58 f
Dioſcorus *epiſcopus Alexandrinus hæreticus* 515 c, 518 f, 519 c d, 520 a, 527 d, 529 b c d e, 533 c, 554 d e f, 555 a & ſeqq., 556 a & ſeqq., 557 a b c, 558 a & ſeqq., 559 a & ſeqq., 562 c
Diotpertus *Bavariæ dux*. *Vide* Theodobertus
† Diſibodus *confeſſor*, *inter Prætermiſſos* 204 a
† Diſpertus *epiſcopus*, *inter Prætermiſſos* 2 f
† Diſſinianus *epiſcopus Aurelianenſis*, *inter Prætermiſſos* 3 c
Doda *uxor S. Arnulphi*, *inter Prætermiſſos* 204 a
Dodo *interfector S. Lamberti epiſcopi Trajectenſis* 58 f
Domaldus *comes* 21 c
† Dominicus *fundator Ordinis Prædicatorum* 190 d e, 626 c e, 627 f, 628 a & ſeqq., 630 a b c d f, 631 e f, 633 c d e f, 635 e
Dominicus *patriarcha Gradenſis intereſt concilio Romano ſub Nicolao II PP.* 470 e
Dominicus *epiſcopus Eugubinus* 154 f
Dominicus Caſtellet *Ordinis Prædicatorum*, *inter Prætermiſſos* 205 b c
Domitianus *epiſcopus Genevenſis* 74 f, 75 f, 76 a b c
Domitta *mater S. Audomari epiſcopi* 386 b, 396 e f, 402 d, 407 a
† Domna 329 f
† Domnii *Salonitani epiſcopi corpus tranſlatum* 21 a
† Domnolus *epiſcopus Cenomanenſis* 801 e, 803 b c, 806 c f
† Donatianus *epiſcopus Remenſis* 62 e f, 63 a
† Donatianus *epiſcopus Africanus inter Prætermiſſos* 2 f
Donato (*Julius*) *nobilis Venetus*, *teſtis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis ſtatua facti* 693 d
† Donatus, *inter Prætermiſſos* 744 b c
Donatus *diaconus*, *ſcriptor Vitæ S. Trudonis presbyteri* 585 b c d
Doni d'Attichi (*Ludovicus*) *epiſcopus Auguſtodunenſis* 34 a
Donnanus *abbas Anginenſis*. *Vide* Adompnanus.
Doria (*Joannettinus*) *S. R. E. Cardinalis*, *archiepiſcopus Panormitanus* 622 a
† Dorothea *vidua Pruthena*, *inter Prætermiſſos* 745 f
Dorothea Liſſonia *virgo Ordinis S. Claræ*, *inter Prætermiſſos* 745 d
† Dorotheus *Thebanus*, *abbas*, *inter Prætermiſſos* 326 b
Dorotheus *præfectus Romanæ militiæ in Palæſtina* 534 a b, 535 a
Draricius, *aliàs* Drantius *Morinorum epiſcopus* 390 e
† Drauſius *epiſcopus Sueſſionenſis* 390 f, 391 a
Droëgangus *abbas Gorzienſis* 336 c d
Drogo *epiſcopus Metenſis* 821 f, 830 f
Drogo *epiſcopus Oſſenbergenſis* 339 c
Drogo *epiſcopus Taruannenſis* 394 c d e f, 395 a
Drogo *epiſcopus Tullenſis* 129 b, 131 d, 132 e f, 141 e, 145 e, 146 d, 822 f, 823 b, 826 d, 830 f
Drou (*Petrus le*) *ex Ordine S. Auguſtini epiſcopus Porphyrienſis*, *prodigioſi ſanguinis S. Nicolai portiones nonnullis procuravit* 688 f, 689 b d e f, 690 a b c d e, 691 a
Dudo *epiſcopus Paderbornenſis* 339 c
Dulcitius *notarius Sedis Apoſtolicæ* 554 c d, 555 a b, 556 a b, 557 a
† Dunſtanus *archiepiſcopus Cantuarienſis* 2 c, 457 b c, 458 c, 459 a
Durandus *abbas Caſæ-Dei*, *deinde epiſcopus Claromontanus* 462 a b, 464 e f, 465 b d, 466 b c d f, 467 a b f, 468 a & ſeqq., 469 a b c d, 472 a, 476 b, 477 a b, 478 b, 479 c d
Durantus *ex abbate Aptenſi epiſcopus Vencienſis* 541 d, 542 b c
Duſſel (*Geraldus*) *benefactor monaſterii Piperacenſis* 467 e
Dyck (*Joannes*) *capellanus intereſt viſitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Dyſcholius *concilio Colonienſi ſubſcriptus* 63 a c

E

EAdbertus *Northumbriæ rex* 114 a
EEadmundus *epiſcopus Dunelmenſis* 114 f
Eadwardus *Scotiæ princeps in bello cæſus* 120 c
† Eata *epiſcopus Haguſtaldenſis & Lindisfarnenſis* 113 f, 114 a, 116 d e, 117 a, 127 c d, 745 f
Ebahardus *comes ſub Henrico Aucupe Germaniæ rege* 144 b
† Ebbæ *abbatiſſæ oſſa elevata* 127 e f, 128 a
† Ebbo *epiſcopus Senonenſis* 51 d
Ebbo *archiepiſcopus Remenſis* 62 c, 63 c
† Ebertramnus *abbas S. Quintini* 388 e, 389 a, 399 b c, 400 f, 409 b c d, 415 e
Eborinus *epiſcopus Tullenſis* 842 c d e f
Ebrard (*Guilielma*) *benefactrix monaſterii Piperacenſis* 466 e
Eccleſia (*Franciſcus Auguſtinus ab*) *vicarius generalis*, *poſtmodum epiſcopus Salutienſis tranſfert corpus S. Joſredi martyris* 10 a d
Ecdicius *ſenator in Gallia miſericordiâ in egenos illuſtris* 795 e
Ecfridus *rex Northumbriæ* 113 f, 127 d
Eceſius (*Bernardus*) *inter Prætermiſſos* 4 c
Eddo *epiſcopus Argentoratenſis* 592 d
† Edgarus *Angliæ rex* 454 b e f, 455 b e, 456 e f, 457 a & ſeqq., 458 a b c d, 459 c e f
Edhedus *epiſcopus in Anglia* 114 a
Edilbaldus *Merciorum rex* 441 e
† Editha *virgo Ordinis Benedictini* 454 f, 455 d e, 456 f, 457 a b, 458 d e f, 459 a e f
† Eduardi *regis Angliæ & martyris corpus tranſlatum* 458 e, 459 d e
Egbertus *archiepiſcopus Trevirenſis* 769 e f, 770 a
Egbertus *anachoreta Croylandenſis in Angliâ* 447 d,

447 d, 450 e, 451 d
Egilbertus *Mindenſis epiſcopus* 338 c d e, 339 c
Egilus *ex abbate Flaviniacenſi archiepiſcopus Senonenſis* 26 d e f, 30 e f, 31 a & ſeqq., 32 a c, 38 b, 41 a & ſeqq., 42 a d
Eginhardus *abbas Selingenſtadienſis reliquias SS. Prothi & Hyacinthi, Româ acceptas, ſolemniter elevat* 751 a & ſeqq., 752 a b c, 759 d e
† Egwini *epiſcopi tranſlatio, inter Prætermiſſos* 480 c
Einoldus *ex archidiacono Tullenſi abbas Gorzienſis* 133 b c, 141 d, 347 b c, 348 d e, 351 e, 352 a, 355 f
Eldris (*Godemillus de*) *ſcholaſticus Leodienſis adeſt viſitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
† Eleutherius *abbas, inter Prætermiſſos* 2 e
Elfedus *ſecretarius eccleſiæ Dunelmenſis, elevat corpora SS. Accæ & Alchmundi* 116 d e
Elferus *comes in Anglia* 458 e
Elfleda *uxor S. Edgari regis Angliæ* 457 d, 458 c
Elfthritha *S. Edgari Angliæ regis uxor* 454 b
Elfwaldus *Northumbriæ rex* 115 c f
† Elias *Junior abbas* 844 d, 845 b c d e, 846 b d, 847 b d e, 861 d e, 863 a, 879 e
Elias *abbas confeſſor in Ægypto, inter Prætermiſſos* 745 a b
Elias *diſcipulus S. Eliæ Spelæotæ* 874 a
† Eligius *epiſcopus Noviomenſis* 388 f, 582 d e f, 583 a b, 594 b, 595 c, 617 a d
Eliſabetha *Bohemiæ regina* 280 a
Eliſeus *epiſcopus Noviomenſis* 617 e f
† Elpidius *epiſcopus Lugdunenſis* 797 a
Emmo *monachus Luxovienſis ſeculo ſeptimo* 813 e, 816 b c, 817 b, 819 d
† Endeus *abbas Aranienſis* 374 f, 375 e f, 376 a c f, 377 a b c, 382 a d
Engelbertus *epiſcopus Oſnabrugenſis* 36 d e
Eortius *concilio Valentino I ſubſcriptus, alius videtur à S. Evurtio Aurelianenſi* 47 f, 48 a, 49 d e
† Ephræm 357 d & ſeqq., 358 a & ſeqq., 359 a & ſeqq.
† Epiphanius *epiſcopus Ticinenſis* 796 e
Epiphanius *archidiaconus S. Cyrilli* 511 d e f, 512 a
† Epipodii *martyris corpus Lugduni* 794 b d
Erchanradus II *epiſcopus Pariſienſis* 98 a
Erchanrandus *epiſcopus Catalaunenſis tranſfert corpus S. Alpini epiſcopi* 82 c d, 90 b
Erimbertus *frater S. Corbiniani, ſecundus epiſcopus Friſingenſis* 262 a, 274 e, 276 d f, 277 a, 291 d, 292 e f, 293 b
Ermengarda *nobilis matrona, beneſactrix monaſterii S. Verani* 541 e
† Erneus *abbas apud Cenomanos* 807 b c e f, 808 d e f
Eſcolano (*Jacobus*) *epiſcopus Turiaſonenſis* 771 d e
Eſtiennot (*Philippus*) *notarius Æduenſis* 33 b f
Ethelbaldus *rex Anglorum Orientalium* 447 e
Ethelbertus *epiſcopus Haguſtaldenſis* 116 c
† Ethelburga *regina, inter Prætermiſſos* 5 a, 206 a b
† Etheldreda *regina Northumbriæ* 114 b
† Ethelgitæ *abbatiſſæ oſſa elevata* 127 e f, 128 a
Ethelredus *Merciorum rex* 434 f, 435 a
† Ethelwoldus *epiſcopus Wintonienſis* 457 a, 458 d e, 460 a d. *Ejus tranſlatio inter Prætermiſſos* 481 b
† Etto *epiſcopus* 594 c, 595 c
Eva *comitiſſa, beneſica in epiſcopatum Tullenſem* 142 b, 144 b, 146 b
Evaricus *ſeu* Euricus, *Viſigothorum rex* 793 c d, 795 d
Eubaldus *presbyter Raulicuriæ reliquias S. Adriani Gerardi-montem detuliſſe dicitur* 235 a e, 236 a b c f, 237 a b c
† Eucarpius *martyr, inter Prætermiſſos* 2 a
† Eucherius *epiſcopus Lugdunenſis* 540 e f, 544 b c d e f, 545 a & ſeqq., 546 a b e d f, 547 c d e, 548 a c d, 549 d, 552 e, 773 f, 792 c d e
Eucherius *pater S. Conſortiæ ſecundum quoſdam Regienſis epiſcopus* 545 e
Eucherius *ſub Honorio imperatore occiſus* 65 e f
Eudocia *imperatrix Theodoſii II uxor* 504 c, 509 b c d e, 510 f, 512 d e, 513 b c d e, 514 e f, 515 a & ſeqq., 516 a c, 517 a & ſeqq., 518 a b c, 533 c d, 535 c, 539 d e f, 540 a
Eudoxia *imperatrix, Arcadii uxor* 504 d f, 505 a & ſeqq.
Eudoxia *auguſta uxor Valentiniani III imperatoris* 520 e, 523 b & ſeqq., 524 a b c
Evemerus *epiſcopus Nannetenſis* 49 e f
Everardus *Francorum dux* 355 a
Everardus *arch. ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Everninus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Eveſque (*Rigobertus l'*) *Prior Piperacenſis* 461 d
† Eugenia *virgo martyr* 746 d, 747 a b c d, 756 e, 760 c d e, 761 c d e f, 762 a b c d
† Eugenius *epiſcopus Carthaginenſis* 79 c e f, 80 a b d
Eugenius III *Papa* 51 f, 52 a, 61 a
Eugenius IV *Papa* 638 b f, 639 f, 641 f, 642 a, 653 f, 654 a, 666 a, 669 b, 672 e f, 673 a & ſeqq., 674 a & ſeqq., 675 a b c f, 676 e, 691 f, 692 a, 731 a, 755 e
Eugenius Bêl *rex Connactiæ in Hibernia* 379 f, 380 a
Eulalius *epiſcopus* 552 a
Eumerius *ſubſcripſit concilio Valentino I*, 49 e f
Eumorfius *frater S. Evurtii epiſcopi Aurelianenſis* 53 b, 54 e
† Evodius, *inter Prætermiſſos* 2 c
† Euphemia *virgo martyr* 488 a b e f
† Euphronius *epiſcopus Auguſtodunenſis* 792 f, 793 a b, 795 a
Euphroſynus *coquus, inter Prætermiſſos* 744 e f
† Euplus *confeſſor, inter Prætermiſſos* 745 e
† Eupſychius *ſub Juliano paſſus, alius ab eo, quem laudat S. Baſilius* 7 b & ſeqq., 8 a & ſeqq.
† Euſebius *Samoſatenus à S. Baſilio invitatur ad feſtum S. Eupſychii martyris* 7 d
† Euſebius *Vercellenſis epiſcopus & martyr* 800 a c
Euſebius *archiepiſcopus Mediolanenſis* 74 a b
Euſebius *epiſcopus Dorylaenſis* 527 b, 558 c
Euſebius *epiſcopus Pariſienſis* 92 c, 94 f, 101 d, 102 f
Euſebius II *epiſcopus Vercellenſis* 799 c
Euſebius *amicus S. Baſilii II* f
Euſebius *Chriſtianus quidam corpora SS. Adria-*

ni & Sociorum Bizantium defert 228 c, 229
† Eustasius *abbas Luxovienſis* 386 d e, 388 d, 396 f, 397 a, 398 c, 402 e, 407 b, 809 c e, 811 c, 813 c f, 814 a, 839 f, 840 b c d
Eustasius *episcopus Augustenſis* 74 a b c, 75 a, 77 b
† Euthymius *Magnus abbas* 533 d e, 535 b c
Euthymius *monachus Zigabenus* 497 c
† Eutropia *martyr* 64 d
† Eutropius *martyr, inter Prætermissos* 481 a
Eutropius *episcopus in Gallia* 552 a, 795 a
Eutropius *Arcadii imperatoris cubicularius* 504 f, 505 c d e
Eutyches *archimandrita hæresiarcha* 509 f, 511 d, 515 a, 518 f, 519 a b f, 520 e, 523 b, 526 c f, 527 a c d f, 528 a, 536 d, 554 c, 555 d, 556 a, 557 c, 558 c d e, 562 c
Eutychiani *hæretici* 529. *Vide* Eutyches 533 c d e f, 534 a b c d, 535 a & seqq.
Eutychianus *monachus Novatianus* 786 f, 787 a b
† Evurtius *episcopus Aurelianenſis* 11 b c
† Exuperantius *martyr, inter Prætermissos* 481 a
Exuperius *martyr è legione Thebæa* 763 c, 771 f

F

† Fæliculæ *corpus Papiæ* 755 a
Falcetta (*Ægidius*) *episcopus Caprulanus, deinde Foropopilienſis* 900 c
Falcone (*Anselmus de Monte*) *inter Prætermissos* 4 d
† Faro *episcopus Meldenſis* 813 d e, 814 d
Faroaldus II *dux Spoletanus* 603 a & seqq., 604 a b c d, 606 c & seqq., 607 a d
Faucher (*Hubertus*) *canonicus adest visitationi sepulcri S. Stephani episcopi Dienſis* 183 e
† Faustinæ *martyris corpus Thenis, inter Prætermissos* 326 e
† Faustinæ *virginis corpus Novocomi* 758 a b d e f
† Faustus *episcopus Regenſis* 552 a b, 794 b e f, 795 a b c
Faustus *presbyter ecclesiæ Constantinopolitanæ* 522 f, 524 a
Feï (*Cosmus*) *præses montis pietatis Volaterris* 305 e
Feïs (*Alexander*) *dux militum Volaterris* 300 e
Fejus (*Matthæus*) *canonicus Volaterranus* 303 a f, 304 a, 306 c, 307 e
† Felicis *corpus Papiæ* 755 a
† Felicis *Medæ, fundatricis monasterii Clarissarum Pisauri, corpus ibidem* 312 c, 313 a & seqq., 314 a & seqq., 315 a & seqq., 316 b d e f
Felicitas *vidua, inter Prætermissos* 483 e
† Felicitatis *martyris reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Felicitatis *corpus Papiæ* 755 a
† Felix *episcopus* 550 a
† Felix *martyr inter Prætermissos* 5 a
† Felix, *inter Prætermissos* 744 b c
Felix *scriptor Vitæ S. Guthlaci eremitæ* 447 b, 448 d e
Felix ab Amacorra *episcopus subscripsit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Felix à Bagai *episcopus interest concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Felix à Busiacenis *episcopus subscripsit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Felix à Gurgitibus *episcopus subscripsit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Felix à Mazarana *episcopus subscripsit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Feix ab Uthina *episcopus subscripsit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI 484 e
Felix *eremita in Hispania* 798 d e f, 799 a c
Ferdinandus V *Hispaniarum rex* 368 b, 734 d
Ferdinandus II *magnus dux Etruriæ* 308 c, 309 a
Ferdinandus *Bavariæ dux, elector Colonienſis & Leodienſis episcopus* 107 f, 108 a
Fernandez (*Fredericus*) *decanus Cordubenſis interfuit examini miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a
Feroinus *diaconus adest translationi corporum SS. Amati, Romarici & Adelphii* 823 e, 830 b c
Ferreolus *martyr, inter Prætermissos* 5 a
Ferrerius (*Joannes Stephanus*) *episcopus Vercellenſis scripsit Catalogum episcoporum suæ sedis* 797 f
† Fidelis *martyr Novocomenſis* 775 a b c
† Filibertus *abbas Herienſis* 389 b c
Fillatre (*Guilielmus de*) *episcopus Tornacenſis & Sithienſis abbas* 395 d
Fillot (*Joannes*) 33 e
† Finanus *episcopus, inter Prætermissos* 483 d
Findbarrus *abbas, inter Prætermissos* 483 b d
† Finnianus *abbas Clvain-erardenſis* 374 a b c d e, 377 a, 378 c d, 382 a b
Firmilianus *Palestinæ præses Romanus* 779 a
Firrao *gubernator Laureti adfuit prodigio sanguinis è S. Nicolai brachiis effusi* 682 c, 684 d
Flaccilla *Theodosii II imperatoris filia* 505 b
Flaccilla *verisimiliùs non fuit Arcadii imperatoris filia* 505 a b c
Flageac (*Guilielmus*) *abbas Piperacenſis* 460 f
Flaghac *familia nobilis in Arvernia* 464 b
† Flavianus *episcopus Constantinopolitanus* 515 a & seqq., 516 a f, 517 a b, 518 b c f, 519 d, 520 d, 521 d, 522 c, 523 b c f, 524 a, 525 a, 526 d e, 527 a c, 551 c d, 554 c, 555 a d e f, 556 a d e, 557 b f, 558 a & seqq., 559 a b c e f
Flavius Dionysius *comes in Oriente* 781 e
Florentianus *episcopus Midilenſis in Numidia* 485 a
Florentius *Viennenſis metropolita* 49 f
Florentius *episcopus Lydorum, interest pseudosynodo Ephesinæ* 555 b d
Florentius *vel* Florenicus *auctor, ut fertur Actorum SS. Felicis & Regulæ* 764 a b, 765 e f, 766 a b, 772 e, 774 b e
Flores (*Gonzalvus*) *archidiaconus de Castro, adfuit examini miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 c
Fœgadius *episcopus subscripsit concilio Valentino I,* 49 e
† Foillanus 594 c, 595 c
Folbertus *abbas S. Bavonis adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 e
Folcardus *monachus Sithienſis* 385 a b c
Folmarus *schismaticus episcopus Mindenſis* 339 d e f
† Folquinus *episcopus Morinenſis* 392 d, 393 a b c d e, 394 a, 395 e, 413 e f, 414 a b, 415 f, 416 a b
Folquinus *levita Bertinianus* 302 e f,
Fontana (*Andreas*) *delegatus archiepiscopalis curiæ Panormitanæ* 621 e
Fontaninus (*Justus*) *archiepiscopus Ancyranus,*

nus, edidit Bullas Canonizationum 639 a b
Fonteius *episcopus in Gallia* 552 a, 795 a
Foresius *presbyter Florentinus ecclesiam suam Fratribus Prædicatoribus donat* 633 f, 634 a
† Fortunatus *martyr, inter Prætermissos* 481 a
† Fortuniæ *translatio, inter Prætermissos* 203 f
Francanzano (*Hyppolitus*) *nobilis Venetus, testis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis statua Venetiis facti* 693 d
Francescchinus (*Cosmas*) *nobilis Cingulanus* 908 e, 909 c
Francescchinus (*Titus*) *utriusque juris doctor, Vitam S. Sperandeæ Virginis & abbatissæ edidit Italicè* 891 b c e f
Franciscus I *Francorum rex* 81 c
Franciscus Maria I *Urbini dux* 317 a, 323 e, 324 d
Franciscus Maria II *Urbini dux* 313 e
Franciscus Guilielmus *episcopus Osnabrugensis* 37 e f
Franciscus *à Monte Rubiano Prior generalis Eremitarum S. Augustini* 650 f, 651 a b
Franco *episcopus Cenomanensis* 368 f, 369 a
Francula *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d
Fraternus *abbas S. Audoëni* 61 b f
Fredebaldus *presbyter, inter Prætermissos* 4 c
Fredegunda *uxor Chilperici regis Suessionensis* 578 d
Fredericus *Barbarossa imperator* 149 f, 297 a & seqq., 298 c d e f, 299 a & seqq., 301 a c, 302 b & seqq.
Fredericus II *imperator* 301 f
Fredericus *Lotharingiæ dux* 144 a, 145 d
Fredericus *Urbini dux* 318 b c d f, 319 a b
Fredericus *episcopus Senogallienſis* 639 f, 668 a & seqq., 669 a e
Fredericus *vir spectabilis scribit ad S. Hilarum Papam* 563 f, 564 a
Freherius *abbas S. Audoëni vide* Fraternus
† Fridolinus *fundator monasterii Hilariacensis* 345 c d
† Friothubertus *episcopus Hagustaldensis* 115 b c f, 116 d e f, 117 a, 126 f, 127 a d
Friulphus *pater S. Audomari episcopi, deinde monachus* 386 c d, 396 e f, 398 b, 402 d e f, 407 a b c
Fronto *Bythiniæ præses sub Galerio Maximiano* 489 a, 490 c, 493 a
Frotharius *episcopus Tullensis* 346 a, 830 f
Fulco *archiepiscopus Remensis* 64 e
Fulcoaldus *abbas Farfensis* 602 a
Fulculfus *frater S. Bodonis episcopi Tullensis* 840 a b c d, 842 b
Fulmarus *beneficus in episcopatum Tullensem* 142 b, 144 a
Fulradus *abbas S. Quintini* 415 f, 416 a
† Furseus 594 c, 595 c
† Fuscianus *Morinis prædicat* 388 b, 397 c, 398 d, 403 a, 407 d
Fuscina *soror S. Aviti episcopi Viennensis* 761 e
† Fusculus *episcopus Africanus, inter Prætermissos* 2 f

G

GAbrieli *S. R. E. Cardinalis vidit sanguinem è S. Nicolai Tolentinatis brachiis prodigiosè manantem* 680 b
Gaii (*Gabriel*) *canonicus Diensis pro obtinenda S. Stephani episcopi canonizatione Romam missus* 185 f
Galaminus (*Augustinus*) *S. R. E. Cardinalis, episcopus Auximanus* 899 a b c d, 900 c, 901 a
Galeatius *Alexandri Sfortiæ filius* 319 e f, 320 d
† Galganus *eremita* 303 c d, 304 c d e f
Galganus I *episcopus Volaterranus* 301 a b, 302 a b c
Galganettus *consul castelli S. Geminiani* 304 b
Galla *Placidia Augusta, mater Valentiniani III imperatoris* 520 b c d e, 523 b & seqq., 524 a b c, 556 f, 558 a
Galla *mater S. Verani episcopi Vencensis* 544 c d e, 545 a & seqq.
Gallienus *imperator* 484 a, 485 d, 747 a b c, 762 c e f
Gamansius (*Joannes*) *Societatis Jesu, de Opere nostro optimè meritus* 36 c, 176 f, 587 f, 638 b
Gambucci *capitaneus Pisaurensis adstitit prodigio sanguinis è S. Nicolai Tolentinatis brachio erumpentis* 679 a
Gampbertus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Gandolpho (*Carolus*) *terminator & ceremoniarum magister Panormitanus interest recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d,
Garichramnus *abbas Habendensis* 815 a c, 816 d, 819 e, 820 f
Gauceramus *archiepiscopus Lugdunensis* 180 c
† Gaudentius *episcopus Novariensis* 501 b e f, 502 a c f
Gaudiosus *princeps à S. Elia Speleota sanatus* 871 f, 872 a
† Gebetrudis *abbatissa Habendensis* 810 e, 811 e, 812 a b e, 814 f, 815 a, 816 d, 817 a c, 818 f, 819 b e, 827 b c, 828 a f, 829 a, 835 e. *vide* S. Tecta.
† Gebhardus I *episcopus Constantiensis* 769 b
† Gelasius *Papa, inter Prætermissos* 206 e. *Item* 331 e f, 569 e, 796 e
† Genesii *corpus Lugduni* 550 d e
Genesius *frater Eudociæ imperatricis* 509 d e
† Genoveva 66 b
Gentiana *virgo, inter Prætermissos* 744 c d
Gentilis *frater S. Nicolai Tolentinatis* 647 d, 648 c d e
Gentiloni *archipresbyter Cingulanus* 908 f
† Georgii *corpus Papiæ* 755 a
Georgius *Cyprius patriarcha Constantinopolitanus* 539 e
Georgius *episcopus Epiphanensis* 758 b
Georgius *monachus in Calabria* 883 d e
Georgius *Arianus, pseudoepiscopus Alexandrinus* 258 b f, 259 a
Gepidi *pagani* 65 d
Geraldus II *episcopus Vivarienſis* 467 e f, 468 d
Gerardi (*Laurentius*) *episcopus Lauretanus & Recanatensis accurrit ad prodigium sanguinis è S. Nicolai brachiis erumpentis* 683 f
† Gerardus *episcopus Tullensis* 129 c d e, 130 b, 131 c, 136 c e, 141 b, 142 c d e, 143 d, 144 d, 145 d e f, 146 a, 754 d, *ejus corpus translatum* 827 b
Gerardus II *episcopus Cameracensis* 236 d f
Gerardus I *abbas S. Adriani Gerardi-montensis* 239 e
Gerardus *abbas Luxovienſis* 827 c
† Germanus *archiepiscopus Constantinopolitanus* 497 c d

† Ger-

† Germanus *Autiſſiodorenſis epiſcopus* 29 a b, 84 f, 85 a f, 86 c, 87 d e f, 791 c, 795 c
† Germanus *epiſcopus Pariſienſis* 94 f
† Germanus *epiſcopus Africanus, inter Prætermiſſos* 2 f
† Germanus *abbas Grandivallenſis* 814 a b
Germanus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
† Gertrudis *virgo abbatiſſa Nivellenſis* 110 c, 594 c, 595 c
Gervinus *abbas S. Richarii adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 e
Geſericus *Wandalorum rex apoſtata* 65 c e
Geubel (*Bartholomæus*) *Prior Carthuſiæ Rutilenſis* 770 d e f, 771 a
Ghettus (*Ludovicus*) *provicarius epiſcopi Volaterrani, reliquias & monumenta Sanctorum luſtrat* 296 f, 300 e
Ghibellini 301 c, 302 d e
Giboldus *abbas Gorzienſis* 351 e
Gifardus *arch. ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Gigneus *eremita in Hibernia* 377 c
Giordani (*Maura*) *abbatiſſa Clariſſarum Piſaurenſium corpora BB. Felicis & Seraphinæ elevari curat* 313 b c d e
Girardus *archiepiſcopus Eboracenſis* 124 d
Girardus *arch. ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Giſilarius *presbyter, inter Prætermiſſos* 482 d
Giſla *Centulli Benearnenſis comitis uxor, demonialis Marchianenſis, inter Prætermiſſos* 205 c
Giſlebertus *Lotharingiæ dux* 347 e, 349 b c, 354 e
† Giſlenus 104 c, 105 e
Giſondus *comes reliquias SS. Adriani & Nataliæ in Hiſpaniam tranſfert, iiſque eccleſiam exſtruit* 231 e f, 232 a c, 234 a b
Giſulfus I *dux Beneventanus* 602 a, 603 a, 607 c, 609 c d e, 610 a b
Giuſti (*Petri de*) *nobilis Veronenſis filia, ope S. Nicolai Tolentinatis Prodigioſe ſanata* 717 c d e f, 718 a
Godeau *epiſcopus Vencienſis* 543 a
Godefridus *S. Oſmanæ vir nobilis in Cenomanis* 419 e, 422 e
† Godegrandus *epiſcopus Metenſis* 329 b f, 334 b & ſeqq., 335 a & ſeqq., 336 a & ſeqq., 337 a, 342 b, 343 d e f, 344 a & ſeqq., 345 b
Godeſcalcus *canonicus ſcripſit geſta S. Lamberti epiſcopi martyris* 438 e, 585 e
Godigiſillus *Burgundionum rex* 76 a b
Godo *Tullenſis epiſcopus* 345 f, 346 a
Godo *epiſcopus Tullenſis* 839 a
Godomarus *Burgundionum rex* 93 c, 95 c, 101 f
Godwinus *metropolita Galliarum* 434 c d, 435 e
Goe (*Chriſtianus de*) *cappellanus intereſt viſitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
† Goldrophes *canonicus Regularis, inter Prætermiſſos* 2 b
† Gorlinus, *inter Prætermiſſos* 3 e
Golzo *notarius Cingulanus ſeculo* XIII, 907 a
Gondebaldus *declaratus rex in provincia Lemovicenſi* 579 b
† Gondulphus *epiſcopus Metenſis, inter Prætermiſſos* 2 f
Gongora (*Ludovicus de*) *examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 703 b
† Gorgonia *ſoror S. Gregorii Nazianzeni epiſcopi* III f, IV a b e f, V a b c d, IX d, XII e f
† Gorgonius & *Socii martyres Sebaſteni, inter Prætermiſſos* 326 a
† Gorgonius *martyr, inter Prætermiſſos* 205 f
Gothi *Ariani* 65 d e
Gotſelinus *canonicus Taruanenſis adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
Gozilinus *frater Adalberonis I epiſcopi Metenſis* 348 c
Græcis (*Fomaſius de*) *presbyter canonicus Novocomenſis* 758 b
Græcus *epiſcopus in Gallia* 795 a
Gratus II *epiſcopus Auguſtenſis* 73 f, 74 c
† Gregorius I *Papa* 287 e, 331 b c d f, 440 d, 569 b, 746 e, 749 c d, 839 a b
† Gregorius II *Papa* 267 b c d, 268 d f, 269 a d f, 270 a, 278 f, 283 b c d, 284 d e, 286 f, 288 b c, 289 c, 609 f, 757 d, 759 e, 760 e
Gregorius IV *Papa* 217 d, 331 a b c d, 336 f, 751 a b, 752 a
† Gregorius VII *Papa* 434 e, 468 a b
Gregorius IX *Papa* 44 b, 176 a, 184 d e f, 185 a d e f, 194 c, 201 e f, 303 a, 634 a, 635 e f
Gregorius X *Papa* 175 c f
Gregorius XI *Papa* 670 f
Gregorius XIII *Papa* 44 b, 622 c, 687 f, 688 a, 760 c
† Gregorius *Nazianzenus epiſcopus, pater S. Gregorii Nazianzeni epiſcopi* I b c e, III d e f, IV a b c d e, V a d e f, VI a b c d e, IX b, X b c d f, XI b c d, XII d e f, XIII a b c d
† Gregorius *Nazianzenus Junior* 7 c d. *Ejus tempus natale &c.* 1 & ſeqq.
† Gregorius *epiſcopus Nyſſenus* 1 d
† Gregorius *epiſcopus Turonenſis* 578 b c d
Gregorius (*Romanus*) *abbas S. Matthæi, ſcriptor Annalium Farfenſium* 600 b c, 601 e
Gregorius (*à Peruſio*) *Prior Farfenſis* 600 c,
Gregorius *Presbyter ſcripſit Græcè Vitam S. Gregorii Nazianzeni epiſcopi* VII a b
Gregorius *Burtuanitas diſcipulus S. Eliæ Speleotæ* 868 a b
Gregorius *ſcriptor Farfenſis ſeculo nono* 601 c
Gregorius (*Catinenſis*) *ſcriptor Farfenſis ſeculo undecimo* 601 c
† Griccivianus *martyr, inter Prætermiſſos* 481 a
Grifo *filius Caroli Martelli ex Sonichilde* 275 d
Grimaldus *arch. ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Grimani (*Joannes*) *nobilis Venetus, teſtis prodigii in S Nicolai Tolentinatis ſtatua Venetiis facti* 693 d
Grimoaldus *rex Longobardorum* 603 e f, 604 b
Grimoaldus *Bavariæ tetrarcha* 267 b, 269 d e f, 270 b c e f, 272 a b c d, 274 e f, 275 a & ſeqq., 276 a, 285 d e, 287 a b, 289 b c, 290 a & ſeqq., 291 a c, 293 a
Grimoaldus *Major-domûs S. Sigeberti Auſtraſiæ regis* 583 e, 594 d, 813 a
Grimoaldus *filius Pippini Heriſtalli* 586 e
Guala *epiſcopus Vercellenſis* 800 a
Gualdacaçar (*Marchio de*) *prorex regni Limani* 739 f
Guarinus *Ordinis Præmonſtratenſis abbas, inter*

ter Prætermissos 482 f
Guarnacci (*Alexander*) *præses montis pietatis Volaterris* 305 e
† Gudila *virgo* 106 e
Gudila *archidiaconus Toletanus, inter Prætermissos* 203 c f
† Gudwali *corpus translatum ad cœnobium Blandinense S. Petri* 394 b
Guelphi 301 c, 302 d e
Guidalotus (*Rodulphus*) *Ordinis Prædicatorum* 631 c
Guidius (*Jacobus*) *Præpositus civitatis Volaterranæ* 306 a
Guido *episcopus Noviomensis* 617 c d e f
Guido *episcopus Novocomensis* 757 f, 761 a b
Guido III *episcopus Volaterranus* 306 d e, 307 a f
Guido *discipulus S. Romualdi, inter Prætermissos* 4 d
Guidoboldus (*Roboreus*) *Urbini dux* 312 c, 316 f, 317 a b
Cuidus Antonius *Montisferetri & Urbini comes, pater B. Seraphinæ abbatissæ* 318 a & seqq., 319 c, 320 c,
Guifredus *archiepiscopus Narbonensis* 463 b
Guigo II, *nonus Prior generalis Carthusianorum, vide* Hugo II
† Guilielmus *episcopus Lauduni, inter Prætermissos* 482 c d
Guilielmus *archiepiscopus Senonensis* 422 d
Guilielmus *archiepiscopus Viennensis* 797 a
Guilielmus *Valentinæ ecclesiæ Procurator canonizationem S. Stephani Diensis episcopi à Pontifice flagitat* 194 c & seqq., 195, 196, 197, 198, 199, 200, 201
Guilielmus *episcopus Dunelmensis* 121 f, 122 a
Guilielmus *episcopus Aurelianensis* 421 c
Guilielmus IV *abbas Gerardi-montensis S. Adriani* 239 f
Gundebaudus *Burgundionum rex* 76 a, 793 d e, 796 e
† Gundelbertus *archiepiscopus Senonensis* 841 c
Gundelindis *bene merita de episcopatu Tullensi* 137 d
Gundericus *Wandalorum rex* 65 c
Gundeuchus *Burgundionum rex* 565 c
Gundoinus *pater S. Bodonis episcopi Tullensis* 839 f, 840 a b c d
Gunduicus *militum præfectus* 565 c
Gunfredus *episcopus Volaterranus* 303 d, 305 c, 306 b d e, 307 a b e f, 308 d
Guntardus *sacerdos, subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Guntharius *filius Chlodomeris, regis Aurelianensis* 93 c d e f, 94 a b c d e, 95 a, 99 f, 100 a b c
† Guntherus *eremita* 644 a
† Guntramnus *Aurelianorum & Burgundiæ rex* 76 d, 578 b, 579 b e
† Guthlacus *presbyter & anachoreta Croylandensis in Anglia* 447 b c d e f, 448 b c d e, 449 a b c, 450 a & seqq., 451 a b

H

HAdedeus *subdiaconus subscriptus instrumento Ludovici Germaniæ regis* 768 e
† Hadelinus *presbyter* 583 b
Hamedeus *miles Adelberonis I episcopi Metensis* 351 f, 352 a
Hane (*Maria Theresia de*) *fundatrix monasterii Ruramundensis Carmelitarum discalceatarum* 254 a
Hangest (*Carolus de*) *transfert corpus S. Eunucii episcopi* 617 c
Hannoize (*Philippus*) *monachus S. Adriani Gerardi-montensis, scriptor miraculorum ejusdem Sancti* 242 a b
Hano *beneficus in ecclesiam Tullensem* 142 b, 144 b
Haraldus *Danorum rex* 326 d
Hardradus *frater S. Gauzlini Tullensis episcopi* 143 d e, 144 e
Harigerus *abbas Lobiensis* 581 c
Hastingus *Normannorum dux Galliam vastat* 235 e f, 236 a
Haunepertus *abbas Farfensis* 602 a, 605 a
Hazardis (*Hugo de*) *Tullensis episcopus* 132 a
Hecca *procurator Sigeberti I regis Austrasiæ* 545 e
Heckius (*Michaël*) *S. T. D. Ordinis S. Augustini, utrinsque Germaniæ Assistens* 678 f, 680 b
† Helena *mater Constantini Magni imperatoris* 48 c
† Helena *Utinensis, Ordinis S. Augustini* 691 e
Helena *mater B. Comitissæ virginis* 311 a
Helenus *episcopus* 747 b c, 762 a
Heliodorus *pater S. Amati abbatis Habendensis* 811 c
Helmwardus *episcopus Mindensis* 339 c
Hemma *regina uxor Lotharii regis* 838 e f
Henestrosa (*Joannes de*) *lector conventûs S. Pauli Cordubæ, examinator miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 702 a, 704 d
† Henricus *imperator* 255 b d
Henricus *Affadensis, inter Prætermissos* 745 c
Henricus *Auceps Germaniæ rex* 132 f, 133 a, 134 f, 135 a b, 136 f, 141 c, 144 b, 145 e, 266 b, 271 b
Henricus IV, *aliàs* III *imperator* 339 e
Henricus VI *Romanorum rex* 299 a b, 305 b
Henricus I *Francorum rex* 467 d, 469 f, 471 e
Henricus II *Francorum rex* 336 f
Henricus III *Angliæ rex* 498 a
Henricus VIII *Angliæ rex* 114 d
Henricus III *cognomento Leo Bavariæ & Saxoniæ dux* 338 f, 339 a
Henricus *Rixosus, Bavariæ dux* 279 f, 280 a
Henricus *archiepiscopus Trevirensis* 145 b, 753 d
Henricus *episcopus Brixinensis* 271 c d
Henricus *abbas Gorzienſis* 336 e, 351 e
Henricus *de Urimaria Ordinis Eremitarum S. Augustini, scripsit de S. Nicolao Tolentinate* 636 c e
Heraclius *imperator* 439 c, 594 a
† Herculani *tumulus Romæ* 748 e
Herculanus (*Petrus*) *episcopus Auximanus* 899 d e
Herculanus *consul* 532 c
Heremarus *abbas S. Remigii adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 e, 395 a
Herennianus *hypodiaconus in Africa seculo tertio* 213 d, 485 f, 486 e, 487 a
Heriberthus *abbas S. Judoci adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 e
Hireberthus *comes abbatiam Dervensem aufert S. Gerardo episcopo Tullensi* 145 f
Hiresendis *nobilis mulier benefica in episcopatum Tullensem* 137 d, 138 e
Herlardus *arch. subscripsit donationi S. Gauzlini*

lini 135 e
† Hermagoræ *reliquiæ Osnabrugi* 36 d
Hermannus *advocatus monasterii Sithiensis* 415 a
† Hermes *martyr* 747 d e f, 748 a d e, 751 b c, 752 a c
Hermes *episcopus Narbonensis* 563 f, 564 a & seqq., 565 a
Herminericus *consul* 567 e, 568 c
Herodes *Ascalonites Anthedonis restaurator* 258 d
Herricus *monachus Sithiensis* 395 f
† Hidulphus *archiepiscopus Trevirensis* 842 d e
Hieronyma *virgo tertii Ordinis Minimorum, inter Prætermissos* 205 d
† Hieronymus *Ecclesiæ doctor* XIII f, XIV b c d e f, XV c d, XVI a b c d
Hietta *vel* Hilta *anachoretis, soror B. Merbodi presbyteri martyris* 889 c d, 890 d
† Hilarii *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Hilarius *ex abbate Lerinensi episcopus Arelatensis* 10 c, 540 b, 541 a, 543 e, 546 c d, 548 a b, 792 d
† Hilarius *episcopus Patavinus, inter Prætermissos* 481 b
† Hilarus *diaconus, Sedis Apostolicæ legatus in conciliabulo Ephesino, postmodum Pontifex* 519 c d, 520 a b c, 551 e f, 552 a b c d e
† Hildebrandus *archidiaconus Sedis Apostolicæ, postea Gregorius* VII *Pontifex* 470 e f, 471 a c
Hildebrandus *monachus Farfensis seculo decimo* 753 f
Hildegarda *Ludovici Germaniæ regis filia, prima abbatissa monasterii Dominarum Tiguri* 767 f, 768 b c e f, 769 b
Hildevertus *episcopus Meldensis* 814 d
Hildewardi *episcopi translatio, inter Prætermissos* 5 e
Hincmarus *Laudunensis episcopus* 387 e f, 388 a
Hincmarus *Remensis episcopus* 63 c, 387 e f, 388 a
† Hippoliti *martyris reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
Hispanus (*Raphaël*) *episcopus Vencensis* 542 e f
Honoratis (*Honoratus de*) *episcopus Urbanensis & S. Angeli in Vado, adest elevationi corporis S. Joannis Laudensis* 158 e, 159 e
† Honoratus *ex abbate Lerinensi episcopus Arelatensis* 543 e, 546 a b d
Honorius I *Papa* 217 c, 440 d
Honorius III *Papa jubet inquiri de virtutibus & miraculis S. Stephani episcopi Diensis* 184 d
Honorius *imperator* 506 c, 507 a b
Hoorde (*Ildefonsus van*) *abbas S. Adriani Gerardi-montensis multa suppeditavit pro S. Adriani gloria* 238 c, 242 b, 249 c, 252 f, 253 f, 254 a
† Hubertus *primùm Trajectensis, deinde Leodiensis episcopus* 106 f, 108 b c d e, 426 e, 438 c d e, 580 d e f, 586 f, 587 a, 588 a
Hubertus *arch. subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Hubertus *archidiaconus adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 f
Hucbertus *Bavariæ dux* 269 e, 275 f, 276 a, 277 b, 293 b c, 294 a b
Hueber (*Aprenianus*) *Prior Augiæ Majoris Brigantinæ* 889 a b
† Hugo *episcopus Diensis, legatus Apostolicus* 468 a
† Hugo *ex Carthusiano episcopus Lincolniensis* 182 b c, 188 a, 191 b c, 192 d
Hugo *episcopus Augustensis* 77 b
Hugo *Archiepiscopus Bisonticensis* 810 d e, 827 b c, 828 a
Hugo *episcopus Eugubinus* 154 f
Hugo *archiepiscopus Panormitanus* 621 b c
Hugo *archiepiscopus Turonensis* 52 c
Hugo II, *nonus Prior generalis Carthusianorum* 179 d
Hugo *princeps, cognomento Magnus, excommunicatus in synodo Ingelhemiensi* 140 d, 142 a
Hugo *canonicus secularis, abbas S. Quintini Viromandensis & S. Bertini Sithiensis* 392 c d e f, 393 a b e, 413 d e f, 415 e, 416 b
Hugo *de sede Remensi contendens, excommunicatur in synodo Ingelhemiensi* 140 c d
Hugo *de Lariaco adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 f
Hugolinus *Ostiensis & Velitrensis episcopus Cardinalis, Sedis Apostolicæ legatus, deinde summus Pontifex* 634 a b, 635 e f. *Vide* Gregorius IX Papa
† Humbertus *abbas Maricollensis, inter Prætermissos* 2 b
Humbertus *electus episcopus Aniciensis* 462 d
Humbertus I, *episcopus Diensis* 181 a, 190 f, 192 d
Humbertus II, *episcopus Diensis* 181 d e f
Humbertus *primùm Igniacensis abbas, deinde Clarævallensis Prior, inter Prætermissos* 3 a b c
Humbertus *abbas monasterii S. Apri* 138 b
Humbertus *quintus Magister generalis Ordinis Prædicatorum* 630 a
Humbertus *levita scripsit chartam S. Gauzlini pro monasterio S. Apri* 134 f
Hungari *in Galliam irrumpunt* 51 c, *Lotharingiam vastant* 140 d e f, 142 a, 236 a b, 346 c, 348 b, 352 b c d, 354 d e, 823 a, 825 b d e f, 826 a b c, 835 d
Hungerus *episcopus Ultrajectensis* 613 b
Hunni *in Gallia* 64 a & seqq., 65 a & seqq., 71 b c d, 821 c, 822 e f
Husingus *comes* 272 b, 285 f, 288 f, 289 a
† Hyacinthus *diaconus martyr, inter Prætermissos* 326 b, 364 e f
† Hyacinthus *martyr, inter Prætermissos* 481 e

I

† IA *martyr, inter Prætermissos* 481 c, 744 b
Jacobucci (*Aldisia*) *Tolentinas, testis in Processu canonizationis S. Nicolai Tolentinatis* 653 e
† Jacobus *frater S. Joannis Evangelistæ, inter Prætermissos* 326 b
† Jacobus *episcopus Nisibenfis* 354 f
Jacobus *Tullensis episcopus* 346 a
Jacobus *Nothus Cypri rex* 698 c
Jacobus *Puer Cypri rex* 698 c
Jacobus *Borbonius Marchia comes, Siciliæ regina conjux, deinde Ordinis S. Franciſci* 4 b
Jacobus Avesnensis, *contra Saladinum in Palæstina pugnans occumbit, inter Prætermissos* 4 f, 5 a
Jacobus *Christi Domini Sanguinem collegisse dicitur* 495 f, 499 d
Jacobus *de Ancona, Prior conventûs Anconitani Eremitarum S. Augustini* 671 a b
Jacobus *monachus in monasterio S. Eliæ Speleo-*

te 881 f, 882 a
Jacomellus *notarius Cingulanus ſæculo* XIII, 906 b f
Jancelinus *Prior generalis Carthuſiæ* 191 c, 192 f
† Januaria *uxor B. Sperandei, deinde monialis Ordinis S. Auguſtini* 892 e f, 900 a
† Januarius *epiſcopus Beneventanus, martyr, inter Pratermiſſos* 5 b. *Ejus ſanguis Neapoli* 688 a b
Januarius *catechumenus cibum & potum martyribus ſubminiſtrat* 213 d
Jarentus *epiſcopus Dienſis* 181 a
Ibas *epiſcopus Edeſſenus* 440 c, 558 c
Ida *abbatiſſa monaſterii S. Cæciliæ* 581 d
Ignatius *monachus Romæ* 846 a, 852 b c, 853 d
Ildebrandus *epiſcopus Volaterranus* 297 a c e f, 298 f, 299 a b c, 303 e, 304 f, 305 a b d e
† Ildefonſus *archiepiſcopus Toletanus* 204 c d
Ildephonſus *abbas Weihen-Stephanenſis* 274 c
Imbetauſius *epiſcopus Remenſis* 62 f, 66 d e
Immo *abbas Gorzienſis* 337 e, 338 b
Incatenatus (*Guigo*) 178 e
Inchadus *epiſcopus Pariſienſis* 98 a
Incontrius (*Attilius*) *equitum S. Stephani Auſtriæ Prior* 307 a, 308 a
Incontrius (*Ludovicus*) *vir nobilis* 396 f, 307 a
† Inde 329 f
Ingelramus *ſatrapa Lilerienſis* 395 a
Ingenuus *epiſcopus Ebredunenſis* 551 e, 552 a b c, 566 d e f, 568 a
Inghiramius (*Bernardus*) *epiſcopus Volaterranus* 308 c
Inghiramius (*Curtius*) *à Volaterranis delegatus ad colligendas Sanctorum memorias* 296 f
Ingofredus *abbas Luxovienſis* 813 c d, 815 a, 816 b, 817 b, 819 d
Ingulphus *abbas Croylandenſis in Anglia* 447 d e f
† Innocens *vel* Innocentius *epiſcopus Cenomanenſis* 369 c, 370 a b, 804 a b c d, 805 b c f, 806 c, 807 a f, 808 a f
† Innocentii *martyris Thebæi inventio & tranſlatio* 74 f, 75 a & ſeqq., 76 a b e d
† Innocentii *martyris reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Pratermiſſos* 205 e
† Innocentium *martyrum duo corpora Papiæ* 755 a. *Item reliquiæ Calatiæ* 755 c
† Innocentius I *Papa* 749 a
Innocentius III *Papa* 31 c, 178 b c, 191 a b c, 192 d, 304 f, 305 a b
Innocentius IV *Papa* 44 b, 633 b, 797 d
Innocentius VI *Papa* 668 a d e f, 669 a c d e f, 670 a & ſeqq., 675 f
Innocentius X *Papa* 308 c, 309 a
Innocentius XII *Papa* 175 f, 683 e, 688 f
† Joachim *pater B. V. Mariæ, inter Pratermiſſos* 326 a
Joanna I *regina Neapolis* 688 a
Joanna II *regina Neapolis* 4 b, 688 a
Joannes *Agnus epiſcopus Trajectenſis* 582 d
† Joannes *ordinatus epiſcopus Cabilonenſis* 792 e f, 793 a b
† Joannes *epiſcopus Haguſtaldenſis* 124 d, 127 d
† Joannes *Gorzienſis abbas* 348 c d, 349 b, 351 e, 352 a, 354 f, 355 f
† Joannes I *Papa* 217 a
Joannes II *Papa* 387 d
Joannes IV *Papa* 21 b, 814 b
Joannes V *Papa* 428 e, 429 e, 430 a d e, 431 a & ſeqq., 432 d, 605 a
Joannes VI *Papa* 410 c, 411 c, 428 f, 429 a
Joannes VIII *Papa* 231 c e, 232 c, 235 b c
Joannes IX *Papa* 232 c, 428 e, 429 a
Joannes XIII *Papa* 753 c e, 754 b d
Joannes XXII *Papa* 637 e, 638 c, 639 f, 662 f, 667 f, 668 a & ſeqq., 669 a & ſeqq., 674 c, 675 f, 893 d
Joannes *Trimiſces imperator Orientis* 753 c
Joannes Caſimirus *Societatis Jeſu S. R. E. Cardinalis, deinde Poloniæ rex* 913 c d e
Joannes II *Cypri rex* 698 c
Joannes III *Cypri rex* 698 c
Joannes *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Præneſtinus* 675 a
Joannes *S. R. E. presbyter Cardinalis S. Anaſtaſiæ, Pontificius legatus in Umbria* 146 f, 147 a b, 148 a & ſeqq., 149 b, 154 f, 155 f, 156 a, 161 d e, 169 e, 170 f, 174 c d
Joannes *S. R. E. presbyter Cardinalis S. Laurentii in Lucina* 675 a
Joannes *epiſcopus Antiochenus* 511 e f, 512 c
Joannes *metropolitanus Euchaïtarum* 497 a
Joannes *archiepiſcopus Florentinus* 635 e f
Joannes *Franciſcus Friſingenſis epiſcopus & princeps* 274 c, 279 f, 280 b & ſeqq., 281 a
Joannes *Hieroſolymitanus, diſcipulus S. Eliæ Spelæotæ* 873 d e
Joannes *epiſcopus Maſſetanus* 303 c d
Joannes *epiſcopus Portuenſis* 436 f, 437 a
Joannes *epiſcopus Salonitanus corpora SS. Domnii & Anaſtaſii Spalatum tranſfert* 21 a
Joannes *epiſcopus in Gallia* 795 a
Joannes *abbas S. Arnulphi Metenſis ſcriptor Vitæ B. Joannis abbatis Gorzienſis* 129 b
Joannes *cognomento Grammaticus, abbas S. Sophiæ* 154 c
Joannes III *abbas Farfenſis* 753 e f
Joannes *abbas de S. Flodoaldo ſubſcripſit ſynodo Attiniacenſi* 95 e, 96 e f
Joannes Guadalupenſis *Ordinis S. Franciſci, inter Pratermiſſos* 745 d
Joannes *archidiaconus adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
Joannes *diaconus cum imperatrice Eudocia Hieroſolymam profectus* 515 d e, 516 a, 517 c
Joannes *diaconus tempore S. Hilari Papæ* 563 f, 564 a
Joannes *ſacerdos in Calabria ſeculo decimo* 886 a b c, 887 d
Joannes *Præpoſitus S. Joannis Oſnabrugi* 37 c
Joannes *monachus in Calabria* 874 c, 875 d
Joannes *exarchus Ravennatum* 428 d, 429 b c
Joannes *vir potens juſſu Chryſaphii Eunuchi occiſus* 524 f
Joannes *nobilis miles, teſtis in Proceſſu canonizationis S. Nicolai Tolentinatis* 633 e
† Joannis *Baptiſtæ caput inventum* 74 d, 78 d, 537 b
† Joannis Capiſtrani *beatificatio, inter Pratermiſſos* 483 d
† Joannis *Chryſoſtomi corpus Conſtantinopolim tranſlatum* 512 f
Joannuccius *Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, miniſtravit S. Nicolao Tolentinati ægrotanti, & in proceſſu canonizationis teſtatus eſt* 639 f, 640 a, 665 e, 666 c
Jodo *canonicus Tarvanenſis adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
Jonas *epiſcopus Æduenſis* 30 e f, 31 c, 34 e, 38 b, 41 b c, 42 a
Jordanes *filius Joannis à Chryſaphio eunucho*

occisi 524 f
Jordanus *de Saxonia, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit de S. Nicolao Tolentinate* 636 c f, 637 a, 644 b c
† Joſephus *ab Arimathia* 497 f, 498 a b, 500 c
Joſephus Clemens *Bavariæ princeps, electior Colonienſis & Leodienſis princeps* 738 a
Joſephus *tertius epiſcopus Friſingenſis* 261 f, 202 a
Joſephus hegumenus, *inter Prætermiſſos* 326 d
Jovinianus *hæreſiarcha* XIV d e, XV d, 785 d
Jovinus *vir illuſtris* 66 c e f
† Irenæi *martyris corpus Lugduni* 794 b d
Irenæus *epiſcopus in Hiſpania* 567 d e f, 568 a b c, 569 b c
Irene *imperatrix* 503 b
Iſaac Badaſæus, *inter Prætermiſſos* 482 d
† Iſabella *Francica abbatiam virginum condit* 96 d
Iſabella *Hiſpaniarum regina, Ferdinandi V conjux* 368 b
Iſabella *Clara Eugenia Belgii princeps* 241 b
† Iſaïæ *prophetæ corpus Conſtantinopolim tranſlatum* 539 f, 540 a
† Isburni *corpus Ultrajecti* 613 c
Iſdegerdis *Perſarum rex* 506 d e f, 507 a b c d
† Iſidorus *abbas* 780 e
† Iſidorus *Peluſiota* 516 c
Jucundus I *epiſcopus Auguſtenſis* 73 f, 74 a b c
† Jucundus II *epiſcopus Auguſtenſis* 73 f, 74 c, 77 b e, 78 d
† Judæ Thadæi *apoſtoli reliquiæ Flaviniaci* 33 c d e
Julia (*Varana*) *Urbini ducissa* 317 a
† Julianæ *virginis martyris corpus Novocomi* 758 d
† Julianus *martyr, inter Prætermiſſos* 326 c
† Julianus *archiepiſcopus Toletanus* 433 e
† Julianus *epiſcopus Laudenſis* 149 e
Julianus, *fortè* Joannes, *archiepiſcopus Florentinus* 634 a b
Julianus *epiſcopus Coënſis* 527 c d, 528 d, 529 b & ſeqq., 532 d e, 533 b, 534 c d, 554 c
Julianus *legatus Sedis Apoſtolicæ* 555 b. *Vide* Julius epiſcopus Puteolanus.
Julianus *epiſcopus in Gallia* 795 a
Julianus *apoſtata imperator* 7 c f, 256 b c e f, 258 b c e f, 259 a
Julianus *notarius in pſeudo-ſynodo Epheſina, deinde epiſcopus Lebedi* 554 f
† Julius, *inter Prætermiſſos* 744 b
Julius *epiſcopus Puteolanus, legatus Apoſtolicus* 554 c d, 555 a b d e, 556 a b f, 557 a b c d f, 558 a & ſeqq., 559 a c
Julius *Cæſar* 43 e
† Juſtini *mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
Juſtinianus I *imperator* 94 b, 440 b, 496 d, 538 a
Juſtinianus II *imperator* 426 f, 431 a b c, 432 c, 436 a & ſeqq., 437 a c d, 603 d
† Juſtinus *martyr, inter Prætermiſſos* 481 a
Juſtinus I *imperator* 538 a
Juſtinus II *imperator* 538 d e f
† Juſtus *epiſcopus Lugdunenſis* 50 c, 797 a
Juſtus *S. Patricii diſcipulus* 373 e f
Juvenalis *epiſcopus Hieroſolymitanus* 440 a b, 533 c, 535 d e f, 536 d, 538 b c, 554 f
† Juvii *corpus tranſlatum* 459 a b

K

† KEllacus *epiſcopus in Hibernia* 379 f, 380 a
Kenulphus *abbas Croylandenſis in Anglia* 447 d e
† Kieranus *epiſcopus & abbas Sagirienſis* 374 b c d, 382 d e, 383 a f
† Kilianus *epiſcopus martyr* 426 d, 444 b c

L

† LÆtus *martyr Africanus, inter Prætermiſſos* 2 f
Lambertengis (*Leo III de*) *epiſcopus Novocomenſis tranſtulit reliquias SS. Prothi, Hyacinthi &c.* 757 f, 758 a b
Lambertengis (*Conradus de*) *presbyter canonicus Novocomenſis* 758 b
† Lambertus *epiſcopus Trajectenſis & martyr* 108 c d e f, 109 a b, 438 c d e, 580 c d e f, 585 e f, 586 a b d e f, 587 a, 588 a c, 591 f, 592 a b d, 593 a c d, 595 e f, 598 f, 599 a b d
Lambertus *canonicus Volaterranus* 303 a
Lambertus *vir potens, benefactor monaſterii S. Verani* 541 f, 542 b c
Lambertus *ſubſcripſit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c
Lamoy (*Ludovicus de*) *dominus de Hautpon* 250 f, 251 a
Lampadius *conſul* 94 b
† Landelinus *abbas Criſpinienſis* 594 b, 595 c
† Landoaldus *archipresbyter S. Amandi epiſcopi Trajectenſis* 595 e, 596 a f
† Landricus *epiſcopus, frater S. Madelbertæ virginis* 103 b f
† Lanfrancus *epiſcopus Cantaurienſis* 434 e f, 827 e f
† Lanfrancus *epiſcopus Vercellenſis* 799 c
Langeac (*Joannes de*) *epiſcopus Lemovicenſis & primus abbas commendatarius Piperacenſis* 460 f, 461 a c
Latronis boni *reliquiæ Flaviniaci* 33 e
† Laudi *corpus* 369 f, 370 a d
Lauizariis (*Joſephus de*) *Canonicus Novocomenſis* 758 b
Lauizariis (*Muſſo de*) *canonicus Novocomenſis* 758 b
† Laurentii *martyris reliquiæ tranſlatæ Faventiam, interPrætermiſſos* 205 e. *Conſtantinopoli depoſitæ* 513 b. *Romæ* 757 c
† Laurentius *Illuminator epiſcopus Spoletinus, abbatiæ Farfenſis conditor* 599 c, 600 b c e f, 603 a
Laurentius *diſcipulus S. Eliæ Spelæotæ, poſtea abbas* 870 b c, 884 c
Laurentius *plebanus ſancti Sepulcri, deinde Ordinis Prædicatorum* 631 c
Laureto (*Joannes Baptiſta*) *medicus adfuit examini, de ſanguineo S. Nicolai brachiorum ſudore inſtituto* 682 a
Lauſus *vir Catholicus ſub Theodoſio II Imperatore* 511 f
Lautreco (*Amelius de*) *abbas Toloſani monaſterii S. Saturnini, deinde epiſcopus Caſtrenſis* 667 f, 668 a c
† Leo I *Papa* 74 a b d, 433 c, 440 a b c, 442 d, 504 c, 511 c d, 516 e f, 518 d, 519 a & ſeqq., 520 a & ſeqq., 521 a & ſeqq., 522 e f, 523 a b c d, 524 a b c, 526 b &

& seqq., 527 a & seqq., 528 a & seqq., 529 a b c d e, 531 d f, 532 a & seqq., 533 a b, 534 c d, 535 c d e f, 536 e, 551 c d e f, 552 b, 554 b c d, 555 a & seqq., 556 a & seqq., 557 a b c d, 558 a & seqq., 559 d e f, 560 b e f, 561 a b e f, 562 a b, 563 b, 564 a b c, 565 e f, 566 f

† Leo II *Papa* 426 d, 427 f, 429 e f, 430 a & seqq., 431 c d e, 432 c d e, 433 a

Leo III *Papa* 217 d, 498 e

Leo IV *Papa* 217 d, 757 a

† Leo IX *Papa* 130 b, 810 c d, 827 b & seqq., 828 a

Leo X *Papa* 324 d, 633 b, 756 d

† Leonis *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e

Leo I *imperator* 503 e f, 504 a b, 530 b

Leo *Sapiens imperator Orientis* 863 a

Leo, *inter Prætermissos* 745 a

Leo *abbas Sithiensis sacrosanctum Christi Domini Sanguinem è Palæstina in Flandriam transfert* 497 f

Leo *vir potens in Cenomanis seculo sexto* 805 f, 806 a b

† Leobinus *episcopus Carnotensis* 805 b

Leocadius *episcopus in Gallia* 795 a

Leodio (*Ægidius de*) *scripsit Vitam S. Theodardi episcopi Trajectensis* 581 f

† Leolinus *episcopus Patavinus, inter Prætermissos* 481 b

Leonardus *episcopus Naulensis* 44 b

Leoncinus (*Consalvus*) *notarius Cingulanus* 910 a

Leonius (*Michaël*) *presbyter sacrista volaterranus* 300 f

onora *matrona nobilis, uxor Joannis de Medieta, S. Nicolao Tolentinati addictissima* 741 a

Leonorius (*Franciscus*) *Prior Volaterranus* 308 b

Leontia *mater S. Eliæ Spelæotæ abbatis*, 845 c, 849 e

Leontia *consobrina S. Eliæ Spelæotæ* 884 c, 885 d e

Leontius *ex præfecto imperator* 437 d, 439 d, 603 d

Leontius *episcopus Arelatensis* 10 e, 11 a, 551 e f, 552 a c d f, 562 d e, 563 a & seqq., 564 a & seqq., 565 b c d, 566 a e, 794 f, 795 a

Leontius *episcopus in Gallia* 795 a

Leontius *philosophus, pater Eudociæ imperatricis* 509 b d

Leopardus *presbyter Romanæ Ecclesiæ* 748 c, 749 a b c

Leotgerius *benefactor monasterii S. Verani* 541 f

Leotgerius de S. Laurentio *subscripsit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c

Lepidi (*Michaël Angelus*) *canonicus Pisaurensis* 315 c

Leubina *comitissa in Hispania ecclesiam SS. Adriano & Natalia ædificat* 231 f, 232 a

Liarda (*Jacobus la*) *promovit cultum S. Cosmæ archiepiscopi Africani* 620 e

Liarda (*Leonardus la*) *presbyter Panormitanus* 620 b

Libens (*Joannes*) *S. T. D. Ordinis S. Augustini, impetravit particulam prodigiosi sanguinis S. Nicolai pro conventu Dissemiensi* 691 b

Libera *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d

Liberatæ *virginis corpus Novocomi* 758 a b d e f

Liberius *Papa, inter Prætermissos* 327 d

Liberme (*Wilhelmus de*) *canonicus Leodiensis interest visitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c* 109 a

Licastus *consobrinus S. Eliæ Spelæotæ* 884 c

Licinius *imperator* 215 a, 326 a, 355 c, 356 d, 360 a

Licinius *episcopus in Gallia* 795 a

Lidulphus *Ottonis I imperatoris filius* 354 d e

† Lietbertus *episcopus Cameracensis* 237 e

Ligneville (*Philippus de*) *præpositus S. Deodati transtulit corpora SS. Amati & Adelphii* 828 b

Liprandus *prior Fontis Avellanæ* 152 a, 153 b c d, 154 e, 155 d

Lisci (*Michaël*) *præses montis pietatis Volaterris* 305 e

Loaysa (*Hieronymus de*) *archiepiscopus Limanus* 739 c

Lobianus *episcopus Firmanus* 607 b

† Longinus *miles* 495 d. *Ejus Reliquiæ Faviniaci* 33 e

Longo (*Jacobus*) *canonicus Panormitanus interest recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d

Longuevillus *dux legatus Gallia pro pace Westphalica* 35 f, 36 a

Lopez (*Jacobus*) *canonicus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 c

Lopez (*Petrus*) *Prior, adfuit examini miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 c

Loppis (*Paulina Joannis de*) *abbatissa Clarissarum Pisaurensium* 318 e

Lotharingia (*Joannes de*) *S. R. E. Cardinalis, episcopus Valentinus* 185 f

Lotharius *rex Lotharingiæ* 136 b, 613 b, 826 f

Lothier (*Guido*) *toparcha de Ternot* 33 f

Lottini (*Michael Angelus*) *præses montis pietatis Volaterris* 305 e

† Lucas *euangelista pinxit imaginem beatissimæ Virginis Mariæ* 539 c d e. *Ejus brachium Calatiæ* 755 c

† Lucas *martyr, inter Prætermissos* 5 a

† Lucas *martyr, inter Prætermissos* 480 c f, 481 a

Lucas *episcopus Auximanus* 899 e

Lucas *abbas, inter Prætermissos* 2 f, 3 a

Lucas *discipulus S. Eliæ Spelæotæ* 866 c, 867 e f, 868 c, 869 b d, 871 f

Lucentius *episcopus Asculanus, legatus S. Leonis I Papæ in concilio Chalcedonensi* 528 c, 529 b & seqq.

Lucentius *episcopus legatus S. Leonis I Papæ ad Constantinopolitanos* 527 d e

Lucerius *abbas Farfensis* 602 a

† Lucianus 398 d, 403 a, 404 d

Lucianus *acolytus in Africa* 485 f, 486 e, 487 a

Lucidus *presbyter ab hæresi Prædestinatiana revocatus* 552 f, 794 e f, 795 a

Lucifer *subdiaconus, Scriptor Vitæ S. Evurtii episcopi* 46 a, 47 b, 52 d, 58 c d

Lucino (*Princinalus de*) *canonicus Novocomensis* 758 b

Lucius III *Papa* 304 c d

Lucius ab Ausafa *subscripsit concilio Carthaginensi anno* CCLVI, 484 e

Lucius à Castra Galbæ *episcopus subscripsit concilio*

cilio Carthaginenſi anno CCLVI, 484 e
Lucius à Membreſa *epiſcopus ſubſcripſit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI, 484 e
Lucius à Thebeſte *epiſcopus ſubſcripſit concilio Carthaginenſi anno* CCLVI, 484 e
Lucius *presbyter in Calabria* 874 b
Lucretia Cademuſta *tertii Ordinis S. Dominici, inter Prætermiſſos* 745 d
Ludelmus *Tullenſis epiſcopus* 141 e
Ludovicus *Pius imperator* 43 e, 62 c, 345 f, 414 b, 416 b, 470 f, 764 a, 823 c d, 824 a
Ludovicus *Ludovici Pii imperatoris filius, Germaniæ rex* 764 e, 767 f, 768 a & ſeqq., 769 f
Ludovicus III *Germaniæ rex* 276 b c d
Ludovicus *Arnulphi imperatoris filius Germaniæ rex* 276 b cd, 823 c d, 826 a
Ludovicus *Balbus Francorum rex* 822 f, 823 c, 826 d
Ludovicus IV *Francorum rex* 139 b c d e, 140 a c d, 142 a, 145 f, 146 a
† Ludovicus IX *Galliæ rex* 34 b
Ludovicus XIV *Galliæ rex* 34 d, 175 f, 556 c
Ludovicus *Bavariæ dux, Romanorum rex electus* 279 f, 669 b
Ludovicus *Delphinus, deinde Francorum rex, ejus nominis* XI 239 f, 240 a d
Ludovicus *Borbonius princeps Condæus* 422 c d
Ludovicus *Turingiæ Lantgravius, inter Prætermiſſos* 745 f, 746 a
Ludovicus Catuen *Japon, Societatis Jeſu, inter Prætermiſſos* 327 a
Luigi (*Joannes*) *nobilis Venetus, teſtis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis ſtatua facti* 693 d
Luitharius *comes, fundator monaſterii prope Helmonſtede* 255 e
Luitprandus *Longobardorum rex* 274 f, 275 a, 277 a, 285 f, 286 a, 287 d, 288 d e f, 289 d, 293 b f, 294 b, 757 d e, 759 c e, 760 b c e, 761 b
† Lupicinus *epiſcopus Lugdunenſis* 547 e, 796 e f
† Lupus *Trecenſis epiſcopus* 64 b c f, 65 a, 68 b c d, 69 d e, 70 a b c f, 71 b f, 82 b c, 83 d e f, 84 a f, 85 a f, 86 a c, 87 b & ſeqq., 88 a b, 90 c
Lupus *epiſcopus Catalaunenſis* 84 a c
Luſinianus (*Guido*) *Cypri rex* 698 b
† Lutgardis *virgo Ciſtercienſis* 420 a b c
† Luttrudis *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d
† Lyphardus 369 d e
Lyſias *dux* 326 a, 355 c f, 356 d, 360 b c, 361 a & ſeqq., 362 a & ſeqq., 363 a

M

MAcbeotha *Scotorum rex, à Malcolmo exutus regno* 120 b
† Macniſeus *epiſcopus Conerenſis* 373 b
Macouris (*Guilielmus de*) *abbas S. Dionyſii* 421 d f
Mactefledis *virgo prima abbatiſſa Habendenſis ſeu Romaricenſis* 809 e f
† Madelgarius *pater S. Madalbertæ virginis* 103 a b f, 104 a & ſeqq., 105 a, 106 d e, 109 e, 110 a, 594 c, 595 c
Maffeïs (*Franciſcus de*) *juris utriuſque doctor Volaterranus* 308 f
Maffeïs (*Horatius de*) *adeſt luſtrationi reliquiarum Sanctorum Volaterrenſium* 300 e
Maffeïs (*Julius de*) *patricius Volaterranus* 300 e
Maffeus (*Joannes*) *archidiaconus Volaterranus* 308 e
Maffeus (*Raphaël*) *delegatus Volaterranus ad colligendas Sanctorum memorias* 296 f, 308 c
† Magdalbertæ *virginis abbatiſſæ reliquiæ Leodii* 588 a
Magdalene de Ragny (*Claudius de la*) *epiſcopus Auguſtodunenſis* 34 c d e f
Magenhildis *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d
Magni *illuſtris familia Veneta* 310 a b
Magraïdin (*Auguſtinus*) *canonicus Regularis S. Auguſtini, ſcripſit Vitas Sanctorum Hiberniæ* 375 c d
Mahomet II *Turcarum imperator* 685 b
Majorianus *imperator* 49 c
Malaſpina (*Catharinæ*) *marchioniſſa* 910 b
Malateſta (*Baleoneus*) *epiſcopus Piſaurenſis elevat corpora BB. Felicis & Seraphinæ Ordis S. Claræ* 313 c d e f, 314 a
Malcolmus *Scotorum rex* 118 f, 119 a b c d e, 120 b c d f, 121 a
† Maldeveus *epiſcopus Verdunenſis* 344 b, 345 f
Malvezzi (*Camilla*) *marchioniſſa, erga S. Nicolaum pia* 678 b
† Mamertus *Viennenſis archiepiſcopus* 552 c d, 565 c d e, 566 a b c d
Manfredi (*Antonius*) *Societatis Jeſu, tranſmiſit relationes prodigioſarum eruptionum ſanguinis è brachiis S. Nicolai Tolentinatis* 681 f, 682 a & ſeqq., 683 a & ſeqq., 684 a & ſeqq., 685 a
† Manſuetus *primus epiſcopus Tullenſis* 143 f, 144 f
† Manſuetus *epiſcopus Africanus, inter Prætermiſſos* 2 f
Manſuetus *archidiaconus Aurelianenſis* 55 f, 56 a c
Mantua (*Petrus de*) *canonicus Novocomenſis* 758 b
Marbodus *epiſcopus Redonenſis, inter Prætermiſſos* 745 b c. *Item* 889 a
Marcanus (*Erardus*) *epiſcopus Leodienſis* 588 b
† Marcelli *Papæ martyris inventio, inter Prætermiſſos* 325 c
† Marcelli *epiſcopi Pariſienſis corpus* 97 f, 98 a
† Marcellini *presbyteri martyris reliquiæ Selingenſtadii* 751 d, 752 b c d e
† Marcellus *martyr Cabilonenſis, inter Prætermiſſos* 2 e
Marcellus *epiſcopus in Gallia* 795 a
Marche (*Catharina de la*) *Clariſſarum abbatiſſa* 4 c
Marchio (*Petrus Franciſcus*) *Prior Volaterranus* 308 b
Marcianus *imperator* 503 b c d f, 504 a, 521 f, 524 d e, 525 a & ſeqq., 526 a b d e, 527 c d, 528 a b c d, 529 b c f, 530 a & ſeqq., 531 a & ſeqq., 532 b & ſeqq., 533 f, 534 a & ſeqq., 535 a d e f, 536 f, 537 b c d f, 538 c d, 539 f, 540 d, 792 d
Marcianus *ſocius S. Thomæ Farfenſis, deinde epiſcopus Firmanus* 605 d, 607 a b
Marcianus *aliàs* Martinus, *presbyter eccleſiæ Conſtantinopolitanæ,* 522 f, 524 a
Marcucci *abbas S. Salvatoris adeſt elevationi corporis S. Joannis Laudenſis* 160 b c
Marengerus *archidiaconus ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Margarita de Claves, *vidua, inter Prætermiſſos* 204 e
Marguinus (*Maximus*) *Chyterorum epiſcopus* Vi-

Vitas Sanctorum Græcè conscripsit 776 b
† Maria *Virgo Deipara. Ejus nativitas, inter Prætermissos* 2 f, 204 b c d. Dedicatio templi Montis-ferrati, & Dominæ nostræ de Lætitia *ibid.* e. Imago Aspricollensis, *ibid. Ejus loculus & sepulcrales fasciæ, ut fertur, reperta* 538 b c
† Maria *uxor S. Isidori Agricolæ, inter Prætermissos* 203 f, 204 a
Maria (*à Turribus*) *abbatissa Ordinis S. Claræ, inter Prætermissos* 326 f
Maria *Borbonia Ordinis S. Claræ, inter Prætermissos* 4 a b c
Maria de Drac, *nobilis vidua Parisiensis, inter Prætermissos* 745 e
Maria *Insulensis, inter Prætermissos* 483 a
Mariani (*Josephus*) *vicarius conventûs Eremitarum S. Augustini Tolentini, adstitit prodigio sanguinis è brachio S. Nicolai Tolentinatis erumpentis* 678 f, 679 a b
† Marii *martyris reliquiæ Selingenstadii* 752 d e
† Marii *presbyteri & confessoris translatio, inter Prætermissos* 481 a
† Marina *virgo* 790 c
Marina *filia Arcadii imperatoris* 504 e f, 505 a b c d e, 507 e, 508 d e f, 509 a, 510 b c, 511 a b, 512 a b, 514 c, 518 a
† Marinæ *corpus Papiæ* 755 a
Marinus *Apostolicæ Sedis legatus in concilio Ingelhemiensi* 140 d
Marmesse (*Franciscus*) *Ordinis S. Francisci* 35 f, 36 a
† Marthæ *martyris reliquiæ Selingenstadii* 752 d e
Martin (*Petrus*) *Ordinis S. Dominici, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Martinez (*Petrus*) *abbas S. Petri de Eslonça transfert sacras reliquias* 232 e f
† Martini *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Martiniani *tumulus Romæ* 748 d f
† Martinus I *Papa* 583 f, 584 a
Martinus V *Papa* 318 b, 320 c, 321 b, 670 f, 755 e, 899 e
† Martinus *abbas, inter Prætermissos* 5 d
Martinus *aliàs* Marcianus, *presbyter ecclesiæ Constantinopolitanæ* 522 f, 524 a
Martyrius *socius S. Thomæ Farfensis, deinde præfectus monasterii S. Petri* 605 d, 607 b c
Marullus (*Cæsar*) *archiepiscopus Panormitanus* 620 d, 621 e f
Massa Carrariæ (*Alexander de*) *locum-tenens Eugubinus* 159 f
Massius (*Jacobus*) *cancellarius episcopalis Eugubinus* 160 a
† Maternianus *Remensis episcopus* 62 f, 63 a
† Maternus *episcopus Tungrensis* 594 f
Mathildis *Artesiæ comes* 395 b
† Matrona *ecclesiam S. Prisco condit* 6 a
† Matrona *martyr* 2 b
Matthæus *Asculanus, Prior generalis Eremitarum S. Augustini* 670 c
Matthæus *notarius Cingulanus seculo* XIII, 906 a
Matzilinus *cubisularius Adalberonis I episcopi Metensis* 348 c
† Maura, *inter Prætermissos* 745 f
Maurigi (*Marianus*) *canonicus & cancellarius Panormitanus intereſt recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d
Mauritia *familia illustris in Italia, erga S. Nicolaum Tolentinatem munifica* 678 a
† Mauritius *dux Thebæorum martyrum* 763 b c, 764 e, 767 a, 771 f, 772 d, 773 e f. *Illorum corpora translata* 74 d e f, 75 a b
Maurus *martyr, inter Prætermissos* 482 e
† Maximianus *episcopus Constantinopolitanus* 511 d e f, 512 a
Maximianus *Galerius imperator* 12 b e f, 215 a b, 216 d, 218 b c, 219 a & seqq., 220 c, 224 b c, 225 a & seqq., 226 a, 227 d f, 228 a, 229 d f, 332 e f, 489 a, 490 c, 492 e, 747 f, 779 e, 780 a b, 781 c, 782 c, 784 a
Maximianus *Herculius imperator* 27 a, 763 c f, 764 a, 766 b c, 771 f, 772 e, 773 e f
Maximilianus *imperator* 244 b
Maximilianus *Emmanuel Bavariæ elector* 280 d e
† Maximinus *abbas Miciacensis* 369 a b, 802 c, 803 e, 805 a
Maximinus *imperator* 779 b c f, 780 b f, 781 b
Maximus *Hierosolymitanus episcopus* 781 a f
Maximus *episcopus Tamrinensis* 568 a
Maximus *acolytus in Africa* 485 f, 486 e, 487 a
Maximus *Cilicia præses. Vide* Numerius Maximus.
Maximus *Cynicus, S. Gregorii Nazianzeni obtrectator* 11 d
Mazeiral (*Iterius de*) *benefactor monasterii Piperacensis* 466 e
Mechtildis *uxor Henrici III Bavariæ & Saxoniæ ducis* 338 f
Medicis (*Claudia de*) *Urbini ducissa, deinde Austriæ archidux* 316 d e
Medicis (*Cosmas de*) *vexillifer Florentiæ* 755 e f
Medicis (*Laurentius de*) 755 e f
Megethius *episcopus in Gallia* 795 a
Melanthia *impura mulier* 747 e, 762 b
Melina *illustris familia Romana, in S. Nicolaum Tolentinatem munifica* 677 f
Melyn (*Gerardus*) *Prior conventûs Augustiniani Antverpiæ, obtinuit particulam prodigiosi sanguinis S. Nicolai* 689 d f, 690 a b d
† Memmius *episcopus Catalaunensis* 83 d, 89 c, 90 d
Memorialis *episcopus* 552 a
† Memorius *& Socii martyres, inter Prætermissos* 326 e
Meonrus, *inter Prætermissos* 3 e
Mesa Cortes (*Christophorus de*) *canonicus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 703 b, 704 c
Metrophanes *episcopus Byzantinus* 215 a
Michaël *Methysta imperator Orientis* 539 b c
Michaël (*à S. Dominico*) *inter Prætermissos* 4 e
Migliaccio (*Laurentius*) *canonicus & advocatus fiscalis Panormitanus, intereſt recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d, 624 b
Milly (*Theobaldus de*) *monachus & thesaurarius S. Dionysii* 421 d f
Milo *episcopus Metensis* 329 f
Milo *episcopus Mindensis* 337 e f, 338 a b
Minuccis (*Ludovicus de*) *adest lustrationi reliquiarum Sanctorum Volaterranorum* 300 e, 308 f
Minuccius (*Octavius*) *Prior Volaterranus* 308 b
Miranda (*Alphonsus de*) *cantor Cordubensis, adfuit examini miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 703 b, 704 c
Misriaco (*Hugo de*) 178 f
Mocenicus (*Joannes*) *Venetorum dux* 732 a b
† Mo-

† Modocus *episcopus in Scotia, inter Prætermissos* 2 a
Moelmorus *nobilis Hibernus* 379 b
Mohedano (*Ferdinandus*) *canonicus & vicarius generalis episcopatûs Cordubensis, miracula S. Nicolai Tolentinatis examinat, approbatque* 701 e f, 702 a b c, 703 a b, 704 b c d e
Molina (*Balthasar de*) *Ordinis S. Augustini, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 d
Monaldi (*Horatius*) *Eugubinus, dein Perusinus episcopus* 157 f
Monceaux (*Hieronymus*) *abbas Gerardi-montensis S. Adriani* 240 e f, 241 a
Mongitore (*Antoninus*) *canonicus Panormitanus* 622 d, 624 a b c
Monlucius (*Joannes*) *Valentinensis ac Diensis episcopus, corpus S. Stephani episcopi visitari jubet* 183 c d e f
† Montanus *martyr* 213 c d
Montanus (*Joannes Baptista*) *archidiaconus Pisaurensis, deinde episcopus Oppidensis* 315 e
Montanus (*Mutius*) *episcopus Nucerinus adest elevationi corporis S. Joannis Laudensis* 158 e, 159 e
Monte (*Franciscus de*) *S. R. E. Cardinalis* 316 f, 317 a
Monte-catinis (*Rubertus comes de*) 159 f
Monte-catinus (*Antonius comes*) *episcopus Fulginatensis adest elevationi corporis S. Joannis Laudensis* 158 d, 159 e
Montecucho (*Bartholomæus de*) *canonicus Novocomensis* 758 b
Montesia (*Gaspar de*) *canonicus Novocomensis* 758 b
Montoya (*Ludovicus de*) *Ordinis S. Augustini, inter Prætermissos* 4 f
Montroux (*Pontius de*) *abbas Piperacensis* 460 c e, 462 d e f, 463 a, 472 e
† Monulphus *episcopus Trajectensis* 580 a d
Mora (*Petrus*) *Ordinis S. Augustini, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Morandus *Ordinis Prædicatorum, episcopus Fanensis* 631 f, 632 a, 633 c
Moreno (*Joannes*) *Ordinis S. Francisci, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Moriconi (*Prosper*) *canonicus Præmonstratensis S. Michaëlis Antverpiæ* 280 c
Moricus *notarius Cingulanus seculo* XIII, 906 e, 907 a
Morionus (*Theodorus*) *prosecretarius subscriptus instrumento, quo prodigiosa sanguinis ex S. Nicolai brachiis effusio confirmata est* 679 f
Morosini (*Franciscus*) *nobilis Venetus, testis oculatus prodigii, in S. Nicolai Tolentinatis statua Venetiis facti* 693 d
Morus *monachus Sithiensis* 393 a c d, 413 e, 414 a b
Mosca (*Pandulphus*) *S. R. E. Cardinalis, legatus Pontificius in Tuscia* 303 e, 305 d
Moveanus *abbas in Scotia, inter Prætermissos* 206 b d
† Mummolinus *ex primo abbate Sithiensi episcopus Noviomensis* 388 e, 389 a, 391 b c d e, 400 f, 401 b c, 409 b c d
Mummolus *patricius & dux exercitûs Guntramni Aurelianensis regis* 576 c, 578 b
† Munis *episcopus in Hibernia* 372 e f, 382 e
Musius (*Cornelius*) *inter Prætermissos* 204 d
Musonius *episcopus Neocæsareensis* 50 a b c
Muzzus *illustrissima Sfortianæ familiæ auctor* 321 c

N

† NAboris *corpus in Galliam translatum* 334 b & seqq., 335 a & seqq., 337 a, 343 f, 345 c
Navarrete (*Petrus de*) *jurisperitus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Navas (*Joannes de*) *Ordinis S. Francisci, confessarius nosocomii S. Lazari prope Cordubam* 707 c & seqq., 708 a
† Nazarii *corpus in Galliam translatum* 334 b & seqq., 335 a & seqq., 337 a, 343 f, 345 c
Nectanus *princeps in Hibernia* 378 a b
† Nemesianus *puer martyr* 484 c
† Nemesii *corpus inventum in agro Aretino, & translatum* 755 d e, 756 a, 759 f, 760 a
† Nemesus *martyr, inter Prætermissos* 481 c d
Nero *imperator* 55 e, 530 b
Nestoriani *hæretici* 529 c. *Vide* Nestorius
Nestorius *episcopus Constantinopolitanus hæresiarcha* 509 f, 510 a e f, 511 a c d e f, 512 a b c, 521 d, 526 c, 527 f, 562 c
† Nicasius *Remensis episcopus* 62 f, 63 b c, 64 a & seqq., 66 a b c d e, 86 d, 88 a e
† Nicetius *episcopus Lugdunensis* 548 c d, 550 d e
Nicetius *subscripsit concilio Valentino I* 49 f
Nicetius *Urbis Romæ præfectus* 747 b, 762 d e
Nicodemus *Christi discipulus* 497 f, 498 a
† Nicolai *episcopi Mirensis corpus Barii* 644 e f, 645 a b, 646 a b c, 664 d e
Nicolaus I *Papa* 31 a
Nicolaus II *Papa* 470 a e f, 471 a b c d e
Nicolaus III *Papa* 893 d, 906 b c e
Nicolaus V *Papa* 673 e, 755 f
Nicolaus *episcopus Auximanus* 899 e
Nicolaus *primicerius sanctæ Romanæ Ecclesiæ sub Stephano* VIII *aliàs* IX *Papa* 138 f
Nicolaus *cantor ecclesiæ S. Petri Panormi* 619 d
Nicolaus *canonicus Leodiensis collegit acta S. Lamberti episcopi martyris* 438 c d e
Nicolaus *è comitibus Albertis, Ordinis Prædicatorum, S. R. E. Cardinalis, episcopus Ostiensis & Velitrensis* 634 c, 636 a
† Nicon *martyr* 851 b
Nilderhorn (*Georgius*) *consul Luxemburgensis* 244 f, 245 a
† Nilus *abbas Cryptæ Ferratæ* 847 a b
Ninguarda (*Felicianus*) *episcopus Novocomensis* 775 d e
† Ninnidius *episcopus & abbas in Hibernia* 374 e f, 375 a, 382 a d
Ninus *comes in Bavaria* 274 e f, 275 a, 291 d e
Nizo *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
† Nonæ *translatio, inter Prætermissos* 325 f
† Nonna *mater S. Gregorii Nazianzeni episcopi* III d e f, IV a b c d e, V a e f, VI a b c d e, VII c d, XI f, XII a b c d e f, XIII a b
Normannorum *variæ irruptiones* 51 c d e, 103 b, 395 f, 415 f, 420 e
Notgerus *episcopus Leodiensis* 581 b c
Notgerus *abbas S. Adelphi* 821 e
Numa *Pompilius Romanorum rex* 443 f
† Numerianus *archiepiscopus Trevirensis* 842 e
Numerianus *imperator* 327 c e f

Nu-

Numerius Maximus *Ciliciæ præses* 14 b c e, 15 a b d f, 16 b c, 17 d e
Nundinarius *episcopus Barcinonensis* 567 c d, 568 a
Nuñez (*Joannes*) *ex Ordine de Mercede, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
† Nymphæ *virginis martyris caput translatum, inter Prætermissos* 327 d

O

O Campo (*Joannes*) *Ordinis S. Augustini, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Octavantes *Prior conventûs Florentini Ordinis Prædicatorum* 631 c
Octavianus *antipapa* 178 a
Oda *abbatissa Romaricensis* 810 b c, 827 b, 828 a
Oda *mater Annonis episcopi Mindensis* 339 d
Odelricus *archiepiscopus subscripsit donationi à S. Gauzlino factæ monasterio S. Apri* 135 e f
Odericus *ex canonico Religiosus Ordinis Prædicatorum* 631 b
Odila *uxor S. Bodonis episcopi Tullensis, deinde monacha* 840 e f
Odila *benefactrix monasterii S. Verani* 541 f
† Odilia *ex consortio Ursulano, inter Prætermissos* 483 d
† Odo *abbas Cluniacensis reformat abbatiam Floriacensem* 141 d
Odo *abbas Ursi-campi, inter Prætermissos* 326 f
Odo Antonius *Montisferetri comes & Urbini dux* 318 b c d
† Odulphi *corpus Ultrajecti* 613 c
Odwinus *frater S. Folquini episcopi Morinensis* 415 f
Oglerus *abbas Locedii, inter Prætermissos* 482 e
Olibrius *præfectus* 39 a & seqq.
Oliva (*Nicolaus*) *Prior generalis Eremitarum S. Augustini* 641 e
Olympius *præfectus* 11 d
† Onesiphorus, *inter Prætermissos* 2 c
Ongnyes (*Angelus d'*) *episcopus Ruræmundensis* 615 d e
Opilio *episcopus in Gallia* 795 a
Opilio *consul* 533 b, 537 a b
Ordinerus *dux in Anglia* 457 d
Orestes *consul* 94 b
† Oriculus *martyr* 65 a b
† Orphitus *martyr, inter Prætermissos* 481 a
† Osanna *eadem videtur cum Osmanna* 420 a b c d
Osbertus *monachus biographus S. Editæ virginis* 456 d
Osius *episcopus Cordubensis* 50 c
Osredus *Northumbriæ rex* 116 c
† Oswini *regis ossa elevata* 127 e f, 128 a
† Othildis *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d
Otilo *Bavariæ dux* 266 b
Otto I *Germaniæ rex, deinde imperator* 135 e f, 136 a f, 139 c, 140 c d e f, 141 a b, 142 a b, 144 a b, 145 d, 146 d, 236 a b, 354 d e, 414 e d e f, 415 a, 416 c d, 753 b d e f, 754 b d
Otto II *imperator* 139 b, 753 b c, 754 c d f
Otto *Lotharingiæ dux* 141 f
Otto I *Frisingensis episcopus, inter prætermissos* 5 d. *Item* 266 a
Otto II *episcopus Frisingensis* 263 a, 279 e f

P

P Ace (*Alexander*) *vicarius generalis episcopatûs Pisaurensis* 314 e d e f, 315 c
Pacifica *Alexandri Sfortiæ adultera pellex* 319 f, 320 a d f, 321 f, 322 a c
Pacificus Spoletanus, *inter Prætermissos* 205 d
Paganus *episcopus Volaterranus* 303 a c e, 305 a b d
Paiellis (*Guilielmus de*) *comes Vicentinus, prætor Anconitanus* 687 a & seqq.
Palavicinus *S. R. E. Cardinalis* 326 d e
† Paldo *fundator & abbas monasterii Vulturnensis* 601 d f, 607 f, 608 a & seqq., 609 a & seqq., 610 b & seqq., 611 a & seqq.
Paleotti (*Dardus Franciscus*) *nobilis Bononiensis* 736 f
Palladius *scriptor Vitæ S. Joannis Chrysostomi* xviii b
Palude (*Henricus de*) *cantor Leodiensis interest visitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Palumbara (*Joannes Lucidus*) *episcopus Pisaurensis* 317 c d
† Pamphili *tumulus Romæ* 748 d e f
† Pamphilus *episcopus Salmonensis & Corfinensis* 67 a
† Pancratii *tumulus Romæ* 748 d f
Panephysis, *inter Prætermissos* 204 f
Pantecho *episcopus Constantiensis* 760 a b
Pantoxia (*Aldonsia*) *Tertiariarum abbatissa, inter Prætermissos* 4 a
Papebrochius *vindicatus* ix f, x a b
Paphnutii *episcopi Ægyptii tres in concilio Sardicensi* 781 f, 782 a b
† Paphnutius *episcopus & confessor* 1 a b
Paphnutius *anachoreta, alius à cognomine sancto episcopo* 780 c
Paphnutius *Bubalus* 780 d e
Paphnutius *Cephalas, discipulus S. Antonii abbatis* 780 d e
Paphnutius *monachus Meletianus, alius à S. Paphnutio episcopo* 782 e f, 783 a & seqq., 784 a b
Pappolus *litteras Leontii Arelatensis ad S. Hilarum Papam defert* 563 d e
Pappulus II *episcopus Genevensis* 76 b c
Parede (*Franciscus de*) *presbyter canonicus Novocomensis* 758 b
Parentibus (*Baptista de*) *notarius Cingulanus seculo* xvii, 908 e, 909 a c, 911 e, 912 a
Paris *episcopus Auximanus* 898 a b, 900 a b
Parisi (*Joachimus*) *chirurgiæ doctor Panormitanus recognovit corpus S. Cosmæ archiepiscopi* 622 f, 623 c & seqq., 624 a c, 625 f
Parma (*Jacobus de*) *presbyter canonicus Novocomensis* 758 b
Paschalis II *Papa* 147 a, 148 f, 154 f, 155 d f, 156 a, 170 a f, 174 c d
Paschalis *archidiaconus Romanus, electus Pontifex in schismate* 426 c, 428 b c d e f, 429 b c d
Paschasinus *episcopus Lilybetanus, legatus S. Leonis I Papæ in concilio Chalcedonensi* 528 c, 529 b & seqq.
† Pascasius *Radbertus abbas Corbeiensis* 204 d
† Passarion *chorepiscopus* 513 a d
Paternus *proconsul Africæ* 485 d
† Patiens *episcopus Lugdunensis* 547 c e

† Pa-

† Patricii *corpus Lexovii* 260 c f
† Patricius *Hibernorum apoſtolus* 372 e f, 373 a f, 380 e, 419 e
† Paula *Romana vidua* 495 e
Paula *S. Sperandeæ abbatiſſæ ſocia* 896 d e
Pauli (*Antonius*) *vexillifer Piſaurenſis* 314 e
† Paulinus *epiſcopus Nolanus* 166 e, 167 e, 544 c e, 545 a
† Paulinus *junior epiſcopus Nolanus, inter Prætermiſſos* 481 b
Paulinus *ultimus Occidentis conſul* 77 a
Paulinus *vir eruditus Conſtantinopoli* 515 c d f, 517 c d f, 518 c
Paulucci *comes, gubernator copiarum in Marchia Anconitana, adfuit prodigio ſanguinis è S. Nicolai brachiis effuſi* 683 b
† Paulus *primus eremita* 286 c, 287 f, 288 a
† Paulus I *Papa* 334 b c e, 335 a c d e, 337 a, 343 e f, 345 e
Paulus III *Papa* 317 a, 467 a
Paulus V *Papa* 30 a
Paulus II *epiſcopus Cabilonenſis* 792 e f
Paulus *epiſcopus in Gallia* 552 a, 795 a
Paulus Aſſiſias, *inter Prætermiſſos* 4 c
Paulus *Tridentinus, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ope S. Nicolai Tolentinatis prodigioſè ſanatus* 699 c d e f
Paulus *tertii Ordinis S. Dominici, inter Prætermiſſos* 483 a
Pax *avus S. Ubaldi epiſcopi Eugubini* 892 c
Pechthelmus *epiſcopus Caſæ Candidæ* 615 e f, 616 a b d e
† Pega *virgo* 450 e f, 451 a d
Pelagiana *hæreſis* 85 f, 87 c
† Peregrinus *martyr in territorio Aquilano* 453 b c d e
Pergamo (*Martinus de*) *diaconus canonicus Novocomenſis* 758 b
† Permerii *corpus Oſnabrugi* 37 e f
† Perpetua *martyr* 654 c d
† Perpetuus *epiſcopus Turonenſis* 85 d
† Petri *exorciſtæ martyris reliquiæ Selingenſtadii* 751 d, 752 b c d e
Petrovinus (*Petrus*) *inter Prætermiſſos* 4 f
† Petrus *Damianus S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Oſtienſis* 150 a b d e f, 151 a & ſeqq., 152 a & ſeqq., 153 a b, 155 d, 165 f, 166 a b, 168 e, 171 e f, 172 a b, 173 a b c, 174 a f, 175 a b
† Petrus *archiepiſcopus Tarentaſienſis, inter Prætermiſſos* 481 a f. *Ejus tranſlatio* 744 a
† Petrus *Telonarius miſericordiâ in egenos inſignis* 166 e, 167 e
† Petrus *epiſcopus Lugdunenſis* 547 e
† Petrus *martyr Nicomedienſis* 12 f, 13 a b c d, 328 e f, 329 a, 340 f, 342 d
† Petrus *martyr Ordinis Prædicatorum* 631 d, 633 b
† Petrus de Chavanon, *inter Prætermiſſos* 205 f
Petrus Mongus *patriarcha Alexandrinus Eutychianus* 790 e
Petrus II *epiſcopus Anicienſis* 568 a
Petrus *epiſcopus Compoſtellanus, inter Prætermiſſos* 481 e f, 482 a
Petrus *epiſcopus Dienſis* 181 a
Petrus *epiſcopus Silvanectenſis* 421 b
Petrus *Ariminenſis Prior Fontis Avellanæ* 153 c
Petrus *archipresbyter Romanus, Pontifex in ſchiſmate electus* 428 e
Petrus *de Caſtello, Prior provincialis Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in Marchia Anconitana* 668 c
Petrus *de Monte Rubiano, Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, ſcripſit Vitam S. Nicolai Tolentinatis* 636 c, 637 a & ſeqq., 644 d
Petrus *vir nobilis, benefactor monaſterii Piperacenſis* 467 b
Petrus *vir nobilis, benefactor monaſterii S. Verani* 541 e
Petrus *pater S. Eliæ Spelæotæ* 845 e, 849 e, 851 f, 852 a
† Phæbadius *epiſcopus Aginnenſis* 49 e f, 50 a b c
† Phengon *martyr, inter Prætermiſſos* 2 a
† Philaretus *monachus in Calabria* 847 b c
Philippus *S. Eugeniæ virginis martyris pater, epiſcopus Alexandrinus commentitius* 761 c f, 762 a b c e
Philippus I *Francorum rex* 464 f, 467 d e, 469 f
Philippus *conſul* 504 e
Philotheus *hæreticus Macedonianus* 569 d e
Philoxenus *conſul* 217 a
† Photini *corpus Lugduni* 550 f
Piazza (*Julius*) *epiſcopus Faventinus, S. R. E. Cardinalis* 690 f
Pibo *epiſcopus Tullenſis* 130 e
Pichot (*Antonius*) *epiſcopus Salutienſis curat tranſlationem corporis S. Jafredi martyris* 9 f
Picti *Britannos bello vexant* 87 c, 88 d
Pigocis (*Gufredus de*) *archipresbyter Novocomenſis* 758 b
Pilitrudis *inceſta Grimoaldi uxor* 269 e, 270 e f, 272 c d, 274 d e f, 275 a b c d e, 287 a, 290 a b c f, 291 c d e f, 292 a c, 293 a
Piña (*Joannes de*) *ex Ordine Victoriæ, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Pinna (*Conradus à*) *Ordinis Prædicatorum, epiſcopus Feſulanus* 634 b c, 636 a
Piperaco (*Willelmus de*) *nobilis Arvernus* 465 b
Pizaño (*Alvarus*) *doctor, canonicus Cordubenſis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 703 b, 704 e
Pius II *Papa* 697 d
Pius IV *Papa* 146 c, 648 a
† Pius V *Papa* 620 e
† Pippinus *Landenſis Major-domus regum Auſtraſiæ* 386 a
Pippinus *Heriſtallus Major-domus Franciæ* 267 c d, 268 f, 269 f, 272 b, 282 c f, 283 a e f, 284 a d e f, 290 e, 385 f, 437 e f, 438 a, 568 e, 614 d e, 615 e f, 616 a b d
Pippinus *Brevis Francorum rex* 277 f, 278 a, 344 b, 345 f, 385 f, 612 d
Pippinus *Aquitaniæ rex* 42 f, 43 e
† Plechelmus *epiſcopus* 612 b d f, 613 a b, 614 b c d e, 615 a & ſeqq., 616 a b d e
Poinſot (*Antonius*) *toparcha de Deffan* 33 f
Pontius *epiſcopus Matiſconenſis* 178 e
Pontius *monachus Aptenſis, deinde conditor & abbas monaſterii S. Verani* 541 d e f, 542 a b c d
Pontius *filius Armandi vicecomitis Podemniacenſis* 467 d
Popponis *archiepiſcopi Trevirenſis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 326 c d
† Poſſidonia *martyr, inter Prætermiſſos* 744 c
Potammo *epiſcopus* 782 a, 783 f
Prades (*Gilberga de*) *benefactrix monaſterii Piperacenſis* 466 d
Prædeſtinatiana *hæreſis damnata* 794 e f, 795 b
† Præjecti *epiſcopi martyris reliquiæ Flaviniacenſis* 668 d

ci 33 c d e
† Præſidius *epiſcopus Africanus, inter Prætermiſſos* 2 f
Prætextatus *epiſcopus in Gallia* 795 a
Pragmatius *epiſcopus in Gallia* 795 a
Prat (*Thomas du*) *epiſcopus Claromontenſis* 481 a
† Primitivæ *virg. mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
Priſca *uxor Diocletiani imperatoris* 13 f
† Priſci *martyris Romani tranſlatio, inter Prætermiſſos* 204 b
† Priſcus *epiſcopus Capuanus* 6 b d
Priſcus *proconſul Aſiæ* 488 c d
† Probæ *virginis martyris reliquiæ Capellam tranſlatæ* 81 d
Probus *conſul* 217 a
† Proceſſi *tumulus Romæ* 748 d f
† Proclus *epiſcopus Conſtantinopolitanus* 512 f, 514 b c d, 515 a, 518 b
† Procopii *reliquiæ Oſnabrugi* 36 d
Proculus *epiſcopus* 552 a
Proficius *Vadenſis epiſcopus in Numidia* 485 a
Proforius *præfectus* 53 a c d, 54 d
Projectus *epiſcopus* 552 a
Proſper *S. R. E. diaconus Cardinalis S. Georgii ad Velum aureum* 675 a
Protaſius *epiſcopus Auguſtenſis* 77 b
Protaſius *epiſcopus Octodurenſis* 74 f, 75 e f, 76 a
Protogenes *conſul* 519 e
Proventus *epiſcopus Catalaunenſis* 87 f, 88 d e
† Provini *epiſcopi & confeſſoris corpus Novocomi* 758 d
Prudentia *avia S. Ubaldi epiſcopi Eugubini* 892 e
Pucci (*Eliſabetha*) *abbatiſſa Clariſſarum Piſaurenſium* 314 c
† Pulcheria *imperatrix virgo* 554 c, 558 c f, 559 e f
† Puſinna *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d

Q

Queranus *abbas, inter Prætermiſſos* 744 c
† Quintinus *martyr* 397 c, 398 d e, 407 d
Quiriacus, *ut fertur, biographus S. Eliæ Speleotæ* 844 e
† Quirini *mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
† Quirini *tumulus Romæ* 748 e

R

† Rachnacharius *epiſcopus Auguſtodunenſis* 386 d
Raculfus *abbas Brivatenſis* 467 b, 469 a
† Radbodi *epiſcopi Ultrajectenſis corpus Ultrajecti* 613 c
† Radegundis 387 e
Radulphus *epiſcopus Noviomenſis* 617 a b c
Ragenarius *Hannoniæ dux* 140 e
Ragenerus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Ragenfridus *abbas S. Audoëni* 61 f
Raginerus *Hannoniæ comes* 349 c
Raginfridus *epiſcopus Rotomagenſis* 617 f
Raimbaldus de S. Laurentio *ſubſcripſit donationi Pontii abbatis S. Verani* 542 c
Raimbaldus *vir potens benefactor S. Verani* 541 f, 542 b c
Raimundus *dux Toloſanus* 575 c
Rainaldi (*Petrus*) *benefactor monaſterii Piperacenſis* 465 b
Rainerus *epiſcopus Senenſis* 301 a, 302 b
Ramierus *ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Rantgarius *interfector Grimoaldi, filii Pippini Heriſtalli* 586 e
Rapertus *monachus San-Gallenſis, inter Prætermiſſos* 3 c d
Raphaël *Religioſus Ordinis S. Auguſtini, energumenus, S. Nicolai Tolentinatis ope mirabiliter liberatus* 719 b & ſeqq., 720 a b c d
Raſo Cæſarius *Carthuſianus, inter Prætermiſſos* 5 a
Ravengerus *Morinenſis epiſcopus* 390 e
Ravennius *epiſcopus Arelatenſis* 10 e f, 11 a
† Raymundus Nonnatus, *inter Prætermiſſos* 2 e
Raynaldus *S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Oſtienſis & Velitrenſis, Sedis Apoſtolicæ legatus* 635 f
Raynerius *Brozienſis plebanus, deinde Ordinis Prædicatorum* 631 c
Regenoldus *abbas Sithienſis* 416 c
† Regina *virgo, inter Prætermiſſos* 4 e
Regina *mater S. Cuniberti archiepiſcopi Colonienſis* 771 a
† Reginæ *virginis martyris Urſulanæ reliquiæ Oſnabrugi* 37 c. *Earum tranſlatio* 37 d e f, 38 a d e f
Reginaldus *Prior conventûs Eremitarum S. Auguſtini in Caſtro S. Angeli, S. Nicolaum in ſuum Ordinem recipit* 646 d
Regio (*Joannes de*) *ſubdiaconus canonicus Novocomenſis* 758 b
† Regula *Kerlingæ celebris alia eſt à ſancta martyre Thebæa* 770 c d e f, 771 a b
Reinwardus *Mindenſis epiſcopus* 339 e f
† Remaclus *epiſcopus Trajectenſis* 580 e f, 581 a, 583 a & ſeqq., 584 b d e f, 585 a b c d e, 588 c, 589 c d e, 590 e, 592 e, 594 d e, 596 b f, 597 a b
† Remigius *Remenſis epiſcopus* 64 b, 66 b c d e, 85 c, 95 a b, 387 e f, 593 e, 595 b
Remigius *ſacerdos ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Renatus *presbyter, legatus Apoſtolicus* 554 c d, 559 a b c
Renco *epiſcopus Claromontanus* 468 a
Reparatus *epiſcopus Tubunienſis in Numidia* 484 f
† Riccardi *mart. reliquiæ tranſlatæ Faventiam, inter Prætermiſſos* 205 e
Ricci (*Sebaſtianus*) *epiſcopus Caſtri-Plebis* 900 d
Ricciarellus (*Baccius*) *eques S. Stephani, Prior Volaterranus* 308 b f
Richardis *imperatrix,* 146 d
Richardus *Angliæ rex* 698 b
Richardus *princeps Burgundus* 349 b
Richardus *marchio & dux Burgundiæ* 837 b f
Richardus *Prior Haguſtaldenſis elevat corpora ſanctorum epiſcoporum ejuſdem loci* 122 e f, 123 a b c, 124 e
Ricordo (*Franciſcus*) *canonicus Panormitanus intereſt recognitioni corporis S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 d
Rinaldus *archiepiſcopus Colonienſis, fautor ſchiſmatis ſub Frederico I imperatore* 301 a, 302 b f
Ringarda *Montisferetri & Urbini comitiſſa* 318 a b
Ripa (*Franciſcus à*) *inter Prætermiſſos* 4 c
Ripa (*Joannes de*) *Prior conventûs Bononienſis Ordinis S. Auguſtini* 698 e

† Ri-

† Rita *Caſſia Ordinis S. Auguſtini* 691 c d e
† Robertus *primus abbas Caſæ-Dei* 468 b c, 469 c
Robertus *archiepiſcopus Trevirenſis* 140 c, 141 f
Robertus *Dienſis epiſcopus* 180 f, 181 a
Robertus *epiſcopus Metenſis* 384 b
Robertus *præpoſitus Piperacenſis* 460 c, 462 f, 467 a
Robertus II *comes Arvernenſis* 465 c, 466 e, 478 b c, 479 d
Robertus *presbyter ſcriptor Vitæ B. Rabani Mauri* 752 c
Robine (*Bertrandus de Callemont*) *doctor Theologus Pariſienſis* 280 b c
Rocca (*Angelus*) *epiſcopus Taguſtenſis, præfectus ſacrarii Apoſtolici* 439 e f
Rocca (*Blaſius la*) *beneficiatus eccleſiæ Panormitanæ* 621 e
Rodriguez (*Nicolaa de*) *uxor nobilis viri Petri de Salaçar, S. Nicolai ope bis ſanata* 739 d
Roefs (*Criſpinus*) *canonicus Leodienſis intereſt viſitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Roelants (*Adrianus*) *abbas S. Adriani Gerardi-montenſis* 241 f
Rogerius *Siciliæ rex* 618 e f, 619 a c e f, 620 a
Rogerius *archiepiſcopus Piſanus & epiſcopus Volaterranus* 303 d, 306 e, 307 b c d, 308 d
Rogerius *primus abbas monaſterii S. Evurtii* 51 e f, 52 a b, 61 a & ſeqq.
Rogerius *canonicus Lilerienſis* 395 a
Rolinus (*Joannes*) *S. R. E. Cardinalis epiſcopus Æduenſis* 33 b
Romanus *Lacapenus Orientis imperator* 872 b
† Romaricus *monaſterii Habendenſis fundator & abbas* 809 e f, 810 e f, 811 a & ſeqq., 812 a & ſeqq., 813 a b, 814 e f, 818 c d e f, 819 a b, 820 c d e, 821 c, 822 a & ſeqq., 823 e f, 825 b c, 827 b c d, 828 a & ſeqq., 829 a b c f, 830 a & ſeqq., 831 a b d e f, 832 d e, 835 e
Romena (*Carolus de*) *inter Prætermiſſos* 3 e f, 4 a
Romoaldus *dux Beneventanus* 607 b
Roquette (*Gabriël de*) *epiſcopus Auguſtodunenſis* 35 f
Roſtagnus *benefactor monaſterii S. Verani* 541 f
Rotgerus *comes beneficus in epiſcopatum Tullenſem* 142 a, 144 b, 146 a
Rotgerus *advocatus ſubſcripſit donationi S. Gauzlini* 135 e
Rothildis *prima abbatiſſa Buxerienſis* 137 a c, 138 b & ſeqq., 141 e, 144 a, 145 a
Rotrudis *Caroli Martelli conjux* 275 c d
Rovaldus *pater S. Ubaldi epiſcopi Eugubini* 892 c
Rouſſillon (*Gerardus de*) *Burgundiæ comes multas eccleſias fundavit* 235 b c
Rubacontis (*Jacobus*) *Ordinis Prædicatorum, Prior conventus Florentini* 631 b
Rudolphus *comes Habsburgicus, poſtea imperator ejus nominis I,* 770 a
Rudolphus *Udalrici Rhetianorum & Brigantiæ comitis filius* 889 e
† Rufinianus *martyr, inter Prætermiſſos* 205 c, 206 a
Rufinianus *Vadenſis epiſcopus in Numidia* 485 a
† Rufus *epiſcopus Capuanus* 6 a b d
† Rufus *martyr, inter Prætermiſſos* 205 f, 206 a
Rumoldus *abbas S. Winnoci adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi Morinenſis* 394 e, 395 a
Rupe (*Joannes à*) *inter Prætermiſſos* 4 c
† Rupertus *Salisburgenſis epiſcopus* 268 a & ſeqq., 269 a b c, 275 b, 285 c, 287 a
Rupertus *Suèviæ dux* 767 e
Rupeſciſſa (*Joannes de*) *patriarcha Conſtantinopolitanus & nuntius Apoſtolicus* 794 c d
Ruſcha (*Valerianus de*) *archidiaconus Novocomenſis* 758 a b c
Ruſſo (*Giſmundus*) *intereſt recognitioni corporis S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 d
† Ruſticus *epiſcopus Lugdunenſis* 547 e, 550 d f, 796 e
† Ruſticus *epiſcopus Narbonenſis* 564 a f
Ruſticus *epiſcopus Cadurcenſis* 576 e
Ruyz (*Jacobus de*) *rector collegii Cordubenſis Societatis Jeſu, examinator miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a

S

SAbbas *diſcipulus S. Eliæ Speleotæ* 868 a, 885 e f
Sabina *converſa Ordinis Prædicatorum, inter Prætermiſſos* 327 a
† Sabiniani *tranſlatio, inter Prætermiſſos* 203 f
Sacchettus *S. R. E. Cardinalis, epiſcopus Fanenſis* 316 e
Sacchettus (*Nicolaus*) *epiſcopus Volaterranus* 296 f, 308 a d e
† Sacerdos *epiſcopus Lugdunenſis* 548 c d, 550 d e
Saianus (*Nicolaus*) *dux Piſaurenſis* 323 a
Saint-Moris (*Stephanus de*) *abbas Ungiacenſis* 33 f
† Salaberga *virgo abbatiſſa* 838 e, 839 f, 840 a c, 842 b
Salaco *epiſcopus Dolenſis transfert corpus S. Reginæ V. M.* 30 e f, 31 a c d e, 32 a c, 38 b, 41 b c, 42 a
Saladinorum *illuſtris familia, ex qua S. Ugo epiſcopus Volaterranus* 300 f, 301 d
Salinas (*Alphonſus de*) *lector Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 501 f, 702 a, 704 d
Sallier (*Claudius*) *regiæ bibliothecæ Pariſienſis præfectus* 209 c, 356 a
† Salonius *epiſcopus* 540 f, 544 d e f, 545 a & ſeqq., 546 a b c d f, 547 a c d e f, 548 a b c d, 549 d f, 551 b c d, 552 e, 792 e
Salvianus *epiſcopus Maſſilienſis* 545 a b c, 546 c d, 552 e
† Salvii *epiſcopi martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 2 c
† Salvinus *epiſcopus, inter Prætermiſſos* 482 a b c
† Salvius *epiſcopus Ambianenſis* 576 a b c d
Salvius *pater S. Deſiderii, epiſcopi Cadurcenſis* 576 e
Sanſoles (*Lucretia de*) *fundatrix & prima abbatiſſa parthenonis Limani Ordinis S. Bernardi* 739 b
Santanna (*Franciſcus*) *procurator fiſcalis Panormitanus intereſt recognitioni corporis S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 d
† Santuccia *abbatiſſa & propagatrix Congregationis B. Sperandei, inter Prætermiſſos* 203 f.

Item

Item 894 c d e f
Sapor *Perſarum rex* 354 f, 481 c
Sapricius, *Cappadociæ præſes* 6 c, 7 b
Saraceni *Gallias depopulantur* 51 d e, 60 d. *Calabriam invadunt* 856 b, 876 a b
Sarapammo *epiſcopus* 782 b
Saretrudis *mater S. Bodonis epiſcopi Tullenſis* 840 a b c d
† Saturnini *reliquiæ Romæ* 757 c
Saturninus *comes domeſticorum ſub Theodoſio II imperatore* 517 c d, 518 a
Sauſſat (*Nicolaus*) *Prior Ordinis S. Dominici, inter Prætermiſſos* 4 d
Saxones *pagani* 65 d
Scala (*Bernardus*) *epiſcopus Feretranus intereſt elevationi corporis S. Joannis Laudenſis* 158 d, 159 c
Scaramuccia *medicus adhibitus ad examinandum prodigium ſanguinis è S. Nicolai brachiis manantis* 682 b
† Scholaſtica *ſoror S. Benedicti* 265 b, 284 a b, 285 a
Scoppius (*Dominicus*) *notarius Romanus* 912 c
Scuts (*W.*) *ſcabinus Luxemburgenſis* 244 f, 245 a
† Sebaſteni *martyres quadraginta in quo loco paſſi?* 355 c, 356 d e, 357 d e f, 358 a & ſeqq., 359 a & ſeqq., 560 a b. *Eorum reliquiæ inventæ & tranſlatæ* 513 f, 514 a b
† Sebaſtiani *martyris reliquiæ Romæ* 331 b; *& in Galliis* 337 b c
Sebaſtianus *epiſcopus Lingonenſis* 812 a
Sebaſtianus *Luſitaniæ rex* 324 f
† Secundi *epiſcopi Abulenſis tranſlatio, inter Prætermiſſos* 743 f
† Secundi *epiſcopi martyris tranſlatio, inter Prætermiſſos* 326 a
† Secundinus *& ſocii martyres Numidæ* 487 b
Secundinus *poëta ſeculo quinto* 794 a d
Sedneus *pater S. Comgalli abbatis Benchorenſis* 373 b
Segeberga *fortè filia S. Romarici abbatis Habendenſis* 811 d, 812 a
Segienus *abbas Huenſis* 383 c
Sejournet (*Benedictus*) *abbas Gerardi-montenſis S. Adriani* 240 c e
Seguin (*Joannes*) 33 f
† Senanus *epiſcopus & abbas Inis cathenſis* 374 e f, 376 b c d e f, 377 c d e f, 378 a b c d, 382 b d, 383 e f
† Senardus 369 b c
Senardus *eremita* 803 d e f, 804 f
Senator *presbyter legatus S. Leonis I Papæ* 521 e, 522 f, 526 b, 527 d
Senator *presbyter in Burgundia* 29 b
Senelardus *abbas monaſterii S. Adriani Gerardimontenſis* 237 c d
† Sennæ *tumulus Romæ* 748 d f
† Serapion *confeſſor, inter Prætermiſſos* 745 e
† Sergii *corpus Papiæ* 755 a
† Sergius *I Papa* 410 c, 411 c. *Inter Prætermiſſos* 5 a, 205 f
Sergius III *Papa* 428 e, 429 a b
Sergius *frater S. Eugeniæ virginis martyris* 761 f, 762 c
Sergius *unus ex miniſtris palatii Juſtiniani II imperatoris* 436 f
Serguidius (*Guido*) *epiſcopus Volaterranus* 305 e f
Sericius *levita ſcripſit chartam donationis S. Gauzlini* 138 a
Serlo *abbas Signiacenſis, inter Prætermiſſos* 482 e
Serria (*Roſalia*) *promovit Panormi cultum S. Coſmæ archiepiſcopi* 625 b
† Servatius *Tungrenſis, deinde Trajectenſis epiſcopus* 64 b c f, 65 a, 118 b c, 593 c
Settimo (*Joannes Baptiſta di*) *nobilis Venetus, teſtis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis ſtatua Venetiis facti* 693 d
† Severinus *monachus* 92 c, 94 f, 95 a d f, 96 a b, 101 a, 102 c d
† Severus *epiſcopus Trevirenſis* 86 c
† Severi *presbyteri corpus Treviros tranſlatum* 769 f
Severus *imperator Occidentis* 562 e, 563 c
Severus *epiſcopus Remenſis* 62 c f
Severus *martyr, inter Prætermiſſos* 205 f
Severus *Ordinis S. Dominici, inter Prætermiſſos* 745 d
Severus *presbyter cum imperatrice Eudocia Hieroſolymam profectus* 515 d e, 516 a, 517 c
Sfortia (*Alexander*) *maritus B. Seraphinæ, poſtmodum abbatiſſæ* 312 b c, 318 e f, 319 a b d e f, 320 a & ſeqq., 321 c d e f, 322 a c
Sfortia (*Franciſcus*) *Mediolanenſium dux* 320 d, 321 c, 697 c
Sfortia (*Gabriel*) *Ordinis S. Auguſtini* 697 e
Sicambri *aliquando cum Francis confuſi* 820 b
Siccardus *ſcholaſticus Audomarenſis adeſt inſpectioni corporis S. Audomari epiſcopi* 394 f
† Sidonius *Apollinaris epiſcopus Arvernenſis* 166 e, 167 e, 540 f, 792 b c e f, 793 a f, 794 a, 795 d e f, 796 a b c
Sigebertus I *Auſtraſiæ rex* 545 e
† Sigebertus III *Auſtraſiæ rex* 583 b c d e, 584 a b c d, 585 a b c, 589 c d, 590 e, 594 c d e, 596 a b, 597 a b c, 813 a b
Sigebertus *Claudus, Ripuariorum rex* 413 a b
Sigebertus *monachus Gemblacenſis expolivit Acta S. Theodardi epiſcopi Trajectenſis* 581 e f
Sigewardus *epiſcopus Mindenſis* 338 e
† Sigiſmundus *Burgundionum rex* 75 b d e, 101 f, 345 e
Sigiſmundus III *Poloniæ rex* 913 c
Sigivaldus *Metenſis epiſcopus* 345 d
Sigmarus *comes Partenſis, pater ſeptem virginum* 89 d e, 90 e f, 91 a
† Silvani *monachi Claravallenſis canonizatio, inter Prætermiſſos* 326 a
Silvanus *epiſcopus Calaguritanus* 567 c, 568 a & ſeqq., 569 a b
† Silveſter *Papa* 58 c f
Silveſtri (*Fredericus*) *marchio Cingulanus* 910 b c
Silveſtri (*Magdalena*) *filia Frederici marchionis Silveſtri* 910 b c
Silveſtri (*Raymundus*) *marchio, Prior Setinus* 910 b
Silveſtris (*Eurialus*) *nobilis Italus* 910 d e
Simon *de Monticulo Ordinis eremitarum S. Auguſtini, Prior Tolentini* 668 e
Simonetta (*Jacobus*) *epiſcopus Piſaurenſis* 323 d
Simonetta (*Julius*) *epiſcopus Piſaurenſis* 323 c d
Simonetta (*Ludovicus*) *epiſcopus Piſaurenſis* 323 d
† Simonis *apoſtoli reliquiæ Flaviniaci* 33 c d e
† Simplicius *Papa* 570 b c d
Simplicius *epiſcopus Novarienſis* 502 d
Simplicius *ſubſcripſit concilio Valentino I* 49 f

† Si-

† Siricius *Papa*, xv d e, 571 a b, 785 a b f, 586 a b c
† Sixti *martyris corpus Viennæ in Austria, inter Prætermissos* 2 f
† Sixtus III *Papa* 561 a, 572 b, 574 e
Sixtus IV *Papa* 287 f
Sixtus V *Papa* 638 e, 670 e, 673 d e, 675 d e f, 676 a b
† Sixtus *Remensis episcopus* 66 d
Sixtus *levita scripsit donationem S. Gauzlini* 135 e
Slavis (*Angelus de*) *inter Prætermissos* 4 c
Smets *parochus in Kerken* 615 d
Smols (*Maria*) *abbatissa Cameræ B. Mariæ prope Bruxellas* 243 b c
Socrates *refutatus* 784 c d, 785 c & seqq., 786 a & seqq., 787 a & seqq.
† Solanus (*Franciscus*) *Ordinis Minorum S. Francisci* 740 e
Soldati (*Paulus*) *Plebanus Venetus, corpus B. Comitissæ virginis transponit* 310 c d e
Solymannus *Turcarum imperator* 685 b
Sonarius (Petrus) *episcopus Augustensis* 72 c
Sonichildis *à Carolo Martello captiva abducta* 275 b c d
Sorlet (*Joannes*) *canonicus Leodiensis interest visitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
† Sother *Papa* 762 c e
Sperandea (*Clementis*) *abbatissa monasterii S. Sperandeæ Cinguli* 898 a b
Sperandeorum *familia Eugubii* 892 b d e, 893 a
† Sperandeus *abbas* 892 d e f, 893 a, 894 c d, 900 a
Sperandia *soror S. Ubaldi episcopi Eugubini, alia est à cognomine sancta virgine abbatissa* 892 b c
Sperelli (*Alexander*) *episcopus Eugubinus corpus S. Joannis Laudensis elevat* 155 a, 157 c & seqq., 158 a & seqq., 159 a & seqq., 160 a b
Spia (*Ignatius*) *canonicus Panormitanus interest recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d
Spinola (*Carolus*) *Societatis Jesu presbyter, in Japonia pro fide combustus, inter Prætermissos* 483 a
Spinosa (*Joannes à*) *inter Prætermissos* 4 c
† Spiridion *Cyprius episcopus* 781 a, 783 e
Stalins (*Jacobus*) *concilii regii Mechlinensis præses* 738 c d
Staniſlaus de Hurma, *Ordinis S. Francisci de Observantia, inter Prætermissos* 482 f
Staniſlaus Lituanus, *Ordinis S. Basilii, inter Prætermissos* 4 f
Stella (*Josephus*) *archidiaconus & vicarius generalis archiepiscopatûs Panormitani* 622 c d e f, 623 a c f, 624 a & seqq., 625 a c
† Stephani *protomartyris reliquiæ Constantinopolim translatæ* 513 a & seqq., 514 c d. *Ejusdem caput Papiæ* 755 a
Stephani (*Pontius*) *episcopus Ruthenensis* 463 a b, 467 f
† Stephanus I *Papa martyr inter Prætermissos* 2 e. *Item* 485 a b
† Stephanus *episcopus Lugdunensis* 547 d e
† Stephanus *Hungariæ rex* 644 a
Stephanus II, *alias* III, *Papa* 277 f, 278 a, 335 c d
Stephanus IV, *dictus* V, *Papa* 502 e
Stephanus VIII *alias* IX *Papa* 137 a, 138 c d e f, 141 e
Stephanus X, *alias* IX *Papa* 150 f
Stephanus *archiepiscopus Capuanus* 67 c d
Stephanus V *Claromontanus, deinde Aniciensis episcopus* 462 b, 466 a, 467 d, 468 a & seqq., 469 a, 471 f, 472 a, 477 a
Stephanus *episcopus Ephesinus* 554 f
Stephanus *episcopus Eugubinus* 148 b c d
Stephanus *episcopus Leodiensis scripsit gesta S. Lamberti episcopi martyris* 438 e, 585 e, 586 a
Stephanus *Scrinialius sanctæ Romanæ Ecclesiæ scripsit epistolam Stephani VIII, alias IX Papæ, pro monasterio Buxeriensi* 138 f
Stephanus *canonicus Regularis Piperacensis scripsit Vitam S. Petri de Chavanon* 460 f, 462 c d e f, 472 d e f
Stephanus *canonicus Taruannensis adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 f
Steyen (*Jacobus vander*) *senator regius Montibus Hannoniæ* 251 a b
Stilico *comes & dux sub Honorio imperatore* 65 e f, 507 a
Strategus *consularis Bithyniæ* 529 c
Stremonius *episcopus Claromontanus* xvi e
Styratius *præses in Perside sub Sapore rege* 481 c
Subripa (*Jacobus*) *episcopus Tartarorum* 758 b
Suebhardus *rex in Cantia* 434 d, 435 e
Suevi *in Gallia* 27 a. *Quando pagani?* 65 f
Suffredus *canonicus Volaterranus* 298 a, 299 e, 301 b
Sugerus *abbas S. Dionysii* 61 d f, 421 a
† Sulpitius I *episcopus Bituricensis* 79 b c, 264 f
† Sulpitius II *episcopus Bituricensis* 79 b
† Sunnive *vel* Sunnefæ *virginis & martyris translatio, inter Prætermissos* 2 c
Superbus (*Guilielmus*) *benefactor monasterii Piperacensis* 466 d
† Superii *martyris translatio, inter Prætermissos* 2 c
Sura (*Guilielmus de*) *archiepiscopus Lugdunensis* 550 d
† Swibertus *episcopus Werdensis* 426 d, 444 b c
Sylvestri (*Clemens*) *scripsit vindicias cultûs S. Sperandeæ virginis abbatissæ* 898 f, 899 a, 901 b c
† Symmachus *Papa* 74 a c, 750 c e f, 797 c, 798 b c d, 799 c f
Synesius *episcopus Ptolemaïdis* xvi a c

T

TAberna (*Ludovicus*) *episcopus Laudensis* 156 e f
† Tacuinus *archiepiscopus Dorvernensis* 441 c
Taddæus *abbas generalis Ordinis Camaldulensis multas sacras reliquias obtinet* 205 e f
Taglac (*Audigerius de*) *nobilis Arvernus* 465 b, 466 c e
Tancredus *Senensis, Ordinis Prædicatorum, inter Prætermissos* 326 f, 327 a
Tanius (*Petrus*) *præfectus operæ cathedralis ecclesiæ Volaterranæ* 306 a, 308 b
† Taso *fundator & abbas monasterii Vulturnensis* 601 d f, 607 f, 608 a & seqq., 609 a & seqq., 610 a & seqq., 611 a & seqq.
Tassilo II *Bavariæ dux* 266 a b, 277 b c d e f, 278 a b, 294 e, 295 a d e
† Tato *fundator & abbas monasterii Vulturnensis* 601 d f, 607 f, 608 a & seqq., 609 a &

a & seqq., 610 a & seqq., 611 a & seqq.,
† Tatwinus *anachorcta Croylandensis in Anglia* 447 d e
Tebaldus *episcopus Eugubinus* 154 d, 155 b
† Tecta *abbatissa Habendensis* 810 a b e f, 818 f. *Vide* S. Gebetrudis.
Teleapetra *illustris familia Veneta* 309 c, 310 a b, 311 a b
Teleapetra (*Nicolaus*) *nobilis Venetus, fortè pater B. Comitissæ virginis* 310 b, 311 a b
Teleapetra (*Petrus*) *nobilis Venetus, fortè pater B. Comitissæ virginis* 311 a b
Termin (*Jacobus*) *pirata Americanus* 739 f
Terzi (*Philippus*) *nobilis Pisaurensis* 324 e f
Testa (*Franciscus*) *canonicus Panormitanus interest recognitioni corporis S. Cosmæ archiepiscopi* 622 d
Tetradius *vir præfectorius* 46 e, 50 e, 51 a, 58 c e, 59 b c
Teutberga *abbatissa filia S. Bodonis episcopi Tullensis* 839 a, 840 e
Thalassius *Cæsariensis episcopus* 554 f
† Thebæi *martyres* 766 b c d, 767 a, 775 a b e
† Theodardi *episcopi Trajectensis corpus transfertur Leodium* 108 c f
Theodebaldus *Francorum rex in Austrasia* 804 e
Theodefridus *episcopus Tullensis* 842 d
Theodo II *Bavariæ dux* 268 a c d e f, 269 a c d, 270 b, 272 b, 275 f, 276 a, 285 c d, 287 a
Theodo *Bavariæ dux* 266 a b
Theodobaldus *Bavariæ tetrarcha* 270 b e, 287 a, 290 a, 291 f
Theodobertus *Francorum rex in Austrasia* 804 e, 820 c
Theodobertus *Bavariæ tetrarcha* 268 e, 270 b, 275 f, 287 b
† Theodora *imperatrix* 504 a
† Theodora, *inter Prætermissos* 206 a
Theodoretus *episcopus Cyrensis* 440 b c, 516 c d, 558 c, 559 b c
Theodoricus I *Francorum rex in Austrasia* 92 f, 101 f, 102 a, 804 d e, 820 c
Theodoricus IV *Francorum rex* 29 b
Theodoricus III *Neustriæ & Burgundiæ rex* 586 d
Theodoricus *Ostrogothorum rex* 796 e
Theodoricus *Visigothorum rex* 564 a
Theodoricus *Flandriæ comes sacratissimum Christi Domini Sanguinem è Palæstina Brugas defert* 497 d e f
Theodoricus I *Metensis episcopus, inter Prætermissos* 2 e. *Item* 131 a, 132 c d, 136 c d, 143 f, 144 e, 348 c, 753 a & seqq., 754 b c d e, 759 d
Theodoricus *procurator monasterii Romaricensis* 824 c, 831 e f, 832 b c
Theodoricus *presbyter adest translationi corporum SS. Amati, Romarici & Adelphii* 823 e, 830 b c
Theodoricus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
† Theodorus *martyr, inter Prætermissos* 326 c
Theodorus II *Papa* 428 e, 429 a
† Theodorus I *episcopus Octodurensis* 74 d e
† Theodorus II *episcopus Octodurensis* 74 d e, 75 b
Theodorus III *Octodurensis episcopus* 74 e
Theodorus *archiepiscopus Cantuariensis* 434 c, 435 c
Theodorus *archiepiscopus Eboracensis* 114 a, 127 d
Theodorus *archiepiscopus Ravennas* 434 a
Theodorus *episcopus Claudiopolitanus* 554 e
Theodorus *episcopus Mopsuestenus* 440 b
Theodorus *archipresbyter Ecclesiæ Romanæ, electus in schismate pontifex* 428 b c d e f
Theodorus *presbyter Romanæ Ecclesiæ* 748 b c, 749 b, 750 c d e
Theodosius I *Imperator* 258 a f, 504 d, 505 b, 562 c
Theodosius II *imperator* 503 b, 504 c d e f, 505 a b e f, 506 a & seqq., 507 a & seqq., 508 b & seqq., 509 a & seqq., 510 a b e f, 511 a c e f, 512 b c d e f, 513 a b c d, 514 e, 515 a & seqq., 516 a d f, 517 a b c d f, 518 a b c e, 519 d e f, 520 a e, 521 c f, 522 a & seqq., 523 a & seqq., 524 a b c d f, 525 a b c e, 526 a, 538 c d e, 554 c, 555 a b f, 556 d e f, 558 a e f, 559 e
Theodosius *monachus Eutychianus, episcopatus Hierosolymitani invasor* 533 c d e f, 534 a & seqq., 535 a & seqq., 536 a b c d
Theodovaldus *filius Chlodomeris Aurelianensis regis* 93 c d e f, 94 a b c d e, 95 a, 99 f, 100 a b c
Theofridus *episcopus Ambianensis, non Albigensis* 579 b
Theofridus *abbas Corbeiensis* 814 c d
Theophania *Ottonis II imperatoris conjux* 753 e, 754 c
Theophilus *patriarcha Alexandrinus* 790 d e f
Theoplastus *episcopus in Gallia* 795 a
Theuderada *ducissa Beneventana, fundatrix parthenonis S. Petri* 607 b c
Theupulus (*Joannes*) *patriarcha Venetus* 310 e f
Thiedericus *archiepiscopus Trevirensis* 753 d
Thieni (*Clelia*) *abbatissa Clarissarum Pisaurensium* 322 c d
† Thomas à Villa nova *Ordinis S. Augustini, inter Prætermissos* 206 a
Thomas *senior Eboracensis archiepiscopus* 122 a, 124 c d
Thomas *junior archiepiscopus Eboracensis* 122 d, 124 d e
Thomas *episcopus Cæsenatensis* 639 f, 668 a & seqq., 669 a e
Thomas Riocan *Japon Societatis Jesu, inter Prætermissos* 327 a
Thomas *Apulus, discipulus S. Dominici fundatoris Ordinis Prædicatorum* 628 a b, 629 f, 630 a b c
Thomas discipulus, *inter Prætermissos* 326 d
Thomasi (*Antonius*) *Vitam Græcam S. Eliæ Spelæotæ Italicè interpretatus est* 844 c d
Thuatalius *rex Hiberniæ* 374 c, 379 a b d
Tiberius *Apsimarus imperator* 440 e, 603 d
Tiberius *pater S. Sergii I Papæ* 426 c, 427 b c d e
† Tiburtii *corpus Romæ* 331 b
† Tiburtii *translatio, inter Prætermissos* 203 f
† Tiburtius *martyr, inter Prætermissos* 481 e
Tillemontius *refutatus* 1 c e f, 11 a & seqq., 111 a & seqq., 1v a & seqq., v a & seqq., vi a & seqq., vii a & seqq., viii a & seqq., ix a & seqq., x a & seqq., xi a & seqq., xii a & seqq., xiii a & seqq., xiv a & seqq., xv a & seqq., xvi a & seqq., xvii a & seqq., xviii a & seqq., 7 c & seqq., 8 a & seqq., 210 b & seqq., 211 a & seqq., 212 a & seqq., 213 a & seqq., 214 a b c d, 357 e f, 358 a & seqq., 359 a & seqq., 363 c, 516 b, &

& seqq., 517 a b c d e, 556 c d f, 557 a b c d f, 562 f, 563 a, 566 a b c
Tills (*Bruno de*) *canonicus Leodiensis interest visitationi reliquiarum SS. Madelbertæ &c.* 109 a
Tilpinus *episcopus Remensis* 82 b
Todini (*Ildebrandinus*) *Alexandri III Papæ propinquus* 301 c d, 303 a
Toffetti (*Joannes*) *nobilis Venetus testis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis statua Venetiis facti* 693 d
Toledo (*Franciscus de*) *regni Limani prorex* 739 c
Tombeur (*Nicolaus de*) *Ordinis Eremitarum S. Augustini, concinnavit Vitam S. Nicolai Tolentinatis* 638 c
Torre (*Augustinus de la*) *Ordinis S. Augustini, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Torre (*Maria de la*) *nobilis matrona Limæ in Peruvia, S. Nicolao Tolentinati addictissima* 740 b c d f
† Totnanus *diaconus martyr* 444 b c
Tour (*Bertrandus de la*) *episcopus Tullensis* 838 e
Trajanus *subdiaconus, lator litterarum S. Hilari Papæ ad episcopos Tarraconenses* 569 c
† Tranquillini *reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Transpadanus *martyr, inter Prætermissos* 326 d e
Trasemundus *comes Capuanus, deinde Spoletanus dux* 603 a & seqq., 604 b c d
Trasius (*Pacificus*) *episcopus Callensis adest elevationi corporis S. Joannis Laudensis* 158 e. 159 e
Trono (*Franciscus*) *nobilis Venetus testis oculatus prodigii in S. Nicolai Tolentinatis statua Venetiis facti* 693 d
† Trudo *presbyter* 585 b d
Trumberthus *episcopus Hagustaldensis* 114 a, 127 c d
† Tugdualus 85 e
† Tullia *secundum nonnullos filia S. Eucherii Lugdunensis episcopi* 545 c d f
Turgotus *episcopus Sanctanareanus in Scotia* 112 f, 113 a
Turstinus *archiepiscopus Eboracensis* 122 d, 124 e
Tzumas *eunuchus Theodosii II imperatoris* 524 d. *Vide* Chrysapius.

V

VAlauarea (*Joannes de*) *jurisperitus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Valdenarius (*Sebastianus*) *Prior Herivallensis vel Terevallensis, scriptor rerum Romaricensium* 822 b c
† Valentini *episcopi corpus in Bavaria* 270 f, 271 a & seqq., 278 e f, 289 b f, 293 b. *Tridentum, inde Bataviam transfertur* 277 b c d, 294 e f, 295 e
† Valentini *presbyteri caput Papiæ* 755 a
Valentinianus III *imperator* 49 c, 510 a, 520 c e, 521 a f, 523 b & seqq., 524 b c d, 525 d, 528 b, 537 b, 556 e f, 558 a, 792 d
Valentinianus *episcopus Curiensis, inter Prætermissos* 205 a
Valentinus *episcopus Philippolitanus* 530 b
Valentio *abbas Romæ* 817 e
Valerianus *imperator* 483 c f, 485 d, 762 f
Valerius *frater Eudociæ imperatricis* 509 d e
Valherus *sacerdos subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Valle (*Stephanus de*) *benefactor monasterii Piperacensis* 466 b d
Valle (*Wilhelmus de*) *canonicus Piperacensis* 466 b
Valpertus *episcopus Firmanus* 607 b
Valterus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Valvasorius (*Hieronymus*) *Prior generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini* 641 e
Vandali *Galliam vastant* 27 a, 51 a b c d, 59 c d, 60 d, 63 b c, 64 a & seqq., 65 a & seqq., 66 a, 388 c
Vanegas (*Joannes*) *Ordinis S. Dominici, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Varani (*Alexander*) *episcopus Maceratensis examinavit prodigiosas sanguinis ex S. Nicolai brachiis effusiones* 682 b c d e f, 683 d e, 684 c d, 689 b, 690 d
Vargas (*Damianus de*) *licentiatus Cordubensis, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 703 b c
Vargas y Carauajal (*Jacobus*) *major magistratus Cordubensis* 707 a
Varnerus *arch. subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Varnerus *sacerdos subscripsit donationi S. Gaulini* 135 e
Varnerus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Vauldreio (*Arturius*) *nobiles miles* 33 f
Ubaldinus *Prior vel procurator conventûs Florentini Ordinis Prædicatorum* 635 f
† Ubaldus *episcopus Eugubinus* 148 b, 154 d, 155 b c, 892 b c d. *Inter Prætermissos* 744 a
Ubaldus *patruus S. Ubaldi episcopi Eugubini* 892 c
Ubaldus *consanguineus S. Ugonis episcopi Volaterrani* 304 b
Uda *inclusa Cisterciensis, inter Prætermissos* 205 b
Udalricus *Brigantii comes, frater B. Merbodi presbyteri martyris* 889 b c
Udo *episcopus Tullensis* 130 f
Udo *primicerius ecclesiæ Tullensis seculo undecimo* 810 d, 827 b c e, 828 a
† Vedasti *episcopi Cameracensis corpus translatum* 390 b c, 410 b c
Vega (*Joannes de*) *ex Ordine de Mercede, examinator miraculorum S. Nicolai Tolentinatis* 704 d
Velardo (*Vincentius*) *canonicus Panormitanus* 620 f, 621 e
† Venerius *abbas, inter Prætermissos* 745 e f
† Venerius *eremita, inter Prætermissos* 745 e f
Vera y Aragon (*Franciscus*) *archidiaconus adfuit examini miraculi S. Nicolai Tolentinatis* 701 f, 702 a, 704 c
† Veranus *episcopus Cabilonensis* 540 b, 551 c
† Veranus *episcopus Cavillicensis* 540 c, 551 c
† Veranus *episcopus Vencensis inter Prætermissos* 327 a d. *Item* 565 d, 566 e
Vercellis (*Reynerus de*) *canonicus Novocomensis* 758 b
Verdefun (*Petrus de*) *Benefactor monasterii Piperacensis* 466 d

† Verena *virgo* 766 c
Verianus *episcopus in Gallia* 795 a
Verina *imperatrix* 538 e f
Veronici *chirurgus, adhibitus ad examinandas prodigiosas sanguinis ex S. Nicolai brachiis effusiones* 682 b
Vestina *illustris matrona Romæ seculo quinto* 749 a
Vevra (*Bartholomæus de*) 33 e
Ugo *ex canonico Religiosus Ordinis Prædicatorum* 632 a
Vicedominus (*Romæus*) *Ordinis Prædicatorum* 631 c
† Victor *martyr è legione Thebæa* 763 c, 766 c. *Ejus translatio* 76 d, 387 c
Victor ab Assuras *episcopus subscripsit concilio Carthaginensi anno* CCLVI, 484 e f
Victor à Gor *episcopus subscripsit concilio Carthaginensi anno* CCLVI, 484 e f
Victor ab Octavo *episcopus subscripsit concilio Carthaginensi anno* CCLVI, 484 e f
Victor IV *antipapa* 298 c d, 302 d f
Victoria *Farnesia Urbini ducissa* 312 c, 316 f, 317 a b, 323 b
† Victoricus *apud Morinos prædicat* 388 b, 397 c, 398 d, 403 a, 407 d
† Victoris *martyris caput Volaterris* 300 f, 301 d
† Victoris *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
Victorius *scripsit Cyclum Paschalem* 553 b c, 560 a b c d
† Victricius *episcopus Rotomagensis* 388 b
Victurus *episcopus* 551 e f, 552 a c, 566 e
† Vidianus *martyr, inter Prætermissos* 326 c
Vigilantius *hæreticus* XV c d, XVI b
Vigilius *Papa* 440 b
† Villanæ *Bottiæ corpus Florentiæ* 626 f, 627 b
Ville (*Henricus de*) *Tullensis episcopus* 131 f
Villette (*Philippus de*) *abbas S. Dionysii* 422 d
Vinariensium *hæreticorum in res sacras impietas* 752 d e
Vincenti (*Dominicus*) *nobilis Venetus, testis prodigii in S. Nicolai Tolentinatis statua Venetiis facti* 693 e
† Vincentii *martyris reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Vincentius *episcopus Aquarum Tarbellicarum* 49 f
† Vincentius *abbas & martyr, inter Prætermissos* 743 c
† Vincentius *Madelgarius. Vide* Madelgarius
Vincentius *subscripsit concilio Valentino I* 49 f
† Vinciana *virgo, inter Prætermissos* 743 f
Vincomalus *consul* 537 a b
Vincq (*Gaspar*) *abbas Gerardi-montensis S. Adriani* 241 a
† Viola *martyr, inter Prætermissos* 204 f
Violantia *abbatissa, inter Prætermissos* 326 f
Viole (*Georgius*) *Benedictinus Flaviniacensis scripsit Apologias pro corpore S. Reginæ V. M.* 35 f, 36 a
† Virianus *martyr, inter Prætermissos* 481 a
Viscoli (*Benevenutus*) *notarius Cingulanus seculo* XIII, 906 e
Visconte (*Petrus*) *commissarius archiepiscopalis Panormitanus* 621 e
† Vitalianus *Papa* 435 f
† Vitalis *mart. reliquiæ translatæ Faventiam, inter Prætermissos* 205 e
† Vitalis *abbas* 869 b
Vitalis *episcopus seculo decimo* 880 a, 881 b
Vitalius *discipulus S. Eliæ Speleotæ* 867 e f, 869 b
Vitelli *marchio, magni ducis Etruriæ cubicularius, adfuit prodigio sanguinis è S. Nicolai brachiis effusi* 682 d
† Viventiolus *episcopus Viennensis* 547 c e, 550 f
Viventius *episcopus in Gallia* 552 a, 795 a
Viventius *episcopus in Gallia* 795 a
† Ulfacius *anachoreta* 803 d e f, 804 f
Ulpius (*Joannes Antonius*) *episcopus Novocomensis, transtulit reliquias SS. Prothi & Hyacinthi* 758 d
Ulricus *presbyter Remensis adest inspectioni corporis S. Audomari episcopi* 394 f
† Ultanus *abbas Fossensis* 594 c, 595 c
Unnus *Saxoniæ episcopus* 825 e
† Urbani *martyris reliquiæ Calatiæ* 755 c
Urbanus II *Papa* 147 a, 460 c e
Urbanus V *Papa* 670 f
Urbanus VI *Papa* 670 f
Urbanus VIII *Papa* 241 c, 310 f, 312 e, 313 c f, 314 a, 315 d, 627 a, 640 f, 641 a, 898 f, 899 a
Urbanus *Palæstinæ præses Romanus* 779 a
Urbicus *episcopus Claromontanus* XVI e f
Urfano (*Stephanus à Sancto*) *benefactor & discipulus S. Petri de Chavanon* 467 f
Ursicinus *episcopus in Gallia* 795 a
Ursicinus *presbyter Romanæ Ecclesiæ* 749 a
† Ursini *episcopi Bituricensis reliquiæ aliquæ, non corpus Lexovii* 260 d
† Ursus *martyr Thebæus* 76 d, 387 c, 766 c
† Ursus *presbyter, non episcopus Augustensis, inter Prætermissos* 2 a b, *Item* 72 b
Ursus *episcopus* 552 a
Ursula *Valentina tertii Ordinis S. Dominici, inter Prætermissos* 205 c
† Ursulæ *V. M. reliquiæ Osnabrugi* 37 e

W

WAlbertus *pater S. Aldegundis abbatissæ* 104 b
Walcherus *episcopus Dunelmensis* 121 f, 124 b
† Waldebertus *abbas Luxovienſis* 809 c, 813 c d e, 814 a b c d e, 815 a
Waldebertus *episcopus Meldensis* 813 d e f
Waldekisus *pater S. Corbiniani primi episcopi Frisingensis* 276 f, 281 b
† Waldetrudis *mater S. Madelbertæ virginis* 103 a b e, 104 a & seqq., 105 a b, 106 e, 109 c, 110 a, 594 c, 595 c
Walo *miles in Lotharingia seculo decimo* 837 a b c
Walterus de Beaumont *monachus Valcellensis, inter Prætermissos* 205 a
Walto *episcopus Frisingensis* 276 b c
† Wandelini *translatio, inter Prætermissos* 206 d
† Wandregisilus *primus abbas Fontanellensis* 388 f
Warnerus *subscripsit donationi S. Gauzlini* 135 e
Wazo *episcopus Leodiensis* 581 c d
† Werenfredi *corpus Ultrajecti* 613 c
Werinfridus *abbas Stabulensis* 581 b
Wernerus *episcopus Mindensis* 338 f
Wichmannus *advocatus monasterii Sithiensis* 415 a
Wichtredus *rex in Cantia* 434 d, 435 e
Widekindus *Saxonum dux* 338 c
Wideradus *multa donat basilicæ S. Reginæ virginis martyris* 29 b c

Wido *archiepiſcopus Remenſis* 394 c d e f, 395 a b
Wido *comes ſubſcripſit chartæ S. Gauzlini pro monaſterio S. Apri* 134 e
Widricus *comes in Lotharingia* 141 e
Widricus *abbas S. Apri, ſcriptor Vitæ S. Gerardi epiſcopi Tullenſis* 129 c
Wiegarius *cancellarius ſub Ludovico Germaniæ rege* 768 e
Wiemadus *archiepiſcopus Trevirenſis* 344 b, 354 f
Wigericus *epiſcopus Metenſis* 346 c e, 348 b c
Wigfridus *epiſcopus Virdunenſis* 754 d
Wilbertus *archiepiſcopus Colonienſis, inter Prætermiſſos* 744 d e
† Wilfridus *epiſcopus Eboracenſis* 113 f, 114 a b f, 117 f, 118 b, 127 c d
Wilicarius *epiſcopus ex monaſterio S. Mauritii, interfuit conventui Attiniacenſi* 335 f, 336 c
Willelmus I *Angliæ rex* 121 f
Willelmus *Siciliæ rex* 619 a, 620 a
Willelmus *filius Armandi vicecomitis Podemniacenſis* 467 d
† Willibrordus *epiſcopus Ultrajectenſis* 426 d, 434 b, 437 e f, 438 a b, 444 a b c
Willelmus *Prior Valcellenſis adeſt examini reliquiarum S. Adriani* 237 f
Willibarius *epiſcopus Sedunenſis* 335 d e f, 336 c
Willifwinda *vidua Ruperti comitis* 345 e
† Winnocus *abbas Wormholtenſis* 415 f
† Wiro *epiſcopus* 612 b d e f, 613 a b, 614 b c d e, 615 a & ſeqq., 616 a b d
† Wlmarus *abbas Silviacenſis* 433 f, 434 a
Wlpecla *virgo, inter Prætermiſſos* 3 e

X

Xiacca (*Joſephus*) *promagiſter notarius Panormitanus intereſt recognitioni corporis S. Coſmæ archiepiſcopi* 622 d, 623 a

Y

Ydacius *epiſcopus* 552 a
Ymma *virgo à S. Alpino velata* 89 d e, 90 d e, 91 a b d
Yepes (*Jacobus de*) *epiſcopus Turiaſonenſis* 771 c d

Z

Zacharias *Papa* 617 f
Zacharias *protoſpatarius Juſtiniani II imperatoris* 426 f, 427 a, 436 e, 437 a b c
† Zeno *epiſcopus Majumenſis* 256 f, 257 a b c f, 258 a b e f
Zeno *vir conſularis & militum dux ſub Theodoſio II imperatore* 517 d, 522 e
Zenobius *pſeudo-epiſcopus Florentinus* 298 d
Zozimus *Papa* 571 c
Zuchelli (*Valerius*) *canonicus Piſaurenſis* 315 e
Zwinglianorum *in res ſacras impietas* 769 b, 770 b

INDEX TOPOGRAPHICUS.

A

Abula, civitas in Hiſpania 326 a
Acahd-Dreighnich, locus Hiberniæ 377 c
Achellenſe S. Felicis monaſterium prope Uliſſiponem in Luſitania 233 f, 234 a b
Aciaçum, villa in Gallia 141 e
Acitona *vel* Acitoſa, fons in Italia 896 b
Acren, vicus Hannoniæ 238 d e
Acronianus lacus, in Germania 889 b
Acutianum monaſterium. *Vide* Farfa.
Adalberticurtis, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
Addua, fluvius Inſubriæ 149 f
Adria (*Atri*) civitas regni Neapolitani in Aprutio 735 b e
† Adriani abbatia in Belgio 239 *& ſeqq. Vide* Gerardi-mons.
† Adriani monaſterium in Hiſpania 231 e f
Adrianopolis, *oppidum Belgii* 239 a. *Vide* Gerardi-mons
Adrumetum, civitas in Africa 618 c
Ædua. *Vide* Auguſtodunum
Ægyptus, regio. *S. Paphnutius ep.* 778 *& ſeqq.*, *S. Theodora Alexandrina* 788 *& ſeqq.*
Aëria (*Aire*) oppidum in Arteſia 254 f, 411 a
Æſium, civitas in Marchia Anconitana 890 c, 906 a

INDEX TOPOGRAPHICUS

Africa. *SS. Nemeſianus, Felix, Lucius; item alter Felix, Litteus, Polianus, Victor, Jader, Dativus epiſcopi, & ſocii MM.* 483 c f, 484 a. *SS. Doletatulus, aut Catulus, Tuſcus, Valentinus, & fortaſſe Megarus MM.* 494 a b d

Africa, *Aliàs* Aphrodiſium, Mahadia, & Almahdia, civitas Africæ in Barbaria 618 e f, 619 a b c d e

† Agatha, caſtrum in Calabria 867 e, 869 b

Agaunenſe monaſterium in Valleſia 74 d, 77 e, 278 a, 336 a b c, 345 e

Agnanum, caſtrum quondam in Italia 301 d e

Agniona, *al.* Agnio (*Aa*) fluvius in Belgio 399 e, 409 c

Alanum, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a

Alberſchwende, pagus prope Brigantiam in Germania. *S. Merbodus aut Marbedo presb. & mart.* 888 c, 889 c d e f, 890 a d

Albiga, civitas Galliæ in Occitania. *S. Cariſſima V* 79 a *& ſeqq. S. Salvius ep.* 574 c f, 575, 576, 578, 579

† Albini monaſterium Juliomagi Andegavorum 349 a

Albion, inſula Britanniæ 113 f, 612 e

Alcala del Rio, locus Hiſpaniæ in Andaluzia. *S. Gregorius conf.* 368 a b

Aldenmunſter, inſula diœceſis Moguntinæ 345 e

Aleſia, locus in ducatu Burgundiæ. *Paleſtra S. Reginæ M.* 24 *& ſeqq.*

Alexandria, urbs Ægypti. *Martyres multi* 206 c, 207 a *& ſeqq.*, 208 a *& ſeqq.*, 747 c

Almahdia. *Vide* Africa civitas.

Alna, fluvius Picardiæ in comitatu Bolonienſi 398 e. *Vide* Elna.

Alne, flumen Angliæ in Northumbria 120 c

Aloſtum, oppidum in Belgio 5 a, 243 d

Alteyracum, locus in Gallia 465 c, 466 c

Alti-montenſe monaſterium in Hannonia. *S. Marcellus PP. M.* 325 c, 594 c

Altrivilla, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a

Altumpodium, locus in Gallia 467 e f

Altus-Mons (*Auxmont*) locus in Hanonia 110 a, 111 d

† Amabilis cœnobium, Ricomagi in Arvernia 466 f

Amandola, locus Italiæ in Marchia Anconitana 718 d

Ambianenſe territorium in Picardia 407 d

Ambianum, civitas Picardiæ præcipua 248 e, 576 a b c

Amboldi villa, in pago Odornenſi 144 b

Ambra, fluvius Germaniæ 270 d

† Anatoliæ vicus in Italia 722 c f

Ancona, civitas Italiæ in Marchia Anconitana 638 e, 661 e, 671 a, 734 f

Andelſpuch, locus Germaniæ in nemore Brigantino 889 c, 890 d

Andlavium, vel Andlavia (*Andlaw*) oppidum in Alſatia inferiori 146 d

Angia (*Enghien*) oppidulum Hannoniæ. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 690 f. *Beneficia ejuſdem Sancti* 737 e f

Angina, inſula Hiberniæ; *ubi cœnobium condidit S. Kieranus ſeu Querannus* 382 b

Anginenſe monaſterium in Hibernia 374 c e, 377 e, 378 d. *Conditum à S. Kierano ſeu Querano* 382 b

Anicienſis diœceſis 467 b. *S. Marcellus ep. M.* 777 c, 778 a b d e

Anicium (*le Puy en Velay*) civitas Galliæ 467 c, 468 a b

Aniſola (*Anille*) fluviolus in Gallia 804 c, 805 c

Aniſolenſe S. Carileſi cœnobium in diœceſi Cenomanenſi 418 e, 805 c

† Annæ monaſterium Romæ 894 f

Anthedon, urbs Palæſtinæ 257 b, 258 a

Antiochia, urbs primaria Piſidiæ 25 a

Antiochia, urbs Syriæ. *Patria non eſt S. Sergii I PP.* 427 c d

Antipolis, oppidum Galliæ in Provincia 541 b

Antverpia, civitas Belgii. *Reliquiæ S. Corbiniani epiſc.* 280 c. *Sanguis prodigioſus S. Nicolai Tolent.* 689 *& ſeqq. Beneficia ejuſdem Sancti* 738 a c

Anxanum, civitas regni Neapolitani 733 f

Aphrodiſium. *Vide* Africa civitas.

Apiacum, villa in Gallia 370 b

Appenninus, mons in Italia 202 a, 635 f

† Apri monaſterium, prope Tullum Leucorum: *ubi diſciplinam regularem reſtituit S. Gauzlinus* 133 a b, 135 b c d e f, 136 a b e, 137 b c, 138 b, 139 a *& ſeqq.*, 140 a, 141 a b

Aprutium, pars ampla regni Neapolitani 735 b e

Apta Julia, Galliæ oppidum 201 c

Aquæ-Curtenſe cœnobium in Arteſia 255 a

Aquæ Sextiæ (*Aix*) oppidum in Gallia 201 c

Aquila, urbs regni Neapolitani 664 b

Aquilanum Territorium in Italia. *S. Tutius ſeu Tucius* 453 a b c e

Aquileia, civitas Italiæ in Foro-Julienſi provincia 23 a d f. *Hujus eccleſiæ ſchiſma exſtinctum per S. Sergium I PP.* 440 b c d e

Aranienſe cœnobium in inſula Hiberniæ ſynonyma 382 d

Aranienſis inſula in Hibernia 382 b

Arar, & Araris (*la Saone*) fluvius in Gallia 796 a c

Arauſio (*Orange*) civitas in Gallia 201 c

Arcus, fluviolus Galliæ 195 b

Arelas, Arelate *vel* Arelatum civitas Galliæ. *S. Auguſtalis ep.* 10 a & ſeqq.

Aretium, opp. Italiæ 304 b, 633 b

Argentaria *vel* Argenteria, oppidulum Galliæ 201 c

Argentia, locus Italiæ in ducatu Ferrarienſi 728 a

Argentina & Argentoratum, civitas Alſatiæ 592 d, 598 d

Argyropolis, ſuburbium Bizantii in Thracia 215 a & ſeqq., 230 c

Ariminum, civitas Italiæ in Romandiola 719 b, 733 f

Armi, vicus in Italia 854 c, 855 f

Arnoldi villa, *fortè* Arnaville, locus in Gallia 351 f

Arnus, fluvius Italiæ 304 b

Arteſia, provincia Belgii 80 e, 81 e, 244 c, 411 a

Arverni, *nunc* Claromons, civitas Galliæ, *cui tempore famis ſuccurrit munificè S. Patiens ep. Lugdun.* 785 e

Arvernia, Galliæ provincia 460 b c, 461 f, 464 a, 805 a

Aſcalon, urbs Palæſtinæ 258 d e

Aſculum Picenum, civitas Italiæ 661 f, 729 a

Aſphaladius, vicus in Italia 871 d

Aſſi-

Aſſiſium, civitas Italiæ in Umbria 661 e, 671 f, 672 a
Aternus (*la Peſcara*) fluvius Italiæ 664 b
Athenæ, urbs Græciæ notiſſima 77 c, 78 a
Atheſina provincia, in comitatu Tyrolis 263 a & ſeqq.
Atheſis, fluvius in comitatu Tyrolis 287 c
Athum, Belgii oppidum in Hannonia 234 f, 238 d e, 240 c e, 241 d
Atrebatum (*Arras*) civitas Belgii, Arteſiæ caput 240 c. *Reliquiæ S. Audomari ep.* 395 f
Aturum, Vaſconiæ propriæ civitas 421 e
Audomaropolis, urbs Belgii in Arteſia 384 a. *In hujus eccleſia cathedrali ſepultus fuit S. Audomarus* 391 d. *Ejus corpus furtim ablatum huc refertur* 392 d, *& etiam nunc ſervatur* 395 b c d e. *Varia de hac civitate ejuſque eccleſiis &c.* 400 f, 401 a b d e f, 402 a, 416 b
Avenio (*Avignon*) Galliæ civitas 201 c, 674 c
Avennæ, oppidum Hannoniæ 239 d e
Augia Major Brigantina, cœnobium in Germania 889 b c d, 890 a
Auguſta Prætoria (*Aoſta vel Oſta*) civitas Pedemontii. *S. Gratus ep.* 72 & ſeqq. *B. Gallus ep.* 76 f
Auguſta Trecarum. *Vide* Trecæ.
Auguſtaldia. *Vide* Haguſtaldium.
Auguſtoboni. *Vide* Trecæ.
Auguſtodunum *ſeu* Æduа, civitas in ducatu Burgundiæ 34 f, 351 f
Avignonet, *ſeu* Caſtrum Avinionis in Delphinatu 199 b
† Avitus Caſtrodunenſis. *Vide* Piciacenſe monaſterium.
Auratum, locus Galliæ in Arvernia 465 c, 466 b
Aurea-Vallis (*Gulden-dal*) locus Germaniæ prope Conſtantiam. *Patria S. Audomari ep.* 385 e f, 396 e, 402 c, 407 a
Aureliani, civitas Gallia. *S. Evurtius ep.* 44 & ſeqq. *Mirabilis hujus electio ad eum epiſcopatum* 53 e f, 54 a b. *Eccleſiam ibidem conſtruit* 55 e f, 56 a b c
Auximanum Ord. S. Auguſtini monaſterium in Marchia Anconitana 642 b
Auximum (*Oſimo*) civitas Italiæ in Marchia Anconitana 648 b, 664 b, 890 c
Azotus, urbs Palæſtinæ 258 d
Azuaga, vicus in Hiſpania 715 b

B

BAdenſis epiſcopatus, in Numidia Africæ provincia 485 a
Bætis, flumen in Hiſpania 368 a
Baia, vicus in agro Catalaunenſi. *Patria S. Alpini ep.* 85 f, 86 b e f, 90 a
Bajulance, vicus in Hiſpania 716 a
Baldricivilla, locus in Belſia Galliæ provincia 60 b
Balneare, locus Hiſpaniæ. *Templum exſtructum SS. Adriano & Nataliæ MM.* 231 f, 232 a b
Balneolis, *ſeu* Balnea (*Bagnols*) oppidulum in Occitania 199 d, 201 b
Barcino, civitas in Hiſpania 569 b c
Barium, civitas Jtaliæ in Apulia 646 a b
Belforte, caſtellum in Italia 663 d
Bella-vallis, monaſterium Tarentaſiæ in Sabaudia 481 a
Bellica *ſeu* Bellicium (*Bellay*) civitas Galliæ 188 a
Bellomons, caſtrum in Delphinatu 196 f
Bellovacenſis S. Quintini abbatia 462 c
Belſia (*Beauſſe*) provincia Galliæ 60 b
Beneventum, civitas Italiæ 607 f, 608 a, 609 b
Berga, civitas Norvegiæ 2 c d
Bergæ ad Zomam, civitas Belgii in Brabantia 242 c
Berkinga *ſeu* Berkingenſe monaſterium in Anglia 454 c e, 459 c d e, 460 a d
Berlens, pagus in Gallia 246 b
† Berthuini, parœcia diœceſeos Cenomanenſis in Gallia. *S. Bertewinus ſeu Berthuinus M.* 260 a
Berwicum, urbs Angliæ in Northumbria 113 f
Berytus, urbs Syriæ 496 e
Bethnei, *nunc* Stadfort. *Vide* Staffordia.
Beverlacenſe cœnobium olim in Anglia 122 d, 124 d
Beunios, pagus in Belgio 250 f
Bidatium. *Vide* † Brioci fanum.
Bilibium, caſtellum in Hiſpania 798 f
Bithynia, regio minoris Aſiæ. *SS. Menodora, Metrodora & Nymphodora MM.* 489 a b, 490 b d
Biwalt, ſaltus in Germania 587 c f, 592 f, 593 c
Blandinienſe cœnobium Gandavi in Flandria 394 b
Bobienſe monaſterium in Italia 814 a
Bodecenſe cœnobium Germaniæ in diœceſi Paderbornenſi 638 b
Bodonis-monaſterium (*Bon-montier*) in Voſago 142 b, 144 b, 146 d. *Fundatum à S. Bodone epiſc. Tullenſi* 839 a
Bommelia, oppidum Gueldriæ 247 e
† Boniti de Medeiroles eccleſia, locus Galliæ in Arvernia 465 c, 466 a b
Bononia, civitas Morinorum, *cujus eccleſiam erexiſſe videtur S. Audomarus ep.* 388 d, 397 d, 398 e, 403 b, 407 e
Bononia, urbs in Italia 633 d e, 698 d, 736 f
Borgiano, vicus Italiæ in Marchia Anconitana 722 d
Borna, fluvius in Gallia 777 f, 778 e
Bova, civitas in Calabria 845 e, 848 d
Bragantia, locus Italiæ in agro Vicentino 687 b
Braguæ (*Braux*) vicus ad ripam Moſæ fluminis, *quò tranſlatum corpus S. Viventii ep.* 62 e, 63 e
Breaghmuid, tractus Midiæ in Hibernia 377 d, 382 b
Brennacum (*Braine*) oppidum Galliæ in agro Sueſſionenſi; *ubi S. Salvius concilio interfuit* 578 c d
Breonenſes *vel* Breones, incolæ Vallis OEni in Tyrolenſi comitatu 294 d
Breſſia provincia Galliæ 189 a, 248 d
Bria, provincia in Gallia 263 e, 420 a b d e
Brigia (*Braye*) fluviolus Galliæ 368 f, 801 c, 806 e, 808 e
Brigantia, civitas Germaniæ 888 c f
Brigantinum monaſterium. *Vide* Augia Major.
Brigantinum nemus in Germania 889 c d e f
Brigantium, urbs Galliæ in Delphinatu 201 d
† Brioci fanum, civitas Galliæ in Britannia Armorica 419 a f
Briſogne, pagus in valle Auguſtæ Prætoriæ 73 b
Brivas vetus (*la vieille Brioude*) olim oppidum

dum, nunc vicus Galliæ 465 c f, 466 a, 468 d f, 472 a b c, 479 a b
Briutriacum, locus Tullenſis diœceſeos 134 a
Brolium, vicus in Campania Gallica. *Palaſtra SS. Memorii & Sociorum MM.* 68 a c d, 70 b, 71 f
Bronienſe S. Gerardi monaſterium in Belgio. *Reliquiæ S. Audomari ep.* 395 f
Brugæ, Flandriæ civitas 242 d, 253 d e, 255 a. *Reliquiæ S. Audomari ep. in eccleſia cathedrali* 395 f. *Pretioſus ſanguis Domini & Redemptoris noſtri* 493 e f, 498 a d e. *Beneficia S. Nicolai Tolent.* 737 f
Bruxellæ, civitas Brabantiæ in Belgio 241 c d e, 245 f. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 690 f, 691 a
Buchius, amnis in Delphinatu 199 b, 201 c
Bullonium (*Bouillon*) oppidulum Belgii. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 691 b
Burburgenſe oppidum in Flandria. *Reliquiæ S. Audomari ep.* 395 f
Burgi (*Burgos*) civitas Hiſpaniæ 734 c
Burgum S. Sepulcri in Umbria 633 b
Buſſang, locus prope fontes Moſellæ fluminis 835 c
Buxerienſe cœnobium puellarum in agro Tullenſi. *Fundatum à S. Gauzlino* 136 *& ſeqq.*
Buxium *vel* Buxum, oppidulum in Delphinatu 201 c
Byerii, pagus in Burgundia 35 b c
Byzantium, urbs Thraciæ, *juxta quam mortua eſt S. Natalia* 209 a, 215 a & ſeqq. *Vide* Conſtantinopolis.

C

CAbeolum (*Chabeuil*) urbecula in Delphinatu 201 e
Caberon, vicus in Italia 874 b, 875 a
Cachus, mons in Hiſpania 798 d
† Cæciliæ monaſterium in Germania 581 d
Cæſarea, urbs in Cappadocia. *S. Euphychius M.* 6 b. *SS. Donatus, Cleaſus aut Eleaſſus, Fortunatus & Ammonius MM.* 376 a. *SS. Euplus vel Euplia, Alexander, Cupſicus vel Cerociſus, Hyſicus, Aloponus, Silvanus & quinque alii* 493 b c e f
Cæſena, civitas in Italia 493 e
Cagna, flumen Galliæ in Provincia 541 e
Calabria, Italiæ regio 442 e. *S. Elias abb.* 843, 844 & ſeqq.
Calaguris (*Calahorra*) civitas Hiſpaniæ 568 d e
Calatayud, civitas in Aragonia 771 b
Calatia (*Cajazzo*) civitas Italiæ. *Reliquiæ ſervari creduntur SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 755 b c
Callao, portus Limanæ civitatis, *nuper maris fluctibus devaſtatus* 739 f
Callium (*Cagli*) civitas Umbriæ 171 e, 173 a, 718 d, 895 d, 903 c
Camberiacum (*Chambery*) civitas Sabaudiæ 197 a
Camberona (*Cambron*) abbatia in Belgio 240 c
Camera B. Mariæ, parthenon prope Bruxellas 243 b
Cameracum, civitas Belgii 237 e, 238 a
Camerinum, civitas Italiæ in Marchia Anconitana 638 e, 721 d
Camina, locus in comitatu Tyrolis 263 a, 271 a b c d e f
Campinia, tractus Brabantiæ 248 f
Candida Caſa, civitas Scotiæ 616 d
Cantalicum, caſtrum in Italia 735 b
Cantuaria, *aliis* Cantia *& Dorobernum ſeu* Dorovernum, urbs Angliæ 434 d f, 435 a & ſeqq.
Capella, opp. Picardiæ. *S. Grimonia V. M.* 80 c, 81 a
Caprulæ (*Caorle*) Oræ Venetæ inſularis civitas 900 c
Capſia, civitas in Africa 618 f
Capua, urbs Italiæ. *S. Sinotus M.* 5 b c f, 6 a b d, 87 a b
Caric *ſeu* Carricta provincia Scotiæ 120 e
† Carileſi cœnobium in Gallia 418 e
Carilocus, cœnobium in Gallia 34 f
Carnotenſis diœceſis in Gallia 805 b
Carolopolis (*Charleville*) opp. ad Moſam fluvium 62 e
Carpentoracte, Galliæ oppidum 201 c
Carthagena, Americæ civitas 205 d
Caſa Candida. *Vide* Candida Caſa.
Caſa-Dei, abbatia in Gallia 468 a b c, 469 c
Caſæcongidunenſe monaſterium (*Cougnon*) in ducatu Luxemburgenſi. 583 b
Caſcantum, oppidum in Hiſpania 568 d e
Caſcia, *ſeu* Caſſia, oppidum Italiæ in Umbria 691 c d
Caſenſis, *ſeu* S. Petri de Caſis abbatia Galliæ in Arvernia 464 c d e, 473 f, 474 b, 476 a
Caſinenſe monaſterium in Italia 602 c d e
Caſtellana provincia in Hiſpania 734 a
Caſtellio (*Chaſtillon les Dombes*) oppidum Galliæ in Breſſia 188 b, 189 a
Caſtri-locus. *Vide* Montes in Hannonia.
Caſtrum (*Caſtro*) civitas in Etruria 633 a b
Caſtrum de Auguſta, in Delphinatu 197 a
Caſtrum de Ayſio, in Delphinatu 197 a
Caſtrum de Barralibus, locus in confinio Sabaudiæ 197 a
Caſtrum Fabriani, oppidum in Italia 902 f, 903 c
Caſtrum Gaufridi in Longobardia 737 c
Caſtrum plebis (*Cita della Pieve*) Hetruriæ civitas 900 d
Caſtrum S. Angeli, oppidum in Italia. *Patria S. Nicolai Tolent.* 638 f, 639 b. *Idem Sanctus hic fuit Canonicus* 640 b c d; *& poſtea ingreſſus eſt Ordinem S. Auguſtini* 664 e. *Reliquiæ & cultus ejuſdem Sancti* 686 f, 687 a, 721 e
Caſtrum S. Geneſii, locus Italiæ in Marchia Anconitana 721 e, 722 c e, 724 c d, 725 c d
Caſtrus, Caſtrum, Caſtræ, Caſtra (*Chatres*) opp. in Bria provincia Franciæ. *Patria S. Corbiniani ep.* 263 c d e f. *Reliquiæ ejuſdem Sancti* 280 b c
Catalaunum, civitas in Campania. *S. Alpinus ep.* 82 & ſeqq.
† Catharina, locus in Calabria 866 b
† Catharinæ monaſterium Weſterwaldiæ 254 e
Cathi, *ſeu* Inis-Cathaig, inſula in Hiberniæ 376 e
Catholica, vicus in Italia 736 b
Cella S. Aviti. *Vide* Piciacenſe monaſterium.
Celſiacum (*Ceaucé*) locus Galliæ in provincia Cenomanenſi. *Cultus S. Alnei vel Alvei* 807 b
Cemeneleum, civitas quondam Galliæ in Provin-

vincia 566 f
Cenomanenſis provincia in Gallia. *S. Fæiolus* 78 e f. *S. Bertewinus M.* 259 f, 260 a. *S. Almirus presb. & abb.* 801 a. *S. Alneus vel Alveus presb. & abb.* 807 a & ſeqq.
Cenomani, Galliæ populus & civitas 418 e
Cenomanum, civitas in Gallia 801 c d
Centoia, villa Italiæ in Umbria 202 c
† Cerotæ pagus Galliæ in agro Vindocinenſi 423 d
Cervinaria, locus Italiæ. 606 a
Chaiſillana, locus in Delphinatu 197 b
Chalcedon, urbs Aſiæ minoris *SS. Soſthenes & Victor MM.* 488 a b c d. *Hîc celebratum concilium generale quartum, cui plurimùm favit cum Marciano S. Pulcheria* 529 c d e f; *ei interfuit Sancta eadem, non præſedit* 530 a & ſeqq. 531 a b c d e
Chinchon, vicus Hiſpaniæ in archiepiſcopatu Toletano 734 c
Chorzes, locus in comitatu Tyrolis 263 a, 271 b, 272 a b c
Cingulanum Ord. S. Auguſtini monaſterium 642 b
Cingulum, civitas Italiæ in Piceno 642 b, 662 e, 724 d e. *S. Sperandea virgo abb.* 890 c f, 891 a, 892 a & ſeqq., 893 c, 894 b. *Corpus ejuſdem Sanctæ incorruptum* 898 a b c, 900, 901, 904. *Miraculis ibidem claret Sancta eadem* 906, 907, 908, 909, 910, 911, 912, 913
Ciſteron. *Vide* Seguſtrio.
Citona, *ſeu* Acitoſa *vel* Acitona, fons in Italia 896 b
Citona, *ſeu* Rupes de Citona, ſpelunca in Italia, *quam inhabitavit* S. *Sperandea* 896 b c
Civitas Caſtelli. *Vide* Tifernum Tiberinum.
Civitas nova, oppidum in Italia 658 f
† Claræ monaſterium. *Vide* Corporis Domini monaſterium.
Claromontenſis diœceſis in Arvernia Galliæ provincia 460 c, 464 c d, 465 c, 466 f, 468 a b c d
Clarona. *Vide* Glarona.
† Claudii monaſterium, Legione in Hiſpania 231 c
† Clodoaldi oppidum (*S. Clou*) olim Novigentum in agro Pariſienſi. *S. Clodoaldus* 91 & ſeqq. *An cœnobium hic Sanctus ibidem condidit & incoluit?* 96 a & ſeqq., 97 a b. *Corpus ejus ibidem* 98 a
Cluain-erardenſe monaſterium, *hodie* Clonardia in Hibernia 374 a c d
Cluain-mic-noiſenſe monaſterium olim in Hibernia. *Fundavit S. Kieranus ſeu Queranus abb.* 370 & ſeqq., 378 & ſeqq.
Cluſdinum, locus Italiæ 304 e
Collis (*Colle*) civitas Italiæ in Hetruria 304 a
Colonia Agrippina, urbs Germaniæ 413 b
Compoſtella, civitas Hiſpaniæ in Gallæcia 481 e f
Comum. *Vide* Novocomum.
Concha (*Cuença*) civitas Hiſpaniæ in Caſtella nova. *Peſtis ſedata patrocinio S. Nicolai Tolent.* 700 b
Conedratium, vicus in Gallia 804 b
Connactia (*Conaghty*) pars Hiberniæ 373 d, 378 e, 379 f
Conſtantia, urbs Germaniæ, *prope quam natus eſt S. Audomarus ep.* 385 e f, 396 e, 398 b, 402 c, 407 a, 889 a
Conſtantia, urbs Palæſtinæ 258 e
Conſtantienſis diœceſis. *Cultus SS. Felicis & Regulæ MM.* 769 c d
Conſtantinopolis, urbs notiſſima, *olim* Byzantium Thraciæ caput. *Pſeudo-ſynodus Trullana, ſeu Quiniſexta hîc habita* 436 a & ſeqq. *Item quinta œcumenica* 440 b. *S. Pulcheriæ imp. virg.* 503 & ſeqq.
Corabrige, olim monaſterium in Anglia 116 b
Corbeienſe monaſterium in Picardia 390 a, 814 c d
Corduba, civitas in Hiſpania. *Statua prodigioſa S. Nicolai Tolent.* 692 b c d e f. *Plurima beneficia ejuſdem Sancti ope obtenta præſertim tempore peſtis* 700 *uſque ad* 717
Corona-Mariana, prioratus Ordinis Ciſtercienſis in Belgio 580 b
Corporis Domini monaſterium Piſauri in Italia. *B. Seraphina Columna ſeu Feltria vid. & abb.* 312 a. *Corpus ejuſdem Beatæ ibidem incorruptum* 316 a b
Corſica, *olim* Cyrnus, inſula; *palæſtra SS. Paragorii, Parthai, Parthenopei & Severini MM.* 44 e
Cortracum, oppidum Belgii in Flandria 243 b
Coſsé, vicus Galliæ in Britannia Armorica 453 f, 454 a
Covallia. *Vide* Kyle.
Crema, urbs Italiæ 297 e
Cremiacum, oppidum in Delphinatu 199 c
Crepiacum, locus in Gallia 134 a
Creſtidium *ſeu* Creſtum, oppidum in Gallia 198 f
Creta, inſula. *Colitur S. Callinicus* 482 d
Crientio (*Crinch*) fluviolus Belgii 410 b, 411 b
Criſpinienſe monaſterium in Hannonia 254 f
Critzolium, opp. in diœceſi Salutienſi 9 b c
Croylandia, comitatus in Anglia 447 b. *Nunc Lincolnienſi comitatui adſcriptus* 451 c
Croylandienſe cœnobium in Anglia 447 f, 448 a b c f
† Crucis monaſterium Montibus Hannoniæ 240 c
† Crucis Fontis Avellanæ monaſterium in Umbria 147 e f, 149 a b, 150 a b e, 152 a b e f, 153 & ſeqq.
Cunningham *ſeu* Cuninghamia, provincia Scotiæ 120 e
Curia, civitas in Rhetia 205 a
Cyprus, inſula in Aſia 677 b, 687 f
Cyrnus inſula. *Vide* Corſica.

D

Daletum, locus in Gallia 474 a e
Danubius, fluvius Germaniæ 295 f
Darona. *Vide* Glarona.
Decapolis, regio Palæſtinæ 169 e
Degia, fluviolus Galliæ in Arvernia 460 c
Demera, fluvius in Belgio 738 a
† Deodati (*Saint-Dié*) oppidum Lotharingiæ 828 b
Derg-dherc, lacus in Hibernia 379 b
Dervenſe monaſterium, in Campania 135 b, 139 a & ſeqq., 140 a, 145 f
† Deſiderii oppidum in Gallia 9 d
Deuterum, tractus urbis Conſtantinopolitanæ 372 e
Dia, Deia, *vel* Dea, civitas Galliæ in Delphinatu. *S. Stephanus epiſc.* 75 & ſeqq.
† Didric, locus Germaniæ 588 a
Dieſtemium (*Dieſt*) oppidum Belgii. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 691 b

† Dionyſii abbatia prope Pariſios in Francia. *Cultus S. Oſmannæ V.* 417 a b c e f, 418 a & ſeqq. *Corpus vel magna ejuſdem pars eò tranſlata* 420 f, 421 a & ſeqq. 422 a & ſeqq.
Diſtertius, mons in Hiſpania 798 f
Divio (*Dijon*) civitas in Ducatu Burgundiæ 30 b
Dola, urbs Britanniæ Armoricæ 3 e, 130 d
Dombæ, Galliæ regiuncula 189 a
Dominarum monaſterium (*Frauwenmunſter*) parthenon quondam Tiguri in Helvetia 767 f, 768, 769
Domus Portarum, monaſterium Cartuſianorum in Bugeia 176 c, 177 f, 180 a & ſeqq., 187 c f
Dordracum, oppidum in Hollandia 242 d
Dorobernum *ſeu* Dorovernum. *Vide* Cantuaria.
Dracus, torrens in Gallia 195 b, 197 b, 199 b, 201 c
Drepanum, civitas Siciliæ. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 685 f, 686 a & ſeqq.
Driel, pagus in Gueldria 247 e
Droma, fluvius Galliæ 197 a, 201 c
Druentia (*la Durance*) Galliæ fluvius 196 f, 201 c
Druim-reuthe, locus in Hibernia 379 c
Duacum, civitas Belgii in Flandria 80 f, 81 e, 245 c, 255 a. *Reliquiæ S. Audomari ep.* 395 f
Dunelmum, urbs Angliæ 113 f, 119 c, 120 c, 124 a, 128 a
Dungalenſis comitatus in Hibernia 128 b
Dunkerca, Flandriæ oppidum 248 a
Durbonis-Domus, monaſterium in Delphinatu 200 f, 201 e
Duziacum, locus in Gallia 95 a

E

EBoracum (*York*) urbs Angliæ 113 f, 114 a f
Ebredunum, civitas Galliæ in Delphinatu 196 f
Eerdeghem, pagus in Belgio 245 c
Elaver *ſeu* Elavaris (*L'Allier*) fluvius Galliæ 464 a b c
Elna, fluvius Picardiæ in comitatu Bolonienſi; dictus etiam Helna, Alna & Liana 397 c, 398 e, 403 c, 404 d, 407 f
† Elpidii, Ordinis S. Auguſtini monaſterium in Italia 642 b
Emeſa, urbs Syriæ 79 d
Emporium (*Empoli*) oppidum in Italia 696 a
Engelen, pagus Brabantiæ 247 a
Epheſus, urbs Aſiæ minoris 78 a. *Hic habitum concilium tertium generale, in quo ad Neſtorii condemnationem juvit plurimùm S. Pulcheria* 511 c d e, 512 c. *Item conciliabulum, in quo damnatus S. Flavianus* 518 f, 519 a b c d, 523 a b. *Huic ſe oppoſuit S. Hilarus, S. Leonis I PP. legatus & poſtea ſucceſſor* 554 *uſque ad* 559
Eremus Portarum. *Vide* Portarum Eremus.
Ernenſe monaſterium in Hibernia 382 a
Eſculum. *Vide* Aſculum.
Eſſebienſe cœnobium in Anglia 446 f
Eſſexia, Angliæ provincia 454 c e
Everghem, pagus in Belgio 249 a
Eugubium (*Gubbio*) Umbriæ civitas. *S. Joannes Laudenſis* 146 c, 147 & ſeqq. *Patria S. Sperandeæ* 892 a & ſeqq., 893 a, 900 a, 901 e
† Euſebii monaſterium Galliæ in Provincia 541 d
Extremadura, provincia Hiſpaniæ 715 a b

F

FAbaris. *Vide* Farfarus.
Fabriani caſtrum. *Vide* Fabrianum.
Fabrianum, urbs Italiæ 895 d, 902 f, 903 e
Fallerone, vicus in Italia 662 a
Fananum, locus Italiæ in ditione Mutinenſi 744 c
Fanenſe Ordinis S. Auguſtini monaſterium in Italia 642 b
Fanum (*Fano*) civitas Italiæ 735 e
Fanum S. Brioci (*Saint Brieu*) civitas Galliæ in Britannia Armorica 419 a f
Fanum S. Joannis (*Saint Jean de Maurienne*) oppidum Sabaudiæ 195 b. *Patria S. Thomæ abb.* 602 c
Fanum S. Leonis, civitas Italiæ 321 b
Fanum S. Quintini, civitas Picardiæ 393 e
Fanum S. Quirici, oppidulum Italiæ 304 b
Fanum S. Reginæ in Burgundiæ ducatu. *Sanctæ cognominis ſepulturâ & cultu celebre* 24 b
Fanum S. Severini, *aliàs* Septempeda oppidum Italiæ 657 b, 659 a, 660 c
Fanum S. Spiritus in Gallia 201 b
Farfa, *ſeu* Farfenſe monaſterium in Italia. *S. Thomas abbas, qui hoc reſtauravit* 599 c f, 600 f, 601 e f, 602 & ſeqq., 753 c e
Farfarus, *aliis* Fabaris, fluvius Italiæ 603 e
Faventia, civitas in Italia 151 f, 152 b, 155 d, 175 a
Faxum, civitas Africæ in Barbaria 618 f
Feghine *vel* Fighine, opp. Italiæ 304 b
† Felicis monaſterium Papiæ in Italia. *Reliquiæ ſervari creduntur SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 754 f, 755 a
Feltria, civitas Italiæ in Marchia Tarviſina 697 e, 724 b
Ferraria, civitas Italiæ. *Reliquiæ S. Nocolai Tolent.* 688 b
Ferricy, *ſeu* Parochia de Ferricy, vicus in Vaſtinio. *Reliquiæ S. Oſmannæ V.* 422 e
Ficano, caſtellum in Italia 909 e f
Finalis, rivulus 271 a b d e, 292 a b
Firmanum monaſterium Ordinis S. Auguſtini. 642 b c
Firmitas Bernardi (*Fertè-Bernard*) opp. Galliæ 368 c
Firmum, civitas Italiæ 607 a b, 646 a, 662 a, 694 f, 697 a, 891 c
Flaghacum, locus Galliæ in Arvernia 465 c, 466 b
† Flaviani vicus Italiæ in Aprutio ulteriori 723 a
Flavininiacenſe S. Benedicti cœnobium in ducatu Burgundiæ, *quo tranſlatum corpus S. Reginæ M.* 26 d, 27 c, 28 d, 30 & ſeqq.
Floreffia, abbatia in comitatu Namurcenſi 252 f
Florentia, urbs Etruriæ præcipua. *B. Joannes Salernitanus* 626, 627 & ſeqq. *Beneficia S. Nicolai Tolent.* 737 a b. *Cultus SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 755 d e f, 756 a b c
† Flori (*S. Flour*) civitas epiſcopalis Galliæ in Arvernia 460 c f, 461 e, 462 d, 464 c, 466 d
Floriacenſe monaſterium in Gallia 133 c, 141 d
Fons Avellana. *Vide* S. Crucis monaſterium.
Fons Lupi (*Vulfeſwelle*) locus in Anglia 116 a
Fontes Aponi, balnea Italiæ in agro Patavino 694 f
Fontes Patavini. *Vide* Fontes Aponi.
Force, caſtrum in Italia 722 a

For-

Fortha, fluvius in Scotia 612 e
Foſſati caſtrum in Italia 903 a e
Foſſenſe cœnobium in Belgio 594 c
Franconia, provincia Germaniæ 444 b c
Frauwenmunſter. *Vide* Dominarum monaſterium.
Freſonum gens, incolæ Friſiæ regionis 437 e f, 444 a
Friſia *aliàs* Freſio, regio 437 e f, 444 b c
Friſinga, civitas Bajoariæ *ſeu* Bavariæ. *S. Corbinianus ep.* 261 & ſeqq., 270 & ſeqq. *Corpus Sancti hujus eò ex Tyroli reductum* 277 b c. *Jubileum millenarium ab ejuſdem Sancti illuc adventu & fundato epiſcopatu feſtivè celebratum* 280 d e f
Frontale, caſtellum in Italia 909 f
Fuldenſe monaſterium in Germania. *Reliquiæ S. Corbiniani ep.* 280 c
Fulginium, civitas Italiæ in Umbria 638 e, 661 e, 698 f, 722 f
Furna, Flandriæ oppidum 242 e
Furnenſis ager in Flandria 411 b

G

GAbaſſium, opp. Italiæ 304 b
Gabreti caſtrum in Italia 302 d
Galatrum, vicus in Italia 847 c d
† Galgani monaſterium in Italia 304 f, 305 a
Gallæcia, Hiſpaniæ provincia 481 e
Gallovidia. *Vide* Gallwallia.
Gallwallia *aliàs* Gallovidia, provincia Scotiæ 120 e
Galwienſis comitatus in Hibernia 377 c
Galwenſes, incolæ Auſtralis Scotiæ 120 e, 123 e
Gandavum, civitas Belgii, caput Flandriæ 240 c, 241 d e, 242 f, 243 c, 255 a. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 698 b c. *Beneficia ejuſdem Sancti* 737 f, 738 c
Ganillon, caſtrum in Arvernia Galliæ provincia 466 e
Garumna, flumen Galliæ 261 e
Gaſtel, pagus in Brabantia 246 e
Gaufridi Caſtrum in Longobardia 737 c
Gaza, civitas in Palæſtina. *SS. Euſebius, Neſtabus &c.* 256 b c e f, 258 c d e
Gebenna. *Vide* Geneva.
Gebuvaldas-thorp, villa prope Rhenum flumen 405 e, 413 b
Geldria *ſeu* Gueldria, ducatus in Belgio 416 c
Gemellæ, civitas Africæ in Numidia 484 f
† Geminiani oppidum in Italia 304 a b
Gemmeticenſe monaſterium in Normannia 389 c
Genebra, mons Alpium Cottiarum 201 d
† Geneſii monaſterium Ordinis S. Auguſtini in Italia 642 b
† Geneſii oppidum in Italia 696 e, 718 e
Geneva, urbs Allobrogum 195 b
Genlade, fluvius Angliæ 434 c
† Genovevæ abbatia Pariſiis 561 d
Genua, *aliis* Janua, urbs Italiæ celebris 732 b c
Gerardi Mons, oppidum Belgii. *Reliquiæ S. Adriani M.* 236 e. *Celebris hujus Sancti cultus in abbatia ibidem ejus nomini dicata; peregrinationes frequentes; miracula &c.* 238 & ſeqq.
† Gerardi monaſterium, Bronii in Belgio. *Reliquiæ S. Audomari ep.* 395 f
Germersheimium, oppidum in Germania 587 d
Gheel, oppidum in Brabantia 248 f
Girwenſe monaſterium in Anglia 440 e
Glarona, Clarona *& quibuſdam* Darona, tractus in Helvetia 763 c, 764 a, 766 c d e, 772 d, 773 f
Glarona *&* Clarona, civitas Helvetiæ in tractu ſynonymo 766 e f, 773 f
Gorzia, rivus in Gallia 345 b
Gorzienſe monaſterium in Gallia 133 b. *Reliquiæ S. Gorgonii M.* 329 b f, 334 & ſeqq.
Grabedona, oppidulum Italiæ in ducatu Mediolanenſi. *SS. Matthæus & Guſmæus MM.* 774 e f, 775 a & ſeqq.
Graiſivodanus, *ſeu* Gratianopolitanus ager in Gallia 195 b, 197 a
Graſſa, oppidum in Gallia 199 b, 541 b
Gratianopolis (*Grenoble*) civitas Galliæ in Delphinatu 195 a b, 197 a, 695 e, 811 e
Greſſa, amnis in Gallia 199 a
Greſſus. *Vide* Grez.
Grez, vicus in provincia Cenomanenſi. *S. Almirus presb. & abb.* 801 a c, 805 c, 806 e
Grimbergenſe territorium in Brabantia 242 f
Guanucum, oppidum regni Peruani in America. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 742 e f, 743 a
Guiſia, opp. Picardiæ 81 e

H

HAbendenſe monaſterium in Lotharingia, *cui abbas præfuit S. Adelphius* 809 e, 810 a e, 817 b c, 818 b e, 921 & ſeqq.
Habendi *ſeu* Habundi caſtrum in Lotharingia 809 e, 818 e
Haguſtaldum, civitas Angliæ in Northumbria. *SS. Alchmundus & Tilberhtus epp.* 112 & ſeqq.
Haltert, pagus in Belgio 243 d
Hantonia, provincia Angliæ Occidentalis 454 f
Harlebeka, pagus Belgii in Flandria 394 b
Haſſeletum, oppidum Belgii in diœceſi Leodienſi 738 a
Helera. *Vide* Hilariacum.
Heliopolis, urbs in Ægypto 169 e
Helna. *Vide* Elna.
Henniacenſis abbatia (*Henin Lietard*) in Belgio. *Corpus S. Grimoniæ* 80 f, 81 e
Heſdinum, oppidum in Arteſia 244 c
Heuſdenum, oppidum Belgii in comitatu Hollandiæ 580 b
Hexa, locus in Northumbria, olim Haguſtaldum civitas 114 d
Hilaert, pagus in Campania 247 d
Hilariacum, *aliàs* Helera & Nova-cella, monaſterium in Lotharingia 345 c
Hingen, pagus in Belgio 253 a
Hiſpalis, Hiſpaniæ civitas 368 a, 710 b
† Honorati inſula. *Vide* Lerina, Lerinum.
† Honorati monaſterium. *Vide* Lerinenſe monaſterium
Hortonenſe cœnobium in Anglia 454 e, 459 c d
Hueïum (*Huy*) oppidum Belgii. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 691 a
Humberticurtis, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos. 134 a
Huntendunenſe cœnobium olim in Anglia 122 d
Huntingtonia, opp. in Anglia 124 e

I

† JAcobi de Miraflores oppidum, *aliàs* Zaña, in Peruvia regno Americæ. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 742 d

Ja-

Jamnia, urbs Palæſtinæ 258 d
Janua *Vide* Genua.
Illidula (*Peñaflor*) oppidum Hiſpaniæ 710 b
Inguvium, *ſeu* Ingenium vetus, civitas quondam Umbriæ 146 c
Inis-cathenſe monaſterium in Hibernia 376 e, 382 b
† Joannes de Royans, locus in Delphinatu 197 f, 199 b
† Joannis Reomenſis (*Moutier S. Jean*) abbatia in ducatu Burgundiæ 35 b
† Joannis vicus in Italia 724 d e
Jorniacus *aut* Jornacus (*Fourni*) vicus haud procul Rentica, Arteſiæ oppido 402 a b, 408 c
Jotrum, *ſeu* Jotrenſis abbatia Galliæ in Bria provincia, *ubi (ut fertur) inventum eſt corpus S. Oſmannæ V.* 420 a b d e f
Iſara, fluvius Galliæ in Delphinatu 195 b, 199 b c
Iſara, fluvius Germaniæ 270 c d e
Iſaurus, *aliis* Piſaurus (*Foglia*) fluvius Italiæ 648 a
Iſtria, provincia Italiæ 735 b
Juliacenſis ducatus 583 c
Juliomagus, nunc Andegavum (*Angers*) civitas Galliæ 369 e f
Jura, mons Galliæ 139 e

K

Kenxi, provincia in Sinarum imperio 663 c
Kercken, pagus in Belgio 615 c d
Kernas *vel* Kernæ, villa (*ut fertur*) dicta hodie Quiernes in Arteſia 409 e, 411 a
Kyle, *ſeu* Covalia, provincia Scotiæ 120 e

L

Lacedæmon, *aliàs* Sparta, urbs Peloponneſi 77 c, 78 a
Lætia. *Vide* Liſa.
Lagenia, pars Hiberniæ 374 a
Lambrus, fluvius Inſubriæ 149 e
Landavia, oppidum Germaniæ 587 d f
Langæi-villa (*Longeville*) in Gallia 349 b
Langiacum, opp. Galliæ in Arvernia. *Hîc vel certè in ejus territorio natus eſt S. Petrus de Chavanon* 460 a, 461 f, 464 a b c, 473 b, 474 c
Laodicea, urbs in Syria. *SS. Diodorus, Diomedes & Didymus MM.* 776 a & ſeqq.
Lavallium (*Laval*) oppidum in provincia Cenomanenſi 259 c f
Lauda, *ſeu* Laus Pompeia nova (*Lodi*) civitas in Inſubria 149 f, 156 e
Laudunum (*Laon*) civitas Picardiæ 81 e, 482 c. *Corpus S. Bodonis Tullenſis ep.* 838 b c
Laureshamenſe monaſterium in diœceſi Moguntina 345 e
Laus Pompeia, urbs quondam Inſubriæ, nunc pagus (*Lodi vecchio.*) *Patria S. Joannis Laudenſis* 149 e f, 150 c, 155 c, 156 e f
Legio, regni cognominis in Hiſpania urbs primaria 231 c e, 743 c
Leia. *Vide* Liſa.
Lemovicenſis provincia in Gallia 369 c, 579 b
Lentiacum, opp. Belgii in Arteſia 80 f, 81 e
Leodium *ſeu* Legia, urbs Belgii. *Quò translatum corpus S. Madelbertæ V. & abb.* 108 c d, 580 c e f. *Corpus S. Theodardi ep. M.* 588 a b c, 593 c d, 599 d
Leona, civitas minoris Britanniæ 421 e
Leopolis, *ſeu* Fanum S. Leonis, Italiæ civitas 321 b
Lerina, Lerinum, Lerinus, inſula Galliæ Narbonenſis, cui hodie S. Honorati nomen eſt 546 e
Lerinenſe monaſterium in Gallia Narbonenſi 542 a b, 543 e f, 546 a & ſeqq., 811 c
Leſquiria (*Leſquielles*) locus in Picardia 81 e
Lexovium (*Liſieux*) civitas Galliæ in Normannia 280 b c d
Liana. *Vide* Elna.
Libyum, oppidum Hiſpaniæ in Aragonia 797 f, 798 d
Liger & Ligeris (*la Loire*) fluvius Galliæ 417 b, 419 f, 423 e
Liguſticum mare 732 b
Lima, civitas Amerieæ Meridionalis. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 738 f, 739 a b c, 740 a & ſeqq.
Limagus, aliis Lindimacus *vel* Lindimaga, fluvius Helvetiæ 763 c, 764 e, 766 c d e, 767 b f, 772 d, 773 f
Limania, tractus Galliæ in Arvernia 466 f
Limburgenſis ducatus 583 c
Lincolnia, civitas in Anglia 188 a
Lincolnienſis comitatus 451 c
Lindimacus. *Vide* Limagus.
Lindisfarnia, inſula Angliæ 113 e
Lindum. *Vide* Lincolnia.
Lingones, civitas in Gallia. *S. Belina V. M.* 259 a, 349 e
Linthus, fluvius in Helvetia 766 e
Linzium ad Rhenum oppidum 254 e
Liſa, Lætia, Legia, & Leia, fluvius Belgii 393 c d, 398 c d, 414 a, 416 a
Lisbourg, *aliàs* Liegesborg, pagus Belgii in Arteſia. *Hinc corpus S. Audomari furto ablatum Audomaropolim relatum eſt* 393 a d e, 413 e
Lobienſe monaſterium in Hannonia 236 b, 254 f, 594 b
Londinum, urbs in Anglia 188 a, 245 a, 459 f
Longofordienſis comitatus in Hibernia 377 d
Lorſan. *Vide* Laureshamenſe monaſterium.
Lothen *ſeu* Lode, locus Mindenſis diœceſis 338 f
Luaban, locus Hiberniæ 377 c
Luberonium, *ſeu* Caſtrum Liberonis, in Delphinatu 201 c
† Luciæ parthenon Italiæ in Caſtro S. Geneſii 720 e f, 725 c
Lugdunum, urbs Galliæ 178 f, 188 b, 189 a, 435 e. *An hîc epiſcopus fuit S. Veranus?* 547 & ſeqq. *Epiſcopum habuit S. Patientem* 791 & ſeqq.
Lugdunum Batavorum 205 d
Lugdunum Clavatum. *Vide* Laudunum.
Lutetia Pariſiorum. *Vide* Pariſii.
Lutharus, fluvius in Germania 587 d
Luxemburgenſis ducatus in Belgio 62 e
Luxemburgum, civitas Belgii 244 e f, 245 a
Luxovienſe monaſterium in comitatu Burgundiæ 139 e, 142 a. *Hîc vitam monaſticam amplexus eſt S. Audomarus* 386 c d, 396 f, 398 b, 402 d, 404 c, 407 b. *Obiit hîc S. Adelphius abb. Romaric.* 809 b c, 813 & ſeqq.
Lycaonia, minoris Aſiæ provincia 14 e
Lyming, monaſterium in Cantio 206 a

Mace-

M

Macerata, civitas Italiæ in Marchia Anconitana 638 e, 656 d e, 662 f
Maceratenſe monaſterium Ord. S. Auguſtini 642 b
Maceriæ (*Mezieres*) oppidum in Campania 260 e
Maclovienſis diœceſis in Britannia Armorica. *S. Onnenus conf.* 453 c
Maclovium (*Saint Malo*) civitas Galliæ in Britannia Armorica 419 f
Mahadia. *Vide* Africa, *aliàs* Aphrodiſium.
Majæ *ſeu* Maja (*Mayſe*) pagus in Tyroli 263 & ſeqq. *quò primùm tranſlatum fuit corpus S. Corbiniani ep.* 277 a b
Majuma, urbes eo nomine variæ in Palæſtina 258 d e
Malacha, civitas Hiſpaniæ 486 f
Malbodium, opp. in Hannonia. *S. Madelberta V. & abb.* 103 & ſeqq.
Maletum, *aut* Malutum, locus in Italia 868 a, 869 c
Malmesburienſe cœnobium in Anglia 439 c
Malmundarienſe monaſterium in confiniis ducatuum Luxemburgenſis, Limburgenſis & Juliacenſis 583 b c d e f, 584 c d e f
Mamacona, fluvius regni Peruani in America 742 c
Mandela (*Poggio Mirteto*) in Sabina 721 a
Mannoniſcurtis, locus conceſſus olim cœnobio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
† Manſueti abbatia in diœceſi Tullenſi 141 a
Mantua, civitas Italiæ. *Reliquiæ ſervari dicuntur S. Hyacinthi M.* 755 c d
Mantuanus ducatus 687 c
Marathona, vicus Græciæ, olim civitas 883 d, 887 c
† Marci monaſterium, Cinguli in Italia 896 d e
† Marci monaſterium in Gallia 240 c
Marchia Anconitana, provincia Italiæ 171 e, 173 b, 607 a, 638 f, 641 b c d, 646 a
† Mariæ de Angelis monaſterium Florentiæ in Etruria. *Cultus inſignis SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 755 d e f, 756 a b c
† Mariæ de Caſtilione abbatia Italiæ in diœceſi Parmenſi. *Reliquiæ ſervari creduntur SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 755 a b
† Mariæ Farfenſe monaſterium. *Vide* Farfa.
† Mariæ Georgii, monaſterium, in Italia 648 f
† Mariæ Jacobi, *nunc* S. Mariæ Georgii monaſterium in Italia 648 f
† Mariæ Novellæ cœnobium Florentiæ in Etruria. *Reliquiæ B. Joannis Salernitani* 626 b c e f, 627 a b c, 632 f, 633 f, 634 a b
† Mariæ regalis Matricalenſis monaſterium in Hiſpania 734 d
Mariani Montes in Hiſpania 715 d
Marla, oppidum in Picardia 242 c
Marſi, populus Italiæ 608 a
† Martini Majoris, abbatia Coloniæ 254 d
† Martini monaſterium Tornaci in Belgio 241 c
Martiniacum, locus in Gallia 134 a
Martres, locus Rivenſis diœceſis in Occitania *S. Vidianus M.* 261 a b d
Maſſilia (*Marſeille*) urbs Galliæ in Provincia 39 a f
Matilica, oppidum in Italia 664 b, 696 f, 718 c, 721 f, 909 d
Matiſco, *aliis* Matiſcona, civitas Galliæ in ducatu Burgundiæ 482 a b c
Matrona, flumen Galliæ 90 d
Maura, *vel* Mora, abbatia in Gallia. *Caput S. Belinæ V. M.* 259 b c
Mauriana, oppidum Sabaudiæ 195 b. *Patria S. Thomæ abb.* 602 c
Mauritania Cæſarienſis, provincia in Africa 484 f
† Mauritii Agaunenſe monaſterium 278 a, 336 a b c
Mechlinia, civitas Belgii 253 b
Media *vel* Midia (*Anglis* Meth *aut* Meath) pars Hiberniæ 373 d
Mediolanum, civitas ducatûs cognominis caput. *Sacellum erectum S. Nicolao Tolent.* 697 a b c d
Mediomatricum. *Vide* Metæ.
Medium Monaſterium, *ſeu* Medianum monaſterium in Voſago 144 a, 145 c
Medraighe, regiuncula Connactiæ in Hibernia 377 c
Meduana (*la Mayenne*) fluvius Galliæ in provincia Cenomanenſi 260 a
Melantias, oppidum olim Thraciæ 524 e
Meldæ (*Meaux*) civitas Galliæ 813 d e f
Melicucca, locus in Italia 846 f, 847 a f
Melodunum, & ager Melodunenſis in Bria Franciæ provincia 263 e
Menatenſe monaſterium in Arvernia 369 b c, 802 c
Mentium, locus Galliæ in Delphinatu 196 b, 197 a b
Merania, urbs Tyrolis in provincia Atheſina 263 a, 292 a
Mercii, Angliæ populus 434 f
Meſſana, urbs Siciliæ 851 e
Metæ (*Mets*) urbs Belgicæ primæ 345 b. *Reliquiæ SS. Prothi & Hyacinthi* 752, 753, 754, 759 a f
† Mevenni (*Saint Main, aut Saint Méen de Gael*) abbatia in Britannia Armorica 453 c f, 454 a d
Meyrotia, fluvius Galliæ 197 a
† Michaëlis abbatia Antverpiæ in Belgio. *Reliquiæ S. Corbiniani ep.* 280 c
† Michaëlis (*Saint Mihiel*) abbatia in diœceſi Verdunenſi 821 e
† Michaëlis monaſterium, Cinguli in Italia. *Corpus S. Sperandeæ loci patronæ* 894 b c d, 898, 899
Miciacum, *ſeu* Miciacenſe monaſterium in Gallia 802 c d e f, 805 a b
Midarzeorum vicus in Lycaonia 16 c, 17 c
Midila, locus Africæ in Numidia 485 a
Milevum, urbs Africæ in Numidia 485 a
Miliciaca, villa in diœceſi Cabilonenſi 837 e
Minda, civitas in Weſtphalia. *Reliquiæ S. Gorgonii M.* 329 b, 337 & ſeqq.
Mœnus, fluvius Germaniæ. 752 b c
Moglianum, vicus in Italia 729 d
Moirencum, vicus in Delphinatu 199 c
Molins, locus in Gallia 347 d, 349 a
Momodiolo, villa prope Cingulum Italiæ civitatem 911 b
Monachium, urbs Bavariæ, *ubi Sodalitium inſtitutum ſub clientela Virginis Deiparæ & S. Corbiniani ep.* 279 f. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 689 a, 690 b
Monchy la Gache, pagus in Picardia 246 c
Monobrica, vicus in Andaluſia 771 b c
Mons-clarus, caſtrum in Delphinatu 196 f
Mons Falconis (*Mont-Fancon*) oppidulum Galliæ in Campania 352 a
Mons Falconis, oppidulum Italiæ in Umbria

721 a
Mons-Feretranus (*il Monte Feltre*) regiuncula Italiæ 321 b
Mons Luponis, vicus in Italia 725 b
Mons-Major, abbatia in Gallia 201 d
Mons-Major, caſtrum in Delphinatu 201 d
Mons-Melone, oppidum in Italia 661 f
Mons-mirabilis (*Monmirail*) opp. Galliæ 368 c, 801 d, 805 a
Mons Sanctus (*Heiligenberg*) in Suevia, *Cultus S. Felicis M.* 770 c
Mons Sanctus in Voſago. *Vide* Habendenſe monaſterium.
Mons S. Petri (*Bergh*) prope Ruræmundam in Belgio 612 b, 613 c, 614 e f, 615 b c e, 616 a
Mons S. Odardi. *An locus eo nomine invenitur in Italia?* 234 e f
Mons S. Romarici. *Vide* Romarici-Mons.
Mons Rotundus, oppidum Italiæ in Sabina provincia 694 e f
Mons S. Stephani in Bavaria prope Friſingam 272 e
Mons-Veneris, caſtrum in Delphinatu 197 f, 199 b
Mons-Vironus, locus in Gallia 346 b
Mons Ulmi, locus in Italia 659 c, 661 f
Monſtrolium, oppidum in Gallia 248 b
Montecchio. *Vide* Trajana.
Monterienſes argenti fodinæ in Italia 302 b
Monterium, caſtrum in Italia 302 a
Montes Hannoniæ, civitas in Belgio 110 b, 238 d e, 241 f, 250 f, 251 a, 594 c
Montilium-Audomari (*Montelimart*) oppidum Galliæ 198 f, 201 d
Mont'Ortona, locus Italiæ 694 f
Monubles, fluvius in Hiſpania 771 c
Morinenſis civitas, Teruanna 415 b. *Vide* Teruanna.
Morini, populi in Belgio, *quorum primus epiſcopus fuiſſe videtur S. Audomarus* 387 b & ſeqq.
Mortum, *ſeu* Mortus. *Vide* Murta.
Moſa (*Meuſe en Baſſigni*) vicus in Gallia. *Patria, ut putant aliqui, S. Bodonis ep. Tullenſis* 839 f, 840 a b c
Moſacus, fluvius in Germania 270 d, 273 a
Moſenburga, locus in Germania 270 d
Moſomum (*Mouzon*) urbs Campaniæ. *An corpus poſſidet S. Vincentii ep.?* 62 e
Mulinheim. *Vide* Seligenſtadium.
Murenſe monaſterium in Argovia 766 f
Murta, fluvius in Lotharingia 137 d, 143 d, 144 d, 146 a, 828 b
Muſſipontum, opp. Galliæ 346 b
† Maximini monaſterium Treviris 348 e
Mylæ, oppidum in Sicilia 872 a b

N

NAmurcum, civitas Belgii 205 b
Nanceium, Lotharingiæ caput 144 d, 346 a
Nangazachum, urbs Japoniæ 483 a
Naſitus, *ſeu* Narſytus, villa in pago Odernenſi 839 b
Naſium, locus in Gallia 134 a
Naſius, villa in pago Odernenſi 839 b
Naulum *ſeu* Naulium (*Noli*) civitas Liguriæ. *SS. Paragorius, Parthaus, Parthenopæus & Severinus MM.* 44 a
Neapolis, civitas regni cognominis caput. *Dicitur hîc ſervari pars ſanguinis prodigioſi S. Nicolai Tolent.* 688 a b
Nec, locus in Germania 588 a, 592 c, 598 b
Nemetes, populus Germaniæ, *apud quem occiſus S. Theodardus ep. M.* 580 a
Nemetum, *ſeu* Noviomagus Nemetum, *nunc* Spira, urbs Germaniæ 586 c, 587 c, 592 d f, 593 c, 598 d
Neomagus. *Vide* Noviomagus.
Neuſtria, pars olim regni Francorum 582 c
Nicæa (*Nice*) civitas Galliæ in Provincia 566 f
Nicomedia, urbs Bithyniæ. *S. Joannes M.* 122 & ſeqq. *S. Adrianus cum Sociis MM.* 209 a, 215 & ſeqq. *SS. Dorotheus & Gorgonius MM.* 328 & ſeqq.
Nicoſia, civitas in Cypro inſula 677 b, 687 f
Ninovia, oppidulum Flandriæ 254 f
Nivernenſis provincia in Gallia 575 d e
Niumacum. *Vide* Noviomagus.
Northumbria, Angliæ provincia 112 & ſeqq.
Norvegia, regio Septemtrionalis 2 c d
Nottingamia, civitas in Anglia 188 a
Nova-Cella, cœnobium in Sileſia 482 e
Nova-Petra, locus Africæ in Numidia 484 f
Novaria, civitas Italiæ. *S. Agabius ep.* 591 a & ſeqq.
Noviantum, locus in Gallia 346 b
Novigentum *ſeu* Novientum. *Vide* † Clodoaldi oppidum.
Noviodunum, civitas in Belgica ſecunda. *S. Eunucius ep.* 616 c f, 617 a & ſeqq.
Noviomagus, civitas Belgii in Gueldria 416 e
Noviomum. *Vide* Noviodunum.
Novocomum, *aliàs* Comum, civitas Italiæ. *Cultus SS. Prothi & Hyacinthi* 757 c d e f, 758 a & ſeqq. *An corpora hîc ſervantur pro majore parte integra?* 759 a b c, 760 a & ſeqq., 761 a b
Novum-Villarienſe monaſterium quondam in Alſatia 821 f, 830 f
Nuceria, civitas in Umbria 171 e, 173 a, 659 b
Numidia, Africæ provincia 484 f, 485 a
Nurſia, urbs parva in Umbria 724 f

O

OCcitania, Galliæ provincia. *S. Vidianus M.* 261 a d
Oderna *vel* Orna, fluvius & vicus non longè à Moſa flumine 839 e
Odernenſis, *ſeu* Odornenſis pagus. *Patria, ut quidam volunt, S. Bodonis Tullenſis ep.* 839 a e f
Oenus (*Inn*) fluvius Germaniæ 287 c, 295 f
Offida, caſtrum in Italia 662 d
Offonis-Villa, abbatia olim ſita in diœceſi Veſontionenſi juxta aliquos, juxta alios in Tullenſi 144 b, 145 f, 146 a, 839 b. *Fundata, ut creditur, à S. Bodone ep. Tullenſi* 841 d f
Ogniacenſe monaſterium Canonicorum in Belgio 855 a
† Onneni vicus Galliæ in Britannia Armorica. *Cultus Sancti cognominis* 453 c f, 454 a
Ooſtcamp, pagus Flandriæ 243 f
Orcia, amnis Italiæ 304 b
Orgia, fluviolus Galliæ 263 e
Ortezzana, locus in Italia 659 f, 661 e
† Oſmannæ pagus in Cenomanenſi provincia. *Cultus S. Oſmannæ V.* 417 e, 422 e
Oſnabrugum, Weſtphaliæ civitas 30 c, 37 f, 38 a

38 a & ſeqq.
Otteghem, pagus Belgii 245 c

P

PAdus, Italiæ fluvius 9 b e, 287 d, 737 c
Palma, civitas in Sicilia. *Corpus S. Transpadani M.* 326 d
Palma, *aliis* Parma, vicus in Italia 847 a b e f
Panormus, urbs Siciliæ. *Patria S. Sergii I PP.* 426 b c, 427 b. *S. Coſmas archiep. Afric.* 618 a, 619, 620. *Corpus ejuſdem Sancti* 621, 622, 623, 624, *beneficiis illuſtre* 625 c d e f, 626 a d
Papia, urbs Italiæ in Inſubria 278 a. *Reliquiæ ſervari creduntur SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 754 f, 755 a
Pariſienſis ager in Gallia. *S. Clodoaldus* 91 & ſeqq.
Pariſii. *Reliquiæ S. Reginæ V. M.* 30 a
Parma, civitas Italiæ 663 a
Parmenſis diœceſis in Italia 755 a b
Patavia (*Paſſauw*) civitas Germaniæ 177 c, 295 e
Patavium, civitas in ditione Veneta 244 a, 670 b, 730 f
Patræ, *nunc* Patræ veteres, civitas in Peloponeſo 858 b
Pauliniacenſis abbatia in diœceſi Lingonenſi 144 b, 145 e
Pentapolitanus ducatus in Italia 437 b
Perona, oppidum Picardiæ 246 c
Perta, vicus Galliæ 90 d e
Pertenſis ager, in Gallia 90 d e
Perticenſis provincia in Gallia 368 c, 803 d, 804 e
Peruanum regnum in America. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 738 e f, 740 & ſeqq.
Perúſia, civitas Italiæ in Umbria 724 c, 730 a. *Beneficia S. Nicolai Tolent.* 733 b
Petra Caucas, caſtellum in Italia 861 f
† Petri abbatia Gandavi in Belgio 241 d e, 394 b
† Petri de Caſis, abbatia Galliæ in Arvernia 464 c
† Petri de Eſlonça, abbatia Hiſpaniæ in diœceſi Legionenſi 231 c, 233 a b
Petruſianum monaſterium in Germania 889 b
Phalarium (*Poggio longo*) in Sicilia 720 f, 721 a
Piciacenſe monaſterium, *aliàs* Cella S. Aviti in Gallia 802 d e f. *Nunc abbatia feminarum, dicta* S. Avitus Caſtrodunenſis 805 b
Pictavienſis provincia. *S. Faciolus* 78 c f
Picti, populus Britanniæ 612 e
Pientia, civitas Etruriæ 304 b
Pinna (*Civita di Penna*) urbs regni Neapolitani 663 a
Piperacenſe cœnobium (*Pebrac*) in Arvernia Galliæ provincia. *S. Petrus de Chavanon* 460 b c f, 461, 462, 463. *Eumdem Sanctum fundatorem habuit* 464 *uſque* 472, 476 a b
Piperacum *Vide* Piperacenſe cœnobium.
Piſæ, civitas Italiæ 302 e f, 671 b. *Peſtis hic exſtincta ope S. Nicolai Tolent.* 699 f, 700 a b
Piſaurum (*Peſaro*) civitas Italiæ in ducatu Urbinate. *B. Seraphina Columna ſeu Feltria* 312 & ſeqq. *Corpus ejus ibidem incorruptum* 316 & ſeqq. *Situs civitatis* 648 a. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 688 b
Piſaurus (*Foglia*) fluvius Italiæ 648 a
Piſcum, oppidum regni Peruani in America 742 d
Piſidia, provincia minoris Aſiæ 25 a
Piſtorium, Italiæ oppidum 302 e f, 635 f
Plombieres, pagus in ducatu Burgundiæ 35 d
Podoniacum (*Poliguac*) caſtrum Galliæ in Velaunis 467 c
Polentia, oppidum in Italia 729 b e
Pompeiopolis in Cilicia, olim Soli & Solæ. *S. Sozon M.* 14 a & ſeqq.
Porchereia, villa in Lotharingia 137 d
Porphyrites, locus in Thebaïde 779 a
Portarum Eremus in Bugeia 177 a, 179 f, 187 c f
Portenſe monaſterium ad Suminam Galliæ Belgicæ fluvium 389 a e
Portus-Regii Campenſis abbatiæ deſtructio 556 c
Portus Romanus (*Porto*) in Italia. *SS. Ingenuus & Hippolytus MM.* 777 b e
Potoſium, civitas Peruviæ in America 741 c e
Potoſius, mons Peruviæ in America 741 b
Prænesſe, urbs Italiæ 20 d e
Praga, Bohemiæ metropolis. *Reliquiæ S. Corbiniani ep.* 280 a
Pratum (*Prato*) civitas Italiæ in Etruria 635 f
Prumienſe monaſterium in ſaltu Arduennæ 41 a f

Q

QUeicheus, fluvius in Germania 587 d
† Quintini abbatia Bellovaci in Gallia 462 c
† Quintini monaſterium in Veromanduenſi tractu Picardiæ 392 f, 413 d, 415 e
† Quirici oppidulum Italiæ in Etruria 304 b

R

Racwlf, monaſterium in Anglia 434 c
Radicofanum, opp. Etruriæ 304 b
Raon L'Eſtape, oppidum ad Murtam fluvium 835 c
Raon ſur plaine, vicus haud procul à Raon L'Eſtape 835 c
Raphyra, Raphoa & Rathbotha, civitas Hiberniæ in Ultonia provincia. *S. Eunanus ep.* 128 b d e
Ravenna, urbs Italiæ in ditione Eccleſiaſtica, *cui S. Sergius I PP. archiepiſcopum ordinavit Damianum* 434 a b. *Ejus militia liberat S. Sergium I PP. ab injuſta oppreſſione imperatoris* 436 c, 437 b
Raulicuria, locus Hannoniæ, *ubi primùm depoſita fuêre reliquiæ S. Adriani M.* 234 c f, 235 a b c d, 254 f
Reate (*Rieti*) civitas Italiæ in Sabinis 607 d e
Recinetenſe monaſterium Ord. S. Auguſtini. *Incoluit S. Nicolaus Tolent.* 642 b
Recinetum (*Recanati*) oppidum Italiæ in Marchia Anconitana 642 b, 648 c, 736 c d, 895 d, 902 d, 903 e
Remi, civitas Galliæ. *S. Viventius ep.* 62 a & ſeqq. *Occupatur à Wandalis* 64 d e f
Remoigne, pagus in Campania 250 e
Rentica, opp. in Arteſia 402 b
Rependonia, Rependona, Ripadum, olim monaſterium in Anglia 450 b, 451 b
Resbacenſe cœnobium in Bria Galliæ provincia 389 c
Retelenſe territorium in Campania 62 e

Rethe, pagus Brabantiæ 248 f
Revellum (*Revello*) caſtrum prope Salutias 9 f, 10 a
Reume, pagus in Belgio 245 e
Rhætia, regio 287 c
Rhegium, civitas in Calabria. *Patria S. Eliæ abb.* 845 e, 849 e, 851 a, 852 b, 853 f
Rhenus (*il Rheno*) amnis in Romandiola 905 d
Rhodanus, fluvius Galliæ 74 f, 77 e, 196 f, 201 b, 345 e, 796 a
Ricomagenſe cœnobium in Arvernia 466 f, 467 a
Ricomagus, nunc Riomum, oppidum Galliæ in Arvernia 466 f
Rieni, lacus in Hibernia 379 b
Rioia, locus in Hiſpania 798 d
Riparum gens, *aliàs* Riparii, Ripuarii, Ripatorii, & Ribuarii; Franci, quorum ſedes olim erat Colonia Agrippina 412 b, 413 a b
Rivarius lacus in Helvetia 766 e
Rivi (*Rieux*) opp. in Occitania 161 a b d
Roma. *Reliquiæ S. Adriani M.* 216 & ſeqq., 254 c. *S. Sergius I PP.* 425 & ſeqq. *S. Hilarus PP.* 553 & ſeqq. *Concilium* Romæ *celebratum contra Monothelitas* 583 f, 584 a. *SS. Prothus & Hyacinthus MM.* 746 & ſeqq. *Horum Sanctorum reliquiæ & cultus inſignis* 756 c d e f, 757 a b c, 759 e, 760 e f
Romanchia, fluvius Galliæ 201 c e
Romandiola (*la Romagna*) provincia Italiæ 171 e, 173 a
Romans, *ſeu* Villa de Romanis in Delphinatu 198 e, 199 c
Romarici-Mons (*Remiremont*) civitas cùm nobiliſſimo Canonicarum collegio in Lotharingia. *Corpus & cultus inſignis S. Adelphii abbatis* 809 b c e f, 810 c, 812 a, 815 c, 820 & ſeqq.
Romearium, vallis in Delphinatu 196 d, 197 a
Roſaria (*Roſieres*) locus in Gallia 346 a
Ruilliacum, pagus in Gallia 95 a
Rumannia prata, planities non procul Tridento 289 b
Rupella, fluvius Belgii 253 a
Rura, fluvius Germaniæ 413 b, 616 a
Ruræmundæ, oppidum Gueldriæ 254 a. *S. Odgerus diac.* 612 a b c, 613 c d
Ruthenenſis diœceſis in Gallia 467 c f
Rutila (*Rettel*) locus cum cœnobio Carthuſianorum in finibus Lotharingiæ 770 c d f, 771 a

S

SAbinenſis provincia ac diœceſis in Italia 599 c, 600 e, 605 e, 606 a, 753 c e f, 754 b
Sabini, populus Italiæ 599 b, 600 & ſeqq.
Sabis. *Vide* Sambra.
Sala (*la Seille*) fluvius Galliæ 346 b
Sale, vicus in Picardia 81 e
Salemitanum monaſterium in Suevia 770 b c
Salernum, civitas Italiæ in regno Neapolitano 629 e, 630 a
Salodorum, civitas in Helvetia 766 c
Salomonis Villa. *Vide* Salemitanum monaſterium.
Salona, civitas Dalmatiæ. *S. Anaſtaſius M.* 19 c, 20 a & ſeqq.
Saltanawa, fluvius fortè idem, qui nunc Iſera in agro Furnenſi 409 f, 411 b
† Salvatoris monaſterium in Voſago 841 b c
Salvia, caſtrum ſeu vicus in Italia 719 a, 724 f
† Salvii oppidum (*Saint Sauge*) in Nivernenſi Galliæ provincia 575 d e
Salutiæ (*Saluzzo*) urbs & marchionatus Pedemontii. *S. Jafredus aut Theofredus* M. 9 a
Sambra, fluvius in Belgio 110 c, 111 e
Samnium, regio Italiæ 609 a d, 611 b
San-Dionyſianum cœnobium. *Vide* † Dionyſii abbatia.
Saponariæ (*Savonieres*) villa in ſuburbio Tullenſi 134 a
Saravus, fluvius Galliæ Belgicæ 413 b
Sarchinium, *nunc* Trudonopolis. *Vide* Trudonopolis.
Sarnanum, vicus in Italia 729 a
Satanacum (*Stenay*) civitas Galliæ 483 e
† Saturnini monaſterium, Tolofæ in Gallia Narbonenſi 667 f
Sauſet, vicus in Delphinatu 200 b, 201 d
Sautain, pagus in Belgio 245 b
Saxonicum littus in Belgica ſecunda 398 f
Scaldis, flumen Belgii 242 f, 253 a
Scarpa, fluvius Belgii in Arteſia 411 b
Schwarzenberg, locus Germaniæ in nemore Brigantino 889 c, 890 d
Senus. *Vide* Sineus.
Sebaſtia, civitas minoris Armeniæ. *S. Severianus M.* 355 b, 363 a
Seguſtrio, *vel* Siſtarica (*Ciſteron*) Galliæ oppidum 199 f, 201 c
Selia, inſula Norvegiæ 2 c d
Seligenſtadium, olim Mulinheim, civitas Germaniæ in ditione Moguntina. *Reliquiæ SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 751 a & ſeqq., 759 a d f, 761 a
Selemniacum, *aliàs* Seneliacum, villa in diœceſi Aurelianenſi 60 b
Seminaria, oppidum in Calabria 847 a e, 866 b
Senæ, civitas Italiæ 304 b, 686 e. *Beneficia S. Nicolai Tolent.* 733 b
Senonienſis abbatia in Tullenſi diœceſi 841 e
Sepius, mons in Italia 304 e
Septempeda, *aliàs* Fanum S. Severini, oppidum Italiæ 659 a, 696 e, 718 e, 890 c
† Sepulcri oppidum Italiæ in Umbria 633 b
Sequana, flumen Galliæ 68 c e, 70 f, 263 e
Seſmarus, fluvius Belgii in Ducatu Luxemburgenſi 583 b
Siga, civitas Mauritaniæ Tingitanæ 486 f
Siguita, civitas Africæ in Numidia 486 f
Silini-curtis, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſis 134 a
Silva-ducis, civitas Brabantiæ 247 a, 580 b
Silvanectenſis S. Vincentii abbatia in Gallia 471 e
Sinaï, mons in Arabia Petræa 151 a
Sineus, fluvius Hiberniæ 373 d
Sirca, oppidum in Lotharingia 770 d
Siſtarica. *Vide* Seguſtrio.
Sithienſis abbatia, nunc S. Bertini, Audomaropoli in Belgio 388 f, 389 a e f, 392 b c d, 401 d e f
Sithiu, locus in Belgio, ubi S. Audomarus eccleſiam & monaſterium erexit 388 d e f, 391 c d, 399 c e, 400 a, 401 a b d e f, 408 e, 409 c
Sitifi, locus in Numidia 484 f
† Sixti cœnobium Carthuſianorum in finibus Lotharingiæ 770 c d
Solemniacenſe monaſterium (*Solignac*) in diœceſi Lemovicenſi 583 b
Soli *vel* Solæ, urbs Ciliciæ. *Vide* Pompeiopolis.
Sonegiæ (*Soignies*) opp. in Belgio 110 a, 111 e

Spa-

Spalatum, civitas Dalmatiæ. *Quò tranſlatum corpus S. Anaſtaſii M.* 21 a b c
Spalenſe monaſterium (*Leſpau*) in Gallia prope Cenomanum 801 c d
Sparta. *Vide* Lacedæmon.
Spedaletto, locus Italiæ 301 e
† Sperandeæ monaſterium, Cinguli in Italia. *Corpus Sanctæ cognominis* 894 b, 898, 899, 900, 906, 907, 908 & ſeqq.
Spira, civitas Germaniæ 587 c f, 592 d f, 593 c, 598 d
Spoletanus ducatus in Italia 603 a & ſeqq., 604 b c
Spoletum, urbs in Italia 661 e
Stabulaus, *ſeu* Stabuletum (*Stavelo*) abbatia in diœceſi Leodienſi 583 b c d e f, 584 b c d e f
Stadonis-curtis, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
Staffolo, *vel* Staffolum, locus in Marchia Anconitana 908 b
Staffordia, Angliæ comitatus 446 c, 447 c f, 451 e, 452 e
Staffordia, urbs Angliæ, comitatûs cognominis caput. *S. Bertellinus vel Beccelinus eremita* 446 b c e, 447 b, 448 a b c d
State, locus Italiæ in territorio Firmano 722 e
Stella, fluvius in Italia 635 f
Stephani-Villa, locus conceſſus olim monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
Stivagium, monaſterium ad Murtam flumen 839 b, 841 d e f
Sueſſionenſe monaſterium puellarum in Gallia 391 a
Sueſſiones (*Soiſſons*) civitas in Gallia 246 b f
Sulmo, civitas in Aprutio. *Reliquiæ S. Nicolai Tolent.* 688 c d e
Sumina, fluvius Galliæ Belgicæ 389 a
† Symphoriani cœnobium in Gallia prope Auguſtodunum 34 f

T

TAlhacum, *aliis* Tauliacum, locus Galliæ in Arvernia 465 c, 466 c
Tarantaſia, provincia in ducatu Sabaudiæ 73 b, 481 a
Tarnis *ſeu* Tarne, fluvius in Occitania 79 e, 574 c
Tarraco (*Tarragona*) urbs in Hiſpania 568 d e
Tauromenium, urbs Siciliæ 851 b e
Teatea *ſeu* Teate (*Chieti*) civitas in Aprutio 67 e f
Tegna (*Tein*) locus in Gallia 201 d
Teneramunda, oppidum in Belgio 5 a, 241 e, 253 e
Teoracia (*Tierache*) pars Picardiæ 80 a, 81 b, 242 c
Teruanna, urbs quondam Morinorum in Belgio primaria, *cujus eccleſiam erexiſſe ac primus epiſcopus fuiſſe videtur S. Audomarus* 388 e, 389 d, 391 f, 392 a b f, 393 a b c e, 397 b c, 398 c d e, 402 & ſeqq.
Thenæ, opp. Brabantiæ. *Corpora SS. Alexandri & Fauſtinæ MM.* 326 e
Theodonis-villa, opp. Belgii 336 f, 839 e
Thubuna, *vel* Tubuna, civitas Africæ 484 f
Tiberis, fluvius Italiæ 202 a
Ticinum *aliàs* Papia, urbs Italiæ 287 d
Thiala. *Vide* Tiela.
Thiela. *Vide* Tiela.
Tiela, opp. Belgii in Geldria. 416 d
Tifernum Metaurenſe, civitas Umbriæ 202 a
Tifernum Tiberinum, (*Citta di Caſtello*) civitas Umbriæ. *S. Ventura presb.* 202 a
Tignia, fluvius in Italia 648 f
Tignium, caſtrum in Italia 648 f
Tigurum, *aliis* Turegum *vel* Thuregum (*Zurich*) civitas in Helvetia. *SS. Felix & Regula V., ac fortè Exuperantius MM.* 763 & ſeqq. *Corpora hîc quondam, & templa ipſis exſtructa* 767 & ſeqq.
Tila. *Vide* Tiela.
Tina, fluvius in Anglia 114 b c, 118 f, 119 c, 120 f
Tipraic, locus in Hibernia, dein Cluain-micnoiſia dictus 378 f
Tolentinum, civitas Italiæ in Marchia Anconitana. *S. Nicolaus Tolentinas* 636, 638 & ſeqq. *Inſignis ibidem hujus cultus* 666 & ſeqq., *reliquiæ & miracula* 676 & ſeqq.
Toloſa, civitas Galliæ in Occitania. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 700 c d e
Tornacum, civitas Belgii 234 f, 240 c, 241 c, 245 e, 253 e
Torriſos, *ſeu* Torryo, oppidum in Aragonia 771 b c d e
Trajana (*Montecchio*) oppidum Italiæ 651 b, 696 f, 908 e
Trajectum ad Moſam, civitas Belgii in Brabantia 260 f. *Epiſcopum habuit S. Theodardum M.* 589 d, 593 b c
Trecæ (*Troyes*) urbs Campaniæ 68 & ſeqq.
Trecorium, civitas Galliæ in Britannia minori 419 f
Treſcleux, *ſeu* caſtrum de Triſcliviis in Delphinatu 198 b, 199 b
Treviri, urbs Germaniæ 764 f. *Reliquiæ SS. Felicis & Regulæ MM.* 769 e f, 770 a
Tricaſſinus ager in Campania Gallica. *Paleſtra S. Memorii & Sociorum MM.* 68 a c d, 70 b, 71 f, 326 c
Tridentum, civitas in comitatu Tyrolis 277 b c, 287 c
Tripolis, civitas in Africa 618 f
Triviæ, tractus in Delphinatu 198 a, 199 b
Trudonopolis, *olim* Sarchinium, oppidum in diœceſi Leodienſi 585 d, 587 f
Tueda, fluvius in Anglia 113 f
Tunocellum (*Tinmouth*) locus Angliæ in Northumbria 114 c
Tullum Leucorum (*Toul*) urbs Lotharingiæ. *S. Gauzlinus ep.* 129 & ſeqq. *Urbis ſitus* 355 a. *S. Bodo, aut Leudinus Bodo ep.* 838 & ſeqq.
Tunetum, civitas in Africa 619 a
Tungri, civitas in diœceſi Leodienſi 594 b
Turegum. *Vide* Tigurum.
Turiaſo (*Tarazona*) civitas in Hiſpania 568 d e, 798 e
Turnhout, oppidum in Brabantia 743 f
Turnonium, civitas Galliæ 201 d
Tuſcia, Italiæ regio 302 e f
Tuſiacum, villa in diœceſi Tullenſi 43 d
Tutela, civitas Galliæ in Lemovicenſi provincia. *Reliquiæ S. Ulfacii, qui idem videtur cum S. Ulfardo* 369 c d e f, 370 a d, 804 f
Tyrolis, comitatus in Germania 263 a & ſeqq.
Tyrus, urbs in Syria 781 d e f

V

VAdenſis epiſcopatus, in Numidia Africæ provincia 485 a
Vahalis (*Waal*) fluvius Belgii 416 c d

Valencenæ, oppidum Belgii in Hannonia 234 f, 245 b
Valentia, civitas Galliæ 175 c f, 194 f, 198 f, 201 d
Vallis-Boneſium, locus in Delphinatu 201 c
Vallis-Galilææ, monaſterium in Voſago 841 a
Vallis-Guidonis, *aliis* Lavallium, oppidum Galliæ in provincia Cenomanenſi 260 a e
Valliſmanenſis conventus (*Valmanente*) in Italia. *Incoluit S. Nicolaus Tolent.* 642 b, 643 d, 648 a
Vallis Venuſta & Venuſtica (*Vintſchgau*) tractus in comitatu Tyrolis 287 b
Vallis Urſeria, *aliis* Valorſeira, locus Galliæ 465 c, 466 b d
Vally, pagus in Gallia 248 b
Valverda, civitas regni Peruani in America. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 741 e f, 742 c d
Vangionum urbs. *Vide* Wormatia.
Vapincum (*Gap*) oppidum Galliæ in Delphinatu 196 f, 201 c
Varennis, *ſeu* abbatia de Varennis in agro Lingonenſi 144 b, 146 a
Varus, flumen Galliæ 541 b
Vaſio (*Vaiſon*) oppidum Galliæ 201 c
Vaſtinium (*le Gaſtinois*) tractus Galliæ 422 c
Uberlinga, civitas in Suevia 770 b
Ucetia, oppidum in Gallia 201 b
† Vedaſti monaſterium in Arteſia 240 f
Vencia, Vincium *ſeu* Vintium, civitas Galliæ in Provincia. *S. Veranus ep.* 540 a b c c f, 541 a b, *cujus corpus ibidem ſervatur* 542 & ſeqq.
Venderæ & Vinderia (*Vindieres*) locus in Gallia 354 f
Venetia (*Vannes*) civitas Britanniæ Armoricæ 85 d
Venetiæ, urbs celeberrima. *B. Comitiſſa V.* 309 c. *Corpus ejuſdem Beatæ ibidem integrum, incorruptum & prodigiis illuſtratum* 310 c d e. *Sanguis prodigioſus S. Nicolai Tolent.* 677 b, 687 f. *Statuæ ejuſdem Sancti miraculis clara* 693 a & ſeqq. 695 c, 724 b, 728 f, 731 d e f, 732 a & ſeqq.
Vera, amnis in Occitania 79 e f
† Verani monaſterium Galliæ in Provincia 542 a b c d
Vercellæ, civitas in Pedemontio. *S. Æmilianus ep.* 797 & ſeqq.
Vercorſium, *ſeu* Vercorium, tractus montium in Delphinatu 199 a
Vergegium, villa in Hiſpania 798 f
Verona, civitas Italiæ in ditione Veneta. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 717 c d e f, 718 a b c, 733 b
Veroncheau, pagus in Arteſia 244 c
Veſulium (*Veſoul*) oppidum in comitatu Burgundiæ 833 d, 835 b
Veſulus, mons Italiæ 9 a b
Vetus monaſterium prope Audomaropolim, *auctore S. Audomaro conſtructum* 388 d e
Vetus-Silva (*Ouden Boſch*) oppidum Brabantiæ 246 e
Viancienſe monaſterium 79 c f, 80 a d
Viancium, vicus in Occitania 79 f, 80 a d
† Viccini mons in Italia 909 d
Vicentia, civitas Italiæ 687 b c d e f
Victoriacum, Victuriacum & Vitriacum (*Vitry le Brulé*) oppidum quondam, nunc vicus Galliæ in Campania 349 b
Victoriacum Franciſci regis (*Vitry le François*) opp. Galliæ in Campania 349 b
Vienna, urbs Galliæ in Delphinatu 193 a
Villa, *ſeu* Villa ſupra Motam, locus Galliæ in Arvernia 467 b, 477 c
Villenæ, locus olim conceſſus monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
Vilna, Lithuaniæ civitas primaria 482 f
† Vincentii cœnobium ad Vulturnum Italiæ fluvium 601 d f, 602 a. *Hujus primordia* 609 d e, 611 b c d
† Vincentii monaſterium Metis in Belgica prima. *Reliquiæ SS. Prothi & Hyacinthi MM.* 754 c d
Vindocinenſis ager (*le Vendoſmois*) in Gallia 423 a
Vindocinum, civitas Galliæ in Belſia provincia 423 d
Virodunum, urbs Galliæ Belgicæ 138 b, 355 d
Viſilia, caſtrum in Delphinatu 200 e
Viſurgis, fluvius Germaniæ 337 d
Vitaliana, oppidulum in ducatu Mantuano. *Prodigioſus ſanguis S. Nicolai Tolent.* 687 c d
Vitiliagus, locus olim conceſſus monaſterio S. Apri Tullenſis diœceſeos 134 a
Vivarienſis diœceſis in Gallia 467 b
† Ulfacii vicus in Gallia. *S. Ulfacius anachoreta* 368 c
Uliſſipo, Luſitaniæ caput 233 f, 234 a
Ultonia, provincia Hiberniæ 128 b c
Ultrajectum, urbs Belgii fœderati 613 c d e
Vogeſus. *Vide* Voſagus.
Volaterræ, civitas Italiæ in Tuſcia. *S. Ugo ep.* 396 & ſeqq.
Vorapium, oppidum in Delphinatu 196 d, 197 a
Voſagus, *aliis* Vogeſus, tractus, mons, eremus & ſaltus in Lotharingiæ ducatu 139 e, 144 d, 402 d, 404 c, 809 b e, 818 c, 820 b c
Urania, tractus Helvetiæ 764 b
Urbinum, urbs Italiæ. *Patria B. Seraphinæ Columnæ ſeu Feltriæ* 319 b c, 648 a
† Urſi monaſterium, *cui præfuit S. Gratus Auguſtenſis ep.* 76 f
Uſa, fluvius in Anglia 124 c
Vulturnenſe cœnobium in Italia 601 c d f, 602 a. *Hujus primordia* 609 d e, 611 b c d
Vulturnus, fluvius Italiæ 601 e, 609 a d, 611 b

W

WAlbech, locus in Germania 255 b d e
Wangionum urbs. *Vide* Wormatia.
Warangiſi-villa in Lotharingia 346 a
Waſnau, villa Galliæ in Campania 347 e
Waurant, villa prope Audomaropolim in Arteſia. *S. Audomarus ep.* 384 a, 391 c d
Weihenſtephanenſe monaſterium in Bavaria 270 c, 274 c
Werewelle, villa in Anglia 457 e, 459 f
Weſterwaldia, tractus Germaniæ juxta Rhenum 254 e
Weſtphalia, pars Germaniæ 337 d
Wevelghem, pagus in Flandria 243 b
Wile, fluvius Angliæ 456 f
Willeybourn. *Vide* Wile.
Wiltonia (*Wilshire*) comitatus in Anglia 455 a b c e, 457 a c
Wiltonienſis abbatia in Anglia. *S. Wilfrida vel Vulfridis abb.* 454 a c, 455 a d, 456 f, 457 a b c e, 458 d, 459 f, 460 a d
Wintonia (*Wincheſter*) urbs Angliæ in Hantonia provincia. *Perperam hîc vixiſſe ac ſepulta fuiſ-*

fuiſſe dicitur S. Wilfrida 454 f, 455 a
Wormatia (*Worms*) urbs Germaniæ 587 e, 591 e, 592 d, 598 c
Woromhold, *ſeu* Wormholtenſe monaſterium in Belgio 393 a, 413 e, 415 f

Z

ZAlamea, oppidulum Hiſpaniæ 715 a
Zaña, *aliàs* oppidum S. Jacobi de Miraflores, in Peruvia regno Americæ. *Cultus & beneficia S. Nicolai Tolent.* 742 d
Zenburgk, caſtrum in comitatu Tyrolis 263 b
Zetina, vicus in Hiſpania 771 b
Zuricum. *Vide* Tigurum.

INDEX ONOMASTICUS.

A

ABſtergere, *repellere* 283 a
Accidioſus, *indignabundus, iratus* 172 c, 173 b
Adjacentiæ, *res quævis alicui loco adjacentes & ſubjectæ* 768 a e
Adquieſcere, *acceptare* 405 b
Adſpicientiæ, *adjuncta & ad eumdem ſeu locum ſeu dominum pertinentia* 768 a
Agius, *Sanctus* 586 a
Alodium, *prædium immune* 132 c, 137 d, 144 a
Alodus. *Vide* Alodium.
Amæ, *ampullæ* 573 d e
Ambo, *pulpitum* 442 e
Angaria, *locus deſtinatus curſoribus publicis ad mutandos equos; vel præſtatio jumentorum & plauſtrorum tempore belli* 134 b
Anhela, *anhelitus* 284 f
Anniverſarium, *annua defuncti commemoratio* 134 e, 135 d
Anxiari, *ſolicitè conari* 168 f
Apocryſiarii Pontificis *quod ſit officium* 436 c d
Apolegia *vel* Apolegiæ, *fortè fundationis litteræ* 343 d, 345 b
Apoſtolicus, *Pontifex Romanus* 438 a
Appallarea, *operimentum in formam cochleæ* 442 c
Archimagirus, *princeps coquorum* 165 a
Argaſterium, Argiſterium, & Ergaſterium *officina cujuſlibet artificis,* 23 e
Aſerrio, *morbi genus* 703 d
Aſſirta, *fortè* adſita 573 b
Attinentiæ, *rei cujuſdam aut loci appendices* 338 f
Auſeria, *arbuſculi ſpecies* 71 f
Augmentare, *augere* 464 f

B

BAnda, *vexilla* 429 c
Benedictio, *paſtus extraordinarius monachis exhibitus* 134 e
Bladum, *quodlibet frumenti genus* 173 e, 175 b
Bonaria terræ, *jugera* 237 c
Brodium, *elixarum carnium juſculum* 665 b, 666 c

C

CÆlitus, *cæleſtis* 649 e
Camera, *cubile* 663 b
Camerarius, *cubicularius* 347 b
Camiſia, *induſium, tunica interior* 415 d
Campania, *locus planus* 403 f, 404 e
Campi liquentes, *mare* 588 d
Canonica, *collegium canonicorum* 297 d
Capitale, *cervical* 666 b
Capitium, *tegmen capitis* 461 d
Carbunculus, *tuber peſtiferum* 908 b
Caritative, *benignè, ex charitate* 171 d, 173 a d
Caſſa, *capſa* 306 d
Carina *ſeu* Carena, *pœna per quadraginta dies imponi ſolita* 164 b, 165 c
Caſale, *locus plures caſas complectens* 607 e
Caſſare, *irritum reddere* 297 c
Caſſula, *capſula* 306 e
Caſtallus, *adminiſtrator, cuſtos ſeu præfectus alicujus loci* 607 e
Caſtimonialis, *virgo voto caſtitatis adſtricta* 57 c
Catechumenari, *dictum de iis, qui fiunt catechumeni, vel qui in fide Chriſtiana inſtruuntur* 423 b, 424 b
Cauma, *calor intenſus, æſtus* 164 b, 165 b
Cedula, *ſcheda vel ſchedula* 131 f
Cella & Cellula, *monaſterium* 133 e, 134 d, 144 a
Ceres triticea, *panis* 731 c
Ceſpes, *corpus* 591 e
Chartæ plumbeæ, *laminæ plumbeæ* 442 f
Ciborium, *tegimen ſeu umbraculum altari ſuperimpoſitum* 442 e f
Cleinodia, *res qualibet pretioſæ* 338 d

Co-

Coctuarius, *coquus* 453 d
Collecta, *oratio in Missa vel Officio Ecclesiastico* 134 d
Collegium, *monasterium* 343 f
Collegium facere, *colligere* 291 e, 293 a
Coiobium, *tunica monachorum sine manicis* 166 e, 167 d
Communitas, *magistratus* 899 a
Compater, *affinis ratione Baptismi* 405 a
Compater, *socius, amicus* 400 b, 402 a
Complenda, *oratio post Communionem in Missa* 107 e
Complex, *auxiliator* 170 a b
Concambium, *commutatio* 132 c, 144 b
Concinatio, *cantus* 57 e
Condita, *territorium* 807 f, 808 f
Confessio, *locus, in quo martyrum corpora servantur* 284 d
Confiscatus, *fisco addictus* 452 c f
Contemplatio, *gratia* 564 f
Contio, *congregatio* 134 b
Coquere aliquem, *calido balneo purgare* 726 d
Corona, *instrumentum imponendis luminibus* 573 c d
Corregidor, *seu* Corrector, *nomen magistratûs cujusdam apud Hispanos* 711 a
Cronchonnuill *vel* Cromchonnail, *morbi pestiferi species* 382 c
Crossulus *vel* Croceolus, *fulcrum subalare* 201 c
Cubicula, *facella* 442 c e
Curiali rigore insurgere, *lite intentata se opponere* 451 f, 452 f
Curtis, *prædium, villa, vicus* 768 a

D

Debriare, *inebriare* 166 b, 167 c
Debuxata ecclesia, *delineata* 56 a
Destinare, *accidere* 449 e
Dextri, *mensuræ genus* 773 d, 774 d
Disculsus, *divulsus vel discussus* 305 f
Dispensa, *sumptus, vel penaria, promptuarium* 134 b
Dormitio B. V. Mariæ, *assumptio* 443 c

E

Ecclesia, *monasterium* 405 f, 406 d e, 412 e
Elephantinus morbus, *lepræ species* 289 e
Emissarius equus, *qui ad propagandam sobolem destinatus est* 287 d
Emprotortonum, *morbi genus* 197 a
Entheca, *reconditoria arca* 416 f
Episcopium, *palatium episcopi* 292 d
Ergasterium. *Vide* Argasterium.
Exenia, *dona* 405 e
Exordinare, *ordinem mutare, invertere* 134 c, 137 e
Exungulari, *ungulis ferreis discerpi* 40 d

F

Febricitatus, *febri agitatus* 58 c
Februus, *Pluto inferorum deus, ut fabulantur gentiles* 443 f
Filiolus, *filius spiritualis ob susceptionem è sacro fonte* 812 f, 816 d
Flammatus, *incensus* 169 f
Forestum, *sylva, saltus* 768 a
Fossorium, *ligo* 55 d
Frisonorum, *Frisonum* 444 a

G

Gaida, *fimbria vestis talaris* 666 b
Gastaldus, *administrator seu præfectus alicujus loci* 607 e
Gerapigra, *seu* Girapigra, *medicinæ species* 164 e f
Gerocomium, *hospitium senum* 540 d
Gleba, *corpus vel lipsanotheca* 346 d, 348 b
Globus septiformis Spiritûs, *septem dona Spiritus Sancti* 588 e
Guta, *podagra* 186 f

H

Hebdomadarius, *qui in monasteriis eâ hebdomadâ Missam conventualem seu solemniorem celebrat* 648 b
Hecaton, penta; *fortè* Hecatopeda, *centum pedibus alta* 573 b
Homicidaliter, *instar homicidæ* 164 b, 165 c
Hostium, *ostium* 650 d

I

Impassibile, *quod sustineri nequit* 452 b f
Incantatio, *supernaturalis curatio* 655 c, 656 e
Infeodatus, *in feudum collatus* 297 d
Infinibilis pœna, *finem non habitura* 450 b
Inremediabiliter, *citra spem veniæ aut remedii* 234 d
Interrogari, *torqueri* 224 b, 226 b
Intersignium, *rei dictæ veritatis indicium* 339 e
Invisus, *non visus* 393 b
Jocalia, *pretiosa munera* 497 f
Jumenta, *equa* 288 f, 289 e

K

Κύριος, *dominus* 222 e, 223 b

L

Limina, *Romana urbs* 899 c
Litaniæ, *supplicatio seu processio* 443 c

M

Magistrianus, *minister magistri palatii* 436 f
Maligni, *dæmones* 853 d
Mandamentum, *districtus, territorium* 200 c
Maniaca passio, *furor, insania* 198 c, 199 b
Mansio, *domicilium, habitaculum* 447 c
Mansus, *certa agri portio* 134 a, 144 b
Mantellum, *&* Mantum, *pallium* 666 b
Masclæ, *morbi genus* 195 f
Metanias mittere, *genua flectere* 168 a
Migranea, *dolor afficiens alterutram partem capitis* 636 a
Minare, *ducere* 151 e, 166 a, 167 b
Miracula, *miraculorum tabellæ* 899 c
Miraculosè, *modo insolito* 905 c
Miseria, *nequitia* 429 c
Missus, *legatus, nuntius* 287 d
Mitratus, *jus habens utendi mitrâ* 160 b
Momentatim, *in singula momenta* 169 e, 170 f
Mundialia, *mundi divitiæ* 447 d
Musivum, *opus variè tessellatum & picturatum* 170 c, 171 a, 442 d, 573 b

N

NAtitenus, *uſque ad nates* 293 d
Nemoriſta, *vagus nemoris incola* 452 c f
Nocuatus, *læſus* 288 f, 289 e
Nonna, *mulier Deo devota* 476 f
Novitii, *recèns ad fidem converſi* 287 b
Nudipedalia exercere, *nudis pedibus incedere* 164 f
Nymphæum, *fons ad lavandum* 573 b

O

OBedientia, *opus ex obedientia ſuſceptum* 805 d e, 806 e
Oblata, *Hoſtia* 57 b
Onerarius, *oneroſus* 415 b

P

PAllium archiepiſcopale, *ſignum plenitudinis poteſtatis* 284 e, 435 c
Palmata, *palmarum in terram illiſio* 169 b
Paraliſia, *paralyſis* 906 a c
Parlamentum, *ſupremus ſenatus* 378 e
Patrocinia Sanctorum, *veriſimiliter ſacræ reliquiæ* 438 b
Pedagium, *vectigal, tributum* 174 e, 175 e
Pedules, *indumenta pedum* 163 e, 165 a, 172 c
Penſum, Penſa, *deſignati reditus pro victu* 134 e
Petalum, *lamina* 439 e
Phari, Phari-canthari *ſeu* Phara-canthara, *inſtrumenta imponendis luminibus* 573 a c d
Plaſmator, *creator* 589 a
Pluviale, *indumentum ſacerdotale* 461 d
Politia, *regimen* 346 b
Polyandrum, *ſepulcrum* 479 c
Pontificari, *epiſcopatum tenere* 144 a
Poſſibilitas, *reditus, bona* 134 b
Poteſtativus, *poteſtate munitus* 290 d
Preſa, *pars, portio* 67 c
Procurator eccleſiæ, *epiſcopus nondum conſecratus* 195 a
Proſtrare, *proſternere* 650 e
Protoſpatarius, *princeps cuſtodum corporis imperatoris* 436 c, 437 a b
Provinciales, *qui eamdem provinciam incolunt* 449 f
Proximæ, *conſanguineæ* 806 a e
Pſallentium, *laudum divinarum cantus* 577 c
Purgari, *immundo ſpiritu liberari* 478 f, 479 f

Q

QUeruloſus, *querulus* 173 d
Quamdiu, *aliquamdiu* 285 c

R

RAgiatus, *reticulatus* 573 b
Raſores, *novaculæ* 902 a, 903 b
Redhibitio, *vectigal, tributum* 768 a c
Recluſio, *idem quod* Recluſorium. 577 a
Recluſorium, *cella hominis ſolitarii* 574 f
Repedare, *redire* 347 f
Repezzatæ tunicæ, *tunicæ centonibus obſitæ* 665 b, 666 c
Reſpectores *ſeu* Reſpectatores, *cultores* 429 d
Retentari ſilentio, *taceri, ſilentio premi* 288 d
Revelatio, *reſtauratio* 297 e
Rubeta, *rana venenoſa in rubis victitans* 475 e, 476 e
Ruminare, *crebrò conſiderare* 166 d, 167 c, 168 f
Runcinulus, *equus parvus* 237 c

S

SAccone, *culcitra ſtraminea* 666 b
Sagmarius equus, *qui ſarcinas portat* 287 c
Sagmata, *ſarcinæ & impedimenta exercitûs* 43 a f
Sala, *aula, atrium* 663 b
Salma, *vel* Sagma, *menſura* 655 d, 656 e
Sardinia, *piſcis genus* 715 c
Scamellum, Scamella & Scammellum, *ſcabellum, quo repentes manibus nituntur* 355 a
Scevochartalis, *capſa, quâ ſcripta chartis mandata continebantur* 436 e
Scriptulus, Scripulus, Scrupulus, *minimus nummus* 402 a
Sculptilia, *idola* 423 c
Senior, *dominus, epiſcopus* 350 b, 352 a
Sextarium *vel* Sextarius, *certa menſura* 134 b
Similitudo, *exemplum* 555 b
Solaciari, *ſolari vel adjuvare* 290 c, 292 a
Somata, *corpora* 589 a
Spatarius, *cuſtos corporis imperatoris* 437 a
Speciarius, *pigmentarius* 663 b
Speculæ, *feneſtræ* 643 f
Srapia, Stapida. *Vide* Strevia.
Stirpare, *excolere* 803 d, 804 e, 807 f
Strepa. *Vide* Strevia.
Strevia, *ferrum ſuſtinendis equitantium pedibus aptatum* 163 e, 165 a, 172 d
Struma, *glandularum quidam tumor* 725 a
Subſternium, *ſtramen, quod equis ſubſternitur* 162 e
Synaxis, *recitatio Officii eccleſiaſtici* 163 a, 164 e, 167 f, 172 c, 355 a

T

TAntumdem, *tantùm, unicè* 465 b
Tarenus, *monetæ ſpecies* 67 d
Taſſa, *cumulus, ſtrues* 67 c
Terra, *prædium, ager, fundus* 134 c, 137 d
Terrarium, *codex agrorum vectigalium* 465 a
Tetravela, *vela in quadrum formata* 442 c
Theoria, *meditatio, contemplatio* 166 b, 167 c
Thymiamaterium, *thuribulum* 442 c
Tignum, *tectum* 442 c e
Tina, *vas ligneum grande* 196 f, 200 b
Torta, *reſtis* 284 f
Triporticus, *locus triplici porticu ornatus* 573 b
Τρῆλλα, *vel* τρῆλλος, *Vide* Trullum Trullus.
Trullum & Trullus, *ædificium rotundum, concameratum in formam ovi* 231 a, 436 a
Tultus, *ſublatus* 393 c
Turris argentea, *vas, pixis, vel aliud ſimile inſtrumentum, in quo ſacra Euchariſtia ſervatur* 573 c

V

VIndicare, *uſurpare* 556 d

INDEX MORALIS.

A

ABortum *pati ſolitæ mulieri felicia prædicit puerperia S. Nicolaus Tolentinas* 653 b

Abſtinentia *rigida S. Stephani* 198 e f. *S. Nicolai Tolentinatis* 649 c e. *S. Adelphii* 819 c. Abſtinentia *S. Patientis* 793 c. Abſtinuiſſe *adhuc infans feriis ſextis ab uberibus fertur S. Stephanus* 188 e

Adhortatio *pulchra S. Baſilii ad Ponticæ diœceſios epiſcopos, ut martyres in honore habeant* 7 e f. *Alterius, ut firmam in Patronis ſuis fiduciam collocent* 117 e f & ſeqq. *Conjugem ſuum* adhortatur *Natalia ad conſtantiam* 221 f, 222 a. *Suos ad apoſtolicas virtutes* hortatur *B. Joannes Salernitanus* 628 f, 629 a b & ſeqq. *Ad humilitatem S. Dominicus* 631 e.

Æger, *deſperata à medicis ſalute, apud reliquias S. Reginæ ſanitatem obtinet* 34 e. Ægris *inſervit S. Joannes Laudenſis* 162 c, 171 d. Ægris *incolumitas reddita ope S. Stephani* 196 a, 196 b c d. Æger, *qui mortuus credebatur, invocato S. Adriano, menti & ſanitati reſtituitur* 242 c. *Ejuſdem Sancti ope puella pro mortua derelicta* 242 d. *Alteri puellæ in extremis agenti opitulatur* 243 a. Ægro *juveni incolumitas redditur patrocinio S. Agabii* 502 e. Ægris *ſanitatem reddit S. Coſmas* 625 f. *Quadraginta quinque* Ægri *una nocte ſanitatem impetrant apud ſepulcrum S. Nicolai* 667 a. *Periculosè* ægrotans *Prior Generalis Ordinis S. Auguſtini, beneficio S. Nicolai Tolentinatis convaleſcit* 727 f. *Item puella nobilis* 740 e. *Mulier nobilis* 741 a. *Item adoleſcens* 742 c. *Vide* Peſtis, Febris, Vulnera, Moribundi, Morbus.

Alapâ *ab angelo percutitur monachus S. Eliæ Spelæotæ contumax* 868 b

Alimenta *à prædonibus diripienda, invocato S. Reginæ auxilio ſervata* 43 c

Alimentis *à principe divinitus monito miſſis reficitur apud S. Senanum S. Kieranus* 377 a & ſeqq.

Alimenta *Faroaldus, à SS. Virgine Maria monitus, ad S. Thomam abbatem ejuſque ſocios mittit* 603 b, 606 d

Altare *auguſtiſſimæ Virginis Mariæ, ſanctimonialibus completorium canentibus, ſuaviſſimum odorem emittit* 836 f

Angeli *fulgentis ſpecies cernitur ſupra caput S. Agabii celebrantis* 502 c. Angelus *nativitatem S. Nicolai Tolentinatis prædicit* 644 f. Angelus *S. Eliæ Spelæotæ gloriam Dei in omnibus quærendam ſignificat* 877 e. Angelus *fertur viſibiliter adſtitiſſe S. Stephano oranti* 190 b

Angina *ſanata ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 712 c

Animas *è piacularibus flammis ſeptem Miſſa ſacrificiis eripit S. Nicolaus Tolentinas* 647 b. Animæ *fratris ſui ſalutem abſtinentiâ & precibus impetrat* 647 c d. Animam *è purgatorio liberat Miſſæ ſacrificio Arſenius* 856 a b

Apoſtema *ex oculis cujuſdam viri meritis S. Nicolai Tolentinatis ſublatum* 657 e. *Item ex auribus* 722 d. *Alia ex aliis corporis partibus eodem Sancto patrocinante ſublata* 725 c

Apparitiones. Apparitio *mira S. Evurtii* 52 b c. Apparet *nivei candoris manus hoſtiam à S. Evurtio oblatam benedicens* 56 e. *Sacerdoti cuidam* apparent *SS. Wilfridus & Cuthbertus & civitatem excidio liberandam prædicunt* 119 b. Apparet *S. Alchmundus corpus ſuum decentiori loco recondi imperans* 125 c. Apparens *rurſus partem reliquiarum furtivè ablatam reſtitui cupit* 126 a. *Ægrotantem* apparens *S. Stephanus ſanitati reſtituit* 196 a. *Nataliæ divinam opem imploranti* apparet *quidam S. Martyr, eamque ſolatur* 229 f. *Eidem* apparet *S. Adrianus* 230 c. *Cuidam matri* apparens *S. Adrianus filium ejus à ſe ſanitati redditum indicâſſe fertur* 239 e. *Glorioſus* apparet *idem Sanctus puellæ ſuo patricinio dæmonio liberatæ* 252 b. Apparens *BB. Virgo Maria B. Seraphinæ religionis ingreſſum perſuadet* 322 b. Apparens *B. Seraphina illatam ſibi injuriam impactâ alapâ caſtigâſſe fertur* 322 e f. Apparentes *BB. Felix & Seraphina Piſaurum contra hoſtem protegunt* 323 e. *Matronam partûs anguſtiis liberandam prædicunt ibid.* f. *Hominem deſperantem ad fiduciam reducunt* 324 a. *Captivum apud Mauros fugâ evaſurum ſignificant* 324 f. Apparent *SS. Gorgonius & Petrus & ſecundo religionem deſerere meditantem puniunt* 351 b c & ſeqq. Apparet *Angelus S. Endeo & mœſtum conſolatur* 376 c. Apparens *S. Audomarus monacho munimenta contra Normannos in Sithiu cœpta perfici mandâſſe narratur* 395 f. Apparet *S. Oſmanna S. Lutgardi & nomen & genus ſuum indicat* 420 b. *S. Lutgardis commota precibus ter* Apparet *eadem Sancta cuidam presbytero ibid.* Apparuiſſe *fertur S. Editha S. Wilfridæ, eique ſempiternâ ſe gloriâ donatam indicâſſe* 459 a. Apparet *in ſomnis S. Pulcheriæ S. Stephanus M.* 513 a. Apparens *SS. Virgo Maria S. Thomam abbatem admonet, ut Farfenſe monaſterium reſtauret* 602 c, 605 e f. *Item Faroaldum, ut alimenta neceſſaria ad S. Thomam abbatem ejuſque ſocios dirigat* 603 b e, 606 d. Apparet *eadem SS. Virgo Giſulfo* 609 c. Apparens *Angelus nativitatem S. Nicolai Tolentinatis prædicit* 644 f. Apparet *S. Nicolaus Myrenſis, angelique promiſſionem confirmat* 645 b. *S. Nicolao Tolentinati puero Chriſtus in Euchariſtia* apparet 645 d. Apparens *S. Nicolaus Tolentinas mulierem de non impleto voto admonet* 660 b. *Ad mortem condemnatos carcere & vinculis ſolvit* 663 f. *Item à latronibus captos* 729 c. *Inſontem capite damnatum ad ſupplicium comitatur, quo prodigio liberatur* 728 f. *B. Ritam in monaſterium, portis feneſtriſque omnibus clauſis, deducit* 691 d e. *Viduæ cuidam extremâ laboranti inopiâ alimentis ſuccurrit* 696 b. *Puellam membris omnibus captam ſanat* 717 d e & ſeqq. *Amiſſum manûs dextera uſum reſtituit* 718 e. *Contractam cu-*

curat 718 f. *Dentium dolores aufert ſigno Crucis* 726 e. *Moribundum Auguſtinianum incolumitate donat* 728 a b & ſeqq. *Matronam morbi ignotum genus, quo laborabat, edocet* 739 e. Apparet *ſæpius idem Sanctus B. Helenæ Utinenſi, eamque mira replet dulcedine* 691 f *Eidem Sancto morienti* apparet *cum ſanctiſſima Virgine & S. Auguſtino Jeſus* 656 d, 665 f. Apparet *eidem anima in piacularibus flammis detenta, auxilium ejus implorans* 646 f. Apparens *S. Romaricus ſanctimoniali cuidam, locum, ubi corpus ſuum condendum ſit, deſignat* 824 c, 831 e. *Monitis parere differenti rurſum* apparet, *digitumque vultui imprimit ibid.* Apparet *monachus lumine circumfuſus cuidam, qui equum ſuum loco monachorum ſepulturæ conſecrato poſuerat, eique minitatur* 872 c. Apparet *S. Elias Speleotes cuidam monacho, ſeque cæleſti gloria donatum revelat* 880 c. *Energumenam ſanat* 882 a. *Puerum membris omnibus laborantem vigori reſtituit* 884 a. *A dæmone cruciatum mirabiliter curat* 884 b. *Paralyticam, miſſo per matrem ejus vini calice, ſanat* 885 d. Apparens *ſæpe S. Nicolao Tolentinati ſidus mirabile, tumulum ejus deinde illuſtrat* 652 d e & ſeqq., 667 c d & ſeqq. Apparet *S. Sperandea artifici, jubetque ſibi arcam conſi i* 897 e. *Non parentem alapâ percutit ibid. Febricitantem ſanat* 911 f

Aqua *ex quodam fonte ita emanâſſe traditur, ut ſoli S. Sperandeæ uſui nata eſſe videretur* 896 c. Aqua *ex fonte à S. Nicolao Tolentinate elicito ægris ſalutaris* 642 e Aqua *reliquiis S. Grati benedicta meſſem uberem reddit* 73 b c. Aqua *potui S. Nicolai Tolentinatis deſtinata ſæpius in Vinum convertitur* 643 c. Aqua, *quâ corpus S. Nicolai Tolentinatis fuerat ablutum, infirmis ſalutaris* 653 d *Annis* 28 *manet incorrupta, ibid* e. Aqua, *quâ digiti S. Petri de Chavanon celebrantis ablati fuerant cæcæ viſum reſtituit* 474 a. Aqua, *quâ fuerat lotus S. Eliæ Speleotæ baculus, ægris ſanitatem confert* 881 f. Aquam *in vinum ſigno crucis vertit S. Elias Speleotes* 860 c. Aquarum *penuriæ ſubvenit S. Corbinianus* 273 b, 291 b.

Aquila *S. Corbiniano, piſcium inopiâ laboranti feriâ ſextâ, ingentem piſcem defert* 286 b c

Argentum, *ad gloriam SS. Amati, Romarici & Adelphii impendendum, inter fabrorum manus prodigioſè creſcit* 825 c, 835 f, 836 a

Arteria *à chirurgo venam aperiente reſecta ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſubitò curata* 713 c

Auſteritas *vitæ S. Joannis Laudenſis* 162 c, 171 d. *S. Oſmannæ* 423 a. *S. Nicolai Tolentinatis* 650 c, 664 f, 665 c. *S. Eliæ Speleotæ* 851 f, 857 d, 858 a. *S. Sperandeæ* 896 a c d, 901 e f

Avenam *mulieris cujuſdam à grandine ſervat S. Merbodo* 890 a

B

Balneum, *quod ingreſſus fuerat, formato ſigno Crucis, S. Elias Speleotes, fragrat ſuaviſſimo odore* 858 c. *Ægris eſt ſalutiferum* 859 d

Beneficium *geminum ope S. Reginæ impetratum* 43 d. *Aliud invocato S. Nicolao Tolentinate* 709 d. Beneficia *meritis S. Adriani variis conceſſa* 254 a b. *Varia beneficia à S. Audomaro SS. Mummolino, Ebertramno & Bertino præſtita* 396 b c & ſeqq. Beneficia *impetrata ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti. Illius uſu puella ægra convaleſcit* 731 c e. *In partu periclitans feliciter parit* ibid. *Mulier ſterilis prolem impetrat* ibid. f. *Incendia exſtinguuntur* 731 f, 732 a b, 740 f, 741 e. *Maris tempeſtas ſedatur* ibid. c, 736 b c. *Naves naufragio ſubducuntur* ibid. d. *Amens menti reſtituitur* ibid. e. *Moribundus ſanatur* ibid. f. *Febris peſtifera tollitur* ibid. *Ex pueri gutture clavus, quo ſuffocabatur, expellitur* 733 a. *Alter febribus liberatur* 733 b. *In mari periclitantes, naufragio eripiuntur* ibid. f, 734 a b c. *Incendium repente ſiſtitur, pane in ignem injecto, qui illæſus reperitur* ibid. c d, 735 f. *Periculose decumbens brevi tempore incolumitati redditur* ibid. *Puella, ut credebatur, ſubmerſa, revivíſcit* 735 a, 738 a. *Puerpera in partu periclitans proſperè enititur* 735 c d. *Ictus fulminis innocuus redditur* 736 d. *Febris depellitur* ibid. e, 741 a. *Incendia exſtinguuntur* 737 a b c. *Undæ aggerem ruptura coercentur* ibid. c d. *Quidam peſte liberantur* ibid. f. *Ægri ſanantur* 738 a c. *Nervis omnibus contracta erigitur* ibid. b. *Genu contractum curatur* ibid. d. *Filius rebellis ad frugem reducitur* 738 c. *Herniæ variorum ſanantur* 740 f, 741 d. *Paralyſi laborans, ſanitate donatur* 741 a

Benignitas *S. Eupſichii in ſui accuſatores* 6 c

Blaſphema *in S. Corbinianum divinitus punitur* 293 d. Blaſphemæ *matris in S. Nicolaum Tolentinatem filius excæcatur* 657 e

Bona *ſua pauperibus legat S. Pulcheria* 537 d

Bos *ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſanatur* 703 d. *Alter ejuſdem Sancti auxilio implorato è præcipitio lapſus illæſus reperitur* 715 a

Brachia *corporis B. Comitiſſæ adeò rigentia, ut novum veſtimentum illi aptari non poſſet, fuſis ad Beatam precibus, prodigioſè laxantur* 310 d. Brachia *S. Nicolai Tolentinatis reſecans frater quidam laicus divinitus fugere impeditur* 677 b c d. *Copioſum ſanguinem effundunt* ibid. *Ex eodem* brachio *iteratæ ſanguinis effuſiones* 678, 979, 680, 681, 682, 683, 684, 685. Brachii *dolores ſanat S. Nicolaus Tolentinas* 726 a. Brachii *uſum morbo amiſſum reſtituit ſigno Crucis S. Sperandea* 902 d, 907 e f. Brachium, *quod à nativitate fuerat impotens, ad ſepulcrum S. Stephani ſanatur* 196 f. *Aliud beneficio S. Nicolai Tolentinatis* 718 e. *Sinistri* brachii *uſus meritis S. Stephani reſtituitur* 198 b

C

Cæco *unius oculi uſum reddit S. Regina* 42 c. Cæcum *illuminat S. Viventius* 63 f. Cæco *viſum reſtituit S. Stephanus* 193 e, 195 d. *Ejuſdem Sancti patrocinio* cæca *mulier illuminata* 196 b. *Alia ad ſepulcrum ejuſdem Sancti* 196 c. *Item alia ope ejuſdem* 197 e. *Alter ab eodem* 198 e. Cæcis, *ut fertur, viſus redditus à S. Audomaro* 409 f & ſeqq. *Item à S. Petro de Chavanon* 461 c. Cæci *illuminati beneficio S. Gorgonii* 344 c, 346 f. *In tranſlatione corporis S. Vedaſti S. Audomarus* cæcus *viſu divinitus donatur* 399

390 d. *Sed precibus obtinet, ut redeat* cæcitas 390 e, 410 c. Cæcus *S. Osmannam tangens visum fertur recepisse* 423 b. Cæca *mulier illuminata ope aquæ, quâ digitos laverat S. Petrus de Chavanon sacrificans* 474 a. Cæcos *illuminat S. Theodardus* 591 d. *Puella* cæca *visum recipit meritis SS. Odgeri, Wironis & Plechelmi* 615 d. Cæcitatis *periculo proximo liberatus ope S. Cosmæ* 626 d. *Quædam mulier ex variolis* cæca, *subitò, facto voto S. Nicolao Tolentinati, visu & incolumitate donatur* 721 d. Cæci *illuminati meritis S. Nicolai Tolentinatis* 655 a f, 657 b e, 721 c e f, 722 a c. *Meritis S. Almiri* 806 d. *S. Amati* 834 a. *SS. Amati, Romarici & Adelphii* 834 b. *Triennem infantulum à nativitate* cæcum *sanant SS. Amatus, Romaricus & Adelphius* 833 d. *Item puerum & puellam* 834 a. Cæcus, *mirabili de nocte oriente luce, oculorum usum S. Nicolai Tolentinatis meritis recuperat* 657 d. Cæca *ad statuam marmoream S. Nicolai Tolentinatis illuminatur* 693 e. *Uno oculo* cæca, *voto facto S. Nicolao Tolentinati, sanatur* 721 d. *Votum differens rursus* cæcitate *corripitur, donec votum impleat* 721 d. Cæca *matrona, fusis ad S. Romaricum, Adelphium & Amatum precibus, visum recuperat* 836 d. *Item alter in eorumdem Sanctorum ecclesia à nativitate* cæcus *visu donatur* 837 a. Cæcitatis *imminente periculo liberatur quidam patrocinio B. Merbodi* 890 a. Cæcitate *punitur mulier percutiens ancillam, quòd ad dissecti capitis S. Theodardi partes jungendas filum dedisset* 591 c, 592 f. *Ad Sancti corpus perducta precibus visum recuperat* ibid. *Blasphemæ matris in S. Nicolaum Tolentinatem filius* excæcatus, *ejusdem Sancti invocatione illuminatur* 657 f. *Mulier S. Nicolao Tolentinati ingrata* cæcitate *plectitur* 722 a. *Pœnitens illuminatur* ibid. Cæcis *lumen reddit S. Sperandea* 911 b

Calculi *cruciatibus monachus liberatur patrocinio S. Reginæ* 42 d. *Alter meritis S. Nicolai Tolentinatis* 723 a. Calculi *cruciatus S. Sperandeæ meritis sublati* 907 a

Calumniâ *atroci per insigne prodigium S. Sergius, ut fertur, liberatus* 439 a

Campanæ *omnes, sanatis una nocte quadraginta quinque ægris, in ecclesia, ubi S. Nicolaus Tolentinas sepultus erat, ultrò dant sonitum* 667 a. *Item sponte sonitum dant in sacello S. Michaëlis* 836 f. *Item in obitu cujusdam Sutoris B. Merbodo singulariter addicti* 890 a

Candela, *ad reliquias SS. Amati, Romarici & Adelphii transferendas parata, sponte lumen concipit* 836 b

Canes *respuunt carnes, quas monachus quidam contra disciplinam monasticam acceperat manducandas* 877 e

Capita *sua à corpore abscissa manibus suis in montem quemdam, ut traditur, gestârunt SS. Felix & Regina* 773 e. *Suum fonte ablutum ad Deiparæ ecclesiam detulisse scribitur S. Marcellus* 778 d. Capitis *dolores depulsi favore S. Sperandeæ* 911 a b. *Item BB. Seraphinæ & Felicis* 324 c. *Item meritis S. Petri de Chavanon* 461 c. *B. Joannis Salernitani* 634 c d.

Cappa *S. Alnei in terram decidens solis radiis sustentatur* 808 b

Captivos *Albigenses liberat S. Salvius* 578 b.

Captis *à latronibus invocatus succurrit S. Nicolaus Tolentinas* 729 b c & seqq. Captivus *è captivitate miraculosè liberatur ope S. Stephani* 195 f. *Tyrannorum vinculis* captivi *duo patrocinio ejusdem Sancti liberati* 198 b. Capti *à latronibus alii, auxiliante S. Stephano, libertatem consecuti* 200 a b c d e *Cultorem suum vinculis &* captivitate *solvit S. Adrianus* 244 b. Captivus *apud Mauros BB. Felicis & Seraphinæ patrocinio fugâ elabitur* 324 f. *Alterius vincula apud sepulcrum S. Audomari solvuntur* 405 c, 412 a. Captivos *liberat S. Nicolaus Tolentinas* 728 f, 729 a b & seqq.

Carnem *jejuniis aliisque corporis mortificationibus domat S. Joannes Laudensis* 172 c d. *Item S. Æmilianus* 798 a. Carnem *ex obedientia, dum infirmabatur, gustans S. Nicolaus Tolentinas subitò sanatur* 649 d Carnis *excrescentis in gutture periculo liberatur monialis meritis S. Blasii & B. Seraphinæ* 323 c.

Castitas *admirabilis S. Eliæ Spelæotæ* 873 f. Castitatis *amor eximius S. Petri de Chavanon* 473 d. *S. Nicolai Tolentinatis* 664 f

Cerasa, *dum omnia nive cooperta erant, precibus ab angelo impetrâsse, quæ ad operarios deferret, scribitur S. Sperandea* 896 f & seqq.

Cervi *in solemnitate translationi SS. Amati, Romarici & Adelphii corporum sacra sese mirabiliter inopiæ Sanctimonialium levandæ offerunt* 830 f

Charitas *insignis S. Salvii in captivos* 578 b. *In operibus* charitatis *erga proximum elucet S. Nicolaus Tolentinas* 652 a b c, 665 c. *S. Joannes Laudensis* 166 d e, 173 e

Christus *è cruce B. Seraphinam consolatur* 320 f. Christus *in Eucharistia apparet S. Nicolao Tolentinati sub imagine pulcherrimi juvenis* 645 d

Clauda *gressu donata à S. Madelberta* 110 f. Claudæ *gressum confert S. Joannes Laudensis* 160 d. *Item S. Stephanus* 196 b. *Ejusdem Sancti patrocinio alii gressum obtinent* 196 c. *Item alii ad ejusdem Sancti sepulcrum perducti* 197 f, 198 a b. Claudus *meritis B. Joannis Salernitani curatur* 635 e. *Alteri meritis S. Nicolai Tolentinatis* 658 b c, 659 f, 713 c. *Puer quinquennis* Claudus *meritis SS. Amati, Romarici & Adelphii gressum consequitur* 835 b. Claudæ *gressum confert S. Sperandea* 906 b e

Cognitio *arcanorum mirabilis in B. Jounne Salernitano* 632 b

Columba *S. Evurtium episcopum eligendum designat* 53 e f. Columbæ *Translationi corporum SS. Amati, Romarici & Adelphii prodigiosè assistunt* 823 f, 830 c

Comitiali *morbo intra octiduum bis correptus sanatur ope S. Nicolai Tolentinatis* 723 c. *Alii post nuncupatum votum eodem malo ab eodem Sancto sanantur* ibid. c d. Comitiali *morbo liberatur filius quidam per invocationem S. Sperandeæ* 906 d

Conciones *sacras insigni fervore instituit B. Joannes Salernitanus* 632 c

Concubinam *à marito ejici ope S. Nicolai Tolentinatis impetrat mulier* 714 e f

Conjugia *illicita prædicando impedit S. Almirus* 805 f

Constantia *animi invicta S. Sozontis in fidei professione* 17 d. *Item S. Reginæ* 39 b c & seqq.

SS. Gorgonii & Dorothei 328 c, 340 f. *Heroica S. Adriani* constantia *in cruciatibus pro fide Christi inflictis* 225 d e & seqq. *Item S. Severiani* 361 a b & seqq. *S. Menodoræ* 491 a b. *S. Metrodoræ* ibid. f. *S. Nymphodoræ* 492 b c. *In adversis perferendis B. Seraphinæ* 320 e. *S. Sergii in rejiciendis canonibus synodi quinisextæ* 426 f, 436 f. *In tuenda pudicitia S. Petri de Chavanon* 475 c d

Contemplatio *mirabilis de futura vita S. Eliæ Spelæotæ* 876 c. Contemplationi *divinarum rerum vacat S. Joannes Laudensis* 166 b. *S. Agabius* 502 b. *B. Joannes Salernitanus* 630 f. *S. Æmilianus* 798 a

Contractus *membrorum usui restitutus meritis S. Gorgonii* 353 c. *Meritis S. Nicolai Tolentinatis* 658 d, 660 a b. *Alii plurimi ad statuam marmoream ejusdem Sancti* 693 e. *Puella ejusdem Sancti ope* 718 c. *Puella membris omnibus* contracta *sanitatem consequitur ad sepulcra SS. Amati, Romarici & Adelphii* 833 d e. Contracta *membra subitò restituit S. Sperandea* 913 b

Conversio *ad fidem Adroaldi operâ S. Audomari* 388 d, 399 c, 408 f

Cordis *vehemens dolor sublatus favore S. Nicolai Tolentinatis* 726 c

Corpus *S. Evurtii diu quæsitum feliciter reperitur* 61 c d. *Item S. Anastasii propositis à matrona nomine Æsclepia præmiis* 23 c. *S. Venturæ, columbâ rostro campanam miraculosè pulsante* 202 d. Corpus *S. Evurtii sereno cælo descendens imber non attingit* 51 b, 59 f, 60 a. *S. Joannis Laudensis post v secula incorruptum reperitur* 157 c. *Piâ munificentiâ exornatur ab Alexandro Spirello* ibid. a b. *Item S. Stephani in media calce* 183 e f, 184 a. *S. Corbiniani* corpus *trigesimo ab obitu suo die sanguinem calidum è naribus emittit* 293 e f. Corporibus *SS. martyrum igni injectis ingens oritur tempestas* 228 c. *Illæsa à Christianis igni eripiuntur* ibid. Corpora *SS. Dorothei & Gorgonii canibus & lupis projecta intactaque relicta, à Christianis sepeliuntur* 242 a. *Gorzienses divinitus explorare prohibentur, an S. Gorgonii* corpus *integrum habeant* 349 e f. Corpus *B. Comitissæ modò prodigiosè extenditur, modò ad priorem brevitatem mirabiliter reducitur* 310 e. *B. Seraphinæ incorruptum ad hæc usque tempora servatur* 316 a. *Suavissimum spirat odorem* ibid. 321 a. *Item S. Petri de Chavanon* 477 f. *S. Cosmæ* 622 a. Corpus *S. Audomari ab Hugone abbate furto surreptum nulla vi moveri de loco potest* 393 b, 413 f. *S. Theodardi cælesti lumine illustratur* 591 c, 597 f. *Vangionum præsul illud translaturus, ortâ subitò tempestate, impeditur* 591 f, 598 c d & seqq. Corpora *SS. Menodoræ, Metrodoræ & Nymphodoræ insigni prodigio servata* 492 c. Corpus *Arsenii à Saracenis igni injectum comburi nequit* 862 a b. *Ab igne illæsum sepelitur à S. Elia Spelæote* ibid. Corpus *S. Sperandeæ post annos* 400 *incorruptum reperitur* 898 b c, 900 b. Corpora *SS. Amati, Romarici & Adelphii post ducentos circitèr annos illæsa reperiuntur* 823 c, 829 f. *S. Romarici sanguinem emittit* 823 e, 830 b

Correptio *fraterna S. Joannis Laudensis efficacissima* 163 d, 172 b c

Corrigit *admirabili prudentiâ fratrem suum Theodosium imp. S. Pulcheria* 512 d e

Cruces *tempore S. Gauzlini in vestimentis hominum mirabiliter visæ, infidelium incredulitatem arguunt* 144 a. Crucis *signo munitus S. Anastasius Christum Deum intrepide profitetur coram tyranno* 27 a. Crucis *signo prodigia perpetrata à S. Nicolao Tolentinate* 654 f, 655 b c, 656 a. *Eadem ope energumena liberata per S. Almirum* 805 f. *Item hydropica mulier sanata per S. Sperandeam* 902 d. Crucis *signo ruperta in templum, Deiparæ Virgini ædificatum, ruentem avertit S. Petrus de Chavanon* 476 d

Crure *ac pede aridus vigori restituitur meritis SS. Amati, Romarici & Adelphii* 833 f.

Crus, *facto voto S. Reginæ, prodigiosè sanatur* 35 a. *Aliud contractum ope pulveris supra corpus B. Seraphinæ jacentis restituitur* 323 a. Crura *gravissimè læsa curat S. Nicolaus Tolentinas* 655 c, 713 b, 725 d f. Cruribus *capti patrocinio S. Sperandeæ sanati* 906 b, 912 f

Cultus *Deiparæ Virginis. V.* Maria SS. Virgo.

D

Dæmones *populo in peccatis obstinato se visibiles jubet ostendere S. Stephanus* 191 f. Dæmones *S. Nicolao Tolentinati illudunt, orantemque pessimè multant* 650 d e, 665 a b. Dæmonum *præstigiis liberantur varii ope S. Nicolai Tolentinatis* 721 b c. Dæmon *ex energumena ejicitur per reliquias SS. martyrum Prothi & Hyacinthi* 751 f. Dæmoniacam *liberat S. Leo* 827 f. Dæmone *corripitur mulier, pudicitiæ S. Eliæ Spelæotæ insidians* 857 f. *Pœnitens ejusdem Sancti ope liberatur* 858 a. *A* dæmone *torquetur inobediens* 868 a. *A S. Elia Spelæote liberatur* ibid. Dæmones *è spelunca fugat S. Elias Spelæotes* 865 e f

Defendit *S. Paphnutius S. Athanasium contra calumnias schismaticorum* 781 e

Desperantem *ad spem reducunt BB. Felix & Seraphina* 324 a

Devotio *S. Stephani erga SS. Eucharistiam prorsus eximia* 189 f. *S. Agabii* 502 b. *B. Joannis Salernitani* 632 c

Digitus *putrescens, emisso voto, ope pulveris supra corpus B. Seraphinæ jacentis subitò sanatur* 323 a

Direptione *Gorzia, protectore S. Gorgonio, liberatur* 325 c d & seqq.

Disciplinam *regularem in monasterio S. Apri instaurat S. Gauzlinus* 133 a & seqq. Disciplinæ *regularis rigorem mitigari non patitur S. Joannes Laudensis* 168 e, 174 a b. Disciplinæ *ecclesiasticæ defensor S. Hilarus* 567 b c & seqq.

Divinarum *rerum contemplationi vacat S. Joannes Laudensis* 166 b. Divina *contemplatur S. Agabius* 502 b. *Item B. Joannes Salernitanus* 630 f

Dolore *coxendicis liberatur illustris matrona ope invocatæ B. Seraphinæ* 323 b. Dolore *capitis liberatur faber lignarius patrocinio ejusdem & beatæ Felicis* 324 c. *Meritis S. Petri de Chavanon puella* 461 c. *Oculorum* dolore *sanata puella meritis SS. Odgeri, Wironis & Plechelmi* 615 d. Dolorem *capitis vehementissimum manûs impositione pellit B. Joannes Salernitanus* 634 c d. *Signo crucis S. Nicolaus Tolentinas* 655 f. Dolores *colica*

ca ſanati ejuſdem Sancti patrocinio 712 a. *Item* dolor *ſtomachi* 713 a. Dolores *calculi* 723 a. *Laterum, ſtomachi ac brachii* 726 a. *Dentium* 726 e f. *Manûs dexteræ patrocinio SS. Amati, Romarici & Adelphii* 836 b. *Dentium* 836 e. Dolore *vehementi cruciatur negligens monita S. Eliæ Spelæotæ* 868 b. Dolore *dentium liberatur monachus patrocinio S. Eliæ Spelæotæ* 883 e. *Diuturnum capitis* dolorem *depellunt merita S. Speranideæ* 911 a b

E

Ecclesia *S. Salvio conſecrata* 575 b c
Eccleſiæ *pax reddita S. Nicolai Tolentinatis meritis attribuitur judicio Sixti V* 673 e, 675 f. Eccleſiam *S. Dei Genitricis reædificat S. Gauzlinus* 143 f. Eccleſiam *Deiparæ Virgini conſtruit S. Petrus de Chavanon* 476 b. Eccleſiam *percelebrem ædificat Lugduni S. Patiens* 794 a b. *Vide* Templum.
Edicta *adverſus Dei cultores lata, minutatim diſcerpit S. Joannes martyr* 12 b c & ſeqq.
Educat *à teneris in omni virtutum genere S. Madelbertam S. Aldegundis* 109 e
Effuſiones *ſanguinis ex brachiis S. Nicolai Tolentinatis* 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685
Ejectionem *concubinæ ope S. Nicolai Tolentinatis impetrat mulier* 714 e f
Energumena *variis periculis ope S. Adriani liberata* 251 d e & ſeqq. *Dæmonium ex* Energumeno *expellitur reliquiis S. Adriani* 251 a. Energumenum *curat S. Corbinianus* 295 c. Energumenos *liberat S. Gorgonius* 350 e, 351 a. *B. Joannes Salernitanus* 632 c. *S. Almirus* 805 f. *S. Alneus* 808 d. Energumena, *ſuſceptâ ad ſepulcra SS. Amati, Romarici & Adelphii peregrinatione, liberatur* 834 a. Energumenæ *variis in periculis ſuccurrit S. Nicolaus Tolent.* 721 b. Energumena *ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſanatur* 711 c d. *Alia ejuſdem Sancti patrocinio* 720 e f. *Prodigioſa* energumeni, *invocatione S. Nicolai Tolentinatis, liberatio* 719 c d & ſeqq. Energumeni *ſanati precibus S. Eliæ Spelæotæ* 871 d e f, 872 a. *Alii ſanantur ad ejuſdem Sancti ſepulcrum* 882 a b c. *Item alii liberati ope aquæ, quâ Sancti corpus fuerat ablutum* 884 c. *Item ope calceorum ligneorum, quibus Sanctus incedere conſueverat* 885 f. *Item ope aquæ, quâ calcei lignei fuerant abluti* 886 b
Epilepſia *ſanata ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 711 e f
Equum *morti proximum ope aquæ à ſe benedictæ ſanat S. Elias Spelæotes* 873 d

F

Faces *ante Reliquias SS. Amati, Romarici & Adelphii accenſæ nihil fœtoris, ſed ſuavem ſpirant odorem* 836 d
Faciem *mulieris diſtortam naturali ſtatui reſtituit S. Nicolaus Tolentinas* 654 e. *Alterius facies miſerè diſtorta ab eodem Sancto ſanatur* 718 d. Faciem *accedentium ad SS. Euchariſtiam aliorum videt ſplendentem, aliorum obſcuram Arſenius* 855 e
Fame *in Italia exortâ, inſigni in miſeros charitate emicat S. Joannes Laudenſis* 166 d e, 173 e. Fame *afflictis fruges gratuitas largitur S. Patiens* 596 a b
Febribus *laborantem puerum ſanat S. Regina* 42 c. Febrium *æſtu de vita periclitantem incolumitati reſtituit* ibid. *Puellam* febricitantem *ſanat S. Stephanus* 193 f, 195 d. Febris *pulſa meritis S. Adriani* 251 b. *Meritis S. Corbiniani* 293 e. Febricitantes *ſanati patrocinio S. Petri de Chavanon* 461 a b c, 478 b c. *Item S. Theodardi* 591 d. *S. Nicolai Tolentinatis* 724 e, 727 c, 739 d f, 740 c, 741 a. Febri *tertiana laborantem mulierem ſigno crucis ſanat S. Elias Spelæotes* 875 d. Febricitantes *curati SS. Amati, Romarici & Adelphii beneficio* 836 e. Febricitantes *ſanitatem obtinent patrocinio S. Sperandeæ* 908 f, 909 a, 913 a c
Felicitas *S. Patientis in convertendis hæreticis* 793 b
Feſtivitates *præcipuas SS. Virginis Mariæ Romæ illuſtrat S. Sergius PP.* 443 c d & ſeqq.
Feſtum *diem violantes divinitus puniuntur* 415 c d e
Fidem *contra hæreſes ſtrenuè defendit S. Hilarus* 569 e
Fiduciâ *in Deum nixa S. Regina Chriſtum coram tyranno profitetur* 39 a
Fiſtulâ *liberatur puella favore S. Nicolai Tolentinatis* 725 f. Fiſtulâ *afflictum ſanat S. Sperandea* 912 b
Fluvius *S. Nicolai Tolentinatis ſtatuæ mirabiliter tranſitum præbet* 742 c
Fluxum *ſanguinis ſiſtit crucis ſigno S. Nicolaus Tolentinas* 655 c. Fluxu *ſanguinis, quem in oculo patiebatur, juvenis quidam liberatur ope S. Nicolai Tolentinatis* 657 d. *Alii eodem malo ejuſdem Sancti ope liberati* 658 a, 712 b
Fons *in ſacello S. Reginæ M. agris ſaluberrimus ſcaturit* 29 d e & ſeqq. Fons *in aquarum penuria à S. Corbiniano è terra elicitus* 273 b, 291 b. *Abſente S. Corbiniani corpore exareſcit, illo præſente rurſus ſcaturit* ibid. *Fertur agris ſaluberrimus eſſe* ibid. e f. Fontem *è terra elicit S. Audomarus, undâ baptizando infanti deficiente* 409 f. *Item S. Nicolaus Tolentinas in aquarum penuria* 642 e. Fons, *in quo ſuum ipſe caput abluiſſe ſcribitur S. Marcellus, morbos pellere traditur* 778 d
Fortitudo *animi invicta in difficultatibus B. Joannis Salernitani* 631 b
Frumenta *patrocinio B. Merbodi conſervata* 890 a
Fugitivum *filium recipit vidua, invocato* S. *Nicolao Tolentinate* 712 a
Fundationes piæ. *S. Gauzlinus* fundat *monaſterium Buxerienſe* 136 c & ſeqq. *S. Ugo monaſterium S. Galgani* fundat, *ſimul & ſeminarium eccleſiæ ſuæ clericis* 303 c d. *Cœnobium Cluanenſe* fundat *S. Kieranus* 379 b c, 380 b. *Piperaci monaſterium* fundat *S. Petrus de Chavanon* 476 b. *S. Bodo* fundat *monaſterium puellare* 841 a
Furtum *cæcitate punitum* 197 e. *Quidam, oſſe uno S. Adriani* furtim *ſurrepto, excæcatur* 239 e. *Mulam S. Corbiniani* fur *divinitus caſtigatus cogitur reducere* 281 e f. *Equos ab eodem Sancto* furto *ſurreptos puniti reducunt* 288 c d & ſeqq. Furto *auferens nummos, S. Petro de Chavanon oblatos, à Deo plectitur* 478 e. Furtum *reliquiarum divinitus impeditur*

tur 122 c. *Parte reliquiarum S. Alchmundi* furtivè *ablatâ, corpus ejus nullâ vi in templum inferri poteſt* 125 f

G

GAngræna *ſanata meritis S. Nicolai Tolentinatis* 726 d. Gangrænâ *laborantem puerum ſanat S. Elias Spelæotes* 874 a
Gladio *S. Adriani fertur S. Henricus imperator feliciter contra hoſtes uſus* 255 d
Globus *igneus in lampadem S. Romarici capiti imminentem dilabi mirabiliter cernitur* 833 c. *Lampadem pendentem ad altare SS. Virginis Mariæ accendit* 834 d
Gratiam *Spiritûs Sancti per modum ignis altare operientis intuetur Arſenius abbas* 861 d
Greſſu *deſtituta mulier curatur beneficio SS. Amati, Romarici & Adelphii* 834 a. *Vide* Claudus.
Gutturis *malo liberatus beneficio S. Coſmæ* 626 d. *Beneficio S. Nicolai Tolentinatis* 724 f.
Guttur *pugione transfixum S. Nicolai Tolentinatis favore ſanatum* 724 b. Gutturis *tumorem attactu ſanat S. Sperandea* 902 d

H

HAbitu *monachi induens ægrum S. Elias Spelæotes, ei ſanitatem confert* 868 b
Habitum *S. Dominici quidam Apulus pravorum conſilio volens deſerere, divinitus in priori propoſito confirmatur* 628 a b.
Hæmorrhoides *curatæ beneficio S. Nicolai Tolentinatis* 717 c
Hæreticorum *in Sanctorum reliquias impietas* 752 e
Herniâ *laborans ſubitò ſanatur* 121 b c. *Contra* Herniam *patronus S. Ventura* 202 f. Herniam *ſanat S. Nicolaus Tolentinas* 655 c, 722 e f
Hiatus *maximi apparent Saracenis cœnobio S. Eliæ Spelæotæ appropinquantibus* 876 b
Hirudo *gutturi inhærens S. Nicolai Tolentinatis beneficio feliciter expulſa* 705 d.
Humilitatem *eximiè colit S. Joannes Laudenſis* 163 d, 168 b c. *S. Petrus de Chavanon* 474 b. *B. Joannes Salernitanus* 632 f, 634 e. *S. Nicolaus Tolentinas* 664 f. *S. Elias Spelæotes* 869 d. *S. Æmilianus* 798 b
Hydropicum *ſanat tactu manûs S. Agabius* 502 c. *S. Nicolaus Tolentinas invocatus* 724 f. *Item ſigno crucis S. Sperandea* 902 d
Hymnum *S. Amati cum reliquis Monachis canere poſt mortem auditur S. Adelphius* 816 c, 819 f.

I

ICtus *ſicæ binos illæſo pectore excipit mulier, patrocinio S. Nicolai Tolentinatis invocato* 714 c. *Ejusdem Sancti ope innocens patitur plures carnificis* ictus *illæſus, & liberatur* 730 b c d
Jejunia *rigida S. Joannis Laudenſis* 164 a, 172 c d. *S. Eliæ Spelæotæ* 853 e, 855 d, 876 a e, 877 d. *S. Sperandeæ* 896 a c d, 901 f. Jejuniis *aliiſque corporis afflictionibus corpus ſuum caſtigat S. Agabius* 502 b
Ignem *illæſa ſuſtinet pars mappæ tincta ſacro Sanguine S. Nicolai Tolentinatis* 688 d e. *Item corpus Arſenii* 862 a b
Imago *S. Nicolai Tolentinatis inſtantem Eugenii IV PP. obitum manifeſto ſudore præſignâſſe fertur* 691 f. *Crucifixi pedes oſculatur* 692 e, 707 a b & ſeqq. *Prodigioſo fulget ſplendore* 693 c. *Os & oculos cernitur aperire* ibid. *Miracutis plurimis claret* ibid. c. *Ori admota peſtem depellit* 710 f. *Sanguinis fluxum ſanat* 712 b
Impietas *hæreticorum in Sanctorum reliquias* 752 e
Impudicitia *horribili pœna divinitus punita* 119 f, 475 e f.
Incendii *periculo præſenti liberatur quidam ſolâ S. Eliæ Spelæotæ invocatione* 874 c. Incendium *precibus ſiſtit S. Evurtius* 55 c d. *Aliud toto octiduo continuatum exſtinguitur ope reliquiarum S. Grati* 73 b. Incendium *precibus ſubitò exſtinguit S. Petrus de Chavanon* 476 c. *In medio* incendio *ſervatur adoleſcens illæſus ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 706 a b
Inceſtuoſos, *quos adire recuſat, S. Corbinianus pœnitentiâ Deo reconciliat* 290 b c
Incommodo *graviſſimo ex dæmonis vexationibus retento liberatur puella per S. Adriani merita* 252 c d
Incorrupta *Sanctorum corpora reperta. S. Joannis Laudenſis* 157 c. *S. Stephani* 183 e f, 184 a. *S. Corbiniani* 293 e f. *B. Seraphinæ* 316 a. *S. Sperandeæ* 898 b c, 900 b
Infeſto *ab aëre reliquis omnibus infantibus, per S. Nicolai Tolentinatis opem ſervatur infans incolumis* 741 c d
Infirmitas *gravis ſubitò curata ad ſepulcrum B. Joannis Salernitani* 635 d. *Meritis S. Alnei* 808 d. *Patrocinio SS. Amati, Romarici & Adelphii* 836 c. Infirmitate *periculoſa laborans Joannes Caſimirus S. J., deinde Cardinalis & Poloniæ rex, voto facto B. Sperandeæ, incolumitati redditur* 913 d. *Graviter* infirmum *curat S. Elias Spelæotes* 874 b. *Item filium gravi* infirmitate *decumbentem* 874 c. Infirmitates *patienter ſuffert S. Nicolaus Tolentinas* 665 c. Infirmitates *varias ſanat S. Sperandea* 902 e. *Vide* Æger
Injurias *eſſe condonandas inſigni prodigio oſtenditur* 322 f
Innocentem *capite damnatum ſupplicio liberat S. Nicolaus Tolentinas apparens* 728 f
Innocentiam *S. Sergii declarâſſe fertur infans novem dierum* 439 a
Inſanus *ſanæ menti redditus à S. Stephano* 198 d. *Alter* 199 c. *Alter, invocato Dei Genitricis & S. Stephani auxilio* 199 f. *Alter, voto nuncupato S. Nicolao Tolentinati* 727 b
Inſons *ope S. Nicolai Tolentinatis ſuſpendio liberatus* 663 f
Inſontes ſuſpenſi *in vita beneficio S. Nicolai Tolentinatis retenti* 663 f, 698 a b
Inteſtinorum *malum graviſſimum curatur ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 713 d
Invocatione *ſanctorum Wilfridi & Cuthberti capitis ſupplicio addictus liberatur* 118 c d. *Item excidio cives* 119 a & ſeqq. Invocatione *Sanctorum varii varia beneficia impetrant* 43 c, 242 c
Irreverentia *in Sanctos aut eorum reliquias divinitus punita* 344 e f, 414 e
Jumenta *ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſanata* 710 a

L

LAbor *felix S. Patientis in hæreticorum conversione* 793 b
Lac *pro sanguine decollatus fertur effudisse S. Eupsychius* 6 c, 7 b
Laceratus *vehementissimè S. Eupsychius ab angelo curatur* 6 c, 7 b
Lacrymarum *dono divinitus potitur S. Joannes Laudensis* 165 e. *S. Thomas abbas idem à SS. Virgine Maria apparente obtinet* 605 f, 610 c
Lampas *ad altare S. Andreæ divinitus accenditur* 836 f. *Item sæpius ante reliquias S. Adelphii* 834 c, 836 c. *Suavem spirat odorem* 836 d
Lapide *crasso in terram ex alto decidente obrutus, incolumis servatur meritis S. Romarici* 832 b
Lapsus *ex loco elevato puer beneficio S. Adriani servatur illæsus* 248 e. *Alii idem obtinent beneficium ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 709 d. *Ex* lapsu *puella morti proxima Sancti Adriani meritis sanata* 248 f. Lapsus *è præcipitio puer S. Corbiniani meritis illæsus reperitur* 294 a. *Item puella in puteum* lapsa *S. Audomari beneficio* 405 a, 412 e f. Lapsus *ex equo, gravissimèque vulneratus, pristinæ sanitati ope S. Nicolai Tolentinatis restituitur* 696 c. *Religioso ex* lapsa *in cerebrum lamina mortuo aut morti proximo vita aut sanitas ejusdem Sancti ope restituitur* ibid. *Puero ex* lapsu *morti proximo ejusdem Sancti favore incolumitas reddita* 702 e. *Item pluribus aliis* 709 f, 723 d. Lapsus *in puteum puer salvus, invocato eodem Sancto, educitur* 716 f. *Alios ex alto* lapsos *incolumes servat* 724 c. *Puellæ in cacabum* lapsæ *incolumitas conceditur* 716 f. Lapsus *in præcipitium, quidam jussu S. Eliæ Spelæotæ arborem excidens, ejusdem Sancti precibus reperitur illæsus* 868 c. Lapsus *in fossam illæsus servatur meritis S. Romarici* 831 f. *Alii* lapsi *è sublimi ejusdem Sancti ope incolumes* 832 a. *E* lapsu *de vita periclitantem puellam incolumitati restituit S. Sperandea* 902 e
Laterum *dolorem sanat panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedictus* 712 e, 725 f.
Latus *aridum curat idem Sanctus* 719 a
Latronem *suspensum in Vita triduo servat S. Corbinianus* 283 e f, 284 a. Latronum *manus evadit divino favore S. Elias Spelæotes* 853 d
Laus *invictæ constantiæ S. Reginæ* 32 f
Leprosus *sanitati restituitur a S. Agabio* 502 c. *Decem* leprosi *beneficio SS. Amati, Romarici & Adelphii mundati* 834 b
Lipsanothecæ *reliquiarum SS. Amati, Romarici & Adelphii operimentum prunas ardentes evadit illæsum* 836 d
Liquorem *agris salutiferum effundit sepulcrum S. Petri de Chavanon* 478 d. Liquor *mirabilis ex sepulcro S. Ugonis profluxisse narratur* 303 f
Loculos *amissos à se inventos fuisse, S. Nicolao Tolentinati acceptum refert vector quidam* 715 d
Locus *in quo S. Audomarus requieverat multis infirmis salutaris* 400 e, 403 f, 408 c. Locus *monasterio condendo divinitus ostenditur S. Petro de Chavanon* 476 b
Loquelam *amissam reddit S. Sperandea* 906 c. *Vide* Mutus.
Lumen *cœlitus immissum lampadem S. Romarici capiti imminentem accendit* 833 c. *Item S. Adelphii* 834 c. Lumen *immensum appareret in loco, ubi quieverat S. Audomarus* 400 e, 403 f, 408 c. *Item ad altare SS. Virginis Mariæ* 834 c. *Candela cerea ante ejusdem SS. Virginis imaginem divinitus* lumen *concipit* 836 f. Lumina *in ecclesia exstincta oratione sua accendit S. Alneus* 808 c
Lux *magna, ut fertur, de nocte oritur, donec corpus S. Sozontis sepultum sit* 18 c. Lux *prodigiosa à Clericis in sacello S. Stephani, eò à S. Corbiniano missis, percipitur* 272 e, 291 b

M

MAleficia *sublata ope S. Cosmæ* 626 a
Malo *gravi quidam liberatur ad sepulcrum S. Eliæ Spelæotæ* 883 f. *Gravi* malo *liberatur puella quædam, facto per patrem voto S. Sperandeæ* 910 b c
Mamillam *graviter læsam signo crucis sanat S. Nicolaus Tolentinas* 655 b
Manus *latronum divino favore prodigiosè evadit S. Elias Spelæotes illæsus* 853 d. Manus *S. Almiro minitantis subitò aresicit* 806 a. *Item illudentis S. Alneo* 808 b. Manûs *simulacri aurei à se abscissæ & venditæ pretium pauperibus distribuit S. Sozon* 14 c, 16 a.
Manus *tres super lipsanothecas SS. Amati, Romarici & Adelphii exporrectas cernit quædam Sanctimonialis* 825 b. Manuum *amissus usus, invocato S. Stephano, recuperatur* 197 e. Manum *aridam sanat S. Corbinianus* 295 c, 306 c. Manum *pessimè affectam curat pulvis supra corpus B. Seraphinæ jacens* 323 b. Manus *arida vigori restituta meritis S. Petri de Chavanon* 478 a. *S. Nicolai Tolentinatis* 718 e. Manus *ambustæ puerorum ejusdem Sancti beneficio curantur* 654 f, 710 b. Manum *aridam sacro inungens oleo sanat S. Almirus* 806 b. Manuum *usus paralysi amissus, puellæ restituitur ad sepulcra SS. Amati, Romarici & Adelphii* 833 e
Maria SS. Virgo *S. Thomam abbatem admonet ut Farfense cœnobium dirutum restauret* 602 c, 605 e f. *Item Faroaldum, ut alimenta ad S. Thomam abbatem ejusque socios mittat* 603 b. *Item Gisulfum, ut nihil S. Thomæ abbati recuset* 609 c. *Decumbentem S. Nicolaum invisit cum S. Augustino & buccellâ panis sanat* 650 a b. *Adest eidem morienti* 656 d.
Mariæ *SS. Virginis cultor egregius S. Sergius* 443 c
Maris *tempestas insigni prodigio sedatur, invocato S. Nicolao Tolentinate,* 664 a b. *Vide* Naufragium.
Martyribus *se jungit cœlestis gloriæ magnitudine excitatus S. Adrianus* 220 c. Martyribus *servit in carcere S. Natalia* 224 a, 227 c. Martyrio *virginitatem gladio percussa fertur coronâsse S. Grimonia* 81 c. Martyrum *triumphus dæmonum confusio* 25 a
Matronæ *violati matrimonii injustè accusatæ, ideòque de vita periclitanti succurrit S. Nicolaus Tolentinas invocatus* 724 a
Media *castitati servandæ tentationibusque superandis suis præscribit monachis S. Elias Spelæotes* 873 f
Melodia *cœlestis à Clericis in sacello S. Stephani, quò à S. Corbiniano missi erant, percipitur* 272 e, 291 b. *Sex ante obitum mensibus cœlesti recreatur* melodia *S. Nicolaus Tolentinas* 655 f

Membris *omnibus captus puer incolumitati reſtituitur beneficio SS. Amati, Romarici & Adelphii* 833 a. *Item puella ad ſepulcra eorumdem Sanctorum* 833 d e
Mendacium *punitur* 727 d
Meſſem, *beſtiolis omnia depaſcentibus, deſperatam reſtituit aqua per reliquias S. Grati conſecrata* 73 b c. *Ejuſdem reliquiæ circumlatæ* meſſem, *nivis copiâ corruptam, copioſiſſimam reddunt* ibid. Meſſis *ſpe fruſtrati ob continuos imbres patrocinio S. Ulfacii maximam frugum abundantiam impetrant* 370 d
Miraculis *coruſcat S. Viventius* 63 e. *Item S. Clodoaldus* 97 e. *S. Stephanus* 181 c. *S. Corbinianus* 295 a b & ſeqq. *S. Nicolaus Tolentinas* 660 & ſeqq. *B. Merbodo* 889 e, 890 a
Miſericordia *S. Eupſychii in pauperes eximia* 6 c f. *S. Alpini* 89 a. *S. Madelbertæ* 109 f. *S. Gauzlini* 143 c. *S. Joannis Laudenſis* 166 d, 173 e. *S. Stephani epiſc.* 192 c. Miſericordia *S. Nicolai Tolentinatis in pauperes inſigni miraculo comprobata* 642 f
Modeſtia *admirabilis S. Eliæ Spelæotæ* 857 e.
Molam *angelus pro S. Kierano verſâſſe fertur* 374 e
Monet *S. Adrianus energumenam, ut ipſum patronum eligat* 251 c d
Monita *extrema S. Dominici* 633 e. *B. Joannis Salernitani* 634 f. Monita *præclara S. Eliæ Spelæotæ diſcipulis ſuis data* 864 c. *Item alia, ut virtus miraculis præferatur* 875 f. *Egregia ejuſdem Sancti* monita *extrema* 878 c, 879 d e. Monita *ſalutaria S. Joanni Laudenſi de vitandis peccatis præſcribit B. Petrus Damianus* 151 a
Monſtrum *informe altari S. Adriani impoſitum humanam formam & vitam accipit* 239 c
Morbi *depulſi patrocinio S. Stephani* 198 c e f, 199 e, 200 c d e f. *Quidam ex gravi* morbo *cæcitate contracta, facto voto S. Adriano, ſanitatem & viſum recuperat* 242 e. *Varios* morbos *ſanat idem Sanctus* 253 b c & ſeqq. Morbos *quoſlibet ſanat liquor è ſepulcro S. Ugonis profluens* 303 f. Morbo *periculoſo Francorum dux laborans ſanitati reſtituitur meritis S. Gorgonii* 353 e. Morbis *variis varii liberantur ejuſdem Sancti patrocinio* 353 f. Morbum *contagioſum à gregibus arcet panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedictus* 715 f. Morbo *periculoſo liberatur ſanctimonialis meritis SS. Amati, Romarici & Adelphii* 832 e. *Ex* morbo *peſſimè affecta mulier curatur eorumdem Sanctorum favore* 834 b. *Item matrona reliquias Sanctorum attingens* 836 b. *Item vir ex* morbo *periclitans* 836 b. Morbo *gravi ſanatur puer meritis S. Eliæ Spelæotæ* 883 f
Moribundus *meritis S. Reginæ ſubitò ſanatur* 34 d. *Alter ope S. Joannis Laudenſis* 160 c. *Monialis ad extrema deducta, eodem Sancto invocato, incolumitati reſtituitur* 160 d. *Altera ejuſdem ope, peractis duobus Miſſæ ſacrificiis, convaleſcit* 160 a. *Alter, voto facto, patrocinio S. Stephani* 197 d. Moribundum *ſenſibus reddit S. Nicolaus Tolentinas* 727 b. *Alios ſanitati reſtituit* 727 e, 728 a b & ſeqq., 742 a. Moribundi *ſanati beneficio S. Adriani* 243 d, 245 c e. Moribundus, *delatâ ad ædes ſuas S. Nicolai Tolentinatis ſtatuâ, priſtino redditur vigori* 742 f
Morienti *S. Nicolao Tolentinati adeſt cum SS. Virgine Maria & S. Auguſtino Jeſus* 656 d, 665 f
Mortem *tyranni cujuſdam abſens cognoſcit S. Elias Spelæotes* 870 b
Morti *proximus ex ictu lapidis, invocato S. Stephano, incolumitati reſtituitur* 198 d
Mortis *ſuæ tempus præſcit S. Corbinianus* 277 a, 293 b. *Item S. Salvius* 578 f. *S. Nicolaus Tolentinas* 655 f, 665 e
Mortuum *ad vitam precibus revocâſſe narratur S. Alpinus* 89 c. *Armigerum quemdam* interemptum *ſuſcitat S Stephanus* 195 e. *Suſcitantur alii duo* mortui *ejuſdem Sancti meritis* 197 c d. *Item filia quædam, implorato ejuſdem Sancti patrocinio* 197 f. *Puer creditus ſubmerſus, miles cæſus* 199 f. *Clericum quemdam aquis ſuffocatum vitæ reddit S. Adrianus* 239 e. *Idem præſtat beneficium pueris duobus* 242 f. Mortuus *puer, facto eidem Sancto voto, parentibus ſuis redivivus redditur* 243 f. *Item puer aquis ſuffocatus* 244 c. *Eodem Sancto patrocinante infans* mortuus *vitâ donatur & ſacro fonte abluitur* 253 a. *Ejuſdem Sancti meritis puer reſuſcitatur* 253 c. *Alter* ibid. e. Mortuum *vitæ reddidiſſe fertur S. Severianus* 357 a b. *Tres capite truncatos ad vitam revocâſſe narratur S. Kieranus* 357 b. Mortuus *infans ante baptiſmum beneficio S. Nicolai Tolentinatis vitæ reſtituitur* 660 e. *Puellam defunctam reſuſcitat* 695 b. *Item puerum in ferventem cacabum lapſum & coctum* ibid. f. *Ejuſdem Sancti meritis puella jamjam ſepelienda vitâ donatur* ibid. *Item mulier* ibid. *Pueri duo* 660 f, 661 a. *Alterius jam feretro impoſiti ejuſdem Sancti patrocinio mirabilis reſuſcitatio* 661 b c. *Puerum aquis ſuffocatum vitæ reddit idem Sanctus* ibid. d. *Item alium, qui ſe ſuſpenderat* ibid. e. *Pontifice eum ſolenni ritu Sanctorum faſtis adſcripturo, puero ſubmerſo vitam reddit* 673 c. *Infantem defunctum reſuſcitat* 713 c. *Pueri duo per Sancti invocationem vitæ reddduntur* 739 e f. *Reviviſcit puer* mortuus *ope panis ori ejus admoti, quem S. Nicolaus Tolentinas apparens viduæ inopiàm ejus ſublevandæ cauſâ attulerat* 696 c. Mortuum *reſuſcitat ope ſacri olei S. Alneus* 808 c. *Alii, qui putabantur* mortui, *meritis S. Stephani vitæ aut incolumitati reſtituti* 200 b c e. *Alii meritis S. Adriani* 246 a b f, 249 b d & ſeqq., 250 a b & ſeqq. *Alii meritis S. Nicolai Tolentinatis* 696 f, 697 a b e, 708 b, 713 e f
Mula *moribunda ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſanatur* 715 b
Mulam *S. Corbiniani furto ablatam fur compellitur reducere* 281 e f
Mundi *delicias propter inſtabilitatem eſſe contemnendas oſtenditur* 473 f
Munificentia *& abſtinentia in epulis S. Patientis elucet* 793 c. Munificentia *S. Sergii PP. in eccleſias Romanas* 442 c d & ſeqq. *S. Patientis in miſeros* 795 f, 796 a b. *Ejuſdem Sancti in eccleſias reparandis & exſtruendis* 793 f
Murmur *lene percipitur ad ſepulcra SS. Amati, Romarici & Adelphii* 825 b, 835 d
Murum *jam titubantem precibus ſuis ſuſtentat S. Nicolaus Tolentinas* 642 e
Muſtum, *rupto dolio, precibus ſiſtit S. Corbinianus* 281 d
Muta *& ex diuturna infirmitate morti proxima loqua-*

loquelam & ſanitatem à S. Joanne Laudenſi impetrat 160 f. *Alter, voto facto, ope panis à S. Stephano benedicti idem beneficium obtinet* 196 e. *Mulier per annum* muta *linguæ uſum ad ſepulcrum S. Stephani recipit* 198 f. Muto *loquelam reſtituit S. Gorgonius* 350 a. *Sed ſervum durè excipiens loquendi facultatem amittit; pœnitenti reſtituitur ſecundò* ibid. Mutos *ſanat S. Nicolaus Tolentinas* 660 c d, 726 e. Mutus *meritis S. Almiri loquelam accipit* 806 d. *Mulier à nativitate* muta *ope aquæ, quâ calcei lignei S. Eliæ Spelæotæ fuerant loti, linguæ uſum obtinet* 886 c

N

Naufragium *ope S. Kierani evaſiſſe fertur S. Columba* 381 e. *Alter in mari periclitans, invocata ope S. Audomari, mirabiliter periculo liberatur* 397 e f, 398 a, 403 c d, 407 f, 408 a & ſeqq. Naufragio *varii eripiuntur ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 733 f, 734 a b c. *Ope ejuſdem panis naves* naufragio *ſubducuntur* 735 b, 736 b c d

Navim *ſubmerſionis periculo, fuſis ad Deum precibus, eripit S. Petrus de Chavanon* 477 d

Navis *SS. Mummolinum & Bertinum vehens divinitus directa locum cœnobio exſtruendo deſignat* 399 d, 409 c

Negligentia *voti implendi caſtigatur* 243 c, 248 b, 724 f

O

Obedientia *prompta S. Eliæ Spelæotæ* 857 d

Obedientia *S. Almiri* 803 e, 805 e f. *Inſigni miraculo comprobatur* 805 c

Obrigeſcunt *manus latronum S. Eliæ Spelæotæ cædem meditantium* 853 d

Obſequitur *urſus S. Corbiniano* 285 e f

Oculi *malè affecti ſanati, invocato S. Nicolao Tolentinate* 658 a. *Item graviſſima* oculorum *mala ejuſdem Sancti patrocinio* 713 f, 721 e f, 722 b. *Item ope olei SS. Romarici, Amati & Adelphii* 836 c. Oculus *diſſectus & erutus, impoſito pane in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicto, mirabiliter reſtituitur* 740 c. Oculorum *mala auferuntur beneficio S. Sperandeæ* 907 c. *Unius* oculi *lumen reddit eadem Sancta* 907 a. Oculo *uno cæci, invocato S. Nicolai Tolentinatis auxilio votoque emiſſo, ſanantur* 657 c, 722 a b

Odia *à S. Sperandea feliciter exſtincta* 902 d

Odorem *ſuaviſſimum ſpirat corpus B. Seraphinæ* 316 a, 321 a. *Item domus S. Audomari morientis* 400 a, 404 b, 410 d. *Item caput B. Joannis Salernitani* 626 f. Odor *ſuaviſſimus percipitur ad altare SS. Virginis Mariæ* 834 c. Odorem *ſuaviſſimum ſpirat Balneum, quod S. Elias Spelæotes fuerat ingreſſus* 858 c

Oleum *SS. Amati, Romarici & Adelphii infirmis ſalutiferum* 836 c. Oleum *ſtillans ex lampade ſupra ſepulcrum S. Audomari multis ſalutiferum* 400 b, 405 a, 411 d. Oleum *in vaſe vacuo pro lampade ante ſepulcrum B. Joannis Salernitani pendente mirabiliter invenitur* 635 c

Opem *S. Adriani in variis periculis experitur energumena* 251 d e & ſeqq.

Orante *S. Eugenia, Dianæ ſimulacrum in pulveres redigitur* 747 b. Oranti *S. Stephano epiſc. fertur viſibiliter angelus adſtitiſſe* 190 b. Oratio *S. Alnei lumen in eccleſia exſtinctum accendit* 808 c. Oratio *S. Severiani M. in cruciatibus* 362 b c. *S. Reginæ V.M.* 39 d. Orationem *ſuam à Deo exauditam eſſe edocetur ab Angelo S. Nicolaus Tolentinas* 665 e

Orationis *continuum ſtudium fovet S. Joannes Laudenſis* 167 a f, 172 e f. *S. Agabius* 502 b. *B. Joannes Salernitanus* 630 f. *S. Nicolaus Tolentinas* 650 c d, 664 f. *S. Petrus de Chavanon* 473 c. Orationis *ingens vis exponitur* 282 b, 284 a b

Oratoria *à S. Hilaro erecta S. Joanni Baptiſtæ* 572 c d. *S. Joanni Euangeliſtæ* ibid. e. *S. Cruci* ibid. f. *Hæc piâ munificentiâ exornat idem Sanctus* 573 a b & ſeqq.

Os *gutturi tenaciter inhærens expulſum meritis S. Adriani* 245 b

Offiſculum *puellæ gutturi inhærens expellit S. Oſmanna* 423 c, 424 f

P

Pacem, *ſublato Eccleſiæ ſchiſmate, S. Nicolai Tolentinatis meritis obtentam cenſet Sixtus V.* 673 c, 675 f

Panis *à S. Stephano benedictus moribundum & mutum ſanat* 196 e. Panis *in roſas convertitur à S. Nicolao Tolentinate* 642 f. Panes *pauperculæ precibus ſuis multiplicat* 655 e. Panes *ad viduam ſummâ inopiâ laborantem defert S. Nicolaus Tolentinas apparens* 696 b

Paralyticus *ſimul & cœcus, nondum integro perſoluto voto, S. Reginæ facto, ſanatur* 35 b c. *Ejuſdem Sanctæ patrocinio alii* paralytico *greſſus confertur* 35 d e. Paralyſi *percuſſus, linguæ & aurium uſu amiſſo, facto de S. Stephani ſepulcro viſitando voto, ſanatur* 199 f. *Subdiaconus quidam, fuſis ad S. Stephanum precibus,* paralyſi *curatur* 200 b. Paralyticus *per S. Adrianum ſuo vigori reſtituitur* 243 e. Paralyſi *in vitæ diſcrimen adductum ſanat S. Petrus de Chavanon* 477 c d. Paralyticos *curat S. Theodardus* 591 d. *Duæ mulieres* paralyticæ *meritis S. Nicolai Tolentinatis curatæ* 712 f. *Item puella* 721 f. Paralyſi *curantur alii ejuſdem Sancti favore* 722 e. *Meritis SS. Amati, Romarici & Adelphii curatur puella* paralyſi *laborans* 833 e. Paralyſis *curata ope aquæ, quâ S. Eliæ Spelæotæ baculus fuerat lotus* 881 f. *Puellæ* paralyticæ *vigor membrorum redditur ad ſepulcrum ejuſdem Sancti* 883 d. Paralytici *ſanati ope attactûs fuſtis, quo B. Merbodus cæſus creditur* 890 a. *Puerum* paralyſi *laborantem incolumitati reddit S. Sperandeæ* 893 d. *Item alios* 906 a c.

Partûs *anguſtiis matrona à BB. Felice & Seraphina liberata* 323 f. *Ex* partu *periclitantes feliciter enixæ, S. Adriani implorata ope* 247 b c f. *Item ope S. Nicolai Tolentinatis* 726 f. *Item ope panis in honorem ejuſdem Sancti benedicti* 714 d

Patiendi *ſtudio ardet S. Joannes Laudenſis* 163 e

Patientia *S. Joannis M. prorſus admirabilis in perferendis tormentis* 12 b c & ſeqq. *In adverſis B. Seraphinæ* 320 e. *In infirmitatibus S. Nicolai Tolentinatis* 665 c. Patientia *S. Eliæ Spelæotæ in perferendis verberibus injuſtè infictis* 854 a. *Item in perferendo extremo*

tremo morbo 879 f
Paupertatem *ecclesiæ suæ miro studio sublevat S. Gauzlinus* 140 f
Pax *Cingulanis reddita beneficio S. Sperandeæ* 890 f
Peccata *leviſſima quotidie deflet S. Joannes Laudenſis* 165 f
Pecora *à graviſſimis infirmitatibus liberata patrocinio B. Merbodi* 990 a
Pedem *diſtortum ad naturalem ſitum reducunt merita S. Nicolai Tolentinatis* 659 f. Pedibus *captus ſanatur ad ſepulcra SS. Amati, Romarici & Adelphii* 833 e. Pede *ac crure aridus eorumdem Sanctorum meritis curatur* 833 f. Pedis *malum, invocato S. Joanne Laudenſi, ſubitò ſublatum* 160 f. Pedis *pollex poſtridie reſecandus noctu ſanatur meritis S. Sperandeæ* 910 e f. Pedes *Crucifixi oſculatur imago S. Nicolai Tolentinatis* 692 e, 707 a b & ſeqq.
Perdicem *aſſam &, ut fertur, jam in fruſta diſſectam, reſuſcitat S. Nicolaus Tolentinas* 643 d e & ſeqq.
Peregrinationes *S. Corbiniani ad limina Apoſtolorum* 283 b, 285 c. *S. Willibrordi* 437 e f. Peregrinatio *S. Thomæ abbatis ad limina Apoſtolorum & Terram Sanctam* 605 d
Pericula *ex dæmonum inſidiis per Dei gratiam vitanda ſunt* 99 a b c. Periculum *præſens necis evadit camentarius beneficio BB. Felicis & Seraphinæ* 324 b. Periculo *cæcitatis proximo liberatur quidam ope S. Coſmæ* 626 d. Pericula *varia evadit energumena ope S. Adriani* 251 d e & ſeqq. Periculo *ſuffocationis meritis S. Nicolai Tolentinatis liberatus* 703 a. *Alter* periculo *ſubmerſionis* 715 f. *Alii aliis* periculis *ejuſdem Sancti meritis liberantur* 716 a b
Perjurus *cæcitate punitur* 42 f. *Alter morte plectitur* 43 a
Perſeverantia *ſola coronatur* 168 f
Peſte *infectus ab apparente S. Nicolao Tolentinate ſubitò ſanatus* 699 c d e. *Alii eadem lue ejuſdem Sancti ope liberati* 700 d e, 701 c d e, 705 a f, 708 e f, 709 b c, 710 d e f, 711 f, 712 a d. Peſte *quidam mortuus, ut credebatur, reviviſcit beneficio S. Adriani* 247 d. Peſte *correpti, patrocinante S. Adriano, ſanantur* 242 e, 248 a f, 245 c, 250 f, 251 a. *Alii ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 702 f, 703 e f, 705 a b & ſeqq., 706 c d, 708 f, 709 a c, 710 c d, 711 e, 712 b. Peſtis *Cordubæ prodigioſè exſtincta meritis S. Nicolai Tolentinatis* 692 b c, 711 a. *Piſis* 699 f. *Angiæ* 737 f. Peſtis *ulteriùs ſerpere prohibita meritis S. Nicolai Tolentinatis* 700 b. *Ejuſdem Sancti ope exſtincta* 743 a. Peſtis *Luxemburgi bis per S. Adrianum exſtincta* 244 e f. Peſte *infectus ſanatur, admoto S. Sperandeæ velo* 908 b c
Phthiſi *laborans puella, ex voto S. Sperandeæ habitu induta, ſanatur* 909 a
Piſcium *ingentem copiam capiunt piſcatores ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti* 704 b. Piſcium *inopiâ laboranti S. Corbiniano ingentem,* piſcem *defert aquila* 286 b c. Piſcis *ingentis magnitudinis in pervigilio SS. Amati, Romarici & Adelphii prodigioſè capitur* 830 e. *Alter excoctus & in partes ſanctimonialibus diviſus mirabiliter creſcit* ibid.
Pluvia *in ſumma neceſſitate, invocata ope S. Nicolai Tolentinatis, impetratur* 743 a. *S. Almirum ex obedientia laborantem non attingit* 805 e
Podagræ *doloribus abbas quidam elevationi corporis S. Joannis Laudenſis intereſſe deſiderans prodigioſè ſanatur* 160 c. Podagræ *doloribus cruciati varii opem S. Nicolai Tolentinatis experiuntur* 726 b c
Pœna *neglecti voti* 243 c, 248 b. Pœna *Pilitrudis, vitæ S. Corbiniani inſidiantis* 291 f. Pœna *puellæ blaſphemæ in S. Corbinianum* 293 d. Pœna *iniquo ſcribæ divinitus inflicta* 320 f. Pœna *contemptûs & irreverentiæ in S. Gorgonium* 344 e f. Pœna *meditantis apoſtaſiam* 351 b c & ſeqq. *Furti ſacrilegi* 197 e, 239 e. Pœna *imprecantis* 393 d. Pœna *inobedientiæ* 397 e f, 403 c d, 407 a f. Pœna *pejerantis per merita S. Audomari* 400 d, 405 a, 411 f. Pœna *furti* 405 e, 412 c. Pœna *irreverentiæ erga reliquias S. Audomari* 414 e. Pœna *non colentium feſtum relationis S. Audomari reliquiarum* 415 c d e. Pœna *perſequentis Romanum Pontificem* 437 c d. Pœna *cultum S. Nicolai Tolentinatis contemnentis* 727 d. *S. Almiro minantis* 806 a. *S. Alneo illudentis* 808 b. Pœna *injuſtitiæ* 837 c Pœnæ *dubitantium de miraculis S. Nicolai Tolentinatis* 716 c d. Pœna *recuſantis reddere injuſtè ablata eccleſiæ bona* 854 a. *Item S. Eliam Spelæotam percutientis* ibid. Pœna *avaritiæ* 855 f, 856 a. *Impudicæ mulieris* 857 f. *Inobedientiæ* 867 e, 868 a. Pœna *negligentis monita S. Eliæ Spelæotæ* 868 b. Pœna *artificis non parentis S. Sperandeæ monitis* 897 e
Pœnitentia *S. Edgari poſt lapſum* 458 c. Pœnitentia *inſignis S. Adelphii* 816 b. Pœnitentiæ *exercitiis carnem macerat S. Joannes Laudenſis* 172 c d. *Quidam ob irreverentiam in S. Gorgonium puniti, factâ* pœnitentiâ, *liberantur* 344 e f. *Alter ob furtum divinitus punitus, factâ* pœnitentiâ, *per merita S. Audomari incolumitati reſtituitur* 405 e, 412 c. *Mulier ob violationem diei feſti divinitus punita,* pœnitens *apud ſepulcrum S. Audomari ſanatur* 415 d. *Mulierem ob impudicitiam horribili divinitus inflictâ pœnâ* pœnitentem *liberat S. Petrus de Chavannon* 475 f. *Laterum dolore mulier, quo ob contemptum S Nicolai cultum caſtigata fuerat, factâ* pœnitentiâ, *liberatur* 727 d. *Facta* pœnitentiâ *liberatur mulier dæmone, quo ob impudicitiam correpta fuerat* 858 a
Pollex *clerici eliſus reſtituitur meritis SS. Amati, Romarici & Adelphii* 823 e, 830 a. Pollex *abſciſſus, nuncupato voto S. Nicolao Tolentinati, manui reſtituitur* 723 f. *Poſt quatriduum exareſcens ſanatur* ibid. Pollex *pedis poſtridie reſecandus, noctu ſanatur meritis S. Sperandeæ* 910 e f
Puer *trium annorum, numquam S. Nicolai Tolentinatis audito nomine, ſe ab hoc Sancto peſte liberatum edicit* 701 c
Puerperio *laboranti ſuccurrit S. Sperandea* 912 e
Pulvis *ſupra corpus B. Seraphinæ jacens morbos pellit* 323 a b & ſeqq. Pulvis *è ſepulcro S. Coſmæ agris ſaluberrimus* 620 c
Punitio. *Vide* Pœna.
Puteus, *urgente aquæ penuria, invocato S. Nicolai Tolentinatis auxilio, undas prodigioſè effundit* 739 c. *Puella in* puteum *lapſa prodigioſè ſervatur meritis S. Audomari* 406 a, 412 a

412 e f. *Altera in* puteum *projecta post undecim dies totidemque noctes illæsa extrahitur* 723 e. *Puerum in* puteum *labentem illæsum servat SS. Virgo Maria cum S. Nicolao Tolentinate* 739 b
Prædia *injustè occupata, ope S. Gorgonii recuperata* 346 f, 347 a b & seqq.
Prædictiones. *S. Corbinianus mulam suam furto ablatam reducendam* prædicit 281 f. *SS. Wilfridus & Cuthbertus civitatem excidio liberandam* prædicunt 119 b. *Grimoaldi familiæ interitum* prædicit *S. Corbinianus* 274 e f, 291 d e. *Imminentes tribulationes duabus monialibus* prædicunt *BB. Felix & Seraphina* 324 b. *Nativitatem S. Kierani multò antè* prædicit *S. Patricius* 372 e f. *Regnum Diermitio S. Kieranus* prædixisse *fertur* 379 b c. *Ruinam familiæ regis Chilperici* prædicit *S. Salvius* 578 e. *Nativitatem S. Nicolai Tolentinatis Angelus* 644 f. *Felicia puerperia mulieri abortum pati solitæ* prædicit *S. Nicolaus Tolentinas* 653 b. *Obitûs sui diem* prædixisse *fertur S. Almirus* 806 c. Prædicit *cujusdam tyranni mortem S. Elias Speleotes* 870 b. *Item Cœnobii sui præfecturam alicui monacho* 870 c
Prædones *divinitus puniti* 43 b c
Præstigiis *dæmonum varii liberantur, ope S. Nicolai Tolentinatis invocatâ* 721 b c
Profectum *suorum mirè promovet S. Stephanus* 190 c
Proles *obtentæ per vota S. Nicolao Tolentinati nuncupata* 727 a b
Prophetiæ *spiritu præditus est S. Audomarus* 403 c
Prunæ *ardentes, in lipsanothecam reliquiarum SS. Amati, Romarici & Adelphii decidentes, invocatis Sanctis, subitò exstinctæ* 836 d

Q

Quadraginta *quinque una nocte ægri sanantur ad sepulcrum S. Nicolai Tolentinatis* 667 a

R

Radiis *solis sustentatur S. Alnei cappa, in terram decidens* 808 b
Raptatum *à jumento indéque gravissimè læsum sanitati restituit S. Nicolaus Tolentinas* 724 d
Religiosa *vita suadetur B. Seraphinæ ab apparente SS. Virgine Maria* 322 b
Reliquiæ *S. Accæ evolutæ miro fragrant odore* 123 a b. Reliquiæ *SS. Martyrum Eusebii, Nestabi & Zenonis Dei jussu colliguntur* 257 c f. *Incendium exstinguunt reliquiæ S. Grati* 73 b. Reliquiarum *partem furtivè ablatam apparens S. Alchmundus restitui imperat* 126 a. *Partem* reliquiarum *S. Gorgonii, quam sacerdoti alicui monachus quidam promiserat, divinitus dare prohibetur* 346 c d. Reliquiarum *theca, quam arboris concavitati imposuerat S. Munis, prodigiosè reperitur* 372 f. *Thecam hanc S. Kierano à Deo servatam esse, revelat S. Patricius* ibid. a
Revelatione *divinitus factâ corpus S. Jafredi M. reperitur* 9 e. Revelatur *quidam morti proximus sanandus ope particulæ ex feretro S. Reginæ impetratæ* 42 c. *S. Gerardo* revelatur *gloria, quâ S. Gauzlinus in cælis fruitur* 129 d, 143 d. *Sanctimoniali cuidam revelata fertur gloria, quâ S. Petrus M. in cælis donatus est* 631 d. *Ex* revelatione *divinitus accepta cognoscitur corpus S. Corbiniani esse transferendum* 295 a. Revelat *angelus S. Sergio in somnis, S. Willebrordum archiepiscopum consecrari debere* 438 a. Revelante *Deo, invenit S. Sergius particulam SS. Crucis, populique venerationi exponit* 439 e. *In somnis intelligit S. Tutius, S. Peregrinum à se hospitio suscipiendum* 453 b. Revelatione *divina invenit S. Pulcheria reliquias SS. quadraginta Martyrum* 514 b
In rosas *panem convertit S. Nicolaus Tolentinas* 642 f

S

Sacella *S. Nicolao Tolentinati erecta* 671 a b
Sacrificio *abbatis Arsenii anima è purgatorio liberata* 856 a b
Sancti *post mortem laudandi & imitandi* 98 c d & seqq.
Sanctimoniales *quædam in aquas demersæ, SS. Romarici, Amati & Adelphii ope incolumes emergunt* 825 c, 835 e
Sanctitatem *vitæ Eliæ Spelæotæ prædicit Elias Junior* 861 c
Sanguis *prodigiosè ex S. Nicolai Tolentinatis brachiis resectis erumpit* 677 a b, 678 e. *Pro* sanguine *ex brachiis effuso manna apparuisse fertur* 677 c d. Sanguis *effusus modò purpureus ac rubicundus, modò pallidus & languidus apparet* 684 e. Sanguinis *effusiones prodigiosè iteratæ* 678, 679, 680, 681, 682, 683, 684, 685. Sanguinis *fluxus sanatus meritis S. Nicolai Tolentinatis* 655 c. Sanguinis *fluxu alii ope ejusdem Sancti liberati* 657 d, 658 a. *Item* sanguinis *excreatione* 740 d. *Pars mappæ sacro S. Nicolai* Sanguine *tincta, ex igne, quem illæsa sustinet, sponte exilit* 688 d e. Sanguis *roseus prodigiosè fluit ex nervis S. Romarici diu post ejus mortem incisis* 823 e, 830 b
Saracenorum *adventum divinitus præsciunt Arsenius abbas & S. Elias Speleotes* 856 b
Scabie *pedes infectos sanat S. Nicolaus Tolentinas* 726 f
Schisma *Aquileiensis ecclesiæ suis salutaribus monitis penitus exstinguit S. Sergius* 440 d e
Schisma *ecclesiæ exstinctum fuisse acceptum refert Sixtus V S. Nicolai Tolentinatis meritis* 673 e, 675 f
Sepulcrum *S. Jafredi M. aratro prodigiosè deprehenditur* 9 c. Sepulcrum *S. Petri de Chavanon copiosum effundit liquorem* 478 d. *S. Almiri miraculis claret* 806 d. *Item S. Alnei* 808 d. *S. Adelphii suavi fragrat odore* 817 a, 820 b
Severitas *S. Eliæ Spelæotæ in vindicanda solitudine monastica* 877 d. *Item in eliminando carnium esu* ibid. e
Sidus *mirabile tumulum S. Nicolai Tolentinatis illustrat* 652 f, 667 f
Signo *Crucis prodigia à variis Sanctis perpetrata. Vide* Crucis signum
Sodalitium *& gymnasium S. Corbiniano dicatæ* 279 f. Sodalitium *celebre sub patrocinio S. Reginæ Parisiis institutum* 30 a. *Item Gerardi-Monte sub nomine S. Nataliæ* 239 e. *Item ibidem sub patrocinio SS. Adriani & Nataliæ* 241 c
Solicitudo *S. Alpini episc. de grege suo* 88 f.
Solicitudo *pastoralis S. Sergii* 434 f, 435 a b &

& seqq. *S. Petri de Chavanon* 473 d. *S. Salvii* 578 f
Solis *radiis sustentatur S. Alnei cappa in terram decidens* 808 b
Solitariæ *vitæ amor S. Corbiniani* 288 c
Somnium *mirabile cujusdam monachi de S. Elia Spelæote* 873 e
Somno *sensuque destituta mulier, ope aquæ, quâ calcei S. Eliæ Spelæotæ lignei abluti fuerant, somno sensuique redditur* 886 c
Spasmo *laborantem incolumitati reddit S. Nicolaus Tolentinas* 726 d
Spectris *infestam turrim quietè incolunt, divina freti virtute, Arsenius abbas & S. Elias Spelæotes* 856 c
Speluncâ *dæmones, invocato divino auxilio, ejicit S. Elias Spelæotes* 865 e f
Sterili *mulieri filium precibus impetrat S. Sperandea* 902 d
Stomachi *cruciatus curat S. Nicolaus Tolentinas* 726 a c
Strumis *afflicta puella, S. Sperandeæ habitu induta ex voto, sanatur* 909 a
Submersi *ad vitam patrocinio S. Nicolai Tolentinatis revocati* 661 d, 673 c, 693 c d
Submersionem *prodigiosè evadit monachus, auxiliante S. Alchmundo* 126 c d & seqq.
Subucula, *quâ sacrum S. Sperandeæ corpus tectum fuerat, abscissis ex ea particulis, non imminuitur* 897 f
Supellex *ab igne illæsa servatur, cui appositus erat panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedictus* 715 e
Surdo *auditus redditur ad sepulcrum S. Madelbertæ* 110 f. Surdæ *mulieri ad sepulcrum S. Stephani* 197 c. Surdi *auditum recipiunt ope S. Nicolai Tolentinatis* 660 c d, 722 c d. Surdus *sanatus patrocinio B. Merbodi* 890 b
Suspendio *liberat insontem S. Nicolaus Tolentinas* 663 f. *Ad* suspendium *damnatos carcere & vinculis solvit apparens S. Nicolaus Tolentinas* 663 f

T

TEcto *ruente opifices illæsi servantur meritis S. Romarici* 832 c
Tegulâ *decidente, quidam è sublimi in terram abjectus, illæsus servatur ope S. Romarici* 832 b
Tempestas *maris sedata ope terræ è sepulcro S. Kierani* 381 e. *Invocato S. Nicolao Tolentinate* 664 a b.
Tempestas *subitò orta, Vangionum præsulem corpus S. Theodardi translaturum, impedit* 591 f, 598 c d & seqq.
Templum *S. Jafredo M. erigitur* 9 e. Templum *exstruitur in loco, in quo sanguis S. Corbiniani inventus fuerat* 295 d. Templa *S. Gorgonio erecta* 344 c d. Templum *S. Stephano exstruit S. Pulcheria* 513 a. *Aliud* Templum *ab eadem Sancta conditum in Blachernis* 537 f. *Item in Chalcopratiis Deiparæ dicatum* 538 c. *S. Laurentio* Templum *erigit eadem Sancta* 539 f. Templum *exstructum super SS. Felicis & Regulæ tumulo* 767 e f, 768 a Templum *monitis S. Romarici conditum miraculis illustre* 824 c d
Tentatione *gravissima liberatur monialis, implorata ope B. Seraphinæ* 323 c. Tentationem *gravissimam affligendo corpus superâsse fertur S. Audomarus* 403 f, 409 e. *Mulieris lascivæ* tentationes *superat B. Joannes Salerni-*

tanus 632 d e. Tentationem *cœlesti recreatus visione superat S. Nicolaus Tolentinas* 647 e f. *Rursum* tentatum *confirmat in somnis Christus* 649 e f. Tentationes *dæmonum, abstinentiâ & oratione vincit S. Sperandea* 901 f
Terrores *à dæmonibus sibi excitatos oratione vincit S. Elias Spelæotes* 865 e f
Transitum *mirabiliter præbet fluvius statuæ S. Nicolai Tolentinatis* 742 c
Translationi *corporum SS. Amati Romarici & Adelphii prodigiosè assistunt columbæ* 823 f, 830 c
Tremor *manuum depulsus meritis S. Sperandeæ* 906 d. *Item* tremor *capitis* 911 d
Triumphat *de dæmone S. Madelberta* 109 a f
Trucidatum *& in aquas fervidas injectum, in quibus octo diebus remanserat, vitæ reddidisse, dum extremis ecclesiæ Sacramentis muniretur, fertur S. Nicolaus Tolentinas* 694 e f
Tuber *puellulæ signo crucis tollit S. Nicolaus Tolentinas* 653 c
Tumor *pectoris, implorata ope S. Nicolai Tolentinatis, evanescit* 718 d. *Ejusdem Sancti ope* tumor *corporis sanatur* 724 f, 725 e. Tumorem *gutturis attactu curat S. Sperandea* 902 d
Turrim *spectris infestam Deo fisi incolunt Arsenius abbas & S. Elias Spelæotes* 856 c

V

VAriolis *periclitans puer ope gossippii, quod S. Cosmæ ossa attigerat, convalescit* 625 c d & seqq. *Alterâ ex* variolis *periculosè decumbens sanatur meritis S. Nicolai Tolentinatis* 721 d
Ubera *malè affecta sanat signo crucis S. Sperandea* 902 d
Veneficia *tollit panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedictus* 715 c
Veneno *infectus cum tota familia mercator sanitatem ad statuam marmoream S. Nicolai Tolentinatis obtinet* 693 e. *Matrona injustè accusata beneficio S. Nicolai Tolentinatis* venenum *innoxia haurit* 724 a
Vestimentis, *crucis signo munita, pro cymba utitur B. Comitissa* 311 e. Vestimentis *suis pauperem puerum præ frigore periclitantem induit S. Theophanes* 327 c. *Nudum & lacerum mendicum suis induit S. Kieranus* 378 c d
Vestis *sacerdotalis ex pallio confecta, quo S. Sperandeæ corpus tectum fuerat, attritis aliis quæ ad ornatum adsuta erant, integra permanet* 897 f
Viatores *quidam nocturna & procellosa tempestate inter præcipitia errantes, invocatâ S. Sperandeæ ope, mirabiliter evadunt* 909 b c & seqq.
Vineas *suas injustè ablatas, beneficio S. Romarici recuperant sanctimoniales* 837 b
Vinum *multiplicat S. Elias Spelæotes* 867 f
Violatores *diei festi divinitus puniuntur* 415 c d e
Virginitatem *Deo vovet S. Pulcheria* 507 e. Virginitatis *amorem sororibus suis instillat* 507 e. *Pro* virginitate *servanda patriam ac parentes clàm deserit S. Osmanna* 423 a. Virginitatis *servandæ causâ latebras quærit S. Grimonia* 81 b. Virgines *septem sorores Deo consecrat S. Alpinus* 89 d e. *Deo consecrat S.*

Auſtrebertam S. Audomarus 389 d e. Virginitatem *martyrio fertur coronâſſe S. Grimonia* 81 c. *Pro* Virginitate *tuenda martyrium ſubit S. Belina* 259 e
Virtutes *eximiæ S. Corbiniani* 281 c, 283 c. *B. Comitiſſæ* 311 c d. *B. Seraphinæ* 321 a. *S. Audomari* 397 b, 402 f, 407 c. *S. Verani* 552 e. *S. Theodardi* 589 f, 594 f. *S. Odgeri* 614 b. *B. Joannis Salernitani* 630 f, 634 e. *S. Nicolai Tolentinatis* 645 f, 665 d. *S. Alnei* 807 e f. *S. Adelphii* 816 a, 819 a. *S. Eliæ Spelæotæ* 853 e, 862 e, 863 d. *S. Æmiliani* 798 b. *In omni* Virtutum *genere proficit S. Madelberta* 109 f. *S. Stephanus ab adoleſcentia* Virtutum *omnium exemplar* 188 d e. *S. Petrus de Chavanon* 473 c d. *S. Odgerus* 613 f. *S. Nicolaus Tolentinas* 645 c
Viſio *mirabilis S. Sozonti exhibita* 16 a. *Altera decano Oſnabrugenſi ſolenniter ſacrificanti, & duobus canonicis diacono & ſubdiacono exhibita* 36 f. *In* viſione *monêri ſe percipit paralyticus, ut S. Adriano ſe commendet* 243 e. Viſio *monialı exhibita* 323 c. *Altera* 351 b. Viſio *S. Kierano in ſomnis exhibita* 375 e. *In* viſione *videt S. Endeus angelos cum S. Kierano recedentes* 376 c. *In* viſione *cognoſcit S. Autbertus corpus S. Vedaſti tranſferendum eſſe* 410 b. Viſio *S. Salvii prorſus mirabilis* 577 c d & ſeqq. Viſione *cæleſti recreatur S. Nicolaus Tolentinas* 647 f. Viſio *exhibita S. Eliæ Spelæotæ patri, in qua de ſilio divinitus redditur ſecurus* 851 f, 852 a b. *Item Coſmæ monacho, ex qua ſpeluncam, quam inhabitat, cœnobium fore intelligit* 864 a. *Item S. Eliæ Spelæotæ, quâ idem ſignificatur* ibid. b. Viſio *mirabilis eidem exhibita* 878 b c. *Item alteri monacho circa tempus S. Eliæ Spelæotæ emortuale* 880 b
Vitæ *hujus brevitas* 473 f
Vitæ *ſanctitatem Eliæ Spelæotæ prædicit Elias Junior* 861 e
Vitam *eccleſiaſticam eligit S. Clodoaldus, regnandi ſpe abjecta* 94 f. *Spreto regno monaſticam S. Wilfrida* 456 f. *Relictâ aulâ S. Romaricus* 818 e. *Relictis opibus ſuis SS. Bodo & Odila* 840 f. *Mirabili modo vocatur S. Elias Spelæotes* 849 f
Ulceribus *plenus ſanatur ope ſancti Nicolai Tolentinatis* 658 b c
Voce *cæleſti in cruciatibus pro Chriſti fide recreantur SS. Felix & Regula* 773 c
Voti, *implendi negligentia caſtigatur* 243 c, 248 b, 721 d, 724 f
Votum *Sanctis nuncupantes plurimi morbis liberantur, aliaque beneficia obtinent* 35 a, 35 b c, 196 e, 197 d, 197 f, 242 e, 243 f, 332 a, 634 d, 644 f, 657 c e, 658 a, 659 f, 660 f, 695 a, 696 e f, 699 f, 700 d e, 701 d, 703 a, 705 f, 708 f, 709 a c, 710 c, 711 f, 712 a, 713 c f, 718 c e f, 719 a, 720 e f, 721 b c e f, 722 b c d, & ſeqq., 723 a b f, 724 e f, 725 a b & ſeqq., 726 a b & ſeqq., 727 a b & ſeqq., 729 e, 739 d f, 836 c
Urinæ *immedicabili difficultate laborantes duo ſenes ope panis in honorem S. Nicolai Tolentinatis benedicti ſanantur* 709 f. *Ex* urinæ *detentione de vita periclitantes, nuncupato voto S. Nicolao Tolentinati, ſanantur* 723 a b. *Alter ſimili malo ab eodem Sancto liberatur* ibid. b
Urſam *alvearia apum ſpoliare ſolitam mandato ſuo abigit S. Elias Spelæotes* 867 d
Urſus *obſequitur S. Corbiniano* 285 e f
Vulneratus *graviſſimè ſubitò ſanatur meritis BB. Felicis & Seraphinæ* 325 a. *Ex* vulnere *de vita periclitans curatur patrocinio B. Joannis Salernitani* 634 e. Vulneratum *graviter monachum ſigno crucis intra paucos dies ſanat S. Elias Spelæotes* 767 f
Vultus *S. Eliæ Spelæotæ cernitur à diſcipulis ſuis ſplendeſcens* 876 c, 877 f, 879 f

Z

ZElo *divinæ gloriæ accenſus S. Venturæ Deum auſu temerario blaſphemantes liberè increpat* 202 c. *Majumitanorum* zelus *in amplectenda religione Chriſtiana* 258 e. Zelus *S. Corbiniani Grimoaldum ducem corripientis* 272 c d, 290 f. *Ejuſdem Sancti* zelus *mirabilis præſtigiatricem quamdam invadentis & ſpoliantis* 291 c. Zelus *S. Audomari pro converſione paganorum* 388 d. *Ejuſdem Sancti* zelus *in evertendis idolis* 397 c, 403 b, 407 e. Zelus *militum pro Eccleſia Dei, ejuſque in terris capite* 437 c. *S. Pulcheriæ pro defenſione fidei catholicæ & felici exitu conſilii Epheſini* 509 f, 510 a b & ſeqq. *S. Hilari damnationi S. Flaviani contradicentis* 558 e. *B. Joannis Salernitani pro fidei dilatatione* 634 c

CORRIGENDA ET ADDENDA.

P*Aginâ* 18, *lit.* e *lin.* 2 ſit-*lege*-ſic.
Pag. 37 *num.* 66 *poſt ultimam vocem* reliquias-*adde*-ea capſa facta videtur.
Pag. 75 *num.* 16 *lin.* 24 poſt annum 551-*l*-poſt annum 451.
Pag. 123 *in Annotatis lit.* a *lin.* 10 *poſt vocem* fratri-*adde*-(imò patri)
Pag. 156 *num.* 45 *lin.* 24 momunenta-*l*-monumenta.
Pag. 167 *lit.* y *lin.* 1 manibus-*l*-manicis
Pag. 203 *col.* 2 *lin.* 28 in Marchia Anconitana-*l*-in ducatu Urbinate.
Pag. 278 *num.* 91 *lin.* 4 traditionis-*l*-traditiones.
Pag. 287 *lit.* n *lin.* 8 urſum-*l*-urſus.
Pag. 288 *lit.* aa *lin.* 2 alteriora-*l*-altiora.
Pag. 294 *lit.* m *lin.* 1 ſicut-*l*-ſunt.
Pag. 312 *lin.* 4 in Marchia Anconitana-*l*-in ducatu Urbinate.
Pag. 366 *in elogio S. Stratonis ad finem numeri primi adde ſequentia . . . In Menæis ad diem* XIII *Septembris elogium habetur variorum ſimul martyrum, in quo de S. Stratone jam dicta repetuntur ; ſolúmque additur, paſſum eſſe* Nicomediæ in Bythynia, *jubente Bithyniæ præſide.*
Pag. 448 *num.* 15 *lin.* 14 *poſt vocem* duceret-*adde*-accepiſſe.
Pag. 481 *lit.* c *lin.* 10 hujus menſis-*l*-Auguſti.
Pag. 482 *col.* 2 *lin.* 13 *&* 14 *dele hæc verba :* Ex iis non ſatis nobis conſtat de ejus cultu ; *& ſubſtitue iſta :* Agetur de eo, quando corporis tranſlati inſtituta fuit feſtivitas, die XXIV Septembris.
Pag. 503 *num.* 4 *lin.* 5 ſunt-*l*-ſint.
Pag. 505 *num.* 10 *lin.* 22 Theodoſio-*l*-Arcadio.
Pag. 566 *lin.* 10 ad-*l*-ac.
Pag. 578 *num.* 19 *lin.* 12 Childerici-*l*-Chilperici.
Pag. 607 *lit.* c *lin.* 27 abſilicam-*l*-baſilicam.
Pag. 611 *num.* 10 *lin.* 14 Gifulfi-*l*-Giſulfi.
Pag. 616 *num.* 6 *lin.* 17 ob-*l*-ad.
Pag. 751 *num.* 22 *lin.* 5 modareretur-*l*-moderaretur.
Pag. 762 *lin.* 8 inſtructi-*l*-inſtructis.
Pag. 817 *lit.* o *lin.* 8 dedici-*l*-didici.
Pag. 821 *num.* 4 *lin.* 19 munumentis-*l*-monumentis.
Pag. 823 *num.* 14 *lin.* XI lata-*l*-lota.
Pag. 826 *num.* 34 *lin.* 10 cœvus-*l*-coævus.
Pag. 839 *num.* 9 *lin.* 17 ad XXXVIII-*l*-XXVIII.
Pag. 844 *num.* 8 *lin.* 22 onjecturis-*l*-conjecturis.
Pag. 847 *num.* 19 *lin.* 26 Eliam-*l*-Eliæ.

F I N I S.

ACTA SANCTORUM SEPTEMBRIS

Ex Latinis & Græcis, aliarumque gentium Monumentis, ſervatâ primigeniâ veterum Scriptorum phraſi,

COLLECTA, DIGESTA,

Commentariiſque & Obſervationibus

ILLUSTRATA

A

JOANNE STILTINGO,
JOANNE LIMPENO,
CONSTANTINO SUYSKENO,
JOANNE PERIERO,

E SOCIETATE JESU PRESBYTERIS THEOLOGIS.

TOMUS III

Au cours de la réimpression anastatique des Acta Sanctorum, une confusion s'est introduite dans les cahiers du tome 3 de Septembre.

Les 96 pages du tome 2 de Septembre qui s'y trouvent doivent être remplacées par les pages 49 à 144 ci-incluses et qui appartiennent au tome 3 de Septembre.

ANTVERPIÆ,
Apud BERNARDUM ALBERTUM VANDER PLASSCHE.
M D C C L.

A *probabiliorem exiſtimo, hæc etiam favent, quia Deſinianus, cui omnes ſubſtituunt* Evurtium, *dicitur* quartus *epiſcopus: nam Carolus Sauſſeyus tres primos epiſcopos Aurelianenſes credit hos eſſe, Altinum, Alixtium vel Alipitum & Auſpicium, quibus quartus ſuccedere potuit Deſinianus, quintus verò* Evurtius.

Reſpondetur ad argumenta adverſariorum,

22 *Nunc breviter audiamus, quid objici poſſit contra opinionem modò aſſertam, & datum ordinem primorum antiſtitum Aurelianenſium. Dicent aliqui, opinor, cum hodiernis ſcriptoribus Galliæ Chriſtianæ, Acta S. Aniani non eſſe meliora, quàm ſint Acta* S. Evurtii, *ideoque ſolidum ex iis haberi non poſſe argumentum. Verùm reſpondeo, id prudenter dici à nullo poſſe de omnibus S. Aniani Actis, cùm S. Gregorius Turonenſis lib. 2 Hiſtoriæ Francorum cap. 7 teſtetur, virtutum Geſta S. Aniani, id eſt, Acta apud ſe fideliter retineri. Scripta igitur erat S. Aniani Vita ante tempora S. Gregorii Turonenſis ab auctore coævo aut ſuppare. Hanc Vitam fuiſſe deperditam aſſerit quidem Bailletus in Tabula critica ad* XVII *Novembris; at id nec*

B *probat, nec probare potuit. Certè Vita, quam primam laudavi, tam exactè conſentit cum relatis de Aniano à S. Gregorio, ut hic omnia ex illa Vita videatur excerpſiſſe. Nolim quidem hîc operoſiùs inveſtigare, an hæc illa ipſa Vita dicenda ſit, quam habuit Gregorius, quod examinabitur ſuo loco in Aniano: at interim aſſero, me nihil in illa Vita reperiſſe, quod erroris aperti accuſare poſſim, nedum condemnare. Miracula quidem plura continet, quàm alia Sancti geſta, pro genio ſeculi, quo ſcripta videtur; ſed id nequit obeſſe, quo minùs vera cenſeantur, quæ in ea referuntur Sancti geſta. Quin imò quanto attentior fuit auctor ad miracula S. Aniani referenda, tanto certiùs ex ipſius ſilentio colligitur, pro fictitio habendum miraculum iſtud, quod in Sancti electione accidiſſe narratur.*

oſtenditurque non omnes S. Aniani Vitas pro mendoſis habendas.

23 *Quod ſpectat ad alias S. Aniani Vitas, ex quibus partem edidit Cheſnius, quaſque præcipuè ſecutus videtur Carolus Sauſſeyus; has accuratas non eſſe, nec immunes ab erroribus, ultro agnoſco. Totum hujus initium ex Vita* S. Evurtii *conſarcinatum exiſtimo; reliqua verò ex Gregorio Turonenſi aut aliunde accepta & interpolata. Errat primò hujus auctor, dum aſſerit S. Anianum ita electum, ſicut in Vita* S. Evurtii *legitur; atque eatenus etiam noſtræ opinioni repugnat. Errat iterum, dum aſſerit Aëtium patritium Galliam adminiſtrâſſe* ſub Majoriani imperio: *nam conſtat Aëtium occiſum eſſe juſſu Valentiniani III aliquot annis ante imperium Majoriani. Edidit quidem Cheſnius* ſub Romano imperio; *ſed in duobus codicibus noſtris clarè legitur,* ſub Majoriani imperio. *Errat tertiò imperitus conſarcinator, dum famoſam Attilæ cladem præcipuè prope Aurelianos contigiſſe narrat: nam inde quidem repulſus eſt, teſte Turonenſi & altera Vita, ſed non tanta cum ſtrage, quantam poſtea eſt paſſus. Quin & quartus error manifeſtus eſt in una Vita, quæ ferè cum altera eadem eſt, ſed ſub finem aucta, in qua* Evurtius *dicitur electus epiſcopus tempore Conſtantini & Silveſtri, quod non improbo; ſed additur, veniſſe ad eum S. Anianum, ab eoque presbyterum ordinatum errore craſſiſſimo, cùm Anianus annis centum & ſedecim Conſtantino ſupervixerit. Has igitur poſteriores Vitas S. Aniani ſolùm laudavi, ut oſtenderem in eis etiam* Evurtium *ad tempora Conſtantini referri, ideoque eatenus tantùm favere opinioni noſtræ, quantùm aliàs nocere poſſent referenda electione Aniani fabuloſa. At Vitas has eſſe mendoſas agnoſco; non item primam S. Aniani Vitam, cujus maximè cauſa* S. Evurtium *Diopeto præponendum, probabiliùs cenſeo.*

AUCTORE J. S.

Evurtius probabiliùs fuit epiſcopus ſub Conſtantino, nec videtur fuiſſe in concilio Valentino:

24 *Opinionem, inquam, antiquam de referendo ad imperium Conſtantini epiſcopatu* S. Evurtii *ceteris probabiliorem ita judico, ut inficiari nolim eorum quoque ſententiam probabilem videri, qui malunt credere ipſum vixiſſe ſub finem ſeculi* IV, *& interfuiſſe concilio Valentino. Quin & hanc neotericorum opinionem lubens amplectar, ubi firmiùs ſtabilitam videro. At cùm ſatis perſpiciam hanc opinionem tantùm placuiſſe ob nomen* Eortii *inventum in illo concilio, & quia ſic* S. Evurtius *magis appropinquabat ad tempora S. Aniani, quem plerique ſucceſſorem volunt* Evurtii; *tantò minùs probabilis illa mihi apparet ſententia, quanto longiùs ab* Evurtio *Anianus ex propria Vita videtur amovendus: nam aliunde quoque non ſolùm incertum eſt, ſed minùs quoque probabile appareret,* Eortium *illum, qui concilio Valentino interfuit, fuiſſe antiſtitem Aurelianenſem, cùm nullus alius ex illis Galliæ partibus, ubi ſita eſt civitas Aurelianenſis, ſciatur iſti concilio interfuiſſe. Erant ſanè anno 374 ſat multi epiſcopi in provinciis Galliæ Narbonenſis, quæ quinque provinciarum nomine inſigniuntur in epiſtola Synodica, ut facilè credi poſſit, omnes ferè fuiſſe ex quinque illis provinciis, & pauciſſimos adfuiſſe ex aliis Galliæ provinciis. Certè non videntur omnes Galliæ epiſcopi ad iſtud concilium vocati: nam ſic longè plures adfuiſſent.*

E

Tillemontii conjecturæ de aliquibus epiſcopis concilii partim improbabiles,

25 *Tillemontius in S. Juſto Lugdunenſi fatetur, pleroſque concilii Valentini epiſcopos fuiſſe ex Gallia Narbonenſi, aliquos tamen ex aliis Galliæ provinciis adfuiſſe ſuſpicatur, eoſque oſtendere nititur per conjecturas valde incertas. Aliqui inter eos ſunt metropolitani, de quibus non diſputabo, licèt & hi pauciſſimi ſint & incerti. At conjecturas ejus de aliis epiſcopis, inter quos eſt Eortius, paucis examino. Primò eum, qui ſcribitur* Fœgadius *in concilio, credit* S. Phæbadium *Aginnenſem: ſecundò qui* Eumerius *in concilio, poteſt eſſe* Evemerus *Nannetenſis, inquit. Tertiò de* Simplicio *conjectat Auguſtodunenſem fuiſſe, qui viriſimiliter ſeriùs factus eſt epiſcopus, ut colligi poteſt ex ipſius Actis ad* XXIV *Junii datis. Quartò quod de* Nicetio *dicitur, Moguntinum eſſe poſſe, improbabile jam eſt ex catalogo Moguntinorum Antiſtitum tom. 4 Galliæ Chriſtianæ recuſæ: & demùm quintò quod obſervatur de* S. Vincentio *Aquarum Tarbellicarum in Novempopulania epiſcopo, acſi idem eſſet cum* Vincentio *memorato in concilio, non ſatis quoque probabile fieri, oſtendi in S. Vincentio ad 1 Septembris.*

F

partim ſunt incertæ:

26 *Quare de S. Phæbadio etiam dubitari poteſt; & magis de Eumerio Nannetenſi, an dicto concilio interfuerint: nam* Fœgadius *in ſubſcriptionibus non legitur, in titulo autem epiſtolæ Synodicæ primo loco ponitur* Fœgadius, *& ſecundo* Eumerius, *ante ipſum Florentium Viennenſem metropolitam, in cujus provincia habebatur concilium, quique primus ponitur in ſubſcriptionibus. Hæc ſuſpicionem ingerere poſſunt de corruptis epiſtolæ inſcriptionibus aut ſubſcriptionibus concilii, cùm non modò aliqui in epiſtolæ utriuſque inſcriptionibus habeantur, qui non re-*

AUCTORE J. S.

reperiuntur in ſubſcriptionibus concilii, & contrà, ſed ordo etiàm epiſcoporum idem non ſit utroque loco. Dubitari igitur poteſt, ut dixi, an S. Phœbadius Aginnenſis ſynodo Valentinæ interfuerit, cùm nec in ſubſcriptionibus reperiatur, nec primus locus ipſi videatur congruere in epiſtolarum inſcriptionibus.

inepta ipſius conjectura de S. Phœbadio,

27 *Tillemontius quidem tom.* 8 *pag.* 554 *ſuſpicatur, primum locum S. Phœbadio delatum fuiſſe ob ætatem pietatemque ac doctrinam ſingularem. Hanc conjecturam ut probet, adducit verba S. Baſilii ex epiſtola* 62, (*quæ in poſtrema editione eſt* 28,) *de Muſonio epiſcopo Neocæſarienſi. Nam verſio Latina ſic de eo habet:* Hinc & primo loco non ſecundum ætatem in conventibus epiſcoporum dignus habebatur, ſed ſupra omnes erat ſapientiæ antiquitate, primas communi conceſſu obtinens. *At non video, quid Muſonii exemplum ad rem faciat, aut valere poſſit ad probandam conjecturam adeo à moribus Eccleſiæ abhorrentem: neque enim agit Baſilius de ſynodis epiſcopalibus, cùm tantùm dicat,*

B *Muſonium in conventibus ſeu congregationibus præcipuo ſemper honore affectum fuiſſe. De epiſcopis in textu Græco nulla mentio, nec de conciliis epiſcoporum. Verba ipſa Græca hæc ſunt:* Ἐν τοῖς συλλόγοις τῶν ὁμοτίμων, *id eſt,* in congregationibus æqualium, *ſeu* pari honore dignorum. *Quis ex congregationibus aut conventibus æqualium hîc exſculpat eccleſiaſtica concilia, præſertim cùm Muſonius nulli concilio legatur adfuiſſe, nedum præſediſſe? Præterea Baſilius teſta-*

refutatur ut improbabilis:

tur; Muſonium non ſecundum ætatem *eo honore dignatum eſſe. Quid ergo S. Phœbadio ob ætatem dicit locum conceſſum honoratiorem,* ut contigerat Muſonio?

28 *Accipe, ſtudioſe lector, & alteram Tillemontii probationem, quam exemplo Muſonii, quantumvis inepto, muniendam credidit:* Nec aliam, *inquit,* videmus rationem, quæ facere potuit, ut Oſius omnibus Occidentalibus præſideret in magno concilio Sardicenſi. *Si Tillemontius tam amans fuiſſet dignitatis Romanæ Eccleſiæ, quàm verſatus fuit in hiſtoria eccleſiaſtica, facilè aliam inveniſſet rationem, ob quam Sardicenſi concilio præſederit Oſius: neque enim dubitâſſet, quin tam concilio Nicæno quàm Sardicenſi præſediſſet ut legatus Romanæ Eccleſiæ;*

C *neque adeo ſtuduiſſet veritatem hanc dubiam facere, ut recurrere voluiſſet ad rationem non modò ineptam omniquè exemplo deſtitutam, ſed & ordini Hierarchico Eccleſiæ planè contrariam. Si Baſilius omnino diceret de Muſonio, eum præcipuo honore dignatum eſſe in conciliis, ut verè dici poſſet de S. Auguſtino in conciliis Africanis ſui temporis, id ideo ſic intelligendum non eſſet, acſi ceteris præfuiſſet, ſed quòd ipſius judicium epiſcopi magis ſecuti fuiſſent quàm aliorum. Nihilominus novum iſtud Tillemontii inventum adeo placuit Dionyſio Sammarthano, ut tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ col.* 896 *idem auxerit & intrepidè de S. Phœbadio aſſerat:* Concilio Valentino anno CCCLXXIV præfuit ex ætatis privilegio ac perſonæ merito, ut Oſius in Sardicenſi. *Id improbabile prorſus eſſe, nulloque confirmari poſſe exemplo mihi perſuadeo.*

figiturque mors S. Evurtii circa annum 340.

29 *Verùm ſingularis Phœbadii virtus & doctrina efficere potuit, ut ipſe extra ordinem ad concilium invitaretur cum aliquot fortaſſe metropolitanis, ex quibus probabiliter concilio Valentino interfuit S. Juſtus Lugdunenſis. Quapropter nec S. Phœbadii nec S. Juſti præſentia, etſi utraque pro certa haberetur, cogit nos credere,* D *omnes Galliæ epiſcopos ad iſtud concilium fuiſſe vocatos, aut* S. Evurtium *ibidem adfuiſſe, cùm probabilius ſit, eum ante iſtud concilium fuiſſe defunctum. Etenim mors Sancti ex monumentis hactenus cognitis nullo tempore probabiliùs figi poſſe videtur, quàm circa annum* 340, *cum latitudine tamen aliquot annorum, quibus ſeriùs potuit aut citiùs mori, etiam in ſententia noſtra. Ceterùm mirum videri non debet, quòd in hac chronotaxi aliquot epiſcopis, duobus nimirum aut tribus, locus vacuus relinquatur inter Diopetum,* Evurtii *veriſimiliter ſucceſſorem, & S. Anianum; nam id eccleſiæ Aurelianenſi commune eſt cum multis Galliæ eccleſiis, quòd nomina quorumdam epiſcoporum exciderint; & Vita melior S. Aniani id omnino perſuadet, cùm aliàs nequeant inveniri multi epiſcopi, quos inter* Evurtium *& Anianum ſediſſe teſtatur.*

§ IV. Sepultura Sancti, ubi conditum oratorium, quod in abbatiam excrevit: gemina corporis tranſlatio, cujus Acta danda, ut & Inventionis: apparitio mira.

Supra ſepulcrum Sancti oratorium conditum, ubi nunc eſt abbatia:

ACta *in fine, uti & Acta tranſlationis habent, corpus* S. Evurtii *ſepultum eſſe in agro Tetradii viri nobiliſſimi, qui & cellulam modicam ſupra corpus Sancti ædificâſſe dicitur. De hiſce editores hodierni Galliæ Chriſtianæ tom.* 8 *col.* 1573 *ita ſcribunt:* Defunctus . . S. Evurtius . . . ſepultus eſt in agro Tetradii viri præfectorii in planitie trecentis aut quadringentis paſſibus ab urbe Aurelianenſi ad Orientem ſita, ubi ædificatum oratorium in honorem B. Mariæ, quam cum S. Evurtio patronam habuit uſque ad ſeculum undecimum, quo & ſequentibus ſolus ſanctus Evurtius patronus audiit. Hanc eccleſiam jam inhabitabant canonici anno XV Caroli Magni, qui plurima eis largitus eſt diplomate, quod, licèt adulteratum, in appendice tamen referre viſum eſt, tum quòd nihil in eo niſi certum recitetur, tum quòd in multis aliis chartis revocetur. Ex hac autem charta aliiſque, quæ hanc ſubſecutæ ſunt, liquet, monaſterium ſancti Evurtii ab initio ad matrem eccleſiam pertinuiſſe, eccleſiæ Aurelianenſis membrum, & de menſa epiſcopi fuiſſe, cujus epiſcopi Aurelianenſes abbates & erant & dicebantur. *Hactenus laudati ſcriptores: charta autem Caroli Magni, de qua fit mentio, inſerta eſt Actis tranſlationis infrà dandis. Canonicis ſecularibus, qui eccleſiam illam* S. Evurtii *adminiſtrabant, ſucceſſiſſe ſeculo* XII *canonicos regulares, patebit ex relatione inventi corporis, infrà item danda. Catalogum abbatum regularium ad noſtra uſque tempora perductum, atque alia quædam de ipſa abbatia, habet ſtudioſus lector apud laudatos ſcriptores Galliæ Chriſtianæ.*

E

F

Acta tranſlationis duplicis danda: hæc tranſlatio contigit

31 *Acta tranſlationis, de quibus memini, diviſa ſunt in lectiones novem eo modo, ut videantur olim lecta fuiſſe in feſto tranſlationis, quemadmodum etiam inſinuat titulus præfixus, qui talis eſt:* In tranſlatione corporis ſancti Evurtii, quæ fit quinta die menſis Martii. *Hunc diem*

A *diem pro feſto tranſlationis alibi non invenio ; ſed tam in Faſtis Aurelianenſibus quàm in aliis quibuſdam feſto tranſlationis aſſignatum video diem* XII *Junii, ut dixi num.* 5. *At ſatis veriſimile mihi apparet, tranſlationem, quæ in Ms. narratur, olim celebratam eſſe* V *Martii, alteram verò* XII *Junii celebrari : nam corporis quamdam tranſlationem etiam ſeculo* XII *factam eſſe, infrà videbimus. Tempus porrò tranſlati corporis utcumque inveſtigare juvabit : atque hunc in finem ſubjungo brevem duplicis tranſlationis relationem, prout ea habetur in Ms. Kalendario Aurelianenſi, de quo jam ſuprà mentionem feci. Relatio ſumpta notatur* ex manuſcriptis monaſterii S Evurtii, *atque ita habet :* Ea tempeſtate, quâ Vandalorum rabies, à finibus exulans, Gallias ingreſſa, civitates obſidebat, mœnia ſubvertebat, oppida, rura, vicos ferro, flammâ, fame depopulabatur, viſum eſt clero populoque Aurelianenſi, corpus beatiſſimi Evurtii, quod erat in eccleſia S. Mariæ in agro Tetradii extra muros urbis, in urbem ad eccleſiam S. Stephani transferre, ne fortè Vandalis propè accedentibus inſolentia militari diriperetur.

B 32 Verùm ceſſante duræ ſortis inclementia, & pace eccleſiis reddita, iterum ex eccleſia S. Stephani eodem honore, quo allatum fuerat, frequenti populi multitudine in priorem eccleſiam eſt relatum. In qua reliquiarum Sancti corporis relatione hoc etiam miraculum contigit. Nam ſereno cælo imber umbroſus atque deterrimus deſcendit : verumtamen circa ſancta pignora nec gutta viſa eſt cecidiſſe, ſed nec etiam geſtatores pignorum attigiſſe. Rei geſtæ fidem fecit Agius epiſcopus civitatis ſanctiſſimo imperatori Carolo Magno Francorum regi, pia loca Aurelianis viſitanti, qui propterea cœnobium S. Evurtii multis muneribus locupletavit. *Hæc rectè congruunt cum Actis dandis, ex quibus compendio tota relatio data eſt, quantùm exiſtimo. Verùm manifeſtus eſt error, quo Agius epiſcopus connectitur cùm Carolo Magno : nam ex laudatis antè ſcriptoribus Galliæ Chriſtianæ in catalogo antiſtitum Aurelianenſium col.* 1424 *& ex ſequentibus clariſſimè patet, Agium eccleſiæ Aurelianenſi præfuiſſe diu poſt Carolum Magnum, epiſcopumque factum circa annum* 844 *ſub imperio Lotharii, & Carolo Calvo partem Galliæ adminiſtrante. Quare aut Agius epiſcopus deſerendus eſt ; aut ad tempora Caroli Calvi regis reſpiciendum potiùs eſt, quàm ad tempora Caroli Magni. Sanè Carolus Calvus facili errore à poſteris ſumi potuit pro Carolo Magno. At eadem quoque facilitate potuit vox Græca* agius, *quæ ſubinde iis temporibus uſurpabatur, pro voce Latina* ſanctus *aut* beatus, *à poſteris ſumi pro nomine proprio epiſcopi, indéque oriri confuſio. Nam tota confuſio orta videtur ex diplomate Caroli, quod certò vitioſum eſt, ut in Annotatis obſervabo.*

C 33 *Interim non dubito, quin Carolus Sauſſeyus à recta aberret chronotaxi, dum lib.* 6 *num.* 72 *tranſlationem ſcribit factam tempore Agii epiſcopi, id eſt, circa medium ſeculi* IX ; *& longiùs etiam Andreas Sauſſayus in Martyrologio ad* XII *Junii, ubi corpus tranſlatum dicit,* Danis, Normannis & Hungaris Gallias ... devaſtantibus. *Etenim, ſive Caroli Magni ſit diploma iſtud corruptum, ut probabilius eſſe oſtendam, ſive Caroli Calvi, Hungarorum irruptiones in Galliam utroque poſteriores ſunt, cum factæ ſint ſeculo* X : *Normannicæ quoque aut Danicæ vaſtationes poſteriores ſunt Carolo Magno, & maximè viguerunt tempore Caroli Calvi. At quando Carolo ab epiſcopo Aurelianenſi referebatur miraculum in ſecunda tranſlatione factum, incurſiones illæ jam diu ceſſaverant : nam* ceſſante perſecutione *relatum erat corpus ad locum priſtinum. Quare* perſecutio Wandalica, *quæ occaſionem dederat primæ tranſlationi, non alia hìc intelligenda eſt, quàm irruptio Saracenorum, qui Galliam latè vaſtârunt ſeculo* VIII, *& præcipuè circa annum* 731 *&* 732, *quando divinitus repulſi dicuntur ab urbe Senonenſi per S. Ebbonem epiſcopum, ut legi poteſt in Vitâ ejus data ad* XXVII *Auguſti, ubi etiam Saraceni vocantur* Wandali, *ſicut & apud alios ſcriptores, ita ut & nomen* Wandalorum *Saracenos hìc omnino inſinuet.*

AUCTORE J. S.

metu Wandalorum, relatioque corporis miraculo honorata eſt :

per Wandalos autem hìc intelligendi ſunt Saraceni,

34 *Itaque tranſlatio prima figenda eſt circa annum* 731 *vel* 732. *Secunda verò aliquot annis ſeriùs ex conjectura figi poteſt : nam Saraceni non diu poſt memorabili clade in provincia Pictavienſi per Carolum Martellum affecti ſunt, nec deinde umquam tàm longè in Galliam penetrârunt, ut ab iis adeo timendum fuerit prope Aurelianos. Si igitur paulò poſt famoſam illam Saracenorum ſtragem, quam anno* 732 *illigat Pagius, relatum eſt ſacrum corpus, uno tantùm aut altero anno veriſimiliter fuerit in eccleſia S. Stephani. Attamen, cùm Saraceni ſingulis ferè annis ſequentibus rurſum tentaverint in Gallias progredi, magis exiſtimo diutiùs manſiſſe in urbe ſacrum iſtud depoſitum, cujus relatio ex conjectura figi poteſt circa annum* 740. *Rectè convenire cum hac epocha, quæ Carolo Magno relata ſcribuntur de miraculo in tranſlatione facto, oſtendam in Annotatis.*

tranſlatioque figenda circa annum 731 *vel* 732, *relatio circa* 740.

E

Sacrum corpus ſeculo IX *metu Normannorum videtur abſconditum : Acta inventionis danda :*

35 *Negare tamen nequeo, ſacro corpori* S. Evurtii *non minùs timendum fuiſſe ſeculo* IX *à Normannis, quàm ſeculo* VIII *à Saracenis ; at alio tunc conſilio uſi videntur ſacri iſtius theſauri cuſtodes : nam Sancti corpus loco tam occulto abſconditum fuit ſub terra, ut ſeculo* XII *ignoraretur, quo depoſitum eſſet loco. Certè Rogerius, primus abbas canonicorum regularium in monaſterio* S. Evurtii, *ſacrum ejus corpus ſtudiosè quæſivit ac feliciter invenit. Hanc inventionem ipſe Rogerius abbas narravit in litteris ad abbatem & monachos S. Audoëni Rotomagenſis. Haſce autem Rogerii litteras edidit Martenius tom.* 1 *Theſauri anecdotorum col.* 413 : *eaſdem anno* 1644 *ex Ms. S. Audoëni Rotomago huc tranſmiſit P. Fredericus Flovetus, ut in exemplari Ms. notavit Bollandus noſter. Titulus laudatis litteris, quas edam poſt Acta tranſlationis, præfixus eſt talis :* Revelatio, quam tranſmiſit dominus Rogerius abbas eccleſiæ beati Evurtii Aurelianenſis ad monachos S. Audoëni Rothomagi de inventione ejuſdem ſanctiſſimi pontificis Evurtii. *Annus inventionis nullibi exprimitur ; at non longè abeſſe poteſt à medio ſeculi* XII. *Etenim veriſimile eſt, canonicos regulares in abbatiam* S. Evurtii *introductos eſſe non diu ante litteras Eugenii Papæ III, quibus eorum poſſeſſio confirmatur, præſertim cùm nihil de Rogerio abbate adducatur, quod factum eſt ante Eugenii litteras. Atqui hæ litteræ datæ notantur* VI Kalendas Martii, Indictione nona & Eugenii tertii Papæ anno 2. *In annum Chriſti error irrepſit, ut teſtantur ſcriptores Galliæ Chriſtianæ, qui eas ediderunt tom.* 8 *col.* 507 *inter inſtrumenta, ubi notant pro anno* MCXIV, *quem in litteris invenerunt, legendum eſſe* MCXLVII. *At*

F

AUCTORE J. S.

tam Indictio IX *quàm annus* 2 *pontificatûs Eugenii III designat annum* 1146, *non* 1147, *ut colligi potest ex Pagio ad annum* 1145, *ubi pontificatum Eugenii orditur* III *Kalendas Martias.*

inventio illa contigit anno 1149, *aut circa istud tempus:*

36 *Ex hisce probabiliter colligitur, Rogerium factum esse abbatem* S. Evurtii *anno* 1145. *Quapropter* si quinquennio post electionem *invenisset corpus* S. Evurtii, *ut scribunt laudati editores Galliæ Christianæ col.* 1575, *inventio probabilissimè innecteretur anno* 1150. *At Rogerius tantùm in litteris suis dicit de canonicis secularibus*, Qui fermè ante hoc quinquennium in sancta beati confessoris ecclesia serviebant. *Non videtur igitur totum quinquennium inter promotionem suam & litteras laudatas ponere, nedum inter promotionem suam & corporis inventionem, quæ aliquot diebus, ut minimùm, præcessit. Hac de causa probabilius est, inventionem contigisse anno* 1149, *præsertim cùm evenerit in festivitate Innocentium, seu die* XXVIII *Decembris. Certè rationes allatæ persuadent eam ab illo anno non longè abesse. Ceterùm dubitandum quoque non videtur, quin Sancti corpus anno sequenti elevatum sit, atque ad locum magis decentem fuerit translatum, ut faciendum innuit Rogerius in fine epistolæ. Potuit illa translatio fieri die* XII *Junii, ac deinceps annua festivitate honorari: sed nihil invenio de ea scriptum. Istud certum est, sacrum corpus conservatum in propria abbatia fuisse, donec impio Calvinistarum furore seculo* XVI *in cineres sit redactum.*

B

mirabilis visio, conducens ad laudem S. Evurtii, si vera est.

37 *Apud Labbeum in Nova bibliotheca Manuscriptorum tom.* 1 *pag.* 653 *& seq. mira refertur apparitio S. Martini Turonensis, quocum* S. Evurtius *apparuisse dicitur. Res quidem firmata dicitur jurejurando illius canonici, cui oblata erat visio: multos tamen de veritate dubitaturos opinor ob mirabilia adjuncta. Totam visionem huc transferre non lubet, quia maximè spectat ad S. Martinum, ad cujus Acta magis examinari poterit. Huc igitur solùm transfero spectantia ad* S. Evurtium, *matutinum Officium cum plurimis sanctis episcopis, inter quos eminebat S. Martinus, in clausa ecclesia Turonensi celebrantem, quem pius canonicus, solus in illa ecclesia pernoctans, vidisse dicitur post S. Martinum & socios ad chorum cum tribus aliis episcopis procedentem, atque* illorum altiorem & comptiorem ceteris renitêre: *quique primus dicitur S. Martino indicâsse, canonicum illum in ecclesia latêre absconditum. De eo canonicus interrogavit S. Martinum, qui ad ipsum ecclesiâ clausâ educendum benignè accesserat, quis esset: quando S. Martinus sic respondisse scribitur:* Reverendus ille episcopus *, de quo interrogas, sanctus Evurtius * Aurelianensis quondam episcopus est, tanti apud Deum meriti, ut quamdiu præsens seculum duraverit, omni die animam unam à loco pœnarum Deus ob illius gratiam liberet *. *Tota relatio apud Labbeum videri potest: eadem apud nos est in exemplari Ms., ex quo duas voces mendosè impressas correxi. Canonicus ille, cui mortem quoque brevi imminentem S. Martinus prædixisse, quique revera post octiduum obiisse refertur, omnia juramento prævio postridie dicitur narrâsse Hugoni archiepiscopo Turonensi. Judicium de re tota lectorum arbitrio interim permitto, donec ad Acta S. Martini fuerit perventum.*

C

* *Ms.* archiepiscopus
* *Lab.* Euvertus

* *Lab.* liberat

D

VITA
FABULIS FOEDATA
auctore Lucifero subdiacono,
Ex quatuor Mss. simul collatis.

PROLOGUS.

SIcut mercedis est ad erudiendum animas in Catholica religione novum quippiam doctrinæ ac conversationis bonæ condere *: ita non impar est illud quoque, quod jam conditum *a* est, in notitiam fidelium * hominum deducere, atque vulgare. Idcirco justo libramine mercedis unius retributionem diu multúmque pensantes, ut & nos participes simus eorùm, qui prædictorum auctores sunt, maluimus sancti ac beatissimi Evurtii episcopi, qualiter in rebus humanis conversatus est, honorabili stylo vitam pandere, & ad notitiam ignorantium pro imitatione edicere *b*.

Ratio vulgandi hanc Vitam novo stylo.
* *al.* accendere
a
* *al.* fidelissimorum
E

b

ANNOTATA.

a *Insinuat hisce auctor, se habuisse antiquiorem* S. Evurtii *Vitam; sed eam se velle elegantiori stylo edere. Interpolavit, opinor, fictitiisque ornamentis auxit, quæ de* S. Evurtio *breviter scripta invenit.*

b *Præfatio hæc reperitur in omnibus quatuor Mss., atque in editione impressa; non tamen apud Surium, nec in Ms. Accinctino, quod alia rursum manu interpolatum, ut monui in Commentario num.* 7.

F

CAPUT I.

Sancti electio mirabilis ad cathedram Aurelianensem, quæ fictitiis adjunctis aucta videtur.

DEsinianus *a* vir beatissimus ecclesiæ Aurelianensis Dei nutu tunc temporis præsul, postquam concessam sibi à Domino spiritualem militiam sancto ac venerabili more complevit, debitum naturæ ac conditionis exolvit. Post obitum autem ejus, cùm de successore ageretur, dissensiones in urbe ortæ sunt, ita ut non solùm vulgus ignotum * studia in contraria scinderetur, verùm & proceres, & quicumque in eadem domicilia possidebant potentes *b*. Tum demum non secundùm Dei inspirationem, sed secundùm carnalem dilectionem duo à diversis * partibus electi sunt: quorum ambitu talis seditio prolixitate temporis orta est in populo, ut etiam

Mortuo Desiniano episcopo, dissidia maxima Aurelianis oriuntur;
a
* *al.* ignarum
b
* *al.* divisis

A etiam ſanguis humanus funderetur, & horror ubique, & luctus, & mortis imago plurima appareret. Quæ cædes ſeditionéſque Conſtantinum *c* imperatorem latêre non potuerunt; qui more imperiali ſubjectorum utilitatibus ſemper proſpiciens, Proſorium *d* præfectum urbis *e* ad ſedandam populi ſeditionem tranſmiſit; qui cognoſcens omnia, quæ gerebantur, ſapienti conſilio epiſcopos Gallicæ regionis ad deliberandum Dei negotium ſecum aſſumpſit. Epiſcopi autem accerſiti in urbem venerunt, in qua invenientes tantam populorum diſcordiam, cognoverunt talem electionem non eſſe Dei, ſed hominum. Tunc illi ex communi tractatu indixerunt triduo jejunium univerſæ plebi illius, quærentes non ſuâ, ſed Dei diſpenſatione cognoſcere, quem ſibi vellet antiſtitem purum officium atque libationem offerre, [ut id] certis ſignis ipſe oſtenderet.

B 2 Cúmque congregatis omnibus in ſacro-ſancta eccleſia per triduum hymnigeris precibus indicta jejunia complerentur; ita omnis ætas vel ſexus cognoſcendi modo fuerat congregatus, ut nulli pueritia, nulli ſenectus, nulli ſexus imbecillis fuiſſet impedimento *. Jam Deus qui & imperatoris cor & epiſcoporum conjunxerat *, deſtinaverat ſibi vas electum, atque gratiæ ejus perſeverantiâ præditum, nomine Evurtium. Is igitur causâ requirendorum captivorum ab urbe Roma * egreſſus, ſecundo die indicti jejunii in urbem Aurelianis * ingreſſus eſt habitu non nimis ſuperbo. Qui cùm de more Chriſtianorum, maximè clericorum, in eccleſia ad Dominum perorâſſet, egreſſus reſtitit, paululùm circumſpectans, quis eum hoſpitio ſuſcipere dignaretur. Tunc oſtiarius ipſius eccleſiæ, percunctato eo, ait: Dic, Serve Dei, quo honore frueris? Unde venis, vel quò pergis? Ad quem prædictus *: Subdiaconus ſum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ; inde exiens captivorum * meorum ſolicitudine provincias peragro. Cui oſtiarius rurſus: Dic quod nomen eſt eorum captivorum; forſitan ſcimus, aut audivimus, & poſſumus te reddere manifeſtum. Cui item Subdiaconus: Iſti, quos requiro, germani mei ſunt; nuncupantur autem unus Eumorſius, & alter Caſſia *f*. Oſtiarius autem dixit: Veni benedicte in cellulam meam, & mane apud me hodie, & poſtea proficiſceris. Cúmque pariter ingreſſi fuiſſent ſub tugurium oſtiarii, ille citò religioſæ conſuetudinis morem obtinens, aquam pedibus ejus dedit, & manu propria lavit, atque exterſit. Peracto religioſitatis officio ſimul cibis pauperioribus cibati ſunt.

3 Poſtera autem die ſurgens & valedicens oſtiario, iter carpere cœpit. Oſtiarius verò, Domino annuente, clamavit poſt tergum ejus, dicens: Amice Dei, revertere ad me, ut loquar tibi: cúmque reverſus fuiſſet, dixit ei: Neſcis, quid actum fuerit in hac civitate his diebus? Qui reſpondit, Neſcio quid. At ille: Beatiſſimus Deſiderianus epiſcopus præſentis civitatis ante biennium defunctus eſt, & cives noſtri ſeipſos palpantes & ingerentes ſe loco ipſius, non minimam litem excitaverunt; in qua & cædes diverſæ & nefariæ factæ ſunt; ita ingraſſata eſt opinio jurgiorum ipſorum, ut ad aures imperiales perveneriſ. Quo comperto, imperator ex latere ſuo *g* direxit, qui & bella civilia compeſcat, & maturata velocitate antiſtitem Deo placitum inquirat atque inſtituat. Hic enim, qui directus eſt, præfectum eum aiunt eſſe urbis, qui ſola auctoritate ſua minimè contentus, epiſcopos ſecum congregavit, qui prudenti deliberatione per jejunia & preces Domini inſtituerunt de ſucceſſore explorare voluntatem; & ecce jam dies tertius eſt hodie, ex quo litanias celebrant. Idcircò, Frater, ſuſtine paululſper; forſitan innoteſcet Deus ſervis ſuis, quem ſibi elegerit ad honorem epiſcopatûs, & poteris & tu, ubi * ubi ambulaveris, tantæ actionis admirationem narrare. Tunc beatiſſimus Evurtius: Bene quidem admones, ſed morulæ mihi generantur; ut fiat tamen voluntas tua, ad ipſam, ubi ſunt populi, procedamus eccleſiam. Ubi dum veniſſent, utpote ille incognitus non ſtetit alicubi niſi cum oſtiario.

4 Poſt paululùm præcipiunt epiſcopi januas obſerari; & ipſi adhærentes pavimento, cœperunt Deo ſingulta lacrymabilia fundere; ac notitiam perſonæ honori debitæ * à Deo expoſcere. Ingemebat autem omnis populus finem poſtulans jurgiorum, & expectans reſponſionem curvatorum in oratione epiſcoporum. Illis ergo orantibus & plangentibus, ecce columba inſtinctu Dei tranſmiſſa per inſertam feneſtram quaſi lux immenſa fulgebat, quæ ingreſſa eſt eccleſiam, & clangore alarum ſublata, volitare cœpit per totam penè eccleſiam more perſonam inveſtigantis; quæ ſpeculata ſanctum Evurtium inhærentem januæ, illicò ſuper caput ejus inſedit; ille ſimul manus extendens abigebat eam de ſuo vertice. Hoc ſignum adſtans populus mirabatur, & tantò ampliùs preces Deo fundebat, ut illum Spiritum mitteret, qui per columbam in capite Chriſti poſt lavacrum regenerationis noſtræ ad manifeſtandum eum Filium Dei eſſe deſcendit. Columba autem præceptum ſibi miniſterium demonſtrans, unde ingreſſa fuerat, regreſſa eſt.

5 Poſt regreſſionem ergo columbæ fit ſtrepitus lætitiæ in populo: attentioſis mentibus epiſcopi, vel omnis ordo, cœperunt inquirere, quis ille eſſet, in cujus talis oſtenſio capite cunctis demonſtrata eſt. Tunc diſſenſio perſonarum atque verborum in populo facta eſt: alii dicebant, Oſtiarius eſt; quidam verò, Non, ſed alius ſimilis ejus *h*. Tunc ſacerdotes vulgi ora variantia videntes, rurſum in oratione curvantur, & deprecantur univerſorum creatorem Deum geminari ſibi miraculum. Illis ergo petentibus denuò columba per eandem feneſtram recuſſis alis penetrale eccleſiæ garrulitate quadam petivit; & ſicut antea totam circumierat volatu eccleſiam, ita ſecunda quoque vice peragens, iterum ſuper caput futuri antiſtitis Evurtii inſedit. Ille verò tanti proventu ſtupefactus miraculi, ſimili modo cœpit eam de capite ſuo manibus pellere, quæ repulſa itinere, quo delata fuerat, regreditur. Tunc muſſitantibus populis præcipiunt epiſcopi, ut is, qui tanto miraculo dignus habitus eſt, ſocietati eorum & pari voto coram altari aſſiſteret. Cúmque hoc factum fuiſſet, ut epiſcopi præceperant, ſciſcitantur ab eo, quibus ab urbibus adveniret, vel ad quos fines tenderet. Tunc ille, quemadmodum priùs oſtiario, dum percunctaretur, rationem reddiderat, epiſcopis quoque narrando cuncta patefecit. Tunc illi cognoſcentes ſe exauditos fuiſſe, omnipotenti Deo mirabilium gratias egerunt, qui ex eadem urbe etiam tunc Paſtorem tranſmiſit, unde priſcis temporibus ad religionem prædicandam Catholicæ fidei prædicatores piiſſimos miſit.

6 His peractis, præcipiunt ſancto ac beatiſſimo Evurtio unà cum eis ad orationem inclinare, & ſub

A. LUCIFERO.

E

F

Cum hac de cauſa preces ab epiſcopis erant indictæ, Aurelianos venit Evurtius,

* *al.* impedimentum

* *al.* compunxerat

* *al.* Romana

* *al.* Aurelianenſium

* *al. addit.* Evurtius

* *al.* prædatorum

accedenſque ad eccleſiam, in qua congregati erant epiſcopi,

orantibus omnibus pro felici electione, columba ſuper caput ejus ſedet:

* *al.* honore debito

quod cùm iterum eſſet factum, interrogatur ab epiſcopis,

* *al.* ubi & ubi & ubicumque

a *b* *c* *d* *e* *f* *g* *h*

A. LUCIFERO. *jubeturque cum ipsis orare, & cum duobus aliis de episcopatu contendentibus,*

sub altario caput immittere, ipsi verò intra cœnacula cordis sui talia ruminabant dicentes: Domine Jesu Christe, qui das orationem oranti, & benedicis annos justi; si imperio tuo hic nostræ orationis particeps ad hanc delatus est urbem, ut discordiam populi tui auferat, & pastorali regimine præsul ecclesiæ tuæ factus, congregationem Christianam tueatur ac foveat, ostende nobis, ut manifestum sit incredulitati nostræ trini miraculi facultas ostensa. Et adhuc illis talia precantibus, ecce columba, plausu ingenti alas repercutiens, ad locum, in quo priùs Vir Dei steterat, devolavit; & cùm ibidem eum non inveniret, more explorantis coram omnium oculis investigare virum probatissimum cœpit. Erant autem hi, qui ad eandem consolationem advocati fuerant, episcopi multi *i*. Tunc antè dicti Episcopi ad invicem dixerunt: Adducamus & illos, quorum electio totam Ecclesiam vulneravit, & istum, qui jam per columbam cognitus est, & videamus, si iterum ipsum amplectetur frequens miraculum: & factum est ita.

B *deinde tertio columbæ volatu designatus, episcopus eligitur & consecratur.*

7 Cùm igitur omnes tres personæ cum episcopis coadunatæ stetissent, attonito populo, atque de volatu columbæ pendente, ecce sanctissima avis tanquam tactu primi ordinis Sacerdotem de medio indignorum eligens, cœpit priùs circumcirca volitare, & paulatim se sursum attollens appropiavit, & super capita lata est; non tamen alicujus eorum caput attigit, nisi illius Viri beatissimi, quem sibi jam secundò habitaculum fuisse monstraverat. Tunc unita voce, unitoque corde omnes unanimiter clamitant: Dignus est, justus est: hic est, quem Dominus ad tummum elegit sacerdotium; ipse est, quem nobis pastorem, sibi prædestinavit pontificem. Episcopi verò manu * silentium populo indicentes, ratum duxerunt uniuscujusque ordinis atque gradûs cognoscere voluntatem, & dixerunt eis: Vos universi Christiani vidistis tanta miracula hodie fieri, & Dei voluntatem in præsenti Servo Dei impleri: idcircò singillatim cordis vestri propositum in medium deferte: & licèt, si & nolit quispiam vestrûm, Deum sibi, non istum, faciet inimicum: tamen volumus cognoscere intentionem mentis vestræ. Tunc omnes tanquam

C ex uno ore dixerunt: Fiat voluntas Dei; & quoniam vos præparavit Deus, per quos majora opera sua & in hominibus singularia demonstraret, jubete citiùs eum Domino consecrari sacerdotem, & nobis pastorem. Quid multa? perficitur Dei voluntas; pergunt omnes ad basilicam beatissimi Marci secundùm ritum ipsius civitatis, levita *k* efficitur beatissimus Evurtius. Inde deducunt eum ad civitatem cum hymnis & canticis spiritualibus, fungitur almi * sacerdotis honore, lætantur cæli cum inhabitantibus in eis super ordinationem Pontificis *l*.

* *al.* majestate manûs

k

* *al.* primi

l

ANNOTATA.

a *Desinianus in una Vita Ms. S. Aniani dicitur quartus episcopus Aurelianensis. Carolus Sausseyus primum ponit* Altinum, *secundum* Alixitum, *tertium* Auspicium, *quos quarto loco sequi potuit Desinianus, atque hunc circa annum* 320 S. Evurtius. *Consule disputata in Commentario* § 3.

b *Omnia exemplaria de hisce consentiunt quoad factum, sed crebræ sunt vocum quarumdam mutationes. At semel lectorem monitum cupio, me tanti non facere hæc Acta, ut lubeat singulas vocum differentias huc transferre.* D

c *Quamvis probabilius mihi appareat,* Evurtium *creatum esse episcopum tempore Constantini Magni; nec improbabile sit, quemdam à Constantino missum, qui turbas sedaret, & episcopum eligendum curaret, id tamen certum non facit exigua hujus scriptoris auctoritas.*

d Proforium *habent tria Mss. In uno codice nostro legitur* Porfirium, *& fortasse rectiùs.*

e *In editione impressâ* urbis Romæ, *nescio cujus auctoritate. Certè in nullo exemplari Ms., & ne quidem apud Surium, invenio vocem* Romæ. *Neque hìc dicat aliquis, per vocem* Urbis *hìc Romam necessariò intelligendam, sicut etiam intellexit Tillemontius, Vitam hoc argumento oppugnans, dicensque mirum non videri, quòd aliquis mittatur ab imperatore ad turbas sedandas, sed id mirum esse de præfecto urbis Romæ. Commodè enim intelligi potest auctor de ipsa urbe Aurelianensi, cui præfectum miserit Constantinus ad turbas sedandas. Surius edidit:* Porphyrium quemdam præfectum ... eò misit. *In Ms. Accinctino, quod interpolatum monui, habetur* Porphyrius patritius. *Nolim hìc inquirere, quis fuerit ille Porphyrius: nam, licèt ejus missio non sit certò fictitia, tamen pro incerta haberi debet.* E

f *Ita in Mss., in editis* Acassia: *Surius* Cassius. *In Ms. Accinctino dicuntur fuisse frater & soror* Evurtii: *ibique tota illa sermocinatio omittitur, resque brevius explicatur. Sanè dubitari vix potest, quin omnia ferè, quæ inter S. Evurtium & ostiarium facta referuntur, sint commentitia.*

g *Notat Tillemontius phrasim* ex latere suo *non esse seculi* IV. *At satis esset, modò ætati congrueret scriptoris. Verùm litigandum non est de phrasi, cùm jam monuerim, pleraque adjuncta videri fictitia.*

h *Hanc contentionem verè dixeris meras esse scriptoris nugas.*

i *Hìc nomina episcoporum, qui ad electionem convenerant, interpolator Ms. Accinctini interponere voluit. Sed ea non reperiuntur in aliis Mss. invicem consentientibus. Accipe tamen conjecturas illius, lector studiose:* Orabat in ipsa ecclesia eo tempore Severinus episcopus ecclesiæ Senonicæ: cum quo reverentissimus Pronicius episcopus Meldensis ecclesiæ erat conjunctus. Advenerat cum ipsis Solemnis episcopus ecclesiæ Carnotinæ: à civitate Parisiorum Marcellus episcopus venerat: inter quos Valerius F
episcopus ecclesiæ Autricæ, & Camilianus episcopus Tricassinæ civitatis. *Carolus Sausseyus lib. 2 num.* XI *ex Ms. cœnobii* S. Evurtii *sex earumdem civitatum antistites enumerat; sed pro* Valerio *Autricæ seu Autissiodorensi habet* Valerianum, *pro* Camiliano *Tricassino* Julianum, *ac* Pronicium *Meldensem scribit* Provicium. *Idem scriptor multa disputat, ut ostendat hosce episcopos congruere suæ opinioni de electo* S. Evurtio *Constantii imperatoris tempore circa annum* 353; *acsi somnia illa interpolatoris multum haberent ponderis. At ne sic quidem opinioni suæ conciliare potuit recensitos episcopos, quorum alii multo juniores sunt, quàm ut cum opinione ipsius conciliari possint; alii prorsus ignoti. Enumerantur iidem apud Labbeum tom.* I *Bibliotheca Mss. pag.* 413 *in Historia episcoporum Autissiodorensium, ibique non minùs ineptè connectuntur*

A *nectuntur cum pontificatu Silvestri & imperio Constantini, quam eos sua opinioni conciliare voluit Saussеyus*

k Levita *habetur ubique, præterquam in Ms. Accinctino interpolato, ubi legitur:* Itur ad basilicam sancti Marci euangelistæ, qui tunc in majori veneratione in loco illo habebatur; ubi & ipse subitò Sanctus perducitur: & exinde hymnis & laudibus diversis ordinibus conclamantium in civitate Aurelianorum adducitur: ibique, auxiliante Domino, cum magno gaudio ab episcopis consecratur. *De una tantùm ordinatione clara fit mentio ubique; sed locum ordinationis mutavit interpolator: tamen de ordinatione episcopali verbis deinde sequentibus aliquid obscurè insinuatur: nihil verò de consecratione presbyterali, licèt de ea quoque consecratione non videatur dubitandum.*

l *Surius claris verbis consecrationem triplicem, seu diaconi, presbyteri & episcopi Vitæ inseruit: quod habendum est pro interpolatione. Carolus Saussеyus lib. 2 num. 15 de iis ita scripsit:* Designatus pontifex, in ecclesia S. Marci
B extra muros diaconus ordinatus, inde in civitatem reductus, in ecclesia S. Stephani presbyter & episcopus consecratus est. *Tillemontius triplicem illam ordinationem in Surio legerat; indeque aera verberat telo obtuso: nam asserit, pauca primis Ecclesiæ seculis reperienda exempla, quibus ostendatur, subdiaconum ante consecrationem episcopalem priùs diaconum & presbyterum fuisse ordinatum. Si vera diceret Tillemontius, Vitam* S. Evurtii *non tangeret: at falsissima videtur sententia, quam insinuat, de ordinatis episcopis ante susceptum diaconatum & presbyteratum seculo* IV, *quo ordinatus est* Evurtius. *Consuli de hac controversia potest Thomassinus in Veteri & nova Ecclesiæ disciplina part. 1 lib. 2 cap. 36, ubi dictam opinionem egregiè refutat.*

CAPUT II.

Exstinctum à Sancto incendium: inventus thesaurus, indeque, juvante Constantino, ecclesia Sanctæ Crucis ædificata: miraculum in Missæ sacrificio.

C

Incendium precibus sistit:

PEractis igitur omnibus, quæ ad Dei culturam pertinent, Deus, qui sibi dignum præfatis miraculis Sacerdotem monstraverat, cœpit per eum majora operari in populo, & medicinale infirmis remedium, & fatigatis diversis calamitatibus præbuit beneficium infinitum. Prætermissis itaque signis sanitatum, & gratiâ virtutum, quæ per eum unus atque idem operabatur Spiritus sanctus, cui soli cognita sunt, illorum seriem retexamus, quæ universo penè mundo *a* innotuerunt. Transacto anniversario ordinationis ejus die, factum est ut civitas igni casuali flagraret. Tunc omnes habitatores civitatis videntes in semetipsis, vel in habitaculis eorum flammas desævientes, concurrerunt ad sæpè dictum beatissimum Evurtium episcopum, clamantes & dicentes voce magna: Vir Dei,
a
vir Dei, succurre urbi ignibus subsidenti. Quo audito, Episcopus citatim ad ecclesiam convolavit, & prosternens se in oratione deprecatus est Dominum, dicens: Domine Deus Israël, qui sanctos tuos tres pueros de congerie illæsos eripuisti ignium, da etiam huic civitati posse evadere de flammarum irruentibus globis. Illo adhuc deprecante voracitas restincta est flammæ, & quia adhuc simpla erat Ecclesia, in qua unà cum populis Dominum deprecabatur, ait illis: Ecce Dominus secundùm suam misericordiam eripuit nos de ardentis flammæ incendio; & idcircò votivam collationem facite, ut ampla reddantur spacia hujus ecclesiæ. Omnes concordi pectore responderunt: Fiat voluntas Dei: & egressi, unusquisque secundùm modum facultatum suarum ad sanctum præparaverunt ædificium. A. Lucifero.

9 Die ergo indicta, ut sancta dilataretur ecclesia, tulit secundùm morem quarumdam provinciarum manibus suis fossorium *, & vexillo crucis facto, fodere cœpit. Jam penè pedes tres foderat, & ecce obtulit se obtutibus illius olla clausa atque bituminata, Dei dispensatione ad fabricam reservata sæpè dictæ ecclesiæ: quam cùm aperuisset, invenit thesaurum non minimum, Neronis notâ pulcherrimè figuratum. Tunc gratias agens Deo, vocavit archidiaconum, dicens: Veni, frater, accipe hoc inventum, & defer illud in conspectu principis imperantis; non enim decet nos hoc celare, maximè qui sumus præpositi plebis. Quo accepto, secundùm jussionem Episcopi Romam profectus est: ubi veniens rogavit se imperatori præsentari. Tunc imperator jubet eum illicò introduci; quo ingresso, imperator dixit: Qua de causa ad nos directus fueris, tua narratione pandere ne moreris? Archidiaconus autem porrigens priùs scriptum sui beatissimi Sacerdotis, deinde thesaurum ei obtulit, docens animos imperatoris de omnibus, quæ in civitate Aurelianensi gesta fuerant, & quomodò ille thesaurus in loco designato ecclesiæ fuisset inventus. Denunciatur hoc subitò Romanas per regiones Dei in Romano cive ostentum; gratulantur omnes bonorum omnium Largitorem: hinc preces effundunt illi, qui omnibus adest in se sperantibus.

dum fodit, ad ædificandum ecclesiam, thesaurum invenit,
* *i. e.* ligonem
E

F

& Constantinus multa donat in eumdem finem.

10 Sequenti igitur die jubet ad se vocari imperator Mansuetum archidiaconum, qui bajulus fuerat thesauri inventi: & dicit ei: Omnia, quæ intulisti, defer Sacerdoti tuo, & revertere in pace. Dic mihi, archidiacone, quot cubitorum est ecclesia, quam disponitis fabricare? Qui respondit, quantis paupertas ecclesiæ, vel habitatorum civitatis esse permiserit: notum namque est majestati vestræ, quòd pauperes penè sint omnes ipsius civitatis vel territorii. His auditis, imperator jussit Anatolium *b* tunc præfectum ad se venire; cui dixit: Restitue, quidquid huc præsens archidiaconus deportavit, quoniam præparatio Dei est, non nostri imperii. Volumus autem & super his duplam ei adhuc dare pecuniam ad fabricam ecclesiæ sufficientem: ipsam verò ecclesiam jubemus in longum extendi cubitis centum septuaginta, & in latitudinem cubitis quadraginta duobus, & in modum crucis fabricari: ideò enim tam spatiosam esse volumus ecclesiam, quoniam quotidie Christianitas amplificatur, & ad Dei habitaculum frequens fit concursus atque ambitio populorum. Jubemus deinde altaria tria habeat, & illud, quod fuerit interjectum * glorioſissimæ crucis lignum habeat, per quod est universus mundus salvatus. Ad ministerium
b
* *al.* interfuetum

A. LUCIFERO.

sterium quoque sacrosanctæ ecclesiæ ipsius offerimus lances auri purissimi septem, & calices ejusdem metalli septem, in quibus divinum dum peragitur Mysterium, nostræ quoque sit memoriæ adjumentum. Omnibus etiam territorii illius per triennium demitti volumus rei propriæ censum *c*, ut possint etiam ipsi unà cum sacerdotibus & nobis Deum continuis obsecrationibus placare, & ipsius ecclesiæ opus qualiter ad perfectionem perducatur, adminiculum tribuere. Sed & illud nostræ serenitati placet, ut arcubus sex extendatur, tribus à dextra parte, & tribus à sinistra, & sic per eorum involutionem una videatur esse ecclesia. Omnibus his delegatis debuxatáque * ecclesia, & triplam pecuniam quantitatemque ejus sacris literis inditam suscipiens archidiaconus, cum jocunditate maxima vestigia retro observata sequens, quà gressum extulerat, repetiit.

c

* *i. e.* delineatâque

Fratres Evurtii, ut fertur, inventi,

11 His ergo gestis congruum duximus etiam illud associare, quemadmodum vir beatissimus Evurtius fratres suos, quos quærere instituerat, post quadraginta *d* annos repererit. Quadam ergo die, Deo propulsante, Suessionicæ civitatis episcopus ad tumulos beatorum martyrum Crispini & Crispiniani *e* orandi gratiâ profectus est: dumque se in oratione prostravisset, audivit voces talia deposcentes: Testes Christi atque amici, præstate nobis ante diem obitus nostri fratrem nostrum Evurtium subdiaconum non solùm speculari, sed & amplecti. Cúmque hoc iteratis vocibus rogantes perseverâssent, elevatis episcopus oculis vidit personas in religiosa veste sacros tumulos ambientes, quos cùm vocâsset, sciscitatus est de eis, qui essent. Qui dixerunt: Cives sumus Romani; fratres fuimus tres: nos autem duo in hostium prædam devenimus; frater verò noster in urbe remansit, quem summo desiderio, Deo procurante, videre optamus; sumus autem nunc in servitio religiosissimæ viduæ Vibianæ *. Ita namque flebiliter casus suos episcopo narraverunt, ut etiam ipse sic fleret, tanquam si captivitatis eorum particeps affuisset. Cognita ergo omnia rescribit per archidiaconum suum Leonem: quæ series literarum casuale fuit beatissimo episcopo Evurtio nuncium captivorum. Ita autem omnipotens Deus, qui majora agit, atque ad majora opera reservat, præstitit, ut uno die duorum negotiorum civitas lætificaretur eventu.

d

B

e

* *al.* Julianæ

C

& redempti: ecclesia sanctæ Crucis dedicata:

12 Hinc Mansuetus archidiaconus cum præfatis imperialibus muneribus urbem ingreditur: illinc Leo archidiaconus cum confirmatione inventionis fratrum Episcopi defertur. Geminatur cunctis jocunditas, fit publica, quæ fuerat dudum privata: concurrunt omnes ad diversorium Episcopi, videndi munera, atque opiniones audiendi captivorum studio congregati. Mittitur illicò pretium redemptionis; educuntur de jugo servitutis libertati pristinæ redditi. O bone Deus! quis fuit ille dies, quo sibi sunt post quadraginta annos fratres consanguinei præsentati; qualis fletus omnium gaudiorum, quando invicem se osculantes complexi sunt? Quid multis? Ædificatur ecclesia secundùm principis devotionem, fundata tantâ celeritate, ut transactis tribus annis, quinto Nonas Maias dedicatio *f* ejus fieret, sicut est celebratio ligni Crucis inventæ in mundo certis partibus generalis.

f

reliquiæ variæ impetratæ:

13 Post dedicationem autem causâ sanctarum reliquiarum perducendarum diversi in orbis partes missi diversa appetunt: quidam Hierosolymam pro sanctæ Crucis; quidam autem Romam pro beatissimorum Petri & Pauli apostolorum & martyrum reliquiis, qui omnes votivum desiderium assecuti, & ad urbem remeantes, gratias Deo egerunt. Tunc verò beatus Antistes congregatis episcopis cum timore & exultatione præfatas reliquias de loco, in quo depositæ fuerant, ad ecclesiam, in qua deponendæ erant, perduxerunt. Cúmque hora veniisset offerendi sacrificii, post quod solitum est reliquias condere, invitati episcopi deprecantur Pontificem, ut ipse in primo altari hostiam Domino immolâsset propter votum proprium, & senectutis atque ordinationis gradus: cúmque diu resisteret, crebris eorum exhortationibus propulsatus obedientiam præbuit.

D

miraculum, Sancto sacram Hostiam elevante, factum:

14 Et ecce in hora confractionis panis cælestis, cùm de more sacerdotali hostiam elevatis manibus tertiò Deo benedicendam offerret præfatus Antistes, apparuit velut nix splendida super caput ejus manus *g*, porrectis digitis tertiò oblatam benedicens. Sacrificiis ritè peractis, sæpè dictus Sacerdos eis, qui cum eo erant, dixit, incipiens ab episcopis, & perveniens usque ad ultimum plebis: Dicite, quæso, beatissimi fratres, si aliquod miraculum inspexistis, dum Missa celebraretur. Qui respondentes dixerunt: Nullum. Tunc subdiaconus Baudelius *h* (cujus erat eodem die observationis ministerium) dixit: Vidi ego, sed præ timore titubo enarrare: videbatur mihi, te elevante hostiam, manus de nube, quæ caput tuum cooperuerat, extensa, benedicere tertiò Deo oblatam. Cui Episcopus: Beatus es, frater carissime, cui tanta sunt mysteria sacra ostensa. In populo etiam cùm quæsîsset, inventi sunt duo, qui fuerant tanti mysterii videndi participes, Eleusinus & Procopia, id est, Eleusinus pœnitens, & Procopia castimonialis *i*. Quibus etiam Episcopus: Beati estis & vos, quia non caro & sanguis hæc revelavit vobis, sed Deus, qui in cælis est.

g

E

h

i

multique pagani illius occasione conversi.

15 Quo ritè comperto, omnis simul clamabat Ecclesia: Gratias tibi, Domine, agimus, qui abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis, quorum angeli te semper vident in cælo sedentem, & erexisti nobis in domo Domini cornu David, visitans & faciens nobiscum mirabilia, sicut locutus es per os tuorum sanctorum Prophetarum, qui à sæculo sunt. Et completa benedictione, reliquias in laudibus Domini tripudiantes collocaverunt in altari medio sanctissimæ Crucis; in dextera parte, propter reditum fratrum, & sinceræ venerationis cultum, Crispini & Crispiniani martyrum: in sinistra verò parte Petri & Pauli conduntur reliquiæ. Peragravit autem hujus miraculi visio omnem mundum; cujus odore pagani inloti ad percipiendam concurrebant gratiam Dei, & baptizati sunt intra triduum septem ferè millia paganorum, benedicentes Dominum, & gratias agentes antistiti Evurtio, per quem ad lavacrum regenerationis, & fidem Catholicam venire promeruerant. Ne, quæso, diligentissime lector, interrogationem de miraculo *k* Episcopi arrogationi adscribas, quoniam non suam sed Christi laudem perquisivit in ea.

F

k

ANNOTATA.

a *Tantam fiduciam non videtur ostensurus fuisse scriptor, nisi fama aliqua sequentium aliquot miraculorum viguisset, dum scribebat. Dubitare*

A *bitare tamen nequeo, quin omnia liberiori ſtylo ſint expoſita & amplificata.*

b *Fuit quidem Anatolius aliquis præfectus tempore Conſtantini. At neceſſe non eſt, curioſiùs inquirere, quis hîc deſignetur: nam lubens aſſentior Tillemontio, miſſionem theſauri ad Conſtantinum non eſſe valdè credibilem: neque multo credibiliora ſunt, quæ ſequuntur, ubi ordinare dicitur imperator, qualem & quantam velit ædificari eccleſiam. Multa ex illis omiſſa ſunt in Ms. Accinctino.*

c *Parùm veriſimilis eſt hæc cenſûs remiſſio in triennium, ut & ſuprà mandatum de tribus altaribus in eccleſia conſtruendis congruum non eſt temporibus Conſtantini: imò omnia, quæ ipſe mandâſſe narratur, non modò incerta ſunt, ſed fortè omnino commentitia. Iſtud unum probabile eſt, pium imperatorem ad ſumptus eccleſiæ pecuniam ſubminiſtrâſſe.*

d *Hæc inventio fratrum poſt annos quadraginta fabulam tota redolet.*

e *De his Sanctis martyribus agetur ad 25 Octobris.*

B f *Tillemontius obſervat, veriſimiliter necdum celebratam fuiſſe die 3 Maii feſtivitatem Crucis inventæ, quando ſeculo IV fiebat dedicatio. At auctor id non dicit, ſed ſolùm aſſerit dedicationem eſſe factam eo die, quo celebrabatur Sanctæ Crucis inventio, dum ſcribebat.*

g *Interpolator in Ms. Accinctino ait, miraculum contigiſſe in conſecratione altaris, idque amplificat his verbis:* Cœptâ ergo Miſsâ, lecta per ordinem lectione, conſecrato altario, cùm ad celebranda Myſteria ventum fuiſſet, ... & dum ipſam oblatam (*id eſt Hoſtiam*) vel calicem, ut dixi, Evurtius manibus ſuis accepiſſet, & in ſublimi elevâſſet; viſa eſt ſuper altario à fidelibus manus Domini, hoc eſt à medio brachio cum palma & digitis, crucem ſuper ipſa ſancta Sacrificia faciens, & tunc ipſum Corpus Domini & Sanguinem benedicens: & donec Miſſa fuit expleta, manus ipſa ſuper caput Epiſcopi in aëre viſa eſt: & tanta in nube claritas caput ipſius circumdederat, ut ab his, qui hæc videre meruerunt, putaretur quòd radius ſolis caput ipſius circumdâſſet. *De hoc miraculo fit mentio in diplomate Caroli Magni antè memo-*
C *rato: nam epiſcopus Aurelianenſis id ipſi narrâſſe dicitur: & Carolus Sauſſeyus lib. 1 num. 7 & ſeq. multa alia pro eodem miraculo adducit teſtimonia, quæ videri poſſunt. Aliquid veri ſubeſſe exiſtimo: at non auſim adjuncta omnia ut certa habere.*

h *Die 20 Maii colitur S. Baudelius martyr, de quo hîc agi crediderunt olim Aurelianenſes: ſed ad Acta ejus prædicta die data obſervârunt Majores noſtri de S. Baudelio martyre id veriſimile non eſſe; ideoque vel alium fuiſſe Baudelium hîc memoratum, aut pro fictitiis habenda, quæ de Baudelio aſſeruntur: nam hanc perſonam cum aliis potuit biographus ipſe miraculo addere.*

i Caſtimonialis, *aliàs dicta* ſanctimonialis, *eſt virgo voto caſtitatis adſtricta. De Eleuſino & Procopia nihil invenio præterea apud Sauſſeyum.*

k *Non eſt ſanè, cur* S. Evurtium *carpamus; ſed ipſum potiùs arguere debemus biographum, quòd miraculum ita expoſuerit, ut fictitiis ornamentis ſuis, inter quæ numerari poteſt exaggerata illa paganorum converſio, rem totam fecerit dubiam.*

A. Lucifero.

CAPUT III.

Ultima Sancti geſta: fabuloſa electio S. Aniani: beatus obitus, ſepultura & cultus.

Virtutes & miracula Sancti,

PEracto igitur eccleſiæ ædificio, & reliquiarum depoſitarum confirmata perfectione, cœpit univerſus populus ad ſæpè dictum Epiſcopum pro ſuis certis utilitatibus convolare. Hi Dei gratiam conſequi cupientes; illi contagionibus nequiſſimis carere volentes: & ſic quotidianis horis ac momentis per eum Chriſti gloria de ſanitatum plenitudine ſplendeſcebat, & regrediebatur unuſquiſque percepto ſui deſiderii ſanitatis fomento; ſurdi auditu, cæci viſu, muti E
loquentis * officio, claudi greſſu, paralytici cu- * *al.* loquendi
ratione membrorum: omnibus omnia largiebatur per os & impoſitionem manûs Epiſcopi ſeptiformis Spiritus ſanctus *a*. Cùmque talia ac plu- *a*
rima per eum opera refulſiſſent, & omne pene genus hominum Deo gratias pro eo ageret, qui tantum ac talem eccleſiæ ſuæ præfecerat Sacerdotem, elapſus eſt annus vigeſimus *b* ordinatio- *b*
nis ejus; quos omnes annos in caritate & ſanctitate, ac puritate mentis, cum diverſæ ætatis populis ac ſexûs exegerat: ille igitur erat intentus in operibus à Domino ſibi conceſſis.

qui inſtantem ſibi mortem prædixiſſe,

17 Quadam autem die cùm diluculò ad concinationem pſalmorum ad Eccleſiam conſurgeret, deliberavit apud ſe ut finem vitæ ſuæ, quem illi Chriſtus revelaverat, fratribus depalaret. Completis ergo matutinis myſteriis in ſecretarium eſt ingreſſus, & convocans univerſam fraternitatem, & ex laïcis quoſdam, expoſuit eis ſingula, ſicut ei fuerant revelata. Tunc adjecit: Et quoniam adventante die Dominica ad Dominum ſum, ſicut expoſui, migraturus *c*, *c*
deprecor vos, ut exhortationi meæ ſerenum animum præbeatis: vereor enim, & ſollicitatione angor continuâ, ne iterum ob ordinandum mihi ſucceſſorem rediviva diſcordia pullulet: ſcitis enim quanta ſunt geſta mala in hac urbe ante meum adventum; ergo ut deinceps talia non fiant in populo Chriſtiano, ſuadeo vobis, ut poſt tranſitum meum fratrem & compresbyterum abbatemque Anianum, (cujus vitam experimentis plurimis cognoviſtis) vobis epiſcopum ordinetis ita citiùs, ut, ſi poteſt fieri, me nec- F
dum ſepulto, ne * ſpatium prolongatum fomes * *al.* nec
ſit iterum jurgiorum.

ac curâſſe S. Anianum ſucceſſorem ſibi eligendum,

18 Illo itaque tempore, quo hæc fiebant, in civitate Aurelianenſium maxima nobilium propago florebat tam in clero, quàm in populo; & dum ſibi unuſquiſque, aut proximis aut amicis quærit opitulari, ſicut præſaga mens prædixerat Epiſcopi, diſſenſionis rurſum ſemina de ordinando antiſtite fructificaverunt, & cœperunt ſibi partes eſſe adverſæ. Pars dedita erat in ultimis ſuaſionibus morituri Epiſcopi; altera, quæ nihil habebat, quod objiceret criminis, ſub velamine renitebatur pellere ſimplicitatis obedientiam aſſertoris. Dumque hæc ac talia inter presbyteros nativitatis ſtemmate inflatos; ac inter laïcos ſimili participatione ſanguinis faſtuoſos agerentur,

A. LUCIFERO. gerentur, aures beatiſſimi Evurtii penetraverunt. Qui rurſum convocans ad ſe illos, quos antea admonuerat, his utitur blandimentis: Cariſſimi atque unanimes fratres, & vos excellentiſſimi filii, jam pridem prævidens, quæ eventura fuerant, caritatem veſtram de tali cauſa admonui, hoc faciens, non quaſi fratri conſulens, ſed Dei timorem præ oculis habens; propterea ſi præceptis meis, imò ſuaſionibus, quidam noluerint præbere conſenſum, aliud patientiſſimè cogitemus, qualiter omnibus ſatis fiat. Tres ſunt igitur, pro quibus ſeditio populi ſolitè orta eſſe videtur, & quoniam tres in una civitate epiſcopi eſſe non poſſunt, conſulamus pro tali negotio Dominum; hac nocte unanimiter congregati in hymnis ac lectionibus excubemus; & acceptâ chartulâ, nomina trium ſingillatim indamus, quæ nomina ſub altari tota nocte ſint delitentia *, peractis electo tempore craſtina die Miſſis, puerulum innocentem adducamus, qui præfatas chartulas de imo altaris retrahat: &, ſi & hoc parum eſt, ad conſulendum, Pſalterium & Euangelia afferantur, &, ſi ſibi conſona tota tria experimenta

* *i. e.* delitescentia

B fuerint, ille, quem deſignaverint, ordinetur.

19 Placuit ſermo prudentiæ ejus coram omnibus: celebrantur vigiliæ, Miſſæ peraguntur, innocens puer adducitur, per quem Dei revelatio demonſtraretur. Ille autem innocens ad trahendas chartulas dexteram extendens; cúmque unam ex his manu contingeret, & digitis inhærentibus bajularet, tanquam propheta vociferari cœpit, clamans & dicens: Anianus, Anianus, Anianus, honore ſolus in hac nunc civitate dignus eſt epiſcopatu. Hoc autem factum eſt, ut impleretur, quod Pſalmigraphus cecinit: Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem. Poſt hæc aperiunt & Pſalterium: in qua apertione hic erat Pſalmus: Beatus, quem elegiſti & aſſumpſiſti: inhabitabit in tabernaculo tuo. Textus quoque Euangelii hic erat: Tu es Petrus, & ſuper hanc Petram ædificabo Eccleſiam meam. His ergo & talibus evidentiſſimis admoniti ſacramentis, beatum Anianum deſignant epiſcopum, dicentes glorioſiſſimo Evurtio: Semper ſcimus, quoniam dicta beatitudinis tuæ concordiſſima ſunt Dei præceptis & juſſis. Tunc beatiſſimus Vir lætus de diſpoſitione Dei, valefaciens cunctis, commendato quoque ſucceſſori ſuo clero atque populo, in domicilium ſuum

C hilari vultu regreditur.

20 Poſt hæc febricitatus, die, quo ei oſtenſum fuerat, corpus terræ, animam reddidit cœlo. Exceſſit ergo è vivis temporaliter ſeptimo Idus Septembris *d* florente & vigente ejus ſpiritali doctrina in mundo. Erat autem in diebus illis, quo beatiſſimus Evurtius inſulas epiſcopatûs accepit, Silveſter *e* Papa præſul Apoſtolicæ Sedis. Defuncto ergo beatiſſimo Epiſcopo, in conſpectu civium ſuorum ſepultus eſt à Tetradio viro præfectorio, & poſitus ab eo in agro proprio, quem habuit ante urbem, proſpiciens Orientem. Idem autem Tetradius ſuper ſepultura ejus cellam exiguam conſtruxit, non paupertatis causâ, ſed neceſſitatis; quoniam perſtrepebant gentes in omnibus Gallicis regionibus, & nulli fuit facultas liberè vivendi. In quo loco frequentiſſimè miraculorum plurima genéra fiunt, operante Jeſu Chriſto Dei Filio, cui eſt honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Ego Lucifer ſubdiaconus hæc geſta morum atque factorum ſancti ac beatiſſimi Evurtii epiſcopi in veritate deſcripſi, nihil addens neque ſuperfluè *f* D loquens. Sed ne magis prolixa oratio non delectationem, ſed faſtidium legentibus generâſſet multa de miraculis ejus prætermiſi. Unde peto te, quiſquis hos ejus actus legeris, mihi orando Dei veniam impetrare, ne aliquid mali ſuper me veniat, quia partem miraculorum ſcripſi, partem celavi, per illum, cui ſumus omnes adſtituri, quia in eis, quæ proſecutus ſum, non peieravi *g*. *f* *g*

morbus, mors, ſepultura & cultus Sancti: Vitæ ſcriptor.

d

e

aſſeritur relatione fabuloſa:

ANNOTATA.

a *Aliàs legitur*, Spiritus Sancti. *Fortè legendum*, Septiformis Spiritus ſancti gratia. *Porrò generalis illa & vaga locutio de miraculis, ſatis oſtendit ſcriptorem de iis non fuiſſe edoctum, niſi fortaſſe generatim. Interpolator in Ms. Accinctino illa de miraculis omiſit, & alterius eccleſiæ ædificationem ſubſtituit his verbis:* Inter alia ſiquidem operum ſuorum inſignia, baſilicam in honore beatorum martyrum Nazarii, Gervaſii, Prothaſii & Celſi pueri, in oppido Aurelianenſi conſtituerat; ubi etiam & ſepulturam E ſibi paraverat. *At ſi id verum eſſet, non fuiſſet ſepultus in agro Tetradii, ut ipſe tamen interpolator ſcribit.*

b *In Mss. noſtris omnibus & apud Surium legitur* vigeſimus, *excepto tantùm Accinctino, ubi de annis epiſcopatûs nihil habetur. Editor tamen impreſſit* vigeſimus tertius, *& Sauſſeyus pag.* 74 *dicit* in quibuſdam codicibus (*Breviariis Mss., opinor, ut in margine notatum eſt apud Surium*) *legi, Sanctum* triginta *annis fuiſſe epiſcopum. Standum eſt Vitâ, aut nihil de annis epiſcopatûs ſtatuendum eſt certi. Ultimum haud dubiè erit tutius, quia exigua eſt ſcriptoris auctoritas.*

c *Quandoquidem in Commentario* § 3 *oſtendi electionem S. Aniani, qualis mox narratur, pro fabuloſa habendam, hæc quoque de morte propinquâ prædictio fidem non meretur.*

d *Tillemontius ex hac die, quæ Dominica erat ſecundum mortis prædictionem num.* 17 *relatam, obſervat, Sanctum eſſe defunctum anno* 385 *aut* 391, *ſi prædictio nimirum vera ſit & dies Dominica Sancto reipſa fuerit emortualis;* F *quod non dicit, ſed potiùs affirmat de iis nihil eſſe certi. Nihilominus video jam annum* 391 *quibuſdam placuiſſe, licèt inſuper ſupponi ut verum debeat, Sanctum fuiſſe in concilio Valentino, & epiſcopum fuiſſe annis viginti: quæ æquè incerta ſunt. Sanè non capio, qua criſi aut conſequentiâ ſeverum Tillemontii de Actis omnino repudiandis judicium admitti potuerit, ſimulque ab iiſdem ſcriptoribus tam multa fuerint ex Actis adoptata ad annum emortualem ſtatuendum.*

e *Pontificatum S. Silveſtri Pagius deducit ab anno* 314 *uſque ad annum* 335 *ferè finitum, cùm obierit* XXXI *Decembris. Toto illo tempore Conſtantinus fuit imperator. Quare, etſi certum omnino eſſet, quod ex aliis quoque monumentis probabilius eſſe oſtendi, electum fuiſſe* Evurtium *ſub Silveſtro & Conſtantino, annus tamen emortualis certò determinari non poſſet. Utrùm verò Sanctus obierit die Dominica, an alia hebdomada die, quod non dicitur in Ms. Accinctino, incertius apparet, quàm ut annus* 340, *qui aliàs eâ notâ deſignaretur, certò ſtatui poſſit. Hac de cauſa ad Diopetum, qui anno* 346 *&* 347

Aure-

A *Aurelianis ſediſſe creditur, & ad Silveſtrum ac Conſtantinum reſpexi, & ſic latè notavi* probabiliùs circa annum CCCXL.

f *Dubitari nequit, quin multa dixerit ſuperflua ſcriptor aliunde ignotus, qui veriſimiliter caruit ſcientiâ chronologicâ, ad rectè ſcribendum neceſſariâ, & fortaſſe populares traditiones veris factis immiſcuit.*

g *Non peieravit, quia juràſſe non legitur; ſed varia falsò narravit, ſive ex nimio Vitam exornandi ſtudio, ſive ex nimia credulitate, quod non definio.*

ACTA

TRANSLATIONIS GEMINÆ

auctore anonymo

B *Ex codice membraneo Reginæ Sueciæ.*

Pauca de vita & ſepultura Sancti: a

LECTIO I. Glorioſus Chriſti confeſſor Evurtius, qui ut in ſacris ejuſdem Geſtis *a* habetur, operante Spiritus ſancti gratia in columbæ ſpecie, dignus Aurelianorum pontifex inſtitutus eſt, poſt temporalis agonis curſum fideliter conſummatum, ſanctam illam animam in præparatam ſibi à Deo requiem angelicis manibus tradidit deferendam. Cujus ſacratiſſimi Hominis glebam ſanctus Anianus *b*, ejuſdem urbis epiſcopus, quem idem beatus Evurtius dignum ſibi ſubrogaverat ſapienti conſilio ſucceſſorem, pſalmis & canticis, ut mos eſt Catholicorum, circumquaque decantatis, cum omni reverentia propriis manibus diligenter tradidit ſepulturæ. Eo namque tempore vir nobiliſſimus ex genere ſenatorum, Tetradius nomine, in agro proprio, quem habuit ante Orientalis urbis plagam, incomparabilem ſancti corporis theſaurum multo ſtudio poſtulavit ſepeliendum. Idem autem Tetradius ſuper ſepulturam ejus cellulam exiguam conſtruxit, non paupertatis causâ, ſed neceſſitatis, quoniam perſtrepebant in omni Galliarum regione incurſantium tumultus, & nulli facultas erat liberè vivendi. In quo loco plurima miraculorum genera fiunt, & facta ſunt, operante Domino noſtro Jeſu Chriſto, ad declarandum ſanctiſſimum confeſſoris ſui meritum, quem in vita ſua populo ſuo Pontificem præelegerat & Patronum.

b

C

Wandalis, id eſt, Saracenis Galliam populantibus,

2 LECT. II. Quievit itaque in eodem loco per aliquod tempus pretioſi confeſſoris Evurtii venerabile corpus, ubi per invocationem ſancti nominis Chriſti, & ejuſdem Confeſſoris interceſſionem, plurima languorum genera, plurima diabolicæ fraudis incommoda, ſalutare remedium percipere merebantur. Verùm cum exigentibus peccantium culpis, Vandalicæ *c* perſecutionis inhumana rabies ubique fermè, & præcipuè in Galliarum partibus deſæviret, & timoris inmodici ſancta Dei Eccleſia pateretur incommodum, quicumque extra municipia, ſeu civitates, vel etiam murorum firmiorem ambitum, paulò antè morabantur, ad tutiora & firmiora loca confugium divertebant. Quos autem bellui-

c

na perſecutorum rabies in villis, agris, ſeu vicis firmitate aliqua ſentiebat immunitos, inquietè perturbabat, & tam eos, quàm eorum poſſeſſiones, crudeliter exterminans, ferocitatem ſuam humano ſanguine ſatiare non ceſſabat. A. ANONYMO.

ex loco ſepulturæ ſuburbano ſacrum corpus transfertur in urbem,

3 LECT. III. In tantæ ergo perſecutionis articulo Aurelianenſis urbis habitatores, non mediocriter exterriti, dignum duxerunt, ſanctum & venerabile corpus beati confeſſoris Evurtii infra murorum ambitum cum omni devotione transferre, ne, ſi extra urbem remaneret, pretioſa illa margarita porcis conculcanda traderetur: & ut ipſa civitas ex ejuſdem ſanctiſſimi corporis reliquiis patrocinium ſibi mereretur. Tranſlatum ergo de proprio, in quo quieſcebat, loco in quadam eccleſia beati prothomartyris Stephani *d* infra urbem diligenter repoſitum eſt; & donec illa perſecutio ceſſaret, ab ejuſdem civitatis incolis, prout dignum erat, fideli eſt ibidem cultu veneratum.

d

indeque ad priorem locum, periculo ceſſante, refertur:

4 LECT. IV. Qualiter autem, ceſſante barbarorum inquietudine, ex præfata beati Stephani eccleſia ad locum proprium tranſlatum fuerit, & quanta in ejuſdem tranſlatione miracula ad honorem confeſſoris ſui Chriſtus oſtendere dignatus eſt, ex Chriſtianiſſimi Francorum imperatoris Caroli ſanctionibus poteſt perpendi; quas etiam auctoritatis ſuæ ſigillo ad poſterorum notitiam confirmavit, & in eccleſia beati confeſſoris Evurtii datis regiæ munificentiæ prædiis conſervandas repoſuit. Ne autem videamur ambagibus deſervire; ejuſdem imperatoris privilegium dignum duximus ſubterſcribere. E

diploma Caroli Magni,

5 LECT. V. Carolus Dei gratiâ Francorum Rex & Romanorum patritius omnibus orthodoxis, in Chriſto Jeſu Domino noſtro baptiſatis. Florente per Dei miſericordiam ſtatu regni noſtri, pacato hinc inde imperio, cum gloriaremur in palatio noſtro Aurelianis, & eſſent unà nobiſcum plures de optimatibus imperii *e* noſtri, multique alii diverſi ordinis & ætatis viri religioſi, placuit majeſtati noſtræ, ex diſpenſatione Divinæ ſublimitatis, ut loca ſancta ipſius urbis viſitaremus, & Regi regum Chriſto pro conceſſis nobis beneficiorum ſuorum muneribus gratias ageremus.

e

F

in quo referuntur quædam de Sancto,

6 LECT. VI. Accito itaque viro venerabili Agio *f* ipſius urbis epiſcopo pluribuſque aliis ex ordine eccleſiaſtico, canonicales eccleſias ſingulatim viſitavimus urbem peragrantes, & de ſanctuario uniuſcujuſque per ſingulas requirentes. Tandem cum perveniſſemus ad quandam eccleſiam extra urbem, in honore & nomine ſanctæ Dei Genitricis perpetuæ Virginis Mariæ conſecratam, in qua pretioſus * confeſſor Domini Evurtius * in corpore requieſcit *, ſupradictus epiſcopus, verbum nobis omnibus ob ædificationem animarum faciens, intimabat, qualiter ipſe ſanctus Evurtius, Spiritu ſancto demonſtrante in forma * columbæ epiſcopus deſignatus fuerit, & quod in dedicatione baſilicæ ſanctæ Crucis manus Domini ſuper caput ipſius Sancti apparuerit.

f

* *in edito* glorioſus
* *ibid.* Euvertius
* *ibid.* quieſcit
* *ibid.* ſpecie

ut & miraculum in relatione corporis factum;

7 LECT. VII. Adjecit denique miraculum non ſilendum, non multùm temporis *g* antè factum, cui etiam plures religioſi, qui ibi aderant, perhibebant teſtimonium; quòd tempore Vandalicæ perſecutionis, cùm latuiſſet venerabile corpus beati Evurtii intra civitatem, in eccleſia ſancti Stephani prothomartyris, ceſſanteque poſtmodum perſecutione referretur à fidelibus perſonis ad præfatam eccleſiam ſanctæ Dei

A. ANONYMO.

Genitricis cum multò triumpho, comitante copiosa multitudine innumeræ plebis; repentè pluviali tempestate exorta, cùm priùs dies esset serena, præ inundantia pluviarum * nullus iter agere valebat, exceptis illis, qui sancti corporis pretiosas comitabantur reliquias.

* *in edito* pluviali

8 LECT. VIII. Sed ut glorioſi Confeſſoris meritum clareſceret, & quem in cæleſti palatio Rex regum immensâ cumulavit gloriâ *h*, dignus in terris honore incomparabili exiſteret, bajulos ſacri corporis lux incomparabilis circumfulſit, & nec illos, neque pallium, quo tegebantur ſanctæ reliquiæ, aliqua gutta aquæ pluviæ *i* madefecit. Cognoſcentes igitur ſanctiſſimi Confeſſoris & Deo digni glorioſum meritum, precantes denique, ut pro nobis interceſſor exiſteret apud Deum, Deo priùs gratias retulimus: & poſtea * ad tumulum ſanctiſſimi pontificis, & Deo digni Evurtii, cum populorum multa frequentia acceſſimus.

quo cognito, Carolus corpus inviſit, *h*

i

* *ibid.* poſtmodùm

9 LECT. IX. Donaria quoque regiæ munificentiæ ſuper altare ipſius impoſuimus, & ad uſus canonicorum inibi Deo ſervientium quaſdam terras de fiſco noſtro ad honorem Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, & ſanctiſſimi confeſſoris Evurtii contulimus, videlicet in pago, qui vocatur Sicalonia, quandam villam nomine Selimniacum * cum eccleſia, & terris arabilibus, ſilvaſque, quæ in circuitu ejus ſunt, & prata, ſervos, & ancillas, vivarium piſcium & omnia ad ipſam villam, & ad ipſam eccleſiam pertinentia. In Belſia quoque conceſſimus villam unam, quæ Baldricivilla *k* dicitur, cum terris arabilibus, & omnibus ad eandem villam pertinentibus. Juſtitiam equidem * ipſius poteſtatis, id eſt vicariam (ſicut anteceſſores noſtri tenuerunt & nos tenebamus) totam conceſſimus, ut Deo militantes canonici quietè teneant, pagenſes villani ſub quiete clericorum pacificè vivant, & nullius incurſoris inquietudinem timeant. Et ſiquid aliud eſt, quod officiales regiæ dignitatis capere ſoliti ſint in ſuprà taxatis * terris, & in aliis terris glorioſi confeſſoris Evurtii, infra ditionem regni noſtri, ubicumque ſitæ ſint, totum perdonavimus, & perdonamus *l*, dimiſimus, condonamus, & concedimus.

multaque Sancti eccleſiæ donat:

B

* *ibid.* Seneliacum, *i. e.* Seneli

k

* *ibid.* quoque

* *ibid.* prætaxatis

l

C

donationemque multis confirmat.

10 Si verò, quod minimè credimus, contra hanc donationem noſtram, & contra regiæ majeſtatis auctoritatem moliri & facere tentaverit aliquis, & aut ad dominum ſuum ſuprà dictas terras revocare præſumpſerit, aut aliquas conſuetudines ad opus ſuum inferre, aut capere voluerit in illis; ſciat ſe contra regiam majeſtatem feciſſe, & iram Domini Jeſu & beati Evurtii incurriſſe. Inſuper & capitalis cenſuræ reus, quoniam * reus majeſtatis, aut capite plectatur, aut fiſco perſolvat centum libras auri, atque demum præſumptuoſa ipſius petitio irrita fiat & inanis *m*. Et ut hæc * donatio noſtra firmior eſſet, & contra omnium calumniatorum impetus inviolabilis & ſtabilis permaneret, eam ſubtèr firmavimus, & annulo noſtri regni ſubtèr inſigniri fecimus. Præcepimus etiam, ut ipſe venerandus Agius epiſcopus *n*, & cæteri, qui ad curiam noſtram venerant epiſcopi, excommunicarent & anathematizarent omnes, qui contra hanc donationem noſtram facerent & eſſent infeſti, qui quietem ſanctæ Dei eccleſiæ, & ſanctorum * Deo inibi militantium vexarent & turbarent; qui aliquam quandam * ſuper his, quæ ſuperiùs inſerta ſunt, miniſtris ſupraſcriptæ eccleſiæ moleſtiam inferre tentarent: quod & fecerunt, & anathema ſuum inferiùs ſubſcripſerunt, manibuſque propriis * nomina ſua ſubteriùs conſcripſerunt: Excomunicavimus, & anathematizavimus *o*, & à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ ſequeſtramus, quicumque contra hanc donationem facere tentaverint, & quicumque aliquid de his omnibus, quæ ſuperiùs adnotata ſunt, quaſſaverint *, ſint cum Juda proditore damnati, ſint cum Dathan, & Abiron anathema maranatha. Et reſponderunt omnes: Fiat, fiat *p*.

m

* *ibid.* ut ad hæc

n

* *ibid.* fratrum

* *ibid.* quoque

D

* *ibid.* ſuis

o

* *ibid.* caſſaverint

p

ANNOTATA.

a *Quæ hîc narrantur ex Actis de Sancto, majorem non habent auctoritatem, quàm Vita ipſa.*

b *Hoc ex mera conjectura de Aniano dicitur, quia auctor credebat eum* Evurtio *ſuffectum. At hoc falſum oſtendi in Commentario* § 3.

c *Per Wandalicam perſecutionem deſignari Saracenorum populationes, quæ ſeculo* VIII, *& præſertim tempore Caroli Martelli, viguerunt in variis partibus Galliæ, in quam ex Hiſpania penetrârant, probavi in Commentario num.* 33.

d *Eccleſia S. Stephani cathedralis olim fuiſſe dicitur ante eccleſiam ſanctæ Crucis, quæ illam dignitatem poſtea obtinuit, & etiamnum retinet. Tranſlationem autem hanc figendam circa annum* 731 *vel* 732 *dixi in Commentario num.* 34, *ubi & relationem corporis ad priorem locum circa annum* 740 *latè figendam credidi.*

E

e *Hodierni ſcriptores Galliæ Chriſtianæ diploma hoc Caroli Magni tom.* 8 *inter inſtrumenta ediderunt col.* 480, *ideoque manuſcriptum noſtrum cum illa editione contuli. Prima autem differentia hæc eſt, quòd voces* imperii noſtri, *quæ non congruebant Carolo necdum imperatori, ſint omiſſæ cum ſequentibus*; multique alii diverſi ordinis & ætatis viri religioſi.

f *Agium epiſcopum non vixiſſe tempore Caroli Magni, obſervavi in Commentario num.* 32.

g Non multum temporis *hîc facilè deſignare poteſt annos* 40 *aut plures; cùm iſtud dicatur reſpectu præcedentium, quæ quatuor ſeculis erant præterita.*

h *In edito legitur tantùm*, immenſo cumulat *&c.*

i *Ibidem habetur*, aliqua aquæ pluvia.

k *Ibidem legitur in textu* Balebrici villa, *& in margine notatur*, Baudreville. F

l *Ibidem*, donavimus & donamus.

m *Ibidem*, petita irrita ſint & inania.

n *Vox* epiſcopus *non eſt in edito. Porrò* Agius, *cùm pluſquam quinquaginta annis ſeriùs factus ſit epiſcopus, indicium præbet manifeſtiſſimum adulterati aut fictitii diplomatis. Adulteratum iſtud eſſe admittunt editores verbis, num.* 30 *Commentarii datis; at miror eos ſimul dicere*, nihil in eo niſi certum *recitari. An igitur certa ſunt, quæ de Agio dicuntur, & non potiùs certò falſa?*

o *In edito*, Excommunicamus & anathematizamus.

p *Nulla in Ms. noſtro eſt ſubſcriptio. At in laudata Gallia Chriſtiana hæ ita ſequuntur:* Agius epiſcopus Aurelianorum & abbas eccleſiæ S. Euvertii, Rogeio archiepiſcopus Remenſis, Deodatus epiſcopus Sueſſionenſis, Jonannes epiſcopus Trecenſis. S. comes Aigulfus. S. comes Aimerantus, princeps Dagillus. Actum Aurelianis publicè pridie Calend. Julii, regnante Karolo Magno rege Francorum anno decimo quinto, ipſo eodem patritio Romanorum. *Vitioſas*

&

A *& ſuppoſititias eſſe haſce ſubſcriptiones, facilè probari poteſt: at id neceſſe non eſt, cùm ipſi editores agnoſcant diploma eſſe adulteratum. Ut tamen exiſtimem ſimile diploma à Carolo Magno datum eſſe in gratiam eccleſiæ* S. Evurtii, *facit bulla Eugenii III, edita ab iiſdem ſcriptoribus col.* 507, *in quâ de ſimili diplomate Caroli Magni fit mentio ſatis clara, cùm eadem villa ibi nominentur, dicanturque eccleſiæ* S. Evurtii *datæ* à Carolo rege Francorum: *ibidem quoque memoratur immunitas*, quam Carolus Magnus rex Francorum omnibus terris (*abbatiæ Evurtianæ*) contulit.

INVENTIO
CORPORIS
auctore Rogerio abbate

B *ex Ms. S. Audoëni Rotomagenſis, collato cum editione Martenii.*

Inducti in eccleſiam S. Evurtii regulares canonici, a

DIlectis in Chriſto Dominis & amicis *F.* a abbati beati Audoëni, omnique ſanctæ illi congregationi, frater Rogerius cœnobii beati Evurtii dictus abbas, totuſque pauperum ejuſdem loci conventus, ſalutem & dilectionem. Quod beatum & glorioſum patrem & patronum noſtrum Evurtium debito venerationis affectu honoratis, nos quidem gratias vobis pro noſtra poſſibilitate agimus: ipſe autem pius Dei Famulus devotioni veſtræ præmia condigna pro ſua benignitate impetrabit. Nunc quia de ejus ſacratiſſima inventione nobis congaudetis, modumque ejus & diem ſtudioſè à nobis requiritis, brevitate congrua paucis accipite. Prædeceſſores noſtri ſæculares canonici, qui fermè ante hoc b quinquennium *b* in ſancta beati Confeſſoris eccleſia ſerviebant, hoc ſæpenumero in propoſito C ſuo habuerunt, ut anguſtum adhuc ædificium eccleſiæ dilatarent: qui etiam uſque in hoc rei progreſſi ſunt, ut etiam rogum facerent, de cujus calce parietes ſacros conſtruerent, quam ipſam calcem apud nos habemus.

Sancti corpus quærere ſtatuunt,

2 Repentè autem Dei nutu mutaverunt conſilium, timentes ſcilicet, ne, ſi fortè ſanctum illum theſaurum in agro ſuo invenirent, ab eccleſia pellerentur, & locus ipſe monachis vel regularibus canonicis, qui devotiorem cultum tantò Patri impenderent, traderetur. Cùm autem placuit divinæ miſericordiæ nos famulos ſuos ſub regulari habitu degentes in ſancta illa eccleſia ponere, continuò non adquievimus carni & ſanguini, non timentes ſcilicet ubi non erat timor, ſed de Dei miſericordia confidentes, hoc crebrò & diu habuimus in precibus noſtris, hoc in deſideriis noſtris, hoc in jejuniis & noſtris afflictionibus, ut benigna Dei pietas glorioſum corpus pii patris Evurtii famulis ſuis revelaret his temporibus noſtris. Miſertus eſt noſtri Dominus, & deſiderium pauperum ſuorum exaudivit. Nam quod petebamus accepimus, quod quærebamus invenimus, apertum eſt nobis, ubi pulſabamus.

3 Sæpè quidem domini & patres noſtri, quicumque penè tam epiſcopi quàm abbates orandi gratiâ ſeu nos viſendi, ut aſſolet, ad nos divertebant, ſummonebant & incitabant pravitatem * noſtram, ut ſine cunctatione illud ſingulare gaudium noſtrum quæreremus: ſed & dominus Sugerus *c* abbas ſancti Dionyſii, vir alti conſilii & prudentiæ excellentis, cum die quadam Aurelianis veniſſet, ductus eſt à nobis in ſecretarium quoddam eccleſiæ noſtræ, quod poſt altare glorioſi patris Evurtii quadam parietis intercluſione ab acceſſu publico erat ſecluſum. Oſtendimus ei thecam quamdam magnam ligneam, quæ deſuper *d* ipſius Sancti venerabile ſepulcrum ab antiquo ſita eſt, in cujus fundo longus quidam & ſubniger lapis, quem adheſiam *e* vocant, qui ad nihil aliud quam ad clauſuram ſepulcri videretur * præparatus, magnum magni theſauri abſconditi indicium præſtabat intuenti. Tum ille, Hîc eſt, inquit; hîc quærite, quia hîc invenietis. Et adjecit; Nolite differre. Exaltate Deum, & exaltatus exaltabit vos.

A. ROGERIO ABB. *inſtigante Sugerio S. Dionyſii abbate,* * *fortè* parvitatem c d e * *in edito* videtur

4 Collegimus audaciam non ſolùm de tanti patris oraculo, ſed & de revelationibus ad fratres noſtros factis, necnon & de miraculis apertè in conſpectu noſtro patratis; & ad ſacræ pauſationis locum præmiſſo jejunio & oratione generali, feriâ ſextâ hebdomadæ tertiæ adventûs Domini, nocte imminente, cum paucis fratribus acceſſimus. Dehinc fodientes, tandem duos ſarcophagos, non longo à ſe diſtantes intervallo, alterum ſuper alterum invenimus, qui & ipſi erant intra quatuor parietes altrinſecus ſibi oppoſitos, pulcherrimos quidem, & ex laterculis pictis compoſitos, cæmento optimo plano & rubeo litos. Primo ſarcophagorum vigiliâ Natalis Domini poſt Miſſam ſecretè aperto, nihil prorſus in eo invenimus. In inferiori autem die natalis Innocentium poſt Matutinas, quod quærebatur, inventum eſt. Porrò à religioſis perſonis id ſani conſilii accepimus, ut celebris illa tam ſancti corporis exaltatio, ſeu de loco in locum tranſlatio, uſque ad adventum Domini regis differretur *f*.

illudque feliciter reperiunt. E f

ANNOTATA.

a Fraternus *ſeu* Freherius *litterâ* F *indicatur.* F *De eo in Annalibus Benedictinis Mabillonii tom. 6 pag.* 337 *ad annum* 1141 *hæc leguntur:* Tunc temporis Ragenfridus S. Audoëni abbas, præfecturâ ultro abdicata, ad S. Michaëlis in monte Rotomagenſi monaſterium ſeceſſit... Suffectus in ejus locum Fraternus ſeu Freherius monachus Cluniacenſis, poſt annos ſexdecim regiminis, abbatiam etiam ultro abdicavit propter infirmitatem.

b *Rogerium veriſimiliter abbatem factum anno* 1145, *& tunc canonicos regulares ſecularibus ſubſtitutos, oſtendi in Commentario num.* 35, *indeque num.* 36 *collegi inventionem probabiliùs contigiſſe ſub finem anni* 1149. *Bailletus in* Evurtio *aberravit, quando canonicos regulares in illam eccleſiam inductos dixit circa annum* 1163.

c Sugerus, *aut* Sugerius, *inter abbates S. Dionyſii illuſtrior eſt & notior, quàm ut neceſſe ſit multa de eo notare.*

d *Pro* deſuper *Martenius mendosè edidit* deinceps ſuper.

e Adheſiam *clarè legitur in Ms. noſtro exemplari. At Martenius edidit*, aclheſiam. *Hanc*

A. ROGERIO ABB. *vocem Gloſſario Cangii auctо inſeruerunt editores, creduntque legendum*, ardeſiam *à Gallico* ardoiſe.

f *Dubitari quidem nequit, quin facta ſit illa tranſlatio; ſed nullum de ea inſtrumentum invenire potui* D

DE S. VIVENTIO EPISCOPO CONF.

REMIS IN GALLIA

J. S. SYLLOGE

§ I. Cultus S. Viventii, ætas, geſta & corporis tranſlatio.

SUB FINEM SECULI IV. *Sancti memoria in Faſtis ſacris,*

B *Eccleſia Remenſis inter Sanctos antiſtites ſuos hodie recenſet* S. Viventium, *non quidem antiquioribus Faſtis inſertum, cultu tamen vetuſto honoratum. Qui codices Uſuardinos pluribus Sanctis auxerunt, primi* S. Viventium *videntur annuntiâſſe, ut diſco ex Auctariis apud Sollerium hac die. Nam ibi codex Herinienſis, ſeculo* XI *ſcriptus, ita habet:* Eodem die beati Viventii (*legendum* Viventii) Remorum archiepiſcopi. *Et codex Remenſis SS. Timothei & Apollinaris die ſequenti eumdem his celebrat verbis:* Remis natale S. Viventii epiſcopi & confeſſoris. *Grevenus & Molanus eumdem rurſus Sanctum corrupto nomine* Vincentii *annuntiârunt ad* VII *Septembris. Nec eum ignoravit auctor Florarii Ms. Sanctorum, in quo ad hunc ipſum diem tale reperio elogium:* Item ſancti Vivencii Remorum archiepiſcopi & confeſſoris. Hic vir ſapiens & virtute pollens plures ad Dominum ſuâ vitâ & prædicatione convertit gentes: & tandem per multa bona opera lucratus eſt cæleſtia. *Hoſce ſecuti ſunt plerique neoterici, ex quibus eos nominabo, qui aliquid ſingulare de ætate aut loco cultûs aſſeruerunt. Nomen* S. Viventii *necdum Martyrologio Romano legitur adſcriptum; ſed cultûs vetuſtas partim jam patuit ex dictis, partim patebit ex dicendis.*

C *& cultus vetuſtus ex tranſlatione corporis probatus:*

2 *Nam Flodoardus, ſeculi* X *ſcriptor, Hiſtoriæ Remenſis lib.* I *cap.* 5 *de* S. Viventio, *S. Donatiani in cathedra Remenſi ſucceſſore, habet ſequentia:* Quem (*Donatianum*) beatus Viventius tam celſis illuſtris vitæ meritis, quàm claro pontificalis ſequitur ordine culminis. Cujus etiam ſacra membra, domno Ebbone antiſtite noſtro deferente, ſuper fluvium Moſam tranſlata, Braguis inſtructâ eccleſiâ, diſpoſitâque famulatorum catervâ clericorum, debito deponuntur honore ſervanda. Ubi etiam pluribus olim renituiſſe prædicatur inſignibus; claudis greſſum cæcis quoque reformans aſpectum. Cui ſucceſſit Severus. *Ex hiſce habemus, cultum fuiſſe* S. Viventium *à ſeculo* IX *non multùm provecto. Certè ante annum* 835, *quo Ebbo archiepiſcopus ob conjurationem in Ludovicum imperatorem epiſcopatu deceſſit. Præterea meritò ſuſpicamur, cultum non fuiſſe tunc primò inchoatum; etſi nulla habeamus vetuſtioris veneration is argumenta. De aſſignato tranſlationis loco conſentit Breviarium Remenſe, ſeculo* XVI *impreſſum, in quo Sancti feſtivitas celebranda præſcribitur ritu duplicis minoris. Lectiones ex illo Breviario infrà recitabo, quia nulla* S. Viventii *Vita exſtare ſcitur. At priùs de loco ſervati modò corporis aliqua dicenda ſunt, & alia quædam examinanda.*

3 *Sauſſayus in Martyrologio Gallicano, Colvenerius in Annotatis ad Hiſtoriam Flodoardi, & Marlotus in Metropoli Remenſi conſtanter affirmant, corpus* S. Viventii *datum fuiſſe* clericis Braquenſibus *ad Moſam, nec verbum addunt, quo indicetur, iſtud poſtea aliò fuiſſe delatum. Horum veſtigiis inſtitit Caſtellanus in Martyrologio univerſali, ubi* S. Viventium *ſic annuntiat:* Remis S. Viventii epiſcopi: qui colitur Braquis * ad Moſam, ubi corpus ipſius eſt in eccleſia collegiata. *Locus* Braquæ, *Gallicè* Braux, *notatus eſt in tabulis geographicis territorii Retelenſis, ubi locatur ut vicus ad ſiniſtram Moſæ ripam infra Carolopolim* * *oppidum. Porrò non obſtante tanto conſenſu ſcriptorum, quo ſacrum corpus* S. Viventii *attribuitur Braquenſibus; in Catalogo Ms. Sanctorum Remenſium hæc de* Viventio *ſcripta reperio:* Sanctus Viventius Remenſis archiepiſcopus colitur publica religione, præſertim Moſomi * (*oppidum eſt territorii Retelenſis ad Moſam propè confinia ducatus Luxemburgenſis*) ubi ejus corpus habetur. Feſtum celebratur die VII menſis Septembris. *Dubitationem hæc ingerunt de loco, in quo nunc corpus ſervatur: nec idonea ad manum ſunt monumenta, quibus dubium iſtud eximere poſſim. Hac de cauſa nolim pro certo affirmare, an altera corporis tranſlatio contigerit, quo iſtud Moſomenſibus obvenerit; nec divinare, an utroque* F *loco pars quædam ſacri hujus theſauri ſervetur. At notitiam de corpore Moſomi ſervato aliunde confirmatam non invenio, magiſque ſuſpecta fit, quia Marlotus tom.* 2 *Metropolis Remenſis lib.* I *cap.* 6 *reliquias aliquot Moſomi ſervatas enumerat, & nullum adjungit verbum de corpore aut reliquiis* S. Viventii.

vicus Braquenſis ad Moſam, quò corpus olim tranſlatum. E

* Braux

* Charleville

* Mouzon

4 *Acta* S. Viventii *nulla ſunt nota præter elogium, quod in Breviario Remenſi invenio, atque infrà recitabo. In illo nulla ferè referuntur geſta: de ætate verò ſolùm dicitur,* S. Donatiano *ſucceſſiſſe* S. Viventium, *quod ex Flodoardo etiam habemus. At nec ætas S. Donatiani ſatis explorata eſt, neque etiam ætas Severi, qui* S. Viventii *ſucceſſor paſſim habetur. Verumtamen ſeries antiſtitum Remenſium, qui poſt Imbetauſium, anno* 314 *concilio Arelatenſi* I *præſentem, tres aut quatuor ſederunt ante* Viventium *in cathedra Remenſi, utcumque inſinuat, eum fuiſſe epiſcopum, ſeneſcente & ad finem vergente ſeculo* IV: *idque certius etiam eſſet, ſi Acta S. Materniani, data ad* XXX *Aprilis probata omnino eſſent fidei. Verùm, quidquid ſit de Actis iſtis, ſecuti antiſtites, ex quibus ſecundus eſt S. Nicaſius,*

Epiſcopatus & obitus S. Viventii

A *caſius, rurſum innuunt*, Viventium *non ſuperfuiſſe poſt ſeculum* IV, *aut certè non diu. Quæ de cauſa epiſcopatum videtur adminiſtrâſſe* Viventius *ſub finem ſeculi* IV, *& eodem ſeculo necdum finito ad meliorem vitam tranſlatus.*

figendus ſub finem ſeculi IV;

5 *Si S Maternianus ſuperfuerit diu poſt medium ſeculi* IV, *ut Papebrochius noſter in Commentario ad ejus Vitam, die* XXX *Aprilis datam, num.* 6, 7 *&* 8 *conatur oſtendere, obitum illius figens circa annum* 370, *aut non diu ante* 380; *cùm Materniano ſucceſſerit S. Donatianus, mox reſpiciendum erit ad annum ferè* 390. *Quare, ſi accurata ſit chronotaxis ibi data, Caſtellanus mortem* S. Viventii *præmaturè videtur collocare* circa annum CCCLXXX. *At lubens fateor, chronotaxim Papebrochianam incerto niti fundamento, ea nimirum ſuppoſitione, quòd Dyſcholius, qui corruptis aut ſuppoſititiis Actis concilii Colonienſis anni* 346 *legitur ſubſcriptus, annumerandus ſit epiſcopis Remenſibus. Hic verò ſi expungatur, ut aliqui expungendum contendunt, poterit obitus S. Materniani locari citiùs, & ſecundum ejus Acta non poſſet probabiliùs figi quam inter annum* 360 *&* 370, *cùm circa finem Vitæ dicatur inviſiſſe S. Hilarium. Verùm vel ſic etiam obitus* S. Viventii *rectè locabitur ſub finem ſeculi* IV, *ſed magna cum latitudine, quæ extendi poteſt uſque ad annum à Caſtellano aſſignatum.*

B

licèt id vendicat a morte Nicaſii.

6 *Qua de cauſa longè à vera chronotaxi aberrâſſe videtur auctor Martyrologii Pariſienſis, qui* circa annum CDXXX *obitum* S. Viventii *figere maluit. Fateor rem decidendam ex tempore, quo S. Nicaſius, ſecundus poſt* Viventium *epiſcopus, fuit occiſus. Baronius aliique plures ſecundum antiquam Remenſium traditionem* S. Nicaſio *mortem à Wandalis illatam credunt circa annum* CDVII, *quem ipſe auctor Martyrologii Pariſienſis adoptavit ad* XIII *Decembris, ita ut ſibi contradicat, aut ordinem epiſcoporum Remenſium gratis invertat. Verùm Tillemontius tom.* 6 *Imperatorum notâ* 4 *ad Attilam, & Pagius ad annum* 407 *num.* 15 *contenderunt, martyrium Nicaſii potiùs figendum anno* 451, *quo Attila Hunnorum rex Gallias vaſtavit. Horum argumenta expendere lubet, quia hac ipſa die de Attila agendum erit in S. Memorio martyre, & de S. Nicaſio in S. Albino epiſcopo Catalaunenſi, ita ut hæc diſſertatio ſimul conducere poſſit ad Vitas illas illuſtrandas. Interim moneo, me ſequi ſententiam illorum, qui ſcripſerunt S. Nicaſium occiſum eſſe a Wandalis circa annum* 407; *eaque de cauſa obitum* S. Viventii *figere ſub finem ſeculi* IV: *& lectiones Officii ante laudati hic ſubjungo tamquam Sancti elogium.*

C

Sanctus pièeducatus poſt S. Donatianum fit epiſcopus,

7 LECTIO I. Beatus Viventius ab ipſius primævæ ætatis exordio Chriſtianæ religionis mancipatus vinculo, non illecebris ſubjacebat juvenilibus: ſed bonæ indolis Puer proficiſci ſatagebat ſacrarum virtutum & bonorum morum gradibus: ut de virtute in virtutibus Deum Deorum in Zyon contemplaretur.

LECT. II. Remica tandem plebs beati Donatiani ſanctiſſimi archipræſulis ſui orbata regimine (quod fama bonitatis, & gratia benignitatis ejus omnium auribus inſonuerat) unanimiter Viventium dignum ſibi antiſtitem expoſtulant, eligunt, & acclamant.

8 LECT. III. Qualiter autem erga ſuos ſe habuiſſet, & quàm modeſto affam ne eos arguiſſet opportunè importunéque (ut Apoſtolus ad Timotheum) non eſt recenſendum: quia ut ſolicitus Paſtor circa gregem commiſſum continuo vigilabat exploratu, ne callidi hoſtis verſutia aliquos oberrare cogeret à ſacræ rectitudinis ſemita.

AUCTORE J. S.

epiſcopatuque rectè adminiſtrato, piè moritur:

LECT. IV. Tali quidem exercitio Chriſti tyro Viventius in Remenſi oblectabatur epiſcopatu: donec omnium bonorum remunerator, vitæ curſu peracto, ſpiritum ejus aſſumpſit ſibi conductu angelico. In cujus itaque tranſitu non paucis Chriſtus inſinuavit actibus, quanto amore eum dilexerat, & quali bravio illum in cæleſtibus remunerabat: greſſus claudis reſtituens, cæcis lumen ingerens, infirmos à variis morborum cladibus relevans.

ſepelitur in eccleſia S. Agricolæ,

9 LECT. V. Cives verò orbati Præſule, tanto patre & patrono, paſtòre, & magiſtro, lamentabantur gemitu quàm maximo. Sed ob inſignia virtutum, quæ cæleſtis amminiſtrabat Pater, captabantur emolumenta multa ſolaminum. Qui tandem cum maxima cleri & populi reverentia illos ſacratiſſimos artus amplexantes, ſepelierunt dignis exequiis in cripta baſilicæ beatorum Agricolæ & Vitalis.

E

indèque miraculis coruſcans ad vicum Braquenſem tranſfertur;

10 LECT. VI. Multorum verò annorum dehinc tranſacto ſpatio, nolebat divina pietas illud ingens margaritum occultè recondi in agro: ſed fidelium ſuorum repræſentavit aſpectibus, & terrena mole extrahens, atque miraculorum decorans virtutibus. In tempore autem illo, quo Remenſem cathedram archiepiſcopus occupabat Ebbo: juxta etiam Moſæ fluvium, in Braquenſi villa ſcilicet, tenebat templum in beati Petri honore & patrocinio fundatum, multis jam prædiis & capitalibus ſervis ditatum.

LECT. VII. Ad cujus eccleſiæ ſublimandam & dilatandam magnificentiam, illa beati Viventii clariſſimi confeſſoris oſſa tranſportavit: atque tantum Hoſpitem, tantumque Adjutorem eccleſiæ ibi collocavit: ubi Divina potentia ipſa die multarum virtutum oſtendit prodigia, cæcorum, claudorum, mutorum, aridorum, cæterorumque diverſorum morborum propellens miſerias.

erectum ibi collegium canonicorum: cæco ibidem viſus redditus.

11 LECT. VIII. Dominus verò Hincmarus, ejuſdem ſedis archiepiſcopus, ſuo tempore audiens ipſum locum beati Petri & ſancti Viventii patrociniis & meritis quàm maxime inſignitum: ibidem præbendas conſtituit ſervientium clericorum, perſonas ſcilicet honeſtorum & in Dei famulatu promptorum canonicorum. In quorum itaque temporibus & ſibi ſuccedentium, multa miracula & collaudanda Chriſtus ipſius Confeſſoris declaravit meritis & precibus.

F

LECT. IX. Recitabant enim nobis & multa aſſertione teſtabantur quemdam ſe vidiſſe cæcum in ipſius provinciæ partibus, qui multorum annorum ſpacio corporeo lumine fuerat privatus; nec ſine ductore certos poterat figere greſſus, ante beati Viventii altare poſt orationes ſedulas clamantem ſe videre, & ſuos oculos beati Viventii meritis illuminatos eſſe: & jam ſine alicujus ductoris auxilio altare ſacrum adiit, & ſeipſum cum oblatione ſua beato Petro & beato Viventio tribuendo devovit. *Hactenus lectiones antiqui Officii Remenſis.*

§ II.

AUCTORE J. S.

§ II. Ad confirmandam chronotaxim datam tractatur controverſia de tempore martyrii S. Nicaſii ; oſtenditurque Wandalos, à quibus occiſus eſt, probabiliùs tunc fuiſſe paganos.

Dantur rationes, quæ perſuadent, S. Nicaſium occiſum eſſe à Wandalis circa annum 407 :

prima Tillemontii & Pagii objectio

expenditur, ineptaque oſtenditur,

cùm Flodoardus facilè errare potuerit in ætate Sanctorum externorum,

CUr hìc tractare ſtatuerim controverſiam, num. 5 propoſitam, utrùm S. Nicaſius occiſus ſit circa annum 407 à Wandalis, an circa 451 ab Hunnis ſub Attila militantibus, jam ibidem inſinuavi. Quare rationes, quæ eædem illam Wandalis attribuendam eſſe perſuadent, breviter recenſeo. Primò omnes Vitæ S. Nicaſii, quas Mss. habemus in tribus codicibus, & quarum diverſa etiam habemus ex aliis codicibus exemplaria, martyrium S. Nicaſii referunt ad incurſionem Wandalorum, prout etiam legitur in Vita per Surium edita, quæ à pleriſque noſtris diverſa eſt, iiſque deterior, cùm S. Lupum Trecenſem & S. Servatium Tungrenſem malè conjungat cum S. Nicaſio ; quod non ſit in codicibus noſtris. Secundò Flodoardus in Hiſtoria Remenſi lib. 1 cap. 6 Nicaſium ponit ſub Wandalica in Galliis perſecutione, *ut & Hincmarus ſeculo* IX *Remenſis epiſcopus apud Marlot. Tertiò S. Hieronymus in Epiſtola ad Ageruchiam enarrans hanc Wandalorum cum aliis gentibus irruptionem in Gallias, inter alias urbes à barbaris illis expugnatas recenſet Remenſem his verbis :* Remorum urbs præpotens *&c.*

occiſum eſſe à Wandalis circa annum 407 :

13 *Quartò chronotaxis antiſtitum Remenſium ſeculi* V *uſque ad S. Remigium luxanda eſt, ſi ad tempora Attilæ referatur cædes S. Nicaſii : nam inter hunc & S. Remigium quatuor recenſentur epiſcopi à Flodoardo & aliis, cùm tamen alii tantùm quinquennium, alii ſexennium aut octennium, alii decennium ferè inter irruptionem Attilæ & S. Remigium interceſſiſſe velint. Hæc argumenta, quibus alia addi poterunt, quando agendum erit de S. Nicaſio, tanto magis mihi perſuadent, martyrium Nicaſii figendum eſſe ſub Wandalorum perſecutione, quanto debiliora ſunt, quæ hiſce opponuntur, ut modò latiùs videbimus.*

prima Tillemontii & Pagii objectio

14 *Primò objiciunt, à Flodoardo, Hincmaro & ſcriptore Vitæ S. Nicaſii Wandalos confundi cum Hunnis, quia S. Nicaſio ſynchronos faciunt S. Lupum Trecenſem, S. Anianum Aurelianenſem, & S. Servatium Tungrenſem. Tillemontius ea obſervatione tantùm utitur, ut reſpondeat argumento, quod ex ſcriptoribus iſtis pro noſtra ſententia deſumitur. At Pagius ad annum* 407 *num.* 18 *Flodoardi auctoritate utitur, tamquam argumento magni ponderis, aitque non potuiſſe Flodoardum* manifeſtiùs indicare *S. Nicaſium ſub Attila paſſum eſſe anno* 451, *quàm quod eum prædictis Sanctis faciat coætaneum. Verùm reſpondeo, Pagium quidem more ſuo hìc magna uti confidentiâ, ſed minori criſi. Cùm enim Flodoardus perſecutionem Wandalorum, in qua coronatus eſt S. Nicaſius, memoratam aſſerat à S. Hieronymo, diu ante annum* 451 *defuncto, cujus verba ex Epiſtola ad Ageruchiam recitat, clariſſimè deſignat illam ipſam incurſionem Wandalorum anni* 407, *de qua S. Hieronymum agere fatetur ipſe Pagius. Neque id ille ignoravit : nam obſervat eo argumento uti Baronium.* Cùm tamen, *inquit*, hic error corrigi debuerit, non verò, quæ Flodoardus rectè ſcripſit, ut falſa rejici. *At rurſum hic Pagii criſim deſidero : nam ſi duo dicantur à ſcriptore, quorum alterutrum neceſſariò falſum eſt, conſiderandum eſt, utrum aliunde ſit veriſimilius, atque uter error iſti ſcriptori facilius obrepere potuerit : ad ea verò non attendiſſe Pagium, facilè oſtendi poteſt.*

15 *Etenim de urbe Remenſi per Wandalos occupata certò conſtat ex S. Hieronymo : at nullus eſt auctor antiquus, qui aſſerit Remos fuiſſe ab Attila expugnatos. Quàm id verum ſit, collige ex Tillemontio tom.* 6 *Imperatorum art.* 14, *ubi neſcio qua libertate Gallicè hæc ſcribit :* Reperimus in Actis S. Nicaſii, Hunnos veniſſe ad urbem Remorum, illam eos obſediſſe, & expugnâſſe, ibidemque occidiſſe S. Nicaſium epiſcopum ac ſororem ejus S. Eutropiam. *Pro hiſce citatur Surius ad* XIV *Decembris. Attamen ne* Hunnorum *quidem nomen in Surio reperitur, ſed omnia* Wandalis *attribuuntur ; quemadmodum fit in omnibus Vitis Mss. De Actis illis deinde Tillemontius ita loquitur :* Acta illorum antiqua ſunt nec mala, præterquam quòd tempus Wandalorum confundant cum tempore Hunnorum & S. Aniani : ex quo oſtenditur, non eſſe authentica. *Itaque ut aliquem auctorem Tillemontius aſſignaret, qui diceret Remos ab Attila occupatos, recurrere oportuit ad Acta minùs authentica, ea mutare Hunnos pro Wandalis ſubſtituendo, ac demum eadem Acta ab antiquitate ultra meritum commendare : Acta enim certò ſcripta non ſunt ante ſeculum decimum, cùm mentionem faciant de Fulcone archiepiſcopo, qui anno* 900 *fuit occiſus. Pagius nullum quoque ſcriptorem adducere potuit, qui Remos ab Attila captos diceret, non Gregorium Turonenſem, licèt non pauca de Attila ejuſque vaſtatione ſcribat ; non Idatium de Hunnica vaſtatione etiam loquentem, non alium denique ullum præter Flodoardum, quem vel invitum ad partes ſuas pertrahere conatur. Attamen Remorum urbs tam celebris erat, ut nominanda præ ceteris fuiſſet, ſi quid ſingulare paſſa erat ab Attila ; quemadmodum eam non ſiluit S. Hieronymus, dum in Wandalorum manus inciderat.*

16 *Jam verò conſideremus, utrùm Flodoardus non potuerit faciliùs errare in ætate SS. Aniani, Lupi & Servatii, quam in martyrii S. Nicaſii tempore. Notat ipſe Pagius num.* 19, *Flodoardum* magis in hiſtoria eccleſiæ ſuæ Rhemenſis, quàm in univerſali *verſatum fuiſſe. Atqui martyrium S. Nicaſii, adjunctaque temporis & perſonarum ejuſdem martyrii ſpectant ad hiſtoriam Remenſem ; ad hanc verò hiſtoriam non ſpectat ætas SS. Aniani, Lupi & Servatii. Faciliùs igitur errare potuit Flodoardus in ætate Sanctorum illorum, quàm in adjunctis martyrii S. Nicaſii, præſertim cùm Anianus & Lupus à tempore Wandalicæ perſecutionis non longè abfuerint. Imò ne quidem probari certò poteſt, in S. Aniano erratum eſſe : nam potuit jam ante irruptionem Wandalicam epiſcopus eſſe, etiamſi uſque ad Hunnicam ſupervixerit, cùm anni tantùm quadraginta & quatuor utrique ſint intermedii, nec ullus alius epiſcopus Aurelianenſis tote illo tempore ſediſſe ſciatur. Qua de cauſa certò*

A *certò dici nequit, in Vitis Mss., quæ S. Anianum cum Nicasio ad Wandalorum persecutionem referunt, omissis Servatio & Lupo, ullam esse confusionem.*

in eaque revera erraverit; non verò confuderit Hunnos cum Wandalis.

17 *Imò nec Flodoardus dici potest confudisse vastationes Wandalorum & Hunnorum, sed solùm errâsse in ætate Servatii & Lupi, & fortasse etiam Nicasii. Certè verba, quæ ad hanc confusionem probandam ex Flodoardo cap.* 8 *allegat Pagius, magis ei adversantur quàm prosint. Relaturus enim martyrium S. Oriculi ita orditur:* Sub eadem Wandalorum vel Hunnorum persecutione. *Hæc autem verba sic intelligo, ut dubitet Flodoardus, utrùm Oriculus passus sit sub Wandalis, sub quibus Nicasium passum indubitanter asseruerat, an postea sub Hunnis. Itaque ostendit utramque vastationem sibi notam fuisse, & minimè pro una habitam. Hanc autem esse mentem Flodoardi colligo ex modo scribendi. De Nicasio enim agens, quinquies* Wandalos *aut* Wandalicam *persecutionem sine ulla Hunnorum mentione disertis verbis exprimit; de Oriculo verò scribens, mox dicit* Wandalorum

B vel Hunnorum; *nimirum quia non dubitabat, quin Nicasius sub Wandalis esset occisus; at dubitabat de tempore coronati Oriculi. Nam si unam utriusque gentis persecutionem credidisset; cur, obsecro, tam serò, & semel tantùm in Oriculo, de Hunnis mentionem fecit? Cur adduxit verba S. Hieronymi, qui multas quidem gentes cum Wandalis nominat, non tamen Hunnos; si persecutionem Wandalorum simul & Hunnorum fuisse existimavit? Qua de causa non existimo Wandalos cum Hunnis confusos à Flodoardo & Vitæ scriptoribus; sed lubens admitto Flodoardum errâsse in ætate Sanctorum quorumdam, qui aliarum erant ecclesiarum.*

Altera eorum objectio, quòd Wandali essent Ariani, frivola est,

18 *Objiciunt secundò Tillemontius & Pagius, Wandalos in Actis & à Flodoardo paganos vocari, id verò Hunnis convenire dicunt, non Wandalis, quos Arianos fuisse contendunt. Frivola est hæc ratio: dubitari enim vix potest, quin in colluvie illa barbarorum major pars esset pagana, quando in Galliam irruperunt. Si qui inter eos erant Ariani, quales certè non diu pòst fuêre Wandali; nihilo mitiores in Christianos tunc erant quàm ipsi pagani, ideoque omnes uno*

C *nomine pagani poterant vocari: nec tamen Flodoardus aut scriptor Actorum asserunt omnes omnino paganos fuisse. Porrò quod dixi, Wandalos deinde Arianos fuisse, certum est; at necdum video tales fuisse, quando ingressi sunt Galliam, licèt id mirâ confidentiâ, ac si certissimum esset, à laudatis scriptoribus asseratur. Sanè S. Isidorus in Historia Wandalorum ad æram* 467 *ita habet:* Gesericus frater Gunderico succedit in regno annis quadraginta. Qui ex Catholico effectus apostata, in Arrianam primus fertur transisse perfidiam. *Idem ferè habet Idatius in Chronico, omissa tamen voce* primus. *Verba accipe:* Qui, ut aliquorum relatio habet, effectus apostata de fide Catholica, in Arrianam dictus est transisse perfidiam. *Hæc aliquam scriptorum attentionem merebantur: nam etsi S. Isidorus non sit contemporaneus Wandalis: saltem doctissimus fuit; & non tam longè ab eorum temporibus amotus, ut sit hac ex parte negligendus. Attamen Baronius, Pagius, Tillemontius, Ruinartius aliique indubitanter asserunt, Wandalos fuisse Arianos, dum in Galliam irruperunt, nec edicunt, à quo tempore hæresim Arianam fuerint amplexi.*

19 *Porrò verba S. Isidori mox data tanto magis me dubium reddunt, quanto minùs reperio transitum Wandalorum ab idololatria ad sectam Arianam. Video quidem Procopium lib.* 1 *de Bello Wandalico cap.* 1, *aliosque sæculi* VI *&* VII *scriptores, de Wandalis scribere, ut de Arianis. Quin & Salvianum Massiliensem, qui circa medium sæculi* V *scripsit Opus suum de Gubernatione Dei, aliis libenter adjungam: eo enim utitur scriptore Tillemontius tom.* 5 *Historia imperatorum in Honorio art.* 24, *ut Arianos fuisse Wandalos ostendat, dum ingressi sunt Galliam: at non perspicio, id evinci posse ex Salviano. Dicit quidem Salvianus lib.* 7 *pag.* 160 *Wandalos* malis doctoribus *institutos, itaque insinuat Arianos jam fuisse, dum scribebat. Præterea lib.* 4 *pag.* 86 *barbaros dividit in paganos & hæreticos: inter paganos autem recenset Saxones, Francos, Gepidos, Chunos seu Hunnos, Alanos &c.; inter hæreticos verò lib.* 5 *numerat Wandalos & Gothos; ita ut nullum superst dubium, quin Ariani essent Wandali, scribente Salviano circa medium sæculi* V. *At id aliunde satis novimus, nec quæritur, an Ariani fuerint circa medium sæculi* V, *cùm certò tales fuerint sub Genserico rege, qui circa annum* 428 *regnare cœpit. Verùm non satis intelligo, qua consecutione inferre potuerit Tillemontius, eosdem fuisse Arianos anno* 406 *aut* 407: *nec ullum reperio argumentum, quo id probare valeam.*

sed anno 407 *probabiliùs erant pagani.*

20 *Contrà varia se offerunt rationes, quæ magis existimare me cogunt, Wandalos non minùs quàm Alanos usque ad irruptionem in Gallias fuisse paganos. Nam primò, cùm habitaverint in Septemtrionalibus partibus Germaniæ, ut probabilior habet opinio, non satis intelligo, à quo lumen fidei aut hæresim Arianam accepissent ante hanc primam suam in Romanum imperium migrationem. Secundò Orosius scriptor synchronus lib.* 7 *Historiarum, quas S. Augustino hortante conscripsit, cap.* 38 *affirmat Stiliconem comitem, ex Wandalis progenitum, barbaricæ hujus irruptionis auctorem fuisse, ut ea occasione filium suum Eucherium ad imperium eveheret. Orosio etiam assentiuntur Marcellinus, Tiro Prosper & S. Hieronymus, ut agnoscit Tillemontius in Honorio art.* 24. *Hinc* occisus est F *(jussu Honorii imperatoris)* Stilico, *inquit Orosius.* Occisus est & Eucherius, qui ad conciliandum sibi favorem paganorum, restitutione templorum & eversione ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur. *Jam verò quis credat, Eucherium tam fuisse insanum, ut crederet se Wandalis, Alanis, Suevis aliisque barbaris placiturum restituendo templa idolorum, si illi fuissent Ariani? Quare Arianos necdum fuisse Wandalos, omnino mihi persuadeo, præsertim cùm & S. Hieronymus & Orosius de eis non aliter loquantur quam de barbaris paganis, ubi tamen Orosius lib.* 7 *cap.* 33 *non silet, quo modo Gothi facti sint Ariani, idem verisimiliter de Wandalis dicturus, si tales fuissent: nam ne quidem silere voluit cap.* 41, *quòd aliqui converterentur ex* Hunnis, Suevis, Vandalis & Burgundionibus. *Hisce omnibus consideratis, mirari nequeo Wandalos eorumque socios à Flodoardo & in Actis S. Nicasii* paganos *vocari; at magis miror Arianos vocari à Tillemontio, præsertim cum ipse art.* 24 *asserat, Stiliconem eorum operâ filio suo Eucherio, quem paganum fuisse fatetur art.* 29, *imperium destinâsse.*

AUCTORE J. S.

nec probata: nam Ariani quidem erant ante medium sæculi V,

E

AUCTORE J. S.

Tertia Tillemontii objectio planè ridicula :

21 *Controversiam hanc de religione Wandalorum planè præter opinionem tractare cœpi, quia mecum examinare volui, quo fundamento niteretur Tillemontii & Pagii objectio. Æquo animo hanc digressionem non planè necessariam, sed fortasse non inutilem, studiosus lector accipiat. Tertia Tillemontii objectio longiorem quoque dissertationem inducere posset : sed vereor, ne jam inde nimiùm disseruerim. Quare breviter dicam, quod sufficere existimo. Observat Tillemontius notâ 4 in Attilam, S. Nicasium secundum Acta exstruxisse ecclesiam sanctissimæ Dei Genitrici Mariæ. Hoc autem factum circa annum 450 agnoscit non esse improbabile : sed affirmat, non inveniri in scriptoribus probatæ fidei, ullam sanctissimæ Virgini erectam esse ecclesiam ante annum 431 præter cathedralem Ephesinam. Respondeo plurimas assignari posse ex monumentis melioribus, quàm sit Vita S. Nicasii ; at tam ridiculam esse hanc Tillemontii objectionem, ut serium non mereatur responsum. Quis enim sanæ mentis dicat, non æquè esse probabile ecclesiam ad honorem Reginæ Sanctorum omnium structam esse circa annum 400 quàm circa 450, cùm constet de ecclesiis longè citiùs aliorum Sanctorum nomini dedicatis ?*

B

quarta ex monumentis fide indignis, ut & quinta ;

22 *Quartò observat Tillemontius, aliquos scribere, S. Genovevam virginem esse consecratam, vivente S. Nicasio : alios quoque asserere, S. Albinum episcopum Catalaunensem esse ordinatum ab ipso Nicasio. Utrumque factum, si verum esset, nos cogeret Attilæ potiùs quàm Wandalorum temporibus affigere martyrium S. Nicasii. At fatetur ipse Tillemontius, hæc non legi in monumentis tam antiquis, ut nos morari debeant. De S. Alpino id refutabimus infrà ad Vitam ipsius. Itaque transeamus ad ultimam Tillemontii objectionem, quàm opponit argumento nostro, ex serie & chronotaxi episcoporum Remensium desumpto : fatetur enim difficulter quatuor episcopos locari posse inter S. Nicasium, si hic anno 451 occisus est, & S. Remigium, quem circa annum 457 aut 459 episcopum factum agnoscit Pagius ad annum 471 num. 13. Ita ferè ratiocinatur. In testamento S. Remigii apud Flodoardum lib. 1 cap. 18 pag. 89 legitur de ecclesia S. Agricolæ, (nunc S. Nicasii :)* Ubi etiam quinque confessores proximi antecessores domni Nicasii . . . conditi sunt. *Hæc autem ecclesia condita dicitur per Jovinum, virum illustrem multisque titulis insignitum. Multa verò disputat Tillemontius contra Marlotum, ut ostendat ecclesiam illam per Jovinum non esse adificatam, nisi post annum 393 ; indeque infert sex fuisse episcopos Remenses intra annos quatuordecim, si S. Nicasius coronatus est anno 407.*

C

23 *Multa de hisce disseruit idem scriptor tom. 5 Imperatorum notâ 25 in Valentinianum I ; sed utroque loco ædificat super fundamentum stramineum, quod tanto minùs ipsi condonandum, quanto severiori & sæpè etiam iniqua crisi rejicere solet monumenta longè meliora, quàm sit testamentum S. Remigii, de cujus suppositione aut certè interpolatione dubitari non potest. Attamen sequamur virum, sui licèt dissimilem ; & ostendamus, ipsum S. Remigii testamentum plurimùm obesse opinioni, quam tuetur Tillemontius. Secundum id testamentum S. Sixtus primus episcopus Remensis cum tribus successoribus requiescebat in ecclesia S. Sixti : Nicasius verò cum quinque decessoribus in ecclesia S. Agricolæ : indeque auctores deducunt, S. Nicasium fuisse decimum inter episcopos Remenses. Ex hisce autem quartus est Betausius seu Imbetausius, qui anno 314 interfuit concilio Arelatensi I. Hujus verò successor superesse debuit post annum 393, si credimus ratiocinanti Tillemontio, & sic sine ulla necessitate duobus episcopis, de quibus nihil ferè scitur, annos octoginta aut plures oportet attribuere, ut quatuor S. Nicasii successores sexennio aut octennio includamus.*

D

nam corruptum aut suppositititium est testamentum : quod aliàs

E

sententiæ ipsius non prodest, sed adversatur.

24 *Scio hæc fieri quidem potuisse : non nego Imbetausii successorem post ipsum tam diu sedere potuisse, ut sepeliretur in ecclesia post annum 393 condita. At nullus quoque negaverit, longè verisimilius esse, quinque aut sex episcopos, qui inter Imbetausium & Nicasium medii recensentur, sedisse inter annum 314 & 407, ita tamen ut ex hoc intervallo aliquid Imbetausio & Nicasio relinquatur ; quatuor verò successores Nicasii per annos circiter quinquaginta cathedram administrâsse usque ad electionem S. Remigii : sic enim omnibus spatium relinquitur sufficiens. Jam verò hisce opposita Tillemontii structura tot rimas agit, ut facili impulsu everti possit, admisso etiam Remigii testamento. Etenim nullibi dicitur Jovinus fuisse primus illius ecclesiæ structor. Potuit minor esse eodem loco ecclesia, in qua jam varii antistites erant sepulti, illaque ad magnificam magis formam transferri opibus Jovini. Secundò non dicuntur quinque decessores S. Nicasii ab initio sepulti in ecclesia S. Agricolæ. Cur igitur eò translata esse non potuerunt eorum corpora ? Qua de causa, etsi totam inscriptionem metricam, quam cap. 5 ut epitaphium Jovini recitat Flodoardus, cum Tillemontio leviter nimis pro authentica haberem, eique de tempore structa per Jovinum ecclesia consentirem, tota ipsius ratiocinatio nihil evinceret contra chronotaxim datam.*

F

DE S. PAMPHILO EPISCOPO CONF.

IN REGNO NEAPOLITANO.

J. S.

FORTE SECULO IV AUT V.

S. Pamphilus Romano Martyrologio additus ut episcopus Capuanus,

EX Martyrologiis Hieronymianis hodie urbi Capuanæ vindicavimus S. Sinotum *martyrem, quem & inter episcopos illius urbis probabiliter numerari ostendimus. Sanctum alium tamquam ejusdem urbis episcopum Martyrologio Romano ad hunc diem inseruit Baronius, ita scribens :* Capuæ S. Pamphili episcopi. *Addit in annotatis :* De eo monumenta ejus ecclesiæ, quorum Sanctorum indiculum Romam missum accepimus. *Hinc Majores nostri in Prætermissis ad diem* XI *Maii de* Pamphilo *episcopo, qui eo die habetur in codice Vaticano* 5949, *hæc notârunt :* Cujus

A jus ecclesiæ fuerit non additur. Sed cùm dictum Ms. fuerit ecclesiæ Beneventanæ, forsan esset Capuanus episcopus relatus VII Septembris. *Conjectura est incerta : nam æquè designari potest Pamphilus Sulmonensis & Corfiniensis in Aprutio episcopus, de quo apud nos actum est ad* XXVIII *Aprilis. Porrò qualia viderit Baronius ecclesiæ Capuanæ monumenta, certò scire non possum. At suspicor non fuisse talia, ut* S. Pamphili *episcopatus Capuanus ex iis clarè possit probari. Etenim quæ Michael Monachus attulit in Sanctuario Capuano, episcopatum Capuanum* Pamphili *non faciunt certum : neque Eminentissimus Bellarminus, quando præsul ipse Capuanus ecclesiæ istius antistites recensuit, invenisse videtur idonea monumenta, quibus* S. Pamphilum *inter ecclesiæ suæ antistites numeraret. Colligo id ex Monacho : nam hic in Sanctuario pag.* 213 *& sequentibus enumerat antistites Capuanos, atque ubique laudat Bellarmini catalogum, exceptis paucissimis, inter quos est* Pamphilus.

B *eodem die ut episcopus annuntiatur in duobus Kalendariis Capuanis,*

2 *Quid tamen secutus sit Baronius, utcumque me perspicere suspicor : ejusque sententiam non quidem satis certam, attamen non improbabilem existimo. Quinque Kalendaria Capuana Sanctuario suo inseruit Monachus. Ex his secundum ita habet ad hunc diem :* S. Pamphili episcopi & confessoris. *Quintum, quod præfixum etiam est Breviario Capuano impresso anno* 1489, *post S. Reginam virginem & martyrem de* Pamphilo *habet :* Et Pamphili episcopi & confessoris. *Hæc Kalendaria, opinor, secutus est Baronius; credidit*que *ex iis,* S. Pamphilum *fuisse episcopum Capuanum, cùm quia annuntiatur ut episcopus in Kalendariis istius urbis, tum quia nulla alia civitas* Pamphilum *aliquem episcopum sibi attribuebat isto die. Hæc ratio Capuanum* S. Pamphili *episcopatum probabilem facit; at non omnino certum : nam fatetur Monachus,* Pamphilum *Capuæ carere cultu ecclesiastico, & pag.* 73 *dicit, nomen ejus in Kalendariis esse* notatum, quasi nomen Sancti alicujus exteri, non autem quasi Sancti, qui Capuæ fuerit specialiter cultus. *Id maximè verum est de quinto Kalendario, in quo post Sanctam Galliæ secundo tantùm loco ponitur. Verùm in secundo Kalendario solus hac die annuntiatur, ideoque istud magis favet sententiæ Baronii.*

C *variaque in diœcesi Capuana reperiuntur antiqui ejus cultus vestigia ;*

3 *Eidem sententiæ nonnihil ponderis addunt, quæ Monachus laudatus subjungit antiqui apud Capuanos cultûs* S. Pamphili *vestigia.* Ego verò, *inquit,* quod addam, hoc tantùm habeo ; nempe in agro Calenensi prope montem Massicum fuisse nomine sancti Pamphili ecclesiam, cellam Cassinensem, & à Cassinensibus monasterio monialium sancti Joannis quasi à tempore fundationis ejus addictam. Novi præterea Pamphili nomen à Capuanis usitatum, id quod à Sancti devotione derivatum, admodùm piè arbitrari debemus. Tandem legi in quodam instrumento Thesauri, quod scriptum est anno MCCLXXXIV ; legi, inquam : " Quæ terra, & presa, & casa, & „ terra è presa vacua sunt, intus hanc Capua„ nam civitatem in parochiali ecclesia S. PAMPHI„ LI, & ipsa simul &c. „. Et in una tassa decimarum ann. MCCCLXXV tempore Stephani archiepiscopi legitur : " Rectoria ecclesia sancti PAM- AUCTORE J. S.
„ PHINI in tarenis duobus „. *Ad hæc observat nomen* Pamphini *pro* Pamphili *corruptè scriptum: atque ita pergit :* Et in Martyrologio monialium sanctæ Mariæ vidi & legi nomen S. Pamphili additum margini caractere rubro. Quia parochiales ecclesiæ, intra hanc civitatem antiquæ, hic * ex veteri Capua translatæ fuerunt ; vixisse sanctum Pamphilum stante illa veteri civitate, ipse non dubitò : nec alterius civitatis quàm Capuæ fuisse episcopum affirmabo. *Hactenus Monachus.* * hùc

4 *Jam verò si perpendamus adducta ab eo argumenta antiqui cultus, valde probabile videbitur, Capuæ deberi* S. Pamphilum ; *cujus episcopatus ex laudatis Kalendariis tanto quoque fit verisimilior, quanto certiùs constat in catalogo antistitum Capuanorum multas esse lacunas, non modò seculo secundo & tertio, sed etiam quarto & quinto, licèt catalogo aliqui sint inserti, qui non videntur fuisse antistites Capuani. Cùm igitur multorum præsulum Capuanorum exciderit memoria, pronum est suspicari, inter hos esse* Pamphilum, *pro cujus episcopatu & cultu antiquo apud Capuanos tam probabilia adducuntur* E *argumenta. Quare Monacho assentior,* Pamphilum *antiquæ Capuæ probabiliter fuisse episcopum. Quod autem memoria ipsius, uti & multorum aliorum Sanctorum, Capuæ exciderit, & cultus paulatim fuerit intermissus, ex ipsâ antiquæ urbis destructione, frequentique dominorum istius urbis mutatione, causam habere potuit. Quo minùs tamen* S. Pamphilum *episcopum certò Capuanis attribuam, facit defectus certorum argumentorum.* *probabilis igitur est S. Pamphili episcopatus Capuanus ;*

5 *Hic verò defectus magis me reddit dubium, quia Hieronymus Nicolinus in Historia urbis Teatinæ * in Aprutio, Italicè scriptâ, pag.* 104 *eodem die sanctum aliquem* Pamphilum *episcopum inter Teatinos recenset episcopos, adducens pro opinione sua Kalendarium aliquod Teatinum, ex quo recenset octo incerti temporis episcopos, quos conjicit ecclesia Teatina præfuisse ante annum* 500. *Ughellus quidem tom.* 6 *Italiæ sacræ noluit catalogo antistitum Teatinorum inserere adductos recenter à Nicolino episcopos, licèt de iis mentionem faciat pag.* 671 *recusi Operis. Nec ego ipse tantum auctoritatis isti Kalendario attribuendum puto, ut credam omnes episcopos ex eo productos pro Teatinis habendos, præsertim cùm ipsa Kalendarii verba non fuerint recitata, & inter recensitos à Nicolino episcopos reperiantur tres quatuorve, qui synonymi sunt cum sanctis episcopis alibi eodem die cultis. Hinc enim vehemens oritur suspicio, non omnes esse episcopos Teatinos, quos enumeravit Nicolinus. Attamen vel improbabilis ista assertio suspicionem ingerit, quia nec Capuanis certa sunt argumenta. Porrò dubitare vix possim, quin idem sit* Pamphilus, *quem Teatinis Nicolinus, Capuanis verò attribuit Monachus cum Baronio. Quare, etsi facile admittam probabiliora esse argumenta Capuanorum quàm Teatinorum, cùm tamen res utcumque videatur dubia,* S. Pamphilum *episcopum latè regno Neapolitano, cujus est utraque civitas, in titulo adscribendum duxi.* F *etsi Nicolinus etiam Teatinis eodem die sanctum Pamphilum adscribat.* * Chieti

A D

DE S. MEMORIO ET SOCIIS MM.

IN BROLIO VICO TERRITORII TRECENSIS IN CAMPANIA GALLICA.

J. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Cultus S. Memorii & Sociorum : locus martyrii : Acta eorum edita & inedita, ſed vitioſa : poſteriora ex hiſce edenda.

ANNO CD.LI, UT FERTUR : *Memoria Sanctorum in Faſtis ſacris,* B

Trecenſis eccleſia in Campania Gallica hodie celebrat S. Memorium *cum Sociis martyribus, de quibus Martyrologium Romanum ita habet :* Trecis ſancti Nemorii diaconi & Sociorum martyrum, quos Attila rex Hunnorum interfecit. *Laudat Baronius in Annotatis Molanum & Maurolycum, quorum primus item vocavit* Nemorium, *at Maurolycus rectiùs ſcripſit* Memorium, *prout ab antiquioribus pleriſque vocatur. Præterea Molanus & Maurolycus Sanctos exactiùs annuntiant* in agro Tricaſſino, *quàm in ipſa urbe, & uterque* Memorium *S. Lupi Trecenſis* archidiaconum *vocat ; at unde eam Sancti dignitatem hauſerint, necdum perſpicio. Præplacet mihi annuntiatio Greveni, quæ hiſce concepta eſt verbis :* In territorio Trecaſſino, beati Memorii martyris, diaconi ſancti Lupi epiſcopi, quem Attila rex Hunnorum cum Sociis ſuis interfecit. *Duo alia auctaria Uſuardina eodem die* VII *Septembris videri poſſunt in Uſuardo Sollerii. Ibidem ad* IX *ejuſdem menſis codex Herinienſis* antiqua manu *adjecta habet hæc verba :* In territorio Trecaſſino, ſancti Memorii martyris, cum Sociis ſuis. *Florarium Ms. die* VII *ſic breviter habet :* Item Memorii martyris Sociorumque ejus. *Nuperus auctor Martyrologii Pariſienſis locum memorat his verbis :* Apud Brogilum in territorio Trecenſi, ſanctorum martyrum Memorii & Sociorum.

C

eorumdem elogium.

2 *Prolixius hiſce Sanctis contexuit elogium Sauſſayus in Martyrologio Gallicano. Poteſt illud haberi pro Actorum jam editorum compendio, locumque martyrii & cultum clariùs exponit. Quare totum huc transfero :* Auguſtæ Trecarum natalis ſancti Memorii & ſociorum ſex Martyrum : qui ſancti Lupi præſulis Trecenſis archidiaconus, ab eo Attilæ Hunnorum regi, cùm urbem Trecenſem ad perdendum invaderet, obviàm miſſus cum Clericis ſeptem ſacris veſtibus indutis, crucíſque inſignia præferentibus : ubi in ejus conſpectum veniſſet, textum Euangeliorum aureum pectori admotum tenens, tyrannum, quem omnis honoris obſequio, blandoque ac humili alloquio ad miſericordiam flectere ſatagebat, ſic ipſo pietatis inſignium exacerbavit intuitu, ut mox illius juſſu à militibus cum ſacro comitatu comprehenſus, illuſus, dirè excruciatus, demumque fuerit gladiis obtruncatus quinto ab urbe lapide, loco tunc Brolium vocitato ad ripam Sequanæ. Sex cum ſancto Viro Clerici ibidem necati occubuerunt. Septimus divina ope evaſit, beatoque Lupo intimavit, quæ facta fuerant. Qui placato ſupernâ gratiâ impio rege : cum clero & populo veniens ad locum, ubi ſancti martyrium compleverant, eorum corpora cum Dei laudibus ſepelivit. Horum etiamnum antiquiſſimi tumuli cernuntur in E crypta eccleſiæ vici, qui jam pridem ſub ſancti Memorii nomine cenſetur. Unde poſtea erutæ ſacratiſſima illorum pignora in capſam ligneam illata ſunt, quæ in ſacrario ipſius eccleſiæ aſſervatur.

cultus & reliquiæ.

3 *Camuzatus in Promptuario ſacrarum antiquitatum Tricaſſinæ diœceſis fol.* 434 *eadem ferè de loco martyrii & de ſacris reliquiis ſcribit.* Ut ut ſit de illa ſancti Memorii hiſtoria, *inquit*, veriſſimum eſt, eum cum Sociis gladio truncatum fuiſſe in eo Tricaſſinæ diœceſis loco, qui antiquitus BROLIUM vocitabatur, ad ripam Sequanæ, quinque tantùm leucis ab urbe Tricaſſina ſubducto, ubi nunc vicus eſt ejuſdem divi Memorii nomine inſignitus ; cujus & Sociorum corpora in crypta ibidem condita & ſepulta, in qua etiamnum viſuntur antiquiſſimi tumuli, unde poſtea eorum ſacræ erutæ reliquiæ & in capſam ligneam poſitæ, quæ in eccleſia ſupra cryptam exſtructa cuſtodiuntur. Illa autem capſa anno MDLIV, die XV Aprilis referata eſt, ut publicum inſtrumentum in eam incluſum, mihique anno MDCVIII exhibitum indicat ; adſtruitque, id F temporis vetuſtam ſcedulam in ea pariter repertam, quæ hæc verba complectebatur : " Hic „ habentur oſſa S. Memorii martyris cum capi„ te ejuſdem, & cum capite S. Lebaudi „. Eædem verò reliquiæ prædicto anno MDLIV inventæ ſunt, ut Acta authentica tunc ſcripta comprobant & confirmant. *Hæc de cultu* S. Memorii *& Sociorum eodem ferè modo habet Deſguerrois in Annalibus Tricaſſinis Gallicè ſcriptis ad annum* 451 *num.* 5, *ubi etiam obſervat* Memorium *Gallicè vocari* S. Memier *& ab aliis* S. Memy. *Vicum* S. Memorii *etiam notatum invenio in tabulis geographicis hoc ultimo modo* S. Memy. *Quod ſpectat ad* S. Lebaudum, *de eo laudati ſcriptores nihil dicunt. Suſpicor eſſe unum ex Martyribus cum* S. Memorio *paſſis.*

Acta apud Camuzatum edita fabulis ſunt inquinata ;

4 *Acta brevia* S. Memorii *ejuſque Sociorum edidit Camuzatus in Promptuario fol.* 430 : *ſed in Annotationibus ſubjunctis agnoſcit & oſtendit, ea vitioſa eſſe ; &* fabulæ quàm hiſtoriæ propiora *videri*, quæ in iis de Attilæ (*prope Trecas*) interitu narrantur. *Videntur autem ea Acta* S. Memorii *deſumpta ex ſecunda Vita S. Lupi Trecenſis, data apud nos ad* XXIX *Julii, in qua*

cap. 4

A *cap.* 4 *eadem de* S. Memorio *ejuſque Sociis, eadem quoque de Attilæ prope Trecas interitu narrantur, & verbis ferè iiſdem, ſic tamen, ut hinc inde non pauca omiſſa ſint apud Camuzatum. Exemplar aliud Actorum Mss. habemus paulo prolixius, ſed nihilo melius, in quo omnia ferè congruunt cum laudata S. Lupi Vita, omiſſis tamen iis, quæ nec ad* Memorium *ſpectant nec ad Attilam, cujus mors in hiſce eodem modo tragicè, ſed fabulosè refertur. Jam verò certum eſt ex ſcriptoribus contemporaneis, Attilam nec prope Trecas obiiſſe, nec omnino in illa expeditione, quam circa initium anni* 451 *contra Galliam ſuſcepit. Porrò Camuzatus in Annotatis allegat opinionem anonymi cujuſdam, qui alium Hunnorum ducem,* Attilam *quoque nominatum, ea morte punitum divinitus voluit, quâ Attilam regem ipſum percuſſum, in Actis refertur; ut ſic Actorum auctoritatem utcumque tueretur. At fatetur Camuzatus, id* debile nimis *eſſe &* infirmum ſubterfugium. *Tanto autem minùs Acta tali figmento defendi poſſunt, quanto magis fabuloſa videntur omnia mortis iſtius adjuncta.*

B *Præterea in laudatis S. Lupi Actis cap.* 4, *ex quo Acta* S. Memorii *collecta videntur, plura alia narrantur planè fabuloſa. Quare deprompta inde* Memorii *Acta ad fabulas amandare oportet, exceptis fortaſſe paucis, quæ aliunde fiunt veriſimilia.*

Acta alia Ms. incertæ etiam fidei,

5 *Aliud exemplar Ms. Actorum* S. Memorii *ad manum habeo ſub hoc titulo:* Paſſio beatiſſimi Memorii presbyteri & martyris. *Illud notatur ſumptum* ex antiquiſſimo Ms. D. Joannis Bouhier conſiliarii Divionenſis; *ſcriptumque eſt manu Papebrochii noſtri. Porrò hæc Acta multùm differunt à præcedentibus, nec quidquam habent de fabuloſa illa Attilæ morte. Quin & multum vetuſtatis præ ſe ferunt, nec dubitare poſſum, quin vetuſta ſint, cùm ipſe Papebrochius notaverit* ex antiquiſſimo Ms. *deſumpta eſſe. Attamen non auſim dicere, talia eſſe hæc Acta, qualia deſiderarem & vellem, ut facta omnia in iis relata pro certis habere poſſemus. Quippe (etſi nihil habeant, quod apertæ falſitatis convinci poſſit) mirabilia quædam continent modo non admodùm credibili relata, ſive id acciderit*

C *ignorantiâ Latini ſermonis, quòd ſcriptor ille non ſatis noverit Latinè facta exponere, ſive defectu cognitionis, quòd non ſatis de rebus ipſis fuerit edoctus; ſive demum defectu ſufficientis ſcientiæ factorum ſimul & ſermonis. Id certum eſt leges grammaticales non ſatis fuiſſe huic ſcriptori notas; cùm in ſolœciſmos inciderit multos, & phraſim multis in locis relinquat hiulcam. Dabo tamen hæc Acta, debitis annotationibus illuſtrata, ut eruditi Trecenſes ſtatuere poſſint, aut magis inveſtigare, quid de* S. Memorio *probabiliùs dici poſſit aut debeat.*

cùm in his ſolis Memorius vocetur presbyter: *cædi quoque Sanctorum per Attilam*

6 *Interim non diſſimulabo, geminam ſe offerre difficultatem contra omnia ferè, quæ in hiſce Actis de* S. Memorio *narrantur. Prior eſt, quòd hîc vocetur* presbyter, *cùm aliàs paſſim dicatur* diaconus, *aut à quibuſdam* archidiaconus. *Dignitas verò hæc non minuit difficultatem, cùm eo tempore archidiaconi non inſignirentur ordine presbyteratûs, ut deinde fieri cœpit & modò fit, ſed ordine tantùm eſſent diaconi, licèt amplam haberent poteſtatem. Itaque, ſi quid auctoritatis laudatis Actis attribuatur, dubitandum erit, utrùm presbyter an diaconus fuerit* S. Memorius. *Altera difficultas opponi poteſt utrique Vitæ, ipſique etiam traditioni Trecenſium, imò & pleriſque aliis monumentis, quæ tempus modumque martyrii exponunt: nam paſſim omnia monumenta habent,* Memorium *cum Sociis occiſum eſſe ab Attila Hunnorum rege, cui obviàm proceſſerat juſſu S. Lupi epiſcopi. Attamen ex Vita S. Lupi, quæ primo loco apud nos data eſt ad* XXIX *Julii, quæque ab omnibus pro authentica habetur, non leve haberi poteſt argumentum contra eadem* Memorii *& Sociorum ejus per Attilam, præſertim ſi ſancti hi Martyres credantur fuiſſe clerici S. Lupi, ab eoque Attila obviàm miſſi, ut communis eſt perſuaſio. Quippe laudatus S. Lupi biographus ignorare non potuit martyrium* S. Memorii, *quantum videtur, tantoque minùs iſtud ſilere debuit, quanto magis erat connexum cum geſtis S. Lupi, qui divina revelatione monitus dicitur, ut Sanctos ad Attilam accedentem mitteret. In tota tamen Vita illa ne* Memorius *quidem nominatur, nec ullus prope Trecas ab Attila dicitur occiſus.*

opponi poteſt ſilentium melioris Vitæ S. Lupi, E

7 *Hoc biographi ſilentium mirarer, ſi ex monumentis fide dignis conſtaret,* S. Memorium *fuiſſe è clericis S. Lupi, & occiſum ab Hunnis. At exigua fides monumentorum omnium, in quibus facta hæc aſſeruntur, jam potiùs facit, ut de factis ipſis magis dubitare cogar. Diſtantia loci, in quo Martyres occiſi leguntur, auget dubitationem meam: difficulter enim credi poteſt, S. Lupum voluiſſe, ut* S. Memorius *cum Pueris ad quinque milliaria Gallica obviam Attilæ ab urbe procederet. Præterea Vita S. Lupi num.* 5 *inſinuat, omne periculum, quod Trecenſibus imminebat ab Attila, fuiſſe amotum precibus S. Lupi. Atqui id verum non videtur, ſi* Memorius *cum Sociis ſuis per eos occiſus eſt. Meritò igitur dubitari poteſt de cæde ipſa, aut certè de variis hujuſce cædis adjunctis, variaque fieri poſſunt conjecturæ. Primò cogitare quis poterit, in alia quapiam barbarorum incurſione occiſum eſſe* Memorium *cum Sociis, horumque martyrium ex ignorantia veri per conjecturas ſolùm ad Attilam fuiſſe relatum. Alius conjicere poterit, occiſum quidem fuiſſe* Memorium *cum Sociis ſuis per Hunnos ſub Attila militantes; at eos non habitâſſe Trecenſi in urbe, nedum miſſos fuiſſe à S. Lupo ad Attilam appropinquantem, ſed potiùs in loco habitationis ſuæ oppreſſos & occiſos.*

F

indeque dubitari de omnibus ferè relatis in Actis.

8 *Plures tamen, quantùm exiſtimo, traditionem Trecenſium, in Actis omnibus, quantumcumque vitioſis, conſtanter declaratam tam ſilentio ſcriptoris Vitæ S. Lupi, quàm incertis hiſce conſiderationibus præferendam credent. Et ſanè, ſi conſideremus quàm pauca laudatus biographus de S. Lupo narraverit, quàm breviter perſtrinxerit potiùs quàm enarraverit geſta ipſius cum Attila, minùs mirabimur omiſſam ab eo fuiſſe* S. Memorii *& Sociorum mortem. Neque eadem horum Martyrum negâſſe cenſendus eſt, quando ſcripſit Trecas S. Lupi precibus ſervatas à periculo imminente: nam Trecas revera protexit precibus ſuis S. Lupus, quando per urbem tranſiit Attilæ exercitus, etſi* S. Memorius *credatur paulò antè in territorio urbis cum Sociis occiſus. Quin & horum eadem de induſtria omittere potuit biographus, ne S. Lupi gloriam, quam merebatur ob ſervatam urbem, apud minùs prudentes rerum æſtimatores horum cædis commemoratione utcumque minueret. Ita in utramque partem diſſeri poteſt; ſed nihil ſtatui, quod omnino ſit certum, niſi paſſum eſſe* S. Memorium *circa locum, in quo hodieque* S. Memorii *vicus cernitur. Acta tamen ea, quæ nec-*

AUCTORE J. S.

AUCTORE J. S.

dum edita sunt, debitis annotationibus illustrata & castigata subjungo.

ACTA

auctore anonymo,

ex Ms. Cl. V. Joannis Bouhier consiliarii Divionensis.

Attila cum Hunnis Trecis appropinquante, S. Lupus divinitus monitus,

PEculiaris patroni nostri, qui urbem Tricassium *a* civitatis glorioso sanguine illustravit, sublimem atque venerabilem passionem.... *b*. Cùmque S. Lupus *c* episcopus atque apostolicus sacerdotio fungeretur, tunc temporis adveniens rex iniquus, [cui] nomen Attila, cum gente nequissima, ubique per totam Galliam fortis exercitus dominaret *d*. Tunc S. Lupus orationibus & vigiliis instantissimè deprecabat * ad Dominum cælestem, ut populus Christianus, qui urbem * Tricassium morabantur, magis non injuriarentur. Post vigiliam noctis soporem deprehensus *e*, ecce Angelus Domini per visum apparuit ei, dicens: Surge, fidelissime sacerdos Christi, jube perquirere duodecim *f* innocentes, & eos baptiza, Transmitte cum Memorio presbytero similiter Felicem & Sensatum diaconibus vel Maximiano subdiacono *g* eant cum crucis verbo Dei psallentes obviàm inimicorum.

a b c d

* *lege* deprecabatur

* *l.* in urbe

B

e

f

g

ei obviàm mittit S. Memorium cum Sociis,

2 Factum est autem jam solem orientem * baptizati sunt pueri, sicut S. Lupo episcopo ostensum fuerat: & egressus cum multitudine populi unà conpsallentis eduxit eos & elevatis manibus suis benedixit eos, orans [&] lacrymas fundens, ait: Angelus Domini comitetur vobiscum: Spiritus sanctus sit in visceribus vestris. Vias tuas, Domine, notas fac mihi & semitas tuas edoce me. Et iterum oravit: Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. Et ambulavit S. Memorius cum Fratribus suis unà cum innocentes *. Pervenit ad locum, cui ut vocabulum est Brolium. Cùm audisset silentium Sanctorum ipsorum, expavit rex *h*, & equos suos contremuit *: cecidit in terra & dixit ad præfectum suum: Qui sunt isti, qui talem injuriam præparaverunt? Et ait S. Memorius ad regem: Nos sumus missi à S. Lupo episcopo. Tibi notum sit, ut civitatem hanc, unde egressi sumus ad te, eam non promittas captivare, neque incendium * concremare. Præfectus ait ad regem: Ecce quidem te * gravem injuriam præparârunt cùm magias * eorum. Jubeas eos gladio ferire.

* *l.* sole oriente

* innocentibus

h

* conterruit

C

* incendio

* tibi

* magiis

ex quibus aliqui jussu regis occiduntur,

3 Ad eum rex respondens, [ait:] Optimè indicasti: & extractis gladiis suis amputaverunt capita diaconorum vel innocentum. Et ait rex: Senec te *: nolite eum gladio ferire: sed eat, nuntiet civitati, vel hominibus, qui morantur in ea, scelera *, quod factum fuit; quia prior sum ego quàm Deus eorum, quem ipsi adorant. Præfectus ait ad S. Memorium: Ecce vides eos interfectos. Tu autem eis * adjuvare non poteris. Et ait Rex ad ministros suos: Magias eorum, quas in manibus ferebant ante se, confrangite eas, & incendio concrementur. At ubi incendium de cruce sancta fervebat, egressa est scintilla percutiens in oculo pincernam regis, & cecidit vociferans. Et ait S. Memorius ad regem: Si credis Deum meum, potens est hunc puerum sanum facere. Rex ei respondit: Fiat. Tunc S. Memorius imponens * signum crucis super oculum pueri, & statim oculus pueri restauratus *i* est, sicut antea fuerat.

* *forte*, senex iste

* *fortè* sceleratis

* eos

D

* imposuit

i

ac post eos S. Memorius:

4 Et ait rex ad S. Memorium: Quod est nomen tuum? Respondens autem S. Memorius [ait:] si credis in Deum meum, quem ego adoro, dico tibi nomen meum. Respondens Rex [ait:] credo. Et ego * tibi dico: MEMORIUS vocor. Dic ergo tu, rex, nomen tuum, vel præfectus tuus dicat nomen suum. Et ait rex: Ego ATTILA nomen habeo, & præfectus meus SELENS vocatur *k*. Præfectus ait ad regem: Ecce omnes magias suas: tibi injuriam præparaverunt: adhuc nomen tuum vel meum interrogare præsumet. Propterea jube ei caput amputare. Et ait S. Memorius ad regem: Antequam mihi martyrium tradas, licentiam habeam in orationibus meis Dominum * confiteri peccatis * meis. At ubi S. Memorius presbyter in oratione discumbens *l*: Domine Deus omnipotens, qui fecisti cælum & terram, mare & omnia, quæ in eis sunt, te deprecor, ut civitatem Tricassium non captivitatem perferens *, neque incendium * concremetur: sed libera eos de manibus istius * inimicorum: tibi enim, Domine, commendo spiritum meum. Et impleta oratione sua, elevans oculos suos ad cælos, dixit: Gratias tibi ago, Domine Jesu Christe, Filius * Dei: miserere mei. Et ait ad regem. Perfice, quod cepisti. At ille extracto gladio amputavit *m* caput ejus ad exemplum ceterorum, qui urbem * Tricassium morabantur. At ille sacri sanguinis sui undâ perfusus est.

* *adde*, ait Sanctus

k

* Domino

* peccata mea

l

E

* perferat

* incendio

* suorum

* Fili

m

* in urbe

unus tamen morte liberatus:

5 Maximianus verò subdiaconus oculos suos lacrymis suffundens, in corde suo omnia scelera vel colloquutionem ipsorum, juxta quod factum fuerat, tractabat. Et ait rex ad ministros: Capite hunc magum accipite *n* & in fluvium projicite. Qui ministri fecerunt, sicut eis à rege jussum fuerat *o*. Deinde redeuntes & contendentes inter se de spoliis sanctorum Martyrum, gladii eorum intescutantes *p*, alter alterius mortem dedit. Cum quidem ex ipsis missus nuntiavit Regem *, quod factum fuerat. Maximianus verò subdiaconus, colligens de arboribus ramos, stravit eos super corpora martyrum: cúmque Maximianus subdiaconus pavore repletus ad fluvium pergeret, invenit vestimenta *q* sanctorum Martyrum cum corporibus interfectis & accepit vestimentum S. Memorii & [cum] aliis ad Sequanam fluvium abscondit se sub folia *r* auseriæ. Media autem nocte tremuit *f* cælum & terra & inimici ipsi repleti sunt pavore magno, & perterriti nimis, egressi fugerunt ab urbe Tricassium.

n

o

p

* regi

F

q

r

f

corporum sepultura: caput inventum:

6 Sequenti autem die accepit Maximianus subdiaconus vestimentum S. Memorii martyris, & imposuit eum * super corpus ipsius; & abiit ad civitatem, nuntiavit omnia, quæ facta fuerant. Sanctus verò Lupus *t* episcopus ait: Dominus dedit, Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est; sit nomen ejus benedictum in sæcula. Post hæc lacrymas fundens, induit sibi pœnitentiam gravem. Et venientes ad civitatem *u* sacerdotes, sepelierunt corpus S. Memorii martyris, & eos, qui cum ipso passi fuerunt: nam genitores S. Memorii antedicti presbyteri ea urbe Tricassium civitatis fuerunt Deum timentes. Post dies autem viginti *x* apparuit in somnis Maximiano subdiacono ecce angelus Domini, annuntians

* illud

t

u

x

A nuntians & dicens : Surge & vade ad Pimenium piſcatorem : accipiat retia ſua : & extendite in lacum fluvii, ubi ſub foliis auſeriæ abſconſus fuiſti. Et abierunt ad locum, extenſa retia in aqua trahentes, ambæ partes ſiricas *y* ad littus pervenerunt : & invenerunt caput S. Memorii presbyteri martyris odorem fragrantem * quaſi balſamum.

y

* fragrans

7 Ipſi autem eum deportantes *z* ad locum, ubi corpus S. Memorii ipſius requieſcebat, puella quædam habebat * dæmonium venit obviàm eis, quæ à nullo ſacerdote ſanari potuit : & exclamans vocem * diabolus : O ſancte Memori martyr, nullus me ex hoc loco dejicere potuit, niſi oratio tua : & exivit ſatanas : & ſanata eſt puella ex illa hora. Sanctus verò Memorius presbyter paſſus eſt, quod menſis September facit dies ſeptem *aa*, & ſepultus eſt in laudem Domini cum pace, & benedicitur illic Chriſtus Dei Filius : cui eſt honor, virtus, gloria, poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

energumena liberata.

z

* habens

* clamavit voce

aa

ANNOTATA.

B

a Tricaſſes & Trecaſſes *tam populum quàm urbem ſignificat. Urbs verò olim etiam* Auguſtobona *fuit dicta, ac deinde communiùs* Trecæ *dici cœpit, vulgò* Troyes. *Metropolis eſt provinciæ Campaniæ, ſitaque ad Sequanam flumen.*

b *Multa hîc deſunt in apographo, tota nimirum præfatio.*

c *De S. Lupo conſùli poteſt Opus noſtrum ad 29. Julii.*

d *Phraſis vitioſa hæc eſt ſignificatio. Tunc adveniens Attila cum forti exercitu gentis nequiſſimæ per totam Galliam dominabatur. Porrò Attila cum numeroſiſſimo Hunnorum & aliarum gentium exercitu Galliam, tranſmiſſo Rheno, ingreſſus eſt circa initium anni* 451 ; *progreſſuſque eſt uſque ad urbem Aurelianenſem, quam oppugnavit, ſed expugnare non potuit, accurrente Aëtio cum exercitu Romanorum, & Theodorico Wiſigothorum rege cum agmine ſuo : nam ad horum adventum non ſine aliqua clade ab oppugnatione receſſit verſus Rhenum. Vix dubitari poteſt, quin tunc urbem Trecenſem pertranſierit, cùm S. Lupus cum eo uſque ad Rhenum ſit profectus, ita volente Attila, ut habet S. Lupi Vita prima. Priuſquam tamen ad Rhenum perveniret Attila, in campis Mauriacis aut Catalaunicis pugnæ aleam tentavit, ingentique ſtrage affectus eſt per Romanos, Gothos, alioſque eis adhærentes. Hæc certa ſatis ſunt & indubitata, exceptis iis, quæ dixi de non expugnata urbe Aurelianenſi : nam Tillemontius tom.* 6 *Imperatorum in Attila art.* 10 *Aurelianos ab Attila expugnatos ſcribit, ſed mox adventu Romanorum & Gothorum liberatos, eique opinioni jam alios adhæſiſſe video. Quin & Valeſius Rerum Francicarum lib.* 4 *pag.* 160 *ſcribit, portas Hunnis fuiſſe apertas juſſu S. Aniani epiſcopi, ne urbs vi expugnaretur. Attamen dubitare vix poſſim, quin uterque aberret à vero, cùm videam utriuſque opinionem S. Gregorio Turonenſi & Vitæ meliori Ms. S. Aniani contrariam eſſe, nec aliud habere fundamentum præter vocalam ambiguam S. Sidonii Apollinaris, qui lib.* 8 *epiſt.* 15 *ita habet de bello Attilæ :* Quo videlicet Aurelianenſis urbis obſidio, oppugnatio, IRRUPTIO, nec direptio, & illa vulgata exauditi cælitus ſacerdotis (*Aniani*) vaticinatio continebatur. *Vox* irruptio *Tillemontio perſuaſit captam fuiſſe civitatem. At nihil aliud ſignificare videtur, niſi* impetum *Hunnorum ad urbem capiendam ; aut fortaſſe ingreſſum violentum aliquorum, qui mox à propugnatoribus fuere expulſi, ut non rarò fit. Verùm in mœnia impetu evadere, non eſt urbem capere ; ſi propugnatores mox iterum prævaleant. Urbem autem non fuiſſe captam clarè edicit Turonenſis lib.* 2 *cap.* 7, *& clariùs etiam Ms. S. Aniani Vita. Atque id breviter notare volui, ne mox prævaleat opinio, quæ mihi planè videtur falſa.*

C

e *Lege :* In ſoporem lapſus cùm eſſet.

f *In Actis aliis* ſeptem, *nec ulla ibi mentio de iis baptizandis. Utrum ſit verius, & an alterutrum ſit verum, divinare nequeo.*

g *Dicere vult*, diaconos & Maximianum ſubdiaconum. *De hiſce diaconis & ſubdiacono in aliis Actis ſiletur.*

h *Veriſimile non eſt, Sanctos improviſò prope regem fuiſſe. Hoc igitur cum ſequente regis lapſu fabulis adſcribendum.*

i *Hæc ſanatio, ut & prior punitio, pincernæ regii non legitur in aliis Actis ; fabuloſaque videtur cum pleriſque aliis.*

k *Ridiculè & ineptè hæc conficta ſunt.*

l *Senſus eſt*, Ubi procubuit in genua, dixit.

m *Veriſimile non eſt, id factum eſſe per regem ipſum.*

n *Vocibus*, Capite hunc magum accipite *auctor parùm Latinus ſignificat*, Apprehendite.

o *Attamen aquis ſuffocatus non eſt Maximianus, ſed è mortis periculo evaſit, ut liquet ex ſequentibus, ſi modò vera ſint. In aliis etiam Actis unus morte liberatus dicitur, ſed non nominatur. Res illa incredibilis non eſt ; at neque certa ob vacillantem Actorum fidem.*

p *Vox eſt mendoſa, totaque phraſis vitioſa. At voluit auctor, ortam fuiſſe inter milites contentionem de ſpoliis, inâque acrem velitationem, quâ occubuerunt non pauci. Vita ſecunda S. Lupi num.* 42 *de hac militum pugna multo plura habet.*

q *Si hæc facta ſunt, contigerunt haud dubiè, poſtquam Maximianus ex flumine evaſerat ; agmenque Attila à vico Brolio Trecas erat profectum.*

r *In laudata S. Lupi Vita dicitur ſe abſcondiſſe* ſub cujuſdam ſalicis denſis viminibus, *dum alii occidebantur, nec ibi mentio fit de ſubmerſione. Hîc verò, periculo ſubmerſionis defunctus, dicitur ſe ſub foliis abdidiſſe cujuſdam arboris, opinor, quam per vocem* auſeriæ *mihi ignotam ſignificare voluit auctor.*

F

ſ *Si hîc terræ motus eſſet verus, non fuiſſet omiſſus in prima S. Lupi Vita, quantùm apparet.*

t *Quandoquidem S. Lupus cum Attila uſque ad Rhenum iviſſe dicitur in Vita propria ; non erat Trecis, quando Maximianus ſequenti die ad urbem rediit. Commentitia igitur videntur, quæ hîc narrantur de S. Lupo.*

u *Potiùs legendum eſſet*, ex civitate, *ſi fides tuìò haberetur biographo. Certò ſecundum alia Acta* S. Memorius *cum Sociis ſepultus eſt in vico Brolio, ubi paſſus erat ; idque longè probabilius eſt ob reliquias ibidem deinde ſervatas.*

x *Caput alio miraculo ſtatim à S. Lupo inventum, habet Vita hujus ſecunda num.* 44. *Id fabuloſum eſſe exiſtimo, quia jam obſervavi S. Lupum non manſiſſe Trecis poſt Attilæ diſceſſum. At non auſim aſſerere, veriora eſſe, quæ hîc de capitis inventione referuntur.*

ỳ *Hæc vox rurſum eſt vitioſa, dictioque tota corrupta*

A. ANONYMO.

E

A. ANONYMO. *corrupta. At insinuat auctor, caput fuisse inventum in retibus, postquam ab utraque parte ad ripam fuerant pertracta.*

z *Lege:* Ipsis autem illud deportantibus. D

aa *Id est, die 7 mensis Septembris, quo in aliis quoque Actis Sancti leguntur passi.*

DE SANCTO GRATO AUT GRADO EPISCOPO CONF.

AUGUSTÆ PRÆTORIÆ IN PEDEMONTIO,

CUM APPENDICE DE B. GALLO EJUSDEM URBIS EPISCOPO.

J. S. COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Legitimus Sancti cultus: reliquiæ & miracula: Acta Ms. & Vita Italicè impressa æquè fabulosa.

B E

SUB FINEM SECULI V. *Augustæ Prætoriæ Gratus episcopus tamquam patronus*

E Augusta Prætoria, Italis Aosta *vel* Osta, *qua* S. Gratum *aut* Gradum *episcopum, ut patronum summa veneratione prosequitur, jam aliqua sunt dicta tom. 1 Februarii pag. 97 in S. Urso, ejusdem civitatis presbytero, quem* S. Grati *discipulum Augustenses credunt, an fundamento satis solido, clarè non video. Hanc urbem Itali scriptores passim Pedemontanæ regioni attribuunt, ac Italiæ, tamquam ultimum illius angulum, includunt: atque hisce assentiuntur Sammarthani, licèt recenseant catalogum antistitum Augustensium, quia hi modò Tarantasiensi in Sabaudia archiepiscopo suffraganei sunt. Antea verò episcopus Augustensis erat sub archiepiscopo Mediolanensi, ut observat Ughellus tom. 4 Italiæ sacræ recusæ col. 1097, ubi plura videri possunt de illa civitate. Unum huc transfero, quod ad antiquum* S. Grati *cultum ostendendum conducit.* Vetustam, *inquit*, habet cathedralem, sanctissimæ Deiparæ Virgini Assumptæ, beatoque Grato episcopo tutelari consecratam. *De dicata* S. Grato *ecclesia cathedrali consentiunt alii scriptores, ita ut nullum de cultu sit dubium.*

C

magna veneratione colitur; uti etiam in vicinis diœcesibus:

2 *Neque vulgaris est cultus* S. Grati *apud Augustenses, sed celebris ut civitatis protectoris. Laudatus Ughellus in catalogo antistitum Augustensium col. 1101 recitat decretum, quod anno 1407 edidit Petrus Sonarius, hisce conceptum verbis:* Nos Frater Petrus episcopus Augustensis inter cætera ordinamus, quia meritis beati Grati confessoris, patroni hujus ecclesiæ nostræ cathedralis, cujus corpus in ipsa ecclesia existit canonicè, opinione communi fulgura repellantur à territorio totius diœcesis nostræ Augustensis, ordinamus quòd festum ipsius Sancti in qualibet ecclesia nostræ diœcesis solemniter celebretur die VII Septembris quolibet anno, & ab omni opere similiter cessetur. Anno MCDVII, die X Maii. *Carolus Novariensis episcopus in Novaria pag. 20 ita ad propositum nostrum habet:* Quoniam verò etiam Episcopus ipse ejusdem civitatis Augustanæ, qui ibi ut patronus colitur, plurimùm in hac (*Novariensi*) diœcesi passimque votis ecclesiisque celebratur, de eo commemorandum est: Gradum dico episcopum sine dubio sanctissimum, si eximiam erga illum horum populorum, antiquamque pietatem spectes: quem tamen alii Gratum potiùs appellant, cujus festus dies agitur VII Idus Septembris.

3 *Idem pag. 21:* Invocatur passim S. Gradus contra nimborum & grandinis calamitatem. Propterea appingitur ejus imagini grandinosa nimborum species dæmonibus mixta: & additur etiam puteus, in quem grando cadit. *Franciscus Augustinus ab Ecclesia in Historia Chronologica Cardinalium & antistitum Pedemontanæ regionis pag. 326 consentit de corpore* S. Grati *servato in ecclesia Cathedrali Augustæ Prætoriæ, ac de cultu Sancti ut patroni, quem ait* ante & post mortem miraculis *claruisse. Corpus* S. Grati *olim translatum fuisse, aut certè elevatum, patet ex honorifica ejus asservatione, & ex miraculo, quod de dente evulso narratur in elogio infrà dando. Quin & festivitatem translationis ad* XXVII *Martii annuntiat Ferrarius his verbis:* Augustæ Prætoriæ translatio S. Grati episcopi. *In annotatis pro ea laudat tabulas ecclesiæ Augustensis. Ex hisce omnibus liquet, non posse obstare cultui legitimo* S. Grati, *quòd memoria ejusdem non reperiatur in antiquis ac præcipuis Martyrologiis: id enim ipsi commune est cum aliis quibusdam magni nominis cælitibus.*

corpus, quod olim elevatum fuit, servatur in ecclesia cathedrali:

F

4 *Præterea nomen* S. Grati *memorârunt in Fastis suis plerique recentiores martyrologi. Inter Auctaria Usuardi apud Sollerium nostrum ad diem hunc VII Septembris Sanctum ita annuntiatum invenio in codice Camberiensi S. Maria:* Civitate Augustæ, patriæ Sabaudiæ, depositio corporis sancti Grati ejusdem urbis episcopi. *Molanus ibidem sic habet:* Ipso die, depositio sancti Grati confessoris, Augustensis episcopi, miræ sanctitatis ac miraculorum viri. *Ferrarius in Catalogo generali:* Augustæ Prætoriæ S. Grati episcopi, ejusdem urbis patroni. *Elogium uberius ex altero Ferrarii Catalogo infrà dabo. Galesinius* S. Gratum *annuntiavit hoc modo:* Augustæ, sancti Grati episcopi & confessoris,

memoria ipsius in Fastis recensioribus;

A feſſoris, admiranda ſanctitate, rerumque mirificè ac divinè geſtarum gloriâ clari. *Demum Caſtellanus in Martyrologio univerſali & Martyrologii Pariſienſis auctor* Grati *mentionem fecerunt: imò & Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani.*

ſed non ſine errore apud Sauſſayum.

5 *Verùm duo poſteriores videntur ignorâſſe locum, in quo* S. Gratus *epiſcopus fuit & colitur. Certè locum non rectè exprimunt. Martyrologium Pariſienſe ſic habet:* In diœceſi Auguſtana ad fauces Alpium, ſancti Crati epiſcopi. *Scriptor hujus Martyrologii* S. Gratum *non rectè in diœceſi potiùs quàm in ipſa urbe locat, &* Cratum *errore fortè typographico vocat. At omnia hæc in indice correcta invenio, cùm ibi rectè* Gratus *ſcribatur, &* Auguſtæ Prætoriæ in faucibus Alpium *ponatur. Clariùs aberrat Sauſſayus,* S. Gratum *ita annuntians:* Eodem die depoſitio ſancti Grati, ejuſdem eccleſiæ & urbis Salutiarum epiſcopi & patroni, qui ſub Carolo Magno divinis virtutibus clarus effulſit, adminiſtratoque apoſtolico ſpiritu officio paſtorali, ad præmium pro meritorum copia evocatus eſt. *Non Salutienſis, ſed Auguſtenſis epiſcopus fuit* S.

B Gratus, *atque Auguſtæ Prætoriæ præcipuè colitur. An verò ſub Carolo Magno floruerit, examinabitur inferiùs. Hactenus de cultu Sancti.*

beneficia aliqua recentiora.

6 *Jam vero quod ſpectat ad miracula, & beneficia ipſius patrocinio impetrata, plura de iis generatim aſſerta ſunt, quàm ſingulatim relata aut minutim expoſita. Attamen præter unum prodigium, quod elogio dando inſertum eſt, alia quædam recentiora referuntur in Vita Italica, ex qua compendio ea huc transfero. Anno* 1542 *graviſſimum in valle Auguſtana, & maximè circa pagum* Briſogne, (*Italicè* Breſſognia *ab auctore vocatur*) *ortum eſt incendium, quod toto octiduo continuatum, omnia in montibus abſumpturum videbatur, accurrentibus fruſtra populis ad exſtinguendum ignem latè vagantem. Tandem clerus eò ſupplicabundus proceſſit cum reliquiis* S. Grati, *& mox, mirantibus omnibus, exſtinctum eſt incendium. Alio anno, qui non exprimitur, in provincia Tarantaſienſi noxiæ beſtiolæ omnia ſic depaſcebant aut corrumpebant, ut ſimul ſpem meſſis abſumerent. Recurrendum eſſe ad opem divinam crediderunt, atque aliqui*

C *venerunt ad canonicos cathedralis Auguſtenſis, eoſque flagitârunt aquam per reliquias* S. Grati *conſecratam. Eâ obtentâ agros conſperſerunt; & ſic omnia mox revireſcere cœperunt, ut meſſis eo anno fuerit copioſa. Anno* 1564 *circa finem menſis Maii in feſto ſanctiſſimæ Trinitatis, quod eo anno erat* XXVIII *Maii, tanta in agro Auguſtenſi deciderat nivis copia, ut meſſem corruptam eo anno & perditam crederent, penuriamque timerent. Inſtitutæ igitur ſolemnes ſupplicationes, & circumlatæ ea de cauſa reliquiæ* S. Grati, *cujus patrocinio attribuerunt, quòd meſſem habuerint ſatis abundantem. Plura nominatim non narrat auctor beneficia, aſſerit tamen alia multa facta, ac ſuo tempore continuata eſſe, ſed ea brevitatis causâ ſe omittere.*

Acta S. Grati fabuloſa ſunt,

7 *Conſcripta fuiſſe Acta quædam* S. Grati *ſeculo forſan* XIV *aut* XV, *certum eſt. At non minùs quoque conſtat, ea tam eſſe fabuloſa, ut vix intelligatur, quidnam ex iis Actis pro vero haberi poſſit. Baronius in Annotatis ad Martyrologium Romanum die* XXIX *Auguſti obſervat, in Actis illis narrari inventionem quamdam capitis S. Joannis Baptiſtæ, ſed eam* nullo *fulciri* teſtimonio veritatis. *Philippus Ferrarius in Catalogo*

Sanctorum Italiæ ad diem VII *Septembris Actorum illorum dat compendium, ſed in Annotatis obſervat,* quædam ab auctore illius Vitæ admixta *eſſe* à veritate prorſus aliena, *atque ex iis nonnulla aſſignat. Ughellus quoque tom.* 4 *Italiæ Sacræ col.* 1098 *in elogio* S. Grati, *ex Actis contracto,* præpoſtera *vocat* Acta. *Demum Papebrochius noſter tom.* 4 *Junii, agens de reliquiis S. Joannis Baptiſtæ, pag.* 761 *Vitam* S. Grati *dicit meriſſimam eſſe fabulam, idque probat pag.* 762, *poſtquam illius partem præcipuam ex Ms. recitaverat. Quare actum agam, ſi operosè probare velim Vitam illam* S. Grati *fide indignam eſſe.* AUCTORE J. S.

tri & Vita Italica: edendum tamen Actorum compendium.

8 *Ex hiſce Actis fabuloſis ſeculo* XVII *alia prodiit Vita impreſſa, quam ex Gallico ſermone Italicam factam per D. Joannem Ludovicum Marcoaldo di Moncalieri, habet titulus Italicus, in quo item dicitur deſumpta ex Legendario eccleſiæ cathedralis Auguſtenſis, id eſt, ex Actis Ms. jam memoratis. Auctor hujus Vitæ impreſſæ liberaliter adoptavit, ac ſuis verbis paullo prolixiùs expoſuit fabulas in Vita Ms. inventas, quæ invicem ſubinde repugnant, nec ſeriam* E *merentur refutationem. Hac de cauſa ſatis mihi erit, dare Actorum illorum compendium ex Ferrario, atque in Annotatis ad iſtud breviter obſervare, quàm fabuloſa ſint omnia ferè in Actis relata. Porrò ob profligatam hanc Actorum fidem ætas* S. Grati *dubia fit & incerta; neque enim ex fabulis aliquid certi de ætate Sancti aut probari poteſt aut ſtatui. Examinandum igitur videtur, quid ſcriptores de ætate* S. Grati *dixerint, quidque probabiliùs dici poſſit ac debeat.*

§ II. Ætas S. Grati inveſtigatur.

Plerique volunt S. Gratum floruiſſe ſeculo 8 & 9:

P *Lerique ſcriptores pro figenda Sancti epocha reſpexerunt ad ſeculum* VIII *&* IX: *neque obſcura eſt hujus opinionis ratio, cùm in Actis fabuloſis* S. Gratus *jungatur cum Carolo Magno, quem ſeculis* VIII *&* IX *floruiſſe conſtat. Ad Leonem III, quem Ferrarius in compendio ſuo Pontificem* S. Grato *jungit, aliqui etiam haud dubiè attenderunt, ut liquet ex ſtatuta per eos epocha* S. Grati. *Sammarthani quidem tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 228 *in catalogo epiſcoporum Auguſtenſium* S. Gratum *ponunt ſub finem ſeculi* VIII *& initium* IX, *cùm velint S. Jucundum eidem ſucceſſiſſe circa annum* 810. *Iidem alium deinde recenſent Gratum II circa annum* 880, *& alium Jucundum I ſub finem ſeculi* V *& initium* VI. *Non inficior fieri potuiſſe, ut inter priores Auguſtenſis eccleſiæ antiſtites fuerint duo* Grati *nomine, ac duo itidem* Jucundi: *attamen id adeo non video probatum, ut potiùs exiſtimem, utrumque ex ſolo errore chronotaxis fuiſſe geminatum. Ughellus jam antè laudatus Jucundos eodem modo geminat: ſed unicum ponit* S. Gratum, *circa annum* 810, *ut exiſtimat, defunctum. Caſtellanus item in margine pro anno emortuali notavit,* circa 810. *In Martyrologio Pariſienſi notatum invenio,* Poſt annum DCCCXIV. *Franciſcus Auguſtinus ab eccleſia* S. Grati *epiſcopatum extendit ab anno* 770 *uſque ad* 790; *ita ut hic etiam* Gratum *faciat ſynchronum Carolo Magno tum regi, non item Leoni Papæ III.*

aliàs tamen creditur vixiſſe ſeculo V, *& epiſcopus factus*

10 *Verùm ab hiſce omnibus longè diſſidet Carolus Novarienſis epiſcopus in Novaria antè laudata*

AUCTORE J. S. *data pag.* 20, *ubi de* S. Grato *aut* Grado *ita ſcribit :* Nunc eſſe puto presbyterum, qui pro epiſcopo ſuo ſubſcripſit epiſtolæ Synodali Euſebii archiepiſcopi Mediolanenſis, ad Leonem Pontificem, inter cujus epiſtolas ea leguntur. Quæ ſubſcriptio ita ſe habet : "Ego Gradus „ presbyter directus ab epiſcopo meo Euſtaſio „ eccleſiæ Auguſtanæ, vice ipſius in omnia ſu„ praſcripta conſenſi & ſubſcripſi, anathema di„ cens iis, qui de Incarnationis Dominicæ ſa„ cramento impia ſenſerunt„. Eo magis hoc mihi perſuaſum eſt, quòd hujus ſancti epiſcopi (Grati) lego fuiſſe diſcipulum Jocundum. Epiſcopum autem Auguſtanum ejus nominis video ſubſcriptum tertiæ, & quartæ ſynodo Romanæ, ſub Symmacho Papa celebratæ. Qui Pontifex à Leonis tempore ita diſtat, ut, qui ſub Leone diſcipulus fuit, facilè potuerit epiſcopus eſſe ſub Symmacho. *Hæc opinio ætatem* S. Grati *reducit ad ſeculum* v, *facitque ut Sancti epiſcopatus extendi debeat inter medium & finem dicti ſeculi. Tanto autem apparet probabilior, quanto magis vitioſa ac fabuloſa ſunt* S. Grati *Acta, quæ ſola præ oculis habuerunt contrariæ ſententiæ patroni. Verùm lubet argumentum illuſtriſſimi antiſtitis paulo latiùs explicare.*

B

poſtquam anno 451 in concilio Mediolanenſi pro epiſcopo ſuo fuerat :

11 *Epiſtola Euſebii Mediolanenſis, cui* Gradus *aut* Gratus *presbyter pro epiſcopo ſuo ſubſcrifit, data eſt ad S. Leonem Papam in concilio provinciali Mediolanenſi, rectéque à Baronio innectitur anno* 451, *licèt Labbeus tom.* 3 *Conciliorum col.* 1334 *ad marginem notaverit annum* 452, *atque annus ille ab aliis quibuſdam ſit adoptatus. Etenim ſynodus illa congregata eſt, quando habenda erat ſynodus Chalcedonenſis, ſeu poſtquam S. Abundius Comenſis epiſcopus, qui legatus Pontificius miſſus fuerat Conſtantinopolim, inde erat reverſus cum tribus legationis ſociis ; non verò poſt celebratum concilium Chalcedonenſe, ut alii videntur credidiſſe. Videri poteſt Baronius ad annum* 451. *Nam ad propoſitum meum parum intereſt, annóne* 451, *an* 452 *habita ſit ſynodus Mediolanenſis. Id ſolùm obſervo, epiſcopum Euſtaſium, pro quo* Gradus *concilio interfuit, veriſimiliter infirmum fuiſſe aut ſenio fractum, ita ut veriſimile ſiat,* Gradum *aut* Gratum, *qui vices epiſcopi ſui in concilio egit, non diu poſt eidem in epiſcopatum ſucceſſiſſe ; præſertim cùm Jucundus, qui ſecundum traditionem Auguſtenſium* Grati *fuit diſcipulus, probabilitatem hujus opinionis notabiliter augeat.*

C

huic ſententiæ favet epiſcopatus Jucundi, qui certò ſedit anno 501.

12 *Quippe nullum eſt dubium, quin Jucundus eccleſiæ Auguſtenſi præfuerit ineunte ſeculo* VI, *cum legatur ſubſcriptus tertiæ & quartæ Synodo Romanæ ſub Symmacho, ut videri poteſt apud Labbeum tom.* 4 *col.* 1327 *&* 1338. *Prior autem ex his ſynodis habita eſt anno* 501, *altera anno* 502. *Quamdiu tunc ſediſſet Jucundus, dici nequit : at ſive paucis annis ſediſſet ſive multis, inter Euſtaſium anno* 451 *adhuc viventem, & Jucundum anno* 501 *ſedentem,* Grati *epiſcopatui intervallum reperitur idoneum, quod facilè ab ipſo impleri potuit, quodque à nullo alio impletum fuiſſe ſcitur. Hæc igitur opinio admodùm apparet probabilis : ſi autem æquè eſt vera, neceſſe non erit duos Jucundos aut duos Gratos recenſere inter antiſtites Auguſtenſes. Præterea in hac ſententia utcumque perſpicitur, unde biographus occaſionem ſumpſerit ſcribendi fabulas pleraſque Vitæ inſertas, videlicet de invento capite S. Joannis Baptiſtæ, de concilio Chalcedonenſi, de Leone Papa, & legationibus* S. Grati : *nam aliqua iis temporibus contigerunt, ex quibus audaciſſimus fabulator ſomnia ſua haurire potuit. Primò caput ſancti Præcurſoris Emeſa revera inventum eſt anno* 452, *ut probat Papebrochius tom.* IV *Junii pag.* 723 : *ideoque inventio congruit aſſignatæ ætati* S. Grati. *Secundò Chalcedonenſe concilium celebratum eſt anno* 451, *quo* Gratus *noſter pro epiſcopo ſuo Mediolanenſi ſynodo, quæ illi erat prævia, interfuit : atque eodem tempore Pontifex erat S. Leo I. Hinc ille ſynodum Chalcedonenſem neſcio quam, Leonem III, ac legationes* Grati *varias exſculpere potuit, magnâ quidem imperitiâ parique audacia, ſed non magis ineptè, quàm alia quædam conficta videbimus in Annotatis.*

D

Non interfuit S Gratus tranſlationi corporis S. Mauritii ;

13 *Quæ in dando elogio num.* 2 *dicuntur de reliquiis SS. Mauritii & ſociorum martyrum per S. Theodulum Sedunenſem epiſcopum &* S. Gratum *Auguſtenſem in monaſterio Agaunenſi depoſitis, non ſatis certa videntur, ad ætatem* S. Grati *ex eo facto definiendam : nec certa ætatis* S. Grati *epocha colligi inde poſſet, etiamſi certum eſſet,* S. Gratum *earum reliquiarum tranſlationi interfuiſſe, cum duo Theoduli aut Theodori, Sedunenſis vel potiùs tunc Octodurenſis eccleſiæ epiſcopi, dicantur Sanctorum illorum reliquias tranſtuliſſe ; nimirum S. Theodorus I Octodurenſis epiſcopus, qui floruit circa finem ſeculi* IV, *ut probatum eſt ad* XXVI *Auguſti, ubi de eo actum, & S. Theodorus II, quem circa initium ſeculi* VI *claruiſſe, oſtendi in ejus Actis, ad* XXVII *Auguſti datis. Id unum obſervo, utrumque illum Theodorum non longè abeſſe ab ætate* S. Grati *ſecundum epocham datam : nam primus medio circitèr ſeculo præceſſit ; ſecundus verò cum* Grato *vivere potuit, cùm dicatur obiiſſe circa annum* 516. *Quare videtur ſcriptor temerè attribuiſſe* S. Grato *tranſlationem, quam circa tempora ipſius peractam legerat, ſicut eidem magis ridiculè elevationem capitis S. Joannis Baptiſtæ adſcripſit. Qui tranſlationem illarum reliquiarum ad ſeculum* IX *retulerunt, reſpexerunt ad Theodorum aut Theodulum III, qui illo ſeculo floruiſſe dicitur : at nullo hactenus monumento idoneo probatum vidi, tranſlationem SS. Mauritii & ſociorum contigiſſe ſeculo* IX, *nedum præcisè anno* 880, *ut aſſerunt Sammarthani, geminum* Gratum *ſeculo* IX *idcirco ponentes, & utrique cum Theodulo Sedunenſi tranſlationem Thebæorum martyrum malè attribuentes.*

E

ſed cum duobus aliis epiſcopis tranſtulit corpus S. Innocentii ;

14 *Porrò quemadmodum non exiſtimo,* S. Gratum *adfuiſſe tranſlationi ſanctorum Mauritii & ſociorum ad eccleſiam Agaunenſem, quia id in monumento idoneo non reperio ; ita facilè admiſero, Sanctum interfuiſſe tranſlationi unius ex martyribus legionis Thebææ, nam id Acta illorum teſtantur. Quippe Acta SS. Mauritii & ſociorum, edita à Petro Stevartio, cap.* XI *ita habent :* Neque hoc omittendum eſt, quòd poſt longum temporis tractum B. Innocentii martyris membra Rhodanus revelavit... Prolatas namque reliquias leniter lambens, non ideo à ſinu terræ protulit, ut in gurgitis ſui procellam demergeret : ſed ob glorioſam devotionem, quaſi intra ambitum baſilicæ ceteris martyribus ſepulturâ præciperet ſociari. Cujus tranſlationem ſanctæ recordationis Domitiano Genevenſi, & Grato Auguſtæ urbis, vel Protaſio tunc temporis illius (*eccleſiæ Octodurenſis*) epiſcopo celebratam recolentes, quotidiana devotione & laudibus frequentamus. *Hæc Acta non quidem ſunt S. Eucherii Lugdunenſis, cujus Opuſculum deinde edidit Chiffletius in Paulino*

F

A *lino illuſtrato : ſunt tamen ſcriptoris ſatis antiqui, & veriſimiliter ſeculi* VI. *At cùm examen Actorum S. Mauritii accuratè inſtitui debeat ad* XXII *Septembris ; hîc dicere ſufficiet, nullam eſſe rationem, cur dubitemus de inventione & tranſlatione S. Innocentii hîc data : neque etiam prudenter dubitari poſſe, quin* S. Gratus, *de quo agimus, illi tranſlationi adfuerit.*

hæc autem tranſlatio videtur contigiſſe

15 *Si igitur tempus hujuſce tranſlationis aſſignari poſſit, ratione veriſimillima dici poterit, quo ferè tempore vixerit* S. Gratus. *Tempus autem dictæ tranſlationis utcumque innuunt gemina S. Mauritii Acta, inter ſe collata. Nam antiquiora, quæ S. Eucherius ſcripſit ante medium ſeculi* V., *de memorata tranſlatione tacent : indeque colligitur eam contigiſſe poſt ſcripta Acta, ideoque non eſſe factam diu ante medium ſeculi* V. *Si autem non eſt facta diu ante medium ſeculi* V ; *etiam contigiſſe debuit poſt medium ſeculi* V, *cùm circa medium illius ſeculi Euſtaſius eſſet epiſcopus Auguſtenſis; inventio verò & tranſlatio facta ſit, quando* Gratus *eccleſiæ Auguſtenſi præſidebat. Jam verò ex alteris S. Mauritii Actis oſtendam, tranſlationem illam non contigiſſe poſt ſeculum* V. *Auctor illorum cap.* XI *narrat inventionem & tranſlationem jam memoratam S. Innocentii, cui* S. Gratus *adfuit. Deinde cap.* 12 *ſic agit de inſtaurata Agaunenſi eccleſia per Ambroſium abbatem, ut ſatis inſinuet, hanc eccleſiæ inſtaurationem ſeriùs contigiſſe. Rurſum cap.* 13 *refert perpetuam pſalmorum hymnorumque decantationem ibi inſtitutam eſſe à S. Sigiſmundo Burgundionum rege, ibique finem Actis imponit, inſinuans poſtremum id eſſe factum.*

inter medium & finem ſeculi 5, *adeoque Gratus eo tempore ſedi ſſe.*

16 *At dicta inſtauratio eccleſiæ Agaunenſis per Sigiſmundum & Ambroſium abbatem facta eſt circa annum* 516, *ut probatum eſt in S. Theodoro II Octodurenſi ad* XXVII *Auguſti. Quare tranſlatio S. Innocentii videtur omnino contigiſſe ante annum* 516, *& ulteriùs ante finem ſeculi* V. *Alii enim epiſcopi circa annum* 516 *præerant tam Octodurenſi quàm Genevenſi eccleſiæ, quàm nominentur in dicta tranſlatione. Rurſum prioribus annis ſeculi* VI *Auguſtenſi eccleſiæ non præerat* Gratus, *ſed Jucundus ipſius diſcipulus paſſim habitus. Quare reſpiciendum neceſſariò videtur ad ſeculum* V : *nam inter medium & finem ſeculi* V, *ſeu inter annum* 452 *&* 500 *omnes epiſcopi, qui præſentes fuêre tranſlationi, ſedere potuerunt, cùm nec Octodurenſis, nec Genevenſis nec demum Auguſtenſis epiſcopatus illo tempore per alios epiſcopos occupatus fuiſſe dicatur. Hæ rationes ejuſmodi apparent, ut hominem prudentem ad aſſenſum movere poſſint, atque ea de cauſa exiſtimo S. Innocentii corpus inventum eſſe inter medium & finem ſeculi* V, *certè donec aliquid certius afferatur : & conſequenter* S. Grati *epiſcopatum inchoandum puto poſt annum* 551 *anno aliquo incerto, & producendum uſque ad finem ferè ſeculi* V, *cum tanta tamen latitudine ut viginti & pluribus annis ante annum* 500 *mortuus eſſe poſſit, Jucundusque ejus diſcipulus ſedi ſſe.*

* * * * * *
* * * * *
* * * *
* * *
* *
*

AUCTORE J. S.

§ III. Refutatur opinio aliorum de tempore tranſlationis S. Innocentii & de ætate S. Grati.

Tillemontius credit corpus S. Innocentii circa medium ſeculi 7 tranſlatum.

VErumtamen ſententiæ modò expoſitæ de tranſlato corpore S. Innocentii ſeculo V *poſt medium, repugnantem invenio Tillemontium tom.* 4 *Monum. eccl. in S. Mauritio, & præcipuè notâ* 1 *in Mauritium, ubi tranſlationem S. Innocentii refert ad medium ferè ſeculum* VII ; *indeque ulteriùs colligit, Acta S. Mauritii, ex qua illam tranſlationem recitavi, ſcripta tantùm eſſe ſub finem ejuſdem ſeculi. Enimvero gravis ſit oportet Tillemontii ratio, ut perſuadeat tranſlationem Innocentii, de qua loquitur auctor cap.* XI, *centum & triginta, ut minimùm, annis poſteriorem eſſe iis, quæ cap.* 12 *&* 13 *de Ambroſio abbate & Sigiſmundo rege referuntur tamquam non diu admodùm præterita. Audiamus, quid dicat de Ambroſio :* Sed nunc (*eccleſia Agaunenſis*) jubente præclaro meritis Ambroſio, loci illius abbate, denuò ædificata, biclivis eſſe dignoſcitur. *Itáne loqueretur ſcriptor, cujus elegantiam laudat Tillemontius, ſi eccleſiæ Agaunenſis inſtauratio contigiſſet centum & octoginta ferè annis, antequam ſcriberet ? Nihilo magis tantum temporis intervallum innuunt, quæ cap.* 13 *de Sigiſmundo rege dicit, & quibus Opuſculum ſuum concludit. Quapropter non dubito, quin auctor ille pluſquam toto ſeculo citiùs ſcripſerit : nam haud dubiè tranſlationem S. Innocentii ultimo loco narrâſſet, ſi hæc contigiſſet eodem, quo ſcribebat, ſeculo, & centum ac triginta annis poſt Ambroſium & Sigiſmundum.*

quia Protaſius epiſcopus interfuit circa illud tempus concilio Cabilonenſi : at nec certò

18 *Unica verò Tillemontii ratio huc reducitur. Interfuit prædicta tranſlationi Protaſius, epiſcopus* illius, *eccleſiæ nimirum* Sedunenſis, (*aut potiùs* Octodurenſis, *unde epiſcopatus Sedunum tranſlatus dicitur.*) *Hic, inquit, Protaſius circa annum* 644 *interfuit concilio Cabilonenſi. Tranſlatio igitur figenda circa medium ſeculi* VII, *credendumque tunc etiam floruiſſe* Gratum *Auguſtenſem & Domitianum Genevenſem, qui ſimul tranſlationi adfuerunt. Reſpondeo primò valdè incertum eſſe, an Protaſius, qui concilio Cabilonenſi interfuit, epiſcopus fuerit Sedunenſis, an verò Senecenſis : nam Senecenſium antiſtitum catalogo fuit olim inſertus, indeque ſolùm ejectus per Sammarthanos ob concilium, quo de agitur. Attamen hoc concilium non tam clarè favet cauſæ Sedunenſium, ut res non maneat dubia. Colligo id ex Annotatis Labbei ad concilium Cabilonenſe, quod ponit circa annum* 650, *tom.* 6 *col.* 393. *Notat ibi ſubſcriptiones ſe dare ex ſolo codice Bellovacenſi, in quo erat* Protaſius Sedunenſis ; *in vulgatis verò fuiſſe* Sentienſis, *Quis modò dicat, utra melior ſit lectio ? Neque enim illorum, qui Concilia ediderunt, opinio nos ea de re ſecuros reddere poteſt, cùm Senecenſis epiſcopus æquè adeſſe potuerit concilio Cabilonenſi ac Sedunenſis, de quo ne certò quidem auſim aſſerere, eo tempore Francis fuiſſe ſubjectum. At ſupponamus, Protaſium illum certò fuiſſe epiſcopum Sedunenſem ; & videamus, an inde neceſſariò ſequatur, tranſlationem corporis S. Innocentii figendam eſſe circa medium ſeculi*

AUCTORE J. S.

culi VII, *prout vult Tillemontius, & cum eo Ruinartius in annotatis ad Appendicem Operum Gregorii Turonenſis col.* 1318.

ille fuit Sedunenſis; nec excludit alium Protaſium ſeculo 5 ponendum:

19 *Præfuit aliquis Protaſius Sedunenſi eccleſiæ circa annum* 644: *ſupponamus id omnino eſſe certum. An idcirco admittendæ ſunt omnes conſecutiones, quas formant adverſarii? An non potuit alius Protaſius eidem eccleſiæ præeſſe poſt medium ſeculi* V? *Sanè catalogus Octodurenſium ac deinde Sedunenſium epiſcoporum tam plenus non eſt ſeculo* V, *ut locus non relinquatur Protaſio inter medium & finem ſeculi* V *inſerendo. Genevenſium quoque epiſcoporum catalogus nullum exhibet antiſtitem inter medium & finem ſeculi* V, *ita ut Domitianus Genevenſis facilè eo tempore ſedere potuerit; niſi Domitianus ſit idem cum Donatiano, quem catalogus exhibet præproperè, cùm dicatur ſediſſe* tempore Godiſilli Burgundionum regis. *Certè Godigiſillus ille Burgundionum rex, & frater Gondebaudi regis, à quo occiſus eſt Viennæ circa annum* 500, *ſedem regiam Genevæ habuit vergente ad finem ſeculo* V, *ut conſtat ex Vita S. Epiphanii Ticinenſis epiſcopi, qui Godigiſillum, aliis Godigiſclum, Genevæ convenit. Cùm autem nomina* Donatianus & Domitianus *parùm differant & ſubinde confundantur, poteſt hic ille ipſe eſſe Domitianus epiſcopus, qui cum Protaſio &* Grato *tranſlationem peregit. Si cui id non placet, potuit Domitianus etiam ante Donatianum ſedere: nam locus in catalogo eſt vacuus. Tres igitur epiſcopi memorati in tranſlatione ſimul ſedere potuerunt poſt medium ſeculi* V, *quo tranſlationem ſecundum Acta figendam eſſe, antè probavi.*

minùs inveniri poſſint medio ſeculo 7 alii epiſcopi, qui in tranſlatione fuerunt:

20 *Jam verò examinemus, an circa medium ſeculi* VII, *quo non poteſt figi tranſlatio S. Innocentii, niſi ineptiſſimè locutus ſit ſcriptor Actorum, tam facilè reperiri poſſint* Gratus *Auguſtenſis & Domitianus Genevenſis cum Protaſio Sedunenſi, ut huic omnino attribuenda ſit tranſlatio. Tempore concilii Cabilonenſis Genevæ ſedebat Pappulus II, qui eidem concilio reperitur ſubſcripſiſſe. Poſt Pappulum II tot ſequuntur epiſcopi in Catalogo Genevenſium apud Sammarthanos, ut neceſſe non ſit ullum addere ad implendam partem reliquam ſeculi* VII, *totumque ſeculum octavum cum ſequentibus. Imò tot etiam recenſentur ab initio ſeculo* VI *uſque ad laudatum Pappulum epiſcopi, ut nullus videatur deeſſe. Itaque non facilè mutandus eſt ordo antiſtitum Genevenſium, cùm videantur accuratè annotati fuiſſe in antiquis codicibus, ideoque neque poſt Pappulum II temerè inſerendus eſt Domitianus aliquis, acſi interfuiſſet tranſlationi memoratæ. Nihilo magis veriſimile fit, Gratum aliquem ſediſſe in eccleſia Auguſtenſi circa medium ſeculi* VII. *Ratio hæc eſt. Conſtat, Auguſtam Prætoriam ſeculo* VI *occupatam fuiſſe à Longobardis. Ab eo autem tempore, quo Longobardi in Italiam venerunt, uſque ad annum* 788, *quo dudum facti erant Catholici, nullus in catalogo Auguſtenſium recenſetur epiſcopus. Hinc igitur probabilis oritur ſuſpicio, eccleſiam Auguſtenſem diu caruiſſe epiſcopis. Quare non ſine ratione idonea illi eccleſiæ attribuendus eſt circa medium ſeculi* VII *Gratus aliquis antiſtes, cùm ne quidem conſtet, an ullum omnino habuerit eo tempore.*

alio argumento prorſus improbatur opinio adverſariorum.

21 *Alio demum argumento placet uti, ut oſtendam opinionem Tillemontii & Ruinartii de tempore tranſlationis S. Innocentii improbabilem eſſe, & conſequenter* S. Gratum *Auguſtenſem vixiſſe ſeculo* V, *non verò* VII. *Dubitari vix poteſt, quin Acta, in quibus illa tranſlatio narratur, ſcripta ſint diu ante finem ſeculi* VI. *Rationes aliquas jam dedi num.* 17: *hîc addo alias. Primò S. Guntramnus Francorum in Burgundia rex, per presbyterum petiit reliquias S. Mauritii, eaſque obtinuit, teſte Gregorio Turonenſi lib. de Gloria martyrum cap.* 76, *ubi etiam ex ore ipſius presbyteri refert miraculum in illa tranſlatione factum. Aliud quoque miraculum ibidem narrat Gregorius. Hæc figi poſſunt circa annum* 580, *& certè contigerunt ante* 590. *Præterea anno* 602 *contigit tranſlatio SS. Victoris & Urſi, duorum è legione Thebæa martyrum, teſte Fredegario apud Ruinartium col.* 604. *Porrò credibile non eſt, ſcriptorem Actorum, ſi vixiſſet ſeculo* VII, *hæc omnia ignoraturum fuiſſe aut omiſſurum; præſertim cùm de Victore & Urſo nominatim meminerit cap.* 10 *his verbis:* Nam ex eadem legione fuiſſe dicuntur Urſus & Victor, quos Solodori paſſos fama confirmat. *Atqui tamen neque de horum tranſlatione, neque de aliis mox memoratis, vel verbum habent laudata S. Mauritii Acta. Itaque prudenter dubitare non poſſumus, quin antea fuerint ſcripta, videlicet circa medium ſeculi* VI, *prout ultima Actorum illorum capita etiam inſinuant. Atlas igitur* S. Grati, *qui in his Actis memoratur, non rectè aſſignata eſt à Ruinartio & Tillemontio, ſed figenda eſt inter medium & finem ſeculi* V. *Ignoſcat ſtudioſus lector, ſi hæc diſputatio paulo prolixior videatur: nam tanto diligentiùs hanc controverſiam tractare volui, quanto plures errores ex admiſſa adverſariorum opinione ſimul pullularent.*

APPENDIX

De ætate B. Galli, antiſtitis item Auguſtenſis.

B. Gallus epiſcopus non floruit ſeculo 9 aut XI *ſ*

IN catalogo epiſcoporum Auguſtenſium invenio memoratum Gallum, *quem* beatum *vocat Ughellus, Sammarthani* Sanctum. *Cùm verò nec diem aliquem ejus cultui aſſignatum, nec memoriam ipſius Martyrologiis inſertam reperiam, lubet hîc paucis de eo agere. Ughellus octavum recenſet inter Auguſtenſes epiſcopos circa finem ſeculi* IX *hiſce verbis:* Gallus, quem Beatum appellant, de quo nullum aliud monumentum apud Auguſtenſem eccleſiam extat, præter ipſius corpus, eodem loco, quo Grati, conditum. *Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia pag.* 327 Gallum *ad ſeculum* XI *removet, paucaque hæc de eo habet verba:* B. Gallus, qui pariter prioratum S. Urſi rexerat. *Sammarthani iis, quæ dedit Ughellus de* Gallo, *ſequentia addunt:* In monaſterio S. Urſi habet ejuſmodi epitaphium: " Hîc requieſcit in pace ſanctæ memoriæ Gallus epiſcopus, qui vixit in epiſcopatu annos 17, menſes 11, dies 20. D. P. ſub D. 3 Nonas Octobris, duodecies P. C. Paulini Junior. V. C. Indict. 10. *Ultima à* D. P. *ſic lego:* Defunctus piè ſub die III Nonas Octobris, duodecies poſt conſulatum Paulini Junioris, viri clariſſimi, Indictione X.

23 *Omnes autem characteres innuunt, hoc epitaphium vetuſtiſſimum eſſe & non diu poſt mer-*

mortem beati Antiſtitis poſitum. Tam accuratè autem mortis diem & annum exprimit, ut mirer, Sammarthanos adeo aberrare potuiſſe, ut Beatum cum Ughello pluſquam trecentis annis juniorem faciant. Etenim mortuus dicitur, III *Nonas Octobris, ſeu die* V *Octobris, & anno duodecimo poſt conſulatum Paulini Junioris, id eſt, anno* 546. *Nam Paulinus Junior anno* 534 *ultimus fuit Occidentis conſul, & anno* 535 *in Occidente ſcribebatur:* Poſt conſulatum Paulini, *ac deinde* poſt conſulatum Paulini ſecundò, tertiò, quartò *&c: Annus autem duodecimus poſt finitum annum* 534 *eſt annus* 546, *atque illo etiam anno à menſe Septembri inchoata erat Indictio* 10, *quæ exprimitur in epitaphio, ità ut omnia nitidè ſint ibidem expoſita; morſque* B. Galli *figenda ſit anno* 546, *die* V *Octobris. Epiſcopatum verò ſuſcepit anno* 528, *die* XV *Octobris, quæ Dominica tunc erat, ut ex litterâ dominicali* A *colligitur. Annum & diem aſſignatum ſuſcepti epiſcopatus facilè reperiet, qui annos* 17, *menſes* XI *& dies viginti accuratè ſubtraxerit à memorato anno & die emortuali.*

ſed ſeculo 6, defunctuſque eſt anno 546:

A

B *ordo primorum antiſtitum Auguſtenſium probabiliter aſſignatus.*

24 *Ex hiſce colligo primò, mirandum non eſſe, ſi in ætate* S. Grati *longè aberratum fuerit, cùm ætas* B. Gallo *in Catalogis attributa non minùs abſit à vera chronotaxi. Obſervo ſecundò, epiſcopos Auguſtenſes ſeculi* V *fortè omnes eſſe notos, atqui ita ordinari poſſe. Protaſius ponitur primus annò* 408, *an ſatis certò, non inquiſivi. Huic ſuccedere potuit Euſtaſius, qui uſque ad annum* 451 *& fortè diutiùs vixit. Euſtaſium ſecutus videtur* S. Gratus, *ut antè probatum. Poſt* Gratum *verò, vergente ad finem ſeculo* V *ſedere cœpit S. Jucundus; atque hic facilè ſupereſſe potuit uſque ad annum* 528, *quo epiſcopus factus eſt* B. Gallus, *anno* 546 *defunctus. Vix dubito, quin alius rurſum* B. Gallo *fuerit ſuffectus, ſed is mihi hactenus ignotus, niſi forſan ſit Hugo, qui poſt* Gallum *in Catalogis ponitur multo ſeriùs, ſed ſine ulla temporis nota. At plura de iis non examino; ſed ſubjungo ex Ferrario compendium Actorum, quòd plerique ſcriptores ex iis elogia ſua formârint, licèt aliàs plura contineant fabuloſa quàm vera.*

C

ACTORUM

FABULOSORUM COMPENDIUM

Ex Ferrarii Catalogo Sanctorum Italiæ.

Varia fabuloſa de natalibus & prioribus geſtis Sancti:

GRatus natione Græcus, Lacedæmone illuſtri genere natus, Athenis liberalibus diſciplinis optimiſque moribus excultus, cùm adoleſcens contemplationis ac rerum divinarum cognitionis deſiderio teneretur, Epheſum *a* profectus, ibi monaſticum habitum induit. Ubi brevì ad eam regularis obſervantiæ & doctrinæ perfectionem pervenit, ut cæteros humilitate, obedientiâ, modeſtiâ, gravitate, continentiâ, ſcientiâ, cæteriſque virtutibus anteiret; & aliis divinas Scripturas interpretaretur. Cùm apud Chalcedonem *b* ſynodus adverſus Conſtantinum imperatorem coacta: in qua CLXXVI epiſcopi convenerant, celebraretur, affuit inter alios & Gratus; cui ob doctrinæ præſtantiam Magni cognomen inditum fuit. Quem Patres concilii ad Karolum Magnum *c* Francorum regem, & Occidentis imperatorem pro pacis Eccleſiæ reformatione legatum deſtinârunt. Peracta feliciter legatione, Romam ad Leonem III Pontificem Maximum venit: à quo benignè acceptus, numquam adduci potuit, ut Cardinalis fieret, aut alios honores acciperet. Obierat per id tempus epiſcopus Auguſtæ Prætoriæ; quod cùm Gratus, in æde S. Mariæ ad Martyres orans, viſione didiciſſet, Pontificique narrâſſet, ab eo mortuo epiſcopo ſuffectus, contradicere non eſt auſus.

a

b

c

D

geſta alia in epiſcopatu partim verâ:

2 Cùm Auguſtam veniſſet, brevì aſſiduis prædicationibus, tum publicis, tum privatis, populum variis erroribus reſperſum repurgavit, eccleſiaſticam in clero diſciplinam reſtituit, divinum cultum reformavit & auxit. Profectus ad concilia *d* nonnulla, maximæ in eis fuit autoritatis, ut Acta ipſa declarant. Reverſus ad eccleſiam ſuam; quæ illius abſentiam ægrè ferebat; ad priſtinum vineæ cultum, populum ſacris concionibus ad mandatorum cæleſtium obſervantiam erudiens, ſeque jejuniis, orationibus, vigiliis, meditationibus exercens, reduxit. B. Jucundum *e* ita moribus excoluit, & in ſacris Litteris erudivit, ut ſacris initiatus ordinibus, ac presbyter ordinatus, ſibi in epiſcopatu ſuccedere meruerit. Reliquias S. Mauritii *f* martyris & ſociorum, ſordido loco ad Rhodani fluminis ripam jacentes, divino admonitu unà cum S. Theodulo epiſcopo Sedunenſi in Agaunenſi monaſterio loco decentiore repoſuit: quarum pars aliqua Sedunum à Theodulo, pars Auguſtam ab ipſo Grato delata eſt.

d

e

f

fabuloſa inventio capitis S Joannis Baptiſtæ:

3 Cùm his temporibus caput ſanctiſſimi Præcurſoris *g* in puteo apud Sebaſtem Samariæ urbem divinitus detectum fuiſſet, & vox audita, ſolum Gratum Auguſtæ epiſcopum illud inde extracturum; mox ſummus Pontifex ab Hieroſolymorum epiſcopo certior factus, Gratum accerſit. Qui cum Jucundo Romam profectus (campanis in urbium ingreſſu, ut ferunt, ſponte ſonantibus; quod & Ptolemaïde factum traditur) navi conſcenſa, in Palæſtinam, tempeſtate ſæviſſima ſuis orationibus mirabiliter ſedata, pervenit: cúmque ad puteum acceſſiſſet, & ſacrum caput coruſcans adſpexiſſet, illud (mirabile dictu) ſtatim de putei profundo in manus Grati proſiliit. Quod cùm ſummo Pontifici detuliſſet, mentum *h* ab eo à capite avulſum dono accepit, quod in Auguſtenſi eccleſia maximo totius populi & cleri jubilo collocavit.

g

F

h

mors Sancti & miracula.

4 Denique ſanctus Epiſcopus, annis & piis laboribus confectus, VII Idus Septembris obdormivit in Domino, ante & poſt mortem miraculis clarus. Ex quibus unum libet referre. Cùm Bona *i* Sabaudiæ comitiſſa dentem S. Grati anno DCC circitèr ab illius obitu ægrè obtinuiſſet; dum evelleretur, illud ſanè poſt tanti temporis ſpatium planè mirandum accidit, quòd ſanguinis recentis guttæ ex loco dentis avulſi ſtillare viſæ ſunt, & quod admirationem auxit, abeunte comitiſſa, tantus fragor in æthere, tot tonitrua & fulmina, tot nimbi & procellæ cœpêre, ut urbem mox ruituram cives metuentes, poſt comitiſſam feſtinantes, ab ea precibus dentem recuperârint: ſtatimque aer & cœlum ſerenum rediit.

i

A

ANNOTATA.

a *Nomen* Gratus, *aut forsan* Gradus, *nullo modo favet iis, quæ de patria Sancti dicuntur, aut de monastica vita Ephesi instituta. Quapropter non crediderim fuisse Græcum natione, aut Lacædemonium patriâ; sed Italum fuisse magis conjicio. Quod dicitur de studiis peractis Athenis, aquè ineptum est, cùm Athenæ non ampliùs florerent seculo* v. *Omnia igitur ista planè commentitia videntur.*

b *Ineptissima sunt, quæ de concilio Chalcedonensi commentus est biographus. Unica fuit synodus Chalcedonensis, congregata tempore S. Leonis Papæ, & Marciani imperatoris, nimirum anno* 451, *non adversus Constantinum imperatorem, sed contra hæreses Nestorii & Eutychetis; eaque œcumenica fuit, ac longè numerosior, quàm hîc dicitur.*

c *Quæ de legatione* S. Grati *ad Carolum Magnum & ad Leonem Papam III dicuntur, ejusdem cum præcedentibus sunt farinæ. Neque ad*

B *personas istas attendendum est pro figenda epocha vitæ* S. Grati. *Si enim ridiculus horum Actorum scriptor Carolum Magnum & Leonem III potuit conjungere cum Chalcedonensi concilio, eos pari temeritate cum* S. Grato *jungere potuit. Delenda igitur etiam sequentia, quæ de oblata dignitate Cardinalitia, & de visione* S. Grati *conficta sunt.*

d *Uni concilio Mediolanensi anno* 451 *pro episcopo suo interfuit* Gratus *presbyter, quem credimus hunc eumdem esse Sanctum, ut videri potest in Commentario* § 2. *Occurrit quidem nomen* Gratus *in aliorum quoque conciliorum subscriptionibus; sed fuerunt alii synonymi, qui illis interfuerunt conciliis.* D

e *S. Jucundus colitur* 30 *Decembris. Habeo Vitam ejus Ms., sed ea quoque est recentioris calami. Laudatur in illa* S. Gratus, *ut S. Jucundi magister, sanctitate ac doctrinâ conspicuus. Porrò Jucundum præfuisse Augustensi ecclesiæ circa initium seculi* 6, *ostendi in Commentario* § 2.

f *Hæc item non videntur errore carere; sed jam correcta sunt in Commentario num.* 13 *& seqq., ubi etiam de S. Theodulo Sedunensi dictum.*

g *Aliquam capitis S. Joannis Baptistæ inventionem contigisse anno* 452, *quo videtur vixisse* S. Gratus, *observavi in Commentario num.* 12. *Verùm quæ hîc de illa capitis inventione dicuntur, planè fabulosa sunt, & jam refutata tom.* 4 *Junii pag.* 761.

h *An mentum istud, quod ut mentum S. Joannis Baptistæ servatur in ecclesia Augustensi, illius revera sit Sancti, non inquiro.*

i *Papebrochius tom.* 4 *Junii pag.* 762 *intelligit hîc Bonam Bituricensem, quæ, non uxor,* E *ut festinanter dixit, sed mater fuit Amedæi VIII & uxor Amedæi VII. Verùm in Vita Italica dentem Sancti petisse dicitur Bona Borbonica, quæ nupta fuit Amedæo VI post medium seculi* 14, *quæque post mortem Amedæi VII administrationem Sabaudiæ obtinuit, dum minorennis erat Amedæus VIII. Vide Guichenonum in Historia genealogica domus regiæ Sabaudicæ cap.* 25. *Quod res contigisse dicatur* 700 *fere annis post mortem Sancti, nullam meretur attentionem, quia biographus non curavit de recta chronotaxi.*

DE SANCTO FACIOLO

IN CENOMANENSI ET PICTAVIENSI PROVINCIA CULTO.

J. S.

C

Ex Castellano.

F

Castellanus in Martyrologio universali inter Sanctos Galliæ primo loco recenset Faciolum, *sic de eo scribens Gallicè, ut verba ejus reddo Latinè:* Eodem die S. Facioli (*Gallicè* Facile,) qui colitur ut martyr Luciaci in provincia Cenomanensi, ibique est patronus; ut confessor colitur in quodam prioratu provinciæ Pictavensis, ubi nominatur (*Gallicè*) S. Faziou. *Posset quis dubitare, an diversi non sint Sancti: at mihi monumenta non sunt, quibus aliquid prædictis tutò addere possim.*

DE

A D

DE S. CARISSIMA VIRGINE,

QUÆ COLITUR ALBIGÆ IN OCCITANIA

SYLLOGE

J. S.

De cultu & geſtis.

SEC. VI, UT FERTUR. *Memoria & cultus Sanctæ, cujus quædam exſtant Acta:*

Noviſſimi martyrologi Galli hodie memorant S. Cariſſimam *virginem ab aliis omiſſam, diuturno tamen & ſatis vetuſto cultu illuſtrem. Caſtellanus in Martyrologio univerſali de ea ſic habet:* In diœceſi Albigenſi S. Cariſſimæ (*Gallicè* Carême) virginis. *Martyrologium Pariſienſe:* In territorio Albigenſi, ſanctæ Cariſſimæ virginis, cujus corpus Albigæ in majori ſanctæ Cæciliæ baſilica religioſè colitur. *Simon de Peyronet in Catalogo Sanctorum ac Sanctarum* S. Cariſſimæ *cultum magis aſſerit, de ea in Annotatis ad vocem* Carême, *Latinè* Chariſſima, *ita ſcribens:* Cujus ſacra memoria celebris eſt in agro Albienſi VII Septembris, qua die colitur in eccleſia ac diœceſi Albienſi ſub ritu ſemiduplici, ut liquet ex ejuſdem diœceſis Kalendario, ac antiquo venerabilis capituli S. Cæciliæ Lectionario, ubi ejus Vitam Ms. legimus, quam à B. Sulpitio Bituricenſi primate litteris exaratam, ibidem diximus. Porrò hæc Sancta vernaculâ linguâ SAINTE CAREME, al. CARESME apud Albienſes audit: ſub qua nuncupatione eccleſiam habet ſibi dicatam in eadem diœceſi Albienſi, Papyrio Maſſono, vulgò SAINTE CHRESME: tantæque Cælitis veneranda pignora nonnulla aſſervantur Albiæ in cathedratico ejuſdem S. Cæciliæ templo. *Hactenus laudatus ſcriptor, cujus teſtimonio cultus Sanctæ ſatis probatus eſt: at quædam ipſius dicta magis examinanda ſunt aut elucidanda.*

B

C

at hæc non eſſe probatæ fidei, exiſtimant ſcriptores Hiſtoriæ Occitaniæ,

2 *Primò leviter potiùs aſſertum, quàm firmum aut probabile videtur, quod dicitur de Vita* S. Cariſſimæ *per S. Sulpitium epiſcopum Bituricenſem ſcripta. Certè ſcriptores nuperrimi Hiſtoriæ Occitaniæ non tam favorabile de illa Vita tulêre judicium, ut mox patebit. Fuerunt inter antiſtites Bituricenſes duo Sulpitii, ambo Sancti, alter vergente ad finem ſeculo* VI, *alter ſeculo* VII *ante medium. Quare ſi alteruter ſcripſiſſet Acta* S. Cariſſimæ, *auctorem hæc haberent ſupparem, cùm mors Sanctæ figatur ſub initium ſeculi* VI, *& ſic tutò figi poſſet, ſi Acta pro bonis admitterentur. Verùm Claudius de Vic & Joſephus Vaiſſete in ſcripta nuperrimè Hiſtoria Occitaniæ tom.* 1 *pag.* 662 *&* 663 *de Actis* S. Cariſſimæ *inſertis Breviario Albienſi diſſerunt, creduntque ſcripta ſaltem non eſſe niſi poſt ſeculum* XI. *Ipſa illorum verba huc transferre placet, quia Albienſe Breviarium mihi ad manum non eſt. Dato Actorum compendio, quod infrà recitabo, hæc Gallicè ſubdunt:* Talis eſt Legenda S. Cariſſimæ. At ſi S. Eugenius (*Carthaginenſis epiſcopus*) non fundavit monaſterium Viancienſe *, ut apparet, Acta illa, quæ certò non congruunt ſimplicitati ſeculi VI inchoati, parum habebunt auctoritatis. Quin manifeſtum eſt ex nomine Hugolini Caſtri-veteris *, qui ad nuptias cum S. Cariſſima contrahendas deſtinatus fuiſſe aſſeritur (*in illis Actis,*) poſteriora hæc eſſe ſeculo XI, quo nomina propria familiarum in uſu eſſe cœperunt.

* Vieux

* de Chateau vieux

ex qua illorum recitatur compendium

E

3 *Tam hæc quam alia verba laudatorum ſcriptorum, qui aiunt, Acta illa non eſſe talia, ut ex iis diſcere poſſimus geſta* S. Cariſſimæ, *mihi perſuaſerunt ſuperſedendum eſſe labori, quo Acta impetrare potuiſſem. Itaque illorum compendium ex iiſdem ſcriptoribus huc transfero. Habent ea, inquiunt, Sanctam eſſe natam Albigæ parentibus nobilibus, patre Aſpaſio, matre Helena; votum virginitatis ab ea nuncupatum, inſpirante ſancto Spiritu, ortaque inde contra ipſam perſecutione parentum, quòd eam nubere vellent Hugolino Caſtri-veteris, Sanctam ductu angeli fugiſſe in ſilvam quampiam, ubi toto triennio tam latuerit abſcondita, ut locus nemini eſſet cognitus, præterquam ipſius nutrici, quæ per intervalla temporis panem hordeaceum ei in cibum attulerit. Addunt, filiam iſtius nutricis à Sancta fuiſſe reſuſcitatam; cúmque timeret, ne eo miraculo innoteſceret, ipſam tranſmiſiſſe Tarnem * fluvium, obſiſtentibus nequidquam dæmonibus; poſt multas verò vagationes per loca deſerta & ſilveſtria, inventum ab ea divinitus S. Eugenium Carthaginenſem epiſcopum, ibidem exſulantem; hoſce Sanctos tunc ſimul inſtituiſſe iter ac veniſſe prope fluviolum* Veram *, ubi S. Eugenius monaſterium ædificare cœperat: poſt annos demum ſeptem apud S. Eugenium tranſactos, mortem ſuam* S. Cariſſimæ *fuiſſe revelatam, ab eaque de illa inſtante monitum S. Eugenium, qui ipſam defunctam in monaſterio ſuo ſepeliverit.*

* Tarn

* Vere

F

monaſterium Viancienſe non videtur conditum à S. Eugenio Carthaginenſi:

4 *Ex hoc compendio ſatis liquet, Actis parum aut nihil fidei tutò adhiberi poſſe. Quod verò ſpectat ad monaſterium, quod S. Eugenius in agro Albienſi condidiſſe dicitur, ſitum illud erat in vico Viancio ad amnem* Veram, *diſtabatque quatuor ferè milliaribus Gallicis ab urbe Albiga, inquiunt ſcriptores Hiſtoriæ Occitaniæ tom.* 1 *pag.* 239: *at non audent illi aſſerere S. Eugenium fuiſſe monaſterii illius fundatorem. Interim in illo loco erat ſepulcrum S. Amarandi martyris, de quo agendum erit ad* VII *Novembris. S. Gregorius Turonenſis lib.* 1 *de Gloria martyrum cap.* 58 *teſtatur quidem, S. Eugenium aliquando orâſſe apud ſepulcrum S. Amarandi, ibique tunc defunctum fuiſſe ac ſepultum: at minimè inſinuat, Sanctum illum ibidem habitâſſe, nedum monaſterium conſtruxiſſe. Multum igitur de ſeveritate criſis ſuæ remiſit Tillemontius tom.* 16 *in S. Eugenio Carthaginenſi art.* 48, *quando ex ſolo Breviario Albigenſi conſtructionem illius monaſterii cum Ruinartio attribuit S. Eugenio; præſertim cùm Gregorius non modò ſileat de habitatione*

AUCTORE J. S.

tione S. Eugenii in vico Viancio & de monasterii constructione, sed simul innuat Eugenium in urbe Albiensi habitâsse tempore exsilii sui, & solùm dicat eumdem venisse ad sepulcrum S. Amarandi, postquam de instanti sua morte & de sepultura apud S. Amarandum divina revelatione erat edoctus. Quapropter longè probabilius est, ut jam ostenderunt scriptores Historiæ Occitaniæ tom. 1 *pag.* 662, *seu notâ* 61, *monasterium* Viancium *non esse conditum à S. Eugenio, sed solùm fuisse exstructum post tempora S. Gregorii Turonensis.*

nec certum videtur apud Eugenium habitâsse Sanctam:

5 *Hinc etiam incertum est, an* S. Carissima *contemporanea fuerit S. Eugenii: nam de tempore ipsius emortuali aliunde non constat. Nulla tamen alia de causa, opinor, mors ejus apud Castellanum figitur seculo* VI, *& in Martyrologio Parisiensi circa annum* 504, *quàm quòd cum S. Eugenio vixisse dicatur, & ante ipsum obiisse. Si hoc tam certum esset, quàm videatur incertum, utcumque suspicarer,* S. Carissimam *fuisse Africanam, & cum S. Eugenio in Galliam venisse, quia* Carissimum *aliquem invenio*
B *inter martyres Africanos, ad* III *Martii datos; & Carissimum alterum inter episcopos Africanos apud Ruinartium in Historia persecutionis Vandalicæ pag.* 124. *At tam hanc conjecturam quàm habitationem* S. Carissimæ *apud S. Eugenium prorsus incertam puto. Si conjecturis agendum esset, nulla mihi appareret verisimilior, quàm reclusam aut solitariam in illo tractu fuisse* Carissimam. D

sepulta dicitur in monasterio Viancio: corpus deinde Albigam translatum.

6 *Sepulta illa dicitur in monasterio Viancio, quod non negaverim. Attamen certius est, corpus Sanctæ seculo* X *quievisse in monasterio dicto, quod tunc abbatiæ titulo gaudebat: nam in instrumento seculi* X *tom.* 1 *Galliæ Christianæ recusæ col.* 48 S. Carissima *cum SS. Eugenio & Amarando nominatur, ut quiescens cum iisdem in abbatia Viancien si. Certum quoque est, corpus Sanctæ cum corporibus SS. Eugenii & Amarandi deinde ad ecclesiam cathedralem Albiensem translatum fuisse, eamque translationem celebrari* 2 *Octobris in ecclesia Albiensi. At illa translatio, si facta est per Ludovicum de Ambesia, ut asserit laudatus Ruinartius pag.* 503 *& Tillemontius in Eugenio art.* 48, *fieri non potuit anno* 1404, *ut apud Ruinartium legitur, typotheta forsan errore, quem oscitanter adoptavit Tillemontius. Scriptores Historiæ Occitaniæ pag.* 662 *habent, translationem peractam esse anno* 1494, *quo episcopus erat Ludovicus de Ambesia, anno* 1473 *ad cathedram illam evectus, laudantque pro illo anno novum Breviarium Albiense. Plura de* S. Carissima *non habeo commemoranda.* E

DE S. GRIMONIA VIRGINE ET MARTYRE

CAPELLÆ IN PICARDIA

J. S.

SYLLOGE HISTORICA.

S. Grimonia, quæ Capellæ colitur, eadem creditur
C

Capella oppidum est Picardiæ provinciæ in Teoracia, vulgo Thierache, *quæ pars est Picardiæ maximè Orientalis & contermina Hannoniæ, à cujus limite Capella non longè distat. Hoc oppidum die* VII *Septembris ut patronam suam ritu solemni colit* S. Grimoniam; *atque opera servilia in ejus festivitate intermittit. Unde vehementer miror, nullam apud martyrologos Gallos de* S. Grimonia *mentionem reperiri, eo certè nomine, quo Capellæ celebratur. Verumtamen, si vera sunt, quæ de corpore* S. Grimoniæ *traduntur hodie, de Sancta illa mutato aliquantulùm nomine egerunt Guilielmus Gazet in Historia ecclesiastica Belgii pag.* 166 *&* 167 *& Arnoldus de Raisse in Auctario ad Natales Sanctorum Belgii ad* XXVIII *Aprilis; atque ex iis de eadem Sancta egerunt Majores nostri ad* XXVIII *Aprilis simul cum S. Proba.* Germanam *vocavit Gazetus, idque nomen alii adoptârunt, notante tamen Raissio* Germaniam *quoque aliàs nominari, atque ita revera nomen ipsius scribitur in instrumento anni* 1389, *quod recitatur apud Raissium laudatum.*

cum S. Germana, cujus corpus est in abbatia Henniacensi:

2 Grimoniam *autem eamdem nunc credi cum sancta illa* Germana *aut* Germania, *clarè liquet ex iis, quæ de reliquiis translatis ad abbatiam Henniacensem de* S. Germana *apud scriptores laudatos, & de* S. Grimonia *in notitiis mihi communicatis referuntur. Etenim corpus* S. Grimoniæ *modò servari dicitur in Henniacensi abbatia (vulgò dicta* Henin Lietard*) inter Duacum & Lentiacum* * *in Artesia, eóque translatum cu-* * Lens
râ Adriani de Croy, multis titulis ornati. De hac translatione videri potest Raissius aut opus nostrum ad XXVIII *Aprilis in* SS. Proba & Germana, *ubi translatio affigitur anno* 1640. *Secundò inspectio corporis* S. Germanæ *aut* Germaniæ, *quæ ibidem facta refertur anno* 1389 in ecclesia de Scalis, *eodem modo attribuitur* S. Grimoniæ *in notitiis mihi transmissis. Quapropter nulla est dubitatio, quin reliquiæ illæ, quæ modò Henniaci servantur sub nomine* S. Germanæ, *credantur esse* S. Grimoniæ, *cujus festivitas Capellæ celebratur die* VII *Septembris: nec modica nominis diversitas obstare potest hujus opinionis probabilitati. At cùm Henniacenses de gestis sanctarum Probæ &* Germanæ *nihil scirent tempore Raissii, ac ne Officium quidem de illis celebrarent, non videntur etiam sciviss e* Germanam *cum* Grimonia *Capellæ celebrata eamdem esse: neque id Capellensibus diu notum fuisse existimo. Certè litteras habeo, anno* 1679 *ad Majores nostros datas, quibus cultus* S. Grimoniæ *mihi primùm innotuit, sed quibus simul indicatur, nihil de ea præterea Capellæ rescisi potuisse, ita ut tunc Capellenses videantur ignorâsse, corpus Patronæ suæ servari in abbatia Henniacensi.* F

3 *Scri-*

A *in lectionibus Officii, quod abrogatum fuit, narrabantur miracula:*

3 *Scribit quidem auctor epistolæ non indoctus, se vidisse tres lectiones, Capellæ* annuatim in Officio cantari solitas, ex pergameno ut ut vetusto. Sed ex earum lectione, *inquit*, adverti recens esse hoc Opus, ac confectum cum tantis nullius fidei miraculis, ut illas ad vos non sim ausus dirigere. Contigit id, ut opinor, ex incendio totius oppidi, quo omnia monimenta consumpta sub hujus seculi (XVII) initium: cujus in damni subsidium anonymus forsitan loci pastor ex valde fabulosa plebis traditione has contexuit. *Ex hisce litteris colligo*, S. Grimoniam *olim miraculis Capellæ claruisse; sed illorum confusam tantùm superfuisse memoriam, quando compositæ sunt prædictæ Officii lectiones. Nolim tamen cum auctore allegatæ epistolæ credere lectiones illas non fuisse compositas ante seculùm* XVII. *At quocumque tempore fuerint concinnatæ; reverendus admodum dominus Carolus de Coste, parochus hoc tempore Capellensis, nuperrimè ad me scripsit, Officium illud non amplius recitari, sed novum concinnatum esse, quod deinceps recitabitur. Novi hujus Officii lectiones vir ille humanissimus ex innovato Breviario diœcesis Laudunensis, ad quam spectat Capella, nobis exscribendas curavit, easque cum aliis de Sancta notitiis benevolè ad me direxit die* XXVIII *Aprilis hujus anni* 1748.

B

Lectiones novi Officii: in quibus de gestis & martyrio Sanctæ,

4 *In lectiones hujus Officii congessit auctor omnia, quæ certiora aut probabiliora de* S. Grimonia *se reperisse credidit: eaque collegit ex Opere nostro, ex archivis & ex traditione paræciarum, in quibus memoria Sanctæ celebratur, ut notatum reperio. Cùm autem nulla mihi sint monumenta, quibus spectantia ad* S. Grimoniam *confirmare possim aut infirmare, satis erit earum lectionum contextum huc transferre:* Antiquissima & semper vivaci [traditione] in Theorasciæ partibus ad nostra usque tempora transmissum est, Grimoniam virginem ex nobilissimo in Hibernia genere oriundam, Christo unicè addictam, ut sponsi sibi destinati nuptias omnino declinaret, & patri furore percito se subduceret, latebras quæsiviſſe, & ad oras Galliæ demum transmeâsse. Inde ad locum tunc desertissimum se contulisse traditur, quem postea morte, sepulturâ & miraculis fecit illustrem. Ibi enim Grimoniam multa indagine conquisitam tandem invenerunt impii satellites à patre submissi: à quibus gladio percussa virginitatem martyrio coronavit.

C

de cultu & corporis translationibus,

5 Ad ejus honorem in ipso certaminis loco primùm exstructum fuit oratorium, & sacris ipsius exuviis dehinc ditatum. Quod maximâ frequentiâ adeuntes pietatis causâ Vallones, CAPELLAM vocitavêre. Hoc celebre nomen retinuit burgum, quod ex peregrinorum concursu sensim insurrexit, & postea à Gallorum rege Francisco hujus nominis primo exstructum est in urbem munificentissimam. Oratorium ipsum jam dudum erectum fuerat in ecclesiam parochialem sub ejusdem Sanctæ clientela. Hanc Grimoniæ pignoribus jam ditatam insuper decoraverat pars quædam exuviarum sanctæ Probæ illuc asportata, ut communi cultu celebrarentur Virgines, quas & longæ peregrinationis comites; & martyrio æquè illustres traditio sibi constans asserebat. Verùm Theorasciâ bellorum tumultibus depopulatâ, cùm hostium furorem nihil ne sacrum quidem evaderet; Capellæ cives, sibi minùs quàm sacris reliquiis metuentes, illas Lesquiriam transtulerunt, & in ecclesia Deo sacra sub invocatione S. Joannis Baptistæ in Benedictinorum monasterio deposuerunt, tamquam in tutiori loco. AUCTORE J. S.

hodierna sententia explicatur.

6 Ibi defossæ jacuerunt usque dum ineunte seculo decimo tertio Anselmus præsul Laudunensis, auditâ miraculorum famâ, adiit Lesquiriam; &, re diligentissimè perpensa, illas jussit è terra levari, & fidelium veneration exponi. At medio circitèr seculo decimo sexto, cùm hæretici sacra omnia furori devovissent, monasterium Lesquiriæ flammis tradidêre: sacra verò pignora, quasi divinitus incendio & exspoliationi erepta, ad ecclesiam abbatialem canonicorum Regularium S. Augustini in burgo, sito circa fines diœcesis Attrebatensis Duacum inter & Lentiacum, pridie Kalendas Maii anni millesimi quingentesimi quadragesimi translata sunt sumptibus & curis religiosi viri Adriani de Croia, Attrebatum præfecti, & usque nunc summo honore habita. *Hactenus novi Officii lectiones, quibus uncis inclusam addidi vocem* traditione, *quia videbatur à transcribente omissa. In hisce autem* S. Grimonia *cum* S. Germana *aut* Germania, *cujus ossa in Henniacensi abbatia servantur, eadem esse creditur.*

E

observantur aliqua de loco, ubi corpus olim fuit.

7 *Attamen nonnihil differentiæ reperio in nomine loci, ex quo corpus* S. Germanæ *Henniacum translatum scribit Raysius ad* XXVIII *Aprilis. Asserit enim translatum esse* ex vico, qui Sale nominetur, inter Guisiam & Laudunum sito. *In instrumentis, quæ ibidem recitat, ecclesia vocatur* de Scalis. *Hîc verò locus* Lesquiria *dicitur, Gallicè* Lesquielles, *eumque uno circitèr milliari Gallico distare Guisiâ, laudatus antè de Coste testatur. Ex instrumentis quoque Raysii satis colligitur, locum Guisiæ fuisse vicinum. Hinc suspicor Gallicum loci nomen labente tempore utcumque mutatum esse, indeque diverso modo Latinè expressum. Certè, cùm intelligam* S. Grimoniam *coli in vico* Lesquielles, *id aliunde fieri non existimo, quàm quòd corpus ibi olim fuerit servatum. Ceterùm nec de ætate Sanctæ aliquid reperio; nec scio, quàm certa sit traditio, quæ de patria ac martyrio Sanctæ pervenit ad posteros. At de cultu ejus celebri & vetusto nequaquam dubitare possumus.*

F

A D

DE S. ALPINO EPISCOPO CONF.

CATALAUNI IN CAMPANIA GALLICA.

J. S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Memoria Sancti in Faſtis recentioribus & cultus: Acta gemina, ſed diu poſt mortem Sancti non ſine erroribus ſcripta.

CIRCA AN. DX. *S. Alpini in Faſtis recentioribus memoria,* B

QUamvis S. Alpinus *Catalaunenſis in Campania epiſcopus inſigni virtutum & miraculorum gloriâ ſplenduerit, cultuque honoratus ſit ſatis vetuſto; memoriam tamen ipſius neque in antiquioribus Martyrologiis invenio, neque in hodierno Romano. Inſerta illa eſt poſt Uſuardi tempora codici Uſuardino Remenſi SS. Timothei & Apollinaris his verbis:* Catalaunis, ſancti Alpini epiſcopi & confeſſoris. *Ejuſdem Martyrologii codex Bizunticenſis ſic habet:* Catalancii (*lege* Catalauni) ſancti Alpini epiſcopi & confeſſoris, cujus laudabilem virtutem clariſſima miracula teſtantur. *Duobus quoque editionibus Uſuardini Martyrologii addita eſt* S. Alpini *memoria ad eumdem diem* VII *Septembris, ut videre eſt ibidem apud Sollerium noſtrum in Auctariis Uſuardi. Greveni verba inde huc transfero:* Cathalaunis, ſancti Alpini confeſſoris, diſcipuli ejuſdem beati Lupi (*Trecenſis:*) unde ex meritis diſcipulorum liceat æſtimare ſanctitatem magiſtri. *Huic ſimile elogium habet editio Lubeco-Colonienſis. At Molanus* S. Alpinum *ad* 2 *Septembris perperam* Remis *annuntiavit, niſi pro* Albino *legendum ſit* Tilpinus, *qui eo die obiit, ſed cultu caret. Florarium Ms. Sanctorum breviter habet:* Cathalaunis depoſitio ſancti Alpini confeſſoris.

C *cultus antiquus,*

2 *Martyrologi neoterici ferè omnes eumdem Sanctum memorârunt. Ex hiſce Sauſſayus* S. Alpinum *minùs cognitum habuit, cùm eum hodie non memoret, ſed ad* 2 *Septembris* Alpinum *cum Molano annuntiet* Remis, *ſilens de ſede ipſius epiſcopali. Tamen ad* XXIX *Julii in elogio S. Lupi meminit* S. Alpini *Catalaunenſis, ac rurſum tom.* 2 *in Catalogo Sanctorum pag.* 1234 *eumdem memorat; at diem legitimi cultus non aſſignat. Martyrologium Pariſienſe rectiùs hodie ſic habet:* Catalauni, ſancti Alpini epiſcopi, diſcipuli ſancti Lupi Trecenſis, in cujus Vita permultis locis dæmones ab hominibus profligâſſe, & diuturnæ ſanctitatis * prærogativâ emicuiſſe dicitur. *Ad marginem mors figitur* circa finem V ſeculi. *Plures non adduco neotericos, quia ex variis monumentis ac notitiis, partim impreſſis partim manuſcriptis, certò conſtat,* S. Alpinum *coli in diœceſi Catalaunenſi die* VII *Septembris. Antiquum verò eſſe Sancti cultum, liquet ex corporis tranſlationibus.*

* *al. melius* ſanitatis

corporis tranſlationes:

3 *Carolus Rapine in Annalibus diœceſis Catalaunenſis* in Alpino *pag.* 65 *memorat ſequentes. Prima, quæ etiam in Actis memoratur, facta eſt per Erchanrandum epiſcopum Catalaunenſem, qui electus eſt poſt medium ſeculi* IX; *ideoque hæc tranſlatio latè figi poteſt circa annum* 860, *cùm laudatus antiſtes ante annum* 870 *fuerit defunctus. Tranſlatum autem, tunc fuit Sancti corpus à loco ſepulturæ ad eccleſiam S. Andreæ, quæ modò* S. Alpini *dicitur, & parœcialis eſt in urbe Catalaunenſi. Alteram tranſlationem Acta item memorant, & cum eis Rapinius, ſed ſine temporis nota. Diviſa ſunt in hac tranſlatione* S. Alpini *reliquiæ, relictique ſacri cineres in memorata eccleſia* S. Alpini; *verùm oſſa Sancti thecæ pretioſæ impoſita ſunt, delataque ad eccleſiam cathedralem, ubi deinceps honorificè conſervata ac fidelium venerationi fuere expoſita. Sacros cineres in eccleſia* S. Alpini *per antiſtitem anno* 1623 *viſitatos eſſe in feſtivitate S. Nicolai, ſeu die* VI *Decembris, teſtatur Rapinius, dicens ſe in illa ſolemnitate peroràſſe ad populum. Hactenus de cultu, à quo ad Acta progredior.*

E

Acta Sancti gemina, alia breviora, longiora alia:

4 *Duas habemus* S. Alpini *Vitas Mss., quas necdum editas vidi. Altera compendiosè ſcripta eſt, altera ſtylo ſatis diffuſo & pro tempore, quo exarata videtur, ſatis Latino. Porrò clarè nequeo diſtinguere, utrùm Vita brevior compendio ex longiori ſit compoſita pro lectionibus Officii; an verò auctor prolixioris breviorem Vitam, ſeu lectiones antiqui Officii, ſuo ſtylo expolire & amplificare voluerit, ut mihi veriſimilius apparet. Id certum eſt, duas has Vitas in omnibus invicem non conſonare; ſed quædam reperiri in una, quæ in altera non leguntur: alia etiam modo diverſo in utraque narrari, ita ut brevior nequeat haberi pro mero prolixioris compendio, neque hæc pro breviori ſolùm amplificata. Hac de cauſa utramque edendam cenſui, breviorem primo loco, quia ſuſpicor antiquiorem; prolixiorem loco ſecundo, quia poſteriùs videtur compoſita. Prioris duo habeo exemplaria Ms., alterum Catalaunenſe, alterum ex Ms. S. Victoris Pariſienſis, quæ ſimul conferam. Poſterioris tria habeo apographa ſibi ferè conſentientia, præterquam in fine, ubi in duobus exemplaribus multa leguntur ſub titulo,* Miracula de S. Alpino, *quæ in tertio apographo non ſunt, ſive inde reſecta ſint, tamquam fide minùs digna, ſive ſcriptoris ſint recentioris.*

F

alia quoque relatio longiori Vitæ inſerta, quæ planè fabuloſa & omittenda:

5 *Certè tota illa hiſtoria, cui auctor aut interpolator* miraculorum *titulum fecit, planè apparet fabuloſa; ideoque illam malo prætermittere. Rapinius Gallicè totam expreſſit in* Alpino. *Compendio rem trado. Appropinquante Attila cum exercitu verſus civitatem Catalaunenſem,* S. Alpinus *montem vicinum muniiſſe dicitur,*

A *tur, in eoque multos collocâſſe propugnatores. Montem illum aggreſſus Attila ferè expugnaverat, cùm propugnatores ſubitò* Alpinum *degentem in urbe inclamant. Correpti hinc timore panico Hunni, oppugnationem intermittunt & recedunt verſus urbem.* Alpinus *verò obviàm Attilæ procedit extra urbem, eique perſuadet, ut urbem intactam prætergrediatur. Quin imò non contentus hiſce* Alpinus, *ad Rhenum uſque ſecutus eſt Attilam, repetiitque captivos Catalaunenſes. Facilem ibi in vota ſua habuit Attilam, qui captivos reſtitui juſſit; at Hunnos obſiſtentes invênit, ſi Rapinio, aut fabuloſæ lacinia credimus. Gravibus igitur morbis divinitus inflictis cogendi fuêre Hunni, ut cum captivis domum triumphans reverteretur* Alpinus. *Dubitare nequeo, quin omnia hæc fabuloſa ſint, & cum nonnulla mutatione à S. Lupo ad* S. Alpinum *detorta; quidquid dicat Rapinius de ſupplicatione quotannis à Catalaunenſibus inſtitui ſolita: nam hæc ſupplicatio aliam habere cauſam potuit. Hanc verò relationem non eſſe ſcriptoris, cujus lucubrationem daturus ſum, mihi perſuadeo,*

B *quia non habetur in apographo uno, & in aliis duobus diverſo titulo a reliquis ſecernitur, ac demum quia non capio, cur biographus eam à loco ſuo avulſiſſet, ut geſta cum Attila poſt relatam Sancti mortem ſeorſum conſcriberet.*

utraque Vita juſto ſeriùs ſcripta & erroribus fœdata.

6 *Non lubet itaque edere fabuloſam illam hiſtoriam, quæ ſine ullo damno omitteretur, etiamſi ad Vitam ſpectaret, & ejuſdem eſſet auctoris. Hac de cauſa edam apographum iſtud, in quo illa nec reperitur, nec omiſſa notatur. Habemus exemplar iſtud* ex Ms. Andreæ du Cheſne, *ſcriptis ſuis notiſſimi, ut ſupra in margine notatum reperio. Conferam illud cum duobus aliis Mss. Catalaunenſibus, à quibus perparùm differt, & ſolùm in paucis vocibus ſubinde mendoſe ſcriptis, aut leviter mutatis, quæ facilè corrigi poſſunt. Jam verò de utraque Vita lectorem rurſus præmoneo, me, licèt breviorem priùs ſcriptam ſuſpicer, utcumque tamen ea de re dubitare, at minimè dubitare poſſe, quin utraque ſit exarata multis poſt Sanctum ſeculis, ideoque utramque ea carere auctoritate, quàm ſcriptoribus ſynchronis aut non longè poſterioribus attribuimus. Præterea dicere non poſſumus,*

C *tantam in auctore alterutrius Vitæ fuiſſe diligentiam, ut ea ætatis defectum ſuppleat; ſed potiùs dicendum eſt, utrumque conjecturis ſuis nimium tribuiſſe, atque ita in errores varios incidiſſe. Hi autem errores ut certiùs & clariùs oſtendantur, tempus epiſcopatûs & mortis* S. Alpini *diligenter inveſtigandum eſt.*

§ II. Tempus epiſcopatûs S. Alpini inveſtigatur: indeque varii Vitarum errores oſtenduntur: adeſt veriſimiliter concilio Venetico.

Multi voluerunt, Alpinum Attilæ tempore ſediſſe;

RApinius *laudatus in* Alpino, *Sammarthani tom. 2 Galliæ Chriſtianæ pag. 502, aliique ſcriptores poſteriorum ſeculorum indubitanter aſſeruerunt,* Alpinum *fuiſſe epiſcopum, quando Attila Hunnorum rex anno 451 depopulatus eſt partem Galliæ. Hiſce utraque Vita prælu-*

xit, aut potiùs tenebras offudit. Sollerius quoque noſter ad diem v *Auguſti in S. Memmio primo Catalaunenſi epiſcopo eam opinionem admiſit, ſed ſine examine, quod hoc loco de* S. Alpino *erat inſtituendum, quódque ad propoſitum Sollerii non erat neceſſarium: nam in idem ferè recidit pro figenda ætate S. Memmii, ſive* Alpinus *primus ſit epiſcopus Catalaunenſis, qui certam habeat epocham; ſive Amandinus ſit primus, quem certò conſtat ſedîſſe anno* 461, *quo interfuit concilio Turonenſi. Itaque ex diſputandis non labefactabitur epocha, quam S. Memmii cathedræ attribuit Sollerius. Obſervo tamen, ex Actis SS. Sixti & Sanicii, quæ ad* 1 *Septembris data ſunt, diſputatiſque ibidem in Commentario prævio de primis illis eccleſiæ Remenſis epiſcopis, quibus S. Memmium antiquiorem non exiſtimo, adventum laudati Memmii paulo longiùs differri poſſe, quàm diſtulit Sollerius, figique vergente ad finem ſeculo* III.

AUCTORE J. S.

8 *Jam verò ut redeamus ad* Alpinum: *Tillemontius tom.* 16 *Monumentorum eccleſiaſticorum in S. Lupo Trecenſi pag.* 139 *obſervavit, diuturnum* S. Alpino *attribui epiſcopatum, hunc-que non facilè inveniri poſſe, ſi ſederit ante Amandinum, ex concilio Turonenſi anni* 461 *notum, cui hac de cauſa* Alpinum *poſtponendum credidit. Opinionem hanc ſine ullo præjudicio diligenter examinare volui, variaque in hunc finem luſtrare monumenta; cúmque perſpicerem ſententiam Tillemontii aliis quoque rationibus firmari poſſe, eam omnino ſequendam cenſui, præſertim cùm leviſſimæ ſint, quæ poſſunt afferri pro opinione contraria. Hanc enim ex ſolis conjecturis invaluiſſe ſuſpicor: nimirum* Alpinus *diſcipulus fuit S. Lupi: hic autem maximè inclaruit ex legatione Britannica contra Pelagianos, atque ex geſtis cum Attila Hunnorum rege. Hinc pronum erat ſcriptoribus, ſingula non expendentibus, Diſcipulum Lupi ad illa quoque referre tempora.*

at Tillemontio videtur locandus poſt Amandinum ſeu poſt annum 461.

E

9 *Porrò haſce pro figendo epiſcopatu* S. Alpini *habemus notas chronologicas, quæ omnino ſunt certæ & indubitatæ. Primò diſcipulus fuit S. Lupi Trecenſis, qui ab anno* 426 *aut* 427 *uſque ad* 479 *cathedram tenuit. Ex hac nota certum fit,* Alpinum *floruiſſe ſeculo* V, *nec dubitandum videtur, quin ante finem ejuſdem ſeculi factus ſit epiſcopus. At inde nequit inferri, epiſcopum fuiſſe Attilæ tempore ſeu anno* 451, *licet aliqui fortè id per conjecturam crediderint & ſcripſerint. Nota ſecunda eſt Amandinus aut Amandus epiſcopus, cujus tempus innoteſcit ex concilio Turonenſi anni* 461: *nam huic ſubſcripſit* Amandinus epiſcopus Catalaunicæ civitatis, *ut videri poteſt apud Labbeum tom.* 4 *Conciliorum col.* 1053. *Ex hac verò notâ certò infertur, aut* Alpinum *jam fuiſſe epiſcopatu defunctum anno* 461, *aut epiſcopum eſſe factum poſt illud tempus. Videndum igitur, utrum ſit veriſimilius; atque inde epiſcopatûs* S. Alpini *epocha utcumque figenda; non verò ex Actis aberrantibus, ut plerique hactenus fecerunt.*

Fuit certò diſcipulus S. Lupi: anno 461 *non erat epiſcopus:*

F

10 *Dico igitur longè veriſimilius eſſe,* S. Alpinum *creatum eſſe epiſcopum poſt annum* 461, *quàm defunctum eſſe ante annum prædictum, quod ne quidem eſt veriſimile, quodque utrique Vitæ* S. Alpini *clariſſimè repugnat. Quippe utraque Vita* Alpinum *facit diſcipulum S. Lupi jam epiſcopi, utraque* Alpino *attribuit annos epiſcopatus* quadraginta ſeptem. *Atqui S. Lupus epiſcopus creatus eſt anno* 426 *aut* 427. *Itaque ſecundum*

ſecundum aſſerta in Vitis non poteſt Alpinus eſſe mortuus ante annum 461,

AUCTORE J. S.

cundum Vitas mortuus non est ante annum 461, *cùm certò episcopus factus sit post S. Lupum, & hujus ipsius episcopatûs anno* 461 *adhuc longè abesset ab anno quadragesimo septimo. Fatetur Rapinius annos quadraginta septem* Alpini *cathedræ in omnibus monumentis attribui: atque idcirco episcopatum ipsius orditur ab anno* 433 *& perducit usque ad annum* 480, *figens anno* 482 *concilium Turonense. At error hic vel certus, cùm eruditi non amplius dubitent, quin concilium Turonense habitum sit anno* 461. *Præterea amba Vitæ indicant,* Alpinum *diu mansisse sub disciplina S. Lupi, ita ut asserta Vitarum nullo modo conciliari valeant cum episcopatu Amandini.*

ita ut Vitæ nequeant conciliari cum priori opinione, nec illi prodesse.

11 *Quin & Vita brevior mortem* Alpini *refert ad annum* 546, *eumque annum emortualem etiam notatum reperio ad marginem Vitæ prolixioris; nec dubito quin sit notula cujusdam Catalaunensis, sed nescio cujus. Errori quidem obnoxia est hæc epocha, cùm Lupus Catalaunensis episcopus jam anno* 535 *concilio Arvernensi subscripserit. Hinc tamen patet, quàm parùm Vitis illis pro chronotaxi oporteat attribuere, quámque non cogamur ex illis* S. Alpinum *Amandino præponere. Quin & Hymnus de* S. Alpino, *nobis simul cum Vita breviore missus, Amandum cum SS. Lupo & Germano Autissiodorensi sociat, iisque jungit* Alpinum *ut eorum discipulum & adjutorem. Verùm cùm neque hic hymnus neque Vita* S. Alpini *variis careant erroribus; cúmque ea de causa quis meritò dicere posset, solidum ex iis non haberi argumentum, sed minuendos esse annos episcopatûs* S. Alpini, *ex meliori monumento argumentum desumam, contentus hactenus ostendisse, Vitas* S. Alpini *in multis esse corrigendas, nec illas prodesse adversariis ad* Alpinum *Amandino præponendum.*

Melior Vita S. Lupi, cujus auctor de vivente Alpino videtur loqui,

12 *Vita prima S. Lupi, apud nos data ad* XXIX *Julii, quam critici omnes scriptoris probi & coævi esse existimant, ac pro authentica habent, num.* XI *tres insignes S. Lupi discipulos memorat atque inter eos postremum ponit* S. Alpinum, *de quo videtur loqui ut de vivente. Si autem vivebat* S. Alpinus, *quando biographus ille scripsit, certò non obiit ante annum* 480, *& probabiliùs diu post S. Lupum superfuit. Verba itaque hujus scriptoris audiamus:* Sanctum quoque Alpinum, Cathalaunicæ pontificem civitatis, resplendentem prærogativâ diutinæ sanitatis, locis plurimis non silendum est quàm fæpè dæmonum purgator extiterit. *Hanc periodum Surius ad* XXIX *ita stylo suo expressit:* Sanctum quoque Albinum, Catalaunensem antistitem, diuturnæ sanctitatis prærogativâ eminentem, non debemus taciti omittere, quàm ille crebrò permultis locis dæmones ab hominibus profligârit. *Ex hisce Surii verbis jam collegit Tillemontius,* Alpinum *diu fuisse episcopum, indeque intulit non videri defunctum ante annum* 461. *Idem tamen longè clariùs colligitur ex editione nostra, cùm in Mss. inventa sit vox* sanitatis, *quæ etiam phrasi magis est consona; non* sanctitatis, *ut habet Surius. Quo enim modo diuturnæ sanitatis prærogativam in* Alpino *laudaret biographus, si annis ferè viginti Discipulus ante magistrum anno* 479 *defunctum obiisset? Quin potiùs existimo, biographum de* Alpino *vivente fuisse locutum, cùm verba ipsius omnino id insinuent. Nec refert, quòd Sancti eum titulo honoret: nam episcopi viventes eo tempore non rò* Sancti *vocabantur, præsertim quando munus episcopale sanctè obibant, & miraculorum gloriâ erant exornati.*

13 *Jam verò si* resplendentem prærogativâ diutinæ sanitatis *dixerit biographus* Alpinum, *quòd in ætate provecta sanus esset & vegetus, ut verba ipsius omnino videntur explicanda, vel solus hic locus omnem dirimit controversiam; cùm certò hæc scripta non sint ante annum* 480, *& verisimiliter post illum: fortasse etiam circa finem seculi* V *aut initium sequentis. Si quis tamen contentiosiùs agere vellet, & verba clara in alienum sensum detorquere, aut diuturnam sanctitatem pro sanitate ineptè substituere ex Surio, ne sic quidem efficeret, ut credibile maneat,* Alpinum *ante annum* 461 *esse defunctum. Hisce de causis dicendum videtur,* Alpinum *episcopum esse factum post annum* 461, *& cathedræ Catalaunensi diu præfuisse. Eum fuisse episcopum circa* 465, *probabiliter colligitur ex concilio Venetico, ut ostendam num.* 18. *Si autem ad annos quadraginta septem episcopatum administraverit, ut habent Vitæ, quarum scriptores id alibi notatum reperire potuerunt, mortuus esse non potest ante inchoatum aliquot annis seculum* VI, *nec diu ante annum* 510. *Nullum quoque novi monumentum alicujus valoris, quod obstet, quo minùs usque ad annum* 510 *& diutiùs præesse potuerit.*

certò evincit Alpinum non obiisse ante 461, sed vixisse anno saltem 480,

annus emortualis figitur circa 510.

* 14 *Quin imò si attendamus ad nomen* Alpini, *quod ex nomine Romano* Albinus, *ut Sanctus haud dubiè nominatus fuit, ad dialectum Germanicam detortum est, & ità jam in Vita S. Lupi expressum; facilè credere poterimus Sanctum superfuisse annis non paucis, postquam Franci, ex Germania orti, rerum potiti sunt in Campania, quod contigit vergente ad finem seculo* V. *Germana etiam nomina sunt septem illarum sororum, quas velâsse dicitur Sanctus in Vita secunda cap.* 2, *ut ibidem in Annotatis observabo. Suspicor itaque* S. Alpinum *annis non paucis vixisse cum Francis Campaniam possidentibus, & mortem ipsius latè figo circa annum* 510, *donec quis certiora doceat: neque enim annos quadraginta septem episcopatûs certos esse judico, nec certum puto* Alpinum *vixisse usque ad annum ferè* 510. *Attamen vix dubitare possim, quin sederit post Amandinum, vitamque produxèrit post annum* 480.

Alpinus non ivit in Britanniam cum SS. Lupo & Germano,

15 *Ex hac autem chronotaxi consequitur, varia esse corrigenda, aut potiùs omnino resecanda in utraque Vita. At illa talia sunt, ut pro veris vix possent admitti, etiamsi illam sequeremur chronotaxim, quâ* Alpinus *creditus fuit ante Amandinum sedisse; cùm non videatur dubitandum, quin ea omnia ex levibus conjecturis de* Alpino *asserta sint per biographos, nec chronologicâ nec historicâ scientiâ satis imbutos. Primò igitur omnino repudiandum est iter* S. Alpini *in Britanniam cum Sanctis episcopis Germano Autissiodorensi & Lupo Trecensi. Etenim tam incongruè biographi iter istud narrârunt, ut falsitas manifestè pateat. Ambo enim dicunt* Alpinum *juvenem fuisse, quando discipulus factus est S. Lupi. Et secundus quidem in adolescentia eum ad S. Lupum deducit num.* 2 *&* 3: *quin &* Adolescens solertissimus *ab eodem vocatur num.* 4, *quando jam erat sub Lupi disciplina. Primus num.* 1 *asserit natum fuisse* annos ferè viginti, *dum venit ad S. Lupum. Atqui, ut habet authentica S. Lupi Vita apud nos num.* 4, *profectus est S. Lupus cum S. Germa-*

A no in Britanniam, transcurso biennii tempore, ab ordinatione episcopali. Itaque adolescens aut juvenis erat Alpinus secundum ipsos biographos, quando expeditio illa Britannica contra Pelagianam hæresim suscepta est. Adolescens, inquam, erat aut juvenis, etiamsi contra verisimilitudinem supponatur ad Lupum venisse eodem anno, quo hic episcopus est consecratus.

cùm necdum esset S. Lupi discipulus:

16 Attamen biographi Alpinum non modò comitem itineris faciunt, sed etiam præcipuum antistitum adjutorem & officialem, ut ambo loquuntur. Totum istud de S. Alpino non modò fabulosum esse existimo; sed opinor etiam anno 429, quo Germanus & Lupus in Britanniam profecti sunt, vix natum fuisse S. Alpinum, aut certè infantem aut puerum fuisse. In eam opinionem me deducit Vita S. Lupi, in qua inter tres præcipuos S. Lupi discipulos tertius tantùm ponitur, ut jam observavi. Altera S. Lupi Vita, ad XXIX Julii secundo loco data, licèt aliàs minùs exactè scripta, hîc item audiri meretur, quia primam explicat. Ita habet num. 58: Tertius nihilominus ex auditoribus ejus fuit Alpinus, Catalaunicæ urbis episcopus, omni morum probitate conspicuus, & in ægritudinibus quibuslibet animarum vel corporum sanandis promptissimus; cujus flores virtutum, tam carne quàm spiritu actarum, ubique redolent, & tam biblis * præteritarum plenis, quàm hominibus præsentia cernentibus inhærent: ejus enim præcipuè subsidiis credit se muniri gens Catalaunicæ urbis. *Hæc verba tanto libentiùs adduxi, quanto præclarius est elogium. At si* tertius *tantùm est inter sanctos Lupi discipulos, non est verisimile, discipulum ipsius factum primo aut secundo episcopatûs anno. Porrò quo ferè tempore ad S. Lupum venerit, nullibi invenio; at conjicere possumus, ad ejus disciplinam venisse* Alpinum *non diu ante medium seculi* V.

B

* libris

nec consecratus est episcopus à S. Nicasio,

17 *Alter utriusque Vitæ error non minùs clarus est, quo* S. Alpinus *episcopus dicitur consecratus per S. Nicasium episcopum Remensem & martyrem. Hunc errorem jam satis refutavi in S. Viventio, de quo ad hunc diem egi: ostendi enim S. Nicasii martyrium contigisse anno* 407 *per Wandalos in Galliam irruentes. Neque huic Vitæ prodesse potest eorum opinio, qui crediderunt S. Nicasium anno* 451 *occisum esse ab Hunnis; cùm vel sic Nicasius obierit diu ante episcopatum* S. Alpini, *ut patet ex chronotaxi mox data. Quare, si* Alpinus *consecratus est à metropolitano Remensi, ut verisimile est, fuerit is probabiliùs S. Remigius, de quo ad* 1 *Octobris disseretur. Biographi in hunc errorem lapsi videntur, quòd scirent S. Nicasium cum S. Lupo conjungi à Flodoardo & aliis: inde enim occasionem arripere potuerunt conjungendi Nicasium cum Lupi discipulo* Alpino.

C

nec Catalaunenses juvit Attilæ tempore:

18 *Tertius error, qui in prima Vita occurrit maximè, ex simili occasione ortus videtur. Noverat auctor S. Lupum vixisse tempore irrumpentis in Galliam Attilæ, multamque meruisse laudem ob servatam civitatem Trecensem. Credidit igitur* Alpinum *ejus discipulum pro sua quoque civitate Catalaunensi fuisse sollicitum, eique multùm prodesse debuisse. At nihil de illis scripsisset, si tempora accuratiùs investigâsset: nam didicisset* Alpinum *multis annis post irruptionem Attilæ factum esse episcopum. Hæc sufficere possunt ad castigandos præcipuos Actorum errores. Restant tamen & alia quædam corrigenda, ut in Annotatis observabo.*

19 *Antequam tamen Vitas subjiciam, aliud quid de* S. Alpino *dicendum est, licèt id à nemine observatum viderim. S. Perpetuus antistes Turonensis duo celebravit concilia, alterum in urbe sua Turonensi anno* 461; *cui cum aliis novem episcopis subscripsit Amandinus Catalaunensis, decessor* S. Alpini, *ut dictum est; alterum Venetiæ in Britannia Armorica, cujus annus est incertus; sed passim istud concilium figitur circa annum* 465. *Huic concilio sex subscripsêre episcopi sine expressione urbium suarum episcopalium, atque inde fit, ut duorum aut trium sedes episcopales sint ignotæ. Inter hosce autem ignotarum sedium episcopos est* Albinus *tertio loco subscriptus. Quare vehementer suspicor, hunc esse* Alpinum *nostrum Catalaunensem, præsertim quia decessor ipsius Amandinus interfuit concilio Turonensi, & quidem solus ex Remensi provincia: nam idem fuit utriusque concilii præses S. Perpetuus.*

AUCTORE J. S.

sed probabiliùs inter fuit concilio Venetico;

20 *Tillemontius quidem tom.* 16 *in S. Perpetuo pag.* 401 *leviter asserit, duos episcopos, quorum sedes ignotæ sunt, nimirum Paternum &* Albinum, *esse verisimiliter Corisopitensem * & Trecorensem *. At multùm sudâsset frustraque laborâsset, si voluisset probare episcopatus illarum urbium jam anno* 465 *fuisse erectos. Certè auctor Martyrologii Parisiensis ad* XII *Decembris S. Corentinum primum episcopum Corisopitensem figit seculo* VI; *& ad* XXX *Novembris S. Tugdualum circa annum* 553 *sepultum dicit in monasterio*, ex quo postea facta est ecclesia episcopalis *Trecorensis. Verùm non attendit Tillemontius ad initium illorum episcopatuum, ideoque conjecturam dedit improbabilem. Examen diligentius de initio dictarum sedium ad Vitas SS. Corentini & Tugduali ego etiam remitto: at interim observo, verisimillimè* Alpinum *nostrum esse, qui Venetico concilio astitit. Nec quispiam cogitet,* Albinum *aliud esse nomen ac* Alpinum; *cùm nequeat prudenter dubitari, quin proprium Sancti nostri nomen sit* Albinus, *quod dialecto Germanica factum est* Alpinus.

cui Albinus subscripsit: nequit hic esse Corisopitensis aut Trecorensis.

* de Quimper

* de Treguier

E

VITA

F

auctore anonymo

ex duobus Mss. inter se collatis.

Sancti natales: institutio præclara:

a

b

ALpinus in agro Cathalaunensi vico, qui Baia *a* dicitur, illustri genere natus est, parentibus Christianis, quorum generosa posteritas annos jam plus mille *b* antiquam cum pietate nobilitatem retinet. Hunc à puero parentes ejus literis & bonis moribus curârunt imbuendum, & natum annos ferè viginti sanctissimo Lupo Trecensi episcopo in disciplinam tradiderunt. Apud eum Alpinus cum ecclesiasticorum canonum & divini juris peritissimus evasisset, ante legitimam ætatem, commendante illum gravitate morum & senili prudentia, causarum ecclesiasticarum judex sive officialis est constitutus.

electio ad episcopatum:

2 Cùm autem Pelagiana hæresis Britannos infecisset, missi sunt à Galliarum episcopis Germanus & Lupus, qui errantes populos ad veritatem fidei Catholicæ sanctis prædicationibus revocarent.

A. ANONYMO.

vocarent. Alpinus in ea ſancta legatione Lupi officialis *c*, conſilio, doctrinâ, integritate judiciorum ita ſe geſſit, ut, licèt gradu inferior, virtute par ſanctiſſimis epiſcopis videretur. Paucis menſibus poſt eorum reditum *d* in Galliam provinciæ Cathalaunenſis antiſtes inter homines agere deſiit. Tunc maximo cleri & populi conſenſu abſens Alpinus poſtulatur: tandemque Lupi & ſancti Nichaſii *e* Remenſis archiepiſcopi auctoritate victus, in Cathalaunenſem epiſcopum conſecratur.

geſta ejus cum Attila:

3 Adeſt aliquot poſt annos barbarus hoſtis, Attilas *f* rex Hunnorum, multis victoriis inſolens, captos Remos incendit, Nicaſium interficit, Cathalaunenſium civium pleroſque interceptos in vinculis habet: civitati ruinam & incendium minatur. Alpinus paratus pro ſuis ovibus animam ponere, ad crudeliſſimum tyrannum pergit: Sanctis eum perſuaſionibus ad clementiam hortatur, tantaque in eo divina gratia enituit, ut ſalutem urbis cum liberatione captivorum impetraret.

B

mors, ſepultura, cultus.

4 Annis quadraginta ſeptem *g* actis in epiſcopatu, æger ex conſilio medicorum Baiam defertur: ubi morbo ingraveſcente migravit ad Dominum ſeptimo Idus Septembris, anno Chriſti DXLVI *h*, ſepultus in eccleſia S. Andreæ Cathalaunenſis *i*, quæ nunc eſt ei ſacra. Auguſta Trinitas per ſanctum ſuum mirificum opus operatur, nam quidam demens, viſu carens, victum quærens curatur, lucratur, reficitur *k*. In funere jam poſitus quidam, ad tumulum dum ferretur, orante Sancto animatur, ſurgit, laudat Deum.

ANNOTATA.

a *Tillemontius tom.* 16 *pag.* 139 *obſervat, vicum* Baiam *eſſe* ad limitem Occidentalem diœceſis Catalaunenſis. *At fallitur, dum addit, corpus* S. Alpini *ibi quieſcere* hodie.

b *Gens Albinia inter Romanos antiqua admodùm & illuſtris fuit: nec improbabile eſt ex ea fuiſſe* Alpinum. *An illa* mille *annis poſt mortem Sancti ſubſtiterit, non inquiro. At ex hiſce mille annis utcumque videtur ſequi, Vitam hanc non eſſe ſcriptam ante ſeculum* 14 *aut* 15: *nec tamen auſim dicere ſequentem eſſe vetuſtiorem.*

C

c *Potuit* Alpinus *revera ſub S. Lupo judicis eccleſiaſtici ſive officialis munere fungi poſtea, quod nec certum eſt ex hac Vita, nec aliunde certò falſum. At commentitium eſt, eo munere fuiſſe functum ab anno* 429, *quando S. Germanus Autiſſiodorenſis & S. Lupus Trecenſis in Angliam profecti ſunt, ut oſtendi in Commentario num.* 15 *&* 16, *ubi probavi* Alpinum *non ea tunc fuiſſe ætate, ut credibile ſit, cum ipſis in Britanniam profectum eſſe. Videri poteſt de expeditione illa Britannica contra Pelagianos Vita S. Germani accuratè ſcripta, & data apud nos ad* XXX *Julii, cap.* 6; *ubi lib.* 2 *cap.* 1 *ſtudioſus lector etiam inveniet alteram expeditionem S. Germani, anno* 447 *Britanniam repetentis cum S. Severo Trevirenſi, qui antè fuerat S. Lupi diſcipulus. Si in hac expeditione biographi* S. Alpinum *feciſſent comitem SS. Germani & Severi, veriſimilia ſaltem narrâſſent, cùm tunc ſatis ætatis potuerit eſſe* Alpino. *Non auſim tamen aſſerere rem ita ſe habuiſſe, neque exiſtimo* Alpinum *eorum fuiſſe ſocium, quia biographus S. Germani de* Alpino *tacet, licèt ſcripſerit eo tempore, quo ille ſenio, ſanctitate, & miraculis inclaruerat.*

d *Imò pluſquam triginta annis ſeriùs. Vide Commentarium* § 2. D

e *S. Nicaſius Remenſis, de quo agetur ad* 14 *Decembris, jam martyr obierat circa annum* 407, *ut hodie probavi in S. Viventio, & monui hîc in Commentario num.* 17.

f *Attila anno* 451 *Galliam vaſtavit, indeque memorabili clade ejectus eſt. At nec S. Nicaſium interfecit, nec Remos forſan incendit: & certè* S. Alpinum *non invênit apud Catalaunenſes, ſed fortaſſe Trecis apud S. Lupum, quocum Attilam comitari potuit verſus Catalaunos.*

g *Quamvis hos epiſcopatûs annos pro certis non habeam, utcumque tamen probabiles exiſtimo, quia aliunde conſtat, diuturnum fuiſſe Sancti epiſcopatum.*

h *Epocha hæc mortis non minùs inepta eſt, quàm ſint alia jam caſtigata, quibuſcum nullo modo cohæret. Rapinius pag.* 65 *innuit, ſe inveniſſe mortem Sancti ſignatam anno* 456, *quod ego tamen in nullo Ms. reperio. At ipſe ab illa epocha recedit, & longiùs ego receſſi. Vide dicta in Commentario num.* 13 *&* 14.

i *Secundum alteram Vitam Baiæ ſepultus eſt in eccleſia S. Petri, indeque ad eccleſiam S. Andreæ, nunc* S. Alpini, *tranſlatus. Sammarthani Fratres tom.* 2 *Galliæ Chriſtianæ pag.* 502 *ita ſolùm habent de hiſce:* Habetque eccleſiam ſui nominis in urbe (*Catalaunenſi ſcilicet*,) quæ olim fuit S. Andreæ; ſepultus Bayæ. *Hæc verba antè ſuffecerant Tillemontio laudato lit.* a, *ut diceret corpus* hodie *eſſe Bayæ. At paulo inferiùs iterum oſtendere voluit, quàm bellè interpretetur Latina: nam eccleſiam S. Andreæ, nunc* S. Alpini *dictam*, Bayæ *collocat, & tamen ſolos laudat Sammarthanos, qui eam* in urbe *ponunt.* E

k *Hoc miraculum tamquam à vivente factum paulo aliter narratur in Vita altera num.* 13 *uti & ſequens ibidem num.* 14.

VITA ALTERA

auctore anonymo

Ex Ms. Andreæ du Cheſne, collato cum aliis duobus. F

CAPUT I.

Natales S. Alpini: inſtitutio ſub diſciplina S. Lupi: electio ad epiſcopatum: alia quædam fabuloſa.

Natales illuſtres,

CLementia Dei, hominum ſemper parata variis ſuccurrere infortuniis, de cœlis manum porrexit ſubſidii, cum Cathalaunicæ eccleſiæ præfecit venerandum Alpinum, cujus paſtorali relevata ſolamine, de pulvere diverſarum calamitatum proveheretur, in ſublimi proſperitatis ſede. Cujus exordium præſentis *a* vitæ fertur in villa, quæ Baia vocitatur, extitiſſe, præcluibus * admodùm natalibus; quodque excellentius

a

* *al.* præclaris

A lentius est, orthodoxæ religionis cultoribus editus. In purificatione sacri fontis Alpinus est divino præsagio *b* dictus, quem divina dignatio adeo ab ipsis sacræ pueritiæ rudimentis refertum suâ reddidit gratiâ, ut tenera adhuc indoles qualis quantusve in sequenti futurus foret ætate, felicibus indiciis præmonstraret.

b

studia pueritiæ :

2 Hoc cernentes genitores clarissimi, seque fortunatos tantæ Prolis fœcunditate credentes, Deo universorum largitori bonorum accommodandum Puerum censent: nec distulerunt, quin eum liberalibus literarum studiis extemplo manciparent: in quibus, comitante Spiritus sancti * gratia, tantùm aptus apparebat, ut jam tunc de eo universorum auspicando prædicaret opinio, magnam hunc patriæ futurum fore salutem. Jam verò ingressus adolescentiæ annos quanta in eo sanctitatis accreverint merita, sive manu quis describere temptet, sive potiùs linguâ explicare universa, deficiet ipso conamine. Nos verò ne devotis auribus prolixior causa fiat fastidii sermo, succincta de pluribus proferamus oratione aliqua, ex quibus prudentia legentis conjicere

* *al.* Dei

B queat de eo ampliora.

accessus ad S. Lupum Trecensem,

3 Eo igitur tempore Trecassinam ecclesiam Lupus antistes, mirabilium patrator operum, dignissimè regebat. Hujus cùm insignis vitæ gesta non modò per vicina oppida, sed per diversas quoque orbis partes velox circumferret rumor, contigit hæc aures penetrâsse Alpini. Mox divina gratia comite, ad eum provolat; nefas enim apud se judicabat, si à tanti viri abstineret præsentia, cujus opere & dogmate provehi valeret ad altiora. Quem cum antistes sanctissimus cum magna charitatis dulcedine lætissimè multúmque amplexus suscepisset, tandem sciscitatur: O, inquit, diu optatissime Alpine, quem religiosi actus nobis commendabilem retulêre, quæ causa te impulit nos adeundi? Famâ, inquit, vestræ beatitudinis, pater venerande, provocatus, vestris ut disciplinis instruar, adveni. Et pontifex: Si ob hoc advenisti, Fili, licèt homini quid horum conferre minimè homo proficiat, nisi cooperator adsit ille summus Artifex, illustrans fidelium corda; tamen si quod fieri de nostra humilitate tui existimas scammatis emolumentum, fac ut libet, & reside; nosque pariter foveat, suisque ministeriis instruat, qui se quæ-

C rentibus præsentissimum esse spopondit.

sub cujus disciplina proficit. Cùm Britanni vexarentur hæresi Pelagiana,

c

d

e

4 Manens itaque Alpinus cum antistite, ejus tam exhortatione quàm exemplo sensim ad perfectiora informabatur, atque singularum ejus virtutum devotissimus insistens explorator, in sese eas totis transferre nisibus adolescens *c* solertissimus conabatur. Per idem tempus Britannorum *d* fidem hæresis infecerat Pelagiana. Quamobrem, ut creditur, ultione divina variis corripiebantur cladibus, vicinarum enim gentium Scotorum scilicet, Pictorum, Anglorumque *e* creberrimos non ferebant incursus atque congressus: cúmque multos suorum gladio prostratos, pluresque captivitate proscriptos deflerent, nec à Romanis solitas impetrarent suppetias: semel enim & iterum implorati Romani illis auxilium contulerant; universi pariter fugæ subsidio vitam tuentur, sed & dira & famosissima fame subsequente penè consumpti sunt. His undique calamitatibus arctati, coguntur fateri tandem se hæc omnia ob nefas commaculatæ fidei pati. Missis itaque sine dilatione legatis, à Gallicanis pontificibus auxilium corrigendæ fidei expetunt.

5 Antistites verò, conventu facto, conquirebant, quid utile posset mœstis omnique solamine destitutis impendi. Lupum igitur Trecarum præsulem, necnon & Germanum Antisiodorensium rectorem, pariter delectos, ad sedandam hujus turbinis procellam mittendos decernunt. Hi enim ea tempestate inter omnes Galliarum episcopos, tam miraculorum signis quàm saluberrimæ affluentiâ prædicationis eminentes, insignissimi habebantur. Cùm gratanter uterque episcoporum pareret præceptis, copiasque, quibus tale confici posset iter, pararet, quoniam tantos divini verbi satores minimè decebat absque ministro ecclesiasticis aptissimo Sacramentis tantum assumere laborem, Alpinum ad supplementum hujus negotii consortem pariter eligunt & officialem *f*: erat enim tum gratiâ præstantiùs ceteris supernâ perlustratus, tum geminâ efficacissimè pollens scientiâ, & ut nominis sui dignitati sacris responderet moribus, & liliorum in specie redolens suaviter, candebat virginitatis decore, & exterarum virtutum glorioſus existens cultor, consistebat sublimis in earum arce, seu civitas in montis vertice.

A. ANONYMO. *SS. Germanus & Lupus eò diriguntur: hi verò S. Alpinum*

f

E *itineris comitem dicuntur elegisse & adjutorem.*

6 Accersito itaque eo, pontifices sancti indicunt ei jam dictum propositum. Hinc ille lætus admodùm, quòd tantus ab eis habitus foret, quò eum in sui obsequii ministerio ascisceré dignarentur; vestigiis eorum provolutus, ait: Vos, patres eximii, elegit Christus, quibus sancta sua committat: vobis mundo, quæ Dei sunt, euangelizantibus multa virtute datum est verbum salutis, quod ab ore vestro suscipere & servare cunctis mortalibus semper est saluberrimum: qui enim vos audit, Christum utique, qui in vobis loquitur, audit. Ergo vobis agrum Dominicum excolentibus nos parere decet, ego autem non minimæ gratiæ me fateor vestræ excellentiæ debitorem, quòd me à vestræ sanctitatis præsentia vobis abesse non placuit. Igitur hi sancti viri insolubili charitatis ligamine connexi, & parili voluntate concordes, Trinitate unius verique Dei se comitante, ad Britanniam commeant.

Peracta feliciter hac expeditione,

7 Quæ verò & quanta per servos suos tunc adorandum Numen per hujus interstitium viæ egerit portenta, impares nos universa declarandi, materiâ victi fatemur. Ubicumque enim, sive in urbibus, sive in vicis, metabantur hospitia, priusquam eò pervenirent, famâ miraculorum nuntiabantur, plerumque etiam & nomina singulorum & merita per energumenos & lunaticos invito notabantur præcone: sicque committentes se inexplorato mari temporibus hibernis, fluctus terribilis oceani gubernaculo mitigabant orationis. Deinde inter minas undarum serenitatis portum advecti, cùm, ut diximus, virtutibus crebris præmisissent adventus sui nuntium, tandem propinquantes urbium vel castrorum mœnibus, omnium excipiebantur occursu. Hic vero Britannis seu post cæcæ horrorem noctis lumen visum est oriri novum, tantorum virorum tanta consolatione adepta. Quid plura? Confirmant beati viri fidem verbo veritatis simul & miraculorum signis: nam apostolicis retibus capturam sine cessatione hominum facientes, ægrotis medelam dabant, palámque ab obsessis spiritus propellebant nequam. Omni itaque hac peste ereptâ Britanniâ, cultricem eam ortodoxæ fidei effecére.

F

mortuoque episcopo Catalaunensi, eligitur,

8 Eo tempore Cathalaunicam ecclesiam Proventus episcopus regebat, quo rebus excedente humanis *g*, de successore cives conquirunt, &, ut fieri solet, cùm plures se non Dominici gratiâ

&

A. ANONYMO.

tiâ lucri, ſed caduci ambitione honoris inferre conarentur; qui linguas infantium diſertas facit Deus, ut ex ore humilium propter dejectionem inimicorum ſuam perficiat laudem, omnium corda in acclamationem ſuſcitavit Alpini. Tunc temporis Rhemenſi metropoli vitæ angelicæ vir beatiſſimus Nicaſius *h* præſidebat, quique vir inclitus, martyr poſtmodùm Chriſti eximius, multis ſignorum virtutibus clarus, veluti lucerna ſuper candelabrum poſita, ut luceat his, qui in domo Dei ſunt, coruſco effulgurabat lumine. Cum authoritate itaque tanti viri Cathalaunici Concivem requirentes feliciſſimum dirigunt illicò, qui ſumma cum velocitate eum adducere maturent.

h

multùm tamen reluctans, *i*

9 Quo vir Deo plenus comperto, ingenti affectus mœrore, meditari cœpit, ſi fortè fugâ elabi poſſet. Cujus cùm attuti, qui ad deducendum eum venerant, intellexiſſent conatum; ſanctum pontificem Lupum ſupplicibus interpellant precibus, ut cum eo ageret, qualiter ſponte adipiſci pontificalem dignitatem cum ipſis properans conſentiret. Quem moderatiſſimus vir evocatum benigna correptione aggreſſus eſt, dicens: Noli, inquit, Chariſſime, noli gratiam Dei, quâ affluenter donatus haberis, abjicere: non enim abſque ſuperno nutu conſona promiſcuæ plebis vox in tui electionem excitata eſt. Numquid Neophitum te adverſus Pauli ſcripta Eccleſia Dei excipiet Rectorem, quem ab ipſis cunabulis fovit, quemque ſacræ diſciplinæ inſtitutionibus apprimè imbuit? Quem hujus pertinaciæ æmularis authorem? An ignoras, quòd, quemadmodum caduci & imperfecti imprudenter ſe ingerentes de præſumptionis pernicie damnantur, ita & quos meritum vitæ commendabiles facit, dum ad tale eliguntur onus, ſi ampliùs æquo nolentes extiterint, reſiſtendo pari modo condemnantur.

B

illius eccleſiæ epiſcopus & conſecratur.

10 At ſi verſutiſſimi caſſibus hoſtis illaqueari metuis, quibus facilè decipi hujuſmodi honoris quilibet incautus prævalet poſſeſſor; te tamen, his hactenus tutum, pleniùs deinceps, dum multorum invigilaveris ſaluti, ſuperna tuebitur gratia. Sed ineunctanter, Fili, progredere, atque te totum Deo committens, ne quæras, quæ tûa ſunt, ſed quæ Jeſu Chriſti. Nam hic profectò cuncta obſiſtentia expediet. His devictus, imò potiùs corroboratus, exhortationibus ſacer vir Alpinus, Decreveram, inquit, à tuæ beatitudinis vultu numquam diſgregari, manente vita præſenti, venerande pater: verùm, ne tibi, per quem mihi loqui Dominum procul dubio ſcio, obſiſtere videar; fiat loquentis in te Dei pariterque tua voluntas. Commendans ergo ſe orationibus beati antiſtitis, petitaque ejus benedictione, abducitur celeriter, atque à ſupradicto ſancto Nicaſio pontificali conſecratus benedictione, in ſede locatur epiſcopali cum ingenti favore populi.

C

ANNOTATA.

a *Vox* præſentis *omiſſa erat in uno illo Ms., quod aliàs edo: & tales omiſſiones invenio plures. At neceſſe non puto, de iis lectorem admonere, niſi ſenſus ſit mutatus. De Baya vide Annotata ad Vitam* 1 *lit.* a.

b *Præſagium iſtud in nomine* Alpinus, *frivolum eſt: at exiſtimo* Albinum *in baptiſmo fuiſſe nominatum.*

c *Utrùm in adoleſcentia, an in juventute, aut in virili etiam ætate ad S. Lupum acceſſerit* Alpinus, *ignorârunt, opinor, vitæ ſcriptores, ſuas ſinguli conjecturas ſecuti. At certum eſt, Lupi fuiſſe diſcipulum.* D

d *De Britannica expeditione SS. Germani & Lupi vide dicta ad Vitam præcedentem lit.* c, *aliaque ibidem aſſignata.*

e *Picti & Scoti erant vicini Britannorum, cùm in ipſa tunc habitarent Britannia; non item Angli, qui ibidem poſtea ſedes fixerunt. Pictos autem & Scotos tunc frequenter bellum geſſiſſe contra Britannos; hiſque auxilium præſtitum à Romanis, videri poteſt apud Alfordum in Annalibus eccleſiæ Britannicæ ad annum* 420 *& ſequentes. Demum Saxones quoque, qui hîc* Angli *vocantur, cum Pictis contra Britannos ſtetiſſe, habemus ex antè laudata S. Germani Vita cap.* 6, *ubi* Saxones Pictique *legunntur divinitus ſuperati ope S. Germani.*

f *Hoc commentitium eſſe, dixi in Commentario num.* 15 *&* 16.

g Proventus *hic paſſim in catalogis epiſcoporum Catalaunenſium ponitur ſeptimus, ſeu ante* S. Alpinum, *ſed nullo innotuit facto, & aliàs* Provinctus *nominatur. An etiam veteres catalogi Mss.* Provento *ſubjiciant* Alpinum, *prorſus ignoro: at in Commentario § 2 probavi,* Alpinum *ſediſſe poſt Amandinum: nec epiſcopum creatum eſſe ſtatim poſt iter Britannicum S. Lupi, ſed circa annum* 462 *aut* 463. E

h *Jam circa annum* 407 *martyrio coronatus erat S. Nicaſius. Quare expungenda hîc omnia, quæ de eo dicuntur, monui in Commentario num.* 17.

i *Hæc forſan pia auctoris meditatio, ut ſunt ſermocinationes pleræque, partim ſuperiùs poſitæ, partim ſecuturæ.*

CAPUT II.

Epiſcopus virtutibus & miraculis ſplendet: ſeptem ſorores virgines conſecrat: pius obitus, ſepultura, & tranſlationes corporis. F

Egregiæ Antiſtitis virtutes,

JAm verò ſumpto epiſcopatu, quanta in eo Dei reſplenduerint opera, quis dignè valeat evolvere? Ipſa eadem in corde ejus humilitas, quæ priùs fuerat; eadem manſuetudo, eadem gravitas, eadem in veſtitu vilitas erat. Summi etiam & veri Paſtoris pia ſubſequens imitando veſtigia, ſupra gregem ſibi commiſſum Paſtor ſollicitus vigilabat, atque inſidiantis ſpicula hoſtis clipeo relidebat ſanctæ orationis. Quicquid vitale erat, quicquid animæ ſalutiferum, mentibus ſubditorum ſalubriter inſerens, (ut à Paulo didicerat) arguendo, obſecrando, increpando, fidelis Exactor inſtanter lucra Dominica repoſcebat. Nec verò omnimodis aliud prædicabat ore, quàm quod agendum monſtrabat in ſeſe. Erga delinquentes ita ſermonem proferebat, ſicut cujuſque, qui corripiebatur, expoſtulabat ſalus. Manſuetis & mitibus conformem & coæqualem ſe exhibebat; ſuperbis autem & duricordibus quaſi de judiciali ſede minaci

A ei vultu comminabatur. Studebat à cunctis generaliter amari magis quàm timeri, potiùs omnibus prodesse, quàm præesse.

& præclara misericordiæ opera:

12 Erat etiam inter hæc operibus misericordiæ operam dans, ut cum Apostolo dicere videretur, quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Caritatis vigor tantus in eo erat, ut nequaquam prosperari se putaret, nisi suarum copia rerum egentium suppleret inopiam, præceptis scilicet Christi parens, censum patrimonii sui, quod propensæ *a* erat quantitatis, ejusdem Domini Jesu minimis fratribus, id est, pauperibus, viduis, orphanis, peregrinis, debilibus, atque quoquo modo afflictis, ut ipse aliquando ab eo patrimonium indeficientis thesauri reciperet, erogabat. Sed quia narrationis nostræ cumulum superat numerositas ejus virtutum, his interim cedentes, aggrediamur sequentia: unde clarescat, quonam tempore fuerit angustiæ necessarius.

a

energumenus, qui & cæcus erat, sanatus:

13 Jam verò mœnibus suæ urbis eo propinquante, cuncti cives, clerus populusque unà læti cum divinis laudibus sacra præferentes insignia, obviàm pergentes, Pontificem plenum Deo excipiunt. Cùm autem portæ civitatis populari vallatus turba propinquaret, per medias B accurrens catervas quidam miserrimus, atrocissimo per multos annos obsessus dæmone, multatus visu, rabie potiùs quàm pane multo tempore pastus, horrendus ipso aspectu accessit, inquiens: Heus, inquit, Alpine, rediens ab Hunnis *b* multos libertati restituisti, plures pabulo refecisti: peto ergo, ut & me confortes tuo cibo: nam valde fame deficio. Hæc dicens, elisus in terram volutabatur, spumas miserabiliter ab ore producens. Quo viso, Vir Domini suffusus lacrymis, oculos ad cœlum erigens, tacita prece oravit. Præcepit spiritui nequam, ut sineret captivum, & paruit, deinde signum crucis in eum faciens. Illico visum cæcus recepit. Tunc, populo exultante, hominem secum ducens in episcopium, cibo refecit: cui etiam, dum in hoc corpore mansit, copiosè vestimenta ciboque indulsit. Trinitatis enim unius verique Dei præcipuus cultor erat, & ideo ejus fultus ope trinum juvaminis opus uno pietatis opere complevit.

b

mortuus resuscitatus. c

C 14 Aliquando, dum causâ orationis sancti Memmii *c* cum aliquibus clericis adiret basilicam, audit tumultum turbæ plangentis, substitit, cupiens nosse quid esset: tanta quippe in eo pietatis viscera inerant, quò non valeret mœrentem conspicere, quòd non statim esset & ipse perfusus lachrymarum ubertim inundatione. Cùm igitur, quid luctus ille significaret plangentium, didicisset, abiit & intravit domum: conspicit hominem in funere jam positum, conspicit sandapilam, quâ cadaver erat efferendum: circumstantes, & qui eum subsecuti fuerant, pro commendatione animæ advenisse benignum Virum credebant. Ille verò solo prostratus, oravit diutius. Surgens ab oratione, accessit cominus. Deinde amoto à facie sudario, attrectare jacentis frontem pectusque cœpit. Mira dicturus sum: ad tactum illius cœperunt venæ recalescere, pectus palpitare, membra singula paulatim se movere. Tunc intuens in ejus ora, proprio compellat nomine. Quo respondente, Surgere te, inquit, Christus imperat, & esse ab hac hora sanum. Qui celeriter ad præceptum Pontificis surgens, perfectissimæ sanitati restitutus adeo est, ut nec ægritudinis signum in eo deinceps apparet. Astantes ergo, & qui priùs triste funus procurantes flebant, flere præ gaudio iteratò cœperunt, mirantes sanissimum stantem, quem paulo antè defunctum viderant jacentem. A. ANONYMO.

Septem sorores, cum parentibus habitantes, d e f g

15 Erant eodem tempore apud Pertham *d* in territorio Cathalaunico septem sorores *e*, nobili prosapia utriusque parentis *f* nobilissimi progenitæ, corpore validæ, facie speciosissimæ, ingenti cura parentum feliciter altæ. Quadam ergo die, dum vir Domini Alpinus *g* ex pastorali solertia vicos suæ diœcesis prædicationis causâ perlustraret, ad illud traditur perveniisse prædium, in quo supradictæ virgines, ut dictum est, non mediocri cura genitorum educabantur. Qui cùm Antistitem sanctum liberaliter cum gaudio excepissent, conspectis virginibus speciosis castissimus Pontifex (erant enim jam nubiles) tacitè orabat Dominum, in earum mentibus castitatis seminari consilium. Post multa itaque de illo sanctissimi pectoris fonte astantibus confluentibusque turbis quid in stadio hujus exulatus cuique decertanti vitandum sit, quid appetendum, prolata & propinata, de laude quoque virginitatis adeo altum profudit sermonem, ut continuò devoverent se puellæ virginitatem, dum comes præsens fieret vita, custodire. E

virgines consecrat: harum eximia sanctimonia.

16 Regresso namque Pontifice, quid animi haberent invicem produnt, abrenuntianteque parentibus & patrimonis, uno eodemque ardore castimoniæ flagrantes, raptim Episcopum suæ salutis authorem adeunt, vestigiisque ejus provolutæ, ut normam vitæ salubris eis provideat atque contradat, cum multo lachrymarum fluore devotissimè implorant *h*. Quod cum Vir clementissimus audisset, oculis ad cœlum elèvatis, Gratias, inquit, tuæ clementiæ, Jesu Christe, refero, qui meæ parvitatis orationem audire dignatus, has infantulas, Spiritum tuum in earum cordibus infundens, in tui amoris dulcedine inflammâsti. Instruens igitur eas monasticis *i* disciplinis, sacroque tegens velamine, Deo consecravit, curamque earum omni vitæ suæ tempore *k* egit. Quarum vita adeo sancta conversatione, adeo miraculis claruit, ut singularum opera singulis indigeant voluminibus: nam dæmonibus imperabant, paraliticos curabant, cæcos illuminabant, claudos erigebant, cunctosque F morbidos oratione sancta sanabant *l*. Meritò in his omnibus laus Alpini architecti sapientissimi tanti ædificii fundatoris prædicanda atque recolenda est: ille enim eum in omnibus laudabilem, in omnibus mirificatum reddidit, cujus amor, cujus laus ab ejus pectore & ore numquam recessit.

h

i

k

l

Annis & meritis gravis,

17 Sed cùm jam misericors Deus, fortitudo & corona beatorum, Famuli sui agones explere & mercedem tantorum laborum retribuere decerneret, lachrymosa suspiria gemitusque ejus, quibus se peregrinari à Domino deflebat, exaudire dignatus est. Erat namque ei gravis inhabitatio hujus mortalitatis, quia differebatur à solo generationis in perpetuum viventis: cupiebat vinculis dissolvi carnis, ut esse mereretur gaudens cum Christo, quem toto corde dilexerat, tota mente amaverat, totis viribus quæsiverat: cuius fide armatus, spe roboratus, charitate protectus, in stadio hujus certaminis cum sæculi principe congrediens, victor extitit. Et tanquam miles emeritus triumphum de hoste reportans, à Rege regum palmam victoriæ percipere expectabat. Beata ejus mens, beata anima, totius beatitudinis laude digna: cujus licèt membra gladius

A. ANONYMO.

dius perſecutionis non amputaverit, gloria tamen martyrii non carebit, dum & labore & animo martyr voluit eſſe, & non potuit.

morbo ingruente, Baiam defertur, ibique moritur:

18 Qui cùm diem ſuæ vocationis, moleſtia ſuperveniente corporis, appropinquare ſentiret; domeſticos ſuos, clerum populumque civitatis advocans, more ſolito de obſervantia legis Dei alloquitur, exhortatur, ad ultimum, ne gravè ejus abſentiam corporalem ferant, monet: ſicque vale faciens eis, & benedicens, cum multis ſuorum lachrymis dimiſſus, Baiam reviſit, ſolum videlicet ſuæ nativitatis, ut, quæ eo naſcente tanto Germine fœcunda benè aucta fuerat, morienti quoque ſinum ſepulturæ pandens, beatiùs ſanctificaretur. In qua per dies aliquot languore ingraveſcente, tandem ſeptimo Idus Septembris plenus ſanctitate & gratiâ Dei, quadrageſimo ſeptimo *m* epiſcopatus ſui anno, relinquens terræ corpus, animam cœlo angelico devectam miniſterio intulit: quem beatorum chorus lætum ſuſcipiens amplectitur, demulcet, atque conſortem ſui factum exultans, gratias indeficientes omnipotenti Deo reddere non omittit: cum quibus aſtans præſentiâ illius fruitur, nos inde procul dubio proſpiciens, noſtri ſemper memor exiſtens, quem quiſquis pondere gravatus ſcelerum devotè fideliterque nihil hæſitans invocaverit, præſtandi * facilè illico ejus impetrando ſentiet auxilium.

m

B

* *fortè* præſtandum

ſepultura & corporis tranſlationes.

19 Sepultum eſt autem illud venerandum corpus in baſilica ſancti Petri *n* Apoſtolorum principis, ad cujus ſepulchrum multa & ſtupenda miracula Domini virtus operari dignata eſt, quæ deſidioſi conſpectores inſcripta hactenus reliquêre. Illud tamen ſtupendum eſt, quòd criptam, quâ ſepulchrum ejus tegitur, multotiens invidioſè deſtruere niſi barbari, nihil omnino prævaluerunt. Poſt multos denique annos tranſlatum eſt illud venerabile corpus à bonæ memoriæ Erchenrado epiſcopo, atque in eccleſia beati Andreæ apoſtoli haud longè à muro urbis Cathalaunicæ ſita *o* conditum. Proceſſu deinde temporis in urbem cum multa civium devotione deportatum eſt, & in baſilica ſancti martyris primicerii Stephani *p*, in ſede videlicet ſua, honorabiliter poſitum, ubi multa ejus orationibus & meritis præſtantur beneficia populis *q*.

n

o

p

q

C

ANNOTATA.

a *Vox hæc ambiguè ſcripta erat in omnibus apographis. Meliùs diceretur* immenſæ.

b *Hæc ſuſpecta ſunt, quia non crediderim* S. Alpinum *cum Hunnis egiſſe epiſcopatus ſui tempore, quod ne quidem narravit hic auctor. Quàm verò non cohæreant hæc cum præcedentibus, ſi in epiſcopatu facta creduntur, breviter oſtendo. Expeditio Britannica, poſt quam Epiſcopum electum dicit, ſuſcepta eſt anno* 429, *nec diu duravit. Atqui Hunnorum ſub Attila in Galliam incurſus pertinet ad annum* 451. *Quo igitur modo ſub initium epiſcopatûs meminit de reditu Sancti ab Hunnis, ad quos eum fuiſſe profectum non dicit? Meritò igitur ſuſpecta dixi verba illa energumeni. Si tamen conſtaret ab auctore ſimile quid in vetuſto repertum eſſe monumento, exiſtimarem* S. Alpinum *cum S. Lupo comitem Attilæ fuiſſe uſque ad Rhenum, atque eo tempore non paucos ab utroque reductos eſſe captivos. Sanè de S. Lupo id habemus ex authentica ipſius Vita; cúmque* Alpinus *tunc Lupi veriſimiliter diſcipulus & clericus aut presbyter fuerit, facilè ipſum comitari potuit. Sic, inquam, explicari verba biographi poſſent, ſi conſtaret de reductione captivorum per* Alpinum: *at illam non habemus ex ullo monumento probatæ fidei. Energumenos tamen non rarò à* S. Alpino *liberatos, aliunde novimus.*

D

c *De S. Memmio primo antiſtite Catalaunenſi actum eſt ad* 5 *Auguſti.*

d *Hæ voces* apud Pertham *in uno tantùm ſunt apographo, & vehementer dubito, an non fuerint ab aliquo intruſæ. Eas tamen retinui, quia ſeptem virgines, de quibus hîc agitur, revera natæ dicuntur* in pago Pertenſi, *ut habet Vita S. Puſinnæ, ad* 23 *Aprilis data. In Vita ſororis ipſius S. Hoyldis, edita ad* 30 *Aprilis*, S. Alpinus *veniſſe dicitur* ad villam, quæ Perta vocatur. *Vicus autem* Perta, *à quo* ager Pertenſis, *comitatûs etiam titulo illuſtratus, eſt inter Vitriacum oppidum & Oppidum S. Deſiderii, comitatuſque Pertenſis Cabilonenſi proximus eſt ad Orientem juxta Matronam flumen.*

e *Septem hæ ſorores in laudata Vita S. Puſinnæ, quæ una ex illis eſt, num.* 4 *ita recenſentur:* Harum Ymma prima fuit: huic Othildis ſucceſſit: hanc ſubſecuta eſt Luttrudis: poſt quam Puſinna eſt nata: ... huic [proxima] Francula in hujus luminis auras proceſſit: inde Libera edita eſt: Magenhildis noviſſimè genita. *Quædam nomina aliter ſcripta ſunt in Vita S. Hoyldis ad* 30 *Aprilis. Nam Ymma ibi ſcribitur* Ama, *& Othildis ibi in Vita propria dicitur* Hoyldis; *Magenhildis ſcribitur* Manehildis.

E

f *Pater illarum* Sigmarus *vocatur in Vita S. Puſinnæ, in Vita S. Hoyldis* Signarus, *ubi &* comes Partenſis *dicitur: mater in priori Vita* Luttrudis, *in altera* Lentradis. *Bailletus ad* 22 *Septembris de hiſce virginibus ſcribens, obſervat totam illam familiam videri potiùs Francicam, quàm Gallo-Romanam, quia nomina videntur Germanica magis quàm Romana. Non diſplicet hæc obſervatio; ſed exiſtimo inde non rectè deduci, Virgines haſce ad ſeculum ſeptimum referendas. Etenim aliquot annis ante finem ſeculi* 5 *Franci, qui dominium ſuum paulatim extenderant per Belgicam, poſſidebant hodiernam Campaniam. Quare poterat Sigmarus ante finem ſeculi quinti aliquot poſſeſſionibus Campaniæ donari à Clodoveo rege, ibique habitare cum uxore & filiabus, quando* S. Alpinus *ſub initium ſeculi ſexti ad villam ipſius Pertenſem pervenit. Hæc paucis dicta ſunto, ut pateat, omnia conſiſtere hæc poſſe, etiamſi certum eſſet, Sigmarum ex Francica gente fuiſſe. At minimè contendo, originem Sigmari ejuſque filiarum neceſſario ex Francis deducendam eſſe; cùm etiam ex Wandalis aut Burgundionibus genus trahere potuerit Sigmarus, aut ex alia quapiam gente barbara: parentes enim ipſius ob ſuſceptam fidem Catholicam Romanis adhærere, & in eorum ditione ſedes figere potuerunt.*

F

g *Eadem de adventu* S. Alpini *leguntur in Vitis S. Puſinnæ & Hoyldis jam aſſignatis. Bailletus oſcitanter dicit*, S. Alpinum *non videri notum, niſi ex hiſce Vitis, obſervans tamen à neotericis vocari* diſcipulum S. Lupi Trecenſis. *At, ſi vel ſolam S. Lupi Vitam, quam dedit ad* 29 *Julii, conſuluiſſet, inveniſſet ibi nominatum* S. Alpinum.

h *In Vita S. Puſinnæ pater Sigmarus ſeptem filias ſuas* Alpino *primus obtuliſſe dicitur. At ſanctus Antiſtes filias ipſas deinde interrogavit; cúmque omnes deſiderarent virginitatem ſuam Deo*

A *Deo offerre, virgines conſecravit piiſque monitis inſtruxit. Conſuli poteſt laudata Vita cap.* 1.

i *Nulli tamen monaſterio addictæ fuerunt, ſed habitaverunt cum patre ſuo uſque ad mortem illius. Leguntur quidem in Vita S. Hoyldis num.* 2 *aliqua, ex quibus ſuſpicio oriri poteſt de vita earum monaſtica, ſi vocibus ſolis inhæreamus, ſed voces illæ aliter exponi debent. Factum totum inde huc traduco:* Tunc temporis B. Alpinus Catalaunenſis epiſcopus eccleſias ſuæ diœceſis viſitando pervenit ad villam, quæ Perta vocatur; in qua ſeptem prædictas ſorores virgines, à parentibus oblatas, ex devotione magna ſanctimoniales fecit, conſecravit & velavit, earum prærequiſito confeſſoque concorditer & devotè voluntario conſenſu. Tandem informavit eas de bono virginitatis, ſuiſque parentibus recommendavit recedens, ut ſcilicet ipſas de cetero non ſicut ſuas regerent, ſed tamquam Dei filias honorarent, ampliúſque diligerent. Ex tunc ſecundum Regulam B. Alpini ſeptem virgines ſorores, maximè tres ſupradictæ, beatæ ſcilicet Ama, Hoyldis & Manehildis, ſicut bonæ
B moniales converſantes virtuosè, in facta virginitate viventes laudabiliter, more ſanctarum virginum ferventes amore Chriſti, uſque ad vitæ terminum proficientes in bono, ad Dominum migraverunt. *In hac relatione occurrunt voces* Sanctimoniales, Regula, moniales, *quæ videntur inſinuare vitam verè monaſticam. Attamen Vitæ S. Puſinnæ & S. Hoyldis, quibus accedit Vita S. Lutrudis apud Surium ad* 22 *Septembris, longè clariùs ſignificant, eas non fuiſſe votis & legibus monaſticis adſtrictas, ſed pietate* A. ANONYMO. *præſtantes fuiſſe primùm in domo paterna, ac deinde poſt mortem patris in ſuis ſingulas habitationibus, quas ex hereditate paterna acquiſierant: nam, ut in Vita S. Puſinnæ num.* XI *dicitur, pater moriturus* dividere ſtatuit hereditatem virginibus beatis, ne quid eis deeſſet, quo minùs propoſito ſanctitatis vacarent.

k *Erat tamen laudatis virginibus alius quoque director, nimirum Eugènius ſacerdos, qui a Sigmaro electus erat ad virgines iſtas à teneris Chriſtianâ doctrinâ imbuendas; illarumque director deinde manſit.*

l *Miraculis quidem claruerunt ex iis aliquæ; unde etiam ex ſeptem ſaltem quinque eccleſiaſtico cultu honoratæ ſunt. An verò tantâ miraculorum gratiâ omnes claruerint, dubitari poteſt.*

m *De anno emortuali conſule Comment.* § 2.

n *Baiæ videlicet, ut colligitur ex præmiſſis, & ex ſequente tranſlatione.*

o *Illam tranſlationem memoravi in Commentario num.* 3 *ex Rapinio, qui etiam obſervat, eccleſiam S. Andreæ deinde urbi incluſam eſſe, & modò vocari* S. Alpini. *Primus biographus* E *num.* 4 *dixit, Sanctum in illa S. Andreæ eccleſia ſepultum, quia ignoravit hanc tranſlationem, quantùm conjicio.*

p *Cathedralis eſt Catalaunenſis. Tranſlationem hanc omiſit primæ Vitæ ſcriptor, fortè quia nondum peracta erat, dum ſcripſit.*

q *In uno exemplari additur*, uſque in hodiernum diem, *quod in aliis non reperio, ideoque omiſi.*

DE S. CLODOALDO PRESBYTERO

IN OPPIDO S. CLODOALDI AGRI PARISIENSIS IN GALLIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. S.

C § I. Cultus Sancti ejuſque memoria in Faſtis: Acta juſto ſeriùs ſcripta, mendis non carent: exigua eorum auctoritas pro iis omnibus, quæ aliunde nequeunt confirmari. F

SEC. VI POST MEDIUM. *Locus, in quo Sanctus præcipuè colitur:*

NOvigentum, *aliàs etiam* Novientum, *dictus erat vicus agri Pariſienſis ad Sequanam, cui poſtea impoſitum eſt nomen* S. Clodoaldi, *ibidem defuncti ac ſepulti. Vicum illum Sanctus donavit eccleſiæ Pariſienſi, ut infrà videbimus. De eo Baudrandus in Geographia ita ſcribit:* Fanum S. Clodoaldi, S. Clou, burgus cultiſſimus Galliæ, olim Novigentum dictus, cum ponte lapideo ad Sequanam fluvium, & ſuperbiſſimo palatio peramœnoque ſeceſſu ducis Aurelianenſis, duabus leucis infra Pariſios in Occaſum in colle: . . nuper ducatus titulo inſignitus fuit archiepiſcopi Pariſienſis. *In hujus oppidi eccleſia collegiata corpus* S. Clodoaldi *ſervatur, ibidemque præcipua veneratione colitur. Andreas du Cheſne in Antiquitatibus urbium Franciæ pag.* 911 *ait, ſepulcrum Sancti è marmore nigro quotannis honorari ſolitum votivis peregrinationibus populi Pariſienſis. Colitur idem Sanctus in tota diœceſi Pariſienſi, & in aliis quibuſdam Galliæ diœceſibus; ſed non ubique eadem ſolemnitate. Patronum eſſe cujuſdam ſacelli domeſtici dominorum Villæ Novæ S. Salvii* * *in diœceſi Autiſſiodorenſi, reperio in Collectaneis Mss. ejuſdem diœceſis.* * *de Villeneuve St. Salve*

2 *Antiquum admodùm eſſe* S. Clodoaldi *cultum, ex Faſtis vetuſtiſſimis diſcimus: nam pleriſque Martyrologiis inſerta eſt ejus memoria. Hieronymiani codices præcipui eam vario modo annuntiant, quia iis addita eſt poſt auctorem primum. Florentinius ſic edidit:* Et in territorio Pariſiorum depoſitio beati Chodoaldi regis. *Codex ejus Blumianus:* Et in territurio Pariſeorum vico Novigento dep. beati Chlodoaldi regis, *memoria ejus in Faſtis antiquiſſimis*

AUCTORE J. S.

gis, & conf. *Codex vetuſtiſſimus Epternacenſis apud eumdem in Annotatis :* Pariſiis civitate Chlonouandi regis & confeſſoris. *Corbejenſis ibidem :* In territorio Pariſiorum, vico Noviento, depoſitio beati Clodoaldi regis, poſtea presbyteri & confeſſoris. *Pleriſque etiam codicibus, quorum textus contractior eſt, mentio* S. Clodoaldi *adſcripta eſt, ſed breviſſimè, & luxato nonnihil in quibuſdam nomine : nam in Richenovienſi legitur*, Flodoaldi, *antiquiſſimum apud Martenium habet*, Hlodoaldi, *& Morbacenſe ibidem* Clodoaldæ. *Sed idem ubique deſignatur* Clodoaldus, *Clodomiri regis filius, iſque* rex *vocatur, aut quia regis erat filius, aut quia legitimus cum fratribus ſuis paterni erat regni heres. Ceterùm ex omnibus iſtis Hieronymiani Martyrologii additamentis, quæ haud dubiè vetuſta admodùm ſunt, id unum obſervo*, Clodoaldum *in variis quidem vocari* presbyterum, *at nullibi* monachum.

& in pleriſque medii avi, in quibus presbyter vocatur: B

3 *Idem obſervari poteſt in martyrologis medii ævi, qui* Clodoaldum *memorârunt. Beda aut Florus apud nos ante tomum* 2 *Martii ſic habet :* S. Clodoaldi confeſſoris. *Hoc deinde auctum eo modo :* Eodem die in territorio Pariſiorum vico Novigento S. Clodoaldi confeſſoris & regis. *Rabanus priora verba ſecutus, ita ſine loco Sancti memoriam expreſſit :* Natale S. Chlodoaldi confeſſoris. *Wandelbertus Evortium &* Clodoaldum *verſibus ſic expreſſit :* Antiſtes ſeptenas ſervat Evortius, atque regali inſignis Clodoaldus ſtirpe ſacerdos. *Uſuardus Sanctum memoravit hoc modo :* Item in territorio Pariſiacenſi, ſancti Chlodoaldi presbiteri, tam generis quàm mentis nobilitate conſpicui. *Prolixiori elogio* S. Clodoaldum *ornavit auctor Florarii Ms. Sanctorum, eum annuntians his verbis :* Item in territorio Pariſienſi, vico Novianto, ſancti Clodoaldi epiſcopi & confeſſoris, de ſtirpe Karolidarum. Hic cùm regali eſſet ortus proſapia, Dominico cultui ſe mancipavit. Quare magno virtutum fulgore præminuit. Denique precibus ſuis fugavit dæmones ab obſeſſis corporibus : aperiebat ora mutorum : reddebat cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, & cunctis ex fide poſcentibus impetrabat opem ſanitatis. Qui tandem pro terreno regno relicto cæleſte conſecutus, multis uſque hodie miraculis fulget. Obiit anno Salutis DL. *Ita ille non ſine erroribus : nam perperam vocat* epiſcopum, *&* de ſtirpe Karolidarum *imperitè deſcendentem facit ; cùm presbyter tantùm fuerit, ortuſque ex prima ſtirpe regum Franciæ, ſeu ex Merovingiis. Annus quoque emortualis non rectè notatus eſt, ut infrà oſtendetur.*

C

recentiores quidam etiam monachum faciunt.

4 *Ex neotericis, qui paſſim omnes* Clodoaldum *annuntiant, aliqui* monachum *fuiſſe aſſerunt, alii de vita monaſtica tacent. Martyrologium Romanum breviter eum ſic memorat :* In territorio Pariſienſi ſancti Clodoaldi presbyteri & confeſſoris. *Verùm Wion, Bucelinus, aliique monachum faciunt. Inter hos nuperus auctor Martyrologii Pariſienſis tali* Clodoaldum *exornat elogio :* Novienti in territorio Pariſienſi, ſancti Clodoaldi presbyteri, è regia Francorum ſtirpe oriundi, qui Clodovæi magni nepos, patruorum ſuorum furori ſubductus, clericus eſſe voluit, & monachi habitum à ſancto Severino Pariſiis ſuſcepit : denique poſt annos aliquot ab Euſebio Pariſienſi epiſcopo presbyter factus, monaſterium condidit, quod nunc eccleſia collegiata eſt ejus nomine nuncupata. *Tam vita monaſtica quàm alia quædam hîc aſſerta examinabuntur inferiùs, uti & varia à Sauſſayo relata. Texuit hic longiſſimum elogium, quod neceſſe non eſt huc transferre ; ſed aliqua in Annotatis ad Vitam ex eo recitabo.*

D

5 *Acta* S. Clodoaldi *ex Mss. codicibus S. Germani Pratenſis edidit Mabillonius ſec.* 1 *Benedictino pag.* 234 *& ſeqq., ſed ſine ullis obſervationibus, ex quibus auctoris ætas aut fides Actorum poſſit innoteſcere. Bailletus in tabula critica ad* VII *Septembris obſervat, hæc Acta non videri ſcripta ante finem ſeculi* IX, *quia vicus Novigentum jam tempore Vitæ ſcriptoris habebat nomen* S. Clodoaldi ; *indeque colligit Acta hæc longè minoris eſſe auctoritatis, quàm ſint ea, quæ S. Gregorius Turonenſis de* Clodoaldo *narravit. Veriſſima eſt hæc obſervatio : ſed miror, ſcriptorem poſt talem obſervationem pleraque tamen ex dictis Actis inſeruiſſe Vitæ* S. Clodoaldi, *acſi ſatis fuiſſent certa. Scriptores Benedictini in Hiſtoria litteraria Franciæ tom. 6 pag.* 516 *rationem Bailleti adoptant, ex eaque concludunt, Sermonem hunc de* S. Clodoaldo (*nam* Sermonem *vocare maluerunt quam* Vitam) *non fuiſſe exaratum ante ſeculum* X. *Citiùs non eſſe compoſitam hanc lucubrationem utriſque lubens aſſentior, ſed non auſim aſſerere eo-ipſo ſeculo ſcriptam eſſe, cùm id nullo probari poſſit argumento : nam ſeriùs quoque ſcribi potuit eo modo, quo ſcriptam habemus. At ſive ſeculo* X *compoſita ſit, ſive ſeriùs, ætas nequit ſcriptori à rebus geſtis tam remoto auctoritatem conciliare.*

Acta ſcripta ſeculo X *aut ſeriùs,*

E

6 *Jam verò ſi Acta ipſa diligenter luſtremus, non reperiemus alia laudato ſcriptori fuiſſe monumenta antiqua de* S. Clodoaldo *præter Hiſtoriam Francorum S. Gregorii Turonenſis, ſcriptaque Fredegarii, Aimoini aliorumque auctorum, qui nihil ferè habent de* Clodoaldo, *aut certè pauciſſima, quæ ex Gregorio non ſint deſumpta. Certè nullibi oſtendit aut innuit, Vitam aliquam vetuſtiorem ſibi præluxiſſe. Hinc laudati ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ fatentur, non alia fortaſſe huic biographo fuiſſe monumenta quàm relata à Gregorio aliiſque, & traditionem monaſterii. Attamen laudant judicium & ſtylum auctoris, nec ullum inſinuant dubium de factis in Vita relatis. Nequeo ſanè tam favorabile de ſermone illo ferre judicium, cùm varios in eo errores inveniam, multaque alia non modo antiquioribus ignota, ſed parùm etiam veriſimilia. Etenim errores aperti faciunt, ut meritò dubitemus de iis, quæ minùs ſunt cognita, præſertim cùm mirum appareat, multa eaque præclara Sancti geſta huic innotuiſſe ſcriptori ; tam verò infelices fuiſſe ſcriptores alios ſeculis quatuor præcedentibus, ut perparum de* Clodoaldo *noverint ; aut tam fuiſſe negligentes, ut glorioſa regii Principis geſta majori ex parte ſilentio involverint.*

neqeuunt multum habere auctoritatis,

F

7 *Quos apertos dixi errores, paucis oſtendo. Num.* 5 *biographus tres ſolùm filios Clodoveo I attribuit, iiſque monarchiam à patre diviſam ſcribit. Tam manifeſtus eſt hic error, ut oſtendat ne Hiſtoriam quidem S. Gregorii Turonenſis attentè à biographo fuiſſe lectam. Gregorius enim lib.* 2 *cap.* 1 *filios Clodovei clariſſimis verbis ſic enumerat :* Defuncto igitur Chlodovecho rege, quatuor filii ejus, id eſt Theudericus, Chlodomeris, Childebertus, atque Chlothacharius regnum ejus accipiunt, & inter ſe æqua lance dividunt. *Mox alium errorem æquè clarum ſubjungit biographus, dum de Chlodomere dicit ;*

quia apertis erroribus ſunt fœdata,

Cui

A Cui ſorte ceſſerat Burgundia. *Quippe noverunt omnes, qui utcumque verſati ſunt in Hiſtoria Francica, Burgundiam eo tempore fuiſſe ſub propriis regibus, Chlodomerem verò in pugna contra regem Burgundiæ fuiſſe occiſum. Notabilior eſt error tertius, cùm magis ſpectet ad* Clodoaldum, *de quo biographus num.* 7 *ita loquitur:* Heres patris ſolus eſt inſtitutus à patruo, extinctis duobus fratribus. *Hæc eo modo affirmat auctor, acſi regnum adminiſtrare potuiſſet* Clodoaldus, *idque liberè reliquiſſet. At conſtat, regnum à patruis ipſius fuiſſe diviſum, ſimulatque fratres ejus erant occiſi, ipſeque* Clodoaldus *patruorum manibus ereptus. Hic talis eſt lapſus, ut ipſa ſcriptoris fides fiat dubia: ex eo enim colligitur, biographum magis ſtuduiſſe, ut Sanctum exornaret quam ut vera & indubitata ſcriberet.*

multaque iiſdem inſerta, quæ aliunde ſunt ignota.

8 *Poſt tales errores quis tutam biographo fidem adhibeat in iis omnibus, quæ de corporis auſteritatibus* S. Clodoaldi, *quæ de lectionibus & precibus ipſius, quæ demum de miraculis à vivente patratis, eadem fortaſſe libertate enarrat? Nihil quidem horum incredibile eſt aut*

B *Sanctis inuſitatum: at non ſatis intelligitur, unde ea biographus diſcere potuerit, ſilentibus antiquioribus, ideoque vehemens oritur ſuſpicio, omnia illa ex conſueto Sanctorum vivendi more per conjecturas magis relata eſſe quàm ex monumentis idoneis aut certis. Non minùs incerta videri poſſunt, quæ narrantur de habitu ſacræ religionis* Clodoaldo *per Severinum dato, de ſeceſſu Sancti in Provinciam redituque Pariſios, aut certè de ſeceſſûs & reditûs cauſa & ordine, prout in Vita referuntur. Quis enim facilè credat, Sanctum ex territorio Pariſienſi ſeceſſiſſe in Provinciam, ut vanas hominum laudes fugeret, ac deinde ex Provincia rediiſſe Pariſios? Magis pronum eſt credere, Puerum à ſervatoribus ſuis in Provinciam avectum eſſe, ut ibi lateret tutiùs: inde verò juvenem Pariſios reverſum eſſe, ubi, ſpe regni abjecta, patruis ſuis erat reconciliatus. Demum candidè agnoſco, ea ſolùm in hiſce Actis mihi ſatis certa videri, quæ ex Gregorio Turonenſi, aut ex aliis antiquis ſcriptoribus haurire potuit auctor. Edam tamen hanc Vitam, prout jam data eſt à Mabillonio, cujus editionem conferam cum Ms. Pratenſi nobis olim tranſmiſſo, ſed quibuſdam locis mutilo; & cum alio Ms. Muſei noſtri apographo, quod caret tota præfatione.*

C

§ II. Varia de Sancto ex Gregorio Turonenſi & aliis: tempora & geſta utcumque ordinata.

Sanctus erat filius natu minimus Chlodomeris regis Aurelianenſis,

QUandoquidem *monui, ea eſſe certiora de* S. Clodoaldo, *quæ Vitæ ſcriptor ex antiquioribus accipere potuit; neceſſe eſt ut huc transferam, quæ de eodem Sancto leguntur apud ſcriptores antiquiores, quorum præcipuus eſt* S. Gregorius Turonenſis epiſcopus. *Hic lib.* 3 *Hiſtoriæ Francorum cap.* 6, *relata morte Chlodomeris, unius ex quatuor filiis Clodovei I, & regis Francorum in regno Aurelianenſi, qui anno* 524 *cæſus eſt in conflictu contra Godomarum Burgundionum regem, de relictis ab eo filiis hæc ſubjungit:* Filios quoque ejus Chrotechildis regina (*illorum avia, utpote vidua Clodovei*) exactis diebus luctûs, ſecum recepit ac tenuit: quorum unus Theodovaldus *, alter Gunthārius, tertius Chlodovaldus vocabatur. *Ad hæc verba obſervo,* Clodoaldum *hîc claris verbis ſtatui natu minimum ex tribus fratribus, ideoque conjectura parùm probabili uſum eſſe* Bailletium *ad* VII *Septembris in* Clodoaldo, *dum hunc fecit Gunthario natu majorem. Clarior eſt error Agathiæ, qui lib.* 1 *Hiſtoriæ Juſtiniani ſcripſit, Clodomerem ſine liberis genitis deceſſiſſe.*

AUCTORE J. S.

* *al.* Theotbaldus

occiſoque patre, educabatur cum fratribus à S Chrothilde,

10 *Deinde laudatus Turonenſis cap.* 18 *hæc narrat:* Dum autem Chrotechildis regina Pariſius moraretur, videns Childebertus, quòd mater ſua filios Chlodomeris, quos ſuprà memoravimus, unico affectu diligeret, invidiâ ductus, ac metuens, ne favente regina admitterentur in regnum, miſit clàm ad fratrem ſuum Chlotharium regem, dicens: Mater noſtra filios fratris noſtri ſecum retinet, & vult eis regnum dare: debes velociter adeſſe Pariſius, & habito communi conſilio pertractare oportet, quid de his fieri debeat: utrùm inciſa cæſarie, ut reliqua plebs habeantur, an certè, his interfectis, E regnum germani noſtri inter noſmetipſos æqualitate habita dividatur. De quibus ille verbis valdè gaviſus Pariſius venit. Jactaverat enim Childebertus verbum in populo, ob hoc hos conjungi reges, quaſi parvulos illos elevaturos in regno. Conjuncti autem miſerunt ad reginam, quæ tunc in ipſa urbe morabatur, dicentes: Dirige parvulos ad nos, ut ſublimentur in regno. At illa gaviſa, neſciens dolum illorum, dato pueris eſu potuque, direxit eos dicens: non me puto amiſiſſe filium, ſi vos videam in ejus regno ſubſtitui.

quando cum iiſdem captus eſt à patruis ſuis regibus,

11 Qui abeuntes, adprehenſi ſunt ſtatim, ac ſeparati à pueris & nutritoribus ſuis cuſtodiebantur utrique, ſeorſum pueri, & ſeorſum hi parvuli. Tunc Childebertus atque Chlothacharius miſerunt Arcadium, cujus ſuprà meminimus, ad reginam, cum forcipe atque evaginato gladio. Qui veniens oſtendit reginæ utraque, dicens: Voluntatem tuam, ô glorioſiſſima regina, filii tui domini noſtri expetunt, quid de pueris agendum cenſeas, utrùm inciſis crinibus eos vivere jubeas, an utrumque jugulari. At illa exterrita nuntio, & nimiùm felle commota, præcipuè cum F gladium cerneret evaginatum ac forcipem, amaritudine præventa, ignorans in ipſo dolore, quid diceret, ait ſimpliciter: Satius enim mihi eſt, ſi ad regnum non eriguntur, mortuos eos videre quàm tonſos. At ille parùm admirans dolorem ejus, nec ſcrutans, quid deinceps pleniùs pertractaret, venit celeriter nuntians, ac dicens: Favente regina, opus cœptum perficite: ipſa enim vult expleri conſilium veſtrum.

amboque ipſius fratres à Clotario occiſi;

12 Nec morâ adprehenſum Chlothacharius puerum ſeniorem brachio eliſit in terram, defigenſque cultrum in axillam, crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater ejus ad pedes Childeberti proſternitur, adprehenſiſque ejus genibus, aiebat cum lacrymis: Succurre, piiſſime pater, ne & ego peream ſicut frater meus. Tunc Childebertus lacrymis reſperſa facie, ait: Rogo, dulciſſime frater, ut ejus mihi vitam tua largitate concedas: & quæ jufſeris pro ejus anima confe-

ram, tantùm ne interficiatur. At ille conviciis actum, ait: Aut ejice eum à te, aut certè pro eo morieris. Tu, inquit, es inceſtator hujus cauſæ, & tam velociter de fide reſilis? Hæc ille audiens, repulſum à ſe puerum projecit ad

AUCTORE J. S.

eum. Ipse verò accipiens transfixum cultro in latere, sicut fratrem priùs fecerat, jugulavit: deinde pueros cum nutritiis peremerunt. Quibus interfectis, Chlothacharius assensis equitibus * abscessit, parvipendens de interfectione nepotum: sed & Childebertus in suburbana concessit. Regina verò compositis corpusculis feretro, cum magno psallentio, immensoque luctu usque ad basilicam sancti Petri prosecuta, utrumque pariter tumulavit; quorum unus decem annorum erat, alius verò septennis.

* *i. e.* equis

Clodoaldus eo periculo liberatus ac deinde presbyter factus. Opinio Valesii de anno cædis

13 Tertium verò Chlodovaldum comprehendere non potuerunt, quia per auxilium virorum fortium liberatus est. Is postposito regno terreno, ad Dominum transiit, & sibi manu propria capillos incidens, clericus factus est: bonisque operibus insistens, presbyter ab hoc mundo migravit. *Hactenus Turonensis, ad cujus relationem aliqua sunt observanda. Primò inter mortem Chlodomeris & cædem filiorum ipsius alia quædam narravit. Hinc cædes illa annis non paucis morte Chlodomeris posterior quibusdam videtur. Valesius lib.* 7 *Rerum Francicarum pag.* 388 *de tempore cædis ita differit:* Hæc miserabilis jugulatio Chlodomeris regis filiorum Luteciæ facta est post Burgundiam perdomitam, ut Gregorius, Fredegarius & Aimoinus tradunt. Subacta est autem à Childeberto & Chlothario Burgundia Justiniano Aug. IV & Paullino juniore coss., si Marium sequimur, hoc est, post decennium quàm Chlodomeres perierat: vel potiùs post consulatum Lampadii & Orestis anno 2, post Chlodomeris mortem octavo, ita ut insequenti anno, Justiniano Aug. III Cos. Theodovaldus & Guntharius, IX post amissum patrem anno, à patruis suis interempti esse videantur. Ex quo apparet falsum esse, quod ait Gregorius, cùm jugulati sunt, alterum, nimirum Theodovaldum, annos X; alterum, puta Guntharium, septem tantùm habuisse, ne de Chlodoaldo loquar, qui cùm esset minimus filiorum Chlodomeris, vix tum sexennis fuisset. *Ita Valesius.*

B

non videtur admittenda;

14 *Verùm displicet mihi crisis illa Gregorium ex Gregorio refutantis, parúmque probabilis apparet epocha cædis ab eo allata. Malim sanè existimare cædem filiorum Chlodomeris sine ordine temporum à Gregorio relatam, aut finem belli*

C

Burgundici ab ipso præoccupatum. Etenim si omnia consideremus, quæ Gregorius narravit inter mortem Chlodomeris & secutam deinde totius Burgundiæ expugnationem, tam pauca inveniemus, ut omnia uno anno fieri potuerint, cùm tamen octennium aut decennium interceserit. Bellum istud Burgundicum breviter perstrinxit Gregorius hisce verbis lib. 3 *cap.* XI: Chlotacharius verò & Childebertus in Burgundiam dirigunt, Augustodunumque obsidentes, cunctam fugato Godomaro Burgundiam occupaverunt. *Expeditionem, quâ Augustodunum est captum, anno* 525 *illigat Cointius: aliaque expeditione totam Burgundiam anno* 534 *occupatam scribit, secundum Marii sententiam. Si autem vera est Cointii opinio, mors filiorum Chlodomeris contigerit post primam in Burgundiam expeditionem Clotarii & Childeberti, id est, circa annum* 526, *quo eam narrat Cointius. Si verò quis bellum Burgundicum una expeditione unoque anno absolutum credere maluerit, cædes filiorum Chlodomeris à loco suo avulsa est per Gregorium, ac nimis serò relata: Gregorii verò ordinem in gestis narrandis more suo secuti sunt Fredegarius & Aimoinus.*

15 *Ex hisce cædes filiorum Chlodomeris collocanda est circa annum* 526; *nec corrigendus est S. Gregorius Turonensis, dum asserit natu maximum fuisse decennem, alterumque septennem, dum occisi sunt; sed potiùs ex ætate illorum cognita tempus peractæ cædis utcumque colligendum. Quippe ætatem occisorum puerorum indubitanter asserit Gregorius, eamque facilè scire potuit, ita ut durè nimis censuræ sit* falsum *dicere, quod de ea suppar Gregorius affirmavit. At dicere, ordinem rerum gestarum non observatum à laudato antistite, nec tam durum est: nec id insolitum nec infrequens est in Gregorio. Præterea res ipsa insinuat, filios Chlodomeris non diu patri suo fuisse superstites, cùm regnum Chlodomeris nec ab ipsis aut ab alio ipsorum nomine administratum legatur, nec ab ipsorum patruis occupatum aut divisum sit ante mortem duorum & fugam* Clodoaldi. *Hinc Agathias prorsus ignoravit, filios à Chlodomere fuisse relictos, videlicet quia duo ex illis citò post patrem sublati sunt, ac tertius diu ignotus latuit. Quapropter adeo non existimo, filios Chlodomeris vixisse usque ad annum* 533, *ut magis crederem eodem anno* 524, *quo pater eorum occisus est, peremptos quoque fuisse, nisi constaret S. Chrothildem aliquo tempore eorum curam gessisse; indeque ad annum* 526 *aut* 527 *videretur mors eorum remittenda. Ceterùm* Clodoaldus *tunc puer erat, fortè triennis tantùm aut quadriennis, & ad summum sexennis, ut natales ipsius figere possimus inter annum* 520 *&* 524.

D

sed cædes illa potiùs figenda circa annum 526. *Natus inter* 520 *&* 524.

16 *De modo, quo* Clodoaldus *fratrum cædi ereptus est, nihil docet Gregorius, nisi liberatum esse* per auxilium virorum fortium. *Subductus verisimiliter est ab aliquo è præsentibus, quando Clotarius primum occidebat, & ad latebras avectus est aut ad aliam civitatem. Ubi latuerit puer* Clodoaldus, *non tradit Gregorius; nec alii ipsum secuti id exposuerunt. At, si verum esse satis constaret, quod habet biographus, eum aliquando in Provincia fuisse, & ibi ad tempus habitâsse, vehementer suspicarer, eò abductum esse à servatoribus suis, ibidemque in Gothorum ditione educatum in spem regni aliquando obtinendi, donec ea ætate esset, ut vitæ statum posset eligere. Ea demum ætate, ut mihi apparet verisimilius, capillos sibi ipse præcidit, & vitam elegit ecclesiasticam, abjecta spe regni. Hæc autem capillorum depositio, & vitæ ecclesiastica electio, sive extra Francorum ditionem facta sit, ut apparet verisimilius, sive in loco regni, ubi latuerat,* Clodoaldo *viam aperiebat ad redeundum in gratiam patruorum suorum Childeberti & Clotarii, à quibus possessiones aliquot obtinuit ad vitam honestè sustentandam.*

& diu verisimiliter in spem regni educatus, abjecta illa spe, patruis reconciliatur,

E

F

17 *Itaque patruis suis reconciliatus, ditatusque bonis sufficientibus, tamquam ab exsilio Lutetiam Parisiorum venit, sive ex Provincia, si ibidem vixit; sive ex alio quocumque loco, si alibi in regno latuit. Parisiis presbyter ordinatus est, quod ab Eusebio episcopo factum, ait Vitæ auctor. Consecratus igitur est non diu post medium seculi* VI, *certè non post annum* 555, *quo Eusebio Parisiensi episcopo suffectus est S. Germanus. Ante medium seculi* VI *consecratus non videtur, cùm consecratus dicatur ab Eusebio: nam Eusebium paucis tantùm annis cathedræ Parisiensi præfuisse, patet ex catalogo antistitum Parisiensium tom.* 7 *Galliæ Christianæ novissimæ editionis col.* 17 *&* 18. *Porrò quæ in Vita num.* 9 *referuntur de cohabitatione* S. Clodoaldi *cum S. Seve-*

boniſque ditatus, reduxque Parisios, presbyter ordinatur:

A *S. Severino, ſi quid iis veri inſit, aptiùs referentur ad tempus ſuſcepti ſacerdotii, quàm ad juventutem aut adoleſcentiam Sancti: vix enim crediderim Puero aut Adoleſcenti licuiſſe in territorio Pariſienſi degere aut vitæ ſtatum eligere.*

*varia ſanctus Presbyter donavit eccleſiis: * i. e.* Clodovei

18 *Præterea donationes Sancti referendæ ſunt ad tempus ſuſcepto ſacerdotio & morti interjectum. De hiſce Hincmarus in Vita S. Remigii ita loquitur:* Filius Chlodomiri, filii Chludowici * regis, nomine Chlodoaldus, interfectis fratribus ſuis, quos unà cum eo poſt patris obitum Chrotildis regina nutriebat, in clericum ſe totondit: & proceſſu temporis vitæ ac religionis ſuæ merito partem hereditatis à patruis regibus obtinuit. De qua Duziacum villam in pago Moſomagenſi cum appenditiis ſuis ſancto Remigio ac Remenſi eccleſiæ tradidit; & villam Ruilliacum in pago Biturico ſancto Dionyſio delegavit. Villam verò Novientum in pago Pariſiaco, cum omnibus ad ſe * pertinentibus, matri eccleſiæ Pariſius civitatis, ubi presbyter extitit ordinatus, donavit. In qua villa plenus virtutibus migrans ad Dominum, in eccleſia, quam ipſe

* *i. e.* eam

B ædificaverat, corpore fuit in pace ſepultus.

hæ donationes figendæ poſt ſuſceptum à Sancto ſacerdotium.

19 *Quod dicitur de Duziaco villa S. Remigio donata, intelligendum eſt eodem ſenſu, quo Ruilliacum S. Dionyſio donatum eſt, videlicet ad honorem S Remigii & S. Dionyſii factas eſſe donationes eccleſiis, in quibus hi colebantur. Remigius enim defunctus haud dubiè erat ante donationem* Clodoaldi, *ſicut clarum eſt de Dionyſio, aliquot ſeculis antiquiore. Neque obſtare poteſt ſcriptum, quod inſertum eſt Flodoardi Hiſtoriæ Remenſi lib.* 1, *tamquam teſtamentum S. Remigii. Quippe teſtamentum iſtud S. Remigii, qui de donatione* Clodoaldi *loquens inducitur, manifeſtè ſuppoſititium eſt, ut varii jam obſervârunt: idque probari poteſt ex ipſis verbis, quæ de* Clodoaldi *donatione in eo leguntur. Verba ſubdo:* Duodeciacus verò, ſicut à Clodowaldo nobiliſſimæ indolis puero confirmatum eſt, tibi heres mea (*eccleſiam Remenſem ita vocat*) perpetualiter famuletur. *Puer revera erat* Clodoaldus, *ut hîc vocatur, quando defunctus eſt S. Remigius. At pueri decennes non ſolent tantas facere donationes:* Clodoaldus *verò, qui moriente Remigio ferè decennis eſſe potuit, nihil ea ætate habuiſſe videtur, quod donare poſſet. Quare ex*

C *mente Hincmari dicendum eſt, tam hanc donationem, de qua idem Hincmarus meminit apud Flodoardum lib.* 3 *cap.* 20 *pag.* 421, *& rurſum pag.* 422, *quàm duas alias à* Clodoaldo *jam presbytero eſſe factas, aut certè non diu antè.*

§ III. Inquiritur, utrùm Sanctus monaſticam amplexus ſit diſciplinam, & monaſterium exſtruxerit monachis.

Aliqui Clodoaldum monachum fuiſſe,

EX *verbis Hincmari oritur dubitatio de eccleſia, quam Novigenti à* S. Clodoaldo *ædificatam ſcribit, & in qua ſepultum eſt Sancti corpus. Nam biographus num.* 12 *aſſerit,* monaſterium *ibidem à Sancto ſtructum & ſufficientibus ditatum opibus. Locum verò ſuo tempore vocatum fuiſſe* Monaſterium ſancti Clodoaldi *affirmat. Mabillonius tom.* 1 *Annalium Benedictinorum pag.* 76 *non modò eccleſiam illam* S. Clodoaldi *credit fuiſſe monaſterium monachorum, ſed ipſum quoque* Clodoaldum *monachis annumerat; uti & multi alii fecerunt, è quibus aliqui antè laudati. Verum illa opinio minus mihi videtur certa. Hac de cauſa Mabillonium, qui omnia monaſticam* Clodoaldi *vitam utcumque inſinuantia ſtudiosè congeſſit, audire lubet.* Chlodoaldus, *inquit*, per viros fortes eorum (*patruorum ſcilicet*) furori ſubductus, ſibi ipſe capillos incidit, CLERICUSQUE, id eſt monachus, ac poſtmodum presbyter factus eſt, ut ex Gregorio diſcimus. In vulgatis ejus Actis HABITUM SACRÆ RELIGIONIS dicitur accepiſſe à Severino monacho, qui tum recluſus prope Lutetiam verſabatur: poſtea in Provinciam, ubi ſcilicet patruis ſuis ignotus degeret, ſeceſſiſſe; atque inde pacatis eorum animis reverſus, apud Novientum ſeu Novigentum, agri Pariſienſis vicum, conſediſſe: ubi & monaſterium conſtruxit, & corpus ſuum poſt mortem ſepeliri curavit.

AUCTORE J. S.

& in monaſterio Novigenti ſtructo cum monachis habitâſſe credunt;

E

21 Childebertus & Chlotharius ... ob Chlodoaldi vitæ ſanctitatem magnis demum poſſeſſionibus locupletârunt cœnobium Novienti, quod ab ejus nomine & corpore hactenus ſancti Chlodoaldi vocabulum retinet ... Illic monachi erant ad ſeculum octavum; ſi quidem ſynodo Attiniacenſi anno ſupra ſeptingenteſimum ſexageſimo quinto ſubſcribit Johannes abbas DE SANCTO FLODOALDO: quod de hoc Novientenſi haud dubiè interpretandum eſt. Et in epiſtola Eginhardi ad Gozbertum abbatem, de monaſterio ſancti Chlodowaldi fit mentio, quod jam dudum collegium eſt canonicorum ſecularium. Hic primus è principibus Francis eſt tonſus ac monachus factus, ut perniciem vitaret. *Hactenus Mabillonius, cujus verba diligenter expendenda ſunt. At primò obſervo, duas eſſe quæſtiones, alteram videlicet, an Sanctus ipſe fuerit monachus; alteram, an eccleſia, ab eo Novienti ſtructa, fuerit cœnobium monachorum. Secundò adverto Mabillonium perperam ad Childebertum & Clotarium detorquere donationes, quibus* Clodoaldus *ipſe eccleſiam ſuam ditavit.*

prout Acta inſinuant, primò ſolitarium ac demum cœnobitam fuiſſe:

F

22 *Jam verò primæ Mabillonii probatio ex inciſis capillis videtur peti, & vel maximè quia* clericus *factus à S. Gregorio Turonenſi dicitur: nam per* clericum *intelligit* monachum. *Verùm tonſio capillorum nihil probat, cùm fieret veriſimiliter ad regno renuntiandum, cúmque clericis etiam ſit uſitata. Vox verò* clericus *adeo non favet ſententiæ Mabillonii, ut ei potiùs noceat. Scio quidem monachos ſubinde* clericos *nominari, maximè quando gradu aliquo eccleſiaſtico inſigniti ſunt, & ſic monachi ſimul & clerici. At probandum erat, S. Gregorium Turonenſem per vocem* clericus *paſſim deſignare monachum, ut tutò dici poſſet,* CLERICUS, id eſt monachus. *Hac de cauſa nolim exiſtimare Mabillonium verbis Gregorii uſum eſſe ad probandum monachatum* Clodoaldi, *ſed ea ipſum ſic expoſuiſſe ſuſpicor, quòd crederet ex Actis ipſis de vita* Clodoaldi *monaſtica ſatis conſtare. Quippe Acta habent, à Severino recluſo* habitum ſacræ religionis *impoſitum* Clodoaldo, *ab hoc* monaſterium *Novigenti conditum, ibique ipſum cum ſervis Dei habitâſſe, mortuumque ac ſepultum eſſe* in eadem cella. *Quin & de* cuculla *pauperi data in iiſdem Actis fit mentio. Demum Vita innuit,* Clodoaldum *diſciplinæ eremiticæ ſe primùm applicuiſſe, ac deinde Novigenti ad cœnobiticam tranſiiſſe: nec dubitarem, quin eremita primùm*

prope

AUCTORE J. S.

prope Parisios, ac postea in Provincia fuisset Sanctus, nec monasticam ipsius vitam dubiam crederem, si omnia, quæ in Actis narrantur, pro certis haberem.

at non satis probabilia sunt, quæ in Actis de eremitica Sancti vita dicuntur,

23 *Verùm adeo non credo certa omnia, quæ in Actis traduntur de* S. Clodoaldo, *ut pleraque, quæ eremiticam ipsius vitam insinuant, non satis existimem probabilia. Talia sunt, quæ dicuntur de habitu sacræ religionis per S. Severinum ei impositio, de solitaria ipsius exercitatione prope Parisios, de bonis ab eo tunc in monasteria & ecclesias dispertitis, de secuto itinere in Provinciam, quò plausus hominum fugeret, ac demum quod de cuculio ibidem pauperi dato subjungitur. Hæc omnia, inquam, non satis mihi apparent probabilia. Primò enim non satis capio, unde hæc omnia didicerit scriptor ille, quatuor seculis Sancto posterior; cùm scriptores plurimi diu antè de* Clodoaldo *disseruerint, qui illa faciliùs scire poterant, si facta erant. Cur Gregorius Turonensis, Aimoinus, auctores Gestorum regum Francorum & Chronici S. Dionysii, auctor Vitæ S. Clotildis aliique plures, qui varia*
B *narrârunt de* Clodoaldo, *omnia ad eremiticam Sancti vitam spectantia silentio involverunt? Si quis velit, ea hisce omnibus ignota fuisse, doceat ille, quò demum modo innotuerint biographo. Præterea Martyrologium Corbeiense, Wandelbertus & Usuardus* Clodoaldum *annuntiant ut presbyterum, nullius ut monachum: idque notandum in Usuardo Parisiensi monacho, cum hic Severini, quem Vita magistrum facit* Clodoaldi, *ut* monachi & solitarii *mentionem faciat ad* XXIII *Novembris.*

ut variis rationibus ostenditur:

24 *Secundò dubitandum non videtur, quin* Clodoaldus, *postquam mortis periculo ereptus erat, deportatus sit ad locum satis securum, longéque dissitum, ut ibidem educaretur in spem regni. Nam, cùm ipse sibi capillos absciderit, teste Gregorio; id factum non videtur simul ac patruorum manibus liberatus erat Puer, sed quando maturiore ætate vitam ecclesiasticam spei incertæ & periculosæ præferendam credidit. Quare verisimile non est, inchoatam ab eo vitam solitariam prope Parisios, aut ipsum ibidem innotuisse populo, priusquam sacros ordines susciperet decrevisset, atque ita patruis suis fuisset reconciliatus: sed longè verisimilius est, ipsum aut latuisse aut extra ditionem Francorum mansisse, donec sacros ordines jam susceptisset, & tunc demum bonâ patruorum venià Parisios rediisse, ut ibidem continuò presbyter consecraretur, sicque patruis eximeret omnem regni aliquando appetendi timorem. Hisce conjecturis ipsa ætas Sancti, quæ annos triginta non multùm excedere potuit, quando Parisiis consecratus est, locum præbet. Biographus verò cùm apertis erroribus, in quos lapsus est; tum improbabili relatione, quâ Puerum aut Adolescentem regium durissimè prope Parisios viventem facit, deinde juvenem in Provincia miraculis coruscantem; eumdemque Parisiis discedentem, ut plausus hominum vitaret, ac eò eadem de causa revertentem, omnem sibi ipse in hisce fidem eripit; præsertim cùm nihil de omnibus illis habeant antiquiores.*
C

quæ verò in Actis insinuant vitam ejus monasticam, rectiùs alio modo exponi possunt:

25 *Restat examinandum, an ecclesia Novigenti condita cœnobium fuerit monachorum, ibique* Clodoaldus *ipse monachus vixerit, ut vult Mabillonius. Id satis evinci non posset ex Vita, etsi omnia, quæ biographus tradidit, pro certis haberemus. Nam de presbyteris & clericis in illo monasterio simul habitantibus omnia possent intelligi: neque enim vox* monasterium *monachos necessariò insinuat, cùm etiam canonici & clerici monasteria incoluerint, eademque vox pro ecclesiis non rarò usurparetur medio ævo. Vox* cella, *quâ auctor etiam utitur, plusculum difficultatis haberet, cùm magis insinuet monasticum domicilium: at ne illa quidem canonicis prorsus fuit inusitata; ita ut omnia intelligi possint, quæ auctor in fine vitæ scribit, etiamsi non admittamus ipsum cum monachis vixisse Novigenti. Verùm, etsi clarè edixisset* Clodoaldum *ibi monachum fuisse cum monachis, antiquiorum omnium scriptorum silentium de monachatu* Clodoaldi *prævalere deberet affirmationi scriptoris fidei tam dubiæ tantoque tempore posterioris. Itaque non modò incerta, sed etiam parùm probabilis apparet professio monastica* S. Clodoaldi: *nec ea fieret certa, licèt certò constaret de cœnobio ad usum monachorum per ipsum fundato; cùm id aliis fundare potuerit, ipseque ibidem quietè vivere sine professione monastica, prout seculo* XIII *fecit B. Isabella Francica in condita ibidem virginum abbatia. Verùm ne constructio quidem monasterii ad usum monachorum certis* D *rationibus evinci videtur.*

nec ostendit Mabillonius seculo 8 in monasterio S. Clodoaldi fuisse monachos;

26 *Credidit quidem Mabillonius seculo* VIII *monachos fuisse in ecclesia seu monasterio* S. Clodoaldi, *quia conventui Attiniacensi anno 765 subscripsit* Johannes abbas de sancto Flodoaldo: *hunc enim* S. Clodoaldi *abbatem fuisse observat. Ejusdem sententiæ est Cointius tom. 5 ad annum 765 num. 26, ubi recensens & examinans subscriptiones laudati conventus, ad subscriptionem hanc, quæ tertio loco ponitur inter abbatum subscriptiones,* Joannes abbas de sancto Flodoaldo, *subjungit:* Legendum suspicamur DE SANCTO CLODOALDO, & Joannem hunc abbatem extitisse cujusdam monasterii, quod in diœcesi Parisiensi sub sancti Clodoaldi invocatione conditum esset. *Idem crediderunt alii, quibus eatenus lubens assentior; quòd abbatem illum Joannem, qui conventui Attiniacensi interfuit,* S. Clodoaldi *monasterio præfuisse, probabilius existimem. At non video, ex abbate monachos necessariò inferendos esse, cùm etiam potuerit esse abbas canonicorum: alia enim monasteria erant canonicorum, alia monachorum; alii item canonicorum abbates, alii monachorum. Quæ igitur consecutione probat Mabillonius, seculo* VIII *in monasterio* S. Clodoaldi *fuisse monachos, quia Joannes ibidem erat abbas?*
E F

aut eos ibidem fuisse seculo 9:

27 *Nihilo firmius est alterum ipsius argumentum, quo observat in epistola Eginhardi ab Gozbertum abbatem, quæ edita est in Collectione Chesnii tom. 2 pag. 695, mentionem fieri de* monasterio S. Chlodowaldi. *Dubitat ipse Mabillonius tom. 2 Annalium pag. 424 utrùm locus ille satis rectè intelligi possit de monasterio* S. Clodoaldi *prope Parisios, quia existimat epistolam Eginhardi datam esse ad Gozbertum S. Galli abbatem, ad quem cura istius* S. Clodoaldi *monasterii nullo modo spectabat. Ego verò lubens crediderim ad alium potiùs Gozbertum scriptam fuisse Eginhardi epistolam, quàm aliud designari* S. Clodoaldi *monasterium. Verùm quidquid de hisce sit verius, nullum est dubium, quin ecclesia* S. Clodoaldi *seculo* IX, *seu imperante Ludovico Pio, quando scripta est illa epistola, in territorio Parisiensi exstiterit; sed vehementer dubito, an possessa tunc fuerit à monachis; quod neque ex voce* monasterium, *neque ex abbate ei præ-*

A *præfecto legitimè poteſt inferri. Qua de cauſa longe probabilius exiſtimo, nec monaſticam ibi vitam duxiſſe* S. Clodoaldum, *nec monachos ibidem ab eo congregatos, aut poſtea in ſtructam ab eo eccleſiam inductos.*

contra tam multa ſuadent, cœnobium monachorum ibidem non fuiſſe;

28 *Ipſe Vitæ ſcriptor ſatis innuit, non fuiſſe monachos, qui monaſterium ſancti* Clodoaldi *cum ipſo, & poſt ipſum inhabitârunt. Quippe* Servos Dei *nominat, nullibi* monachos *aut* fratres. *De* orationibus, jejuniis, eleemoſynis, vigiliis, divinis lectionibus *loquitur, nuſpiam de* diſciplina regulari *aut* monaſtica. *Præterea eccleſiam ſuam Sanctus* matri eccleſiæ, *ſeu cathedrali Pariſienſi*, teſtamento delegavit, *teſte biographo. Hincmarus verò totam villam Novientum ab eo eccleſiæ Pariſienſi donatam affirmat. At ſi monachos Novienti congregâſſet Monachus ipſe, prima haud dubiè ei cura fuiſſet de monaſterio ſuo, nec illud tam tenue reliquiſſet, quam videatur initio fuiſſe poſt mortem Sancti, cùm* cella *vocetur ab ipſo biographo. Tandem ſcriptorum omnium antiquorum ſilentium de monachis, quos in monaſterio* S. Clodoaldi *fuiſſe volunt neoterici, mihi omnino perſuadet, numquam in eccleſia per* Clodoaldum *erecta monachos habitâſſe.*

B

ut credamus potiùs fuiſſe oratorium, quod paulatim excrevit.

29 *Etenim non ſatis capio, quo demum fato accidiſſet, ut monaſterium, quod Princeps regia ſtirpe ortus regiſque filius ſeculo* VI *in territorio Pariſienſi condidiſſet ac locupletâſſet, quodque idem Sanctus poſt mortem ſacro ſuo corpore ac miraculis ornâſſet, tam obſcurum manſiſſet, ut nullus ex eo prodierit abbas aut monachus, qui vitæ ſanctitate, eruditioneve aut rebus geſtis inclaruit; nullum proferatur diploma, quod in gratiam monachorum illud inhabitantium à Franciæ regibus ſit datum; nullus uſque ad ſeculum decimum ſit ſcriptor, qui monachos* S. Clodoaldi *umquam nominavit, licèt de* Clodoaldo *ipſo ut ſancto presbytero plurimi meminerint. Quare longè veriſimilius mihi apparet, eccleſiam illam, quam Novienti condidit, fuiſſe oratorium, in quo Sanctus ſolitudinis amans ſibi domeſticiſque ſuis, ac forſan etiam populo in vicinia habitanti, divina celebravit myſteria: illud verò oratorium, Pariſienſi eccleſiæ cum villa ipſa donatum, paulatim per concurſum ad corpus Sancti excreviſſe in eccleſiam paræcialem ac collegialem, prout villa Novientum in vicum ac tandem in oppidum excrevit.*

C

§ IV. Annus emortualis incognitus: miracula ad ſepulcrum facta: corpus fortaſſe aliquando Pariſios delatum, & Novigentum relatum, ubi conſervatur.

Annus emortualis ignotus:

QUamdiu *ſanctus Presbyter Novienti vixerit, quòque anno ad beatam tranſierit vitam, incompertum eſt. S. Gregorius Turonenſis ait mortuum fuiſſe, dum ſcribebat, vergente ad finem ſeculo* VI; *at neque ipſe, neque Fredegarius, neque alii ſcriptores medio ævo ſecuti ullum mortis aſſignant tempus. Mabillonius aliique ipſum ſecuti mortem fixerunt circa annum* 560: *Caſtellanus verò & auctor Martyrologii Pariſienſis in margine notârunt circa annum* 568. *Hæc ultima epocha minus longè aberrare poteſt quam prior: nulla enim dari poteſt idonea ratio, cur non poſſit ſuperfuiſſe Sanctus uſque ad annum* 580. *At probari etiam nequit, ipſum multis annis vixiſſe poſt ſacerdotium inter* 550 *&* 555 *ſuſceptum. Mortuus igitur eſſe poteſt ante annum* 560 *aut etiam poſt* 580. *Quapropter mortem latiſſimo modo figendam duxi circa* 560, 570 *aut* 580: *ſi verò circa* 560 *occubuerit, quadraginta ferè habuit ætatis annos; ſin attigerit annum* 580, *non longè ab anno vitæ ſexageſimo abfuerit.*

miracula ad Sancti ſepulcrum

31 *Quamvis S. Gregorius ſcribit* Clodoaldum *ab hoc mundo migrâſſe* bonis operibus *inſiſtentem, de miraculis tamen ipſius prorſus ſilet, eoque ſilentio non ſolùm ſuſpecta facit miracula, quæ biographus à vivente* Clodoaldo *patrata narrat modo parùm veriſimili; ſed etiam præbet occaſionem ſuſpicandi, miracula poſt obitum ejus facta non innotuiſſe Gregorio, antequam hic conſcriberet tertium Hiſtoriæ ſuæ librum, in quo de* Clodoaldo *meminit. Fieri id potuit, quia* Clodoaldus *non diu tunc erat defunctus, aut quia miracula non ſtatim poſt obitum ipſius ſuêre inchoata. Quidquid cauſæ fuerit, alii ſcriptores ſatis antiqui nullum de factis ad ſepulcrum* S. Clodoaldi *miraculis relinquunt dubium. Predegarius in Hiſtoria Francorum epitomata cap.* 39 *ſic habet:* Chlodoaldus ad clericatum tondetur, dignamque vitam gerens tranſiit. Ad cujus ſepulcrum Dominus virtutes dignatur oſtendere.

F

facta diuque continuata.

32 *Aimoinus Floriacenſis lib.* 2 *cap.* 12 *de* Clodoaldo *ita ſcribit:* Qui poſtea clericus factus, presbyterque ordinatus, dignè eſt converſatus, & vitæ finem ſortitus: Novionto villâ territorii Pariſiacæ urbis ſepultus, multis miraculorum ſignis cælo ſe vivere declarat. *In Chronico S. Dionyſii apud Martinum Bouquet tom.* 3 *Scriptorum rerum Gallicarum pag.* 188 *de* Clodoaldo *leguntur veteri Francorum idiomate relata, quæ huc transfero Latinè:* Clodoaldus tertius liberorum, qui cædem duorum fratrum viderat, multò attentior fuit ad vitam ſibi conſervandam quàm ad regnum ſuum requirendum. Evaſit è periculo iſto proborum quorundam auxilio virorum, quos ipſius ceperat commiſeratio. Deinde ſacratus fuit presbyter, virque vitæ ac converſationis ſanctæ. Mortuus eſt & ſepultus in territorio Pariſienſi in villa, cujus nomen Novigentum. Miracula, quæ Dominus deinde ipſius gratiâ operatus eſt, oſtendunt eum ad vitam tranſlatum perpetuam. *Conſentit de Miraculis Chronicon Virdunenſe ibidem pag.* 356: *at ea ſingulatim relata non invenio.*

F

Corpus ſeculo 9 delatum forſan fuit Pariſios metu Normannorum:

33 *Abbo monachus S. Germani in Opuſculo metrico de obſidione Pariſienſi per Normannos lib.* 2 *crebram facit mentionem de patrocinio à S. Germano, cujus corpus ad urbem fuerat delatum, Pariſienſibus præſtito; atque uno loco S. Marcellum &* S. Clodoaldum *adjungit apparenti S. Germano, ita ut* S. Clodoaldus *ab illo ſcriptore teſteque obſidionis oculato inter defenſores urbis Pariſienſis fuerit habitus. Hinc D. canonicus Lebeuf in Diſſertationibus ad Hiſtoriam eccleſiaſticam & civilem Pariſienſem pag.* 132 *ſuſpicatur corpora SS. Marcelli &* Clodoaldi *eo item tempore ad urbem delata fuiſſe, ſicut corpus S. Germani. Hanc ſuſpicionem, ob graſſationes Normannorum valde veriſimilem, laudatus ſcriptor confirmat ex Ms. quodam Paſtorali Pariſienſi, in quo teſtatur haberi compila-*

AUCTORE J. S.

tionem chartarum Inchadi & Erchanradi II antiſtitum Pariſienſium : in præfatiuncula verò dictis chartis præfixa à compilatoribus, qui tempore Caroli Craſſi ſeu memoratæ obſidionis vivebant, affirmari, conſervata eo tempore fuiſſe in eccleſia cathedrali Pariſienſi corpora Sanctorum Marcelli & Clodoaldi *cum aliis huc non ſpectantibus.*

ſed modò conſervatur in eccleſia S. Clodoaldi.

34 *De S. Marcello Pariſienſi epiſcopo id magis examinari poterit ad diem* 1 *Novembris, quo colitur. Quod verò ſpectat ad* S. Clodoaldum, *tranſlatio illa mihi probabilis admodùm apparet. Certum tamen eſt, ſacrum illius corpus non manſiſſe in cathedrali Pariſienſi, ſed ad propriam* S. Clodoaldi *eccleſiam fuiſſe citò relatum, ſi inde avectum fuerit. Nam omnes ſcriptores medii ævi æquè ac neoterici, paucis exceptis, corpus Sancti teſtantur conſervari in eccleſia collegiali oppidi* S. Clodoaldi, *in quâ primùm fuit ſepultus. Breulius in Antiquitatibus Pariſienſibus lib.* 4 *pag.* 1169 *teſtatur, ſupra tumulum ipſius è marmore nigro inciſum fuiſſe epitaphium, quod mendosè edidit. Illud nobis miſſum eſt ita ſcriptum.*

B Artubus hunc tumulum Chlodoaldus conſecrat almis,
Editus ex regum ſtemmate perſpicuo.
Qui vetitus regni ſceptrum retinere caduci
Baſilicam ſtuduit hanc fabricare Deo :
Eccleſiæque dedit matricis jure tenendam
Urbis pontifici quique foret Pariſi.

Sauſſayus aliique ſcribunt, miracula ibidem Sancti patrocinio patrata fuiſſe uſque ad ſua tempora, ſed nullum exponunt. Ceterùm neceſſe non eſt refutare errorem Benedicti Gononi & aliorum, qui crediderunt corpus modò ſervari Pariſiis : nec lubet attingere inſipidam fabellam, quam refert & refutat Paradinus in Annalibus Burgundiæ lib. 1 *pag.* 45. *Sed Acta debitis annotatis caſtigata ſubjungo.*

VITA

Ex editione Mabillonii cum Mss. collata.

C

PRÆFATIO MORALIS.

Sancti poſt mortem laudandi

Dies lætitiæ & gaudii adeſt præcipuè veſtræ urbi ſummâ devotione celebranda, qua venerandus Chriſti confeſſor Clodoaldus vinculis corporeæ fragilitatis exutus adire meruit gaudium æternæ beatitudinis, angelicis ſpiritibus ſociatus, ut quorum munditiam tempore ſuæ mortalitatis ſtuduit habere in terris, eorum conſortio ſine fine frueretur in cœlis. Cui præſtante gratia Salvatoris hodie factus eſt de morte natalis ; cui initium vivendi dedit finis vitæ ; cui, ut [ait *a*] Paulus, vivere Chriſtus fuit ; cui ſine Chriſto vita non fuit. Meritò ergo ſatiatur in bonis deſiderium ejus : quia dum in hac carne viveret, mundatum eſt ab omni iniquitate & malitia cor ejus. Dignè jam verſatur ejus vita mirabilis in memoria hominum, qui merito ſanctitatis tranſiit ad gaudium angelorum. Meritò & laudem ſanctorum virorum mandat nobis habere Scriptura divinitus inſpirata, dicens : Laudemus viros glorioſos, qui vicerunt regna mundi ; qui vicerunt, non qui victi fuerunt. Non eſt enim contraria ſibi Scriptura, quæ dicit alio loco : Non laudes hominem in vita ſua. Quæ autem ante mortem propter incertos caſus caducæ vitæ prohibet, poſt mortem jubet laudare. Modò ſecuri laudibus extollamus ejus excellentiam ſanctitatis, quando nec adulatio notat laudantem *, nec elatio tentat laudatum. Laudemus poſt emenſum periculum jam ſecurum : laudemus victorem, ſed poſtquam venit ad triumphum. Operum ejus merita jam in tuto poſita ſecuri magnificemus : qui galeâ ſpei & ſcuto fidei & gladio verbi Dei tamdiu infatigabiliter contra antiquum hoſtem armatus inceſſit, quouſque, eo devicto ejuſque pedibus proſtrato, meruiſſet accipere palmam æternæ remunerationis. D

* *in Ms.* laudem

& imitandi : hi nos miſeratur ob vana hominum ſtudia,

2 Illius ergo, quantùm poſſumus, omni inſtantia veſtigiis inſiſtamus, quibus per arctam viam ad cœli latitudinem feſtinans, quà eum ſequeremur, oſtendit. Hodie optatam vocem laudabilibus operibus adquiſitam audire meruit Salvatoris ore prolatam : Euge ſerve bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Acceptum enim talentum retulit geminatum. Jam per fidem gratiâ ſalvatur, gloriam Domini ſpeculatur transformatus in eamdem imaginem. Jam enim hyems preſſurarum tranſiit, & imber tribulationum receſſit ; jam indiſſociabiliter æterno Fonti inhærens, inebriatur ab ubertate domûs Dei, & torrente voluptatis ſuæ potat eum Dominus, & bibit perennem jocunditatem juxta ſui capacitatem. Nec noſtrarum obliviſcitur miſeriarum, cùm ſemper claro intueatur lumine omnia Videntem, & æquo jure diſponentem ac moderantem. A ſummo uſque ad imum ſtatum creaturarum atque ex alta arce reſpiciens ima terrarum, reges tremendos, quos innumeri populi metuunt, cernit velut exules tyrannos. Miſeratúſque errores humanos, clamat compatientis affectu miſerantis : O infelices & miſeri cives, quà itis ? Non eſt hæc via, quæ ducit ad patriam, ſed quæ ducit ad impia tartara. Redite prævaricatores ad cor, relinquite vias erroris, & vivetis. Quid extrà quæritis, obtuſi cæcitate mentis, intra vos poſitam perpetuitatem beatitudinis ? Si bene quærere vultis, intra vos quærite, ibi invenietis, ubi invenit qui dixit : Hæc recordatus ſum & effudi in me animam meam, quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis uſque ad domum Dei in voce exultationis & confeſſionis : ubi eſt vera lux luminis, quam non poſſunt fuſcare tenebræ erroris. Hanc quicumque videre meruerit, candidos ſolis radios negabit. Ibi invenietis & audietis Chriſtum dicentem : Ego ſum lux, ego ſum via. Sed ſi aurem cordis apoſueritis ; Prophetam longè ante *b* novæ gratiæ tempora præconantem, & poſt tergum monentem : Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram neque ad ſiniſtram declinantes. Hæc via, de qua procul aberrâſti, & factus es tibi ipſi regio egeſtatis, quando diſſipâſti patrimonium, quod dederat dulcis Pater : porcos paviſti, & de Hieruſalem deſcendens in latrones incidiſti, qui etiam deſpoliaverunt te, & plagis impoſitis abierunt ſemivivum te relinquentes. Sed non reliquit miſeriam tuam miſericordia Samaritani illius, qui factus eſt nobis ſapientia à Deo, & juſtificatio & redemptio, qui peccata noſtra pertulit in corpore ſuo ſuper lignum, ut peccatis mortui, juſtitiæ vivamus. Qui dicit nobis : Curri-

E

F

b

te,

A te, & ego perducam. In qua juſtitia viventes, poſiti ſumus in via ad patriam redeuntes, & ad Hieruſalem cœleſtem, quæ ædificatur ut civitas, remeantes, cujus participatio eſt in idipſum. Quam denunciat Apoſtolus liberam & matrem omnium noſtrum, cujus civitatis conditor & artifex Deus. Quæ, ut in Apocalypſi legitur, non eget lumine ſolis, ſed Dominus Deus inluminat eam, & lucerna ejus eſt Agnus. Cui ſuſpiramus nolentes expoliari, ſed ſuperveſtiri, ut abſorbeatur quod mortale eſt à vita.

multaque ex dæmonum inſidiis pericula,

3 Sed in hac juſtitiæ via, quà imus, plurimæ inſidiæ & laquei ingeruntur nobis à deſertoribus ejuſdem ſacræ militiæ angelis ſatanæ, quibus Deus peccantibus non pepercit, ut ait Petrus, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum, in judicio magni Dei cruciandos reſervavit. Quare ſicut leo rugiens circumeunt quærentes, quem devorent, ut à via veritatis abſtrahant. Contra quos bellum inexorabile nobis eſt agendum: quia non eſt nobis conluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus. Ne ergo deficiamus in eorum conflictu; B & capiamur eorum laqueis, paratur nobis menſa in via ejus * noſtræ peregrinationis, variarum opum referta deliciis, omne habens delectamentum & ſuavitatem omnis ſaporis. Sed præfinita & præſcripta eſt lex omnibus accumbentibus. Ad menſam magnam, inquit, ſedisti: conſidera, quæ apponuntur tibi, ſciens quoniam talia te oportet præparare. Ecce autem è latere hinc inde palàm, hinc inde plurimæ latenter inſurgunt vanitates & mortiferæ ſuavitates & delectationes. Sed quid dicit Pſalmus? Narraverunt mihi iniqui fabulationes, ſed non ſicut lex Dei, quæ dicit: Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo ſunt, quia omne quod in mundo eſt concupiſcentia oculorum & ſuperbia vitæ. Continete ergo vos ab immani feritate ſuperbiæ, & ab inerti voluptate luxuriæ, & à curioſitate falſi nominis ſcientiæ. Videte ne decipiamini nec fallamini. Optimum eſt enim gratiâ ſtabiliri cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Nolite vobis inaniter promittere diuturnitatem vitæ. Quæ eſt enim gloria veſtra? Vapor eſt ad modicum parens, deinceps exterminabitur.

* *Ms. rectiùs* hujus

C *quæ cavenda per Dei gratiam monet auctor.*

4 In hac via ambulantes tenete juſtitiam; quam cùm nobis propoſuiſſet Salvator ſervandam, tria tantummodo in executione ejus proſecutus eſt, orationem ſcilicet, eleemoſynam & jejunium; in oratione monſtrans omnes regulas ſancti deſiderii; tota enim vita veri Chriſtiani ſanctum eſt deſiderium: in eleemoſyna omnem benignitatem & beneficentiam oſtendens in dandis beneficiis & ignoſcendis in ſe delictis ab aliis commiſſis, quam primùm à ſemetipſo debet omnis accipere. Scriptum eſt enim: Miſerere animæ tuæ placens Deo: in jejunio verò inſinuans omnem corporis caſtigationem, quæ fit maximè in cunctis paſſionibus animæ comprimendis. Adtendite quaſi in præſenti poſito Patronum veſtrum monentem vos, & ad percipienda exhortantem perpetua præmia: Eſtote ſicut ego; nolite cauſari de fortitudine. Unde ego potui, & vos, ſi vultis, poteſtis. Neque enim à me ego quidquam potui: poſſe verò meum ab illo fuit, qui dixit: Sine me nihil poteſtis facere. Si qui ergo eſtis, qui ad perfectionem tenditis, perſeverantiam in bonis operibus à Patre luminum quotidianis precibus poſcite, atque hoc agendo confidite non vos eſſe alienos ab electione electorum, quos elegit ante mundi conſtitutionem, D ut eſſent ſancti & immaculati in conſpectu ejus. Abſit autem à vobis ideò deſperare de vobis, quia ſpem veſtram in illo habere jubemini & non in vobis. Maledictus enim omnis, qui confidit in homine, & à Domino recedit cor ejus. Benedictus autem vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus: quia bonum eſt confidere in Domino. Quid verò adhuc in peccatorum damnabilium remoramini delectatione? Adprehendite ſaluberrimam ſalutem & diſciplinam, & ſervite Domino in timore, & exultate ei in tremore. Et nolite præſumere de vobis, nec velitis gloriari quaſi de operibus veſtris: ſed qui gloriatur, non in ſe glorietur, ſed in Domino, qui dedit vobis & velle & poſſe. Cui dicimus cum Propheta: Omnia opera noſtra operatus eſt in nobis. Et ideò in nullo gloriandum, quando noſtrum nihil eſt: quia non eſt in poteſtate noſtra cor noſtrum & noſtræ congregationis, ſed à Domino greſſus noſtri diriguntur, ut viam ejus velimus. Hoc crediderunt, hoc egerunt quicumque ab initio Deo placuerunt *c*. *c* E

ANNOTATA.

a *Quæ uncis inclusa ſunt, editioni Mabillonii ex Ms. addidi.*

b *In Ms. legitur:* Prophetam à longè novæ gratiæ tempora præconantem.

c *Hactenus præfatio nec indocta nec inelegans; ſed quæ omnibus Sanctis congruere poſſit.*

CAPUT UNICUM

Stirps Sancti regia: cædes fratrum ipſius, quâ feliciter liberatur: pia ejuſdem ſtudia & opera: conſtructio eccleſiæ, in qua mortuus ſepelitur.

F *Stirps Sancti regia: occiſo patre, cum fratribus educatur,* *a*

HOc & iſte ſanctus Pater noſter indubitabili mente credidit, & verbis docuit, & uſque ad finem ſuis operibus ſervavit: neque enim aliter poſſet eſſe ſanctus *a*: cujus proſapiam generis, quamvis bene nota ſit omnibus, vobis huic paginæ duxi inferere & ab ipſa ejus pueritia inſignem pietatem & morum probitatem narrare. Traxit autem genus ab alto ſanguine regum. Cujus avus Clodoveus regnum Francorum nobiliter regens, pulchrè diſponens & ordinans, cùm Pariſius curſu vitæ ſuæ expleto finem vivendi feciſſet, reliquit in regno conjugem vocabulo Chlotildem cum tribus filiis *b*, Chothario videlicet, Childeberto, atque Chlodomero *c*, quibus diſpoſitis portionibus diviſit monarchiam ſui principatus. Sed Chlodomerus genitor hujus ſancti confeſſoris Clodoaldi, cui ſorte ceſſerat Burgundia *d*, non multo pòſt defunctus, & ipſe tres reliquit filios. Quorum unus vocabatur Theodaldus, alter Gontarius, tertius verò iſdem Chlodoaldus. Quos regio more & cultu nutriebat & inſtituebat eorum avia jam dicta regina, cupiens eos loco filii in faſtigium ſublimare regni. Sed ſpe ſua fruſtrata eſt fraude filiorum de innocentium cæde tractantium. Denique cùm Childebertus reſideret Pariſius, ſuaſu antiqui ſerpentis

b *c* *d*

A pentis inſtigatus, ut regnum fratris defuncti invaderet & injuſtè poſſideret, cum germano factionis & ſceleris ſui participe, mittens clàm accerſivit fratrem Chlotharium, qui tunc temporis Sueſſionis urbe morabatur; flagitans quatinus Pariſius venire celeriter non differret, ut unà poſiti commodis & utilitatibus ſibi congruentibus inſiſterent, & regnum germani, qui tunc vitâ exceſſerat, inter ſe dividerent: filii verò illius velut imbellis manus infantilis ætatis, aut gladio necati, aut certè plebeio tegmine obſcurati atque obumbrati manerent. His ille auditis, rupti horarum modulis *, celerrimè advolavit.

6 Sparſerat autem ſubdolè præfatus Childebertus *e* falſos rumores in aures populares, ob hoc ſolummodò mutuum colloquium habere voluiſſe duos fratres, quatinus filios fratris ſuos nepotes facerent regnare pro patre. Unde & celerem nuncium dirigunt ad matrem, quæ Pariſius erat ea tempeſtate, rogantes eam ut pueros mitteret ſine dilatione, ut ab eis mitterentur, vel ſublimarentur in regnum patris. Regina verò hilaritate perfuſa, ignara doli & ſimulationis, confeſtim miſit pueros plurimis obſequiis fultos, B & catervâ puerorum illis famulantium ſtipatos, prorumpens in hæc verba: Non me reputo amiſiſſe filium, ſi iſtos parvulos videam in regno ejus conſtitutos. Mox verò ut ad patruos venerunt, à ſibi obſequentibus & nutritoribus ſeparati ſunt; atque ex induſtria procuratur truculentiſſimus nuncius nomine Archadius *f*, qui pergens ad matrem ferret evaginatum gladium & forcipem *g*. Mox verò ut venit, juxta præceptum dominorum oſtendit reginæ ſigna terroris, & perculit eam terrore gravis nuncii, dicens; O glorioſa regina, filii tui domini noſtri magnopere ſcire volunt, quid de pueris cenſeas agendum, & volunt ſibi ociùs nunciari, utrùm tonſo capite *h* velis eos vivere, an gladio vitam præſentem terminare. Hæc illa audiens intolerabili animi dolore fauciata, velut in extaſi rapta, ignorans nimiâ triſtitiâ quid diceret, ait: " Sa-„ tius duco, & melius mihi videtur eos vitam „ hanc morte finire, quàm inciſis crinibus vi-„ ventes degeneres & inglorioſos videre *i* „. Sed ille perverſi animi homo, qui tam execrabile ac durum detulerat mandatum, non pertulit tamdiu ſubſiſtere, donec regina ſedatâ mente poſcenti congruum daret reſponſum; ſed rediit celeriter nuncians matrem decernere, quod ipſi de pueris inſtituerant agere *k*.

7 Mox ergo unum apprehenſum Chlotharius puerum eliſit in terra, defixoque in latere ejus cultro crudeliter interfecit. Quo vociferante, frater ejus pedibus Childeberti proſternitur, apprehenſiſque ejus genibus, cum lacrymis aiebat: Succurre piiſſime pater, ne ego peream ſicut periit frater meus. Flexus verò ad miſericordiam Childebertus, & reſperſa lacrymis facie, ait: Peto, frater cariſſime, ut concedas mihi hujus vitam tua benignitate, ut non differam, quæ juſſeris pro ejus vita dare. Ille verò conviciis eum adorſus, ait commotus amaritudinis felle: Niſi iſtum citò à te repuleris, pro eo morieris. Qui ſtatim ejecit à ſe puerum madidum lacrymis, non ferens animoſitatem fratris. Sed ille ut immanior immaniſſimo, non gerens pœnitentiam jàm à ſe patrati ſceleris, hunc quoque ſicut & priorem vitâ privavit, immemor futuri judicii & æterni ignis. Tertius autem ad ſimile exitium quærebatur Chlodoaldus, ſed non potuit reperiri, nutu Dei omnipotentis protectus, & auxilio virorum fortium *l* de manibus crudelium liberatus. Quorum etiam ope adjutus, heres patris ſolus eſt inſtitutus à patruo *m*, extinctis duobus fratribus. Qui malè blandientis ſæculi inanem felicitatem velut immane naufragium magis vitare ſtuduit, & ad æterni Regis miſericordiam pertingere miſericordiæ operibus inſiſtendo, quàm ſub regio nomine terrenæ proſperitatis deviare à patria æterni patris. Repentè itaque regalem pompam deſpicit, ſordent illi fulgurantia auri argentique metalla, contemnitur pulchritudo gemmarum, veſtes auro textæ & holoſericæ reſpuuntur Interea cor ejus inſtituebatur & formabatur divinis inſtitutionibus, ut vileſcerent illi omnia quæcumque videntur temporalia, & quæcumque nonnulli homines * pro ingenti deputant lucro, jam ſorduerant Viro ſancto, & maximo deputantur detrimento *n*.

8 Sacrorum frequenter fruebatur lectione librorum, quorum enſus myſticos animi acumine & alacritate intuens atque intellectu diſcernens, paſcebatur ſacri verbi edulio & lambebat dulcia mella. Quàm dulcia, inquit, faucibus meis eloquia tua, ſuper mel & favum. In divina laude choris pſallentium magis volebat intereſſe, quàm illecebroſa verba virorum inlicitè audita * percipere. Patrimonium namque * ſuum, quod illi jure hæreditario obvenerat à patre ditiſſimo, laudabili liberalitate indigentibus curabat diſtribuere, non ſurdus auditor neque ſegnis exſecutor Dominicorum præceptorum. Ubi cùm quidam dives quæſiſſet conſilium à Domino æternæ vitæ percipiendæ, & ille propoſuiſſet mandata veteris ſervanda legis, atque ille reſpondiſſet omnia illa ſe cuſtodiſſe, dixit: Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo, & veni, ſequere me. Sed non iſte, ſicut ille, triſtis receſſit. Nunc verò illic ſcriptum, quia hilarem datorem diligit Deus. Propterea corpuſculum, quod regio cultu in byſſo & purpura enutritum fuerat, vilis indumenti aſperitate domabat; & qui dudum dormire in pluma præ nimiâ teneritudine neſciebat, ſuper nudam humum tectus cilicio dulcem ſomnum capiebat, caſtigans juxta Apoſtolum ſeipſum, & ſervituti ſubjiciens in fame & ſiti, in frigore & nuditate. Omneſque terrenarum rerum delectationes à corpore & animo gratiâ Dei ſe præveniente & ſubſequente reſecans, ſatagebat juxta eumdem Apoſtolum dives fieri in operibus bonis, ac theſauriſare ſibi fundamentum bonum in futurum, & vivere in hoc ſæculo juſtè & piè, ut apprehenderet veram fidem. Quæ retrò ſunt, oblitus quidem, in ea verò, quæ antè ſunt, extentus currebat ad palmam ſupernæ remunerationis, cupiens comprehendere Chriſtum, à quo jam ejus miſericordiâ erat comprehenſus. Sed & variarum contemnens delicias eſcarum, in agone iſto theatrali vilioris & groſſioris cibi *o* eſu ſuſtentabatur potiùs quàm reficiebatur.

9 Et ut peritus & doctus negotiator mercimonium ſuum ſtudens ampliare, parvipendebat vilem & abjectam rem dare & pretioſam emere. Qui reperiens bonam margaritam & theſaurum abſconditum in agro divinarum Scripturarum, dedit omnia, quæ habere poterat, nihil ſibi reſervans, & comparavit. Præ amore dulcedinis & claritatis illius repentè viluerunt, quæ priùs dulcia & jocunda videbantur, & æſtimata ſunt ut ſtercora. Contemnitur mundus fallaciâ & deceptione plenus, deſiderantur * habita, congre-

* *Ms.* moris *cum iiſdem à patruis ſuis dolo captus,* *e*

* *al.* hominum

n *Virtutes Sancti,*

* *Ms.* illicito auditu * *al. in Ms* itaque

o

qui S. Severini recluſi diſcipulus factus dicitur;

* *fortè* degata ſeruntur

iis occiſis, aliorum ope evadit.

A gata ſparguntur in neceſſitatibus indigentium, ut juſtitia ejus maneret in ſæculum, cornu ejus exaltaretur in gloria. Deinde ex integro certans expoliare veterem hominem cum actibus ſuis & induere novum [hominem] eum, qui renovatur interiùs ſecundùm imaginem ejus, qui creavit
p eum, abiit ad beatum Severinum *p*, qui in cella recluſus contemplationi divinæ pro viribus
q fervere *q* plurimorum vociferabatur, poſcens ab eo ſibi habitum ſacræ religionis imponi, in vultu quoque, manu ejus immutari per tonſionem
r capillorum *r*. Cujus devotam petitionem præfatus deſideranter curavit implere, intuens eum divino amore plurimùm fervere. Sumpto itaque ſanctitatis cingulo & *ſacro militiæ indumento, velut propugnator fortis intra caſtra æterni Regis non trepidat Divinâ potentiâ adjutrice cum callido hoſte ſingulare certamen inire. Cujus validas vires ideò fortiter fregit, quia ex toto operibus & pompis ejus renuntiavit, eligens ſqualore & inediâ pro adipiſcendis ſupernæ felicitatis gaudiis momento temporis affligi; quàm pro
B momentaneis inlecebroſiſque delectationibus perpetuis tormentorum incendiis concremari *.

* *al.* cruciari

10 Igitur poſtquam theſaurorum copiam inviſibili modo, præceptum ſecutus Salvatoris, in cœleſti theſauro repoſuit, poſtquam agrorum & vinearum poſſeſſiones cum ſuis cultoribus monaſteriis atque eccleſiis Chriſti perpetuò profuturas teſtamento firmavit, terram ſe computans & cinerem, & vilem ſe ſtatuens in oculis ſuis, ut eſſet pretioſus in Dei oculis, deliberavit apud ſe plauſus hominum ſibi faventium, & opus præclarum tantummodò divino amore patratum vanis & humanis laudibus extollentium, devitare & declinare, & regionem longè poſitam, quæ Provincia
f *ſ* nuncupatur, adire, ut ibi quaſi ignotus in cœpto propoſito poſſet Deo ſervire. Sed quia non poteſt lucerna latere, nec poſſunt eam tenebræ obſcurare, cùm eas ſuo coruſco lumine noverit pellere & fugare, poſitus in eadem regione magno emicuit virtutum fulgore. Deinde precibus fugabat dæmones de obſeſſis corporibus, aperiebat ora mutorum, reddebat cæcis viſum, ſurdis auditum, claudis greſſum, & cunctis ex fide poſcentibus Dei clementiâ impetrabat opem ſanitatis.

indeque profectus in Provinciam, ibi miraculis

C 11 Sed nec illud duco tegi ſilentio, quod clarui-
inclaruiſſe: ruit ejus dono. Cùm in parte præfatæ regionis conſtrueret domum orationis, pauper quidam venit, & eleemoſynam ab eo ſibi dari popoſcit. Vir autem Dei, cùm in præſenti non haberet, quod indigenti daret, cucullam, quâ induebatur, dedit. Quâ pauper acceptâ receſſit, & in
* *al.* intravit domum cujuſdam fidelis hoſpitandi gratiâ venit *. Qui cùm ſe poſt cibum & potum ſopori dediſſet, magna jam tranſacta parte noctis, paterfamilias de nocte ſurrexit, ac domum ſuam claro lumine ſplendere vidit: qui illico ſuæ conjugi excitatæ à ſomno narrare curavit. Illa autem * rem inuſitatam intuens dicit *: Aliquid muneris divini peregrinus hic, qui à nobis ſuſceptus eſt, ſecum detulit. Qui mane ab eis requiſitus, retulit qualiter cucullam loco muneris à ſancto Viro *t* acceperit. Quod factum in illo loco in laude omnipotentis Dei vulgi ore circumquaque eſt diffamatum, & celebri ſermone vulgatum.

* *al.* verò
* *al.* dixit

Pariſios reverſus, presbyterque ordinatus,

12 Talibus chariſmatum donis à ſancto Spiritu honoratus revertitur Pariſius. Cui urbi jam continuò gaudium fit Deo gratias agentium pro ejus reditu, quorum * olim corda nimiùm fuerant de ejus abſceſſu mœſta. Excipitur itaque mira exultatione populorum & dignus ſacerdotio adclamatur voce cunctorum. Quem Euſebius *u* ejuſdem urbis epiſcopus ordinavit Presbyterum annuens voci clericorum & precibus Pariſius morantium, dignum judicans, ut qui jam ſemetipſum exhibuerat hoſtiam vivam, placentem Deo per contritionem & devotionem mentis, conſtitueretur miniſter ſalutaris & vivifici Sacramenti: ut quos verbo & operibus abſtrahere conabatur à ſatanæ faucibus, ab eodem truculento hoſte ereptos reficeret divinis dapibus. Condidit præterea monaſterium *x* in loco, cujus olim vocabulum fuit Novigentum, nunc ob inſigne ejus meritum ſanctitatis vocatur monaſterium ſancti Clodoaldi, cujus & nomine pollet & merito, quod & ſufficientibus ditavit terrenis opibus, & congrua habitacula ſibi & ſervis Dei ſecum morantibus, ſed in reliquum ævum ſucceſſu generationum pro ſalute animarum ſuarum Deo militaturis ædificavit, atque matri eccleſiæ ejuſdem civitatis, videlicet ſanctæ Mariæ perpetuò habendum teſtamento delegavit. Ubi etiam ipſe ſtatuens præſtolari terminum vitæ ſuæ
E cum plurimis *y*, quos metus gehennæ terruerat, & cœleſtis patriæ amor animaverat, aſcenſiones in corde ſuo diſponens in lacrymarum valle, cupiebat de virtute in virtutem aſcendere, inſiſtens orationibus, jejuniis, eleemoſynis, vigiliis, divinis lectionibus, ut mereretur Deum deorum videre in Sion. His igitur exercitiis divinâ gratiâ prædictus, ex revelatione divina ſcire meruit vitæ ſuæ tranſitum: cujus ultimam horam lætus præſtolabatur, cupiens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Migravit ergo à corpore ſeptimo Idus Septembris, recipiens coronam meritorum, quam & reddidit illi Dominus pro laboribus juſtus judex. Cujus corpus in eadem cella ſummo honore humatum eſt, ubi ſuffragantibus ejus meritis completur votum ex fide petentis, præſtante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui poteſtas, honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

condit eccleſiam, in qua ſepelitur.

* *al.* quantùm

u

x

y

ANNOTATA.

a *Hiſce verbis auctor innuit, ſe ex ſanctitate* Clodoaldi *conjecturas ſubinde formâſſe ad mores ipſius deſcribendos.*

F b *Tres enumerati erant Chrothildis filii. At unum Clodovei ex alia filium, videlicet Theodericum, omittit auctor, ut notavi in Commentario num. 7. Porrò geſta Clodovei videri poſſunt apud hiſtoriographos: Vita verò S. Chrothildis aut Clotildis ejus conjugis apud nos data eſt ad diem 3 Junii.*

c Chlodomerus *vocatur ab hoc auctore, apud Turonenſem* Chlodomeris, *& alias* Chlodomeres. *Erat natu ſecundus, licèt hic ultimus ponatur.*

d *Non Burgundia, quæ necdum Francis parebat, ſed regnum Aurelianenſe obtigerat Chlodomeri. At Burgundiam Sigiſmundo & Godomaro regibus Burgundionibus eripere tentavit: ſed capto & occiſo Sigiſmundo, in pugna contra Godomarum anno 524 occiſus eſt.*

e *Acceperat Childebertus regnum Pariſienſe pro ſua portione, ideoque dolos hoſce facilius potuit concinnare, poſtquam Chrothildis regina cum nepotibus ſuis Pariſios venerat. Clotarius verò metropolim regni ſui habebat urbem Sueſſionenſem, ex qua advolavit, ſimulatque audivit fratris ſui filios Pariſiis capi poſſe.*

A f *Arcadius ille erat ſenator Arvernenſis, ut videri poteſt apud Turonenſem lib. 3 cap. 9. Evocavit ille Childebertum ad occupandam Arverniam, quæ Theodorici erat; ideoque ex Arvernia coactus eſt ad Childebertum fugere. Poſt hanc verò ex Arvernia fugam veriſimiliter Childeberto & Clotario relata hîc ſanguinolenta conſilia ſuggeſſit.*

g *Forfices ad reſecandos crines haud dubiè intelligit: forſan ſcriptum fuit* forficem, *licèt etiam* cum forcipe *legatur apud Turonenſem.*

h *Tonſione capillorum in ordinem redigebantur: nam prolixa cæſaries uſitata erat regibus Merovingicis.*

i *Eadem ferè verba Chrothildi attribuit Turonenſis. Attamen dubitari poteſt, an regina ſic fuerit locuta: nam id fingi potuit ab Arcadio, aut ab iis, qui pueros malebant mortuos quàm ſolùm tonſos, ut crudeliſſimo facinori occaſio aliqua prætexeretur ex duro regina reſponſo. Aimoinus lib. 2 cap. 12 multa priùs lamenta Chrothildi attribuit: & revera dubitari vix poteſt, quin in illo doloris æſtu multa effuderit; ſed verba dolentis numquam ſcripta crediderim. Poſt*

B *lamenta verò hoc ab ea datum reſponſum ſcribit:* Conditio mihi offertur, utrùm malim eos tonderi, an gladio perimi. Sed utcumque ſe res habeat, nullatenus clericos fieri patiar. *Id ſolum certum exiſtimo, noluiſſe conſentire reginam, ut regno privarentur, quòd ſperaret non eò impietatis perventuros filios ſuos, ut pueros mactarent, quemadmodum Aimoinus etiam notavit; cui conſentit Chronicon S. Dionyſii lib. 2 cap. 9.*

k *Si verba Arcadii rectè ſunt expoſita, volebant reges mortem puerorum. Apud Turonenſem Arcadius regibus ita loquitur:* Favente regina opus cœptum perficite: ipſa enim vult expleri conſilium veſtrum. *Veterator ille verba reginæ veriſimiliter expoſuit, prout placebat magis regibus: nam in Geſtis regum Francorum cap. 24 dicitur* doloſè falſum *regibus nuntiâſſe.*

l *Valeſius lib. 7 Rerum Francicarum pag. 389 probare conatur per* viros fortes, *quorum ope liberatus eſt* Clodoaldus, *eos intelligi, qui poſtea* barones *vocati ſunt. At id ab eo probatum non video. Aimoinus certè non ita intellexit verba Gregorii Turonenſis, cùm ſcribat* Clodoaldum *evaſiſſe* fidiſſimorum ſibi famulorum ope. *Geſta regum Francorum habent, liberatum* per auxilium puerorum fortium.

C m *Hic gravis biographi lapſus, cui vix poteſt ignoſci, ut obſervavi in Comment. num. 7.*

n *Quæcumque dicuntur de contemptu regni rerumque terrenarum, intelligenda non ſunt de regno, quod poſſedit, aut facilè acquirere potuit; ſed ſolùm de qualicumque ſpe regnum aliquando obtinendi. Hanc ſpem generoſo animo contempſit, ſi ſatis probabilis apparebat: aut potiùs ſpem improbabilem abjecit felici neceſſitate, quæ compulit ad meliora.*

o *Quæ biographus de virtutibus Sancti liberali calamo conſcripſit, ex ſolis conjecturis habuiſſe videtur, ut monui in Commentario num. 8. Eadem breviùs tradunt Vincentius Bellovacenſis lib. 21 cap. 21 ex Actis, & Petrus de Natalibus lib. 8 cap. 50, ubi mendosè dicitur floruiſſe* apud Peruſium civitatem. *Fortè auctor ſcripſit* Pariſium *pro* Pariſios: *nam ſcriptores medii ævi Pariſios voce immutata* Pariſius *ſæpè vocabant.*

p S. Severini monachi & ſolitarii *memoria eſt apud Uſuardum ad 23 Novembris, in Romano ad 27 ejuſdem menſis. Si* S. Clodoaldus *ipſius fuerit diſcipulus, ut ex hiſce Actis plerique neoterici affirmant; non ſatis capio, cur Uſuardus Severinum vocet* monachum, *non verò* Clodoaldum. *Mox laudati Vincentius & Petrus in elogio* Clodoaldi *nullam de Severino mentionem faciunt, de quo etiam tacuerunt antiquiores omnes, qui de* Clodoaldo *egerunt. Quapropter diſſimulare nequeo, me multùm dubitare, utrùm* S. Clodoaldus *umquam viderit S. Severinum, ut obſervavi in Comment. num. 23 & 24.*

q *Locus videtur mendoſus, etiam in utroque Ms. Nam unum cum editis congruit. Alterum habet:* Pro viribus fruere plurimùm vociferabatur. *Fortè ſcriptum fuit:* Contemplatione divina pro viribus fervere plurimorum ore vociferabatur.

r *Capillos à Sancto propria manu abſciſſos, habent Turonenſis aliique antiqui.*

D f *Provincia tunc Gothis ſuberat. Potuit eò ſanctus Puer deportari ad latendum. At non crediderim huic biographo, eum poſt abdicatas poſſeſſiones, & diſciplinâ S. Severini inſtructum, in Provinciam profectum eſſe. Miror ſanè Bailletum, cùm frequenter cenſor ſit nimis rigidus, tantùm hiſce Actis tribuere potuiſſe, ut* Clodoaldum *primò ſolitarium faciat, deinde S. Severini diſcipulum, tertiò ſolitarium in Provincia, poſtquam bona ſua pauperibus & eccleſiis diſtribuerat; ac quartò reducem Pariſios, ubi anno 551 presbyterum conſecratum ſcribit. Attamen ex calculo ipſius non niſi viginti & octo annos tunc habebat Sanctus. Quis credat regium Juvenem ea ætate jam tribus vicibus locum ſolitudinis ſuæ mutâſſe, atque huc illuc vagatum eſſe pro*

E *arbitrio, acſi nullus curam ipſius habuiſſet? Quis, inquam, id credat ſcriptori quatuor ſeculis poſteriori, tacentibus aut potiùs repugnantibus ſcriptoribus antiquis? Longè veriſimiliora dedi in Commentario num. 16 & 17.*

t *Hoc factum cum miraculis paulò antè relatis omiſit Bailletus. Fateor nihil mihi quoque ex hiſce videri ſatis certum ob ſilentium antiquiorum. Attamen miracula illa in ſancto Solitario, ſi ſatis conſtaret eum ſolitariè vixiſſe in Provincia, minùs apparerent improbabilia, quàm ſint ea, quæ mox ab eodem ſcriptore adoptata*

F *monui.*

u *De Euſebio epiſcopo & conſecrationis tempore egi in Comment. num. 17.*

x *De hujus monaſterii exſtructione diſputavi in Commentario § 3, ubi etiam examinavi, an Sanctus videatur fuiſſe monachus.*

y *Andreas Sauſſayus ad 7 Septembris Sanctum deſcribit ut ſolitarium totâ ferè vitâ, tacetque de exſtructa per ipſum Novigenti eccleſia, ſic reliquam poſt ſacerdotium ſuſceptum vitæ partem exponens:* Cujus dignitatis ſe haud dignum arbitratus, rurſus ſe ſubduxit, luſtrataque circumquaque regione, ſeſe in montem recepit vicinum nemori, Sequanæque alveo imminentem. In cujus antro delitescens, Deo hæſit totus intentus; quouſque in omni virtute conſummatus angelicæ Vir pietatis, carnis mole depoſita, beatum ſpiritum ad gloriam tranſmiſit. *Simon Martin in Floribus Solitudinis die 7 Septembris* Clodoaldum *tam ſolitarium facit Novigenti, ut aſſerat eum ibidem* cum Deo ſolo & angelis *converſatum eſſe. Verùm longè probabilius eſt, atque antiquis ſcriptoribus conformius, ſi credamus* Clodoaldum *nec monachum nec propriè eremitam*

A *mitam fuisse, nec vitam duxisse valde extraordinariam; sed presbyterum fuisse quietæ ac solitariæ vitæ amantem, pietateque ac liberalitate præstantem, qui virtutibus Christiano & ecclesiastico Viro dignis ad culmen sanctitatis ascenderit.* D

DE S. MADELBERTA VIRGINE

ET ABBATISSA MALBODII IN HANNONIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. P.

§ I. Sanctæ parentes, natales, ætas.

CIRCA AN. DCCV. *Colitur ut sancta integra Madelbertæ familia.*

Larissimum nobilitate & splendore generis, virtutumque gloriâ & vitæ sanctimoniâ nobilissimum par conjugum, Vincentium aliàs Madelgarium, & Waldetrudem sanctæ Aldegundis sororem, nec non omnem piissimi illius conjugii dilectam cælitibus progeniem, Landricum, Madelbertam, *Aldetrudem, Dentelinum, venerantur & colunt regiones variæ & præ reliquis Belgica nostra, eorum & aliorum utriusque sexûs Sanctorum alumna fœcundissima. Acta etiam ipsorum Majores nostri diebus diversis illustrârunt penè omnium. Aldegundem enim virginem & abbatissam dederunt die* XXX *Januarii; Vincentium seu Madelgarium* XIV *Julii; Waldetrudem* IX *Aprilis; Landricum episcopum & abbatem* XVII *ejusdem mensis; Aldetrudem virginem item & abbatissam* XXV *Februarii; Dentelinum verò natu minimum die eodem, quo patrem Vincentium. Offert sese tandem etiam hodie* S. Madelberta, *quam unam Opus nostrum desiderabat, ut integram complecteretur sanctissimam familiam.*

B

Nata est

2 *Frequentes in Belgium, ac maximè in Hannoniam, provinciam* S. Madelbertæ *natalem, Normannorum incursiones chronologiam seculi* VII, *quo ipsa aliique mox memorati Sancti floruerunt, implexam admodum reddiderunt, & tam densis obvolverunt tenebris, ut auctores defectu monumentorum, vel certi nihil circa eam determinare audeant, vel, qui id tentant, mirum in modum hinc inde se torqueant. Hæc ratio fuit, cur supervacaneum judicârim laboriosiùs inquirere in annum, quo Sancta nostra primùm lucem aspexit, contentus paucis in medium protulisse ea, quæ ex Actis ejus Mss. & Officiis propriis, de quibus infrà recurret sermo, facilè eruuntur, nec prorsus opposita apparent iis, quæ vel referuntur in Actis SS. Aldegundis, Vincentii & Waldetrudis, vel Majores nostri, aliique scriptores in iis discutiendis annotârunt.*

C

regnante Dagoberto I,

3 *Itaque, si tutò admitti possint relata in mox laudatis Sanctæ nostræ Actis & Officiis propriis, oportet eam natam esse ante annum* 44 *seculi* VII; *imò, in communiori hodiedum eruditorum opinione super anno emortuali Dagoberti primi Francorum regis, ante annum ejus seculi* 38. *Etenim auctor Vitæ Ms., cui consonant Breviaria antiquiora, narrationem suam exorditur in hunc modum:* Igitur tempore Dagoberti inclyti regis Francorum fuit beata virgo Christi Magdelberta *&c. Propria verò nobilium collegiatarum Montensis & Malbodiensis secundi Nocturni lectione* I. *sic habent:* Tempore Dagoberti, primi eo nomine, Francorum regis fuit beata virgo Christi Madelberta nomine *&c. Constat autem juxta eruditos omnes Dagoberti primi obitum protrahi non posse ultra annum* 644, *& probabiliùs juxta multos non ultra* 638, *ac proinde nec Sanctæ nostræ natalem: quamvis etiam non multùm anticipari possit propter difficultates non leves, quas Sollerius noster in Commentario prævio ad Acta S. Vincentii num.* 8, *& seqq. ostendit, ut rectè combinetur ætas dicti Sancti cum ætate S. Waldetrudis conjugis & hujus sororis Aldegundis, quasque ipse tandem scriptoribus Hannoniis dissolvendas relinquit: ut curioso lectori videre licet num. citt. ad diem* XIV *Julii.* E

& admodum juvenis

4 *Nihilo facilius est definire, quanto tempore Sancta nostra sub parentum cura vixerit, priusquam cum sorore Aldetrude matertera suæ Aldegundi educanda, & Christianis moribus religiosisque virtutibus imbuenda traderetur. Si Actis ejus ac sororis Aldetrudis fides habenda sit, colligere licet, omnino juvenes eas fuisse, cùm maternæ disciplinæ subtractæ sunt: in illis enim* Madelberta *dicitur matertera imitatrix* puella; *in his de Aldetrude leguntur sequentia:* quæ, cùm adhuc in puerili ætate in monasterio posita à beata enutriretur consanguinea. *Clariùs ista exponuntur in Actis SS. Aldegundis & Vincentii: hujus Vitæ auctor apud Sollerium num.* 14 *sic scribit:* Præclarus autem Domini famulus (*Vincentius*) in primitiis uteri fui (*S. Landrico primogenito*) ita Deo dilectus & acceptus, geminæ prolis adhuc, quod ex piissima conjuge suscepit pignus, sanctæ matris Ecclesiæ fovendum decrevit sinibus. Erant enim sorores geminæ virgunculæ, & ipsæ in dotalitium Agni Dei Patris futuræ, quarum altera Magdelberta, altera Aldetrudis est nuncupata. His Aldegundis beatissima virgo fit altera mater in Christo, quæ & matertera ex sanguine fuerat materno, pro earum educatione sanctitatem ipsius genitores sancti adeunt, preces offerunt; quibus pia virgo benignè consecundit. *Hæc ille. Juvat etiam huc transferre quæ in rem præsentem traduntur à biographis S. Aldegundis.* F

educata in monasterio à S. Aldegunde:

5 *Vitas Sanctæ istius ad* XXX *Januarii tres edidit Bollandus à diversis conscriptas auctoribus. Prior est auctoris anonymi ex veteri Ms. Altera adscribitur Hucbaldo seculi* IX *monacho Elnonensi; tertiam habuit ex vetusto codice S. Gisleni in Hannonia. In priori, num.* 22, *solius S. Aldetrudis mentio fit, sed hæc simul de* S. Madelberta *intelligi debere, patet ex dictis numero præcedenti, & mox dicendis:* Christi secuta vestigia

AUCTORE J. P.

stigia (*inquit auctor*) beata & venerabilis virgo Aldegundis, inter cæteras, quas diabolo subtrahens, Christo lucrata fuerat, filiam quoque sororis suæ Waldetrudis, nomine Aldetrudem, ab ipsis incunabulis in monasterio regulariter educaverat. *Hucbaldus verò, vel quisquamque alterius Vitæ auctor fuit, num.* 16 *utramque sororem conjungit his verbis :* Duas autem neptes, filias sororis suæ cum magna diligentia regulariter S. Aldegundis erudiebat, & ut Dominum Christum sibi sponsum eligerent ab ipsis infantiæ rudimentis diligenter edocebat. Harum una Madelberta, altera vocabatur Aldetrudis.

sed hæc S. Madelbertam

6 *Perspicua quidem primo intuitu videntur ista & intellectu facillima ; sed si adjuncta tum ab iisdem tum ab aliis scriptoribus attentiùs consideras, ea componere cum ætate S. Aldegundis, hoc opus, hic labor. Nam biographi proximè nominatæ sanctæ Virginis natam eam dicunt regnante Dagoberto Francorum rege, ejusque natalem innectunt scriptores plerique anno* 630, *quem expressis verbis determinat laudatus suprà Hucbaldus.* Anno, *inquit*, Dominicæ Incarnationis circitèr evoluto sexcentesimo tricesimo..

B

in Francia regnante Dagoberto filio Clotharii.. orta est in pago Hainoënsi Virgo Aldegundis ex regali prosapia, patre Walberto, matre Bertilia. *Ac proinde in communiori sententia, quæ dicti regis obitum anno* 638 *illigat, Aldegundis neptes suas* Madelbertam *& Aldetrudem ætate superare non potuit nisi ad summum sexennio aut septennio ; cùm & hæ natæ dicantur eodem imperante Dagoberto.*

non multum ætate superabat ;

7 *Imò, quomodocumque de obitu Dagoberti sentias, sive is è vivis discesserit anno* 638, *sive ad* 644 *vitam protraxerit, parum ad rem nostram interest. Aliunde sufficienter colligitur* SS. Madelbertam *& Aldetrudem non multum ætate inferiores fuisse matertera suæ Aldegundi. Etenim, priusquam Vincentius & Waldetrudis communi consensu thoro & mundo valedicerent, post susceptas* Madelbertam *& Aldetrudem, prolem certè adhuc unam procreârunt Dentelinum natu minorem : ubi verò vitam perfectiorem amplexi essent, Aldegundis etiamnum apud parentes degebat, ut non obscurè innuunt Hucbaldus & Vitæ tertiæ auctor ; accipe hujus verba :* Postquam igitur B. Waldetrudis se contemplativæ vitæ commisit, mandat per litteras Bertiliæ matri,

C

obsecrans, ut sibi destinaretur soror Aldegundis... nam & ejusdem B. Waldetrudis votum erat, ut germana ejus Virgo Christi Aldegundis sacrum susciperet velamen. *His consona narrantur in Vita S. Gisleni apud Mabillonium tomo* 2 *de Actis Sanctorum Ordinis S. Benedicti. Auctor sic loquitur :* De cetero monuit Sanctus (*Gislenus*) Sanctam (*Waldetrudem*) super sorore sua Aldegunde virguncula, ut & ipsa * sicut se lucraret Deo, filias quoque suas non negligeret, quin eas consecraret Deo Aldetrudem ac Madelbertam. Enimvero inspirante Divinitate ac S. Waldetrude suggerente & Patre almifluo Gisleno clarente, sese alma Aldegundis contulit Dei famulatui.

* ipsam

quándo duodennis mundum deseruit.

8 *Philippus ab Eleëmosyna abbas Bonaspei, qui teste Mabillonio floruit seculo* XII *in Vita altera dicti S. Gisleni apud nos Ms. hoc idem sic exponit :* Nec suffecit viro Sancto (*Gisleno*) quòd converti fecerat Waldetrudem, si non illa ad hoc ipsum sororem suam vocaret Aldegundem : immò & duas filias, quas eadem genuerat Waldetrudis. Una quarum Maldelberta, altera verò dicta est Aldetrudis. *Ex quibus evidenter eruuntur sequentia. Cùm Waldetrudis spretis mundi hujus vanitatibus Dei obsequio se manciparet,* Madelberta *& Aldetrudis attigerant ætatis annum quartum aut certè tertium ; Aldegundis virguncula versabatur adhuc apud Bertiliam matrem, ibique ad aliquod tempus permansit, antequam sororis exemplo & monitis excitata paternam domum desereret ; hoc autem fecit, ut infrà patebit, vixdum nata annis duodecim, atque adeo non multum ætate provectior utraque nepte sua* Madelberta *& Aldetrude. Quomodo ergo, ut ex Actis S. Vincentii retuli num.* 4, pro earum educatione sanctitatem ipsius (*Aldegundis*) genitores sancti adeunt ? *Quomodo ; ut num.* 5 *ex Actis SS. Aldegundis & Aldetrudis, eadem Aldegundis Sanctam nostram & hujus sororem* ab ipsis infantiæ rudimentis diligenter edocuit ; ab ipsis incunabulis in monasterio regulariter educavit ? *Equidem fatebor candidè, tam perturbata hîc mihi apparet rerum & temporum series, tanta scriptorum diversitas, ut viam non reperiam, quâ verisimilibus etiam rationibus dicta huc usque combinari queant ; nisi pleraque & maxime hæc,* ab ipsis incunabulis, ab infantiæ rudimentis regulariter in monasterio educabat *S. Aldegundis* SS. Madelbertam *& Aldetrudem, latiori sensu interpretari liceat : quod si liceat, lucis aliquid rebus obscuris afferri, ac nodum utcumque sic evolvi posse existimo.*

D

E

Hæc difficultas

9 *Nata sit S. Aldegundis anno* 630 ; SS. Madelberta *& Aldetrudis vel eodem partu, hoc enim videntur innuere verba ex Actis S. Vincentii relata num.* 4, *anno circiter* 637, *vel diverso partu altera anno* 636, *altera* 637. *Mundo valedixerit S. Waldetrudis circa annum* 641, *relictis apud Bertiliam matrem sorore Aldegunde, Dentelino filiolo, qui septennis obiisse dicitur, & utrâque filiâ* Madelbertâ *& Aldetrude. Non multo post tempore rogaverit per litteras Bertiliam Waldetrudis, ut soror Aldegundis, jam nata annos undecim, ad se mitteretur, quæ, assentiente Bertilia, ut narrant biographi apud Bollandum, cum Waldetrude per tempus breve permanserit.* Non multum elapsum est temporis, *inquit Hucbaldus ibid. num.* 9, & ecce mater illarum (*Bertilia*) femineâ susceptâ sollicitudine, ne filiæ suæ virginis (*Aldegundis*) animum soror ejus (*Waldetrudis*)

F

alienaret à seculo, sacrumque velamen illam suscipere persuaderet, mittit ad monasterium, revocat ad se filiam virginem. Waldetrudis invita quidem remittit fororem, ne matrem offendat, sed obnixè deprecando exhortatur eam, ut à seculo se faciat prorsus alienam, immortali se præparet sponso.

ratione utcumque verisimili

10 *His in hunc modum dispositis, haud difficulter intelligitur, quomodo Aldegundis ad Bertiliam reversa, cernensque se tot urgeri parentum precibus, &, referente Hucbaldo, etiam minis, ut nisi fugiendo nuptias evadere non posset, tandem paternis ædibus clàm elapsa sit circa annum* 643, *cùm ætatis attigisset annum duodecimum, sicut asserit Vinchantius in Annalibus Hannoniæ cap.* 9. *Quod à vero alienum non est ; quandoquidem auctor Vitæ ejus tertiæ apud Bollandum num.* 5 *sic scribat :* Igitur cùm parentes æstimarent tempus nubile jam instare Virgini ; convocat mater filiam, verbisque prædulcibus hortatur, ne sibi abscondat nata, quid corde gerat. Blanditur filiæ, assentire matri, ut copule-

A copuletur marito. *Tum, aliquibus interjectis, fugam Aldegundis, ejusque in locum nemorosum, ubi nunc Malbodium est, adventum enarrat. Reliqua verò, quæ tum Hucbaldus tum biographi alii à S. Aldegunde gesta memorant post fugam, usque dum collectis aliquot nobilibus virginibus domicilium, quod Malbodii fixerat, in monasterii vel collegii formam redigeret, non incongruè dici possunt peracta fuisse triennii spatio. Itaque, si supponamus, quod meo judicio supponi debet, ne alioqui scriptoribus num. 4 & 5 laudatis fides abneganda sit; si supponamus, inquam, quòd vergente ad finem anno Christi 646 vel inchoato 647 SS. Vincentius & Waldetrudis, intellecto Aldegundis pio ac sancto Vitæ instituto, ad eam vel scripserint, vel ipsi accesserint (neque enim, quamvis mundum abdicâssent, necessariò dicendi sunt omne prorsus etiam spirituale commercium inter sese abrupisse) rogârintque, uti curam susciperet filiarum suarum* Madelbertæ *& Aldetrudis, quæ tum temporis conformiter ad dicta num. 6 & 9 virgines erant annorum circitèr novem aut decem, sen-*

B *su non alieno à communi loquendi usu juxta sæpe laudatos biographos amba sorores sub matertera* ab incunabulis, ab ipsis infantiæ rudimentis in monasterio regulariter educatæ sunt.

11 *Eamdem penè viam tenuit P. Jacobus Simon Societatis Jesu in Annotationibus ad Vitam* solvitur. *S. Waldetrudis à se Gallico idiomate conscriptam, ubi à pag. 8 disputat super ætate dicta Sanctæ ac sororis Aldegundis. Neque laudati auctoris opinionem sibi displicere fatetur Sollerius in Commentario prævio ad Acta S. Vincentii num. 13, quantumvis non omnem difficultatem in ea dilutam esse simul insinuet, putetque S. Waldetrudis à mundo secessum diutiùs differendum, ex eo, quòd & ipsa orta dicatur regnante Dagoberto primo Francorum rege. At verò tot tantaque sub isto rege, qui universim regnavit dumtaxat annis sedecim, facta recensent scriptores, ut nisi aliqua, quæ vel sub decessore ejus, vel successore contigerunt, ei mendosè attributa fuisse credamus, uti à scriptore S. Waldetrudis factum sat probabiliter existimat laudatus Simonius, neque negat Sollerius ibid. num. 9, non*

C *pauca in dubium revocari queant. Sed ista nec eruditos latent, nec hujus loci est pluribus discutere; sufficit mihi non absimili à vero ratione combinâsse ea, quæ prima fronte simul consistere non posse videbantur circa ætatem* SS. Madelbertæ *& Aldegundis ab auctoribus relata.*

§ II. Sanctæ obitus, Acta, memoria in Fastis.

Obitum Sanctæ innectunt aliqui anno 684 vel 685.

Satis convenit inter scriptores, quanto tempore S. Madelberta, *postquam S. Aldegundis prima Malbodiensis collegii abbatissa, atque S. Aldetrudis, quæ huic suffecta est, ad superos evolâssent, prænobili isti parthenoni certia antistes præfuerit. At non æquè consentiunt super anno, quo munus istud cum vita deposuerit. Arturus in Gynaceo, Bartholomæus Fisen in Floribus Leodiensibus, laudatus num.* 10 *Vinchantius, Ægidius Bucherius in Chronico episcoporum Trajectensium, quod habes apud Joannem Chapeavillum ad calcem tom.* 1 *de Rebus gestis*

episcoporum Leodiensium, aliique mortuam esse AUCTORE J. P. *asserunt anno Christi* 684 *vel* 685, *cum præfuisset post sororem Aldetrudem annis novem. Sed Carolus le Cointe tom.* 4 *Annalium Eccles. Franc., & cum aliis P. Michaël Delewarde tom.* 1 *Historiæ Generalis Hannoniæ, servato eodem quoad Sanctæ regimen temporis spatio, rectiùs vitam ejus annis circitèr viginti prorogandam atque obitum anno* 705 *illigandum censent. Primo loco nominati auctores idcirco mortem Sanctæ nostræ tot annis præmaturaverunt, quòd obitum S. Amandi, à quo, ut epochâ,* S. Madelbertæ *annus emortualis deducendus est, incidisse opinarentur in initium anni* 662. *Sed ab ista opinione recedunt neoterici scriptores plerique, ne dicam omnes.*

13 *Itaque, cùm in Opere nostro præsertim* at ex epocha mortis SS. Amandi & Aldegundis *tom.* 1 *Februarii in Comment. prævio ad Acta S. Amandi, sufficienter probatum sit, dicti Præsulis vitam diutius protrahendam esse, ac post varias eruditorum doctas elucubrationes dissertationesque super ejus anno emortuali, is probabiliùs statuendus sit post Christum natum* 679, *consequens fit, ut etiam sancta Antistitis nostræ* E *transitus seriùs acciderit, ac cum secundo loco laudatis auctoribus anno* 705 *innecti possit. Quod paucis ostendo. Defuncto S. Amando superstes fuit S. Aldegundis ad aliquod tempus. Id clarè eruimus ex sæpe memoratis hujus Sanctæ Vitis apud Bollandum, & ex Actis S. Gisleni apud Mabillonium, in quibus S. Amandi mors eidem sanctæ Abbatissæ, cùm orationi vacaret, revelata dicitur, & ipsa hanc revelationem SS. Gisleno ac Waldetrudi indicâsse. His subjungit S. Gisleni biographus:* Cui (*Aldegundi*) venerabilis ait Gislenus: .. Imminere tibi scito vitæ instantis finem: ideo rogo temetipsam in Dei opere stabiliter firma deposcens ejus pietatem, ut in te aliquam incommoditatem mittat, per quam purgatior reddita queas cum S. Amando remunerari perpetim. Quæ utique Virgo sancta ... petiit à Deo incommoda, & impetrare meruit. Nam in dextera ejus mamilla morbus cancri ortus est. Quam incommoditatem vehementer dilexit, quia sciebat hanc sibi vehementer profuturam, si patienter ferret, quodque fecit finetenus. *Superstes igitur S. Amando fuit Aldegundis certè ad tempus aliquod, imò verisimiliùs ad annos circitèr quinque. Nam, ut ex Vita, quam Bollandus primo loco edidit ad* xxx *Januarii, satis rectè conjicit Cointius in suprà memorato Opere ad annum* 684 *num.* 1, *&* F *cum ipso Mabillonius ex Vita dicta S. Aldegundis, quam ipse edidit, in Annotatis ad num.* 29 *litt.* a *&* b, *S. Aldegundis ad Dominum transivit* III *Kalend. Februarii incidente in diem Sabbati; cùm autem, post annum* 679, *dies iste mensis Januarii primum inciderit in Sabbatum anno* 684, *hunc S. Aldegundi emortualem fuisse probabiliùs affirmant.*

14 *Hisce ita discussis reliqua satis certa sunt,* ostenditur protrahendus ad annum circitèr 705. *nam, sicut initio hujus § insinuavi, nullus, quod sciam, in dubium hucusque revocavit, quin S. Aldetrudis matertera suffecta sit abbatissa, virgineque Malbodienses gubernaverit annis duodecim, ac post hanc* S. Madelberta *annis novem. Primum apertè etiam docet Lectio* 6 *Officii S. Aldetrudis in Proprio Malbodiensi* XXV *Februarii verbis sequentibus:* Successit beatæ Aldegundi materteræ suæ in regimine Melbodiensis monasterii, illudque post eam sanctissimè rexit annis duodecim. *Alterum verò Lectio* 5 *Officii* S. Madel-

AUCTORE J. P. Madelbertæ *ibid.* VII *Septembris. Cujus item verba accipe :* Qua defuncta (*Aldetrude*,) venerabilis virgo Christi Madelberta ad regendum idem monasterium tertia successit, & mira virtute florens novem annis gubernavit. *Unde à morte S. Aldegundis ad obitum usque* S. Madelbertæ *anni intermedii* 12, *quibus gubernavit S. Aldetrudis, & 9 regiminis Sanctæ nostræ, additi anno* 684 *excurrunt ad annum* 705, *quem ei mortualem fiximus. Atque hinc simul consequitur, quòd ætate gravis diem obierit ; si enim, ut ex rationibus verisimilibus num.* 3 *& 9 supposui, natalem ipsius innectas anno* 636 *vel* 637, *ætatis annum attigerit* 68 *vel* 69.

Acta auctore anonymo danda ex tribus Mss.

15 *Acta Sanctæ, quorum suprà facta mentio est, quæque huic Commentario subnectam, desumpta sunt ex Codice Ms. monasterii Rubeæ Vallis prope Bruxellas, prima parte Hagiologii Brabantinorum, & collata cum Vita altera Ms., quæ exstat in monasterio dicto Bethleem juxta Lovanium, & cum tertia item Ms., quam, licèt certas notas præ se non ferat, unde accepta sit, descriptam existimo ex Codice Ms. Ultrajectino S. Salvatoris ; talem enim apud nos esse testati sunt in monumento successoribus relicto Majores nostri Bollandus & Papebrochius. Huic autem tertiæ præfigitur Prologus hoc titulo :* Incipit prologus in Vita S. Madalbertæ virginis. *At, cùm in eo ne nomen quidem Sanctæ nostræ expressum reperiam, nihilque ferè contineat præter sententias quasdam Sacrarum Litterarum, ita per modum exhortationis in ordinem redactas, ut cujusvis sanctæ virginis Vitæ facilè adaptari queat, operæ pretium non judicavi, eum prelo committere. Ceterum ab aliis Mss. discrepat Ultrajectinum ; verba enim in eo frequenter alio ordine exprimuntur, vel alia aliis substituuntur ; at cùm ubique ferè eumdem rerum, quæ narrantur, modum ac sensum retineat, illud seorsum non judicavi imprimendum, neque etiam observandas omnes vocum discrepantias, ne propter earum frequentiam Annotata, labore inutili, nimiùm excrescant ; monebo tamen lectorem, ubi quid observatu dignum occurrerit. Latet auctoris nomen, ac tempus, quo scripsit ; si tamen verba, quibus Acta concludit, latiori ac favorabiliori interpretatione velit quis exponere, suspicari poterit, dictum auctorem Sanctæ nostræ vix non contemporaneum fuisse. Nam corpus Sanctæ miraculis clarum Malbodii sepulturæ traditum asserit, deque ejus paucis pòst annis Leodium translatione, de qua infrà redibit sermo, altum silet ; acsi & ipse ante dictam translationem è vivis excessisset. Sed talibus conjecturis tamque levi fundamento nitentibus adhærere non lubet : cùm factam translationem ignorâsse potuerit biographus, vel non ignoratam volens prætermisisse. Nihilominus Acta ipsius non admodùm recentia esse, patebit ex lectionibus Officii proprii, quæ ex illis excerptæ sunt, insertæque antiquis Breviariis mox laudandis.*

B

Notatur hoc die in variis additionibus Usuardinis,

16 *Ambigua sunt, nec certa ratione decidi possunt, quæ hactenus discussimus ; magis explorata, quæ de factis Fastis, elogiis S. Madelbertæ, cultuque ab immemorabili tempore ei exhibito nunc dicenda veniunt. Memoriam ejus non reperio quidem in Martyrologiis purioribus & primogeniis Adonis, Usuardi & aliorum antiquiorum ; attamen nomen ipsius inscriptum est multis Auctariis vetustiorum Usuardi editionum. Ad diem* VII *Septembris eam annuntiant his verbis codices Greveni ;* Madelbertæ Virginis. *Hagenoyensis :* Item S. Madelbertæ virginis. *Matriculæ Cartusiæ Ultrajectinæ :* Madelbergis virginis ; *quibus consonant editiones Lubeco-Col. & Molani item in additionibus. Paulò prolixius eam memorat auctor Usuardi Bruxellensis in hunc modum :* Item depositio S. Madelbertæ virginis, quæ Leodii quievit, filiæ scilicet S. Waldetrudis & beatæ Gudilæ neptis. *Sed hanc Sanctæ nostræ cum beata Gudila sanguinis propinquitatem non satis probatam invenio, ut eam tamquam veram ausim admittere. Et sanè similem consanguinitatem, quam adstruit Petrus Divæus lib.* 1. *Rerum Brabanticarum cap.* 3, *inter S. Amalbergam S. Gudilæ matrem, & S. Waldetrudem matrem Sanctæ nostræ merito explodit Sollerius in Comment. prævio ad Acta memoratæ S. Amalbergæ viduæ num.* 5, *ad quem lectorem curiosum remittimus.*

C

D

in Bruxellensi perperam S. Gudilæ neptis nuncupatur.

17 *Audi interim quomodo in Commentario prævio ad Acta S. Vincentii Madelgarii num.* 17 *excipiat idem Sollerius noster laudati auctoris Bruxellensis hac verba ad diem* XIV *Julii :* Apud Senogias (*potiùs* Sonegias) S. Vincentii confessoris & conjugis beatæ Waldetrudis Castrilocensis, neptis beatæ Gudilæ. *Audi inquam quomodo ista excipiat :* Scriptoris hujus nepotismum, seu neptismum cum sua S. Gudila alibi etiam rejecimus. S. Gudilam fuisse filiam S. Amalbergæ, de qua x Julii actum est, probè novimus ; an autem & quo consanguinitatis gradu hæc contigerit S. Waldetrudem, hactenus nobis exploratum non est ; probanda priùs Sanctorum Walberti & Bertiliæ (*parentum S. Waldetrudis*) cum S. Amalberga sanguinis conjunctio. *Ita ille, & nos cum ipso quoad pretensam cognationem inter S. Gudilam & S.* Madelbertam *Waldetrudis filiam. Idem Sollerius in Commentario prævio ad Acta S. Amalbergæ virginis die* x *Julii hanc ejusdem scriptoris Bruxellensis annuntiationem,* Depositio sanctæ Christi virginis Amelbergæ, neptis beatæ Gudilæ, patronæ nostræ, *ineptam ostendit & improbabilem, dicitque opinari se, quòd laudatus Usuardi Bruxellensis auctor glorioſum sibi duxerit, si sanctam suam patronam Gudilam sanguinis propinquitate B. Amalbergæ conjungeret, quod fortasse non incongruè hic etiam dici posset de* S. Madelbertæ *totiusque sanctissimæ ejus familiæ asserta cum S. Gudila cognatione ; sed hæc nimiùm nos abducerent à Martyrologis, quos resumo.*

E

F

Signatur etiam in Martyrologiis recentioribus :

18 *Præter memoratos hactenus Sanctæ nostræ meminerunt, ad eumdem diem* VII *Septembris, auctor Florarii apud nos Ms., Castellanus in Martyrologio universali, Canisius in Germanico ac Saussayus in Gallicano, quorum annuntiationes describere longum foret ; brevem & meo judicio valdè accuratam accipe ex Martyrologio Parisiensi.* Apud Malbodium in Diœcesi Cameracensi S. Madelbertæ virginis tertiæ hujus Parthenonis Abbatissæ, cujus corpus post aliquot annos Leodium, S. Hucberto procurante, translatum est : *notaturque in margine* circa A. DCCV. *Hisce accedunt Martyrologi Benedictini Wion, Menardus, Dorganius & alii, uti & Bucelinus in Menologio : hic tamen egregiè hallucinatus est ; cùm post multa, quæ de Sanctæ nostræ genere, vita & virtutibus memorat, subjunxit sequentia :* Claruit Maldeberta Anno Ch. DCXII. *Nam, sicut ex § præcedenti evidens fit, dicto anno & multis subsequentibus necdum lucem aspexerat. Equidem initio existimabam, mendum id esse calami vel typi ; verùm, cum eumdem etiam*

A *etiam annum in margine assignatum adverterem, cœpi subdubitare, &, quem ad diem* XXV *Februarii annum adscriberet S. Aldetrudi, consulere. Atque ecce novus nec minùs turpis error occurrit. Ibidem enim elogium S. Aldetrudis benè longum ita concludit:* Claruit circa A. C. DCCCXL, *quod & repetit in margine, & citat Joannem Molanum, Autbertum Miræum, ac diversos rerum Belgicarum scriptores.*

minùs exactè in Menologio Bucelini.

19 *Sed laudati scriptores, sicut & ipse Bucelinus,* S. Madelbertam *defunctæ Aldetrudi successisse asserunt & annis novem fuisse superstitem; eorum verò nullus ne somniavit quidem, quòd binis fermè seculis post tempora, quibus claruit* S. Madelberta, *claruerit S. Aldetrudis. Utinam laudatus auctor eâ, qua usus est prudentia, ubi de sanctis sororibus Aldegunde & Waldetrude scripsit, etiam hîc uti maluisset, atque annos, quibus* SS. Madelberta *& Aldetrudis claruerunt, silentio suppressisset, tam fœdos anachronismos evitâsset ipse, nec incautis in similes incidendi præbuisset ansam. Porrò de annuntiatione, quam habet Molanus in Additionibus Usuardi, suprà*

B *facta est mentio num.* 16. *In Natalibus autem Sanctorum Belgii ita eam memorat:* Malbodio monasterio natalis S. Madelbertæ virginis, quæ in prædicto monasterio tertia sanctè præfuit annis novem. Prima enim fuit matertera ejus S. Aldegundis loci fundatrix. Secunda soror ejus beata Aldetrudis. Cui ipsa successit. *Miraus verò in Fastis Belgicis & Burgundicis:* S. Madelberta virgo & Abbatissa Malbodiensis, *& paucis interjectis:* Aldetrudi suffecta est S. Madelberta, præfuitque annis novem. *Denique inseruerunt Sanctæ nostræ memoriam Natalibus Sanctorum Canonicorum Constantinus Ghinius, Gynæceo Arturus, & Operibus suis scriptores alii magno numero, quorum hic nomina recensere haudquaquam utile existimavi, nedum transcribere elogia, quòd hæc nihil complectantur, præter ea, quæ jam inde dicta sunt, vel porrò videri poterunt in Actis. Hæc itaque ex sacris Fastis allata sufficiant, ut constet de antiquo Sanctæ nostræ cultu: pergo ad ea, quæ eumdem propiùs attingunt.*

C

§ III. Sanctæ vetustus & hodiernus cultus, officia propria, reliquiarum translatio & visitatio.

Cultus probatur ex Officiis propriis in antiquis Breviariis Leodiensi

Festivitatem S. Madelbertæ *ab immemorabili tempore quotannis hac die celebratam fuisse non Malbodii dumtaxat, sed & in universa diœcesi Leodiensi, atque in nobili collegiata S. Waldetrudis Montensi manifestum fit ex antiquis Breviariis, quæ in museo nostro servantur. Occurrit primo loco duplex Leodiense, aliud anno* 1514 *typis Parisiensibus editum, aliud huic simile impressum anno* 1520; *in iis autem exstat Officium in ejus festivitate recitandum. Omnia sunt de Communi præter Orationem & Lectiones novem ita dispositas, ut totam Vitam, quam pòst dabimus, complectantur, iis solùm omissis, quæ ad Sanctam nostram minùs pertinent: & hoc quidem, ut suprà insinuavi antiquitatem Vitæ utcumque confirmat, cùm utrobique eadem iisdem prorsus verbis referantur. Oratio verò Officio præfixa hæc est:* Deus innocentiæ auctor & amator castitatis, qui beatam Madelbertam virginem tuam hodierna die ad cælos transvexisti, concede nobis famulis tuis ipsius sacra solennia celebrantibus, ejusdem pia intercessione nostrorum veniam consequi peccatorum. Per *&c.* AUCTORE J. P.

21 *Secundo loco venit pervetustum Breviarium Ms. memoratæ nobilis collegiatæ S. Waldetrudis Montibus Hannoniæ, quod similiter Sanctæ Officium continet; sed tres dumtaxat lectiones habet proprias, desumptas etiam ex laudata sæpiùs Vita. His præmittitur sequens oratio seu collecta:* Beatissimæ Madelbergæ virginis sollempnitatem prævenientes, tuam deprecamur Domine clementiam, ut per ejus preces assiduas à cunctis criminibus nos absolvas. *Tum autem recitatis lectionibus altera subjungitur in hunc modum:* Præsta, quæsumus Domine, membris nostris cum exultatione proventum, ut beatæ Madelbergæ, cujus diem depositionis recolimus ejus fidei constantiam subsequamur. Per. *His adde Missale proprium insignis ecclesiæ Leodiensis excusum Parisiis anno* 1509, *in quo præscribitur Missa olim in dicta Sancta nostræ festivitate* E *dici solita. Juvat hîc ordinem, qui in eadem servatur, paucis adnotare.*

& Montensi,

22 *Introitus:* Dilexisti justitiam. *Collecta:* Deus auctor innocentiæ *&c. ut suprà num.* 20. *Secunda oratio de S. Evortio conf. Tertia oratio de Dominica. Epistola:* Domine Deus meus exaltasti super terram habitationem meam *&c. Graduale:* Specie tua & pulchritudine tua. *Evangelium:* Simile est regnum cælorum thesauro *&c. Offertorium:* Afferentur regi virgines. *Secreta:* Suscipe munera domine, quæ in beatæ virginis tuæ Magdelbertæ solemnitate deferimus, cujus nos confidimus patrocinio liberari. Per Dominum nostrum. *Communio:* Simile est regnum cælorum homini negociatori quærenti bonas margaritas *&c. Complenda:* Sanctæ virginis tuæ Magdelbertæ precibus confidentes quæsumus Domine, ut per ea, quæ sumpsimus Sacramenta æterna capiamus remedia. Per Dominum nostrum Jesum. *Atque hæc sufficienter ostendunt, qua in veneratione habita fuerit Sancta nostra antiquioribus temporibus. Hodiedum verò non minori eam cultu venerantur memoratæ ecclesiæ, quod breviter etiam ostendo. Celebratur annis singulis ejus festivitas ritu duplici per universam diœcesim Leodiensem; sicut constat ex Proprio Festorum anno* 1623 *ac Breviario* 1636 *Leodii recusis: at aliæ ibidem, quàm in laudatis suprà vetustioribus Breviariis, assignatur recitandi Officii dispositio. Etenim leguntur omnia de communi virginum, exceptis oratione* Deus innocentiæ auctor *&c., ac lectionibus secundi & tertii nocturni: hæ autem desumuntur ex communi non virginum de Homilia in Euangelium* Simile est regnum cælorum thesauro: *illæ vero ex Sancta Actis depromptæ sunt, & earum tertia his verbis concluditur:* Cujus corporis ossa, cum aliis, quibus se tegebat & utebatur, Leodii apud cathedralem ecclesiam in veneratione sunt. F

& ex Missa propria in vetusto Missali Leodiensi.

Officii immutatio facta ad normam Breviarii Romani.

23 *Ceterum istam Officii immutationem circa initium seculi præcedentis factam existimo, & procul dubio, ut sic omnia ad normam Breviarii Romani exigerentur; utrumque colligo, tum ex præfatione dictorum Proprii ac Breviarii Leodiensis, tum ex Decretis synodi diœcesanæ anno Domini* 1618 *in ecclesia cathedrali Leodii celebratæ, præsidente serenissimo & reverendissimo Domino Ferdinando, archiepiscopo &*

AUCTORE J. P.

electore Colonienſi, epiſcopo ac principe Leodienſi, utriuſque Bavariæ duce &c. Ubi tituli x De locis ſacris & officiis Divinis *caput* v *ita habet:* Ad majorem porrò hujus diœceſis eccleſiarum cum Romana conformitatem, rituumque ac cærimoniarum certiorem uniformitatem deſideramus, ut ſaltem paulatim, & quantùm fieri poterit, omnes ubique Romanum officium ſequantur. *Exſtant dicta Decreta in Spicilegio eccleſiaſtico Germaniæ tomo 6, pag. 771 & ſeqq. Non abſimilem immutationem, probabiliùs circa idem tempus, ob eaſdemque rationes, in Officio, quod olim in nobilibus collegiatis Montenſi & Malbodienſi recitari conſueverat, factam eſſe conſtat iterum ex Propriis dictarum eccleſiarum excuſis. Duaci annis 1624 & 1625, in quibus Sanctæ noſtræ Officium novem lectionum non multum differt ab hodierno Leodienſi. Porrò, quæ de Antiquo cultu hactenus diſſeruimus, haud parum confirmabuntur ex iis, quæ de ſacro ejus corpore, ac tranſlatione reliquiarum tractanda ſuperſunt. Imò ab ipſo obitu eam apud homines in ſumma veneratione fuiſſe, & eximiâ apud Deum potentiâ, evidenter patebit.*

B

Corpus ſanctæ Malbodio, ubi primò ſepultum fuit,

24 *Corpus* S. Madelbertæ *mox à morte inſigni apparatu, comitante clero Malbodienſi, nobilis Parthenonis virgines in Eccleſia S. Petri ſepulturæ tradiderunt, ut refert Vitæ ſcriptor num.* xi, *addens eam ibidem innumeris claruiſſe miraculis & ex his aliqua recenſet; at, ut num.* 15 *inſinuavi, de tranſlatione altùm ſilet. Eam tamen tranſlationem factam eſſe non multis annis poſt Sanctæ inhumationem certò conſtat. Meminerunt ejus Molanus in Natalibus, Miraus in Faſtis, Ghinius & cum pleriſque recentioribus breviter & accuratè Martyrologium Pariſienſe; verba habes num.* 18. *Paulo prolixiùs de ea agit Bartholomæus Fiſen Societatis Jeſu lib.* 5 *Hiſtoriæ eccleſiæ Leodienſis in Actis S. Huberti, qui primò Trajectenſium ad Moſam epiſcopus, dein Trajecto Leodium tranſvexit cathedram. Scio equidem hoc negari à dicto Fiſenio, aſſerique quòd epiſcopalis cathedra civitati Trajectenſi affixa numquam fuerit, ac præſules à S. Servatio ad S. Hubertum uſque veluti* vagi & incerto lare *ibidem dumtaxat ſubſtiterint; ſed*

C

hanc ejus opinionem tam ſolidis rationibus ac teſtimoniis refutârunt ſcriptores eruditi atque inter eos Henſchenius noſter in ſua Exegeſi de epiſcopatu Tungrenſi & Trajectenſi præfixa tom. vii *Maii, uti & nuper Henſchenii vindex R. P. Petrus Dolmans Societatis ejuſdem theologus, ut, quamvis hujus loci eſſet quæſtionem iſtam pertractare, nil ſuperaddi neceſſe foret, quo debitus Trajectenſibus honor vindicaretur. Audiamus itaque, quid in rem noſtram habeat laudatus Fiſen.*

à S. Huberto epiſcopo Trajectenſi Leodium

25 *Poſtquam citato libro retulit, quo pacto S. Hubertus reliquias S. Lamberti Trajecto Leodium tranſlatas unà cum ſacris exuviis S. Theodardi populorum venerationi expoſuerit, pergit in hunc modum num.* 15*:* Externum etiam à finitimis gentibus auxilium accerſivit. Malbodio (Hannoniæ oppidum eſt) S. Madelbertæ virginis ſacrum corpus, non aliter quàm novum aliquod, & præcipui cujuſdam roboris præſidium in urbem advexit. *Et, interpoſito elogio Sanctæ à parentibus & vitæ ſanctitate, ſubjungit:* Miraculis etiam celebrabatur, quando Leodium Hubertus advexit, ratus firmiſſimam illam urbi futuram munitionem. *Hauſit iſta, nî fallor, laudatus auctor, ſicut etiam alii num. præcedente allegati, ex Geſtis Pontificum Trajectenſium & Leodienſium, Auctore Anſelmo Leodienſi Canonico. Hæc Geſta collegit Joannes Chapeavillus inſeruitque tomo* 1 *Operis ſui, quod de Geſtis eorumdem pontificum à variis auctoribus exaratis typo excudit & annotationibus illuſtravit. Floruit autem memoratus Anſelmus, ſicut idem Chapeavillus probat in præfatione) ſub initium ſeculi* xi, *atque de tranſlatione Sanctæ noſtræ cap.* xxx *poſteritati tranſmiſit ſequentia:* Poſtmodum verò miraculis clarens corpus ejus (S. Madelbertæ) à beato Huberto epiſcopo, ut dicitur, apud Leodium cum magna gloria tranſlatum eſt.

D

transfertur circa annum 722,

26 *Annum, quo dicta tranſlatio facta ſit, veterum ſcriptorum nullus determinatum annotavit. Attamen cum ex jam laudatis Anſelmo ac Fiſenio ſub idem tempus Trajecto S. Lamberti & Malbodio S. Madelbertæ reliquiæ à S. Huberto Legiam advectæ videantur, is non incongruè ſtatui poterit à Chriſto nato ſeptingenteſimus vigeſimus primus aut vigeſimus ſecundus. Nam S. Hubertus, cujus Acta illuſtranda venient ad*

E

diem iii *Novembris in epiſcopatum Trajectenſem ſucceſſit S. Lamberto; hujus verò ſacra lipſana Leodium detulit epiſcopatus ſui anno tertio decimo, quod diſertè narrat Vitæ ejus ſcriptor coætaneus ac familiaris apud Surium* iii *Novembris. Proindeque in ſententia eorum, qui exiſtimant, probabiliùs martyrium S. Lamberti innectendum eſſe anno Chriſti ſeptingenteſimo octavo, quod pleniùs diſcutietur à nobis ad diem hujus menſis* xvii, *annus* xiii *epiſcopatûs S. Huberti coincidet cum anno Chriſti* dccxxi; *nullibi enim memoriæ proditum reperio, vacâſſe notabili tempore ſedem Trajectenſem à morte S. Lamberti uſque ad S. Huberti ordinationem. Tranſlationis igitur* S. Madelbertæ *epocha vel eodem vel proximè ſubſequente anno figenda erit, ac per conſequens Malbodienſes virgines annis dumtaxat circiter* xvii *pretioſo corporis ſanctæ Abbatiſſæ theſauro gaviſæ ſunt, quo exiguo temporis intervallo innumerabilia illa miracula, quorum meminit biographus, ad ejus ſepulcrum Malbodii contigerunt.*

F

& in eccleſia cathedrali reconditur.

27 *Reconditæ ſunt autem* S. Madelbertæ *reliquiæ in eccleſiæ cathedralis Leodienſis ſacrario, &* ad latus S. Lamberti, *inquit Fiſenius,* in hunc diem ſervantur. *Anſelmus loco ſuprà allato, eas in eodem feretro collocatas aſſerit cum corpore S. Theodardi epiſcopi Trajectenſis & martyris, cujus memoria eſt in Faſtis die hujus menſis* x, *quando & in Opere noſtro ejus Acta diſcutientur. Accipe laudati Anſelmi verba:* In altera parte corporis beati Lamberti, corpus S. Theodardi epiſcopi & martyris quieſcit cum Madelberta ſancta virgine, quæ in uno feretro collocantur. *Cæterum cum ſeneſcente ſeculo* xv *Leodienſes ob diſſidia, quæ ratione epiſcopatûs exorta fuerant inter nobiliſſimas potentiſſimaſque familias, diuturno ac funeſto bello concuterentur, pro impetranda pace inſtitutæ ſunt ſupplicationes publicæ, reliquiæ SS. Lamberti,* Madelbertæ *aliorumque populo ad venerationem exhibitæ, & eadem occaſione apertæ ac viſitatæ Lipſanothecæ. Hujus viſitationis hiſtoriam, prout geſta eſt, apud Chapeavillum tom.* 3 *pag.* 213, *dat Siffridus Petri ad calcem capitis* 45 *libri, quem* Geſta Pontificum Leodienſium *inſcripſit, ſub hoc titulo:* Hiſtoria Viſitationis feretri B. Lam-

Lamberti martyris & pontificis, & aliarum reliquiarum eccleſiæ Leodienſis, ab auctore anonymo hujus temporis ſcripta.

Anno 1489 Reliquiæ ejus

28 *Hiſtoriam iſtam, cùm prolixior ſit, huc non transfero, ea ſolummodo excerpo, quæ potiſſimùm ad Sanctam noſtram pertinent, & ex quibus colligere poſſit ſtudioſus lector, quo anno, qua auctoritate & à quo inſtituta fuerit dicta viſitatio. Narrationem ſuam ita exorditur auctor:* Anno à Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo nono, menſis Aprilis quartadecimâ, horâ ſextâ de ſero venerabiles & generoſi viri domini & magiſtri Godemillus de Eldris ſcholaſticus, Henricus de Palude cantor, Joannes Biliton presbyteri, Wilhelmus de Liberme & Jacobus de Corſwaremia ſubdiaconi canonici Leodienſes, unà cum dominis Criſpino Roefs, parvæ menſæ canonico & notario, nec non Brunone de Tills S. Martini, Joanne Sorlet etiam parvæ menſæ, Joanne de Dyck aliàs de Wert & Chriſtiano de Goe capellanis eccleſiæ Leodienſis teſtibus; de mandato & voluntate venerabilium & generoſorum virorum dominorum decani & capituli Leodienſis confeſſi & contriti, ſacris veſtibus ſolemniter induti, cum luminaribus & omni decentia feretrum & locum glorioſi martyris beatiſſimi Lamberti acceſſerunt. *Tum, relatis, quæ eo die circa reliquias S. Lamberti, ac die* XVIII *ejuſdem menſis circa reliquias SS. martyrum Petri & Andoleti acta ſunt, pergit in hunc modum:*

B

viſitantur & enumerantur.

29 Deinde altera die ſequente (XIX *Aprilis*) idem D. cantor virtute ejuſdem commiſſionis feretrum B. Materni confeſſoris viſitavit &c. & deinde feretrum B. Magdelbertæ virginis viſitavit, in quo & oſſa & ornamenta ejus cum nonnullis aliis reliquiis reperit, prout in ſcedula præſentis tenoris (quam in eodem feretro unà cum dictis reliquiis decenter relocatam dimiſit) continetur. " In iſto feretro habentur oſſa B. Mag„ delbertæ virginis, cuculla & velum ejus, „ cinctura ejuſdem Virginis nigra miro opere „ contexta, item peplum ſive caputegumentum „ ejus, item unum aliud velum ejus, nec non „ duæ partes magnæ de habitu ejus, item duo „ forfices parvi, quibus in vita ſua Virgo glo„ rioſa utebatur, unà cum nonnullis aliis orna„ mentis ejuſdem Virginis, ac quàmplurimis a„ liis reliquiis diverſorum aliorum ſanctorum A„ poſtolorum, martyrum, confeſſorum atque „ virginum „. Quibus omnibus ſic viſitatis & decenter relocatis, idem dictus cantor ambo feretra ſuis ferramentis claudi & conclavari juſſit, & ſimilibus ſcedulis etiam ab extra poſitis & affixis, juſſit ambo feretra rubeo colore digniſſimè colorari, & ad ſuum locum priſtinum, prout poſita ſunt, collocari. *Et poſt pauca narrationi ſuæ finem imponit his verbis:* Tandem omnibus his ſacroſanctis reliquiis digniſſimè in ſuis collocatis, claves feretri tam exteriores, quàm interiores fuerunt per dominos meos decanum & capitulum portatæ & collocatæ in archiviis eccleſiæ in capſa ſuperiori, quæ intitulatur, Mechlinia. *Ita ille: ex cujus poſterioribus verbis, atque etiam ex iis, quæ num.* 27 *ex Anſelmo & Fiſenio retuli, colligere licet, ſacras exuvias tum S. Lamberti, tum* S. Madelbertæ *& aliorum Sanctorum, quos ibidem enumerat, in uno eodemque feretro, ut ipſe vocat, ſeu theca majori, diſtinctis tamen thecis minoribus juxta invicem poſitis, incluſas conſervari. Sed hactenus de Sancta noſtra cultu ſatis dicta exiſtimo.* AUCTORE *Acta ipſius ſubjicio ex Mss. ſuprà memoratis.* J. P.

C

ACTA

auctore anonymo,

Ex Hagiologio Brabantino Ms. Rubeæ vallis., collata cum duobus aliis Mss.

Nata patre Vincentio, matre Waldetrude

IGitur ſub tempore Dagoberti *a* incliti regis Francorum fuit beata virgo Chriſti Madelberta nomine, quæ à Dei actibus ab annis puerilibus non receſſit, ſed nimio cum amore ſecuta eſt ejus veſtigia, pro quibus, fragili hoſte ſuperato, in cælis triumphat cum eo genere nobilis, nobilior ſanctitate. Fuit igitur filia illuſtris Vincentii *b*, qui ante converſionem Madelgarius vocabatur, & ejus electæ conjugis venerabilis Waldetrudis, quæ ſimul tradita cum ſacra * ſorore ſua Aldetrude ſanctæ ac religioſæ * virgini Aldegundi *c* ſponſæ Chriſti & earum amitæ ad nutriendum lacte ſpirituali & ſanctam regulam edocendam, crevitque mirificè in ea cæleſtis amor.

a

E

b

* *al.* ſancta
* *al.* glorioſæ

c

adhuc parvula educanda traditur S. Aldegundi,

2 Veſtigiorum quoque earum imitatrix facta eſt puſiola, diurniſque ac nocturnis horis ſtudioſè occupabatur ſacris orationibus, quæ tam mirificis paſta fuerat * epulis, adepta *d* ambarum luminaria clariſſima, almificumque gregem Chriſti novem annorum ſpatiis poſt deceſſum earum Domini gubernans imperio: licèt enim prior natu *e*, ceſſerat tamen humiliter ſorori in ſuſceptione regiminis. Luctamen contra malignos fortiter acceperat *, lubricumque devicit hoſtem propriis amiſſis flagitiis, velut roſa crevit in acutis ſurculis, mirificis inſtructa exemplis, quam verus Sponſus introduxit in cellam vinariam, eique caritatis propinavit poculum. Inebriata mero dulciſſimo ampla profudit ora ſpumantia odore balſami, collumque ornavit ſacris lapidibus.

* *al.* fuit

d

e

* *Ultraj.* acceperat ſpiritus

F

cujus virtutes imitata

3 Cœpit animus anhelare magis ac magis ardore ſacrati ignis, velut ſancta amita atque ſoror almifica, ambarumque ſuſtentata meritis cœpit eſſe in orationibus aſſidua, in vigiliis prompta, in eleemoſynis larga, miræ caſtitatis, pietatis humilitatiſque ſtudio perornata, Chriſtique de lampade Amandi *f* aliorumque epiſcoporum, ceterorumque ſanctorum virorum inflammata doctrinis, valdè ſe ſubdidit ſub ariditate Chriſti, ut poſſet arripere bravium; quæ proinde ipſius amore pauper effecta eſt, ut mereretur in cælis abundare: pro diverſis, quas patiebatur, pœnis *g* in orationibus, profuſis lacrimis cum gaudio pſallebat dicens: " Perfice greſſus meos in ſe„ mitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea „. Et iterum: " Voluntariè ſacrificabo tibi & con„ fitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum „ eſt „.

f

g

dè dæmone triumphat.

4 In exercitatione bonorum operum hoſtis antiqui patiebatur inſidias cupientis eam dejicere à proſperis; at Virgo Chriſti firmato pectore aiebat: Diſcede peſtis furiarum, maledictioni ſubjaceas, in me non habebis partem. Statimque an-

A. ANONYMO.

gelica confortatione ſolidata eſt : nam per inſertas feneſtras oratorii veniebant velut clariſſimi radii ſolis *, unde ſpiritu ſancto ſe noverat obumbratam, Altitroni jugiter implorans victoriam, ut ei immaculatum poſſet reddere ſpiritum, ac per ſemitam juſtitiæ illuc redire valeret, unde huc, diabolo agente, dudum homo captivus advenerat. Hæc jam paradiſi florigera introſpexit nemora flammigero vibrantique gladio perforata viſcera, jam Chriſti intravit amor in præcordiis, calcavitque mundi fomitem vaniſſimum paternis & maternis imbuta doctrinis, qui pro Chriſti nomine à carnali ſe alienaverunt conſortio.

* *Ultraj.* ſuper eam

Parentum exemplo religioſam vitam amplexa

5 Præfatus genitor ejus Vincentius nomine in Alti-montis *h* monaſterio tonſo capite ſancta vixit pluribus annis ſub regulâ, nunc verò in ſuo proprio requieſcit allodio *, ubi monaſterium conſtruxit Sonegias *i* vocabulo, in quo nunc uſque grex Chriſti canonicè militat. Genitrix quoque ipſius S. Waldetrudis à beato pontifice Cameracenſis urbis Autberto *k* conſecratum pallium ac velamen accepit, & monaſterium in ſuo proprio fundo conſtruxit, quod vocatur Caſtrilocus *l*, ibique plurimis annis oves Chriſti raptas à fauce lupi gubernavit mirificè, in quo nunc ſancto requieſcit tumulo. Talibus erudita exemplis ſancta ex ſtirpe proceſſit, progenieque regali, non diebus neque noctibus vacans à colloquiis divinis, timens elongari à Sanctorum conſortio, atque alienari à beata ſede ineffabilis paradiſi. Unde enim primus homo ſuperbiendo ceciderat, illic præfata virgo Madelberta obediendo redire cupiebat.

h

* *i. e.* fundo

i

k

B

l

S. Aldegundi materteræ ſuæ,

6 Sacratæ verò amitæ ipſius ſanctæ Aldegundis virginis in noviſſimo ſecuta eſt exempla, à qua nutrita, ſicut ſuperiùs docuimus, eſt regulariter. Quæ *m* interrogata à matre, ſi carnali ſe vellet ſociare conjugio, ac paternas recipere

m

* *i. e* hereditatem

traditiones * more ſolito : illa cum lacrymis præ gaudio matri cogenti reſponſum divinitus intulit, dicens : Domino Chriſto me tota devotione tradidi, illi me ſoli devovi, alium præter eum nolo habere ſponſum. Occultè veſtes regias, monilia magnifica & mirifica, omnemque ſupellectilem ſibi traditam, quæ olim ad honorem, hujus ſeculi à parentibus ſibi fuerant reſervata,

C

vendidit ac pauperibus erogavit, Euangelii conſiderans ſententiam, ubi dicit : Vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me.

quæ, obſiſtente incaſſum matre Bertiliâ,

7 Iterum præcepit ei mater ejus Bertilia *n* inclita, ut ex linteo quodam ornamenta ſponſalia fueret, quæ divino accenſa amore ſponſum carnalem jam oblivioni tradiderat, quoniam in ejus pectore ſummus Sponſus vigebat, chriſmale veſtimentum, unde capita infantum ornantur in baptiſmo, conſuebat, & in ſcrinio recondebat; ſtatimque, dum matri ejus venerabili Bertiliæ res cognita eſt, corporali diſciplina eam corrigere voluit.

n

fugiens mundum, monaſterium Malbodii fundaverat,

8 Hæc audiens ſancta Virgo, ſub ſilentio lapſa ad locum nemoroſum, quem pater ejus & mater erga ſanctam & venerabilem virginem Gertrudem *o* eorum conſanguineam ſorte diviſerant, pervenerat, ibique, parumper eradicatis arboribus, capellam in honore beati Petri apoſtoli dedicavit, ac deinceps monaſterium, quod vocatur Malbodium *p*, conſtruxit : quod Sambra girat, Malbodius perforat, ac turma premit ſanctimonialium. Dexterâ lævâque nemus eſt & planities, ibique tempore meſſis apparent florigera prata, & navalis fluminis aqua magnifica.

o

p

D

ac prima abbatiſſa gubernaverat,

9 Ibique in agonia ſancta virgo longa vixit per tempora, quæ ſæpe ſanctarum virginum agones legerat, & pro martyrio paſſionem aliquam pronis mentibus cum lacrymis ruminans inceſſanter clamabat ad Dominum : amabile munus, quod petiit, à Domino obtinuit, cancrique morbum in dextera mamilla accepit, gaudenſque ob martyrii palmam dilexit. Porrò neptes ſuas venerabiles Madelbertam & Aldetrudem monaſticæ tradidit vitæ ; cúmque Dominus ei finem imponere decreviſſet, globus igneus viſus eſt, quaſi veniens à cæli culmine & uſque ad tectum virginis, in quo incontaminatum Domino reddidit ſpiritum, pervenit.

poſt Aldetrudem ſororem

10 Odor præterea ineffabilis domum replevit, ita ut omnes, qui ad exitum ſacratæ virginis convenerant, mirarentur. Tantæ igitur proſperitatis conductum conſiderantes ſacratæ virgines, ſicutì duæ alites cœperunt innixis alis & junctis *r* pedibus ad aſtra feſtinare. Aldetrudis alma poſt eam regimen monaſterii obtinens optimè gubernavit, quæ duodecim annorum ſpatiis in ipſo regimine peractis cum bonorum virtutibus feliciter migravit ad cælos.

r

E

tertia abbatiſſa ſuccedit & ſanctè moritur.

11 Venerabilis verò virgo Chriſti Madelberta ad eccleſiam Dei regendam in loco & officio ſuſceſſit eidem, quæ mira virtute floruit vivens & animas ſacrarum virginum lucratas ſecum duxit ad gloriam per deceſſum. Corpus ejus non minore honore cæteris in eccleſia beati Petrì apoſtoli cum turmis devotorum ſacerdotum pſallentium, atque ſacrarum virginum choris gaudentium ſacræ ſepulturæ traditur, ibique claudi ſurdique perceperunt ejus propriis meritis adjutorium, ſicut paucis, Domino juvante, ac veris demonſtrabimus dictis.

Ad ſepulcrum ejus ſurdus auditum,

12 Erat tempore illo quidam vir religioſus non longè à monaſterio Malbodienſi, qui proprium auditum dexteræ auriculæ amiſerat, & inceſſanter à Domino ob amiſſionem auditûs fuſis lacrymis remedium poſtulabat. Quadam nocte dominica, dum feſſus ſopore proprio in ſtratu jaceret, angelica monitione audivit vocem dicentem ſibi : Surge, vade ad Malbodium monaſterium in eccleſiam ſancti Petri, in qua ſancta virgo Madelberta requieſcit, ibique ad ſepulchrum ejuſdem Virginis percipies ſanitatem; ſtatimque timore correptus manè ſurgens perrexit ad locum deſtinatum. Jam Miſſæ in eccleſia ſancti Petri celebratur * officium, illeque ſtatim proſtravit ſe ad Virginis ſepulchrum, orationeque peracta, candelam accendit. In initio Euangelii intentus, mediante Euangelico *f*, incepit ſudare, palleſcere, tremeſcere, crepuitque humor vel aqua per aurem ejus : peracto Euangelio, intercedentibus meritis beatæ Virginis, priſtina ſanitas reddita eſt ejus auriculæ dexteræ : nam audivit clarè ſicut de altera, ita ut omnes glorificarent Deum, qui aderant.

F

* celebrabatur

f

claudæ greſſum

13 Erat quædam puella virgo fidelis ex familia *t* monaſterii, quæ à nativitate clauda effecta fuerat, ita ut crura ejus natibus hærerent, & palmæ ſupinatæ polliceſque propriis brachiis acclives exiſterent. Quid dicam ? Totæ nervorum compages, obduratis nodis, emarcuerant. Hanc parentes ad ſepulchrum Virginis oblatam in feretro depoſuerunt, &, neſcio pro qualibus neceſſitatibus, foras exierant relinquentes eam ſolam oblivioni traditam. Cúmque Sorores more ſolito veſpertinale veniſſent peragere officium, illa in medio eccleſiæ ambulans glorificabat Dominum,

ſum

t

A minum, gaudens cum hiis, qui ad aſpectum tanti miraculi adveniant *, qui neminem vult perire, ſed omnes ſalvos facere *u*.

* advenerant

u *& alii innumeri alia beneficia obtinent.*

14 Hæc pauca particulavimus, ſed tamen innumerabilia reſtant miracula, quæ Dominus pro dilectione ſacræ Virginis oſtendit in loco illo. Pro laboribus & ærumnis in præſenti ſeculo, quibus cruciata fuerat, almam conſecuta eſt, invenitque palmam, atque immarceſſibilem coronam diverſis floribus ornatam, virginali in thalamo reſidet nunc Chriſto nupta ſponſo, cum quo ineffabilem gloriam poſſidebit in perpetuum, eodem donante Domino noſtro Jeſu Chriſto, cui eſt honor, virtus & gloria per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

ANNOTATA.

a *Hic titulus præfigitur Ms.* Incipit Vita ſanctæ Madelbertæ Landrici ſororis & Abbatiſſæ Malbodienſis. *De tempore Dagoberti conſule Comment. num.* 3 *&* 6.

b *De SS. Vincentio, Waldetrude, Aldegunde & Aldetrude actum eſt in Opere noſtro. Adi Comment. num.* 1.

B

c *Vide, quæ circa ætatem SS. Aldegundis ac* Madelbertæ *dicta ſunt in Comment. num.* 7 *& ſeqq.*

d *Obſcurum ac malè tortum ſenſum ſic interpretor:* Inſtructa exemplis SS. Aldegundis & Aldetrudis, quæ ambæ abbatiſſæ, ut clariſſima luminaria, ipſi præluxerant, poſt earum deceſſum almificum nobilium virginum gregem gubernavit.

e *Verba iſta:* Licèt enim prior natu, ceſſerat tamen humiliter ſorori in ſuſceptione regiminis: *deſiderantur in Ms. Ultrajectino & in lectionibus Breviariorum, de quibus actum eſt in Comment. num.* 20 *&* 21; *& quamvis nullibi etiam quidquam reperiam, quod iis prorſus repugnet, cùm tamen ubique præmittantur ſequentia:* Veſtigiorum quoque earum (*puta Aldegundis amitæ & ſororis Aldetrudis*) imitatrix facta eſt puſiola S. Madelberta, *non immeritò dubitari poſſet, utra ſororum fuerit natu major. Quidquid de re ſit, certè neutra multùm ætate alteram potuit antecedere, ut facilè eruitur ex iis, quæ num.* 4, 6 *&* 7 *diſcuſſimus. Imò ſuppoſitâ veritate verborum, quibus Sancta noſtra natu prior adſtruitur, necdum evertitur omnino id, quod ſuſpicati ſumus in Comment. num.* 9; *utramque ſcilicet ſororem eodem partu in lucem editam fuiſſe. Nam & Eſau fratre ſuo Jacobo* major *ſeu* prior natu *rectè dictus eſt.*

C

f *Acta S. Amandi Trajectenſium epiſcopi habes tom.* 1 *Februarii ad diem menſis* 6. *Vide etiam Comment. noſtrum num.* 13.

A. ANONYMO.

g *Ms. Ultraject.* Diverſas patiebatur in orationibus pœnas: *Ariditatem veriſimiliter & animi anxietates, quas Deus aliquando in ſanctiſſimis etiam hominibus per aliquod tempus durare permittit, ut eorum in amore conſtantia probetur, utque propriam agnoſcentes infirmitatem majori cum fervore ac fiducia ad ipſum recurrant.*

h *De* Alto-Monte, *vulgò* Aumont *ſic ſcribit Urſio abbas in Vita S. Marcelli Papæ M.* Eſt locus ſuper fluvium, Sambram nuncupatum, ſitus à parte, non à toto (neque enim adeo eminens eſt) Altus-Mons dictus, quem illuſtrat cœnobium famoſæ antiquitatis & ... antiquæ nobilitatis. *Diſtat autem unâ circiter leucâ Malbodio.*

i *Vulgò* Soignies, *hodie oppidum inter Montes & Bruxellas.*

k *S. Autberti Acta illuſtranda venient ad* 13 *Decembris, quo die ejus memoria eſt in Faſtis.*

l *Locus hic, occaſione procul dubio nobilis parthenonis, excrevit lapſu temporis in præclaram civitatem, quam* Montes *appellamus, eſtque totius Hannoniæ metropolis.*

E

m *In Ms. Ultrajectino additur:* Videlicet Aldegundis. *Porrò, quæ hîc de S. Aldegunde compendioſè, (prolixiùs tamen, quam locus requireret) interſerit auctor, pleniùs expoſita reperiet curioſus lector in ejus Actis ad diem* 30 *Januarii.*

n *De SS. Bertilia & Walberto conjugibus & SS. Aldegundis ac Waldetrudis parentibus egimus ad diem* XI *Maii.*

o *Ejus Acta dedimus* 17 *Martii.*

p Malbodii *nunc etiam oppidi in Hannonia ſitum delineavit Bollandus in Comment. prævio ad Acta S. Aldegundis.*

q Sambra *fluvius in Belgio à Cæſare* Sabis *dicitur.*

r *Voces* innixis (*melius fortè* innixæ) *&* junctis *mutuavi ex Ms. Ultrajectino, quòd eas in Ms. Rubea Vallis legere non valerem.*

ſ *In Ultrajectino:* medio autem euangelio *&c.*

F

t *Veriſimiliter* ex familia monaſterii *dicitur, vel quòd ejus parentes nobilibus virginibus famularentur, vel, quòd inter eas conſanguineam haberet.*

u *Senſus eſt:* Glorificabat Dominum, qui neminem vult *&c. Sed, an iſte textus, qui de peccatoribus propriè intelligendus, hîc rectè adhibetur?*

DE

DE SS. ALCHMUNDO ET TILBERHTO EPISCOPIS HAGUSTALDENSIBUS

IN ANGLIA

C.S.

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

§ I. Memoria in Faſtis; auctores, qui de Sanctis meminerunt; eorum ſedes epiſcopalis.

ANNIS DCCLXXX ET DCCLXXXIX. *Memoria*

Eminos hoc die Haguſtaldenſis eccleſia in Northumbria, Angliæ provincia, epiſcopos aliqui è Benedictinis martyrologi annuntiant: Alchmundum & Gilbertum, *qui communiùs* Tilberhtus, *ab aliis etiam* Tilherus *& ab anonymo quodam, de quo infrà*, Albertus *appellatur.* Hauguſtaldi in Northinambria, *inquit Menardus in Martyrologio ſui Ordinis*, ſanctorum Alcmondi & Gilberti, epiſcoporum & confeſſorum. *Conſonat Gabriel Bucelinus in Menologio Benedictino ſic ſcribens:* In Anglia Sanctorum Alcmundi & Gilberti epiſcoporum. Fuit uterque pro eximia vitæ dignitate à cœnobio ſacro & negotioſo otio ad labores epiſcopales extractus & Haguſtaldenſis in Northumbria pontificatûs infulis exornatus; quem honorem egregiâ ſanctitate & meritis quiſque plurimùm exornaviț, & æterno ſui relicto deſiderio, ad æterna gaudia aſcendit: quorum res præclarè geſtas temporum injuriis deperiiſſe, haud leviter eſt deplorandum.

in ſacris Faſtis.

2 *Bucelino præiverat Eduardus Maihew in Trophæis Ordinis Benedictini, Congregationis Anglicanæ, tom. 2, ad diem* VII *Septembris, ubi hæc habet:* Hauguſtaldi, vulgò Hexam, in comitatu Northumbriæ, ſancti Alchmundi, ejuſdem loci epiſcopi, de quo hæc Rogerus Hovedenus Annalium parte priore: Anno DCCLXXXI Alchmundus, Hauguſtaldenſis eccleſiæ præſul, eximiæ religionis & magnarum virtutum vir, regnante glorioſo rege Elfavaldo, anno III regni ejus, ſeptimo Idus Septembris migravit ad Chriſtum, & ei ſanctus Gilbertus (aliàs Tilbertus) ſucceſſit. *Addit*, S. Alchmundi *corpus poſtmodum de terra ſublevatum fuiſſe; qua de re infrà ſumus acturi. His Benedictinis accedit Caſtellanus in Martyrologio univerſali Gallico, ubi ad hanc diem ait:* Hauguſtaldi in Anglia, S. Alchmundus, ejus loci epiſcopus. *Præter hos autem laudatos ſcriptores nullum alium inter martyrologos reperi, qui* S. Alchmundum *aut* Gilbertum *noſtrum annuntient: quinimò laudatus Maihewus ſolum, ut patet*, S. Alchmundum *hoc die memorat, cui* S. Gilbertum *ſucceſſiſſe merè narrat; ſed an hoc eodem die colatur, non ediſſerit. Caſtellanus autem* S. Gilbertum omnino omittit.

C

3 *Porrò* VII *Septembris obiiſſe* S. Alchmundum *ex antiquis Angliæ ſcriptoribus infrà oſtendemus, ac propterea hujus Sancti memoria hoc die rectè annuntiatur: verùm idem de* S. Gilberto, *ſive* Tilberhto, *prout à ſcriptoribus Anglicanis appellatur, aſſerere non poſſum, cùm diem ipſius emortualem nuſquam expreſſum reperiam. Quod autem laudati Menardus ac Bucelinus eumdem ad hunc diem referant, id factum ſuſpicor, quòd proprium diem neſcientes eum ſuo Deceſſori adjungendum putaverint, fortè inducti annuntiatione Maihewi, qui, ut vidimus, ad* VII *Septembris* S. Alchmundum *commemorans, ſubjunxerat, ei* S. Gilbertum *ſucceſſiſſe. Hæc dubium me reddidêre, utrùm de* Gilberto *ad hunc diem agendum eſſet: verùm cùm de eo ſcribendi numquam fortè aliàs æquè commoda ſe oblatura ſit occaſio, & aliunde de cultu ſatis conſtare videatur; cenſui pauca, quæ ad ipſum ſpectant, Menardi & Bucelini exemplo tradi poſſe: cúmque ea perpauca ſint, ſanctique Alchmundi rebus immixta, malui utrumque Sanctum eodem Commentario concludere, ne eadem cogar repetere.*

E

Cur de S. Tilberhto hoc die agatur.

4 *Rectè ſuprà monuit Bucelinus, utriuſque res præclarè geſtas deperiiſſe: ſed an id temporum injuriis potiùs, quàm ſcriptorum incuriæ adſcribendum ſit, certò affirmare non poſſum: non improbabile tamen eſt; exſtitiſſe olim eorum Acta, quæ in Danicis irruptionibus, quibus Anglia crebrò depopulata eſt, hoſtili igne perierint. Probabile id facit anonymus, ſeculi* XII *ſcriptor, cujus lucubrationem excudemus, qui de quadam Northumbriæ per Danos depopulatione agens, ſic ſcribit:* In qua denique devaſtatione monumenta, quæ de vita & miraculis Sanctorum ſancti Patres ad poſteritatis notitiam ſtilo tranſmiſerant, conſtat eſſe conſumta. *Solum igitur ſupereſt, ut ex antiquis Angliæ ſcriptoribus utriuſque ſancti Antiſtitis epiſcopalem ſedem, initique ac per mortem depoſiti epiſcopatûs tempus, & ſi qua alia occurrant, eruamus, cultumque immemorialem ac legitimum probemus. Sed priuſquam id agamus, juverit ſcriptorum, quibus utemur, brevem notitiam dediſſe. Facem præferent tres Anglicanarum rerum ſcriptores, qui exſtant inter decem, qui anno* 1652 *è vetuſtis Mss. Londini in lucem ſunt editi. Ac primò quidem occurrit Hiſtoria Dunelmenſis eccleſiæ, ſub nomine Simeonis Dunelmenſis monachi excuſa, ſed quam Turgoto ejuſdem*

F

Notitia auctorum, qui de Sanctis noſtris

A *ejuſdem loci Priori ac deinde Sanctandreano in Scotia epiſcopo, Uſſerius & Seldenus, & poſt hos Godefridus Henſchenius noſter vindicârunt, ut tom.* III *Martii, pag.* 124 *& ſeq. videre eſt, ubi ea hiſtoria ante annum* 1107 *conſcripta dicitur.*

Scripſerunt, inter quos anonymus,

5 *Plura hauriemus ex Simeonis Dunelmenſis Hiſtoria de Geſtis regum Anglorum, de quo ſcriptore apud Seldenum in præfatione laudata collectioni præfixa hæc lego:* Simeon Dunelmenſis, monachus ibi Benedictinus & eccleſiæ præcentor, atque viris illius ævi doctioribus meritò connumerandus, circa partem ſeculi XII mediam floruit. *Plura de eo ibidem lector reperiet. Tertius ſcriptor, qui nobis uſui erit, eſt* Ricardus Prior Hagulſtadenſis (*verba Seldeni ſunt*) qui ævi ſui hiſtorica .. conſcripſit. Floruit ſub Henrico rege ſecundo: ſub Richardo I mortuus eſt, ſeu ſub annum MCXC. *Præcipuè tamen utemur lucubratione anonymi cujuſdam, quæ apud Mabillonium in Actis Sanctorum ſeculo* III, *à pag.* 228 *exſtat cum hac epigraphe:* De Sanctis eccleſiæ Haugulſtaldenſis & eorum miraculis liber,
B auctore anonymo, canonico regulari, medio ſæculo XII, *notaturque eruta* ex Ms. bibliotheca Bodleiana Oxoniæ in Anglia. *Cùm verò librum hunc maximam partem recuſuri ſimus, de eo ejuſque auctore paulò fuſiùs agendum eſt.*

canonicus Regularis,

6 *Scriptorem Opuſculi canonicum Regularem fuiſſe, ipſe non ſemel manifeſtè indicat, dum ſe alumnum monaſterii Haguſtaldenſis profitetur, quod id temporis canonici Regulares incolebant. Nec minùs clarè ætatem ſuam manifeſtat, dum tractans de tranſlatione ſanctorum Antiſtitum Haguſtaldenſium, quam anno* 1154 *factam ſcribit, hæc ait:* Ante hanc tranſlationem multis annis, cùm adhuc puerulus eſſem, Accam, Alchmundum, Fredenbertum, Albertum, ibi ſimul requieſcere nihil hæſitans populus totus clamabat. *Ex his habemus, anonymum illum non modò contemporaneum fuiſſe ultimæ tranſlationi, quam deſcribit; verùm etiam probabiliter interfuiſſe, aut ſaltem de ea penitùs potuiſſe eſſe inſtructum. Porrò tota lucubratio eſt oratio quædam, dicta in feſto Tranſlationis, quâque Fratres ſuos, canonicos Regulares exhortatus eſt, ut ſpem ſuam fiduciamque in ſanctis eccleſiæ ſuæ*
C *Patronis reponant, quorum patrocinium Haguſtaldenſes toties experti ſunt. Hinc ſtylus ipſius oratorius eſt & hinc inde prolixior.*

ſcripſit quædam miracula & tranſlationes,

7 *Neque de ſolo* Alchmundo *aut* Tilberhto *agit, ſed de omnibus Haguſtaldenſis eccleſiæ ſanctis epiſcopis, quorum ſacra corpora eâdem illa tranſlatione elevata ſunt. Eâ occaſione quædam miracula Operi intexit, & varias ejuſdem eccleſiæ viciſſitudines exponit, ut quamdam ejuſdem loci hiſtoriam conſcripſiſſe dici poſſit. Ego quæ ad Sanctos noſtros aut eorum gloriam non ſpectant, præcidenda putavi: non potui tamen omnia, quia hinc inde tam arctè varia inter ſeſe cohærent, ut prætermitti nequeant, niſi mutiletur oratio. Ceterùm varias ſanctorum Antiſtitum tranſlationes ſive elevationes enarrat, inter quas præcipuæ duæ ſunt, & quarum prima paulò poſt medium ſeculi* XI, *altera anno* 1154 *die* III *Martii, cui potuit intereſſe, ſolemniter peracta eſt. Prior Tranſlatio etiam exſtat apud Simeonem Dunelmenſem, ubi ad annum* 781, *quo* S. Alchmundum *obiiſſe exiſtimat, eadem, licèt aliis verbis, refertur. De poſteriore nihil habet Simeon, quia Hiſtoriam ſuam de Geſtis regum Anglorum uſque ad finem dumtaxat anni* 1129 *perduxit.*

AUCTORE C. S.

quæ recudemus.

8 *Unde vero uterque illam didicerit, incertum eſt; ſuſpicari tamen licet, eam à Simeone ex Mss. monumentis erutam fuiſſe. Etenim Joannes Seldenus in Præfatione ſuprà laudata, ex Vita Simeonis à Joanne Lelando conſcripta, de Simeone ſic ait:* Multa tandem cogitanti hoc ſuccurrit in primis & neceſſarium & utile, ut reliquias bibliothecarum, à Danis ſpoliatarum, anxiè diſquireret. Nam monachi Lindisfarnenſes, Coquedani, Tinemuthenſes, Girovenſes, Veromutenſes, Hagulſtadenſes, Strucpharenſes, Vetandunenſes, Leſtingani, Ripodunenſes, Deiro-Sylvani, denique Eboracenſes, Danorum tyrannidem miſerè fugientes, aliquam veteris hiſtoriæ ſupellectilem & cognitionis rerum ſui temporis ſecum detulerant, & in dies conſervaverant, quas feliciùs aliquando futuras ſperabant. Hæc omnia perquiſivit, invenit, excuſſit curioſa Simeonis diligentia *&c. Inter hæc, inquam, prædictam Tranſlationem potuit reperire: quare ego illam ex Simeone edere mallem, niſi eam anonymus orationi ſuæ intexuiſſet ſolis pene verbis diſcrepantem: ubi tamen quid diſcriminis occurret, in Annotatis lectorem monebo. Hæc de ſcriptoribus ſufficiant: nunc rem ipſam aggrediamur, & primò epiſcopalem Sanctorum ſedem inquiramus.*
E

Haguſtaldum à quibuſdam

9 *Sanctum* Alchmundum, *ejuſque ſucceſſorem* Tilberhtum, *Haguſtaldenſis eccleſiæ epiſcopos fuiſſe, tradunt omnes, qui eorum meminerunt, tam veteres, quàm recentiores: at ubi Haguſtaldum fuerit, non aquè convenit inter poſteriores. Michaël Baudrandus in ſua Geographia de eo hæc ſcribit:* Hauguſtaldium monaſterium fuit & eccleſia Angliæ in Lindisfarnia inſula Bedæ, Hauguſtaldia & Auguſtaldia aliis, nunc Holy Iland dicta, in ora littorali Northumbriæ, epiſcopali dignitate inſignita ſub archiepiſcopo Eboracenſi. *Itaque Haguſtaldum in Lindisfarnia ſeu* Holy Iland *Baudrandus collocat. Idem facit ad vocem* Lindisfarnia, *in qua inſula ait* epiſcopalem cathedram *ab Aidano conſtitutam fuiſſe*, quæ Auguſtaldia dicta fertur. *Ejuſdem ſententiæ eſt Lubinus in Martyrologio Romano Tabulis geographicis illuſtrato, ubi ait:*
F Lindisfarni & Lindisfarnia, olim Halig Eiland, nunc Holy Iſland, inſula Albioni inſulæ proxima, oræ Northumbriæ & oſtiis Tuedæ fluvii adjacens cum urbe cognomine, quæ & Aguſtaldia & Haguſtaldia nuncupata. Ibi olim celebre cœnobium ac ſedes epiſcopalis, cujus epiſcopi Lindisfarnenſes aliquando, Haguſtaldenſes aliquando dicebantur, ſub archiepiſcopo Eboracenſi; ſedes tamen poſtmodum Dunelmum tranſlata eſt: abeſt à Berwico urbe in finibus Scotorum IV mill. in Auſtrum.

perperam ſtatuitur in Inſula ſacra:

10 *In hanc ſententiam forſan iverunt ex obſcuro Bedæ loco malè intellecto. Beda enim lib.* 4 *Hiſtoriæ gentis Anglorum, cap.* 12 *hæc habet:* Ortâ inter ipſum regem Ecgfridum & reverendiſſimum antiſtitem Wilfridum diſſentione, pulſus eſt idem antiſtes à ſede ſui epiſcopatûs, & duo in locum ejus ſubſtituti epiſcopi, qui Northanhymbrorum genti præeſſent; Boſa videlicet, qui Deirorum, & Eata, qui Berniciorum provinciam gubernaret; hic in civitate Eboraci, ille in Haguſtaldenſi ſive Lindisfarnenſi eccleſia cathedram habens epiſcopalem. *Verùm verba illa Bedæ non ita accipienda eſſe, ut Lin-*

AUCTORE C. S.

disfarnia & Haguſtaldum eadem fuiſſe civitas dicatur, ſed ita ut alterutro loco epiſcopalis cathedra fixa fuiſſe ſignificetur, liquet ex eodem Beda, qui loco citato poſt pauca Haguſtaldum à Lindisfarnia minimè obſcurè diſtinguit. Ordinati ſunt autem, *inquit*, Edhedus, Boſa & Eata Eboraci ab archiepiſcopo Theodoro, qui etiam poſt annos abſceſſionis Wilfridi, horum numero duos addidit antiſtites, ad eccleſiam Haguſtaldenſem Trumberhtum, remanente Eatâ ad Lindisfarnènſem *&c. Retinuit igitur Eata Lindisfarnenſem epiſcopatum, dum Trumberhtus ad Haguſtaldenſem evectus eſt, adeoque iſtæ eccleſiæ malè confunduntur. Utramque etiam eccleſiam diſertè diſtinguunt alii Angliæ ſcriptores, è quibus unum adduxiſſe ſufficiat, Turgotum ſcilicet lib. 2, cap. 2, ubi ait:* Offenſus rex Eadbertus *Cynevulfum Lindisfarnenſem* epiſcopum cepit, captum in Belbamburch teneri præcepit, Friothuberto Haguſtaldenſi epiſcopo Lindisfarnenſem epiſcopatum amminiſtrante, donec placato rege, de captione relaxatus Cynevulf ad ſuam rediret eccleſiam. *Pluribus, quia res clara eſt, ſuperſedeo.*

B

oſtenditur eſſe in Northumbria,

11 *Verum Haguſtaldi ſitum diſcimus ex Richardo Priore, laudato num. 5, de ſtatu & epiſcopis ejuſdem eccleſiæ lib. 1, cap. 1 illius cathedræ exordia in hunc modum aſſignante:* Eſt in Northanhymbrorum provincia haud procul à Tina flumine ad Auſtrum ſita villa quædam, nunc quidem modica & raro cultore habitata, ſed ut antiquitatis veſtigia teſtantur, quondam ampla & magnifica. Hæc autem à rivulo ibi decurrente & quandoque ad modum torrentis exuberante, Heſtild nomine, Heſtoldesham, quaſi prædium Heſtild vocatur. Beata verò regina Etheldreda . . . S. Wilfrido, quem plurimùm dilexit, illi, inquam, jam exiſtenti Eboracenſi epiſcopo prædictam villam cum circumjacente regione circa annum Dominicæ Incarnationis DCLXXII in perpetuam eleëmoſynam dedit, ut eam epiſcopali cathedrâ ſullimaret *: quam ipſe primus & poſt eum alii jure eccleſiaſtico federent. *Deinde ſequentibus capitibus de ejuſdem epiſcopatûs erectione, inſignique eccleſiæ ac monaſterii in eo loco ſtructura prolixè agit. Unde conficitur, non procul à Tina fluvio in Northumbria Haguſtaldum ſtatui poſſe.*

* ſublimaret

C

nunc Hexam appellatum,

12 *Idem loci ſitus ſolidè confirmatur tum ex Simeonis Dunelmenſis Hiſtoria de geſtis regum Anglorum, tum ex anonymo, quem infrà excuſuri ſumus: uterque enim ſcriptor, narrans prædictam eccleſiam ab imminente direptione, quam Malcolmus Scotorum rex minabatur, divinitus ſervatam fuiſſe, uterque, inquam, tradit, Tinam fluvium, in cujus ripa hoſtilis exercitus caſtrametatus erat*, abſque pluviarum inundatione, *una nocte*, in tantum excreviſſe, ut abſque navis amminiculo minimè tranſiri poſſet, *atque ita Malcolmum ab ejuſdem acceſſu & intentata devaſtatione prohibitum fuiſſe. Porrò Tina duplex eſt, Auſtralis & Borealis, uterque Northumbriam, non Inſulam ſacram, interfluit. Et Borealis quidem, teſte Camdeno*, è limitaneis jam Angliæ & Scotiæ montibus effuſus, *per Northumbriam labitur; Auſtralis verò prope Alſtenmore oritur: denique* infra S. Oſwaldi uterque Tina confluit, *ac deinde conjunctas undas vehens, eas prope Tunocellum ſive Tinmouth in Oceanum provolvit.*

13 *Rectiùs ergo Eduardus Maihewus, num. 2 relatus, Haguſtaldum in comitatu Northumbriæ collocat, & nunc* Hexam *appellari affirmat. Idem cenſet Camdenus, qui in ſua Britannia Northumbriam deſcribens, ſic loquitur:* Jam Tina auctus, ſubindéque auctior, uno alveo urget ad Oceanum iter, per Hexam, Bedæ Hangulſtad, Saxonicè Hextoldesham, quod Romano ſeculo Axelodunum fuiſſe, ubi cohors prima Hiſpanorum ſtationem habuit, nomen perſuadet & ſitus editior in colle (collem enim Dunum dixerunt Britanni.) *In dictorum confirmationem ſubdit verba Richardi à nobis jam allegata, ſed rivulum* Hextold *non* Heſtild *appellat. Poſt pauca deſcriptionem loci ita proſequitur:* Sed dignitas illa (*epiſcopalis*) poſt octavum epiſcopum, intonantibus Danicis bellis, tota evanuit. Deinceps verò tantùm archiepiſcoporum villa habebatur ante commutationem cum Henrico VIII factam, quâ ſuo jure ceſſerunt . . . Nunc verò tota ejus gloria eſt in monaſterio illo antiquo, cujus pars in primi Foreſteri militis ædes eſt converſa: eccleſia verò, Occidentali parte tantùm demolita, ſtat integra, & magnifica ſanè eſt ſtructura *&c. Hæc Camdenus; cui ego quoad loci ſitum libens aſſentior; cùm ea omnia rectè conveniant cum iis, quæ ex antiquis ſcriptoribus ſuprà retulimus, quæque Simeon Dunelmenſis de eccleſiæ ac monaſterii ſtructura loco à nobis aſſignato prolixè enarrat. Quare hodiernam* Hexam *ipſum eſſe vetus Haguſtaldum &* SS. Alchmundi *ac* Tilberhti *epiſcopalem ſedem mihi minimè dubium apparet.*

D

cujus aliqualis notitia datur.

E

§ II. Tempus epiſcopatûs ſuſcepti, ac mortis obitæ; cultus antiquus.

F

Utrumque Benedictinum fuiſſe, veriſimillimum eſt.

JAm monuimus lectorem, utriuſque Sancti Acta olim periiſſe, aut antiquitatis tenebris involuta eſſe: pauca, quæ de eorum ætate reperimus, accipe. Utrumque monachum Ordinis S. Benedicti fuiſſe, affirmant Bucelinus & Menardus, idemque de Alchmundo *aſſerit Maihewus. Neque id negamus, cùm Haguſtaldenſis eccleſia ac monaſterium, à S. Wilfrido condita, fuerint Ordinis Benedictini, adeoque omninò veriſimile ſit, laudatos ſanctos Antiſtites ex eo ad Haguſtaldenſem cathedram aſſumptos fuiſſe. Adde, quod & in aliis Anglia epiſcopatibus eo tempore frequens fuerit ille uſus, ut epiſcopi ex monachis eligerentur. Id porrò patet ex Turgoto, qui lib. 3 cap. 6 ſcribit, Eadmundum Dunelmenſis eccleſiæ clericum, cùm circa annum* 1021 *ad ejuſdem epiſcopatum eligeretur, dixiſſe*, cathedram prædeceſſorum ſuorum, qui monachi fuerant, nullo modo ſe poſſe aſcendere, niſi illos & ipſe monachico habitu imitaretur.

S. Alchmundus fit epiſcopus anno 767,

15 *Tempus, quo* S. Alchmundus *ad epiſcopatum evectus eſt, tradit Simeon Dunelmenſis, in Hiſtoria de Geſtis regum Anglorum ita ſcribens:* Anno DCCLXVII Albercht Eboracæ civitatis, & Alchmund Haguſtaldenſis eccleſiæ, ordinati ſunt epiſcopi VIII Kal. Maii. *De anno inter auctores ſatis convenit; ſed de die, quo Sanctus noſter conſecratus dicitur, dubium hîc meritò moveri poſſet: quippe dies* VIII *Kalendas Maii anni 767 nec Dominicus erat, nec aliquo celebriori feſto ſolemnis, quorum tamen alterutrum*

A *trum ex antiqua eccleſiæ diſciplina obſervari ſoleret. Hinc Whartonius in Anglia ſacra, parte* 1, *pag.* 697 *in* Alchmundo *ſic ſcribit :* Alhmundus ſeu Alcmundus conſecratus eſt DCCLXVII, XXIV Aprilis juxta Ricardum Haguſtaldenſem & Hovedenum, quamvis dies anno non conveniat, & XXVI Aprilis fuiſſe cenſendus ſit, niſi potiùs Alcmundus anno DCCLXVII electus & DCCLXVIII, XXIV Aprilis conſecratus fuerit. *Eadem difficultas occurrit in* S. Tilberhto, *qui* 2 *Octobris anno* 780 *epiſcopus ordinatus dicitur, aut* 2 *Octobris* 779, *vel* 781, *ut infrà videbimus. Verùm cùm de anno ac die conſecrationis* S. Alchmundi *omnes ſcriptores conveniant, nec certum ſit, utrùm eccleſia Anglo-Saxonica Dominicum aut ſolemnem diem in epiſcoporum ordinationibus tum temporis tam exactè ſervaverit, cúmque aſſignatus conſecrationis annus cum numero annorum, quibus eccleſiæ ſuæ præfuiſſe, annoque quo mortuus dicitur, apprimè cohæreant, nihil nos urget à Simeone Dunelmenſi reliquiſque ſcriptoribus recedere. Si quis tamen in die conſecrationis* S. Alchmundi, *uti &* S. Tilberhti *hîc erratum velit, non multùm refragabor ; ſed nec pluribus diſcutiam, cùm illæ epochæ ad elucidanda utriuſque Sancti geſta parùm aut nihil faciant.*

B 16 *Succeſſit autem* S. Alchmundus *Frithuberhto, quem etiam* Friothuberhtum, Fridenbertum *&* Fredenbertum *appellatum comperi, & cujus oſſa unà cum utriuſque ſancti Antiſtitis, aliorumque corporibus, anno* 1154 *ſolemniter elevata ſunt, teſte auctore Tranſlationis, quam dabimus. De eodem ad præſens propoſitum noſtrum laudatus Simeon ad annum* 766 *hæc habet :* Frithuberht Haguſtaldenſis eccleſiæ antiſtes eodem anno de hac mortali carne migravit ad veræ lucis perennitatem, X Kal. Januarii, epiſcopatûs ſui anno XXXII. *Obiter tamen noto, hîc erratum videri in annis epiſcopatûs : nam in inſcriptione apud ejuſdem corpus inventa (quam vide in Tranſlatione num.* 39) *obiiſſe etiam dicitur anno* DCCLXVI, X Kalendas Januarii, *ſed* epiſcopatûs ſui anno XXXIV. *Totidem etiam epiſcopatûs annos ei tribuit Richardus lib.* 1, *cap.* 16, *licèt ibidem ejuſdem conſecrationem anno* 734 *illiget : forſitan eo anno primùm conſecratus eſt, & anni* 34 *epiſcopatûs numerantur à ſeceſſione S. Accæ, deceſſoris ipſius, qui anno* 734 *cathedram ſuam ſeu ſponte ſeu coactus deſeruiſſe dicitur.*

C 17 *Idem Simeon mortem* S. Alchmundi *ad annum* 781 *conſignat his verbis :* Alchmundus Haguſtaldenſis eccleſiæ præſul, eximiæ religionis & magnarum vir virtutum, poſtquam XIII annis ſullimiter * præfatam rexiſſet eccleſiam, regnante glorioſiſſimo Northanhymbrorum rege Elfwaldo, anno III regni ejus, VII Idus Septembris huic vitæ modum fecit ; qui pro meritis æternæ beatitudinis eſt particeps factus. Sepultus verò eſt juxta prædeceſſorem ſuum, reverendæ memoriæ ſanctum Accam epiſcopum ; de quo loco poſt annos plùs quàm CCL divina revelatione tranſlatus eſt. *Simeoni conſonat Richardus lib.* 1 *de Statu & epiſcopis Haguſtaldenſis eccleſiæ, cap.* 16, *ubi initium ac finem epiſcopatûs illius tradit in hunc modum :* Hunc autem (*Fredbertum ſeu Fredenbertum*) ſubſecutus ſanctus Alchmundus anno Dominicæ Incarnationis DCCLXVII & regni Alcredi ſecundo, VIII Kal. Maii conſecratur in antiſtitem. Qui Dominicæ Incarnationis DCCLXXXI ; & regni Elfwaldi IIII, & epiſcopatûs ſui XIII anno, VII Idus Septembris extremum diem clauſit in Domino.

ſuccedens Fredenberto.

De anno emortuali auctores

* ſublimiter

AUCTORE C. S.

18 *Eumdem annum pro emortuali aſſignant Rogerus Hovedenus, Nicolaus Harpsfeldius & Michaël Alfordus, quorum poſterior tamen in Annalibus eccleſiæ Anglo-Saxonicæ obſervat, Sancti obitum ab aliquibus citiùs, ab aliis verò ſeriùs ſtatui. Variæ iſta de emortuali tempore ſententiæ apud Warthonium in Anglia ſacra, parte* 1, *pag.* 699 *ſic referuntur :* Obiit DCCLXXXI, VII Septembris ex fide Ricardi, Hovedeni & Mailroſenſis : DCCLXXX, VII Septembris, juxta Annales Petriburgenſes Sax. ; DCCLXXIX, VII Septembris, auctore Florentio. Ricardi calculus juſtior videtur. *Ita ipſe : at mihi Richardi, ceterorumque, qui cum ipſo opinantur, calculus minimè exactus videtur. Etenim ſi, ut ipſi fatentur, Sanctus* VIII *Kalendas Maii anno* 767 *epiſcopatum auſpicatus fuerit, eumdemque anno* 781, *die* VII *Septembris moriens depoſuerit, dicendus eſt anno* XV *epiſcopatus ſui jam à quatuor menſibus inchoato obiiſſe ; cùm tamen tam Richardus, quàm ceteri, annis tantummodo tredecim ipſius epiſcopatum circumſcribant.*

nonnihil variant :

E 19 *Malo igitur cum Annalibus Petriburgenſibus ſancti Epiſcopi obitum ad annum* 780 *referre : primò quidem, quia ſic numerando à* XXIV *Aprilis anni* 767, *quo omnes illum conſecratum tradunt, oſtenditur obiiſſe poſt tredecim annos in epiſcopatu poſitos, ſeu poſt annum decimum tertium à quatuor menſibus & diebus aliquot completum : completos autem numerandos, mox patebit. Secundò quia ita diſertè exprimitur in Sancti epitaphio unà cum ejuſdem corpore anno* 1154 *invento, in quo ſic legitur :* Anno Domini ſeptingenteſimo octageſimo Alchmundus Haguſtaldenſis eccleſiæ præſul, cui annis tredecim præfuit, ſeptimo Idus Septembris defunctus eſt *&c. : vide in Tranſlatione infrà num.* 28. *Ceterùm hoſce annos completos accipiendos eſſe, liquet tum ex ipſis epitaphii, tum ex Simeonis verbis num.* 17 *datis ; alioquin enim quatuor illi menſes cum paucis diebus, qui inter anniverſarium conſecrationis diem, videlicet* XXIV *Aprilis, & diem emortualem,* VII *Septembris interceſſerunt, pro integro anno accepti fuiſſent, cùm* annis tredecim *eccleſiæ ſuæ præfuiſſe dicatur.*

ſed mortuus eſt

F 20 *Non convenit quidem hic annus cum epochis regni Elfwaldi, quas Richardus & Simeon addunt, non convenit, inquam, ſi revera Elfwaldus non ante finem anni* 778 *aut initium ſubſecuti regnum inierit, quemadmodum paſſim traditur : ſed præterquam quòd unus annum regni tertium, alter quartum ſtatuat, epocham illam pro ſuo libitu adjeciſſe videntur anno* 781, *adeoque morari nos non debent. Conſecrationi tamen factæ anno* 767 *rectè congruit annus ſecundus regis Alcredi, cujus regni initium Simeon & Alfordus referunt ad finem anni* 765 *aut initium* 766. *Neque obſtat mors Fredberti, cui* Alchmundus *ſucceſſit ; ea enim in illius epitaphio contigiſſe dicitur anno* 766, X *Kalendas Januarii ; quatuor autem illi menſes, qui inter deceſſoris mortem &* Alchmundi *conſecrationem interceſſiſſe dicuntur, ſufficiunt, ut ſucceſſor in demortui locum commodè ſubſtitui potuerit. Ceterùm cùm de rebus per* S. Alchmundum *ſive ante epiſcopatum, ſive in eodem geſtis nihil reperiam, ad* S. Tilberhtum *progredior.*

anno 780, VII *Septembris.*

21 *Simeon Dunelmenſis* S. Alchmundo, *anno* 781,

AUCTORE C. S.

Succedit S. Tilberhtus

781, *ut putat, demortuo* S. Tilberhtum *ſucceſſorem in Haguſtaldenſem cathedram, his verbis aſſignat:* Tilberhtus ſanctus pro eo in epiſcopatum ſubrogatur, conſecratur, elevaturque in ſolio epiſcopalis cathedræ, in loco, qui appellatur Vulfeſwelle, hoc eſt, Fons Lupi. Actum eſt hoc VI Non. Octobris: *ſed non ſatis certum eſt, utrùm id ad annum* 781, *an ad ſequentem referat. Clariùs loquitur Richardus, dum relata* S. Alchmundi *morte, ita proſequitur:* Poſt hunc verò dilectus pater Tilbertus in epiſcopatum ſubrogatur anno eodem, hoc eſt Dominicæ Incarnationis DCCLXXXI, & regni Elfwaldi IV, & ſexto Nonas Octobris conſecratur, elevaturque in ſolio epiſcopalis cathedræ, in loco, qui appellatur Vulfeſwelle, hoc eſt, Fons lupi. *Apud Warthonium, Angliæ ſacræ parte* I, *pag.* 697 *Hovedenus Richardo conſentit; at Florentius conſecratum vult anno* 779: *Annales verò Petriburgenſes anno* 780: *in eo tamen omnes conſentiunt, quòd illum eodem anno, quo* S. Alchmundus *obiit, conſecratum fuiſſe dicant. Quod ſi verum eſt, ejuſdem conſecratio affigenda eſt anno* 780, *quo ſanctum Deceſſorem ejus obiiſſe oſtendimus. Non poſſumus tamen hìc quidquam certi determinare, cùm* S. Tilberhti *epitaphium perierit, nec aliunde certiora habeamus.*

Aldulfi conſecrationi intereſt, ſubſcribit ſynodo, moritur.

22 *Acta hujus ſancti Antiſtitis, æquè ac Deceſſoris ipſius, nos penitus latent, præter unum alterumve, ſed parvi tamen momenti. Simeon ad annum* 786 *de eo ſic meminit:* Eodem anno Aldulf conſecratus epiſcopus ab Eanbaldo archiepiſcopo, Tilberhtoque & Hygbaldo præſulibus, in monaſterio, quod dicitur Ft-Corabrige. *Similiter Richardus, ſed nullum annum ſignans, de Sancto ait:* Hic cum Eanbaldo archiepiſcopo & Higbaldo præſule, in monaſterio, quod Corabrige dicitur, Adulfum epiſcopum conſecravit. *Legitur etiam ſubſcripſiſſe ſynodo anno* 787 *in Northumbria celebratæ, ut apud Alfordum in Annalibus tom.* 2, *ad citatum annum, num.* 27 *videre eſt; ubi oſtendit, eum à Magdeburgenſibus centuriatoribus mendosè ſcribi* Dilberchum, *cùm* Gilbertus, *vel* Tilbertus, *aut* Tilherus *ſcribendum fuiſſet. Warthonius laudatus ait, eum ſynodo Calcuthenſi eodem anno in Merciis coactæ interfuiſſe: verùm ille hanc cum*
C *Northumbrorum ſynodo confudiſſe videtur. Mortem Sancti ſæpe laudatus Simeon ad annum* 789 *vel ſequentem conſignat, dum ad* 790 *hæc ait:* Anno verò priori Ethelberht epiſcopus, ſua ſede relicta, ſancto Tilberhto epiſcopo jam obeunte, prædictus præſul epiſcopatum Hauguſtaldenſis eccleſiæ accepit in propriam dominationem. *Clariùs loquitur Richardus in hæc verba:* Præfuit igitur Hauguſtaldenſi eccleſiæ Tilbertus VIII annis, & Dominicæ Incarnationis DCCLXXXIX, & regni Oſredi primo anno migravit de hac vita, ſepultuſque eſt in eadem eccleſia. *Nihil præterea de* S. Tilberhti *geſtis diſcere potui: quare ad utriuſque ſancti Epiſcopi cultum ſacraſque reliquias feſtino.*

SS. Alchmundi & Tilberhti

23 *Sancti* Alchmundi *reliquias ſeculo* XI *adoleſcente, in veneratione habitas fuiſſe, diſcimus ex ſæpe laudatis anonymo & Simeone Dunelmenſi, qui eaſdem ex ipſius Sancti indicio juſſuque repertas fuiſſe atque tranſlatas ſcribunt. Tranſlationem hanc infrà excudemus; ideóque lectorem hìc pluribus non detineo. Richardus lib.* 2 *de Statu & epiſcopis Haguſtaldenſis eccleſiæ, cap.* 4, *auctor eſt, tam* Alchmundi, *quàm* Tilberhti *reliquias poſt prædictam tranſlationem uſque ad ſua tempora, id eſt, uſque poſt medium ſeculi* XII, *non obſtante crebra iſtius regionis depopulatione, in Haguſtaldenſi eccleſia accluſas permanſiſſe. Sic autem ſcribit:* Anno MCXIII Dominicæ Incarnationis, eccleſia S. Andreæ apoſtoli Haguſtaldenſis ad religionem converſa eſt. Nam cùm multis annorum curriculis cùm circumjacente regione ſæpiùs deprædata & depopulata & diu deſerta manſiſſet, numquam tamen patronorum ſuorum, ejuſdem eccleſiæ epiſcoporum, ſcilicet ſanctorum Eatæ & Accæ & Alchmundi & cæterorum venerabilium præſulum Fredberti & Tilberti, divina pietate protegente, numquam, inquam, eorum ſacris reliquiis deſtituta eſt. D

reliquiæ antiquitus

24 In quadam enim porticu juxta ſecretarium ejuſdem eccleſiæ, verſus auſtralem partem, reliquiæ S. Eatæ decenter in una theca collocatæ quieſcebant: à quo autem, vel quo tempore de terra levatæ fuerint, à nobis ignoratur. De ſanctis autem Acca & Alchmundo legitur, quòd Elferdus, filius Weſton, vir quidem ſtrenuus & Dunelmenſis eccleſiæ ſecretarius, tempore Egelwini, ejuſdem eccleſiæ epiſcopi, divino prænonitus oraculo, de terra levaverit eos, & intra eccleſiam in remotioribus partibus collocaverit. Poſtea verò procedente tempore, in ſecretario ejuſdem eccleſiæ Acca quidem ad dextrum cornu altaris, & Alchmundus ad ſiniſtram honeſtiùs ac decentiùs in duobus arcubus poſiti ſunt. Deinde creſcente devotione fidelium, ambo ſimul multò convenientiùs & honorabiliùs retro & juxta altare, ut in præſenti cernitur, in una theca ſunt collocati. E

cum honore conſervata: cur Tilberhtum

25 Venerabilium quoque Patrum Fredberti & Tilberti reliquiæ in eodem loculo cum illis continentur: quis autem eos de terra levaverit, non eſt in noſtra notitia; ſed quia cum prædictis Patribus ubique inventi ſunt, pariter cum illis levatos fuiſſe, creditur. In illa autem theca, quæ ad Auſtrum ſita eſt, ſunt reliquiæ S. Eatæ; in alia verò versùs Aquilonem poſita ſanctorum corporum Accæ & Alchmundi pulvis conſervatur. *Hucuſque Richardus; ex cujus verbis cùm ſcrupulus aliquis lectori incidere poſſit, pauca hìc notanda cenſui. Scriptor ille* Alchmundum *conſtanter* Sanctum *appellat,* Tilberhtum *dumtaxat* Venerabilem: *unde dubitare quis poſſet, utrùm ipſi* Sancti *titulus rectè adſcribatur: verùm cùm Simeon Richardo aut antiquior, aut æqualis, eum* Sanctum *appellet, ut ſuprà num.* 21 *&* 22 *videre eſt, cúmque ejuſdem reliquias in eodem cum SS. Accæ &* Alchmundi *corporibus loculo venerationi fidelium expoſitas fuiſſe tradat, ac denique earumdem elevationem ab immemoriali tempore factam ſatis clarè inſinuet, non eſt, quod propterea* Tilbertum *eo titulo privemus, quo ab aliis donatur; præſertim cùm Richardus hac in re non ſatis accuratus fuerit, quippe qui lib.* I, *cap.* 19 *Haguſtaldenſes epiſcopos recenſens, ſolos Accam &* Alchmundum Sanctos *vocat, cùm tamen ille ipſe in eodem & ſequenti libro Wilfridum, Eatam & Joannem cum* Sancti *titulo diſertè commemoret.* F

Sancti titulo

26 *Hiſce adde primò, quod teſte auctore Tranſlationis, rei geſtæ contemporaneo, oſſa* Tilberhti, *quem ipſe* Albertum *vocat, inventa fuerint* non minori à ceteris decore fulgentia, eâdem diligentiâ condita & involuta: *illa verò cetera oſſa, ſcilicet SS. Accæ,* Alchmundi *ac Fredenberti reperta fuiſſe aſſerit* cæleſti decore coruſca, colore ſimul & odore manifeſtam exſpirantia

A rantia ſanctitatem. *Adde ſecundò, quæ de ejuſdem* S. Tilberhti *corporis elevatione ſubdit his verbis :* Hos quatuor *(Accam*, Alchmundum, *Fredenbertum*, Albertum *ſeu* Tilberhtum) cum ſumma devotione palliis pretioſiſſimis involutos, ſicut ſimul inventi ſunt, ſimul in majori loculo collocârunt. *Deinde aliquibus de S. Eatæ inventione interjectis, ſic proſequitur :* Erectâque ſecùs altare tabulâ, tribus innixa columnis, ſculpturis & picturis decentiſſimè variatâ, ſtatuerunt in medio ſcrinium majus, quod quattuor epiſcoporum ſacra pignora continebat ... Quibus ritè peractis, & Miſſarum ſolemniis cum debito gaudio celebratis, populus dimittitur, plebs Fratrum ſolitæ paci redditur ac quieti.

27 *Adde tertiò, quòd eodem anonymo teſte tum decretum fuerit, Tranſlationis illius* gloriam ſub una celebritate *impoſterum* celebrandam : *imò quòd reipſa quotannis celebrata ſit, liquet ex ejuſdem Prologo, ut legenti patebit. Denique Rogerus Hovedenus parte* I *Annalium, quos initio ſeculi* XIII *ſcripſit, dum* Tilberti, *qui ipſi* Gilbertus *dicitur, meminit,* Sancti *titulum apponit. Ad annum enim* 781 *hæc habet :* Alch-
B mundus Hauguſtaldenſis eccleſiæ præſul, eximiæ religionis & magnarum virtutum vir, regnante glorioſo rege Elfwaldo, anno tertio regni ejus, ſeptimo Idus Septembris migravit ad Chriſtum, & ei ſanctus Gilbertus ſucceſſit. *Rurſus ad annum* 790 *ait :* Anno verò priori Ethelbert epiſcopus, ſua ſede relicta, ſancto Gilberto defuncto, epiſcopatum Hauguſtaldenſem in propriam accepit dominationem. *Quæ verba, licèt ex Simeone deprompta ſint, ſatis oſtendunt, eum initio ſeculi* XIII Sanctum *habitum fuiſſe. Igitur ex hactenus dictis legitimus* Tilberhti *cultus*, Sanctique *titulus ſatis ſtabiliti videntur.*

honoremus.

TRANSLATIO
ET ELEVATIO
Auctore anonymo Canonico
C Regulari medio ſeculo XII

Ex editione Mabillonii in Actis SS. Sec. 3 *parte* I.

PROLOGUS.

Auctor ſuos ad ſanctorum eccleſiæ Haguſtaldenſis Patronorum cultum excitat.

Auctor hortatur ſuos ad Tranſlationis
a

PRæſentis diei veneranda feſtivitas *a*, Fratres cariſſimi, tanto à nobis eſt ſuſcipienda devotiùs & feſtiviùs celebranda, quanto in ea ſpecialiùs conſolatio noſtra, ſpes noſtra, noſtra inſuper gloria commendatur. Noſtra namque, noſtra ſpecialiter eſt iſta feſtivitas, qui in his ſacratiſſimis locis ſub eorum patrocinio vivimus, quorum honori diei hujus gaudia dedicavimus. Dignum quippe eſt, ut eorum laudibus voce, corde, actu, affectu, omni quidem tempore inſiſtamus : ſed hâc potiſſimùm die uberioris lætitiæ prærogativâ reddamus vitulos labiorum noſtrorum, pinguiſſimum ſcilicet ſacrificium laudis Domino immolemus, in qua ſacratiſſimarum reliquiarum præſentium *, quam eatenus fides *b* tenuerat, probavit experientia, exploravit viſus, attrectavit manus, interioris quoque hauſtu dulcedinis guſtavit affectus. Verè verax illa prophetica probatur ſententia : In memoria æterna erunt Juſti, quorum plerumque etiam oſſa mortua crebris miraculis pullulant de loco ſuo, & eorum memoriam, quam vetuſtas abſconderat, vel aboleverat negligentia, manifeſtis non deſinunt perpetuare indiciis.

A. ANONYMO.

* *l.* præſentiam
b

2 Hinc eſt, quòd ſancti Patres noſtri, quorum reliquiarum præſentiâ gloriamur, antiqua miracula novis cumulare non ceſſant, ut ſibi ſervientium ſemper augeatur devotio, ſpes certificetur, caritas nutriatur, & de perceptione præſentium munerum firma ſit exſpectatio futurorum. Scimus, quorumdam oculos, quos nox cæcitatis obcluſerat, eorum meritis lucis hujus beneficium meruiſſe, claudos pedum officium reſumſiſſe *, in tribulatione poſitos citum divinæ conſolationis ſenſiſſe ſolatium, deſtinatos ad ſupplicium in ipſo mortis articulo ſubita ereptione orationum ſuarum percepiſſe effectum. Ex quibus pauca quædam ad eorum gloriam, quorum ſollemnia celebramus, operæ pretium eſt proferre in medium, ut ex corporalibus beneficiis ſpiritalia, ex temporalibus æterna, ex terrenis ſperemus cæleſtia.

feſtum celebrandum,

E
* *l.* reſumpſiſſe

3 Audientes, Fratres cariſſimi, Sanctos iſtos ereptum cæcis lumen ſuis precibus reddidiſſe, ſi fortè mentis noſtræ oculos inſipientiæ caligo fuſcaverit, ad eorum ſecurè fugiamus auxilium; ut ſanctiſſimis eorum meritis verum ſapientiæ lumen, cæcitate detersâ, reſeratis oculis hauriamus. Sic cùm nos hoſtes noſtri ſpiritales obſederint, & tentationum tormentis murum virtutum quatientes, perpetuæ mortis metum incuſſerint, recolentes, obſeſſum quondam in hac eccleſia, quàm potenter eripuerint inopem populum de manu fortiorum ejus, egenum & pauperem à diripientibus eum; ſpiritalem nihilo minus obſidionem, ſi ad eos in ſpiritu humilitatis & in animo contrito clamaverimus, noverimus
F diſſolvendam. Si aculeis carnis, vel iræ ſtimulis urgemur in vitium, nulla deſperatio vocem devotæ orationis obtundat, ſcientes, quòd ea pietas, quæ hominem adjudicatum morti de manu ferientis eripuit, etiam nos jamjamque vitiis abſorbendos, lacrymis ac precibus provocata eripiet.

firmamque in SS. Patronis fiducia

4 Scilicet ſacroſancta Hagulſtadenſis *c* eccleſia, ſub antiquiſſimis fundata regibus, diu epiſcopalis ſedis honore reſplenduit & optimis ſemper abundans Fratribus, ipſis etiam ſæcularibus poteſtatibus terrori fuit : verùm ubi eam beatiſſimus præſul Wilfridus, adductis ſecum ex partibus tranſmarinis artificibus, miro lapideo tabulatu, ut in præſentiarum cernitis, renovavit *d*, & ad devotionem rudis adhuc plebis conciliandam, picturis & cælaturis multifariam decoravit, mox eam fama altiùs extulit, & ad ejus ſacratiſſima limina reviſenda, non ſolùm vicinas, ſed & extraneas nationes adſcivit. Quia verò antiſtes ipſe ſanctiſſimus præ cæteris, quibus præfuit eccleſiis, hanc crebriùs viſitavit, devotiùs coluit, accidit, ut poſt mortem quoque ejus plebs univerſa ita ad eum in hac eccleſia, quaſi ad vi-

reponendam docet.
c
d

A. ANONYMO. ventem confugerent, in omnibus neceſſitatibus ſuis quaſi præſentem conſulerent, in tribulationibus & auguſtiis ejus auxilium non tam peterent, quàm exigerent. Quorum devotioni ac fidei favens præſul ſanctiſſimus ſemper invocantibus præſtò fuit, petentibus largiens, mœſtos conſolans, laborantibus opem ferens miſeris: adeò ut ſubtractâ præſentiâ corporali, uberiùs illis gratia profluëret ſpiritalis. Unde non immeritò hujus ſacratiſſimæ feſtivitatis eum credimus eſſe participem, quem tot indiciis probamus nos habere præſentem.

ANNOTATA.

a *Fuit hæc procul dubio annua feſtivitas Tranſlationis, inſtituta* v *Nonas Martii anno* 1154, *quam infrà deſcribet, quamque una cum antiquiore* S. Alchmundi *tranſlatione* ſub una celebritate colendam, *tum decretum fuiſſe aſſerit num.* 34.

b *Per* fidem *intellige fidem merè humanam, non divinam.*

B c *Sæpiùs* Haguſtaldenſis *&* Hauguſtaldenſis *vocatur: de hac urbe vide dicta in Commentario num.* 9 *& ſeqq.*

d *De S. Wilfrido archiepiſcopo Eboracenſi actum eſt in Opere noſtro ad diem* 24 *Aprilis. De eccleſia Haguſtaldenſi in honorem S. Andreæ apoſtoli per hunc ſanctum erecta, & adjuncto ipſi monaſterio, conſule ſi lubet Richardum ejus loci Priorem, de Statu & epiſcopis ejuſdem eccleſiæ lib.* 1, *capp.* 1 *&* 3, *ubi magnificam ipſius ſtructuram accuratè deſcribit. Verùm anonymus noſter hanc ſedem epiſcopalem antiquiorem facit, quàm re ipſa fuiſſe videatur. Certè laudatus Richardus verbis, quæ num.* XI *recitavimus, manifeſtè ſcribit, S. Wilfridum hujus eccleſiæ ac ſedis primum fundatorem fuiſſe: Richardo conſonant reliqui Angliæ ſcriptores, qui Haguſtaldenſis epiſcopatûs initia ad ejuſdem ſancti tempora referunt: floruit autem S. Wilfridus ſeculo* VII *&* *initio* VIII.

CAPUT I.

C *Plectendus capite mirabiliter liberatur: eccleſia Haguſtaldenſis, & qui in eam confugerant, ab inſtanti exitio divinitus ſervantur: ſacrilegus punitur.*

Extremo ſupplicio afficiendus, invocans Sanctos

A Doleſcens quidam cùm furti ac latrocinii in hac civitate argueretur, à præſidibus vinculis mancipatus, diuque reſervatus, cùm non eſſet, qui fidejuſſoriam pro eo porrigeret cautionem, tandem adjudicatus morti ad ſupplicium ducebatur. Ad commune itaque refugium, ſanctum videlicet Wilfridum, ceteroſque hujus eccleſiæ Patronos, quia corpore non potuit, corde devotiſſimè convolavit, pedibus quidem, quò trahebatur, progrediens, ſed oculos ad eccleſiam cum ſumma animi contritione retorquens. Ventum eſt tandem ad locum ſupplicii. Confluxerat ad ſpectaculum illud non minima multitudo, quæ in modum coronæ miſerum ambiens, carnificem feſtinare compellunt. Stat ille vultu terribilis, manu fortis, mente crudelis, elevatoque utriſque manibus gladio, jubet captivum cervicem producere, & unum ferientis exſpectare conatum. Ille, levatis paululùm oculis & eccleſiam intuens: Adjuva, inquit, nunc, Wilfride, quia ſi modò nolueris, paullò pòſt non poteris. Quorum verborum ſimplicitatem cùm omnes riderent, irriderent nonnulli; ipſe quoque carnifex diſſolutus in riſum ferire diſtulit, ne depoſita ad tempus feritate, ferientis conatum illa diſſolutio retardaret. D

mirabiliter liberatur.

6 In qua morula duo juvenes, equis velociſſimis vecti ociùs advolant, ac more patrio cautione pro eo præſtita, adoleſcentem neci eripiunt, abſolvunt vinculis, & liberum abire permittunt. Qui licèt beatiſſimum Wilfridum in ipſo mortis articulo ſolum nominaverit, nemo tamen ceteros, qui in præſenti eccleſia requieſcunt, Sanctos miraculi hujus cooperatores exiſtimet non fuiſſe; cùm ipſe in corde omnes invocaverit, ſperaverit in omnibus, ad omnes oculos pia fide erexerit. Conſideremus itaque, Fratres cariſſimi, ad hos ſanctiſſimos Patres noſtros quâ ſpe nobis ſit in animæ periculis fugiendum, quàm non ſit nobis in qualibet tentationis vehementia de eorum auxilio deſperandum. Si igitur vinculis pravæ cujuſlibet conſuetudinis adſtricti, alicui lictorum ſpiritalium traditi fuerimus feriendi, experiamurque, quod ait Paulus: " Non, quod ,, volo, ago ,, &, " Video aliam legem in mem- ,, bris meis, repugnantem legi mentis meæ & ,, captivum me ducentem in legem peccati ,,; erectis in cælum oculis & fuſis ubertim lacrymis, horum Sanctorum auxilium poſtulemus, ſcientes, quòd apprehendent arma & ſcutum, & exſurgent in adjutorium nobis, fugatiſque hoſtibus, diſrumpent vincula noſtra, ut liberis paſſibus viam mandatorum Domini, dilatato corde, curramus, dicentes cum Propheta Domino: " Dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo ,, hoſtiam laudis ,,. Hoc ſanè miraculum ad tantorum pervenit notitiam, ut verbum adoleſcentis, in tanta neceſſitudine probatum, verſum ſit in commune totius plebis proverbium. E

Malcolmus Scotiæ rex excidium Haguſtaldenſibus parat;

7 Eo tempore, quo rex Scottorum Malcolmus *a* Northanhumbriam crudeli cæde vaſtavit, ſemper eccleſiæ Hauguſtaldenſi ob Sanctorum, qui in ea requieſcunt, reverentiam, pacem ſervavit. Sed cùm aliquando nuntii ejus circa ipſius eccleſiæ fines inciderent in latrones, ſpoliati & vulnerati reverſi ad regem, populo innocenti crimen hujus crudelitatis imponunt. Ad quam delationem rex iratus infremuit, & ob tantam ingratitudinem locum ipſum cum populo ſe penitus everſurum juravit *b*. Quid plura? ad imperium regis crudelis adeſt exercitus, paratus ad prædam, promtus ad cædes, ad flagitia pronus; qui nec rogatus paret, nec quieſceret ſaturatus. Nec latuit populum Hauguſtaldenſem regis ira. Sed quid ageret? nulla reſiſtendi copia, nullum fugæ præſidium, nullum in quorumlibet hominum ſocietate ſolatium. Una & ſola ſpes omnium virtus toties experta Sanctorum. Conveniunt igitur ad eccleſiam juvenes & virgines, ſenes cum junioribus, mulieres cum parvulis, aut divina virtute eripiendi, aut certè ante Sanctorum reliquias feriendi. Jam rex cum valida manu aderat, jam vicina Tine *c* fluvii loca occupaverat, feciſſetque ſuæ crudelitati ſatis, niſi nox ſuperveniens tranſitum impediſſet. F

a

b

c

8 At

A *qui Sanctorum opem implorantes,*

8 At presbyter, qui ecclesiæ præfuit, quosdam ex clericis cum reliquiis ad regem dirigit, ut & crimen objectum purgarent & populo innocenti pacem rogarent. Indignatus rex vocat Galwenses *d*, homines ceteris crudeliores, nuntiisque audientibus, Mox, inquit, ut dies illuxerit, transeuntes flumen irruite in eos : non parcat oculus vester, neque misereatur, non ordini, non sexui, non ætati : quidquid non poterit gladius, ignis absumat, nec dimittatis ex eis ullas reliquias. Hæc dicens, cum furore nuntiis reditum imperavit. Quibus regressis ad ecclesiam, & referentibus, quæ audierant, tumultus miserabilis oritur, clamor ingens, ploratus & ululatus multus. Mulieres, detecto capite, propriis manibus crines lacerant, pectus diverberant, ejulatumque diræ vocis emittentes, horribile spectaculum intuentibus præbuerunt. Viri prostrati solo, moderatiùs Sanctorum auxilium precabantur. Porrò sacerdotes & clerici nunc psalmis, nunc precibus faciem Domini placare studebant : alii Wilfridum, alii Cuthbertum *e*, Accam *f* alii, nonnulli Alchmundum cum gemitu & vociferatione congeminant.

d

e f

B *SS. Wilfridi & Cuthberti apparitione recreantur,*

9 Presbyter resolutus in somnium, tali visione meruit consolari : putabat se templi septa egressum, explorandi gratiâ huc atque illuc oculos circumferre : & ecce apparuerunt duo viri veste splendida, vultu venerabili, tonsurâ & habitu pontificalem speciem præferentes, sedentes equis, à parte Meridiana ad ecclesiam tendentes : venientesque, ubi stabat presbyter, desiliunt equis &, Heus, inquiunt, vir bone, serva jumenta nostra, donec facta in ecclesia oratione, ad te revertamur. Annuit ipse, nec sine magna admiratione eorum exspectat regressum. Post modicum igitur cùm reverterentur, unus eorum altiùs ingemiscens, Heu, inquit, unde hic dolor in ecclesia, hic gemitus, hic clamor, hic metus ? Miserabile est spectaculum, imis suspiriis & amaris lacrymis prosequendum. Cui presbyter : Non mireris, optime pater ; omnes enim nos ad supplicium dati sumus, destinati ad mortem, æstimati à rege Scotiæ quasi oves occisionis. Nam audientibus clericis nostris, præcepit exercitui suo, cum inhabitantibus locum hunc sacratissimum absque miseratione delere.

C Tunc sanctus sereniore vultu intuens eum, Ne timeas, ait, neque formides à facie eorum, quum ego vobiscum sum, ut eruam vos. Videns enim vidi afflictionem eorum, qui sunt in ecclesia, & gemitum eorum audivi, & veni liberare eos. Ecce enim albescente aurorâ, extendam rete meum ab ortu Tine fluminis usque

g ad ostium ejus *g*, quod nullus eorum transire poterit, nec mali quidquam vobis inferre.

10 Tunc presbyter : Quis enim es tu, vir

& Malcolmo beatissime, qui in tam necessarium auxilium miseris advenisti ? Respondit : Wilfridus vocor, &

h ecce hîc mecum est sanctus Cuthbertus, quem transiens per Dunelmum *h* adduxi, ut simul ad Fratres nostros, qui in hac ecclesia requiescunt, venientes servemus simul locum istum & gentem. Dixerat, & mox presbyterum somnus pariter cum visione reliquit. Qui surgens imperavit silentium, habuitque exhortatorium sermonem ad populum, jubetque eos animæquiores esse, scientes, quoniam respexit Dominus in orationem humilium & non sprevit precem eorum. Non enim, ait, confundet nos spes nostra, quam habemus in Sanctos Domini, sub quorum vivimus alis, quum oculi eorum super nos, & aures eorum ad preces nostras. Hæc dicens, clericos psalmis, ceteros precibus spe alacriori rogat insistere. Presbyter autem tacitus de visione cogitans, retis parabolam intelligere conabatur ; & inundationem quidem vicini fluminis interpretaretur, nisi aëris parùm tunc jocunda serenitas ab hac sententia revocaret.

A. ANONYMO.

mirabiliter coërcito, periculum evadunt :

11 Quid plura ? jam nocturnis tenebris finem dabat aurora, quæ solito candidior emergens spem conceptæ consolationis ademerat, cùm ecce nebula quædam à parte Occidentali consurgens omnem præmissi fluminis alveum ab ortu ejus usque ad ostium occupavit ; quæ paulatim sibi sese constringens, adeò imbrem * densata caligabat, ut si fortè quis dexteram productiùs extendisset, manus ipsa absorpta tenebris sibi invisibilis redderetur. Igitur Galivenses ingressi caliginem, & per avia quæque currentes, amnem Occidentalem per viam, quæ ducit ad Cumbriam, transierunt, & circa vesperam in confinio propriæ regionis invenerunt *i*. At rex tam Galivenses, quos miserat, quàm absessum nebulæ, quam horrebat, exspectans, quid ageret dubitabat : sed cùm se nebula attollens altiùs lucem, quam absconderat, detexisset, subita inundatione flumen intumuit, conatumque regis triduo impedivit. Tunc rex in semetipsum reversus, vocatis proceribus suis, Quid agimus ? inquit ; recedamus hinc, quum Sancti isti domi sint. Recedente itaque terribili populo, personuit in ecclesia Haugustaldensi gratiarum actio & vox laudis, lacrymæ lacrymis, clamor clamoribus, sed timori securitas, dolori gaudium succedebat *k*. Celebratis postremò cum magna exsultatione Missarum sollemniis, unusquisque cum gaudio ad sua remeavit.

** l.* in imbrem

s

E

k

hinc scriptor eorum auxilium pro salute animæ flagitandum monet.

12 Sed nos, Fratres carissimi, quibus magis incumbit animas curare, quàm corpora, & aërias magis, quàm terrenas potestates cavere, quoties ille, qui est rex super omnes filios superbiæ, impiæ virtutis satellites in periculum nostræ salutis armaverit, & terribilis vitiorum exercitus in nos globatim irruerit, accedamus cum fiducia ad horum Sanctorum patrocinium, cum imis suspiriis supplicantes, ut instar Helisæi prophetæ omnes hostes nostros percutiant cæcitate, & reseratis oculis cordis, ostendant nobis, quòd plures nobiscum sunt, quàm cum illis. Nemo sanè æstimet, quòd pretiosi Sancti Domini, quorum reliquiæ hîc continentur, quasi minùs sufficientes, alios adsciverint : sed ut potiùs fides confirmaretur credentium, devotio augeretur, commendaretur insuper loci sanctitas, pro quo non solùm præsentes Sancti, sed & hi, qui videntur absentes, certis indiciis probarentur præsentes. Sed & devotioni eorum consulendum fuit & fidei, qui in tanta necessitate positi, non modò ad eos, quos in suis adesse reliquiis *l* crediderunt, verùm etiam ad eos, quos abesse corpore, sed spiritu adesse non dubitabant, pias manus erexerant, plenas fidei preces emiserant.

F

l

Impurus homicida, templorum violator

13 Erat præterea in vicinia hujus ecclesiæ vir nobilis & magnarum opum, Aldanus nomine, habens nomen magnum juxta nomen magnorum, qui tunc fuerunt in hac terra. Hic sanctam Haugustaldensem ecclesiam diebus maximè solemnibus frequentare solebat. Accidit autem, ut die quadam ad domum quamdam divertisset, in qua virgo quædam, decora facie & venusta aspectu, sub parentum cura degebat. Injecit mox oculos in eam homo, & victus concupiscentiâ, primò verbis

A. ANONYMO. verbis puellæ conſtantiam explorabat. Cúmque votum non conſequeretur effectus, exardeſcente hinc irâ, hinc concupiſcentiâ, erigitur in ſuperbiam, vertitur in furorem; & quaſi quibuſdam furiis agitatus, oblitus Domini, oblitus ſui, nec Sanctorum præſentiam reverens, nec ſuæ animæ parcens, invadit puellam & vi extractam domo, ut lupus ovem, ſuæ libidinis * ſubdendam abduxit.

*l. libidini

horrenda pœna divinitus percutitur.

14 Eſt in civitate Hauguſtaldenſi eccleſia in honore ſanctæ Domini Genitricis exſtructa in Orientali parte majoris eccleſiæ, tanto intervallo diviſa, ut & atrium interſit, & via patens tranſeuntibus non deſit. Cùm veniſſet itaque inſanus ille prædam, quam impiè ceperat, crudeliter auferens, inter has duas ſummæ venerationis baſilicas; ſuperveniens frater puellæ, nitebatur eripere locum contemtui *, ſe ſuoſque deriſui: ſed ille, cujus cor in ſuperbiam ſanguis, nomen, cenſus extulerant, cujus medullam libidinum flamma ſuccenderat, homicidium copulavit inceſtui, ſequentem aversâ haſtâ transfodiens, in defenſorem pudicitiæ pœnam, quam meruerat impudicus, retorquens. Sed mox læſæ caſtitatis & homicidii ira ultrix adfuit, & ſuperbum in ſemet redire coëgit: ſtatim enim manus ejus circa haſtam diriguit & uſque ad finem vitæ ſuæ omnibus digitis & arida & contracta permanſit; tandem verò auditu viſuque privatus miſeram vitam miſeriori fine concluſit.

* contemptui

B

ANNOTATA.

a *Hic Malcolmus fuit regis Cumbrorum filius, qui anno* 1054 *devicto, fugatoque Macbeothâ, Scottorum rege, Scotiæ regnum obtinuit, teſte Simeone Dunelmenſi de rebus geſtis regum Anglorum. Accipe etiam, quæ idem ſcriptor de ejuſdem variis in Northumbriam irruptionibus, ac cæde tradit ad annum* 1093. Quinquies, *inquit*, illam atroci depopulatione attrivit, & miſeros indigenas in ſervitutem redigendos abduxit captivos. Semel Eadwardo regnante ... Iterum regnante Willielmo ... Tertiò, regnante eodem rege Willielmo, uſque Tynam progreſſus, poſt cædes hominum & concrematione locorum multa cum præda revertitur. Quartò regnante Willielmo juniore, cum ſuis copiis infinitis uſque Ceaſtram, non longè à Dunelmo ſitam pervenit, animo intendens ulteriùs progredi: ſed adunata contra eum militari manu non multa, metu ipſo citiùs revertitur. Quintò cum omni, quo potuit, exercitu in ultimam deducturus deſolationem Northymbriam invaſit, ſed juxta flumen Alne perimitur cum primogenito ſuo Eadwardo, quem hæredem regni poſt ſe diſpoſuerat. *Porrò Malcolmus fuit conjux S. Margaritæ, Scotiæ reginæ, cujus Acta illuſtrata ſunt ad diem* 10 *Junii.*

C

b *Simeon Dunelmenſis in laudato Opere ad annum* 740, *non habita temporis ratione, hoc Malcolmi factum etiam deſcribit, verùm cauſam intentati Haguſtaldenſibus excidii non aliunde repetit, quàm ab ejuſdem avaritia & crudelitate. Sic enim ait:* Malcolmus igitur rex Scottorum, homo ſcilicet ferociſſimus, mentemque beſtialem gerens, Northumbrenſem provinciam crebra irruptione miſerè devaſtare ſolebat, plurimoſque de illâ viros & mulieres captivos in Scotiam deducere. Qui cùm quadam vice cum numeroſiore ſolito exercitu fines provinciæ illius, eam devaſtaturus, ingreſſus fuiſſet, provinciales ejus adventum audientes, ferè omnes ad eccleſiam Haguſtaldenſem cum rebus ſuis, quas ſecum portare poterant, ſub protectione Sanctorum in illa quieſcentium confugerunt. Quod ut Malcolmus comperit, propoſuit illò pergere, omneſque, qui eò confugerant, expoliare, ipſamque eccleſiam funditus evertere. Quod audiens presbyter ejuſdem eccleſiæ, perrexit obviàm ei, ammonuitque illum, ne tantum nefas in Sanctos Dei, eccleſiæ illius Patronos, committere præſumeret. *Utri è duobus ſcriptoribus magis credendum ſit, incertum mihi eſt, cùm ferè eodem ſcripſerint tempore. Anonymi relatio Sanctorum æſtimationem magis commendat: Simeon verò narrat magis conformia efferato Malcolmi animo, agendis prædis aſſueto. Non video tamen, cur anonymum, qui res eccleſiæ ſuæ magis exploratas habere potuit, de falſitate ſuſpectum habeamus.*

D

c *De hoc fluvio egimus in Commentario num.* 12.

d Galwenſes *incolæ ſunt Auſtralis Scotiæ, in ora Occidua, qui &* Novantes *dicti ſunt, teſte Camdeno in ſua Scotia, ubi eos deſcribens ait:* Hodiè eorum regio continet Gailoway, Carick, Kyle & Cunningham. Galloway medii ævi ſcriptoribus Latinis Gallwallia & Gallovidia, ab Hibernis, qui olim occupârunt, & ſe Gael ſuâ linguâ contractè vocant, facta appellatione: regio paſſim collibus inſurgit *&c.*

E

e *S. Cuthberti epiſcopi Lindisfarnenſis Acta illuſtrata reperies ad diem* 20 *Martii.*

f *S. Accam Haguſtaldenſem epiſcopum annuntiat Bucelinus in Menologio Benedictino ad diem* 28 *Aprilis; at in Martyrologio Anglicano Joannis Wilſonii memoratur* 19 *Februarii, ad quem inter Prætermiſſos habetur in Opere noſtro, ubi ex Simeone Dunelmenſi dicitur obiiſſe* 13 *Kal. Novembris, quo propterea de eo agi poterit.*

g *Adi Commentarium num.* 12.

h *S. Cuthberti corpus ſeculo* 10 *tranſlatum fuit Dunelmum, ut in ſuprà citatis Actis pag.* 126 *videre eſt: ideoque S. Wilfridus hîc ait, quòd* tranſiens per Dunelmum, *ſanctum illum adduxerit. Verùm apparitionem hanc, quæ neſcio quid fabulæ videri poſſet ſapere, ſimpliciùs refert ſuprà laudatus Simeon; qui cùm dixiſſet, Haguſtaldenſem clerum populumque, hortante presbytero, qui loco præerat, Sanctorum opem impensè flagitâſſe, ita proſequitur:* Nocte verò ſequenti, cùm idem presbyter præ triſtitia in ſoporem decidiſſet, apparuit ei vir quidam vultu & habitu venerandus, qui ab eo ſciſcitabatur, quaſi ignorans, cauſam tantæ triſtitiæ. Cúmque pro hoſtium ſævitia ſe pavere reſpondiſſet; ait illi: Ne timeas, quoniam antequam illuceſcat, rete meum in fluvium mittam, per quod omnino Scottorum tranſitus impedietur. Hæc cùm dixiſſet, evanuit. *Nulla hîc de SS. Wilfrido & Cuthberto, iiſque equitantibus fit mentio.*

F

i *Accipe, quæ de Tinæ exundatione & diffuſa nebula habet idem Simeon, qui verbis mox relatis hæc ſubnectit:* Manè autem facto, inventus eſt amnis, qui Tyna dicitur, abſque pluviarum inundatione & ventorum violentia in tantum excreviſſe, ut abſque navis amminiculo minimè tranſiri poſſet. Præterea eâdem nocte & die ſequenti tanta repentè nebula accidit, ut maxima pars exercitûs ſupradicti regis per tenebras diſperſa, à ſe invicem dilaberetur: ita ut plures ad Aquilonem, multi ad Orientem, nonnulli quoque

A quoque ad Meridiem, apertè miraculo divino confuſi, per interceſſionem Sanctorum Hauguſtaldenſis eccleſiæ, cum magna feſtinatione tenderent.

k *Hiſce conſonat Simeon:* Rex verò, *inquit,* Malcolmus cum illa particula exercitûs ſui, quæ cum eo remanſerat, veniens, omnem tranſmeandi copiam ſibi negatam vidit. Reſedit ergo ſupra ripam fluminis, expectare volens, donec aqua diminueretur, ut tranſire poſſet: ſed cùm tribus diebus expectâſſet, aquamque abſque omni pluviæ amminiſtratione cotidie magis ac magis creſcere videret, tam evidenti miraculo perterritus, cum magna feſtinatione receſſit: ſicque ab ejus crudelitate omnes, qui ad præfatam Haguſtaldenſem eccleſiam confugerant, meritis Sanctorum in illa requieſcentium erepti ſunt.

l *Moralem præſentiam intellige: neque enim Sanctorum anima ante extremi judicii diem ſuis reliquiis conjuncta ſunt; ſed quia ſacras exuvias ſuas venerantibus, largiente Deo, beneficia ſolent conferre, in ipſis moraliter præſentes dicuntur.*

B

CAPUT II.

Herniâ laborans ſubitò ſanatur: eccleſia Haguſtaldenſis à Danis vaſtata, reparatur & canonicis Regularibus traditur: gemina reliquiarum elevatio.

Frater quidam herniâ laborans,

FRater quidam laicus, abrenuntians ſæculo, exemplo patris noſtri Abrahæ egreſſus de terra & cognatione ſua & domo patris ſui, ut pleniùs & perfectiùs divitias paupertate, delicias parſimoniâ, ſanguinis nobilitatem voluntaria ſubjectione mutaret, Auſtralibus Angliæ partibus ſedem hujus plagæ Aquiſonis præpoſuit; relictiſque tam propriis, quibus abundavit, quàm
C excellentiſſimi cujuſdam viri opibus, quibus in magna poteſtate præfuit, hujus ſe cœnobii obſequiis mancipavit. Hic ergo non parvo tempore ob neceſſarios labores, quibus vehementer inſudabat, malens in humiliori loco laboribus fatigari, quàm ſublimioris ordinis causâ minoribus utilitatibus occupari, extra congregationem Fratrum ſobriè, juſtè & piè, intonſus & barbatus degebat: unde actum eſt, ut ab omnibus vocaretur Hugo cum barba.

arue Sanctorum reliquias

16 Accidit autem quadam die, ut idem vir venerabilis cum Fratre quodam ſuccifam magnæ molis arborem à prærupto vallis ad locum vehiculis expeditiorem conaretur efferre; cùm pondus oneris vires impellentium exceſſiſſet, non parcens ſibi vir ferventiſſimus, totas in ſe vires colligens & cum vehementia molem impellens, rupturam folliculi, quo vitalia teguntur, incurrit, adeò ut tribus digitis via in ipſo hiatu pateſceret. Secutus dolor maximus perpetuum languorem Domini famulo minabatur. Ille intra ſe revolvens, loci paupertatem ſua infirmitate onerandam, ſe deſiderati laboris fructu privandum, ex interiori triſtitia cor compungitur, mens conteritur, oculi diſſolvuntur in fletum. Recolens tandem, quàm præſentes haberet, quibus perfacile erat ſanctis orationibus ſuis priſtinam in eo reformare virtutem, productus ad eccleſiam, ex corde puro & conſcientia bona & fide non ficta ante Sanctorum reliquias proprium incommodum, onus Fratrum, detrimentum eccleſiæ, cum maximo dolore expoſuit &, ut ſui miſererentur, cum magna devotione rogavit. A. ANONYMO.

ſubitò ſanatur.

17 Surrexit homo ab oratione ſanus, & ad neceſſarios monaſterii labores reverſus, ne minimum quidem ullius infirmitatis indicium in ſuo corpore ulteriùs invenit: vixit nam poſtea multis annis. Erat autem parcus in verbo, in cibo ſobrius, mediocris in habitu; pauperum, peregrinorum, pupillorum diligenter curam agens, res eccleſiæ, quarum cura ei delegata eſt, fideliter & utiliter diſponens. Cùm enim domus à paupertate, quam in initiis ſuis pertulerat, emerſiſſet, clauſtralibus ſe ſubdidit diſciplinis, & multo tempore cellarii functus officio, in ſenectute bona & plenus dierum obdormivit in Domino. Hæc ſunt miracula pauca de multis, quæ omnibus hujus eccleſiæ probantur eſſe communia, quibus loci hujus ſanctitas commendatur, quibus inhabitantium augeatur fides & devotio excitetur. Unde ad ea, quibus ſingulorum virtus appareat, evolvenda, permittentes animum noſtrum modico tempore reſpirare, ſicut vera relatione didicimus, tranſeamus *a*. E *a*

Eccleſia à Danis vaſtata,

18 Poſt deſolationem Nordanhumbrorum, quam ingruentibus in Angliam Dacis *b* miſerabiliter incurrit, ſicut ceteræ hujus eccleſiæ, hæc Hauguſtaldenſis, ut verbis propheticis utar, multo tempore ſine ſacerdote, ſine ephod, ſine teraphim gemebunda reſedit. Tunc plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Quidquid de lignis fuerat, ignis abſumſit: bibliotheca illa nobiliſſima, quam præſul ſanctus *c* condiderat, tota deperiit. In qua denique devaſtatione monumenta, quæ de vita & miraculis Sanctorum ſancti patres ad poſteritatis notitiam ſtilo tranſmiſerant, conſtat eſſe conſumta. Deindè cùm defervente rabie perſecutionis, pacis ſerenitas arrideret, floruit in eccleſia Dunelmenſi presbyter quidam multis adornatus virtutibus, qui ab omnibus Aquilonalibus Anglis patris loco colebatur, qui ita ſermonibus ejus inhiabant, ut quidquid audirent ab eo, quaſi divinum oraculum ſuſcepiſſent. Vocabatur autem Alurædus *d*, filius Weſtau, quem etiam ob doctrinæ & ſapientiæ gratiam Alured Larwa, id eſt Doctorem, nominabant. Hic divina revelatione commonitus, per ſacra loca, quæ ſævitia barbarorum vaſtaverat, diſcurrens, multorum Sanctorum reliquias de tumulis eruens, ad Dunelmenſem tranſtulit eccleſiam. *b* *c* F *d*

ſed non orbata Sanctorum reliquiis, tandem

19 Veniens verò ad ſanctam Hauguſtaldenſem eccleſiam, cùm ſanctiſſimi Accæ reliquias ſuſtuliſſet, prævidens fortè in ſpiritu (nam & ſpiritum prophetiæ dicitur habuiſſe) quid religionis, quid honoris ea ipſa eccleſia erat habitura, ſacras illas reliquias abſportare noluit, vel non potuit *e*: ſed eas intra eccleſiam honeſtè recondens, veneration locorum, devotioni præſentium, profectui futurorum, divinâ gratiâ diſponente conſulit. Porrò cùm ſub rege Edwardo *f* Nordanhumbria paululùm reſpirâſſet, & reliquiæ diſperſionis in ſuis receptæ ſedibus ad ruinas ædificandas ſeſe accinxiſſent; iterum regnante Willielmo cùm Walcherus epiſcopus interfectus eſſet ab Anglis, calamitatis fuga, deſolatio ſubſecuta eſt *g*. Succeſſit Walchero Gulielmus, habitu mona- *e* *f* *g*

A. ANONYMO. monachus, qui clericos ab ecclesia Dunelmensi eliminans, monachos subrogavit *h*; & aliis quidem possessionem extra ecclesiam ordinavit, alios id suscipere contemnentes expellere non cunctavit. Inter quos prædicti Aluredi filius, qui ceteris præerat *i*, cùm nihil ab episcopo suscipere dignaretur, adiit venerabilem archiepiscopum Thomam *k*, qui primus Nortmannorum Eboracensem rexit ecclesiam, rogans, ut ei Haugustaldensem ecclesiam concederet reædificandam. Annuit votis ejus pontifex venerabilis, & ei ecclesiam prædictam regendam commisit.

h

i

k

restauratur 20 Veniens ad locum homo invenit omnia desolata, muros ecclesiæ sine tegmine, fordêre feno, silvis supercrescentibus horrêre, liturâ, imbribus & tempestate dejecta nihil pristini retinuisse decoris. Erat autem talis terræ illius desolatio, ut ferè biennio ex solo venatu & aucupio se suamque familiam sustineret. Intendit itaque animo ecclesiam renovare: & primò à parte Orientali incipiens, erexit altare & cælestibus Sacrificiis convenienter aptavit. Sed ipso post
B modicum infecto negotio, vitâ excedens fructum laborum sui filio *l* dereliquit: qui licèt peccator secùs quàm oportuerit, vixerit, circa ecclesias tamen Christi renovandas, ornandas, serviendas, devotum se & sollicitum exhibebat. Hic itaque ecclesiæ Haugustaldensi renovandæ totum animum curamque impendens, succisâ, quæ supercreverat silvâ, purgatis ab omni sordes parietibus, totam ecclesiam tegulis texit, & litis intus & extrà parietibus, antiquâ eam picturâ & venustate decoravit. Strato autem in parte Orientali ex quadris lapidibus pavimento, altare subnixum columnis loco congruo collocavit.

l

& reliquiæ elevantur: quarum aliquas

21 Indignè autem ferens sacras reliquias loco inferiori obrutas, placuit ei eas evulsas tumulo, digno honore retrò altare majus in theca operta pallio honestiùs reponere. Extracta igitur è tumulo ossa, donec circa locum, in quo reponenda erant, necessaria pararentur, in porticu Australi super altare sancti Michaëlis linteaminibus substratis composuit, & ad eorum custodiam fratrem suum adolescentem, postmodum in hac ecclesia optimæ vitæ & bonorum
C morum canonicum, nomine Aldredum, de ejus simplicitate securus dimisit. Intuens adolescens in præsentia sua sacras reliquias, interiori quadam suavitate compunctus, aliquam reliquiarum illarum particulam concupivit: Non enim, inquiens, hæc sola ecclesia tanto debet munere gloriari, cùm tanta ostium * multitudo multis possit ecclesiis satis esse.

* *l.* ostium

furari volens, divinitus prohibetur.

22 Horrens tamen tale sanctuarium manu tangere, septem pœnitentiales psalmos cum lacrymis & compunctione præmisit: & sic facta oratione, accedens ad porticum, obviàm habuit in ipso ingressu tanti caloris incendium, ut ad ostium fornacis ardentis nihil tale se perpeti posse putaret. Territus ille regreditur, credens se tanto indignum beneficio: prosternitur iterum, lacrymatur, pectus tundit, & psalmos sacros repetens, accessum tentavit: sed vehementior mox calor egressus è porticu introeuntem repulit & spem quoque introeundi ademit: nam tertiò id attentare non præsumsit. His auditis, frater ejus, qui ecclesiæ præerat, resolutus in lacrymas, cum magna devotione & compunctione sacratissimas illas reliquias pallio pretiosissimo involutas & in scrinio convenientissimo collocatas super tabulam lapideam, quam in hoc decenter præparaverat, cum debito honore reposuit.

D

Reparatum monasterium canonicis Regularibus

23 Crescente postea circa Sanctos ipsius devotione presbyteri, cœpit intra se de sui indignitate, de ecclesiæ sanctitate, de Sanctorum reverentia, districtiùs cogitare: & indignum se judicans tantorum Patrum accessui, timens insuper, ne post ejus excessum, etsi non minùs dignis, certè minùs sollicitis, ecclesia traderetur; zelo domûs Domini succensus, ad virum venerabilem juniorem Thomam, Eboracensem archiepiscopum *m* adiit, & ut canonicis Regularibus ecclesiam committeret, illisque se & sua contraderet, suppliciter postulavit. Cùm verò votis ejus præsul venerabilis annuisset, officina * religioni convenientia, lignea tamen, propriis construxit manibus, & ad nutum prædicti pontificis primò Fratres duos honestæ vitæ, quorum alter in Eboracensi, alter in Beverlacensi *n* ecclesia, laudabiliter conversatus est, in Haugustaldensem introduxit ecclesiam *o*. Post mortem verò Thomæ succedens ei Turstinus *p*, Asketillo cuidam, canonico de Huntendunensi *q* cœnobio ipsius ecclesiæ curam commisit, & ut
E regularis ibi vita servetur, in perpetuum sanxit.

m

* officinas convenientes

n

o

p

q

traditur.

24 Erat autem vir ille elegans & affabilis, doctus omnium se conformare moribus, & divitum, pauperum, clericorum, militum, rusticorum, sibi gratiam conciliare. Hujus temporibus in tantum tam in spiritalibus, quàm in temporalibus, Domini domus profecit, ut in brevi bonis & honestis viris regularem professis vitam abundaret: & officina regularia decenter constructa lapidibus & tegulis ligneis tecta gratum incolis præbebant receptaculum. Ipsa insuper ecclesia pretiosis decorata ornamentis & sancti Andreæ, aliorumque Sanctorum ditata reliquiis, tam advenientium, quàm inhabitantium, devotionem adauxit. Cui successit vir quidam religiosus & optimè litteratus Robertus, cognomento Biset, in eadem ecclesia professus: qui magis religioni, quàm exteriorum administrationi aptus, post aliquot annos abrenuntiavit curæ pastorali, successorem habens Richardum *r*, virum sanè ab ipsa adolescentia honestæ vitæ & gravitatis; qui etiam cùm esset in sæculo ob insigne castitatis & sobrietatis ferè monachus pu-
F taretur.

r

Paratis pretiosis thecis, anno 1154

25 Interea Fratribus, quibus toties Sanctorum enituerat virtus, interior crevit devotio ac magis amor excitabatur. Sentiebant, eos non solùm in reliquiis suis, sed etiam in miraculis esse præsentes, à quibus in tristibus consolabantur, in lætis regebantur; cùm tentarentur, sublevabantur, persecutione emergente defendebantur, in qualibet necessitate fugientes ad eos exaudiebantur. Et quia eorum meritis, divitiis in dies temporalibus augebantur, etiam eorum temporalem gloriam æmulabantur. Indignabantur, vili tectos ligno nihil gloriæ & honoris plebis præferre conspectibus, quæ ejus * beneficiis sæpius jocundabatur. Et primùm singulis concaluit cor intra eos, & in meditatione eorum exarsit ignis: demùm conferentes invicem sermonem, accendebant se mutuò, & quomodò res manciparetur effectui, diligentiùs inquirebant. Tandem convenientes super hoc sermone Priorem, suo desiderio sancti viri devotionem in idipsum excitabant. Omnium igitur voluntatibus in unum convenientibus, aggrediuntur opus desideratum, his, quorum hoc intererat, libenti animo & promto

* *l.* eorum

promto corde neceſſaria præbentibus. Paratur theca congruæ magnitudinis, argentoque & auro veſtitur: inſeruntur locis convenientibus gemmæ, & pro artificis induſtria opus ſummo decore variatur. Compinguntur etiam duæ minores non parvi decoris, quamvis non ejuſdem pretii.

Sanctorum oſſa fragrantia & ſplendida reperiuntur.

26 Anno autem ab Incarnatione Domini milleſimo centeſimo quinquageſimo quarto, paratis omnibus, Prior diem ſolemnem, quo ſacræ reliquiæ transferrentur, conſtituit quinto Nonas Martii. Interea Fratres pſalmis & orationibus, exercitiiſque ſpiritalibus tanto ſe operi præparabant. Et jam præfixus aderat dies, cùm circa horam tertiam convenientibus in eccleſia Priore cum Fratribus, ante ſanctum altare nudis pedibus proſternuntur, pſalmiſque pœnitentialibus preces congruas adjungentes, reſponſorium, quod in honorem ſanctorum Confeſſorum in Eccleſia frequentatur, altiſonâ voce decantant. Finita verò poſt cantum oratione ſollemni, procedunt Fratres albis induti & diſcalceati, reverendaſque reliquias cum loculo, in quo hactenus ſervabantur *f*, ante gradum altaris exponentes, extractis inde ſacroſanctis pignoribus, ſubſtratis honeſtè palliis in pavimento cum ſumma veneratione collocârunt. Erant autem quatuor Sanctorum oſſa ſingillatim à ſe diviſa & vetuſtiſſimis palliis involuta: quæ cùm cœpiſſent evolvere, occurrit miri odoris fragrantia, quæ omnium perſtringeret nares, omnium corda mulceret. Qua viſitatione divina Fratres attoniti, primùm ſepultos eos cum aromatibus arbitrabantur; ſed cùm hujus rei nullum apparêret indicium, intellexerunt, Sanctos Domini ex odoribus paradiſi, quibus fruuntur in æternum, ſuis ſanctis reliquiis hanc gratiam indidiſſe.

f

B

Corpora SS. Accæ

27 His itaque plurimùm conſolati, primi eorum ſacras explorant exuvias. Inventa ſunt oſſa cæleſti decore coruſca, colore ſimul & odore manifeſtam exſpirantia ſanctitatem: quæ ſic omnium in ſe convertebant adſpectum & excitabant affectum, ut eum ſpiritaliter non dubitarent eſſe præſentem, cujus reliquias tantâ perfuſas gratiâ, tanta majeſtate venerandas ſentirent. Et ne eſſet poſteris de nomine ſancti confeſſoris cunctatio, is qui condiderat, ſcripti atteſtatione ſcrupulum omne purgaverat. Inveniunt namque in ipſo involucro ſchedulam continentem:

C

ANNO DOMINICÆ INCARNATIONIS SEPTINGENTESIMO QUADRAGESIMO, REVERENDÆ MEMORIÆ ACCA EPISCOPUS DECIMO TERTIO KALENDAS NOVEMBRIS DE MUNDO AD CÆLUM TRANSIIT, ANNO EPISCOPATUS SUI VIGESIMO QUARTO, ET HIC EJUS RELIQUIÆ IN PACE PAUSANT.

Hâc igitur ſacratiſſimâ viſione, etſi non ſatiati, plurimùm tamen refocillati, cæleſtia pignora pannis mundiſſimis iterum involventes, digno cum honore recondunt: & ne temporum futurorum deficiente ſchedulâ, ſancti nomen & meritum ſubduceretur memoriæ; in membrana ſimul & plumbi lamina eadem ſcribentes & ſculpentes, reliquiis appoſuerunt.

& Alchmundi reperta.

28 Deinde ad ſancti Alchmundi reliquias inſpiciendas ſeſe contulerunt: quibus cum pari gloria & honore repertis ſchedulam, quæ nomen ejus & officium continebat, legerunt; & ſcripturæ ipſius textus erat:

ANNO DOMINI SEPTINGENTESIMO OCTAGESIMO *t*, ALCHMUNDUS HAGUSTALDENSIS ECCLESIÆ PRÆSUL, CUI ANNIS TREDECIM PRÆFUIT, SEPTIMO IDUS SEPTEMBRIS DEFUNCTUS EST, QUI PRO MERITIS SUIS ÆTERNÆ BEATITUDINIS PARTICEPS FACTUS EST, ET HIC IN PACE PAUSAT.

t

A. ANONYMO.

Stabant autem Fratres circa theſaurum illud * cæleſte, intentéque ſcrutantes omnia, omnia quibus corpus humanum compingitur, indumenta *u* repererunt. Et quia hi, qui quondam Sanctos condiderant, aliquas minucias ex oſſibus beati Accæ pro devotione ſuſtulerant, nihil tale circa beati Alchmundi reliquias factum *x* mirabantur. Cur enim hoc acciderit, aliis exciderat, alii nec audierant: unde nos veterem tranſlationem ejus adjungentes novæ, cauſam hujus integritatis evolvere non pigebit.

* *l.* illum cæleſtem

u

x

ANNOTATA.

a *Hiſce auctor ſubtexit multa, quæ nos, quia huc non ſpectant, prætermiſimus. In primis narrat, ſacrilegum violatorem templi, quod in honorem auguſtiſſimæ cæli Reginæ Dei Genitricis Haguſtaldi exſtructum fuerat, correptum à dæmone, impietatis ſuæ infelici morte pœnas luiſſe. Huic relationi quædam inſerit, quæ ad Sanctorum, de quibus agimus, venerationem faciant, quæque proinde juverit hîc retuliſſe. Itaque ſic habet:* Defuncto rege Henrico, qui fratri ſuo ſucceſſit Willielmo, cùm Stephanus Anglorum uſurpâſſet imperium, rex Scottorum David zelo zelatus pro regis filia, cui cum tota Anglia ſacramento fuerat obligatus, contra Stephanum arma tulit, coacto exercitu Northanhumbriam cæde, incendioque depopulans. Verùm eccleſiæ Haguſtaldenſi tantum detulit, ut non ſolùm nihil, quòd ejus juris fuerat, à quoquam pateretur attingi; ſed & quotquot illuc confugere & ſuorum aliquid transferre potuiſſent, ſua decerneret pace gaudere. Hinc eſt, quòd cùm impiiſſima gens Galwenſium inaudita crudelitate ſævirent, nec ſexui parcerent, nec ætati; noſtrates, qui erant cum rege, pietate commoti, plures de eorum ereptos manibus ad Haguſtaldunum, quaſi ad certum ſuæ ſalutis auxilium tranſpoſuerunt. *Similia habet Joannes Prior Haguſtaldenſis, qui Simeonis Opus continuavit, quique ea refert ad annum* 1139. *Poſt hæc anonymus tradit aliqua miracula S. Accæ patrocinio impetrata, pœnamque blaſphemo inflictam. Inter hæc narrat, duas lipſanothecas, alteram S. Accæ,* S. Alchmundi *alteram ſub altari inventas fuiſſe à venerabili viro Ædrico, quem primum Canonicorum regularium in ea eccleſia ſecundùm apoſtolica traditionis formam vitam ſuam moreſque inſtituiſſe, ſcribit: cùm autem primùm anno* 1113 *monaſterium iſtud canonicis Regularibus ceſſerit, & circa ejuſdem ſeculi medium utriuſque corpus in eadem theca repertum infrà dicatur; aut hæc non ſatis cohærent, aut ab ipſo Ædrico, vel ab alio paulò poſt in eamdem thecam utrumque corpus tranſlatum fuiſſe, dicendum eſt. Vide infrà num.* 26.

E

F

b *Per* Dacos *hîc* Danos *intellige, qui eo nomine non ſemel veniunt. Porrò Danorum varias in Angliam irruptiones apud iſtius regni Annaliſtas legere eſt: hîc denotatur ea, quâ anno* 869 *Northumbria miſerè depopulata eſt, & de qua Guilielmus Malmesburienſis lib.* 3 *de Geſtis Pontificum Anglorum in Thiffriddid Haguſtaldenſi epiſcopo ſcribit:* Exercitus ... Dano-

A. ANONYMO.

rum ... veniens ; habitatoribus (*Haguſtaldenſibus*) exſtinctis vel effugatis , habitaculorum tecta ſuccendit , & ſecreta cœlo expoſuit.

c *S. Wilfridus , opinor , qui Haguſtaldenſe monaſterium magnificè exſtruxit.*

d *Turgoto in Hiſtoria Dunelmenſis eccleſiæ lib.* 3 , *cap.* 7 *vocatur* Elfredus filius Vueſtou , *ibidemque dicitur claruiſſe ſub Eadmundo Dunelmenſium epiſcopo & ad tempora Egelwini epiſcopi pertigiſſe : unde diſcimus , primam S.* Alchmundi *tranſlationem contigiſſe intra annos circitèr* 1021 , *quo Eadmundus epiſcopatum adeptus eſt , &* 1042 , *quo obiit : dixi autem* circitèr ; *quia ipſius calculi hoc loco exacti non ſunt. Simeon Dunelmenſis , ut infrà videbimus , eum pariter* Elfredum filium Weſtneor *appellat*

e *Non fuiſſe totum corpus ab eo Dunelmum tranſlatum , habemus etiam ex altera tranſlatione anno* 1154 *facta , de qua vide inferiùs num.* 27 : minuciæ *tamen aliquæ eò delata fuiſſe ibidem dicuntur. Idem aſſerit Turgotus lib.* 3 , *cap.* 7 : *verba relaturi ſumus ad cap.* 3 , *lit.* h.

f *S. Eduardum deſignat , cujus Acta illuſtrata ſunt ad diem* 5 *Januarii , quo obiit anno* 1066.

B

g *De Walcheri ſeu Walkeri , epiſcopi Dunelmenſis , & aliorum cæde , ſumptaque de ea vindicta , videri poteſt Alfordus tom.* 4 *Annal. ad annum* 1080 , *num.* 6 *&* ſeqq.

h *De his videri poteſt Turgotus lib.* 4 , *cap.* 2 *&* 3.

i *Si vera narret anonymus , dicendum eſt , eum ante Aluredi ſacerdotium progenitum fuiſſe : ex concubina enim natum eſſe , non ſinit prælaudata Aluredi pietas. Porrò ſi hîc Dunelmenſis eccleſia decanum deſignare velit , refragatur Turgoto , qui loco mox citato de hac canonicorum expulſione hæc ſcribit :* Eis verò , qui priùs inibi habitaverant , nomen tantùm canonicorum habentes , ſed in nullo canonicorum Regulam ſequentes , præcepit (*Guilielmus* ,) ut ſi in ipſa eccleſia reſidere vellent , deinceps in monachico propoſito cum monachis vitam agerent : at illi de eccleſia exire , quàm taliter ingredi maluerunt , præter unum , videlicet decanum illorum , cui à filio monacho vix , ut monachus fieret , perſuaderi poterat.

C

k *Hîc Thomas* ſenior *dicitur ad diſtinctionem alterius Thomæ , ejuſdem ſedis epiſcopi , cujus prior patruus fuit. Erat ille gente Normannus canonicus Bajocenſis , & ad Eboracenſem archiepiſcopatum evectus eſt anno* 1070 , *quem annis triginta tenuit , teſte Malmesburienſi.*

l *Niſi hîc pariter ante ſuſceptum à patre ſacerdotium natus fuerit , ex concubina genitus dicendus eſt , quo vitio Northumbrorum clerum ſeculis* X *&* XI *nonnihil addictum fuiſſe , colligere licet ex Alfordo tom.* 3 *Annal. ad annum* 978 , *num.* 10 *&* 12 , *iterumque ad annum* 1008 *num.* 7 *&* 8 : *ubi tamen oſtendit , hæreticos fruſtra contendere , illorum temporum ſacerdotes legitimo conjugio copulatos fuiſſe. Fortè inter cetera vitia illud præcipuum fuerit , propter quæ Guilielmus epiſcopus eos è Dunelmenſi eccleſia expulit. Fortè etiam ad eumdem Aluredi filium verba , quæ mox ſequuntur , propterea referenda ſunt ; videlicet ,* qui licèt peccator ſecùs quàm oportuerit , vixerit *&c. Richardus Prior Haguſtaldenſis de reparata per prædictos presbyteros eccleſia nihil habet , verùm de ejuſdem adminiſtratoribus lib.* 2 , *cap.* 5 *ſic ſcribit :* Hujus autem eccleſiæ tanto cæleſti (*reliquiarum*) theſauro ditatæ , ſub primo Thoma Eboracenſi archiepiſcopo , quidam ſecularis presbyter , nomine Eillanus curam egit. Sed non multò pòſt idem archipræſul eam cum quadam villa , nomine Holm , dedit in præbendam Eboracenſi eccleſiæ cuidam canonico eccleſiæ ſancti Johannis Beverlacenſis , qui Ricardus De Maton vocabatur. Sub quo quidam presbyter , nomine Eillanus , prædicti Eillani filius , eidem eccleſiæ ſumminiſtravit , & pro ſuo ſervitio quandam partem beneficiorum habuit. Manſit itaque in hoc miſerabili ſtatu uſque ad obitum ejuſdem Girardi (*epiſcopi , qui Thomæ ſeniori ſucceſſerat*) illa quondam inclita & multiplici cultu poſſeſſionis & religionis magnifica , ſed tunc ob incolarum perfidiam & malitiam , gravi ſecularium & carnalium hominum oppreſſione divulſa & peſſundata.

D

m *Hic Girardo anno* 1108 *ſucceſſit , teſte Richardo lib.* 2 , *cap.* 7.

n *Fuit iſtud monaſterium Benedictinum in pago Eboracenſi ad Hullum fluvium conditum à S. Joanne epiſcopo Haguſtaldenſi , inquit Mabillonius tom.* 2 *Annal. ad annum* 709. *Poſtmodum à Danis deſtructum , ac deinde reſtauratum & canonicis traditum fuit.*

E

o *Laudatus Richardus cap.* 8 *ſcribit , canonicos Regulares in eam eccleſiam à juniori Thoma , Eboracenſi archiepiſcopo inductos fuiſſe anno* 1113 , *Kalendis Novembris : at de presbytero , qui loco præerat , cùm hæc fierent , non tam honorificè loquitur , quàm anonymus ; neque id ipſius operâ factum dicit.*

p *Thomæ ſuccedens Turſtinus anno* 1114 , *Haguſtaldenſem eccleſiam ſacra ſupellectile , multiſque bonis locupletavit , ut docet præcitatus Richardus cap.* XI.

q *Huntingtonia (incolis* Huntington) *oppidum eſt ad Uſam fluvium in Anglia , & Huntingtonenſis comitatûs caput.*

r *Joannes Prior Haguſtaldenſis , continuator Simeonis Dunelmenſis , inter decem Angliæ Scriptores editus , de Richardo hæc habet :* Anno MCXLIII Ricardus confirmatus eſt Prior Haguſtaldenſis , ſecundum electionem Fratrum , per manum Willielmi decani & capituli Eboracenſis. *Verùm hîc legendum eſſe* Anno MCXLII , *oſtendit Papebrochius noſter tom.* 2 *Junii , pag.* 136. *Alius hic eſt à Richardo hiſtorico.*

F

s *Tum ex hoc loco , tum ex infrà dicendis patet ,* SS. Alchmundum *& Accam in eodem loculo repertos fuiſſe , cùm hæc elevatio inſtituta eſt : contrarium tamen ſcribit Richardus lib.* 1 *cap.* 4 , *ubi poſt relatam primam tranſlationem ſeculo* XI *factam , quam vide cap.* 3 , *ſic ait :* Poſtea verò procedente tempore , in ſecretario ejuſdem eccleſiæ Acca quidem ad dextrum cornu altaris , & Alchmundus ad ſiniſtram , honeſtiùs ac decentiùs in duobus arcubus poſiti ſunt. Deinde creſcente devotione fidelium ambo ſimul multò convenientiùs & honorabiliùs retrò & juxta altare , ut in præſenti cernitur , in una theca ſunt collocati. *Ita ipſe : malim tamen anonymo , qui hanc tranſlationem operosè deſcribit , in hac parte credere , quàm Richardo , qui de ea tantùm paucis meminit : idque eò magis malim , quòd anonymi narratio per modum orationis dicta videatur coram Fratribus ſuis , ex quibus ſi non omnes , certè aliquos rei geſtæ interfuiſſe , omnino veriſimile eſt , quoſque proinde fallere non poterat. Fortè etiam hæc ſcripſit Richardus ante ultimam tranſlationem anno* 1154 *inſtitutam.*

t *Adi*

A t *Adi Commentarium num.* 19.

u *Fortè ossa.*

x *Secundùm hæc repertum est* S. Alchmundi *corpus adeò integrum, ut ne minutia quidem deesset : verùm id non satis cohæret cum iis, quæ Richardus Prior lib.* 2, *cap.* 9 *habet. Ait enim, Eillanum presbyterum, qui quadam ecclesiæ Haguſtaldensis bona detinuerat, postmodum facti pœnitentem ea Roberto Biset, pro tempore Priori restituisse, & crucem argenteam donâsse, cui* S. Alchmundi *reliquiæ erant inclusæ.* Fecit igitur, *inquit*, illam (*restitutionem*) cum quodam pulchro filaterio, scilicet cruce argentea, in qua sanctorum confessorum & episcoporum Accæ & Alchmundi reliquiæ continebantur. *Cùm verò suprà lit.* r *jam dixerimus, Ricardum anno* 1142 *prædicto Roberto successisse, consequens sit, ut ante annum* 1154, *quo hæc translatio facta est, jam aliqua minutia sacro corpori defuerit. Quare restat, ut dicamus, aut reliquias illas cruci impositas fuisse ex Sancti vestibus, similive re, quâ olim usus fuerit, aut certè tam exiguas fuisse, ut in considerationem minimè venirent.*

B

CAPUT III.

Prior translatio S. Alchmundi seculo XI *facta : beneficium ejus patrocinio impetratum : reliqua ad posteriorem translationem spectantia.*

Vir quidam pius à S. Alchmundo jussus

a

b

TEmpore illo, quo presbyter Aluredus, de quo superiùs fecimus mentionem *a*, ab omnibus Northanhumbrorum ecclesiis, principibus etiam & plebe, patris loco coleretur, vir quidam *b* de minoris ordinis proceribus in possessione ecclesiæ Haugustaldensis manens, erga ipsius loci Patronos magna devotione tenebatur. Erat autem homo simplex, fide magis quàm scientiâ præditus. Hic cùm nocte quâdam membra sopori dedisset, adstitit ei in visu reverendi vultûs Senior, pontificalibus decoratus insigniis, cælesti luce præfulgidus : qui cùm baculi pastoralis, quem manu gerebat, levi pulsu virum quasi à somno excitans tetigisset ; Vade, inquit, citò & dic Aluredo presbytero Dunelmensi, ut populo Haguſtaldensi in unum collecto, eruat è tumulo corpus meum, sublatumque altiùs in ecclesia loco honestiori recondat : justè enim ab hominibus illis honor exhiberetur in terris, quos Christus inter angelos glorificandos judicavit in cælis. Obstupefactus ille, & cùm lucis splendore, tum voce illius auctoritate attonitus, cùm spiritum paululùm resumsisset, quisnam ille esset, humiliter & reverenter inquirit.

C

cum Aluredo presbytero ipsius corpus quærit,

c

30 Tunc Sanctus, Ego, ait, sum Alchmundus, qui quartus à beato Wilfrido Haugustaldensi ecclesiæ præfui *c*, qui post certamen, quod certavi, post cursum, quod * consummavi, post fidem, quam servavi, per Christi gratiam justitiæ coronam adeptus, juxta venerabilem & sanctum prædecessorem meum Accam sepultus sum : ubi presbyter antedictus, te adstante, corpus meum diligentiùs quærat, absque dubio reperturus. Hæc dicens, in sua invisibili & incomprehensibili felicitate sese recepit. Expergefactus vir, nihil hæsitans de oraculo, presbyterum adiit, & eo ordine, quo obvenerat, referens visionem, quid Sanctus præceperat, intimavit. Ille haud incredulus visioni, jussis obtemperat, dieque constituto, cùm populus, quem vocaverat, sollemniter advenisset, oratione præmissa, cum clericis ad locum, quem destinaverat Sanctus, accessit *d* : ubi cùm altiùs jam fodissent, nullum tumuli vestigium invenerunt : & jam venerat hora tertia, & illi nihil profecerant. Adstabat ille, cui hæc cælitus fuerant revelata, immobilis : fide ceteros, ne desperarent, hortabatur. Usque ad horam igitur sextam instantes operi, nullum tanti laboris fructum perceperunt. Tunc è populo, qui jam longa exspectatione fatigatus adstabat, ridere nonnulli, quidam velut spe tanta frustrati dolore *, alium * delusum phantasmatibus hominem jocabantur ; alii presbyterum, quòd fidem somniis præbuisset, tacitè arguebant.

A. ANONYMO.

d

* *l.* dolere

* *l.* alii

E

tandemque invenit & è terra levat :

31 At ille vir, nihil his motus, in sua perstabat sententia, & in eodem loco Sancti corpus inveniendum, plenus fide adstruebat : arreptoque instrumento, & alios, quos jam dissolverat tædium, ad fodiendum excitans, Hìc, inquit, hìc absque dubio, hìc jacet Alchmundus, hinc sacras ejus reliquias hodie eruemus. Non fefellit hominem spes tanta ; sed cujus fides non defecerat, amor non tepuerat, circa horam nonam desiderato potitus thesauro, suis fidem fecit promissis. Collectis itaque sacratissimis ossibus, venerandus presbyter ea pannis mundissimis involuta in convenienti scrinio collocavit : & quia sacra Missarum sollemnia celebrare hora tardior non sinebat, in Orientali ecclesiæ porticu, ubi beati Petri apostoli memoria frequentatur, eâ nocte celeste munus, quod acceperant, ponendum & conservandum decernunt *e*.

e

cujus partem cùm presbyter surripuisset,

32 Intempestæ autem noctis silentio presbyter ipse cum clericis suis circa reliquias Sancti sacras excubias celebrans, accensus devotione, decrevit aliquam sanctorum ossium portiunculam secum deferre Dunelmum, ut sic consuleretur affectui, & Sancti ipsius honori cumulus adderetur. Sed & hoc sibi deberi arbitrabatur, ut quem is Sanctus tanti operis designaverat exsecutorem, dignam non negaret mercedem. Ceteris itaque alto sopore depressis, accessit ad loculum, & unum ex ossibus, quibus, intervenientibus per certos articulos nervis, digitus fuerat arte creatrice compactus, auferens sibi reponere & reservare curavit. Interea nocturnis tenebris finem dedit aurora, & sacræ celebritatis exspectatio citiùs solito populum excitavit. Accurrit utriusque sexûs non parva multitudo, cupiens tanti Patroni precibus commendari, & sacris reliquiis aliquid sui præbere volens obsequii.

F

nulla vi in templum potuit inferri.

f

33 Hora verò Tertia *f* paratis omnibus, quæ tantæ sollemnitati congruere videbantur, venerabilis presbyter eos, qui ad tantum opus putabantur idonei, ut loculum suis deferrent humeris, designavit : qui pro tempore accedentes, cùm appositis manibus sanctissimum * levare tentarent, quasi fixum solo immobile permanebat. Vulgus more suo eorum id peccatis imputans, amovendos eos arbitrabatur. Eliguntur alii ; & eorum conatus carens effectu plebem admiratione percellit. Et ne fortè hi quoque putarentur in-

* *subaudi* corpus

A. ANONYMO.

digni, succedunt alii; qui & ipsi frustra laborantes, absque desiderii sui fructu recedunt. Obstupefacti igitur omnes & animo consternati, quid decerneret presbyter, exspectabant. Ille admirans, & semetipsum in causa esse non attendens, pernoctandum in orationibus, supplicandum cum summa devotione Sancto, & ut hujus immobilitatis suæ ratio non latêret, exigendum ipsius sanctitatis oraculum æstimavit. Dixit, & factum est ita.

Apparens Sanctus, restitui ablatum imperat:

34 Clero ergo & populo circa reliquias excubante & orante, eidem viro, cui priùs (nam ei in ipsâ ecclesia vigilanti jam somnus obrepserat) Sanctus apparuit, & severiori intuens oculo; Quid est, inquit, quod facere voluistis? Itane me defectum membris ecclesiæ invehendum duxistis, ut beato Andreæ apostolo, sacroque ejus altari mutilatus adstistam, cui tot annis integro corpore ac mente servivi? Et ostendens ei manum, cui unius digiti quasi pars media videbatur abscissa, Surge, inquit, & contestare in populo, ut digitum meum restituat ille, qui abstulit, quatenus membra mea in quietis suæ loco cum sua integritate repausent, & B hi, qui in honore meo tam devotè convenerant, desideratum sui laboris fructum obtineant *g*. Manè autem facto, surgens in medio plebis homo, cùm in eum omnes curiosiùs intendissent, clara voce cæleste propalavit oraculum, magna ultione plectendum adjiciens, qui Sancto tantam irrogâsset injuriam. Tunc presbyter venerandus, licèt cara illa pignora Sancto restituenda sentiret, se tamen cum tanto miraculo ob honorem Sancti deprehensum exsultans, facto in plebe silentio, omnia, quæ fecerat, & quâ intentione fecerat, nihil cunctatus exposuit; cùmque in præsentia populi, quod sibi reservaverat, protulisset, cunctis congratulantibus, & mirabilem Dominum in Sanctis suis prædicantibus, loco suo restituit *h*.

g

h

quo facto, in templum facilè portatur: festum annuum instituitur.

35 Oratione tunc demum & digna satisfactione præmissa, ad jussum sacerdotis feretrum clerici levi motu levantes, cum hymnis & canticis spiritalibus, ut tantum decebat Pontificem, in ecclesiam detulerunt quarto Nonas Augusti *i*; celebratoque pro more cum devotione sollemni Sacrificii salutari officio, ad sua singuli cum gaudio remeârunt. Ex illa die & deinceps ex sacris ejus reliquiis nihil quisquam ausus auferre, intactas & integras, sicut eas Fratres invenerunt, posteritatis notitiæ servârunt. Dies iste omnibus annis celebris habebatur à populo: sed quia novâ hâc translatione peractâ, decretum est, utriusque gloriam sub una celebritate recolendam *k*, nos utramque historiam credidimus conjungendam, adjicientes, quid miraculi olim per beati Viri merita in ejus hac sollemnitate acciderit.

i

C

k

Ad festum Translationis properans, submersus flumine,

36 Quidam è Fratribus, Hugo scilicet venerabilis, de quo superiùs *l* mentionem fecimus, ad loca vicina pro monasterii utilitate profectus, impendente jam ipso die sollemni, regredi festinabat. Habuit in comitatu suo quemdam ecclesiæ famulum fidelem & devotum, & Fratribus in omnibus, quæ ad ipsum spectabant, perutilem. Venientes autem ad flumen, quod civitati subterfluit, locatis in navicula, quibus insederant, equis, Uthredus (hoc enim nomen viro) arripiens gubernaculum & stans in parte posteriori, navem regebat: & ecce equus unus ab anteriori parte prosiliens, navem undis ferè subduxit: nam jumentum posterioribus pedibus fortiùs in altum innitens, proram in ima depressit; sed mox suæ levitatis repulsu resiliens, cùm se altiùs extulisset, eam partem, cui rector navis insedit, undis immersit. Ille lapsus è pupi * absorbetur à flumine. Clamant, qui aderant, accurrunt, lugent, discurrunt huc atque illuc, infortunium suum suspiriis & lacrymis protestantes. Sed quid facerent? Non funiculum, non virgam, non ramum, nec quidquam omnino, quo misero subvenirent, habebant: dolebant tantùm, & ille latebat sub undis. Quod solum spei supererat, levant ad ecclesiam oculos & sibi Sanctorum merita precabantur adesse, præcipuè tamen beatum Alchmundum, ad cujus sollemnia festinaverant, ut his eum periculis eximeret, orabant.

D

* puppi

invocato Sancto diu sub undis vivit,

37 Interea juvenis, quem jam suffocatum putabant, ad profunda demersus, integer memoriâ, imperturbatus sensibus, quidquid in ripa loquebantur, claro percipiebat auditu, confessionem suam, acsi cum sacerdote loqueretur, ei, qui ubique præsens est, faciebat. Demum in beatum Alchmundum totum intendens animum, prout talis necessitas permittebat, ut sui misereretur, supplicabat. Porrò illi, qui discurrebant in ripa, quasi de morte ejus *, jam de extrahendo & sepeliendo cadavere cogitabant: & ecce, vident hominem eminus stantem, lanceam tenentem manu & quasi eorum cursum & discursum admirantem. Clamant omnes, ut accederet; & ipse haut segnis accurrit. Arreptam unus lanceam, ubi ultimò visus fuerat, impulit fluctibus, quam ille mox oculis intuens, & nihil oblitus sui, utrâque manu apprehendens, inventi cadaveris suo pondere fecit indicium.

E

* *supple* certi

indeque extractus, gratias Sospitatori agit.

38 Accurrunt ad adjuvandum ceteri; & ecce emergens ab imis homo descendit in ripam, ubi modicum pausans, & undas, quas hauserat, exspuens, ad monasterium cum sociis properavit. Ibi applicatus ad ignem, cùm naturalis calor, quem membris frigus ademerat, ad ea materialis ignis redîsset accessu; receptis viribus, Domino & sancto Alchmundo in ecclesiam gratias acturus intravit: ubi beati Alchmundi meritis ita convaluit, ut eâdem die, amne transmisso, ad sua incolumis remearet. Ab illo tempore singulis annis, quoad vixit, cum oblatione die eâdem ad ecclesiam veniens, Ereptori suo muneribus, quibus potuit, congruam acceptis beneficiis vicem rependere non omisit. His fortè non inutiliter insertis, ad translationis ordinem redeamus.

F

Corpora SS. Fridenberti & Tilberhti reperiuntur,

39 Accedentesque ad tertium, cùm & ipsum non impari gloriâ reperissent, schedulam, quæ ejus nomen & meritum proderet, requirunt: & ecce, invenerunt unam continentem hæc:

m

ANNO AB INCARNATIONE DOMINI SEPTINGENTESIMO SEXAGESIMO SEXTO FRIDENBERTUS *m* HAGUSTALDENSIS ECCLESIÆ ANTISTES, DE HAC MORTALI CARNE MIGRAVIT AD VERÆ LUCIS PERHENNITATEM, DECIMO KALENDAS JANUARII, EPISCOPATUS SUI ANNO TRIGESIMO QUARTO, ET HIC EST IN PACE.

Renovatâ igitur, ut in prioribus, ipsâ attestatione, & ipsum honestissimè involutum illis, quos inspexerant, apposuerunt. Qui cùm similiter quarti fasciculi divitias explorarent, inveniunt ossa non minori à ceteris decore fulgentia, eâdem diligentiâ condita & involuta: sed cur nomen non apposuerit ille, qui condidit, incertum habemus. Fortè autem, quia vulgus omne sciebat, quatuor ibi fuisse episcopos, quorum eos nomina minimè latuerunt: nam ante hanc

A hanc tranſlationem multis annis, cùm adhuc puerulus eſſem *n*, Accam, Alchmundum, Fredenbertum, Albertum *o*, ibi ſimul requieſcere, nihil hæſitans populus totus clamabat. Fortè ergo cùm trium nomina appoſuiſſet, ſufficere credidit; cùm ceteris nominatis, alius non putari poſſet, quàm Albertus *p*.

n *o* *p*

40 Hos quatuor cum ſumma devotione palliis pretioſiſſimis involutos, ſicut ſimul inventi ſunt, ſimul in majori loculo collocârunt. Poſtremò ſcrinium, quo venerabilis Accæ *q* epiſcopi reliquiæ tegebantur, aperientes, inveniunt oſſa ejus, cæleſtem odorem ſpirantia: quem cùm omnes, qui aderant, territi & ſtupefacti hauſiſſent, reſoluti in lacrymas, tanti ſe patroni precibus devotiſſimè commendârunt. Invenerunt in eadem theca vas plumbeum, minutias quaſdem ex beati Fredenberti * continens, & ejuſdem odoris fragrantiam redolens. Tunc ſonuit in ore omnium gratiarum actio & vox laudis: applicanteſque minorem, quam ornaverant thecam, beati pontificis reliquias cum vaſe plumbeo, quod invenerant, intulerunt: at interna

uti & S. Eatæ, quæ omnia ſolemniter elevantur.

q

* *ſupple* corpore

B ſimiliter ornata cum ſancti Babillæ epiſcopi & martyris ſacris reliquiis quamdam partem pulveris de corpore ſancti Aatæ epiſcopi poſuerunt. Erectâque ſecus altare tabulâ, tribus innixa columnis, ſculpturis & picturis decentiſſimè variatâ, ſtatuerunt in medio ſcrinium majus, quod quattuor epiſcoporum ſacra pignora continebat; à parte ejus Auſtrali illud, quod ſancti Aatæ venerabilia oſſa tegebat, ad Aquilonem, tertium cum his, quæ impoſuerant, ſtatuerunt. Quibus ritè peractis & Miſſarum ſollemniis cum debito gaudio celebratis, populus dimittitur, plebs Fratrum ſolitæ paci redditur ac quieti.

ANNOTATA.

a *Vide ſuprà num.* 18 *& Annotata ibidem lit.* d. *Porrò tranſlatio, de qua hîc agitur, ſecundum Richardum de Statu Haguſtaldenſis eccleſiæ lib.* 2, *cap.* 4, *contigit ſub Egelwino Dunelmenſi epiſcopo, quem Simeon in Hiſtoria de Geſtis regum Anglorum, anno* 1056 *epiſcopatum iniiſſe, anno verò* 1071 *obiiſſe ſcribit. Intra hos igitur terminos hæc tranſlatio ſtatuenda eſt.*

C b *Simeon Dunelmenſis in Hiſtoria de Geſtis regum Anglorum, ad annum* 781 *occaſione mortis* Alchmundi *tranſlationem ab Aluredo, quem* Elfredum *vocat, factam deſcribens, viri iſtius nomen prodit, honorificum ipſi elogium texens in hunc modum:* Tempore illo fuit quidam Dregmo in territorio Haguſtaldenſis eccleſiæ, Deum valdè timens & elemoſinarum operibus, prout facultas ſibi ſuppeditabat, haut ſegniter deditus, ac per omnia à comprovincialium moribus vitâ diſcordans. Erat enim miræ ſimplicitatis & innocentiæ homo ac erga Sanctos Dei devotionis & venerationis immenſæ: quapropter eum omnes vicini ſui in magno honore habebant, illumque verum Dei cultorem appellabant.

c *Similiter apud laudatum Simeonem legitur:* Ego ſum Alchmundus, eccleſiæ Haguſtaldenſis epiſcopus, qui eidem loco quartus poſt beatum Wilfredum gratiâ Dei præfui: *quæ verba quomodò accipienda ſint, paucis accipe. Apud ſæpè citatum Richardum lib.* 1, *cap.* 19 *Haguſtaldenſes epiſcopi ſic enumerantur:* Primus Wilfridus, ſecundus Eata, Tunbertus, quartus Johannes. Hi autem tres ſibi mutuò ſucceſſerunt, dum ab Egfrido rege pulſus ſanctus Wilfridus, prima vice octo annis exulavit. Quintus ſanctus Acca: ſextus Fredbertus: ſeptimus ſanctus Alcmundus. *Itaque tres illi, qui S. Wilfrido iniquè in exſilium pulſo ſuffecti ſunt, à* S. Alchmundo *non numerantur; atque ita ipſe quartus à S. Wilfrido Haguſtaldenſium epiſcopus fuit. Præterea antequam S. Wilfridus exſularet, Haguſtaldum non erat epiſcopatus diſtinctus ab Eboracenſi, cui ille præerat; cùm ſedem illam Theodorus archiepiſcopus Cantuarienſis, illo exſulante, primùm inſtituiſſe videatur. Vide S. Wifridi Acta tom.* 3 *Aprilis, pag.* 301 *&* 307, *quæque ad lit.* g *ſequenti paginâ Annotata ſunt.*

A. ANONYMO.

d *Ne lectori de fabula hîc ſubrepat ſuſpicio, eò quòd nulla facta epiſcopi mentione, presbyter ille Dunelmenſis ſua quaſi auctoritate iſta omnia peregiſſe dicatur, notandum eſt primò, epiſcopatum Haguſtaldenſem id temporis Dunelmum tranſlatum jam fuiſſe: deinde Aluredum illum ſeu Elfredum ob vitæ ſanctitatem magnæ apud populum auctoritatis fuiſſe, ut præter alios ſcribit Turgotus lib.* 3, *cap.* 7, *ubi inter alia ait:* Hunc etiam epiſcopi timuerunt offendere, quem ſancto confeſſori (*Cuthberto*) tam familiarem noverant eſſe. *Notandum denique tertiò, presbyterum illum divinitus admonitum oſſa Sanctorum per Northumbriam tum temporis conquiſiviſſe, ut debitæ venerationi exponeret. Audi Turgotum:* Cùm ergo presbyter præfatus honeſtam ac religioſam ageret vitam, juſſus per viſionem per antiqua monaſteriorum & eccleſiarum loca in provincia Northanimbrorum diſcurrere, oſſa Sanctorum, quæ in illis ſepulta noverat, de terra levavit, ac declaranda populis ac veneranda ſupra humum locata reliquit, oſſa videlicet Baltheri & Bilfridi anachoritarum, Accæ quoque Alcmundi epiſcoporum Haguſtaldenſium, & regis Oſwini, necnon etiam abbatiſſarum venerabilium Ebbæ & Ethelgitæ.

E

e *De diuturno in quærendo corpore labore, ceteriſque adjunctis, quæ oratorem ſapiunt, nihil habet Simeon, qui rem breviter his verbis exponit:* Die ergo ſtatutâ, presbyter præfatus ad ſepulchrum accedens, illud à terra denudari præcepit: quod cùm factum eſſet, adjuvante ſe viro illo, cui revelatio facta fuerat, populorum turbis hinc inde ſtantibus, veneranda oſſa de tumulo collegit, lintheoque involuta ac in ſcrinio recondita ſuper feretrum collocavit. *Cetera conveniunt.*

F

f *Matutino tempore, ſive horâ nonâ diei, quæ more eccleſiaſtico* Tertia *dicitur.*

g *Laudatus Simeon Sanctum ita loquentem inducit:* Quid eſt, quod facere voluiſtis? Putâſtis membris defectum me in eccleſiam referre, in qua Deo & ſancto Andreæ apoſtolo ejus integro corpore & ſpiritu ſervivi? Surge ergo & conteſtare coram omni populo, ut corpori meo citiùs reſtituatur, quod inconſultè inde ablatum eſt: alioquin me de loco, in quo nunc ſum, nullatenus movere poteritis. *Hæc Simeon diverſo à ceteris charactere, velut aliunde deſcripta recitat; deinde ſubdit:* Et cùm hæc dixiſſet, oſtendit ei manum ſuam medietate unius digiti carentem.

h *Conſonat quoad ſubſtantiam Simeon: quare errâſſe dicendus eſt Turgotus, dum verbis mox ad litteram* d *allegatis, ſubjecit:* De quorum omnium (*Baltheri, Bilfridi, Accæ*, Alchmundi

A. Anonymo.

mundi &c.) reliquiis aliquam ſecum partem in Dunelmum aſportavit, & cum patris Cuthberti corpore locavit.

i *Eadem fere habet Simeon, qui etiam continuatum ad ſua uſque tempora cultum teſtatur.* Et accedentes, *inquit*, clerici, qui aderant, abſque ulla vi levaverunt eum, ac in eccleſia tranſtulerunt IV Nonas Auguſti, ubi uſque hodie à fidelibus condigno honore veneratur, ad laudem & honorem Domini noſtri Jeſu Chriſti.

k *Itaque utriuſque Tranſlationis feſtum veriſimiliter celebrari ſolitum fuit die 3 Martii, qua poſterior tranſlatio facta eſt, ut num. 26 vidimus.*

l *Numero 15 & duobus ſeqq.*

m *Fuit hic* S. Alchmundi *deceſſor, ut oſtendimus in Commentario num.* 16.

n *Hinc patet, ſcriptorem tranſlationi fuiſſe contemporaneum.* D

o Albertum *hunc* S. Tilberhtum *eſſe, liquet ex reliquis omnibus antiquis Angliæ ſcriptoribus, qui* S. Tilberhtum, *non* Albertum, *eccleſia Haguſtaldenſis epiſcopum agnoſcunt.*

p *Hæc ratio mihi neutiquam veriſimilis apparet: quare potiùs crediderim*, S. Tilberhti *epigraphen caſu excidiſſe, dum ſub finem ſeculi* XI *reliquiæ Sanctorum Haguſtaldenſium decentiori loco repoſita ſunt, ut anonymus num.* 21 *narravit.*

q *Mabillonius rectè monet, legendum eſſe* Eatæ; *id enim ex præcedentibus & ſubſequentibus manifeſtum eſt. Martyrologio Benedictino Menardi inſcriptus eſt ad diem* 26 *Octobris.*

DE S. EUNANO EPISCOPO CONF.

RAPHOÆ IN HIBERNIA.

J. S. B

E

Forte sec. VIII aut IX. *Sancti epiſcopatus,*

RAphoa *civitas eſt comitatûs Dungalenſis in Ultonia Hiberniæ provincia, epiſcopalis ſub archiepiſcopo Armachano, olim* Rathbotha *dicta, quam nunc etiam* Rapam, Raphyram, Raſſam & Rapoſam *apud geographos, ſed vulgò* Raphoë *aut* Rapoë *nominatam reperio. Primus hujus civitatis epiſcopus fuiſſe creditur* S. Eunanus, *de quo nihil aliud invenio præter cultum nuper hoc die fixum. Jacobus Wæreus in Commentario de præſulibus Hiberniæ pag.* 73 *primum inter Rappotenſes recenſet* S. Eunanum; *nam poſtquam obſervârat, monaſterium Raphoæ exſtructum fuiſſe à ſancto Columba abbate, de quo actum eſt apud nos ad* IX *Junii, ſubdit ſequentia:* Hujus cœnobii templum in eccleſiam cathedralem erexit, ut videtur, S. Eunanus, qui primus exiſtimatur hujus ſedis epiſcopus. Quo tempore autem vixerit, nullo potui indagine invenire. Oſtendebatur Raphoæ non ita pridem lectus ejus. *Colganus in Triade Thaumaturga pag.* 509 *enumerat aliquot epiſcopos Rappotenſes, ſed nullum ſeculo* X *antiquiorem, &* Eunanum *prætermittit. Suſpicor* S. Eunanum *floruiſſe ſeculo* VIII *aut* IX, *quia monaſterium inſtauratum dicitur à S. Adamnano, quem anno* 703 *defunctum aſſerit Colganus.*

2 *Caſtellanus in Martyrologio univerſali* S. Eunanum *memoravit inter Aphemeros, ſeu Sanctos illos, quorum cultus certo diei affixus non eſt, ibique de eo ſic habet:* S. Eunanus, primus epiſcopus Rappatenſis in Ultonia Hiberniæ provincia, ubi habetur eccleſia nomini ipſius dicata. *Inter Miſſas propriàs Sanctorum patronorum Francia & Hiberniæ, quæ Pariſiis anno* 1734 *impreſſa ſunt, jubente ſummo Pontifice Clemente XII, ad* VII *Septembris legitur Miſſa de* S. Eunano, *eique præpoſitus eſt hic titulus:* In feſto ſancti Eunani epiſcopi & confeſſoris, eccleſiæ & diœceſis Rappotenſis patroni generalis. *Miſſa hæc probat, jam ſaltem die* VII *Septembris coli* S. Eunanum, *& quidem ut patronum diœceſis Rappotenſis. Ceterùm Miſſa illa nihil habet de geſtis Sancti, atque ea de cauſa nihil ex ea huc transfero. Solùm obſervo, Euangelium legi ex Luca cap.* 10 *de miſſione Septuaginta duorum Chriſti diſcipulorum: ex quo utcumque colligi poteſt*, S. Eunanum *haberi pro Viro apoſtolico, qui fidem apud ſuos promulgavit.* & cultus hac die.

C F

DE

A D

DE S. GAUZLINO EPISCOPO

TULLI LEUCORUM IN LOTHARINGIA

COMMENTARIUS PRÆVIUS. J. S.

§ I. Præclara S. Gauzlini elogia: revelatio de ipſius in cælo gloria: memoria in Faſtis & cultus vetuſtus.

ANNO CMLXII. *Sanctus præclaris ornatus elogiis*

Nomen S. Gauzlini *variè admodùm ſcriptum reperio. Aliquando enim* Gauzelinus, *frequentiùs* Gauzlinus, *aliàs rurſum* Gozlinus, *imò &* Gorlinus *ſcriptum legimus: alii litteram* z *in* s *mutárunt, dixeruntque* Gauſelinum, *aut* Gauſlinum *&* Goſlinum. *Virum hunc fuiſſe egregiis virtutibus inſignem, vitaque ſanctitate illuſtrem, primò colligitur ex præclaris elogiis, quibus eum ornârunt ſcriptores contemporanei, ſuppares & paulò remotiores. Adſo abbas Derventis, qui vivente* S. Gauzlino *Tulli habitavit in monaſterio S. Apri, in Vita S. Manſueti, data apud nos tom.* I *Septembris, lib.* 2 *cap.* 1, *num.* 31 Gauzlinum *ita prædicat:* Interea longa evoluta quoque temporum ſerie, poſt Drogonem inclytum Leuchorum urbis epiſcopum, domnus Goſlinus nobiliſſimis Francorum natalibus ortus, pietate & religione conſpicuus, litterarum ſtudiis adprimè eruditus, per Dei providentiam electus, in hac ſede eſt pontifex ordinatus. Qui diligenter clerum inſtituens, viros prudentes undecumque colligens, urbem rebus auxit, ſapientiâ decoravit, providenti diſpenſatione munivit. *Reliqua ſuo loco danda hîc prætermitto.*

B

2 *Alter auctor contemporaneus eſt Joannes abbas S. Arnulphi Metenſis, qui Vitam ſcripſit B. Joannis abbatis Gorzienſis, editam apud nos tom.* III *Februarii. Ab eo cap.* 4 *pag.* 695 *Sanctus noſter vocatur* Vir venerabilis Gauzlinus, in miſericordiæ operibus ſanè memorabilis. *Tertius ſcriptor coævus, aut potiùs ſuppar, eſt Widricus abbas S. Apri, qui ſcripſit Vitam S. Gerardi Tullenſis epiſcopi & ſucceſſoris* S. Gauzlini, *datam apud nos tom.* III *Aprilis pag.* 206 *& ſequentibus. Hic relaturus electionem S. Gerardi de* Gauzlino *hæc præmittit num.* 4: Interea domno Gauzelino, Tullenſis ſedis pontifice, rebus humanis exempto, qui morum illuſtris ſanctimoniâ, angelorum, ut credimus, in cælis eſt aſcitus conſortio; plebs Leucha graviter mœrebat, tanti orbata Paſtoris ſolatio. *Plura per decurſum recitabuntur elogia. Non defuiſſe tamen æmulos quoſdam, qui gloriæ* S. Gauzlini *detrahebant, obſervat idem auctor, narrans revelationem S. Gerardo ea occaſione factam his verbis ibidem num.* 23: Occulta etiam ſuorum judicia conſiliorum ei Omnipotens ſæpè declarabat, ac velut conſecretali intimo arcana ſuæ diſpenſationis certiſſimè revelabat. Suo namque prædeceſſori domno Gauzelino pontifici maliloquorum derogabat ſuſurratio (ut plurimi noſtri temporis ad detrahendum potiùs quàm laudandum ore patent promptulo) dicentes eum à religionis tramite plurimùm exorbitâſſe, ac per erroneos ſecularis vitæ curſus non minimè deviâſſe. Quæ ſententia odibilis in tantum proceſſit, ut aures hujus ſancti pulſaret præſulis.

per ſcriptores ſynchronos: cùm ei defuncto quidam detraherent,

C

3 Sed ille, ne audiret nequam verbum detractionis, ſepiebat ſibi aures ſpinis divinæ lectionis. Tum hujuſmodi dictis nec minimùm * credulus, nec uſquequaque dubius, ſtatuit pro eo piam Creatoris clementiam exorare attentiùs, ut ſibi Dominus dignaretur intimare, utrumnam vitâ functus Epiſcopus in cæleſtis requiei lætaretur beatitudine. Secretò ergo triduanum explet ſolus jejunium indefeſſum, cum ſingultu ac gemitu fontem emanat lacrymarum, vigiliis ac precibus diuturna tranſigit ſpatia, laſſeſcentem ſtomachum jugi macerat inedia. Triduani demum temporis excurſâ abſtinentiâ, cælitus viſitatur revelatione gratifica, & cujus ſit meriti Vir, pro quo petierat, ſupernâ ediſcit gratiâ. Intimat namque ſibi à Chriſto non dubiè præmonſtratum, Pontificem prænominatum cæleſtis conſortii perpetua felicitate coronatum, ac venerandi martyris Apollinaris gloriæ ac meritis coæquatum. Nec verò id cuiquam ullo modo videatur incredibile, qui perpendit eum in conſtruendo Puxerienſi * cœnobio laborioſè nec inutiliter deſudâſſe: cujus meritum & corona haud hæſitanter creditur, quidquid inibi caſtè ac religioſè à Chriſto famulantibus peragitur. *Ita ſcriptor ſynchronus ex teſtimonio ipſius S. Gerardi, qui* Gauzlinum *epiſcopum* Sanctæ memoriæ *vocat in litteris infrà num.* 58 *laudandis.*

cæleſtis ejus gloria S. Gerardo epiſcopo revelata dicitur:

* *al.* nimiùm

E

* *al.* Buxerienſi

F

4 *Addo alterum elogium ex Adſone antè laudato, qui in Miraculis S. Manſueti num.* 41 Gauzlinum *ita celebrat, ut quis credere poſſit jam tunc culium fuiſſe, ſi verba minùs attentè conſideret.* Glorioſæ verò, *inquit*, & felicis in æternum memoriæ domnus Gozlinus ſæpè dictus epiſcopus, piis ac ſanctiſſimis operibus approbatus, plenus dierum & bonarum virtutum inſignibus, ſuæ complens tempora vitæ, magno mœrore & luctu omnium, quadrageſimo quarto ordinationis ſuæ anno, delatus à clero & populo in Buxerienſi cœnobio, quod ipſe à fundamentis longè antè conſtruxerat, digniſſimam, ſicut vivens juſſerat, accipit ſepulturam inter choros virginum, quas illic plures numero vitæ diſtrictioris aggregaverat, longis ſeculis in Dei laudibus excolendam. Cujus dies depoſitionis VII Idus Septembris agitur, ſub obtentu Dei Genitricis & perpetuæ Virginis Mariæ in ſeculum permanentis.

aliud elogium, quo videtur cultus Sancti ab Adſone aſſeri;

5 *Quod hîc de die* depoſitionis *dicitur, fortaſſe adjectum eſt poſtea Adſonis Opuſculo, aut certè non videtur intelligendum de Officio eccleſiaſtico in honorem* S. Gauzlini *jam tunc celebrato;*

ſed verba illa poſtea videntur addita, aut exponenda

AUCTORE J. S.

brato ; ſed ſolùm de anniverſaria defuncti Antiſtitis memoria ; cùm neque Adſo , neque ullus alius illorum temporum ſcriptor Beati *aut* Sancti *titulo* Gauzlinum *honoraverit ; aliaque non pauca perſuadeant , cultum Sancti per Officium eccleſiaſticum non fuiſſe tam citò inchoatum. Fortaſſe tamen memoria & dies emortualis Sancti jam tum in aliqua erat veneratione. Certùm enim eſt , vetuſtam valde eſſe qualemcumque* S. Gauzlini *venerationem. Habemus Breviarium Ms. anonymum cum præfixo Kalendario , quod Tullenſe videtur , quia quatuor epiſcopos Tullenſes ſolo menſe Septembri habet , atque ex eis duos rubris litteris notatos , videlicet SS. Manſuetum & Aprum , quorum in Breviario reperiuntur officia.*

de cultu aliquo non ſtrictè dicto.

6 *In hoc autem Kalendario die* VII *Septembris memoria* S. Gauzlini *annuntiatur his verbis :* Gauzlini epiſcopi Tullenſis. *Nullum tamen de* Gauzlino *Officium habetur in ipſo Breviario ; fortaſſe quòd officium de eo necdum diceretur per totam diœceſim , ſed ſolùm celebraretur in eccleſia aliqua particulari ; aut etiam quòd nullum de* Gauzlino *diceretur Officium , quando Kalendarium iſtud compoſitum eſt. Quidquid ſit, Kalendarium valde antiquum apparet , cùm in eo paucos reperiam Sanctos* Gauzlino *juniores : quales ſunt S. Gerardus ipſius ſucceſſor , ſeculo* XI *in Sanctorum catalogum relatus à S. Leone Papa IX , & hic ipſe Leo IX. Officium Gerardi necdum in illo Breviario reperitur , ſed eidem alia manu deinde adjunctum eſt. Quare laudatum Kalendarium non videtur compoſitum poſt ſeculum* XII *aut certè* XIII ; *cultuſque videtur ab eo tempore* S. Gauzlinus , *aut etiam jam antea. Fortè ipſe S. Gerardus nomen* S. Gauzlini *Kalendario addendum curavit , poſtquam eidem revelata fuerat cæleſtis ipſius gloria.*

B

tamen cultus Sancti ſatis antiquus : memoria in Martyrologiis :

7 *Verùm , quidquid ſit de cultu* S. Gauzlini *exeunte ſeculo* X , *ſeculiſque proximè ſecutis , & qualiſcumque is fuerit illis temporibus ; conſtat de hodierno cultu , eoque ſatis antiquo , ex Breviario Tullenſi anni* 1535 , *quod in fine pro die* VII *Septembris habet Officium novem lectionum , quæ omnes ſunt de vita* S. Gauzlini , *ſed perbreves. Grevenus ad eumdem diem* Gauzlinum *corrupto nonnihil nomine ſic annuntiat :* Item ſanctæ memoriæ Gorlini epiſcopi Tullenſis & confeſſoris , de quo in Geſtis B. Manſueti dicitur , quòd fuerit piis & ſanctiſſimis operibus approbatus. *Tulli item* Gauzlinum *epiſcopum ad hunc diem memorant Ferrarius in Catalogo generali , Sauſſayus in Supplemento Martyrologii Gallicani , Caſtellanus in Martyrologio univerſali ; quibus accedit Martyrologium Pariſienſe , quod ita habet :* Tulli Leucorum , ſancti Gauzelini epiſcopi. *Dubitare nequeo , quin idem Sanctus deſignetur in Martyrologio Germanico Caniſii , ubi* Gorlinus *vocatur , licèt civitas ipſius epiſcopalis Germanicè ſcripta ſit* Doll. *Ferrarius in Annotatis ad* Gauſelinum , *id ipſum rectè innuit his verbis :* Gorlinus apud Caniſium dici putatur ; *ſed malè addit :* Qui ſub Dagoberto rege vixiſſe traditur , *cùm* Gauzlinus *aut* Gorlinus *ſit tribus ſeculis Dagoberto poſterior.*

C

Sanctus ab aliquibus in duos divìſus.

8 *Præterea , non obſtante annotatione data , idem Ferrarius ex uno duos fecit ſanctos epiſcopos : nam* Gauſelinum , *ut dixi , Tullo attribuit,* Gorlinum *verò ita annuntiat :* In Britannia minore S. Gorlini epiſcopi Dolenſis. *Sauſſayus in Supplemento hunc Ferrarii errorem adoptavit. Errorem indubitanter dico , tum quòd in catalogo epiſcoporum Dolenſium nullus reperiatur* Gorlinus ; *tum quòd ex Annotatis Ferrarii ſatis liqueat , ex ſolo Martyrologio Germanico* Gorlinum *ab eo acceptum , Dolenſemque civitatem ei attributam ex conjectura & voce Germanica malè intellecta. Fatetur enim* Gorlinum *poſitum* ex Caniſio : de quo , *inquit* , nihil apud alios legimus. *Deinde ea ſubdit de gemina Dola , ut clarè inſinuet , Dola in minore Britannia poſitum à ſe* Gorlinum , *quòd nullam aliam illius nominis reperiret civitatem epiſcopalem. Quare non alius eſt ille* Gorlinus *Caniſii , quàm* S. Gauzlinus *Tullenſis , quem poſt Grevenum nominavit* Gorlinum , *ut hodie in Prætermiſſis notavi ; nec ullus Dola quærendus Gorlinus.*

D

§ II. Acta qualiacumque S. Gauzlini in Catalogo epiſcoporum Tullenſium, ſed non immunia ab omni errore, edenda tamen : varia ejuſdem breviora elogia, ex quibus duo recitantur.

E

Qualiacumque Acta S. Gauzlini ſcripta ſeculo XI ,

VIdam S. Gauzlini *talem non invenio , qualem merentur egregii Viri geſta. Prolixum tamen elogium , quod pro Vita utcumque haberi poteſt , ſuggerit Catalogus epiſcoporum Tullenſium , duobus locis jam editus modo nonnihil diverſo , videlicet apud Edmundum Martene tom.* 3 *Theſauri Anecdotorum col.* 991 *& ſeqq. , ac deinde apud Calmetum tom.* 1 *Hiſtoriæ Lotharingiæ inter inſtrumenta col.* 83 *& ſeqq. Primus ex codice Camberonenſi edidit laudatum Catalogum , perductum uſque ad mortem Pibonis epiſcopi , quam auctor innexuit anno* 1107 : *atque hinc infert , Catalogum hunc , ſive Acta hæc Tullenſium epiſcoporum ſcripta eſſe* ineunte ſeculo XII. *Conſecutio hæc legitima videtur , certè eatenus , quòd citiùs eò uſque ſcripta non ſint ea Acta. Verùm cùm duo elogia poſteriora ſcripta videantur poſt reliquum catalogum , ut probatum eſt tom.* 1 *Septembris pag.* 617 ; *elogium* S. Gauzlini *citiùs ſcriptum eſſe ſuſpicor , nimirum tempore Udonis epiſcopi ante annum* 1069.

F

non verò ab Adſone abbate ſynchrono :

10 *Calmetus ſimilia dedit Acta ſub titulo ,* Hiſtoria epiſcoporum Tullenſium ; *ſed ea apud ipſum tantùm producuntur uſque ad S. Gerardum* Gauzlini *ſucceſſorem , cujus Vita in fine apponitur , quemadmodum iiſdem inſerta eſt Vita S. Manſueti & S. Apri. Exiſtimat ille Actorum illorum ſcriptorem eſſe Adſonem abbatem Dervenſem , quod verum eſt de Vita S. Manſueti , & fortaſſe de aliis quibuſdam. At certè de omnibus id ſatis probabiliter nequit credi , ut jam oſtenderunt ſcriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 6 *pag.* 484 , *ubi tamen perperam Martenio eamdem opinionem attribuunt. Porrò in laudato Catalogo reperitur eadem Vita* S. Gauzlini , *quæ eſt in Catalogo Martenii , atque illam etiam Calmetus attribuit Adſoni. Verùm exiſtimo , virum erudítum non ſatis expendiſſe rationes , quæ hanc opinionem prorſus reddunt improbabilem. Etenim , cùm Adſo vir fuerit pro ſeculo ſuo eruditus , cúmque* S. Gauzlino *convixerit ,*

A *vixerit ; non potuit facilè incidere in eos errores chronologicos, quos in ea Vita observamus. Certè incredibile prorsus est, Adsonem scripsisse, locum ad condendum monasterium Buxeriense* Gauzlino *concessum esse à Theodorico Metensi episcopo, cùm Theodoricus sit factus episcopus biennio ferè post mortem* Gauzlini. *Ipse auctor anonymus in Vita infrà edenda num.* 4 *his verbis*, Tale igitur fertur habuisse exordium Buxerienſe cœnobium, *satis ostendit, se Adsonem non esse. Adso enim certiùs nosse poterat occasionem conditi istius cœnobii, quàm ut dubitanter dixisset* fertur, *cùm ipse aut tunc aut paulo pòst Tulli habitaverit. Quare pro certo habeo, Adsonem non esse illius Vitæ scriptorem; sed scriptam esse multo seriùs.*

collecta hæc ex scriptis antiquioribus; additaque aliqua ex fama populari.

11 *Ex hisce liquet, auctorem Vitæ* S. Gauzlini *annis centum & fortè pluribus scripsisse post mortem Sancti; ita ut nec per se discere potuerit præclara ipsius gesta, nec facilè per eos, qui viventem novcrant. Recurrendum igitur scriptori fuit ad monumenta scripta, aut ad famam populatem, quâ passim falsa veris miscentur; nec possum dubitare, quin utrumque fecerit, indeque pleraque rectè ex scriptis collegerit monumentis, aliqua verò corruperit ex popularibus traditionibus. Præclara elogia, quibus exornat sanctum Antistitem, scripta invenire potuit in Vitis aliorum Sanctorum, nimirum Mansueti, Apri, Joannis Gorzienſis & Gerardi, quæ omnes erant antiquiores, scriptaque* Gauzlini *tempore aut paulo pòst. Alia non pauca habere potuit ex cartis & diplomatis, vivente* Gauzlino *scriptis. Hisce autem aliqua de fundatione Buxerienſi videtur addidisse ex fama populari, ut ipse insinuat referens cœnobii illius constructionem per vocem* fertur. *Hinc fidem quidem meretur hic auctor, ubi gravior non obsistit auctoritas: at necesse non est, ubique & sine delectu in ejus verba jurarè. Habetur autem hæc Vita in laudato Opere apud Martenium ex codice Camberonenſi col.* 1000 *& sequentibus; apud Calmetum col.* 131 *& seqq. ex codice S. Mansueti Tullenſis. Habeo etiam exemplar Ms. ejusdem Vitæ, à reliquo Catalogo avulsum. Ex hisce simul collatis Vitam annotatis illustratam infrà subjiciam.*

B

C *Aliud in eadem apud Calmetum Collectione elogium S. Gauzlini,*

12 *Porrò in memorata Collectione, cui Calmetus titulum fecit,* Historia episcoporum Tullenſium, *quæque sine ullo dubio diversos habet auctores, aliud quoque reperitur elogium* S. Gauzlini, *incompletum istud quidem, & pauca complectens gesta, sed aliàs reliquis præferendum. Hoc si Adsoni attribuisset Calmetus cum Vita & Miraculis S. Apri, quæ præcedunt, imò & cum inventione & translatione ejusdem Sancti, anno* 978 *per S. Gerardum facta, quæ sequitur; nequaquam me opinioni suæ haberet oppositum, cùm ea omnia scripta videantur, vivente S. Gerardo, ideoque scribi potuerint per Adsonem, cujus stylo congruunt. Nolim tamen ea omnia certò attribuere Adsoni: nam saltem caput* 26 *seriùs scriptum est, cùm in eo fiat mentio S. Leonis IX, qui diu pòst fuit Pontifex, ita ut necessariò dicendum sit, collectionem illam ne quidem ab interpolatione immunem esse à capite* 23, *ubi Vita S. Apri inchoatur, usque ad caput* 30, *in quo agitur de S. Gerardo vivente, & corpus S. Apri transferente. Verumtamen scriptor illius translationis se contemporaneum ostendit cap.* 30, *ubi de viris duobus in eadem translatione sanatis dicit:* Adhucque factæ in se vir-

tutis sunt incolumes testes. *De S. Gauzlino etiam cap.* 29 *agit tamquam de antistite nuper defuncto, sibique olim cognito, ita ut illud elogium Adsoni omnino congruat. At sive illius sit, sive alterius synchroni, totum subjungo, ut insignes* S. Gauzlini *virtutes ex eo confirmentur, & lucem quoque aliquam afferat disputandis inferius.* AUCTORE J. S.

13 Venerabili autem Drogone, *inquit*, ... rebus humanis exuto, pastor & amor gregis domnus Gauzlinus succeſſit, vir summè Catholicus atque monasticæ religionis cultor devotissimus. Qui Francorum nobili sanguine ortus, in palatio inter proceres regni altus est, atque futurus mox Pontifex, supra multos sui generis coëtaneos enituit geminæ scientiæ dono. Omnium ergo votis pontificali infula sublimatus, dulcedinem suæ regionis atque prosapiæ, benevolentiâ clementissimi cordis, serenitateque adeò jocundi vultûs, & lenitate sermonis sedulè superabat: totus in vigiliis, in * eleemosynis intentus; utque gregem sibi creditum Christo Jesu, qui hunc sanguinis pretio emerat, multiplicatum redderet, auxilio confessoris Christi Apri, cui se attentissimè committebat, tramitem recti itineris non deserebat, atque non ut præesse, sed prodesse se velle monstraret, omnibus omnia se faciebat, ut universos lucrifaceret. Quis enim ad eum venit, & bonitate ejus non usus est? Nil nos in gratiam, nil more laudantium, sed veritatem loquimur. Nam non eget mendacii fuco, qui dum viveret mundo, bonus Deo utique studuit esse odor, divinæ legis amator, sacrorumque locorum avidissimus instaurator. Qui ad cumulum bonorum suorum quarto decimo suæ ordinationis anno nutu Dei per merita beati Apri Regulam sancti Benedicti hujus regni habitatoribus omnibus ignotam, diu quæsitam proculque inventam, hoc instituit loco. Quæ verò deinde auxilia, quanta hìc sub eadem militantibus Regula contulerit beneficia, ne tempore deseramur, dum ad alia festinamus, attemptare fugimus. Tamen hic felix Vir in semel arrepto proposito boni operis jugiter omnibus mirabilem extendens animositatem, post in Christi militia multiplices labores, quadragesimo sui episcopatus anno cœlicas recessit ad sedes. *quod ut scriptoris synchroni hic datur.* * *fortè &* E

F *Alter catalogus episcoporum Tullensium à Calmeto editus,*

14 *Alium Catalogum episcoporum Tullensium, productum usque ad Hectorem d'Ailly, anno* 1530 *defunctum, inter instrumenta sua edidit Calmetus à col.* 165 *sub titulo:* Cedulæ cujuslibet episcopi Tullensis, seu Epitaphia episcoporum Tullensium. *Laudatus auctor in præmonitione ad hæc Epitaphia col.* 83 *existimat, scripta esse successivè per varios, qui episcopis, de quibus scribebant, ferè erant contemporanei. Id facilè crediderim de posterioribus aliquot episcopis, quorum elogia aliâ manu exarata invenit Calmetus. At certò verum non est de priorum seculorum præsulibus; & non admodùm probabile de iis, qui mediis seculis floruerunt, inter quos est* S. Gauzlinus. *Magis uniformia sunt elogia illa, quàm ut verisimile fiat, tot diversos singulis seculis eorum esse scriptores; multaque ex illis magis jejuna sunt, quàm congruat scriptoribus synchronis. Quare existimo ab uno scriptore ex vetustioribus monumentis collecta esse omnia usque ad annum* 1436, *quo obiisse notatur Henricus de Ville, cùm in sequenti elogio recentiorem manum observare cœperit Calmetus; nullumque afferat argumentum, quo ostendat præcedentia elogia ante seculum* XV, *seu ante*

AUCTORE J. S.

annum 1436, *exſtitiſſe eâ formâ, quâ ipſe ea ex manuſcriptis edidit.*

cui alii reperiuntur ſimiles Mſs.: at illi omnes recentioris videntur ſcriptoris:

15 *Similia elogia antiſtitum Tullenſium in ſcriniis quoque noſtris invenio manuſcripta. At una illorum collectio fuit impreſſa anno* 1509 *per Symphorianum Champerium in libro de Auſtraſiis & Lotharingiis, ut notavit Papebrochius noſter, qui Sanctorum elogia exſcripſit, quod liber iſte nobis deſit. Elogium autem* S. Gauzlini *idem eſt in illa collectione cum eo, quod reperitur apud Calmetum, excepto gemino mendo apertiſſimo, qui irrepſit apud Calmetum. In altero catalogo Mſs. epiſcoporum Tullenſium ſimile rurſum eſt* S. Gauzlini *elogium, quod ab altero non differt, niſi vocibus ſubinde leviter mutatis. Uterque catalogus noſter productus eſt uſque ad Hugonem de Hazardis ſedentem ſeculo* XVI *inchoato: ſed nullibi invenio notatum, priora elogia ſcriptorum eſſe antiquorum, ita ut vix credere poſſim, id in ſuo Catalogo Mſs. inveniſſe Calmetum, præſertim cùm ipſe nullibi illa vetuſtatis veſtigia aſſignet, nec ante ſeculum* XV *aliam obſervet manum. Nullum igitur mihi eſt dubium, quin brevia hæc elogia* S. Gauzlini *longè ſint poſteriora Actis infrà edendis, atque ex iis præcipuè compoſita. Unum ex Catalogo Mſs. ſubjicio, ut lector habeat illud pro vitæ compendio.*

B

ex uno illorum recitatur S. Gauzlini elogium,

16 Sanctus Gauzlinus, qui & Goſwinus, trigeſimus primus hujus ſedis epiſcopus, ſummæ ſanctitatis vir fuit, & nobili Francorum ſanguine procreatus, monaſticæ quoque religionis cultor eximius. Omnium ergo votis pontificali infula ſublimatus, XVI Calendas Aprilis eſt Chriſto favente in epiſcopum conſecratus; dulcedinemque ſuæ proſapiæ benevolentiâ clementiſſimi cordis, ſerenitate jocundi vultus, & lenitate ſermonis ſeduli ſuperabat, totus vigiliis & eleemoſynis intentus. Qui ad cumulum bonorum ſuorum XIV ordinationis ſuæ anno nutu Dei Regulam S. Benedicti, hujus patriæ habitatoribus omnibus incognitam, diu quæſitam, & inventam ſacro inſtituit loco. Cœnobium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Buxeriis à fundamentis conſtruxit, chorum ancillarum Dei ibidem inſtituens, & rebus, prædiis ac ornamentis exornans. Ob cujus facti meritum ſuo ſucceſſori ſanctiſſimo Geraldo eſt à Deo præmonſtratum, eum martyri Apollinari in cæleſti gloria ſociatum. Dedit etiam domino Theoderico Methenſi præſuli in concambium baculum beati Petri apoſtoli, quem beatus Manſuetus ſecum detulerat. Hujus anno præſulatûs XXX cruces in veſtimentis hominum apparuêre. Ipſe acquiſivit allodium de Bouch, & ad ſtipem canonicorum tradidit. Et tandem poſt quadriennii languorem XLIV epiſcopatûs anno, VII Septembris cælicas tranſivit ad ſedes, & in Buxerienſi cœnobio venerabiliter eſt ſepultus.

C

eum aliis catalogis collatum.

17 *Eadem leguntur in alio noſtro Catalogo, ſine ulla rei cujuſpiam mutatione. Adduntur tamen de* Gauzlino, *quæ etiam apud Calmetum ſunt, verba iſta:* In palatio inter regni proceres eſt alitus. *Morbus verò morſque & ſepultura hiſce ibidem exprimuntur verbis:* Hic felix Vir quadriennii languore, ut alter Job, à Domino probatus, XLIV epiſcopatus ſui anno, VII Idus Septembris, cælicas receſſit ad ſedes. Delatus ergo à clero & populo, in Buxerienſi cœnobio digniſſimam accepit ſepulturam inter choros virginum, quas illic congregaverat. *Apud Calmetum eadem quoque leguntur, exceptis duobus mendis, quæ forte typothetarum errori aut potiùs negligentiæ eorum errores corrigentium, imputanda ſunt: nam obiiſſe ibi dicitur* decimo nono ſui epiſcopatus anno, *licèt anni trigeſimi antea fiat mentio;* & decimo tertio Idus Septembris, *quod nihil ſignificat, cùm menſis quilibet octo tantùm Idus numeret. Errores alii de annis epiſcopatûs & geſtis cum Theodorico Metenſi, qui in hoc elogio reperiuntur, deprompti ſunt ex Actis, & corrigentur inferius.* D

§ III. Sancti natales illuſtres: ſuſceptus epiſcopatus: priora in epiſcopatu geſta: inſtaurata diſciplina regularis in cœnobio S. Apri.

E

Natales Sancti, qui Tullenſis fit epiſcopus

DE *patria & parentibus* S. Gauzlini *nihil prorſus invenio, niſi natum eſſe illuſtri Francorum genere. De tempore etiam, quo datus eſt mundo, nihil dicitur. At, cùm epiſcopatui admotus ſit anno* 922, *ut videbimus, dubitare non poſſumus, quin primam aſpexerit lucem vergente ad finem ſeculo* IX. *Educatus dicitur inter regni proceres in palatio, quod de aulâ Caroli Simplicis Francorum regis explicat Calmetus tom.* 1 *Hiſtoriæ Lotharingiæ col.* 887, *ubi geſta* S. Gauzlini *exponenda ſuſcepit. Aſſerit ibidem, Carolum Simplicem non parùm contuliſſe pro electione* Gauzlini *ad epiſcopatum Tullenſem, ſed pro ea conjectura, quæ aliàs ſatis eſt veriſimilis, nullum laudat auctorem. Ordinatio ipſius in Vita & elogiis facta dicitur* XVI *Kalendas Aprilis, ſive die* XVII *Martii quæ anno* 922 *erat Dominica.*

anno 922?

19 *Hanc autem diem ſi conferamus cum litteris Caroli regis, anno* 922 *datis in favorem canonicorum eccleſiæ cathedralis Tullenſis, qui ibidem dicuntur* proprio orbati patrono, *id eſt, epiſcopo Drogone, facilè videbimus, electionem* Gauzlini *comigiſſe eodem anno* 922. *Nam epocha litterarum apud Calmetum inter inſtrumenta col.* 336 *talis eſt:* Datum IV Nonas Martii, Indict. X, regnante Carolo rege glorioſiſſimo *&c. Tam Indictio* X, *quàm annus trigeſimus Caroli Simplicis deſignat annum* 922, *ita ut non videatur dubitandum, quin electio* Gauzlini *contigerit eodem anno, tredecim ſcilicet diebus poſt datas Caroli litteras.* Gauzlinus notarius, vice Rotgeri archiepiſcopi (*Trevirenſis*) *iis ſubſcripſit. An is ſit ipſe* S. Gauzlinus, *paulo pòſt electus epiſcopus, dubitari poteſt. Flodoardus presbyter, & ſcriptor coævus, in Chronico Remenſi ad annum* 922 *confirmat aſſignatum electionis annum his verbis:* Drogo epiſcopus de Tullo moritur, cui ſuccedit Goſlinus. F

non videtur contra Henricum regem defendiſſe Tullum, cujus comitatu ab eo donatus eſt,

20 *Porrò res iis temporibus multùm erant turbatæ in Lotharingia tumultibus bellicis, de quibus conſuli poteſt Hiſtoria Calmeti. Aſſerit hic col.* 887 Gauzlinum *anno* 925 *in urbe Tullenſi obſeſſum fuiſſe ab Henrico Aucupe Germaniæ rege. At id nec in Chronico Flodoardi invenio, nec in Continuatore Reginonis, quos laudat. Quin & ipſe Calmetus col.* 842, *ubi res geſtas Henrici in Lotharingia proſequitur, de obſidione quidem urbis Metenſis cum Continuatore Reginonis loquitur, non verò de Tullenſi obſidione,*

A *ſidione, quam adeo pro certa habere non auſim, donec oſtendatur ex monumentis antiquis, ut potiùs vix credere poſſim voluiſſe* Gauzlinum *ſe opponere Henrico regi. At, quidquid ſit de illa obſidione, ipſe cum aliis Lotharingiæ principibus ſe ſubjecit Henrico, teſte Flodoardo, qui ad annum* 925 *ita habet:* Heinrico cuncti ſe Lotharienſes committunt. *Addit laudatus Calmetus, Henricum Germaniæ regem anno* 928 *dònâſſe* Gauzlino *ejuſque ſucceſſoribus urbem & comitatum Tullenſem. Factum hoc in Vita num.* 6 *aſſeritur, ex eoque parùm probabilis ſit defenſio urbis Tullenſis per* Gauzlinum *contra Henricum.*

Monaſterium S. Apri, in quo collapſa erat diſciplina,

21 *Primum* S. Gauzlini *factum, quod attentionem noſtram magis meretur, eſt inſtauratio diſciplinæ regularis in monaſterio S. Apri. Situm eſt vetuſtum hoc monaſterium in ſuburbio Tullenſi. De illius initiis quædam memorat Mabillonius tom.* 1 *Annalium Benedictinorum pag.* 175, *& plura fortaſſe apud nos de eodem examinabuntur ad S. Aprum Tullenſem epiſcopum, qui colitur* XV *Septembris. Hic ſufficiet dicere,*

B *diſciplinam monaſticam ibidem penitus fuiſſe collapſam, dum eam poſtliminio revocandam curavit* S. Gauzlinus. *Dubitari poteſt, an Regula S. Benedicti umquam obſervata fuerit in Tullenſi hoc monaſterio, cùm illa dicatur fuiſſe omnibus ignota: nam potuit antea ibi obſervari Regula S. Columbani, aut alia quæpiam, quod hîc non examino. At certum eſt ex litteris* Gauzlini *infrà dandis, regularem diſciplinam in monaſterio S. Apri antea viguiſſe, qualiſcumque fuerit Regula, & Regulam S. Benedicti per* S. Gauzlinum *eidem monaſterio datam fuiſſe aut reſtitutam.*

aliorum quorumdam exemplo,

22 *Exiſtimat Calmetus id feciſſe* S. Gauzlinum *exemplo Adalberonis epiſcopi Metenſis, qui paulo antè in variis monaſteriis diſciplinam reſtituit, maximè in abbatia Gorzienſi, ubi Einoldus vir ſanctus, atque olim archidiaconus Tullenſis, anno* 933 *conſtitutus eſt abbas, ut legitur in Vita B. Joannis Gorzienſis apud nos tom.* III *Februarii pag.* 698. *Admodùm veriſimilis eſt illa conjectura, cùm* Gauzlinus *haud dubiè maximi fecerit Einoldum, qui divitiis, doctrinâ, dignitatibuſque in eccleſia Tullenſi conſpicuus,*

C *hiſce omnibus contemptis, ut Deo liberiùs ſerviret, cellulæ toto triennio ſe incluſerat, ubi* niſi quæ epiſcopus loci, vir venerabilis Gauzlinus, in miſericordiæ operibus ſanè memorabilis, aut religioſorum quicumque miſiſſent, nullis aliis ſuſtentabatur: *ut habet Vita laudata ſcriptoris ſynchroni num.* 29. *Potuit igitur exemplum Adalberonis, & conſilium Einoldi aliorumque excitare* Gauzlinum, *ad reſuſcitandum Tulli quoque fervorem monaſticum. At certum eſt, eum Floriacenſium etiam exemplo animatum fuiſſe.*

ad accuratam Regulæ obſervationem revocat:

23 *Quare, ut id effectum daret, nec laboribus pepercit nec ſumptibus* Gauzlinus. *Profectus eſt ipſe ad cœnobium Floriacenſe Ligeri adjacens, ut diſciplinam regularem coràm inſpiceret, illamque cum Regula S. Benedicti in monaſterium S. Apri induceret. Hac de re lib.* 2 *Miraculorum S. Bercharii apud Mabillonium in Actis ſec.* 2 *pag.* 848 *ita habet ſcriptor anonymus:* Tantæ poſtmodùm rei (*agit de illata in cœnobium Floriacenſe Regula S. Benedicti*) celeberrimâ famâ excitus domnus Gauſlinus, Leucorum urbis pontifex nobiliſſimus, prædictum locum adiit, inſpecturus rumore ad ſe perlatum ordinem religionis: indeque remeans, ſollicitus gregis à Deo ſibi commiſſi, deſcriptionem omnis monaſticæ converſationis, quam inibi religioſiſſimam inſpexit, ſupradictam quoque Regulam beati Patris ſecum deferens, primus urbi Tullenſi innovationem monaſtici oſtendit propoſiti. Fretus igitur Pontifex ſapientiſſimus multimodis divinæ inſtitutionis documentis, viris prudentibus undecumque collectis, cœnobium S. Apri, ſitum in ſuburbio Tullenſi, regularibus diſciplinis ſtrenuè imbutum, multorum commoditati profuturum, decentiſſimè reddidit illuſtratum. *Hoc iter* S. Gauzlini *ad cœnobium Floriacenſe contigit circa annum* 934 *aut* 935, *quo inchoabatur annus decimus quartus epiſcopatûs: nam reformatio monaſterii S. Apri in Vita, & in elogiis, facta dicitur anno epiſcopatûs decimo quarto.*

AUCTORE J. S.

hunc in finem per litteras hîc datas,

24 *Litteras* S. Gauzlini, *quibus multa donat monaſterio S. Apri, multaque ordinat, quæ ibidem ſervari cupiebat, edidit Mabillonius in Appendice tom.* 3 *Annalium pag.* 705 ex authentico, *ut ait. Totas ex eo huc transfero, quia luculenter oſtendunt, quantam Sanctus adhibuerit curam ad ordinem in monaſterium S. Apri reducendum & deinde conſervandum.* Omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ gubernatoribus, & cunctis veræ religionis & Catholicæ fidei præſentibus atque futuris, Gauzlinus, propitiante divina clementia, humilis Leuchorum urbis epiſcopus. Credimus abſque ulla ambiguitate, & certo jure tenemus, quòd pro cunctis bonæ actionis ſtudiis, & ſpiritalibus animarum curis, corona nobis à juſto Remuneratore & recompenſatio cæleſtis præparetur. Unde ſicut cœpta juſtorum bona à nobis ſunt cottidie ſolidanda atque fovenda, ita & amiſſa ſollerter corrigenda, & ad ſtatum rectitudinis ſollicitudine pervigili revocanda: præſertim cùm nobis divina providentia cuſtodiam animarum & regimen contulerit eccleſiarum, quibus oves ſuas alimentis vitalibus paſcere, perditas requirendo, abjectas reducendo, & quæ vigent diligentiùs educare præcepit. Hæc ergo nos conſiderantes, inter cetera ſollicitudinis noſtræ ſtudia occurrit animo noſtro, quòd in cellula ſuburbii noſtri, quæ meritis & ſepulturâ beati Apri lætatur, monachos antiquitus regularibus diſciplinis effloruiſſe audierimus, ſed hujuſmodi exercitia, ad inertiam quorumdam abbatum & diminutionem rerum temporalium, paulatim deficiendo priſtinæ probitatis funditus amiſerint ritum.

E

F

multa bona monaſterio donat aut potiùs reddit,

25 Quam religionem & perampliùs ferventiorem ſupernæ retributionis intuitu noſtris inibi cupientes recuperare diebus, auctoritate primorum noſtrorum, nec non & omnium fratrum conſilio, prædictum locum repudiavimus ab inlicita proprietate & voluntate, & ad normam recti tramitis totis viribus ſtuduimus revocare, præponentes eis abbatem, vocabulo Archimbaldum, boni propoſiti efficacem, ut, relicto omnimodis proprio arbitrio, ſecundum Regulam ſancti Benedicti in cunctis obedirent, & negotiis ſpiritalibus cum eo vacarent, pro utilitate quoque regni, totiúſque Eccleſiæ ſtatu, atque pro remedio animæ noſtræ ſupernam aſſiduè pietatem exorarent. Verùm ne eandem regularem cuſtodiam ob inopiam terrenarum rerum, aut per ſucceſſorum noſtrorum ablationem, unquam tepeſcere contingat, ut contigit priùs, confirmamus eorum uſibus has villas, id eſt, vicum ſancti Apri cum omni integritate,

AUCTORE J. S.

& in Briutriaco & in Saponariis, quidquid etiam & in Gavatangis ad præfatum locum pertinet; necnon & farinarium in Naſio: item villulam, quæ dicitur Vitiliagus, & Villenas ex integro: villam Stephani cum appendiciis & baſilica ejuſdem, exceptis his, qui pro terris, quibus utuntur, eidem monaſterio deſerviunt, pro ratione verò ſui capitis epiſcopii uſibus miniſteria impendunt: Alanum cum omnibus ad ſe pertinentibus, exceptâ eccleſiâ: Silini-curtem cum eccleſia, & omnia, quæ ad ipſam pertinent: de Crepiaco villa Salſurias cum eccleſia & omni ſuo appenditio: Martiniacum cum eccleſia ejuſdem, duos quoque manſos in Mediano-vico, ubi uſibus ſalineorum fruantur: ſed & manſum in Baviaco-ex toto: Mannoniſcurtem cum eccleſia ex integro, & Stadonis, & in Bladenaco dimidiam eccleſiam & Maſello; quidquid etiam in fine Orcadenſis vel Navenſis illorum ad partem reſpicit, & omnia, quæ in privilegiis eorum inſerta habentur, exceptis quatuor villis, id eſt, Humberticurtem, Adalberticurtem, Siccum vidum & Altrivillam. Non ſolùm autem prænominatas res concedimus, ſed etiam villas & prædia & omnia, quæ à Deum timentibus illis collata fuerint, eorum uſibus deputamus. B

aliaque ordinat,

26 Conſtituimus verò pro his dona nobis per ſingulos annos in feſtivitate beati Stephani exhiberi, id eſt, duodecim panes, quos libras vocant, cum totidem ſextariis vini. Miſſa quoque Purificationis ſanctæ Mariæ duos cereos ponderare librarum quinque, nec non & tempore militiæ regalis angariam, quantam noſtris ſtipendiis honorandam ſtatuimus. Præterea decernimus, ut ſi hoſpitalitatis causâ aliquando illic direxerimus hoſpites ſupervenientes, famuli de ipſo vico non ſint inquietati, nec de loci poſſibilitate à quoquam ſerviatur eis, ſed noſtra diſpenſa illis præbeatur, ut liberiùs cœnobitæ ibidem degant ſine murmuratione. Interim conſtituimus, ut eidem cœnobio abba ſemper præficiatur conſenſu noſtræ donationis, & electione monachorum, ſi talis in ipſa congregatione invenitur, per quem rectitudo Regulæ poſſit inconvulſa conſtare: ſi verò defuerit, in arbitrio noſtro ſit, quærere & præponere de alia qualibet contione * electum moribus, qui ſecundùm Regulam præfati patris

* *i. e.* congregatione

præeſſe, & prodeſſe fratribus utiliter queat. Obſecramus igitur humillimè ac ſub invocatione divini nominis conteſtamur unumquemque antiſtitum ſucceſſorum noſtrorum, numquam de hac præſcripta facultate fratrum, quam illis conceſſimus, immò reddidimus, vel adhuc reddituri ſumus, ſubtrahere quidquam vel minuere præſumat, quandiu abbates, præſentes quoque & ſubſequentes monachi, ſanctæ normæ cuſtodierint decreta: neque ipſam aliquando congregationem exordinare vel injuſtè perturbare audeat, ſed quotiens ei venire ad vos placuerit causâ caritatis & piæ ſollicitudinis, veniat: & ſi qua inter eos ordinanda aut corrigenda ſunt, clementer ſecundùm Deum ordinare vel corrigere ſtudeat. C

quæ ad ſervandam diſciplinam erant utilia,

27 Si quis tamen epiſcoporum, quod abſit, anteriorem cenſum, quod continetur in eorum authoritatibus, compulerit eos ſolvere; reddat eis prædictas quatuor villas ex integro. Si verò hoc contempſerit agere, licentiam habeant metropolitanum diœcelis adire, & neceſſitatis ſuæ cauſam exponere. Si autem opem ferre neglexerit, adeant regis præſentiam, ſuaſque terras legaliter requirant. Itemque unicuique abbatum eidem congregationi præficiendorum omnimodis interdicimus, & ſub conteſtatione divinæ vocationis prohibemus, ne prædictam cellam quolibet ingenio aut machinatione, vel per ſe vel per aliam objectam perſonam ab epiſcopii poteſtate ſubmovere moliatur: ſed, ſalvâ libertate monaſticæ religionis, pontifici urbis Leuchorum abſque ulla contradictione ſemper maneat ſubjecta. Cauſam utriuſque conditionis poſt Deum unicuique regi committimus corrigendam, qui huic regno præfuerit, ſi vel ſcilicet prædictæ urbis antiſtes horum quippiam ſubtrahere voluerit, aut prælibati cœnobii abbas adverſus dominationem antiſtitis inſidiando aliquid machinari temptaverit, ſententiæ canonum ſubjaceat. Si quis tamen eorum, iniqua cupiditate perſuaſus, hanc ordinationem noſtram, pro amore Dei & retributione cæleſti à nobis conſtitutam, infringere aut violare præſumpſerit, iram Dei omnipotentis incurrat, & pœnam ſempiternæ dampnationis percipiat inremediabiliter, nec ſit illi pars cum Deo in retributione juſtorum: ſed habeat partem cum principe tenebrarum, feratque judicium divinæ ultionis, transfixus perpetuo anathemate, excepto ſi non * reſipuerit & congruè emendaverit. D E

non redundat omnia demum de more confirmans.

28 Ad ultimum in fine hujus teſtamenti ſuperaddimus, ut quia authoritatis hujus cautionem placuit ſerenitati noſtræ agere, & debitum cenſum indulgere, deſiderans illius loci eo ampliùs accreſcere honeſtatem, pro incremento divini obſequii & piæ inſtitutionis obſervatione cenſemus rogando cœnobitas, ut cottidiana iteratione diebus vitæ noſtræ & obitus noſtri ſucceſſione decantent pro abſolutione animæ noſtræ pſalmum DE PROFUNDIS cum ſubſequenti collecta, & anniverſarium depoſitionis noſtræ honorificè celebrent, & ipſo die de indulto penſo conſtituant benedictionem noſtræ memoriæ, quâ reficiantur. Ut autem hujus conſtitutionis noſtræ ſeries firmior habeatur, potioremque in Dei nomine firmitatis mereatur obtinere vigorem manu propria eam ſubter firmavimus, anulique noſtri impreſſione ſubter ſigillari juſſimus, necnon & aſſiſtentibus nobis clericis & laïcis idipſum agere rogavimus. Ego Gauzlinus conſenſi atque corroboravi. Signum Widonis comitis. Sig. Josberti. Sig. Gualterii. Sig. Fredenodi. Sig. Grimbaldi. Sig. Amelardi. Sig. Bertranni. Sig. Elpebodi. Sig. Arengeldi. Sig. Bertini. Sig. Grimaldi. Sig. Berengarii primicerii. S. Azſoni presbyt. S. Gonbardi presbyt. S. Anſulfi diac. S. Umberti. S. Orheri. S. Bernerii diac. S. Badini. S. Bernefridi. S. Giſleberti. S. Remigii. S. Martini. Sig. Landinei. Sig. Teduici. Sig. Odulrici. Sig. Eldebaldi. Sig. Rainerii. Sig. Ranuperii. S. Berneri. S. Sirici. S. Barengiri. S. Everardi. S. Gifardi ſubd. S. Heldevaldi. Ego Humbertus indignus levita juſſu Gauzlini incliti pontificis ſcripſi & dictavi v Idus Octobris, anno epiſcopatus ejus XIII. Indictione VIIII. Anno ab Incarnatione Domini DCCCCXXXVI anno verò XI Henrici glorioſi regis. *Hactenus litteræ* S. Gauzlini, *quas recudit Calmetus tom.* I *inter inſtrumenta col.* 342. F

Obſervatio de notis chronologicis non conſentientibus,

29 *Cetera in hiſce litteris difficultatem non habent; ſed notæ chronologicæ mirum in modum ſunt implexæ, nec invicem conſonæ. Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 428 *partem harum litterarum recitans cum iiſdem temporis notis, hæc ſubdit:* Chartæ affixum eſt Gozlini epiſcopi ſigillum: ubi mirum eſt, adhuc computari annos

A nos Heinrici regis, qui ſecunda die menſis Julii ſuperioris (*id eſt, anni* 936) deceſſerat. *Id ſanè mirum eſt, ſi littera ſpectent ad menſem Octobrem & annum* 936. *At non ſolum iſtud mirum in dicta epocha apparet; ſed æquè mirum, quòd anno* 936 *numeretur annus* XIII Gauzlini, *cùm curreret annus* XV: *imò nec Indictio* IX *illi anno congruit menſe Octobri, cùm decima inchoata eſſet in Gallia & Germania à* XXIV *Septembris. Quapropter exiſtimo varios errores in notas iſtas chronologicas irrepſiſſe, ſive id contigerit, quòd numeri difficulter legi potuerint in litteris tam vetuſtis, ſive ſolâ tranſcribentis aut typotheta incuriâ, ſive alia quacumque de cauſa.*

quarum plures indicant annum 935, quo facta reformatio.

30 *Porrò errores hi nulla alia ratione magis veriſimili videntur corrigi poſſe, quàm ſi litteras referamus ad annum* 935: *ſic enim duo tantùm corrigendi ſunt numeri, aliaque omnia rectè cohærebunt. Itaque pro anno ab Incarnato Domino* DCCCCXXXVI *ſubſtituendus videtur annus* DCCCCXXXV, *& pro anno epiſcopatûs* XIII *annus* XIV: *nam anno* 935, *menſe Octobri currebat Indictio* IX, *erat annus epiſcopatûs* S. Gauzelini XIV; *quo Vita cum omnibus elogiis diſciplinam in monaſterio S. Apri inſtauratam teſtatur: ac demum illo anno vivebat Henricus Germaniæ rex, atque anno* XI *regnabat in Lotharingia, cujus poſſeſſionem adeptus eſt anno* 925, *ut narrat Calmetus tom.* I *Hiſtoriæ col.* 842. *Quare dubitare nequeo, quin litteræ* Gauzlini, *& nova hæc fundatio ſeu inſtauratio monaſterii S. Apri figendæ ſint anno* 935. *Ceterùm præter Archembaldum abbatem, ad inſtaurationem diſcipline monaſterio huic præpoſitum, alios quoque viros inſignes eo pertraxit* Gauzlinus. *Inter hos noti ſunt Albericus & Adſo, poſtea abbates & reformatores monaſterii Dervenſis in Campania, quemadmodum ipſi quoque Archembaldo alterius deinde monaſterii reformationem commiſſam videbimus.*

Auctio monachorum numero in reformato monaſterio,

31 *Plura deinde in favorem monaſterii S. Apri præſtitit* S. Gauzlinus. *Cùm enim numerus monachorum notabiliter excreſceret, ideoque poſſeſſiones monaſterii non viderentur ſufficere ad tantam multitudinem alendam, huic defectui* S. Gauzlinus *piâ munificentiâ mederi voluit. Itaque cenſum monaſterii auxit nova donatione, quam exprimunt ejus litteræ, apud Calmetum tom.* I *inter inſtrumenta col.* 348 *hoc modo editæ:* In nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis, Gauzelinus humilis Leucorum epiſcopus. Quia ſummus paſtor Dominus noſter Jeſus Chriſtus ad hoc in ſancta ſua Eccleſia præſules conſtituit, ut vice ſua eam diſponant, atque ad æternum provehant regnum; oportet unicuique paſtorum ſolerter invigilare, quatenus pro viribus locis, quibus præſunt, diſtribuant neceſſaria, ne fortè ob indigentiam deviet aliquis à ſuo ordine, & ideò notum eſſe volumus omnibus ſucceſſoribus noſtris, quia poſtquam locum ſancti Apri, Dei præveniente gratia, ad regularem relevavimus ſtatum, diligenter inquirentes cognovimus, quia ſub venerabili abbate Archembaldo, quem eidem loco præpoſueramus, & grex Domini gradatim creſceret, & ſubſtantia monaſterii valde effugeret, nec poſſet vivere de rebus ejuſdem eccleſiæ.

cenſum illius auget nova donatione,

32 Unde diutiùs pertractantes, tandem communi noſtrorum fidelium conſenſu, tam clericorum quàm laïcorum, adjunximus præbendæ monachorum eccleſiam ſitam in Columbario villa, ea integritate, quâ eam habuerant in beneficio Wido & frater ejus Niczo: quibus etiam humillimè injunximus, ut anniverſarium obitus noſtri devotiſſimè recolentes, ex hac datione noſtra ſibi ſumerent refectionem. Rogamus igitur ex charitate Dei omnes ſucceſſores noſtros, ut præfatum locum, quamdiu in regulari obſervatione permanſerit, ſuis largitionibus ſuſtentent, & hanc conceſſionem noſtram ita inviolabilem cuſtodiant, ſicut & ſuas authoritates poſt ſe voluerint incorruptas haberi. Quibus etiam fiſi de æquitate magni Judicis, promittimus, quia ſi ea, quæ petimus, cum ſollicitudine impleverint, ſicut ſpopondimus, perpetuum ab ipſo recepturi ſint præmium, ac ſi illi ipſum monaſterium ſuo penitus labore ad hanc religionem promoverent. Quòd ſi ſuadente cupiditate, aut aliqua occaſione, imminuerint vel violaverint, ſciant ſe ſine dubio ab eodem æternali damnari gehennæ, pro cujus amore hæc acta ſunt. Quòd ſi non reſipuerint, petant ipſi Deo famulantes proclamando regiam ſedem. Ut autem hæc donatio noſtra permanentem obtineat vigorem quam fecimus de eccleſia in Columbario, quæ longo tempore ab eccleſia ſancti Apri fuerat abſtracta, manu propria eam firmavimus, & manibus clericorum ac nobilium laïcorum noſtrorum idipſum agere complacuit. E

quæ illiganda eſt anno 940:

33 Acta Tullo x Cal. Jan., regnante Othone rege, ordinationis noſtræ anno XVIIII. Sign. Gauzelini epiſcopi. Odelrici archiepiſcopi. Berhardi primicerii, Marengeri archid. Varneri arch. & Varneri ſacerd. Guntardi ſacerd. Valheri ſacerd. Remigii ſacerd. Albrici ſac. Herlardi arch. Everardi arch., Girardi arch. Gifardi arch. Theoderici, Benefridi, Brieri, Grimaldi arch., Germari, Huberti arch. Rageneri, Ramieri, Widonis vice domini, Rotgeri advocati, Nizonis, Evernini, Benzonis, Angelberti, Angelboldi, Gampberti, Bernefridi majoris, Varneri, Anſthei, Valteri & Warneri. Sixtus infimus levitarum ſcripſit & ſubſcripſit. *Hactenus ſancti Antiſtitis litteræ, quarum epocha, ſi rectè impreſſa eſt, deſignat diem* XXIII *Decembris anni* 940, *non* 941, *ut editor ad marginem notavit. Etenim cùm anno* 922 *factus ſit epiſcopus menſe Martio, hoc etiam menſe anni* 941 *implendus erat annus epiſcopatûs* XIX, *qui notatur in litteris, & conſequenter annus ille currebat menſe Decembri anni* 940. F

ac omnia per Ottonem regem confirmanda curat,

34 *Curavit demum* Gauzlinus, *ut omnia, quæ fecerat ac donaverat in favorem prædicti monaſterii, confirmarentur per Ottonem I Germaniæ regem, deinde imperatorem. Litteras Ottonis edidit Calmetus col.* 352, *notavitque ad marginem annum* 948, *ſed Indictio* III *cum anno* XI *Ottonis concurrens* III Nonas Auguſti *deſignat potiùs annum* 945, *ita ut repudiandus videatur annus Incarnationis poſtea forſan additus aut corruptus. Quidquid ſit, notæ in litteris ſignatæ anno* 948 *non congruunt, nec invicem conſonant. Quare omiſſo anno, quem ex editione tam mendoſa certò aſſignare nequeo, eam litterarum partem, quæ præcipuè ſpectat ad* Gauzlinum, *huc tranſfero:* Notum fieri volumus omnibus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus noſtris, præſentibus ſcilicet & futuris, quia Gauzlinus venerabilis Leuchorum urbis epiſcopus, noſtræ ſuggeſſit manſuetudini eo quod quoddam monaſterium in ſuburbio ejuſdem civitatis ſuæ conſtructum, ubi ſanctus Aper confeſſor Chriſti tumulatus agnoſcitur, regulari ac monaſtico ordini

AUCTORE J. S.

ordini deditum, ſed deinceps penitus depravatum atque deſtructum, tandem Chriſti auxilio piæ devotionis ſudoribus propriiſque laboribus, digno regularis vitæ ſtatu inſignitum, & decentiſſimo ordine monaſticis uſibus aptatum, quibuſdam rebus ab anteceſſoribus ſuis nuper ſubſtractis, ac à ſe reformatis, liberaliter donaverit.

alia donatio eidem monaſterio facta, ſuadente Gauzlino.

35 Sed ne quamlibet contrarietatem aut inquietudinem à præſulibus per tempora labentia in eadem ſede ſibi ſuccedentibus, monachos *, quos in memorato monaſterio aggregaverat, quolibet tempore pati cogerentur, privilegium eis eccleſiaſticum authoritate ſe profeſſus eſt feciſſe, quo ſereniſſimè ſanxerat, ut nullus pontificum ſibi ſuccedentium quippiam de rebus, quas iidem monachi ante poſſederant, immò ipſe reddiderat, aut ſi qua deinceps ab eo impetrare poſſent, immiſuere aut majora illis ſervitia, quàm ipſe conſtituerat, inferret. *Hiſce ſubjiciuntur plurima poſſeſſiones, quæ monaſterio partim erant reddita per* Gauzlinum, *partim donata, & omnia confirmantur. Alia donatio eidem abbatiæ facta, ſuadente* S. Gauzlino, *videri poteſt apud Calmetum col.* 364; *ſed litteræ de eadem abbatia, quæ ibidem col.* 363 *attribuuntur Lothario Francorum regi & anno* 957, *ſunt Lotharii Lotharingiæ regis & anni* 858, *quod monendum cenſeo, ne lector illas præcedentibus contrarias credat. Facilè id videbit eruditus lector, modò litteras attentè legat, & notas chronologicas conſulat.*

* *lege* monachi

B

§ IV. Fundatio Buxerienſis monaſterii, ejuſque per Stephanum Papam confirmatio.

Mabillonius Buxerienſem fundationem figit anno 962,

QUamvis *ſummam laudem meretur* S. Gauzlinus *ex revocata monaſtica diſciplina in ſuburbanum S. Apri cœnobium, ex quo illam aliis quoque deinde communicatam videbimus; non minori tamen dignus eſt honore ob conditum à fundamentis liberaliterque dotatum Buxerienſe puellarum monaſterium. De tempore inſignis hujuſce fundationis diſſentiunt ſcriptores non modò neoterici, ſed etiam antiquiores, ſi rectè à neotericis ſint expoſiti. Mabillonius tom.* 3 *Annalium ad annum* 962 *fundationem narrat, rationeſque opinionis ſuæ allegat his verbis pag.* 559: Richerius monachus Senonienſis auctor eſt, monaſterium ſanctimonialium in agro Tullenſi apud Boxerias ſeu Buxerias anno Chriſti nongenteſimo ſexageſimo ſecundo à Gozlino, venerabili Tullenſi epiſcopo, à fundamentis primitus ædificatum fuiſſe. Huic calculo repugnat liber de geſtis epiſcoporum Tullenſium nondum editus, (*deinde editus à Martenio*) in quo Gauſlinus ſeu Goſlinus fundum condendo cœnobio per commutationem dicitur comparâſſe à Theoderico Mettenſi epiſcopo, ſucceſſore Adalberonis, quem biennio ſeriùs obiiſſe conſtat. Verùm ad id tempus non pervenit Goſlinus, cujus ſucceſſor ſanctus Gerardus . . . electus eſt anno DCCCCLXIII ex ejus Vita, & quidem IV Kalendas Aprilis ordinatus: adeoque obiit anno præſenti (962) Gauſlinus, cujus obitus VII Idus Septembris contigit. Itaque ab Adalberone Mettenſi epiſcopo, non à Theoderico ejus ſucceſſore, Boxerienſem fundum, in quo cœnobium condidit, accepiſſe dicendus eſt: niſi ſi Goſlinus prædictum fundum acquiſivit à Theoderico, dicto Mettenſi epiſcopo per anticipationem. *Hactenus Mabillonius, qui hiſce rationibus fundationem alligat anno* 962; *rectéque obſervat, fundum non potuiſſe donari à Theoderico epiſcopo, cùm* Gauzlinus *ante epiſcopatum ejus obierit.*

C

D

37 *Itaque Vita corrigenda eſt in eo, quod de Theodorico epiſcopo dicitur; aut ſi Theoderici erat locus ante epiſcopatum, corrigenda vel ſic erit Vita, cùm habeat, montem illum pertinuiſſe* ad Metenſem epiſcopum. *Hoc probabiliùs falſum eſſe & omnino corrigendum, oſtendam in annotatis ad Vitam. Non minus corrigendus eſt Richerius Senonienſis, ſcriptor tribus ſeculis poſterior fundatione Buxerienſi, ſi neceſſariò intelligendus eſt, quemadmodum verba ipſius explicat Mabillonius. At non video, neceſſe prorſus eſſe, ut ea ſic explicemus. Verba accipe:* Nongenteſimo ſexageſimo ſecundo Domini anno, quidam vir venerabilis extitit, Gozelinus nomine, Tullenſis epiſcopus, vir ſagax & providus, qui monaſterium ſanctimonialium, quod Poſſeriis dicitur, à fundamentis primitus ædificavit. *Poſt aliqua de geſtis* Gauzlini *ſuo loco adducenda, cap.* 13 *ita loquitur de ipſius ſucceſſore:* Defuncto denique ipſo, ut ſuprà dixi, Gozelino epiſcopo, B. Gerardus in epiſcopatu ſucceſſit. *Hinc dubitari poteſt, an mortem* Gauzlini *non conſignaverit anno* 962, *cùm dicat poſtea, ſe de morte ejus locutum, nec tamen ulla de morte* Gauzlini *vox reperiatur in relatis de ipſo. Quidquid ſit, ſive Richerius dixerit,* Gauzlinum *anno* 962 *defunctum, & quædam ejus voces exciderint, ſive eum eo anno floruiſſe voluerit, aut etiam tunc condidiſſe cœnobium Buxerienſe; non tanti eſt facienda auctoritas ſcriptoris ſeculi* XIII *pro geſtis* Gauzlini, *ut dubitare queam de vera fundationis epocha, quam totis viginti annis ante calculum Mabillonii aſſignabo.*

ſed fortè non eo ſenſu intelligenda ſunt verba Richerii Senonienſis; aut hic deſerendus:

E

Calmetus fundationem non rectè revocat ad annum 935 *aut* 936;

38 *Calmetus tom.* 1 *col.* 891 *diſputat de tempore fundati cœnobii Buxerienſis, rejecloque Richerii Senonienſis, aut certè Mabillonii calculo, in oppoſitam declinat extremitatem, dicens fundationem veriſimiliter contigiſſe circa annum* 935 *aut* 936, *ſive eodem tempore, quo reformatum eſt S. Apri monaſterium. Habet pro ſua opinione Calmetus ipſas fundationis* S. Gauzlini *litteras, quæ omnem dirimerent controverſiam, ſi conſtaret de notis chronologicis non corruptis. Nam litteræ illæ mox dandæ, prout impreſſæ ſunt, hanc habent epocham:* Acta Tullo Idibus Januarii, regnante Othone rege, ordinationis noſtræ anno decimo tertio. *Annus decimus tertius menſe Januario deſignat annum* 935, *qui apud Calmetum in margine etiam notatur. At nullum eſt dubium, quin annus ille mendosè ſit ſcriptus, aut potiùs impreſſus, cùm Otto necdum rex eſſet menſe Januario anni* 935, *vivente adhuc Henrico I. Quare, cùm ille annus ſit mendoſus, nec annus Ottonis exprimatur, prodeſſe nequeunt hæ litteræ ad annum certum aſſignandum; ſed ſolùm conducunt ad refutandum Calmeti calculum. Dicit enim in illis litteris* Gauzlinus *ipſe, cuncta in monaſterio S. Apri* ritè ordinata *fuiſſe, priuſquam cogitare cœpit de fundatione Buxerienſi: hæc igitur fundatio cœpta eſt aliquot annis poſt reformationem illam, quam ſuprà illigavi anno* 935: *nam id omnino innuunt* Gauzlini *verba num.* 40 *&* 41 *in litteris legenda.*

F

39 *Annum tamen ipſum fundationis propinquius*

A *cùm cœpta videatur anno* 940, *& certè abſoluta ſit anno* 941.

quibus inſinuant litteræ Stephani Papæ IX, quas item ex Calmeto infrà recudemus. Datæ hæ ſunt ad Rothildem vel Rothildam abbatiſſam ad confirmandam fundationem, notanturque menſe Decembri, Indictione quinta decima. *Hæc autem Indictio, cùm necdum uſitata eſſet Pontificia hodierna, quæ à Kalendis Januarii inchoatur, à menſe Septembri currere cœperat, & conſequenter non deſignat annum* 942, *ut perperam notavit Calmetus, ſed annum* 941, *quo ad finem vergente monaſterium erat conſtructum, eccleſia jam dedicata, & abbatiſſa conſtituta, ita ut veriſimile ſit, cœptam eſſe ab anno* 940 *conſtructionem ædificiorum. Attamen vix dubitare poſſum, quin monaſterium inhabitare cœperint ſanctimoniales prædicto anno* 941, *ideoque fundationem illi anno illigandam exiſtimo. Hæc de tempore fundationis ſufficiunt. Porrò dubitat Calmetus, an occaſio condendi monaſterii, qualis in Vita num.* 3 *&* 4 *refertur, ſatis ſit certa, quia de illa hiſtoria nihil in litteris fundationis dicitur. Non caret fundamento illa dubitatio, ut ad Vitam notabo. Interim litteras* S. Gauzlini *huc transfero ex Calmeto, ubi habentur tom.* 1 *inter inſtrumenta à col.* 340.

B *Litteræ, quibus occaſio fundationis,*

40 In nomine Domini Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti Gauzlinus divinâ opitulante clementiâ Leuchorum epiſcopus. Divinis creduli promiſſionibus, hoc nobis ad præſentem vitam feliciùs tranſigendam, & futuram conſequendam pertinere proculdubio non dubitamus, ſi ea, quæ ad ſervorum vel ancillarum Dei quietem pertinent, devotiſſima ſollicitudine & paſtorali providentia procuramus. Idcircò notum fieri volumus ſanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus, præſentibus videlicet & futuris, qualiter noſtræ diœceſis parochiâ peragratâ, reperimus quandam antiquam baſilicam honore Dei Genitricis Mariæ dicatam, ſed per incuriam valdè neglectam, ſitam quoque in quodam montis devexo, ad cujus radicem eſt villa poſita, quæ dicitur Buxeria; ubi quia ejuſdem Dei Genitricis precibus ſanabantur infirmi diverſis detenti languoribus, & vota vulgaris populi ibidem confluebant ſæpiùs, divina inſpirante clementia, id ſtatuere dignum duximus, ne diutiùs divinis careret cultibus. Et quia jam beati Apri monaſterium in ſuburbio noſtræ civitatis ſitum, à regulari tramite dejectum, ſuperno auxilio in priſtinum reduxerimus ſtatum, ſuppoſito nobis religioſiſſimæ vitæ abbate, domno videlicet Archiebaldo *, per quem cuncta inibi juxta Regulam ſancti patris Benedicti ritè ordinata gaudebamus; demum cogitare cœpimus, quatenus in eodem oratorio (ſi Deo donante inveniretur) ſanctimonialium ſocietas fieret, quæ ſub Regula ſancti Benedicti perpetuæ Virginis Mariæ obſequiis deſerviret. Quod ſanè factum per divinam potentiam meruit efficaciam.

C * *al.* Archembaldo

donationes Sancti novo monaſterio factæ,

41 Nam Domino præordinante invenimus quaſdam ſanctimoniales velut oves errantes, ſed tamen æternæ vitæ paſcua quærentes, Dei dilectione ferventes, & ad ſerviendum illi locum remotum deſiderantes. Quarum miſeratione permoti, conſultu prædicti abbatis, cæterorumque Deum timentium, noſtrorumque fidelium, jam dictam cellulam eis ad habitandum delegavimus, præficientes illis unam illarum, Rothildim ſcilicet abbatiſſam, quæ earum regeret vitam: atque ut ibidem liberiùs rebus poſſent vacare ſpiritualibus, providimus illis aliquid in temporalibus. Deputavimus denique earum uſibus de rebus epiſcopii, (ut dignum erat) eccleſiam in eadem villa Buxeria, quæ eſt in honore ſancti Martini titulata, cum decimis, vineis, & omnibus ad ſe pertinentibus rebus, ſeu quicquid ex poteſtate noſtræ ſedis in eadem villa continebatur, tam in ſervientibus utriuſque ſexus, quàm in terris & vineis, vel pratis, & cunctis terræ debitis: quemdam etiam alodum, quem Heriſendis quædam mulier nobilis ſuper fluvium Mortum * in villa Campiniolâ, & Porchereia ad partem noſtræ eccleſiæ dederat, pari modo conceſſimus, & ad integrum ibi deſtinavimus: illum etiam, quem Gundelindis uxor Teutmari poſt diſceſſum viri quieſcentis gratuita voluntate in pago Calmotenſe & in villa nomine Anthetviller nobis dedit, ſimiliter in integrum ibidem tradidimus, totum ſcilicet, quod idem Teutmarus in eadem villa ſibi vendicârat, vel jure hereditario poſſederat. Decernimus pariter, ut quicumque ex ſervientibus illarum cujuſcumque poteſtatis noſtræ, id eſt, aut ex noſtro dominio, aut ex jure beneficiario, mulieres ſibi ſociaverint in conjuges, cum eiſdem viris ſibi haberent indultas.

AUCTORE J. S.

* Meurte

E *preces pro Fundatore dicendæ,*

42 Igitur quia hoc ad totius ævi noſtri ſalutem pertinere non dubitamus, petimus, & per nomen etiam Dei conteſtamur, ut nullus epiſcoporum nobis ſuccedentium, quippiam de his rebus, quas piâ largitate & conſenſu noſtræ eccleſiæ eiſdem ſponſis Chriſti conceſſimus, & adhuc dare deſideramus, imminuere, aut ipſam parvam congregationem noſtro ſtudio adjunctam exordinare, vel injuſtè perturbare præſumat; ſed liceat eis eaſdem res quieto ordine poſſidere, nihilque eis oneris ampliùs, vel majora ſervitia imponere, quàm ut annis ſingulis miſſâ Purificationis ſanctæ Mariæ duarum librarum perſolvant cereum: illud nihilominus, quod ab eiſdem ſacris virginibus in promiſſione accepimus, perpetim ſervari petimus, videlicet ut exceptis peculiaribus & privatis orationibus, de quibus nullo modo ambigimus, pro præſenti & æterna ſalute noſtra duos generaliter quotidie decantent pſalmos, quorum eſt initium: DE PROFUNDIS CLAMAVI AD TE DOMINE, & DOMINE, EXAUDI ORATIONEM MEAM, AURIBUS PERCIPE OBSECRATIONEM MEAM; & ſemper in fine orationis * ponant Dominicam, & orationem iſtam:

„ Concede quæſumus omnipotens & miſericors
„ Deus, per Unigeniti tui, & Spiritus ſancti
„ virtutem, famulo tuo Gauzlino cunctorum
„ veniam delictorum, interceſſione quoque &
„ invocatione Genitricis ejuſdem Domini noſtri,
„ omniumque Sanctorum & Sanctarum, æternæ
„ beatitudinis perfrui glorià propitius, per o-
„ mnia ſæcula ſæculorum. Amen „.

* *forsè* orationem F

omniumque confirmatio continentur

43 Cæterùm, ſalva libertate monaſticæ religionis, ipſæ ſibi regularem abbatiſſam eligendi poteſtatem habeant, & deinceps ejuſdem ſedis pontificibus abſque ulla contradictione ſubjectæ maneant, nulluſque eorum hoc noſtræ humilitatis opus præſumat diſſolvere, vel irritum judicare, ſed ita pro amore nominis Domini, & ſanctæ Genitricis illius ratum manere permittat, veluti ſua decreta à ſibi ſuccedentibus ſervari deſiderat, ut perpetuam inde mercedem nobiſcum capere valeat. Si quis denique hanc authoritatem à nobis ſigno ſanctæ Crucis roboratam violare, aut aliquod offendiculum illi ponere temptaverit, niſi pœnitendo attentâ pravitate reſipuerit, vinculis conſtringatur anathematis, & ſuppliciis deputetur æternis. Et ut veriùs credatur, hanc chartam manu propria firmavimus,

AUCTORE J. S.

& manibus fidelium canonicorum noſtrorum, ac nobilium laïcorum eam corroborare fecimus. Acta Tullo idibus Januarii, regnante Othone rege, ordinationis noſtræ anno decimo tertio. Gauzlinus. Signum Beringarii primi. Arnulphi ſecundi. Geroardi. Guntardi. Warneri. Jonæ. Valheri. Erchardi. Berneri. Gerardi. Humberti archid. Grimbaldi. Baringeri. Orheri. Amelardi. Benedicti. Theodinſi. Buerfridi. Giffardi. Jonæ. Grimaldi. Ranieri. Rageneri. Berrini. Goſperti. Framperti. Everelini. Baltramni. Beidſons *. Hugonis. Widonis vice domini. Item Hugonis. Rotgeri. Mengaldi. Drogonis. Eugebaldi. Nitzonis. Humberti ſigniferi. Stephani. Gosberti. Frediginſi. Sericius levitarum infimus ſcripſit & ſubſcripſit. A tergo legitur: Nomina virorum hujus teſtamenti firmatorum, Cozibertus, Frambertus, Evrelinus, Baltramnus, Benſo, Hugo, item Hugo, Rotgerus, Mengaudus, Drogo, Ingelboldus, Rotgerus, Nitza, Galterus, Humbertus ſignifer, Stephanus, item Gosbertus, Fredegiſus. *Hactenus littera* S. Gauzlini, *in quibus pro anno ordinationis* decimo tertio *ſubſtituendus videtur annus* decimus nonus *aut* vigeſimus.

* *fortè* Beidſoni

B

Rothildis abbatiſſa Viroduni ab Humberto erat inſtituta.

44 *De prima hujus cœnobii abbatiſſa Rothilde nonnulla leguntur in Vita jam antè laudata B. Joannis Gorzienſis abbatis tom.* III *Februarii pag.* 699. *Agitur ibi de Humberto recluſo Viroduni, qui deinde factus eſt monachus Gorzienſis, ac tandem abbas in reformato S. Apri monaſterio. Quando autem Humbertus piam & auſteram in cellula Viroduni agebat vitam;* ibi per idem tempus duæ oppidi ipſius religioſæ fœminæ cellulâ ſeorſim remotæ ab eo inſtituebantur, & ex feneſtra tantùm cellulæ verbum doctrinæ ſeu ceteræ inſtitutionis ſumebant. Aliæ item duæ apud eamdem urbem ejus ſunt exhortatione accenſæ, quarum altera (*Rothildis nimirum*) mater plurimarum ancillarum Chriſti poſtea facta eſt in territorio Tullenſi, loco, qui Buxerias dicitur, ubi monaſterium ab epiſcopo bonæ memoriæ Gozlino ex novo conſtructum; poſtquam hæ duæ primùm ſunt intromiſſæ, multiplex deinde ex diverſis mundi lateribus ſancti fervoris ſe ibidem examen infudit, ut uſque hodie novâ quâdam gratiâ inter cetera reſplendere videatur.

C

Ita ſcriptor ejuſdem ſeculi, cujus verba in laudem monaſterii, adeoque & Fundatoris & primæ abbatiſſæ prolata, congruunt cum teſtimoniis aliorum, qui S. Gauzlinum *ob hanc fundationem mirè laudârunt.*

ad hanc directæ litteræ Stephani Papæ, quibus mirè laudatur Gauzlinus,

45 *Inter hos eſt Stephanus Papa VIII, qui per Archembaldum abbatem de hac fundatione inſtructus, eamdem confirmavit litteris, quas ex Calmeto col.* 350 *huc transfero:* Stephanus epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſſimæ filiæ Rothildæ abbatiſſæ ex monaſterio ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, quòd eſt ſitum in epiſcopio Leuchorum, in monte, qui eſt ſuper villam, quæ dicitur Buxerias. Quia omnipotens Deus peculiariter decrevit coadunare & adunare & ordinare Eccleſiam ſuam per glorioſiſſimos Apoſtolorum principes Petrum & Paulum, oportet ut omnes poſteri eorum, quibus eadem ſollicitudo impoſita eſt, ubicumque oportunitas exigit, munimentum Apoſtolicæ authoritatis impendamus: quod nos, licèt indigni tanto officio, tamen ſolliciti de omnium fidelium ſalute, pro viribus implere deſideramus, quatenus cùm ad rationem reddendam venerimus, Judicem ſecuri videamus. Cognoſcentes igitur per venerabilem abbatem Archembaldum, cum quanto ſtudio dulciſſimus frater noſter Gauzlinus Leuchorum epiſcopus, eccleſiam ſuam in omni ordine religionis fundare & exaltare laborat, maternis viceribus gratulamur, & ut proſperè proficiat, Domini clementiam exoramus.

D

confirmaturque abbatiſſa Rothildis,

46 Unde ſicut ipſe poſtulavit, libentiſſimè ex authoritate ſancti Petri apoſtoli & noſtrâ decrevimus corroborandum, quidquid ipſe poſt ſe de ſuis monaſteriis obſervandum cenſuit. Quapropter committimus tibi, filiæ Rothildis, tuiſque ſucceſſoribus, puellarum locum, quem ipſe præfatus chariſſimus frater noſter Epiſcopus totum conſtruxit, cum officinis congruentibus, in proclivio montis ſuper villa, quæ dicitur Buxerias, dicatum in honore ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, & eleemoſynam omnium Chriſtianorum, ad tuendum & regendum & gubernandum ſecundùm Regulam ſancti Benedicti, & inſtitutiones ſanctorum Patrum, quatenus religiosè converſando lucrum animarum Deo ibi adquiratis, & debitas horas die noctuque perſolvatis. Ut autem hoc hilari mente perficiatis, concedimus vobis cum conſenſu omnium fidelium ſanctæ Romanæ Sedis, quicquid idem Epiſcopus dedit, id eſt, eccleſiam S. Martini cum omni integritate, & quicquid in ipſa villa ſanctus Stephanus * habere noſcitur: eccleſiam quoque de Safiriaco, cum omnibus appenditiis, & alodium Herſendis. Concedimus quoque vobis eccleſiam, quam Berherdus primicerius in Giruni villa in comitatu Bedenſi ſuper fluvium Moſam, prædicto contulit loco, & quicquid ad ea pertinet, & vineam quandam, quam idem dedit in monte Bariſno, in comitatu Tullenſi; quicquid etiam ab ipſo Epiſcopo datum eſt in locis aliis, vel dandum eſt quolibet modo ab aliis eidem loco, abſque ulla contradictione perenniter poſſideatis. Obſecramus denique glorioſam pietatem prædicti Pontificis, ut, quia neſcit quod futurum eſt poſt eum, ne refrigeretur à miſeratione illius loci.

E

* *i. e.* eccleſia cathedralis S. Stephani

& tota fundatio.

47 Conteſtamur etiam per ineffabilem charitatem omnes ... comites, abbates, & omnes patriæ illius cives, tam præſentes quàm futuros, ut eundem locum pro Dei amore ſuſtineant, & ſuis donationibus augeant, & hanc noſtram inſtitutionem ſemper illibatam cuſtodiant. Cunctos verò de qualicumque ordine vel gradu, qualiſcumque perſona ſit, qui contra hoc Apoſtolicæ inſtitutionis privilegium venire temptaverit, aut monaſterium oppreſſerit per præſentiam ſuam, vel res earum læſerit, aut quieſcere non permiſerit, uſque in diem judicii excommunicamus. Et quicumque adjutores extiterint, hos, quantum Apoſtolica poteſtas indulſerit, abſolutos eſſe decernimus. Per ſingulos autem annos pontifici Leuchorum in Miſſa Purificationis ſanctæ Mariæ cereus duarum librarum perſolvatur. Ut autem interim inviolabiliter cuſtodiantur, quæ in hoc privilegio ſcripta ſunt, ſigillo noſtro ſubterfirmare juſſimus. Bene valete. Scriptum per manum Stephani Scrinialii ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, in Menſe Decembri, Indictione quintâ decimâ. Datum per manum Nicholai primicerii Apoſtolicæ Sedis in nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno Deo propitio pontificatûs domini noſtri Stephani ſummi Pontificis & univerſalis Papæ, in ſacratiſſima Sede beati Petri Apoſtolorum primi, in Menſe Decembri, Indictione quintâ decimâ.

F

§ V.

A

§ V. Reformatio cœnobii Dervenſis : aliquot concilia, quibus adeſt Sanctus : vaſtata per Hungaros diœceſis Tullenſis ; multa per Sanctum impetrata ad ſublevandam illius eccleſiæ inopiam : cœpta reformatio monaſterii S. Manſueti.

Malè à quibuſdam aſſignatum tempus reformatæ abbatiæ Dervenſis,

B

Diſciplina regularis, quæ agente S. Gauzlino *feliciter reducta erat in monaſterium S. Apri prope Tullum ; inde, eodem auctore, propagata eſt ad cœnobium Dervenſe, ſitum in diœceſi Catalaunenſi in Campania. De facto conſentiunt Calmetus & Mabillonius, ſed tempus reformati Dervenſis monaſterii non rectè aſſignant. Calmetus quidem col.* 884 *errore palpabili reformationem hanc locat circa annum* 934, *quo necdum erat reformatum S. Apri monaſterium, licèt ipſe obſervet, ex hoc monaſterio abbatem & monachos ad inſtaurandam in Dervenſi diſciplinam fuiſſe miſſos. Mabillonius verò tom.* 3 *Annalium pag.* 429 *reformationem Dervenſibus communicatam exiſtimat circa annum* 936. *Error hic minùs manifeſtus eſt ; nec tamen dubito, quin & hic calculus longè abſit à vero ; idque facilè oſtendi poſſit. Verumtamen ipſe inſtaurati ordinis annus non tam facilè poterit aſſignari, quia nec annum ipſum in ullis monumentis antiquis invenio ; nec vicina illius anni veſtigia. Quare priùs reformationem ipſam narrabo, ut inde pro chronotaxi lux ſaltem aliqua affulgeat.*

quam Ludovicus Tranſmarinus dicitur dediſſe Gauzlino :

C

49 *Dervenſis abbatia dudum antè data fuerat epiſcopo Tullenſi, ſed ei deinde ablata, ut obſervat Calmetus col.* 889, *allegans ad id probandum diploma Ottonis II, in quo dicta abbatia reſtituta dicitur* Gauzlino *per Ludovicum regem. Neceſſariò hic intelligendus Ludovicus IV, cognomento* Tranſmarinus, *qui primos regni annos turbatiſſimos habuit, & deinde bellum geſſit contra Ottonem Germaniæ regem, ita ut veriſimile non ſit, abbatiam Dervenſem* Gauzlino *datam fuiſſe ante pacem inter Ottonem & Ludovicum initam, quam Calmetus col.* 903 *innectit anno* 942. *Quin imò ſi conjecturas ſequi velimus, nihil probabilius afferri poterit, quam abbatiam* Gauzlino *fuiſſe reſtitutam circa medium ſeculi* x, *ſive occaſione conciliorum, quæ habita ſunt anno* 947 *Viroduni, & anno* 948 *Ingelhemii, ſive alia quacumque occaſione. Certè aliud argumentum, quod proſequar inferiùs, omnino perſuadebit, reformationem Dervenſem non diu ante medium ſeculi* x *figendam eſſe : nec dubitandum eſt, quin* Gauzlinus *de reformatione reſtituti eccleſiæ ſuæ monaſterii quàm primùm cogitârit.*

cùm inde per principes ſeculares expulſi eſſent monachi corrupti ;

50 *Auctor anonymus Miraculorum S. Bercharii apud Mabillonium in Actis ſec.* 2 *Benedict. pag.* 847 *exponit, quàm omnis penitus diſciplina regularis periiſſet in cœnobio Dervenſi, oſtenſuruſque, unde diſciplina in illud cœnobium fuerit reducta, narrat reformationem Floriacenſem à S. Odone Cluniacenſi factam tempore Radulphi regis Francorum, ac deinde refor-*

mationem monaſterii S. Apri per Gauzlinum. *Hiſce præmiſſis, docet, Benzonem abbatem, qui Dervenſibus præerat, per principes ſeculares ejectum eſſe ex abbatia Dervenſi, & ſubdit :* Monachis verò ſuis metu inviſæ Regulæ in diverſa fugientibus, ſucceſſerunt Fratres adducti à monaſterio S. Apri : qui memoriam ſuæ prudentiæ noſtræ hactenus ætati oſtentant etiam eccleſiaſticorum voluminum ſagaci ordinatione. Sed quibus auctoribus intromiſſi, priores fuerint expulſi, ſuperſedi ſcribere ; ne ineptæ controverſiæ aliquando videar fomentum præbuiſſe. Qui autem qualeſque extiterint, quorum optimo ſtudio idem locus poſt aſperitatem tantæ hiemis quaſi revireſcendo floruerit, decrevi promere ſcriptis, ut noſcant poſteri, quantæ fuerint bonitatis. *Quinam fuerint principes, per quos expulſus eſt Benzo abbas cum adhærentibus ſibi monachis, noluit auctor edicere. Suprà tamen dixerat, expulſum eſſe* exardeſcentibus etiam tyrannicis principibus : *ex quo conjicere poſſumus, expulſionem eſſe factam tempore bellorum civilium, quibus ferè perpetuò implicitus fuit Ludovicus Tranſmarinus uſque ad annum* 950.

E

miſſi ex abbatia S. Apri, auctore Gauzlino, abbas & monachi,

51 *Verum, quicumque Benzonem abbatem expulerint, Ludovicus rex abbatiam eccleſiæ Tullenſi dicitur tradidiſſe, &* S. Gauzlinus *auctor fuit novæ coloniæ eò ex monaſterio S. Apri deducendæ. Laudatus anonymus poſt verba mox data de miſſis ad reformationem ita habet :* Primus igitur eorum domnus claruit Albericus, nobiliſſimis natalibus ortus, indigena Remenſis, monachuſque S. Apri Tullenſis, qui poſt ſupradictum Benzonem competens ſuæ bonitati cum regimine paſtorali ſuſcepit nomen abbatis, adoptato ſibi ad ſupplementum omnis auxilii domno Adſone jam dicto ac frequentiùs memorando, doctrinâ philoſophicâ ac vitæ probitate ſpectabili. Hic ditiſſimis nobilibuſque parentibus Jurenſi tellure ſatus, Luxovio diverſis ſtudiis litteratoriæ artis pleniſſimè imbutus, quem in primævo flore juventutis, affluentem verbo ſanctæ eruditionis cum puritate vitæ innocentis, perſpicuè agnoſcens Pontifex cleruſque Tullenſis, multis ſupplicationibus eductum à Voſago, ſubſtituerunt urbi Tullenſi ad magiſterium ſacri Ordinis, ut lumen lucernæ ſuper ſtatuam candelabri. Ibi per aliquanta temporum volumina variis inſudans divinæ præceptionis exercitiis, poſt maximam multorum inſtructionem, iterum claritas divini ſplendoris, videlicet Adſo, opponitur effugandis Dervenſibus nebulis, ad inferenda plantaria ſuperni obſequii. *Mox addit, Adſonem defuncto Alberico abbatem fuiſſe ſubſtitutum, pluraque de virtutibus & ſcriptis ejuſdem proſequitur.*

F

diſciplinam inſtaurârunt : reformatio hæc

52 *At illa ad propoſitum meum non aliter ſpectant, niſi ut ſtudioſus lector inde colligat, quàm inſignes viros ad monaſterium S. Apri primùm pertraxerit* Gauzlinus ; *ex eoque jam abundante rurſum emiſerit ad majorem animarum fructum in Dervenſi cœnobio producendum. Fructus autem fuiſſe uberrimos teſtatur laudatus ſcriptor pag.* 850 *his verbis :* Ab ejus (*Adſonis*) in hunc locum cum domno Alberico ingreſſu, omni infelicitate ſupradicta hæc caruit eccleſia, nec dicam caruit ſolummodo : verùm, quod fauſto utinam proferam omine : teſtor augmentatam omnis decoris honore uſque ad exitum domni Brunonis, ſeptimi à venerando Alberico abbatis, ſeptem annorum luſtris hanc honorificè gubernantis. *Jam verò pro figenda*

AUCTORE J. S.

hujus reformationis epocha circa medium ſeculi x, *aliud ſubjungo argumentum. Adſo annis aliquot docuit Tulli, antequam mitteretur Dervum cum Alberico. Docuit autem in reformato S. Apri monaſterio. Dervenſis igitur reformatio ſaltem aliquot annis poſterior eſt Tullenſi S. Apri, anno* 935 *peracta.*

figenda eſt circa medium ſeculi 10.

53 *Deinde obiit Adſo in itinere, quod ſuſcepit anno* 992, *ut Hieroſolymam inviſeret, teſte eodem ſcriptore pag.* 849. *Itaque ſi cum Alberico abbate ad Dervenſe cœnobium venerit anno* 950, *& natus tunc erat annos triginta & octo, fuerit octogenarius, dum ſuſcepit iter Hieroſolymitanum. Atqui credibile non eſt, majorem octogenario fuiſſe Adſonem, quando tantum aggreſſus eſt iter, ſed potiùs natu fuiſſe minorem, præſertim cùm ſcriptor hæc narrans de decrepita ejus ætate non meminerit. Itaque ætas Adſonis perſuadet, ut reformationem Dervenſem non figamus ſub initium regni Ludovici Tranſmarini, ſed potiùs ſub finem; cúmque rex ille obierit anno* 954, *non longè à vero calculo aberrabimus, ſi reformationem illam figamus circa medium ſeculi* x. *Scriptores Hiſtoriæ litterariæ Franciæ tom.* 6 *pag.* 473 *ætatem Adſonis magis conſiderârunt, quàm Calmetus aut Mabillonius, ideoque adventum ejus ad* S. Gauzlinum *locârunt circa medium ſeculi* x, *dubitâruntque, an viveret* Gauzlinus, *dum Tullo diſceſſit Adſo. Non multùm hæc differunt à conjectura noſtra: attamen exiſtimo, Adſonem fuiſſe Tulli aliquot annis citiùs, indeque ſaltem diſceſſiſſe ante mortem Ludovici Tranſmarini, & ſine ullo dubio ante mortem* Gauzlini. *Non æquè neceſſe eſt, ut dicamus eum tunc annis ferè triginta octo natum fuiſſe, cùm ſcientia & virtus ſuppleret ætatis defectum. Hinc conſequenter potuit aliquot annis octogenario eſſe minor, etſi certò veniſſet ad abbatiam Dervenſem ipſo anno* 950, *aut etiam uno alterove anno citiùs.*

Adeſt Synodo Virodunenſi, Moſomenſi,

54 *Anno* 947 *&* 948 *habita ſunt aliquot epiſcoporum concilia in cauſa Artaldi & Hugonis, de archiepiſcopatu Remenſi contendentium, quibus interfuit* S. Gauzlinus *cum aliis Germaniæ & Galliæ epiſcopis. Agit de iis Labbeus tom.* 9 *Conciliorum col.* 622 *& ſeqq.: atque inde breviter huc transferam, quæ ſpectant ad propoſitum noſtrum. Præceſſit conventus regum Ottonis & Ludovici cum aliquot epiſcopis, qui de cauſa contendentium judicium non tulerunt, quia ſynodus non fuerat indicta. Habitus eſt ille conventus* intrante menſe Auguſto *anni* 947, *ibique decreta ſynodus*, circa medium menſis Novembris *habenda eodem anno. Nomina antiſtitum hujus conventûs non exprimuntur. Synodus verò ibi indicta, præſidente Roberto Trevirenſi epiſcopo, & præſente cum aliis* Gauzlino, *habita eſt ſtatuto tempore Viroduni. Miſſi ab hac ſynodo fuerunt Adalbero Metenſis &* Gauzlinus *Tullenſis, ut Hugonem unum è contendentibus ad ſynodum deducerent. Cùm autem ille venire nollet, ſedes Remenſis à ſynodo adjudicata eſt Artaldo, novaque indicta ſynodus,* Idibus Januarii *anni* 948 *habenda. Celebrata hæc eſt Moſomi, præſentibus epiſcopis provinciæ Trevirenſis, inter quos eſt* S. Gauzlinus *Tullenſis, confirmataque ſententia contra Hugonem iteratò recuſantem adeſſe, communioneque eidem interdictum, donec ſe purgaret in generali ſynodo, quæ ſimul indicitur.*

55 *In hac ſynodo, quæ habita eſt die* VII *Junii anni* 948 apud Engilenheim, *id eſt, Ingelhemii in Palatinatu prope territorium Moguntinum, non modò præſentes fuerunt Otto rex Germaniæ & Ludovicus Franciæ, ſed etiam Marinus Apoſtolicæ Sedis legatus cum pleriſque epiſcopis Germaniæ, Lotharingiæ, & aliis quibuſdam ad imperium ſpectantibus; atque ea de cauſa* generalis *vocatur. Artaldus ibidem declaratus eſt archiepiſcopus Remenſis, & Hugo ipſius amulus excommunicatus. Similiter excommunicatio decreta contra Hugonem principem, cognomento* Magnum, *niſi ſatisfaceret in concilio: & alia quædam ſtatuta ſunt, ut videri poteſt apud Labbeum laudatum col.* 623 *& ſeqq. Hiſce conciliis certò adfuit* S. Gauzlinus: *fuerunt & alia quædam ejus tempore celebrata; at eum aliis adfuiſſe non invenio. Quare ad poſteriora Sancti geſta accedo, omiſſis aliis quibuſdam minoris momenti, quæ poſtmodùm breviter ad ordinem revocabo.*

Urbs ac diœceſis Tullenſis ab Hungaris vaſtata,

56 *Si plenam habere fidem Richerio Senonienſi oportet, maxima calamitas eccleſiam Tullenſem afflixit tempore* S. Gauzlini. *Quippe ſcriptor ille in Chronico Senonienſi cap.* 12 *ita habet:* Vivente adhuc dicto Gozelino quædam gens aliena epiſcopatum Tullenſem & ipſam civitatem patientiâ Dei adeo vaſtaverunt, ut in principali eccleſia tres tantùm clerici remanſerint, qui vix ibidem valebant ſuſtentari. Gozelinus verò venerabilis epiſcopus videns epiſcopatum ad tantam deveniſſe miſeriam, indoluit. Adiit quippe magnates, duces, barones, & alios Chriſti fideles, ut eorum auxilio eccleſiæ inopia relevaretur. Otto itaque tunc imperator Romanus, cùm comperiſſet dictum Tullenſem epiſcopatum ad tantam inopiam deveniſſe, pietate motus, induſtriâ & ſagacitate dicti Epiſcopi ipſum epiſcopatum reparavit, ut videretur de nõvo exſtructum fuiſſe. *De tanta urbis & diœceſis Tullenſis clade nihil dicitur in Vita* S. Gauzlini. *Conſtat tamen ex Flodoardo ad annum* 954, *& ex aliis ſcriptoribus, Lotharingiam anno* 954 *vaſtatam eſſe ab Hungaris, quos dux Conradus evocaverat. De iis laudatus Flodoardus hæc memorat:* Anno DCCCCLIV præmemoratus Conradus, pacto cum Hungaris inito, eos per regnum Lotharienſe deducit uſque in terram Ragenarii (*Hannoniæ ducis*) ſcilicet æmuli ſui, atque Brunonis epiſcopi *Colonienſis, quem Otto Lotharingiæ ducem creaverat in locum depoſiti Conradi.*

eccleſiaque ad pauperatem redacta, ſublevatur per Sanctum:

57 *De incurſu Hungarorum in Lotharingiam & Galliam, anno* 954 *peracto, plura non affero, cùm de urbe Tullenſi nominatim non agatur, ita ut veriſimile ſit, non tantum fuiſſe Tullenſium damnum, quantum Richerius, tribus ſeculis poſterior, allegatis verbis aſſeruit. Gravi tamen damno affectos Tullenſes facilè crediderim, cùm Conradus ipſe Metenſem urbem anno* 953 *depopulatus ſit, teſte Flodoardo: qui rurſum ad annum* 954 *ita habet:* Lotharienſes tam Conradi ducis infeſtationibus quàm mutuis inter ſe deprædationibus lacerantur. *Quare magnam fuiſſe cladem Tullenſis urbis & territorii facilè credo, illamque illigandam anno* 954, *omninõ exiſtimo. Dubitari quoque nequit, quin magna fuerit Tullenſis eccleſiæ inopia, non ſolùm ob cladem per Hungaros illatam, ſed vel maximè ob bella ferè perpetua, quibus Lotharingia viginti & pluribus annis fuerat vaſtata. Hinc primò intelligitur, qua de cauſa tot abbatias alioſque cenſus obtinuerit* S. Gauzlinus. *Secundò ex eadem obſervatione probabiliter inferiur,*

A *tur, pleraſque donationes tam Ottonis quàm aliorum quorumdam collocandas eſſe inter annum 954 & annum 962*, S. Gauzlini *emortualem.*

58 *Porrò pia Ottonis I aliorumque liberalitas animos addidiſſe videtur* S. Gauzlino *ad aggrediendam fundationem abbatiæ S. Manſueti. Eccleſiam S. Manſueti ferè collapſam antè dederat abbatiæ S. Agri, ut ſcribit Adſo ſynchronus in Miraculis S. Manſueti apud nos tom. I Septembris pag. 645 :* Hic (Gauzlinus, *quem elogio antè dato ornaverat*) itaque præfatum locum (*agit de eccleſia S. Manſueti*) diverſis, ut diximus, caſibus lapſantem conſiderans, aſcito ſibi ex loco S. Apri confeſſoris Chriſti egregii domno Herchemboldo * patri venerabili, quem ipſe quoque illic abbatem antè conſtituerat, locum hunc in religionis ordinem committit reparandum. Qui videlicet vir venerabilis, ut erat religioſiſſimus, ſub præpoſitorum manu monachorum aliquos delegavit : &, quia illic ſtipendia eo tempore deerant, propriis monaſterii ſui ſumptibus alendos inſtituerat. *Aliqua etiam donata fuiſſe à* Gauzlino *ad abbatiam ibidem fundandam, ſed eum cœpta perfi-*
B *cere non potuiſſe, patet ex litteris Ottonis imperatoris ; & ex litteris S. Gerardi, qui inchoatam monaſterii fundationem feliciter ad finem perduxit. In litteris Ottonis, datis anno 965, quibus donationes monaſterio facta confirmantur, dicitur* locus . . . à bonæ memoriæ Gauzilino prædeceſſore (*S. Gerardi*) reparari cœptus, ſed opere imperfecto relictus, *ut in ipſis litteris videri poteſt apud Calmetum col. 373. Gerardus verò in litteris ibidem col. 389 dicit monaſterium* ab anteceſſore *ſuo* causâ religionis cœptum, *ſed* imperfectum relictum. *Idem deinde confirmat* illud etiam, quod à prædeceſſore noſtro, *inquit*, ſanctæ memoriæ Gauzlino epiſcopo, olim noveramus ibidem fuiſſe conceſſum. *Iiſdem litteris S. Gerardus S. Manſueti abbatem inſtituit Adamum : nam* S. Gauzlinus *eò tantùm inſtaurationem loci deſerti perduxerat, ut præpoſitura eſſet ſub abbate S. Apri.*

cœpta reformatio cœnobii S. Manſueti.

* *al.* Archembaldo

§ VI. Ordo geſtorum in epiſcopatu breviter aſſignatus : beata mors : anni epiſcopatûs : ſepultura & reliquiæ hactenus ſervatæ.

C

Ordo chronologicus

Quandoquidem præcipua S. Gauzlini *geſta prolixiùs deducenda fuerunt, indeque factum eſt, ut alia quædam iis commodè inſeri non potuerint, lubet ea omnia breviter huc transferre, capitulatimque examinata repetere, ut omnium ordo appareat. Anno 922, die* XVII *Martii* S. Gauzlinus *ordinatus eſt Tullenſis epiſcopus, regnante adhuc in Gallia Carolo Simplice, qui ægrè ſe defendebat contra rebelles ſubditos ; in Germania verò Henrico Aucupe, qui Lotharingiam regno Germaniæ adjunxit circa finem anni 925, teſte Flodoardo in Chronico. Jam verò* S. Gauzlinum *prudenter ſe geſſiſſe in illa regis mutatione, vel inde liquet, quòd rex Henricus comitatum Tullenſem ei ejuſque ſucceſſoribus conceſſerit. Donationem illam anno 928 innectit Calmetus : ad idem ferè tempus referri poteſt alia Henrici donatio, in Vita relata unm.*

7. *Porrò decem aut duodecim primos epiſcopatûs ſui annos ad clerum ſuum diligenter inſti-* AUCTORE J. S. *tuendum unicè impendiſſe videtur* Gauzlinus, *necdum ſolicitus de monaſtica diſciplina, quæ penitus collapſa erat in diœceſi Tullenſi. Interim per S. Odonem Cluniacenſem anno 930 reformata erat celebris abbatia Floriacenſis in diœceſi Aurelianenſi ad Ligerim. Reformata quoque anno 933 abbatia Gorzienſis in agro Metenſi, ibique abbas ſtatutus Einoldus* Gauzlino *notiſſimus, & olim archidiaconus Tullenſis.*

60 *Hiſce excitatus Vir ſanctus, ut diſciplinam regularem in ſuam quoque diœceſim reduceret, anno 934 aut 935 profectus eſt Floriacum ; inſpectâque ibidem diſciplinâ monaſticâ, deſcriptam S. Benedicti Regulam ſecum tulit, viros idoneos collegit, ac demum anno 935 monaſterium S. Apri regulari diſciplina cenſuque congruo donavit. Cenſus ejuſdem monaſterii auxit nova donatione per litteras, menſe Decembri anno 940 datas. Majores fructus producebat diſciplina monachorum, quàm ut ibi ſiſtendum crederet Sanctus, qui noverat mulierum etiam curam ſibi demandatam. Hinc, invento* E *loco, qui olim ſanctiſſimæ Dei Genitrici dicatus, ad condendum monaſterium habebatur aptus, circa annum 940 fundamenta novi puellarum cœnobii locanda curat. Abbatia perfecta & abbatiſſa Rothildis conſtituta videtur anno 941, quo Stephanus Papa litteris ſuis omnia confirmavit menſe Decembri. Sequenti anno 942, menſe Martio* S. Gauzlinus *ſubſcripſit litteris Adalberonis Metenſis epiſcopi, quibus monachi in eccleſiam S. Arnulphi pro canonicis inducti confirmantur. Litteras haſce, notatas* Indictione XV, *recitat Calmetus col. 349, rectéque ad marginem notat annum 942.*

61 *Eodem anno, ſi rectè notetur annus* VIII *omnium, regum Ottonis & Ludovici, diuturnam litem finivit* S. Gauzlinus *cum Adalberone Metenſi epiſcopo. Capella quædam ſtructa fuerat per Widricum comitem tempore Ludelmi Tullenſis epiſcopi, qui mox ſeſe oppoſuerat, quòd capella eſſet condita ad auferendam partem decimarum eccleſiæ Aciacenſis. Drogo Ludelmi ſucceſſor ſimiliter capellam illam ibidem voluit. Nihilominus illa manſerat uſque ad tempora* Gauzlini *& Adalberonis. Hi verò anno 942 convenerunt in* F *villa Aciaco cum archidiaconis ſuis aliiſque clericis, & audierunt ex ſingulis partibus ſeptem presbyteros. Hiſce verò auditis, non dubitârunt unanimi conſenſu capellam, ut injuſtè conſtructam, penitus deſtruere, litemque diuturnam amicè finire. Litteras de hoc judicio, ab utroque epiſcopo ſubſcriptas, edidit Baluzius Miſcellaneorum tom. 4 pag. 423 ; ſed perperam in margine notavit* circa annum DCCCXCIV. *In eratis ſubſtituit annum 948 : at ne ſic quidem rectè tempus expreſſit. Nam cùm res peracta notetur* VIII Kal. Auguſti, anno VIII regum Ludovici atque Ottonis, Rotberto archiepiſcopo, Ottone duce ; *deſignatur annus 942, quo currebat menſe Julio annus octavus tam Ottonis Germaniæ regis quàm Ludovici Galliæ, quòque Rotbertus erat archiepiſcopus Trevirenſis, ac Otto dux Lotharingiæ, qui mortuus eſt anno 944, ut habemus in Flodoardo. Nulla ex his notis congruit anno 948, præter Robertum archiepiſcopum, cujus epiſcopatus utrique anno æquè concurrit.*

62 *Pergebat eo tempore* S. Gauzlinus *viros pios & eruditos Tullum pertrahere, ut colligitur* *quæ innotuerunt*

AUCTORE J. S.

ex Adſone, multis precibus ex abbatia Luxovienſi Tullum pertracto, ad docendum in reformato S. Apri monaſterio: nam Adſonis adventus probabili conjectura figitur inter annos 940 *&* 950. *Deinde conciliis interfuit Sanctus, Virodunenſi nimirum menſe Novembri anni* 947, *Moſomenſi menſe Januario anni* 948, *atque eodem anno Ingelhemienſi menſe Junio. Pace inter Ludovicum Tranſmarinum & Hugonem principem anno* 950 *demum inita, potuit Ludovicus eodem anno aut ſequenti abbatiam Dervenſem eccleſiæ Tullenſi ſeu* S. Gauzlino *tradere: hic verò eam ad diſciplinam regularem ſtudiosè per monachos S. Apri revocandam curat. Anno* 954 *Hungari vaſtatam aliquot vicibus Lotharingiam, vocante Conrado duce, iterum ingreſſi ſunt; atque epiſcopatum Tullenſem ad magnam redegerunt inopiam.* Gauzlinus *verò paupertati ſubditorum ſuorum compatiens, regem Ottonem comiteſque varios rogavit, ut eccleſiæ afflictæ liberaliter ſubvenirent, nec fruſtra.*

compendio B

63 *Hinc ad annum* 955 *aut* 956 *revocandæ videntur donationes Rotgeri comitis, Evæ comitiſſæ, Angelberti, Fulmari, Angelrami & Hanonis, quas Vita num.* 6 *enumerat, ubi de illis aliqua obſervabo. Donationes quoque Ottonis regis probabiliter admodùm illigari poſſunt anno* 956, *quo Otto cum ſubditis ſuis Lotharingis primò Ingelhemii egit, deinde Coloniæ iterum, teſte ad illum annum Flodoardo. Eodem fortaſſe anno Bodonis-monaſterium coram Ottone ſuæ eccleſiæ aſſeruit contra abbatiſſam Andelacenſem in Alſatia, ut refertur in Vita num.* 7. *Contractus permutationis, cùm Archado vel Achardo epiſcopo Lingonenſi initus, quemadmodum Vita refert num.* 6, *iiſdem congruit temporibus, ſed nulli anno ſatis certò illigari poteſt, cùm Achardus ante medium ſeculi* X *epiſcopatum poſſederit, vixeritque poſt* Gauzlinum, *ut videri poteſt in Gallia Chriſtiana recuſa tom.* 4 *col.* 547 *&* 548.

datus.

64 *Porrò reſtituto hiſce donationibus utcumque cenſu eccleſiæ Tullenſis, ſanctus Antiſtes cogitare cœpit de inſtauranda promovendaque ad dignitatem abbatialem S. Manſueti eccleſia. Circa annum* 957 *igitur collocari poteſt inchoata illius monaſterii fundatio, quam morbo primùm impediente, ac morte deinde intervenicnte, non perfecit. Veriſimile eſt, Sanctum voluiſſe alias etiam eccleſias, quas poſſedit, ad regularem diſciplinam revocare, ſinguliſque abbates regulares præficere, ſed id efficere non potuiſſe ob inopiam eccleſiæ ſuæ, quâ prohibebatur ſufficientes iis cenſus attribuere ad alendum abbatem & monachos. Certè in elogio auctoris coævi, num.* 13 *dato, dicitur* in ſemel arrepto propoſito boni operis jugiter *oſtendiſſe* mirabilem animoſitatem. *Verùm quadriennio ante obitum in gravem incidit corporis languorem, quo tandem ad extrema deductus eſt. Itaque morbo hoc correptus eſt anno* 958, *ut ex anno emortuali liquet.*

C

Mortuus eſt S. Gauzlinus anno 962, *ut ex anno & die*

65 *Quippe conſentiunt ſcriptores, ſanctum Antiſtitem obiiſſe anno* 962, *die* VII *Septembris. Annus emortualis* S. Gauzlini *in ejus quidem Vita non legitur, ſed clarè eruitur ex Vita S. Gerardi ſucceſſoris, edita apud nos tom.* III *Aprilis: nam in illa pag.* 207 *Gerardus epiſcopus ordinatus narratur,* dum annus Incarnationis Dominicæ nongenteſimus ſexageſimus tertius curreret. *Idem annus ordinati Gerardi aſſignatur ab Adſone in Miraculis S. Manſueti tom.* I *Septembris pag.* 648. *Itaque, cùm dies ordinatio-*

D

nis S. Gerardi fuerit IV *Kalendas Aprilis, ut Mabillonius tom.* 3 *Annalium pag.* 560 *in propria ejus charta ſe inveniſſe teſtatur, obitus* S. Gauzlini, *diei* VII *menſis Septembris paſſim illigatus, neceſſariò referendus eſt ad annum* 962, *ut rectè Mabillonius collegit. Clarum enim eſt ex Vita S. Gerardi, inter mortem* S. Gauzlini *& ordinationem ſucceſſoris non intercurriſſe niſi aliquot menſes.*

ordinationis S. Gerardi, qui aſſignantur, clarè eruitur:

66 *Porrò diem ordinati Gerardi accuratiùs placet aſſignare, quia in S. Gerardo malè deſignatam video* IV *Kalendas Maii & Martii, quod oſcitantiâ typos corrigentium factum exiſtimo, cùm ex ipſis Henſchenii verbis dies jam à me aſſignata clarè colligatur. Etenim obiit S. Gerardus die* XXIII *Aprilis, & præter annos, quibus præfuiſſe dicitur, adduntur in Vita num.* 30 *hebdomadæ tres cum tribus diebus, id eſt, dies viginti quatuor. Henſchenius verò in Commentario num.* 2 *obſervat, ſcribendum fuiſſe hebdomadas tres & dies quinque, id eſt, dies viginti ſex. Quippe à* IV *Kalendas Aprilis, ſeu die* XXIX *Martii uſque ad* XXIII *Aprilis reperiuntur dies viginti ſex, ſi primus & ultimus annumerentur; at ſolùm viginti quatuor, ſi primus, ſeu dies ipſe ordinationis, & poſtremus, ſeu dies emortualis, omittantur: atque hoc modo numeravit biographus, quem hac in parte corrigendum non puto. Quare undique certiſſimum apparet, Gerardum die* XXIX *Martii, quæ & Dominica erat, anno* 963 *ordinatum fuiſſe; adeoque* S. Gauzlinum *obiiſſe anno* 962.

E

præfuit eccleſiæ ſuæ annis 40 *completis, & aliquot menſibus:*

67 *Ex certa hac mortis epocha, datoque antè ordinationis die & anno, non difficulter colligi poteſt, quot annis cathedræ Tullenſi præfuerit* Gauzlinus. *Anni enim ab anno* 922, *quo ordinatus dicitur* XVII *Martii, uſque ad annum* 962, *quo obiit die* VII *Septembris, numerantur quadraginta completi, & ſextus præterea currebat menſis, ita ut dicendus ſit obiiſſe anno epiſcopatus ſui quadrageſimo primo. Corrigenda igitur eſt Vita, prout edita eſt apud Martenium, in qua dicitur obiiſſe* XLIV ſui epiſcopatus anno, *quod item reperitur in apographo noſtro, uti & in pleriſque elogiis. Calmetus ex codice S. Manſueti edidit,* Quadrageſimo ſui epiſcopatus anno; *idemque reperitur in elogio, quod ex Collectione Calmeti jam dedi num.* 13, *ubi illud Adſonis aut alterius ſcriptoris ſynchroni eſſe obſervavi. Potuit revera ſic loqui ſcriptor aliquis contemporaneus, qui ſolùm numerare voluit annos completos. At ſive ita ab initio ſcriptum fuerit, ſive numeri poſtea ſint corrupti, minimè dubitandum eſt de numero annorum jam aſſignato.*

F

ſepultus in cœnobio Buxerienſi: ibidem pleræque reliquiæ, aliæ in eccleſia Tullenſi:

68 *De ſepultura Sancti in cœnobio Buxerienſi conſonat Vita edenda cum elogiis num.* 4 *&* 16 *datis. Calmetus tom.* I *Hiſtoriæ col.* 894 *teſtatur, corpus in eodem cœnobio hodieque ſervari, theca pretioſa incluſum: caput verò impoſitum ſtatuæ dimidiatæ ex argento: mandibulam alteri ſtatuæ dimidiatæ maximi pretii fuiſſe inſertam, ſervarique modò in eccleſia cathedrali Tullenſi. Hæc clarè inſinuant, factam aliquando fuiſſe corporis elevationem; ſed de ea nullum ad manum habeo monumentum. Addit Calmetus, in eccleſia Buxerienſi; quæ ab aliquot ſeculis eſt nobilium canonicarum, oſtendi etiam calicem, patenam & velum, quibus uſus eſt Sanctus in die dedicationis illius eccleſiæ; ac ejuſdem Sancti pectinem eburneum. Alia quædam antè narraverat col.* 891 *&* 892, *quæ, ſi ſatis ſint certa, etiam illuſtrant* S. Gauzlini *memoriam; ſed magis*

A *magis relata videntur ex fama quadam populari quàm ex monumentis antiquis, licèt monumenta abbatiæ, ſeu librum chori, ad uſum canonicarum Buxerienſium impreſſum laudet.*

alia quædam minùs certa,

69 *Cùm tamen aliquid veri ſubeſſe poſſit, relationem Calmeti compendio huc transfero. Cùm tempore ingentis penuriæ Deum orâſſet* Gauzlinus, *ut populum afflictum ſolaretur, regina Franciæ, Deo inſpirante, tres camelos miſit cibariis onuſtos. Perveniunt cameli ad ripam Murtæ fluvii, qui alluit radices montis, in quo ſita eſt abbatia, orante tum ibidem* Gauzlino. *Mutus, tranſvehere per flumen ſolitus, viſis camelis, citiſſimè ad* Gauzlinum *accurrit camelorum adventum nuntiaturus, ac eodem tempore loquelam recipit. In memoriam verò hujus miraculi in abbatia Buxerienſi mutum ſemper aliquem alitum fuiſſe, & etiamnum mutum ali in domo abbatiſſæ, ait Calmetus. Verùm quod de camelis dicitur, fabulam redolet, cùm camelorum uſus numquam ordinarius fuerit in Gallia ad onera portanda. Subjungit laudatus auctor, oſtendi etiamnum ſuggeſtum, in quo ad concionem dixiſſe creditur* S. Gauzlinus, *in planitie elevata inter abbatiam & ſilvam, quòd eccleſia affluentem populi multitudinem non caperet. Potuit ibidem* S. Gauzlinus *aliquando ad populum perorare, ac in memoriam facti illius conſtrui turris illa lapidea & ſolida, quam deſcribit: at vix credibile eſt, eam Sancto conſtructam fuiſſe ad prædicandum.*

B

devotio populi erga Sanctum.

70 *Credibilius eſt tertium, quod ait Calmetus legi in Miraculis Mss. S. Chlodulphi, nimirum tempore ſiccitatis nimiæ aut pluviæ nimis continuatæ corpora SS. Manſueti & Apri deferri ſolita fuiſſe ad abbatiam Buxerienſem, ut per merita ſanctiſſimæ Virginis &* S. Gauzlini *mali finis impetraretur. Demum idem ſcriptor teſtatur col.* 894, *ingentem populi concurſum eſſe ad Buxerienſem eccleſiam in Dominica, quâ celebratur feſtivitas ſanctiſſimæ Trinitatis. Plura de poſthuma Sancti gloria jam antè data ſunt. Quare Acta ſubjungo debitis annotationibus elucidata.*

C

ACTA

auctore anonymo,

Ex editionibus Martenii & Calmeti, atque exemplari Ms., inter ſe collatis.

Natales illuſtres, epiſcopatus, reformatio cœnobii S. Apri.

CUi paſtor & amor gregis domnus Gauzlinus *a* ſucceſſit, vir ſummè Catholicus atque monaſticæ religionis cultor devotiſſimus: qui Francorum nobili ſanguine ortus, in palatio inter regni proceres eſt altus *; atque mox futurus pontifex, ſuper multos ſui generis coætaneos enituit geminæ ſcientiæ dono. Omnium ergo votis pontificali infula ſublimatus, XVI Kalendas Aprilis *b* eſt, Chriſto favente, ordinatus: dulcedinemque * ſuæ proſapiæ benevolentiâ clementiſſimi cordis, ſerenitateque adeo jocundi vultus & lenitate ſermonis ſedulè ſuperabat, totus in vigiliis, in eleemoſynis intentus, qui ad cumulum bonorum ſuorum XIV *c* ordinationis ſuæ anno, nutu Dei Regulam S. Benedicti, hujus regni habitatoribus omnibus ignotam, diu quæſitam, proculque inventam, ſancti Apri inſtituit loco.

a

* *Ms.* alitus

b

* *Calm.* dulcedine-que

A. ANONYMO.

c

Cœnobium Buxerienſe conditum: occaſio hujus fundationis

2 Cœnobium ſanctæ Dei Genitricis Mariæ Buxeriis à fundamentis conſtruxit *d*, chorum ancillarum Dei inibi conſtituit, rebus & prædiis ac ornamentis decoravit. Ob cujus facti meritum ſuo ſucceſſori præſuli Gerardo eſt à Deo præmonſtratum, eum martyri Apollinari *e* in cæleſti gloria ſociatum *f*. Cujus glorioſi facti occaſionem operæ pretium reor poſteris tradere ad rememorationem. Denique Hardradus, præfati Gauzlini frater germanus, in militari ſtudio vir quàm maximè ſtrenuus, in bonitate morum cunctis percarus, quadam vice ſuper Murt *g* fluvium venationis exercitationi inſiſtebat *. Contigit itaque, ut canes ejus aprum ferocem inſequerentur, quorum ecactus latratibus, mortem contiguam idem aper effugere nitebatur; qui diu per quæque avia diſcurrit, tandemque in montem ſupra Buxeriis villam ſitum *h* fugitando pervênit, quo pertingens, ſub quadam ſpinoſa arbore fixit greſſum, moxque ſubſequens latrando grex canum, divina virtute celerem continuit gradum. Fera ſub arbore ſtabat intrepida, vis latrantium à longè ſubſiſtebat muta & ſtupida, nec ullatenus audebat proximare ad ſpineti vicina *i*. Prædictus miles equitando inſequitur, rem inſolitam ſibi contigiſſe demiratur: equo deſiliens, frutetum ingreditur, altare dirutum cum circumvicinis ædificiis contemplatur. Ergo rem veneratus divinam, feramque ſinens abire ſecuram, ad propria celer repedat, fratri ſuo Pontifici acta & inventa nuntiat.

d

e

f

g

* *al.* exiſtebat

h

i

exponitur

3 Domnus autem Præſul certos illuc nuntios dirigens, & à majoris ætatis ſenibus, quomodo ſe res habuerat, exquirens, didicit ab antiquo eccleſiam ſanctæ Dei Genitricis inibi conſtructam eſſe, ſed vetuſtate conſumente, & incuria negligente deſolatam. Aſtruebant etiam noctu inibi quàm ſæpè divina luminaria *k* ſplendere, & loca proxima ſuâ claritate perfundere: quod pernoſcens Præſul venerabilis, permaximè lætatur, & eccleſiam reſtruere * conſilium tractando meditatur. Et quia mons prælibatus ad Metenſem pertinebat epiſcopum, petiit à Theoderico *l* præſule, qui & Sixtus vocabatur *, illum ſibi dari per concambium, conferens illi S. Petri apoſtoli baculum venerabilem, quem beatus Manſuetus *m* ſecum detulerat à Romana urbe. Adepto itaque monte, eccleſiam reſtruxit, ac ſuper ſtipitem præfatæ arboris altare in honore beatæ Mariæ ſtabilivit. Quoniam ejuſdem Dei Genitricis precibus inibi ſanabantur infirmi diverſis detenti languoribus, & vota vulgaris populi ibidem confluebant, ſæpius divina inſpirante clementia dignum duxit, ne diutiùs divinis careret cultibus.

k

* *al.* reſtituere

F

l

* *al.* dicebatur

m

ipſaque fundatio.

4 Cœpit verò cogitare, quatenus in eodem oratorio, ſi Deo donante inveniri poſſent, ſanctimonialium virginum ſocietas fieret, quæ ſub Regula S. Benedicti obſequiis perpetuæ Virginis deſerviret. Quod ſanè factum per divinam clementiam meruit provectum: nam Deo præordinante, invênit quaſdam ſanctimoniales, velut oves errantes *n*, ſed tamen æternæ vitæ viam *o* quærentes, in Dei dilectione ferventes, & ad ſerviendum illi locum remotum deſiderantes: quarum miſeratione permotus, conſultu domni abbatis Archemboldi, qui præerat cœnobio S. Apri,

n

o

E

A. Anonimo. Apri, ceterorumque fidelium, jam dictam cellulam eis ad habitandum delegavit, præficiens eis Rothildem *p* abbatissam, quæ earum regeret vitam; atque ut ibidem liberiùs possent rebus vacare spiritualibus, providit illis, unde viverent, de episcopii possessionibus: ecclesiam videlicet in eadem villa Buxeria, cum decimis, & omnibus ad eam pertinentibus; nec non capellam Porcheræ-curtis * cum omni decimatione. Tale ergo fertur habuisse exordium Buxeriense cœnobium, quod Deo juvante in dies sumit incrementum.

p

* Picherecourt

5 Venerandi autem hujus pontificis temporibus adeo antiqua prodigia renovantur, dum tricesimo ejus præsulatûs anno cruces *q* apparuerunt in vestibus, quas Omnipotens, ut in Historia ecclesiastica legimus, ad infidelium confutandam incredulitatem sinit apparere mortalibus. Is adquisivit sedi, cui pontificabatur, alodium in Bojaco ab Angelberto *r*, & à Fulmaro silvam in Brieri-valle, quique à rege Ottone adeptus est abbatiam Medii-monasterii *s*, ea lege, ut Fredericus dux, dum adviveret, advocatiam retineret, ac Pontifex præbendam loci ordinaret; postque finem ducis, tota abbatia ad episcopum pertineret *t*. Teloneum quoque civitatis *u*, & comitatum per præceptum regis Henrici obtinuit: abbatiamque Pauliniacensem *x*, & Dervensem *y*, atque de Offonis-villa *z* solidè possedit.

Cruces ejus tempore in vestibus visæ: multa bona

q

r

s

B

t u

x

y z

6 Isdem per concambium dedit Archadio episcopo Lingonensi abbatiam de Verrenis *aa*, & econtra Archadus dedit Tullensi episcopo * quidquid in Bosonis-monte, & Ursacii-villa, & Seionz * videbatur habere. Adeptus est etiam à Rotgero comite Amboldi-villam in pago Odornensi *bb*, & ab Eva *cc* comitissa Angeriacam villam, cum capella, & Molisiacam, & villam, quæ dicitur Girinvicinus, & Nordalli-vadum *dd*, & partem in Buchuliaco, & Rodaldi-villam, & Syonni-villam, & ecclesiam, quæ dicitur in villa Blasevis *, & partem ecclesiæ in Rameii-villa, quæ solvit quinque solidos; & ab Angelramno duos mansos in villa, quæ dicitur Portus, & ab Hanone * ecclesiam de Villa-Bladini.

ecclesiæ Tullensi per Sanctum

aa

* *al.* ecclesiæ

* *al.* Seions

bb cc

dd

* *al.* Blaseius

* *al.* Hunone

7 Hic tempore Ottonis *ee* imperatoris probavit cum duodecim ingenuis hominibus contra abbatissam de Andelach *ff*, Bodonis-monasterium esse subjectum ecclesiæ S. Stephani *gg*, & ab eodem imperatore nactus est medietatem telonei de monte sancti Eliphii. Idem impetravit ab Heinrico rege per adjutorium Ebahardi comitis, quidquid ipse rex possidebat in Gundulfi-villa. Qui felix vir in semel arrepto proposito boni operis jugiter omnibus mirabilem extendens animositatem, post in Christi militia multiplices labores, quadrienni languore, ut alter Job, à Domino probatus, XLIV *hh* sui episcopatus anno, VII Idus Septembris, cælicas recessit ad sedes. Delatus ergo à clero & populo in Buxeriensi cœnobio dignissimam, sicut vivens jusserat, accepit sepulturam, inter choros virginum, quas illic plures numero vitæ districtioris aggregaverat, longis sæculis in Dei laudibus excolendam.

acquisita: morbus, obitus & sepultura.

ee

ff

gg

C

hh

ANNOTATA.

a Gauzlinus *scribitur apud Calmetum, atque ita nomen exprimere malui, quia ita passim habent litteræ ejusdem Sancti: Martenius tamen edidit* Gauzelinus. *Apographum nostrum, ut avulsum à catalogo, ita initio habet:* Post excessum Domni Drogonis, inclyti hujus sedis antistitis, pastor & amator (*in aliis* amor) gregis, domnus Gauselinus successit *&c.* D

b *Anno nimirum* 921, *ut probatum in Commentario num.* 19.

c *Id est, anno* 935, *quemadmodum probavi in Commentario* § 3, *ubi fusè actum est de felici hac reformatione, quæ parùm à nova fundatione differt.*

d *De hac fundatione fusè egi* § 4, *ibique ostendi, cœptam verisimiliter anno* 940, *absolutamque anno sequenti.*

e *Videtur intelligendus S. Apollinaris Remensis cum S. Timotheo martyr, quorum Acta data sunt ad* 23 *Augusti.*

f *Hanc S. Gerardi de gloria* S. Gauzlini *revelationem dedi in Comment. num.* 3 *ex ipsa S. Gerardi Vita.*

g Murta, *Gallicè* Meurte, *fluvius est Lotharingiæ, in Vosago, aliàs Vogeso monte ortus, qui post varia oppida Nanceium quoque rigat, ac deinde præterlapsus montem, in quo conditum est Buxeriense cœnobium, paulo inferius Mosella miscetur, non apud Mussipontem, ut* E *perperam ait Baudrandus, sed aliquot milliaribus superiùs.*

h *Apud Martenium mendosè legitur* sitam, *ut paulo antè* discucurrit *pro* discurrit, *& inferiùs* fructetum *pro* siutetum. *At imposterum mendа aperta, si voces in uno exemplari rectè habeantur, solùm corrigam, ne nimis excrescant annotata.*

i *Hanc de fera historiam nullibi confirmatam reperio, ita ut de veritate illius utcumque dubitari possit. At parùm refert, hocne an alio modo locus primùm innotuerit* S. Gauzlino.

k *Non de luminaribus ibi visis, sed de sanatis in illo loco infirmis, mentio fit in litteris fundationis num.* 40 *Commentarii.*

l *Theodericus factus est Metensis episcopus anno* 964, *id est, biennio ferè post mortem* Gauzlini, *& annis* 23 *aut* 24 *post fundationem Buxeriensem, ita ut necessario substituendus sit Adalbero, si locus sit datus ab episcopo Metensi. Vide Commentarium num.* 36 *&* 37. *At non existimo, montem illum, in quo conditum est Buxeriense cœnobium, tunc fuisse diœcesis Metensis. Etenim litteræ* S. Gauzlini *contrarium in-* F *sinuant, cùm ita habeant in Commentario num.* 40: Notum fieri volumus, .. qualiter nostræ diœcesis parochiâ peragratâ, reperimus quamdam antiquam basilicam honore Dei Genitricis dicatam *&c. Hæc verba insinuant, locum inventum in diœcesi Tullensi, non in Metensi, præsertim cùm subdat se illam ecclesiam dedisse monialibus, & nullibi innuat, se illam ante ab episcopo Metensi accepisse.*

m *De S. Mansueto primo Tullensi episcopo actum est ad* 3 *Septembris, ibique probatum est, illum non vixisse tempore S. Petri apostoli. Quare pro fabula habendum, quod hic dicitur de baculo S. Petri. Et sanè, si credidisset* S. Gauzlinus *se in ecclesia sua possidere baculum S. Petri; illum verisimiliter Metensi episcopo non dedisset. Hisce de causis omnia suspectissima sunt, quæ auctor ille de monte comparato ex fama populari tradidit. Quæ verò postea de fundatione sequuntur, meliora sunt, & ferè ex litteris fundationis exscripta.*

n *Videlicet quia nulli monasterio erant adscriptæ.*

o *Ita exemplar Ms. Vox* viam *omissa apud Calme-*